12
6 II
6
R.I.16.
M
Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTOPHORI
A VEGA
COMPLVTENSIS MEDICI
OPERA OMNIA.

717

Domus S. M.ae Magdalenae de Urbe

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

CHRISTOPHORI
A VEGA MEDICI ET
PHILOSOPHI CELEBERRIMI,
ET IN COMPLVTENSI ACADEMIA OLIM PROFESSORIS EMERITI
OPERA OMNIA:

NVNC DENVO PVBLICI IVRIS FACTA, RECENS RECENSITA, AB ERRORIBVS Typographicis fermè infinitis, quibus in priore editione ſcatebant, egregiè repurgata,& Annotationibus non pœnitendis illuſtrata;

Operâ & labore LVDOVICI SERRANI *Doctoris Medici Lugdunenſis.*

Acceſſit rerum omnium Index copioſiſſimus.



Biblioth. S. M. Magdalena Rome

LVGDVNI,

Sumptibus ANTONII CHARD, ſub ſigno Sancti Spiritus.

M. DC. XXVI.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

Digitized by Google

LVDOVICVS SERRANVS DELPHINAS ET DOCTOR MEDICVS LVGDVNENSIS LECTORI MEDICO. S.

QVandoquidem librorum ἀξιολεκτῶν vt & virorum illuſtrium rariſsimus eſt prouentus: Illi (vel ipſa ęquitate iudice) de Republica & poſteritate quodammodo bene meriti videntur, qui velis & remis Autores optima prole beatos ſed exemplarium defectu ſemiſepultos in lucem poſtliminio reuocare conantur. Ergo ego ex ęquo & bono iudico feciſſe me, Lector amice & Medice, dum Chriſtophorum à Vega tam pulchrę prolis parentem & rei Medicę ornamentum, ſed codicum penuriâ ἀμνηστίας legi ferme inuolutum, nouis & quadratis typis excudendum curaui. Enimuero cum animaduerterem ab omnibus ferme rei Medicę ſtudioſis ne dicam Doctoribus & Profeſſoribus toto ferè Europę noſtrę tractu deſiderari, illico D. ANTONIO CHARD Bibliopolę Lugdunenſi vigilantiſsimo autor fui, vt orbem noſtrum tanti Viri numeroſis locupletaret exemplaribus: Quod ab ipſo αὐτοχείλως & ad primum meum monitum, idque non inconſultò præſtitum eſt. Quis etenim per Deum immortalem melius eo & clarius Phyſiologiam, Diæteticem, & Pathologiam enucleauit? Quis familiarius remedia tuta & euporiſta medicinam practicam exercentibus aperuit? Quis acutius febrium typos, ideas, ἀνταποδοσίας & paroxiſmos ad Galeni mentem detexit? Quis denique ſolertius Hippocratis magni Genium Prognoſticum & Oracula Aphoriſtica elimauit? Iactet igitur ſuum Gallia Fernelium, ſuum Germania Cratonem, ſuum Scotia Duncanum, ſuum Italia Mercurialem, & ſuum Fœderata Prouincia Heurnium: Vnica Hiſpania Chriſtophorum meum iure gentilitio, Complutenſis Academia iure patrio, ſed Vniuerſa Europa iure Medico eſſe ſuum iactabit alumnum. Tu verò interim, Candide Lector, qui meritorum & lucubrationum tanti Viri ęquus arbiter ſemper futurus es, crede ſi placet, nos, in eius operibus excudendis & famę poſthumę conſecrandis, duplex omninò in votis habuiſſe votum: Primum, σφάλματα typographica quę infinita ferme in prioribus editionibus irrepſerant, omnino expungere & eliminare, annotatiunculis aliquot marginalibus non pœnitendis Authorem illuſtrare, atq; adeo Chriſtophorum Chriſtophoro reddere: Alterum, tibi tuiſque commodis plane conſulere, qui ſciam noſtri muneris eſſe (addo & velle meum) Rempublicam medicam totis viribus prorogare. Vale, & Chriſtophoro meo tuoq; fœlicibus aſtris fruere

——— donec terris ſua lumina Phœbus
Deneget, & cœlos interluat Amphitrite.

¶ 2

quibus in lib. de locis patienti. & circa præſagia, quæ inde elicit medicus, præſentium quæ nondum vidit, ac præteritorum, & futurorum, de quibus in prognoſticis Hipp. & lib. de prædictione, & Gal. lib. de Diebus decr. de Criſibus, & de Prænotione & præſagirione ex pulſ. ὑγιεινὴ, id eſt quæ ſanitatem tuetur quam docet Gale. in lib. de Sanit. tuen. & lib. de Cibis boni & mali ſucci, & de facult. aliment. θεραπευτικὴ, id eſt, curatiua, cuius tres ſunt partes, διαιτητικὴ, id eſt; quæ victum morbis inſtiruit: quamuis hæc pars cum ea quæ ſanitatem cuſtodit, ſit cõmunis; vti & φαρμακευτικὴ, quæ per medicamenta morbos curare docet χειρουργικὴ; verò eſt, quæ morbos manus opera tractat, ſed hæ omnes in partibus duabus primæ diuiſionis continenrur, hoc eſt in conremplatoria, & factiua. Nam quæ rerum naturam docer, & quæ cauſarum, & quæ ſignorum notitiam præſtant, in contemplaroria continentur: quæ verò ſanitatem cuſtodit, & quæ morbos curat, in ea quam factiuam appellanr. Diuiſerat quoque Gal. medicinam in diagnoſticam, prognoſticam, & curatiuam, de quibus lib. de Conſtir. artis medicæ egit, meminitque huius diuiſionis multis in locis, vt lib. 1. Progn. in expoſitione 1. cap. præfat. diximus, atque parrium earundem totius artis ordinem ſeruandum præcepimus: ad has verò, ſingulas partes ſecundæ diuiſionis facilè reducemus. nam naturæ contemplatio & cauſarum noritia, in diagnoſtica continentur. Signorum tamen ſcientia parrim attinet ad diagnoſticam, partim ad progn. quatenus enim ex ſignis ſanitatem, aur morbum, aut neutram diſpoſitionem conremplamur, ad diagnoſticam: quatenus verò ex ipſorum noritia docemur, præſentia non viſa aur prærerita, aut futura prænoſcere, ad prognoſticam: quæ verò ſanitatem tuetur, & quæ morbos curat, in curatiua continetur, ſi quis amplo ſignificaro, voce (curariua) vtatur, quæ ſimiliter factiua dicta eſt. Harum

Medicina tribus partibus concluſa.

trium partium diagnoſtica, conſiderare docet ſingula quæ ad hominis ſanitatem ſpectant: hæc autem tribus generibus continetur: aut enim ſunt homini ſecundum naturam, aut ei accedunr non conſtituentia naturam, neque ſemper à natura recedẽtia, neque ſemper ei vtilia, aut ſunt à narura omnino aliena, & contra naturã. Quæ natura inſunt nobis, ea ſunt elementa, humores, temperaturæ, membra, facultates, ſpiritus, actiones, hæc ſunt quæ humanum corpus conſtituunt. In ſecundo genere ſunt, aër nos ambiens, cibus & potus, ſomnus & vigilia, motus & quies, abundanria & defectus, ſiue plenitudo & inanirio, animi ſymptomata. Sunr hæc cauſæ ſalubres, circa quas ars conſeruatiua ſanitatis verſatur, vt Galen. cap. 85. artis med. dixit. Nam vbi hæc qualitatem ac quantitatem ſeruauerint, cauſæ ſalubres ſunt: vbi verò modum in his exceſſerint, morboſæ redduntur, quemadmodum & lib. de Pulſ. ad tyrones dixerat. A natura verò omnino aliena, tria tanrùm genere ſunr, morbus, cauſa morbi, & ſymptomata: omnis namque affectus prærer naturam qui in humano corpore conſiſtere poreſt, aur humanum corpus afficere, à naturali conſtitutione recedens, (vbi affectus ſignificato ampliori vtamur, inquit Gale.) aut morbus eſt, aut cauſa morbi, aut ſymptomata morbi. Nam affectus corporis præter naturam per ſe vitians actionem, morbus eſt. Qui hunc affectum antecedit, morbi cauſa. Quod verò morbum ſequitur, vt vmbra, ſymptomata morbi. Hunc autem ordinem in hoc opere ſeruabimus, vt lectores facilè dicenda aſſequantur. In prima igitur parte agemus de his quæ inſunt homini ſecundum naturam. In ſecunda de his quæ non ſecundum naturam ei accedunt, vt cauſæ: quæ duo ad partem artis contemplatoriam attinent, cui negotio adiuncta eſt pars artis quæ ſanitatem tuetur. In tertia verò de his quæ ſunt ei præter naturam; quæ pars partem habebit quæ

in conſide

m conſideratione, partem quæ in opere conſiſtat, docebit enim morbos cognoſcere.& hæc ſigna continebit,& præſagia,docebit quoque morbos curare, adiecta parte factiua parti contemplatoriæ. Seruabimus tamen in prima arte ordinem compoſitum,vt compoſitione doceamus, reſolutione inuenta. Ars ſiquidem medica reſolutione inuenta eſt, quæ procedit ex finis notione. Cùm enim medicus primùm agnoſcit ſanitatem, quæ eſt ſcopus artis, ab hoc procedit in actionum perfectionem, quarum gratia ſanitas expetitur, tanquam in finem qui eſt poſſidere & frui ſanitate,per actionum vſum,atque ſtatim intelligit ad actionum perfectionem neceſſarias eſſe facultates, & inſtrumenta, quorum quædam ſunt organa corporea, quædam ſpiritus, & quædam ex his ſunt membrorum temperamenta,in quibus facultatum robur ſitum eſt, temperamenta verò ex humoribus & elementis: hæc quidem reſolutione prima eſſe debent, vbi quis ſingula quæ inuenit reſolutione, ordine docere voluerit. Eritque is ordo compoſitiuus, ea ruſus componens quæ reſolutione inuenta fuère. Ac perinde primò de elementis agemus, deinde de humoribus, tertiò de membris, quartò de temperamentis, quintò de facultatibus, quibus adiungemus doctrinam de ſpiritibus,vnde actiones quoque conſtabunt,& ipſa ſanitas:& quamuis Gal. lib. de Temperam. primo ad initium dixerit, eum librum ſequi poſt librum de elementis, hic ordo nobis magis placet, quo primùm de elementis, deinde de humoribus agemus:nam & Gal. ipſe cùm de elementis egit,de humoribus tractationem inſeruit. Cùm autem humanum corpus, cuius conſtitutionem prima totius operis pars docebit, nonnunquam ſanum ac validum ſit, aliquando verò ægrotet: ſecunda pars ſanitatis cuſtodiam docebit, tertia ægrotantium curationem inſtituet. Prima operis pars Philoſophis & Medicis eſt omnimodo neceſſaria,ſecunda Medicis neceſſaria, Philoſophis verò volentibus rerum naturas exactè noſſe, vtiliſſima, ac valde grata, tertia Medicis quidem apprime neceſſaria, vt quæ ſuæ artis ſcopum doceat, & methodo complectatur, Philoſophis verò non aliena, ſed quàm modicè tangere admonemus, vt quæ aliquando ſit profutura, quam etiam præuiis prima & ſecunda parte, ſtudio, diligentia, & exercitatione comprehendent, & eadem vti valebunt, vbi prius peritos huius artis præceptores adierint. Nam primam & ſecundam modicè exercitatus in philoſophicis, ſine præceptore conſequetur: tertia namque iam ſcopum aſſequitur. Omnes ſiquidem artis partes τὸ ὑποκείμενον id eſt ſubiectum attingunt,nempe humanum corpus:tertia tamen ſcopum, ſcilicet ſanitatem. Finis verò artis eſt ſanitatis poſſeſſio:qui enim ſanitatem poſſidet, ea fruitur, atque ea ratione ſanitas à nobis expetitur, vt ea fruamur. Medicus ſanè qua medicus eſt, ſcopum aſſequitur, non tamen finem, nam ea ratione, qua medicus eſt, ſanitatem inducit, & inductam ſeruat, qua tamen non perinde fruitur, niſi in ſuo ipſius corpore ſanitatem induxerit, aut ſeruauerit, ſibi autem ipſi ſanitatem parare alienum eſt à medici ratione. In hunc eundem ſcopum medici omnes contenderunt, diuerſis tamen viis ad eum aſſequendum proceſſerunt. Quidam enim ſolo innitebantur experimento, quidam ſolis rationibus communibus: quidam ratione & experimento vtebantur, atque hæ fuerunt tres medicorum ſectæ.Prima ſecta(ſiue dogmatum congeries,ad artem docendam, aut exequendam) fuit empirica,ſecunda methodica, tertia rationalis. Empirici autem Gal. ſolo experimento nitebantur, omni poſthabita indicatione, ſiue comprehenſione,iuuantis ſimul adueniente cum comprehenſione nocentis, non expectato diſcurſu aut ratiocinio: ſic enim indicationem Gal. diffinit lib.de Optima ſecta.

Ordo in docendo ſeruandus.

Medicorum ſectæ.

Morbus

Morbus namque ſemel cognitus ex ſe citra ratiocinium aliquod, ſtatim indicat ſui ablationem eſſe proſequendam, fugiendam autem conſeruationem vt nocentem,& morbi comprehenſio ſub hac ratione,qua præter naturam eſt,indicatio appellatur. Vtebantur tamen Empirici ad morborum curationem μνήμῃ, hoc eſt memoria, αὐτοψίᾳ, id eſt, propria inſpectione & hiſtoria. Memoria obſeruatio quædam erat eorum quæ longo experimento è diuerſorum medicamentorum vſu in diuerſis quoque hominibus inuenerunt. Hæc autem tribus conſtabat: fortuna, vti ſi quis febrem patiens continentem vulneretur, fluente autem ſanguine liberetur à febre: conſilio etiam conſtabat, vti ſi febricitans frigidam bibens ad ſatietatem,refrigeratus à febre euadat. Imitatione quoque, quæ in quibuſdam fieri viderunt, in alios transferentes, quod erat ipſis maximum ad morborum curationem inſtrumentum, qui nulla generali via vtebantur, quæ foret multis ægris communis. Ad quod non parum conducebat hiſtoria, ſiquidem in omnibus ægris, vnumquemque medicum, ſyndromen ſiue ſignorum congeriem, & concurſum ſpectare foret impoſſibile: aliorum igitur traditione, quæ per hiſtoriam,erat opus. Fuit huius ſectæ inuentor, teſte Plinio, Creontes Agrigentinus, Galenus Acronem vocat, Celſus Serapionem dixit, alij Philinum Coum fuiſſe teſtantur. Hos ſecuti ſunt Gorgias, Soſtratus, Hieron, Hamonius Alexandrinus.Secunda ſecta fuit Methodicorum, qui ſolis vtebantur communitatibus, ſiue generalibus quibuſdam præceptis proponentes omnem morbum eſſe adſtrictum, aut laxum, aut ex his compoſitum, vnicam autem eſſe indicationem, quæ ab effectu deſumeretur, ab adſtrictis naturalibus excrementis laxationem,à laxitate fluxionem, ab vtriſque mixtam curationem,contemnebant tamen indicationem quæ ſumitur à temperatura, ætate, aut partis patientum natura.Huius ſectæ princeps fuit Themiſon Laodicæus, quem ſecutus eſt Theſſalus Trallianus, deinde Mnaſeus, Dionyſius, & Proclus. Tertiæ ſectæ conditor fuit Hippocrates Cous (de Æſculapij ſtirpe, vt Plato inquit in Protagora) omnium medicornm primus, qui ſectam inuenit Rationalem, Medicinam ratione & obſeruatione conſtare docens, Hunc ſequutus eſt Diocles Caryſtius,Praxagoras Cous,Herophilus Calcedonius,Mneſitheus, Aſclepiades, Galenus verò quæ ipſe reliquit obſcura,ſermonis breuitate amplificauit, dilatauit, expoſuit, atque ad perfectionem duxit.

CHRISTO

CHRISTOPHORI A VEGA COMPLVTENSIS, MEDICI, ATQVE PHILOSOPHI, DE ARTE MEDENDI

LIBER PRIMVS,

DE ELEMENTIS.

CAPVT PRIMVM.

ELEMENTORVM naturam, numerum, & in mixtis corporibus conſiſtentiam, medici, atque philoſophi, quotquot inſignes habiti ſunt, poſteritati literis mandarunt. Nos verò de iiſdem agere volentes, in primis quę medicis neceſſaria omnino ſunt, & à philoſophia naturali non abhorrent, ſed medicis, & philoſophis ſunt communia: tyronibus verò ad medicinam introductio, trademus: & quamuis notitia cauſarum, quæ vitam protogate, aut breuiorem efficere poſſunt, ſimul cum conſideratione facultatum animæ, atque functionum ipſius, à quibus mixta omnium perfectiſſima gubernantur, philoſophi munus abſoluāt, medicum verò ad artis inquiſitionem & conſequutionem alliciant, ab ea quæ de elementis eſt tractatione exorditi decreui; quoniam hæc non ſatis eſt à philoſophis exatata, nec quæ à Peripateticis de eiſdem dicta ſunt, integram obtinent veritatem, aut ex iis quæ apparent, euidentem demonſtrationem.

Authoris intentum.

Elementa quoq; vitæ principia eſſe notum eſt. Primùm verò à definitione, qua vſus eſt Ariſt. lib. 5. Metaphyſices auſpicabimur, cum inquit, Elementum eſt id, ex quo componitur aliquid inexiſtens, indiuiſibile in ſpecie, in alteram ſpeciem. Quapropter id dicetur elementum apud Ariſtot. quod alterius rei compoſitionem ingreditur. Cùm tamē ipſum adeò ſimplex ſit, vt ex nullis ſpecie diuerſis componatur, ſiue, quod in ſpecie diuerſa diuidi non poteſt. Quēadmodum vocis ſimpliciſſimum elementum litera eſt, & corporum generabilium, & corruptibilium mixtorum ignis, qui in diuerſa ſpecie non diuiditur, quamuis millies diuidatur. Quòd tamen ex materia, & forma conſtitutus ſit, non obſtat, quoniam hæc non ſubſiſtunt per ſe, neque poſſunt ſeparari, aut diuidi. Gal. verò ad initium libri de Elementis, Elementum (inquit) eſt minima portio eius, quod conſtituit. Hæc eſt elementorum natura, quorum numerum Ariſt. conſiderauit lib. 2. de generatione, & corruptione cap. 5. confutauit quoque eorum opinionem, qui vnicū ſtatuebant elemētum, quemadmodum & lib. 1. opinionem illorum, qui infinita indiuiſibilia corpora, rerum elementa dixerunt. Omnes enim concedere tenentur, non eſſe rerum generationem, aut corruptionem, ſed ſimplicem alterationem. Qui enim infinita elementa ſtatuerunt ex diuerſa indiuiſibilium compoſitione, & figura omnia fieri, generari & corrumpi affirmabant: vt Democritus, & Leucippus: nullum autem horum eſt generatio, aut corruptio, quæ circa ſubſtantiam verſatur. Qui verò vnicum tantùm elementum aſſeruerunt, omnem negabant mutationem, quoniam non eſt à quo alterationem, aut mutationem id vnum ſuſcipiat, neque eſt in quod mutetur. Cum tamen omnis alteratio, atque mutatio, de potentia tali in actu tale fiat, quod tamen omnia eſt, non eſt aliquid ipſorum in potentia: non ergo recipiet in aliud mutationem.

Elementorū numerus quaternarius quibus rationibus.

Elemen. tū quid.

Probauerat tamen libro ſecundo de generatione, capite ſecundo & tertio, quaternarium numerum elementorum eleganti via, quæ ex numero primarum qualitatum agentium procedit. Sunt enim generabilia & corruptibilia, tangibilia, nam actu generatio omnis, & corruptio fit. Corporum ergo generabilium & corruptibilium principia, & elementa, ex contrarietate inueniuntur, per quam tangibilia ſunt, per eam enim & alterant, & alterantur, & corrumpunt, & corrumpuntur. Quod ſequitur, quoniam illa erunt principia generabilium & corruptibilium, quæ ſunt principia generationis, & corruptionis: generantis verò forma, aut ſubſtantia, aut facultas, aut omnia hæc generatum ipſum conſtituunt, tranſeuntia à generante in genitū. Tranſeunt verò mutatione, quæ tactu fit, & per tangibilia. Hæc verò ſunt, calidum, frigi-

A dum,

dum, humidum, ſiccum, graue, leue, molle, durum, viſcidum, aridum, ſcabrum, glabrum, craſſum, tenue. Verùm iſtæ differentiæ ad quatuor primas qualitates, quas actiuas vocant, reducuntur. Hæc ſunt, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas. Hæc rurſus ſex modis cõponuntur, vti caliditas cum humiditate, caliditas cum ſiccitate, frigiditas cum humiditate, frigiditas cum ſiccitate, caliditas cum frigiditate, humiditas cum ſiccitate. Sed hi duo poſtremi nõ ſunt poſſibiles. Reliquum eſt, vt quatuor alij, quatuor principijs generabilium, & corruptibilium debeantur, cuilibet vna earum qualitatum. primo & in ſummo gradu, altera ſecũdo, & in gradu remiſſiori. Igni calor primo, ſiccitas ſecũdo, aëri, humiditas primo, caliditas ſecundo, Aquę frigus, primo humiditas, ſecundo, terræ, ſiccitas primo, frigiditas ſecundo. Nam vna natura, quæ eſt forma elemẽti duabus naturis ſpecie differentibus, non copulabitur æquè primo, ſed alteri primo, reliquæ ſecundo. Hæc elementa quatuor eſſe probauerat ex qualitatibus motiuis, ſumpto argumento 4. lib. de Cœlo cap. 4. Hæc inter ſe agentia inuicem mutantur, alterantur & corrumpuntur, & quodlibet in quoduis alterum tranſit, quamuis quæ ſymbola ſunt, & qualitate vna de dictis participant, faciliùs inuicem mutentur, vt ignis in aërem, & aqua in terram. Quoniam facilius eſt, vnum, quàm multa mutari, teſte Ariſtotele. Sed obſtrepet aliquis probare contendens, pari facilitate tranſire aquam in ignem, & in aërem. Nam vti in ſymbolis vna qualitas corrumpitur ab vna qualitate cõtraria, ita in diſſymbolis duæ qualitates à duabus contrariis ſuperantur, ac pari facilitate. Ad quod reſpondemus ex noſtra ſentẽtia, diſſymbola vna ſumma qualitate diſſidere, vt ignis, & aqua, non tamen ſymbola, vt aër, & aqua, modò ſi aliquod ſummum in aliud ſummum mutari debet, longiùs diſſidens, atque ſeiunctum, quàm ſummum à non ſummo, quamuis æqua proportione vtraque mutatio, & æqua celeritate fiant, eorum quę magis ſecedunt, tardiùs finietur. Licet enim quod longiùs ſecedit, cum altero minùs ſecedente, pari celeritate moueatur, tardiùs tamen ad finem perueniet. Non igitur ad qualitatum numerum referendũ quod Ariſtoteles dixit, ſed ad magnitudinẽ ſiue intentionem eorum quæ corrumpi debent. Galen. tamen lib. 3. de Temperament. negat ignem in aquam tranſire immediatè, aut aquam in ignem, ſed aërem intermedio fieri. Hanc eandem ſententiam lib. 1. de Natura. facult. ſcripſit dicens: Rubrum in flauum ſimplici alteratione tranſire. Si verò album in nigrum mutari debet, omnes quæ in medio ſunt alterationes exiguntur. Verùm neutrum demonſtrari ſatis poteſt. His quatuor elementis ſimul concurrentibus, agentibus, ac patientibus, mixta omnia corpora, circa locum medium generantur. Non enim ex vno, aut duobus, aut tribus tantũ mixta perficiuntur, ſed ex omnibus. Neque iis, vtcunque confuſis, ſed diuiſis, ad minimas partes, & inuicem alteratis. Præterea decet nullum eorum tantùm reliqua potentia ſuperare, vt ea vincat, & corrumpat: commutabit enim ipſa in ſui naturam, eritque hæc mutatio elementi generatio, non mixtio. Erunt igitur elementa corporum quatuor, ex quorum actione mixta generantur, ipſis omnibus ad mixtionem accedentibus in debita quadam menſura, in qua poſtquàm ad minima diuiſa fuerint (quod ad meliorem actionem eſt neceſſarium) nullum, nec duo ſuperent, immodicè reliqua. An tamen elementa in tali actione ſolam patiantur alterationem, per quam eorum qualitates reprimantur, ac minuantur, vel ſimul formas ſubſtantiales amittant, in dubium vertunt. Cæterùm Ariſtoteles, cuius mentem modò referimus, libro primò de Generatione, non manere actu elementa in mixtis corporibus, ſed poteſtate tantùm docet. Nam eorum quæ ſunt, quædam actu ſunt, quædam poteſtate: quæ igitur miſcentur, poteſtate ſunt in mixto, quoniam ante mixtionem ſeparata ſunt, & poſt mixti corruptionem ſeparari poſſunt, actu verò non ſunt, quod ipſe ſic probat. Nam ſi quæ miſcentur manerent, ea potius partium compoſitio quàm mixtio eſſet appellanda. Quamuis enim ad minimas quaſque partes diuidantur elementa (in totum enim diuidi nequeunt) partium erit compoſitio & applicatio. Nam etſi ſenſui humano imponat, lynceo cognita erit partium iuxta ſe poſitio. Hoc eſt quod ferunt, non quælibet pars mixti eſſet mixta, ſi elementa in mixto manerent actu. Itaque inquit Ariſtoteles de hac mixtione, contrariorum, agentium, alterabilium, nec corrumpuntur ambo, neque alterum: nam ſaluæ manent virtutes eorum, hoc eſt, cùm contraria miſcentur, non corrumpuntur contraria, ita vt non maneant actu, neque potentia: neque corrumpitur alterum, nempe potentia. ratio eſt, quoniam ſaluantur virtutes eorum, quæ miſcentur. Cùm enim Ariſtotel. ibidem loquatur de actu, & potentia, ac dixerit mixta non manere actu, ſed potentia, meritò addit, non corrumpi ambo, ſcilicet, actum, & potentiam, neque alterum, ſcilicet potentiam miſcibilium, & adiungit rationem, quoniam ſaluæ manent vires eorum. Quòd ſi cùm dixit, neque alterum, non loqueretur de potentia, & virtute eorum quæ miſcentur, ineptam reddidiſſet rationem, dicens: quoniam ſaluæ manent virtutes eorum. atque hæc quidem eſt genuina huius loci expoſitio. Hanc quoque fuiſſe Ariſtotelis opinionem, & Stoicórum contrariam teſtatur Galenus commentar. primi libri de Natura humana, dicens: Iam verò hæc opinio duplex eſt, nam quidam quatuor tantùm qualitates inter ſe totas commiſceri, quidam ſubſtantias cenſent. Peripatetici priorem, alteram tuentur Stoici. Manent autem potentiæ elementorum in mixto, partim, quoniam in mixto eſt potentia calefaciendi, infrigidandi, humectandi, & exſiccandi: partim, quoniam mixtum poteſt in elementa diſſolui, in ipſo igitur elementa erunt in potentia ſalua. Vult itaque Ariſtoteles elementa corrumpi in mixtione, id eſt formas ſuas ſubſtantiales amittere ex alterna actione & paſſione ipſorum, ob idque non manere actu in mixto, manere tamen in potentia, duabus modis dictis. Libro quoque ſecundo de partibus animalium capite primo, Ariſtoteles aperuit mentem ſuam, dicens: Cùm itaque triplex ſit compoſitio, prima ſtatui poteſt, ea quæ ex primordiis conficitur, iis quæ nonnulli elementa appellant, terram dico, aquam, aërem, ignem, ſed melius fortaſſe dici poteſt, ex virtutibus confici elementorum, iiſque non omnibus, ſed vt antea expoſitum eſt: humidum enim, & ſiccum, & calidum, & frigidum, materiæ corporum compoſitorum ſunt. Philoſophi iuniores placitum hoc multis rationibus confirmant ſic: Si elementa in mixto, cum ſuis ſubſtantialibus formis manerent, ex pluribus entibus, in actu, fieret vnum ens per ſe, quod eſt contra Ariſtotel. & aſſumptum probant, quoniam homo, res eſt per ſe ſubſiſtens, & ex elementis conſtituta, quæ ſunt conſiſtentia in actu, per ſuas formas

Symbola faciliùs inuicem mutari qua ratione.

Elementa in mixto an maneant.

Digitized by Google

mas ſubſtantiales,quæ verè actus ſunt. Rurſus ignis forma exiſteret in materia admodum frigida, veluti in lactuca, aut in humano oſſe, atque in materia admodum denſa,vt lapidis aut oſsis, quæ formæ ignis pugnare videntur. Rurſus non eſſet illud Ariſtotelis placitum perpetuò verum, generatio vnius eſt corruptio alterius, cum mixtum generetur ex elementis non corruptis. Hæc, & multa huiuſcemodi, ad comprobandam mentem Ariſtotelis adducunt.

Hippo. de Elementis.

Hippocrates tamen aliter ſentire videtur libro de Humana natura, quem ſequutus eſt Galenus libro de elementis, quo in loco elementa conſiderantur,quatenus humani corporis ſunt elementa, quemadmodum Ariſtoteles & reliqui Philoſophi ipſa conſiderant, vt generabilium, & corruptibilium elementa. Quod igitur de vnius hominis elementis, ad doctrinam Hippocratis dicemus, id ad omnia generabilia corpora transferre licet. Duo itaque vult Hippocrates, non eſſe vnicum humani corporis elementum, & quatuor elementa hominis compoſitionem ſub propriis formis ingredi.

Elementũ ex Gal.

Elementum, vt inquit Galenus libro de elementis,& octauo de placitis Hippocratis & Platonis, eſt minima pars eius cuius eſt elementum, eritque elementum in prædicamento ad aliquid, quemadmodum magnum, ad paruum collatum, & pars ad totum, ita elementum ad id cuius eſt elementum, tanquam ſimplex ad id quod ex ſimplicibus conſtituitur, dicitur eodem modo, quo & elementa dictionis literæ ſunt, dictionem ipſam, tanquam ſimplicia componentes, quæ etiam minimæ partes compoſiti ſunt: minimæ verò dictæ ſunt, non quòd ad ſenſum attinent, ſed quod natura minimæ. Minimum verò ſecundum naturam id dicitur, quod non eſt conſtitutum ex diuerſis naturæ rebus, neque in diuerſa ſecundum naturam diuidi poteſt, quemadmodum ignis, aut aqua, aut aër, aut terra. Id eſt quod Ariſtoteles dixit indiuiſibile in alteram ſpeciem. Erunt ergo hominis plura elementa, nam ſi vnicum tantùm eſſet, neque id à quo ortum haberet minima ipſius pars, id eſt, ſimpliciſſima diceretur, neque homo eſſet quid compoſitum, cuius collatione elementum & ſimpliciſſimum quid eſt. Verùm hæc compendiaria ratio eſt. Sed iam Hippocratis ratione eorum opinionem confutemus, qui hominem vnicum eſſe elementum dixerunt.

Hippo. placitum de elementis.

Nam quidam ignem, alij aërem, nonnulli aquam, reliqui terram aſtruebant, quidam verò id eſſe impatibile, quidam incompacta corpuſcula. Græci ἀνάρμους ὄγκους appellant, quidam indiuiſibile, & ex indiuiſibilium congerie fieri affirmabant: quidam colores, & qualitates ſola apparentia, non re ipſa exiſtere: contra quos validiſſima eſt Hippocratis ratio,

Hippo. ratio.

ſi homo vnum eſſet, non doleret, ſed dolet, non ergo eſt vnicum humani corporis elementum. Sic probatur aſſumptum, Quæ dolent, omnia alterabilia ſunt, & ſenſu participant, ſed ſi homo eſſet vnum, id non haberet has duas conditiones, non ergo doleret. Nam quod dolet, alterationem patitur à re dolorem inferente, quoniam dolor paſſione fit: ſi igitur dolor eſt, alteratio eſt, dolens ergo homo patitur & alterabitur, hominem autem alterari, ſi vnum ſit, eſt impoſſibile. Nam omnis alteratio à contrario fit, & id elementum quod humanum corpus conſtituit, conſtituet vniuerſa alterabilia, & alterantia. Non erit itaque in vniuerſo contrarium, neque à quo homo alterationem ſuſcipiat. Præterea quod alteratur in potentia eſt, ad id quod alterat, cùm ergo id elementum, quod eſt homo, ſit omnia generabilia, & alterabilia, ad nullum eorum erit in potentia, & à nullo ipſorum alterabitur. Quod ſi contendas id patibile eſſe ac diuiſibile, ſenſu tamen carere, conſtat quòd non dolebit, ſed erit veluti lapis, qui patibilis eſt & alterabilis, non tamen dolet. Quòd tamen id quod non patitur, non ſentiat, conſtat, quia ſenſus omnis paſſione fit, apud Ariſtotelem & Galenum, ſed tamen ſi corpus humanum conſtitutum eſſet ex atomis vt dixit Epicurus, aut ex incompactis corpuſculis, vt dixit Aſclepiades, (quod tenentur dicere, qui vnicum ſtatuerunt corporum elementum.

Aſclepiades & Epicurus refutantur.

Quoniam cum id impatibile ſit, non aliter fient omnia ex ipſo, quàm ex infinitorum atomorum diuerſa compoſitione,) inde fieret, hominem non doliturum, vbi acu pungeretur caro. Nam aut acus vnum tantùm tangeret corpuſculum aut plura, ſi vnum & id indiuiſibile, atque impatibile eſt, non ergo diuidetur aut patietur acu pũctum: quod ſi duo aut plura acus tetigerit, nullum eorum alterabitur, ergo neque totum, quod enim compoſitum eſt ex impatibilibus, impatibile eſt. Numerum enim mutat non rei naturam, præter id quòd quemadmodum, vbi quis duos digitos contiguos ſeparans, dolorem non infert, ita qui duo impatibilia ac indiuiſibilia ſeiunxerit, nullum dolorem inferet, aut alterationem: & quemadmodum vnum ipſorum impatibile eſt, omnia erũt impatibilia, neque à cauſis alterantibus alterabuntur: indiuiſibile verò inalterabile eſſe conſtat: quoniam qualitas extenſa eſt, & ſubiectum exigit extẽſum. Hinc fit corporis plura eſſe elementa, non vnicum, & hæc quidem non impatibilia, vt quidam voluerunt: atque hi in duas ſectas diuiſi fuerunt, quibuſdam dicentibus, elementa, corpus componentia impatibilia eſſe, ſed ſenſibilia, aliis verò impatibilia ſimul & inſenſibilia. Qui verò patibilia eſſe dixerunt, pariter fuère bipartiti: nam quidam aſſerebant componentia eſſe patibilia, ac ſenſibilia, quod verum eſſet, vbi per prima componentia, ſimplices & primas particulas intelligeremus, quamuis verum ſit prima componentia patibilia eſſe, ſed ſenſus experria. Neque eſt à ratione alienum ex patibilibus principiis quæ non ſentiunt, aliquod fieri patibile ſimul ac ſenſibile, vbi ex contrariorum actione vnum aliud conficiatur nouam formam, nouaſque vires adeptum.

Probatio argumenti Hippocratici.

Rurſus ſecundò placitum ſuum ſic probat Hippocrat. Si homo vnicum eſſet elementum atque doleret, vnica tantùm eſſet curandi via, eritque argumentum priori ſimile. Diximus enim ſi homo vnicum eſſet elementum non doleret, ſed dolet, non ergo eſt vnicum elementum: modò vero ſi homo eſſet vnicum ac doleret, vnica eſſet curandi via: ſed non eſt vna tantum via curationis, non ergo eſt vnicum & dolet homo, ſequitur enim in bona conſequentia ex oppoſito conſequentis oppoſitum antecedentis. Iam ergo probo primã conſequentiam. nam ſi homo vnum eſt, vnam habent homines ſanitatem, ad vnam autem ſanitatem vnica tantùm via eſt, erit ergo vna tantùm curationis via. Valet hæc ratio: quoniam ſi vna tantùm ſanitas eſt, vnicus tantùm erit morbus: nempe qui ſanitati contrarius eſt, & inter duo tantùm contraria, vnica tantùm eſt via, qua ſanitas in morbum migrat, & qua à morbo ſanitas reſtituitur, ſicut vnica via eſt Athenis ad Thebas, & Thebis ad Athenas. Quòd tamen non ſit vna tantùm curandi via, notum eſt: nam eſſet quoque (inquit Hippocrates) vnica curationis ſpecies, ſi vnicum eſſet homo: nam vnico tantùm

morbo, ſanitati contrario ægrotaſſet, ſed non eſt vnica curationis ſpecies, non eſt ergo homo vnicum. Quòd verò non ſit vna curationis ſpecies conſtat: quidam enim calfactione, quidam refrigeratione, quidam humectatione, quidam exſiccatione, & quidam ablatione, quidam adiectione ſanantur, non ergo eſt vnicum elementum homo, aut ex vnico elemento, neque vniuerſa generabilia ex vno tantùm conſtituta ſunt, vt voluerunt: quorum mentem confutauimus. Ad quod accedit, quod ex his qui vnicum dixerunt eſſe elementum, diuerſi diuerſa ſenſerunt: alij ignem, alij aërem, alij aquam, alij terram eſſe dicentes: verùm vnica tantùm via ad id aſſerendum procedebant: vt inquit Hippocrates libro de Humana natura, dicens: Idem ſane omnes ſentiunt, at verbis diſcrepant: ratio vero ipſis communis eſt: quia ſiue ignem, ſiue aquam, ſiue aërem, ſiue terram elementum dixerint, id diuerſa rarefactione, aut denſatione, aut alia quauis mutatione in ſingula tranſire aſſerunt. Habuerunt itaque vnicam errandi viam, & diuerſa placita. Quo confutandi modo Ariſtotel. vſus eſt aduerſus eos, qui male de principiis rerum naturalium ſenſerunt, libro primo de Phyſico auditu, cap. 5. Sunt tamen, vt Hippocrates docet, quatuor mundi elementa, calidum, frigidum, humidum, ſiccum: ex quibus humanum corpus conſtitutum eſt. Per calidum autem & frigidum, humidum & ſiccum, non tantùm primas ipſas qualitates intelligere oportet, ſed ſubſtantias. Hoc enim loquendi ſchemate ſæpe vtitur Hippocrates, vt cum dixit, qui creſcunt, plurimum habent innatum calidum, & rurſus, Ventres vere, & hyeme calidiſſimi ſunt natura, vbi per calidum, non qualitatem, ſed ſubſtantiam intellexit, vt ibi, & multis aliis locis Galenus probauit, ignis ergo, aër, aqua, & terra, vniuerſa conſtituunt per ſuas ſubſtantias & qualitates: vtrumque enim ſignificare voluit Hippocrates libro de Humana natura. Ex qualitatum namque contrarietate actio conſurgit, & mixtio, nullo elementorum reliqua in actione vincente, ſed omnibus conuenienti menſura, & potentia pugnantibus, per quam mixtio fit, in quo elementa ſubſtantiis integris, qualitatibus tamen remiſſis manent, quæ tamen ab initio ſummæ erant. Docet id generatio & interitus mixtorum, homo namque membra diuerſa continet ex ſemine genita. Semen verò ex humoribus habet ſuam generationem, humores ex cibis, veluti ex ouina, aut hœdina carne: hæc verò ex herbis, herbæ tamen ex elementis quatuor. Neque enim aquam ſolam terræ mixtam continent, nam eſſent quale lutum, ſed & nonnihil aëris & ignis. Hæc autem eſt vniuerſæ tranſmutationis via, non etenim corpus noſtrum vnica mutatione ex elementis fit. Præterea ſi corporis alimenta ex quatuor elementis conſtituuntur, vti herbæ & fructus, noſtrum quoque corpus ex eiſdem conſtitui par erit. Noſtrum etenim corpus duobus modis mutatur, aut ſimplici alteratione, quæ per primas qualitates, aut ſubſtantiæ diſſolutione. Reſtitutio quoque bifariam fit, aut contrariis alterantibus, quæ corpus ad priſtinum temperamentū reducant, aut his quæ corpus reficiunt, qualia ſunt alimenta, quæ ſubſtantiæ diſſolutæ ſimilia eſſe decet. Corpus igitur noſtrum alimentis ſimile eſt, alimenta verò ex elementis conſtant: colliges igitur & noſtrum corpus ex eiſdem conſtare. Alimenta ſanè elementa in ſeipſis continere facilè docet ratio ſumpta ab his alimentis, quæ medicamentoſam habent facultatem, in quibus vnum elementum præ aliis abundat, in quibuſdam nempe ignis, in aliis aqua, aut quoduis aliud, vti in pipere, allio, euphorbio, & venenis calidis, ignem verè adeſſe dices, cum partem quampiam vrunt, aut in ea bullas generant. Nec tamen putare decet, in humano corpore non adeſſe quatuor elementa, quoniam nullum eorum manifeſtè cōſpicitur, (vti Galenus libro primo de Elementis abundè docet,) ſatis enim eſt, ſi in ipſo fuerint partes ſingula elementa referētes: oſſa etenim quamuis terra non ſint, terrenam habēt naturam, & humores aqueam, in ſpiritibus verò & calore, quamuis nullum eorum purum ſit elementum, ignis & aër continentur. Nec mirum eſt, nullum elementum purum oſtendi, quamuis corpus ex eiſdem cōſtituatur, nam in vnguento tetrapharmaco, quod ex cera, reſina, pice, & adipe componitur, nemo poſt mixtionem alicuius eorum portionem quampiam oſtendere valebit, nec tamen ipſa corrupta ſunt, quoniam vbi tantùm ea liquaueris, omnia ſimul conſiſtent, & nullum oſtendes præter id quod nullum elementum impermixtum in vniuerſo inuenies, nedum in mixtis ipſis corporibus. Ad hunc modum homo ex elementis conſtituitur, quod eiuſdē diſſolutio in quatuor elementa pariter docet: vbi enim quis carnem vrere voluerit, partem videbit in ignem tranſire, partem in aërem, ad vaporis ſpeciem, partem defluere ad ſpeciem aquæ, & partem in cineris formam reſidere, id eſt, quod Homer. dixit Iliados η. ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. Quod eſt, in aquam & terram reuertamini, & verba Hippocr. idem confirmant, cùm libro de Humana natura dixit: Rurſus cum hominis corpus moritur, ſingula ad ſuam naturam diſcedunt: humidum ad humidum, ſiccum ad ſiccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum: omnia ſimiliter generantur, ſimiliterque intereunt omnia, id quod poteſt probari Platonis ſententia in Timæo, vbi non tantùm ex quatuor dictis elementis humanum corpus conſtitui, ſed ex eorum temperatura pendere ſanitatem, & ex intemperie morbum voluit, dicens: Cùm quatuor ſint genera, ex quibus corpus noſtrū compactum eſt, terra, ignis, aqua, aër, horum ſanè præter naturam, redundantia, & defectus, & ſedis è propria in alienam facta mutatio, ignis ſcilicet & aliorum, cùm plus ex vno habuerint partes, neque quod ſibi conuenit, vnaquæque aſſumpſerit, cætera quæ huiuſmodi ſeditiones & morbos afferunt. & rurſus: Cum enim præter naturam vnumquodque afficitur & tranſmutatur, calefiunt, quæ prius frigebant, humeſcunt, quæ ſicca fuerant: leuia item grauitatem adipiſcuntur, ſicque omnia, omnes mutationes ſuſcipiunt: tantummodo enim circa idem, idem dicimus, & ſimiliter id quod pro rata portione vel accedit, vel recedit, id quod idem eſt, ſoſpes ac ſanū eſſe permittit. Sed ſi peccauerit aliquid præter hæc accedens, vel recedens, alterationes variat & morbos interitúſq; innumerabiles inducit. Quibuſdam aliis rationibus id placitum confirmari poteſt, quamuis dicta maximam fidem faciant. Nam ſi elementa in mixto non manerent, non rectè dicerentur corporum elementa, ſicuti neque literæ dictiones, ſi literæ ſuas formas amitterent in dictionis conſtitutione, neque ſatis ſoret materiam præſtare: nam pari modo diceres, ligna varia eſſe ignis elementa, vbi comburantur.

Numerus elementorū ex Hippo.

An elementa in mixto maneāt.

In hanc rē optime ait Cælius Rhodigin. Mirabile eſt (inquit) humani corporis tetrapharmacum.

Elementa in mixto ex Platone.

Præterea in lapidis generatione, nemo mentis compos negaret terram, licet non puram manere, & in lapide exiſtere, ignem autem ſilex nobis oſtendit, à quo exilit, vbi vehementer ferro, aut alio lapide

Digitized by Google

pide collidatur. Nec tamen aliter fieri id contingit, quàm quòd motu illo vehementi aër impulſus intus penetrat, qui ignem ab aliis elementis oppreſſum, atque denſatum ventilat, atque rarefacit. Quãobrem oſtenditur palam, qui intrò concluſus, ac quodammodo in aliis ſepultus erat, quod libro primo de Differentiis febrium in noſtris Commentariis oſtendimus. Ad ea tamen quæ pro Ariſtotele adducta ſunt, dicemus ad primum, quòd elementa corporum non ſunt minima ad ſenſum, ſed ob id minima dicuntur, quoniam naturalia ſunt: quamuis ex ſe diuidi amplius poſſint. Nec refert, vt inquit Galenus libro de Elementis primo, ſi à lynceo partes percipi poſſunt iuxta poſitæ. Satis enim eſt ipſas eſſe natura minimas, vt in diuerſa ſpecie ſecari non poſſint.

Prætetea quamuis elementorum minimæ partes verè mixtæ non fiot, ſed iuxtà poſitæ, nulla pars mixti ſignabilis eſt, quæ per ſe exiſtere poſſit, quin quatuor elementa contineat, mixtæ verò dicentur, quòd aliis fiot & commixtæ, & coalteratæ. Ad aliud quod afferunt dicentes, ex pluribus entibus in actu non fieri vnum per ſe, verum eſt, niſi forma vnica toti compoſito ſuperuenerit, ſuperuenit tamen forma mixti, qua indiuiduum in ſpecie conſtituitur. Nam neque negare fas eſt formam oſſis, & carnis eſſe ſubſtantias diuerſas, & hominem eſſe vnum per ſe, quæ tamen actus ſunt completi & perfecti, quod de formis elementorum negant, qui ad hoc reſpondent iuniores Philoſophi, dicentes: ex pluribus entibus in actu perfecto non fieri vnum, ſed in his quæ ſunt in actu in completo, qualia ſunt elementa. Sed hoc falſum eſt, elementa non eſſe in actu completo, & eo dato de forma carnis & oſſis non eſſet verum quæ completæ ſunt, ex quibus cum animali forma vnum actu conſtitui nemo negabit.

Ad aliud quod adducunt: nam forma ignis eſſet (inquiunt) in materia admodum graui & admodum denſa, verum eſt, neque tamen, vt Philoſophi putant: nam materia ignis in mixto minus leuis & minus calida & minus rara eſt, quàm vbi ſecundum naturam exiſteret. Veruntamen in oſſe ignis non adeò denſus eſt aut frigidus, vt os, ſed ex denſitate & frigore terræ mixtis raritate & calore ignis medium conſtituitur, & hæc cum reliquis elementis ſimiliter attemperatis os conſtituunt, nulla ipſarum in extremum contrarium, nec prope ipſum recedente, ſed à ſuo extremo remiſſionem tolerante. Ad aliud cum contendunt, non eſſe generationem vnius corruptionem alterius, nec contra, id in elementis cum inuicem tranſmutantur eſt perpetuum, non in reliquis, quod docet mors bruti, membris ſuis manentibus ſub forma oſſis & carnis, quæ præfuerunt nulla ſuperueniente loco formæ bruti corruptæ. Quod enim ferunt de forma cadaueris, puerile eſt, & generatio formæ bruti idem oſtendit, quæ formæ carnis genitæ in materia ſanguinia ſuperuenit, non corrupta forma carnis. Ruſus ergo dicemus, quòd in prima generatione mixti ex elementis quatuor ipſa conueniunt, potentiis non multum diſparia, quæ ad minimas partes diuiſa miſcentur, vt melius agant & patiantur, ex quorum actione vnumquodque omnihil amittit ſui vigoris, & ſuarum qualitatum, tam primarum, quæ ſunt calor, frigus, humiditas, ſiccitas, quàm ſecundarum: vt duritiei, mollitiei, grauitatis, leuitatis, raritatis & denſitatis. Neque tamen materia ignis formam ſuam amittit, neque alterius ſubit, neque remiſſionem patitur: id enim naturæ ſubſtantiæ repugnat:

Elementorũ concurſus.

ſequeretur enim ad ſubſtantiam eſſe per ſe motum. Senſim namque incaleſcente aqua, forma aquæ recederet, & corrumperetur, ruſus ſenſim refrigerata forma aquæ gradatim produceretur. Verùm hic inter errores Auerrois eſt annumerandus: hæc quidem vera ſunt, & ab aduerſis rationibus facilè tuentur, quæ Galenus libro primo de Elementis ſecundum Hippocrat. latè probauit, quamuis lib. de facultat. natur. ſubſtant. qualitatibus inuicem agentibus fieri temperamenta, non ſubſtantiis probabilius exiſtimet: & libro octauo de Placit. Hippocr. & Plato. elementa corpus humanum conſtituentia qualitatibus Hippocrat. nominaſſe dixit: quoniam in ipſo poteſtate ſunt non actu. & libro primo de Elementis ad finem: ſi non alterius ſaltem ſecuritatis gratia placitum hoc ſeruandum voluit. Nos elementa formis, & qualitatibus mixta componere affirmamus, & abundè probatum exiſtimamus. His habitis de qualitatibus elementorum, his quæ diximus quædam ad dictorum integram notitiam nobis addenda ſe offerunt. Dictum à nobis ſuprà eſt, ex Ariſtotelis opinione, ignem eſſe ſummè calidum, aërem ſumme humidum, aquam ſummè frigidam, terram ſummè ſiccam. Verùm Galenus de Temperatura aquæ & aëris diuerſa ſentit. Ariſtoteles enim libro ſecundo de Gener. & corruptione, cap. tertio & quarto, Elementa qualitatibus diſtinguit: dicens, ignem eſſe calidum & ſiccum, aërem calidum & humidum, aquam frigidam & humidam, terram frigidam & ſiccam: verùm aquam magis frigidam, quàm humidam, aërem magis humidum, quàm calidum. Galenus tamen aquam dixit eſſe ſummè humidam primo libro de Simplicium medicamentorum facultatibus, cap. octauo, & cap. trigeſimo inquit: & aqua quæ ſupra quàm quod refrigeret, omnium ſit vel humidiſſima: nihil eſt enim aqua humidius. Idem voluit libro de Elemẽtis primo, & primo libro de Temperamentis. fauet quoque Galc. experimentum. docet enim id maximam eſſe aquæ vim humectandi, & maiorem quàm aëris. Ruſus vt ipſe libro primo de Simplicium medicamentorum facultatibus ait: aqua tepida ſummè humectat, quòd frigiditatem amittere poteſt, non tamen humiditatem: humiditas ergo magis ſibi familiaris eſt. Verùm ad rerum naturas magis aduertit Ariſtoteles à priori elementorum requirens qualitates, quas natura ſingulis elementis eſt impartita, aquam verò cùm intellexiſſet ſummè frigidam, ipſi non tribuit duas qualitates ſummas. Galenus tamen rerum effectibus magis intentus, quos ipſe maximè perſcrutatur, aquam humidiſſimam dixit, quòd maximè humectet, ſed id ad potentiam referri debet: minor enim qualitatis intentio in ſubiecto denſiori, magis agere poterit, eritque aër humidior intentione, aqua verò potentia, ſed & aër quodammodo magis humectat, quatenus altius penetrat corpora alteranda. Quòd tamen frigiditatem non conſeruet perpetuò, ſed humiditatem, nihil agit: nam terra nec ſiccitatem perpetuò conſeruat, quam in ſummo habet, & aër calefieri, humectari, ac exſiccari poteſt. De aëris quoque temperatura, quam dixit Ariſtoteles primo humidam, & maximè humidam ac calidam, Galenus aërem frigidum potius quàm calidum eſſe, contra Ariſtotelem docuit octauo libro de Vſu partium, vbi ipſum non eſſe natura calidum teſtatur, ac rectè dixiſſe Ariſtotelem, reſpirationem ad cordis refrigerium ordinatam, rectè quoque oblitum ſui placiti, qui aliàs aërem calidum eſſe dixerat. Ad

Aqua an ſummè humida.

Aqua ſummè humida ex Galeno.

An aëris temperatura ſit calida & humida.

quod confirmandum accedit, quòd aqua frigidiſſimo aëri expoſita congelatur, quod indicat aerem aqua frigidiorem, & quod in media regione, vbi minimè ab aliis elementis alteratur, magiſque ſuam naturam obſeruat, frigidiſſimus eſt, vt grando & nix & aqua, ibidem genitæ docent, vbi minimè videntur ab externa cauſa ſuſcepiſſe frigiditatem. Veruntamen hæ rationes non ſatis probant aërem natura frigidum, etſi frigidus ſit, qui aquam congelat, à Septentrionali plaga & congelato mari procedens, à quibus locis frigus ſuſcepit, & aſtrorum frigidam influentiam, quod tamen ad mediam regionem attinet, diceret Ariſtoteles ibi non eſſe purum aërem, neque alibi poſſe inueniri ob rerum aliarum mixtionem, vt vaporum & exhalationum, quæ magnam frigiditatem oſtendunt, vbi à cauſa alia non calefiant, licet hæc à prima generatione calida ſint, ventos enim à Septentrione flantes, & nebulas hyberno tempore videbis frigidiſſimas, à calore tamen leuatas, accedunt quoque potentiæ aſtrorum, quæ extenduntur vſque ad mediam regionem, & non amplius. Quòd ſi dixeris, quare non infrigidabunt ſupremam? dicemus ab igne impediri aſtrorum infrigidantium vim. Niſi velis omnino ignis elementum negare in ſphæra quapiam per ſe ſitum, contrarium namque nulla via probari poſſet. Comprobat rurſus aëri calorem ſecundum naturam ineſſe, quòd ex aqua generatur, vbi aqua frigiditatem amiſerit, & calorem ſuſceperit, vt conſtat ex generatione vaporis ex aqua, & inde aëris, ex vapore. Meminit huius rationis Galenus lib. 2. de Simplicium medicamentorum facultatibus, cap. 20. Quamuis, an aër calidus ſit, maximam eſſe quæſtionem referat, ac clariſſimis Philoſophis dubitatam, Ariſtotele dicente ipſum eſſe calidum, Stoicis verò frigidum. Quod tamen dixit Galen. 8. de Vſu partium, bene dictum eſſe ab Ariſtotele aërem reſpirationi ſeruire, non probat aërem abſolutè eſſe frigidum, ſed comparatione ad cordis calorem, qui verè maior eſt calore aëris: ſi verò cum medio temperamento in tota ſubſtantia conferatur, & ſecundum naturam exiſtat, calidus dicetur.

Opinio Authoris de Elementorum qualitatibus ſummis.

Tenemus ergo cum Ariſtotele aquam ſummè frigidam, aërem natura calidum, ac ſumme humidum: præſertim quoniam & Galenus libro de Humana natura, commentat. 14. dixit aërem eſſe humidum in ſummo, & aquam frigidam in ſummo, maximè verò omnium humectare, non ex humiditatis intenſione, ſed ex vehementia, quam ex ſubiecti denſitate, & formæ copia conſequitur, ignem verò eſſe ſummè calidum, & terram ſumme ſiccam, non eſt qui ambigat: longè tamen à veritate aberrat, qui dixerit, aërem neque calidum, neque frigidum: quoniam facilè incaleſcit ac refrigeratur, & eſſe veluti ceram & oleum, quæ quoniam temperamento accedunt, materiæ ſunt medicinales: nam pari ratione cùm facilè exſiccetur & humectetur, non erit ſiccus aut humidus. At Ariſtoteles & Galenus elementa omnia ſimpliciter talia, & ſummè talia appellant. Referant igitur hanc facilem mutationem ad ſubſtantiæ tenuitatem (cùm eas mutationes admittere poſſit) dicente Hippocrate quinta Aphoriſm. ſect. Aqua quæ citò calefit, & citò infrigidatur leuiſſima eſt, & Galenus in commentat. eam citò penetrare dicit, quod tenuitati eſt adſcribendum. Libro autem primo de Simplicium medicamentorum facultatibus, cap. 17. inquit: Ergo quæcunque corpora tenuis ſunt eſſentiæ: cùm facilè perpetiantur, promptè tum incaleſcunt, tum refrigerantur. Hia quatuor elementis ſimul ad mixtionem accedentibus: mixtionem fieri Ariſtoteles docuit lib. 1. de Generatione & interitu, cap. vlt. Decet autem quæcunque mixtionē efficere debent tangibilia & alterabilia eſſe, ac diuiſibilia. Alterantur autem & alterant inuicem, vbi nullum eorum valde ſuperet ſuum contrarium, ne fortè ipſum in ſui naturam mutet, ſed agat, atque ab ipſo patiatur, agens enim dum agit, repatitur à patiente, inquit Ariſtoteles. Quod tamen dubium viſum eſt iunioribus Philoſophis. Si enim calidum frigidum calefacit, vt ignis aquam, atque rurſus aqua ignem infrigidat, idem collatum eidem foret ipſo validius, & minus validum. nequit enim actio procederet, niſi ab eo quod maius & validius eſt altero, & minus validum id quod validius eſt non mutat. Prætetea ſuperiora agentia, hæc inferiora mutant, à quibus non mutantur. Prætetea manus mouentis lapidem ſurſum impellit, à quo tamen neque mouetur, neque repellitur. Præterea vbi agens longius abſit, ita vt ad eam diſtantiam vis patientis non pertingat, actio euenit ſine agentis repaſſione, idem etiam fieret, vbi agens roboretur à cauſa quapiam adiuncta, tunc etenim quamuis agat, non perinde repatietur. Hæc autem expoſcunt cognitionem virium primarum qualitatum, à quibus actio omnis ac repaſſio ad mixtionem neceſſaria procedit. Sunt autem primæ qualitates quatuor, quas actiuas appellauit Ariſtoteles libro de Generatione & interitu, lib. tamen 4. Meteorologic. cap. 1. duas dixit actiuas, nempe calorem & frigiditatem: duas verò paſſiuas, humiditatem & ſiccitatem, nec tamen ſibi repugnat: quoniam cùm quatuor dixit actiuas, citra diſtinctionem loquutus eſt, cùm verò duas tantùm dixit actiuas, ad alias duas fecit collationem: caliditas enim & frigiditas actiuæ ſunt, ſi ad alias conferantur: humiditas verò & ſiccitas non ſunt actiuæ ad calorē & frigiditatem collatæ: quoniam inferiores multò habent agendi vires. facilè enim calor, aut frigiditas agunt & contraria mutant: humiditas vero & ſiccitas difficilè & tardè: quamuis & calor validior ſit frigiditate, & humiditas ſiccitate. Paſſiuæ quoque dicuntur humiditas & ſiccitas: quoniam ſunt veluti materies eorum quæ generantur. Aut quemadmodum Galenus lib. 1. de Naturalibus facultatibus voluit, humidum & ſiccum, ad Hippocratis doctrinam pati dicemus, in animalib. & plantis, magis quàm agere, nō tamen in omnibus. Maximam igitur agendi vim habet caliditas, ſecundum locum habet frigiditas, tertium habet humiditas, quartum ſiccitas. Obſiſtendi verò contrarium ſeruant ordinem: nam maximè omnium obſiſtit ſiccitas, deinde humiditas, deinde frigiditas, deinde caliditas: huic ſententiæ obſtare videtur Galen. qui lib. 7. de Method. med. difficilius reliquis dicit curari poſſe intemperiem, quæ humectatione corrigitur: inquit enim: Ac facillimæ quidem ad curandum alterationes ſunt, quæ ex calido & frigido conſiſtunt, propterea quòd maximè actiuis qualitatibus corriguntur, ægrius curantur, quæ in humido, ſiccóque habentur: quod imbecillis, & (vt ſic dicam) magis materialibus qualitatibus eorum curatio perficitur, in hoc loco difficillimam ſtatuit mutationem, quæ ab humiditate proficiſcitur, putat igitur minimam habere potentiam, quod confirmat ſtatim, poſtquàm de caliditate, & frigiditate loquutus, inquit: In reliquis duabus qualitatibus ſecuritas ſimilis eſt. Tempus curationis in ſicca intemperie multo amplius, ſed ſicca intemperies humiditatis actione curatur. Humiditas igitur tardiſſimè

Repaſſio an ſit.

Qualitatum ordo agendi & patiendi.

Digitized by Google

tardiſſimè omnium agit : veruntamen non ob id ſiccam intemperiem difficiliùs curari diait : quoniam bnmiditas tardius agit,& minus valida eſt ſiccitate ; ſed quoniam ſiccus morbus ob humoris defectum fit, humorem autem diſſolutum reparare difficile admodum eſt : quouiam languet facultas eui id munus incumbit. Humida autem intemperies, tum ſiccitate,tum etiam calore exſiccante perficitur. Hæ antem duæ qualitates vehementius exſiccant, quàm ſola humiditas bumectet, ac facultas reparet

An ſit idem agere & reſiſtere.

diſſolutam ſubſtantiam. Falluntur autem qui exiſtimant in naturalibns agentibus eandem eſſe actionem ac reſiſtentiam, & nullam eſſe reſiſtendi rationem aliam ab actione : nam multæ ſunt paſſiones cum reſiſtentia, ſine aliqua actione, ignis enim in ſpbæra ſua, à luna, aut aſtris alteratur, ac reſiſtit ſine aliqua actione : idem contingit ligno cùm inflammatur ab ſpeculo concauo, reſleais Solis æſtiui radiis, ac reſiſtit ſine actione : omnis enim actio ab agente in paſſum procedit : nullum auté eſt patiens, vt dicemus. Repaſſionem fieri teſtatur Ariſtoteles libro primo de Generatio. & interitu, cap 7. quam etiam docet experimentum. Si enim aquam calidam frigidæ admiſceas, calida minus calida fiet,& frigida minus frigida : & ſi quis pomum frigidum manu capiar, manus à pomo infrigidabitur, & pomum

Repaſſio fit inter æqualia.

à manu calefiet. Repatitur etiam vuumquodque à ſibi contrario æqualium portionum, quod Philoſophi Peripatetici nun receperunt. Id tamen affirmat Galenus libro tertio de Natural.facult. dicens: Neque enim fieri poteſt, vt duo coropora, quæ ad agendum,ac patiendum ſunt nata,vbi conuenerunt, non vel ſimul patiantur,agantque,vel alterum agat, alterum patiatur. Quippe ſi vires pares iis ſunt, ex æquo tum agent, tum patientur. Accedit quoque ratio. ſi namque calidum ſeptem portionum agit in frigidum ſex portionum, ab eodem repatitur: quod ſi frigidum ſex portionum murare poteſt calidum ſeptem portionum, id facere poterit frigidum ſeptem portionum. Calidum igitur ſeptem portionum, in frigidum ſeptem portionum agit, & ab eodem repatitur. Nec tamen in vniuerſum id verum eſt,ſed vbi nun impleatur ex vtriſque contrariis, quæ ſunt in diuerſis ſubiectis,ſumma latitudo qualitatum exquiſitè exemplum eſt, ſi ſumma latitudo caloris, aut frigoris fuerit decem potionum, calidum quinque portionum non aget in frigidum quinque portionum, quoniam ſumma latitudo impleta eſſe debet ex vna qualitate, aut ex eadem, & ſibi contraria. Quapropter fit,vt ſi calidum quinque portionum fuerit,quinque etiam frigoris contineat: non igitur aget in frigidum quinque portionum,neque patietur ab ipſo,quòd eidem omnino ſimile eſt: ſimile enim non aget in ſibi ſimile. Quòd tamen ſummam latitudinem deceat eſſe impletam, conſtat ex Ariſtotele lib. quarto Meteorologicorum,

An ſumma latitudo qualitatum ſemper impleri debeat.

qui dixit ; Abſentia caliditatis, frigiditas eſt. Vt igitur caliditas corrumpitur, ita frigiditas inducitur, ſempérque impletur latitudo. Præterea præcipua intentio agentium eſt,ſibi ſimilia generare,ad ſeruandam ſpeciei perpetuitatem,corrumpunt autem contraria ex accidenti,quatenus fieri non poteſt,vt contraria ſimul exiſtant. Ad corruptioné igitur cuiuſuis portionis frigiditatis omnino neceſſum eſt portionem alteram caloris induci, id vero eſt ſummam ſeruari latitudinem. Nihil autem refert in tota hac oratione, portiones qualitatum, aut numeros dixiſſe, aut id quod vnam portionem tantùm caloris habet,vt vnum calidum dicere, & quod ſeptem frigoris habet, vt ſeptem frigidum appellare, quod fecimus aliquando lib. 1. de Different. febr. in commentariis noſtris, cùm non erat nobis loquendi curioſitas, ſed veritatis docendæ amor. ſequebat enim communem ſcholæ vſum dicendi. Nam & lib. 2. eius operis comment. cap. 6. videre licet me aliter nominibus vtentem, vt qui neutrum vſum ignorauerim, etiam ſi Latinè dicatur, quod vno numero calidum eſt, calidum vt vnum numero, & quod ſeptem numeros habet caloris, calidum vt ſeptem numero. Sed viderint, ne, qui impudenter noſtram dicendi normam reprehendunt, à vera rerum cognitione, & communi hominum conſenſu turpiter prolabantur. Audio enim eos dicere, quod tres gradus cum dimidio habet frigoris, & quatuor cum dimidio caloris, calidum eſt vno gradu Nam ſtatuamus, vt ipſi ſummam caloris latitudinem octo portionum, ſiue graduum, quod habet quatuor portiones, cum dimidia caloris eſt calidum vno gradu : igitur quod habuerit quinque cum dimidia, erit duobus gradibus calidum. Siquidem vnum tantùm gradum nouum ſuperadditum recepit, & quod habuerit ſex cum dimidia, erit tribus gradibus calidum, & quod habuerit ſeptem cum dimidia, erit quatuor gradibus calidum, & quod habuerit octo, erit quatuor gradibus cum dimidio calidum, id verò quàm falſum ſit, ipſi dixerint, ſed neque ipſas vocum ſignificationes ad hominum placitum (cùm Latinè, & curioſè loqui ſe putant) obſeruant, cum nullus vnquam quod ſummè calidum eſt, & octo portionum, dixerit calidum quatuor graduum cum dimidio, aut quod calorem quatuor portionum, cum dimidia ſortitur, vno gradu calidum, & vna portione calidum nominauerit, aut quod habet ſex portiones cum dimidia, dixerit eſſe calidum tribus gradibus. Rectius autem fecerint, ſi depoſitis conuitiis, quibus vti ſolent in ſapientiſſimos quoſque, atque in ſuos ipſorum venerandos præceptores, nobiſcum deinceps id calidum, quatuor portionum, cum dimidia, appellauerint, aut calidum vt quatuor cum dimidio, aut calidum quatuor numeris cum dimidio, & quod vnum tantùm caloris gradum continet, calidum vnius gradus, aut calidum vt vnum numero, aut calidum vno numero, aut vna portiue dicant. Non etenim quod vno gradu calidum eſt, ſimpliciter calidum, & per exuperantiam calidum eſt, aut dicitur, vt putant, ſicuti neque qui dentibus albus eſt, perinde erit albus: ſed ſunt hæc quæ ſecundum quid talia ab Ariſtotele appellari ſolent, albus dentibus, calidus vno gradu. Adde quòd calidum ſex portionum, ſex portiones caloris inducere poteſt in ſubiectum aptum eaſdem ſuſcipere. Quapropter erit ſex numeris calidum, & quod ſeptem numeros caloris valet inducere, erit ſeptem numeris, aut portionibus calidum: cùm omnia talia agentia ab effectibus, quos producere valent, denominentur. Diuerſa res foret, ſi vellet quis inuenire ordines medicamentorum, quibus portionibus caloris, aut frigoris conſtaret, quod eſt calidum in primo, ſecundo, tertio, aut quarto ordine. Sed ad inſtitutum redeamus. Porrò quamuis verùm ſit agentia perpeti ἀντιπαθεῖν, id non citra

Repaſſionem eſſe non citra diſtinctionem ferendum.

diſtinctionem verum in omnibus actionibus eſt. Si enim mouens per intermedium mouet, ita vt in actione, aut motione ſit mouens aliquod primum, & aliud poſtremum, ſiue proximum, non eſt neceſſum primum mouens moueri, ſed ipſum manebit immotum, vti Ariſt. docuit, lib.4. de Gener. anim. cap.3. dicens : Cauſa vt omnes motus ſoluantur, eſt

quòd omne agens patitur, etiam à patiente, vt quod ſecat, hebetatur ab eo quod ſecatur: quod calefacit, reſtrigeratur à caleſcente. Denique quodcunque mouet, excepto primo, mutuo mouetur aliquo motu, vtibi gratia, quod pellit, pellitur quodam modo, quod premit reprimitur. Primum igitur mouena non ſubinde mouetur, neque mouens quod in materia cum moto non communicat, nam cœlum mouet hæc inferiora, à quibus non mouetur. Cùm autem Ariſtot. dixit, primum mouens non moueri: caue putes primum mouens, de ſola prima cauſa dici, quoniam hæc infinita eſt, & repati nequit: nam id de quauis cauſa, quæ non eſt patienti immediata dicitur, ac ſi diceret, non eſſe neceſſario repaſſionem in cauſis mediatis. Non enim patitur artifex à domo, quamuis cauſa ſit, quæ domum conficit. Neque patitur medicus à ſanabili corpore, quamuis ſuæ ſanitatis ſit cauſa. Neutra tamen de prædictis eſt infinita, & prima cauſa, ſed prior, atque mediata. Quod tamen ita ſit, apertè Ariſt. teſtatur lib. 1. de Gener. & interitu. cap. 7. dicens: Nihil igitur vetat, in motu, quo minus primum mouens immobile ſit, imò in nonnullis neceſſariũ exiſtit. At vltimum ſemper ſubeundo motum moueat neceſſe eſt: in actione autem ipſum quidem primũ nihil patitur, vltimum verò patitur. Quæ enim eandem materiã non habẽt, ea citra paſſionem agunt, ceu medendi ars: ea enim ſanitatem efficit, & nihil ab eo patitur, quod ſanari ſolet. At cibus dum agit, ipſe quoque patitur quippiam: aut enim caleſit, aut infrigidatur, aut aliud quippiam patitur, & ſimul agit. Eſt autem medendi ars, veluti principium: cibus verò vltimũ ac tangens. Hæc Ariſtot. vbi docet primas, ac non tangentes cauſas non repati, ſed poſtremas, ac immediatas, ſiue tangentes, ſiue priores ſint finitæ, ſiue infinitæ. Nam neque ignis, qui à longiſſima diſtantia calfaceret lignum, repateretur ab ipſo, ſed medius aër. Præterea cœlum, aut aſtra ignem in ſphæra ſua aliquando infrigidabunt, à quo nihil repatientur. Rurſus inferiorem aëris regionem inl calefacit, non calfacta media: non reaget autem infima, cùm enim incaleſcit frigore, reagere deberet. at regio media frigidior eſt infima, nõ ergo ipſam infrigidabit infima. Poſtremò æſtiuo tempore, cum ſpeculo concauo Soli oppoſito generamus aliquando ignem ex ligno, quo tempore lignum incaleſcit, & non reagit, aut in ſpeculum, aut in aërem medium: reageret etenim per frigiditatem: conſtat autem ſpeculum, & aërem, tunc non eſſe frigidiora ligno, vel ab ipſo actionis initio. Quæ verò in materia communicant, & immediata ſunt, omnino neceſſe eſt, vt repatiantur ſenſibilem, aut inſenſibilem paſſionem. Gladius ſiquidem ceram ſecans tandem obtunditur, & vt in verſiculo prouerbiali habetur, πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ. hoc eſt, Mollior aſſiduis ſaxum cauat ictibus vnda. Patitur igitur lapis à molliſſimis aquæ guttis, non ſolùm ab omnibus, ſed à ſingulis: aliàs ſi vel vna gutta, ac prima nihil ageret, ſic neque ſecunda, aut tertia, aut prorſus nulla, vt Galenus inquit lib. 1. de Loc. pati. Dicemus igitur, vel ipſo primo etiam occurſu aquam in lapidem egiſſe, & ceram in gladium, quamuis id præ paruitate ſenſum effugerit. Rationes aduerſas ſic facilè ſolues, non enim ſequitur vt idem ſit ſuo contrario validius, & minus validum. Nam quoduis etiam paruiſſimum, ſuum contrarium mutare quadãtenus valet parua, aut magna mutatione: nec perinde validius eſt, niſi funditus contrarium ſubuertere aliquãdo valeat, quod minus non valet efficere.

Superiora verò agentia non communicant, vt diximus, in materia cum his inferioribus, manus quoque impellentis lapidem ab ipſo repellitur. Agentia tamen quæ longius iacent, à paruis non mutãtur longè diſtantibus: quoniam hæc immediata non ſunt, neque vt docet propinqua. Colligamus igitur repaſſionem in cauſis, quæ non communicant in materia non reperiri, neque ſemper in cauſis ſeiunctis & mediatis. neque enim Galen. perpetuò in actionibus eſſe repaſſiones voluit lib. 3. de Naturalibus facultat. cùm dixit: neque enim fieri poteſt, vt duo agentia quæ ad agendum & patiendum ſunt nata, vbi cõuenerunt non ſimul, vel agant, patiantúrque: vel alterum agat, alterum patiatur. quippe ſi pares vires ſint, ex æquo tum agent, tum patientur: ſi longè ſuperet, vincátque alterum magnum quiddam, & quod ſenſu percipi poſſit in id quod patitur efficiet, ipſum verò vel exiguum aliquid, & quod ſenſu deprehendi nõ poſſit, vel omnino nihil. Duabus tamen rationibus id placitum conantur euertere. Si enim duo contraria agentia aëre intermedio agant: quorum alterum calidum ſit, alterum frigidum: aër medius mouebitur contrariis motibus, calefiet enim à calido: quoniã quod poteſt frigidum diſtans calfacere, poterit & medium aërem, & frigidum, quod infrigidat calidum mediũ infrigidabit. Sed intellige, non omni parte aërem medium calefieri aut infrigidari. Incipiente enim actione medium parte propinquiore calido agente incaleſcet: & propinquiore frigido infrigidabitur, eritque aëris portio calefacta maior quàm infrigidata, ea proportione qua calidum frigido fuerit validius, aut contrà, pars infrigidata erit maior, ſi frigidum fuerit vehementius. Pars verò aëris infrigidata non incaleſcet: ſed ſolam caloris ſimilitudinem admittet, & pars calefacta ad calidum vſque, pariter ſolam ſpeciem frigoris recipiet: non etenim repugnat magni frigoris ſimilitudo, ſiue ſpecies magno calori, nec vehementis caloris ſimilitudo magno frigori, nec perinde mouebitur medium contrariis motibus. Sed ſunt qui multis ante annis agentium omnium ſpecies negarunt, aut ſimilitudines quas diximus, quos priùs confutabimus, quàm ad ſecundam accedamus rationem. Quidam etiam in ſolo guſtu & tactu eas negat hac ratione: nam ſi calidum in tactum ſuã ſimilitudinem imprimeret, fieret vt calidum omnino ſimile tactui à tactu ſentiretur: cuius contrarium conſtat experimento.

An verum ſit ſpecies, ſiue ſimulacra, à rebus mitti ſenſibus omnibus.

Ratio hæc lubrica eſt & debilis: nam pari ratione in omnibus ſenſibus ſpecies improbabis: nam fieret, vt is qui allia comedit, allium pariter comedentem ſentiret: quoniam ſimilitudo odoris in ſimiliter affecto ſenſu imprimi poſſet: negat Ariſtoteles, & experimentum ſimile à ſimili pati, aut è duobus allia comedentibus, vnum alterum ſentire. Dices ergo, temperatè calidum à ſimili neque ſpeciem pati, aut non ab ipſa immutari, vt ſi de prædictis duobus allia comedentibus, alter ab alio ſpiratum aërem inſpiraret, non ſentiret ipſum. Sed iam demonſtremus caloris, frigoris, & aliarum primarum tangibilium qualitatum ſpecies eſſe & effundi, primùm ratione qua vſus ſum in Commẽtariis lib. 2. de Differentiis febrium, quo loco idem omnino de ſingulis corporis partibus docui, quod modo de aëre intermedio duorum contrariorum agentium: nempe omnes corporis partes calorem & frigus ſentire in Epiala febre: non quòd contrarias qualitates eædem partes ſimul ſuſcipiant, ſed ſimilitudines quæ ad ſenſum ſatisfaciunt. Si enim quis ſubito ante magnum ignem manum gelidam traduxerit ſemel,

ignem

ignem calidum ſentiet: at nemo dicet eo temporis momento ignem aliquem caloris gradum immiſiſſe manui, & alterum frigoris corripiſſe, ſimilitudine igitur ſenſum factum putandum. Rurſus apponat quis manum longo tempore, magno igni, intermedio aëre, ac conſequatur ignis actiones ex caloris portione: deinde aër intermedius moueatur flante vento aliquo non admodum frigido, maneat autem quieta prope ignem manus, notum eſt manum adhuc calorem maiorem ſuſceptutam non ab aëre, ſed ab igne, id verò per ſpecies. Præterea nemo dubitat omnem actionem per medium procedere, & omne agens agere per contactum, ignis itaque per aërem medium aget, aut igitur caliditatem, aut ſpeciem non caliditatem: nam ea non foret in aëre breuiſſimo tempore ſex portionum & plurium, minor verò non ſufficeret augere calorem manus ſex portionum, cum igitur aër medius motus, nunquam calorem ſex portionibus maiorem recipiat, aër non deferet calorem manui, defert autem aliquid, quo mediante agens tangit manum, & ſex portionum calorem augeat. Quapropter cogetis ſpeciem mediam ſtatuere. in febribus præterea Epialis Galen. calorem & frigiditatem in omnibus partibus ſentiri aſſerit, quod non fiet calore & frigore introductis, ſed ipſorum ſimulachris, hac via veram Galeni ſententiam ſaluabimus, idque placitum humaniter ſenſerunt omnes Philoſophiæ profeſſores. Sed audio quendam contradicentem: ſunt enim quorundam animi ad inuidiam & æmulationem adeò propenſi, vt omni ſtudio & ſummo labore contendant ſapientiſſimorū quorumque placita obſcurare, nunc quidem improperiis, nunc verò ludibriis & irriſionibus, interdum friuolis argutiis vtiliſſima quæque artis præcepta ſubuertere conantes, cum ipſi nec minimum quid ſtudioſis artis prodeſſe potuerint. Hos ſane audio primùm ſpecies, aut ſimolachra ſenſibus obiici, præſertim tactui & guſtui, negantes, deinde in febre Epiala, non eſſe eaſdem partes, quæ calorem & frigiditatem ſentiunt: præterea medium inter duo contraria agentia & repatientia, non eodem tempore incaleſcere & refrigerari, ſed per temporis parua interualla, quæ in omni motu adſunt: quoniam motus continuum quoddam non eſt, ſed ex morulis quibuſdam paruis interpolatus, quibus Galenus celeritatem & tarditatem in motibus diſtinxit. In illis igitur contrarium agit, dum reliquum ab agendo ceſſat. Horum primum de ſimulachris ſenſui oblatis abundè refutauimus. Secundum improbandum ſe offert. Galenus etenim

An in Epiala febr. calor & frigus in eiſdem par. ſentiatur.

non ſenſit, in Epiala diuerſis partibus calorem & frigiditatem ſentiri, ſed in eadem omnino parte: Inquit enim libro ſecundo de differentiis febrium cap.6. Hoc genere continetur febris Epiala propriè nominata, quoties ſimol febricitant ac rigent, & vtrunque ſentiunt eodem tempore in quauis corporis parte. non potuit Galenus clarius noſtram ſententiam affirmare. quòd ſi in quauis parte calor & frigiditas ſentiuntur, non tamen per ſpecies ſiue ſimulacbra, ſed per ipſas qualitates, vt volunt, ſimul contrariis motibus mouentur. Rurſus Galenus libro tertio de ſimplicium medicamentorum facultatibus cap.16. probans idem contraria eodem tempore perpeti, adducit in exemplum aquæ vndas in circulum agitatas à duobus lapidibus in aquam tranquillam protectis, & addit, contrarios conſpicies in quauis aquæ particula motus. Idem probat de dulci, & amaro ſapore, vbi ſimul linguæ admoueantur. Idem de medicamentis, quæ laxant & reprimunt, ſi mixta parti alicui inflammatæ applicentur. Quòd ſi Galenus ſuam ſententiam non de eiſdem partibus, ſed de proximis intelligeret, quorſum in tot mediis probaret, quod quiuis facilè fieri poſſe agnoſcit? Rurſus Galenus eodem capite de medicamentis diuerſa facultate præditis, vbi mille corpora in ſucci cyatho contineantur, diuerſarum facultatum ac contrariarum ſic mutua mixtione temperata (inquit) vt partem nullam ſenſibilem accipere ſit, quantumuis paruam, quæ non ſit omnium particeps: vt in linguæ contactu omnes quidem agant, diuerſa tamen vnaquaque eius parte, nempe cui ipſam appropinquare contingat, ipſa verò affectio, ex eo quod primò affectum eſt, vt totam eam diffundatur, veluti ſi in frigore ingenti digitum vnum in aquam gelidam repentè immittas, tota interim manu horrebis, ſæpenumero verò & corpore toto. Hoc loco Galenus à contrariis facultatibus in diuerſis partibus fieri mutationes affirmat, deinde verò ſingulas earum in totum membrum effundi: tranſit igitur alteratio à parte vna in alteram, quæ contrariam patitur alterationem, & ſimul eadem pars contrariis agitur motibus. Adducunt in contrarium Galenum, qui libro de inæquali intemperie dixit: in febribus verò Epialis, tum ab interno, tum exiguis portionibus, eóque vniuerſum corpus ambo ſentire videtur, quum enim tenuiſſimis portiunculis aſperſum per corpus, tum calidum ſit, tum frigidum, nullam ſenſilem alterius portiunculam ita paruam deſumas, in qua non alterum ſit comprehenſum. hæc Galen. quæ noſtram probant aſſertionem omnino: nullam enim quæ ſentiri poſſit, portionem dicit eſſe, quæ non ſit contrariorum particeps, quoniam id non aliàs quàm ſenſu aſſequi poſſumus euidenter. Verùm qua ratione, vel imperitiſſimo alicui ſuadebitur, ex his verbis Gal. velle non omnes partes, aut eaſdem, à contrariis ſimul occupari & mutari? nulla certè. Præſertim cùm ex aliis adductis locis idem ſit probatum. Sed iam ad tertium errorem accedamus, ac perpendamus, an verum ſit, vbi duo contraria agentia ſeiuncta aërem medium mouent, id diuerſis temporum interuallis fieri. Quantum autē veritatis habeat Galeni placitum, qui dixit motum habere interpoſitas quietes, ac morulas, non eſt noſtri inſtituti modò, ſed cum Ariſtotele & omnibus ferè Philoſophis recipiamus, omnem motum eſſe continuum, & eſſe vnum. Afferam tamen Galen. ex 3. lib. de ſimplicium medicamentorum facultatibus cap. citato, ad reprobationem eius erroris: cùm enim probare niteretur contraria in idem agere, & idem contraria perpeti, eodémque tempore omnino, inquit: Neque enim partitis inter ſe agendi vicibus operarentur, tanquam ſi vtriſque, exempli cauſa, totum diem impoſitis, ſex horis prioribus medicamentorum alterum ſuo viciſſim munere fungeretur. Nugax enim hæc eſt hypotheſis, nec ſolùm demonſtratione, ſed omni quoque probabilitate deſtituta. Vides vt Galenus in eiſdem partibus, & eodem omnino tempore, contrarias fieri alterationes admittit. Non igitur oportet mutationes eas quæ à calido & frigido, aëri applicitis, eueniunt, ad diuerſa temporis interualla referre. Secunda ratio probare conatur nullam eſſe in contrariis agentibus repaſſionem: ſit enim calidum tripedale, ſeptem portionum, quod agat in frigidum ſeptem portionum, aut quoduis aliud, repatiatur quoque ab eodem, verbi cauſa, per vnius pedis ſpatium vnam frigiditatis portionem, nequaquam fieri poſſe videtur, vt calidum poſ-

ſit

ſit in materiam frigidam ſeiunctam agere, & non valeat ſuam ipſius partem mutare, & aſſimilare, ac portionem illam frigidam corrumpere, quæ ſibi eſt à contrario illata, cum omne agens agat validius in propinquum quàm in diſtans. Facilius quoque ſuperantur, quæ minora ſunt, quàm maiora contraria. Ego ſane quamquam multos audierim ſapientiſſimos Philoſophos de hac re diſſerentes, neminem tamen inueni, qui aut priorem, aut hanc ſecundam rationem abſoluerit. Priorem abſoluimus, hanc autem facilè abſoluemus, ſi prius ſtatuamus, quæ omnibus Philoſophis ſunt in confeſſo, nempe actionem omnem ex contrarietate naſci, contrarietatem ex repugnantia. Quapropter non omnis calor omni frigiditati contrarius eſt, neque in idem agendo alterabit, vt enim probabimus, qualitates contrariæ in eodem exiſtere poſſunt, intra tamen ſummam latitudinem, ea ratione fiet, vt ſumma latitudine caloris octo portionum ſtatuta, calidum quatuor portionum non mutet frigidum quatuor portionum. Porrò ſi actio naturalis à repugnantia manat, quò fuerint aliqua magis repugnantia, eò maiorem agendi, & patiendi ſortientur inclinationem naturæ. Sic itaque euenit prædictis duobus, quorum alterum eſt ſeptem numeris calidum, alterum ſeptem numeris frigidum, nam cum calidum tripedali latitudine, numerum vnum frigoris admittit, id fit quoniam ei non valde repugnat, quem eum tota. ferè latitudine caloris admittit, nam vnus frigoris qui cum ſeptem caloris manebat, & alter adueniens duo ſunt, cum ſex caloris coëxiſtere valentes. Is igitur qui aduenit alteri adiunctus non valde repugnat calido præexiſtenti, repugnat tamen quàm maximè calor ſeptem portionum, aut etiam ſex frigori ſeptem portionum. Accipe iam ſic dubij ſolutionem, calidum maius maiori frigori magis repugnat, & ex repugnantia manat, & concitatur actio, maior igitur actio atque contentio orietur contrariorum maiorum quàm minorum, & minor, eorum quæ ſibi ipſi magis ſimilia ſunt, vt calidum agens de quo loquimur, & ſua pars parum à contrario alterata, ac repaſſa, quæ non longè à natura totius diſtat, & ea ratione agens, non admodum difficilè admittit repaſſionem, nec magna contẽtione aduerſus receptam qualitatem pugnabit, vt ipſam corrumpat, paſſum autem omnem contentionem apponit vt generet, generabit igitur in alio ſibi ſimilem, & corrumpet in alio valde contrariam, & valde repugnantem qualitatem, & in ſeipſo contrariam patietur. Has agendi & patiendi cauſas vbi agnouerint Philoſophi, multa abſoluent dubia. Sed dices, nónne vbi calido alicui valido duo frigida inæqualia, ſed ipſo minora obiiciantur minus, celerius mutabit, & maius tardius, ac perinde nõn aget validius in maius? At non eſt idem actionem aliquam, aut motum eſſe celerem, aut eſſe vehementem: vbi enim calidum ſeptem portionum egerit in frigidum ſex portionum, tres eius portiones corrumpens, intra ſpatium horæ vnius, & egerit in frigidum trium portionum: vnam corrumpens in ſexta horæ parte, celerius in frigidum trium portionum egiſſe dicemus, ſed validius, & contentioſius in frigidum ſex portionum. Huius differentiæ celeritatis & vehementiæ Gale. meminit in dignoſcendis pulſibus, atque eſt accommodatiſſimũ exemplum hirundo boui collata, quæ multò celerius boue mouetur, bos autem vehementius & contentioſius. Nauis item vehementius agitur ventis, ſed adhuc celerius lapis mouetur deorſum. Contrariæ rationes ſuperius adductæ facilè ſoluuntur. Non enim ſequitur, ſi quid agit in aliud, id eſſe ſtatim ipſo validius, ſed ſequeretur, ſi non tantùm ageret, ſed etiam vinceret ipſum. Adde in quibuſdam vti calidis & raris: quamuis potentia ſit magna, obſiſtentia eſt parua, cui potentia contrarij confertur. Manum quoque graue impellentis deprimi, & obſtare non dubitandum, ad alia ex his quæ diximus conſtat quid dicendum ſit.

De humoribus.

CAPVT II.

DIXIMVS de primis mundi elemẽtis, quantum ſatis nobis viſum eſt ad eorum naturas indagandas, atque eorum mutuam alterationem, in mixtorum generatione, qualémque habeant in mixtis corporibus conſiſtentiam: nunc verò de humoribus agendum eſt, qui quandam habent elemẽtorum naturã, ſicuti & ſimplices corporis particulę: hæ namque vt homiomeræ partes organicas conſtituunt, ipſæ verò ex humoribus conſtitutæ ſunt. Simplices namque particulæ, vt venæ, arteriæ, nerui, oſſa, caro ex ſemine genitæ ſunt, & ſanguine menſtruo, ſemen quoq; ex ſanguine, ſanguis ex quatuor conſtat humoribus: ſicuti & humores ex cibis, cibi verò ex elementis generationem habuerunt. Iam ergo humores ſimplicium membrorum, quodammodo ſunt elementa: ſicuti & alimenta ipſorum rectè dicentur: alimentum enim triplex eſt apud Hip. libro de Alimento. quoddam eſt futurum alimentum, quoddam veluti alimentum, quoddam eſt verè alimentum, alimentum in ventriculo acceptum, vt panis & lactuca futurum eſt alimentum, vbi multas ſuſcepit mutationes, aliud eſt tanquam alimentum, quod loco alimenti ſuccedere promptũ ſit, tales ſunt humores, qui in vaſis continentur, qui nondum particulis ipſis ſunt appoſiti, eſt tamen verè alimentum, quod appoſitum eſt particulæ, promptũ in ipſum commutari, à qua actu iam tranſmutatur, & ipſam alit: Alimentum quod futurum eſt alimentum, ab extra veniens ore ſumptum manſum (ſi liquidum non fuerit) ſaliuæ quoque mixtum interim aliquam recipit alterationem: quinimo & in alteram ſpeciem mutationem, vt Galenus inquit libro tertio de Naturalibus facultat. Quod docet alimenti pars, ſi quæ per noctem dentibus hæſerit odore, calore & conditione mutata. Ariſtoteles tamen hanc ſolam præparationem, ad melius patiendum eſſe dixit, libro ſecundo de Part. animal, cap. 3. cibi enim illa minutatim diuiſio facit, vt calor facilius conficiendo expediat. Sed Gal. per ſpeciem conditionem intellexit, calorem & odorem, ac perinde non diſcordant. Id à ventriculo trahitur, gula tanquam manibus deglutiente, recipitur primò in ſtomacho, id eſt ore ventris ac ſumma eius parte, deinde in ampliore & inferiore, vbi integrè tranſmutatur, coctionem paſſum, quæ ἕψησις Græcis, Latinis elixatio dicitur, quoniam multo humore abundante fit. Hanc actionem ſolus ventriculi calor nunquam perficeret: quoniam id membrum exangue eſt ac pauci caloris, niſi à circumiacentibus particulis foueretur: hæ ſunt, iecur à latere dextro, quod ventrem anterius amplexatur, vt in corporibus diſſecandis oculis inſpeximus, lien à ſiniſtro multitudine venarum & arteriarum calore abundans, à parte poſteriori vena caua, id eſt deſcendens ac lumbi

Alimentũ triplex apud Hip.

Alimentorum confectio.

ac lumbi, ab anteriori quoque adeps, & muſculi abdominis, quæ duo receptum calorem conſeruant, atque retribuunt ventri, inde quoque iecur accedit.

Chylus quare albus.

Recipit tunc alimentum formam chyli (ſic etiam à Græcis nuncupati) qui calore albus eſt, ſubſtantia liquidus: albus fiet ex neceſſitate cauſæ agentis aſſimilantis, nempe ventriculi. qui cùm ſuæ vtilitatis gratia id potiſſimùm efficiat, id quoque maximè intendit, vt ſibi cibum aſſimilet: poſtquam verò eius tantum applicuerit, quantum ſibi vtile eſt, reliquum quantitate abundans, trudit per infimam partem, quæ ſuperiori anguſtior eſt facta, ne per ipſam cibus intempeſtiuè aut affatim deſcenderet: ea pars pyloron appellatur. Recipitur id primùm duodeno inteſtino quod ἔκφυσιν dicunt, & inde in reliquis inteſtinis, non tamen trahitur ab ipſis: quoniam fibris carent oblongis, interim verò dum per ea deſcendit, adhuc perficitur à virtute concoctrice inteſtiuorum non propria, ſed à ventre mutuata, qualis oti tribuitur per communem membranam, quod tamen vtile alitioni eſt, à venis meſeraicis ſugitur, ſua & iecoris tractrice facultate: hiant enim earum venarum oſcula multa ad inteſtina patentia, quibus id rapiunt, vt inquit Galenus: quamuis Ariſtoteles lib. de ſomno & vigil. cap. 3. dixerit, alimentum euaporatione in venas tranſire, & libro 2. de Generatione animalium cap.

Alimenti tráſitus ad venas.

4. dixit, alimenta per venas & meatulos reſudare, quemadmodum aqua per crudiuſculam fuſtem, ſed hæc bonum ſenſum habere poſſunt. Hæc tamen venæ non tantùm inteſtinis diſtributæ ſunt, ſed & ventriculo, & nonnullæ gulæ ipſi, à ventriculo namque interim dum coctio perficitur aliquid trahunt, deinde ab omnibus inteſtinis quod reliquum eſt: ob id enim & multæ ſunt hæ venulæ, & inteſtinorum inuolutiones, ad quarum ſingulas multæ ex his perueniunt, vt nihil vtile ſuctionem effugeret, cùm aliqua ex parte conuerſum oſculo alicui patenti obiiceretur. Nam ſi id effugeret tractionem iecoris, ac non eſſent in inteſtinis circumuolutiones, voraciſſimus eſſet homo & auidiſſimus, vt Ariſtoteles dixit libro de Generatione anim. cap. 4. quod verò reliquum eſt excrementum primæ coctionis, fæx & deiectio, Græcis διαχώρημα & ὑποχώρημα, per eandem viam à corpore pellitur expreſſis inteſtinis per fibras tranſuerſas: nam hæ tantùm inteſtinis inſunt, quamuis enim duas habeant tunicas, vnicum tantùm ineſt eis fibrarum genus, excretionis tamen tempore muſculus claudens ſphincterem laxatur, ac concedit: illi verò qui ſunt in abdomine compreſſione expellunt excrementum ipſum, quamuis enim excrementi deſcenſus per inteſtina natura fiat ad rectum vſq; inteſtinum, inde liberè propellitur. Quod itaque vtile eſt, id ab innumeris traducitur venis, quæ omnes àd pauciores numero, & ipſe ad vnicã finiunt, quæ iecoris ſimam ingreditur, quam ab officio πύλας, id eſt ianuam, antiquiores Galeno appellabant. Priùs verò quàm cibus hunc locum conſcendat in prædictis venulis mutationis principium accipit, iámque rubrum (non tamen exactè) colorem obtinet: quoniam non tantùm ortum hæ venulæ à iecore, vt omnes aliæ accipiunt, ſed & naturalem facultatem ſanguificam, ne quidpiam in corpore otioſum eſſet. Placuit autem Hippocrat.

Egregia ſimilitudo ad rem faciens.

& Galeno 6. de Plac. venulas has arborum radicibus conferre, ventriculum autem terræ: eo namque modo, quo plantæ à terra ſugunt alimentum per radices, ita animalia à ventre & inteſtinis per has venulas. Verùm intereſt quod plantæ, vt quæ imperfectæ rudiori, atque inconfecto vtuntur alimento, animalia verò vbi prius in ventre mutationem receperint. Habent quoque plantæ id ſibi proximum: quoniam locum non mutant. Animalia quoque nonnulla, vt oſtrea, perfectiora verò aliunde id diſquiſiunt, appetitu ventriculi excitata, & motu ſecundum locum conſequentia. Ariſtot. itidem lib. 2. de Part. anim. cap. 3. dictam ſimilitudinem plantarum & animalium comprobat, plantas vti terra, vt ventre: dicens idem lib. 4. cap. 4. & cap. 10. dixit hominem plantam eſſe, vice mutata, vt ſuperiora infrà, inferiora ſuprà habeat. Rurſus alimentum id quod ex chylo mutationem quandam accepit, iecur ingreditur per innumeras venas, in quas vena porta, multas accipiens diſtribuitur, quæ & anguſtæ ſunt, & tenuiſſimæ, vt à carne iecoris alimẽtum propius alteretur.

Iecur radicationi plantarum ſimile.

Suſcipit iecur vniuerſum alimentum, quemadmodum & in plantis radicatio, quæ medium locum tenet radicum, & trunci, conficitur eo loco plantarum alimentum, in iecore quoque animalium, diſtribuitur inde plantæ, & à iecore animali, commutatio verò coctio eſt atque perfectio, per quam alimentum formam ſanguinis recipit, qui quatuor humores continet: nempe exquiſitum ſanguinem, pituitam, vtramque bilem, flauam & atram. Hi omnes χυμοὶ, id eſt ſucci & humores appellantur, & ſanguis largiori voce, vt humorem eum ſignificet in venis, & iecore contentum, confuſum, ac mixtum ex dictis quatuor. Continebantur hi in alimento ipſo, quemadmodum & elementa quatuor poteſtate, cuius cauſa quatuor humoribus generandis materiam obtulit.

Humorum generatio in iecore fit.

Diſtinguuntur omnes vnica tantùm actione caloris: quamuis non omnes ſimiliter mutentur: nam pars quæ modicè cocta manet, ſanguis eſt, quæ modum excedit, bilis flaua, quæ modum non attigit, pituita, quod verò ex coctione ſubſedit, bilis atra, ſiue melancholia, etſi pituita, & melancholia non propriè generẽtur: nam melancholia ſubſidet tantum, pituita verò leuem quandam coctionem recipit, non mutationem ſubſtantialem. Ea enim in ventriculo generatur, vt dicemus.

Humores à iecoris carne generantur.

Hæc coctio à carne iecoris perficitur, quod color totius chymi, ex quatuor humoribus oſtendit: vt enim Galenus inquit 4. de Vſu partium, ea quæ diuerſas admodum qualitates habent, non facilè inuicem mutantur, niſi mediis quibuſdam interuenientibus, quod de primis elementis ex doctrina ipſius ſuprà retulimus. Cùm ergo chylus albus ſit & ſubſtantia tenuis, cum in carnem iecoris conuerti debeat (id enim eſt quod intendit agens) prius ipſum in ſanguinem conuertet, rubrum colore, qui mediam craſſitudine, & colore naturam habere videtur, inter chylum & iecoris carnem: cuius naturam & cauſæ efficientis ſanguinem repræſentat, ſed quoniam cùm de principatu membrorum agemus, latius probabimus carnem iecoris ſuccos conficere, id tantum poſtea demonſtrandum in præſentia ſupponimus, ſanguinem nulla ratione fieri poſſe, vt à venulis iecoris generetur, quæ album ipſum efficerent, minimè verò à membrana ipſum regente, aut neruo paruiſſimo ipſi inſerto, aut à vaſis quæ bilem vtramque deducunt, vt ibidem Galen. hinc conſtant efficiens materia, & locus generationis humorum, eritque humor corpus liquidum ex chylo

Humoris definitio.

genitum alitioni mediatè deſtinatum ſecundum naturam: erit etiam humor æquiuocum nomen, de naturalibus & præternaturalibus dictum. Chylus etiam in ſe pituitam continet. Horum humo-

rum

Sanguis naturalis.

rum quiuis duplex in corpore repetitur, naturalis & præter naturam. Sanguis naturalis liquidum ac fluidum corpus, rubei coloris puriſſimi, ſaporis dulcis, craſſitudine melius inter extremos humores, nempe bilem flauam & atram. Sic Ariſtoteles libro tertio de Hiſtoria animalium, cap. decimonono. Sanguis ſi integer eſt, ruber & dulcis ſaporis eſt, continetur is in venis, arteriis, iecore, & corde, à moderato fit calore, vt reliqui ab immoderato, lib. 2. de Natur. facult. vnde fiet ipſum moderatum eſſe, quod etiam libro 8. de Placitis Hippocr. & Platonis docuit, vbi flauam bilem, ignis loco, in corpore humano oſtendit: atram loco terræ, pituitam loco aquæ, aërem verò non habere ſibi reſpondentem humorem. Quoniam ipſe vetus aër oſtenditur in reſpirationibus, & palpitationibus, & pulſibus, ac ſubdit: Æquabilis autem ex omnibus quatuor elementis temperatura, exquiſitum ſanguinem creat. Intelligendum tamen, quòd calor moderatus, vt diximus, poteſt ob diuerſam materiam, id eſt chyli partes diſſidentes, generare omnes humores, ſed tamen ſanguis à calore moderato fit, id eſt in ſubiecto quod calorem moderatum ſuſcipit, ſanguis generatur: in eo tamen quod im-

Sanguis téperatus, an calidus, an frigidus ſit.

moderatum, reliqui. Contrarium tamen dixiſſe videtur libro de Cauſis morborum, vbi omnes humores actu humidos pronunciauit, poteſtate tamen differentes, nam bilis calida eſt, & ſicca. Pituita verò frigida & humida, ſicuti & libro de Humana natura commentario illios, In anno autem. Sed tamen commentario illius, Verè autem explicat, quare ver dictum ſit Philoſophis calidum & humidum, nempe quoniam ad autumnum ipſum comparant, tanquam optimum tempus peſſimo, quemadmodum quoque inter corpora animalia plantis collata calida & humida dicemus, ſic quoque ſanguis temperatus, quamuis ſit ad melancholiam collatus, dicetur calidus, & humidus. Adde quòd ex humoribus ſolus ſanguis viget, his duabus qualitatibus ſimul, & quòd membra noſtri corporis ſummè reficit, calore atque humore. Præterea non ſic volumus ſanguinem temperatum, vt cutis temperati hominis eſt, ſed ita vt calidum innatum dicimus temperatum. nam Galenus libro primo de Sanitate tuenda, in ſanguine dicit elementum calidum excedere frigidum, & humidum ſiccum, hæc de ſyncero ſanguine. Nam & eum qui ex quatuor humorum mixtione fit, temperatum dicit Galen. libro de

Sanguis temperatus ex Ariſtotele.

Humana natura comment. illins, ſimili modo. Prædicta ratione Ariſtot. loco citato, ſanguinem calidum & humidum eſſe dixit, interim dum in animalis corpore continetur. Quamuis ipſe lib. 2. de part. Anima. c. 2. ſanguine per ſe, & natura frigidum eſſe, velle videatur. Diſtinxit enim calidum multis modis, & præ cæteris bifariam, calidum dici retulit, aut per ſe, aut per accidens. contingit tamen calidum per accidens magis ſenſum immutare, quàm calidum per ſe. & infra inquit: Itaque iudicium vtrumnam ex duobus calidius ſit, non eſſe ſimplex, apertum eſt, quando fieri poteſt, vt hac alterum, illa alterum ratione calidius ſit, nonnulla ex his, ne dici quidem ſimpliciter calida, aut non calida poſſunt. Subiecto enim quod tandem ſit, non calida ſunt, ſed per aſſociationem calida ſunt: velut ſi ferro calido, aut aquæ nomen imponens: hoc enim modo ſanguis calidus eſt. Manifeſtè hoc in loco indicat ſanguinem per aſſociationem calidum, atque vt ferrum, aut aqua, quæ tamen natura calida non ſunt, ſed ex accidenti. & cap. ſequenti idem oſtendit dicens, His itaque præfinitis, apertum iam eſt, ſanguinem quodammodo calidum eſſe, videlicet, eo quale eſt, ei ſanguinem eſſe, perinde quaſi aquam feruentem omnino vno ſignificaremus: at verò ſubiecto, & quod tandem cum ſit, ſanguis eſt: non calidus eſt, & quodammodo per ſe calidus, quodammodo non per ſe calidus eſt, caliditas enim in eius ratione ineſt, quemadmodum albedo in albi hominis ratione. Vbi verè aduertit in ſanguine, alterum quod ipſum ſubiectum eſt & ens, alterum quod ſanguis eſt, hoc eſt viuentis pars & alitioni deſtinata, hac ratione calidus eſt, priore verò non niſi ex accidenti. Ad quod ſimiliter comprobandum accedit, quòd ſanguis à corpore deductus ſtatim concreſcit, quamuis in aëre temperato contineatur, quod ſignificat ipſum eſſe natura frigidum, cùm omni externa cauſa calefaciente remota, ad frigidum mutetur per ſe. Præterea ſanguis membra frigida alere debet, alitio verò alteratione fit, qua membra alimentum mutant, huius mutationis calor eſt principium inſtrumentale. Si ergo calor ſanguinis maior eſſet calore oſſis, ſanguis nunquam alterationem ab oſſe minus calido ſuſciperet. Neque exiſtimes decet Ariſtot. ſibi contradicere, qui libro 4. Meteor. cap. 11. dixit ſang. medullam, & ſemen genitale ſecundum naturam ſe habentia, eſſe calida, corrupta verò & à natura recedentia, frigida: nam ibi ſanguinem dixit, vt aquam feruentem, & vt corporis partem, libro tamen de partibus animal. vt ſanguis eſt ens, & hæc ſubſtantia, primo modo eſt natura calidus, ſecundo verò natura frigidus.

Sanguis frigidus quomodo.

Præterea Ariſtotelem & Galenum contrarios eſſe non exiſtimo. Ariſt. namque accidentalē & aduentium putat eſſe calorem ſanguini, quemadmodum corpori albedinem. Quod tamen Galenus non negaret: calor enim accidens eſt, & ipſum à ſanguine ſeparari poſſe, non eſt à ratione alienum.

Sanguis non eſt calidus per ſe, etiam ſecundum Galeni ſententiam.

Manente namque forma ſanguinis, poſſe ipſum refrigerari credimus apud Galenum. Quod tamen dixit Ariſt. calidum eſſe ſanguinem, vt ferrum, aut carbo, aut aqua ferueos, non eſt cur Gal. neget, qui ſanguinem conſiderauit, vt ſe habet in venis & corde, vbi calorem à iecore & corde recepit, atque actu recipit, quem ſic conſideratum Ariſtoteles quoque cum Galeno diceret calidum eſſe, quod ipſe libro 3. de Hiſtor. anim. cap. 19. teſtatur, calidum & humidum ipſum affirmans, qua ſanguis eſt, id eſt qua ratione corporis eſt pars, & alimentum. Sanguinem enim dicimus, vt aquam feruentem, quod nomen præter aquam feruorem indicat, ſic etiam ſanguis in rerum natura ens eſt, ſed non eſt alimentum & corporis pars, hac eadem ratione. Alio modo ſanguis eſt, vt alimentum corporis, & eius pars, qua ratione ſanguis calorem includit; ac ſi ob id ſanguis dicatur, quòd calorem cum contineat, & reliquâs conditiones ad alendum neceſſarias, quamuis aliunde eueniant per aſſociationem non ex ſe, & ſecundum naturam. Hæc eſt apud Ariſtotelem ſignificatio huius vocis ſanguis, vno nomine multa comprehendens, vt ſi vno nomine ſignifices aquam feruentem, quod nomen ſubſtantiam includat, & aduentitiam qualitatem: ſic enim ſanguis comprehendit ſubſtantiam, calorem, & alendi aptitudinem. Cui rei atteſtatur, quud Ariſtoteles vult lib. 3. de

3. de Hiſt. ani. cap. 19.

Hiſtor. anim. cap. 19. Sanguinem non eſſe extra venas & cor, ac ſi diceret, cum qui non eſt intra venas, calidum, in potentia ad alendum non eſſe ſanguinem, quia ſubſtantiam cum his ſignificat conditionibus; ob id loco citato dixit calidum & humidum eſſe

dum eſſe

dum eſſe interim dum in animalis corpore continetur. Verùm com ipſum conſideraret præter omnem aduentitiam qualitatem, vt eſt extra corpus, aut vbi eſſet in corpore, & à præcipuis particolis nullam qualitatem ſuſcipetet. Ariſtotel. ipſum frigidom appellaoit, cui ſententiæ nullibi Galen. contradixit, qui ſanguinem conſiderauit cum his qualitatibus, quæ in ipſo ſeoſu patent. Qua ratiooe habita, libro de Humana natura, ipſum temperatum dixit, & libro a. de Naturalibus facult. à temperato fieri calore; ſangois enim qui in venis & iecore continetur, temperatus eſt, quãnis ad melancbuliam comparatus, calidus, & humidos dici poſſit, aut quemadmodum calorem natiuom temperatiſſimum, calidum & humidum dicimus, & rurſus dicimus vitam conſiſtere in calido & humido: ſic etiam libro primo de Temperamentis, ſanguinem calidiſſimum eſſe in humano corpore teſtatur, ſed paulò pòſt inquit: Sanguis verò à corde ſuum accipit calorem, erit ergo ſanguis calidiſſimus, non à ſe, ſed ex accidenti, quod voluit Ariſtot. Qvoniam cum calorem ſuſcipit à corde, atque ſpiritum, qui cum eo per arterias mittitur, qui ergo in iecore generaror, atque ab ipſo procedit, temperatos eſt, & à calore temperato genitus: quamuis modo dicto calidus & humidus dici poſſit, is verò qui à corde procedit, & ab ipſo calorem & ſpiritum ſuſcipit, calidiſſimus, omnis verò ex accidenti talis, vt dixit Ariſtot. id eſt per aſſociationem. Nihil tamen probat ratio, qua quidam conatnr probare, ſanguioem eſſe à ſe calidum: quoniam membra eo ſublato refrigerantur, ab ipſo igitur calorem ſuſcepetunt. Nam pariter diceres, ipſum à membris ſuſcepiſſe calorem: quia ab ipſis ſeiunctus frigeſcit. Neque contradicit huic ſententiæ Galen. qui lib. de inæquali intemperie dixerit, calidiſſimum quod exiſtit in corpore eſſe bilem: nam ſanguis calidiſſimus eſt naturali calore, bilis verò ſimpliciter calidiſſima. Bilis præterea poteſtate maiorem caloris gradum ſubire poteſt, quàm ſanguis, quòd morbi bilioſi multo ſanguineis calidiores ſe oſtendunt. Aut dicea ſanguinem ex quatuor humoribus eſſe calidiſſimum: quoniam bilem comprehendit, licet partium compooentium facta collatione temperatus ſit. Bilem verò calidiſſimam dicit, vbi ſola ſanguioi ſoli conferatur. Fallitur autem qui putat ſanguinem, vt alimentum eſſe bile calidiorem, qood hinc facillimè conſtabit: quoniam membra bilioſi hominis calidiora ſunt, quàm ſanguioei, ob id tantùm, quod alimentum ex ſanguine & bile calidius, quàm ex ſolo ſanguine eſt. Diximus itaque qua ratione ſanguis ſyncerus, & ex quatuor bumoribus mixtus temperatus dicatur, & quare calidus & humidus. Quare etiam calidiſſimus, & quare ab Ariſto. frigidus. Ad eas verò rationes, quas adduximus, facilè reſpondebimos: quod enim ſanguis concreſcit ſtatim extra corpus, id tantum probat, aſcititium ſibi fuiſſe calorem: concreſcit autem potius fibrarum ratione, quæ terrena ſubſtantia ſunt, quàm frigoris actione, aut alieni, aut proprij. Qvod rurſus diximus de alitione oſſium, conſtat ipſa naturalem quendam calorem habere, partim propriom, partim aſcititium. Is eſt, quo mediante, ſuo funguntur munere, alimentum ſibi proprium trahendo, atque immutando: trahunt autem ſibi ex toto ſanguine quatuor humores continente, partem magis frigidam, atque terrenam, qua aluntur, quoniam hæc caloris oſſis actionem ferre poteſt. Sed de ſanguinis temperatura dicta ſufficiant. Rorſus ad reliqua percurrenda redeamus. Sauguis hilares reddit homines, placidos ac ſimplicès, vt inquit Galen. libr. de Humana oatura, excreméta ſanguioe abundantibus homioibos fœtida magis, quàm aliorum ſunt, atque hircos redolent, lib. 9. de Metho. meden. Ariſtot. quoque libro 3. de Hiſtoria animalium, cap. citato dixit, Saoguis, & quæ ſanguinea ſunt, facilè putrent, quod ad calorem & humiditatem, quæ putredinis principia ſunt, referri debet. Animatum rurſus eſſe, Ariſtot. voluiſſe potant, cùm eodem loco de ſanguine dixit, ſolúſque omnium humorum ſparſus per totum corpus animalium eſt, & ſemper quandiu vita ſeruatur, ſanguis vous animatur, & feruet. At verò malè locum húc Theodorus traoſtulit de ſanguine. Etenim loquens Ariſtot. ioquit: καὶ ἔτι ὁ τῶν ὑγρῶν μόνον καθ᾽ ἅπαν τὸ σῶμα τοῖς ζώοις, καὶ ἀεὶ, ἕως ἂν ζῇ τὸ αἷμα μόνον. quod eſt, atque ex humoribus ſolua per totum animalium corpos, & ſemper, donec tantummodo efferbuerit ſanguis. Sed rorſus dubium videtur: nam ſaoguis pars animalis eſt, non excrementoſa, ſed vtiliſſima, & per quam animalis vita ſeruatur, quod fidem facit ipſum eſſe animatom. Sed tamen apud Galen. id non ſatis conſtare poteſt, qui animæ eſſentiam ignorauit, & lib. 2. de Cauſis ſympiom. ioquit: Etenim animæ eſſentiã in alia quapiam tractatione diffinire, audax fortaſſe facious putabitur: in præſenti verò, & præter audaciam ſuperuacaneum videtur: at quæcunque tandem ipſa fuerit, ex duobus alterũ exiſtimare oportet, aut quod ad omnes functiones vtitur ſanguine, & ſpiritu, vt præcipuis inſtrumentis, & aut alterius, aut vtriuſque calore, aut quod in bis ipſis conſiſtit. Ecce quo in loco Galen. dubitat an animæ eſſentia in ſanguine & ſpiritu cõſiſtat. Sed tamen hæc dubitatio altior eſt, quàm vt in præſenti loco poſſit extricari: interim tamen cum omnium ferè medicorum conſenſu dicemus, humores animatos non eſſe, & ſanguinem alitioni materiam præſtare, quæ poſſit animam mutatione ſuſcipere: bane autem eſſe hominis formam ſubſtantialem, rationalem, indiuiſibilem, naturali potentia incorruptibilem. Sanguis nõ naturalis vitioſus redditur bifariam, aut quantitate, aut qualitate: quantitate vbi maior eius moles in corpore fuerit, quàm vt poſſit probè ab altrice facultate ſuperari (quod peccatum facilè tranſit in peccatum qualitatis) aut tanta vt vaſa diſtendat, à qua periculum immineat rupturæ vaſorum, vt in bono habitu exercitatorum præditis, hæc plethora, ſiue plenitudo, quoad vaſa appellatur, illa quoad vires: qualitate verò vitioſua fit, quoniam calidior, frigidior, bumidior, aut ſiccior redditur, quàm par eſt, aut quoniam multus humor alius ab ipſo, ipſi miſcetur, aut qoalitate mutatus, quod fit vbi multa bilis, aut pituita, aut melancholia ſanguini miſcetur, aut aliquod horum, quod quamuis non ſit quantitate maius, peccet tamen malitia qualitatis. Iſtæ cacochymiæ dicuntur medicis. Duo vitia dicta in ſanguioe ſriunctim eueniunt, qnod fit, aut ſola qnantitate, aut ſola qnalitate peccante ſanguine. In reliquis tamen humoribus, mala qualitas ſine peccato in quantitate contingit, non taoen peccatum in quantitate, ſine malitia qualitatis. Nam bilis ſi quantitate maior eſt, quàm decear, cùm ſanguine calidior ſit, totum corpus plus iuſto calefaciet: ſic de pituita ad refrigerandum, & ſi quis contraxerit, ſtatuamus bilem tanto naturali minus calidam, quanto quantitate maiorem redditam, boc dato, nulla qualitate extranea corpus murabit, eritque peccatum in quantitate tantùm, dicemus tunc vtriſque peccatum ineſſe: nam neque quantitas, neque qualitas debita ſeruatur. Poſſet tamen quis contra dicta obiicere, hu-

Sanguis à calore temperato ſit.

Sanguis calidiſſimus, & bile calidior an ſit.

Sanguinis effectus.

Sanguis animatus an ſit.

Sanguis vitioſus.

Humorum vitia.

morem alium à ſanguine, non poſſe qualitate peccare, quin quantitate peccet: nam bilis calidior debito, aut pituita frigidior, à corpore duci poſtulant, abundant ergo, & quantitate debita ſunt maiores. Ad quod reſpondemus, bilem, ac pituitam, qualitate peccantes, aut calidiores, aut frigidiores, ſæpe corrigi poſſe alteratione tantùm, quantitate adhuc ſeruata, verum quoque eſſe qualitatem vitiatam paulò pòſt vitiare quantitatem.

Bilis flaua generatio.

Bilis flaua in iecore ex chylo generatur ex ea parte, quæ paratior eſt, quæue magis igne participat, ac tanto plus eius in iecore gignitur, quanto in ipſo chylo plus eſt paratum formam bilis ſuſcipere. Hoc fit vbi calor iecoris moderatus fuerit, nam vbi is fuerit immodicus, partem etiam ex iis quæ aliis humoribus fuerint paratæ, in bilem mutabit. Fit bilis, vt inquit Gal. ab immoderato calore: id verò, aut quia in iecore ſit, tanquã in generante: aut in alimento ipſo, tanquam maximè ad patiendum parato: vtraque enim ratione euenit. Porrò naturalis bilis, ad hunc modum in iecore generatur, reliquis humoribus ſupernatans, veluti ſpuma in muſto efferueſcente, colore pallida, vt 2. lib. Progn. expoſitione 38. docuimus. Eius pars quædam cum ſanguine mixta manet, vt cum ipſo membris quibuſdam calidioribus alendis applicetur, & reliquos humores calfaciat, & attenuet, ac pituitæ frigiditati obſiſtat, hæc potius pallida

Flaua bilis.

quam flaua appellanda eſt, quoniam multo ſeroſo excremento mixta eſt, & aquoſitati vrinæ: flaua verò ſyncera eſt, calidior multò, cuius ſeroſa pars calore diſſoluta fuit, ad vitellinam propè accedens. Quapropter amatior redditur, qualis eſt bilis, quæ in veſica fellis continetur, naturalis quidem, ſed excrementis annumeranda, non enim inſeruit corporis alitioni, ob calorem, craſſitudinem, & amarorem: quamobrẽ eam nõ naturalem meritò quis appellaret, quatenus excremẽtitia eſt, hãc veſica fellis trahit, per porum cauæ iecinoris parti adnatum: reliqua verò pallidior eſt minus calida, & parum amara, quæ cum ſanguine tendens dictis inſeruit vſibus. Neque tamen inde ſequitur, vt totum ſanguinem amarum reddat, quòd eius amaritudo remiſſa ſit, &

Flaua bilis vſus.

multis dulcibus, & inſipidis mixta. Quæ verò flaua eſt ſyncera, atque amara valde, ad fellis veſicam tracta, ad duos vſus neceſſaria eſt. Primus, vt ſanguinem mundet: ſecundus, vt ad inteſtinum duodenum tranſmiſſa, inteſtina ad expulſionẽ fæcum excitet, & pituitam ipſorum detergat. Quod enim medicus ſumma arte, ad pituitam inteſtinorum detergendam, machinari poſſet, id natura ſeipſa boni prouida ſponte fecit: nempe bile, vt deterſorio medicamento vſa: eius temperatura calida & ſicca eſt,

Bilis temperatura.

de ignis natura, quamuis Ariſt. lib. 2. de Part. anim. cap. 3. ex accidenti ſiccam dixerit: quod vt de ſanguine diximus audiendum eſt, nam ſanguinem calidum, & humidum, per ſe docet frigidum & bilem per ſe humeſcere. Hanc ob rem homines reddit agiles, mutabiles, ad iram & libidinem pronos. Bilis non naturalis quædam eſt vitellina, quædam porracea, quædam æruginea, quædam iſatodis, vitellina vitello oui ſimilis, Græcis λεκυθώδης: flaua

Bilis non naturalis quas habet ſpecies.

eſt ſyncera, aduſtione genita, flauior, craſſior, & calidior ea, quam veſica fellis continet, nunquam in corpore genita, ſecundum naturam, generatio eius bilis pallidæ aſſatione fit: de qua multa diximus lib. 2. Prog. in expoſitione citata, vbi pariter confutauimus Auicennã, & eius ſequaces, qui ex mixtione flauæ bilis cum craſſa pituita bilem vitellinam fieri putarunt: cùm tamen ad eum calorem ex mixtione nunquã perueniat, ſed ſemper pallida remaneat.

Bilis porracea.

Bilis porracea Græcis πρασοειδὴς dicitur, duobus modis generatur, aut in ventre ex corruptione ciborum, maximè calidorum, aut in venis ex aſſatione. Generationis eius in ventre meminit libro de Atra bile, & 2. de Naturalibus facultatibus Gal. ſed vtriuſque generationis mentionem fecit libro ſecundo Prognoſt. comment. 39. in cuius expoſitione de his multa diximus, quæ ad hunc locum ſpectant, hæc vitellinæ aſſatione fit in vaſis, quemadmodum & vitellina ex aſſatione pallidæ.

Bilis æruginea.

Bilis quoque æruginea, quæ Græcis ἰώδης dicitur, æruginí ſimilis eſt, aſſatione genita ex vitellina, aut flaua bile, cuius naturam in expoſitione citata explicui. Iſatodis, ſic etiam Græcis dicta, cæruleum, & glaſti colorem profert, calida quoque hæc, & vſtione genita. Eſt etiam quædam rubra bilis, de qua meminit Gal. lib. 3. de Atra bile, & Actuarius lib. de Vrinis, ca. de Vrina rubra, & Galen. lib. 6. de Mor. po. parte 5. Comm. illius (Lingua) humorum ſerum, appellat ſerum ſanguinis rubrã bilem, dicens: Sic & rubram

Bilis rubra.

bilem vocant, quæ ſerum eſt ſanguinis: quoniam tamen non concreſcit, bilis appellatur, & hæc naturalis eſt. Audio quoque nonnullos dubitantes, an

Bilis zinaria.

ſit bilis aliqua zinaria: cuius meminit Auicenna, cùm tamen omnes planè concedant bilem æruginneam, fortè ignorant eandem eſſe zinariam & æruginneam. Nam zinar, apud eos ærugo eſt, & id Auicennæ litera docet, qui pro generatione æruginneæ refert generationẽ zinariæ bilis. Si tamen de temperatura dubitant, & colore, non eſt quod dubitandum ſit: nam aſſata bile, pallida fit flaua, hæc aſſata fit porracea, ea rurſus vſta, fit æruginea. Hanc autem tanta aſſatione ſicciorem fieri, parum humidam & craſſiorem, nemo dubitat, quod verò hæc iam ad albedinem inclinet præ ſiccitate: quamuis liquida, parum maneat, ærugo ipſa nos docet, & æruginoſa bilis, quam Didacum à Vergas Metimnenſem, prope

Pituita.

mortem vomentem vidimus. Auicenna verò non dixit ipſam albam eſſe, ſed ad albedinem mutari incipere. Pituita Græcis φλέγμα dicta, ſimiliter duplex eſt, naturalis, & præter naturam. Naturalis, alba colore, inſipida, ſiue qualitatis expers, talia ſunt, quæ ἄποια ſolent Græci nuncupare. Cùm enim ſapor ſit paſſio humidi facta à ſicco, guſtus ſecundum potentiam alteratiua in actum, & pituita aquæ ſimilis ſiccitate careat, carebit quoque ſapore. Hæc cum ſanguine tendit ad membra frigidiora alenda, vtque vrgente vſu crudus is ſuccus actione caloris coquatur, ac perficiatur, & in ſanguinem mutetur per alimentorum inopiam. Nulla pars eius, quæ ſecundum naturam eſt, in ſanis hominibus habet locum, in quo reponatur, quemadmodum bilis vtraque libro ſecundo de Naturalibus facult. vbi ſimiliter dulcem pituitam animanti ſalutarem ac naturalem eſſe dixit: nam inſipida mutata dulcem ſaporem aſſumit, libro de Atra bile. Generatur hic humor in ventre, cuius pars in ipſo manet, atque in inteſtinis, reliqua verò cum chylo tranſit: vbi ſi coctionis integritatem aſſequatur, ſanguis fiet: vbi verò non pituitæ formam ſeruans cum ſanguine, ad vſus dictos traducetur.

Pituita an in ventre generetur, an in iecore.

Quod Galen. lib. de Atra bile in hunc modum ſcripſit: Nos autem pituitoſum humorem ex cibis pituitoſis in prima ventriculi actione fieri demonſtrauimus, vt bilioſum & melancholicum in iecore, mutatur & pituitoſus in ſanguinem concoctione, qua iecur perfungitur. Atque hac ratione, nullum eius proprium organum, ad ſanguinis purgationem, natura machinata eſt, quemadmodum vtraſque veſicas & lienem, illas ſeroſi excrementi & bilioſi, hunc melancholici,

quippe

qoippe iu ventriculo genetatum phlegma, dom ſimul cum iis, quæ ex cibis porúque in iecut digeruntur, conenctum eſt, ſanguis euadit, quod in ventricull ſpatiis manet à bile ex iecore in ea dcfluente, expurgatum per ſedem dciicitur, & libro de Homana natura comment. illius (ſimili modo) inquit, pituitæ natuta ad motum cultum uibil facit: quare in ciborum prima mutatione generari videtur, & libro terrio de Temperament. inqnit, & quod his maios eſt, quódque Hippocrat. ootauit, pituita ipſa, qoamois ſuccus ſit, atque ex cibis in ventre iam coctis nata, nihilominus frigida tangentibus ſentitur. Quòd ſi quis concedat, verum eſſe pituitam in ventre genetari quando pitoitoſa natura ſunt alimenta. Inueniet quoque Galen. qui ſecundo de Ratione victus acu. comment. 30. pituitæ generationem præcedere vult generationem ſanguinis in omnibus cibis mntandis, adhuc ſalubribus admodum, vt panis, chondrus, & ſemidialis, atque media pituita, cibos in ſanguinem tranſire. Pituitæ ergo generatio in ventre cum chylo fit, atqoe cum chylo in iecur tendit, vbi ſi perfectè ſuperetur, ex ipſa ſanguis fiet, ſin minus, cum ſanguine ad dictos vſus per venas tendet, quòd ſi adduxeris in contratium Galen. ſententiam, qui lib. artis medend. capite quadrageſimotertio dixit, iecut frigidum & humldum ſanguinem genetare, tendentem ad pituitæ natnram, nihil obſtat: nam iecur frigidum non ſatis poteſt pituitam cum chylo venientem in ſanguinem mntare, multa ergo relicta cum ſanguine mixta, ipſum ſanguinem reddet magis quàm in corpore temperato, pituitoſum. Sed rutſus futilem quidam adduut tatiouem, in iecore infantis adhuc in vtero manentis ſanguis genetatut, qui pituitam continet, ſed nullam ſuſcipit à ventriculo ſubſtantiam. Scias ſanguioem matris à iecote infantis trahi, huic verò adeſſe pituiram genitam io ventriculo matris. Hic humot cùm frigidæ & humidæ temperaturæ ſit, homines reddit pingues, ſubalbidos ac

Pituita non naturalis.

ſegnes. Non naturalis pituita alia acida, alia ſalſa, alia vitrea. Acida, cruda omnino eſt, & frigida, ſed non adeò vt vitrea: tanto namque acida natutali frigidior eſt, quanto quàm acida, vittea, vitro fuſo ſimilis: ſalſa verò calida eſt, genita ex pituitæ putrediue, aot eioſdem vſtione, vt libro de Diffet. febt. ſecundo, & libto de Atra bile, aut ex mixtione ſalſæ ſeroſæ humiditatis. Præter hæc eſt mucus Græcis βλέννα, & quæ catarrhis deſcendit pituita, quam ad dulcem reducit Galen. ſecundo de differ. febr. Eſt etiam aliqoa gipſea appellata pituita, quam non humorem, ſed tophum, aut grandinem appellarem, vt quæ in articulis gignitur, & nonnunquam in pulmone & oculotum palpebris. Dubitant nonnulli an ſapor ſalſus pituitæ fieri poſſit ex bilis vſtæ mixtione cum pitoita. Cui quidam reſpondent, id omoino impoſſibile eſſe: quoniam amarum mixtum inſipido ipſum amarum reddet, quod etiam faceret, vbi dulci miſceretut: qoamuis dulce, ant inſipidom multum, amarum verò pau-

Salſa pituitæ generatio qualis.

cum eſſet. Quod docet experimentum, ſi quis parum fellis, aot ſocci abſinthij, multæ aqoæ immiſcear, nam tota amara reddetut. Veruntameo ſi qois rem penitus aduertetit, ſalſum ſapotem ex amari, & inſipidi mixtione fieri poſſe concedet. Intelliget enim ſalſam aquam vestione fieri amaram. Nam vt Galen. inqoit libro qnarto de ſimplicium medicament. facult. eap. 19. aqna lacus bituminoſi amara eſt, ac perinde nullum animal in ipſa degit, facta verò talis eſt ex vſtione, plirimum elaborata ſalſa aqua. Neqoe manet ſalſa, vt marina, quæ dulces fluminum aquas excipit, quæ impedire poſſunt, oe ealor Solis vrens, ad tantam vſtionē, atque amatum ſaporem, ipſam ducere valeat. Licet quoque ex marina bituminoſam facere, vbi Soli æſtiuo exponatur: quod eùm ita ſit, poterit eadem aqua amara facta, aquæ dulcis mixtione, ſalſa reddi, quod mare ipſum patitut amarum futurum, niſi dulcibus aquis miſceretur, & aqua in olla ſali mixta, quæ diu eſſerbuerit, ſalſa primū, deinde amara facta, cui ſi aquam dulcem effuderis, turſus ex amata ſalſam efficies. Ponamus iam ſuccum aliquem duleem, aut inſipidum in corpore multæ terrenæ ſubſtantiæ mixtum, à calore ſalſum fieri (quod in mari fit) deinde à calore vſtum, atque plurimum elaboratum, amatum reddi, nónne ſi tutſus dulcē, aut inſipidum ſuccum ei effuderis, ſalſum reddes, vt in aqua bituminoſi lacus, ex matina facta amara diximus? Nemo certè ambigit. Sie ergo fiet, vbi ſuceo alicui amaro, ac bilioſo vſtione facto, quis pituitaio inſipidam admiſceat, ſapor totus ſalſus euadet, quod fit in his, quæ terrenam habent ſubſtantiam, vbi enim vrentnt, prius ſalſa, deinde amara fient. Neque tamen Galen. doctrinam excedit, qui dixerit ex bilis amaræ mixtione cnm pituita naturali, ſalſam fieri pituitam, nam duobus modis ipſam fieri dixit, aur putredine, aut mixtione ſalſi ſeroſi excremēti, quod etiam nos aſſerimus: nempe amarum excrementum ſalſum fieri debere, vt pituitam mixram ſalſam efficiat. Salſum ergo excrementum, aut ex ſalſo amarum factum, vbi pituitæ inſipidæ mixtum fuerit, ſalſam faciet pituitam, ſicut & ipſa pituitæ putredo. De ſpeciebus pituitæ diximus lib. 2. de Differ. febt. cap. 6. in expoſitionibus noſtris, quas lege. Melancholia à Græcis appellata & μελαγχολικὸς χυμὸς, id eſt, melancholicus ſuccus, humor eſt frigidus, ac ſiecus, ſubſtantia & qualitatibus terræ ſimilis, præterquàm quòd humidus actu eſt, vt reliqoi omnes humores. Naturalis vbi fuerit, in iecore generatur, ex ea parte quæ in chylo terreni elementi naturam refert, potius ex accidēti, quàm ex naturæ intentione: interim enim dum alij humores generaotur, pars per coctionis tempus, vt fæx, ſubſiſtet, quemadmodum in vino, cùm conficitur fæx vini, quæ aut tettæ impuræ formam ſeruat, aut imperfectam aliam ſuſcipit. Veruntamen ſi à moderato calore fiat, vel à frigida & ſieca iecoris temperie magis, diximus lib. 3. Progn. in annotatione, circa 27. commen. calorem moderatum plurimam genetare natutalem melancholiam: eam nempe, quæ vſtionem nullu modo ſequatur: eam verò quæ fit ex vſtione, quamuis fæcalis ſit, in calidis natutis magis fieri, reliqua eodem loco diximus.

Melancholia naturalis.

Ad quorum comprobationem accedit, quòd ex frigida & ſicca temperatura non aceruatur melancholia, ſed pituita. Inquit enim Galenus libro ſecundo de Temperamentis. Etenim ſi quis ab initio ſicclori, frigidiorique temperamento ſtatim fuit, is non melancholicus eſt, ſed ab excrementis pituitoſus. Adde quòd ſi à frigida & ſicca temperatura melancholicus humor generaretor, & non reſidentiæ modo, ſequeretur frigiditatem iecoris debere eſſe maiorem moderata. Nam ſi frigiditas melancholiæ, maior eſt moderata, & media, cauſa genetans deberet eſſe frigidior moderata, quod non fit in ſano iecore: quamuis in tali melancholia generetur. Dicemus ergo eius generationem non aliter, quàm reſidentiâ fieri. Reſidet autem plutimum, vbi calor paulò validior acceſſerit: nec tamen ob id me de atta bile exquiſita loqui putes. Huius pars cum ſanguine tendit ad aleoda membra craſſa, duta, & tettena, pars

Melancholia vſtione genita.

verò per porũ ad lienẽ ducitur à caua iecoris parte. Huius gratia ſanguis à melancbolia abundante purgatur. Ad banc actionem lien neceſſarius eſt, vt excrementa illius ſuſcipiat inquit Ariſtotel. tertio de Part.animal.capite ſeptimo, nam eo modo, quo melioris gratia oportet excrementa ſeparari, ita lien, vt ipſa ad ſe traberet. Deinde ex doctrina Galeni libro quinto de Vſu partium, capite quarto, pars ad ventriculum mittitur, quæ ipſum acerba cum ſit, conſtringit, vnit, ac roborat, quod tamen in liene abundat, per ventrem purgatur. An tamen is melancholicus ſuccus à liene in ventriculum fundatur, quoties fames excitatur, nondum ſatis perſpectum eſt: quamuis alij de hac re prolixius diſſetuerint. Nos ſanè de Auicennæ ſententiis parum curamus, veritatem tamen colimus, & Galenum cum Hippocrate veneramur, libro etenim quinto de Vſu partium Galenus ventriculum non ſic ab atra vti à flaua bile offendi docens, inquit, Quod autem non lædit quidquam ventrem, ſaporis qualitas oſtendit: acerba enim cùm ſit & acida atra bilis, congregare, & conſtringere eum non ſubuertere, vt flaua nata eſt. Manifeſtum igitur eſt, quòd hæc flaua ob id quòd cibaria in ventre diutius manere, & inde coqui probibet, nocere dicebatur. Atram verò non ſolùm ventri innocuam eſſe, ſed etiam actiones ipſius adiuuare inuenimus. Ipſa enim ventrem intendit, & colligit in ſeipſum & comprehendere diligenter cogit cibaria & retinere, quouſque ſufficienter coquantur. Ex quibus verbis manifeſtum fit, melancholicum ſuccum ventriculo adeſſe ante famis tempus, tum quia ex diſſectione nobis ipſis inſpicientibus conſtitit, à liene venam coronalem ſanguinem copioſum melancholicum ducentem propagari, tum quia retentioni ciborum, & comprehenſioni adiuuat, atque etiam ad concitandam famem, vt Galenus libro de Plenitudine, cùm inquit: Ex atra ſubmiſſi animo, moroſi, & horribiles, à potu abſtinentes, ſaliua abundantes, cibum auerſantes, non omnes, ſed quidam ex ipſis liberaliter edunt, quibus melancbolia acida qualitate exuberat. Hoc autem euenit, vbi ipſa malignior euadit, hoc loco ſaporis ratione famem excitare melancholiam docet. Quòd tamen eo ſapore præditam eſſe, cùm malignior ſit, dixerit, nihil obſtat: nam & naturalis, vt libro quinto de Vſu partium ducuit, de ipſa loquens, in præaducta ſententia acida eſt. Exuberantem autem dixit libro de Plenitudine, malignitatem oſtendere: quoniam ad atram bilem exquiſitè mutari incipit. Acidus autem ſapor, præſertim acerbo adiunctus, famem mouet, & appetitum excitat: talis autem eſt melancholiæ ſapor, vt dixit. Docent autem res externæ hoc idem: nam poma auſtera, acida, qualia nos appellamus mancanas, xauis, & mala curonea toletana, mirum in mudum ad id proſunt, vel ſummè iam deiecto appetitu, quod à melancholia pariter euenire putandum eſt. Veruntamen illud quoque conſiderandum, melancholicum ſuccum à liene per latam venam, ad ventrem fundi, quæ in numeroſas propagines deriuatur, apprehendentes ventriculum omni ferè ex parte. Hæ ſunt ſanguine melancholico plenæ, humor autem is perpetuò comprimit, & conſtringit ventriculum: quæ enim acerba ſunt, terrenam & adſtringentem babent naturam. Præterea retentionem & coctionem ciborum adiuuat. Poſtea verò quàm alimenta deſcenderent à ventre, melancholia, vti ante, comprimens ipſum exprimit eius humorem reliquum, & partes inæqualiter applicat, hæc acerbitatis ratione. Acidus deinde ſapor accedit, mordens exterius ventris membranam internam, vnde fames, & appetitus alimentorum, quibos poſſit ab eo affectu releuari, commouentur, hæc à ſucco melancbolico fiunt. Eſt quoque melancholia quædam fæcalis, non naturalis, ex vſtione genita, huic materiam præſtat humor ipſe melancholicus, ex cuius vſtione fit nonnunquam. Fit quoque ex vſtione bilis, quæ tantò deterior eſt prædictâ, quantò bilioſus humor eſt efficacior melancholia. Fit quoque ex ſanguinis vſtione: quum enim ſanguis præaſſatur, tenuior eius pars in flauam, craſſior in atram bilem tranſit. Quoniam tamen ſubſtantia tenuior facilius alteratur, quàm craſſior, inde eſt quòd citius flaua bilis generatur ex tenui parte, quàm atra ex craſſa. Ex pituita verò an fieri poſſit melancbolia vſta, diuerſimodè opinati ſunt medici. Cæterùm verius videtur ex pituitæ mutatione nunqoam fieri melancholiam: quoniam vrens calor agens in pituitam prorſus ipſam in vaporem vertet, ſi tenuis & aquoſa fuerit: ſi verò tenax potiùs in tophum, aut lapidem, quàm in melancholiam mutabit: quòd ſi craſſa fuerit, non tenax, ex vſtione ſalſa reddetur. Si tamen calor naturalis ipſam alteret, vbi pituita naturalis fuerit, ſanguinem generabit: quod ſi non naturalis, calor moderatus agens ipſam coquet, ac ſoperabit, calor verò igneus, non adeò vehemens, vt vrere poſſit, putrefaciet ipſam, & aucta putredine ſimul, & calore præter naturam, ſalſus generabitur ſapor, & vtcunque formam pituitæ ſeruabit. Eſt ſimiliter atra quædam bilis exquiſita, quam Græci μέλαιναν χολὴν vocant, tertia atræ bilis ſpecies, à naturali differens, & ab ea, quæ præter naturam eſt, fæx vſtione genita. Differt quoque & à nigro ſanguine per deiectiones ſæpe excreto. Ne igitur hæc, quæ maximum malum minatur, quotiens in corpore generetur, medicis imponat, eam à reliquis diſtinguemus. A nigro ſanguine: quoniam is concreſcit, non tamen ipſa. A melancholia verò, quoniam quamuis neutra concreſcat, atra tamen exquiſitè talis, ſaporem acidum habet, aceto acerrimo ſimilem, terræ effuſa ipſam ebullire facit, hanc animalia guſtare detrectant. Præter has humorum differentias noſſe oportet, quòd eo tempore quo prædicti humores naturales in iecore generantur, pars chyli cruda, pituita verè exiſtens, coctionem patitur, per quam in ſanguinem tranſit: quæ verò non cum ipſo per venas tendit, pars quoque ipſius in ſedimentum mutatur, & cum vrinæ fuſione ſecernitur. Hæc namque ſanguini in iecore miſcetur, ſimul cum potu, & aquoſa ciborum parte proueniens, vt ſanguinem per anguſtos meatus iecoris perducat. Diximus in iecore humores generari, ac quatuor numero eſſe quodammodo elementis reſpondentes. Dubiom tamen eſt, an hi quatuor numero ſint, an pauciores: vt enim refert Hippocr. l.b. de Humana natura, quidam dixerunt hominem eſſe ſanguinem, quidam bilem, quidam pituitam, quos facilimum eſt confutare. Nam ſi homo vnum eſſet, nempe aut ſanguis, aut quiuis alter humor, non vtique doleret homo, atque vna eſſet omnibus morbis communis curationis via. Hæc ratio contra eos, qui dixerunt, hominem vnicum eſſe elementum, validiſſima monſtrata eſt ſuprà cap. præcedenti: verùm modò ſimpliciter non eſt valida: non enim ſequitur, homo ſanguis eſt, ergo non dolet: licet ergo homo vnum ſit, ab alio alteratus dolebit: ſed colliget ratio ipſum non dolere, ab intrinſeco dolore concitato ex alteratione: non enim

Melancholia an appetitum ciborum alliciat.

Melancholia non naturalis.

Melancholia an fiat ex pituita.

Atra bilis exquiſita.

Vrina ſedimentum.

Humorum numerus an ſit quaternarius.

enim eſſet contrarium vi cuios alteratus doleret, eùm bomo eſſet vnum, ſanguis vtique aut bilis, aut pituita, ſed dolet bomo ab intrinſeco, vt conſtat, ergo homo non ex vno tantùm, ſed ex multis, atque contrariis conſtituitur. Seqoeretur quoque, vnicam tantùm eſſe curationis viam: id manifeſtum eſt, eſſet enim tantùm ea via curationis, per quam in calidum proceditur, aut frigidum, ſi hoc, aut illud eſſet homo: hæc ratio in morbi intemperatura valida eſt. Præterea experimentum docet, io omni homine, omni ætate, & anni tempore, quatuor eſſe bomores in humano corpore, non ergo eſt vnicus bumor. Præterea id doeet vſus medicamentorum purgantium. Si enim quis medicamẽtum porgans pituitam biberit, pituitam purgabit, poſt hanc bilem flauam, deinde bilem atram, & ad finem ſanguinem: ſicuti ſi quis biberit medicamentũ educens bilem flauam, ipſam primùm educet, deinde pituitam, deinde bilem atram, & tandem ſanguinem. Si verò biberit medicamẽtum purgans bilem atram, ipſam primò, deinde flauam, deinde pituitam, & ad finem ſanguinem, quòd hie ſit familiariſſimus naturæ, ac maximè ab ipſa retineatur. Quatuot igitur ſunt corporis humores, & omni tẽpore, & omni ætate, nec hominem ſine aliquo hotum viuere, fieri poteſt. Quidam ex iunioribus medicis dixit, ſanguinẽ non eſſe homorem quartum ab aliis tribus diſtinctum materia, ſed forma. Aſſerit enim tres ſolos eſſe humores, pituitam, & vtrâque bilem, eis tamen formam quandam ſuperuenire, quæ forma ſanguinis eſt, introducta in mareria aliorum trium, quod reliquos humores leui quodam ligamine detinet, ac perinde fieri, vt ſanguine miſſo ex vena, breui tempore, & facili alteratione, forma ſanguinis torrumpator, & vnio ſoluatnr. Reſoluitur namque paulò pòſt in ea, ex quibus conflauerat, io fæcem craſſam, ac nigrá, quæ melancholia eſt, & in ſpumoſam partem, quæ reſpondet flauæ bili, & in partem ſeroſam, quæ pituitæ. Hine quoque apud medicos factum, vt ſangoinem bilioſum, pituitoſum, aut melancholicum ferant, nunquam verò ſanguineum, quod in hoc ex tribus humoribus mixtura vnus trium abundare ſoleat, cùm tamẽ ſanguis nullus ſit præter hos, nunquam dixiſſem, ſanguinem eſſe ſanguinenm. Multis viis hanc ſuam ſententiam probare nititur. Primò ratione facta de ſanguinis diſſolutione, in tres tantùm homores, ſi enim ex quatuor conſtaret, in quatuor diſſolueretur. Secundò ſimilitudine lactis, eſt enim lac ex tribus ſubſtantiis conſtitutom, ſero pituitæ ſimili, butyro bili flauæ, caſeo atræ. Cùm ergo lac ex ſanguine generetur, ſi in ſáguine plures eſſent humores tribus, plures quoque oſtenderet lac. Tertiò ſi ſanguis eſſet aliud à tribus humoribus, ipſe ſolus per venas tẽderet, cùm ipſe alitioni optimus ſit, neque aliorum mixtura egeret. Procedunt aotem dicti tres: quoniam ipſi tantùm ſunt, & alunt. Quartò quia eſſet, inquit, aliquod medicamentum eum bumorem expurgans, quemadmodum & alios tres medicamẽtorum viribus purgatos videmus, verùm nullum vnquam tale inuentum eſt. Quintò quia ſequeretor, non eſſe tria tantùm genera febriom putridarum, vt putauit Galen. lib. 2. de Differ. febr. cap. 9. nam ſanguis ipſe, vbi putreſceret, oon minus febrem efficeret, quàm pituita, & vtraque bilis. Is porrò medicus rerum nouator, gloriæ potius cupidus, quàm veritatis indagator, temerè admodum Hippoc. & Gal. placitis aduerſatur. Hippoc. namque lib. de Humana natura, in hanc prorumpit ſententiam: Dico autem ſanguinem, eſſe pituitam, & bilem tam flauam, quàm atram: & rurſus inquit: deinde naturaliter formas diſcrepare: minimèque ſanguini pituitam ſimilem eſſe, aut ſanguinem bili, aut bilem pituitæ. Et Galen. in Comment. inquit: eùm aperta eſt eius omnis oratio, tum quod inſtituerat, demonſtrat: nam hie quatuor bumores in corpore ineſſe inter ſe diuerſos oſtendit. Similiter id conſtat ratione ſuprà addncta, de porgantibus medicamentis, educentibus quatuor bumores. Galenos qnoque lib. de Humana natura comment. illius (certum mea qoidem opinione) inqoit: Sangois iam eùm bifariam dicatur, tum hie, quem in vanarum ſectione, & volneribus euacuari videmus, vtriuſque bilis & pituitæ, vt docuimus, participem, tum purus ille, & integer aliis bumoribus non confuſus, & reliqua, ecce ſanguinem, qui alius homor eſt à tribus. Et lib. 8. de Plac. Hippocr. & Plato. non tantùm ſanguioem in corpore eſſe aſſerit, ſed ſanguinem ex quatuor humoribus conſtitui. Inquit enim, Ex cibis in bominibus ſanguis gignitor, pituita, & geminæ biles: ſed ſanguis plurimos, vnde ſolus ex omoibus in venis apparet, alia pauciora creantur, atque hie ſanguis eſt noſtræ generationis quaſi materia, qui ex quatuor quidẽ humoribus cōſtat, à dominio tamen ſic appellatur. Hic locus manifeſtè aduerſatur ei, qui dixerit, ſanguinẽ ex tribus tantùm humoribus conflatum. Et lib. 2. de Elemẽtis, ſecundum doctrinam Hipp. multa docuit hoc idem comprobantia. Rationibus ſimiliter idem ſnadetur. Si namque in venis tãtum tres homores exiſterent, totus ſanguis frigidus eſſẽt poteſtate: quod probo. Nam pituita tam eſt frigida, quàm bilis calida, & maiori copia in venis continetur, conſtitutum igitur frigidum erit, maximè accedente melancholia, quæ frigida ſimiliter eſt, hoc ego quidem libenter eoncederem, vt ſuprà, cæterùm ab ipſis falſum putatur. Rurſus in iecoris actione aliquid immodicè coctum eſt, nempe bilis flaua, aliquid non ſatis coctum, qnod eſt pituita: erit ergo aliqoid probè coctum, quod qui negaret naturæ iecoris Iniurius eſſet, quæ vt reliqua naturæ agentia, omnia melioris gratia facit. Rurſus pituita coctione maiori io ſanguinem tranſit, ſed ſanguis conſtat ex bile vtraqne, & pituita, tranſiret ergo io pitoitam. Præterea ſanguis rubei coloris eſt, quod non eſſet ob pituitæ, aut bilis flauæ, aut atræ colorem, eſt igitur humor alius rubeus præter hos. Præterea ſanguis vbi præaſſatur tranſit in flauam, & atram bilem. Quis ergo humorum tranſibit in bilem? non bilis: nam bilis in bilem non tranſit: non melancbolia, quia in hanc qooque ſanguis degenerat: oon autem pitoita, quoniam ſi ita eſſet, rectius diceremus, pituitam, quàm ſanguinem, in flauam bilem migraſſe. Dices fortè, ſanguinem in bilem flauam, & atram aſſatione tranſire, nihil alind eſt, quàm in hos bnmores ipſum componentes diſſolui, vt ſi mixtum aliquod in quatuor elementa diſſolni diceretur. Sed hoe falſum eſt, nam ſanguis ex ipſorum opinione ex tribus componitur, ergo in corruptione tranſibit, ac diſſolnetur in pituitam, & vtramque bilem, qnod non fit. Malè itaque opinatus eſt contra veritatem, & maiorum dogmata. Sed ad eius rationes reſpondeamus. Ad primam de diſſolutione ſanguinis in tres bumores tantùm, dicemus, bilem cum ſero ſanguinis miſceri, pituitam verò melancholiæ, & ſanguini. Ad ſecundum de lacte dicemus, io botyro eſſe partem, quæ reſpondet ſanguini, & bili. Præterea Gal. lib. 4. de ſimpl. med. facult cap. 3. in lacte, vino, oleo, & reliquis omnibus ſuccis, quatuor partium differenſias contineri affirmat & demonſtrat. Ad tertium dicimus, non ſolùm ſanguinem procedere ad alenda

Humores tãtùm tres, ſecundum Nouiterici cuiuſdam ſententiam.

Galen. lib. 4. Simpl. & poſt ipſum Mercatus aſſerunt in lacte quatuor eſſe ſubſtantias quatuor humoribus reſpondentes.

Humorum numerus ex Hippocrat.

membra, quooiam non omnia ſunt eiuſdem temperaturæ, ſed adeò diuerſæ, vt aliis humoribus egeant, & ipſia multis modis, atque menſuria commixtis. Ad quartum reſpoodet Galen. lib. de Facultate purgantium medicamentotum, eſſe nonnulla medicaméta ſanguinem educentia, de quorum numero eſt illud, quo inuento, quidam ipſum ad malos tranſtulit vſus: ſed à magiſtratu populi, iu ſupplieiũ oculis vinctis ductus eſt, ne herbam aliis oſtenderet, cuius ibidem copia erat. Ad vltimum dicimua, febrem à ſanguine putreſcente, aut eſſe eontineotem, aut bilis motum ſeruare, quoniam putreſcens ſtatim in bilẽ tranſit. Sed de his circa lib. 2. de Diff. feb. diximus. Quod autem ab initio propoſuimos conſtat, ſanguinem appellari totam mixturam humorum propter dominium ſanguinis. Non igitur oportet, ſaoguinem ſanguineum dicere. Rurſus ad alimeuti mutationea redeamus, quas donec in corpus alendum migret, ſuſcepit. Procedit naoq; à iecore ſimul cum ſeroſo illo excremenro & aquoſo, quod ad ſanguinis penetrationem fuit neceſſariũ. Cùm autem quatuor humores iecur prætergreſſi fuerint, cauam venam ingrediũtur, in quam omnea quæ in iecore ſunt venulæ finiuntur. Seroſum tamen excrementum à renum facultate trahitur, neque enim deinceps vtile erat, vbi latiorea meatus, ac plures humores ſubeũt, niſi parua quædam para, quæ etiam tractionem renum effugit, reditura quoque ad renea, cum alimẽtum ad finea venarum perduxerit, niſi per cutem in flatum, aut ſodorem digeratur. Id excrementum ſetoſum ad renes trahitur per venas emulgentea. Deinde à renibus per meatus vrinatioa percolatur, quod excipit veſica, ampla quædam, ac oota capacitas, vt ipſum per colum extrà mittat, quum momorderit, aut grauaoerit. Cohibetur tamen ad tempua eius excretio in veſica, quemadmodum & in reuolutionibus inteſtinorum fæx, oe ob frequentem mictum, aut deiectionem homo amuſos, & aphiloſophos fieret. Numquam enim vacaret muſis, aut philoſophiæ. Procedens aotem ſanguis per venas, quandam mutationem recipit, quemadmodum & fæx interim dum per inteſtina deſcendit, ſed neque venæ ſanguificam, neque inteſtina chylificam facultatem habent ex ſe, ſed aliunde ſibi demandatã, ineſtiois quidem à ventre, venis autem à iecore. Hæc diximus de futuro alimento in ventre, & de eo quod eſt tanquam alimẽtum in venis, nunc de vero alimento diſſeramus. Singulæ noſtri corporis partes, ex alimento per venas diducto ad ſe trahunt, quod in ipſo ſibi vtile eſt, ac ſecundum ſubſtantiam ſimile. Id eùm eſt in exilibus venis, & arteriis, iam aliquam leuem ſuſcipit mutationem. & hæc eſt prima de iis, quaa ſecundas homiditates appellant. Eſt ipſa medium quo ſanguis trãſit in membra, quæ valde diſſident à natura eiuſdem. Deinde verò hæc humiditas tranſit in vacua ſpatia membrorum, vt præſtet membris ſingulis alendis materiam, quæ à ſimilitudine, roa appellatur, huius meminit Galen. lib. 1. de Semine, vbi alimentum exhalationis modo teſtatur in membra tranſire, dicens: Deinde poſt proprij humoria in ſingula membra attractionem, id quod eſt attractum in multas particulaa diſſolutum, paulatim, quaſi exhalationem attrahentibus membris adiungitur, ac quadam temporis mora immotatur. Tranſit ſanguia in particularum quarundam ſubſtantiam, veluti quadam incraſſatione, aut concretione, vt in carnem, & pinguedinem. Tranſit etiam ros in ſubſtantiam ſolidarum particularum, ipſis ſolidis appoſitum: carnis, & adipis ſubſtãtia erit tertia, & ſolidarũ partium humor, qui eas agglutinat, quarta. De his tres tantùm ordinem mutatiunis ſeruant: nam ea humiditas quæ in exilibus venis, & arteriis cõtinetur, tranſit io rorem: ea enim eſt humiditas, ex qua membra nutriuntur, ergo ſi prior humiditas ea nutrire debet, in ipſam prius mutabitur: ros autem trãſibit in ſolidas particulas, vbi ſeminia ſpeciem acceperit. Sanguis verò concretione tranſit in carnem, & adipem, in extremis venia quæ ad carnem finiuntur, facta appoſitione, concretione, & vnione ſine motatione in humiditates appellatas ſecundas, has Galen. noſſe cooſtat: quoniam lib. 7. Metho. meden. meminit quatuor ſiccitatum: (quibus quatuor dictæ humiditates oppoſitę ſunt.) ſiccitatem conſũmatam appellana eam, per quam ſubſtãtia ſolidarum particularum abſumpta eſt, minorem hac eſſe dicit, cùm conſumpta eſt humiditas, qua conſtant partes ex humore concreto, vt caro & adeps: deinde ea quæ ſequitur conſumptionem roris effuſi in ſpatiis particularũ, & minor hac eſt ea, quæ fit abſumpto humore, qui in exilibus venia, & arteriia continetur. Hunc vero ſanguinẽ reficimus. An tamen ipſæ humiditates differant ſpecie ab ipſis humoribua, qui in vaſis cõtinẽtur. De ea quę in exilibus continetur venis, certum eſt, nondum integrã recepiſſe mutationem. Nam quemadmodũ chylos per venas meſeraicas procedens aliquam mutationem recipiẽs, & ruborem ipſum adhuc chylum, non ſaoguinem dicimua, ita humiditas iſta quamuis leuem mutationem ſuſceperit in via ad membri formam ſuſcipiendam, formam priorem non mutauit. De rore tamen quoniam hic maiorem mutationem adeptus eſt, ſuaderi poteſt, aliam formam à ſanguine habere, nec tamẽ demonſtrari poteſt, præterquàm ex colore. Reliquæ verò humiditates verè ſubſtantiæ membrorum ſunt, optimam illam coctionem paſſæ, quæ facultatis altricis eſt finis. Hæc autem coctio apud Galen. mutatio eſt in qualitatem ſimilem corpori alendo: nam & finis alimentorum eſt, partes ſimiles eis, quæ ex ſanguine menſtruo contractæ fuerunt ſubrogare. An tamen omnes quatuor humorea alimentum corpori pręſtent, vel ſolus ſanguis, dubium fuit à medicis agitatum, circa quod nonnulla dicemus, quæ ad veritatis agnitionẽ ſunt neceſſaria. Volumus tamẽ in hoc opere, potiſſimum in prima eius parte, quæ tota ad partem medicinæ theoricam ſpectat, & naturali philoſophiæ eſt coniuncta, non tantùm quæ vera ſunt ducere, ſed falſas opiniones refellere, & quàm malè placita quædã antiquorum iuniores medici interpretati ſunt, patefacere, & quæ pro ſuarum opinionum confirmatione addncunt, ſolnere. Sunt ergo qui Ariſto. opinionem fuiſſe teſtantur, ſolum ſanguinem per venas incedere, atque ipſum ſolum alere, eſſe quoque poſtremum atque immediatum alimentum, circa quod conſiderandum eſt in primis, an ſolus ſanguis alat. Nam Ariſtoteles lib. tertio de Hiſtor. animal. c. 19. dixit, palpitat intra venas ſanguis omnium animalium, pulſúque ſimul vndique mouetur, ſolúſque omnium humorum ſparſus per totum corpus animalium eſt. Si ergo ſolus ſpargitur per corpus, ſolus nutrier. Prætetea lib. eodem cap. 2. excrementa eſſe dixit fæcem, pituitam, & bilem tã flauam, quàm atram. Sed excrementa non alunt, ergo ſolus ſanguis alit. Quòd autem excrementa non alant, conſtat: quoniam quod alit nec abundat, neque excrementum eſt, neque à corpore ſecernendum. Adde quòd Ariſtoteles libro primo de Generat. animal. capite decimooctauo excrementum ab alimento diſtinguens, inquit: Excrementum appello

Erat quidam ruſticus Brynna qui forte fortuna herbam hæmogogam adinuenit, vide reliquam hiſtoria apud Gal. loco. citat.

Seroſum in ſanguine excrementum.

Vena ſanguificam facultatem habent.

Humiditates ſecunda, quas appellant, quot & quales.

Coctio.

An quatuor humores nutriant.

Digitized by Google

pello reliquias alimenti. cum ergo reliquos humores à ſanguine, excrementa dixerit, non erunt alimenta, ſed alimenti excrementa, atq; reliquię. Hanc fuiſſe Ariſt. mentē credimus, cui adſtipulatur, quod tantùm dulcia alere poſſunt, & ex humoribus ſolus ſanguis dulcis eſt. Adde quod Auerroës ſcribit in huius opinionis comprobationem, lib. 2. collectionum, cap. 1. ex eiſdem namque ſumus, & nutrimur. Sed ſumus à prima generatione ex ſanguine menſtruo tantùm, ergo ex ſolo ſanguine nutrimur. Præterea, inquit, ſi pituita alere poteſt, id eſt eū in ſanguinem mutatur, ergo ſanguis eſt qui alit, non reliqui humores. Addit quoque occaſionem errādi accepiſſe medicos: quoniam cùm intelligerent, ſanguinem tranſire in flauam, & atram bilem, quia ſanguis alit, crediderūt, bilem vtramque alere: cum tamen bilea duæ non faciant vnum cum ſanguine, neque in ipſo actu, ſed poteſtate contineantur. hæc ex Ariſtot. & Auerroë. Quibus accedit quod melācholia, ob terrenam ſubſtantiam, & bilis ob immodicum calorem alitioni ſunt admodum ineptæ. Præterea ſi omnes particulæ corporis alerentur ex quatuor humoribus, ſingulæ quatuor minimas partes ſibi acciperent, quod falſum eſt: nam minima pars carnis, cui reſpondebit ex ſitu bilis, eam tantùm cōmutabit, non pituitam, aut ſanguinem, loco diſtantes.

Auerroës.

Hipp. & Gale. opinio de alitione ex humido.

Contrariam ſententiam tenet Hippocr. lib. de Humana natura, cùm inquit: Cæterùm mea quidem opinione, qui hominem ſanguinem, & nullam aliā rem eſſe cenſet, is deberet demonſtrare, eum non mutare formam, aut omnimodum fieri, aut ſaltem aliquod anni tempus, aut hominis ætatem oſtendere, qua ſanguis ſolus appareat eſſe in homine. Gale. quoque in comment. inquit, Qui ſanguinem ſolum humanam eſſe naturam aſtruunt, hoc perinde eſt, ac ex ſanguine ſolo fictas omnes eſſe eius partes, ſolóque ſanguine ſemper ali. Sanguis verò, cum bifariā dicatur, tum hic quem in venarum ſectione, & vulneribus, euacuari videmus vtriuſque bilis, & pituitę participem, tum etiam purus ille & integer, aliis humoribus non confuſus, ex ſanguine ſecūdum priorem ſignificationem formari fœtum, fortaſſe verum ſit ex ſanguine, ſecundum ſecundam, non item: nūquam enim ſolus ille in prægnantibus eſt. Lib. item 2. de Elementis, dixit, non adeò facile eſſe, probare humanum corpus ex quatuor humoribus conſtitui, ſicut ipſum ex quatuor elementis componi. Verùm Hippoc. ſententiam veriorem eſſe, quatuor humores eſſe neceſſarios ad hominis conſeruationem, & alitionem. Rurſus lib. 8. de Placitis Hippoc. & Plat. eandem voluit ſententiam, quam ſupra quoque retulimus. Quibus accedit, quòd ſi noſtrum corpus ex ſanguine menſtruo à principio conſtitutum eſt, vt nouerunt aduerſarij, in ipſo quatuor humores contineri, non eſt dubium: quoniam quicunque humor in corpore fœminæ abundauerit, in ſanguine menſtruo purgatur, & ipſum multa bile, aut pituita, aut melancholia mixtum cōpiſcimus ex colore, nos verò ex eiſdem nutrimur, & ſumus. Præterea in medicamentis purgantibus, quæ cùm purgāt, & vt diximus, diuerſos humores ex venis ducunt, experimētum docet, quatuor humores in vaſis contineri, & non niſi alitionis cauſa, alunt igitur.

Medici iunioris opinio confutatur.

Id quoque diuerſa admodum membrorum natura docet, quæ ex vnico tantùm humore numquam refici poſſet. Quidam è iunioribus medicis voluit, Galen. & Hippoc. non contradicere Ariſto. & Auerroi: quoniam cum Ariſtot. animalia ſanguine prædita, ex ſolo ſanguine ali, rectè dixit Galen. id tantùm voluit, cum ſanguine reliquos humores procedere, non tamen præſtare materiam ipſis, ſed tantummodo attemperare ſanguinem, vt aptum fiat membrorum diuerſarum temperaturarum alimentum. Verùm hic non nouit Ariſtot. (vt ſupra diximus in enarranda eius opinione) voluiſſe ſolum ſanguinem per venas tendente, Galenum verò quatuor humores ſimul. Præterea ſi ad temperandum tantummodo procedūt per venas reliqui à ſāguine, an ibi retineātur, vel qua parte pellantur, neſcient reſpōdere. Præterea Galenus manifeſtè cum Hippoc. docet, quatuor humores principium generationis præſtare, & deinde alimētum viuente animali. Sed tamen Ariſtotelem eius fuiſſe opinionis dicemus, & Auerrois authoritatē nullius eſſe momenti, eius tamē rationes facilè diluuntur. Sumus enim & nutrimur ex ſanguine quatuor humores continente. Pituita quoque alere poteſt duobus modis, aut ſanguini mixta, aut in ſanguinem mutata. Sanguis item verè bilem vtrāque, & pituitam continet: nēpe is ſanguis, qui ex humoribus conſtituitur, non ille ſimplex, qui ex moderata coctione fit, vnicus humor. Ad reliqua dicemus. Primò quòd melancholia & flaua bilis, quamuis diſtēperatæ ſint, ſimul, & aliis humoribus mixtæ alere poterunt, maximè membra lapſa. Ad vltimum dicemus, non eſſe minimam partem in carne, quæ non ſuſcipiat mixtos quatuor humores, adeo vt nullus ſine aliis percipi poſſit, eo modo quo de elementorum mixtione cap. præcedenti diximus. Secundum conſiderandum eſt, an ſanguis ſit poſtremum alimentum, id enim voluit Ariſto. lib. 2. de Part. anim. cap. 3. & 4. vbi dixit, ſanguinem eſſe vltimum alimentum, in ſanguineis animalibus. Sed tamen Galenus mediam aliquam intereſſe mutationem docuit, in prædicta ſententia ex 7. de Method. meden. vbi rorem ſingulis particulis alendis materiā præſtare dixit. Sed tamen dicemus, aut Ariſtot. non nouiſſe ſecundas humiditates, aut eas à ſanguine nōdum diſtinxiſſe ſpecie: quoniam 3. lib. de Hiſtor. anim. c. 5. dixit: Humor circa neruos, muſcori ſimilis, albidus, glutinoſúſque conſiſtit, quo ipſos neruos, & naſci, & ali certū eſt. hæc de humoribus modò dicta ſint: nonnulla verò, quæ hîc omittimus, in operis proceſſu ſuum locum ſortiētur commodum.

Sanguis an ſit vltimum alimentum.

De membris humani corporis.

Capvt III.

Membra humani corporis quædā ſimilaria ſunt, quæ ab Ariſt. homiometa appellantur. A Gal. verò, ſimplicia: prima, homogenea, quædam inſtrumentaria, quæ à Gal. heterogeneæ, & organicæ partes dictæ ſunt. Ariſtot. verò lib 2. de Part. anim cap. 2. diſſimilares, organicas, officiales, & inſtrumētarias appellat. Similaria membra ſunt, ea quæ in partes eſſentiā diuerſas minimè diuiduntur, vt neruus: is enim non niſi in neruos ſecari poteſt. Diſſimilaria verò ſunt, quæ in partes diuerſæ eſſentiæ diuidi poſſunt, non in ſimiles, vt caput, aut manus, quæ in os, & carnem diuiſionem patiuntur. Hę eædē partes inſtrumentariæ appellantur, quamuis inſtrumentaria pars ampliori ſignificato, omne inſtrumentum ſignificet, de quorum numero vena eſt: quæ tamen pars eſt ſimilaris. Definiuit autem Galē. lib. 1. de Method. med. ſic, Inſtrumentaria pars eſt, quæ perfectam operationem edere poteſt, vt oculus viſiunem, & lingua loquelam. Diuiſit tamē Ariſto. partem diſſimilarem, in eam, quæ ex pluribus diſſimilaribus conſtat, vt facies, manus, & ſimilia,

Similaris pars.

Inſtrumentaria pars.

lia,quædam ex ſimilaribus cunſtant pluribus, cuius exemplum ſit oculus,quædam ex vnica ſimilari(inquit) vt viſcera nonnulla. Conſtant enim ferè omnia multiformi figura,itaque ex ſola figura vult mébrum aliquod eſſe diſſimilare, quia nõ diuiditur in partes ſibi ſimiles,id eſt cordi ſimiles,& rurſus eodem cap.inquit:In ſanguineo autem,id eſt, compote ſangninis,cor tale babetur membrum: quippe cũ cor & in partes ſimilares ſecetur, quemadmodum quoduis ex aliis viſceribus,& diſſimilare ſit,propter ſuæ figuræ formam:verùm Ariſto. nõ aduertit cordis compoſitionem ex diuerſis fibris,membranis,& carne.ſunt quoque nonnullæ ex diſſimilaribus,quæ in alias diſſimilares diuidi poſſũt,vt crus,in femur, tibiam,& pedem,& manus maior,in brachium, cubitum,& ſummam manum,& manus ſumma in digitos, & poſtbrachiale : digiti verò oſſa continent neruos , carnem, & muſculos, muſculus item neruos , venas, arterias , & carnem. Similares tamen particulæ ſolidæ ex ſemine genitæ ſunt,ſemẽ ex humoribus , humores ex alimentis , alimenta verò ex elementis:quamuis nonnulla,non ſtatim ex elemẽtis,ſed per alias intermedias mutationes. Nam animalia,quæ nobis eſui ſunt,ex herbis alimentum capiunt , herbæ tamen ex primis elementis cunſtant.

Diſſimilaris pars ob figuram.

Similares partic. apud Gal. quæ.

Dubium tamen videtur apud Galenum quas velit ipſe ſimilares particulas appellare.Nam lib.de mor. differ.c.3.arterias,& venas inter ſimilares particulas annumerauit,dicens:Atqui corpus animantis trifariam componitur,ſiue conformatus,in primis ex his partibus,quæ ſimilares appellãtur,vt ſunt venæ,arteriæ,nerui,oſſa, cartilagines, ligamenta , membranæ,carnes. Verùm lib. de inæquali intemperie c.2. venas , & arterias videtur excludere à numero ſimilarium,& earum, quæ in partes diuerſæ rationis minimè diuidi poſſunt,inquit enim,digirorum verò particulæ,ſunt oſſa,cartilago, ligamentum, arteria,vena,mẽbrana,caro,tendo,vnguis, cutis, adeps. Has autem diuidere in aliam ſpeciem nõ eſt,ſed sũt ſimilares,ac primæ,exceptis tamẽ arteriis,& venis. hæ namque ex fibris , & membranis ſunt conditæ, veluti in tractãda diſſectionis ratione eſt traditum. Hoc in loco manifeſtum eſt ipſum excludere à numero ſimilarium,& primarum partiũ, venas, & arterias.

Fuchſij ſolutio dubij.

Hoc dubium ſoluit Fuchſius in cõmentariis libr.de different. morborum. Animaduertens primùm duas ſimilariũ partium differentias : aut enim ſunt ſimilares:quoniam omnes eius particulæ ſunt eiuſdem ſpeciei , quæ reuera ſunt primæ ac ſimilares : non enim poſſunt in partes diuerſarum rationum diuidi,neque aliæ ſunt eis priores ; hoc modo venæ, & arteriæ ſimilares non ſunt , quia in partes diuerſæ rationis diuidi poſſunt,vt rectè dixit libro de inæquali intemperie. Quo loco à numero ſimilariũ ipſas excluſit. Qua ſignificatione vſus eſt lib. de elementis,dicens : Homo ex primis & ſimplicibus,ſenſibilibus elementis , ſimilaribus nominatis, conſtat,fibris,membranis,carne,adipe,oſſe, cartilagine,ligamentis,neruis, medulla, & aliis vniuerſis, quarum vniuerſæ particulæ eiuſdẽ inuicem ſpeciei ſunt.Sunt autem ſimilares partes, alio modo dictæ, quæ ſimplices ſunt,ſenſus dũtaxat indicio, non natura,quomodo venæ, & arteriæ, inter ſimplices , & ſimilares recẽſentur libro de morborũ diff. loco citato,& ad eum modum lib.de optima corporis cõſtitutione dixit,Similares partes vocãtur, quæ ſimplices ſunt,hoc eſt,ſunt partes quas ſenſus , etſi reuera compoſitæ ſint, indicat eſſe ſimplices. Itaque cùm dixerit Gale.venas,& arterias eſſe ſimilares, id ad ſenſum intellexit eſſe referẽdum.cùm autem dixerit, eas non eſſe ſimilares & ſimplices , quoniam conſtitutionem habent ex membranis , & fibris : id intelligi debet ex rei natura, à qua compoſitionem habent,quamuis ſenſu non ſit cognita. At verò hæc dubij ſolutio non eſt ad mentem Galen. quod probabo.nam cum Galen.lib.de inæquali intemp.dixit digitum eſſe conſtitutum ex oſſibus , neruis, venis, & arteriis,omnes dixit eſſe ſimilares:& poſt excepit venas , & arterias.

Fuchſius taxatur.

Fuchſius tamen dicit ipſas non eſſe ſimilares in re,ſed ad ſenſum tantũmodo. Quòd ſi eas tantùm vult eſſe ſimilares Gal.quæ reuera tales ſunt,vt non habeant ex diuerſis conſtitutionem, neque oſſa erunt ſimilaria : quoniam ex elementis componũtur in re,quamuis ſenſui non conſtet.nam neque omnes partes oſſis,verè ſunt oſſa:ſed quæ per ſe , & ſub eadem forma conſiſtere poſſunt. Rurſus Gal.lib. de inæquali intẽperie,loco citato,non tantùm reipſa,ſed ad ſenſum cõpoſitas dixit eſſe venas & arterias , vt tradidit in diſſectionis ratione : Quæ verò diſſectione nota ſunt,ſenſui patent.Erunt ergo venæ , & arteriæ vtroque modo dicto à Fuchſio cõpoſitæ,nempe,ſecundũ rem,& ad ſenſum.Rurſus lib.10.de meth.medendi ad finem inquit:ſi quidem in ſingulis ſimplicium ac primarũ,quas vocant partium (vt in diſſectionibus es contemplatus) alia portio ſubſtantiæ earũ eſt veluti fibroſa, alia membranoſa,alia carnoſa,ſicut,exẽpli cauſa, quum vena vnicam tunicam habeat,& eam tenuem, licet fibras in ea inuenire multas,quæ ſint arachneoſis quibuſdam interſitiis cõtextæ,quibus vtriſque ipſa propria venæ ſubſtãtia adnaſcitur.Hæc alia in aliis partibus habetur,nec vllum commune nomen eſt nacta.Cæterum docendi cauſa nihil vetat,eam carnoſam ſubſtantiam voces. Ecce vbi fibras & carnoſam ſubſtantiam dicit venis adeſſe, & in diſſectionibus eſſe contemplabile,non ergo re tantùm,& natura venæ compoſitæ ſunt, ſed id ſenſu conſtat. Partes itaque quas Galen.ſimilares appellat,quæcunque ipſæ fuerint , ſenſu tales eſſe intelligit.

Similaris pars bifariam dicitur.

Sed tamen ſimilaris pars bifariam dicitur , vno modo vt ab Ariſt. lib.1. de Hiſtor.anim.cap.1.qui partes dicit ſimilares,quæ in plures ſimiles ſibi partiri poſſunt,quomodo venæ & arteriæ ſimilares ſunt : ſicut & os,& neruus,non tamen manus,aut digitus,quæ in plures manus aut digitos nõ diuiduntur.Altero modo ſimilare membrum eſt,quod in partes diuerſæ rationis diuidi non poteſt. Vſus eſt Galen. hac ſignificatione libr. de inæquali intemperie,vbi explicans quare oſſa,cartilagines,ligamẽta,membranæ,& caro,ſimilares ſunt, inquit : Has autem diuiſiſſe in aliam ſpeciẽ non eſt, ſed ſunt ſimilares ac primæ,& ſtatim excepit venas, & arterias:quoniam hæ diuidi poſſunt in ſpecie diuerſa,ac perinde ſimilares non ſunt,ſic etiam lib.5. de Metho.med.dixit : Similaris pars,vt ipſum indicat nomẽ,eſt,quæ vndique in ſimiles diuiditur,quæ ratio,vt conſtat,venis,& arteriis non cõuenit.Quod ſi pars ſimilaris fuerit ea , quæ in ſimiles diuidi poteſt,arteria & vena ſimilares dicẽtur,& in hac ſignificatione accipitur ſimilare lib.de differ morborum,vena enim diuiditur in partes,quæ venæ ſunt. lib. tamen de Inæquali intemperie , quum venas & arterias dixit non eſſe ſimilares , ſimilarem partem voluit eſſe eam,quæ in partes ratione diſſimiles diuidi non poteſt.id verò arteriis & venis non conuenit. Præterea Gal.lib.de Optima corporis conſtitutione,nulla facta partium diſtinctione in vniuerſum dixit : Erit itaque corporis ſtatus optimus , in quo partes omnes homiomeræ,id eſt ſimilares (vocãtur autem ſic videlicet , ſenſu ſimplices) propriam ac familiarem habent temperaturam. Sed ex omnium

ſimiliarium

Digitized by Google

milarium partium temperatura cooſtat bonus corporis ſtaros, omnes igitur appellauit ſenſu ſimplices. Hae etiam ratione lib. de Diff. morb. e. 4. dixit: Itaque ſi vel oſſium aliquor, vel caro, vel reliqoorũ enrporum, (quæ ſenſus iudicio ſimplicia eſſe videntur) aliqua adeò fuerint vel adſtricta: vbi carnem, & os, & reliqua ſimplieia, ſenſu talia eſſe vult, & ita eſt. nullum enim noſtri eorporis membrum compoſitione eater, ſed ſimplicia dicũtur membra, quæ primo ſenſu talia iudicanrur: ſiue primo ipſo intuitu: ſimilaria verò, vel diſſimilaria, ptopter id qnod in eorundem definitionibus diximus. Defioiuimus enim parrem homiomeram, ſiue ſimilarem bifariã, affirmatione inquam, & negatione. Affirmatione quidem, vt pars homiomera ſit, qoç in parres ſibi ſimiles diuidi poteſt: & io hae amplitudine cõtinentnt venæ & arteriæ. Negatione verò, quæ non diuiduntur in parres ſibi diſſimiles, à qua defioitione venæ, & arteriæ exelodũtur. Rorſus ex ipſis primis, ae ſimpliciſſimis particulis, quædam geoerationem & outritionem ab humoribus babent, quædam verò ex bumoribus ſolam nutritiooem, ex ſemine verò primam generarionem. Quãuis ſemen ex humoribus primum fuerit. Caro, adeps, ſeuum, ex ſanguine generationem, & deinde refectionẽ, reliqua mẽbra ſimplieia ex ſemine. Totum itaque ex quatuor elemẽtis eonſtat, igne, aëre, aqoa, terra, quæ in duobus contineotur, apud Gal. 1. de Sani. tuen. in ſemine, & ſanguine menſtruo: ſemẽ magis habet igneæ, & aëreæ ſubſtantiæ, ſanguis menſtruus plus aquę & terræ. ſemen plus ſicci. ſanguis plus humi. ex ſemine verò tanquam ſieciori, & amplius exſiccare valenti, ſolidæ particulæ generãtur. Hæc ſequuntur cartilagines duritie proximæ ipſis, & natura ſimillimæ, deiode venæ quæ in totum corpus alimẽtum deferont, arteriæ venis duriores, quæ ealorem & ſpiritum ſimul cum calidiſſimo ſanguine deducunt, & nerui, per quos animalis facultas demãdatur, & ſyndeſmi, qoi oſſa alligant ae confirmant, nullo ſenſo præditi: quooiam nollum habent eum cerebro conſenſum; nerui motus in muſcolos diſſeminãtur, carne intereluſa per capita muſeulorum, hoe eſt, ſupremas partes ingredientes: io egreſſo tamen ad finem muſculi, ſiue eius eaudam in tendines degenerant, fibrarum multitudine eongeſta, quibus fibræ etiam ex ſyndeſmis ortæ eopulantur. Vnde fit, vt cùm neruus maximè omnium ſentiat: ſyndeſmi verò nequaquàm: teodo, neque adeò inſenſilis ſit, vt ſyndeſmus, neque adeò acri ſenſu, vt neruus. Sunt etiam et ſimilaribus particulis, ex ſemine genitis, membranæ ad multos vſus à natura inſtitutæ: nam quædam loea interſepiont, aut alicui functioni deputãtur, aut partes alias obuoluẽtes, eas cuſtodiunt, muniunt, aot roborãt, ipſis verò natura tenuia neruorum germina inſeruit, quæ eis ſenſum præberẽt, ne forte ſubiectæ particulæ eſſent omnifariam plãtæ. Harum omoium partium iotegrã diſſectionem, & vſum, ex lib. de Anatomieis adminiſtrationib. & de vſu part. aecipies. Nos tamẽ in præſentia omniũ generationẽ & naturã oſtendere decreuimus. Principiũ generationis hominis ex ſemine eſt, quemadmodum & Plãtis. Nutritio verò & auctio in Plantis ex alimẽto: in animalibus ſanguine præditis, ex ſanguine, & partes ipſæ quæ à ſemine materiam nõ capiunt, à facultatibus, quæ in ſemine ſunt, mutatione alimenti facta, generationis, & mutationis principium aecipiont. At verò animalis prima generatio hoe ordine procedit. Semen maſculi vterus cõcipit, cùm ſemen à teſtibus fœminæ teiectum per duo vteri cornua viam ſubliniens, ei miſcetur. Verùm ſemen vterus amplexatur, & vndiqne ſe colligens tãgit, ore adeò compreſſo, vt neque ſpecilli acumen capere poſſit, ealore verò ſuo externam ſuperficiem ſeminis ſiccat, atque obdurat, ita vt intra ſex dierum ſpatium putamini interiori oui ſimilis reddatur, vt dixit Hippocr. de pſaltria fœmina, quæ ſemen conceptum reiecit ſexto die, qood Hippocr. conſpexit, ac vidit, membranam illam intus ſemen continere pellucidom, eui rubrum quoddam ac rotũdum inerat. In ipſa tamẽ membraoa fibræ quædam albæ ac craſſæ ineſſe eernebantur, craſſo quodam ae rubro cruore obuolutæ. Extrinſecus quoque circũ membranam cruenti liuores, in medio tenue quidpiam hiabat, quod vmbilicum eſſe putat Hippoer. erat craſſum illud ae rubrum iecur. Hoc eſt formationis hominis initium. Porrò ſemẽ, id ſua facultate oaturali trahente, poſtquàm ſemel vtero adhæſit, ſãguinem ex vtero traxit per eas venas quibus ſanguis menſtruus purgari ſolebat: eas namque eum teneræ eſſent, vt ſolent, ipſarum eicatrices parum à porgatione diſrumpi, atque inde biare facile fuit, quãuis eontingat fœminam concipere, cui nunquam mẽſes proceſſerũt: hinc ex ſemine ſimiliter meatus generantur, & in ipſa membrana, quæ ehorion appellatur, ſiue ſecunda, magna vaſorum moltitudo, venarum inquam, & arteriarum, ab vtero ſanguinẽ ſugentium, non aliter, qoàm à terra plantarum radicis. hæ omnes in ehorio venæ & arteriæ, in duas venas, & duas arterias finiũtur: qua parte infantis vmbilicum pertingunt. Cùm tamen ad ieeur ipſius veniunt, venæ in vnam coincidunt. Arteriæ tamẽ veſicæ annecti cernũtur: ac iode verſus ſacrum os proceduot, donec ramis arteriæ magnæ deſcendentis à corde per deorſum committantur. Vena hæc vna in multas ſecatur, ad iecoris formam ſparinm formantes, quibus caro adnaſcitur iecoris, ex ſãgoine inde exudante, per aoguſtiores venarum fines. Hoc eſt, quod rubrum ſexto die inſpexit Hipp. Interim verò natura nũquam otioſa ex ſemioe duas parat membranas, quarũ altera Amnios eſt, ſiue ſudoralis qoæ ſudorem fœtus excipit: altera verò alantoides, hoc eſt inteſtinalis prædicta tenuior, vrinam per meatum, quem vracon appellant, ab iofantis veſica recipit: ea verò ab vmbilico oaſcitur, doobúſque vteri cornibus appenſa eſt. Hæc vrinam tantum recipit, non ſudorem: quoniam tenuis eſt, nec valeret totũ fœtum ambire, ad ſudorem excipiendũ. Parua quoque facta eſt aliarum eollatione, ob id quòd fœminæ ſemen paucũ eſt, ex qoo cõficitor. Habet autem alium vſum, nempe primis diebus, mẽbranas ſemen obuolnentes vteri cornibus alligare. Habuit enim hæc à principio generationẽ, & vſum. Iecur tamen inter præcipoa membra, primam habuit generationem, neque enim cor interim genitum eſt: quoniam partem generationis habet à ſemine, partem à ſanguine, ſaoguis verò prius ad iecur, quàm ad cor deuenit: quoniam venæ ſanguinem deferẽtes ad iecur finiunt: arteriæ tamen ſanguinem cordi deferentes longios ineedunt, vt dicemus. Iam quidẽ apud Hippoc. in prædicto loco, iecur & chrion ſexto die apparuerunt, ſed cor quod ſecundo loco generatur, & cerebrum, quod tertio, intra triginta dierum ſpatiũ: verùm nulla dies eſt præfinita, ioſtum tamen fuit, vt quemadmodum iecur primo generatur, quoniam prius ſanguis ad ipſom peruenit, ſimiliter quooiam vtero propinquius: ita ſecũdo generetur, quod vtero & principio alimenti magis accedit quàm cerebrum. Adde quòd fœtos, vt planta primò viuit, plantæ verò ad ſuas functiones corde non egent, multò minus cerebro, qnod etiã docet fœtus ipſe, qui

Membrorum generalis diuiſio omnia comprehendens.

Membrorum generatio & fœtus formatio quo ordine, & an ſecur primò viuat.

Amnios.

Vracus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

qui prioribus diebus ſuæ generationis, tribus ipſis membris iam genitis, iecoris validiſſimus actiones obit: cordis autem languidas, cerebri verò nullas. nam neque videt, neque audit, neque olfacit, neque quippiam meditatur, & aut non mouetur, aut tarò, & breuiſſimis quibuſdam motibus in loco. Quamobrem iure inſtitutum eſt à ſummo omnium opifice, vt iecur primo, cor ſecundo, cerebrum tertio loco generaretur. Quamuis Ariſtotel. his contradicat, qui facultates omnes à corde oriri exiſtimauit. Sed tamen venæ, & arteriæ ex ſemine generantur, interim dum cor, & iecur, quæ duo ſanguine per venas & arterias delato egent. Verùm neruorum, & ſpinalis medullæ cerebrum & eius membranæ, ſunt germinationis origo. A iecore vena caua, aliarum omnium origo & truncus, à corde magna arteria, à qua reliquæ, ſicut & venæ, ſurſum & deorſum vergunt. A cerebro verò ſpinalis medulla progerminat, à qua nerui ferè omnes originem trahunt. Quum tamen hæc membra diſpertita fuerint, ſingulis membranas obducit natura ad ſuos quoſque vſus, quos non propoſuimus in præſenti loco referre, atque peritoneum generat, & ſeptum tranſuerſum, & cerebri meningas, & medullę dorſi. Et inde præter eas tres quas à principio genitas diximus: nempe chorio, amnio, & alantoide quartam generat, quę fœtū totum obuoluit, & quæ interim fœtum à ſudore, in amnio cōgeſto munit: deinde verò cùm ei caro adnaſcatur, cutis corporis efficitur. Rurſus natura partes ex ſemine delineatas diſtinguere, ac diligenter abſoluere conſueuit, quo tempore terrenam, ac craſſiorem partem ſeminis oſſibus gignēdis, & formandis tranſmittit, à qua parte quod pingue eſt ſeparat, aptū ob tenacitatem, ad generationem ligamentorum & membranarum, quæ oſſibus obductæ ſunt, quibus quoque neruorū fibras implantat, ſentiendi facultatem tribuētes. Fibræ quoque in ventre, inteſtinis, veſicis, & membranis generantur ex ſemine ortæ: ſed fibræ muſculorum ex neruis procedētes poſt oſſa generantur, & ipſorum membranas. Præterea carnem oſſibus adnaſci facit, ſed hæc iam nō ex ſemine, ſed ex ſanguine generationis habet initium, quemadmodum & adeps. Sanguis verò ex vtero delatus eſt per venas & arterias iecori, cordi, & reliquis particulis, quæ cùm ſemel ex ſemine generationē habuerunt, alitionem habent & ex ſanguine mutuantur. Omnium harum particularū conformationem, delineationem, & excauationem, facultas efficit formatrix, diuino quodā artificio, captum humanum excedente, hāc in ſemine exiſtere, & formæ ſeminis peculiarem eſſe credimus. Quæ etiā in ipſis particulis ex ſemine genitis, in teſtibus verò maxime relinquitur. Quod conſtat: quoniam viuente animali, ſemper partes ex ſemine genitę reficiuntur per ſimile genitum ab ipſimet, ſeipſas reficiētibus. Quòd ſi ſimile eſt, quod in neruum conuertitur neruo, & neruus ex ſemine factus eſt ſemē, erit quod à neruo perficitur. Semen autem facultatem habet formatiuā, ergo & nerui alimentum proximum, ac ipſe neruos. Hāc fuiſſe Gal. mentem conſtat ex lib. 14. de Vſu part. cum de generatione ſeminis in vaſis ſeminariis loquēs, inquit: Forſan autem dicet aliquis, Propter quid in nullo aliorum vaſorum inuenitur hoc fieri? Cui promptum eſt reſpondere, quòd ſcilicet, neque plurimo tempore ſic in alio vaſe tardat: neque enim ſunt alicui aliorum vaſorum non ſolùm adeò multæ circonuolutiones & ſpiræ ſibi inuicem ſuperiacentes, ſed neque vna ſimpliciter. Si verò tardaret, & non flueret, neque euacuaretur citò, eſſet vtique in alia parte animalis inuenire talem humorem: & nimirum talis quędam eſt ea, quæ connata eſt in ſingulis vaſis humiditas, quæ eſt per ipſas eorum tunicas, à qua eædem outriuntur. Ex his cōſtat, ſingula ſolida membre ſemē generare, & ex eo alia refici. Ad quod accedit, quòd multo tempore poſt ortum dentes formantur, & ſi pars aliqua furet mutilata, vbi non deeſſet materiæ copia, adhuc reparari, ac iterum formari poſſet. Hāc validiſſimam teſtes habent, quoniam in ipſis maior eſt facultas generandi ſemen, & quoniam maior copia ſanguinis eis ſuppetit, ex quo ſemen generari debet. Procedit hæc in ſemine cum generatiua facultate. Verum ambæ altricis animæ facultates ſunt. hęc verò anima in ſemine exiſtit, tam plantarum, quam animalium. In plantis eadem eſt, quæ in ſeminibus: in animalibus vegetatiua anima, in ſemine exiſtit, in forma quæ ſtatim alimento præſente operatur, vt ea quæ in ſeminibus plantarum, ſed plantis nulla ſuperuenit: animalibus verò poſt formationem, quæ à vegetatiua exercetur, anima ſenſitiua ſuperadditur, in viuiparis à fœmina, in aliis à cauſis ſupremis. Iā verò & homini ſuperadditur rationalis anima, nulla priorum amiſſa. Diuina igitur hæc formatrix facultas membris ex ſemine genitis, quod ſemen ſibi ipſis omnino ſimile generare poſſunt, inſeparabilis eſt: veruntamen ſemē quod in aliis membris conficitur, adeò ipſis inſitū eſt, vt nunquam generationi ſeruire poſſit, neque quod in vaſis ſeminariis, vtrumque enim teſtium facultate generatiua eget: teſtes verò multum ſemen perficiunt à vaſis traductum, nondum perfectum, quemadmodum & alia membra communem vſum in corpore habentia, quod tamen a ſua alitione abundat, generationi ſeruit. Hanc facultatem Ariſtoteles mentem quandam exiſtimauit, quę aduenit ab extra, & ſeparatur pòſt. Cùm tamen membra conformata ſunt, ſingulis proprię diſtribuuntur facultates: ſimiles verū nonnullæ aderāt in ipſo ſemine, nam præter formatricem, naturalis, altrix quoque in ſemine præfuerat: quod docet iecoris, cordis, & carnis generatio, quæ non ſine tractione, & mutatione alimenti facta eſt. Iecur porro genitum ex ſanguine facultatem recipit altricem, vel vt Plato ait in Timæo, animam concupiſcibilem, quæ circa alimentum, & generationem negotiatur. Hæc verò non eſt diuerſa ab ea quæ in plantis quæ tantum circa alimentum verſantur. Situm tamen habet iecur in animalibus, quem radicatio in plantis: is eſt locus inter radices, & truncum: verùm qua parte vētrem reſpicit venas, vt radices mittit: qua tamē parte vniuerſum corpus, venam cauam, quæ eſt veluti venarum truncus. In corde ſedet vitalis facultas, quam animā animoſam, aut iraſcibilem dixit Plato. Ab hoc vitalis, ſiue pulſatilis procedit. In cerebro verò anima ſenſitiua ſedet, quam Plato rationalem dixit, quas animæ partes aut eſſentias, aut facultates dicere licet. Cęterùm modò de partium principatu loqui non propoſuimus, ſed infrà latè Ariſtot. & Galen. placita referemus. fœtus in vtero bis dielus formatur, finitútque formatio maſculis trigeſimo, fœminis quadrageſimo ſecūdo die, ex Hippocrate. Nam maſculi citius: quoniam humidum eorum celerius extenditur, & calor minori tempore ad extenſionē ſufficit. Docet id Galen. 6. de mor. po. com. par. 2. & Ariſto. lib. 7. de hiſtoria anima. cap. 3. Eo tempore rationalem ſuſcipit animam à Deo ſummo maximo creatā, nulla vi naturali coagente, ſed tantummodo præparante ad ſubſtātialem aliquam formam, vi ipſarum, & agentis, diſponētis, inducendam. Mouetur autem fœtus, pilis & vnguibus formatis, maſtrium menſium, fœ-

mina

Iecur primo, cor ſecundo, cerebrum tertio loco generatur.

Cutis generatio.

Formatrix facultas.

Singula membra an ſemen generent.

Formatiua facultas in ſemine.

Iecoris ſitus ſiue ſede.

Formationis fœtus tēpus.

Fœtus quo tempore moueatur.

Fœtus ſitus.

mina verò quatuor magna ex parte, geſtatur fœtus conglobatus, naſus inter genna, oculi ſuper geoua, aures extra geoua, omnibúſque animalibus caput primum ſuperius eſt, ſed cum creuerint, & exitum appetant, deorſum ducitur. Rurſus oritur ac ſeruatur ſeptimo, aut nono menſe à conceptione, tamdiuque in vtero ſecundum naturá moratur, quandiu ſanguis menſtruns ſit alimento ſufficieos, & calor cordis, ſine aëre externo, & reſpiratio ſeruari poteſt. Quamprimùm namque aliquod horú non ſufficit, calcitrat in vtero infans, & exitum parat, ruptis acetabulis, ac perinde amoion & inteſtinalem rumpit, & aqua multa, & vrina fluunt, quæ laxiorem viam efficiunt: interim qnoque nónihil ſanguinis deſcendit, tandem acetabula diſrumpit vi propria, & facultate vteri, expultrice coadiuuante ſimul, & muſculorum abdominis, vteri oſculo relaxato, quàm maximè, quinimo & os pubis à commiſſione ſolui incredibile eſt Prodennt in lucem partus ſecundum naturam, nono menſe, maſculi quidem à ſexto io decimum diem noni menſis: fœminæ verò à decimo in decimumquintum ferè. Hos Hippocr. appellat decimeſtres partns, vt lib. 3. de Difficili partu agentes dicemus, ſeptimo menſe infantes omnes conturbationem & agitationem patiuntur, & quamuis noodum integrè maturuerint, excluduntur aliqui, ex quibus pauci admodum vitales ſunt: hi nempe qui validum habent natiuum calorem ad lactis coctionem, & ferendam ambientis temperiem. Nec pntes ſeptimo menſe quoſdam partus perfectos. id enim falſum eſt: noo euim ea ratione eos viuere exiſtimamus, ſed quoniá animalibus quibuſdam vti & plantarum fructibus accidit, qui à plantis decerpti matureſcunt. Septimeſtres itaque partus eo menſe paſſi ſunt magnam conturbationem & agitationem à ſeipſis commoti, victum & frigidum aërem quæritantes, & à matre ægrè ferente fœtus & ſanguinis copiam: iis quandoque occaſiones accedunt, quibus de cauſis infantes quidam in lucē prodeunt (& pauci quos diximus viuunt) quoniam earum conturbationum cauſæ magna ex parte fuere naturales. Octimeſtres autem vitales non ſunt: quoniá ſedata iam conturbatione, à naturalibus cauſis, tum à matre, tum ab infante orta, cum infans quieſcere ac reparari deſideret, lethale ſibi erit in lucem cum labore prodite, ſola pariter cauſa præter naturam & extranea id operante. in ſeptimo namque menſe vis eſt iuxta rationem dierum, è quibus ſeptimus in morbis iudicat, Hippocr. teſte lib. de Septimeſtri partu. Oritur infans in caput verſus maſculus ore ad matris podicem, fœmina verò ore ad ventrem matris: eins ortum multa purgatio ſanguinis menſtrui ſequitur: craſſa namque, & fœculenta pars excluditur, purior verò ad mammas tendit, vt in lac mntatum, alat infantem natum: id enim eſt ſibi familiariſſimum alimentum, ex quo partim formatus, partim altus fuit. Sed intereſt: quoniam in vtero fœtus per vmbilicum puriſſimam ſanguinis menſtrui partem alliciebat, & à qua parua pars redundabat, quæ in amnion, & inteſtinalem ferebatur, multnm quoque ſeruabatur ad horam partus, quod non traxerat fœtus. Poſt ortum verò cum totns menſtruus ſanguis in mammas deferatur, ſine depuratione, (alia ab ea, quæ partus tempore fit, præterquàm in quibuſdam) totus ab infante ſugitur, multúmque excrementum ſeparatur, maximè in prima coctione, quæ in ventriculo exercetur. Is enim in vtero otioſus erat, neque inteſtina fæcem aliquam continebant, pars enim fæcalis terrena, cùm non trahebatur, neque excernebatur qoidem, quamuis pauciſſimum quid, per meſeraicas delatú ad inteſtina, parum ab ortu deiiciat infans, id colore cruentum eſt, nigrum & piceum, quod Ariſtoteles μηκώνιον appellauit, & Gaza papauerculum vertit. Sed lib. 1. de Semine Galen. fœtus formatiuné quatuor temporibus diſtinxit. quorum primum eſt, cum ſeminis naturam refert, quo tempore genitura ab Hippocrat. non κύημα, id eſt, conceptus appellatur, id ſex primis diebus conſiſtere diximus. Hoc idem ſeruat Ariſt. lib. 7. de Hiſtor. animal. cap. 3. cum inquit: Sed ſi in ſeptimú diem intua permanſerit, conceptum iam eſſe certum eſt. ſecuodum tamē tempus, id eſt, per quod natura ſuis facultatibus vſa manifeſtá feeerit ſeminis mutationem, & cor iecur, & cerebrú nondum diſtinctam habnerint formam, ac magnitudinem: cæterùm tota ipſa ſubſtaotia potius carnea, quàm ſeminalis apparet, multo ſanguine plena, id iam cóceptum tempus appellat Hippocr. Tertium eſt, qnum euidentior apparet trium principiorum formatio, exquiſitè etiam deprehenduntur ſuis formis & ſitibus: reliquorum tamen membrorum delineatio oſtendit, partium tamen ventris obſcura formatio adeps, obſcurior tamen crurum, & brachiorum: hæc enim poſtremo loco delineantur & apparent. Quartum tempus eſt, cùm extrema membra exquiſitè conſpiciuntur, iam integrè formata, qno tempore palpitat, atque moueri incipit, appellatúrque ab Hippocr, non ἔμβρυον, id eſt fœtus, ſed παιδίον, hoc eſt, puer ant infans. Vnde poſſes intelligere, ante id tempus quo mouetur, embryum appellari ab Hippocr. Sed lib. 3. de Cauſis ſymptomatum, duobus primis menſibus κύημα, id eſt, cúceptus appellatur à Galeno, ac perinde fiet, vt poſtquam animam ſuſceperit, adhuc conceptus dici poſſit. Verumtamen expedit, vt altius repetamua generationē humani corporis, ab ipſis cauſis exorſi. Generabilium & corruptibilium materia quatuor elementa præſtare ſupra diximus. Cæterùm quibuſdam prima ipſorú mixtione, quibuſdam multis factis intermediis mutationibus. Quę enim multnm ab elementorum perfectione diſtant, non ſtatim ab elementis fiunt, quæ verò patú fiunt. Lapides enim & mineralia proximè ad elementorú naturam accedunt, ac ex ipſorú mixtione, nulla alia intercedente mutatione generantnr. Animata verò corpora ab iis magis abſunt, ſed animalia magis plantis. Verùm ex plantis & animalibus quædam adeò ſunt imperfectæ naturæ, vt elementis proximè accedant. Cæterùm in ordinibus animatornm plantæ infimum locum ſortitæ ſunt. Quia tamen omne deterius melioris gratia factum eſt, elementa plantarum ratione facta ſunt, & plantæ propter animalia, hoc eſt, vegetatiuum propter ſenſitiuú, & ſenſitiuum propter id quod loco mouetur, & hoc propter intellectiuum. Et quemadmodum in plantis elementa conſiſtunt, ita in animalib. ſentientibus elementa, & plantarum vegetatiua virtus: in eo verò quod loco mouetur, eleméiorum, vegetabilium, & ſenſientium, facultates inſunt, quibus additur potentia mouendi de loco ad locum. Quæ omnia continentur in eo, quod rationalem vim animæ poſſidet: eam nempe, quam intellectualem nominamus. His quoque omnibua animæ viribus appetitus immixtus eſt, perfectior pro ratione eins, cuius eſt facultatis. Voluntas enim, quæ rationali animæ debetnr, perfectior eſt quouis animalium appetitu, aut plantarum phantaſia. Ex plantis ergo nonnullæ ob imperfectionem ex elementis primam habuerunt generationem, quas ſponte prodire videmus, elementorum facta mixtione, Sole coagente. Quarum terram matrem, Solem verò patrem rectè quis dixerit. Quæ verò adhuc

Nota.

Septimeſtres partus vitales, quare.

Infantis ortus.

Fœtus formatio quatuor temporibus diſtincta.

Hominis generatio ex cauſis.

huc perfectiorem habent eſſentiam, ex ſemine fiūt: ſemen verò ex alimeoto plantæ, alimentum verò ex elementis eſt. Primam igitur generationē per quædā intermedia tales plātæ elementis ipſis acceptam teferent. Snnt etiam & ex ipſis plātis quædam tantam perfectionem aſſequutæ, vt ſexum quodammodo diſtinctum oſteodant, vt ficus, & caprificus, & palmæ: quarum quædam phœnicobalanos ferunt, quædam non, & hæ maribus ſimiles. Sic & ex animalibos quædam generantur ex putredine ab ipſis elementis Sole coagente, aut terræ affiguntur, quæ plantis admodum affinia ſunt, atque omnium imperfectiſſima. Neque eiuſdem ſuut ſpeciei, quæ putredine getantur (vt Ariſtot. probat 1. de Generatione animal. cap. 1.) cum his, quæ ſibi ſimilia ſunt, ſed ex ſemine propagarunt. Reliqua verò, vt perfectiora ex ſemiue ortum habent, maximè tamen omnium ſanguinea, in quibus ferè omnibus ſexus diſtinctus eſt in marem, & fœminam. Mas qoidem qui in alio generat, fœmina quæ in ſeipſa, hæ ſunt maris & fœminæ diſtinctiones. Rurſus Ariſtote. ſic: Mas eſt, quod motus & generationis principiom tenet, fœmina quod materiæ.

Sexus quare diſtincti.

Diſtinxit tamen hos ſexus natura: quoniam quod generatur, interim dum fit, cauſa eget generante proxima: cauſa verò proxima coniuncta eſſe debet, vt effectum tangat, quod in quiboſdam inſectis ſemen non emittentibus conſtat, quæ coniuncta manent, quouſque conſtituant, quod procreant ſuo vapore, vt Ariſt. 1. de generatione anim. cap. vlt. Siue ergo mas & fœmina virturem generandi habeant, ſiue ſolus mas, neceſſum eſt, vt virtus maris, materiæ ex qoa generatur animal proxima ſit: materiam verò aliunde expoſcit. Hoc in plantis fit ſemine in tettam effuſo. Semen enim eſt vt mas & efficiens, tetta verò vt fœmina & materia, licet in ſeminibus plantatum qtodammodo ſexus commixti ſint, ac maris & fœminæ facultatem contineant. Sic igitur in animalibus, aliquod terræ locum habere debet, quod recipiat in ſe ſemen, & quod ſemini agenti materiam præſtet generationis: hæc tamen duo coniuncta ſeruet interim, dum generatio perficitor. Cuius rei gratia mari & fœminæ inſtrumenta dedit natura, quibus mas in altero, fœmina in ſeipſa generarent.

Maris & fœminæ genitalia.

Mari quidem vaſa ſeminaria, reſtes, & colem, fœminæ verò vaſa ſeminaria, reſtes & vterum. Hac tantùm re differentes, quòd mas membrum habuit, quo ſemen in locum traiiceret, ne in itincre, aut corrumperetur, ant exhalaret virtus generatiua: fœminæ verò vas, in quo proiectum ſemeo cuſtodiret, & aleret. Reſpondet collo vteri, colis: pudendum præputio, vterus ſctoto, teſtes teſtibus. Quod intelliges ſi genitalia maris intus conuarſa mente conceperis, membtum namq; id aut foras, aut intos verſum à natura diſtinguit fœminam à mare, apud Galenum. Nec tamen hæc ad indiuidi conſeruationem fuetūt neceſſaria, ſed vt prolem procrearent, & ſpeciem perpetuā efficerent, qnod per ſe ſingula animalia nullatenus conſeqoi poterāt, vnica communi ratioue, quòd ex contrariis conſtitura ſunt elementis, qoæ omnibus corporibus cōſtitutis ex elementis adeſt. Animalibos verò peculiaris celerrima humidi à calido facta diſſolntio, quod probè, & priori ſimile reficere non cōtingit. Natura verò interim vires tradidit animalibus, quibus antequam deficerent, ſibi ſimile producerent, ad id qnoque ea prædictis membris ornauit, quibus ſemper addidit magnā in coitu delectationem, vt titillatione quadā excitata mouerentur, nec ſui muneris obliuiſcerentur.

Tempus prolem procreādi.

Animaduerſione quoq; dignum duximus homines non omni ætate generationi aptos: ſed decimoquarto anno primum ſemen generare, quod prolificum non eſt, vſque ad 16. in maribus magna ex parte. Cæterum cùm ſemē generare incipiunt, vox eis mutatur, teſtes maiores redduntur, & mamınæ fœminis augentur, & pili in pube oriuntur. Sufficiunt tamen generationi mares vſque in annum ſexageſimum quintū, quidam etiā vſque in ſeptuageſimum. Fœminæ vſque ad qoadrageſimumquintum, noononquam verò & vſque in quinquageſimum. Antè decimumqoartum tamen ſemen non geoerant: qooniam ante id maximè augentur, & ſanguinem vniuerſum in membrorum ſubſtantias commntant. Decimoquarto verò anno, iam aliquid ſupereſt ex ſanguine vtili ex quo ſemen genererot. Nec tamen cum primùm ſemen generatur ſeruit generationi: quoniam vaſa quæ ſemen nondum confecerunt, non poſſunt ipſum perficere, niſi validiora facta fuerint: traoſacto quoque 65. aut 70. anno non amplios generant mares: quoniam ſemeo frigidius debito redditur. Fœminæ rurſus infœcundæ fiont 45. aut 50. anno, quo tempore menſes ipſis deficiunt, atqoe tantùm eo tempore generant, quo ſanguinem conficiunt, non tantum alitioni, ſed propagationi. quod non fit poſt dictos annos, & non ante 14. niſi tatò.

Octuageſimo anno multi homines generant, vt de Maſſiniſſa rege narratur, multi nonageſimo, vt Vladiſlaus Rex Poloniæ, quidam denique centeſimo, vt Fœlicis Plateri auus.

Quo enim tempore mares ſemen ferunt, & ſanguis abuodat ex quo ſemen generatur, in fœminis tantus abundat, vt aut procreandæ proli impartiri ſit neceſſum, aut vt inutile alitioni, à corpore ſingulis menſibus expellatur, vt fit. Quartodecimo namqoe vitæ anno primùm menſes erompoot magna ex parte, quo tempore mares ſemen producunt, & non ante: fœminæ quoque pari ratione: quoniam in vtriſque minus augmento membrorum tribuitur. Abundat autem ſanguis maiori copia in fœminis qoàm in maribos: quoniā mares valentiorem calorem habent, tantúmq; vt non modò generare multum ſanguinem, ſed & diſcotere ipſum poſſit. Calor veto fœminæ generationi multi ſanguinis valet: non tamen diſcuſſioni abundantis, quod proli procteandæ decebat.

Vnde fit vt fœmina maiorem ſanguinis quantitatem habeant quam viri.

Sed de temperatuta fœminarum, & quare tales factæ ſint, cap. ſequen. dicemus. Rurſus ad membrorum generationem, & cauſas redeamus. Cùm maſculos decimumquartum annum attigerit, ſemen generat: fœminæ verò menſes erumpunt. An tamē fœminæ ſimiliter ſemen prolificom habeant, noodum diximus: hinc enim pendet aliud mentione dignum, non tantùm medicis diſquirendum, ſed etiā philoſophis, quibus conuenit naturas rerum ſcrutari: nempe an fœmina in procreanda prole aliquam habeat efficaciā. Porro hæ duæ quæſtiones aliam nobis proponunt diſſerendam, An teſtes facultatem habeant ſeminis generatiuam, an tantòm melioris gratia dati ſint animalibos. Siogula verò ordine percurremus à materia ſeminis orſi. Ariſtotel. geniruram quam γονὴν vocar, diſtinguit à ſemine, quod appellat σπέρμα.

Semen genitale.

Genitura namque cauſa eſt, quæ à generante prima proueniens, principium obtinet generationis. Semen verò quod prouenit in his, in quibus ſexus maris & fœminæ diſtincti ſunt, ab ambobus, vt cōceptus quidam promiſcuos, quod in ſemine plātarum totum continetur, quatenus ſexus diſtinctos nō habēt. Sed de genitura primum agamus, quam genitale ſemen appellant, de qoa dicimus materiam primum, ad finem verò, an in vtroq; ſexu contineatur. Hoc genitale ſemen, excrementum eſſe rectè docet Ariſtot. excrementum enim, quod ſecernitur dicitur, quod ex conuenienti alitione, & ſecundum na-

turam

Digitized by Google

Semen excrementum eſt. turam facta,abundat. Quomodo etiam Gal. excremētum appellat,primo de ſemina dicens, Demonſtratum enim eſt, vnumquodque membrum, ad ſe accommodatum ſibi alimentum trahere: deinda vbi ex eo quicquid ſibi neceſſarium eſt perceperit, reliquum excernere:quod cùm ipſi excrementū ſit, alteri ſubſequenti alimentum efficitur, hoc modo ſeman à teſtibus, per ſuperſeminale mittitur, vt abundans & excremētum. Quod ſimiliter probatur, nam ſemen vt ſuprà diximus,non in omnibus ætatibus adeſt,ſed in quibus ſanguinis copia abūdat,vt à decimoquarto in ſexageſimum annum. Id autem exсrementum vtilis & vltimi alimenti eſt. Vltimi quidem,quoniam Ariſtot. ſanguinem dicit eſſe vltimum alimentum,in ſanguine prædictis, ex ſanguina verò fit. Nos quoque ex ſanguine fieri,qui quatuor humores cōtinet,ad Gal. doctrinam tenemus: nec tamen partem ſanguinis eſſe putamus, ſed ex parte ſanguinis vtili confici,vt ex materia, cui forma ſuperuenit,& generandi vis, vt ſuprà diximus. Erit ergo ſemen,ſubſtantia genita ex vtili,& vltimo alimento viuentis, poteſtate aut actu continens ipſum viuens.Hæc dixerim,quoniam ſemen plantę actu continet formam vegetatiuam plantæ, quáuis ob alimenti defectum non alatur,donec in terram miſſum fuerit.Proximè verò accedēte alimento per inſitam ſibi altricem facultatem operatur, quemadmodum & pars arboris abſciſſa,aut auulſa,ſemen *Semen actu viuus an nō.* verò animalis poteſtate continet animā ſenſitiuam, actu verò altricem,quod docet res ipſa:nam ſemen quodois non læſum præſente alimento, vt viuens operatur.Quod confirmat Gale.libr. 2. de Natural. facult.vbi docēs actionem ſeminis circa ſanguinem attractum in toria, & halitus ſpeciem inquit: Sic enim fit,vt facilè eum vincat ſemen,& celeriter aſſimilet,& ſibi nutrimentum faciat.Idem Ariſt.libr.2. de generat.animal.cap.3. Inquit enim:Quippe cùm nihilo minus ſemina & conceptus animaliū viuant, quàm ſtirpes,& aliquandiu prolifica ſunt.Ergo animam in his haberi vegetalē palam eſt.Addit deinde tempore procedēte ſenſualem animam recipi, qua animal eſt, deinde rationalem qua eſt homo. non enim ſimul animal fit & homo, neque animal & equus.Vtile verò eſt,id alimentum,non vt quidam putarunt,colliquamentū. Generatio enim ſecundū naturam ferè ſemper fit:colliquamētum verò præter naturam eſt:non enim pēdet generatio animalis à colliquamento,quod rarò fit,neque in animali beneualenti, atque ſecundum naturam. Similiter, quia animalia parua multa ſunt maioribus fœcundiora & tenuia pinguioribus,cùm tamen à maioribus & pinguioribus, maius colliquamentum eſſe deberet:contingit tamen quod ab illis minus ſeceernatur,quæ ad ſuam alitionem pluri egent alimēto, quod etiam vitibus contingit, & multis aliis plantis,& inter animalia hirci pinguiores minus ſunt fœcundi,quod τραγίζειν dicunt Græci, hoc eſt hircire.Qua voce vtitur Ariſtot.hoc in loco ad ſignificandum eos qui ob pinguedinē capris ſimiles fiunt. Verùm lib.7.de Hiſtor.anim.cap.1.& lib. 5. de Gener.animal.c.5.hircire,inquit,nominant,cum aliquis vocem mittit inæqualem fidibus incontentis & aſperis ſimilem.Talia ſimiliter excrementa natura ſecernere ſolet,quum ſanguis multus,nulla mala qualitate præditus fluxu ex naribus manat.Id enim vtilis & vltimi alimenti excrementū eſt,ſola quantitate abundans. Semen quoque genitale vtilis & vltimi alimenti excrementum eſt,id eſt,pars quantitate abundans,nulla qualitate peccans. Verùm id excrementum, vt generationi vtile fiat, mutationem ſuſcipere debet:quatenus ſanguinis pars abundans non mutata,inepta generationi foret: ſiue in teſtibus:ſiue in vaſis tantùm ſeminariis conficiatur. Quidam à toto corpore ſemen prodire dixerunt, multis rationibus ad id moti,quas Ariſtotel.recitat primo de Gener.anim. Quoniam qui coëunt, ma- *Semen vnde procedit.* xima voluptate afficiuntur, maxima verò voluptas eſt,quæ in totum extenditur corpus, ergo ex toto corpore prodit.Voluptas enim ex ſeminis miſſione excitatur in toto corpore. Secundò,quia à mancis manca prodeunt: & hoc quoniam à parte manca nihil mandatur,ab aliis verò quia prouenit, ſimiles generantur.Tertiò,quia filij parētibus ſimiles ſunt, & quemadmodum toti totia ſimilea ſunt partes etiam partibus, ergo ex toto & partibus prodibit ſemen.Quartò,rationi cōſonum eſſe videtur, quòd ſi totius cauſa generās propria eſt, partis etiam pars ſit,ipſam primò generans. Ad quod accedit quòd filij non tantùm quæ ſecundum naturam inſunt parentibus,contrahunt,ſed & quæ ex accidenti, vt de Calchedone,qui patre brachio cōpuncto,idem ipſe retulit obſcura quamuis nota. Horum opinionem confutat Ariſt.& eorundem rationibus reſpondet. Nam aut ſemen prodit ex partibus ſimilaribus tantùm,aut ex diſſimilaribus tantùm, aut ex vtriſque. Si ex ſimilaribus tantùm,in illis tantum erit ſimilitudo,verùm hæc in diſſimilaribus, vt manibus, & pedibus,& facie apparet.Si ex diſſimilaribus tātùm, conſtat in ipſis non eſſe ſimilitudinem ſine ea quæ in ſimilaribus conſiſtit. Quare oporteret ex ſimilaribus potiſſimum prodiiſſe ſemen.Quòd ſi ex vtriſque,ex compoſitione tamen non prodit,ſed compoſitio ſimilis eſt,ergo non ob id ſimiles ſunt nati parentibus in partibus omnibus: quia ex omnibus prodierat ſemen, ſed quoniā cauſa ſimilitudinis in ſemine proceſſit.Prætetea ſi ex omni parte ſimilari pars prodiret,æquale foret emiſſum mole, ei quod remanet.quod non fit.Præter id quod ex vnguibus, pilis,cornibus & criſtis, nihil decidi poteſt, in quibus tamen ſimilitudo ſeruatur.Rurſus membra poſt generationem augentur adueniente alimento, atque ipſo mutato in ſimile ei quod præfuerat. Sed tamen id alimentum ſimile non erat,ſed fit: in eo igitur,quod ad alendum venit poteſtas erat,vt fieret ſanguis. Poterit quoque ſimilis poteſtas eſſe ab initio in ſemine, vt ex ipſo fiant membra ſingula. Rurſus ex eodem ſemine,aut mas, aut fœmina generari poteſt:non ergo ſeceſſit ex mare aut fœmina,pars ex membro ſexum diſtinguens. quòd ſi ex hoc non ſeceſſit, neq; ex aliis:prætetea ex vno concubitu generantur duo conceptus.Si ergo pro vtroque ſemē miſſum eſſet, āb omni parte in vtero pro ſingulis partibus vtriuſque fœtus partes ſeparatentur, quod omnino excedit limites veritatis. Adde quòd plantæ vulſæ,vbi terræ figātur,ſimilea ſui generis plantas generant,quum tamen non habeant partes,è quibus ſimile procedat. Plantæ quoq; partibus quibuſdam mutilę,ſemen generant,à quo integræ generantur plantæ.Et homines mutili aliqua parte,filios integros procrearunt. Non ergo ex toto procedit genitale ſemen. Præter id quod vbi ex omnibus partibus aliquid ad vaſa ſeminis recurreret,ſanguini miſceretur & confunderetur, ac ſimilitudinem amitteret.Addit ſimiliter, ſi fœmina ſemen non mittit,vt putat Ariſt.minimè à toto prodibit ſemen, quum matri aſſimilentur nati nonnunquam.Colligit tandem Ariſtot.dicens: Cùm enim illi,quod ex toto ſecedat,ſemen eſſe fateantur, nos quod ad totum ſuapte natura faciat,ſemen eſſe fatebimur,quod eſt in ſemine genitali facultatem eſſe

totius generatiuam. Quæ tamen in contrarium adducta ſunt, facilè ſoluuntur. Ad primū dicimus, tam vehementem eſſe pruriginem ad delectationem, vt totum corpus conſentiat. Quemadmodum ſolét in magnis doloribus conſentire. Ad ſecundum, quòd ex mancis manci generentur, id non reſpondet materiæ, ſed facultati aſſimilandi natos parentibus. Cùm ergo mas mancus fuerit, & potentia generādi in ſemine valida fuerit, filij manci prodibūt. Ad tertium pariter dicemus, totius & partis facultatem ſemen genitale cōtinere. Ad quartum ſimili modo in virtute generandi omnia dicta conſiſtere dicemus. Porrò quamuis ſemen genitale diximus cum Ariſt. excrementum eſſe vtilis, & vltimi alimenti, idque non ex toto prodire corpore, à qua tamen parte prodeat, aut quæ ſit pars in noſtro corpore ſeminis generatiua, & in qua ſemen ad coitus horam contineatur, nondum diximus. Cùm enim id opus naturæ ſit, & admodum neceſſarium, non minus quàm chylus & ſanguis, propriam habebit in corpore officinam. Et quamuis in his quæ diximus de ſeminis materia, & quòd non ex toto corpore prodeat, Ariſtot. cum medicis conſentiat, in particula generante ſemen maximè diſſidet. Prius tamen Ariſt. mentem explanabimus, qui lib. 1. de Gener. anim cap. 4.

Teſtium vſus ex Ariſtot. & an ſemen generent.

teſtes affirmat non de neceſſitate à natura datos animalibus, ſed tantùm melioris gratia. Non enim putat Ariſtotel. teſtes ſemen generare, quod multis confirmat rationibus. Nam ſi teſtes (inquit) ad generationem eſſent neceſſarij, omnibus animalibus propagantibus adeſſent, non tamen adſunt, ergo

Medici noſtri hanc Ariſtot. ſententiam reiiciunt.

non ſunt neceſſarij. id autem notum eſt in piſcibus & ſerpentibus. Rurſus taurus ſtatim à caſtratione impleuit vaccam, ergo teſtes non ſunt neceſſarij. contigit autem id ſtatim à caſtratione: quoniā tunc nondum contracta erant ſeminaria vaſa. Sunt autem teſtes à ſeminariis vaſis pendentes: quemadmodum planulæ in telis textorum: quoniam natura ſeminaria vaſa inſtituit rugoſa & inflexa, ne animalia (homo potiſſimum) ad venerē eſſent valde propenſa, & libidinoſa, eo modo quo inteſtina fecit inuoluta, ne vt lupus ceruarius, qui rectam habet à ventre in anum viam, voraciſſima eſſent. Vtramque enim viam inflexam & circumuolutā natura fecit, vt fæx ad tempus, & ſemen ſeruarentur. Vt ergo via hæc pateret ſeminis proiectioni, teſtes vaſis ſuſpendit natura, non vt ſemen generarent. Præterea quoniam vaſa per quæ ſemen defertur non inſeruntur teſtibus, ſed applicantur, non igitur deferent materiam teſtibus, ex qua ſemen conficiant. Et lib. 3. de Hiſtor. animal. cap. 1. videtur velle, hanc ſeminis generandi facultatem vaſis ſeminariis tribuere. Contra Ariſto. verò multis modis procedit Galen. probans eum non eſſe teſtium vſum, lib. 1. de Semine. Noſtrum tamen inſtitutum non eſt ſingula referre, quæ à Gal. eo loco ſcribuntur, ſed breui mentem ipſius oſtendere, ac nonnullis eiuſdem Galen. rationibus Ariſtotel. opinionem confutare. Prius autem ex anatome recipiendum eſt, à vena magna deſcendente, germina quædam mitti ad renes: deinde alia ad duos teſtes. Sed tamen quod ad ſiniſtrum peruenit teſtem, à germine venæ peruenientis ad ſiniſtrum renem propagatur magna ex parte, licet aliquando fiat, vt à vena perueniente ad renem ſiniſtrum, tenuis tantummodo venula ad ſiniſtrum teſtem procedat: germen verò quod peruenit ad dextrum teſtem, à vena caua ortum habet: etſi quoque viſum ſit admittere propaginem ex vena tendente in renem dextrum, quemadmodum altera quæ ad ſiniſtrum tendit, ex ſiniſtra. Hæ duæ venæ ad duos teſtes venientes duabus arteriis coniunctę ſunt, non autem ſeruant rectitudinem, ſed rugoſæ incedunt, anfractibus quibuſdam & capreolis, vnde capreolaria vaſa dicta ſunt. Finiunt autem ad eam partem, quæ Epidydimis, hoc eſt, ſupergeminale appellatur, iuxta teſtes ipſos, ac teſtium capita; à quo multi fiſtuloſi meatus ad teſtem tendunt. Rurſus ab his meatibus vaſa ſeminaria ſequuntur, & deinde varicolus aſſiſtens, qui radici virgæ copulatur. Hic glandulosus aſtes appellatur, Græcis παραστάται.

Seminis generatio & materia.

Iam verò modum generationis ſeminis referamus. Ex eorum enim vaſorum notitia maximè patebit. Sanguis per venas omnes & arterias in totum corpus diſtribuitur, partim etiam à membris ipſis indigentibus trahitur. Vaſa igitur hæc, & teſtes ſimiliter ſanguinem trahunt, vniuerſa verò membra potiſſimum ſuæ conſeruationis gratia operantur, rurſus & alios ſecundarios habent fines, vt ea quorum officium toti commune eſt. Nam vt ſupra diximus, ventriculus poſtquàm alimentum mutauit, primùm ſibi vtile applicuit: reliquum verò quantitate abundans in membra demandauit, & primùm in inteſtina & iecur. Vaſa quoque dicta ſanguinem trahunt ex caua vena, ipſúmque alterant ac mutant, ita vt antequàm ad teſtes veniat, album repræſentet colorem. Is enim ſolidorum membrorum proprius eſt, & eorum quæ ab ipſis generantur: quoniam aſſimilari debent. In ſupergeminali verò adhoc magis alba ac craſſior ſanguinis materia facta eſt. Hæc per fiſtuloſos meatus teſtes ingreditur, vbi perficitur. Quemadmodum verò de venis meſeraicis & iecore diximus, chylum iam quodammodo rubrum per venas incedere, & ad iecoris actionem ferendam parari, ſic & ſanguis per vaſa dicta deſcendens mutatus quadantenus accedit ad teſtes, natura enim nunquam eſt otioſa. Sed & vaſa ipſa cùm inflexa & implicata ſint, ſanguinem remorantur, & agentia mutant, ac præparant, tantúmque ſibi applicant, quantum ad alitionem eſt opportunum, reliquo vlterius demandato. Præterea confectum ſemen in teſtibus, mittitur ad vaſa ſeminaria, hæc verò ad varicoſum aſſiſtentem, vbi craſſior adhuc fit, ſed tam diu ibi in anfractibus retinetur ad vſum, vt multum ſemen ſimul coitus tempore emittatur per genitale membrum: in fœminis verò ſtatim in vterum. Rurſus quemadmodum cibus ore ſumptus, ibi & in gula aliquam recipit mutationem, in ventriculo verò perficitur, ac formam chyli ſuſcipit, deinde quod abundat traiicitur inteſtinis, & meſeraicis: ſic ſanguis qui ad teſtes defertur, antequàm pertingat ipſos, aliquā mutationem recipit, in ipſis verò perfectionem & formam ſubſtantialem ſeminis, quod tamen abundat, id ad generationem ſeruandam trāſmittitur. Hinc nota eſt

Seminis materia.

ſeminis materia ex vtili & vltimo alimento deducta, nempe ſanguis: cuius rei teſtimonium eſt, quòd homines immodicè vtentes venere, ſanguinem excernere ſolent: quoniam vaſa ac teſtes non adeò celeriter ipſum commutare, & conficere poſſunt. Tales quoque imbecilles redduntur, quòd bono alimento ac multo ſpiritu, qui cum ſemine per arterias procedit priuantur: ſimiliter quoniam ipſa delectatio magna languorē inducit. viſi namque nonnulli ſunt præ gaudio mortui. Quod autem teſtes non ſint melioris tantummodo gratia, aut vt planulæ appenſi vaſis ſeminariis, probatur. Nam ſi teſtes facti ſunt, vt appenſi trahant vaſa ſeminaria, &c. patentia faciant: quare natura fecit ipſa inuoluta? quòd ſi melius eſt, ipſa eſſe inuoluta, teſtes appendere inutile eſt. Maximè verò conuincit ratio in

auibus,

auibus,quibus teſtes interius ſeruátur,& iu qoibuſ-
dam animalibus in quibus affixi ſunt corpuri,vt ſui-
bus,in quibus omoibus ioutiles omnino eſſent.Prę-
terea cùm ſemeu generari habeat,ſi non generatur
à teſtibus, vt voluit Ariſtot. generabitur à ſemina-
riis vaſis:ſed teſtibus abſciſſis,mares marium natu-
ram amittunt:fœminæ fœminarum, & fœcundita-
tem,umnémque libidinis ſtímulum.non ergo à va-
ſis ſemen,ſed à teſtibus generatur.Quòd ſi quis di-
xerit læſis aut refrigeriu,aut ubduratiune,aut attri-
tione teſtibus,aut abſciſſis,lædi quoque, atteri , &
refrigerari ſeminaria vaſa , atque inde fœcundita-
tem animalia amittere.Id conſtat falſum eſſe. fieri
enim poteſt,vt teſtes exerantur vaſis nullatenus af-
fectis.Quu tempore animal mores mutabit , tem-
peraturam,& corporis habitum : & quod umnium
maximum eſt,totius animalis caro ſaporem mutat,
quæ iu uun caſtratis animalibus nidurem quendam
referebat , atque virutem & prauum odorem , &
acredinem quandam,in caſtraris dulcedinẽ, & gra-
Teſtes facultatem toti corpori tranſmittunt.
tum admodum ſapurem oſtendit. Quod maguum
indicium eſt , teſtes non tantùm ſemen generare,
ſed totum corpus mutare poſſe,& ſimilem ſui qua-
litatem ei infundere , quemadmodum & reliqua
præcipua membra. Præterea corpus totũ frigidius
redditur abſciſſis teſticulis , & pilis priuatur men-
tum.Si tamen teſtes ad nihil aliud vtiles eſſent,niſi
vt penderent,& vaſa patentia tenerent,ipſis abſciſ-
ſis non generaret animal , vt dixit Ariſtot. non ta-
meu fieret effœminatum, ſegne,& inualidum. Ex-
pediret quoque athletas caſtrare,vt minus eſſent de
venere ſoliciti,nihilo tamen minus valentes, quàm
antè : cuius contrarium experimur. Quòd ſi teſti-
bus præſentibus animalia calida ſunt,valẽtia, ſuum
quæque ſexum referentia , & prolem generantia,
ipſis verò abſciſſis hæc omnia deficiunt , horum
omnium teſtes cauſam eſſe meritò dicemus. quan-
doquidem id propriè cauſa dicitur, qua poſita po-
nitur effectus,& qua ſemota ſemouetur. Præterea
quod Ariſtotel. dixit libro quinto de Generatiune
animalium capite ſeptimo,probè docet falſum eſ-
ſe , quod putauit de teſtium appenſione. Cùm e-
nim eo loco rationem ſcribere tentet , quare ea-
cti ſimilem fœminis vocem edunt , inquit : Eaſtra
omnia in fœminã mutantur,& quoniam vires ner-
uoſæ in ſuo originali principio laxantur , ſimilem
fœminis mittunt vocem.Laxatio verò ſimilis fit,vt
ſi quia fides intendens adhibuerit pondus,quod an-
nexum,reddat cõtentiores,quomodo textrices fa-
ciunt , quæ cum ſtamina diſtenderint , annectunt
quas leues vocant,ita enim natura quoque teſtium
annexa meatibus ſeminalibus dependet,qui meatus
ex vena tendunt , cuius origo ex corde eſt , iuxta
ipſum principium quod vocem moueat. In hoc lo-
co Ariſtotel. manifeſtè docuit ſe non noſſe vſum
teſtium , quum eorum appenſione putet non tan-
tùm vaſa ſeminaria tenſa teneri , ſed & cor ipſum,
& præter id cordi robur ſua appendentia præſtare.
Id enim amittere dicit,cum teſtes non appendent,
quoniam non appendent. Cum tamen nemini du-
bium ſit,eam appenſionem & tractionem non eſſe
adeò magnã,vt cor ad ſe trahere teſtes poſſint , aut
intentum tenere. Præter id quòd multæ aliæ fo-
rent in corpore partes , huic officio magis accom-
modatæ,de quibus eſſet aorta,quam validè potuiſ-
ſet dorſo alligare,aut per ſuporiferas arterias idem
ſurſum tendendo perficere. Præterea indigna eſt
Ariſtot.ſententia , cordis robur ipſi aliunde mana-
re,cum ipſe omnium aliorum principium cor ſta-
tuat. Præterea nemo negaret robur cordis , quem-
admodum & aliarum omnium partium corporis in
naturali partis temperamento debito conſiſtere,
neque poſſe partem aliquam imbecilliorem fieri,
niſi temperamento mutato.Vnde fiet vt teſtes ma-
gnam habeant potentiam immutandi totum cor-
pus,cùm etiam notum ſit , omnes corporis partes
robur amittere ipſis ablatis.Præterea Ariſtot. lib.5.
de Hiſtor.animal.cap. 1.palumbos , & perdices , &
alias aues,eo quo coëunt tempore teſtes habere tu-
midos,& magnos dixit,& ex anatome conſtat vaſa
ſemini ſeruiẽtia fiſtuloſis quibuſdam meatibus hu-
morem ſeroſum teſtibus tranſmittere , & teſtes ſe-
roſo & albo humore impleri. Attamen omnia no-
ſtri corporis membra facultatem habent commu-
tandi humorem , ſiue alimentum, quoad ipſa per-
uenit in ſui naturam,& quod ſibi conuenit aſſume-
re : reliquum verò tranſmittere. Sed teſtes ſeroſum
humorem trahunt,ac continent,cõtentum mutant
in ſui naturam,& ipſi albam habent ſubſtantiam,
commutabunt ergo in album colorem alimentum.
Seroſus ergo humor albi coloris , qui in ipſis con-
tinetur ab ipſis generatur,& tale eſt ſemen.Sequitur
igitur teſtes ſemẽ generare:ipſi quidem copioſum,
citò,atque exquiſitè confectum, vaſa verò ſemina-
ria,nempe arteriæ,& venæ,paucum, longo tempo-
re.Teſtes quoque eam ſuam facultatem in vniuer-
ſum corpus diffundunt,vt ſuprà docuimus, ea cor-
Ariſt. contra ſe.
poris mutationibus. His omnibus contra Ariſtot.
accedit quod ipſe libro 1.de Generat.anim.cap.12.
inquit,Teſtes aliis intus,aliis extrà,propterea quòd
iis quoque operimento,& velamine opus eſt , tum
vt ſeruentur,tum vt ſemen genitale perficere poſ-
ſint,vbi facultatem ſeminis perficiendi tribuit teſti-
bus.Ad ea verò quæ pro Ariſtot. adduximus , dice-
mos.Ad primum,quod quamuis non omnibus ani-
malibus generantibus teſtes adſint, perfectiora ſal-
tem eos habent,& in vniuerſum quibus inſunt, ſe-
Fœmina an ſemen generent.
minis generationem præſtãt. Ad ſecundum de tau-
ro falſum eſt ipſum generaſſe. nam Ariſtotel. dixit
relatum ſibi fuiſſe:aut id foret ex ſemine in vaſis re-
licto,vi teſtium genito. Reliquum falſum eſt, vt ex
anatome docuimus, vaſa ſemini ſeruientia non in-
ſeri teſtibus. Diximus ſeminis generationem , ma-
teriam nempe ex qua generatur , & locum in quo,
ſiue membrum ſeminis generatiuum,reliquum eſt,
vt ſeminis efficaciam in generatione humani cor-
poris doceamus,vt cognita materia cognoſcat phi-
loſophus cauſam generationis membrorum effe-
ctricem.Sed prius an fœminæ ſemen generent fœ-
cundum,quod fœtus & membrorum noſtri corpo-
ris generationem attingat , diſſerendum ſe offert.
Nam Ariſt.libro primo de Generatione anim. cap.
19.teſtatur fœminas ſemen non generare , ſed loco
eius ſanguinem menſtruum : hunc verò materiam
tantùm præſtare in generatione , nullo modo effi-
caciam.Nam quod eſt in maribus ſemen,id in fœ-
minis eſt menſtruus ſanguis.Semen enim eſt excre-
mentum,vt diximus,vtilis,& vltimi alimenti , hoc
eſt ſanguinis.Id verò excrementum coctum eſt.nam
quod coctum non eſt , infœcundum eſt, coquitur
autem in mari tanquam perfectiori fœminâ : non
coquitur tamen is ſanguis in fœmina, ob imperfe-
ctionem & imbecillitatem. Quod autem tale eſt in
fœminis,nempe ſanguis abundans,ſed non coctus,
aut perfectus,id purgatur quouis menſe.Ergo quod
maribus eſt ſemen , id eſt fœminis ſanguis men-
ſtruus. Id etiam docet , quod quo tempore mari-
bus ſemen generatur,eo tempore fœminis menſes
abundant,vox mutatur,mammæ creſcũt.Et quem-
admodum ſenes mares infœcundi ſũt, quia ob ca-

loris imbecillitatem ſemẽ non perficitur, ita fœminæ menſiũ defectu ſteriles euadũt. Præterea fœminarum corpora minora ſunt, & in eis ſanguis minus abũdat, quoniam purgatur, qui incremẽto vtilis eſt, qualis etiam eſt, qui maribus in ſemen diſpenditur: talis ergo eſt ſanguis mẽſtruus in fœminis, quale in maribus ſemen: vtrumque enim vtilis alimenti para eſt. At verò id menſtruum materiam tantummodo præbet in generatione, non efficaciam. Sed tamen ſanguinem menſtruum, impurum ſemen eſſe dicit: non probè confectum, & cum vnum animal duo ſemina mittere non debeat, reliquũ eſt, vt ſemen non mittant fœminæ, ſed ſolum menſtruum ſanguinem loco ſeminis, ita vt in generatione ſemen maſculi præbeat efficaciam tantùm, ſanguis verò menſtruus, materiam tantùm. Probat tamen id quod à fœminis excernitur, ſemen non eſſe. Primò: nam ſi ſemen eſſet, menſtrua non eſſent, ſed mẽſtrua ſunt, ergo ſemen non eſt. Pendet ratio ab eo, quòd menſtrua ſeminis loco continentur, vt diximus. Præterea quoniam fœminæ nonnunquam concipiunt abſque eo, quod ſeroſam humiditatem excernant, quam in concubitu excernere ſolent, & nonnunquam ipſam cũ delectatione excernunt, non tamen concipiunt, quod tamen non euenit in menſtruo: nam nulla viſa eſt concipere, niſi ipſo modicè temperato. Quòd ſi eueniat nullis menſibus apparentibus quaſdam cõcipere, quaſdam etiam ipſis immodicè fluẽtibus, ratio eſt. Quoniam in qua nunquam apparuerunt quantitas congeſta eſt ſufficiens fœtui alendo, in ea verò à qua immodicè profluunt: quoniam iam quod moderatum eſt, relinquitur fœtui opportunũ. Rurſus ſi quis oppoſuerit id excrementum fœminis cum delectatione excerni, nõ probat ob id ſemen eſſe, aut facultatem habere fœminam

Fœminis ſemen non eſt ex Ariſt.

Nota.

ſemen prolificum generandi: nam pariter à flatu excitatur delectatiò ſcalpentibus fœminis & viris infœcundis, & genituræ expertibus. Adde quòd viraginea ſemen non mittunt, & quæ mittunt, plus eius mittunt, quàm pro ſeminis ratione. Fœminæ ergo ſemen non mittunt, ſed loco eius ſanguinem menſtruum: ſeroſa verò humiditas, ſi quando procedat ad illinendum vterum vtilis erit, non ad generationem. Præterea, vt inquit, ſi mas eſt mouens & agens qua mas eſt, fœmina qua fœmina, vt patiens: ſequitur, vt ad maris genituram, fœmina non genituram, ſed materiam conferat. Similiter ſi fœmina ſemen mitteret, poſſet ſine mare concipere, cùm haberet efficiens & materiam. Cum ergo ex doctrina Ariſtot. fœmina ſemen non generet, ſed maſculus tantùm, qui efficaciam præſtat in generatione, an tantummodo prẽſtet efficaciam, nullo modo materiam dicamus. Ariſto. namque eodem loco c.20. inquit, Sed euenit porrò quod ex recta ratione eſt, vt cum mas formã & principiũ motus præbeat, fœmina corpus atq; materiam, quemadmodum in lactis concretione, corpus lac ipſum eſt, ſuccus, aut coagulum, principium inſpiſſandi, cogendique obtinet, ſic quod à mare in fœminam diſtinguitur, intelligi debeat. Pari modo talem dicit eſſe generationem, ſicuti lecti ex fabro & ligno: verùm faber nihil præſtat, quod ingrediatur lecti cõpoſitionem, neque coaguli pars ingreditur compoſitionem lactis coagulati, ergo ſemẽ viri, quod fabri & coaguli rationem habet, fœtum non ingreditur: motus tamẽ principium præſtat, nihil cõmune cum corpore habens, quemadmodum & menſtruus ſanguis corpus eſt, materia, & patiens, nullam rationem habẽs agentis Habet ergo ſemẽ maris fabri & artificis rationem, artifex verò ligna elaborat, & ex eis vnum

Semen maris an ſolum præſtet efficaciã ex Ariſt.

quodque perficit, cæterùm nihil ſui miſcetur operi. Quod ſimiliter oſtendunt in auibus oua quæ hypenemia, hoc eſt ſubuẽtanea appellantur. illa enim infœcunda ſunt, quòd maris facultatem non ſenſerint. Euenit tamen, vt ſi quo tempore lutea adhuc oua ſunt, mas acceſſerit, ex infœcũdis fœcunda fiãt, quo tẽpore facultas accedit, nõ materia Piſces quoque oua reponunt, quæ infœcunda ſunt, donec mas ſuperueniens, ea ſemine aſpergat, nec tamen illud ſemen aſperſum, aut oui, aut prolis conſtitutionem intrat. Oſtendunt id quoque ex animalibus quædam, quæ quamuis ſexum diſtiſtinctum habeant, mares non indunt fœminis particulam, ſed potius fœminæ maribus, natura ipſa motæ, vt materiam applicẽt artifici. In quibus nihil mas fœminæ tranſmittit, præter facultatem, qua agit: cuius gratiã ad perficiendũ opus diu in concubitu morantur. Nam cum agens paſſo applicitũ eſſe debeat, & mas cuius eſt agere, nihil ad generationem tranſmittat fœminæ, quod agere & generationem perficere poſſit, quódque principium motionis præſtet, neceſſum eſt, vt ipſe mas ſeipſo perficiat, quod alij mediante ſemine, in quo ipſorum facultas defertur. Hoc idem manifeſtat libro ſecundo de Generatione animaliũ capite quarto: vbi quærit, quare fœminæ omnes excrementum genitale præſtant, non tamen omnes mares: quoniam (inquit) Animal, corpus eſt animatum, ad cuius generationem fœmina materiam præſtat, ſine qua generatio non fit. mas verò cùm facultatem tantùm præſtet, id ſine excremento facere poterit: nempe vbi ſeipſum materiæ adaptauerit. Intelligere ergo oportet ex Ariſtotel. in generatione hominis præbere fœminam ſolum ſanguinem menſtruum loco ſeminis, eúmque ſolam præſtare materiam, non efficaciam: marem verò præſtare ſemen, in quo eſt ſola efficacia. Nam id ſemen, cum ſanguis menſtruus motionis principium acceperit, in flatum verſum tranſpirat: eius namque natura aquea, & aërea cum ſit, facilè in flatum à calore vertitur. Nam & ipſum album eſt, quoniam ſpumoſum à ſua natura, inquit Ariſtotel. & ob id Venerem ἀφροδίτην, quaſi ſpumoſam, antiquis appellatam. Continet autem ſemen id poteſtate generans. eſt enim ſemen poteſtate animal, non actu, quatenus animal efficere poteſt. Eſt autem talis poteſtas in calore ſeminis, qui non eſt igneus calor, ſed ſpiritus qui continetur in ſpumoſo ſemine, vt libro ſecundo de Generatione animalium capite tertio. Is calor ſibi ingenitus eſt, & in materia ſeminis continetur, non aduentitius, ſed proprius, & hic non eſt ſeparabilis; quoniam corrumpitur ad corruptionem ſeminis, ſiue ipſius exhalationem, atque eſt natura quædam, quæ in ſpiritu dicto conſiſtit, ſimilis elemento ſtellarum, quæ verè calor innatus eſt. Aliud verò in ſemine humano intelligere oportet, quod neque materia ſeminis, aut ipſius corpus eſt, neque ſpiritus is quem calorem ſeminis diximus, quod extrà aduenit ſemini, & ab eo ſeparatur, & mens appellatur ab Ariſtot. Eſt præterea in ſemine formatrix facultas, quam iure diuinum quoddam quis exiſtimauerit. Quoniam effectus formationis humanum intellectum, & naturæ noſtræ actionem ſuperat. Quis enim non mirabitur & horrebit, cùm in paruiſſima illa ſeminis quantitate, ſiue quæ à ſolo mare, ſiue quæ à mare & fœmina ſecernitur, tam ſublimes facultates támque varias ſpeculetur? Nemo certè, quamuis hebes, diuinum opus eſſe negabit, & mentis cuiuſdam cœlitus miſſæ munus, membra delineare, formare, ſeiungere, excauare, & ſingulis debitas materias aptare,

Formatrix facul. an in ſemine maneat.

aptare,quibus ab initio formentur, & quibus temporis proceſſu nutriantur,& creſcant.Tales quoque ipſi geniro facultates tribuere,vt tale factũ euadat, quale ab inirio fuit efficiens.Primùm naturali altrice vtens facultate,demum ſentiente,atque mouente,& ad finem intellectu & ratione.Nos verò,vt ſuprà facultatem formatricem diuioam eſſe,& monua eius hominũ captus excedere diximus,verùm ipſam ſemioi inſitam & quæ in membris poſt formationem maneat probauimus. Temperaturam autem ſequi ſeminis,& partium ex ſemine genitarum, eſſe quoque vnam de facultatibus formæ vegeratiuæ, quæ eſt in ſemine.Nec tenemos cum Ariſtot.ſemen animalis aoimam habere ſenſitiuam poteſtate , ita vt quamuis actu exiſtat,in potenria ſit ad actiones animales:nam teneretur dicere ſemen animal eſſe,à quo eriam quærerem,cuius eſſet ſpeciei.Continere tamen actu ſemina omnia vegeratiuam animam,in plantarum & animalium ſeminibus, verum eſt , ad quã formatiua virtus attinet,& eius effectus eſt formatio:hæc verò ſuis vtitur inſtrumẽtis,ad eã actionem,formatricem facult.animæ vegetatiuæ vim eſſe,& generatiuæ coniunctam,cap. 6. dicemus , vbi ruiſus de hac agendum nubis eſt. Ariſtot. qnnque dubium fuiſſe de formatrice facultate,Galen.intellexit , qui lib. a. de temperamentis , de eodem loquens, inquit:de hac namque Ariſt.dubitauit,nunquid diuinioris originis ſit,atque à calido, frigido, humido,ſicco,res diuerſa:quo mihi minus rectè facere videntur , qui tam remerè de rebus maximis pronunciant,& ſolis qualitatibus formandarũ partiuio cauſam aſſignant. Athenæus Ariſtotelem ſequutus eſt , qui negauit fœminas ſemen generare, ac inutilia eſſe vaſa ſeminaria reſpondentia in fœminis , ſed gratia ſimilirudinis ad maris vaſa facta eſſe, quemadmodum maſculorum papillæ quæ inutiles ſunt,ſimiles tamen eis quæ in fœminis. Hæc coactus eſt dicere Athenæus pro Ariſtot. quoniam io fœminis non tenet ratio Ariſtot. de teſtium ſuſpenſione.non enim pendeot,vt vaſa patientia reddant.Hanc tamen collationem confutat Gal. lib 2. de Semine.nam in maribus papillæ ferè nunquam tumidæ viſæ ſunt , & quæ intus nihil lactis contineant,in fœminis tamen & teſtes tumidus , & vaſa ſeminaria ſeroſo humore plena,vidimus ſæpiſſimè. Quod oſtendit id quod ab ipſis coitu proiicitur. Ariſt.verò ſuam ſequutus opinionẽ, ſuũmq; obſeruans placitum,rationem reddit:quare nati parentibus ſimiles,aut diſſimiles ſint,aut partim patri,partim matri,aut quare in quibuſdam partibus patri,& in quibuſdam matri,& quare alteri in totũ,& quare mari potius quàm fœminæ,& quare parentibus potius quàm maioribus ſuis , & quare potius his, quàm quibuſlibet aliis , & quare nulli horum , ſed homini tantùm.Quare ſimiliter nonnunquam fier, vt neq; homini ſimiles ſint,ſed monſtro.Hæc enim omnia dubia admodum videri poſſent apud eos, qui negant ſemen fœminæ facultatem habere generatiuam. Ad quæ reſpondet lib. 4. de Gen. anim. cap. 3. Cuius mentem breui ſic explanabimus , In hac re multa intelligere oportet:mas enim continet qua mas eſt,facultatem & potentiam , & qua pater eſt:nempe Coriſcus,aut Socrates,is quoque, præter id quod Socrates eſt, homo eſt & animal:quæ omnia ſemen ipſius poteſtate continet. Ex hominibus quoque quidã ſunt magis proximi, quidam magis natura diſtantes. Igitur quo tempore ſemen maris menſtruo ſanguini coniungitur,ſi ipſum probè coxerit,ac ſuperauerit, mas generabitur : ſi verò non vicerit mas,qua mas eſt,in cõtrarium degenerabit:

Ariſtot. de facult. formatrice dubium.

Athenæi opinio.

Similitudo maiorum ad parentes ex Ariſt. vnde ſumitur.

mas verò & fœmina contraria ſunt. erit ergo fœmina quod generatur. Fœminam verò fieri , monſtrum eſt,& prima degenerandi ratio. Nam quoties generans ſibi ſimile non generat , non aſſequitur natura quod intendit:degenerat ergo,ac monſtrum fit,ſed mas ſemper eſt generans , & agens , fœmina nunquam,quia ſemen non mittit ; ergo ſi fœminæ ſimile eſt quod generatur , monſtrum erit. Monſtrum enim eſt,quod generatur : & non eſt ſimile generanti,nec ſecundum intentionem cauſæ agentis factum. Quòd ſi ea ratione qua mas eſt,vincit, & qua Coriſcus,neque motus ſeminis ſoluatur,aut in totum,aut aliqua ex parte mas generabitur , & patri ſimilis.Si verò vicerit qua mas eſt,non tamen qua Coriſcus,erit mas , ſed matri ſimilis. Quod ſi vincat qua Coriſcus , non tamen qua mas eſt , erit fœmina , ſed patri ſimilis. Quod enim à mare declinat,fœmina erit : quatenus verò Coriſci potentiã ſeruabit,Coriſco, id eſt patri ſimilis erit. Quòd ſi nec vincat qua Coriſcus , nec qua mas , fœmina erit , & matri ſimilis. Præterea ſi vincat ſemen maris,ea potentia qua mas eſt,ſeminis verò motus ſoluatur,tranſibit in proximum aliquem , & erit mas auo ſimilis. Filiorum namque ſemen parentes poteſtate continet.Quòd ſi amplius ſoluatur,tranſibit in proauum , quemadmodum vbi non vincat qua mas eſt,ſed tamen motus ſeminis & menſtrui ſoluantur,fœmina generabitur , ſed auiæ ſimilis , aut alicui ex ſuperioribus.Quòd ſi magis adhuc ſoluantur motus,nulli eorum ſimilis erit natus,ſed alicui hominum. Poteſt etiam fieri,vt nulli hominum ſimilis ſit,ſed monſtrum. Sic etiam in motione partium ſeminis & menſtrui,vbi aut omnino vincant, aut vincantur,fit, vt aliquibus partibus ſimiles ſint nati patri,aut matri.Hæc pro opinione Ariſtot. declaranda , dicenda erant circa potentiam ſeminis maſculi,& ſeminis fœminæ , & facultatem menſtrui.Nunc ad opinionem Hippocra. & Galeni interpretandam accedamus.Semen ex doctrina ipſorum non tantùm in mare,ſed etiam in fœmina generatur,atque vtrumque materiam & efficaciã præſtat.Sed ſemen maris maiorem habet efficaciam,ſemen fœminæ magis habet materiæ rationem:id enim ſemine maris frigidius eſt.Menſtruus præterea ſanguis materiam præſtat,ex qua partim formatur, partim augetur fœtus,aliquam quoque habet efficaciam.Quoniam tamen ſanguis menſtruus animatus non eſt,vt duo ſemina , poterit ipſe alteratione efficere,& generandum immutare:at generatiua & formatiua facultas in ſeminib.ſunt, quia animãtur, formatiua facultas membra omnia conformat , delinear,& excauat : generatiua verò materiam qualitaribus parat ad formationem & animæ inductionem. Hæc tamen duo è ſanguine menſtruo non prodeunt,neque in ipſo poteſtate continentur : ſed tamen ad maiorẽ explanationem, probauimus primò fœminas ſemen generare,deinde ſeminum efficaciam dicemus.Fœminæ teſtes habent vtero à lateribus affixos,& vaſa ſeminaria,ſed teſtiũ vſum eſſe ad ſemen generãdum ſuprà probauimus.generãt ergo ſemen. Similiter fœminæ , quæ diu abſtinuerunt à concubitu,ſolent vteri præfocatione moleſtari,deinde ſanantur humore albo ac craſſo emiſſo.Is igitor humor eſt,qui non coëuntibus retinetor,& coëuntibus fœminis excernitur : ſemen ergo generant. Rurſus ſi ſolùm concurrit actiuè ſemen quod à mare deciditur , & nullo modo materiam præſtat , vt putat Ariſtot. cùm ſint multa membra alba ex ſemine genita,reliquum erit vt illa ex ſemine matris generẽtur.Semen ergo generant fœminæ.

Seminis efficacia ex Hippoc. & Galeno.

Fœmina ſemen generat ex Galen.

Quod quidem pelli extra vterum dicendum non eſt, manifeſtè docente experimento in conceptionibus vterum comprimi, ac ſemen continere: quod ſi non excernitur, actiuè concurret. Si enim concurrit & non vt materia, erit vt efficiens: nam & ſemen efficiens rationem includit. Præterea ſanguis ipſe mẽſtruus efficaciam habet in generatione: non igitur ſolum maris ſemen præbet efficaciam, fœmina verò materiam. Iam id nobis probandum ſuccedit ſanguinem menſtruum efficaciam habere in generatione. nam vt docet experimentum, nati non minus matri quàm patri ſimiles eſſe ſolent. Mater ergo aliquid in generatione tribuit, quod aſſimilandi facultatem habet. Quod poſſet probare fœminas ſemen generare: contra Ariſtotelẽ verò ſanguinem menſtruum habere efficaciam. Si dixeris id à menſtruo habere quatenus menſtruum alimentum eſt, conſtat alimentum quoque efficaciam habere. nam alimenta corpus ipſum omnino in contrariam temperaturam mutare ſolent, atque in contrarium habitum: ſanguis ergo menſtruus quamuis, vt materia ſit, efficaciam præſtat. Verùm id aduerſus Athenæi & Ariſtot. opinionem vim habet. Quòd ſi canis mas cũ vulpe coëat, natus vulpis ſpeciem ſeruat, ſicubi & ſi vulpes coëat cum cane fœmina, canis erit natus. Species itaque natorum matres potius quàm patres ſequuntur, quamuis in aliis partibus ſimiles fiant. Sed alimentum non mutat rei alendæ ſpeciem. Ergo fœmina nõ tantùm præbet alimentum, ſed efficaciam. Docet id fructus arboris perſicæ. nam planta in Ægyptũ tranſlata, mutata terra, id eſt, alimento, vires mutabit, non tamen ſpeciem. Huiuſmodi verò efficacia mutandi ſeminis magis propria eſt, & ipſi potius quàm menſtruo debetur, ſed tamen vtrique communis eſt. Maximè ad idem confirmandum accedit, quòd nulla alia euidentiori ratione poſſet quis ſeminis maris efficaciam oſtendere, quàm ex huiuſmodi mutationibus.

De Perſica arbore vide Columellam.

Rurſus fœminas ſemen generare probatur. nam aut hæc ſimilitudo natorum ad parentes conſiſtit in facultate agẽte, aut in materia, & patiente: ſi in facultate agente, cum ſolus mas ex Ariſt. ſemen & efficaciam præſtet, tantùm mari ſimiles erunt nati: ſi verò in materia & alimento conſiſtit, ſola fœmina præbet alimentum, nempe menſtruum ſanguinem: ergo matri erunt ſimiles nati. Alterum ergo duorum falſum erit. Duo hæc ſunt placita Ariſt. menſtruum ſolius matris eſt. Alterum, ſemen ſolius patris eſt. Sed illud verum eſt & perpetuum, menſtruum eſſe ſolius matris. Id ergo falſum erit, ſemen eſſe ſolius patris: ſed erit ſemen patris ſimul ac matris: aliquod enim commune habere debent. Oritur vis rationis ex duobus, quorum primum eſt, duo tantùm eſſe principia generationis, ſemen, & ſanguinem menſtruum. Alterum eſt, quòd nati nonnunquam patri, nonnunquam matri ſimiles ſunt. colligitur tamen, ſemen fœminas fundere, ac id valens & prolificum, cuius actione nati ſpecie ſemper, in reliquis etiam nonnunquam matri ſimiles euadunt. Idem quoque validiſſimè lib. 2. de ſemine, Galen. in hunc modum hypothetica ratione, id eſt ea quæ procedit ex ſuppoſito, & categorica, id eſt, aſſertiua, vtitur. Hypothetica ſic, Si ex vtriſque parẽtibus ſimiles eduntur nati, à cauſa fient vtriſque parẽtibus communi. Sed nati vtriſque parentibus ſimiles ſunt: à cauſa igitur fiunt communi. Rurſus ſi à cauſa fiunt cõmuni, ſanguis menſtruus, aut ſemen erit: ſed menſtruum non eſt vtriſque commune: ſemen ergo vtriſq; commune eſt. Categorica ſic: quoniã nati parentibus ſimiles ſunt, vtriſq; cõmune principiũ eſt, quo natos ſibi ſimiles reddunt. Similitudo namq; ad parentes ex principio exiſtit: id tamen principium non eſt ſanguis menſtruus: erit ergo ſemen commune principium. Contra Ariſtot. præterea accedit, quod ipſe lib. 4. de Gener. anim. cap. 3. reddens rationem quare motus ſeminis ſoluatur: nempe, vt inde, quemadmodum diximus, aut mas generetur ſimilis auo, aut proauo, aut fœmina auiæ ſimilis, inquit: Quoniam omne quod agit, patitur à patiente, vt quod ſecat, ſecatur ab eo quod ſecatur, & quod calefacit, refrigeratur ab eo quod incaleſcit: in ſumma omne quod mouet, excepto primo, mutuò mouetur aliquo motu, vt quod pellit, quodammodo pellitur, & quod premit, reprimitur. In quibus verbis manifeſtè docet, ſemen agere, & ſimiliter pati à ſanguine menſtruo, ob idque motum ſeminis nonnunquam ſolui.

Ariſt. contra ſe adducitur.

Fœmina igitur aliquam præbet efficaciam in generatione fœtus. Quòd ſi quis intellexerit ſemẽ maris ſeipſum præſtare actiuè magis, ſemen fœminæ paſſiuè magis, non mirabitur ſemper ſpeciem matri ſimilem. Nam ſemen fœminæ, quod ſimiliter ad generationem coagit, à menſtruo nouem menſibus iuuamentum recipit, ac inde ſuperat ſemen maris tempore, quemadmodum & ſemen maſculi primo ipſo congreſſu ſemen fœminæ ſuperauit, ſed de his infrà dicemus. Maximè verò Ariſt. opinionem confutare poteſt, quod membra ſolida ablata & mutila non reficiuntur. id enim manifeſtè docet ipſa ex ſemine fuiſſe genita. Docet tamen experimentum, ſi particula quæpiam abſciſſa fuerit oſſis aut nerui, aut arteriæ, ipſam nũquam reſtitui. Quod inde euenit: quoniam cùm ipſa ex ſemine genita fuerint, ſemine etiam refici debent, vbi videlicet ex ſanguine pars in ſimilitudinem membri mutanda, primùm ſeminis quandam ſubeat ſpeciem. Id tamen fieri ea copia, vt parti abſciſſæ ſubſtituat, nõ poteſt: quoniam pars non habet eam vim, vt tantam copiam ſeminis generet. Maximè quoniam extra vterum deeſt facultas formatrix, quæ in vtero exiſtẽs, formationem fœtus ſimul cum formatrice ſeminis perfecit ab initio generationis. Adde quòd interim dum mẽbri facultas reſtituit quod abſciſſum eſt, membri ex ſemine geniti caro implet locum ipſius: quoniã carnis generatio celerrima fit. Horum itaque membrorum refectio ex materia ſemini ſimili, generationem primam ex ſemine fuiſſe, manifeſtè docet. Poſſent enim talia facilè reſtitui, ſi ex ſanguine ortum haberent, cùm ſanguinis copia in ſanis perpetuò ſuppetat. Sic quoque venulæ portionem renaſci vidit Galen. primo de Semine. Dicere quoque ſemen maris in flatum verti, eſt falſum: quoniam vterus diſtendi deberet in conceptione, cùm tamen primis diebus comprimatur. Dicere autem quòd excluditur, ſimiliter eſt falſum: quoniam ſemen maris in vterum ſuſceptum, continetur, & vndique comprimitur, & nulla ratione fieri poteſt, vt quod adeò vtile eſt ad membrorum ſolidorum generationem, & adeò ipſis ſimile, id aut excludatur, aut in flatum verſum ſoluatur, cùm aliunde & à minus competenti materia deberet expeti. Rurſus ſi in flatum verſum ſemen ſolueretur, non tantùm vterus diſtenderetur, ſed cum crepitu fieret excluſio flatus, quod non fit, nec viſum eſt vnquam. Ad ea verò quæ pro Ariſtot. adduximus, dicemus, fœminam, quoniam mare frigidior eſt, generare plurimum excrementum, idque non ſatis coctum: quoniam multum eſt, itaque ſemen generat, & menſtruum ſanguinem abundantem, qui ſolet quouis menſe purgari. Id autem excrementum non eſt probè coctum, neque ſatis calidum, ac perinde

Rationes Ariſt. ſoluuntur.

nulla

nullatenus poteſt à ſeipſo perfici,ſed eget cauſa alia mouente ac perficiente:nempe ſemine maſculi calido,cocto, ac perfecto. Horum trium verò ſemen maris efficacius eſt,deinde fœminæ, & deinde ſanguis menſtruus,qui materiam ferè in totum prębet, quamuis aliquam habeat efficaciam.Inde fit,vt ſola fœmina fœtum perficere non poſſit,ſed in mulieribus mola appellata fiat.Aues verò, quoniam naturali ſua temperatura calidiores,& ſicciores ſunt pedeſtribus,ouum generant,quod magis perferctum eſt,quàm mola,neq; morbos,vt ipſa, ſed ouum ſubuentaneum,ac infœcundum. Eget enim ea perfectione,quam maris ſemen tribuit,quod fœtus conſtitutioné ingreditur.Similiter falſum eſt,fœminas poſſe concipere ſine ſeminis emiſſione , neque id vnquam probari poſſet.Simili modo ad aliud : fœmina eſt patiens,mas verò vt mas,agés:fœmina ergo materiam,mas verò facultatem tranſmittet, dicemus marem & fœminam agere ac pati:nam vt ex ipſo Ariſtot.agens in agendo repatitur , & ex ſuprà citatis notum euadit Ariſtot.id non ignotaſſe. Sic ergo vterque materiam præſtat & efficaciam. Quibus accedit,quod in plantarum ſeminibus ipſe Ariſtoteles nouit,idem habere facultatem agentem & patientem,ſiue materiam, dicens, promiſcuam habere facultatem plantarum ſemina. Coaguli verò & lactis , fabri quoque & lecti exempla , non habent cum ſeminibus ſimilitudinem : quatenus coagulum materiam non habet,quæ cum lacte coagulato vnum facere poſſit,nec lac eam potentiam , vt ipſam poſſit ſecum in actione miſcere. Faber verò longè abeſt à lecto , neque cum ipſo quoquam pacto miſcetur,vt ſemen maris ſemini fœminæ. Præter id quod in caſei & lactis cõfectione nulla fit generatio ſubſtantiæ. Quod verò diximus de animalibus diu coëuntibus,mares ſemen non tranſmittere,aut id non eſt verum, aut vbi ita fuerit , diuerſa eſt illa generatio à noſtra.De ſimilitudine verò natorum ad parentes,reliquum eſt ex doctrina Galen. nonnulla dicere.Facilius enim erit ſingula noſſe ex ipſius doctrina,qui in mare & fœmina facultatem agendi,& mutandi ſtatuit,quàm ex opinione Ariſt. Id tamen quod quidam dixerunt natos ſimiles patri aut matri,ob victoriam ſeminis:nempe vincente ſemine maris fieri natum mari ſimilem, vincente ſemine fœminæ ipſi ſimilem , non eſt verum : nam nonnunquam natus mas eſt,& matri ſimilis, & aliquando fœmina patri ſimilis : ſed id quare fiat , ex Galen.ſententia diſcere operæpretium eſt : interim tamen notum eſt,id vel ſolum poſſe aduerſariorum opinionem confutare,quòd nonnunquam nati aliqua ex parte patri,& aliqua matri ſimiles fiunt.non ergo in ſola huius,aut illius ſeminis victoria,ſimilitudo ad patrem aut matrem conſiſtit.Quòd ſi quis dixerit fieri poſſe,vt ſemẽ maris vincat aliqua parte,alia vincatur,ac inde fieri, vt natus ambobus ſimilis reddatur in partibus vincentibus , id difficile videtur:quoniam ſemen ex Ariſtot.& eius ſequacibus,atque ex Galen.ſentent. non deciditur ex omni corporis parte,ſed ex ſanguinis parte cocta in locis dictis.Id verò ſemen ſimilarium partium eſt , non ergo fiet vt parte aliqua vincat , & parte alia vincatur.Sed tamen hæc dubij ſolutio non abeſt longè à veritate:nam quamuis ſemen ſimilare ſit , non omnes eius partes æqualem habent coctionem, calorem,& craſſitudinem. ſed quod in coitu primùm eiaculatur,id craſſius eſt,& calidius,magiſque confectum:quod verò ſecundò,aut tertiò , minus. Poterit ergo aliqua parte ſuperare ſemen maris ſemen fœminæ,& aliqua etiam ſuperari , & fieri,vt natus partim patri,partim matri ſimilis fiat. Quod nõ ob aliud euenit,niſi quoniam vtrumque ſemẽ facultate continet ſingula membra eius corporis à quo deciditur,ſecundum quam aut vincere aut vinci poteſt.Hæc autem facultas à toto corpore manauit, ſimul cum formatrice facultate & inſtrumento,hoc eſt,ſpiritu vitali & animali, à corde & cerebro manantibus,& naturali à iecore,ſi is ſit:ſin minus,ſanguis eius tenebit locum , qui materiam præſtat ſemini.In ſumma verò ad Galen.doctrinam dicamus triplicem eſſe natorum ad parentes ſimilitudinem, in ſpecie, in forma , & in ſexu:in ſpecie ſimilitudo ſumitur à ſubſtantia:ſumit tamen ſubſtantiã fœtus à matre,nempe mollem,materiam quoque cum efficacia:ſpeciem ergo ſumet à matre. Nam vt Galen. inquit lib. 2. de Semine:Si vulpes cum cane fœmina coëat,canis generabitur vulpinus : ſicuti vbi coierit canis cum vulpe fœmina,vulpes naſcetur canina.Ratio eſt:quoniam animal ſpeciem ſumit à materia , mores verò inſequuntur qualitatem temperamenti partium ipſarum. Hoc ſecundum notum eſt ex lib.Galen. quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur. Cùm tamen corporis vulpis genitæ in ventre vulpis,à ſemine canis,multum immutetur temperamenti qualitas,fiet vt vulpes genita mores caninos referat,& canis mores vulpinos. Primùm verò difficile videtur ſpeciem ſumi à materia:nam forma tribuit ſpeciem rei, & materia in omnibus generabilibus eſt vna. Verùm Galen. loco citato,& lib.1.de Vſu partium,& Ariſt.lib. 2. de Part.anim.hoc vnum volunt,naturam ſemper parare corporis materiam talem,qualis exigitur ad functiones:functiones verò ſpecie diuerſæ ſunt in his quę ſpecie differunt:membra igitur,ſiue animalium materia diuerſimodè pro diuerſis ſpeciebus parari debet,ac fiet,vt animalis ſpecies generationi ſubiectas ſubſtantias,hoc eſt,materias ſequatur.Erit ergo ſpecies qualis paratur à materia ex compoſitione, & quibuſdam qualitatibus.Sed hæc materia in fœmina generatur,& ipſa eam præſtat,& cum quadam agente facultate,ac parante,apud Galen. nati ergo matribus ſpecie ſimiles erunt,quamuis mores temperaturam potius , quàm membrorum formationem ſequantur , quod à patris ſemine ortum habet,materiæ verò à matre maiorem partem nati accipiunt.Quod diximus Ariſt.docet 2.de Part.anim. cap.1.partes quaſdam molles,quaſdam duras,& reliquas functiones gratia factas,formam verò accipit natus à ſeminibus,quæ ſimul miſcentur,& inuicem agunt mouentia,ac mota : vnde fit,vt diuerſa facta motione,ſuperantis naturam ſequatur natus, ita vt ſimiles ſint vincenti in totum,ſi in totum vicerit,ſi tamen in parte,pariter in parte natus parenti ſimilis ſit. Fit quoque vt nulli eorum ſit ſimilis, vbi nullum ſemẽ manifeſtè vicerit,aut in parte,aut in totum,ſed confuſa actione natus nulli eorum ſimilis ſit.Erit autem aut auis , aut proauis ex patre, aut ex matre,vbi is,aut ille vicerit, non adeò valida victoria,ſed minus nota:tunc enim degenerat quodam modo actio in proximos parentibus, quos ſemen ipſum poteſtate continet,aut adeò obſcura victoria,aut nulla eſt,vt natus nulli cõſanguineorum ſit ſimilis.Et quamuis ſemen maris ſemine fœminæ validius ſit,ſemen fœminæ nonnunquam vincit:& quia in vtero diu contentũ à multo ſanguine menſtruo,ob ſimilitudinem ad vincendum ſemen maſculi adiuuatur. Tertia ſimilitudo in ſexu , temperaturam totius coniuncti ſeminis ſequitur. Nam ſi totum coniunctum,ad calidum inclinauerit magis, maſculus:ſin minus,fœmina generabitur.Mas enim

Animal ſpeciem ſumit à matre & à materia.

& fœmioa calore diſtinguuntur. mas namque fœmioa calidior eſt. ac perinde in dextro ſiou vteri mares, vt in calidiori ioco generantur, ex Hipp. Calor quoque maris geoitale excludere valet, uon rameo in fœminis, quæ ea re tātùm à maribus in mēbrorum compoſitura differunt, quòd mas genitalia habet extra, fœmina iotra. Eadem eoim & ipſa in vtriſque ſuut, ſed euerſa, vt Galeo. docet de ſingulis ipſorum partibus. Sed de temperatura ſexuum & calore maris, cap. ſeq. dicemus. Propter ea quæ de ſangoine menſtruo diximus, poſſet quis credere, ipſi ineſſe facultatem formatioam, & generatiuam, quoniam aſſeruimus, ſpeciem animalis murare: ſed tamen, vt ſuprà diximus, facultates hæ in ſemioibus tantùm cooiiſtunt. nam ſangois inanimatus nullam harum continet. Semen tamē animatum anima vegetatiua facultatem cōtinet generatiuam, ad qoam attinet materiam parare qualitatibus conuenientibus, ad formę alterius generatiooem in animalibus, & alteram generatiuam facultatem, quæ communis eſt animalibus, & planris, quam exercent animalia, & plantæ in vaſis ſeminariis, vbi ſemen genitū aoimatur anima vegetatioa, ſimili ei quæ præexiſtit in animali: formatrix verò numetum, magnitudioem, ac figuram tribuit materiæ. Ad quod non patum facit materiæ quantitas, & qualiras, & ſubſtanriæ craſſitudo, ac renuitas, mollities & dutities. Vnde fit quod diximus, formam ralem induci, qualis à materiæ conſtitutione exigitur. Hæc de membrorum ſolidorum geoetarione, quæ a ſemine procedit, dicta ſufficiant. Membra verò ea ſanguine genita, & quæ ab ipſo generationem, & alitionem recipiunt: ſuot caro, & adeps, vt ab initio diximus. hæc verò ex ſanguinis concretione fiunt, authore Galen. licet diuerſimodè, vt dicemus. In ſanguine verò pars eſt tenuis, ac pinguis, quæ euaporat agente calore ſeminis, & vteri in prima homiois generatione. Qui vapor poſtea à frigore concteſcit in adipem, ita vt adeps in partibos animalis frigidioribus acervetur: dum tamen ipſæ non ſint de iis, quæ excernentur, & morui inſeruiuot, vt manus, & pedes, in eis enim neque vapor multus adeſt, ex quo adeps generari debet, neque exercitatio ipſam permittit generari. Abſumitur enim non tantùm excrementum quod abundat, ſed & ipſum vtile alimentum, ex quo ali debent. Fit enim adeps ex tenui parte ſanguinis abondanti quantitate, non tamen qualitate peccante, acervaturque magna ex parte in locis attinentibus ad vērtem, & renes, quæ loca vaporem ſoſcipere poſſunt, & ipſum ſuſceptum frigore congelare. lib. 1. de temperamentis Gal. adipem noo concreſcere docet circa iecur aut arterias, aot venas, aut cor, aut aliam percalidam particulam, niſi ob ſegnem vitam, & otioſam. Adeps tamen quamuis à frigore coocreſcat, calidæ temperaturæ eſt. Quòd à frigido coōcreſcar, docet experimentum: quoniam à calido liquatur, calidam autem à natura, opera ipſius oſtendunt, & Galen. idem teſtatur lib. 11. de ſimplicium medicamētorum facul. cap. de pinguedine, dicens, Omnis igitur pinguedinis facultas calefactoria eſt, & humectatoria humanorum corporum, & meritò quidem, quoniam, vt diximus, ex ſanguinis parte tenuiore, & calidiore fit, hæc enim eſt, quæ in vaporē facilè tranſit. Acervator hæc in pituitoſis magis, quoniam calidam habentes temperaturā, partem tenuem ſangoinis, partim mutant io bilem, partim calore diſcutiunt. Pars itaque hæc, vt Gal. lib. 2. de temperamentis inquit, alimentum à calido fit, in calidis corporibus. Cæterum in animalibus magis terreum ſanguinem habentibus generatur adeps, in humidioribus pinguedo. At differunt, quoniam pinguedo facilius liquatur, ac rurſus difficilius concreſcit: adeps verò difficilius liquatur, ſed facilius, ac citius cōcreſcit. Licet tamen, vt ibidem Galen. vtrumque horum pinguedinem appellare, aut adipem, ſic etiam, cum pinguedinem omoem calfacere dixit, ampla vtitur voce, vt adipem quoque comprehendat, quod in exemplis docet ibidem. Caro verò ex craſſiore ſanguinis parte ad carnis alitionem diducto generatur, concretiooe, quam ferè omoes à frigore fieri reſtantur, quemadmodum de adipe & pinguedine diximus. Quod probant ex Ariſtotele lib. 2. de gener. anim. cap. 4. dicēre, carnes à frigido coaleſcēre, & ex Gal. qui lib. 7. de metho. meden. dixit, quandam eſſe ſiccitatis ſpeciem, cùm liquantur ea quæ humore concreto cōſtant, vt caro & adeps. Hæc autem non potuerunt aliunde quàm à frigido concretiooem ſuſcipere, quoniam à calido ambo liquantur, vt docet experimentum. Dixerat verò Ariſt. 4. lib. meteorologicorum, quæ à frigido concreſcunt, à calido liquantur, & econtra Rurſus Galen. 2. lib. prognoſticon, comment. 28. à calore febrili colliquari dicit pinguedinem, & carnem. Nos verò concretionem adipis à frigore fieri fateiour perpetuò verum: carnis verò generationem non ſic. Nam caro fibroſa, & membranoſa, & quę in viſceribus (quę affuſio appellatur Græcis παρέγχυμα) nutririone generantur, aut concretione a calore, de carnibus fibroſis, & membranoſis nouū hinc euader, quòd outritio commutatio eſt outrimenti in ſubſtantiam nutriti corporis. Sed hæc calore fit, non frigore: huius igitur carnis generatio calore perficitur. Rurſus ſi à frigore fieret, ea potius eſſet iuxtapoſitio facta partis appoſitione & concretione: nutritio verò tranſmutatio ſubſtantialis eſt, vt diximus. De carne verò iecoris, quæ affuſio eſt, Gal. libro ſexto de placitis Hippocra. & Plat. explicat generationem eius fieri concreto ſanguine, non à frigore, ſed à calore, diceos: Maximè rubrum enim cernitur, perinde ac ſanguis, non qui ab aëre frigido circunfuſo ſpiſſatus, ac coagulatus fuerit caliditate eius extiocta, atque inde è refrigeratione nigrore contracto, ſed qui à calore innato perficiente magis quàm vitianre concreuerit: vtroque enim modo, ſiue coagulatio, ſiue iecoris caro fiat, ſanguis immutatur: ſed quæ in coagulationem fit murario, via eſt quædam ad putrediuē, quæ in iecoris ſubſtantiam, naturæ operatio. Quod hic Gal. de iecoris carne dixit, ad omnia viſcera corporis humani trāsferre licet. Hæc enim omnia concretione generantur, quæ à calore fit, ob ídque carnes viſcerum non liquātur à calore, & de carne pulmonis, id Gal. docuit primo lib. de Tēperamentis, atque de cerebro: neque liquantur etiam muſculorum partes fibroſæ. hæ enio, vt inquit Galen. 10. de Meth. medendi ad finem, potios in vaporem traoseunt, quàm vt colliqoentur, quemadmodum de neruoſa, & membroſa carne verum eſt. Sed eſt alia caro recens prima, & ſimpliciſſima, quam oon alibi, quàm in muſculis inuenies fibris interſitam, quam colliqoari videmus, maximè dum aſſator caro, aut dum pars carnis fibroſa torretur. De qoa poſſet quis putare, à frigore concreuiſſe: quoniam à calido liquatur. Quod verum non eſt. pinguedo enim & adeps liquantur, qooniam coocreta, ac denſata erant à frigore: calore vero accedente funduntur. Sed tamen caro nouella fibris interiacens, qoamois eſtluat cùm caro torretur, non concreuit à frigore, ſed nutritione geoita eſt, & caloris actione inſpiſſata à ſāguine materiam ſuſcipiēte. Non enim liquatur pro-

priè,

Nota.

Membra ex ſãgui. genita. Caro & adeps à qua materia accipiant generationem & alimoniam. Adipis generatio.

Adipis temperatura.

Carnis generatio qualis.

priè, vt pinguedo, ſed vt colliquamentũ defluit, potius expreſſa quam fuſa. Exprimitut verò à calore torrente fibras ipſas, quibus interiacet caro recens, quæ à fibris corrugatis, vi torrentis caloris expreſſione pellitur. Hæ verò parte aliqua premunt, & alia fluere permittunt humorem, qui vt alimentum intra carnem continebatur: quoniam à calore ignis feruens & tumens, ab anguſtis poris carnis non capitur, & vt dixi, exprimitur quoque. Hoc modo liquati carnes contingit, non eo modo quo pinguedo, aut adeps: quorum vera ſubſtantia calore liquatur: carnis verò ea humiditas, quæ in carne continetur. Ad quod comprobandum accedit, quòd ſuccus qui à carnibus aſſis effluit (ſemota pinguedine, quæ ſimul effluxit) nunquam concreſcit eo modo, quo ipſa pinguedo, aut adeps, quæ ab igne ſemota, poſtquam à calore liquata fuerunt, ruſus à frigore leui concreſcũt: dictus verò ſuccus nõ niſi forte a nimio frigore congelationẽ patetetur, quod aquæ ſimile euenit. Ariſt. tamen quũ intelligeret eam fluxionem humoris à carne fieri vi caloris, adſtruxit carnis generationem, concretionẽ eſſe à frigore factam: cum tamen à calore fiat, accreſcit, hæc in corpore ſanguinis copia, ſicut pinguedo frigore. Non tamen videbitur alienum à ratione, ſi de alimento, quod mẽbra trahere ſolet ſecundum naturã, quo vtuntur ad ſui nutritionẽ, pauca dixerim, eáque euidentia & à Gal. placitis non aliena. *An cum vrina deferatur alimentum ad renes.* Docuit ſanè Gal. lib. 3. de Natur. faculta. vnamquamque noſtri corporis particulam ex ſuccis trahere quod ſibi familiare eſt, & quod amicum. Is etenim finis eſt tractionis, quum nihil ſit (inquit) in rerum natura, quod propter ipſum (vt ſic dicam) trahere, aut attrahendi functionem trahat, imò vt eo cuius pertractum ſit, compos fruatur. Sic euenire ventriculo dicit, vt quod familiare eſt trahat, alienum auerſetur. Nec tamen caret alimento per venas ſibi delato, nempe ſanguine. Et ruſus de ventriculo loquens inquit: Porrò is finis eſt, vt eius quod in qualitate conueniens conſentiénſque eſt, partem aliquam capiat, itaque quod in cibis optimum eſt, id habitus ſpecie, & paulatim ſibi trahit, atque in tunicis ſuis reponit, eis denique adiungit, vbi aliunde ſaturatus eſt, quicquid reliquum nutrimenti eſt, veluti oneroſum aliquid reiicit. Ruſus eodem libro inquit. Ac venter quidem, poſtquam abundè cibis eſt ſatiatus, & quod vtiliſſimum ſibi in his eſt, in tunicas ſibi ſugendo repoſuit, tum quod reliquum eſt, tanquàm alienum onus deponit. De ventriculo igitur hinc conſtabit, familiares cibos trahere, retinere, atque ex eiſdem ali. Inteſtina verò, ſicuti & ventriculus præter alimentum quod à ſanguine capiunt, nonnihil vtile, cum fæce delapſum ſibi apponunt. Quoniam verò familiaritate attractiones fiunt, & ſimilitudine (vt diximus) ac conuenientia, communis erit ferè hæc ratio omnibus membris: verùm ſunt quædam ex membris excrementa pura recipientia, quæ aliunde diſquirere coguntur alimentum, de quorum numero veſica fellis eſt. Hæc enim trahit ſuccum adeo ſyncerum, atque amarum, vt ab eodem delectationem tantùm qualitatis familiaritate ſuſcipiat, non materiam alitioni, veſica quoque vrinaria delabentem in ſe recipit vrinam, excrementitiam omnino, qualitate tamen nonnihil proficit, ac perinde ipſam amplexatur, donec aut multitudine grauet, aut qualitate moleſtet. Nihil autem ſibi reponit inde veſica vtraque, perinde aliunde expetit alimentum, per vaſa ſibi à natura data. Id eſt, quod Galen. lib. 5. de Vſu partium docuit, dicens: Veſica verò, tam quæ flauam bilem ſuſcipit, quàm hæc, quæ vrinam, purum, & impermixtum attrahens proprium excremẽtum, meritò aliis vaſis, quæ nutrimentum eis præberent, indiguerunt, & veſicæ vrinariæ dicit inſeri maiora vaſa, quòd ipſa maior ſit. Hinc conſtabit veſicas duas non ali ab excrementis, quæ ad ipſas perueniunt, & non omnem tractionem gratia alitionis fieri, ſed quandoque familiaritate qualitatis fieri attractiones, non ſemper familiaritate ſubſtantiæ. Lienis nutrimentum tenue eſt, ſed nigrum, non adeò craſſum vt iecoris, neque adeò tenue vt pulmonis, ſed medium tenet, auctore Galen. lib. 4. de Vſu partium, dicente: Hepar quidem ex rubicundo & craſſo ſanguine, ſplen autẽ ex ſubtili, ſed nigro: pulmo verò ex elaborato perfecte, & flauo, & ſubtili, ſpiritoſo & puro nutricationem recipiunt. Cauſas horum ibidem tribuit Galenus. Prædixerat autem lienem eſſe organum purgatorium ſuccorũ limoſorum, & craſſorum ac melancholicorum, qui in iecore generantur, eoſdémque elaborare, & conficere, & attenuare, & quantum eorum in familiariſſimum huic viſceri humorem transformatum fuerit, nutrimentum lieni effici: cor verò præter alimentum quod recipit, ex ſanguine delato per venam coronalem, nonnihil ſanguinis ſibi reponere inter coquendum & attenuandũ non eſt dubium. Teſtes interim dum ſanguinem in ſemen mutant, & vaſa ſeminaria ab eodem ali, Gal. in libro de Semine teſtatur, & venas meſeraicas ex chylo, dum ad iecor permeat, libro 14. de Vſu partium. Propter quod (inquit) in vaſis ſeminariis tardius ſanguis albus fit. Demonſtratum enim eſt in libris de Naturalibus faculta. quamlibet particulam ſibi nutrimentum aſſimilare. Ad finem verò lib. 3. de Naturalib. facult. multorum membrorum alimentum refert, oſſa numeroſa quadam mutatione egere dicens: talémque eſſe eis medullam, qualis ſanguis carni. cartilaginibus mucoſum quoddam circunfunditur, ligamẽtis, membranis, neruis, lentus humor inſperſus viſitur. *Renes qua materia alantur.* Renes tamen præter ſanguinem, quem per venulas carni inſertas recipiunt, aliũm cum ſero, & vtrinq; fuſione trahunt, quo alũtur: ſimilis autem eſt ei parti, quæ cum ſero lactis, caſeo confecto excurrit, ex qua recocta, quam vocant conficitur, ſero ruſus cocto. Nec puto aliquem adeò rerum ignarum futurum, vt hæc neget: nam & Gal. hoc idem teſtatur lib. 5. de Vſu partium, dicens: Iam igitur apparet etiam ſpiſſitudinis renum cauſa, aut potius cauſæ. Duæ enim ſunt hæ, ſcilicet vt facilè attrahatur huiuſmodi humidum, & maximè cùm adeò propinquum fuerit quod attrahit, & vt nutriãtur eo renes. Et ruſus ibidem cum dixiſſet, veſicam fellis ob anguſtiam meatuum, ſyncerã trahere bilem, liený verò ſanguinem ſimul cum melancholico, ſiue excrementoſo ſucco trahere, & ob vaſorum amplitudinem, nec lienem, neque renes, ſyncerum trahere excrementum, neque lienem ſuccum melancholicum, videlicet, neque renes, vrinam: deinde de renibus inquit: Renum autem vterque multum quidem flauæ bilis attrahit, & ferè eius vniuerſum, quod vtrique arterias, quæ ſunt in ipſis, & venas habere contigerit, multum autem & ſanguinis, quantum videlicet eius eſt humidius, & ſubtilius, ſed bilioſum quidem excrementum quantumcunque non fuerit, craſſum valde cum vrinis egreditur, ſanguis verò in ipſam carnem renum regurgitat, exudátque, ſicut fæx quædã, & hic iam paulatim vaporis modo, in totam ipſam carnem diſſeminatur, apponitur, adnaſcitur, vnitur, & nutrimentum fit renibus. Quod autem fæcis modo in renibus manere dicitur, conſtat percolatum eſſe ſanguinem delapſa vrina, ſanguine verò manente,

nente, alimentúmque præſtante. Præterea notum eſt in renum imbecillirare, vrinā mingi cruentam: quia ſanguis cum vrina tractus nō percolarur. Quo & lib. 1. de Natur. facult. Aſclepiadem reprehendit, circa facult. tractricem renū, & addit de eis loquens, quod non ſolùm Hippo. Diocles, Eraſiſtrarus, Praxagoras, aliorúmve optimus quiſque ſecernere à ſanguine vrinas crediderunt: verùm etiā coqui ferè omnes norunt. Sanguinis igirur oonnihil cum vrina trahuoi, quem percolant, apponunt & vniunt ſibi. Actiunes verò, quas io acimalibus fieri conſpicimus, à ſimplicibus patticulis, an ab inſtrumentariis procedant, dubium viderur. Gal. etenim à ſimplicibus procedere teſtatur, qui lib. de Diffet. morborum, inquit: Iam verò alìàs demonſtratom eſt in ipſis, (nempe inſtrumenrariis partibus) eſſe vnam aliquam, quæ ſir actionis cauſa, reliquas verò omnes, vt huic vſum quendam præſtent fuiſſe creatas. Sit nobis exemplum, modo oculus, in quo cryſtallinus homor, putiſſimum videndi inſtrumenrum, & cauſa eſt, membranæ ramen eidem ad viſionem miniſtrāt. Rurſus lib. 3. de Locis pa. cap. 4. de intemperie loquens inquit: Iam enim explicauimus eam ſimilarium pattium, quæ primò uperantur, communem eſſe diſpoſirionem, & rurſus lib. 1. de Method. meden. inquit: Eſt enim inſtrumētum oculus, actio verò viſio, vna ex particulis eius ſimilaribus, ac primum viſionis inſtrumentum, ctyſtallinus humor. Ex quibus manifeſtè conſtar, actionum principia in ſimplicibus eſſe, & à ſimplicibus proficiſci. Nam & ſi oculus viſinoi accōmodetur, & oculum videre dicamua: quoniam eius eſt viſio, vidēdi principium humur cryſtallinus eſt: ſic etiā quamuis inceſſio cruris ſit opus & apprehenſio manus, incedeodi arque apprebendendi poriſſimum inſtrumentum eſt neruus. Sed tamen his cunttadicere videtur, qaod libro de Sangui. miſſione, cap. 4. habetur, cum inquit: Quum ergo primarias actiones à ſimilaribua cotporibus petfici oſtenſum ſit, ab inſtrumentariis verò ſecundarias: nou ergu omnes à primis, & ſimplicibus procedunt. At actiones primas eas intelligere oportet, quæ à ſolis partium temperaturis procedunt, vti coctio ciborum, ſanguinis aut carnia generatio, in ſenſibus imaginatio, & cogitatio ſecundæ actiones ſunt, alimentorum diſtributio, tractio, retentio, expulſio io animali facult. mutus localis, viſio, tactio, & reliquæ. Quando tamen Galen. à primis, & ſimplicibus fieri dixit actiunes omnes, rectè quidem dixit, vt à cauſis, & præcipuis inſtrumentis, quibus inſidet temperamentum, in quo facultates omnes ſitas voluit multis in locis. Nec tamen inde ſequitut, ſecundas actiones non petfici ab inſtrumentariis: aliud enim eſt, inchoari, aliud perfici. Coctio ſanè à ſimplicibus, & ſimilibus inchoatur, atque perficitut, ſic etiam, & imaginatio: viſio tamen, & localia motus, à ſimplicibus inchoantut, ab inſtrumentariis verò perficiuntur. Sed rurſua Ariſtotel. lib. 2. de Part. anim. cap. 1. ſimilares partes ſenſibus inſeruire dixit, vt paſſioni, diſſimilares motui, vti actioni: oam ſenſus à ſimilibus patiuntur, & ea ratione oaturæ interpretes, ſingulos ſenſus ſingulis elementis coaptabanr, vt ab externis cauſis ſimilitudinis ratioue, mutationes ſuſciperent. atque addit. Eo qooque efficitur neceſſariò, vt membra nonnulla ſimilaria in animalibus habeantur: vis enim ſenriendi ſita in his eſt. Actiones autem per diſſimilaria adminiſtrantur. Nos hac de re Gal. doctrinam ſuis placitis reſpondentem agnoſcimos, quam etiā explicuimus. Retulit etenim ipſe ad ſimplices & primas particulas omoiū actionum & ſenſuum principia: qnoniā eſſentiam animę ignorauit, omnia à facultatibus procedere dicēs: quas io partium temperamentis ſitas eſſe voluit, temperamenta verò ſimplicibus, & primis particulis debentur: igitur eis & actionum principia. Nec tamen à ſuis placitis, vel tantùm vnguem diſceſſit Ariſt. qoi animam omnium actionum ſtatuit principium & cauſam, in animatis corporibus. Cùm itaque ſenſationes paſſione perfici intelligeret, ad patiendum autem à congeneribus voam ſufficere naturam, ſimplicium naturarum voluit eſſe ſenſus: quamuis non ignorarer ad viſiooem eſſe membranas vti medium neceſſarias, & medij ratione miniſtrare cuticulam tactui, & guſtui ſaliuam: verùm media non ſunt inſtrumētorum, in quibus actiones, aut paſſiones cōplentur, partes. Motiones autem corporeas ab anima quoque procedere nouit, egere antem diſſimilaribus inſtrumentis: oibil enim apprehenderet manus, niſi netuis accederent muſculi, neque cruribus incedere valeremus, niſi muſculis adiuncta eſſent oſſa. Sed dices, à temperamento neruorum motua locales procedere: nam ſi diſtemperetur oetuus refrigeratione, non mouebis crura, rectè dixeris: verùm non ſequitur à tēperamento naſci motum crurum. Si enim refrigeretut neruus, non mouet: quoniam non ſuſcipit animæ facultates, aut quuniam ineptum teddirot animæ inſtrumentum. Non quoniam temperies eſt illius actionis principium apud Ariſtut. ſed facultaris ſuſcipiendæ diſpoſitio. Adde quòd ſi temperaturā motus localis initium ſtatuis, quoniam ipſa mutata non muuetur animal, ita enim dices, ac rectius, à figura & ſitu motum cruria procedere: quoniam ſine his non mouetur crus, aut animal incedit. Colligis iam ex Gal. omnes noſtras actiones à ſimplicibus & ſimilaribus, quas diximus, partibus ortum habere, ſiue ab earundem temperamentis, licet ex eis nonnullæ non niſi in organis perficiantur, ac partibus diſſimilaribus. Ex Ariſtot. verò ſenſuum actiones, ſiue paſſiunes in ſimplicibus & ſimilaribus excetni, motiones in diſſimilaribus, omnes tamen ab anima procedere, tanquam ab agente præcipuo. Has omnes corporis partes alia diuiſione colligit Galen. lib. artis medicæ, ſic, Pars etenim omnis aut eſt præcipua, aut à præcipua orta, aut inſitam habet potentiam, ita vt neque aliarum gubernationi præſit, neque aliunde gubernetur, aut inſitam, & aliunde emanantē babet facultatem. Hac diuiſione omnia noſtri corporis membra comprehendere videtur. Præcipua namq; membra quæ inſitam habent facultatē, quam aliis trāſmittunt, nempe exortis quatuor, ſunt, cor, cerebrū, iecur & teſtes: quæ membra vitæ, ſenſua, motus, alitionis, & generationis ſunt initia. Membra à præcipois orta ſunt, arteriæ, venæ, nerui, & vaſa ſeminaria. Facultas nāq; vitalis arteriis à corde tribuitur, animalis neruis à cerebro, naturalis venis à iecore: generatiuam quoqoe vim quæ teſtibus ineſt, & ſemini tribuitur, vaſia ſeminariis impartiuntut teſtrs, etſi non adeò perfectā, vti ipſis ineſt. Membra quæ inſitā habēt facultatem, ita vt neqoe aliorū gubernatiooi præſint, neq; aliunde gubernentut, ſunt, os, cartilago, ligamentū, membrana, adenes, caro ſimplex. In qoarto genere ſunt membra, quæ inſitas habēt facultates, & aliunde manantibus egent ad ſua implēda monera, vt ſeptum tranſuerſom, & ventriculus. Nam ventriculus pręter coctionem, quam ſua facultate exequitur, appetitu eget animali, & ſeptum tranſuerſum, præter alitiooem, quam naturali altrice facultate exercet, animali eget ad motum. At verò hæc diuiſio Galen. nunquam mihi ſatis placuit, ſi aduerſus ſapientiſſimi

An actiones omnes à ſimilaribus partibus procedant.

Membrorum diuiſio quæ optima.

mi viri placita licet aliquando libere mentem aperire. non enim videtur diuidendi rationem ſeruare, incipiens à membris præcipuis, deinde in diuiſione adiungens gubernantia, aut gubernata, nempe inſitam habentia, & aliunde manantem facultatem, ac ſi non haberent præcipua inſitam & aliunde manantem facultatem, quod falſum eſt. Præterea ſecundum membrum diuiſionis cum quartò planè coincidit. Nam exorta inſitas habent naturales facultates, vt nerui, & aliunde ſuſcipiunt animalem, & vtraque tam exorta, quàm quæ in quarto genere dicta ſunt, gubernantur, ſed non gubernant. Hac tamen diuiſione ſingula membra accuratè comprehendes. Membra aut gubernant aut non: ſi gubernant, aut gubernantur aut non: ſi gubernentur atque gubernent, ſunt cor, cerebrum, iecur, teſtes. Gubernans autem membrum, quod non gubernetur, nullum eſt apud Gal. ſi verò non gubernat, rurſus bifariam fiet. Nam aut non gubernat, neque gubernatur, huiuſmodi ſunt oſſa, cartilagines, ligamenta, membranæ, caro ſimplex, adenes, adeps. Si verò non gubernent, ſed gubernentur, aut ſunt exorta à præcipuis, vt nerui à cerebro, venæ à iecore, arteriæ à corde, vaſa ſeminaria à teſtibus: aut non ſunt exorta, vt lien, renes, ventriculus, vterus, & ſeptum tranſuerſum, quæ venas, & arterias, ad ſuas actiones explendas ſuſcipiunt. Hæc de membris, & eorum generatione dicta ſufficiant.

Optima membrorum corporis diuiſio ex mente Authoris.

De temperamentis humanorum corporum, & membrorum.

Capvt IV.

AD quartum inſtitutum accedamus, ordinem noſtrum à principio propoſitum obſeruantes, in quo de temperamentis agemus. Et quamuis nobis in animo ſit, de temperamentis humani corporis agere, orationis conſequutione ad finem quoque nonnulla dicemus de rerum externarum temperaturis, tum vt euidentiora reddantur, quæ de mixturis quatuor elementorum dicentur, tum vt ex facultatibus ipſarum ſingularum mixtionum potentiæ innoteſcant. Iam ergo temperamentum, Græcis κρᾶσις, apud medicos mixturam quandam ſignificat calidi, frigidi, humidi, & ſicci, vbi talis fuerit, vt alicuius mixti formæ poſſit inſeruire. Temperamentum enim non de quauis mixtione rerum dicitur: ſed de ea, quæ fit eorum quæ inuicem agere, ac pati poſſunt, aliter enim (vt c. de elementis docuimus) nec mixtũ, nec mixtio fit, id verò quod non miſcetur alteri, non attemperatur ipſi. Loco eodem pariter aſſeruimus, elemẽta prima corporum eſſe ignem, aërem, aquã & terram: hæc enim & confundi, & agere inuicem poſſunt, vt inde mixtum fiat, & temperamentũ mixto debitum. Erit ergo temperamẽtum ex calido, frigido, humido, & ſicco, ad alicuius mixti generationẽ decens mixtura. Porrò miſcentur quatuor prima corporũ elementa pariter atque eorum qualitates. Vnde fit, vt in omni mixto duplex ſit temperamentum, alterum ex ſubſtantiis elementorum: quas & miſceri & manere in mixto oſtendimus, alterũ ex qualitatib. quæ in elementis præfuerant, & in mixtis corporibus permanent. Vtraque verò calidi, frigidi, humidi, & ſicci mixtura, aut temperamentum appellatur, quoniam quamuis caliditatem, aut albedinem, qualitatem ipſam, non corpus calidum, aut album appellemus: calidum tamen, aut album de ſubſtantiis & qualitatib. dicere Græcis mos eſt. Licet enim corpus ipſum calidum appellare, & caliditatem calidum dicunt: quamuis corpus calidum caliditatẽ non liceat nominare, ſic album, & corpus & colorem licet appellare, & colorem dicunt albedinẽ, non tamen corpus album, albedinem dicere ſolent. Quamobrem temperamentũ calidi, frigidi, humidi & ſicci, mixturam corporum, & qualitatum ſignificat: quoniam corpora & qualitates, quæ corporibus inſunt, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum nominantur. Licet id apud Latinos non ſit in vſu, apud quos non rectè dicitur caliditas calidum. Et quamuis albedo dicatur albus color, non etiam album in neutro genere; cuius generis eſt color, Græca lingua χρῶμα apud eos: tamen rectè dictum eſt à Gal. lib. 1. de Temperamentis θερμὸν, id eſt, calidũ de calore dici & de corpore calido: & λευκὸν dici de colore, & de corpore albo. De calore verò dici θερμότητα, id eſt, caliditatem, non de calido corpore, & de colore albo dici λευκότητα, id eſt, albedinem, non tamen dici de corpore albo. Quum itaque Gal. dixerit mixturam, aut temperatum, calidi, frigidi, humidi, & ſicci: quoniã hæc nomina, corpora, & qualitates ſignificant: duas temperaturas intelligemus: alteram quæ in ſubſtantiis, alteram quæ in qualitatibus conſiſtit. In humano igitur corpore, quemadmodum in omnibus aliis intelligere decet vnam temperaturam fixam, ac innatam, à prima ipſa generatione, quæ à primis elementorum corporibus cõtrahitur: quorum mixturam conſequitur, quam variari admodũ difficile eſt, etſi ætatum proceſſu caloris longa in humidũ actione, aut magno aliquo morborum incurſu, aut longa contrariorum ciborum conſuetudine, ipſam mutari contingat. Alteram etiam noſſe opus eſt, quæ in primis ipſis qualitatibus elementorum conſiſtit, quam multis cauſis variari videmus. Hæc enim non tantùm ex primis qualitatibus, quas ad mixturam elementa perduxerunt, conſtituitur: ſed & ex his, quæ cum cibis & humoribus, & ſpiritibus, & aëre ambiente, ac inſpirato in concurſum aguntur, quam etiam vel momento temporis inuariatam manere non contingit: quamuis parum, & intra ſanitatis limites varietur, & breui mutatione. Hæc tamen, vt à quãtumuis leui cauſa mutatur, ita facilè reſtituitur, & à leuiſſimis cauſis in priorem ſtatum agitur. Nam quemadmodum corpus ex moderata exercitatione calidius redditur, ita ex paulò maiori infrigidari incipit, à qua diſpoſitione leuant, aut quies, aut cibus, aut vini potus: ſic etiam, vt temperaturam innatam, quæ ex primis corporum elementis conſtituitur, mutare non eſt facile, ita neque ipſam labentem reſtituere: inde fit, vt hecticam febrem curare, aut laborioſum ſit, aut omnino impoſſibile, veluti & ſenectam, & naturalem mortẽ impedire. Quàm etiam difficile ſit imbecillam in eſſentia facultatem, quæ huius temperamenti mutationem ſequitur, reparare, omnibus eſt notum. Hanc temperaturam, quæ corporum elementorum mixtio eſt, ſubſtantia quædam ſequitur, quæ mixtis corporibus ſuperuenit, & hæc eſt in mixti forma, aut vna, aut multæ. Quæ tãdiu in materia elementorũ ſimul cum formis ipſorum continetur, quãdiu nullum elementorum tantum reliqua ſuperat, aut duo reliqua, vt longè abſit elementorũ ipſorum cõcentus, ac moderamentum, ab eo per quod generari, ac conſeruari forma ipſa mixti, & potuit, & debuit. Quãdo verò valde receſſerint, mixtio ipſa ſoluitur, ac mixti forma corrumpitur, quam ſequitur, vt elementa in proprias migrent ſedes, aut noua alia mixtura, ac mixtorum manſura

Temperamentum.

Temperamentum duplex.

Temperatura duplex.

ſequa

ſequatur,quæ alterius ſpeciei formæ ſit apta. Alteram verò temperaturam (quæ primarum qualitatum agentium,moderamen quoddam eſt)exiſtimare oportet ad formæ mixti generationem, non tamen ad permanentiam(niſi in magna quadam latitudine)eſſe neceſſariam. Hanc mixturam nulla ſequitur qualitas ab ipſis diſtincta,quam quidam falſò crediderunt ex actione, & paſſione quatuor primarum qualitatum conſurgere. Ex eis enim quidam inter iuniores philoſophantes dixerunt, primas ipſas elementorum qualitates corrumpi,atque duas generari,vnam mediam inter calorem & frigiditatem,alteram mediam inter humiditatem,& ſiccitatem,humiditate,& ſiccitate,caliditate, & frigiditate corruptis. Et has duas continere poteſtate quatuor ipſas primas qualitates. Mediam enim inter calidum & frigidũ continere poteſtate calorẽ & frigiditatem:mediam verò inter humidum & ſiccum, continere hæc poteſtate,non quidem ſummas, ſed medias,ita vt corporibus aliis moderatas qualitates,quas poteſtate continent,inferre poſſent, & ab immoderatis qualitatibus corpua tutari, & à proprio temperamento lapſum, in ipſum reſtituere. Alij verò dixerunt, temperaturam vnicam tantùm ex primarum qualitatum actione confici, ipſis corruptis,atque hanc quatuor ipſas primas qualitatea poteſtate continere,eámque poſſe medium id temperamentum in proprio & alieno corpore inducere,calida admodum corpora refrigerando, & frigida calefaciendo,ſicca humectando, & humida ſiccando. Quos omnes conſtat longiſſimè à veritate aberrare. Primò, quia dato quòd calore & frigore æquis potentiis concurrentibus,concederer aliquis ea ipſorum actione medium quoddam generari, quod vtriuſque naturam referret:vbi calidum vincat,id nulla ratione poſſet ſuaderi:nam id à frigido ſe minori vinci non poſſet, non ergo corrumpentur ambæ qualitates,ſed tamen calido vincente, vt in mixtis calidioribus,temperamentum primarum qualitatum fit,ergo id non erit quoddam genitum ab extremis qualitatibus diuerſum ipſis corruptis. Rurſus ſi ex actione caloris ignis, & frigiditatis aquæ medium generaretur,corruptis vtriſque qualitatibus,ſequitur ad inductionem formæ aquæ in ſubiecto ſic temperato, per mediam illam qualitatem,tantam frigiditatem induci debere, quantã in ſubiecto ſummè calido, quod formam aquæ deberet ſuſcipere. Probatur conſequentia:quoniam ſi ad inductionem formæ aquæ in ſubiecto deſiderantur octo portiones frigoris,corpus dictum ſic moderatum non plus habet frigoris,quàm quod eſt ſummè calidum, ergo quemadmodum in corpore ſummè calido octo frigoris portiones ſunt inducendæ ad formam aquæ,ita in corpore ſic moderato. Hoc tamen conſequens falſum eſſe docet experimentum. Facilius enim corpus ſic moderatum tranſibit in ſummam frigiditatem,& minori alteratione,quàm ſummè calidum. Præterea iſti negant primarum qualitatum contrariarum concurſum in ſubiecto vno,quod manifeſtè aduerſatur his, quæ docuimus in cap.de elementis,ex doctrina Hippocrat. & Galen. Præterea quo tempore elementa mutuo agũt, & patiuntur,vnumquodq; ſui contrarij qualitatem ſupprimit. Supprimat ergo vnum reliquum, donec ad mediam ſuam latitudinem deducatur. Tunc dicet aduerſarius, mediam illam qualitatem generati, primis & extremis corruptis. Verùm quæritur ab ipſo,quæ fuit cauſa reliquam mediam latitudinem remanentem corrumpens, aut quare corrupta eſt,aut cur ſine remiſſione & ſubitò,ſine amiſſione graduum. Non eſt quòd ſuam ipſorum ſectam poſſint defendere,ſed concedant oportet; id temperamentum ex ipſis primis elementorum qualitatibus conſtare, quæ inuicem agendo ſeipſas remiſerunt. Quòd ſi dixeris ea earum actione ſummè remiſſas fuiſſe,& tandem corruptas, & mediam illam vnam aut duas genitas,id falſum eſſe facilè conſtat. Quoniam ſi ex actione caliditatis & frigiditatis,ambæ ad ſummam remiſſionẽ & corruptionem perueniunt, qualitas media genita vnde accipiet calefaciendi & infrigidãdi potentiam?non enim ab ipſis qualitatibus, quæ ad extremam remiſſionem deductæ,nullam aut remiſſiſſimam calefaciendi aut infrigidandi potentiam habebant, neque ab ipſis corruptis,cùm iam non ſint. Præterea, ſi qualitates elementorum,ante huius qualitatis mediæ generationem corrumpi debent,omnes mediæ qualitates genitæ,eiuſdem erunt potentiæ. Nulla enim ratione,vna erit poteſtate calidior altera: nam quæ poteſtate calidior eſſe deberet, inſequeretur caloris dominiũ,in qualitatibus agentibus,quæ tamen iam corruptæ ſunt. Dices fortè ipſas poſt generationem mediæ illius manere,vt quidam,quod ſi ita eſt,ipſis manentibus illa inutilis erit. Poterit enim mixtum per primas illas ſeruari, & ſingula efficere. Lapſus tamen omnes adhuc morboſos in priſtinam ſanitatem reſtituere,ad formã ipſam mixti attinet, ſimul cum formis elementorum,quæ in mixto continentur, ac poteſtate continent quatuor ipſas primas qualitates,quibus accedunt alimenta, aër ambiens, & nonnunquam medicamenta. Adde quòd ſi ex diuerſa menſura qualitatum primarum agentium, diuerſa qualitas media generari debet,ipſis adhuc manentibus, in omni actione infinitæ tales deberent generari. Ponamus enim ex actione caloris ignis,& frigidæ aquæ, mediam qualitatem conſurgere debere: vincat autem calor ſenſim frigiditatem, in omni momento temporis, actionis diuerſa, & alia erit earum qualitatum menſura & proportio. In omnibus igitur momentis,ſiue inſtantibus,qualitas vna media generabitur,quæ menſuram illam ſequatur,& in infinitis infinitè:non enim obeſt quidpiam quominus talis qualitas media producatur. Has duas temperaturas in omnibus mixtis exiſtere non eſt dubitandum:in humano verò corpore notiſſimę ſunt. Vna enim eſt in membris ipſis,& elemẽtorum ſuorum menſuram ſequitur, quæ nullam prorſus manifeſtam efficit actionem, præterquàm in proprio ſubiecto,vt fit in his,qui ſine medici auxilio à febribus ſanantur,aut aliis morbis intemperatura. Euenit etiam,vt vi huius temperamenti actio confugiat in alienam materiam,mixtam tamen ad minimas partes: quod fit in ſuccis plantarum & fructuum, & medicamentorum, quibus mel ac ſucci miſcentur in compoſitione:nam ibidem ſubſtantiæ ad minimas partes mixtæ, efferueſcunt, & calorem nanciſcuntur actu talem, & qui nulla mutatione alia accedente,ſe & ſuam vim pandit, aliud corpus mutans,& alterans,cui miſcetur. Quod etiam in pipere,& naſturtio conſtat, quibus facultates agendi inſunt ab elementorum mixtura,& nullam extra ſe producunt actionem,quamuis calidorum elementorum manifeſtum contineant dominium, niſi in actum reducantur ab actuali calore, qualis qui in animalis corpore continetur,aut,vt dixi,facta mixtura. Quamobrem potentia talis dicitur aliqua temperies. Altera verò, quæ in primarum qualitatum concurſu conſiſtit,in non animatis corporibus adeſt,& tactu diſcernitur: in animatis verò nota admodum eſt, quæ ex omnium temperamentis concinnatur:

A primis qualitatibus nullum temperamentum aliud ab ipſis conſurgere.

Temperatura potentialis, & actu talis.

cinnatur: nempe humorum, ſpirituum, & aëris, qui inſpiratur, & tranſpirat, ac dicitur actu talis. Nec tamen putandum eſt, hanc qualitatum temperaturam ex ipſis extremis coniunctis prodire, vbi ſumma permanſerint, vt quidam putauit. Voluit enim ſummam caliditatem ignis, ſummæ frigiditati aquæ miſceri, in aquæ & ignis mixtura, ac medium non eſſe intenſione medium, ſed poteſtate medium, non inquam remitti calorem, aut frigiditatem, ſed integras qualitates miſceri, potentiam verò retinere mediam, & id eſſe aliquam temperaturam ex calore, & frigore fieri. Ad quod probandum adducit argumentum de aqua feruenti & frigida, quibus mixtis ſtatim ſentitur tepor. Verùm non eſt credendum adeò breui tempore qualitates fuiſſe remiſſas: ſed integras manere, verùm decipitur. Nam ſi quo tempore ignis aquæ miſcetur, ac confunditur in mixtione, ignis aquæ frigiditatem non remittit, aquæ forma non corrumpetur: quamuis ignis ipſam ſuperet. Rurſus ſi frigiditatem non remittit, caliditatem non introducit, numquam igitur vnum in alterum tranſibit. Rurſus ſi quum inuicem miſcentur, & debito modo applicantur ſummè calidum, & ſummè frigidum, vnum alterum non remittit, numquam ſe inuicem remittent: ſed aut numquam, aut repente, & ſine motu, vnum alterum corrumpet, quod non fit. Quòd ſi reſpondens dixerit, ignem non poſſe corrumpere aquam, vbi ea proportione miſceantur, quæ ad mixtionem ſit conueniens, contra id eſt ratio: nam ſi cum ignis aquam valde ſuperat, ignis aquam corrumpere valet, vbi parum ſuperauerit, quod fit in mixtione, ignis aquam alterabit, & calorem remittet, quamuis eum non corrumpat. Omne enim agens, quod ſuo contrario applicatur, aut id neque alterat, nec corrumpit, aut alterat & corrumpit, aut alterat, & non corrumpit: corrũpere verò, & non alterare, nõ euenit. Quod ergo altero maius eſt, non valde alterat, ſed non corrũpit ipſum. Alterare enim & corrũpere, non cõtingit in mixtione, mixtionẽ quoque ſine alteratione fieri apud Ariſt. lib. 1. de genet. & Gale. lib. de elementis, eſt impoſſibile. Quod autem adducit de aqua feruenti, & frigidiſſima mixtis, id non eſt ſimile: quia aquæ illæ non miſcentur, ſed ambæ vniuntur, cùm tamẽ vniuntur ad minutiſſimas partes cõfunduntur, in quibus qualitatum alterationẽ breuiſſimè fieri poſſe conſtat. Poſſem ſimiliter aſſerere ad certum tempus qualitates ſummas manere, verùm ob partium confuſionem, à ſenſu non diſcerni, ſed procedente tempore actione concitata vtraſque remitti, & ad medium deduci. Itaque ex elementorum mixtione tam ſubſtantiarum, quàm qualitatum ipſorum multa media conſurgere poſſunt: aut enim æquis potentiis occurrũt, & exquiſitè medium generabitur, aut non æquis, & genitũ

Temperatura media & quæ ab ea labuntur.

erit intermedium, non exquiſitè medium. Elementa verò extrema ſunt, & ob id ſimpliciter talia appellata: medium verò ex æquali ipſorum concurſu, pariter ſimpliciter mediũ erit. Extrema ſunt ignis, aër, aqua, & terra, quæ ſunt ſimpliciter, & omni dempta collatione calidum, frigidum, humidum, & ſiccum: quoniam extremè & ſummè talia ſunt. Medium verò exquiſitè ſimpliciter medium eſt, nulla facta ad aliud collatione, eſtque mediũ in vniuerſa ſubſtantia generabiliũ, & corruptibiliũ, quod etiam temperatũ ad pondus appellant: quod an ſit, & cuius temperaturæ ſit dicemus Poſſunt tamen elemẽta variis, & inæqualibus mẽſuris occurrere, atq; inde innumeræ fient tẽperaturæ, maioris, & minoris ratione diſſidentes. Nam & caloris latitudo quæ eſt inter ignem, & medium in vniuerſa ſubſtantia infinitas habet latitudines, in quarum qualibet poſſet vnum mixtum generari, cui illa temperies reſponderet. Quoniam tamen infinitorum non eſt ſcientia, has omnes temperaturas ad finitas reducemus, vt earum cognitio haberi poſſit, quæ docetur à Gal. in lib. artis medicin. Sunt autem hæ nouem genere, quæ omnes mixtorum temperaturas cõprehendũt, quarum prima dignitate, & docendi ordine temperatiſſima eſt, media in vniuerſa ſubſtantia, a qua prius inuenta, ad aliarum inuentionem procedemus. Hæc enim in vniuerſa ſubſtantia vt regula, & Polycleti ſtatua eſt habenda. Nam quemadmodum ſtatua Polycleti, vt optima ab hominibus laudatur, & ſtatuariis vt exemplar habebatur, & vbi mẽte concepta fuerit, tanto aliquam aliã perfectiorem eſſe dicimus, quanto magis ad hanc cõmenſurationẽ partium accedit: ſic mediũ in vniuerſa ſubſtantia primùm ſtatuere oportet, vt ad ipſum reſpicientes, reliquorum omnium temperaturas metiamur, ac tales eſſe iure dicere poſſimus, vniuſcuiuſq; lapſum ipſius collatione diiudicantes. Hæc talis

Temperatura nouem.

Temperatura ad pondus inuentio.

erit, inter calidum & frigidum, qualis ea quæ fiet ex mixtura aquæ feruentis & gelidæ, æquis portionibus. Tenent enim extrema ſimpliciter caloris, & frigoris, aqua feruens & gelida, ac ex earum mixtura, ſiue confuſione æquis portionibus exacte medium cõficietur, quod medium tenebit extremorum caloris & frigoris. Medium etiam inter ſiccum, & humidum ſic inueniemus, vbi pares cineris, & aquæ portiones quis miſceat, atque confundat: licet enim ad minimas partes hæc confundere, vt mixtum corpus inde reſultet, quod verè mixtum ſit, ob partium mixtionem, non enim ſola iuxta poſitio partium naturæ opus eſt, cui Deus ſummus maximus præeſt, vti in omnium rerum actionibus vt ſuprema, & infinita potentia. Id tamen quod ſic medium eſt duri & mollis, medium etiam obtinebit, niſi fortè immodicè aut frigeat aut incaleſcat, ita vt fũdatur, aut concreſcat. Si ergo quatuor ipſæ elementorum ſubſtantiæ potentiis æquatæ confundantur, actione & paſſione mediantibus, medium exquiſite & ſimpliciter tale generabitur, quod erit medium in vniuerſa rerum omnium ſubſtantia id verò cutem humani corporis temperatiſſimi, ac in ſpecie humana medij eſſe, notum euadet. Auicenna tamen, Auerroes, & eius ſequaces, impoſſibile reputant fieri, vt aliquod mixtũ ſit mediũ in vniuerſa ſubſtãtia, nedũ in humana ſpecie, aut membris humanis. Putant enim fieri non poſſe, vt ab elemẽtis potentia æquatis, aliquid conſtet, nõ enim fiet ab æqualibus actio, & ſine actione non fit mixtio. Nullum igitur fiet mixtũ, neq; aliqua temperatura, quæ mediũ obtineat extremorum, quam ipſi tenent eſſe formæ mixti inſtrumentum, quam etiam ex omni mixtione primarum qualitatum agentium conſurgere dicunt, nec ſine ipſa mixtum aliquod conſtare poſſe. Hanc itaque Auicennam, & Auerroëm negare ferunt eorumdem aſſeclæ. Galenum verò qualitatum ipſarum æqualem mixturam concedere, non addita temperatura illa, ex actione reſultante, & ea ratione Galen. & reliquos non pugnare: quoniam illi negant temperatum in vniuerſa ſubſtantia, quod ſit media qualitas, non tamen id, quod in ipſis conſiſtit qualitatibus, ſed id cum Galen. concederent. Contra quos ſupra probauimus, talem mediam temperaturam non eſſe, neque vnquam in rerum natura fuiſſe. Modò verò eorum ſectam multis modis confutabimus. Primò ſi talis media

Barbarorum opinio de medio in vniuerſa ſubſtantia.

temperatura & media qualitas, quam ferunt, æquatis qualitatibus fieri poſſe negatur: pariter negare tenentur, mixtum aliquod poſſe generari ex æquatis elementis: nam omne tale temperaturam aliquam poſſidebit, quæ aliud erit à primis qualitatibus. Non ergo ſaluant iuniores Auicenniſtæ Gale. dicentes ipſum verum dixiſſe, dati mediam temperaturam in qualitatibus primis tantùm: nam ipſe mixti temperaturam hanc ſtatuit: nempe cutis humanæ, quæ hoc tẽperamentum ſibi expoſcit. Præterea notum eſt, quòd ſi talis qualitas media generatur, id erit in inſtanti, non enim habet gradus intẽſionis: generatur ergo ab actione, quæ præceſſit vſq; ad inſtans ſuæ generationis, non ob præſentẽ, quoniam in inſtanti non fit actio. Ponamus ergo elementa inæqualia coniungi, verùm id quod minus iuuari ab extrinſeco, ita vt poſſit maius remittere, ipſum verò minus augeatur, vtrumque verò ad medium perducatur: alterum per intenſionem, alterum verò per remiſſionem, quo tempore media illa temperatura, quam dicunt, generari deberet: quoniam quamuis actio tunc non eſſet, quia æquata dicunt contraria, id tamen ad generationem prædictæ qoalitatis non eſt neceſſarium, ſed ſatis eſt ipſam præceſſiſſe, vt dixi, non enim aliter aliæ generari poſſent. Sed eorum fundamentum falſiſſimum eſt, & contra bonã philoſophiam æquatis elementis potentia, actionẽ non conſurgere & mixti, aut mediæ qualitatis generationẽ. Nam ſi talis media qualitas non conſurgit, id non eſt (vt nos diximus) quia illa omnino eſt inutilis, & nulla talis eſt in rerum natura: ſed quia vt ipſi volunt, ſine actione non generatur, & elementa æquata nõ agũt, ſed id falſum eſt. Nam inter calorem & frigiditatẽ aliquo modo diſpoſitis poſſibilis eſt reactio. Sit igitur ita, vt caliditas portionũ quinque agat corrumpendo frigiditatem trium, & repatiatur ab ipſa. Sequitur ergo, quòd caliditas porti. quinq; aget in frigiditatem quatuor portionum, & ab ipſa repatietur. Quòd agat in ipſum, nõ eſt dubiũ: quia eſt maior ipſa, quòd tamen repatiatur caliditas portionũ quinque à frigiditate portionum quatuor, conſtat: quoniam ſi caliditas quinq; portionum repatiebatur à frigiditate trium portionum, repatietur quoque ab ea quæ eſt quatuor portionum. Rurſus frigiditas quatuor portionum poteſt agere in eam caliditatem, quæ eſt quinque portionum: aget igitur in eam quæ eſt quatuor portionum. Idque manifeſtè colligitur: quoniam non tantùm inter æqualia actio, & repaſſio verſantur, ſed quod minus eſt, in maius agere nihil prohibet: probabimus enim in repaſſionibus maiora agentia à minoribus repati, & alterari: quamuis ab eiſdem nunquam funditus ſuperentur, ac ſubuertantur. His probatis, ſequitur eos malè dixiſſe ab æquis elementorũ facultatibus non prodire actionẽ, nec qoalitatis illis mediæ, quã ipſi ferunt generationem. Adde quòd hæc optima temperatura non conſtat elementis æquatis à principio generationis, ſed ab ipſo principio humidum ſuperat ſiccum, & ſenſim peruenitur ad æqualitatem in ætate adoleſcentiæ, vt dicemus. Nos verò omnimodo contendimus nullam talem eſſe temperaturam (quæ ſit qualitas à prima diſtincta) neq; vnam, neque duas. Sed tamen in humana ſpecie aſſerimus eſſe æquale medium in vniuerſa ſubſtantia, quod in primorum elemẽtorum æqua mẽſura conſiſtit, quæ ſic inuicem occurrunt, ac ſeipſa attemperant, vt nullum videatur ſuum contrarium potentia ſuperare. Quod corpus quamuis omnium membrorum temperamentis commenſuratis me-

Temperatum ad pondus expoust.

dium ſit, non in omnibus tale ſeruat medium, ſed quædam ipſorum calida admodum ſunt, quædam admodum frigida, quædam ſic etiam ſicca, aut humida. Sola tamen cutis medium id oſtendit, ex cuius tẽperatura de toto corpore pronũciare licet. Si nãque cutis corporis, vbi ſecũdum naturam valeat, temperata fuerit: manifeſtè docet totius corporis membra talem habere inter ſe proportionem, vt in omnibus computatione facta, pares elementorum portiones contineantur. Sic enim Galeni ſermo viſus eſt probare ac docere primo lib. de temperamen. non tantùm animalium, ſed & omnium aliorum mundi corporum, temperatiſſimum eſſe hominem, pariter etiam, quòd omnium ipſius partiũ interna cutis manus ob omni diſtemperie prorſus eſt immunis. Talem verò menſuram ſeruat cutis illa, quam à principio cap. de membris diximus genitam ex ſemine ad tuendum corpus à ſudore, qui iis animo ſeruatur: vbi tamẽ huic caro adgeneretur, ea enim eſt cutis, quæ Græcis δέρμα appellatur, ad cuius temperamentũ perficiendũ accedunt membrorum omnium alterationes, & ſanguinis & ſpiritus occurſus. Licet quoq; ex eius temperamento ferre temperamentum totius, maximè in regione temperata, non tamen in ea, quæ admodum calida, aut frigida eſt, neque in his qui inæqualiter ſunt temperati, vt quidam pituitam ſæpe vomẽtes, toto corpore graciles, & quidam bilẽ vomentes habitũ referentes pituitoſum. Similiter cutis media erit, vbi duritiem, aut callum non contraxerit, ſed media in mollitie ac duritie exiſtat, & quæ tangendis aliis corporibus ſit aptiſſima. Media verò in calore & frigore exiſtit: quoniam neruus quidam carne, & ſanguine plenus eſt, neruus tamen frigidus eſt, & exanguis: caro verò calida, ſanguine plena, ac perinde cutis mediũ vtriuſque tenebit, quia ex vtriſq; conſtituitur. Poſſet tamen quis obiicere corpus humanum medium in vniuerſa ſubſtantia apud Galen. non conſtare ex paribus elementorum portionibus: nam ſi leuia & grauia elementa æquis portionibus occurrunt, corpus medium eſſe debet grauitate & leuitate, inter ignem & terram, ac non eſſet ille homo adeò grauis, vt aqua, nec adeò leuis, vt aër, quod falſum eſſe conſtat. Ad quod dicemus, in corpore temperatiſſimo æquas portiones elementorum contineri, ſed tamen extrema ipſa non habent ſuarum qualitatum æquas menſuras: nam terra multò magis continet grauitatis, quàm ignis leuitatis, quamuis ignis ſit ſummè leuis, ita vt nihil ſit ipſo leuius. Facilius enim eſt prohibere, ne portio aliqua flammæ aſcendat, quàm terræ portionem ne deſcendat: quinimo ſi flammæ & aquæ ſimiles portiones in aëre poſitas velis à motu cohibere, ignis motum arcebis facilius, neq; id experiri decet, ignem in loco aliquo concludendo: quoniam tunc non tantùm leuitate, ſed raritate pugnabit. Mixtum ergo, quamuis ipſorum æquas portiones contineat, non continebit æquam leuitatem grauitati, neque eſt aliqua certa ratio leuitatis, & grauitatis in mixtis, quæ ab elementis ſumatur: nam multa ſunt valdè calida, & grauia. Non itaque putamus, in rebus grauitatem, & leuitatem ad portionem reſpondere elementorum qualitatibus, aut ſubſtantiis omnino: quod mixta corpora docent. Quemadmodum ergo diximus humanum corpus temperatiſſimum medium in vniuerſa ſubſtantia, idque in cute obſeruari, ita modo dicemus, cutem ipſam idem mediũ exactiſſimum ſeruare membrorum ſui corporis, ita vt pari menſura ſuperetur à calidis, frigidis, humidis, & ſiccis membris, quod pendet

Temperatum non eſt leuitatis & grauitatis medium.

det ex notitia, & collatione mambrorum calidorũ ad frigida, & humidorum ad ſicca. Eorundem verò
Membrorum temperamenta ordine recenſentur. membrotum temperatutas recenſeamus. Calidiſſimum omnium quæ in corpure cuntinẽtur, eſt cot, poſt ipſum verò eſt ſpiritus vitalis, & ſãguis cordis, quæ duo à corde ipſo calorẽ ſuſcipiunt: dein iccur: deinde ſanguis, qui io iecore continetur, & deinde pulmo, lien, & renes, & caro, quam ſequitur cutis. Frigidorum pituita primo luco, deinde cerebrum, deinde ſpinalis medulla. Sed hæc frigida ſunt cum humiditate. Cum ſiccitate tamen pili, deinde oſſa, deinde cartilagines, venæ, arteriæ, nerui motiui, & ſenſitiui. Seruant autem in ſiccitate hunc ordinem pili, deinde oſſa, deinde cartilagines, deinde νευροχονδρώδης σύνδεσμος, hoc eſt, cartilagineum ligamentũ: deinde tendo, deinde mẽbrana, deinde arteria, deinde vena, deinde oeruus motiuus, deinde sẽſitiuus, humiditate & ſiccitate medius, vt cutis. Humidiſſima pituita eſt, deinde adeps, deinde cerebrũ, deiode ſpinalis medulla, deinde pulmo, deiode lienis caro, deinde renum, deiude caro, & cutis. Decet autem omniũ horum cutẽ medium tenere tẽperamentum: quuniã ad tutelam corporis eſt inſtituta.
Cutis, & tactus quare media. Tutari autem cotpus non alitet poteſt, niſi vbi externorum alterantiũ occurſus perſenſerit, at quod maximè temperatum eſt, ei muneri eſt aptiſſimum. Quod probare facile eſt: nam ſenſus à ſenſilibus qualitatibus extremis priuatum eſſe debet, vt ipſarum exuperantias ſentiat, & temperatiſſimum maximè liberum eſt ab omni qualitate, ergo talem eſſe cutem decet. Temperatiſſimum verò maximè nudum eſſe omni qualitate extrema ſatis conſtat. Quoniam temperatiſſimum corpus admodum diſtat ab extremo calore, & extremo frigore, extremis quoqoe ſiccitate & humiditate. Quòd autem ſenſuum organa nuda eſſe deceat à ſenſilibus qualitatibus, docent oculi omni colore priuati, & lingua omni ſapore. Omnia nãque amara iudicat is, cuius lingua amaro humore eſt imbuta: & vbi duo comederiot allia, nullus eorum deprehendet alterum. At quoniã tactum ſine primis qualitatibus alterantibus exiſtere non fuit poſſibile: nam in neruo conſiſtit, qui & mixtum eſt, & ex elementis conſtitutum, id quod melius erat, tactus functiooi parauit natura, id autẽ eſt, vt eius organum, quàm maximè fieri potuit, ab extremis qualitatibus liberũ redderet, vt eas optimè perſentiret, tanquã aduerſas & à natura, & tẽperamento tactus valde alienas. Medias autem qualitates, vt minimè alterantes, ac nullatenus tactum, aut corpus ipſum corrumpentes, nec ſentire potuit, aut obſcurè, neq; eas ſentire fuit neceſſarium. Talem etiam temperaturam neruus mollis aſſequitur, cùm ei occurrit ſanguis ſuo calore, quoniam is tactus inſtrumentum eſt, & extremorum exceſſus diſtinguere debet. Id medium exquiſitè in vniuerſa ſubſtantia, imaginatione potius, quàm re, conſiſtere teſtatur Gal. primo de Sanitate
Temperatum vniuerſa ſubſtantia, & temperatum ad iuſtitiam. tueoda, & nos cauſam dicemus. Sed tamen eſt aliud æquale ad iuſtitiam in humana ſpecie, quemadmodum & in omnibus aliis, & generibus & ſpeciebus, ob id tale dictum: quoniam functionibus excercendis eſt maximè comparatum, quod non exquiſitè medium eſt, neque ſola imaginatione conſtat, ſed & verè exiſtit, & in latitudine quadam ab æquali ad pondus inſenſibili lapſu varians, ad calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum. Cæterùm quoniam in functionum perfectione, à nemine ſuperatur quod ſentiri poſſit, omne quod intra hanc latitudinem continetur, æquale dicitur ad iuſtitiam ab æquali medio in vniuerſa ſubſtantia parum diſtans, id quoque intra ſuus limites latiores comprehendens, appellatur id à Gal. εὔκρατον, li. 1. de Temperamentis: qui tamen id ſic appellandum eſſe negat, ad memoriam reducat oportet, in communi hominũ vſu eſſe, eucraton appellare omne id quod tale ſenſu indicatur, & quod ab eo, quod exactiſſimè tale eſt, inſenſibili lapſu labitur, mirari namque ſubit eorum, qui εὐκρασίαν ſine latitudine conſiſtere volunt, cùm hæc ſi cui vnquam contingat, ne momento quidem temporis duret. Sed & cibis, & potionibus, ſomnis, vigiliis, quietibus, motibus, iracundiis, ac quibuſuis leuiſſimis cauſis mutetur. Corporis tamen ad iuſtitiam temperati notas, vbi quis habere voluerit, à Galeno accipiet ex libro primo de Sanitate tuen. ex temperamenti mediocritate, optima magnitudine, & figura, ad functiones obeundas, tum etiam numerum, & habitum medium inter pingue, & macilentum, medium mollis & duri, hirſuti & glabri. Tale temperamentum in omnibus ſpeciebus, & generibus inuenitur, in quibus medium etiam continetur, licet non ſit exquiſitè medium, ſed illius, aut ſpeciei, aut generis functionibus maximè opportunum. Medium id in humana ſpecie proximum eſt temperato, quod eſt in vniuerſa ſubſtantia medium, in aliis tamen ſpeciebus animalium multum diſtat, quatenus & tota ſpecies ab ipſo in alterum extremorum inclinat. Decuit tamen hominem id medium tenere, quoniam eius tactus perfectiſſimus eſt, & in optimo temperamento nobiliſſimam animam reſidere decebat. De hoc temperamento ad iuſtitiam ſolent à medicis quæſtiones variè agitari. An id ſit medium exquiſitum totius latitudinis humanæ temperaturæ, & an cauſis alterantibus maximè omnium obſiſtat, & an longiori vita fruatur An tamen tale corpus perfectiſſimas edat actiones, loco ſuo dicemus, prius enim de facultatibus agendum eſt. Ad quæ ordine reſpondebimus. Ad primum quidam dixerunt, medium id quod etiam iuxta æquale in vniuerſa ſub- *Temperatum ad iuſtitiam an ſit extremorum medium.*
ſtantia conſtitutum eſſe diximus, magis diſtare ab extremo caloris, quoniam vbi id labatur, ad vtrumque extremorum, maiorem lapſum ad calorem, & maiorem gradum caloris poterit tolerare, quàm frigiditas, vbi ad frigidum labatur. Quoniam calor ipſe magis naturæ conuenit, quàm frigiditas, omnes enim ſecundum naturam functiones calore exercentur: frigiditas verò naturæ aduerſa eſt, & ad actiones inutilis. Idem etiam de lapſu ad humiditatem ferunt, quoniam & ipſa ſiccitate commodior corpori humano exiſtit. Quidam verò dixerunt in contrarietate, quæ eſt in calore & frigiditate, maiorem eſſe frigiditatis latitudinem, & extremum frigidum longius à temperamento optimo diſtare, quàm calidum. Quoniam calor validiſſimè agit, & celerius, quàm frigiditas alterat, & mortem infert, frigiditas verò ſegnis eſt, & tardam efficit actionem, ac perinde humana natura multam frigiditatem, non tamen multum calorem fert. Quidam dixerunt de latitudine ſanitatis aliud iudicium eſſe ferendum, quàm de latitudine vitæ. Interim namque dum calor & frigiditas intra limites ſanitatis ſunt, maiorem caloris gradum tolerat homo, aut eius ſanitas, quia magis ſanitati conuenit calor quàm frigid. Cum tamen vtraque qualitas ſanitatis limites exceſſerit, celerius mortem infert calor, quàm frigiditas. Itaque ſanitatis limites in caloris intentione ſunt latiores quàm frigid. Vitæ verò limites, aut extremum verſus calorem, cum quo ho-

mo viuere poteſt, ptoplus temperatiſſimo iacet, quàm extremum per frigidiratis exceſſum. Nos pariter cum Galeno de temperamentis libro primo tenemus, temperatiſſimum corpos medium tenere totius latitudinis, eius generis, aut ſpeciei, in quo temperatiſſimus haberut, ſic enim inquit: Quæ enim in quoque genere, aut ſpecie media ſunt, commenſutata exiſtunt: æqoaliter namque diſtant ab extremis illius generis, aut ſperici. Quod tamen ferunt caliditatem magis amicam, frigiditatem magis aduerſam, vanum omnino eſt. Nam quemadmodum caliditas actionibus magis eſt accommodata, dum temperata eſt, ita modum excedens peſſima, & quæ hominem celerrimè diſſoluit. Adde quod quamuis ad actiones omnes calor ſeruiat, vt inſtrumentum: ad permanentiam tamen animæ in corpore, non minus agit frigiditas quàm caliditas, & elementa ſtigida, quàm calida, omnia enim ſuis menſuris formam adducunt, & adductam conſeruaot, & retinent. Aliud tamen ferendum eſt de latitudine vitæ, & latitudine ſanitatis: vitæ enim terminus ſummam læſionem actiooum ſequitur: læſio verò atque imperfectio actionum à calore & frigiditate præter natutam proueniunt: quæ duo pariter actiones lædere poſſunt, & æquis latitudinibus ſummè lædere & imperficere potuerunt, & mortem inferre. Limites tamen ſanitatis ampliores ſunt verſus calorem, & humiditatem: quoniam quamuis imperficere omnes excedentes qualitates æquè poſſint (frigiditas impediendo, & caliditas non perficiendo, vt ſolebat, & impediendo) ad perficiendas tamen ipſas actiones intra limites ſanitatis calor, & humiditas præſtantiores ſunt frigiditate, & ſiccitate. Vita enim calido, & humido conſtat. Quooiam igitur vitæ terminus ſequitur magnitudioem imperfectionis, & calor ac frigiditas æqualiter imperficiunt limites vitæ in calore & frigiditate, ab optimo temperamento æqualiter diſtant. Cùm tamen ſanitas conſiſtat in perfectione actiooum, & à calore magis perficiantur, fit vt terminus ſanitatis ad calorem ſit amplior.

Corpus temperatiſſimum an magis aliis cauſis morboſis reſiſtat.

Demum verò cum calor priuatiuè non perficiat, & poſitiuè imperficiat, reliquam latitudinem vitæ habet breuiorem, & inde ambo extrema æqua diſtantia manent ab æquali. Secundum inſtitutum fuit, An corpus humanum temperatiſſimum, maximè omnium obſiſtat cauſis alterantibus, ad quam quæſtionem iuniores medici diuerſo modo reſponderunt: quidam enim dixerunt corpus temperatum maximè obſiſtere cauſis alterantibus, omnibos coniunctim, ita vt numeros cauſarum, quibus temperatum reſiſtere poteſt, maior ſit numero cauſarum, quibus diſtemperatum reſiſtit. Nam temperatum reſiſtit calidis & frigidis, diſtemperatum tamen, tantùm contrariis, à reliquis verò facilè patitur. Vt calidum reſiſtit frigidis, à calidis tamen facilè patitur, & frigidum reſiſtit calidis, patitur tamen à frigidis, temperatum tamen à neutris facilè patitur. Verumtamen aduerſos eos ſequitur, temperatum magis omnibos pati: quoniam calidum à ſolis calidis, frigidum à ſolis frigidis, temperatum verò ab omnibus patietur. Alij dixerunt corpora temperatiſſima maximè reſiſtere caoſis alterantibus, vbi æqua proportione ipſis & aliis occurrant, gratia exempli, corpus temperatum eſt caloris quatuor portionum, corpus diſtemperatum eſt caloris quinque portionom, ſi temperato occurrat cauſa quinque portionum caloris, magis ei reſiſtet, ac minus ab ipſa alterabitur, qoàm calidom corpus quinque oumeris, vbi ei occurrat caoſa calefaciens talem habens proportionem ad quinque, qoalem quioque ad quatuor. Ratio eſt, inquiunt: quoniam quamuis ex menſuſa qnalitatum æqua ſit proportio, & agendi ratio, facultas tamen temperati quæ ad reſiſtendum coadiuuat, pugnat, ac reſiſtit magis, quàm facultas diſtemperati corporis, & inde minos alteratur corpus temperatum. Verùm horum opinio falſa eſt: ignorare enim videntur facoltatis ipſius eſſentiam, quæ in qualitate temperamenti conſiſtit. Quæ igitot alterius actioni obſiſtit, id qualitate ſui temperamenti conatur, non alio quopiam, id quoque ſuprà probauimus non eſſe aliud ab elementorum menſura, & à menſura ſuarum qualitatom, per quæ reſiſtit. Quòd ſi in menſura temperatiſſimi multus eſt calor, multo calore reſiſtit, quòd ſi paucus, paueo. Vnde fiet, vt facultas nihil agat (vt ipſi putarunt) præter id quod agit qualitatum menſura, io qua temperies conſiſtit ac facultas agendi. Quod tamen verum eſſe putamus, id impræſentiarum referemos, & id ad Galen. mentem dictum oſtendemos:

Temperatum cauſis magis aliis obſtat.

Corpus temperatiſſimum magis omnibus aliis obſiſtit cauſis morbum inducentibus, hoc eſt difficilius à morboſis cauſis vexatur, & à morbis ipſis corripitor, quocunque diſtemperato corpore. Rurſus temperatiſſimum corpus in reſiſteotia cauſis morbum inducentibus, ab omnibus aliis aliqua ratione ſuperatur. Primom verum eſt, ipſum à morbis difficilius corripi, quàm diſtemperata corpora, vt Galeo. docet libro artis med. capite octauo, vbi diſtinxit temperatiſſima corpora ab his, quæ ab optimo temperamento labuntur, non tamen patiuntur offenſam quæ ſentiri poſſit, dicens: Diſtinguuntur verò ex eo quod magis, minúſue io operationibus exiſtit, ac quia cauſis, quæ ægritudinem patiunt, non æquè reſiſtuot. Ecce vbi vult diſtemperata adhuc inſenſibili lapſu, non æquè temperatis reſiſtere. Et lib. de Optimo corpor. ſtatu, non tantùm aſſerit, ſed ratione probat, corpos temperatiſſimum difficilè incidere in morbos, ſiue ipſi ab interna, ſiue ab externa cauſa ortum habeant. Nam cauſa externa difficilè morbum infert, vbi in corpore optimum adfuerit temperamentum. Id enim longè diſtat ab omni diſtemperamento morbum inducente. Proderit quoque ad eas alterationes vitandas functionum bonitas: cuius gratia morbificas cauſas facilè tolerat. Ab intrinſecis verò alterationibus difficilè quoqoe patitur temperatiſſimum corpus. Nam in ipſo, neque plethora, neque cacochymia aceruatur, & naturales functiones quàm in aliis ſunt meliores, & excrementorum vehementior expulſio. Quod ſi in corpore manſerint, diutius ſine offeoſa ipſa feret. Noo autem volomos alia corpora propenſiora ad omnes morbos, ſed diſtemperata corpora in aliquem morbum facilius incideſe, quàm temperata in illum, aut alium. Hic eſt ſenſus præfatæ ſententiæ. Nam in morbos calidos corpus calidum facilius incidit, quàm temperatiſſimum in calidos aut frigidos morbos: & frigidum facilius incidit in morbos frigidos, quàm temperatiſſimom in frigidos, aut calidos morbos. Nam corpus calidom à leuiſſima cauſa incaleſcens ægrotabit, vbi temperatum à leui cauſa, neque in calidum, neqoe in frigidom incidet morbom. Similiter cum corpus temperamentum medium ſit mollis & duri, à cauſis internis durum faciliùs patietur diſtemperiem, quàm temperatum ab inter-

nis,

nis,aut externis mutetur, quoniam omnibus modicè obſiſtit, & corpus molle ab externis facilè patietur,& facilius quàm temperatum ab ipſis, vel ab internis. Quum ergo ita ſit diſtemperatum omne temperato faciliùs ægrotare, rectè dicetur temperatum cauſis morboſis magis obſiſtere, id eſt, minus promptè in morbum incidere. Quamuis verum quoque ſit, quod ſecundo loco diximus, temperatum corpus à diſtemperatis, in reſiſtentia cauſis morbum inducentibus, aliqua ratione ſuperari. Quod fit: quoniam corpora calida morbis frigidis minus parata ſunt temperatis, & corpora frigida minus parata ſunt morbis calidis, ac difficilius in eos incidunt, quàm temperata. Siquidem longe admodum à morbis & lapſibus calidis diſtant. Hanc ſecundam noſtræ aſſertionis partem Galen. ipſe ſcripſerat lib. de Optimo corporis ſtatu, dicẽs: Quapropter quod antea diximus, non omnium reſiſtit maximè vitiis medium, ſed ſingulis vna aliqua re inferius: omnium autem maximè eligendum. Quo in loco præter id quod meam ſententiam approbat, primum quod diximus interpretatur, & exponit. Nam ſupra eodem libro dixerat, quod adduximus, temperatum magis aliis morboſis cauſis obſiſtere, nunc tamen exponit idem dicens. Quapropter id quod antea diximus, non omnium reſiſtit maximè vitiis medium, de morbi intemperatura eſt intelligenda ſententia. Tertium quod dicendum propoſuimus eſt, an corpus id temperatiſſimum ſit omnibus aliis vitæ longioris. In hac quæſtione, vt breui referam, diuerſa ſenſerunt iuniores medici: quidam enim dixerunt temperatiſſima corpora longiſſimæ vitæ eſſe, multis cauſis. Prima, quoniam ea minimè parata ſunt ad morbos, & quæ minus morbis corripiuntur, diutius viuunt. Secunda, quoniam corpora optimè temperata facilius ſeruantur in propria temperatura, ac per omnes ætates talia permanent. Tertia, quoniam licet corpora calida, & humida abundantia habeant vitæ principia, vita tamen non ſeruatur abundantia principiorum, ſed ipſorum commenſuratione. Talis autem in optimè temperatis optima eſt, in aliis verò minimè: nam calido & humido abundantibus, functiones non adeò probè fiunt. Alij dixerunt corpora calida & humida eſſe vitæ longioris, hac potiſſimùm ratione moti, quòd vita calore, & humiditate conſiſtit, vt Ariſtotel. dixit libro de Longitudine & breuitate vitæ: & caloris, & humiditatis maior copia eſt in calidis, & humidis, quàm in temperatiſſimis, ergo calida & humida ſunt longioris vitæ. Ad quod accedit quod Galen. libro ſexto de Sanit. tuen. dixit: Quippe ſi fieri poſſet, vt temperamentum corporis perpetuò humidũ ſeruaretur, vetus ſophiſtæ (cuius inter initia operis memini) ſermo eſſet, qui ſibi auſcultantem promiſit immortalem fore. Sed quoniam naturæ progreſſum, qui eſt ad ſiccitatem, effugere corpori non licet, vt antea docuimus, idcirco ſeneſcere nobis, corrumpique neceſſe eſt: erit tamen id maximè diuturnum, quod fuerit minimè ſiccatum. Et rurſus infrà: Qui maximè ſunt humidi, hi maximè ſunt longæui. Similiter idem probatur: nam ſi mors naturalis conſumptione innati humidi euenit, vt notum eſt, & humidum innatum copioſius in calidis, & humidis corporibus eſt, id tardius abſumetur, vitaque diutius protogabitur. Quòd ſi quis talem obiecerit rationem: quemadmodum ſe habet multum calidum ad multum humidum, ita temperatum ad temperatum: ergo vt multum calidum tardè abſumit multum humidum, ita modicè calidum, moderatum humidum, dicemus non eſſe parem rationem: nam quamuis parem haberent proportionem, calidum tamen abundans pariter abundè humidum reficeret, & abundantius quàm moderatum: quo dato poſſet ſuum humidum diutius ſeruare. Sed tamen neque eadem eſt proportio caloris multi, ad multum humidum, & moderati caloris ad moderatum humidum. Nam quæ conſiſtunt in aliqua proportione, & diſparia ſunt: ſi pari menſura augeantur, proportionem minuunt, & ſi ita fieret, vt ſimilem haberent proportionem, ac ſimili celeritate humidum amborum abſumeretur, temperatura optima citius deueniret ad eam ſiccitatem, quæ calorem ſeruare non poſſet. In hoc dubio per calidam & humidam temperaturam non decet intelligere eam quæ multum habet caloris innati: nam quãuis innatum calidum ſit quoddam calidum vaporoſum & humidum, nõ dicemus corpus calidum & humidum, quod multum eius continet, ſed temperatum. Calidum nãque innatum temperatum eſt, vt inquit Galen. 1. ſectione Aphoriſ. comment. 14. & lib. 3. de Cauſis pulſuum, c. de mutationibus pulſuum, pro temporibus anni. Calida ergo & humida temperatura lapſum ſignificat à temperamento per calorem & humiditatem. De quo modò dicemus, ipſum eſſe ad longiorem vitæ conſeruationem, temperamentum verò optimum eſſe, vt Galen. dixit, eligibilius. Ratio eſt, quoniam temperamentum optimum tutius eſt à morborum incurſibus, ob cauſas in præcedenti dubio ſcriptas: corpus autem, quod minimè omnium ægrotat, ſecurius ad vitæ finem perueniet, quàm corpus calore & humiditate abundans, quod propenſum eſt valde ad morbos qui ex putredine fiunt, & excrementorũ redundantia. Cæterùm cùm ad iuuentutem peruẽtum fuerit, & à periculis liberũ corpus euaſerit, ita vt vi alicuius morbi non intereat, vbi temperatiſſimum corpus & calidum & humidum, naturali morte finem ſint habitura, calidi, & humidi vita diutius protogabitur. Nam calida, & humida temperatura tardius ſeneſcet: & quoniam tardius ad frigidam & ſiccam temperaturam perducetur, in qua ſenectus conſiſtit, tardius quoque ad extremam perueniet ſiccitatem, quam mors naturalis ſequitur. Quibus atteſtatur, quod cũ ætates omnes ſiccitate diſtinguantur, temperatura humida, & calida tardius exſiccabitur, & tardius ſingulas ętates tranſgredietur. Hæc docet in sũma Gal. lib. 7. de Sani. tuen. parte citata. Quãuis ergo calida, & humida temperatura longioris vitæ ſit, ipſa nec ſalubrior, nec eligibilior eſt temperatiſſima: nam pauciſſimi ſunt, qui morte naturali moriantur: ex morbo verò ferè omnes intereunt: ad morbum tamen diſtemperata corpora ſunt paratiora. Ad rationes verò primæ opinionis facilè reſpõdebit, qui intellexerit, temperaturam optimam tutius per ætates omnes degere, & minimè omnium mori morte ex accidenti. Calidam tamen & humidam morte naturali, tardius deficere, magis ergo reſiſtere, & magis poſſe ſeruari temperaturam optimam: cauſæ ſunt, vt minus à morbis corripiatur, & minimè deficiat ob cauſam accidentalem. Habere tamen abundãtem cum calore humiditatẽ cauſa eſt, vt mors naturalis tardius adueniat. Hoc temperamentũ optimum (quamuis in medio cõſtitutum, & regula aliorum inueniendorum ſit) antiqui medici, vt Galenus narrat, prætermiſerunt. Quorum quidam duas tantum ſcripſerunt temperaturas, calidam videlicet & ſiccam,

Temperatura vita longioris.

Temperamentum optimũ antiqui prætermiſerunt.

ſiccam, frigidam, & humidã: fieri non poſſe putantes, vt calida temperatura ſit, quin ſiccitatem excedentem habeat coniunctam aut frigidam, quæ non ſibi adiungat humidam. Alij verò dixerunt temperaturas eſſe quatuor, calidam & humidam, calidam & ſiccam, frigidam & humidam, frigidam & ſiccã. Sed hi fuerunt bipartiti: nam quidam non tantum calidam & humidam temperaturam in rerum natura exiſtere dixerunt, ſed calorem non poſſe exſiccare. Nam ſi agens calidum humidum fuerit, non tantùm calefacere, ſed humectare poterit, & calidum ſiccu coniunctum, ſi exſiccat, non ob calorem, ſed ob ſiccitatem id facit. Alij tamen eſſe quatuor tẽperaturas, ac calorẽ poſſe ſiccare concedunt: nam calida & humida temperatura tandẽ actione caloris exſiccantis tranſit in calidam & ſiccã: quinimo & in frigidã & ſiccã. Verùm hi omnes maximè reprehendẽdi ſunt, quòd tẽperaturam omnium optimam prætermiſerunt, ac ſimplices intemperantias. De optima ſatis ſupérque dictum eſt: cã nãque in rerum natura conſtare probauimus. Reliquæ verò intemperantiæ octo ſunt, & in ſumma omnes nouem: vna temperatura exquiſitè, octo intemperatæ, quatuor ſimplices, quatuor compoſitæ. Simplices ſunt calida, quæ in humiditate & ſiccitate media eſt: frigida in humiditate & ſiccitate media: ſicca media in calore & frigore: humida ſimiliter in calore & frigore media. Quæ quatuor tẽperatæ in vna cõtrarietate patiũtur lapſum, & in alia mediocritatẽ ſeruãt. Aliæ quatuor in duabus cõtrarietatibus mediocritatem excedunt, hæ ſunt calida & humida, calida & ſicca, frigida & humida, frigida & ſicca. Quatuor compoſitæ diſtemperantiæ ſimpliciter tales ſunt Quatuor verò ſimplices ex medio tales: partim nãque temperatæ, partim intemperatæ ſunt, quas negabant præfati medici, putantes ſingulas diſtemperantias qualitatum actiuarum adducere ſtatim diſtemperantias in paſſiuis. Quorum opinionem falſam eſſe dixit Galen. lib. 6. de ſanitate tuenda Quos tamen Auerroes eſt ſequutus. Verumtamen libr. 1. de temperamentis Gale. adeò valida ratione vtitur aduerſus eos, vt nulla alia ſit opus ad veritatem firmandam, & eorum ſectam ſubuertendam. Calida enim temperatura non omnino ſicca eſt, ſed poteſt eſſe humida, quod ipſi cõcedunt. Nam aliquam dicũt eſſe calidam, & ſiccã, & aliquam calidam, & humidam. Quòd ſi calor immoderatus nõ pugnat ſiccitati, nec humiditati, non pugnabit medio inter vtramque qualitatem, atque id lapſum erit ſimplici intemperantia ad calorem. Idem de frigida intemperie concedunt poſſe eum humiditate, & cum ſiccitate excedenti reperiri, poterit ergo cum medio ambarum exiſtere. De humiditate pariter eadem eſt probandi via nam humiditas nõ omnino habet calorem coniunctum, ſed poteſt cum calore, & cum frigore excedenti reperiri. poterit ergo & cum medio caloris & frigoris. Idẽ quoque de ſiccitate. Vnde fit, vt quatuor ſint intemperantiæ ſimplices, ac quatuor compoſitæ. Præterea in mixtorum generatione, elementa æquis menſuris conuenire poſſunt, vt fit in generatione medij, in vniuerſa ſubſtãtia, aut in æquis menſuris: ſed ipſis cõuenientibus euenit, vt inæqualitates ſint octo, ergo omnes intemperantiæ tot erunt. Nam aut vincet ſolum vnum elemẽtum, & id calidum, frigidum, humidum aut ſiccum, & hę ſunt quatuor intemperantiæ: aut vincunt duo, aut calidum & humidum, calidum & ſiccum, aut frigidum & humidum, aut frigidũ & ſiccũ, erũtque aliæ quatuor. Vincere tamen tria elementa non poſſunt, quoniam duobus vincentibus neceſſum eſt alia duo

Intemperies ſimplex probatur.

eſſe victa. Præterea ſit calida, & ſicca temperatura, quam medicus in humidam permutet, manẽte ipſa calida, quo dato aliquando perueniet ad temperamentum in humiditate, & ſiccitate, manẽte calore, quæ ſimplex intẽperies eſt. Quòd ſi aduerſarius dixerit, ibidem intemperiem ſicci & humidi non permanſuram, aut calorem ipſam mutaturum ſiccãdo, nihil refert: nam vt humida facta poſſet talis arte ſeruari multis diebus, ita temperata in ſicco, & humido. Calorem verò non intelligimus adeò vehementem, vt humidum celeriter diſſipet, ſed eum qui reficere quoque poſſit, & humidum ſeruare, ea mẽſura qua temperatum dici poſſit. Nam vt diximus, omne tale temperamentum latitudinem habet intra quam tale dicitur, in huiuſmodi intemperantiis omnibus denominatio à vincente ſumitur qualitate, quemadmodum & mixtum omne tale denominatur, non ſimpliciter, ſed ad aliquid. Quod enim ſimpliciter tale eſt, id ſummè tale eſt, vt ipſa prima mundi elementa. Cùm enim dicimus ignem calidũ, ſimpliciter calidum dicimus, & aquã cùm dicimus frigidam, ſimpliciter frigidam, & ſummè frigidam dicimus, vt terram ſiccam & aërem humidum, ita vt quod exquiſitè ipſorum medium eſt vt ſuprà, ſimpliciter mediũ & ſine collatione tale dicatur, quoniam medium eſt exquiſitè eorum quæ exquiſitè talia & in extremo talia ſunt. Cùm tamẽ animalis aut plantæ, aut metalli temperiem calidam dicimus, aut animal, plantam, metallum, calidum non ſimpliciter, ſed collatione ad aliud. Verùm id multis modis, vel facta ad medium in vniuerſa ſubſtantia collatione, quod per exuperantiã tale, & abſolutè tale licet appellare. Aut ad medium ſui generis, aut ſpeciei, aut ad aliud indiuiduum quoduis obuium. Tale ſimpliciter eſt elementum quodcunque: calidum verò per exceſſum ad medium in vniuerſa ſubſtantia, leo, calidum collatum ad medium generis, aut ſpeciei, vt homo, aut leo, quia medio ſuæ ſpeciei labitur ad calidum, aut ſignata formica, quæ quãuis à medio in vniuerſa ſubſtãtia ad frigidũ labatur, in ſua ſpecie calida eſt, id eſt, à medio ſuæ ſpeciei ad calidum labitur. Calidum verò collatione ad quoduis ſuæ ſpeciei, vt Plato, qui quãuis frigidus natura ſit, calidior eſt Demoſthene. Quod tamen in humana ſpecie tale eſt, à medio ſuæ ſpeciei, & medio in vniuerſa ſubſtantia ad id labitur, quoniam idem eſt, humanæ ſpeciei medium, & in vniuerſa ſubſtãtia medium. Diximus in omnibus ſpeciebus, aut generibus aliquod vnum medium eſſe, cuius collatione ſingula illius generis, aut ſpeciei denominãtur talia. Verùm cùm temperaturæ omnes per ætates variationem admittant, ſequitur vt temperatus puer non ſit eiuſdem omnino tẽperaturæ, cuius eſt tẽperatus adoleſcẽs, aut ſenex, neq; tẽperatiſſimus, ac medius in vniuerſa ſubſtãtia in omni ætate citra diſtinctionem exiſtat. Vt ergo temperatiſſimũ ſuo loco ſtatuamus, ætates primum diſtinguemus eo modo quo latè diſtinximus lib. 1. Pro. in expoſitione 19. ætates quinque latitudinibus manifeſtè diſtinguuntur, ſuis nominibus inſignitæ. Hæ ſunt, Pueritia, pubertas, adoleſcentia, iuuentus, ſenectus. Prima ætas pueritia eſt, diuiſa in eam, quæ eſt ante dentitionem, & eam qua dentes edunt, & eam quæ eſt inter dentatos, & pubertati proximos, & eã quæ eſt pubertati proxima. Hæc ad duodecimum & decimumtertium annum extẽditur. hos Græci παῖδας appellant, hoc eſt pueros. Hanc ſequitur pubertas, quam ἥβην vocant, hæc propriè dicta ad annum extenditur 18. quam ſequitur μειρακίων ἡλικία, hoc eſt adoleſcentia, vſque in vigeſimumquintum annum.

Tale ad aliud.

Aetatum generalis diuiſio.

Hanc

Hanc ſequitur iuuentus, quæ ætas νεαζόντων appellatur, & ἀκμὴ, id eſt, vigor. Hæc à vigeſimoquinto in trigeſimumquintum annum extenditur. Sequitur inde ſenectus, quæ in tres ætates diuiſa eſt: quarum prima eſt ὠμογερόντων, id eſt, crudorum ſenũ, qui καθεστηκότες, à nobis ſubſiſtentes appellantur, à trigeſimoquinto in quadrageſimumnonum annum. Hi enim in ſenum numero reputantur, vt latè in expoſitionibus Prognoſticorũ parte citata probauimus. Secunda ſenectæ pars, quæ etiam propriè ſenectus appellatur, à quinquageſimo in ſexageſimum annũ procedit, poſt quam ad finem vſque decrepita ſequitur. Hanc ætatum diuiſionem optimam eſſe, & ad Gale. mentem exiſtimamus, ac perinde in expoſitionibus libri Prog. eandem ſcripſimus. Cæterùm tanta eſt medicorum noſtræ ætatis philautia, tanta iactantia, vt ea tantùm quæ aſſequantur, laudent: reliqua verò, tum ob ignorantiam, tum ob malitiam, modis omnibus obſcurare conentur. Audio enim quoſdam temerè damnantes quæ de ſubſiſtentibus à nobis dicta ſunt: nempe, ſubſiſtentes eſſe appellandos, & eoſdem eſſe cum crudis ſenibus. Quamobrem operæpretium mihi videtur, hoc in loco rurſus eamdem tueri, & confirmare. Diximus lib. 1. Progn. in expoſitione 29. eam ætatem, quam Hippoc. 1. ſect. Aphoriſ. 13. appellauit καθεστηκότων, non eſſe appellandam conſtantem, aut conſiſtentem, aut conſtitutam, ſed ſubſiſtentem. Quod quàm verum ſit, hinc conſtat: qui enim conſtant non minuunt, aut vires, aut corpus, aut calorem, aut id quo conſtare dicuntur, ſed καθεστηκότες tendunt in diminutionem: non igitur conſtant, aut conſiſtunt: id itaque nobis probandum relinquitur, καθεστηκότας quadantenus declinare & diminui, & verbum καθίστημι, à quo procedit, ſubſiſtere ſignificare apud Hippocr. & Galenum. Hippocr. quidem Progno. 27. lib. 1. inquit: Si autem febris perſeuerans vigeſimum diẽ tranſgrediatur, & œdema μὴ καθιστάμενον, hoc eſt, non ſubſiſtat, in ſuppurationem vertetur. Notum autem eſt, Hipp. non dixiſſe eos tumores verti in ſuppurationem, qui non conſiſtunt: potius enim ſuppurantur qui conſiſtunt, & magnitudinem ſeruant, quàm qui non conſiſtunt, illi tamen verè ſuppurantur, qui non ſubſiſtunt: quoniam ſubſiſtentes, & diminuti non ſuppurantur, ſed euaneſcunt, & curantur. Quapropter probè admodum Galen. in eius Prognoſt. comment. noſtram confirmauit ſententiam: dicens, omnes præter naturam tumores diſcuſſis humoribus facientibus ipſos, curantur, & καθίστανται, id eſt, ſubſiſtunt. Neminem verò exiſtimo adeò ſocordem, vt putet Galen. voluiſſe diſcuſſis humoribus, tumorem curari, & conſiſtere. verbum igitur καθίστασθαι, ſubſiſtere ſignificat in hoc loco. Eadem voce, atque in eadem ſignificatione vſus eſt Hippoc. lib. citato Prognoſt. 31. Rurſus lib. 2. de Arte curatina, ad Glauconem, cap. de œdemate Galen. inquit: Nempe frictio ſola cum oxyrrhodino, & nonnunquam cum ſale atque oleo paſſionem καθίστησι, hoc eſt, ſubſiſtere fecit. At verò id remedium non ſolet efficere paſſionem conſiſtere & permanere, ſed ſubſiſtere & aboleri, id volente Galeno, & atteſtante experimento quotidiano. Præterea Galenus libro primo Aphoriſmorum comment. 13. exponens vocem καθεστηκότες, qua vſus eſt Hippocrat. inquit: καθεστηκότας verò appellat eos videlicet, qui mediam ætatem habent vigoris & ſenectutis, medij tamen, neque in vigore ſunt, neque in ſenectute. Qui verò non vigent, iam non conſtant, ſed minui incipiunt, quamuis non adeò manifeſtè vt ſenes. Erunt igitur prædicti non conſtantes, ſed ſubſiſtentes. Quod rurſus confirmant verba ipſius de eadem ætate dicentis: Media autem inter hanc & adoleſcentiam, alia quædam ætas eſt, quemadmodum media ordine earum, ita facilitate & difficultate tolerantiæ. Media itaque inter adoleſcentes, & καθεστηκότας, alia ætas eſt: nempe iuuentus, in qua homines non amplius augentur, ſed vigent, atque conſiſtunt. Quòd ſi καθεστηκότες conſiſtentes eſſent, eiſdem forent annumerandi, nec reponerentur à Galeno in alia ætatę: eſt tamen diuerſa ætas, in qua verè non conſiſtunt, ſed minui incipiũt, & ea ratione, ſubſiſtentes à nobis appellantur. Hanc quoque ætatem Gal. lib. 3. Aphoriſm. comment. 30. παρακμὴν, id eſt, declinantem ætatem appellat, non igitur conſtantem, aut conſiſtentem. Hæc adeò nota ſunt, vt neque repetenda eſſe videantur, neque alia egere confirmatione, ab his, quæ à nobis in libris Progn. tradita ſunt, ſed ea eſt hominum malitia, vt plus temporis expendere cogamur in defendenda apud ipſos veritate, quàm in erudiendis tyronibus, & artis expertibus. Fuchſius verò in lib. cui titulum fecit, Inſtitutiones medicinæ, his quæ à nobis in expoſitione Progn. 29. lib. 1. tradita ſunt, contradixit, non tamen omnibus: taxandum enim duximus, quod in Aphoriſm. 13. primæ ſect. conſtantem ætatem dixerit eam quam Hippocr. καθεστηκότων appellat. Præterea falſum eſſe notauimus, quod ipſe in compendio impoſuit Hippocrat. nempe πρεσβύτας appellaſſe eos, qui poſt viros ſequuntur, quos lib. de victus ratione dixit frigidæ, ac ſiccæ tẽperaturæ eſſe. Nam ibidem πρεσβύτας, hoc eſt, ſenes, frigidos, & humidos eſſe teſtatur. Quod ad primum quidem attinet, placuit nobiſcum eos ſubſiſtentes iam appellare, noſtris victus rationibus, etſi nõnunquam ſuo ductus errore, rurſus eoſdem conſiſtentes appellet. Quod tamen ad ſecundum ſpectat in prædicto loco, Hippocr. ſententiam à nobis admonitus in meliorem ſenſum mutauit, ſed tamen ægrè tuliſſe videtur, quod in eadem prognoſtici expoſitione aduerſus ipſum dixerim ὠμογέροντας, id eſt, crudos ſenes, eoſdem cum ſubſiſtentibus eſſe, atque eorum ætatem à trigeſimoquinto anno in quadrageſimumnonum extendi, non vt ipſe putauit, à quinquageſimo in ſexageſimum, noſtras autem rationes ſoluere conatur. Quarum prima hæc eſt: Quod Gal. 3. ſect. Aphoriſm. comment. 30. dixit de ſubſiſtentibus: idem teſtatur lib. 5. de Sani. tuen. de crudis ſenibus: eoſdem igitur eſſe putauit. ſiquidem id non de differentibus ætatibus dici poteſt: de ſubſiſtentibus enim dixit in comment. Aphoriſ. omnia vitæ munia æquè atque illi, qui in vigore conſiſtunt, conantur peragere, non tamen eo modo ad labores ſufficiunt, lib. tamen 5. de Sanit. tuenda, de crudis ſenibus inquit: Prima pars ſenectutis ὠμογερόντων, id eſt, eorum qui cruda, viridique ſenecta adhuc ſunt, dicitur propterea quòd adhuc obire ciuilia negotia poſſunt. Fuchſius autem ſoluens contendit hæc non eſſe eadem. Nam lib. 5. de Sani. tuen. ſimpliciter, & citra collationem eos ciuilia negotia obire dixit, in comment. verò Aphoriſ. non ſimpliciter, ſed collatione cum his, qui ætate vigent, & non priuatim ciuilia tantùm, ſed omnia vitæ munia peragere conari ait: ſed nos rurſus hæc eadem omnino eſſe probemus. Humana negotia quædã ſunt ciuilia, quædam verò ſunt priuata: de quibus ſunt corporei labores, vti meſſorum, fabrorum, ſutorum, & iter agentium. Cùm igitur lib. 5. de Sanit. tuen. dixiſſet, crudos ſenes obire ciuilia negotia poſſe, in commen. Aphoriſ. dixit, omnia vitæ munia conari peragere, ſed non ſufficere ad labores, hoc eſt ad priuata negotia, ad

An ætas à 35. anno in 49. ſit ſubſiſtentium, & crudorum ſenum.

Subſiſtentium ætas.

Fuchſius notatur.

quæ obeunda neceſſum eſt pati Solis calorem, refrigerationem, inediam, & quandoque humi cubare. Si tamen ad hæc negotia non ſufficiunt, reliquum eſt, vt ad ciuilia negotia valeant. Neque vt Fuchſius ſenſit, omnia vitæ munia peragere poſſe ſubſiſtentes, voluit Galen. ſed conati, non tamen ad omnia ſufficere. Quod verò in altero loco cum collatione ad ætate vigentes loquatur, io altero non, nihil omnino refert: nam cùm dixit, crudos ſenes ciuilia negotia obire poſſe, intelligi debet, vti & reliquatum ætatum homines ad id valentes, de quibus ſunt vigentes, atque hi maximè. Altera ratio noſtra quam Fuchſius ſoluere tentat, ex Galeo. deſumitur, qui lib. 2. Progn. comment. 69. loquens de his, qui nimium ætate proceſſerunt, quos ſimpliciter ſenes appellandos eſſe, & citra collationem vult, inquit: Sed qui inter hos, & ætate vigentes interiacent, vtpote ſemicani, crudique ſenes nomine, conualeſcere videre licet interdum magis quàm vigentes. Crudi igitur ſenes ante ſenes ſimpliciter ſunt, & poſt vigentes ſequuntur: ſic etiam ſubſiſtentes. Quaproter ſubſiſtentes crudi ſenes erunt. Reſpondet Fuchſius, Galen. duobus nominibus appellaſſe eos, qui inter vigentes, & ſenes ſunt priores: nempe ſubſiſtentes, ſemicanos, aut media parte canos, poſteriores crudos ſenes. At verò perperam contexit literam, quæ ſic habet, τοὺς δὲ μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν ἀκμαζόντων, οἵπερ εἰσὶν οἱ μεσαιπόλιοι τε καὶ ὠμογέροντες ὀνομαζόμενοι. quod eſt, Eos verò qui mediant inter hos, & vigentes (ſunt autem hi, ſemicani, crudique ſenes nominati.) quibus verbis omnibus conſtat Galen. velle, ſubſiſtentes bifariam nominari, nempe ſemicanos, & crudos ſenes: nam ſubſiſtentes ſunt, qui mediant inter ſenes, & vigentes. Omnes igitur inter vigentes & verè ſenes, qui ſubſiſtentes ſunt, ſemicanos, & crudos ſenes nominat. Prætereà, quæ citanit ex Fauorino, nihil ei omnino fauent. Hæc enim ſunt Latinè donata, Semicanus eſt, qui prætergrediens vigentem, peruenit in declinantem, ſiue crudum ſenem, & modicè quodammodo canum. ex quibus manifeſtum fit, non quod Fuchſius, ſed quod nos volumus: nam pars illa, modicè quodammodo, quid per crudum ſenem intellexerit, explicat, & ſemicaoum eſſe crudum ſenem ſignificat. nam dixit ſemicanum eſſe crudum ſenem, ac modicè canum. Dicat autē Fuchſius precor, ſi crudi ſenes à quinquageſimo anno incipiūt, quo pacto fiet, vt ſemicanus ſit is, qui prætergreditur vigētem, & peruenit in crudum ſenem: nam qui prætergreditur trigeſimumquintū annum, limitem vigoris, non incidit in quinquageſimū. Adde Fauorinū dixiſſe, ὃν ἄτερ ὠμογέρων ὁ λεγόμενος προπόλιος, hoc eſt, eſt ita crudus ſenex, qui ante tēpus caneſcit: nam προπόλιος, autore Elio Dionyſio, is eſt, qui ante tempus caneſcit. Nemo tamen dicet quinquagenarium ante tempus caneſcere, neque natu maiorem: non igitur crudi ſenes à quinquageſimo incipiunt anno. Ad illud tamen reſpondere prætermiſit, quod ad finem prædictæ noſtræ expoſitionis addidimus ex Gal. lib. 5. de Sanit. tuend. ſenectus nihil aliud eſt, quàm frigidum, & ſiccum temperamentum, annorum numero proueniens, ſed ſubſiſtentes, qui ſunt à trigeſimoquinto in quadrageſimumnonū annum, vt Fuchſius quoque cōcedit, frigidam, & ſiccam habent temperaturam annorum numero prouenientem: ergo ſubſiſtentes ſenes erunt: non ſunt tamen in ſecunda, aut tertia ſenectutis parte: erunt igitur in prima, ſed hæc eſt crudorum ſenum. Colligitur ſubſiſtentes eſſe crudos ſenes. Cum verò nihil quod reſponderet, haberet Fuchſius, hęc ſubiicuit, addens omnibus conſtare noſtras rationes nullius eſſe momenti, quas vel ipſo momento temporis conuincere quiuis præter Fuchſium agnoſcet. Cogimur prætereà, neſcio qua communi ſcribentium infœlicitate, aliis de eadem re nobiſcum diſceptantibus reſpondere, etiamſi notiſſimum putem noſtram ſententiam eſſe abundè probatam, & apud ſapientiſſimos quoſque cum applauſu receptam, vt repugnantibus ſatisfaciā, & tirones a calumniis, & falſis documentis eripiam. Quemdam audio dicentem vocem, καθεστικὸς, non ſignificare eum qui ſubſiſtit, ſed conſiſtentem, ad quod comprobandum citat ſententiam Gal. qua lib. 1. Aphoriſm. comment. 13. dixit, καθεστηκότας, hoc eſt, conſiſtentes appellat manifeſtè habentes ætatem mediā vigoris, & ſenectutis. Sed quid contra noſtram habet ſententiam? nonne vt diximus, licebit nobis hoc in loco καθεστηκότας, ſubſiſtentes conuertere? præſertim cùm eos dixerit medios vigoris & ſenectutis: non enim erunt vigentes, quòd ſi non vigent, non conſtant, ſed ſubſiſtunt, & inclinare incipiunt. Ruſus citat Hippocr. lib. de Ratio vict. qui dixit, Vir, cùm ſteterit corpus, frigidus, & ſiccus, vbi nihil de inclinante ætate dixit, præter id quòd iuuenes frigidos & ſiccos eſſe dixit, & adoleſcentes calidos, & ſiccos. Sed placet interrogare interim contradicentem, quare has ſententias, quæ nihil omnino ad noſtrum agunt inſtitutum, primò græcè, & deinde latinè citat. At quid in ea re moror: vt putet vulgus imperitum eum repentè græcum euaſiſſe. Bene quidem: quamuis neque apud idiotas liceat tam malè vertere breuiſſimas orationes: cùm enim Galen. in ſententia ab ipſis citata dixiſſet: καθεστηκότας δὲ λέγει δηλονότι τοὺς τὴν μέσην ἔχοντας ἡλικίαν, neglecta Leoniceni verſione, ſic vertit, conſiſtentes appellat manifeſtè, habentes ætatem mediam: verùm aduerbium δηλονότι, non manifeſtè, ſed id quod videlicet, ſignificat, ſiquidem aduerbium declarantis eſt, ac perinde rectius dixiſſent, ſubſiſtentes autem appellat videlicet eos, qui mediam habēt ætatem. Sed liceat, ſi placet, his quoque libros ſcribere, & ſuas paginas græcis characteribus ornare, nullo vſu. Nec decuit illud ſilētio prætermittere, ne quiſpiam hominis pudorem in diſſerendo ignoret, cùm intellexiſſet is cuius excidit nomen, me interpretatum fuiſſe vocis huius καθίσταμαι, ſignificationem in morbis, ex lib. Gal. de arte cura. ad Glauc. & ex lib. 2. Prog. dixit, non licere vſurpare ſignificationem huius vocis καθεστικὸς, eadem ratione in morbis, & hominum ætatibus: ac ſi non liceret vno nomine diminutionem morborum, & caloris per ætates nominare. Et ſtatim contra nos adiungit rationem deſumptam ex lib. 4. de ratio. vict. acu. comment. 52. vbi Gal. inquit, καθεστικὸς, ſignificat idem quod τὸ βέβαιον, id eſt, ſtabile, ac firmum. Erunt igitur prædicti conſtantes, non ſubſiſtentes. Cùm autem Hippocrates dixiſſet febres inconſtantes eſſe ſiuendas, donec conſiſtant, & conſtans aliquid habeant. Galenus exponit febres inconſtantes, quæ nihil habent καθεστικὸς, id eſt firmum, & inuariatum, in periodis, & vrinis. Ecce vbi de morbis loquitur, & verbi ſignificationem vis in hominum ætates transferre, dictorum oblitus? Sed age concedito nobis cōmunes tecum diſputandi leges. Nihil tamen eſt quod in hac ſententia ad noſtrum agat inſtitutum: quamuis enim nos eos qui aut calore, aut viribus inclinare incipiunt, poſt vigentes, ſubſiſtentes, & non conſiſtentes, cum omnium ferè conſenſu appellemus, non ignoramus, verbum καθιστάναι, ſignificare quandoque, quod Latini dicunt confirmare, conſtare, committere, componere, placidum reddere,

Quoniam homines ſint ſemicani.

Quis ſit homo προπόλιος apud Fauorinum, & Dionyſium.

Qui nam ſint homines conſiſtentes.

teddere,& καθεστηκὸς, ſedatum,pacatum , quod ſubſidet, vt aqua turbida,& ſubſiſtens. Neque qui hos appellat καθεστηκότας , id eſt ſubſiſtentes , tollit quo

Ætates temperamentis diſtinguuntur.

minus παρακμάζοντας appellentur. Has omnes ætates non annorum numero , ſed tempetamentorum diſtinguimus diuerſitate, cum Gal.qui lib.6. de Sanitate tuenda dixit:Nec tamen eſt has ætates annorum numero circumſcribere, quemadmodum nonnolli fecerunt , niſi fortè in latitudine qoadam. Et 5.lib. de Sani.tuenda dixit : Quod omnes homines ſenectutem vocant, non aliud eſt , quàm frigidum, & ſiccum temperamentum annorum numeto prouenìens.& lib.2.de Temperament.latè docet,ætates ſiccitate diſtinguere. Cùm enim infans in vtero continetur,humidiſſimos eſt,ex ſanguine,& ſemine confectus. Deinum nuper natus tenerrima habet membra omnia , ita vt oſſa ipſa obſtetrices manibus conformare valeant. Ea eſt eorum mollitodo. Quod agnotum , & porcellorum oſſa palàm oſtendunt , quæ caſeo recenti ſimilia adhue ſunt,& caro adeò humida,ac lenta vt edi non poſſit.Procedente tamen tempore animalia,& Plantæ, quæ maximam à principio ſortiunmr humiditatem , ſiccantur per omnes ętates,donec ſiccitatē euidentem ſint adepta: calidum enim perpetuò in humidum agit , ipſum ſiccando,ita vt patte tenuiore reſoluta,reliqua magis craſſa ac terrena , quàm ante permaneat. Nec tamen id ſolius natoralis caloris actione euenit,ſed etiam ob animi accidentia & motus corporis , & aërem ambientem, quæ corporū noſtrorum humidiorem pattem diſſolnunt.Sic ad ſenectutē & mor-

Ætates calore diſtinguuntur.

tem proceditur. Nam vbi mors natoralis euenerit, ſiccitatis tatione fiet. Calore quoque ætates diſtinguontur:nam quamois vſqoe ad adoleſcentiā calor natoralis æqoalis ſeruetur , deinde manifeſtè declinat,ita vt ſenectus frigida ſit & ſicca temperięs: etſi ob excrementorū abundantiā ipſam humidam eſſe putare quis poſſit. Cæterum,quamuis multa pituita & catarrhis abundent,id non attinet ad ſolidorum membrorum temperiem,qua & pueri humidi,& ſenes ſicci ſunt. Et animalia ipſa docent:quorum oſſa duriſſima in ſenectute redduntur, & carnes fibroſæ. Senes itaque frigidi & ſicci ſunt,pueri calidi & humidi. Et calor eorum temperatus eſt, ſed homidum abundans : tale enim eſſe decet eorū humidum,qui extenſioni & augmento ſunt parati. Verùm cùm augmentum iam finitur , humidum ad æqualitatem deducitur,vi caloris agentis:calidom tamen æqoale manet ei, qui erat in pueris , in quibus temperatus eſt calor , reliquum eſt, vt in tali ætate temperatora omnium optima reperiatur. Talis autem eſt ætas adoleſcentium. Nam 6. de Sanit. tueoda eam dixit eſſe omnium optimam , nempe μειρακίων ἡλικίαν,

Temperatura optima qua ætate.

quamuis lib.2. de Temperamentis in ætate quam vocat ἀκμὴν , dicat inueniri medium extremorum cuiuſuis ſpeciei. Sed dicemus ἀκμὴν, id eſt vigorem ſignificare,non ætatem aliquam ſignatam,ſed omne tempus vigoris ætatis , qood comptehendet adoleſcentiam & iuuēntutem:atque appellari ἀκμάζοντας adoleſcentes,& iuuenes à Gal. primo de iouenibus. lib.1. de Sanit.tuen.cum corpus ad ſummum incrementum perueoerit, ἀκμὴν appellari dicit,in iooentute verò corpus ad ſummum peruenit incrementum,& non ante.Rurſus lib.2. Progn.comment.69. dicit , crudos ſenes magis à morbis liberari , quàm ἀκμάζοντας , id eſt,vigentes,& id probat auctoritate Hippoc.de dolore aurium,vbi 14.Progn.lib.3.dixit, iuuenes, quos νέους appellat , magis à dolore auriom liberari,ergo quos Hippoc.in hoc loco dixit νέους,id eſt iuuenes , Gal.in 69 .comment. dixit ἀκμάζοντας, id eſt , vigentes : ἀκμὴ ergo de iuuenom ætate dicitur. Rurſus idem lib.2. de Temperamentis , cùm inquit : πολλῶν γὰρ ἐφεξῆς ἁπτόμενος σωμάτων ἐπιμελῶς οὐ παίδων ἢ βρεφῶν, ἀλλὰ καὶ μειρακίων , καὶ ἀκμαζόντων, hoc eſt : Cùm enim deinceps multa corpora tangerem , non tantùm puerorum & inſantium , ſed & adoleſcentium & iuuenum , vbi diſtinxit ἀκμὴν, id eſt vigorem ab adoleſcentia,& per ἀκμὴν, iuoentutem ſignificauit. De adoleſcentia tamen dici voluit eam vocem, cum ſecundo de temperamentis, medium in ſpeciei extremis,in ἀκμῇ, inueniri , hoc eſt in adoleſcentia dixit : ibi enim per ἀκμὴν, id eſt, vigorem adoleſcentiam intellexit , quam in ætatis vigore includit , quemadmodum & loco citato 6. de Sanit.tuen.inquit enim : Erit autem medij tempetamenti (quod eucraton Græci vocant) in ipſo vigoris tempore , quam ἀκμὴν Græci vocant , & addit : Optimam namque temperiem in adoleſcentia corpus obtinet. Ecce vbi adoleſcentiam intra ἀκμὴν , id eſt vigorem comprehendit. Ex dictis duo dubia oriuntur. Primum eſt , an humidum innatum , quod medici radicale appellant , poſſit teſici melius priore , pro vita ſeroanda. Secundum , an calor pueri , & ætate florentis , ſint æquales. Circa primum dubium , probant medici , humidum innatum poſſe refici melius præexiſtente.Primò quoniam poſſibile eſt , hecticum ſanari & eum qui elephantiaſim patitur:ſed ipſis ſanatis humidum quod

Humidum innatum an melius refici poſſit.

ſuccedit , melius eſt ad vitæ conſeruationem. Igitur humidum reficitur melius. Hecticum autem ſanatum & elephantiaſim patientem , poſſe diutius vita frui , nemini dubium , & ſimiliter qood id humidi melioris gratia ſit. Prætetea innata tempetatura quam diximus in primorum elementorum ſubſtantia conſiſtęre, permutari poteſt in optimam ex lapſa ad frigidum & ſiccum, ſed in optima temperatura , homidum eſt melios ad vitæ conſernationem : igitur in permutatione illa , humidum reficitur præcedente melius.Quidam reſpondent ad dubium duabus adhibitis diſtinctionibus : quarum vna eſt,humidum,inquiūt, melius biſariam dicitur, aut ad vitæ protogationem,aut ad actionum perfectionem,ac dicunt,humidum refici melius ad actiones obeundas. Quod docet ætas adoleſcentiæ , in qua multæ actiones ſunt perfectiores eis quæ in pueritia. Alterum autem membrum iterum diſtinguunt:nam refici humidum melius ad vitæ permanentiam intelligendum aut ſubſtantialiter aut qualitatiuè,vt eorùm verbis vtar:atque inquiunt,humidum innatom poteſt ad vitæ durationem refici melius præcedente qoalitatiuè,non melius ſubſtantialiter:ſic enim fit in hecticis,& elephantiaſi laborantibus,vt eom humido ſuccedente,cū ſanantur, diutius viuant,quam cum præcedente:qooniam id qualitate meliori eſt præditum , quàm quod præfoerat: non tamen eſt ſobſtantialiter melius:quoniam cum illo quod præfuerat, vita ſeruari poteſt, non minus quàm cum ſoccedente. quinimo magis , vbi homo debitè tegatur, ac curetor, & vti paulatim diſſoluitur , ita aliud reficiator melius , quoad fieri poſſit. Idem etiā dicunt de frigida & ſicca temperatura, in optimam mutata : cum humido enim præcedenti homo ille viuere poteſt , toto tēpore quo viuit poſt permutationem, & per tempus ipſum permutationis. Cum priore igitur amplius,quàm cum ſequenti viuit. Suam verò opinionem confirmant. Nam ſi fieri poſſet,vt humidū reficeretur ad vitam longiorem,vita poſſet perpetua fieri:ſi enim cū homidum prauum eſt,id licet in melius mutare , melius id ſimiliter mutabitur in aliud melius,& tale conſeruaretur

retur refectione perpetuò. Horum opinionem refutare facillimum eſt. nam cùm ipſi concedant humidum ſani hominis eſſe melius ad diutius viuendum, quàm humidum hectici aut laborantis elephantiaſi, ſequitur vt id ſit & qualitatiuè, & ſubſtantialiter melius. Nam ſi ad vitam melius dicitur humidum ob qualitatem, & ob ſubſtantiam, qualitas ſignificabit calorem, frigiditatem, & humiditatem, & ſiccitatem: ſubſtantia verò, craſſitudinem & tenuitatem. Iam ergo, ſi cum humido ſequẽti diutius homo viuit, quàm cum præcedenti, conditiones habebit ad permanẽdum neceſſarias: ſed hæ conſiſtunt in qualitatibus, & ſubſtantia humidi: ergo id erit melius præcedenti, qualitatibus, & ſubſtantia. Etenim ſi qualitatibus tantùm melius eſt, & ſubſtantia minus bonum: ſequitur, vt tantùm impediatur vita à defectu ſubſtantiæ, quantum prorogabitur cum tali humido ratione qualitatum: quo fiet, vt non viuat homo diutius cum refecto humido, quàm cum præcedenti. ſed contrarium euenit, non ergo erit id humidum ſola qualitate melius. Quod verò dicunt, cum humido priori hecticũ viuere per tempus refectionis, & toto tempore poſt ipſam, vſque ad mortem, tali facta refectione, nihil agit ad dubij ſolutionem. Non enim quæritur, an toto humido corrupto poſſit fieri, vt totum aliud melius eo reficiatur, nihil de priore manente. Sed an paulatim diſſoluto humido, & ſenſim altero ſuccedente, id quod ſuccedit, coniunctum priori ſit melius, compoſito ex reſoluto & remanenti, quod in ægrotis dictis concedere tenentur. Nos verò dubium aliter ſoluemus, initio ſumpto ab his quæ diximus lib. 1. de Differ. febr. comment. 11. quatuor enim ſunt in corpore humano humiditates. Prima quæ in exilibus venis continetur. Secunda quæ membris eſt effuſa ad roris ſpeciem. Tertia carnoſa ipſa ſubſtantia, concretione genita, & quæ in ſolidis partibus continetur. Quarta eſt ſolidarum partium ſubſtantia. Ibidem quoque diximus per febres fieri earundem humiditatum conſumptiones, ac inde ſequi, vt ex hecticis febribus quædam facilè curari poſſint, quædam omnino immedicabiles ſint, quædam medio modo ſe habeant. Nam febres in quibus humiditas in exilibus venis contenta efferueſcit, aut ipſa ſiue rorida abſumitur, facilè curantur. Siquidem adiecto ſanguine hæ humiditates reficiuntur. Rorida verò humiditate ferè in totum abſumpta, & in abſumptionem tendente carnoſa ſolidorum ſubſtantia, difficile medicabilem reddi affectionem, eſt notum. Veluti & quod omnino immedicabilis eſt diſpoſitio per quam membrorum ſolidorum abſumitur ſubſtantia. Modò pariter dicemus humidum innatum ſignificare id quod partibus ſolidis ſparſim eſt, ad roris ſpeciem, aut carnoſam partẽ ſolidorum membrorum, aut eorundem ſubſtantiam, primum refici poteſt, & ſecundum quamuis difficile. tertium omnino non reficitur. Primum namque & ſecũdum ex ſanguine fiunt, tertium autem ex ſemine: ſanguinem autem generare facile eſt, ſemen verò difficile, languentibus tamen ſolidis ipſis partibus ob conſumptionem omnino impoſſibile. Cùm autem ætatum proceſſu, non tantũ primum & ſecundum, ſed etiam tertium ſenſim abſumatur, fiet vt victa natura aliquando deficiat, abſumpto tertio humido membrorum ſolidorum: nempe ſubſtantia, qua conſumpta valde, neque primũ & ſecundum humidum reficere valebunt membra in quibus altrix ſedet facultas, neque facultas, neque anima ipſa ibidem manere. Aliquandiu itaque ſolida non valde exſiccata humidum primum & ſecundum adeò probè reficiunt, vt non tantum quale eſt, ſed melius ſubrogetur priore. Quamobrem è morbis & ſiccitatibus, aut febribus, aut aliis cõualeſcunt homines, & temperatura melior redditur, & humidior, & lõgioris vitæ. Quoniam cùm primum humidum & ſecundum refici, & in melius mutari poſſit, corpora humidiora euadere ſæpe fiet, & vitam prorogari continget. Siquidem ſolidorum membrorũ ſubſtantiæ tardius abſumentur, vbi humidum roridum & carnoſa ipſorum ſubſtantia humida & copioſa adfuerint, ac perinde tardius homo ætates percurret. Non tamen quoniam ſolidæ ſubſtantiæ refectio in melius vnquã fiat, aut in humidiorem mutatio. Cuius rei teſtis eſt Galen. lib. artis medic. cap. 59. dicens: Ipſæ enim ſolidæ corporis partes, quæ verè ſolidæ ſunt ac primæ, nullo modo fieri poſsũt humidiores: at ſatis eſt, ſi quis eas celerius exſiccari prohibeat, intercepta autẽ in ipſis ſpatia, hac vel illa humiditate complere, poſſibile. hæc verò eſt proprium partium ſimilarium alimentum, quod ex appoſitione fit, & non per vaſa attrahitur. Quod verò dicunt hecticum curari, & in humidiorem temperaturam tranſire, melioris humidi refectione, verum eſt: ſed tamen id humidum quod reficitur, non eſt de ſubſtantia ſolidæ partis, hanc enim humidiorem reparari non contingit: ſicuti neque hecticã in tertia ſpecie curari, quæ marcor torridus eſt. Quoniam id humidum, quod eſt ſolidorum ſubſtantia, non reparatur humidius, ſed ſemper ſiccius. Quod etiam de elephantiaſi ferunt, ipſa non eſt morbus in ſolidorum temperie conſiſtens, ſed in humorum redundantia, quam ablatione curamus, & rurſus bonorum ſuccorum refectione, & recreatione. Innatam igitur ſolidorum ſubſtantiam humidiorem reddere impoſſibile, aut eius exſiccationem prohibere, ſed retardare tantummodo & mortem prorogari contingit, impediri tamen nullatenus. Secundum dubium propoſitum fuit, an iuuenis, qui ἀκμάζων appellatur à Gal. ſit puero calidior: horum enim duorum Galen. collationem in dubio ſeruat lib. 2. de Temperamẽtis, ſemper conferens ἀκμάζοντας, id eſt, iuuenes pueris, neque intelligit per ἀκμάζοντας (quos Thomas Linacrus interpretatur florentes) adoleſcentes: nam vt conſtat ex ſententia adducta ſuprà ex lib. 2. de temperamentis in Græco codice habetur μειρακίων, καὶ ἀκμαζόντων, hoc eſt adoleſcentium & florentium ætate. Quo in loco diſtinguit adoleſcentes à florentibus. Erunt ergo florentes iuuenes & non alij, ſed Galen. ſemper comparat ἀκμάζοντας, id eſt, florentes, ad pueros: ergo de pueris & iuuenibus eſt præſens dubium. Circa quod Gal. diuerſos fuiſſe medicos refert 2. lib. de Temperament. Nam quidam dixerunt, pueros eſſe calidiores, multis rationibus id ſuadentes. Primò, quoniam ſanguis calidiſſimus eſt eorum quæ in corpore continentur, infantes verò ferè ſanguis ipſe ſunt, ex quo fuerunt in vtero matris confecti, vt notum eſt: quoniam nos ex ſemine & ſanguine menſtruo ſumus. Sic etiam & pueri tanto erunt iuuenibus calidiores, quanto his qui in vtero geſtantur, ſunt propinquiores. Rurſus id ex functionibus probãt. Nam pueri magis appetũt iuuenibus, & cibos conficiunt, nõ tantùm alitionis gratia, ſed & augmenti. Et quoniam alimenta multa celerrimè conficiunt. Alij verò contrarium affirmant: nempe iuuenes calorem habere maiorem pueris, quod probare nituntur ex ſanguinis copia, quæ iuuenibus tanta eſt, vt è naribus prorumpere ſæpe ſoleat. Rurſus bilis, calidiſſimus humor eſt, & in iuuenibus magis abundat, quod multa experimenta docent. Rurſus ex functionibus: quoniam iuuenes melius progrediuntur, & duriores

Humidi innati refectio in melius an fiat.

Iuuenis & pueri calores.

cibos

cibos conficere valent. Quod autem in contrarium adductum eſt, pueros magis appetere, id frigiditatis potius quàm caloris eſt. Quod verò celeriter alimenta conficiát, id attinet potius ad humiditatem: & quoniam, vt infrà dicemus contra Lycum, calor innatus fortior in pueris eſt: quin & multo ſomno corripi pueros, ad frigiditatem attinere videtur, cùm ſoporifera medicamenta frigida ſint. quod etiam teſtantur ſenſuum defectus ac intellectus hebetudo. Hæc ſunt in ſumma quæ Gal. ex aliorum opinione recitat, quos non rectè procedere probat ad temperamentorum inuentionem. Nam cùm de calido & frigido dubium ſit, & qualitatum tangibilium certiſſimus iudex ſit tactus, ipſi non aliunde quàm ex tactu ſumere deberent argumenta ad inuentionem magnitudinis caloris eius qui eſt in actu, qualis eſt in animalium corpore, non de eo qui eſt potentia talis. Quod enim tactus calidum iudicat, id calidum eſt, & frigidum quod frigidum. Vbi ſenſus tactus ab omni aliena qualitate fuerit immunis. Qui verò tàctum ipſum circa tangibilia, & guſtum circa ſapores, & viſum circa colores nó approbat, is in Pyrrhonis incidit ignorantiam, qui negabat ſenſum & intellectum.

Calores iuuenis & pueri duobus modis comparantur.

Portò autequam Galeni mentem in hoc dubio exponamus, ſciendú eſt, quòd lib. 2. de Temperamentis, duobus modis comparat calorem iuuanis calori pueri, hoc eſt caliditaté, quæ qualitas eſt, & tactu deprehenditur. Vno modo in quantitate: qua ratione, licet non admodum propriè, calor dicitur maior aut minor. potius enim intenſior & remiſſior dici deberet. Altero modo in acrimonia & ſuauitate: quorum duorum quiuis tactu percipitur, & diſtinctionis tactus eſt iudex. lib. tamé 1. aphoriſ. comment. 14. ſequens Hippocr. ſententiam, comparat calorem iuuenis ad calorem pueri in quantitate. Quo in loco non de qualitate, quæ eſt caliditas, ſed de calore, qui eſt de ſubſtantia, loquuntur Galen. & Hippocr. ibi verò, & in lib. aduerſus Lycum docet Galen. rectè dictum ab Hippocr. Eos qui creſcunt plurimum habere calidum innatum Nam Hippocr. non ſimpliciter dixit pueros plurimum habere calidum, ſed innatum addidit. Voluitque eos ad omnes alias ætates comparare: pueros inquam & eos qui augentur, iuuenibus & ſenibus, & in ſumma eis qui non augentur.

Calor pueri maior calore iuuenis.

Si quis tamen iſto modo calorum collationem facere voluerit, rectè dicet, calorem in pueris & infantibus maiorem eſſe, quàm in reliquis ætatibus, & calorem eorum qui augentur, maiorem quàm iuuenum & adoleſcátium, quantitate inquam maiorem. Nam calor innatus, de quo loquimur, bene temperatam habet ſubſtantiam, quæ ex ſanguine, ſpiritu, & aerea ſubſtantia ortum habuit, vt in commentario 15. primæ ſectionis aphoriſm. Hanc autem ſubſtantiam aëream & aqueam eſſe dicit commentar. 14. & ipſam ſemen, & ſanguinem menſtruum eodem loco & libro de ſemine, vt latius capite præcedenti docuimus. & libr. 5. de ſimplic. medicament. facultatibus cap. 8. calorem naturalem dixit, ſanguinem, ſpiritum & aëream ſubſtantiam. Rurſus libr. 8. de placitis Hippocrat. & Platonis innati calidi ſubſtantiam indicauit, ac ipſum non eſſe ignem, hoc eſt, de ignis natura. Quoniam ſi coctiones, digeſtiones & ſanguificationes ab igneo calore fierent, febricitantibus meliores eſſent. Sed tamen non ab igneo calore fiunt, ſed ab eo quem innatum calidum Hippocrat. appellat, qui in aërea, & aquea ſubſtantia conſiſtit, hoc eſt in humida ſubſtantia, quæ eſt ſemen & ſanguis menſtruus. Qualitas verò ipſius innati caloris temperata eſt, hoc eſt, moderatus eſt calor in contrarietate, quæ eſt inter calidum & frigidum. Hic innatus calor maiori copia continetur in pueris, quàm in adultis, & reliquis qui magis ætate proceſſerunt Nam quamuis in iuuenibus maior copia ſanguinis contineatur, & ſpirituum, & membra ipſa ex ſemine genita ſint maiora, in illis calor innatus non eſt purus, ſed mixtus. Itaque totus calor mixtus ex innato & aſcititio, in iuuenibus maior eſt: ſed purus & ſyncerus, & aëreus, qui ſemen & ſanguinem menſtruum & temperamentum in calore & frigore repræſentet, maior eſt in pueris. Quod docet prima ipſorum generatio ex ſemine & ſanguine menſtruo: hæc enim ſubſtantia perpetuò diſſoluitur, cuius loco alia ſuccedit magis ignea atque terrena, quod tactu dignoſcitur. Calor enim innatus, ſuauis eſt & mitis ac vaporoſus, vt in pueris conſtat, quoniam in humida ſubſtantia, & aërea conſiſtit: in reliquis verò ætatibus, mordax, acris, ac minimè vaporoſus, qualis in arido ſubiecto, terreæ & igneæ naturæ. Eſt enim iuuenis calor veluti dolium magnum vino plenum, multa aqua mixtum. id enim multum eſt, ſed impurum, puri autem parum ibi continetur. Puer verò vt dolium paruum, vino immixto plenum. Fieri enim poteſt, vt id dolium paruum, puri, & immixti vini plus contineat, quàm magnum dolium. Ita fit, vt immixti caloris pueri & qui augentur plus contineant. Tantò enim purius eſt humidum, & minus mixtus calor qui ſubſtantiam ſignificat, quantò magis ad primam ipſam puritatem principij generationis accedit. nam deinde procedente tempore, loco eius qui diſſoluitur, pars ſuccedit magis terrea, & humidum ipſum quod remanet aridius, & magis terrenum efficitur, totum ergo ex præcedenti & aduentitio compoſitum impurius eſt.

Lycus aduerſus Hippocr.

Lycus verò contra Hippocrat. ſententiam inſurgit dicens: Aut Hippoc. cùm dixit pueros plus habere calidi innati, intellexit caloris ſubſtantiam, aut qualitatem, aut fortitudinem. Si ſubſtantiam, falſus eſt: quoniam ſubſtantia ſanguinis ſpirituum, & membrorum maior eſt in iuuenibus, vt conſtat. Si intellexit qualitatem, impropriè locutus eſt, dicens: plus habere caloris pueros, quum non rectè dicantur de qualitatibus magis & minus, ſed intenſius & remiſſius. Adde quòd qualitas caliditatis in iuuenibus videtur tactu maior quàm in pueris. Si verò Hippocrat. intellexit fortitudinem, verum dixit, ſed malè vſus eſt nomine, dicens plurimum calorem, cum calorem, qui fortior eſt.

Galen. contra Lycum.

Verùm Galen. in lib. aduerſus ipſum, in omnibus his quæ à Lyco proponuntur, veram eſſe ſententiam Hippocrat. probat. Nam innatus calor maior eſt in pueris, vt diximus, quia per calorem innatum intelligit ſubſtantiam impermixtam, quæ maior eſt in his qui creſcunt. In qualitate quoque caloris verum eſt ipſam eſſe maiorem in his qui creſcunt, non quauis qualitate caloris, ſed qualitate caloris innati, quoniam talis qualitas ſuauis eſt: eorum verò qui conſiſtunt, mordax non vapori, ſed fumo ſimilis.

Puerorum calorem iuuenum calori comparat.

In fortitudine quoque fortior eſt puerorum calor, quod functiones naturales oſtendunt. Non tamen dici adeò propriè de qualitate multum, & paucum notum eſt. Neque tamen de qualitate caloris innati, ſed de eius ſubſtantia locutus eſt Hippocrat. de qua rectè dixit, plurimum continere eos qui augentur. Hæc de collatione caloris iuuenis ad calorem pueri, vt calor ſubſtantiam ſignificet, dicta ſint ſatis. Lib. tamen 2. de Temperament. Galen. confert calores iuuenis & pueri, vt calor dicit qualitatem. Duobus tamen modis hi calores conferri poſſunt, aut in intenſione,

Google

tenſione, quomodo calorem portionum ſex dicimus eſſe maiorem, aut intenſiorem calore portionum quinque. Sunt enim hæ quædam caloris & aliarum omnium qualitatum portiones, quibus totam qualitatis latitudinem diuidunt, ac metiuntur philoſophantes. Aut ſit collatio caloris ad calorem, non in menſura, ſed in qualitate caliditatis. Galen. vtrique quæſtioni reſpondet, calorem iuuenis calori pueri eſſe æqualem, ac ſi diceret eos habere æquas caliditatis menſuras: qualitates autem calorum non eſſe ſimiles. vtrumque ſenſum probare nititur. Ea namque eſt certiſſima via diſtinguendi colores, quæ ſumitur a viſu, & ea certiſſima dignoſcendi ſapores, & tangibiles qualitates, quæ procedit à guſtu & tactu: maximè verò de caloris & frigiditatis quantitate, ſiua intenſione: quoniam hæ magnam habent alterandi potentiam, atque tactum immutandi. Itaque tactum certiſſimum iudicem eſſe primarum qualitatum, & tangibilium omnium nemo ignorat. Teſtatur tamen Galen. ſe tetigiſſe multos pueros & iuuenes: nullam autem differentiam magnitudinis inueniſſe. Sunt ergo calores æquales in iuuene & puero. Eundem quoque puerum tetigiſſe, & procedente tempore iuuenem, & pares iudicaſſe eius calores. Sic quoque cuilibet facienti continget, vbi is probè temperatus fuerit, & iuuenem, ac puerum in conſimilibus diſpoſitionibus tetigerit. Non vnum quidem exercitatum, alterum otioſum, aut vnum cibo plenum: alterum vacuum, aut vnum hyeme, & alterum æſtate: quod tamen tangens iudicat calores hos multum differre, id non attinet ad quantitatem caloris, ſed ad collationem, quæ in qualitate caloris conſiſtit. Nam calor pueri ſuauis, mitis, & vaporoſus eſt, vt etiã ſuprà diximus: iuuenis verò calor mordax & fumo ſimilis, quod à ſubiecto ipſius caloris ortum habet: ac ſi quis ſingula rectè perpenderit, fieri poſſe intelliget, vt in aqua & lapide ſint duo calores intenſione æquales: & tamen quiuis tangens iudicabit calorem lapidis mordacem, aridum & inſuauem: eum verò qui eſt in aqua vaporoſum ac mitem. quod in ſubiectis eiuſdem ſpeciei pariter fieri contingit, vbi aër vaporoſus ac caliginoſus calorem quendam receperit, parem ei quem receperit aër ſiccus, fumoſus & caliginoſus. Æquales enim quamuis ſint, qualitate tamen caloris diuerſi admodum iudicabūtur. Id verò prouenit à ſiccitate calori mixta, quæ acrem ac mordacem reddit calorem. Talis quoque eſt calor iuuenis. Is enim quamuis calore pueri maior non ſit, aridior & acrior indicatur, quod ad qualitatem caloris pertinet, non ad quantitatem, quæ in menſura portionum caloris conſiſtit. Ad huiuſmodi tamen iudicium ferendum tactu eget medicus temperato, atque admodum exercitato in dignoſcenda ac diſtinguenda quantitate caloris ab ipſius qualitate. Qui etiam probè nouerit, an calor in humido, an in ſicco ſubiecto exiſtat, quantúmque acredinis afferat calori ſiccitas, quantum verò ſuauitatis, & vaporis humiditas. Cui ſortè continget, qui dixit Galen. vt iudicet calorem pueri æqualem aut ampliorem calore iuuenis. Galenus tamen eos pares indicauit. Auicenna duabus rationibus conatur probare Galen. ſententiam veram. Prima eſt: Quoniam, inquit, à pueritia in iuuentutem nihil aduenit de nouo, quod poſſit calorem naturalem augere, aut minuere: manet ergo ſemper æqualis. Secunda, calor naturalis aliquando poteſt ſeipſum conſeruare & augmentum facere, vt in pueritia, aliquando neutrum horum, vt in ſenectute, in qua nec ſe conſeruat, neque augmentum facit: ergo aliquando faciet vnum ſine altero, ſed non poteſt augmentum facere, & non conſeruare ſeipſum, ergo conſeruabit ſeipſum, & non faciet augmentum: id autem fit in ætate iuuentutis, in qua calor ſeipſum conſeruat, ſed non auget, aut ſeipſum, aut corpus. Probè tamen Galen. a tactu ſumpſit argumentum. Nam hæ inualida ſunt: primum enim falſum eſſe diceret aduerſarius nihil ſuperuenire quod calorem minuat: nam ſiccitas iuuentutis defectus humiditatis eſt, & ad defectum humiditatis ſequitur defectus caloris ob defectum ſubiecti. Secundum etiam inualidum eſt: nam poſſet dicere reſpondens, calorem ſimul amittere facultatem augendi corpus, & conſeruandi ſeipſum, & in iuuentute iam neutrum poſſe: nam quemadmodum calor remiſſionem patitur, ita inualidus ad augendum corpus redditur. Præter id quòd nõ ſequitur, calor poteſt corpus augere, ergo poteſt ſeipſum conſeruare in gradu: poſſet enim fieri, vt calor aliquis magnus corpus augeret, & ipſe minor factus idem poſſet efficere. Ad rationes verò ſuprà adductas pro ſecunda opinione à Galeno recitata reſpondebimus: priores namque ſuprà quoque ſoluimus. Ad primam de copia ſanguinis dicemus, ſanguinem non eſſe in maiori copia, facta collatione ad vaſorum capacitatem in puero & iuuene: quòd tamen effluat in iuuenibus euenit, quoniam acidior eſt & magis mordens ac irritans expultricem facultatem ad ſui excretionem. Adde quòd ſanguis pueri quamuis maiori copia ſit, quàm iuuenis collatione ad vaſorum capacitatem, effluit à iuuenibus: quoniam non abſumitur niſi in nutritionem: in pueris tamen in nutritionem & augmentum. Hac enim ratione, vt diximus in præced. cap. mares ſemen, & fœminæ menſtruum generant ſanguinem. Ad ſecundam in ſequentibus dicemus. Ad aliud de functionibus, quòd iuuenes celerius progrediuntur, & duriores cibos conficiunt: progredi tamen ad robur attinet neruorum motiuorum, non ad calorem: coquere verò cibos duriores, fit, quoniam calor magis igneus eſt: ac dicemus duros cibos à pueris quoque confici, non tamen eis eſſe vtiles: quoniam naturæ ipſorum diſſimiles ſunt: quin & ventriculus ipſe adhuc valde humidus in prima ætate duros & ſiccos cibos auerſatur. Quidam ex iunioribus medicis ſatis impudenter Galeno aduerſatur, ac deſtruit: calorem iuuenis maiorem eſſe calore pueri in quantitate caliditatis, hoc eſt, in ipſius intenſione. Primò, quoniam calor iuuenis vehementius tactum alterat, quàm calor pueri, & non eſt alia via cognoſcendi calorem aliquem eſſe altero maiorem, niſi ex impreſſione. Iuuenis ergo calor maior eſt: quòd ſi id ad acredinem caliditatis dicas eſſe referendum, cùm poſſit non minus referri ad gradum caloris, quàm ad acredinem, quæ oritur ex ſubiecto, quoniam ſiccum eſt: ſequitur vt Galen. ſimiliter non probet id euenire ob acredinem caloris, potius quam ob eiuſdem intenſionem. Secundò, videtur impoſſibile, inquit, Galenum memoria tenuiſſe caloris pueri quantitatem, vt ipſam cum calore eiuſdem iam iuuenis conferret. Præter id quòd interim multæ interuenerant mutationes, quæ potuiſſent hominem efficere calidiorem, aut frigidiorem. Tertiò, quia in iuuenibus multa abundat bilis: is autem humor calidiſſimus eſt, vt inquit Galen. lib. de inæquali intemperie: eum autem in iuuentute magis abundare docent morbi quibus iuuenes laborant. Et non poteſt aliter meliùs calidior aliqua temperatura probari, quàm ex bilis redundantia, quæ calorem & ſiccitatem abundantes ſignificat, & bilis à maiori calore.

Auicennæ rationes recitantur, & confutantur.

Thomas de Garbo. Gal. temerè aduerſatur.

calore generatur, quàm reliqui humores, iuuenes ergo pueris ſunt calidiores. Poſſet antem is ſuam confirmare ſententiam ex Galen. libro tertio Prognoſt. comment. 12. vbi in ætate quæ eſt ad trigeſimum quintum annum dicit, plurimum ſanguinis gigni, ac ipſum eſſe calidiorem ac bilioſiorem, & cõment. 28. plus bilis & ſanguinis in ea ætate abundare dicit. Quartò, qoia euacuatio frigidorum humorum reddit corpus calidius: ſed pueri abundant multa pituita, & hæc in iuuentute euacuata & conſumpta eſt, ergo iuuenes ſunt calidiores. Quintò, qoia calor hebes quodammodo & remiſſus eſt in ſubiecto valdè humido, quale eſt corpus pueri: ſed vbi pars redundantis humiditatis abſumpta fuerit, reliqoos calor redditur intẽſior: talis ergo erit iuuenis calor ab abundanti humiditate liber. Idem verò à ſeipſo intendi abſumpta redundante humiditate, non eſt à veritate alienum, ſed ſatis poſſibile, qood ipſe ibidem probat: maximè quoniam videmus ignem paruum & caliditate non ſumme intenſum, magnum ac ſummum fieri ſine externo adiutorio.

Thomæ argumẽta ſoluuntur.

Verumtamen ſi quis has rationes rectè perpenderit, facile poterit Galen. veram ſententiam ſaluare, nec video cur barbatus Sophiſta Galenum ſummum medicum & philoſophum temerè damnet. Galenus namque primum conſiderare præcipit differentiam quantitatis caloris & qualitatis ipſius, in quibus dignoſcendis, qui exercitatus non fuerit, rectus iudex non erit. Via verò exercitationis eſt, vt tangat ſæpè diuerſa corpora calida, quædam humida, quædam ſicca, quæ quamuis æqualis fuerint caliditatis, diuerſo modo tactum immutabunt. Is quoque probè nouerit talem eſſe differentiam caloris iuuenis & pueri, qualis eſt duorum calorum æqnalium diuerſorum ſubiectorum humiditate & ſiccitate differentium. Iam hinc conſtare poterit ſolutio primæ rationis. Nam calor iuuenis imprimit vehementius, id eſt, magis tactum mordet. qui verò magis mordet, non ob id maior eſt, ſed ſiccior, & magis repræſentans ignis naturam. Quod ſi barbatus ipſe non nouit viam aliam probandi, calorem aliquem eſſe maiorem, ediſcat à Galen. qui docet calores æquales & inæquales in ſubiectis conſimilibus, diſſimilibus tangere, ac cognoſcere qui ſint æquales & qui inæquales, qui ſimiles, & qui diſſimiles, nec velit ſua ignorantia Galeni veram ſententiam refutare. Nam quod ſecundo loco adduximus, nollius momenti eſt: quamuis enim ipſe Galeno fidem abroget, nihil detrahet ab autoritate ipſius, apud eos maximè, qui probè intellexerunt ſuorum ſcriptorum ſententias nunquam fallere: quòd verò in ſpatio temporis à pueritia in iuuentutem multæ interceſſerunt mutationes, huius rei gratia admonuit Galen. tangere puerum & iuuenem in ſimilibua diſpoſitionibus. Mutationes tamen quæ ſine morbo eueniunt, facilè reparantur: morbos verò eueniſſe puero dicto non fuit neceſſarium: quare Gal. hiſtoria potuit habere veritatem. Ad tertiom dicemus, plus ſanguinis atque bilis continere iuuenes, quàm ſequentium ætatum bomines. Concedemus quoque ſanguinem in iuuenum corporibus eſſe calidiorem & bilioſiorem quàm in pueris, non quoniam calor maior ſit, ſed acrior & mordacior. Inde verò eueniunt profluuia ſanguinis & morbi bilioſi iuuenibus: quamuis enim in ea ætate plus bilis & ſanguinis abundet, calor nõ eſt maior intenſione. Ratio eſt, quoniam ſanguis pueri tam calidus eſt, quàm iuuenis, & bilis pueri tam calida, quàm bilis iuuenis: etſi bilis iuuenis ſit copioſior & acrior eiuſdam calore. Ad quartum dicimus pueros ex accidenti pituitam aceruare, ob intempeſtiuum vſum ciborum, & exercitationum. Sed tamen ipſam coquunt ac diſcutiunt, ita vt calorem nullatenus minuat: nam poerorum calor adeò validus eſt, vt à cruditatibus ipſorum non ſuperetur, aut remiſſionem patiatur, ſed vt humidior & vaporoſus fiat: ipſa verò pituita cocta ac ſuperata tactum exploratoris non immutabit ſuo frigore, nec impediet veram caloris notitiam. Ad quintum verum eſt hebetem quodammodo eſſe calorem in humido ſubiecto, vt hebetudo placidum ſignificet calorem ac mitem, non tamen vt ſignificet ipſum eſſe minorem, aut remiſſiorem, vt ſupra docuimus.

Sicca & humidum quomodo cognoſcantur.

Abſtineant ergo iam, qui Galen. laceſſant, ſuáſque ipſorum nugas eſſe fateantur. Nos namque Galenum magnopere laudandum duximos, quòd miro modo docuerit ſingula, calorem vero iuuenis & pueri æquales eſſe, tactu inqoerere ſuaſerit, quod fecit experimento doctus. Siccitatem tamen & humiditatem corporum ſolo tactu diſcernere non adeò facile eſſe ſtatuit, quoniam ſiccitas & humiditas non habent parem cum calore & frigore immotandi facultatem. Diſcernuntur tamen tactu ratione quoque coniuncta. Itaque ſi qois voluerit iodicare, an corpus aliquod ſiccum ſit, ſic procedet: Hoc durum eſt, ergo ſiccum, ſed tamen ea ratio nondum valida eſt, ſed hoc addito, quod non concreuit à frigore. Nam multa dura ſunt, non quia ſicca, ſed qoia à frigore concreuerunt. Neque enim omne durum ſiccum eſt, niſi addas, id non concreuiſſe à frigore. Quemadmodom & omne molle humidum eſt, ſi non fuerit, à calido liquatum. Nam non omne molle humidum eſt. Sed id tantùm quod præter id quod molle eſt, non eſt admodum calidum: vt quæ à calido liqoata ſunt, quemadmodum æs liquatum ab igne. Durum autem & molle tactu deprehenduntur, & quoniam humanum corpus nunquam eſt adeo calidum, vt liquidum reddatur, aut tam frigidum vt reddatur nimia concretione durum. Quamobrem ſatis valida ratio eſt, Hæc pars corporis eſt dura, ergo ſicca: hæc verò mollis, ergo humida. Humidi enim & ſicci natura perſeruranda eſt ex molli & duro, non vtcunque, ſed vbi moderata fuerint in calore & frigore, id eſt, non multum excedentia, vt lib. 1. de temperamentis, & rurſus tertio Galen. adſtruit, cuius ſunt quæ diximus.

Dubium an ſiccum omne durum ſit.

Licet tamen contra ipſum dubitare, dixit enim, quippe quod ſiccum eſt, durum prorſus eſt, non tamen ſi quid durum eſt, idem ſtatim & ſiccum eſt: etenim inſeparabilis à ſicco corpore duritia eſt. Nam in exemplo oppoſito eodem loco conſtat contrarium: æs namque liquatum ſiccum eſt, non tamen dorum. Quod ſi dixeris omne ſiccum durum eſſe, vbi non exceſſerint modum calor aut frigiditas, & ſic intelligendum Galenum; ſequitur ſecundum eſſe falſum, cùm dicit, non ſi quid dorum eſt, id ſtatim ſiccum eſt, nam vbi durum fuerit cum moderato calore & frigore, qnicquid durum fuerit, ſiccum ſtatim erit. Similiter dubiom videtur, contra Galenus dixit, namque loco citato, omne ſiccum eſſe dorum, ſed non omne durum eſſe ſiccum, niſi cum moderato calore. Sequitur ergo quòd aliquid eſt durum, quod non eſt ſiccum, nempe quod concreuit à frigore. Cuios contrarium vult Ariſtot. libro ſecundo de genera. & corruptione cap 2. vbi qualitates tangibiles ſecundas reducit ad primas, & tenue, ac craſſum, viſcoſum, & aridum, quod appellat κραῦρον, & molle, ac durum reducitur ad humidum, & ſiccum. Itaque tenue, viſcoſum,

molle,ad humidum : craſſum verò, aridum, ac durum, ad ſiccum. & inquit, Quamubrem, & humidum molle non eſt : ſed molle ſub humido, & durum ſub ſicco collocatur. Quam ſententiam Galen. ſecutus eſt libro primo de elementis, vbi ſolas primas qualitates dixit corpora adiuncta alterare, reliquas verò, vt aſperum, læue, denſum, rarum, craſſum, tenue, nihil tale efficere, & addit : Superſunt adhuc molle, durum, viſcoſum, & aridum, ex quibus molle, & viſcoſum, ad humidiorem naturam pertinent, durum, atque aridum, quod κραῦρον appellat, ſiccis debentur. Ecce vbi Galenus cum Ariſtote. vult durum ad ſiccum reduci, tanquam ſub ſicco contentum, & molle ad humidum. Hanc quæſtionem ſoluit Ariſtot. loco citato, vbi ſiccum, & humidum bifariam accipi vult. Nam humidum ſignificat, id quod humectum eſt, id eſt, internam habet humiditatem, & ſignificat id quod madet, id eſt, externam ſuperficiem habet humidam. Siccum autem his duobus contrarium eſt, quoniam ſiccum eſt, quod interius eſt ſiccum, contrarium ei quod internam habet humiditatem, quod concretum etiam dicitur, ſub ſicco comprehenſum. Et ſiccum eſt, quod non madet in externa ſuperficie. Ac dicemus, quòd cùm ipſi dixerunt, omne durum ad ſiccum reduci, & molle ad humidum, intellexerunt id de humido, & ſicco ampliori ſignificato, vbi videlicet, ſiccum concretum etiam comprehendat. Cùm tamen Galen. dixit, non omne durum eſſe ſiccum, intellexit de propriè dicto ſicco. Verùm non omne durum ſiccum eſt : nam congelatum eſt durum, non tamen ſiccum hoc proprio modo ſiccitatis qui modus areſcentis eſt. Humidum quoque ſignificat, quod interius humectum eſt, & id quod madet. Itaque hoc modo ampliori humidum ſignificat id quod quamuis ſit ſiccum, exterius madet, vt liquatum. Alio modo humidum propriè ſignificat, quod humectum eſt, propriè ſicco oppoſitum. Ampla voce omne molle, humidum eſt, & ad ipſum reducitur, propriè verò non : nam aliquod eſt molle, nempe liquatum, quod tamen propriè humidum non eſt. Quòd itaque omnes ſecundæ qualitates tangibiles dictæ, ad humidum & ſiccum reducantur, de humido & ſicco ampliore voce intelligi debet : non reducuntur verò cùm propriè voces accipiuntur.

Humidum & ſiccum duobus modis.

Tēperamenta per ſexus diſtincta an ſint.

Temperaturas rurſus non parum diſcriminis habere in diuerſis ſexibus, medici ferè omnes aſſeruerunt, pariter & Philoſophi: nam Ariſtot. libro quarto de Generat. animal. diuerſitatis ſexuum diuerſas cauſas ſcripſiſſe antiquos refert. Anaxagoras enim dixit mares præſtare ſemen, fœminas verò locum generationis : ſed mares à latere dextro prodire, fœminas à ſiniſtro. Intelligendum à dextra, & ſiniſtra parte generantis maris. Rurſus & marem contineri in dextra vteri parte, fœminam in ſiniſtra. Empedocles verò marem & fœminam ad vteri temperaturam refert, & in vtero calidiori mares, in frigidiori fœminas generari : caloris autem, & frigiditatis cauſam dicit eſſe menſtruum calidius, aut frigidius. Itaque à matre ſexus diſtinctionem dicit prouenire. Democritus ſexuum diſtinctionem non ad temperaturam refert, ſed ad victoriam ſeminis in ea parte, quæ à membris genitalibus maris & fœminæ deciditur. Parmenides duo ſtatuit : primum quidem, mares in dextra vteri parte generari, fœminas in ſiniſtra, quemadmodum & Hippocr. quod refert Galen. lib. 6. de morbis pop. part. 2. comment. antepen. Secundum verò, fœminas maribus calidiores, vt refert Ariſtot. lib. 2. de Partu anim. cap. 2. cuius ratio fuit : quoniam fœminis maior adeſt copia ſanguinis, quod docent menſtruæ purgationes. Sed tamen quarto lib. de Generatione animal. cap. 1. ipſius opinionem confutat: quamuis eo loco non meminerit auctoris. Quoniam alij quoque id aſſeruerunt. Non valet autem ratio, quæ ſumitur ex copia ſanguinis ad probandas fœminas calidiores. Nam fœminarum ſanguis minus calidus eſt, & ex defectu caloris multus, vt dicemus. Ariſtoteles tamen loco citato, mares ad ſeminis potentiam refert : nam ſi ſemen validius fuerit, & calidius ad coquẽdum, & ſuperandum menſtruum, mas generabitur : ſin minus ob impotentiam degenerabit in fœminam. Mas itaque apud ipſum fœmina calidior eſt : de geſtatione verò fœminas multas in dextra vteri parte geſtari dicit, ac mares in ſiniſtra. At verò Hippocrat. medicinæ parens Aphoriſm. 48. ſectionis 4. dixit : Fœtus mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis. Vbi Hippocr. non negat in ſiniſtris poſſe conſiſtere mares, ſed magna ex parte dicit conſiſtere in dextris, quod ad calorem maris referendum, docebimus ex Galeno. Idem quoque teſtatur Hippocr. lib. 6. de Morb. pop. part. 1. ſection. 44. Quare tamen fiat, vt mares generentur in parte dextra, Galen. indicat : nam mares calidiores ſunt, ergo in parte calidiori generabuntur. Pars verò calidior vteri dextra eſt, quia iecur ei adiacet. Adde quòd ſemen quod peruenit ad dextrum teſtem fœminæ, eſt purius, magis coctum, & minus ſeroſum, vt docet anatome venarum perducentium ſanguinem ad teſtes libro de Diſſectione venarum, & lib. 6. de Mor. pop. comment. citato. & 14. de Vſu partiũ, & id nos præced. cap. retulimus. Mares verò fœminis calidiores eſſe, 2. lib. de temperamentis dixit, & lib. 2. de Semine, & c. præced. ex doctrina ipſius oſtendimus, non alia ratione marem, aut fœminam generari, niſi ob caloris copiam, aut ipſius inopiam. Validior enim calor eſt is, qui membra genitalia extrudere poteſt, qualis eſt maſculorum : quod tamen ſanguis magis abundet in fœminis, non euenit ob caloris abundantiam, vt dicemus. Docet autem mares eſſe calidiores, ratio à pilorum multitudine ſumpta, motuum celeritate, & robore facultatum omnium, pulſuum vehementia, & magnitudine excrementorum, natura, & reliquis. At verò cauſa quare natura calidiores inſtituit mares, fœminas verò minus calidas, à Galeno duplex ſcribitur lib. 14. de Vſu partium. Altera ſumitur ex imperfectione : imperfectio verò ex frigiditate. Nam fœmina imperfecta eſt, imperfectum verò inſtrumenta habet imperfecta, vt perfectum perfecta. Ex animalibus namque quædam tactu ſolo gaudent, quædam cum tactu guſtu quoque : quibuſdam verò dedit natura cum his, & viſum, quibuſdam etiam manus, vt leonibus, & maximè ad vſum aptas, vrſis, & ſimiis. Homini verò, vt prudentiſſimo, manus optimè diſpoſitas ad apprehendendum. Manus namque organum organorum eſt, ſiue organum ante organa, apud Ariſtot. libro quarto de Part. anim. cap. 10. Sic quoque mari tanquàm perfectiori, calorem potiſſimum, naturæ organum abundantius, quàm fœminæ tribuit. Sic etiam vt talpæ oculos dedit natura, eóſque ob imperfectionem intus conditos, ita membra genitalia dedit fœminis : ob imperfectionem verò intus condita. Habuit autem hic defectus à defectu caloris ortum, qui non potuit in fœminis membra genitalia extrudere. Altera cauſa eſt finis ipſe, cuius gratia fœminæ ſic imperfectæ factæ ſunt à natura. Nam non aliter perficeretur generatio, niſi vbi fœmina tantam haberet ſanguinis abundantiam, vt

Sexuum temperatura ex Hippocr. & Galen.

Manus organum organorum.

poſſet

poſſet alimentum fœtui in vtero præſtare. Id autem ob caloris defectum euenit: is enim in fœminia non eſt adeò paruus, vt ſanguinem generare non poſſit, & adhuc multum, ſed tantus, vt ipſum genitum diſcutere non poſſit: genitus verò, ac non diſcuſſus, abundat ad cooeeptus alitionem, aut extra conceptionem, ad menſtruas purgationes. In maribus verò calor non tantum generat ſanguinem multum, ſed quod ab alitione, augmento, & ſeminis generatione abundat, diſcutit. hæc de ſexuum temperamentis.

Temperatura externa. Cæterùm qualem differentiam temperaturarum inueniri diximus in humanis corporibus, talem etiam licet intelligere in his quæ ſunt extra ipſum, quæ ex elementis habuerint mixtionem. Sunt enim quædam temperata, quædam à temperamento recedentia, talia appellata ob actionem, ab ipſis in humanum corpus prodeuntem. Etenim cum humanum corpus, medium temperamentum obtineat inter extrema vniuerſæ ſubſtantiæ generabilium, & corruptibilium. Omne id quod dictum corpus immutare poteſt, à qualitate, per quam mutat, tale denumiuabitur, tanquam ab excedenti. Itaque quod humanum corpus calefacit, calorem habet excedentem, à quo calidum denuminabitur, quod infrigidat, frigiditatem habet excedentem, à qua frigidum denominabitur, idem etiam de ſiccis & humidis dicendum.

Tale per ſe, & tale ex accidenti. Sed tamen non licet citra delectum talia calida, frigida, humida, aut ſicca appellare, niſi priùs id quod eſt per ſe, ab eo quod eſt per accidens diſtinguamus: nam multa ſunt, quæ ſpeciem præbent caloris, frigidi, humidi, aut ſicci: quoniam externum calorem, aut externam frigiditatem vehementem receperunt, vt aqua gelata, quæ verè & per ſe humida eſt, ſed ſiccitatis ſpeciem refert. Multa quoque ſunt calida, aut frigida per ſe, & ſecundum naturam, quæ contrariam ſpeciem referunt calfacta, aut refrigerata, ab externis cauſis. Erunt ergo medicamentorum omnium naturæ explorandæ, vbi omni aliena qualitate nudata fuerint. Quòd ſi hæc eadem ab effectu, quem efficit vnumquodque, velimus diſtinguere, id quod eſt per ſe, ab eo quod eſt per accidens tale, periculum faciendum eſt in ſimplici affectu, & aduertendum, an id ſtatim faciat, vel proceſſu temporis. In ſimplici quidem affectu: nam medicamenta calida humorem calidum in parte aliqua contentum reſoluendo refrigerant: ſed id per accidens faciunt. Temporis etiam ſpatium eſt aduertendum. Nam quæ talia per ſe ſunt, ſtatim tale faciunt, & ſemper id facit, vt aqua frigida, quæ adhibita, ſemper refrigerat: quamuis nonnumquam calefaciat ex accidenti, ſed procedente tempore, quod facit in iuuene quadrato æſtate media, phlegmone laborante abſque vlcere, aqua frigida multa ſuperfuſa. Hæc enim calorem reuocat, vt loquit Hippocrat. Aphoriſm. 21. ſectionis 5. Cùm enim aqua frigida, cuiuis corpori, & in quauis ætate, & anni tempore applicita refrigeret, ſtatim ipſam per ſe frigidam, hoc eſt primùm, & nullo mediante talem appellamus. Quia verò cutem conſtipando, validum calorem reuocando intus roborat, per accidens calidam ipſam dicemus: non enim id per ſe, ſed alio mediante efficit.

Tale actu & tale poteſtate. Ruiſus quod tale dicitur, aut eſt tale actu, aut poteſtate, & hoc aut ſimpliciter: vt ignis, aër, aqua & terra, aut ad alterum, vt medicamenta, venena, & alimenta; hæc enim ad humanum corpus collata talia dicuntur. Id tamen quod poteſtate tale eſt, ab eo quod actu tale primùm diſtinguamus: actu tale dicitur, quod reipſa & energia tale eſt, & quod nulla mutatione facta tale eſſe oſtenditur actu, & in præſenti tempore. Poteſtate verò tale dicitur apud Galenum, quod nondum tale eſt, ſed vt tale fiat eſt promptum. Ac maximè tale poteſtate dicitur, quod ſuapte natura, ad abſolutionem venit, vbi nullum adſit impedimentum, ac facili quadam mutatione. Quemadmodum infantem rationalem eſſe dicimus: quoniam ſuapte natura talis eſt, etſi modò ratione non vtatur: ſic etiam & canem nuper natum dicimus venatorem, quamuis nec videat, neque incedere poſſit. eſt itaque actu tale, quod perfectum iam eſt, quod verò nondum perfectum eſt, ſed futurum, & ſuapte natura, ad tale actu perueniet, id poteſtate tale appellatur primo modo: ſecundo verò, quod materiam præſtat ei quod tale actu eſt, promptam recipere formam actu talis, vt ſanguis eſt potentia caro: quia leui mutatione tranſit in carnem actu: tertio modo dicitur poteſtate tale, id quod ex ſe habet potentiam aliquid agendi, & non ex accidenti, vt aqua frigida dicitur potentia frigida, hoc eſt, per ſe infrigidare potens. hoc modo potentia tale dicitur ex aduerſo ei, quod ex accidenti tale eſt. Secundo modo tamen medicamenta dicuntur poteſtate calida: ſunt enim vt materia accendi facilis, quæ leui accepta mutatione, ad multum peruenit caliditatem, & ſtatim noſtrum calorem adaugent, vt ſulphur, poteſtate ignis dicitur: quoniam leui momento caloris ab igne ſuſcepto in ignem tranſibit. Præterea poteſtate talia dicuntur, & alimenta, & venena. Nam alimenta quatenus alimenta ſunt, materiam præſtant alitioni, ac nullam efficiunt alterationem: ſunt tamen omnia talia poteſtate calida, quia in calorem noſtrum naturalem tranſeunt, & ipſum quantitate adaugent. Alterantur hæc à noſtro corpore ſecundum aliquam qualitatem, quam tamen non retribuunt alimenta, ſed tota ſubſtantia agentia nutriunt. Si verò facultatem alterandi habet, quod offertur, omne tale medicamentum eſt, & multis modis variat. Nam ſi quod offertur non corruptum noſtrum corpus corrumpit, venenum eſt. Si verò mutatur à calore noſtro, & leuem mutationem adeptum, corrumpitur, aut putreſcit, & corrũpit corpus, ac ipſum putrefacit, id noxium etiam venenum dicetur: quod verò cùm mutationem adeptum eſt, iterum corpus mutat, non tamen corrumpit ipſum, id propriè medicamentum eſt. Quod tamen mutationem recipit, ac corpus ſimiliter qualitate mutat, ſed tamen ad finem in corporis ſubſtantiam mutatur, id alimentum eſt medicamentoſum. De medicamentis tamen quæ poteſtate talia ſunt impræſentiarum differendum, an ſit aliquod temperatum. Secundò, quomodo reducuntur de potentia in actum. Tertiò, an talia poteſtate dicantur, ad quemuis hominem collata, vel ad ſolum bene temperatum. Quartò, de venenis calidis ac frigidis, & an humanum corpus nutrire poſſint, ad finem verò de proprietatibus, quas appellant, pauca quædam. Circa primum dubium, an ſit aliquod medicamentum temperatum, medici iuniores Auicenniſtæ multis & variis nugis reſpondent.

Medicamentum temperatum an ſit. Quidam enim dicunt, quòd licet non ſit aliquod medicamentum temperatum, ita vt per ſe corpus noſtrum ſeruare in ſua temperie poſſit, erit tamen temperatum: quia ſimilem ſpiritui habebit proprietatem. Primum non eſſe quod per ſe ſeruet noſtram temperaturam, hinc fit, quòd non eſt aliquod medicamentum, quod eam habeat difformitatem partium quam habet corpus noſtrum: erit tamen aliquod ſeruans temperaturam ſpiritus, & quod conſeruat ſpiritum qui conſeruat

noſtrum corpus, conſeruat quod conſetuatur ab ſpiritu. Verùm iſti non nonerunt aliquod temperatum medicamentum exterius applicitum tale eſſe, nec nouerunt temperatum medicamentum, non tantùm ad ſpitirum eſſe referendum, ſed ad calorem ooſtrum naturalem, à quo temperatura totius pendet. Alter dixit aliquod eſſe medicamentum temperatum, quud mutationem aliquam corpori afferre poteſt, eam tamen non eſſe ſenſibilem: nam omne agens in agendo repatitur, ſed medicamentum temperatum patitor à corpore, ergo agit in ipſum, ſed ipſum inſenſibili mutatione mutat. Ad probandum tamen tale eſſe in vniuerſo medicamentum, nullam inueoit rationem. Verùm hîc multis modis fallitur. Primò, quia Galen. lib 5. de Simplic. medic. facultatib. cap. vltim. medicamentum ſymmetrum dixit, quod nec calfacit, neque iofrigidat, neque humectat, neque exſiccat, nec calidum, frigidum, bumidom, aut ſiccum eſt, quo in loco ſtatim dixit medicamentem primi ordinis id eſſe, quod alterat corpus, non tamen euidenter, quam facultatem prædictus ad temperatum referebat. Fallitor quoque putans nulla ratione poſſe probari temperatum medicamentum. Nam eadem ratione qua probatur temperatiſſimus homo, probabitur temperatiſſimum medicamentum. Vbi enim ad alicuius berbæ generationem elementa æquata deueniant, herba temperatiſſima fiet, nec tamen ſequitur, ſi berba temperata eſt, ipſam fore de humana ſpecie. Nam homo non eſt in omnibus partibus ſimilis, neque in alia quàm in cuti temperatus. Sed tamen cutis non ex omni materia, qoouis modo temperata fit, ſed ex ſemine. Poſſunt ergo molta eſſe temperata, quæ non habent vnam formam in ſpecie. Quoniam forma non exigit ſolas ipſas primas qualitates, ſed ſubſtantiam certæ quantitatis, craſſitudinis, aut tenuitatis, & plures alias conditiones. Et homo aut eius pars non in omni loco generator, ſed in vtero, & herba non in omni loco, ſed in terra. Dicemus tamen cum Gal. aliquod eſſe medicamentum temperatum ſiue ſymmetrum, quod nullam corpori infert alterationem, neque aliquo modo poteſt ipſum motare, quale eſt adiantum, quale etiam oleum Galen. eſſe dicit lib. 2. de ſimplic. medic. facul. cap. 22. vbi medium ipſum probatur, in calore & frigid. Eſt enim id materia medicamentoſa, quæ tantùm calfacit corpus humanum, aut ipſum refrigerat, quantum à medicamentis calefacientibus, aot infrigidantibus aſſumpſerit facultatis, nullam ex ſe ipſo oſtendens. Tantum quoque caloris corpori retribuit, quantum à corpore ſuſcipit. Hinc ſoluitur illorum ratio, corpus noſtrom agit in medicamentum, ergo repatitur ab ipſo. nam agit corpus per actualem calorem, & reparitur per potentiam talem, quæ crat in medicamēto, quod nihil caloris ex ſe producit, ſed tantum corpori retribuit quantum à calore ſuſcipit, ſiquidem à corpore valde calido multum recipit calorem, ac multū retribuit, & parum ei, à quo parum: id verò vt veſtimentum efficit, & quoniam calorē naturalem exhalare prohibet illitum: & eodem lib. cap. 2. Gal. docet oleum temperatum in humido & ſicco. Simili modo temperata ac ſymmetra medicamenta eſſe in vſu medicorum probatur. Nam lib. 5. de ſimpl. med. facult. cap. 5. medicamenta coctionem adiuuantia & puris generationem, vt docet, eiuſdem ſunt temperaturæ cum calore corporis cui adhibentur. Quæ igitur pus mouent, aot coctioni adminiculantur, in temperatiſſimo corpore, temperatiſſima ſunt, quæ etiam talem ſeruant innatum calorem, qualem

Medicamenta aliqua eſſe temperata, quæ ſymmetra appellantur.

ipſom inueneriot, neque aliter proficere poſſent. Nam cùm coctiones ac ſuppurationes omnes fiant à calore innato, ſi medicamentum calorem innatum aliquo modo mutaret, coctioni non proficeret. Itaque ad Gal. mentem, oleum omnimodo temperatum eſt in vtraque contrarietate. Et multa ſunt medicamenta quæ in calore, & frigiditate ſunt ſymmetra, nempe quæcunque coctionibus, & ſuppurationibus accommodantur, quæcunque etiam quantitatem caloris adaugent, qualitatē tamen non mutant. Præter temperata verò medicamenta, reliqua omnia quatuor ordinibus diſtinxit Gal. lib. 5. de ſimpli. med. fac. cap. 26. quæ enim calida, frigida, humida, aut ſicca appellantur medicamenta, ab excedenti qualitate talia denominantur. Quorum omniū ordo primus eſt, medicamentorum calidorū gratia exempli, quæ nullam ſenſibilem inferunt alterationem, ſed ratio ei opus eſt ad eius cognitionem. In ſecundo ordine ſtatuuntur, quæ manifeſtam in ſenſu efficiunt alterationem, ad aliquam dictarum qualitatum. Ea verò quæ non tantùm manifeſtè alterant, ſed vehemēter, ad tertium pertinent ordinem: qualia ſunt quæ alterant, ita vt actiones lædant, non tamen ſummè. Quæ tamen ſommè alterant, ita vt calore corrumpant particulam, ac eſcharam inducant, aut frigore extinguant, & mortificent partem cui admouentur, in quarto ordine ſunt. De iis verò quæ exſiccant, nullum eſt in quarto ordine niſi in eodem ordine fuerit calidum, ita vt vrendi poteſtatem habeat. Tertio tamen ordine ſicca multa ſunt refrigerantia, vt acerba, & quæ valde adſtringunt. E quorum numero ſunt, omphacium, balauſtia, gala. Sic etiam exiſtimandum nullum eſſe in quarto ordine humectans, aut ſi quod fuerit, id habere coniunctam frigiditatem. Præterea docet Galen. in tres differentias diſtinguere ſecundum, tertium, & quartum ordinem, non tamen primum: quoniam primum diximus inſenſibilem inferre alterationem, & quod inſenſibile eſt, nullam habet latitudinem, quæ diſtingui poſſit. Tres autem alij ordines ſinguli tres habent differentias ſenſu diſtinctas, maioris & minoris ratione. Dubium ſecundo loco agitandum fuit, quo pacto medicamenta poteſtate talia tranſeant in actu talia. Circa hoc dubium multi diuerſa admodom ſenſerunt: quorum opiniones latè referre, & confutare impræſentiarum foret legentibus moleſtum. Nam quidam dixit calorem noſtrum naturalem ſingulis medicamentis poteſtate talibus tribuere formam quandam, quæ eſſet productiua alicuius primarum qualitatum; & in medicamentis poteſtate calidis ipſam eſſe calefactiuam, & in poteſtate frigidis refrigerantem, in humidis humectantem, & in ſiccis exſiccantem, & eam habere diuerſitatem in generatione ob diuerſam proprietatem, quæ eſt inter medicamentum & calorem noſtrum. Sed tamen iſti nulla ratione hanc formam æquiuocè producentem primas qualitates (vt verbis eorum vtar) ſtatuunt. Præter id quòd calidum medicamentum calore calefacit, vt docet Gal. & infrà oſtendemus. Alius dixit medicamenta corrumpi, atque recipere nouam formam in ventriculo (ſi ibi receperit mutationem) formam chyli, in iecore ſanguinis, in venis ſecundarom humiditatum, licet impropriè. Verumtamen quemadmodum ſanguis quidam eſt calidior, quidam frigidior, ita ex medicamentis, ac inde magis calefacere, aut infrigidare. Fallitur autem Sophiſta: quoniam medicamenta valdè calida, non recipient à calore noſtro calorem, qui vrere poſſit, neque frigida in quarto frigiditatem, & multa alia ſunt, quæ leuiſſimam

Medicament. ordines.

Dubium circa medicamenta poteſtate talia.

recipiont mutationem , neque formam mutant, vt dixit, veluti quæ frigida ſunt in quarto ordine. His igitur prætermiſſis, Galeni mentem referamus ex libro tertio de temperamentis, vbi docet, medicamenta poteſtate calida, vt fiant actu calida, exigere comminutionem & calefactionem : hoc namque modo de potentia in actum tranſeunt, vbi fuerint primùm comminuta: deinde calefacta, & calori noſtro coniungi dicit, ac ipſum augere, quemadmodum dicitur materia accendi facilis. Hæc enim cùm ab igne inflammata fuerit, ignem ipſum adauget. Et vt multa ex his quæ inflammantur, leuem mutationem accipientia ad maiorem flammam ex ſe procedunt, vt ſulphur: ita medicamenta natura calida, ſunt veluti materia accendi facilis, ipſa enim comminuta primùm, deinde leuem mutationem à calore noſtro recipientia, multum calorem aſſequuntur, & ſemel incaleſcentia, rurſus corpus magis recalfaciunt. Hic eſt in calidis medicamentis modus. & lib. 1. de Simplic. medicam. facult. cap. 11. ſimiliter eandem reperit ſententiam ex lib. 3. de Temperament. Monſtrauimus autem (inquit) quædam medicamenta vbi leuem fuerint mutationem adepta, ſecundum naturam deinde ſuam ad plurimam mutationem procedere. Quamobrem mirandum non eſt, ſi quædam medicamenta primæ quidem mutationis principium à noſtro calore nacta, inde iam pergant, eum quoque qui mutabat ſuperare. Docet quoque eodē cap. neceſſariam eſſe cōminutionem : maximè in his quæ craſſam habent ſubſtantiam, vt melius à noſtro calore patiantur, vt rurſus quoque in ipſum reagant. Vnde fiet, vt in ipſis calidum elementum frigidum vincat: ante actuationem namque, vt inquit Gal. 3. de Temper. calidum elementum non vincit frigidum in medicamentis poteſtate calidis, ſed vt vincat breuem opem extrinſecus requirit. Modus ergo reductionis medicamentorū potentia calidorum ad actū eſt, per diuiſionem ad minimas quaſdam partes, & per caloris ſuſceptionem ab animalis corpore, quod non tantùm verum probat in his medicamentis quæ intrò ſumuntur, ſed in his quæ exterius applicātur: quæ vbi ſolida applicērur, & craſſam habentia ſubſtantiam, nunquam alterationem efficient, ſiue calida, ſiue frigida fuerint, niſi comminuantur, & frictione penetrent corpus, aut quadam tranſpiratione per cutim ſimul cum aëre, qui tranſpirat per poros, & extremas venas atque arterias, intus deducatur, vt à calore noſtro prius patiatur id quod calidum eſt, id tamen quod frigidum vt comminutum deducatur ad partem quæ paſſura eſt. Id cap. 12. lib. 1. de Simplic. medic. facult. voluit Gal. Frigidorum ergo medicamentorum reductio ad actum comminutione fit, & motu quo in partes diſtribuuntur. Nec negamus calorem à corpore acquirere, verumtamen ipſum non eſſe neceſſarium ad actuationem ipſorum, ſed ſolam comminutionem & motum, quæ ſine calore non fiunt. Eam fuiſſe Galeni mentem quam de calidis & frigidis diximus, conſtat ex lib. 3. de Simplic. medicam. facult. cap. 19. cùm inquit : Quamobrem eius quoque omne protinus meminiſſe opus eſt, veteres medicamenta natura frigida, poteſtate frigida dixiſſe: quoniam hæc quoque quadantenus infrigidandi potentiam obtinent, vt calefaciendi calida. Quòd ſi hæc vno modo, illa verò reliquo, nihil vtique refert : generale namque atque commune idem vtriſque eſt, nempe alterationis principium à paſſuro corpore in acturum medicamentum procedens. Nam quæ poteſtate quidem ſunt calida, alterantur eo duntaxat, quòd incaleſcant à nobis: at quæ natura frigida, tum quod

Medicament. frigid. reductio.

comminuantur, tum quod aſcititium accipiant motum. Cùm itaque ipſis tanquam frigidis, agere abſque corporis patientis auxilio non liceat, iure poteſtate frigida dicuntur : verùm vt actu nos refrigerent non prorſum ex ſeſe obtinent : verùm à nobis prius perpetiantur, vt refrigerent oportet. Etenim in minuta conteri , & aduentitium motum accipere, affectus ſunt medicaminum. Conſtat ex hoc loco frigida medicamenta motum & comminutionem acquirere à corpore, ad hoc vt agant. Calida verò incaleſcere, quod enim comminui quoque calida ſit neceſſarium, ſuprà diximus ex Galeno. Quod tamen frigida, quamuis nullam aliam mutationem aſſequerentur in noſtro corpore præter comminutionem, & motum, poſſent agere in corpus, lib. 3. de Temperam. docuit, dicens : quæ verò refrigerant, veluti papaueris ſuccus, hæc à noſtro corpore, ne vel paululum quidem demutata, ipſum ſtatim vincunt ac mutant, etiam ſi calfacta prius dederis : eſt enim eorum natura frigida velut aqua. Neque tamen ego ob id negarem, ea quæ frigida ſunt, calfieri, præter comminutionem & motum. Sed dicemus circa quartum dubium, eam calefactionem non eſſe neceſſariam, in his ſaltem quæ quarto ordine refrigerant, niſi vt breui fiat comminutio & diſtributio. Quòd ſi quis inſtauerit dicens: Poterunt ergo tam calida quàm frigida medicamenta proximam partem alterare : calida ob propinquitatem; frigida, quoniam motu non egent, quo partibus diſtantibus ſolent applicari, dicemus: calida non poſſe agere, niſi probè incaleſcant prius à noſtro calore, id verò non fieri, niſi facta prius comminutione , & frigida ſimiliter egere comminutione ad agendum, vt ſubſtantiam partis alterandæ penetrent, egere quoque motu aſcititio, de quo diximus, vt compleant actionem ſuam partibus diſtantibus applicata. Proximas verò partes infrigidare poſſe poſt comminutionem non negabimus. Id tamen non oſtendit ſummam medicamenti potentiam, ſed citra ipſam corpus mutabit, vbi non digeratur per corpus. Quod verò Galenus dixit de papaueris ſucco, & ſimilibus quarto ordine frigidis, nec mutata refrigerare, verum eſt: mutati verò in eo loco idem ſignificat, ac ſi corrumpi dixiſſet, vt ex inferius dicendis conſtabit. Tertium dubium fuit, an medicamenta talia dicantur in potentia, collatione ad omnem hominem, vel tantùm ad temperatiſſimum ſiue eucraton. Nos huic dubio ad Galeni mentem reſpondebimus: quoniam quæ alij deblaterarunt, nauſeam ingerere potiùs quàm quidpiam docere poſſent. Medicamentorum vires multis viis cognoſcere docet Galenus in lib. de Simplic. medicament. facultat. vt tactu, colore, ſapore, & odore. Certiſſima verò notitia tactu accipitur, cuius proprium eſt qualitates primas diſtinguere. Verùm non quouis modo medicamina ſunt admouenda, neque cuiuis corpori ad periculum faciendum, ſed aliquid eſt ex medicamento præcauendum, & aliquid ex corpore. Ex medicamento quidem, vt ipſum tepidum admoueatur, ab omni qualitate actuali immune : ne fortè ab ipſa impediatur actio. Ex corpore verò, vt ſimplici affectu laboret, vt 3. lib. de Temperam. docuit, lib. tamen 1. de Simplic. medicam. facultat 2. 3. & 4. cap. ad inueniendas medicamentorum vires præcipit, vt medicamentum ſit omni aliena qualitate nudum, & conijcere quod per ſe eſt, & id ab eo quod per accidens diſtinguere : quoniam actio ſimilis eſt à principio in finem, in affectu ſimplici : deinceps hæc eadem experiri primùm in corporibus tempe-

Medicamenta vt talia dicantur, cui conferri debent.

ratis, dein lapſis: deinde in his quæ aliquo tenentur affectu: eſt autem is ſimplex intemperies ac ſine materia. Cæterùm quo ordine calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum medicamentũ ſit ſtatuendum, vbi vires ipſius velimus inuenire: docet Gal. lib. 3. de Simplic. medicament. facult. cap. 12. ac præcepit periculum facere in corporibus temperatis, deinde iudicium ferre. Quale enim viſum fuerit ad temperatum corpus facta collatione, tale ſimpliciter ſtatuetur. Nam temperatiſſimum medicamentum ob id tale dicitur: quoniam temperatum hominem nec calfacit, nec infrigidat. Cùm tamen omne tale medicamentum, ſicuti & quæ temperamento proxima ſunt (vt docet eodem lib. cap. 10.) calidiora corpora infrigidet, & frigidiora calefaciat: quod conſtat: ſiquidem vrina hominem in balneo infrigidat, & extra calefacit. Sic & roſaceum calefactos infrigidat, infrigidatos calefacit. Fit autem hoc, quoniam quod minus calidũ eſt altero, eſt eodem magis frigidum: & vt minus calidum à magis calido patitur calorem, ita minus calidum reagit frigiditatem: ſic quoque quod eſt altero minus frigidum, patitur ab ipſo per frigiditatem & reagit in ipſum per calorem. Quòd ſi ab omnibus his actionibus tale appellare medicamentum liceret, eſſet idem medicamentum calidum ac frigidum appellandum. Si tamen eo modo quo ſtatuimus ſupra, homo quidam medius eſt in vniuerſa ſubſtantia, ad quē corpora reliqua collata calida & frigida dicuntur, & ſunt, ita modo medium aliquod ſtatuamus, quod eſt eucraton corpus, ſingula ad ipſius collationē talia dicentur. Nec tamen voluit id medium indiuiſibile eſſe, ſed in latitudine conſiſtere, quam diximus deberi corpori æquali ad iuſtitiam, circa quod ſingulorum actiones collatæ ſedem ſortientur eius ordinis, cuius erit actio, ſupradicto modo. Cui ſententiæ obiiciunt quidam, nam ſi medicamenta primi ordinis poſſunt efficere effectum quarti ordinis, nō minus debent ſtatui in quarto ordine, quàm in primo. Id verò fieri probant: quoniam medicamentum primi ordinis calidum, admotum febrienti ipſum inflammat, ergo efficit effectũ quarti ordinis. Similiter idem medicamentum primi ordinis, vbi in magna quantitate adhibeatur, poterit hominem calefactione interimere. Quare ergo potius in primo quàm in quarto ordine reponetur? Reſpondemus, quòd medicamentum temperatum, quod ſupra exiſtere probauimus, ob id dictum tale eſt à Gal. quoniam corpus nulla alteratione alterat, quæ aut ſenſu, aut ratione aſſequi poſſit. Sed tamen Galenus 3. de ſimplic. medicam. facult. cap. 10. medicamenta temperata dicit calefacere corpora refrigerata, & refrigerare calefacta. Ergo temperatorum natura in temperatiſſimis corporibus tantùm probari debet, ac talia ſtatui iure poterunt, quamuis in aliis, alias efficere poſſint mutationes. De medicamentis quoque primo & ſecundo ordine talibus aduertendum, quòd vt diximus, id quod eſt in primo ordine, inſenſibili modo alterat, quod eſt in ſecundo, alterat quidem ſenſibili modo, non tamen lædit actiones. Quod ſignificat nobis, nullum horum excedere latitudinem ſanitatis. Nam ſi ipſam excederēt, poſſent alterando extra ſanitatem ducere, & actiones lædere. Calidum ergo in primo ordine temperatiſſimum, alterabit inſenſibili mutatione: ſed id corpus, quod in extremo calidum adhuc ſanum, non calefaciet, ſed potius infrigidabit. Quod verò in ſecundo ordine exiſtit, id ſenſibili modo calfaciet, aut infrigidabit ſymmetrum corpus, pariter & corpus ab ipſo parum lapſum, ſed tamen hominem ſanum valde lapſum ſimili lapſu, non alterabit: nempe id quod tantùm labitur ad calorem aut frigiditatem, quantum ipſum medicamentum: quoniam à ſimilibus non fit actio, vbi tamen ad contrarios lapſus comparentur, debitas actiones efficient, ac corpora quibus applicentur temperatum verſus deducent. Vt calidum medicamentum in primo ordine, hominem parum labentem ad frigidum attemperabit, & quod ſecundo ordine calidum fuerit corpus, intra ſanitatem lapſum ad extremum, ad temperamentum deducet. Paribus namque numeris fieri curationes, ac reductiones docet Galenus. Hinc ſequitur falſum eſſe, quod referunt in contraria ratione: nempe medicamentum primi ordinis calidum, poſſe febricitantes inflammare: potius enim reſgendo, caliditatem ipſorum remittere poſſent, ſic etiam de frigidis, ſiccis & humidis medicamentis dicendum eſt. Id ſimiliter conſtat in ſitopis calidis in primo & ſecundo ordine, qui febrientibus oblati opem ferunt. Hæc intellige, niſi talia medicamēta fuerint accenſu facilia, & mutata, ad maiorem gradum perducta, nos rurſus alterent. Quod mel in billioſis facere ſolet. Pariter etiam quod in argumento ſecundo loco adducto dixerunt, falſum eſt, medicamentum calidum primi ordinis per reiteratam exhibitionem poſſe inducere calorem quarti ordinis, nam id cùm ſemel adinuenerit corpus ſuo modo calefactum, non amplius ipſum calefaciet, ſed tantùm calorem productum conſeruabit. Verum quoque eſt, non ſemper medicamenta prima applicatione inferre totum ſuum calorem, quem tamen repetita producent, deinceps verò nihil. Medicamenta tamen quæ in tertio & quarto ordine talia ſunt, totam humanam ſanitatem excedunt, cùm poſſint ſenſibilem læſionem inferre & mortificationem, aut corruptionem. Hæc quamuis in temperatioribus corporibus ſint exploranda, vt ab effectu denominationem adipiſcantur, in omnibus ſanis corporibus ſuum effectum inducere poſſunt: quoniam omnia humana corpora ſana poteſtate ſuperant. Calidum enim in tertio ordine, magis calidum eſt calidiſſimo homine ſano, cui applicitum læſionem actionibus afferet. Vt enim parum calorem ſuperat, ita pauco addito calore, ipſum in morbum deducet, quemadmodum frigidum in tertio ordine corpus frigidiſſimum ſanum ægrotare coget, vbi citò per corpus digeratur, ne forte interim vires amittat. Sic etiam, quæ in quarto ordine calida ſunt, omne corpus vrere poſſunt, ſiue ſanum, ſiue ægrum, aut putrefacere, quoniam totam humanam latitudinem ſuperant. Frigida quoque infrigidando mortificabunt. Sed intereſt inter calida & frigida medicamenta, quòd calida in calidis corporibus citius induennt ſuum effectum quàm in frigidis: quoniam in ipſis minorem inueniunt reſiſtentiam, quàm in frigidis: frigida verò non ita ſe habent ad frigida corpora, ſed citius interimant hominem calidum quàm frigidum. Quoniam, vt Galenus inquit libro tertio de ſimplicium medicamentorum facultatibus, magis celerem habent in calidis corporibus diſtributionem, & inde citius partibus applicantur. Hæc igitur eſt ratio, quoniam calida medicamenta in quarto ordine, temporis mora deteriora redduntur: frigida verò vires amittunt, ita vt in quibuſdam interim ſuperentur, & mutata alere poſſint. Vbi tamen ita celeriter diſtribuantur, in calidis & frigidis corporibus: quod fieri poſſet, vbi vino diſſoluta frigido corpori exhiberentur, non tamen calido, facilius in corpore frigido quàm in calido ſuum inducerent effectum. Calida ergo

Calida & frigida medicamenta non ſimiliter ſe habent ad alterandum corpus.

ergo in tertio & quarto ordine, vbi calidis applicentur, ſuum inducunt effectum, citò, & forte nulla repetitione facta. Frigidis verò admota, tardius & repetita. Repetimus enim medicamenta, non vt maiorem qualitatem quàm quæ ſibi ex ordine proprio, & natura ſua debetur, inducant, ſed vt ipſam compleant quam in corporibus contraria qualitate præditis, ob reactionem ſemel applicita non induerunt. Nam calidum medicamentum quod corpori valde frigido admouetur, vt tandem ſuum calorem inducat, eſt repetendum: ſemel verò pro-

Dubium notandum.

ducto, repetitio nihil addet, ſed productum conſeruare valebit. Poſſet autem quis meritò dubitare, ſi medicamentum primi ordinis calidum applicitum corpori calidiori ſe, ipſum calorem remittit, quemadmodum de moderatè calidis diximus, quare ſimiliter medicamentum calidũ in principio tertij ordinis non remittit calorem calidiſſimi hominis, qui laborat febre ardentiſſima, cuius calor maior eſt, quàm medicamenti conſtituti in principio tertij ordinis, & ſimiliter de frigidis, humidis & ſiccis erit dubitandum. Ad quod reſpondemus, quod medicamentum calidum in primo ordine & in ſecundo, multam habet frigiditatem in potentia, per quam cùm reducta fuerint in actum, reagent in corpus calidius: quæ verò iam in tertio ordine ſunt, aut ſupra ipſum, paucam habent frigiditatem, & multum calorem: vnde fit, vt per frigiditatem, quam continent poteſtate, calidiſſimis corporibus reniti atque in ipſa reagere non poſſint. Quòd ſi quis interroget, quare oleum eryſipelatis admotum quam maximè lædit, & mel febricitátibus obeſt, cùm oleum temperatum ſit, & mel intra ſecundum ordinem calidũ: dicemus, quod oleum, vt Galenus inquit libro ſecundo de Simplicium medicamentorum facultatibus cap. 24. quamuis temperatum ſit, corpora noſtra recalfacit, parem nobis calorem illi ruin retribuens: quemadmodum & veſtis: & quoniam poros cutis infarciens, prohibet calorem noſtrum exhalare. Inde fit, vt quamuis à natura ſua medicamentum temperatum, aut primi ordinis, ſæpiſſimè repetitum qualitatis ratione nullam manifeſtam actionẽ inferre poſſit, neq; magna quantitate adhibitum, tamen poros obſtruens, cuti admotum, aut ſi interius ſumatur, grauans & nauſeam aut vomitum, aut humorum commotionem efficiẽs lædat, ac poſſit nonnunquam morbum inducere: Mel verò quia non tantùm medicamentum eſt, ſed alimentum calfacit in ſanguinem verſum, & cum qualitate calidiorem, trãſit quoque in bilem, in calidioribus corporibus: hæc verò quãtitatem & qualitatem caloris augent, quæ in medicamentis, quæ talia ſunt, non tamen alimenta non fiunt: quia ſola qualitate operantur. De venenorum natura quarto loco agendum eſt: pendet tamen eorum cognitio, ſuarũque actionum ex his quæ ſuprà diximus in vniuerſali illa diuiſione eorum quæ corpori offerũtur, intus, aut extra, eſtque Galen. doctrina lib. 3. de Tempet. Quæ offeruntur corpori, aut ipſum alterant, aut non: ſi corpus non alterant, aut mutantur in noſtrum corpus, aut non. Si mutẽtur, ſunt alimẽta: ſi non, erunt medicamenta temperata. quod vltimum Galen. eſſe probauimus. Quòd ſi corpus alterant, aut talia permanentia, id faciunt, & ſunt venena. hæc intellige eſſe frigida venena, aut à corpore mutantur, & aut mutando ipſum corpus corrumpunt, & putrefaciunt, cùm ſemel à corpore mutata fuerint, mutationis principium accipientia: & erunt pariter noxia venena, vt calida erodentia, aut putrefacientia, aut poſtquàm mutationis principiũ

Venenorum natura inquiritur, qualiſnam.

acceperint, corpus quoque mutant, non tamen corrumpunt, neque ad finem in corporis ſubſtantiam tranſeunt, & ſunt verè medicamenta, quamuis omnia dicta ſint etiam amplo ſignificato, medicamẽta præter alimenta. Quòd ſi quod mutat corpus, ſic mutatur ab ipſo, vt ad naturam ipſius deducatur, erit alimentũ medicamentoſum. In numero venenorum duas ſpecies ipſorum ſtatuimus. Vna eſt eorum, quæ nullam mutationem adepta interneecant, id eſt nullam corruptionẽ paſſa. Altera eorum, quæ ſemel mutationis initium accipientia corrumpuntur & putreſcunt, & deinde corrumpunt, ac putrefaciũt corpus. Frigida venena ſunt in prima ſpecie, vt vult Gale. lib. 3. de Temper. cùm inquit: Quæ verò refrigerant, veluti papaueris ſuccus, hæc à noſtro corpore, ne vel paululum quidem demutantur, ſed ipſum ſtatim vincunt ac mutant, etiam ſi calefacta prius dederis. Et eodem lib. iterum idem cõfirmat, ſed tamen non ob id exiſtimandum eſt venena frigida nullam alterationem recipere à noſtro calore: nam lib. 3. de Simpli. medicam. facul. cap. 17. de venenis frigidis loquens: qualia ſunt cicuta, papaueris ſuccus, & mandragora, dixit, verum adſcitiam caliditatem requirunt, quæ imminuta ſũt, extenuet atque comminuat, quæque velut manducat, & cap. 18. de eiſdem dixit, Quemadmodum itaque niſi calorem habeant abundantem, qui comminuat, tum ad cor vſque perducat, interficere non poterunt. Verùm intelligere oportet, à calore noſtro venena frigida alterari: nulla tamen ex parte corrumpi, vbi debita quantitate exhibeantur: eam tamen caliditatem, vt adſcitiam breui amittere & frigida reddi, ita vt frigida tangentibus appareãt, ſine ea quoque partes proximas alterare poſſe: Sed tamen calida nõ tantũ alterari, ſed mutari, aut putrefieri, aut corrũpi debere: ipſa verò ſemel mutationis initium adepta, ad magnam ex ſe procedunt. Diximus venena frigida nullam mutationem recipere, ſed ſolam alterationem, vbi in debita quantitate ſuę actioni adhibeantur: quoniam in minori non tantùm alterabuntur, ſed etiam alent. Quod calidis venenis non accidit, ſunt enim venena calida toto genere lethalia: frigida verò ex quantitate, vt Gal. lib. 3. de Simp. medicam. facult. cap. 18. 21. & 22. quibus in locis venena frigida docet lethalia eſſe ob quãtitatem: quoniam ſi in pauca quantitate adhibita fuerint, nõ occident, ſed ſuperata à calore noſtro poterunt ipſum alere, niſi tota ſubſtãtia aduerſa fuerint. Quod anus Athenienſis experta eſt à pauca cicutæ quantitate orſa, donec aſſueta maiorem acciperet ſine noxa. Id conſuetudine fieri an poſſit, & qua ratione, non pertinet ad hunc locum, ſed tantummodo docere paucam quantitatem cicutæ poſſe ſuperari à noſtro calore, & alere corpus noſtrum, quemadmodum & parua ſucci lactucæ quantitas: quod etiam fiet, vbi quamuis maiore adhuc quantitate venenum frigidum ſumatur, id tardè diſtribuatur. Potiſſima namque cauſa, quare occidit venenum eſt: quoniam cor occupat. id verò non faciet, niſi citò diſtribuatur, & ad cor perueniat, vt ipſum opprimat, quemadmodum multa ligna viridia, paruo igni ſupra poſita. quòd ſi tarda fiat diſtributio, prius in itinere vires amittet, ac tandem mutatum nutriet, quod facit lactucæ ſuccos, & cicuta in ſturnis, quos ob paucum ipſorum calorem alit, & ob viarum obſtructionem: prius enim in ipſis coquitur, quam ad cor perueniens occidat. Inde fit, vt potius occidat homines calidiores, & qui meatuum habent amplitudinem maiorem, per quos arteriarum motu facilius ac celerius ad cor deducitur. Nam ob eorum frigidita-

Venenorum duplex natura.

Venena calida non alere.

Venena frigida non genere, ſed quantitate.

Sturnos alit cicuta.

tem, ac ſubſtantiæ craſſitudinem morantur in via. eſt enim omne exactè frigidum craſſarum partium. Hac etiam ratione, ſi quis voluerit cicutam vehementius agere, ipſam potandam exhibere debet vino mixtam, non tamen vinoſo: nam id non tantùm cicutam diſtribuere, ſed ipſius malitiam corrigere poterit, & ipſius potu laborantem perſanare. Diuerſa eſt admodum venenorum calidorum natura, quæ toto genere lethalia ſunt, non quantitate tantùm. non quoniam ad operandum quantitate non egeant: ſcintilla namque ignis ſæpe adeò inualida eſt, vt ſentiri eius actio non poſſit. Sic etiam aconitum, aut cantharis, in paruiſſima quantitate actionem nullam, aut paruiſſimam edent, non tamen occident. Dicuntur tamen toto genere talia: quoniam neque in illa paruiſſima quantitate ſumpta vinci poſſunt, aut alere: maiori verò, & corrumpant & putreſaciant, ſpatio temporis nũquam correcta, ſed ſemper deteriora reddita. Quidam eorum qui ſolent nugas grauioribus ſententiis inſerere obiicit, probare contendens, calida venena alere poſſe: ea nempe quæ erodunt, ac putrefaciunt: nam allium alere poteſt, (inquit) quod tamen in quarto ordine calfacit & exurit: ſed natura poteſt ipſum à facultate vrendi nudare, poterit igitur & id quod habet vi putrefaciendi. Ad quod reſpondemus, quod Galenus libro ſecundo de Aliment. facult. cap. vlti. dixit, cæpis, alliis, porris, aliquam eſſe alendi facultatem, quamuis paruam, poſtquàm elixa fuerint bis aut ter: quoniam per elixationem acrimoniam illam amittunt: habent autem cum acrimonia ſubſtantiam quampauciſſimam alimentoſam, ac perinde fit, vt vi ignis ſuperante allium acredinem amittat, & deinde alere poſſit, quod tamen calidis venenis non contingit: quia nihil alimentitium habent. Pari modo allium vbi crudum ſumatur, venenum non eſt: quoniam cum ſua facultate calfaciendi, & ſiccandi in quarto ordine non peruenit vſque ad cor. Et quamuis cuti extra applicitum ipſam exulceret, non tamẽ id interius facere valet. Vt exulceret namque quiete eget & quãtitate debita, & vt nõ miſceatur alicui impedienti ſuam actionem: verùm intus ſumptum allium coquitur, diſtribuitur, ac motum diducitur, & cibo ac excrementis miſcetur, & parum eius ſingulas partes attingit, & tenuis ſubſtãtia, ac facilè diſſolubilis acrimoniæ eius ſubiicitur: qua ratione à noſtro calore diſſipatur. Quamuis igitur exteriora exulceret, non perinde interiora exulcerabit. Calida verò venena erodentia ac putrefacientia, niſi à corpore pellantur bona fauente fortuna, aut mixta excrementis, aut medicamentis ad id valentibus, perpetuò deteriora reddentur, & hominem occident: neque enim eorum ſubſtantia facilè diſcutietur, neque illorum portio quæpiam erit alitioni opportuna. Quòd igitur aut noſter calor, aut ignis allium à facultate vlcerandi nudare poſſit, aut ipſa manente non perueniat in cor, non probat idem venenis calidis poſſe accidere, quæ in ſubſtantia craſſa & nulla ex parte nobis amica continent internecandi vim. Venena præterea ex animalibus tota ſubſtantia lethalia ſunt: quorum malitia potius facultate quàm corpore eiaculatur. Sed rurſus obiicier aliquis aduerſus ea quæ à Galeno dicta ſunt lib. 3. de Simplic. medicam. facult. cap. citatis: nempe venena frigida lethalia eſſe quantitate, non toto genere: ſiquidem cõtrarius ſibi videtur libro quinto cap. 19. vbi quorundam venenorum frigidorum meminit, quæ genere lethalia eſſe aſſerit, non quantitate, dicens: At ſunt quæ tota ſubſtantia nobis contraria

Venena calida toto genere lethalia.

ſunt, proinde ſi vel minimum eorum aſſumptum fuerit, omnino lædat neceſſe eſt, ceu dryopteris, & pityocampe & thapſia, & ſolanum maniacum, & hydrargyros, & fungorum nonnulli: præterea ſaliua & fel venenatorum animalium. Nam talia omnia genere ſunt deleteria, non quantitate. hæc Gal. Cùm itaque hæc frigida ſint, vt dixerat ibidẽ, colligitur nonnulla frigida venena eſſe toto genere lethalia, non ſola quantitate, vt dixerat lib. 3. Ad quam rationem audio quoſdam reſpondentes, nullum eſſe venenum toto genere lethale, niſi id quod erodentis, aut putrefaciẽtis fuerit naturę, aut partes tales habuerit, quod de frigidis venenis, quorũ meminit Gal. loco citato, non minus credibile eſt, quã de fungis veneficis: de quibus Gal. lib. 7. de Simplic. medic. facult. dixit quoſdam interficere, præſertim eos qui admixtam habent putrefacientem facultatem. verùm Galenus eo loco non negauit alios fũgos occidere præter eos qui admixtã habent putrefacientẽ facultatem: ſed eos præſertim id poſſe, qui talem ſortiuntur facultatem. Præterea qua ratione colliget quiſpiam, ſimilem aliquam facultatem ineſſe ſolano maniaco & hydragyro, putrefaciendi? Facilè verò dubium ſolues, ſi Galeni literam accuratè legeris. Dixit enim: at ſunt quæ tota ſubſtantia nobis contraria ſunt. Volens exempla apponere venenorum, quæ quamuis frigida ſint, tota ſubſtantia nobis ſunt aduerſa. Cùm autem dixit, venena frigida non eſſe toto genere lethalia, & parua quantitate ſuperari poſſe atque alere: de eis loquitur quæ qualitate interimunt, vti lactucæ ſuccus & cicuta. Hæc tamen quamuis qualitate excedenti ad cor perducta interimant, non perinde ſubſtantia nobis aduerſantur: ſiquidẽ eius ſunt naturæ & ſubſtantiæ, vt victa in noſtram ſubſtantiam migrent, quod non conuenit his, quæ ſiue calida, ſiue frigida fuerint, tota ſubſtantia ſunt nobis aduerſa: de quibus lib. 7. loquutus eſt. His omnibus contraria ſunt facultatibus alexiteria, & alexipharmaca: hæc venenis ex medicamẽtis aduerſantur, illa verò eis quę ſunt ex animalibus. Operantur hæc aut alterando, aut vacuando venena. Alterant autem duobus modis, aut per qualitatem vnicã, aut duas, aut tota ſubſtantia: nam ſic quoque contingit fieri alterationẽs. Euacuant quoque duobus modis, aut qualitate trahendo, vt calore, aut tota ſubſtantia, his quoq; duobus modis euacuant, vbi exterius applicentur: trahunt enim venenum, aut qualitate, aut totius ſubſtantiæ ſimilitudine. Habẽt enim facultatem agendi à tota ſubſtantia quatuor rerum differentiæ, vt apud Gal. lib. 6. de Mor. po. par. 6. com. illius ſectionis, dolorum proximũ vẽtrem. Sunt autem hæc alimenta, medicamẽta expurgãtia, venena, & medicamenta eis aduerſa, vt alexiteria, & alexipharmaca. ſed de hac operãdi facultate in ſequẽtibus dicemus. Rurſus ad medicamenta venenis obuiã redeamus. Hæc mediam quandam facultatem ſortita ſunt inter venena lethalia & humanũ corpus, ita vt quantò ipſa ſuperant facultate humanum corpus, tantò à venenorum facultate ſuperentur: nam ſi in extremo contrario conſtituta eſſent, non minus quàm ipſa venena poſſent noſtra corpora à ſua temperatura diſtrahere. Hac ratione moderata quantitate adhibentur, vt venenis obeſſe poſſint, & corpus noſtrum non offendant. In parua namque, vt corpus non læderent, ita venenis corrumpendis, & propulſandis non proficerent: in magna verò, vt venenis obſtare, ita corpori noxam inferre poſſent. Talis ergo eſt medicamentorum, quæ ſunt aduerſus venena, natura, ex Galeni doctrina. Auer-

Alexiteria. Alexipharmaca.

Tota ſubſtantia agentia quatuor ...dis.

Venenorum natura & medica quæ eis aduerſantur inquiritur.

roes

Auerroës falſus.

uerroës tamen falſus eſt lib.5. Collectionum, cap. 23. qui huic Galeni ſententiæ contradicens ſtatuit medicamenta venenis aduerſa contrarium extremum venenis obtinere, præterquàm citri ſemen, & ſimilia. Nam medicamenta venenis obuia ipſis aduerſantur, ſed quæ tenent medium, non aduerſantur extremis,& venena tenent extremum: non ergo ſunt media quæ venenis aduerſantur. Quæ enim media ſunt, eiuſdem ſunt generis cum extremis. At quod comprobandum accedit, quod Galenus lapſus extremos extremis cõtrariis curare docet. Sed Auerrois ſententia quàm falſa ſit, conſtat in his medicamentis,quæ à tota ſubſtantia venenis aduerſantur: mithridatium namque venenis aduerſatur, & modicam habet alterandi facultatem, ita vt parua quantitate adhibitum, ſanis non noceat. Idem quoque de theriaca docuit experimentum, & Galen.ad Piſonem. Concedimus quoque medium quadantenus eſſe de genere extremorum, & ob id quadantenus obeſſe, alia quoque ratione prodeſſe, ac perinde quantitatem moderari Galenus docuit. Verumtamen de medicamentis, quæ tota ſubſtantia venenis obſunt, aut alterando à tota ſubſtantia venenis obſunt, aut ſimilitudine ipſa, venena attrahendo loquitur,& de eis ſententiam explicat libro quinto de Simplicium medicamentorum facultatibus. cap. 17. In his tamen quæ qualitate corrumpunt venena, notum eſt venenorum extremam qualitatem, extrema qualitate contraria curari debere. In quibus tantùm verum habere potuit Auerrois opinio. Reliqua verò medium venenorum & humanorum corporum tenere nõ dubitandum. Quoniam tamen hæc eadem medicamenta,quæ aut alexiteria, aut alexipharmaca appellantur,in magna quantitate adhibita interficiunt. Gal. lib.6.de mo. pop. parte citata,*θανάσιμα*, hoc eſt,lethalia medicos ea appellaſſe inquit: ea tamen opportunè adhibita vſum aliquem præſtare poſſunt, quæ tamen nullum vſum præſtant,vt argentum viuum, & lithargyrium, vbi ingerantur, *δηλητήρια*, hoc eſt deleteria,dicta ſunt.Hanc autem proprietatem,ſimilitudinẽ, aut diſſimilitudinem totius ſubſtantiæ eſſe, quæ modo mixtionis perficitur, notiſſimum eſt ex Galen. doctrina, lib.4. de Simplic. medicam.facult.cap.14.& lib.5.cap.16.Quòd enim medicamentum humorem trahat, aut membrum ſibi familiare alimẽtum, cauſa eſt ſubſtantiarum ſimilitudo,ſiue familiaritas.Quòd verò venenum interficiat,non tamen qualitate,id fiet totius ſubſtantiæ contrarietate. Tota verò rei ſubſtantia compoſitione quatuor conſtans elementis. Quoniam tamen ſimilitudo modorum mixtionis,atque contrarietas ipſorum,ſunt ad aliquid, & ratio agendi hæc eadẽ eſt, quod agit ratione proprietatis totius ſubſtantiæ,id eſt, quod agit ratione ſimilitudinis, aut contrarietatis:neque proprietas erit aliud à prædicta ſimilitudine, aut contrarietate:quæ ſunt quædã relationes, quæ à modis mixtionis rerum ipſarum habẽt ortum. Ratio itaque quare operatur id quod agit à tota ſubſtãtia, diuerſa eſt à principio operandi:principium enim eſt forma ſubſtãtialis rei agentis:inſtrumenta actionis ſunt qualitates ſibi familiares:ratio verò agendi,quare in quam, hoc trahit, aut roborat, aut corrumpit, & non illud, eſt relatio ſimilitudinis,aut cõtrarietatis,cum hac,aut illa re, quæ etiam dicitur cauſa ſine qua non.Hæc verò ſimilitudo aut contrarietas à modo mixtionis habet ortum:& hic modus mixtionis eſt quem dialectici dicunt fundamentum relationis. Eſt quoque cauſa finalis, aut ſeipſum conſeruare,aut ſibi ſimile producere,& eſt finis cuius gratia.Sed de his latius diximus in fine comment.in lib.1.de Differẽtia febrium,&c. Reliquum eſt vt breui comprehendamus medicamentorum omnium vires à temperaturis natas, ſiue à primis qualitatibus elementorum mixtis, ſiue ab attemperatis eorundem ſubſtantiis. Sunt autem diuiſæ quatuor differentiis, quas medici appellant, primas,ſecundas, tertias & quartas. Prima vis medicamentorum dicitur, quæ per primas operatur qualitates, & effectus ipſis tantum primis qualitatibus agentibus reſpondet,vt calefacere,infrigidare,humectare,& ſiccare, aut ex his complicitos effectus inducere: ſed & Galen. has vires primas quatuor latitudinibus diſtinxit.

Medicam. vires diſtinguuntur.

Primus autem ordo eſt virium alterantium, ita vt non ſatis ſenſu dignoſci poſſit, etiamſi aut proceſſu temporis & repetito medicamine conſtet, aut ab initio intellectu & ratiocinio id aſſequamur. Secundus ordo eſt eorum medicamentorum quæ manifeſtè alterant citra læſionem effatu dignam. Tertius ordo eorum quæ manifeſtè lædunt,nec tamen ſtupefaciunt, corrumpunt, aut internecant. Præterea docet ſingulos horum ordinum,cùm latitudinem manifeſtam habeant, in tres manſiones diuidere, atque in ſingulis earum medicamentorum vires locare.Secunda medicamentorum facultas à primis ipſis qualitatibus ſimul cum ſubſtantiæ modo procedit, qualis eſt facultas molliendi, obdurandi, rarefaciendi, condenſandi, conſtringendi,laxandi, obſtruendi,deobſtruendi, attenuandi, incraſſandi, detergendi, ſordem generandi, incarnandi, cicatricem obducendi, repellendi, concoquendi & ſuppurandi, relaxandi, ſiue reſoluendi. Tertia facultas eſt, quæ ſingulis membris aptatur à primis & ſecundis, qualitatibus orta: qualis eſt ſeminis generatiua,aut quæ ipſum minuit,aut extinguit, & facultas generatiua lactis, & quæ vrinam mouet, lapidem comminuit,menſes prouocat. Quarta facultas eſt quam à tota ſubſtantia manare dicimus: qualem habent venena, quæ ex animalibus manant, & quædam in non animatis inuenta,internecantia,calori aut frigori adiuncta, & eiſdem contraria,quæ alexiteria,& alexipharmaca nominamus.

De facultatibus, ſpiritibus, & functionibus.

CAPVT V.

Poſtquàm in primo huius operis capite egimus de elemẽtis, in ſecundo de humoribus, in tertio de membris, in quarto de temperamentis, eo ordine ſeruato qui nobis ad euidẽtiorem rerum demonſtrationem viſus eſt accommodatior: in hoc quinto capite de facultatibus animæ agemus. Quo in loco rerum ipſarum affinitate adducti de ſpiritibus & functionibus ſermonem habebimus: neque enim facultates ſine actionibus integrè patere poſſunt, neque actiones abſque facultatibus demonſtratione doceri. Quoniam verò ſpiritus facultatibus,& actionibus interſunt, de his nonnulla aſſeremus: quibus peractis tota de rebus naturalibus,quas appellant, diſciplina erit abſoluta. A facultatibus verò primùm ordiamur, tanquam à cauſis à quibus & ſpiritus & functiones emanant.Nam etſi facilè doceri poſſent animæ facultates ex functionibus:

ctionibus: quoniam nobis functiones notiſſimæ ſunt, & facultatibus notiores; via tamen qua à facultatibus ad functiones proceditur, valentior eſt ad ſcientiam in anima generandam, quanto demõſtratio, quæ à cauſa procedit, dignior eſt ea quæ ab effectu. Scire enim vnumquodque exiſtimare oportet primùm per ſe, & non ex accidenti, cùm id per cauſam cognoſcitur. Sunt autem facultates functionum cauſæ. Quemadmodum autem Plato à generalioribus ac naturæ notioribus diuiſione procedendum eſſe ratus eſt, vt in cognitionem inferiorum, ac ſingularium recta veniatur, ita & Ariſtoteles à cauſis generalibus & naturæ notioribus, in effectus, tanquàm in ſingularia ac minimè partibilia, nobis quoque notiſſima demonſtratione incedendum eſſe rectè cenſuit. Iam ergo cùm facultates ſortia functionum ſint, & hæ ab animæ eſſentia manant, aut ipſa animæ eſſentia ſunt, cogemur hoc in loco de anima quædam referre tanquàm de facultatum & actionum principio & origine. Hanc verò in multis corporibus exiſtere & operari omnibus notũ eſt: de eius tamen eſſentia omnes ferè naturales philoſophi hallucinati ſunt. Nouerunt certè omnes in viuentibus corporibus, nutritionem, & auctionem, in quibuſdam ſenſum, in aliis ſenſum & motũ: in hominibus verò præter hæc & intellectum, ac ipſis defunctis omnes has functiones aboleri, cauſam verò ignorabant. Appellabant vtique hoc agendi principium, à quo functiones prædictæ procedunt, animam: Græci verò ψυχὴν, quæ vitam animato corpori præbet, quæ verò ſit eius animæ eſſentia non ſatis explanatunt, quãtum ergo conicere poſſum, præter vnum Ariſtotelem. Nam & varia & à ratione alia, ac tantis viris indigna multi philoſophorum ſentire viſi ſunt. Democritus enim ignem atq; calorẽ eam eſſe dixit, quod etiam ſenſit Zeno Stoicus. Plato in Timæo, animã non vnicum elementum, ſed quoddam ex elementis conſtitutum eſſe dixit. Thales Mileſius animam motiuum quoddam, qua ratione magnetẽ animam habere putauit: quoniam ferrum mouet. Diogenes animam dixit aërem, quod aërem omnium tenuiſſimum exiſtimauit. Heraclides animam vaporem incorporeum, & quoddam ſemper fluens, à quo reliqua conſtituuntur. Quidam aquam ſtatuerunt animam eſſe. At verò Critias animam dixit eſſe ſãguinem. Ipſi verò à natura deberi, quemadmodum & Empedocles: verùm is non omnem, ſed cordi ſuperfuſum. Itaque ſinguli ſingulis elementis tribuebant animam, præterquàm terræ. Quidam etiam ex omnibus eſſe conſtitutam elementis dicebant, & nonnulli ex vniuerſis rebus: quoniam anima vniuerſa cognoſcit. nam ſimile ſimili cognoſcitur. Verùm hi de anima cognoſcente loqui videntur, non in vniuerſum de anima. Gale. item noſter medicinæ parens, ac rerum naturalium diligentiſſimus indagator, ingenuè fatetur ſe ignorare animæ eſſentiam multis in locis, quorum quædam retulimus lib. 3. Prognoſt. in expoſitionibus noſtris. Nunc verò duo tantùm ad mentem eius explicandam referemus. lib. 7. de Placitis Hippocr. & Plato. inquit: Verumtamen ſi de animæ ſubſtantia quoque eſt ſententia proferenda: de duobus alterum dicamus neceſſe eſt, vel ipſam eſſe fulgidum, ac quaſi æthereum corpus, ad quod aſſerendum velint nolint conſequutione cogente deſcendent, & Stoici & Ariſtoteles. Vel ipſam incorpoream quidem eſſe ſubſtantiam, vti tamen hoc corpore tanquã principali vehiculo. & lib. 2. de cauſis ſymptom. inquit: Etenim animæ eſſentiam in alia quapiam tractatione definire audax fortaſſe facinus putabitur: in hoc verò opere præter audaciam ſuperuacaneum videtur. At quæcunque tandem ipſa fuerit, è duobus alterum exiſtimare oportet, aut quod ad omnes functiones vtitur ſanguine & ſpiritu vt præcipuis inſtrumentis, & aut alterius, aut vtriuſque calore, aut quod in his ipſis conſiſtit. Non eſt tamen noſtri inſtituti, aut antiquorum falſas ſectas confutare, aut ipſorum ignorantiam accuſare: ſed Ariſtotelis præcepta ſequuti methodo quadam, & demonſtratione animæ eſſentiam inuenire. Sunt porrò rerum omnium naturalium principia tria, materies, forma, & priuatio. Materies principium eſt, vt potentia, quæ quamuis formam recipere poteſt, aliam, pro alia qualitatum primorum elementorum, quorum eſt materies, diſpoſitione ac menſura. Forma verò actus eſt & perfectio rei naturalis, quæ generatur ac corrumpitur pro generatione & corruptione earum diſpoſitionum, quæ ad ipſam parant. Priuationem verò ego potius generationis rei natura conſtantis, quàm conſtitutionis ipſius principium ſtatuerem: quòd enim ignis ex ligno generetur, tria ſunt principia: nempe materies, quæ generationi ſubiicitur, & forma quæ generatur, & priuatio quæ in ligno præfuerat, qua ratione ignis ex non igne factus eſt, ſiue ex ignis priuatione. Ex materie verò & forma vnum compoſitum conſtituitur, hoc vnum atque ſubſiſtens: cuius eſt exemplum lapis, in quo eſt materies, quæ ſubiicitur generationi veluti mera potentia, cui nulla eſt agendi facultas, ſed tota eſt patiendi habilitas. Ineſt tamen ei forma à qua actio omnis procedit, à qua item materies perficitur & ornatur. Qualia in his quæ arte conſtant, licet conicere: nam aut domus, aut ſcamnum, aut veſtis, materiem habent, ligna, lapides aut pannum, quæ ſunt materies quæ arti ſubiiciuntur, & ſecunda materies appellantur, quibus addita eſt forma ab artifice, cui nulla vis agendi ineſt, qualis naturalibus formis, ſed perficiendi tantùm gratia data eſt. Naturalis verò forma non tantùm ipſam rem, cuius eſt forma, perficit, ſed actionis omnis ſe præbet auctorem. Eſt itaque lapis à forma ſua, quæ ſubſtantia eſt lapis: quemadmodum ſcamnum ob formam quæ accidens eſt, ſcamnum: & veſtis à ſua forma veſtis: verùm à ſcamno qua ſcamnum, aut à veſte, qua veſtis eſt, nulla proficiſcitur actio: à lapide verò qua lapis, omnis naturalis actio ſibi debita, vt à magnete, qua magnes eſt, ferrum allicere. Totum verò compoſitum ea tantùm ratione ſubſiſtit, qua forma materiæ ineſt, ac coniungitur, quomodo & ſcamnum nõ alia ratione tale exiſtit, quàm quòd forma ſcamni ligno ineſt, ac copulatur. Nullo prorſus diſcrimine in corporibus animatis forma quædam eſt materiæ coniuncta: cuius gratia totum ſubſiſtens conſtituitur, cùm materiæ adhæret, ipſa verò materies perficitur & ornatur, éſtque agendi principium. Sunt enim hæc duo materialibus formis peculiaria, materiem ornare, & actiones obire. Primum ſibi debetur quatenus materiæ ineſt, ſecundum quatenus naturalis forma eſt, & motionis initium. Cùm ergo anima ex communi appellatione ea ſit, à qua viuentis actiones, & motus proficiſcuntur, anima viuentis corporis forma, actus, ornamentum, & perfectio erit: hæc verò vt ſubſtantia: quemadmodum reliquæ naturales formæ, non vt accidens, quemadmodum formæ quæ arte conſtant. Conſtituitur autem omne natura conſtans, ex forma vt actu, & materie vt potentia, viuens igitur ex forma vt actu, & mate-

rie

De anima eſſentia philoſophi hallucinati, & quænam ſit.

Animæ eſſentia diſquiritur.

Gal. de animæ eſſentia.

Animæ eſſentia methodo inquiritur.

Anima.

rie vt potentia conſtituerut. Talia ſunt viuentia omnia, quæ natura quidem conſtant, & tota earum ſubſtantia ex materie naturali tanquàm potentia, ex forma tanquàm actu & perfectione perſiſtunt. Eſt verò actus quod ornat & perficit, & à quo motio omnis proficiſcitur: hæc tamen in corporibus animatis ab anima. Erit ergo anima ſubſtantia corporis animati, actus, & perfectio, ac forma ipſius à qua actiones, & motus viuentium procedunt, ac iure Ariſtoteli dictum eſt: Anima eſt actus primus corporis phyſici in potentia vitam habentis, tale verò erit organicum: vbi actum diximus, Græcè ἐντελέχεια habetur, quo Ariſtot. vt nouo nomine vſus eſt, vt inquit Cicero prima Tuſculanarum quæſt. ad ſignificandam continuatam quandam motionem, atque perennem. Quemadmodum lib. 3. de Phyſicis auſcultationibus Themiſtius ἐντελέχειαν itionem ad formam eiſe dixit: quaſi continuam motionem: quoniam ἐντελεχὲς, continuum ſignificat. Verùm vt ipſemet Themiſtius vult in Paraphraſi lib. 2. Anima, ἐντελέχεια, perfectionem ſignificat, & vt nos monſtrauimus, anima corporis viuentis perfectio eſt, quòd ſi quis ad verbum hoc nomen ἐντελέχεια, transferre velit, perfectihabiam dicet. Eritque anima actus ſiue perfectio prima corporis: nam hæc ſubſtantia eſt, & ipſa prior eſt omni perfectione, quæ fit ab accidēte. Eſt quoque actus primus, vt forma, non ſecundus, vt actio. Eſt autem id corpus phyſicum: nam vt diximus, corporum arte conſtantium accidentaria eſt, ac valdè ab hac diuerſa perfectio, quæ ſibi à forma tribuitur. Id verò corpus in potentia vitam habere dixit. Nam vt ſupra habitum eſt, animæ hæc duo ſunt officia, materiem perficere, & actiones abſoluere: materiem perficere perpetuum eſt interim, dum viuens extat, actiones verò abſoluere non perpetuum: ceſſat enim ab actionibus, ac otiatur animal, quandiu dormit, ad has igitur meritò dicetur in potentia. Sunt tamen hæc duo animæ officia, vt habitus & conſideratio in anima, qui enim ſcientiam habet in habitu, non protinus conſiderat, vt cùm domit: habet tamen conſiderandi potentiam, qua ratione ſciētia & habitus appellatur. Qui verò actu conſiderat, is ſcientiam habet in actu: animam materiem ornare, & informare habitus quidam eſt, ac perfectio quædā in habitu cōſiſtens, vt ſcientia: perficere vero actiones, quod ad animam attinet, actus eſt conſiderationi ſimilis. Erit igitur anima in corpore vt habitus ſiue forma, & vt agendi principium, ſiue à quo actio procedere poteſt. Id in ſenſitiua anima cognitum eſt: ea enim ſemper informat, ac perinde eſt in habitu, & non ſemper operatur, ac ſubinde dicetur habere vitam in potentia, quod de anima vegetabili non admittit Themiſtius: quoniam ſemper eſt in actu informandi, & ornandi materiem, & in actu perficiēdi actiones. Nutriuntur enim viuentia quandiu viuunt, & plantæ viuunt per alimentum. Quare Themiſtius dixit, vt omnem animam comprehenderet, eſſe dictum, in potentia vitam habere: aliquæ enim in actu ſunt, vt vegetabilis quæ natura ducta agit: aliquæ animæ ſunt, quamuis non agant, ſed in potentia ad agendum perſiſtant, vt ſentiens. Per id itaque quod dixit, in potentia, animam ſenſibilem comprehendit, nec tamen vegetabilem exclusit, quæ ſemper in actu eſt. Quod namque in actu eſt, in potentia ſimiliter exiſtit, licet non omne quod exiſtit in potentia, ſtatim in actu ſit. Cæterum vt cap. de membris aſſeruimus, ſemina plantarum & animalium vita participant: quæ tamen non

Anima ex Ariſtot.

aluntur, donec ſemen animalis in vterum, & plantæ in terram humidam fuerit effuſum. Vegetabilis ergo anima quæ in plantis eſt, vita, id eſt nutritione vtitur, quandoque actu, quandoque potentia. Quare & vltimum quod ab Ariſto. additum eſt, à nobis excludetur: nempe inſtrumentarias habere partes: eis enim viuentia ad agendum egent, non tamen ſimpliciter vt ſint, aut viuant, quod dicta ſemina docet: nam nullæ ſunt in tritici grano, aut animalis ſemine partes organicæ, aut quæ diuerſis inſeruiant functionibus. In viuentibus tamen quæ alimento actu, nō tantùm potētia vtuntur, organa neceſſaria ſunt, vt in animalibus os, gula, venter, iecur, & venæ, in plantis radices, radicatio, truncus, rami, & in his, cortex, alburnum, fibræ, & venis proportione reſpondentes, quibus egent ad firmitatem, pulchritudinem, alimenti confectionem, augmentum, & ſpeciei conſeruationem. Semina verò nullo horum egent, ſuppetūt verò omnia hæc, cùm primùm alimento vti debent. Corporum verò animatorum, quorum actus & perfectio anima eſt, quædam ſunt facultates ab anima procedentes, genere diſtinctæ. Earum quoque quædam animatorum ordines diuerſos ſtatuunt: ſunt & genera animatorum diuerſa, ſunt quoque & quæ diuerſæ animæ partes, aut ſubſtantiæ appellantur. Facultates animæ non aliter quàm ipſis actionibus diſtinguūtur. Actiones verò quæ in viuentibus diuerſo genere continentur, ſunt nutritio, ſenſatio, progreſſio, intellectio, appetitio: quibus reſpondent altrix, ſenſus, mouendi potentia, intellectus, & appetitus. Quoniam verò appetitus omnibus aliis facultatibus immiſcetur, ita vt numquam ſine aliis inueniri poſſit, neque aliæ ſecundum naturam ſint ſine ipſo, nullum per ſe cōſtituit animatorum ordinem, ſed ſunt hi quatuor tantùm, vegetabile, ſenſitiuum, loco motiuum, & intellectiuum. Appetitus verò vegetandi potentiæ immixtus eſt, quòd ſine ipſo neque plantæ, neque animalia vnquam alimentum, aut alliciant, aut attrahantur. Sentienti facultati pariter iunctus eſt appetitus: voluptas enim atque dolor in ſenſu tactus, & ſenſu guſtus notiſſima ſunt: in aliis verò ſenſibus loco ſuo docebitur. Potentia quoque ſecundum locum mouēs, appetitum habet, qui imperat fugam aut proſecutionē, ſine quo internæ facultates ſentiētes in animalibus ſitæ, nūquam motū perficerent. At intellectus voluntate, liberaque agēdi poteſtate fruitur, à qua bonū proſequimur, malū verò fugimus, interim dum mente conſtamus, nec quippiam nos à boni cognitione deturbat. Eſt tamē vegetabilis animæ potentia in plantis ſine ſentiente, eſt quoque ſentiens ſine mouente loco, veluti in quibuſdam animalibus, quæ terræ ſunt affixa, vt conchæ, & oſtrea, quæ mediam naturā quadantenus ſeruant inter animalia perfectiora, & plantas, quibus natura progrediēdi facultatem denegauit: quoniam alimentum rude eis ad altionē ſatis erat, tale verò ipſis in loco manentibus ſuppetere potuit, aliis verò vt perfectioribus ad alimentorum perfectiorū diſquiſitionem mouendi facultatē dedit. Nec tamen negamus animalia terræ affixa in loco moueri poſſe, quod docent ipſa compuncta: contrahunt enim ſeſe, atque conuellunt: non tamen mouentur à loco in locum, quod attinet ad mouentem facultatē, quæ à loco, in locum mouet, de qua nobis eſt ſermo. Licet ergo potentia de loco in locum mouens ſeiuncta aliquatenus à ſentiente ſit, quoniam omne ſentiens motu aliquo locali participat, vt dixi, tria tantùm animatorum genera erūt: hæc ſunt vegetabile, ſenſitiuum, intellectiuum. Quæ inuicem adeò ſeparantur

Inſtrumentarias partes habere corpus animantium, non eſt neceſſarium.

Appetitus facultatibus animæ omnibus miſcetur.

Facultas ſentiens à loco mouente quomodo ſeparatur.

patantur

Digitized by Google

patantur vt φυτά, id eſt plantæ, ſola facultate altrice prædita ſint, ſine ſentiente, aut intelligente. Sentiens verò ſine intelligente in brutis adeſt, continet tamen altricem poteſtate. Intelligens verò ſine aliis non reperitur quas poteſtate continet. Quemadmodum omne perfectius imperfectius continet poteſtate, in his quæ inuicem ordinata ſunt, alterum ad alterum. Exigitur nempe altio ad plantæ cuiuſuis & animalis conſeruationem: nam animal omne altricis munere fungitur, ſiue id brutum ſit, ſiue rationale. Plantæ verò ſenſu non egent, niſi quis ſenſum alimenti appellet facultatem diſcernendi vtile ab inutili, quam nos modò ſenſum non appellamus: ſed quandam naturalem animæ inclinationem, qualis & in lapide eſt ad locum ſibi naturalem, & in magnete trahendi ferrum. Senſitiua verò facultas, qualis in brutis, intellectu nullatenus ad ſuas egebat functiones. Intelligere autem animam rationalem interim dum in corpore exiſtit, ſine ſenſu non eſt: minimè verò ſine vita quæ per alimentum ſeruatur: quare altrice & ſenſibili facultate opus habuit, quas poteſtate contineri in ipſa intellectiua anima teſtatur Ariſtot. & altricem in ſentiente, quemadmodum trigonus in tetragono. Nam tetragonus non actu, ſed poteſtate continet trigonum: quod conſtat ſi tetragonus recta linea ducta ab angulo in aduerſum angulum diuidatur: trigonus verò tetragonum non continet, vt neque altrix facultas ſentientem aut intelligentem. *Analogia.* Hoc idem in ſenſibus exterioribus fit: nam ex his quidã ſunt magis aliis neceſſarij, & qui ab aliis abſolui poſſunt, alij nõ ab ipſis, vt tactus qui ſimilis eſt hac in re facultati altrici. Is enim in quibuſdã animalibus inuenitur ſine aliis sẽſibus: nullus verò ſine ipſo. Neque enim eſt animal ſine tactu, & animal ob tactũ dicitur: quoniã neque tactus eſt ſine animali, neque animal ſine tactu. *Animæ partes ex Platone.* Nos verò Platonis ſententiam ſequuti, animã primùm in partes diuidemus: deinde ſingularum partiũ proſequemur facultates, quas Ariſto. in libris de anima perſequutus eſt, à vegetabili initium facientes: deinde ad ſentientem, ad finem ad intelligentem accedentes animatorum genera trademus. Quas omnes & nonnullas alias facultates, quarum non meminit Ariſtotel. ordine partium animæ ſeruato, nulla prætermiſſa percurremus. Sunt autem hæ, vt Plato voluit in Timæo, aut animæ partes, aut veræ animæ, aut ſubſtantiæ animæ: ad doctrinam enim nihil refert. Cæterùm quantum philoſophia naturalis docere poteſt, & ad Platonis, & Galeni mentem, tres ſunt in humano corpore animæ. Prima in iecore ſita, alimento, & conſeruationi ſeruiens, quam appellat Plato in Timæo ἐπιθυμητικὴν, id eſt, concupiſcibilem, à multitudine cupiditatum: cuius plantas ſecundum naturam participes eſſe dicit. Hanc appellat Ariſtotel. nonnunquam θρεπτικὴν, id eſt, altricem, ab eo quòd alit, quandoque φυτικὴν, id eſt, vegetabilem, à vegetando, quandoque γεννητικὴν, id eſt, generatiuam, ab eo quòd generat. Attamen Stoici eam quæ plantis præeſt, non dignabantur animam appellare, ſed φύσιν, id eſt, naturam. Galen. cum nominibus vtitur, exquiſitè, eam φυσικὴν nominat: nam nonnunquam eo nomine vitalem comprehendere ſolet, in corde verò eam animæ partem ſitam eſſe dicit, quæ θυμοειδὴς, id eſt, iraſcibilis, vel ψυχὴ θυμοειδὴς, id eſt, anima animoſa, vel δύναμις ζωτικὴ, id eſt, facultas vitalis dicitur. Tertiam animæ partem dicit in cerebro ſitam, cui nomen λογιστικὴ & λογικὴ, id eſt, ratiocinatrix & rationalis. Hoc nomine comprehendens ſenſualem animæ partem, atque intellectualem. Has tres trium facultatum ſedes Galen. libro ſeptimo de Placitis Hippocrat. & Plato. ſtatuit, cùm inquit: demonſtratum eſt geniti animalis à tribus principiis fieri diſpenſationem, & reliqua. Eſt & quarta facultas animæ, quam non diuiſit Plato ab aliis, neque enim de numero gubernantium noſtrum corpus eſt: nempe generatiua, teſtibus inſita ſpeciei conſeruandæ gratia: cuius principatum ſimul cum principatu partis cui ineſt, latè probauit Galen. libro primo de ſemine. De ea multa diximus in capite de membris: quædam autem modò dicemus, cùm de naturali facultate ſiue altrice agemus. Priùs verò an hæ tres animæ partes in tribus locis a Platone ſignatis ſitæ ſint, indéque facultates eis reſpondentes emanent, diſſeremus, vnde & membrorum principatus conſtabit. *Ariſtot. de anima fac.* Ariſtot. namque neque multas ſtatuit animæ partes, aut ſubſtantias, lib. 1. de anima, neque facultates animæ ab alio, quàm à corde oriri poſſe exiſtimat. Ipſe enim vitalis facultatis non meminit, quam nos animoſam, & pulſatilem dicimus, ſed ipſam in altrice comprehendit, neque vitam aliam eſſe putabat ab ea quæ per alimentum. *Facultas vitalis cui conſidet mẽbro.* Alendi verò principium cor eſſe voluit, ac ſanguinem inde ortum habere, ibidémque generari. Animalem quoque facultatem inde diſtribui: ſenſum inquam & motum. Pulſum quoque non à facultate aliqua fieri, ſed ab ipſo calore ſanguinem in tumorem eleuante. Primùm itaque altricem facultatem à corde oriri, & ſanguinem inde manare lib. 3. de partibus anima. cap. 4. probare conatur. Cor nempe ex ipſius opinione primò viuit, ac ſanguinolentum eſt, & palpitare deprehenditur ante reliqua. *Facultas altrix à corde oritur ex Ariſtot.* Sanguis igitur non à iecore, ſed ab ipſo procedit. Docet id quoque ortus à corde venarum, quibus magna colligantia cor annectitur, vt ex Anatome conſtat. Rurſus id docet ſitus cordis in medio corporis, quo in loco decet principem partem ſitam eſſe, vt ſanguis manet, qui ſitus iecori non conuenit. *Facultas ſentiens à corde ex Ariſtot.* Senſum quoque & motum à corde manare, & cor principium eorum eſſe probat ex ſanguine: quoniam principium ſanguinis eſt principium ſenſus: animal enim ſenſu definitur, & ſenſus ei tribuitur primò, cui ſanguis. Motum quoque eodem loco probat à corde oriri: putat enim cor valde neruoſum membrum eſſe, & neruos à corde procedere, vt cap. de membris diximus. Teſtibus verò nullum tribuit principatum. Vnicum ergo ſtatuit præcipuum membrum, atque originem facultatum omnium. Verum quoniam Ariſtotelis rationes ad ſuam probandam aſſertionem nullius ferè momenti ſunt: eis omiſſis, nos ad mentem Gal. 4. membrorum principatum docebimus, tres quoque animæ partes, tribus locis ſitas, indéque facultates eis reſpondentes proficiſci. Libro itaque artis medic. capite 9. quatuor differentiis membra omnia humani corporis diuiſit, vt ſuprà retulimus. *Membrorum diuiſio Gal.* Quædam enim principia ſunt: nempe cor, cerebrum, iecur, teſtes, quædam à principiis exorta. Sunt hæc, arteriæ, quæ à corde manant, venæ, quæ à iecore, nerui, qui à cerebro, vaſa ſeminaria, quæ à teſtibus. Sunt etiam membra quæ neque præſunt aliorum gubernationi, neque aliunde gubernantur, quæ inſitas habent facultates, vt os, cartilago, copula, membrana, adenes, adeps, caro ſimplex. Sunt & quæ innatam habent facultatem, atque alteram aliunde tributam recipiunt, qua ad munera ſua perficienda egueruot. Sunt hæc, ventriculus, lien, ſeptum tranſuerſum: licet hanc diuiſionem aliter accipiendam probatum ſit cap. de membris: & illam

recipiendam

Digitized by Google

Membrum præcipuum quod.

recipieodam admoneo. Membrum præcipnum quidam definierunt ſpiritus genetatinne. Sed id alienum eſt à veritate: nam Galenus de principatn iecoria nno dubitauit: cùm tamen dubium eſſe dicat,an iecur ſpiritum aliquem generet, vel an ſpiritus aliquis naturalia ſit. Rurſus oon aliter enntendunt,aut Galen. aut alij principatum partia alicuius pnbare, quàm ex facultatum exortu. Id itaque præcipuum membrum eſſe dicemus, quod eſt facultatis alicuius origo, quam altis ttanſmittit: hac ratione cerebrum ptæcipuum eſt animalis facultatis origo, quam neruis ttanſmittit, & cor facultatis vitalis, quam tribuit arteriis, iecur natntalis,ſiue altricis initium eſt, quam tribuir venis.Teſtcs verò generatiuæ: hæc verò vaſis ſeminariis ttibuitnr.De teſtium vſu,atque ipſotum principatu diximus cap.de membris. Tribnnnt tasnen teſtes facultatem conficiendi ſemiois vaſis ſeminariis: nam cùm vaſa ſeminatia venis & arterila eontinua ſint, talem haberent natutalem facultatem,qualem venæ & arteriæ reliquæ,niſi à teſtibus diuerſa facultas eis fotet tributa:nempe conficieodi ſemen, ac ſanguinem dealbandi. Quamuis neque integrè ipſum conficere aur perficere poſſint: in teſtibua namque ſemen perficitur, ac genitale fœcundúmque ſit, quod veois meſeraicis ad proportionem accidit:chylum namque mutant in rubrum colntem, & ad ſanguinis natntam alterant, facultate ſibi à iecoretribuța,nec tamen ſauguis in ipſis in totum perficitur,donec iceui ſubintret chylus: quoniam verò de his ſuprà,quæ neceſſarin nobis viſa ſunt, diximus,ad animæ partes, ſedes, &

Alit fa. origo quaritur, & an vena facult. habeant ſanguificam.

partium ipſarum principatnm accedamus. Diaimus primam animam ordine eſſe vegetabilem,aut altricem in iecore ſitam,à qua altria facultas otitur venis demandata,quod multis viis Galen.latè probauit lib.6.de Plac.Hippoe & Plato. Quamuis, vt inquit nnn ſit adeo euidens demonſtiatin ortus, atque proceſſns buins facnltatis,vt vitalis,& animalis.Nam ſi neruos aur illaqueaueris, aot præcidas, nnn amplius adetit in patte ſecta,aut poſt illaqueationem animalis facultas. Idem etiam fit in arteriis: nam ſi aut præcideris, ant illaqueaueris arteriam, pulſum non amplius percipies in patte, quæ eſt pnſt illaqueationem, aut in præciſa.In venis autem non ſic:nam illaqueata vena, onn ſtatim ceſſat opus naturalis facultatis:quooiam præter eam,quę influit à iecore,altera inſita catni, aut euiuis particulæ. Quaprnpter diaimus membta ſeipſa regere: habent enim inſitam facultatem, naturalem peculiarem, quæ ſuorum elemennrum temperatutam ſequitur: quamuis & hæc ad functiones non ſufficiat diu,niſi altera à iecore venis membri ttibuatur.Neque tamen vnlumus carnem, aut os recipere generalem illam altricem facultatem,ſed venas, quæ ad eas partes perducunt alimentum. Illæ enim generalem ſanguificam recipiunt à iecore, & facultatem trahendi, tetinendi, coquendi, & eapellendi,pro reliquarum partium miniſterio & ali-

Venæ ſanguificam recipiunt facul.

tione. Venæ enim non ſibi tantùm, ſed multorum aliorum membrorum miniſterio operantur. Aliæ verò,vt caro,& os,nihil tale recipiunt: nam,vt diximus,ſeipſa regunt, neque alinrum gubernationi præſunt, neque aliunde gubernantur. Iam ergo altricis facultatis initium iecut eſſe multis modis

Iecur altricis animæ ſedes.

ſuadetur. Ptimò quidem generatio plantarum ex ſemine docet,iecur eſſe naturalis facultatis originem. Semen enim initium generationis plantæ, & ipſios alitionis eſt. Nam cum ipſum in terram effuſum fuerat,ac incepit naturali ſuo muoere fungi,& viuentis functinnes nbire, radices in tertam ſubmiſit,& truncum, aut caulem prntulit: cœpit autem hæc tota plantæ confectin, & alitio à locn

Quid radicatio in plantis.

medio, qui radicatio, ſiue ſtebe appellatur: eſt is ſeminis locus, quo copulatnr truncus radicibus: trahitur autem alimentum per radices in radicationem: deinde per truncum aut caulem, in totam plantam diſtribuitur. Idem io animalibus fit: nam alimentum à ſuperiori parte accipiunt, qund planè Ariſtotel.indicauit,dicens hominem eſſe plantam euerſam,perducitúrq; alimentum à ventriculo per meſeraicas in iecur,vt per radices in ſtebem: deinde à iecore,vt ab ipſa ſtebe,per cauam, & reliquas venas in totum animal diſtribnitur. Eſt igitur tale in animali iecur,qualis radicatin in plantis,& ſeminis locus.Sed in plantis ſemen,& ipſa radicatio totius alitionis initium eſt:ergo in animalibua iecur. Rurſus venarum initium in iecore eſt:quare & ſanguinis & altricis facultatis ioitium eſſe concedant oportet. Omne enim qund alitione generatur, in ſua nrigine craſſius & maius eſt,venæ verò craſſiſſimæ, & maximæ iuxta iecur ſunt, in eode verò tenuiores;paruus enim eſt venæ cauæ ramus, qui cor ſubintrat, aliorum eiuſdem ramorom collatione: iecur ergn eſt venarum, & ſanguinis ortign. Quòd ſi diacris,ſanguinem non generari in iecore, ſed præparari, & in corde effici, eſt falſum. Mem-

Membrum alteri miniſtrans.

brnm enim quod alteri ſeruit præparatione, totum quod parat ipſi miniſtrat, vt paratum perficiat, quod fit in pulmone, totus enim aër paratur cordi,& non alteri ttanſmittitur,& chylus à vẽtriculo noo alteri, quàm iecori totus mandatur, ſanguis autem à iecore genitus, non totus mittitur cordi;nam pars ea ſanguinis quæ per venam lumbos perreprantem deſcendit, nuoquam fuit ad cor delata,nõ igitur paratur à iecore ſanguis,vt io corde perficiatur. Rurſus cordis diſſectio docet, triſulcas quæ fuot in ea cordis ianua,qua ſanguinem à vena caua transfuſum excipit, ad intima cordis aperiri, claudi verò ad exteriora, ac prouidè à natura factam viam illam recipiendi, non ttanſmittendi gratia: ſauguis ergo recipitur in corde: non tranſmittitur autem iecori,& partibus inferioribus ipſo.Rurſus venæ quæ ab vteio ad inuolucrum deueniunt ad fœtum alendum,cùm fœtus vmbilicum penetrauerit, non ad cor, ſed ad iecur ipſius perueniunt: quod manifeſtè dncet inde eſſe alitionis principium. Rurſus id natura iecoris oſtendit, ſi quid effectuum ſimilitudo poteſt conferre ad cauſarum cnguitionem. Sanguis oamque carni iecoris ſimillimus eſt: oeque enim caro iecoris aliud eſt, quàm ſanguis calore concretus:à calore enim perficitur: à frigore namque potius putreſceret. Caro

Sanguificam facult. caro iecoris tribuit venis.

igitur iecoris cauſa eſt ſanguinem generans. Neque putare oporter à venis iecoris id fieri, vt quidam exiſtimauerunt, nulla enim eſt venarum, & ſanguinis ſimilitudo. Ipſa verò iecoris caro venis ſanguificam tribuit facultatem, primùm eis, quæ ſunt in ipſo,quæ ſanguinem immediatè pertingũt, dum generatur: deinde reliquis. Meſeraicis quidem:nam chylus antequam iecur pertingat, in venis ipſis rubri coloris conſpicitur,& io venis quæ à iecore exortæ in totum corpus prncedunt, ſanguis nondum perfectus perficitur, & pituita coctione in ſanguinem tranſit. Quod non fieret, niſi venæ ſanguificam haberent facultatem. Eſt autem hæc carni iecoris propria: venis verò tributa, vt exortis à iecore.Quemadmodum & attractria alimenti, qua venæ non ſolùm ſibi, ſed reliquis alimentuin trahunt.Rurſus & retinere alimentum, atque

ipſum coquere, oon ſolùm quod ſibi prodeſſe, ſed quod reliquis partibus eſt ex vſu communis, ſiue generalis eſt facultatis. Rurſus, & totius corporis excrementa ttudere, toti corpori prodeſt.

Vena ſanguificam habent faculta. ex Galen.

Omnes autem hæ facultates à iecore venis tribuuntur, non aliis partibus: caro namque ſimplex & os, & cartilago inſitas tantùm babent naturales facultates, quæ ſequuntur ſuas naturales temperaturas ex elementis. Hæc eſt itaque ratio, quare inter præcipua membra iecur recenſetur: eſt enim naturalis altricis facultatis origo, quam venis tranſmittit, non aliis. Quòd tamen iecoris facultas venis tribuatur, multis iu locis teſtatur Galenus, vt libr. 4. de Vſu partium, dicens: Coquitur quidem adhue & in ipſo per inteſtioa tranſitu cibus, ſicut in venis omnibus ſanguis. Eſt autem ſanguifica facultas, eadem cum altrice. lib. 5. de Locis pa. cap. 7. & lib. 2. de Ratione vict. commen. 47. vnam eſſe facultatem dicit in neruis, quæ oritur à cerebro, alteram in arteriis quæ oritur à corde, & tertiam in venis, qoæ à iecore. Facultas igitur iecoris venis tribuitue. Idem lib. de Arte cura. ad Glaocon. cap. 13. Venis verò quæ ſunt ante iecur facultatem ſanguificam, lib. 2. de Placitis Hippocr. & Plato. ineſſe ſic protolit: Secundum è iecore in ventriculum pertinentes venæ, in quibus ſanguis primùm gignitur. Non itaque dicemus iecur præcipuum membrum eſſe, & altricis facultatis ſedem, ob id quòd ſanguinem generat, qui materia eſt alitionis: & quoniam materiam præſtat alitioni corporis. Sed quoniam facultatis origo eſt, quam etiam venis diſtribuit.

Illud eſt principium altricis facultatis quod eſt ſanguinis principium generatiuum.

Creditur verò id eſſe principium altricis facultatis, quod eſt ſanguinis principium generatiuum. Rurſus lib. 6. de Placitis Hippoc. & Plato. dixit: non eſſe adeò euidentem demonſtrationem, ſi quis velit probare ortum facbltatis naturalis à iecore, vt probauerat ortum vitalis à corde, & animalis à cerebro. Nam in his ſtatim percipitur noxæ conſenſus, iu iecore tamen non niſi proceſſu temporis ipſo languente, membra languere conſpiciuntur. Talis enim (inquit) cuioſdam facultatis origo iecur eſt, qualem in plantis eſſe conſtat. Putat ergo Galen. à iecore pcocedere hanc facultatem: quamuis non adeò euidenter probari poſſit. Rurſus inferius eodem lib. damnat: ſi quis dixerit, venis coe tribuere facultatem, iecur verò materiam, à quo ſanguis manet. atque oratiooem claudens inquit: Quòd enim membrum materiam ad alimentum toti corpori idoneam procurat, id veriſimile eſt eſſe altricis, & vegetabilis facultatis principium. Altricem ergo facultatem venis vult à iecore tribui, non à corde, quòd ſi in contratium adduxeris Galen. qui libro eodem dixit: Si igitur membrum illud priocipium eſſe dicimus, quod iis, quæ ex ſe oriuntur, vel vim, vel materiam ſaltem omnino ſuppeditat, & reliqua. Supponit ergo membrum præcipuum dici, etiam ſi ſolam materiam ſuppeditet: dicemus, id ex aliorum opiniooe, vt hypotheſim aſſumpſiſſe, vt eorum mentem confutaret: vbicunque enim de partium principatu loquitur, ad facultatem ipſum referre contendit. Rurſus ſi ad principatum partis ſatis eſſet materiam ſuppeditare, & membrum præcipuum eſt iecur, quia materiam ſuppeditat: verùm ipſam non tantùm ſuppeditat venis, ſed & carni, & oſſi, & cartilagini, ergo hæe membra non ſeipſa gubernabunt, ſed aliunde gubernari dicentur, quod contrauenit Galen. lib. artis Medic. Neque bis obſtat Galen. libro 1. de Locis patientibus ad finem: cuius hæc ſunt verba, Atque in hac re plurimum differunt oatutalia ab animalibus inſtrumentis: ſiquidem uatutalibua cognatam actioni vim eſſes, animalibus verò inſtrumentis à principio (veluti lumen à Sole) ipſam dtfluere iam oſtenſum eſt: ergo vt magneti lapidi vis ineſt, qua ferrum attrahere poteſt, ita natutalia quoque inſtrumenta omnia facultatem habent, qua actionem ſuam perficiunt, proinde ſi permanens fuiſſet ipſorum eſſentia, neque arteriis, neque venis indiguiſſent. Verùm quia nutrimento egent, ſeruaréque oportet intimi caloris temperiem, banc ob cauſam & venis indigebant, & arteriis: ſic etiam muſculi, vt eſſentiam ſuam ſeruare poſſent, non ſecus, quàm naturalia inſtrumenta, & venis, & atteriis indigent. At quæ cognatum ſenſus & motus principium non babent, idcirco neruis per quos hoc ipſis influat ſemper indigent, qui illis eas ſuppeditare poſſint, quemadmodum ſol omnibus rebus, quas illuminat ſplendorem affert. Quamobrem ſolis partibus, quæ & ſentiendi & mouendi vim habent, accidit, vt ipſis interdum baudquaquam affectis nihilominus earum actio pereat: id quod naturalibus inſtrumentis accidere non ſolet: quoties enim horum actio læditur, ſemper primario affectu laborant. Quæ ſententia de omnibus aliis partibus à venis intelligenda venit: nam de aliis loquitur cùm dicat, eas noo egere venis illis: namque nos coocedimus, inſitas eiſe peculiares facultates naturales: venis tamen generales à iecore tribui, quibus eis miniſtrẽt alimoniã, & in peculiaribus ſuis functionibus pari per conſenſum læſiouem uon poſſe membra ſingula affirmat. Mentem autem noſtram Gal. ſententia confirmat, qui lib. art. med. cap. 95. inquit, Sed præter ſuprà dictas, alia eſt indicatio ab hepate ipſo, veluti à venarum principio: nam cùm non tantùm ſeipſum regere natura aptum ſit, vt pleræque animalis partes, ſed venis præterea virtutem largiatur, periculum imminet, ne ſi eius vigor madefacientibus, ac relaxantibus cataplaſmatibus fuerit reſolutus, & ipſum primum ad ſui opus, atque omnes ſubinde venæ eius ratione imbecilles efficiantur. Nulli igitur dubium deinceps videbitur, Galen. apertè voluiſſe, ſanguinem in venis generari à facultate ſanguifica, ſibi à carue iecoris tributa: hæc enim eſt quæ ſanguinem generat, quod authore Galeno natura membri apertè docet. Nec quidpiam probat, qui aduerſum noſtram firmam, & ſtabilem docendi rationem nunquam non Momi perſonam agit, cùm dixerit: Talis eſt facultas naturalis in iecore, qualis altrix in plantarum radicatione: ſed hæc non influitur plantæ, non igitur influetur in animalibus, facilè ſolues eam rationem: nam vnde conſtat, non eſſe ſimilem influxum plantis per fibras, ei qui fit à iecore per venas? Præter id quod minus confecto alimento egent plantæ, ac perinde non habebunt opus influẽte facultate, ſed primum magis probo. Præterea quidem addit, ſanguinis generatio magis in venis iuxta iecur viget, igitur à iecore venis tribuitur facult. ſanguifica. Reſpondet, venas iecori proximas calorem copioſiſſimum ab eodem ſuſcipere, non tamen facultatem. Sed dicant iſti, quare non generabitur copioſiſſimus ſanguis in venis, quæ cor circunſtant, & in arteriarum origine, vbi maior eſt calor, quàm in iecore. Præterea hac ratione vtuntur pro noſtra aſſertione, venæ ſang. generant, vt ex Galen. probauimus, & non propria facultate, ergo aliunde ſibi tranſmiſſa, nempe à iecore. Reſpondent, venas habere facultatem ſanguificam quodammodo inſitam. Ecce hominis ingenium, vt noſtræ aſſertioni contradiceret, negat facultatem ſanguificam, aut naturalem

quam

quamcunque diſtribui à iecore poſſe, & ſententias Gale. adductas, loce clariores detorquet, ac deinde concedit, inſitam eſſe facultatem ſanguificam venis extra iecor, quam neque ipſis venis iecoris ineſſe voluit Galen. nedum aliis. Nam libro 6. de Plac. Hippocr. & Plato. confutat opinionem eorum qui venarum tonicas dixerunt habere ſanguinis procreatricem facult. cùm enim agens omne in actione paſſum aſſimilet: manifeſtum eſt venas albas non generare ſanguinem rubrum, ſed potios carnem iecoris id efficere, quæ non eſt aliud quàm ſanguis à calore concretus. Sed de his dictum a nobis abundè eſt. Naturales verò facultates tres ſunt præcipuè in ſemine, tres quoque in ipſo genito animali, aut planta. Hæ ſunt generatrix, altrix, auctrix: generatrix in ſemine reperitur coniunctam habens formatricem: nam eſt generatricis membrum, aut ſi mauis, quartum facultatis genus. Semen enim animatum eſt, & animal, aut plantam formare valens & ex materia generando perficere. Interim verò ſemen attracto alimento nutritur, & augetur, donec vegetabilis anima animali aut plantæ ſuperueniat. Anima verò vegetabilis hæc facultatem habet generandi ſibi ſimile, quod opus naturaliſſimum viuentibus Ariſtot. eſſe dixit; hæc generatrix formatricem habet adiunctam. Præterea vegetabilis anima facultatem nutritoriam, ſiue quam diximus altricem habet, & auctricem. Generatrix quidem toti ineſt animanti, quamuis teſtibus, aut vaſis ſeminariis in plantis, præcipue inſit, & in ſemine ad animantis alterius generationem demandetur. Formatrix quoque cum ſemine traducitur: verùm hæ in animato dum viuit, manent. Siquidem membra ex ſemine genita, ſibi ſimilia generandi facultatem continent, quam etiam procreatricem appellant. Cæterùm procreatricis, ſiue generatricis, quæ in ſemine adeſt, munus eſt, ex materia parata animal conficere, ſiue in materia parata animam inducere, procreatricis verò, quæ in animato manet, ſiue formatricis, munus eſt materiam excauare, delineare, & extendere. Altricis eſt materiam trahere, apponere, retinere, mutare per eas facultates, quæ eidē miniſtrant: propria verò ipſius functio eſt, alimentum in corporis ſubſtantiam mutare, quod aggenerare eſt. Quapropter nemo inficiabitur, nec Momus ipſe, eſſe generationem ab alitione diuerſam admodum: ſiquidem generatio nouum efficit animarum, nouam formam in materia inducit, quæ in nulla illius materiæ parte præfuit. Alitione tamen parti aduenit forma: quinimo pars aduenit, quæ formam ſuſcipit, & non quidem generatur, ſed aggeneratur. Augmentatio quoque diuerſa ab his eſt, ſiquidem terminus ipſius quantitas eſt, quæ toto genere à ſubſtantia differt, ſubſtantia verò eſt quæ aduenit, aut efficitur in generatione, & alitione. Notum autem eſt, nutritionem partialem eſſe generationem: accretionem tamen adiunctam habere famulantem nutritionem. Per accretionem quantitas propriè acquiritur, per nutritionem verò ſubſtantia, hæc quidem generatione quæ motus non eſt, ſed mutatio: illa verò per motum, qui per ſe contendit ad quantitatem, vti alteratio ad qualitatem, & latio ad locum. Nam auctore Ariſtot. libr. 5. de Phyſicis auſcultationibus, ad tria prædicamenta tantùm eſt per ſe motus, quãtitatem, qualitatem, & vbi. Quantitas verò augmentatione vera acquiritur, & non vera, quam dicemus accruatione fieri, aut rarefactionem, ſiue diſtenſionem eſſe. Quòd tamen quantitas per ſe acquiratur motu, probatur, quod minus erat, maius redditur, adepta noua quantitate: ſenſim igitur motus eſt ad quantitatem, quo ſenſim quantitas acquiritur, & ſucceſſione. Dices motum non contendere per ſe ad quantitatem, ſed ad ſubſtantiam, quia in augmentatione ſubſtantia de nouo acquiritur, ad quam ex accidenti ſequitur quantitatis augmentum, ſed contrà pugnat ratio: nam nutritio ad formam ſubſtantialem contendit, non ergo ad quantitatem: ſiquidem motuum diuerſa natura, & ſpecies ex termino deſumitur: quantitas verò genere à ſubſtantia diſtat. Præterea in ſubiecti alicuius rarefactione, cui nulla adueniat ſubſtantia denuo, conſtat motum illum ad ſolam quantitatem contendere, & finem habere aliquem per ſe, non alium tamen à quantitate, idem igitur ad omnes colliges augmentationes, quamuis aliæ adiunctam habeant nutritionem, quod nihil agit ad ſubſtantiam motus variandam. Conſtat etiam illo motu per ſe variari appellationes nominum prædicamenti quantitatis, cùm id dicatur ex motu maius factum, & per motum maius, nullus autem motus ad relationem, aut ad motum eſt, aut ad actionem: in vera autem augmentatione nutritio adiungitur, & ſubſtantiæ intus ſuſceptio, & commutatio, & alteratio, nullum autem horum eſt ad quantitatem, neque localis alimenti motus, ſed ipſa ſucceſſio, qua ſenſim minus redditur maius, & per ſe ad id tantùm contendit, vti & in diminutione, & in condenſatione, quantitatis fit abolitio, etiam per ſe, quamuis in diſſolutione, ſubſtantia cum quantitate pereat & corrumpatur. Per hanc diſſolutionem in nihil aliud, quam in quantitatis deperditionem, & totius rei in minores, & anguſtiores limites circumſcriptionem contenditur. Adde ſubſtantiam interim corrumpi, nec propterea diuerſam eſſe negabimus diminutionem à corruptione. Sed dices, ponamus partes dilatari, alimentum potos ſubire, in corpus mutari: ſi hæc fiant, nihil aliud, res fiet maior ſine motu ad quantitatem. Dicam dilatationem fuiſſe motum ad quantitatem, ſed tandem hæc vt notiſſima, & apud omnes recepta miſſa faciamus, quæ ad quorundam errorem refellendum diximus. Præter formatricem, quæ in ſemine adeſt, altera in ſolidis membris ex ſemine genitis, numero tantùm diſtincta manet, qua oſſa, venæ, arteriæ, & nerui quandoque portionem amiſſam reparant, & reformant, quod docet dentium procreatio vſque in annum octauum perdurans, & quibuſdam dentes in ſenectute ipſa oriri, & renaſci eſt viſum: huius facultatis munus deficere temporis proceſſu notum eſt: nam adoleſcentes dentes non procreant, & in adultis membra ex ſemine genita, abſciſſa non recreantur. Verùm id facultatis defectu euenire non credimus, ſed potius quoniam non ſuppetit copia materiæ, à qua membrum refici, inſtaurari, aut recreari deberet, & quoniam in vtero vbi membra affatim conformantur, & procreantur, præter materiæ copiam formatrix vteri accedit. Concedimus tamen in ſenectute ipſam languere, & ferè deficere, quemadmodum & alias. Si namque quoniam non operatur facultas ipſam deficere, ac periiſſe dixerimus, non eſt cur recreationem partis non fieri Galen. ad inopiam materiæ referat, aut augmenti defectum, ad oſſium duritiem, & inhabilitatem extenſionis. Has ergo duas facultates, nempe membrorum formatricem, ſiue recreatricem, & auctricem, ante mortem non quidē deficere, aut aboleri dicemus, niſi morbi alicuius gratia: quod enim ætatis ratione fieri poteſt, nempe membra contabeſcere, facultates omnes

Naturales facultates quo & qua ratione distinguantur.

Augmentatio an ſit motus.

Facultas formatrix & auctrix non abolitur ante decrepitam ætatem, niſi morbi gratia.

aut interire, sut ad interitum tendere, id morbi tatiune euenire puiſe videmus. Sanus verò bumo nullam fuarum facultatum amittit, etſi langueant, ætatis aut temperamenti mutatiune nimis. Quod verò nun upetentut fit defectu ubiecti aut inſtrumenti: nempe curpuris aot ſpititus, ſic eriam fit, vt nutritotiæ facultatis opus aliquando ceſſare puſſit, vt in becticis. Prætetea auctiu alimento fit, vbi maiur cupia reponatur, eáque diſſoluitur: id autem fiet, vbi multum conficere poſſit natura alimentum: conficit autem in venis copiuſiſſimum, ita vt carnes in ea ætate, & adbuc ſubſiſtentium valde augeantur. Quòd ergo nun augeantur ipſorum ſolida membra, facultatis imbecillitate, aut interitu ooo fit: ſed quòd extendi non poſſint: extendi autem ſine alimenti repoſitione non cuntingit, vt quidam voluit: nam ea maiotis molis acquiſitio, quæ fit ſine repoſitiune alimenti, oon auctio, ſed extenſio, & rarefactio dicitur. Fit autem hæc, vbi ſub æquali materia cotpus ad maiorem perducitur molem, auctio verò nunquam fit niſi media alitio-

Nutritio. oe. Eſt itaque nuttitio nutrimenti in viuentis corporis ſubſtantiam conuerſio, hac vna tantùm re à ſubſtantiali generatione viuentis differens, quòd in ſimplici generatione ſubſtantiæ genitum ſubſiſtit, & viuum corpus integrè conſtituitur: in nutritione tameo, oihil per ſe totum conficitur, aut ſubſiſtens genetatur: ſed potius vt pars alteti aggenetatur, & agglutinatur. At ignis pars, quæ noper genita igni adhæret, non nutrit ipſum, quòd nutritio fiat in viuentibus corpotibus, & ex alimento intus ſuſcepto, ita aoctionem, non omnem maioris quantitatis acqoiſitionem dicemus, ſed eam quæ per alimentom fit nutritione interuenien te. Cuius intetuento ſolidæ ipſæ corporis particulæ ad maiorem molem perducuntur io omnem loci differentiam. Id autem fieri nun poſſe ſine extenſione partium quæ præfuerat, non negamus. Hac ratione quamuis altrix facultas, & auctrix in iuuenibus couſtent ſatis, corum tamen corpora non angeotur: quoniam inepra ſunt extenſioni: vnde fiet, vt quod intus ſuſceptum fuerit, nunquam

Auctio quare ceſſat. maius diſſoluto ſit. Ceſſat autem auctio noſtri corporis, nobis ſanis adhuc exiſtentibus poſt ætatem adoleſcentiæ, non quoniam perietit facultas, quæ in ipſis, & io ſenibus adbuc manet, vt conſtat io auctione carnis, ſed quoniam totius corpotis auctio fieri non poteſt, non auctis ſolidis patticulis: hæ verò non augentor abſque extenſione, quam tamen ob ſiccitatem, & dutitiem non tolerant. Portò quoniam auctio nuttitiunem exigit, & nuttitio fit partium generatiune ſubſtantiali, vt di-

Auctio ex Ariſt. quomodo fiat. ximus lib. 1. de Generatione & interitu, Ariſtotel. partem quamlibet augeri adueniente aliquo ſecundum formam, hoc eſt accedente aliquo, quod præcedeotis formam recipiat, aſſeruit. Quamobrem quamuis caro carni iungatur, vt aqua aquæ, non dicemus carnem, aut aquam augeri: quoniam non recipit præexiſtentis partis formam. Augetur autem pats, vbi formam ipſius pars adueniens recipiat. Poſſet igitur pati modo Atiſtoteles dicere, nutritionem fieri, vbi parti aliquid accedat ſecundum formam: id enim ad auctionem putat Ariſtuteles eſſe neceſſarium, & oos ad aoctionem, & alitionem. Verumtamen quòd aqua nuo augeatur aquæ aduento: quoniam ooo tecipit præexiſteotis aquæ formam, nun excludit aoctionem ignis ex lignorum inflammatione: oam ignis ex lignis genitus alteri ſecundum formam aduenit, eius namqoe formam recipit. Quare ergo ignem noo dicemos augeri? Hæc certè nominum ſignificatiu eſt, quæ viuentibus tantùm tribuitur: bæc namque ex furmæ ſupetuentu augentut, & intus facta aduenientis ſuſceptione, quod nun viuentibus oou accidit. Hac ratione rutſus dicemos auctionem non fieri abſque alitiune. Nunc verò addemus alitiunem non fieri abſque quatuur aliarum facultatum, & actionum miniſterio. Sunt autem *Altrici, & auctrici quatuor facultates miniſtrãt, an plures.* hæ, attractrix, tetentrix, coctrix, expultrix. Quum autem ignis his non vratur, neque augeri, neque ali ipſum dicemus. Rurſus ad inſtitutum redeamus. Sine auctione viuit animal, non ſine facultare *Animal quãdiu viuit nutritur.* auctriee, & ſine alitioue viuit animal, non ſine altrice facultate. Nouimus autem Atiſtutelem dicentem, animal quandiu viuit, tandiu ali. At verò aut Ariſtoteles de ſanis, & ſecundum naturam ſe babentibus animalibus, ſuam intellexit ſententiam, aut altricem ab auctrice diſtinguere voluit, ducens augendi munus non in omnibus ætatibus exerceti: alendi verò exerceri, aut nõ vacauit crimine: multis namque morbis atrophia iuncta eſt, vt obſtructionibus ventris, fluxibus, & hecticis febribus, in quibus membra funditus alimentum non capiunt, aut co non fruuntur, quotum veritatem confirmat vlcerum cauurum praua intemperie affectorum curatio, quam fieti non contingit, niſi intemperie ſanata: nam interim dum hæc adeſt, cato recreari nõ poteſt. Cur igitur in hecticis adeò praue affectis, & tẽperamento immutatis, membra refici carnis, & uſſis generatione credemus? Alitio quidem exercetur appoſitione, agglutinatione, & aſſimilatione, has antecedunt attractio, retentio, coctio, & expolſio, de quibus primo loco agemus. Hæ ſunt facultates *Quæ facultates ſint miniſtrantes.* alitioni miniſtrantes. Alimentum enim priuſquam alat, vt ad partem alendã perueniat neceſſe eſt: perueniet autẽ, aut aliunde truſum, aut à parte ipſa tractum, aut vtrumque paſſum. Non enim ſuapte natura ad membra profluet: non tãtùm verò protruſum accedet: nam quod ab alio luco truditur, nun neceſſe eſt, vt recipienti ſit familiare: quod tamen alit, alito familiare eſſe debet. Reliquum ergo eſt, vt à membro ipſo alendo alliciatut: nam & membtia ipſis trahentibus natura talem tribuit facultatem, qua ſibi amicum, vtile, & familiare alliceret, quemadmodum & magneti trahẽdi fettum. Nihil autem impedit, quo miuus ab aliis membtis trãſmittatur, tanquam eiſdem inutile: quod facit iecur iam confecto ſanguine circa id quod quantitate abundat. Deinde verò neceſſum eſt, vt tractum alimentum alteretur, & in qualitatem corpori alendo familiarem conuertatur: non eoim omne alimentũ aptum eſt vtcunque alere. Iam verò coqui eſt omnino impoſſibile, niſi retineatur: quia umois actio in tempore fit, quare ſecundo loco retentrix aget, tertio verò coctrix. Alimenta rurſus non babent omoi ex parte, cum corpotibus alendis ſimilitudinem & familiaritatẽ: quę verò talia ſunt, aliqua ex parte commutatiunem effugient: partes verò nun cõmutatæ, excrementitiæ ſunt, & vt alienæ & alitioni inutiles excernendæ, quo loco expultrix facultas ſuccedit, ea excernens quæ talia ſunt, cum aut quantitare aucta, retentricem grauauerint, aut qoalitatis malitia mo- morderiot. His addere ſolent nonoulli facultatem *Diſcretiua facultas.* diſcretiuam, quæ diſcernat vtile ab inotili, vt inde vtile trahatur, inutile verò excernatot. Verùm hæc noo eſt de miniſtrantibus facultatibus, ſed ionata quædam facultas plantis & animalibus, qoa diſtinguunt vtile ab inutili, cũ appetitu proſequẽdi vtile & fugiẽdi inutile. Munus verò ſeparationis vnius ab altero, duabus debetur facultatib. quatũ altera trahit,

hir,altera exercoit : quibus operantibus non poteſt non diſtingui vnum ab altero. Exemplum eſt chylus in ventre:cùm enim ab eo partem ſibi vtilé ventor acceperit,reliquum à ventre,vt quãtitate abundans,detruditur per imam ventris partem, ioterim quoque à iecore id tantum,quod vtile eſt,trahitur, reliquo inferiua excreto. Trahi verò per meſeraicas vanas in iecur,quod vtile , & excerni per inteſtina inutile abſque partium harum ſegregatione non fit, ſecerni ergo bonum à malo attrahente,& expellente facultatibus fit,neqoe alia eſt opus:dubitabit aliqois de facultate appetitrice:nam hęc miniſtrare videtur alitioni;appetunt etenim membra, quod deinde trahent,à quo etiam aluntur.Præterea vniẽdi, ſiue agglutinandi vis,cuius munus abunde cognitũ eſt,addenda videtur prædictis : ſiquidem qood attractum eſt,apponitur,& vnitur membris. Addenda quoq; his videtur ſacultas dilatãs,quæ in augmentatione ſuum munus manifeſtè exercet. Siquidem aliquid augeri abſq; dilatatione noo fit. Hæc dubia adeo facilia ſunt,vt neque deturbare veritatem poſſint,qua docemus quatuor tantùm eſſe ſacultates naturales miniſtrantes:neque nos multa verba effundere cogãt,aut lectores à veræ philoſophiæ ſtudiis diuertant.Quòd enim appetitus facultas naturalis ſit,non eſt dubium:verum non de his quæ miniſtrant, ſed eui miniſtratur : cùm enim appetitus concupiſcit alimentum, attractrix eidem miniſtrat ipſum admouens,vt deinde carentia io delectationem,ſiue vt aiunt,complacentiam,conuertatur. Futile autem eſt,quod dixit quidam , his facultatibus non eſſe annumeraodas eas , quas communes cum inanimatis habẽmus:nam tractio eorum quæ tota ſubſtantia ſamiliaria nobis ſunt, communis eſt nobis,magneti,ſuccino,& medicamentis omnibua expurgantibus,nec tamen perinde attractrix à numero harum excluditur.Galen.verò lib. 6. de Loc. pa. cap.7. de naturalib.ſacultat.loquens vnato videtur aſſerere cum attractrice appetentem, dicens:Primã voco attractricem,quæ peculiares parti ſuccos alẽdi ipſam gratia & appetere & attrahere poteſt. Dilatandi munus formatricis & altricis,atque auctricis eſt,quibus prædictæ miniſtrant , vnitio verò facultatis altricis,ſiue nutricis,eſt munus cui quatuor dictæ miniſtrãt:dum enim quod attractum eſt,& appoſitum,diutius retinetur,mutationem à nobis ſuſcepit,in noſtram ſubſtãtiam:id verò eſt vnum fieri: hærere autem interim dum vnum fiat,partim attinet ad retinentẽ facultatem,partim ad ſubſtantiam eius,quod hæret:viſcida enim hærent magis. Quod autẽ Gal.dixit lib.6.de met.med. mollia oſſa coaleſcere,non aute dura,ſic intelligendum eſt, naturam omnẽ coalitum & vnionẽ facere:mollia vero membra,& quorum humidum, ac molle eſt alimentum, materiam ſiue ſubſtantiam habere,quæ facilè opus naturæ admittat. Nullus enim vnquã exiſtimauerit, mollitudinem ſubſtantiæ aliméti ad vnionem cum noſtra ſubſtantia eſſe ſatis,ſine altrice,& commutatrice vi animæ:ſed eſſe tantummodo materiam habilem. Habent prædictæ quatuor facultates miniſtrantes duo inſtrumentorũ diuerſa genera:alterum debetur membris vt ſimilaribus,alterũ inſtrumentariis,vt ſimilaribus debentur primæ qualitates ſingulis particulis corporis,vt ſuæ tantùm alitioni indulgeãt,calor,humiditas,& ſiccitas. Calor tractionis inſtrumentum eſt,maximè ſiccitati iunctus : calor enim præ ſe trahit,ſiccitas actionem auget, tractionis tamen modos lib.2.latè percurremus,& aduerſantium errores cõfutabimus. At verò in ſingulis membris præter trahendi vim, quæ calore exercetur alteram reperies, quæ familiaritate ſubſtãtiæ trahit,ſimilem ei qua ſcammonium ducit bilem:ſed vt ſcammonium calore iuuatur,ita & mẽbra ſingula in eattractione,qua ſibi familiare trahũt,& à ſubſtantiæ ſimilitudine proficiſcitur. Coctioni ſeruit quàm optimè calor,maximè qui humiditati cõiunctus eſt:quooiam alimenta à corpore humido faciliùs ſimilia redduntur,cùm alimenta humida ſint,& quod humidum eſt humido,& molle molli ſaciliua adhæreſcit,& humiditas ipſius alimenti elixatiooi, quæ fit in ventriculo & diſtributioni coadiuuat. Quamuis aridus calor duriora,& magis rebellia alimenta poſſit ſuperare,quod docet calor conſiſtentium,qui bubulas & ceruinas ſuperat carnes , cum infantium calor,neque gallinarum vincat. Galenus lib.6.de Sani.tueud. actiones corporales præcipuas habere pueros docuit. Animales verò in aliis quibuſdam præſtantiores eſſe:& lib.3. de cauſis ſymp. corpus vehementi calore , & humore præditum, quàm celerrimè coquere, & aſſimilare ſibi alimentum dixit. Vnde fit , vt ad coctionem aptiſſima ſit humiditas calori iuncta, & rurſus eodem loco ioquit,pueri alteratricis facultatis robore iuuenes ſuperãt.Rationem quoque adhibuit loco citato:nam calor coctionis principium eſt,humida verò corpora,id quod coquitur facilè admittunt, & admiſſum facillimè ipſis agglutinatur, & adhæreſcit:quorum contraria inſunt ſiccis corporibus:difficilè enim externa admittunt , ita vt frangi interim & diſrumpi ſit opus,& difficilè aliis agglutinantor . in humidis igitur corporibus faciliùs exercentur coctiones, nutricationes,appoſitiones, & agglutinationes. Ex verbis tamen Galeni quæ ibidem habentur,dubium videtur:nam de facultate puerorũ coctrice loquens inquit,Atque in coctionibus, quæ ad ventriculum attinent,ſi humida,molliaque ſumpſerint,ea perinde vt iuuenes cõcoquere poſsũt:dura verò deterius conficiunt:quòd ſi mollia ſimili modo cõficiunt,& in durorum confectione pueri à iuuenibus ſuperantur,aliqua ratione iuuenes præſtantiores euadent: qua videlicet reliquos ſuperant. Ad quod reſpõdemus,quòd coctricis facultatis actiones non debent abſolutè conferri,ſed tantùm hæ,quæ circa propria verſantur obiecta: puerorum verò alimenta , quæ concoctrici facultati obiiciuntur,humida ſunt,non ſicca:quoniã ſuæ naturæ ſimilia eſſe debent. In horum tamen commutatione,etiam in ea quæ in ventriculo fit,pueri à iuuenibus non ſuperantur. Reliquæ verò actiones,quæ ab altrice,& naturali facultate procedũt ad alitionem vſque,meliores in pueris ſunt,nempe diſtributio,appoſitio, agglutinatio, aſſimilatio,& omnimoda nutritio. Meritò ergo puerorum naturales facultates prædictæ præcipuæ , & præſtantiores dicentur,quãuis quod attinet ad alias facultates , non ita ſit , vt ibidem dixit. Attractrix namque calore exercetur,tanquam pręcipuo inſtromento,iuuatur autem quàm maximè ſiccitate. Nam quod trahitur,primùm apprehẽdi debet,apprehenſum verò trahi:quod autem apprehẽdere,& trahere debet,firmitudinem habeat neceſſe eſt:hac tamẽ mollia,& humida corpora carent. Experimentum autem docet,calorem aridum vehementius humorem trahere:quapropter quamuis probe trahant,& quantum ſibi ex vſu ſit,trahendo perficiant,à iuuenibus ea in re longè ſuperantur. Retentrix quoque facultas ſiccitate vtitor,hæc enim ad retinendũ tam eſt apta,quàm humiditas inepta. Siccitas enim,quæ ſemel apprehendit,diu retinet:oſtendunt id omnia arida,quandiu figuras acceptas retineant,ab humidis verò corporibus quàm citò deleantur , pariter

Facultatum miniſtrãtiũ inſtrumenta.

Siccitas eſt lima caloris, inquit Auic.

Coctio in quibus temperamentis eſt validior.

Coctio in quibus validius exercetur.

Iuuenes melius attrahũt, retinẽt & expellunt quam pueri propter ſiccitatẽ temperamẽti, ſed pueri longe meliùs coquunt ob abundãtiam humidi.

cõſtat. Expultrix quoque ſiccitate eget: nam & excretio in comprehenſione fit, ad hãc verò opus eſt ſiccitate: humida namque corpora cùm laxa ſint, & infirma, nec comprehenſione retinent, nec expreſſione ſecernunt. Inde fit vt pueri minus valentes habeant iuuenibus has facultates. Itaque calor functionibus omnibus vtilis eſt, niſi immodicè auctus fuerit: qui enim talis fuerit, proprias, ac ſibi natura debitas functiones vitiabit, ſiccitas tractioni, retentioni, & excretioni accommodatur, niſi adeò vehemens fuerit vt membrum rigidum, ac minimè flexibile reddatur. Humiditas quamuis his aduerſa ſit, nutritioni vtilis eſt, & accommodata, maxime verò auctioni. Frigiditas nulli ſeruit functioni, niſi ex accidenti tantùm. Quod verum eſſe Galen. lib. 3. de cauſis ſympto. teſtatur, quamuis nonnulli rationibus id ſubuertere conentur, quarum hæc eſt ſumma: Adeps concretione genita eſt, hæc autem facta eſt à frigido. nam apud Ariſto. 4. Meteor. quæ à calido liquantur, à frigido concreuerunt: adeps autem à calido liquatur, à frigido igitur concreuit. Rurſus mixti generatio fieri non poteſt abſque frigoris concurſu: neque enim à ſolo calore fieret. Rurſus corporis temperamentum ſecundum naturam conſiſtit, & à natura fit: id autem non abſque calore, & frigore. Nec enim minus poteſt frigiditas ad caloris temperamentum, quàm calor ad frigiditatem attemperandam: vtrumque verò per ſe, & natura fit. Rurſus, quemadmodum calor per ſe poteſt frigidos morbos curare, ita frigiditas morborum calidorum eſt medela: vtrumque igitur per ſe fiet. Attamen hæc facilè dilues, quod enim de adipis generatione ferunt, licet verum ſit, à frigore concretam eſſe, id frigus efficere potuit, qua frigus eſt, non qua inſtrumentum naturæ viuentis corporis. Non autem negamus frigiditatem quædam efficere poſſe: ſed eſſe inſtrumentum ad naturales actiones. Hæ ſunt nutritio, & auctio, quæ appoſitione, agglutinatione, & aſſimilatione perficiuntur, quibus aliæ naturales miniſtrant, nempe attractrix, retentrix, coctrix, & expultrix, quarum frigiditas non eſt inſtrumentum. Quod verò retentionem coadiuuet, ex accidẽti fit, neque natura ad id ipſa vtitur. Idem ad Ariſtot. ſententiam dices, qui lib. 2. de Gener. animal. cap. 4. dixit, quaſdam ex ſimplicibus partibus frigore conſiſtere, vt carnem ex ſanguine: nam hæc atque adeps à calore generantur, ſed à frigore concreſcit adeps. Ad aliam rationem dicemus, mixtum omne genitũ immediatè ex elementis, à frigidis, & calidis, per ſe generari: talis verò generatio non eſt cenſenda inter naturales viuentium actiones, quas nos à frigore per ſe procedere negamus. Sic etiam corporis attemperamentum, ab ipſa compoſitione dicemus non eſſe de naturalibus actionibus explicitis. Ad vltimam rationem concedimus morbos calidos curari poſſe frigidorum oblatione, quæ tamen curatio arte fit, aut caſu, non natura. Præterea morbus calidus, aut fit cum humore, aut ſine ipſo conſiſtit: cum humore, coctione, & euacuatione curatur. Hæc verò à natura fiunt, id eſt, à naturali calore. Si abſque humore conſiſtat, aut à cauſis externis curabitur, aut à naturali calido attemperante. In ſumma itaque nullatenus fiet, vt frigiditas alicuius naturalis actionis viuentis corporis ſit inſtrumentum.

Frigiditas functionibus inutilis an ſit.

Inſtrumentorum ſecundum genus.

Aliud eſt inſtrumentorum genus: quorum meminimus ſuprà: nam quædam ex his quas miniſtrantes facultates appellauimus, non tantùm vt ſimilaribus partibus inſunt, ſed quibuſdam aliis vt organicis, vt ventriculo, iecori, & venis. Oſſa namque & cartilagines altricem habent facultatem, cui quatuor prædictæ inſeruiunt ſolis qualitatibus primorum elementorum vſæ, vt inſtrumentis. Verum ventriculus non tantum his, ſed & fibris quibuſdam, & ſtaminibus quibus eſt contextus ad commune officium quod ſibi natura ineſt, vtitur. Trahit enim venter cibos, non ſibi tantùm, ſed toti corpori. Retinet quoque ac coquit, excrementúmque ſecernit. Idem iecur & venæ moliuntur. Nam venæ quæ brachium aut crus perreptant, non tantùm ſanguinem ſibi accommodatum alliciunt, ſed & eum qui totum brachium aut crus alere poſſit, cui rei proprium partis temperamentum ſatisfacere non poterat, ſed opus fuit alio communi quodam inſtrumento. Talia ſunt earum partium ſtamina tribus generibus partita: nam quædam ſunt oblonga ſecundum partis longitudinem extenſa, quibus pars tractionem exercet, vbi primùm extendatur, ac ſuccum trahendum capiat: deinde in ſeipſa ſtamina conuellantur eo modo quo gula alimentum ab ore arripit per fibrarum longitudinem, & manus ſingula quæ cupimus apprehenſa adducunt. Eſt tamen ſecundum ſtaminum genus tranſuerſum, quod rectis ſtaminibus ad rectos angulos diducitur ad excernendum aptum, quo partes inſtrumentariæ vtuntur, vt iecur, venter, inteſtina, & vterus. Per hęc enim membrum in anguſtum ſe contrahit, contractum verò contenta exprimit: hæc autem eſt naturalis excretionis forma. Eſt & tertium ſtaminum genus obliquum, ad obliquos angulos rectis ſtaminibus incidens, quod retentioni eſt accõmodatum. Nam neque hoc ſtaminum genus attractioni eſt idoneum, neque excretioni, quod neque aliunde quidpiam talia alliciant ſtamina; neque allectum minorato partis ſpatio protrudant. Miniſtrant ergo hæc retentrici, propria partis magnitudine ſeruata. Hoc ſtaminum genus retentioni maximè accommodatur, quamuis retentrix facultas omnibus vtatur, vt inquit Galen. 7. & 14. lib. de Vſu partium. Coctrix verò nullo ſtaminum genere eguit: quòd coctio quiete fiat, & quietum contineatur alimentum à retẽtrice facultate. Quòd ſi quiſpiam obſtrepat aduerſus hæc, obiiciens motu fieri coctionem in ventriculo, neque aliter fieri poſſe, vt alimenta potui miſceantur, quàm motu, dicemus, Alimenta motu in ventre miſceri, motum autem hunc ex accidenti ſequi actionem caloris elixantis. Nam cùm alimenta colliquantur in vẽtre, ſolida liquida fiunt, & ſolida liquidis miſcentur: quoniam liquida ſolidorum ſubſtantiam penetrãt. hæc verò motu fiunt. Præterea quæ grauia ſunt leuium mixtione aſcendunt, & leuia grauibus mixta deſcendunt, quæ ſine motu non fient, motus ergo coctioni ex accidenti, & conſequutione coniungitur, non per ſe. Coctio itaque, vt in ſumma dixerim, alteratione fit, & quiete: ſtaminum verò actio coctionem antecedit, & comitatur: quatenus quod non quieſcit, non recipit integram agentis immutationem, quæ à ſola facultate coctrice mediis qualitatibus, vt inſtrumentis exercetur. Iam verò tractum alimentum ad extremas quaſque & vltimas partes, quaſdam quoque paſſum coctiones atque alterationes membris ipſis apponitur in roris ſpeciem tranſfuſum, vt cap. de membris diximus, appoſitum verò altricis facultatis vi, quæ coctione & alteratione munus ſuum exercet, agglutinatur, & vnitur ipſi membro. Cui rei ſuccedit alimenti agglutinati aſſimilatio. Eſt autem id quod agglutinatum & vnitum eſt, non ſimpliciter alimentum, ſed vnitum ſiue agglutinatum alimentum. Hac via hiſque mediis facultas altrix operatur, & fine potitur. Hic autem finis eſt

Staminum genera.

Coctrix motu non eget.

diſſo

diſſolutam partem reficere,& hominem vita ſeruare,humidi refectione. Eſt autem humidum quoddam in viuentibus alimentitiũ, quod partes inanes & ſpatia membrorum implet,id in venis, arteriis & poris inuenitur,id etiam expreſſione euacuatur, & eſt quoddam ad roris ſpeciem, eſt quoque humidum quoddam concretum ad carnis & adipis formam deductum. Quoddam etiam quod propriè innatum, & primigenium humidum dici poteſt, in ipſis ſolidis partibus contentum,quódque ipſas ſolidas partes componit atque conſtituit. Id verò aut à prima ipſa generatione contractum eſt, aut loco eiuſdem ex alimentitio ſubrogatum. Continent quoque membra ipſa ſolida plures huius humiditatis differentias, quemadmodum & diuerſas partes in neruis & venis conſpicimus. Eſt enim pars quædam veluti caro,& pars quæ fibrarum ſpeciem ſeruat, quibus proprij inſunt humores, ac innata humida, quibus conſtituuntur, & ſine quibus nec partes ipſæ permanere,neque animal ſeruari poteſt.

Humidum primegeniũ.

Huiuſmodi humiditates in plantis quoque conſpiciuntur: nam plantæ humorem habent alimentitium à radicibus ſuctum,& partibus ſingulis diſtributum,ſolam eam mutationem paſſum quæ in radicatione fit, ſimilem ei quæ in iecore animalis perficitur. Continetur is humor in cauis & ſpatiis plantæ,quæ non percipiuntur ſenſu in quibuſdam, talia enim decuit eſſe plãtarum inania ſpatia,vt dura eſſent & firmitudinem ſeruarent, & quod roris ſpeciem refert. Eſt & humor qui ſubſtantiæ plantæ ineſt,nempe illi,quæ carni plantæ reſpondet, fibris ipſis interiectæ. Eſt & fibrarum ſubſtantia ex innato humido plantæ conſtituta, id enim in animalibus & plantis magis propriè dicitur humidum innatum ac primigenium,quod reliquis pinguius & tenacius eſt,ac difficilius diſſoluitur.

Calidum bifariã dicitur.

Calidũ quoque qualitatem ſignificat atque ſubſtantiam, vt cap. de Temperamentis diximus. verùm vt ſubſtantia duplex habetur apud Hippoc.& Gale. Nam quoddam eſt calidum aduentitium, quod ſiccitatem contrahit,& ignis naturam ſapit,& acrem ſenſum tactui infert: cuius plurimum adeſt in iuuenibus,& his qui febricitant. Is igneus eſt. Alter eſt innatus calor, ſiue innatum calidum aëreum,ſuaue tactui, ac mite, ſecum aëreum humorem coniunctum,quale eſt calidum eorum qui augentur, quale quoque in ſemine,& prima materia generationis animaliũ & plantarum eſt. Is animalibus ineſt in ſanguine,ſpiritu,& ſolidis particulis. Verùm intereſt: quoniam qui in ſolidis exiſtit partibus extinctus quadantenus eſt, & ſimilis ei qui in non viuentibus adeſt: in his enim quamuis igneum elementum reliqua ſuperet,tactu non deprehenditur,ac dicitur calor potentia, non actu; qualis etiam in ſulphure,aut pipere, qui tactu non comprehenduntur, antequàm ab externo calore,qui actu talis ſit excitentur,ac reuiuiſcant. Similis eſt ſolidarum partium calor à reliquis elementis ipſas conſtituentibus oppreſſus, ac penè extinctus,ita vt tactu nullatenus percipi poſſit. Verùm is cùm ſemel afflatus fuerit, actuali calore reuiuiſcit, ac operatus,viuentiúmque munera exercet. Viuit autem tandiu animal,quandiu id calidum innatum adeſt in membris ſolidis à prima generatione contractum,ſimul cum humido primigenio dicto, atque ab actuali calido innato afflatur. Eſt id innatũ calidum in ſanguine & ſpiritu,non potẽtia tantùm, ſed actu calidum, quod tactu deprehenditur, ſine quo animalis vita ſupereſſe nõ poteſt. Similis calor vtique in plantis adeſt: nam à prima ipſa ex elemẽtis compoſitione contraxerunt ignei elementi decentem ſibi portionem,quæ poteſtate talis manet. Adeſt quoque in plantis innatum quoddã calidum actu,quod per partes plantæ diffuſum ad actum reducit vniuerſum plãtæ calidum,vt inde poſſit quæuis pars viuentia munera obire. Id calidum actu in plantarum radicatione manet viuente planta,atque ibidem ſeruatur,quemadmodum in animalibus in iecore, cui plantæ radicatio confertur, vt cap. de membris docuimus. Cæterùm quoniam animalium calor,& vitam perfectiorem præſtare debet, & alimentum exactius conficere, & ad ſentiendum parare,decuit eum non tantùm à iecore manare, ſed etiam à corde,quo in loco calor iecoris ad altiorem gradum deducitur, & caloris ſubiectũ attenuatur, vt inde membra vehementius incaleſcant,& calidũ celerius partibus demandetur. Quamobrem opus eſt iraſcibilem animæ partem in corde ſitam introducere animalibus neceſſariam, atque vitalem eius facultatem à corde manantem,ac ſingulis membris tributam,omnia viuificantem, ſuóque calore conſeruantem. Qua ratione medici eam vitalem nominant facultatem, quaſi vitam præbentem, ac vitam ſeruantem.

Iraſcibilis facultas.

Quoniam verò motum diſtenſionis & cõtractionis arteriarum & cordis exercet,eam pulſatilem dixerunt. Ariſtot.& eius ſequaces, omnium functionum principium cor eſſe affirmant, vnicum tantùm membrum præcipuum ſtatuẽtes,à quo ſenſum,motum,& vitam tanquam à fonte manare putarunt. Nam alium viuendi modum à plantarum vita non nouerunt: ea autẽ eſt vita,quæ per alimentum exercetur,& eam atque motum & ſenſum cordis munera eſſe aſſeruerunt. Cùm enim vita altione conſtet, vt ferunt: & altio alimento perficiatur, principium alimenti erit vitæ principium. Alimenti verò principium cor eſt: quoniam ſanguis alendi poteſtatem non ſortitur, niſi ad cor deueniens ibidem coquatur ac perficiatur,qui ante in iecore ſolam præparationem eſt paſſus. Cor ergo vitæ initiũ erit atque altionis, neque vita alia erit ab ea quæ per alimentum, id eſt, quod lib. de morte & vita ſcriptum reliquit. Ortus animalis eſt prima participatio animæ cum calore naturali, & vita eſt eius permanſio. Sed nos ſuprà latè probauimus altricis facultatis principium iecur eſſe. Vitalem tamen facultatem diuerſam eſſe ab altrice, hinc conſtat, quoniam hæc in animalibus inuenitur, non tamen in plantis: quod ſi hæc talis eſſet qualis altrix,in plantis quoque reperiretur. Præterea experimẽtum docet,vitalem facultatem lædi poſſe,altrice & animali illæſis,& rurſus ipſas lædi vitali illæſa manente: nam ſæpe fit in morbis venenoſi generis crudis exiſtentibus ſuccis, pulſum conſtare, & calorem vitalem, ſalubrémque inde morbum cenſeri: in apoplexia quoque funditus animalem facultatem otiari conſtante vitali facultate cordis, in peſte verò & in morbis malignis calorẽ vitalem deficere,& malignas adeſſe putredines, & pulſus ferè deficere,in quibus obſcura admodum eſt læſio animalis, aut naturalis facultatis. Rurſus iecur viuit & alitur,cùm nondum adeſt cordis vitalis facultas. hæc igitur diuerſa eſt ab illa. Rurſus diuerſa admodum eſt animæ pars,atque eius munera diuerſa ſunt,quæ cordi inſidet ab anima & functionibus eius quæ in iecore,nempe motus pulſus à motibus, qui à naturalibus facultatibus exercentur. Nam pulſus motus eſt ſenſu perceptus,ordinem ſeruans, & in arteriis, & corde tãtùm ſitus. Naturalis verò non ſenſatus,non ordinatus,& carni atque oſſi inſitus. Vitalis quoque facultas,quam iraſcibilem vocat Plato,tantum animalibus,& rationali facultate participantibus data

Vitalis facul. functiones ab aliarum diuerſa functionibus.

eſt. Quamobrem ad animalem facultatem parare rectè dicemus. Nec tamen eadem eſt cum mouente, quæ à cerebro oritur. Quoniam hæc ex electione operatur: at verò pars animæ, quæ cordi inſidet, ſine voluntatis imperio exercet motum. ſed de his infrà latius dicemus, cum pulſatilem vim ab aliis diſtinguemus. Itaque ſingulas functiones huius animæ, ſingolis aliarum animatum conferemus. Adde quòd plantæ neque loco mouentur, neque alimento altundè diſquiſito egent, neque valde magna alimentorum confectione: rude namque alimentum eis ſatisfacit, ad quæ omnia vitalis facultas, quæ in corde proficua eſt, & omnino neceſſaria. Sortitur hæc animæ pars cordi inſidens diuerſas facultates: vitalem, pulſatilem, & iraſcibilem, de quibus impræſentiarum ordine agemus, vt ſingula huius animæ munera palam faciamus.

Vitalis facultas.

Vitalis facultas dicta eſt ζωτικὴ à Græcis, quoniam ζωὴν, id eſt, vitam præſtat, eam quæ animalibus ineſt: quoniam & animalia ipſa ζῶα dicuntur. Hæc ſanguinem à caua vena delatum in corde ſuſceptum calefacit & extenuat, atque ex ipſo ad vaporis cuiuſdã ſpeciem ſpiritum generat, vitalem appellatum, qui ſimul cum ſanguine prædicto pertenui in vniuerſum corpus per arterias transfunditur celerrimo quodam impulſionis motu, cordis & arteriarum compreſſione à facultate pulſatili facta. Hunc putat Ariſto. lib. 5. de gener. anim. ad finem, eſſe commune naturæ inſtrumentum ad multos fines.

Vitalis ſpiritus.

Eſt is ſpiritus tenuiſſima ſanguinis pars in vaporem verſa: vel ſic, ſpiritus vitalis eſt ſubſtantia quædam tenuiſſima ex aëre inſpirato, vel humorum exhalatione in corde & arteriis genita. Eſſe tenuiſſimam ſubſtantiam docet vox ipſa πνεῦμα, id eſt, ſpiritus, aut flatus: ob tenuitatem enim ſpiritalibus ſubſtantiis ſimilis eſt, & ipſarum nomen adeptus. Decuit enim, vt inquit Plato in conuiuio, vt anima, adeò ſpiritalis ſubſtantia, corpori, vt terreno & craſſo non niſi intermedia alia ſubſtantia copularetur: diſparia enim valde ſunt anima & corpus, neque inuicem conuenire apta. Hæc itaque intermedio ſpiritu, vt ſpiritali ſubſtantia copulantur. Materiam verò generationis ipſius, atque locum docuit Galenus libro ſeptimo de Placitis Hippocratis & Platonis dicens: Vitalis ſpiritus in arteriis & corde gignitur, materia generationis ex inſpiratione, & humorum exhalatione ſumpta. Aër enim inſpiratus materiam aptam præſtat, ſimilem ei quæ ab humoribus exhalat, idque in corde & arteriis fit. Quare rectè Galenus libro 11. de Methodo medendi dixit, non tantùm ex inſpirato aëre, ſed ex eo qui tranſpiratione ingreditur, poſſe generari vitalem ſpiritũ, atque refici. At verò quoniam anima concupiſcibilis quæ in iecore ſita eſt, à corporalibus ſubſtantiis parum differt, & in plantis quoque reperitur, corpori ſine ſpiritu intermedio hærere poterit.

Spiritus naturalis an ſit.

Quamobrem an aliquis ſit naturalis ſpiritus, Galen. lib. 12. de Methodo medendi dubitauit. Nam ſi is neceſſarius eſſet, in plantis pari modo reperiretur, quod non videtur rationi conſonũ. Quòd tamen maior ſit calor iecoris in animalibus, quàm is qui in plantarum radicationibus, ratio eſt: quoniam à corde per arterias trãſmittitur calor copioſus ſimul cum prædicto vitali ſpiritu, qui iecur calefacit. Adde quod 6. lib. de Placitis Hippocr. & Plato. Galen. dixit, ſanguinem iecoris ſpirituoſum non eſſe. Eſt præterea alter animalis ſpiritus animæ præcipuum inſtrumentum, ex aëre inſpirato & ſanguinis euaporatione, & vitali ſpiritu genitus, de quo dicemus cùm de tertia animæ parte agemus.

Vitalis facultas quibus diſtribuatur.

Hæc itaque vitalis facultas in corde reſidet, atque ab eo diſtribuitur ipſis tantùm arteriis, à quibus deinde calor, ſanguis, & ſpiritus membris refunduntur, ac membra a potentia in actum tranſeunt, & munera ſua obire poſſunt: qua abſente omnino eius partis naturales actiones pereunt, caloris debita menſura pereunte: quamuis facultates à principiis diſtributæ ipſis tantummodo exortis demandentur, quemadmodum de naturali altrice diximus, quæ à iecore venis tantùm præbetur. Ipſæ namque ſanguificam recipiunt facultatem, non alia ab ipſis. Sic & vim gignendi ſpiritum vitalem, quæ cordi potiſſimum ineſt, tantùm arteriæ ſuſcipiunt. Viuunt quidem caro & os, & cartilago, non aliter quàm plantæ, hac re tantummodo differentes, quòd calore deducto per arterias incaleſcunt huiuſcemodi membra, ſine quo perficere ac ſuperare non valerent alimentum: nam neque iecur ipſum ſine hac caloris affluentia ſufficeret.

Pulſatilis facul. ſedes.

Verùm vim vitalem quæ ſpiritum generat, cor arteriis tantùm impartitur. Nàm ſi facultatem aliquam aliunde reciperent, non rectè diceremus hæc membra ſeipſa gubernare, quod in animalis facultatis diſtributione dicemus: ea namque neruis tantummodo demandatur. Pulſatilis quoque facultas cordi inſidet, quam vitalem Galen. vocat, generali hac voce omnes animæ iraſcibilis facultates comprehendens, quæ ab eo in vniuerſam arteriarum propaginem diſtrahitur. Vniuerſæ enim corporis arteriæ homine bene valente perpetuo motu cientur, diſtenſione & contractione à facultate in corde vigente tanquàm in fonte, in arteriis verò tanquàm in riuulis, quæ non in ſpiritu, aut ſanguine arteriarum deducitur, ſed per ipſas arteriarum ſubſtantias, ob multos vſus vitæ conſeruandæ neceſſarios. Omnia hæc vnica definitione comprehendit Galen. lib. 4. de Different. pul. dicens:

Definitio pulſus.

Pulſus eſt actio peculiaris præcipuè cordis, deinde arteriarum quæ mouentur diſtenſione & contractione à facultate vitali, vt calor naturalis in ſua temperie ſeruetur, & generetur in cerebro animalis ſpiritus. Perperam verò Auicenna pulſum dixit eſſe motum ex diaſtole & ſyſtole compoſitum. Ex motibus ſiquidem contrariis vnum conſtitui, quis vnquam exiſtimauerit? diaſtole verò motus eſt ſyſtoli contrarius, vt ipſe Auicenna fatetur, non ergo conſtituent motum vnum. Præterea inter diſtenſionem & contractionem cordis & arteriarum, quietem mediare neceſſe eſt: quoniam fieri nunquam poteſt, vt aliquod vnum contrariis agitetur motibus, quin interim quieſcat: quòd ſi quies à priori motu mediat, ſequens motus priori non copulabitur.

Motus contrary, an quietem habeant mediam.

Vnum verò continuum eſt, & continua vnicum habent terminum, fines verò diuerſos ſortiuntur motus quieti diſtincti. Quod tamen quies mediare debeat inter contrarios motus, Ariſtot. eſt placitum, cui experimentum ſubſcribit. Nam lapis ſurſum impulſus non deſcendet, donec grauitas impetum aſcendentis lapidis ſuperet. Quòd ſi aliquando minus poteſt grauitas lapidem demittere, quàm impetus eleuare, & aliquando plus, quandoque æquales erunt impetus & grauitas, quo tempore quieſcet lapis, nullo contrariorum vincente. Præterea ſi pila humore irrigata parietem percuſſeris, non antè retrocedet, quàm parietem humectum relinquat, quod tamen ſine quiete & lato temporis ſpatio, quo ſimul permanſerint, fieri haud poteſt, quod etiam euenit, vbi pila impetu deſcendat, atque iterum è terra reſiliat. Id verò Ariſtot. placitum in vniuerſum verum non eſt: nam vbi lapis ſurſum impulſus lapidi molari deſcendenti occurreret, deſcendere cogeretur abſque media quiete.

Google

quiete. Si namque quieſceret, molæ impetum cohibuiſſet, quod non fit. Pari modo ſi lapis per mundi centtum impetu tranſmitteretur, is mundi centrum ſine quiete tranſiret, eiúſque motus partem haberet deſcenſus, partémque aſcenſus, quibus oibil mediaret. Verùm quamuis iu vniuerſum verum non habeat, in hac noſtra de motu cordis & arteriarum diſſertarione, verum eſt poſtulatum. Cùm enim diſtenſio atqne cootractio motus à natura facti ſint, & vſus alicuius gratia, poſt diſtenſiouem, coutractionem natura nou efficiet, niſi fine, cuins gratia diſtenſionem procurauit, fruatur: id vero in tempore fiet. Pari ratione, cùm contractionem finis graria faciat, uon rentabit diſtenſionem à contractione, antequàm finem aſſequatur, ídque tempore, quod iutermediam quierem dicimus. Optimè igitur Gal. pnlſum actionem eſſe dixit cordis & arteriarũ, quæ monentur diſtenſione & contractione: nam diſtenſio pulſus eſt, & conttactio alter pulſus, pulſum vnũ per aggregationem conſtituentes, intermediis quoque quietibus. Dixerat autem peculiarem eſſe actionem cordis & arteriarnm: qnoniam, vt diximus, atque probauimns, cordi tantùm & arteriis conuenit eo motu agitari.

Facultates præcipua quibus diſtribuuntur.

Facultates namque membris præcipuis inſidentes, membris tantùm exortis diſtribnuntur, uulla ſiquidem pars præter arterias diſtenditur ac contrahitnr. Præcipuè verò cordi ineſſe, hinc conſtat, qnòd arteriis non ineſt ex ſe, ſed ob conſenſum quem cum corde habent: quo ſublato facultas mouendi anfertur. Nam ſi arteria qnæuis illaqueetur, aut omnino præcidatur, funditus motus ipſius peribit, quod non fieret niſi à corde mouendi facultas emanaret. Tranſmittitur autem pulſatilis dicta facultas per ipſas arteriarum ſnbſtantias, non per cauitarea, quod hac ratione potiſſimum ſuader Galen. Nam ſi quis fiſtulam æneam arteriæ inclnſerit, ac deinde ipſam arteriam illaqueauerit, motus omnino arteriæ ceſſabit: cùm tamen eanitas patens relicta ſit, per quam vitalis progroditur ſpiritus. Dixerat quoqne cum motum diſtenſionis ac contractionis fieri à facnltate vitali, quo nomine pulſatilem ſignificanit.

Facultates pulſatiles duæ.

Nec tamen putare oportet vnicam tantùm facultatem pulſatilem demandari arteriis, ſed duas, vt ipſe docuit libro de Pnlſunm vſu, & rurſus libro ſecundo de Præſagitiona ex pulſibus, cap. 5. inquit: Tertius qui ex tempeste naſcitur, haud eſt dicrotus, ſed bis modo pulſans, neque neceſſariò durus: quem ſi quis velit dicrotum appellare, nihil refert: boc tantùm meminerit, non referre bunc corpora repercuſſa à duris, ſed vt paulò ante diximus, concertantibus fit mutnò duabus faculcatibns, & qnæ diſtendit, & quæ contrahit cot. Sunt ergo dnæ cordis facultates pulſum efficientes. Adſtipulatur verò ratio huic rei: nam diſtenſionis & coutractionis fines admodum ſunt diuerſi: à diuerſis igitur prquenient facultatibus, qua ratione & in natutalibus facultaribus diuerſa eſt arttahens ab excernente, & verè diſtenſione tractio, & contractione exeretio exercentur. Diuerſam admodum ſequutns eſt ſententiam Ariſtotel. qui vitalem hanc atque pulſatilem facultatem ignotauit, pariter & Eraſiſtratus Theopbraſti contemporaneus: cuius opinionem primo loco referemus ac confutabimus, deinde Ariſtot opinionem improbabimus, vt notiſſima inde euadat Galen. de Pulſatili facultate ſententia.

Eraſiſtrati opinio de pulſu & arteriarum contentu.

Eraſiſtratus itaque negauit ſanguinem in arteriis contineri, ſed ſolum ſpiritum à corde tranſmiſſum: negauit quoque arteriarum diſtenſionem & coutractionem fieri ab aliqua facultate: ſed ideo arterias diſtendi dixit, quia implentur: contrahi verò quia euacuantur. in quo cum Ariſtot. connenit, ídque cùm Ariſtotelis opinionem referemus, agitabitur. Quamuis Eraſiſtratij, vt Galenus inquit libro quarto de Differentiis pulſiuum, vitalem facultatem pulſum efficere dixerint, primuu tamen quod Eraſiſtratus aſſeruir arterias ſolo ſpiritu impleri ſine flatu, Galenus latè reprobat libro cui titulus, Quod ſanguis in arteriis contineatur. Nam puncta arteria ſanguis ab ipſa mánat, ergo in arteria continebatur ſanguis. Dicer fortè Eraſiſtratus, non ſeqni: ſed aut ſanguinem contineri in arteria, aut aliunde veniſſe: at ſi arteria puncta ſanguis manat, ſtatim, vt conſtat, & adeò breui aliunde effluere non potuit, reliqnum eſt, vt in ipſa ante puncturam contingretnr. Rurſus ſi ſanguis arteria puncta aliunde occurriſſet, id eſſet, vt Eraſiſtratus voluit: quoniam ſpiritus euacuatur, & ne vacnum detur, ſanguis ſtatim ſuccnrrit. Sed id manifeſtam prodir Eraſiſtrati imperitiam: nam ſi vacui vitandi graria ſanguis ſuccurreret, prins arteria in rotum foret exinanita, quàm aliunde quippiam ſuppereret, quod non fit. Præter id quod arteria puncta, non alia ratione contentum effluer: niſi quoniam arteriæ latera concidunt, atque exprimunt contentnm: quòd ſi latera concidunt, nullnm vacui periculum imminer, ipſam verò non concidete, nemo affirmabit. Neque enim arteriæ ferteæ ſunt, aut æneæ: nec ſi tales forent, ſpiritu adneniente, aëre cedente, diſtenderentur, ac contraherentur. Hæc ſatis ſupérque poſſunt Eraſiſtrati opinionem reſitare: neque in boc loco pluribus ad veritatis aſſequutionem egemus.

Ariſt. opinio de pulſu.

Poterit autem qui voluerit Galen. libro citato perlegere, quo in loco hæc omnia, & plura adnerſus Eraſiſtratum habentur. Nos verò ad Ariſtotelis & Eraſiſtrati commune placitum redeamns. Ariſtot. libro de Morte & vita, inflationem ac repletiouem cordis, cauſam pulſus eſſe in hune ſcripſit modum: At pulſatio quam cor perperuò facere videtur, & motioni perſimilis eſt, quam tubercula cum dolore efficiunt, quòd ſanguinis mutatio ipſa præter naturam ſit. Ea verò fit vſqne dum ſangnis concoctus ſit, & in pus connerſus. Hæc etiam affectio feroori ſimilis eſt, fit enim feruor cùm bumor caloris opera inflatur: nam humor proptetea ſeſe attollit, quòd in molem aſſurgat ampliorem. Cæterùm quies in tuberculis agitur, ſi putrefactio non peſſpirer humore craſſiuſculo reddito. Feruor verò reſider, ſi per labra vaſculi humor excidat. In ipſo autem corde tumefactio humoris qui ſemper ex cibo accedit, vltimam cordis tunicam eleuantis, pulſum facit. Atqne hoc ſemper ſine vlla intermiſſione fit: uam ſemper bumor ex quo natura ſanguinis ortrur, continnò influit. Primùm enim in cotde gignitur: id quod in ptima generatione liquidò conſtat. Nam venis nondnm diſtinctis ſanguinem babere cernitur, & ob id innioribus magíſque ſenioribus pulſat, vtpote quibus diuaporatio maior fiat. Quinetiam venæ omnes, & ſimul inter ſe pulſare aſſolent: quia omnes ex corde ſua initia trabunt, cor autem ſemper mouer, quare & illæ ſemper manent: hæc Ariſtoteles. Ex quibus mens ipſius manifeſta eſt: nempe arterias dilatari, quia implentur ab humore intumeſcente vi caloris, in feruotem & tumorem humore eleuato, conſtringi verò arterias efflante vapore humoris: qno elapſo arteriæ latera propius accedunr. Non ergo dilatantur aut conſtringuntur arteriæ à facultate quapiam, ſed vi caloris, neqne ob id implentur, quia dilatantur; & euacuantur, quoniã conſtrin

ſtrin

ſtringunrut,ſed ob id dilatantur,quia implentut:& ob id conſtringuntur,quia euacoantur. Vnde fit, vt pſius natura ſit impleri,aut euacuari cor & arterias quàm diſtendi & contrabi, quamuis ſimul tempore fiant impletio,ac dilatatio,& euacuario, ac conſtrictio. Aduerſus quod multis modis inſurgere placet. Primò ſi arteriæ dilatarentur, non a quapiam faculrate,ſed à calore humidum eleuante in tumorem,vbi arteria perforetur, atque ænea fiſtula immittatut, adhuc arteriæ pulſabunt, quæ ſunt poſt fiſtulam:vbi tamen cum ænea fiſtula arreria laqueo comprimatut,non amplius arteria mouebitur, non compreſſa cauitate ipſius, neque impedita actione caloris eleuantis in tumorem. Nun ergo euenit pulſus hac ratione: ſed quoniam per ipſas arteriarum ſubſtantias facultas vitalis procedere ſolebat, quæ illaqueata arteria non amplius procedit. Hanc rationem Tutiſanus ſoluete tentat dicens, pet arteriæ ſubſtantiam deduci calorem, qui eleuat humorem in tumotem, atque ipſum deficete compreſſa arteria. Verumtamen hic pertinaciſſimos ſophiſta ineptè admodum occurrit rationi Gal. Nam calor non eleuat humores in tumoré,aut eos feruere facit,quia per artetias defertur, aut per ipſarum concauitatem: ſi ergo quantũ caloris effluxus cohibetur ob illaqueationeio,tantùm augeatur ſanguinis per cauitatem arteriæ delati,calor ſimili modo eleuabitur ac intumeſcet, ſimul & pulſabit. quod nũ fit. Præterea ſubitò euaneſcit pulſus arteria illaqueara,ſolutáq; ſubitò motus tedit:calor verò non permeat à corde io extremas arterias, pet ipſarum ſubſtantias ſubitò: non ergo eſt is qui pulſum efficit. Præterea de ipſa arteriarũ diſtenſione & cõtractione probari facilè poteſt, ſine facultate ad id à natura inſtituta nunquam fieri. Nam ſi diſtenſio fieret à calore eleuante bumoré in tumorem, nunquam pulſus magnitudo abſolueretur à vehemẽtia, cuius contrariom eſt verum,& à Gal docetur. Nam calor efficit ebullitionem: maior ergo maioré ebullitiooem efficiet,maiorémque pulſum: quòd ſi calor pulſum efficit vehementior,validiorem efficiet motum: ſed maior calor vehementior eſt,id eſt,qui vehementius ebullire facit humorem,& cuius ebullitioni & in tumorem eleuationi difficilius obuiari poteſt: omnis igitur pulſus magnus erit vehemens: cuius contrarium docent languentes,magnis febribus correpti. Simili modo ſi contractio detumeſcentiam ſequererut,cur maiores ac celeriores fierent pulſus contractiones in pueris, vt videmus? cùm tamen ipſorum bumores nulla ratione citius quàm aliorum detumeſcant. Præter id qnòd improbum eſſet putare naturam nullam dediſſe animali facultatem ad munus id obeundum,quod adeò animali neceſſarium eſt,& ſine quo vita haud ſeruari poteſt. Præterea eo ordine eáque concinnitate cor & arterias eleuari,atque iterum ſupprimi poſſe,interim dum animal viuit,ſola caloris actione atque flatus diſſolutione omnino fidem abrogat. Facultatem igitur pulſatilem duplicem ſtatuere conuenit: alteram quæ diſtendat cor & arterias,alteram verò quæ eadem contrahat:quas in corde eſſe ſitas vult Galen.& ratio ſubſcribit ſimul cum experimento, eámque diſtribui affirmamus ipſis tantùm arteriis à corde exortis, non aliis ab ipſis. Quoniam & ipſas tantùm ſimul cum corde pulſu cieri nouimus, ob magnos vſus, quorum quoſdam in vitalis facultatis demonſtratione explicuimus, quoſdam Gale. collegit in pulſus definitione. De his tamen poſtea dicemus,vbi prius Tutiſani ſophiſtæ pertinaciam ab ſchola medicinæ & animis ſtudioſorum refellerimus, qui arteriarum & cordis diſtenſiones dicit cum Ariſtot. fieri vi caloris deducentis ſanguinem, conſtrictionem verò ab aëre frigido ſubingrediente arteriam tempore diſtenſionis. Nam cùm arteria diſtenditur, inqoit, aër frigidus trahitur: is verò tumorem deiicit, quoniam feruorem ſanguinis ſupprimit: quæ cum his, quæ ratio & experimentum docent, ſtare non poſſunt. Nam ſi arteria diſtenditur quoniam impletur,noo amplius diſtenderetur quàm pro ratione & menſura corporis implentis: ſi ergo multum diſtendatur,id fiet, quoniam multum implebitur. Nullus igitur locus relinquetur aëri extra venienti. Quòd ſi non ſucceſſerit externus aër, neque ſanguis refrigerabitur,neque contractio ſequetur. Dicet fortè, impetu quodam impelli arteriam à ſubiecto ſanguine ebulliente,quod longiſſimè abeſt à vero. Nam ſi ſanguis ea vehementia effetueſcit, vt arteriam à ſe propellere impetu poſſit, cur non ipſam diſtentam implebit, non ſpetato aëris frigidi ingreſſu? Prætet id quòd ſæpe fit, vt arteria dura diſtenſioni inepta ſit,minime verò impulſioni, nedum vt impulſa à ſanguine efferueſcente non plenè occupetur. Rurſus ſequitur, nullo modo fieri poſſe arteriarum conſtrictiones maiores non creſcentibus diſtenſionibus. Nam magnitudo coostrictionis ſequitur (vt cuiuſuis cauſæ agentis effectus) cauſæ facientis magnitudinem: cauſa verò efficiens conſtrictionem eſt cauſa feruorem extinguens. Hæc autem eſt frigiditas aëris ſubingredientis: at aër ſubingrediens tanto eſt parcior, quanto diſtenſio minor, & tanto copioſior,quanto ipſa maior. Igitur ſi diſtenſio parua fuerit, nunqoam contractio erit magna. Adde qood ſi contractionis magnitudo ſequeretur rationem aëris ingredientis, tempore hyemis conſtrictiones maximæ fierent, & celerrimæ: æſtate paruæ & tardæ: cuius contrarium docet experimentum. Conſtrictionis ſiquidem magnitudo atque celeritas vium inſequitur, vt dicemus, & puerorum pulſus contractionem habeot maiorem, non aucta magnitudine diſtenſionis ſupra temperamentum. Præterea aduerſarius concedet facultatem conſtringentem arterias: quoniam vſu conſtrictionis aucto nouit celeritatem ac magnitudinem ipſius augeri: non igitur ſibi conſtat, neque ratione quapiam negare poteſt facultatem diſtendentem, vbi conſtringentem concedat. Nam æqua ratione vterque vſus ſuam ſibi expoſtulat facultatem. Rationes tamen quæ contra hanc Galeni ſententiam afferuntur,facilè diluuntur: quærunt enim an bæc facultas pulſatilis quam ſtatuit Galen. ſit naturalis, an animalis. Nos diuerſam hanc facultatem cum Platone & Gale. affirmamus, ab animali quæ ex arbitrio operatur,& ab ea quam ipſi naturalem appellant,quæ circa alimentum negotiatur. Eſt quidem pulſatilis vitali germana, ab eadémque animæ parte orta, & in corde ſita, naturalis quoque dicta,quatenus libera non eſt. Rurſus inquiunt,in ſemine pulſus adeſt, vbi non adeſt cor,neque arteriæ, neque talis cordis facultas, dicemus,ſemen non pulſare, ſed palpitare. Præterea addunt,in ſummis febrium vigoribus pulſus maior eſt,quàm in principio: ſed facultas morbi proceſſu redditur imbecillior: non ergo efficiet pulſum adeò magnom. Hæc ratio neminem conuincet eorum qui norunt febrium tempora & pulſuum vſus. In principiis namqne febrium à multitudine opprimitur facultas,& ideo pulſus magnos non efficit. Præter id quod neque vſus diſtenſionis per id tempus vrget. In vigore verò vehemens calor vrget,

Ariſt. opinio de pulſu, improbatur.

Pulſatilis facultas duplex.

Turiſani pertinacia refellitur.

vrget, & facultas ad magnitudinem pulſus faciendam ſatis conſtat. Merito ergo per id tempus pulſus fiunt magni, & maiores quàm in principio. Quòd tamen diſtenſio & contractio arteriarum quodammodo contrarij motus ſint, non obſtat. Nam, vt diximus, non ab vnica, ſed à duabus fiunt facultatibus, & ad diuerſos vſus: diuerſæ igitur cum ſint facultates, diuerſas ac quadantenus contrarias habere functiones non eſt à ratione alienum. Prætereà ioquiunt, ſi à facultate cordis arteriæ diſtenderentur ac contraherentur, ſimul deberent diſtendi cor & arteriæ ac contrahi. Hoc nos ingenuè fatemur, cor & arterias ſimul diſtendi atque contrahi, quamuis contrarium barbari in ſchola medicinæ introduxerint: eorúmque ſequaces id vt verum & firmum acceperint. Quod itaque ſimul diſtendantur & contrahantur cor & arteriæ, Galen. affirmat: libro namque de Pulſuum vſu, inquit: Ac princeps quidem viſcus cor eſt, ex quo naſcuntur prodeúntque arteriæ, atque etiam eundem cum illo motum cuſtodiunt. Et libro quarto de Differentiis pulſuum in Bachij definitione, inquit: At Herophilo in arterias placet, quia ſunt cum corde continentes, per tunicas influere ab illo vim: cuius ope perinde atque cor, cùm diſtenduntur ex omnibus partibus vnde poſſint attrahunt, quod impleturum ſuam capedinem ſit, dum contrahuntur reddunt: itaque eas ſimul vno tempore omnes videri diſtendi & contrahi: idémque conſtitutum ac cor vtriuſque motus ſeruare. Eraſiſtrato autem conſentaneum eſt, non vnà videri cor & arterias diſtendi contrahíque, quod res ipſa apertè negat. Ecce vbi falſam reputat opinionem Eraſiſtrati, qui negauit vnà diſtendi cor & arterias. Et libro tertio de Præſagitione ex pulſibus, capite tertio dixit: Quia verò & facultatem quæ ipſas moueat, ab illo mutuantur, vnáque eſt contentio, quæ vnà cum corde diſtendat arterias atque contrahat, quiddam neceſſe eſt motui cordis conueniat cum motu ſingularum arteriarum, & aliquid inter eos interſit. Ratio quoque ad idem comprobandum accedit: nam ſi facultas arteriis tradita eadem eſt quæ in corde, cùm agere tenter diſtendendo, aut contrahendo, neceſſum eſt omnia ſimul diſtendere, quæ ſibi commiſſa ſunt, ſimúlque contrahere: & experimentum docet, ſi quis manum alteram cordi, alteram cuiuis arteriæ admoueat, ſimul enim vtriuſque ſentiet motum diſtenſionis. Neque obſtant ea quæ ad confirmationem contrariæ opinionis quidam addunt: dicunt enim in cordis contractione arterias omnimodo dilatari: nam in conſtrictione cordis ſpiritus vitalis & ſanguis arteriis mittuntur: arteriæ verò eadem ſuſcipiunt, ſed quod externa corpora ſuſcipit, dilatatur: ergo arteriæ dilatantur cum cordis conſtrictione. Simili modo quando arteriæ dilatantur, vndique ad ſe trahunt, atque ea corde ſanguinem & ſpiritum, quo tempore cor euacuatur. Sed cum cor euacuatur, neceſſariò conſtringitur: ergo cùm arteriæ dilatantur, cor conſtringitur. Ruſus in contractione arteriarum aër frigidus cordi tranſmittitur: ſed cùm cor recipit aërem ab arteriis dilatatur, ergo cùm arteriæ conſtringuntur cor diſtenditur. Ad quæ dicemus, ſanguinem & ſpiritum conſtrictione mitti à corde, ac eundem ſimul ſuſcipi ab arteriis, nec tamen ſequitur inde arterias dilatari: nam non omne ſuſcipiens dilatatur: maximè vbi ſuſcipiat ſimul & tranſmittat. Quod arteriis euenit, ipſæ namque ſuſcipiunt à corde, & tranſmittunt aliis arteriis, donec ad vltimas & à corde longiſſimè diſſitas deueniatur, quæ ſimili modo per cutis & carnis poros excrementum calidum & fumum reiiciunt. Cùm autem maius ſit, quod expellitur, quàm quod ſuſcipitur, conſtringi neceſſe eſt. Simile namque fit, ac ſi vter habeat latum ac valde longum collum, qui poſtquàm humore aliquo impletus fuerit, vbi ſimul omni ex parte, & collum eius pariter exprimatur, notum eſt vtrem in collum humorem exprimere, ipſúmque in collo recipi, nec tamen ob id collum dilatari dicemus, conſtringitur enim. Sic in arteriis & corde ſimul conſtrictis accidit. Arteriæ namque à corde ſuſcipiunt humorem, ac conſtringuntur. Cùm verò dilatantur ſimul, nihil impedit quominus cor impleri poſſit ingrediente aëre à pulmone, & arteriæ impleri aëre per cutem traducto. Quod verò dicunt arterias conſtrictione aërem frigidum cordi tranſmittere, non egeret noſtra confutatione, niſi quorundam animis pertinaciter hæreret. Nam turpe eſt exiſtimare aërem fumis mixtum atque excrementoſum refrigerio cordis eſſe vtilem. Præter id quod non aſſueuit natura excrementa ab ignobilioribus in nobiles tranſmittere particulas: eſt autem aër dictus fumis plenus. Præterea aër calidus refrigerio inutilis eſt: at is qui per cutem ingrediens arterias permeat, non potuit interim non incaleſcere. Præterea conſtructio cordis docet os infernum ſiniſtri ventris cordis, à quo arteriæ omnes procedunt, inſtitutum eſſe à natura ad tranſmittendum, non autem ad recipiendum. Quatuor enim ſunt cordis oſcula, duo in dextro ventre, duo quoque in ſiniſtro, alterum quod in dextro conſiſtit venam à caua ortam ſanguinem deferentem excipit: quare à natura tres habuit triſulcas, quæ intrà patent, extrà verò clauduntur. Quoniam per cordis conſtrictionem nihil ea via retrocedere debet. Alterum ad pulmonem ſpectat, quod ſanguini in pulmonem mittendo ſeruit: habétque totidem triſulcas extrà patentes, & quæ diſtēto corde intrò clauduntur, quòd in diſtenſione nihil inde ſuſcipi debeat, ſed conſtrictione tantùm mitti. In ſiniſtro quoque ventre duo ſunt oſcula, alterum ſpectat ad pulmonem, duabus triſulcis tantùm in conſtrictione extrà claudentibus: interius verò patentibus in diſtenſione. Quoniam cùm inſeruiat tractioni frigidi aëris potiſſimum, intrò patere debuerunt triſulcæ in diſtenſionem. At quoniã ad excretionem fumorum vtile erat oſculum, non omnino claudi in conſtrictione decuit, ſed duabus tantùm triſulcis. Quartum oſculum via eſt arteriarum omnium, patens in cordis conſtrictione triſulcis tribus extra apertis, intrò verò diſtenſione cordis concluſis: quòd hæc via tranſmiſſioni, non receptioni inſtituta erat à natura. Vnde conſtabit cor in conſtrictione tranſmittere aërem calidum, ſpiritum, fumos, ſanguinem in arterias: in diſtenſione verò, nihil ab eiſdem ſuſcipere, aut exiguum quid, vt inquit Galen. libro de Vſu pulſuum. Verum huic ſententiæ videtur aduerſari Galen. eodem loco, vbi Eraſiſtrati meminit dicens: Verùm illo autore nihil prorſus ex arteriis in cor recipitur, niſi per eas quæ ſunt in pulmone, quod ſanè ita non eſt. Cùm fortaſſis etiam pro ipſis naturæ modulis ſe habente animali, exiguum aliquid recipiatur. Quippe non adeò mihi ad vnguem os magnæ arteriæ videntur membranæ obſtruere, vt nihil ex ea in cor recurrat. Sic enim tota hæc litera legenda eſt, etſi paulò aliter habeat Thomæ Linacri tranſlatio. Et rurſus paulò inferius inquit: Cùm nec conſpirabile ſibi eſſe, nec confluxile corpus poſſit,

Cor & arterias ſimul diſtendi ac contrahi.

Rationes contrariæ diſſoluuntur.

poſſit,niſi arteriæ,tum ex omni parte trahant,tum in omnem tranſmittant. Quòd ſi ex arteriis in cor aliquid recurrit,& vt in ſecundo loco dixit,arteriæ quidpiam in cor tranſmittunt,aut id fiet in conſtrictione cordis,aut in ipſius diſtenſione,non in conſtrictione: quoniam eo tempore ſanguis & ſpiritus impetu feruntur à corde in arterias per os arteriæ magnæ:non igitur aut recurret, aut tranſmittetur per eandem viam, aliquid in cor. Neque etiam in diſtenſione cordis id fiet:nam cùm diſtenditur cor, ex hypotheſi diſtenduntur pariter arteriæ: ſed cùm diſtenduntur,nihil ab eis aut conceditur,aut omnino tranſmittitur,ſed potius trahitur: non ergo fiet tranſmiſſio ab arteriis in cor, aut ſi verum eſt, vt Galenus dixit, quippiam tranſmitti, id erit corde diſtento:arteriis verò compreſſis, neque ſimul ambo diſtendentur, aut contrahentur. Ad quæ duo facile eſt reſpondere Galeni, litera animaduerſa. Primùm enim verum eſt,ex arteriis in cor aliquid recurrere,atque id exiguum,vt diximus, quod fit in cordis diſtenſione: nam etſi in cordis diſtenſione arteriæ diſtendantur,nihil obſtat quin exiguum aliquid cordi concedant,atque interim ipſæ magna copia aëris aliunde tracta impleantur:neque enim momento temporis os magnæ arteriæ clauditur. Quod verò ſecundo loco dixit corpus noſtrum non fore omni ex parte tranſpirabile, niſi arteriæ in omnem partem tranſmittant: vnde ſequi videtur,arterias in cor tranſmittere, quod non fit abſque conſtrictione, non obſtat. Non enim voluit arterias in omnem partem tranſmittere, ita vt ſingulas partes ſignificaret, ſed in ambitum corporis totius,dixerat enim:Siquidem ſi arteriæ cordi aliquid impertiant, ſic vtique ex omni parte, tum trahent,tum rurſus tranſmittent:ſin ſecus ex omni certè parte trahent,tranſmittent autem in omnem partem, præterquàm in cor. Ac mihi ſanè melior videtur hæc ſententia, quàm Eraſiſtrati hypotheſes. Iam ergo vt Galenus hanc ſententiam comprobaret,qua dixerat arterias in omnem partem tranſmittere,præterquàm in cor,addit,cùm nec conſpirabile eſſe, nec confluxile corpus poſſit, niſi arteriæ,tum ex omni parte trahant, tum rurſus remittant,intelligendum in ambitum totius corporis: in cor enim tranſmittere non contẽdit Gal. probare, ſed comprobare quod prædixerat,in omnem partem ab arteriis tranſmitti, præterquàm in cor. Neque enim in totum corpus tranſpirabile dicatur, opus eſt,vt arteriæ in cor quoque tranſmittãt. Nam paulò ſuperius Gal. de arteriarum motibus loquens inquit:Sicuti nimirum per ora quæ in cute finiuntur,quicquid halituoſum fumidúmve excremẽtum habent.id excernunt. Recipiunt autẽ ex circundato nobis aëre non exiguam in ſe portionem. Atque id eſt quod Hippocrat. foras intróque ſpirabile totum corpus dixit:ecce quo in loco ob tractionem & emiſſionem, quæ per cutem & totius corporis ambitum fit,ſalutari dicit,totius corporis tranſpiratum & transfluxum ab Hippocr. dictum. Rurſus ad pulſus definitionem à Galen. traditam exponendam redeamus, in qua vſum quoque explicuit dicens, motum pulſus hos habere fines, vt calor naturalis in ſua temperie conſeruetur,& vt generetur in cerebro animalis ſpiritus. Quos vſus pulſui & reſpirationi communes eſſe Gale. voluit lib. de Pulſuum vſu,dicens: Ergo cùm hoc quoque demonſtratum iam ſit,nihilque iam aduerſari videatur, quominus vnus reſpirationis & pulſuum vſus finiſque ſit,facile promptúmq; collectu arbitror,caloris in quaque parte cuſtodiendi cauſa pulſum eſſe conditum. Itaque quod ex reſpiratione vni præſtatur cordi,id ex pulſu calori illi qui in toto eſt animali accedere. Communem autem vtriſque eſſe & animalis ſpiritus nutritionem: verum arteriarum magis propriam,ſi quid eorum meminimus quæ de reticulari contextu diximus.

Pulſuũ vſus.

Primus itaque vſus pulſus eſt, caloris temperamentum: id vero conſeruatur ingreſſu aëris frigidi,& egreſſu fumorum & aëris calidorum. In diſtenſione primum euenit cordi & arteriis:nam cor à pulmone trahit aërem frigidum, à quo ferè in totum caloris cordis temperies pendet,ſiue refrigeratio. Arteriæ tamen per cutis poros ex ambiente alliciunt ſibi aërem frigidum pariter in diſtenſionibus. Contractione quoque cordis & arteriarum,temperies caloris naturalis ſeruatur:decet enim non tantùm feruorem caloris refrigerio ſupprimere,ſed & fumorum malorum qui aceruantur caloris actione in humidum,copiam excernere. Id autem probè admodum conſtrictione fit,qua à corde excernitur fumus magna ex parte in pulmonem,vt inde expiratione trudatur:pars verò ſimul cum ſanguine & ſpiritu in arterias pelletur. Arteriæ porrò natiuum intus contentum calidum conſeruant fumorum expurgatione, quæ conſtrictione exercetur,ipſis per cutis porus ſimul cũ aëre iam incaleſcẽte truſis. Aër enim qui frigidus attractus incaluit,inutilis redditus,excernendus venit à corde per arteriã venalem in aſperas pulmonis arterias, & ab arteriis omnibus per poros iterum in aërem ambientem,ſimul cum prædictis fumis. Vnde fit,vt ad attemperandum calorem pulſus & reſpiratio ſeruiant:ſed reſpiratio cordi tantùm refrigerando miniſtrat,pulſus vniuerſo corporis calori.

Pulſus cauſæ continentes.

Sunt autem pulſus continentes cauſæ tres, facultas,inſtrumentum, vſus, hac concinnitate pulſum modulantes:facultas pulſum efficiens, eſt ea quam pulſatilem appellauimus: inſtrumentum eſt cor, atque arteriæ,vſus eſt duplex iam à Gale. explicitus: nempe caloris temperamentum, & animalis ſpiritus generatio. Facultas mouet,inſtrumenta mouentur:vſus eſt id,cuius gratia motus exercetur.

Pulſus differentiæ.

At verò harum cauſarum variatione multæ fiũt pulſuum differentiæ: primæ verò nouem generibus continentur:nam ex mutatione facultatis pulſus fit fortis,& languidus, ad magnitudinem ſpatij attinent magnus & paruus pulſus,ad tempus motus attinẽt, velox & tardus,ad tempus quietis, frequens & rarus,ad naturã inſtrumenti,mollis & durus, ad contentum in arteria,plenus & vacuus: adde differentiam æqualitatis & inæqualitatis, & differen. ordinis & perturbationis,& differ. rithmis. Quibus decima differentia à quibuſdam additur,caloris & frigoris. Attamen omnes pulſuum differentiæ variantur variatis cauſis continentibus. Nos verò,ne longius à noſtro inſtituto digrediamur, de his tantùm differentiis quædam trademus, quibus præſertim vſus impletur,& quæ mutato vſu ad portionẽ mutantur: hæ ſunt magnitudo & paruitas, celeritas & tarditas, frequentia & raritas. Quòd ſi facultas conſtans fuerit & inſtrumentum obſequatur, perpetuò pro vſus ratione prædictæ pulſuum differentiæ fient:aliquo verò horum deficiente,non ita. Nã ſi facultas langueat vſu, nec inſtrumento mutatis, pulſus nunc debito fient minores, nunc etiam tardiores,quemadmodum increſcente facultate quandoque maiores fiunt, & coniunctam habent vehementiam. At ſi immutato vſu ac facultate, inſtrumentum contumax reddatur,pulſus fient quàm ante minores,vti & mutatio eius in mollitiẽ non magnam,ipſum reddit maiorẽ,aut verè,aut ſecundum

appa

Digitized by Google

apparentiam: ſicuti in corporis extenuationibus. Quòd ſi facultas conſtans manſerit & inſtrumentũ obſequatur, ſemper pro vſus ratione pulſus ſeruabuor magnitudinem, celeritatem, & crebritatem. Vſus præterea mutatur mutatione cauſarum naturalium, non naturaliũ, aut præter naturã. Cæterum cùm magnirudo, celeritas & crebritas vſui adaucto miniſtrent, paruitas, tarditas, & taritas eidem diminuto, id in certamen diſſerendum in ſcholis quotidie ſe offert: An conſtante facultate & inſtrumento obſequente, aucto vſu, magnitudo, celeritas & crebtitas ſimul accreſcant, & dimiouto, diminuantur, adueniantque paruitas, tarditas, & taritas, vel ordine quodam hæc omnia ſuccedant, quo etiam ordine. Quod dubium hoc in loco breuius, qno fieri poſſit citra confuſionem, aut obſcuritarem, ſoluere inſtituimus. Vſum ſanè augeri contingit in variatis facultate & inſtrumento, aut à temperato calore, aut ab intenſiore aut à remiſſiore: & quamuis vſus pulſus duplex ſit, nempe caloris attemperamentum & generatio animalis ſpiritus, impræſentiarum de ea tantùm vſus mutatione agemus, quæ ad caloris incrementum & diminutionem attinet. Si itaque vſus à temperamento mutetur, primùm magnitudo increſcet, nullo manifeſto incremento accedente celeritati aut cerebritati: parum etenim creſcente vſu ſola magnitudo eidem ſatisfacere, ac maximè & accommodatiſſimè valet. Amplius verò iocreſcente vſu magnitudini adiungetur celeritas, & poſtremo loco crebritas, teſte Gale. lib. s. de Cauſis pulſuum dicente: Et cùm tres ſint in omnibus exceſſibns rationes opis, omnibus ſimul vtitur. Nam cùm plurimnm ſequitur ſe refrigeraoris ſubſtantiæ, tum celerrimè, & imprimis cõtinentur: qnorum primum maximos pulſus creat, alterum celertimos, creberrimos tertium. Neq; vbi liberaliter illum magnitudo refrigerat, diſtenſionis irritat celeritatẽ, neque crebritatem, vbi ab ambabns auxilium conſequirur. Alterius enim illarum defectus ſemper corrigitur altera, magnitndinis celeritate, celeritatis crebritate. Quid multis? crebritatis pulſuum cauſa vnica eſt prioris actionis defectus. Ex quibus manifeſtum eſt, volniſſe Gal. pulſuũ differentias prædictas ordine quodam acquiri, ac magnitudinem primò, celeritatem deinde, proſtremò crebritatem. Cæterum cùm omnes manifeſtum ſuſceperint incrementum, ſi deinceps calor augeatur, omnes angmentum ſimul ſuſcipient ad portionem diſtributum. Sed iam ex prædictis conſtare poterit ordo deperditionis earundem differentiarum, vbi calor prædictus rurſus amitti debeat ad temperamentũ vſque. Ea etenim differẽtia, quæ poſtremo loco acceſſit, primo loco euaneſcet: quæ verò primo, poſtremo, media mediũ ſeruabit locũ. Decreſcente verò calore à temperamento, Gal. autore lib. s. de cau. pul. & lib. r. de præſag. ex pulſibus, primo loco accedit raritas, ſecundo tarditas, tertio paruitas: itaque parum decreſcente calore pulſus rarior moderato redditur, vel vt rectius dixerim, rarus, amplius decreſcente, tardus, maximè decreſcente, paruus. Quamuis hæc quadãtenus à ratione aliena videantur, & nobis experieotibus aliquando, in caloris diminutiooibus diuerſum conſtiterit. Nempe magnitudinem primò minui, poſtremò crebritatẽ. Nam & ratio huic experimento ſubſcribit. Quemadmodum enim magnitudo calori creſcenti ſtatim ſuccedit, ita paruitas frigiditati conferetur, primo quoque loco. Ad cuius cõprobationẽ accedit Galen. ſententia ex lib. artis medic. cap. :o dicentis: In frigidiore verò corde pulſus minores exiſtũt quàm modo naturæ conueniat, non tamen neceſſario tardiores vel rariores. Sed oos vſque adeo Gal. placita retulimus, qui fortè in hoc loco de temperaturis ſimpliciter ægris atque à naturalibus loquutus, non aduerſatur his quæ locis prioribus citatis, de mutatione temperatorum corporum in calidum & frigidum docuerat. Quòd ſi refrigeratum corpus quod pulſus efficit paruos, tardos, & raros, amplius refrigeretur, tres prædictæ differentiæ ad portionem augebuntur, & taritas manifeſtè magis, apud Galen. nobis verò paruiras. Sed rurſus vbi amiſſus prædicto ordine calor ad integritatem reſtitui debeat, primo loco reſtituetur magnitudo ex paruitate, ſecundo celeritas ex tarditate, tertio crebriras ex rarirate. Nos verò qnĩ paruitatem primo loco aduenire intelleximus, proſtremo verò taritatem: in reſtitutione primo loco crebritatem, ſecundo celeritatem, tertio magnitudinem, & nouimus & teſtabimur aduenire. Fit itaque nonounqnam ſimnl cum his, quæ vſqne adeo diximus, vt vnica tantùm pulſus differẽtia acquiratur, aut deperdatur mutato vſu: nam parũ increſcente calore, magnitudo ſola accedit, parnm etiã decreſcente, ſola paruitas. Siquidem qualem facultatem habet magnitudo pulſus ad vſus auctos implẽdos, talem habere videtur paruitas ad vſus diminutos. Quòd ſi hæc quæ diximus de differentiarum ſucceſſione vera ſunt, & Galen. ordine quodam eaſdem ſe conſeqni teſtatur, iure hac in re, qnemadmodum & in alis multis perperam dictis, Iacobi Forlinienſis, & Hugonis Senenſis opiniones ab ſtudioſorum animis explodemus. Qui ſuadere conantnr pulſuum prædictas differentias omnes aucto vſu, ſimul accedere: diminuto verò calore à temperamento, deperdi ſimul omnes, conſtante, (vt diximus) facultate & obſequente inſtrumento. Placet antem eorundem atque ſuorum ſequacium vel validiſſimas, quas putant rationes, in medium afferre ac ſolnere, ne tironum animi falſis cauillis implicẽtur. Sunt enim non pauci, quos oonimus, quibus placet vniuerſum ſtudium apponere in ſubuertenda veritate, & ineſcandis auditoribus ſophiſmatis & falſis elenchis: qui nec tantillum artem medicam propagare vnquam valuerunt. Neotericorum itaque, ac barborum potiſſima ratio hæc eſt: Quicunqne vſus auctus ſupra temperatuẽrum poteſt efficere pulſum maiorem, poterit facultatem vrgere ad crebritatem faciendam: ſed non fiunt magnitudo & crebritas abſque celeritate: ergo omnes ſimul fient. Sic etiam diminuto calore à temperamento, quemadmodum pulſus, apud Galen. rarior redditur ob diminutum vſum, ita minori aëris quantitate ad refrigerium opus erit: ac perinde non tantùm rarus, ſed & tardus ac paruus pulſus reddetur. Primum ſic probans. Quicunque calor auctus ſupra temperamentum poteſt cogere ad pulſum magnum efficiendnm, cùm arteria conſtricta eſt, citius quoque augebitur, ac citius perducet membrum ad neceſſitatem refrigerij: nam maior calor celerius augetur minore, auctus tamen calor ſtatim refrigerium expoſcet, ac ſtatim opus erit diſtenſione, qua citò ſuccedente breuis erit quies à conſtrictione. Quies quoque à diſtenſione minor erit: qnoniam vbi calor maior fuerit, citius acereſcent fumi, qui expurgatione egebunt, hæc verò nõ fiet niſi cõpreſſa arteria: vbi ergo maior fuerit calor, citios accedet conſtrictio, quod eſt, pulſum fieri crebriorem. Omnis itaque pulſus maior, erit crebrior, erit igitur & velocior, atque ad omnem auctum calorem tres prædictæ differentiæ ſequentnr. Verùm hæc ratio nihil omnino probat. Nam quod

Pulſus mutatio in mag. cele. et crebrit. an ſimul adueniant.

attinet ad quietem quæ ſequitur conſtrictionem, vbi vſus non valde auctus ſit, non erit minor. Nam conſtrictio fit à natura, vt fumi cum ſanguine intra arterias contenti expellantur: eam tamen expulſionem nō perficit natura, ſola ipſa contractione, ſed etiam quiete poſt contractionem. Quod manifeſtiſſimum eſt: nam ſi quis celeriter & impetu quodam vtrem aqua plenum aperto ore compreſſerit, vſque ad mediam capacitatem inibi compreſſionem remittat, nondum ceſſabit euacuatio aquæ, ſed adhuc effluxus manebit compreſſione ceſſante. Sic etiam fumorum expreſſio non tantùm in compreſſione arteriæ exercetur, ſed iam compreſſa. Ex compreſſione itaque is ſequitur vſus. Quòd ſi calor increſcens cogere debet ad diſtenſionem efficiendam, vt vſus refrigerationis, manifeſtè excedat oportet vſum hunc prædictū expurgationis fumorum. Sed nō omnis calor maior naturali vrget plus quàm vſus expurgandi fumos prædictos: ergo non omnis talis calor temperamēto maior coget ad diſtenſionem arteriæ, & maiorem pulſus frequētiam, ſiue breuiorem quietem. Is eſt calor paulò temperato maior, qui pulſus magnitudinem augere poterit, non aucta crebritate internæ quietis. Sed quod attinet ad quietem externam pariter fit, vt non omnis calor auctus ipſam efficiat frequentiorem, aut breuiorem. Nam etſi calor auctus ſit, poſſibile eſt nōdum augeri fumorum copiam, vt in his in quibus calor ſiccitati coniungitur: in illis enim quamuis calor maior ſit, fumorum copia non eſt quàm in temperato maior: non igitur cogetur arteria ad conſtrictionē frequentiorem efficiendam. Verum etſi ambo maiora reddantur, nempe calor & fumorum copia, non inde fiet, vt ſequatur conſtrictio citius. Nam ex quiete poſt diſtenſionē, idem vſus in ſpecie ſequitur cū vſu ipſius diſtēſionis. Siquidem non tantùm in diſtenſione aër ingrediens refrigerat, ſed etiā detentus in quiete ipſam diſtenſionem ſequēte. Quamobrem non omne augmentum fumorum concitat conſtrictionem, ſed cùm ad eam peruenerit magnitudinem, vt inde maior vſus ſequatur quàm ex refrigeratione, quod non omne fumorū augmentū afferret, ſed maius eo quod pulſum cogit eſſe maiorem tātùm. Erit ergo pulſus aliquando maior, nondum tamen celerior, nec crebrior vſu ſolo variato. Inſtaret rurſus Iacobus contra dicta hunc in modum: Sit calor aliquis portionum quatuor in ſymmetro corpore arteriis exiſtētibus in conſtrictione, hic verò calor ſic excitabit facultatem ad diſtenſionem, vt amplius ibidē permanere quieta non poſſit, quamuis fumi expurgentur. Ergo in corpore calidiore citius acceſcet calor ad quatuor portiones, atque excitabit ad diſtenſionem faciendam, quamuis fumi ſint expurgandi: qui tamen nō neceſſariò ſunt plures quàm in temperato. Reſpondemus quòd in tēperato vſus ille diſtenſionis, qui à calore excitatur vt quatuor, nō ſufficeret ad diſtenſionem excitandā, niſi fumi iam expurgati forent. Sic quoque neque calor ſimilis illi, aut paulò maior ſufficiet in corpore calido parum, excitare facultatem ad diſtenſionem faciendam, nondum purgatis fumis, quorum expurgatio nō minori eget tempore, quàm in corpore temperato. Generari quoque dixit Gal. animalem ſpiritū in cerebro ex motu pulſus: quoniam per arterias ſoporiferas vitalis ſpiritus in cerebri arterias defertur, atq; ibidem motu agitatur, ac truditur in cerebri cauitates, in quibus animalis ex vitali fit, atque perficitur, vt dicemus. Animæ iraſcibilis tertia facultas eſt, quæ Græcis θυμοειδὴς appellatur, quam in corde ſitam

Iraſcibilis anima.

voluit Plato. Hic enim locus medius eſt inter iecur & cerebrū, quemadmodū & ipſa media eſt inter rationalem & concupiſcibilem facultatem, atque rationalis miniſtra. Hæc ratione præditis data eſt: quoniā cōcupiſcibilis terrena ſemper cupit, epulis, otio, & libidini indulgēs, multorū capitum bellua, rationalis animæ munera interturbans, ipſam à literarum ſtudio & diuinarū rerum contemplatione diſtrahens, vt igitur ratio aliquando ei obſiſtere & ipſius caput opprimere poſſet, atque blandimenta coërcere, iraſcibili facultate opus habuit, vt valido quodā propugnaculo. Ad quā attinēt ea quæ Græcis παθήματα, id eſt animi paſſiones, Latinis etiam animi perturbationes dictæ: de quarū numero ſunt, lætitia, ægritudo, libido, metus. Quæ omnes in opinione conſiſtunt, id eſt imbecilla quadam aſſenſione, vt inquit Cicero. In opinione namque boni aut mali conſiſtit, quædā animum lætum, aut mœſtum, aut aliter perturbatum reddere. In vniuerſum verò animi perturbatio à Zenone πάθος dicta eſt, diuerſa à recta ratione cōtra naturam animi motio. Singula verò genera ſic diffiniuit Cicero. Lætitia eſt opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur, ægritudo verò quæ in ſe comprehendit eam quam nos appellamus mœſtitiam, aut mœrorem, eſt opinio recens mali præſentis, in quo demitti contrahique animo rectū eſſe videatur. Libido item comprehendit, Græcis ὄρμησις dicta. Eſt autem libido, opinio boni futuri, quod ſit ex vſu iā præſens eſſe atque adeſſe. Metus verò opinio mali impendentis, quod intolerabile eſſe videatur. Cuius generis ſunt multæ aliæ animi perturbationes, de quibus eſt pudor: quamuis hic non omnino cum timore coincidat, vt Gale. vult. aut cū metu. Primus itaque affectus ira eſt, quam Ariſtot. lib. 1. de Animal. aliter definire dialecticū, aliter naturalem philoſophum dicit. Dialecticus namque formam iræ docet, nempe appetitionem doloris aduerſario inferendi. Naturalis verò, iram dixit eſſe feruorem, aut ebullitionem ſanguinis, aut caloris eius qui circa cor eſt: hic verò materiam circa quā ira fit docet. Modus autem generationis partim ad animam attinet, partim ad corpus: ſiquidē vtriuſque motus in ira concitatur, prius autem animæ. Cùm enim hæc conceperit rem aliquam aduerſam quæ iniuriam inferat, ſtatim refugit, atque in cor veluti in arcem ſeſe confert. Collectus verò animus, ſanguinem atque ſpiritum colligit, id enim perpetuū eſt, animæ inſtrumenta ſequi motum animi, qualia ſunt ſanguis & ſpiritus. Cùm autem ſanguis impetu delatus fuerit cum multo ſpiritu in cor, efferueſcere neceſſum eſt ſanguinem & ſpiritum, cumulato calore, ac perinde vt ſanguis efferueſcēs qui primò membra exteriora deſeruit, deinde rurſus redeat cōcitata libidine vindictæ, quæ opinio quædā eſt futuri boni. Inde tamen membra externa incaleſcunt, ſanguine fouētur atque calore. Metus ſimilis eſt iræ incipiēti motus: ſubitò namque per ipſum animus cum ſāguine & ſpiritu includitur. Primùm ad cor, vbi ſuffocatur, atque quādoque extinguitur. Ita vt viſi ſint ex timore nonnulli repēte mortui, non aliter quàm ſiderati, priùs trementibus & conuulſis. Quibuſdā etiam ſanguis & ſpiritus, per magnos timores cor deſerunt ad inteſtina ſe cōferentes, quod docet inteſtinorum lancinatio & oneris coacta depoſitio. Euenit id ſymptoma pueris & timidis adultioribus viſa re aduerſa atque terribili, aut in tenebris imaginibus falſis apparentibus. Subitò verò hæc animi retractio fit, vt in mœſtitia ſenſim. Mœſtitia verò animi quidā effectus eſt, per quem homines animo

Animi pathemata.

Zenonis definitio.

Ciceronis definitiones.

Ira definitio ex Ariſtotele.

Nota.

Mœſtitia.

deiiciuntur

delicíuntur & cőflictantur, mali præſentis opinione. Quapropter ſpiritus & ſanguis ad cor recedunt, vbi vritor & exſiccatur, ita vt ad oſſa per diuturnos mærores perueniat ſiccitas, & melancholicus ſanguis effectus hominem reddat melancholia laborantem, quemadmodum & ob quamuis longam curam, aut longum atque impenſum literarum ſtu-

Bellerophontes melancholicus depingitur. dium. Talis redditus eſt nimia cura vexatus Bellerophontes, ſolitudinem amans, de quo cecinit Homerus 6. Iliados hunc in modum:

Ἀλλ' ὅτε δὴ κακεῖνος ἀπύχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Quod eſt,

Aſt hic quando etiam grauior Diis omnibus errat
In campos ſolus latos, inque aſia rura,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

At verò Gale. lib. 1. de arti. cu. comment. 29. mœtorem dicit eliquare pinguedinem & recentem carnem, ac perinde à poëtis dictum μελεδόνα, quaſi membra edentem. Præterea eſt lætitia animi motus ad extimas corporis partes cum libidine amplexandi gratum. Fit in ipſa motus ſimilis ſanguinis & ſpirituum adeò vehemens nonnumquam, vt puſillanimes hoc ſymptomate perierint, exanimato corpore. Anima enim, vt vult Plato in conuiuio, potius in amato, quã in amãte cõſiſtere dicitur, atque ab amante in amatum euolare, ipſum quoque dixiſſe ferunt.

Τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον,
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη. Quod eſt.

Eſt anima in labris Agathoni dum oſcula libo,
Migratura velut, currit enim miſera.

Porrò ſingulis harum pertubationum partes eiuſdem generis ſubiiciuntur, vt ægritudini, inuidētia, æmulatio, obtrectatio, miſericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, ſolicitudo, moleſtia, afflictatio, deſperatio. Metui verò ſubiiciuntur pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. Voluptati lætitiæve, maleuolentia, iactans malo alieno, delectatio, iactatio. Libidini verò ſubiecta ſunt, ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigētia, deſiderium, quę omnia Cicero propriis patefacit definitionibus. Quoniam tamen verecundiam motui ſubiecit, qua in re ab ipſo differat docuit Galen. libr. 2. de Cauſis

Quomodo fiat pudor. ſymp. Pudor ſiquidem non aliter quàm metus fit, cùm animus ad interiora mouetur ob mollitiē, quæ non tolerat præſtantioris præſentiam, quòd ſi rurſus repentè animata facultas ad exteriora prorumpat, hic pudor eſt, per quem incaleſcente facie maxillæ rubent. Impellit enim in pudore affectis ratio patibilem animæ partem, quæ iraſcibilis eſt, vt ad externa prodeat, quod in timore non tentat. De

Animi perturbationis ortus. his animi perturbationibus abundè dictū eſſe exiſtimarem, niſi difficilis atque explicatu dignus mihi viſus eſſe ortus harum affectionum. Notum autem eſt eaſdem ſine obiectorum cognitione oriri non poſſe. Cognitio tamen ad animæ rationalis munera potius quàm iraſcibilis attinet. Verùm Plato & omnes fere philoſophi ad iraſcibilem animam pathemata ſiue perturbationes retulerunt, quamuis ſine animalis concurſu nunquam excitentur, aut cõturbetur animus. Sunt enim, vt diximus, hæc animi pathemata opiniones boni, ac imbecillæ quædam aſſenſiones quæ animum excitant, vt quippiã proſequatur aut fugiat, & auerſetur, vt docent affectionum eſſentiæ explicitæ in definitionibus. Aſ-

Animi perturbationum occaſiones. ſenſio verò nunquam ſine obiecti cognitione fit. Hanc ergo præcedere oportet. Obiectum autem non ſemper tale putatur quale eſt, ſed bonum mali ratione obrumbratum regitur, ac tale eſſe cenſetur. Rurſus malum ſæpe imponit, & ſubdola quadam boni imagine conuicta ratio, neglecto bono, malū proſequitur. Imponunt quidem externa fucata coloribus, reliquiſque accidentibus quæ ſenſum mouere poſſunt, ſunt hæc ſenſuum irritamēta & blandimenta, animæ verò peccandi occaſiones. Quas non quiuis facilè vitare poteſt, niſi ſummo ſit præditus iudicio, validóque ac conſtanti animo. Difficillimè verò ea quæ inteſtinum bellum rationali parti indicere numquam ceſſant. Aſſidet enim infimæ parti corporis concupiſcibilis animæ pars, bonorum inuida, machinatrix malorum, quam diuus Paulus legem quandam membrorum ſuorum contrariam menti, miro modo ſenſit, & prædicauit. Hæc cùm circa alimentum negotiatur, ſuccorum nidorem rurſum mittit, quo animæ rationalis ſedem tangens veri & falſi, boni ac mali cognitionem confundit. Præparant ad id & manus præbent auxiliares praua corporis temperatura, & mens malis moribus inquinata. Animi namque mores corporis temperaturam ſequuntur, & mens malè inſtructa, his gaudet quibus inſueuit. Qui verò bonis moribus & diſciplinia operam nauantes ſub modeſtis & ſtudioſis inſtitutoribus meruerunt, quamuis natura ad malum valde proni ſint, temperant à vitiis, quemadmodum & bonam corporis temperaturam nacti facilè erudiūtur & cicurantur. Qui verò præter id quòd corporis bonis gaudent, bonos mores imbiberunt, tãtò ac difficilè omnino conturbātur: & longè minùs venia digni ſunt, quū à bono diſceſſerint, quàm qui intimam habent ſuæ turbationis cauſam. In quibus igitur mali mores præualuerunt per animi perturbationes, hi prauos mores & aſſueta ſequuntur, leui quauis accedente occaſione. In quibus verò ea cauſa non adeſt, latet fomes in concupiſcibili animæ parte, à quo interturbatur pars rationalis animæ, ac inde obiecti cognitione præcedente iraſcibilis animæ pars rationali non paret. Hæc verò ſi non paret, imperat, excandeſcens, metuens, lætia geſtiens, aut ægrè ferens, aut quoduis eorum pathematū, aut animi perturbationū, quæ diximus, admittens. Quæ cùm modum exceſſerint, eam ſortiuntur nomenclaturam, & actiones appellantur, intra modū verò non animi perturbationes, ſed actus iure dicentur. Et Cicero leues perturbationes dicit, quas Peripateticorum ſchola perferendas eſſe docet, quòd naturales ſint, & vtiliter à natura datæ. Stoici verò omnino eas à ſapientum animis explodunt. Oriuntur itaque animi perturbationes præcedente cognitione obiecti, deinde corde pathemate affecto: & ſine obiecto externo ſimili imagine interius oblata. Qua concepta quidam facilè afficiuntur, quod inſipientes ſint, aut rerum inexperti, aut quod parua magnifaciant: quidam verò difficilè, ob nimiã ſapientiam, & prudentiam, ob quam eo tantùm nomine quidpiam magnifaciendum eſſe exiſtimãt, quod ad beatitudinē & bene viuendum conducat. Porrò tem-

pus iuſtar, vt ad animæ rationalem partem, quæ in *Anima rationalis pars.*
cerebro reſidet accedamus: id verò nos nō pro rei, de qua agendum eſt magnitudine pertractabimus, ſed pro captu & ingenio noſtro. Perſequemur autem ſimul ipſius facultates, munera, & inſtrumenta, tam membra, quàm ſpiritus. Eius quidem animæ quæ in cerebro reſidet, duæ ſunt primæ facultates, intelligens & ſentiens: intelligens facultas omniū potiſſima eſt, cuius functiones reliquæ facultates tanquàm poſtremum & optimū finem expectant,

Quamobtem de eiſdem, vt digniotibus poſtremo loco uobis erit agendum. Ad ſentientem verò animæ partem, ſentire, & mouere, pertinent: quamuis has functiones ad diuerſos animatorum ordines retulerit Ariſtoteles. Sentieus verò facultas diuiſa eſt in eam quæ interius, & eam quæ exterius ſentit. Sẽſuum verò functiones in coaptatis otganis exercentus, vt viſio iu oculis, & auditus in auribus. Fiũt omues tam internæ quàm externæ ſẽſationes paſ-

Senſationes paſſione fiunt.

ſione, quemadmodum motiones actione, moueri enim agere eſt, ſentire verò pati. Patitur autem ſenſus omnis ab exietnis ſenſibilibus: ſed exterior primò, deinde interior, receptis in ſenſu rerum ſenſibilium imaginibus: licet id in viſioue uon omniuo verum ſit, vt dicemus. Non euim aut btutum quidpiam proſequeretur, aut fugeter, neque homo ipſe de rerum natura meditaretur, aut diuina contemplaretur, niſi brutum externa cognoſceret, aut inſellectus pbantaſmata rerum, quæ in ſenſibus ſuſcepta ſuut inſpiceret. Hac ratione ſenſum id potentia eſſe dicemus, quod ſenſibile eſt actu: fit namque ſenſus ſimilis ſeuſibili, vt lignum igni, ſimili recepto calore. Nam quadantenus coloratus locus eſt, cùm coloris imagiuem ſuſcepit, & tactus calidus, cùm secepit caloris ſpeciem, & guſtus dulcis, cùm dulcedinis ſimilitudinem ſuſcepit. Sunt hi veluti quidam ſpeculatores, qui rerum omnium externatum condirionem, internis ſenſibus atque rationali animæ renuntiant: idque per ſe, quòd per ſe quoq; conditiones rerũ ſenſum mutent, vt colores, odores, ſapores, ſonitus, primæ qualitates agentes, & quæ ab ipſis mauant. Renuntiant quoque nonnihil quod ad ſubſtantiam attiuet: ſed id ex accidẽti, vt quòd is filius Platonis eſt. Ariſtotel. ſiquidem hac satione accidentia per ſe ſentiti dixit, ſubſtantias verò per accidens, id eſt accidentium nomine,

Senſibile per ſe, & per accidens qua ſint.

ac perinde lib. 2. de Anima, cap. 6. Senſibilia tã propria quàm communia per ſe ſentiri dixit: Auerroës duplici ratioue dicit ſenſibilia per accidens talia dici. Prima, quoniam non neceſſariò couiuncta ſunt ſenſibilibus propriis: nã magnitudo neceſſariò colori adiuncta eſt, neque color eſt abſque extenſione, figura, & numero, neque abſque motu & quiete: hæc ſub diſtinctione. Secunda tatio eſt: quouiam non conuenit filio Socratis, vt ſit ſenſibilis ab aliqno ſenſu, qua ſenſus eſt: ſed qua ſenſus hominis: nam viſus bruti bas indiuiduas ſubſtantias non deprehendit, neque alter ſenſus, ſed ſolus humanus: quoniam animæ rationali couiunctus eſt. At quoniam ſeuſibile per accidens, neque ab humano ſenſu exteriori ſentitur, non eruut ex accidenti ſenſibiles ſubſtanriæ, hæc ad opinionem Auertois, ſed vt diximus, accidentium ratione. Voluit tamen Ariſtot. ſenſibilia communia à ſingulis ſenſibus ſentiri per accidens, à communi verò ſenſu per ſe libro 3. de Ani. cap. 1. Senſibilia etenim communia nulli ſenſui per ſe debentur: ſed viſui color, olfactui odor, & reliqua: cùm autem per ſe ſenſibilia eadem recenſeat, ſenſui communi confereuda eſſe voluit, dicens: At communium habemus iam ſenſum communem, non per accidens ſanè. Dicemus igitur communia ſenſibilia à communi ſenſu per ſe primò ſentiri, ab aliis per ſe non primò, quod Ariſt. per accidens vocat. Ex bis itaque, quæ ſenſus immutare poſſunt, quædam vnicum, quædam plures mutant, quod eſt, à pluribus ſentiri poſſe, quæ ab vnico tantùm ſenrientus, propria, quæ à pluribus, communia ſenſibilia ſunt. Iam itaque ad Ariſtot. mentem communia dicentur, numerus, magnitudo, figura, motus, & quies. Nam magnitudinem viſus cognoſcit, pariter etiam tactus, & viſus figuram, & numerum comprehendit, pari modo tactus. Idẽ de motu & quiete ferunt. Nec tamẽ putandum eſt,

Senſibilia communia an proprias refũdant imagines.

communia ſenſibilia per imagines propriorum deprehendi, vt quidam. Feruut enim maguitudinem colori conjunctam ea ratione à viſu cognoſci, quòd colorem habet: & quoniam color extenſus ad eam magnitudinem, ſimilitudinem ſuam imprimit in oculum, & viſus nõ tantùm id coloratum eſſe iudicat, ſed extenſum ad eam quam habet magnitudinem. Prætetea quòd magnum aliquod tantùm iudicetur tactu, non ob id eſt, quòd magnitudo ſimilitudinem ſuam transferat in tactum, ſed quòd calor, aut frigus aut alia tangibilis qualitas, magnitudini iuncta ſenſum mutet, & ſibi ſimilem reddat. Si uamque magnitudo peculiarem ſuam inferret imaginem, hæc ſeparari poſſet ab imagine coloris cùm viſum mutat, numquam tamen ſeparatur: non ergo eſt diuerſa imago magnitudiuis ab ea quæ à colote proficiſcitur. Rurſus obiectum adæquatum viſus color eſt, aut lux: ſenſibilia tamen communia non contineutur in his, non ergo percipieutur viſu, niſi quatenus color extenſionem docet ſubiecti in quo eſt. Couficitur ergo vnica tantùm imago à ſenſibili proprio & communi, quæ à proprio primò proficiſcitur: eius tamen modum commune ſenſibile variat. Eſt enim ſimilitudo oeulum mutans, vt ferunt, coloris effectus magnitudini annexus, in qua fundatur, quæ diuerſam efficit hanc imaginem pro ſui diuerſitate, ſicut & figura & numerus, quæ neceſſariò ſenſibus propriis iuncta ſunt. Motus verò & ſtatus, ſub diſtinctione altes: quæ duo manifeſtè docent, vt ferunt, ſenſibilia communia per ſe nullam imaginem transfundere. Quoniam motus à nullo externo ſenſu percipi poteſt, ſed ipſa tes diuerſo in loco notatur, ſic neque quies: ſed ipſa tea in vno loco ſenſum mutat. Ex his colligunt vnicam tantùm imaginem ſenſui inferri, eamque à ſenſibilibus communibus & proprio profectam, neque produci, niſi ab omnibus ſimul. Color enim ſimilitudinem infert ſenſui, quæ magnitudinem ſecum & figuram defert, & à ſitu aliquo profectam. Nonnulli verò iuniorum philoſophorum contrariam aſſerunt ſententiam. Porrò ſenſibilia communia ſuas proprias ſimilitudines ſenſibus imprimere, diuerſas à ſimilitudinibus ſenſibilium propriorum, & magnitudinis atque coloris longè diuerſas eſſe. Quod rationibus probant: nam quandoque fit, vt magnitudo ſuam imaginem mittat in oculum, cùm color nullam mittit, diuerſa igitur eſt imago magnitudinis ab imagine caloris, id verò fit, vbi res à longè ſita conſpicitur: experimentum namque docet ad magnam diſtantiam cognoſci magnitudiuem rei, colore nec cognito, nec immutante ſenſum. Sed tamen id ſoluit aduerſantium rationem, qua poſtulant, numquam ſeuſibile commune poſſe ſentiri abſque ſimilitudine ſenſibilis proprij. Rurſus hanc opinionem confirmat, quòd nullus effectus poteſt à cauſis genere diuerſis procedere. At color & quantitas, aut figura genere diuerſa ſunt: non ergo poterunt vnicam dictam ſimilitudinem efficere. Nos verò diuerſam habemus ſententiam & communi opinioni contrariam: non enim putamus motum aut quietem eſſe communia ſenſibilia, ueque omnia quæ talia appellantur ſimilitudinem aliquam à ſe mittere per aërem medium. Primùm enim notum eſt, ſenſum viſus

Motus & quies non ſũt communia ſenſibilia.

motum videre non poſſe: non euim poteſt viſus ſucceſſionem videre, ea verò motus eſt. Oculus ſiquidem colorem sei videt: cùm tamen variatur ſi-

tus

tus rei, ſitum ſiquidem cognoſcit, non tamen motum, quo ſitus mutatut. Galen. lib. 3. de Dignoſ. pul. cap. 1. dixit motum quietes habere aut morulas: nam ea parua aut magna in partibus, & locis mora agnoſcimus motum celerem, aut tardum: eſt namque ſitus cognitus, motus autem ſolà tatione aſſequi poteſt: non tamen ſeoſu. Senſus itaque motum apprebendere nequit, ſed ſitum, ſi quis Galen. hae in re ſequi velir. Sic & quietem viſus non coocipit, quòd ipſa nihil ſit, niſi motus priuatio, quam ſeoſus non agnoſcit externus, etſi internus ad id pertingere poſſir. Non ergo ſunt hæc duo inter communia pluribus ſeoſibus ſeoſibilia recenſenda. Simili modo de tactu dicemus: par enim eſt procedēdi modus: nam tactus colorem rei & diuerſum Ipſius ſitum cùm mouetur concipit: motum tamen non cōcipit, minimè verò quietem, quæ ipſius priuatio eſt. Præterea ſenſibilia communia propriis neceſſariò ſunt adiuncta, motus verò nō neceſſariò adiūctus eſt viſibili, aut tāgibili, pariter neq; quies. Niſi diceres motum, aut quietem ſub diſiunctione adiungi ſenſibilius propriis: vnde fieret ex ambobus vnicum commune ſenſibile, & nō eſſent quinque, vt cum Ariſtotele putant. Magnitudinem verò, ſitum & figuram nunquam à ſenſibilibus propriis ſeparati notum eſt. Erit ergo ſitus ab his diſtinctum ſenſibile, atque id commune, quod à viſu & tactu percipitur, ac ſubrogabitur loco motus & quietis, quæ ea tantùm tatione cognoſcuntur, qua res cognita ſitum aut mutat, aut ſeruat: ſitus verò eſt qui deprebenditur à ſeoſibus eaternis. Numerus quoque ſenſibile commune non eſt: aut enim nihil aliud eſt, quàm res ipſa numerata, aut quanta, aut qualis, quæ ob quantitatē, aut qualitatem ſentitur, aut ſi quid aliud eſt: id intermediis eaternis ſenſibus ab internis ſentitur, non ab eaternis. Olfactus enim & guſtus numerum oon ſentir, tactus verò, viſus, & auditus internas potentias ducuut in cognitionem numeri, eorum quæ ab ipſis cognoſcuntur. Poſſet tamen quis pro Ariſt. dicere ſeoſibilia communia non ea ratione talia dici, quia à pluribus ſenſibus cognoſcantur: ſed quoniam communi ſenſui per ſe debentur. Nos verò nullū eſſe ſenſum cōmunem præter cerebrū inferius oſtendemus, ſenſibilia verò cōmunia diuerſa à prædictis eſſe probauimus, & ſingula eorum à pluribus eaternis ſenſibus agnoſci. Quapropter, vt noſtrā proferamus ſententiam, Tria tantùm ſunt ſenſibilia cōmunia, quæ ab externis ſenſibus, nēpe tactu, & viſu cognoſci poſſint, & ſenſibilibus propriis neceſſariò cōiuncta ſunt, nēpe magnitudò, figura, ſitus. Quod verò attinet ad dubium, dicemus ſenſibilia communia ſenſum immutare, at propriam ſimilitudinem per medium non mittere. Non enim vnquam ſentirentur, niſi ad ea ſenſus accederet. Primum quidem ea ſuprà babitis notum eſt: ſi enim magnitudo ſenſum tactus non mutaret, à ſolo ſenſu notitia generaretur, ſine obiecti concurſu, quod nemini philoſophantium placuit. Neqne poſſet caloris ſimilitudo magnitudinem oſtendere. Nam ſimilitudo rei, rem ipſam ſimilem oſtendit: non ſimilem non oſtendit. At imago coloris colori, & caloris calori ſimili eſt, non magnitudini: ergo colorem, aut calorē, non magnitudinem oſtēder. Ruſus res à longè ſitas videntes, quādoq; percipimus magnitudinem, figuram, & ſitum non percepto colore. Diuerſa igitur erit ſimilitudo quæ mouet ad ſenſibilium communium cognitionem à ſimilitudine proprij ſenſibilis. Item magnitudinem & figuram & ſitum tactus deprehendit quandoque, non cognita aliqua propria tangibili qualitate, vnde notum euadet ſenſibilia communia per ſe ſenſus mouere. Neque etiam ex ſpecie magnitudinis & coloris potiùs vna ſimilitudo conficietur (vt alij putant) quàm ea ipſo colore & magnitudine. Sed color & magnitudo diuerſæ res ſunt, & genere differentes: erunt ergo ſimilitudines diuerſæ. Præterea à ſimilitudine obiecti & animali facultate cognitio patitur: diuerſę ergo cognitiones diuerſarum erunt ſimilitudinum. At in viſione albedinis alia eſt albedinis cognitio, & alia magnitudinis: ergo & ſimilitudines à quibus cum potentia cognitiones producuntur, diuerſas eſſe neceſſum eſt. Eſſe tamen diuerſas cognitiones prædictas nemo ignorat. Cognoſcimus enim albedinem gratam, aut ingratam viſui, magnitudinem verò latè eatenſam, aut breui circūſcriptam. Diuerſæ itaque erunt & ſimilitudines, & ab ipſis partæ cognitiones. Idem de figura & ſitu. Has autem ſimilitudines per medium non depromunt: decet enim ſenſum ſenſibile cōmune pertingere, vt ipſum ſentiat. De magnitudine primùm conſtat: ea enim ab auditu, guſtu & olfactu non cognoſcitur, ſed à viſu tantùm & tactu. Tactus verò magnitudinē ſine externo medio ſentit. Quòd ſi magnitudo ſimilitudinem per aërem mitteret, intermedio aëre ſentiri tactu poſſet. At ipſam non ſentiri notum eſt, non mittit igitur ſimilitudinem per medium aërem. Par ratio habenda eſt de figura & ſitu: hæc enim tactu tantūmodo atque viſu cognoſcuntur, vt Gal. quoq; teſtatur lib. 7. de Placitis Hippo. & Plato. Guſtus enim ſaporem cognoſcit, tactus verò ei coniunctus rei guſtabilis magnitudinē, ſitum & figurā: olfactus ſolum odorem deprehendit, auditus ſolum ſonitū. Quòd ſi quando ea ſonitu magnitudinem rei ſonātis, aut figuram, aut ſitum cognoſcens aſſequatur, id ratiocinio potius, & internis facultatibus, quàm ipſi eaterno ſenſui referendum eſt. Viſus quoq; quamuis colorem cognoſcat per ſimilitudinem in aëre & oculo impreſſam, viſorios radios ab oculo peruenire ad rem viſam, neceſſum eſt, vt rem ipſam viſam attingant, citra quod videri magnitudinem, aut figuram, aut ſitum omnino impoſſibile eſt, ad quod cōprobandum accedit, quòd ſi magnitudo, figura, & ſitus per aërem ſuam mitterent ſimilitudinem, olfactus comprehenderet ſitum & magnitudinem, & figuram, quod non fit. Quòd ſi diceris ea nō mittere ſpeciem, cum quouis ſenſibili propriè, ſed cum eo quod coadiuuat ad ſui cognitionē, vt colore, aut prima aliqua qualitate: neque poſt miſſionem, ab omnibus ſenſibus percipi, ſed à quibuſdā, vt tactu, aut viſu, contrarium ratio demonſtrat. Nam ſi cum ſimilitudinibus primarum qualitatum ſparguntur per aërem medium ſimilitudines magnitudinis, figuræ, & ſitus, tactus per aërem perciperet quoduis eorum. Non enim deeſt ad eam cognitionem ſenſus aptitudo: is enim calorem per medium aërem cognoſcit, neque deeſt potentia agentis ad immutandum: cùm concedat aduerſarius eatra ſe mittere prædicta communia ſenſibilia ſuas ſimilitudines. Cognoſcerentur ergo tactu: quod nemo probat. Quòd ſi non cognoſcuntur, ob id tantùm eſt, quòd per aërem medium nullam ſimilitudinem mittunt, neq; per aliud mediū, ſed vt cognoſcantur, potētiæ contactu egent. Siue enim tactus ſit, ſiue viſus, cognoſcens ad rem ipſam cognitam peruenit. De tactu nemini dubiū eſt, de viſu verò dicemus cū Gal. facultatem viſoriam cum radiis viſoriis ad rem vſq; viſam ſpargi, atque ipſam pertingere, & ibidem alterationem ſuſcipere, & rei notitiam Aut viſoriam facultatē non peruenire ad rem viſam, ſed tantùm

Situs cōmune ſenſibile.

Senſibilia cōmunia tria tantū.

Senſibilia cōmunia ſenſū mutant ſua ſimilitudine.

Senſibilia cōmunia non mittunt imagines per medium ad potentiam.

viſorios radios per quos ſentit potentia ſenſibile, quod viſorium radium mutat, eo modo quo ſenſus interni intermediis neruis externa ſentiũt. Sic quoque fieri affirmabimus, vt viſoria facultas intermediis radiis viſoriis ſentiat alterationes à magnitudine, figura, & ſitu viſoriis radiis illatas, qui ſimilitudines eorum ſuſcipient. Porrò quamuis ſenſibilia, ſiue propria, ſiue cõmunia, ſuam imprimant in ſenſum ſimilitudinẽ, ſenſio non fiet, niſi ad ſentiendum aliunde ſenſui externo demandetur facultas. Non enim à ſe habent, neque ſibi inſitam animalem facultatem, ſed à cerebro demandatam, à quo oritur tanquàm à præcipuo membro & potiſſima eius ſede.

Facultas viſib. aliunde traducitur.

Animalis fac. in corde ſita ex Ariſtotele.

Quamuis Ariſt. eam à corde manare dixerit, quemadmodum & omnes alias, 3. de Part. ani. cap. 4. Quod etiam ibidem probare multis mediis contẽdit, cor ſtatuens venarum originem, & inde naturalis facultatis, quam concupiſcibilem dicimus, & in iecore ſitam probauimus. Quoniam ſanguis in corde effuſus eſt, quod non contingit in alia corporis parte, quibus adiungit ſitum cordis in medio thoracis, & quòd cor primò viuere putat. Quantùm verò ad animalem attinet facultatem, ipſam à corde oriri ſic probat: Animal ſenſu definitur, ob id enim animal eſt, quia ſentit: ſentit autem, quia ſanguinem habet: ergo animal eſt, quoniam habet ſanguinem, & ſentit quoniam habet ſanguinem: ſed ſanguinis initium cor eſt, ergo & ſenſus. Rurſus lib. 3. de hiſto. ani. cap. 5. cor eſſe neruorũ initium aſſerit, ac cor neruoſiſſimum eſſe. Et 2. libr. de part. ani. cap. 10. non tantùm ſenſus, ſed etiam motus initium cor eſſe teſtatur. Et lib. de ſomno & vigilia, inquit: Principium igitur mouendi, in his quæ ſanguinem habent, partem eam, quæ circum cor eſt obtinet: nam quæcunque ſanguinem habent, & cor habent, à quo motus ſenſúſque principis origo, atque initium pendet. Motus igitur & ſpiritus, & omnino refrigerationis principium in corde, vt patet, collocatum eſt. Attamen, vt ſupra diximus in diſquirendis ſedibus naturalis & vitalis facultatis, Plato contrariam habuit ſententiam in Timæo, & lib. 4. de republica. Galen. tamen 2. de pla. latè ſatis probat, cerebrum eſſe ſedem facultatis animalis.

Animalis facul. ſedes cerebrum probatur.

Prima ratio deturbat Ariſtotelis fundamentum: ipſe enim ex eo quòd cor in medio thoracis ſitum eſt, putat ſequi, vt id ſit omnium facultatum initiũ. At neutrum verum eſt: cor enim non iacet in medio corporis, ſed vmbilicus, ſi rectè corporis dimenſiones metiamur. Quòd ſi ea ratio valida eſſet, cerebrum poſſemus probare eſſe initium omnium facultatum, quòd in ſupremo corpore ſitum ſit, & ſupremus locus aliis eſt dignior, vt docent mundi cõſtitutio, & cœli ſitus. Rurſus ſiquis neruos à cerebro in thoracem deſcendentes, qui reſpirationi ſeruiũt, aut eos qui voci, laqueo compreſſerit, animal ſine reſpiratione manebit, aut ſine voce, quod experimentum docet: igitur mouendi facultas à cerebro habet ortum. Cùm tamen ſiquis arterias ſoporiferas illaqueaſſet, quæ à corde oriuntur, neque motum, neq; ſenſum animal amittere. Gal. namque lib. de vſu pulſuum, illaqueatis arteriis aſcendentibus in caput, dicit animal currere, ſaltare ac vocem edere. Quod verò paulò pòſt motum amittant eadem animalia, ratio eſt, defectus vitalis ſpiritus aſcendentis: is enim materiam præbere deberet ſpiritui animali, qui eſt functionum animæ inſtrumẽtum. Facultates verò ſine inſtrumentis nihil faciũt. Præterea Ariſt. putauit cor eſſe neruorũ principiũ; atq; ab ipſo per cõmunes neruos deferri in cerebrũ facultatem animalem: fiat ergo vt nerui communes intercidantur, experimentum docet, animal non amittere viſum, auditũ, aut motũ externorum mẽbrorum, vt crurum & brachiorum: his ergo partibus mouendi & ſentiendi facultas non proceſſit à corde. Libro 7. de pla. Gal. neruos à cerebro, non ab ipſius membranis oriri ſtatuit dicens: De neruorum ortu hæ duæ ſint huiuſce rationis propoſitiones: vna ex ipſa propoſitæ rei notione, ſiue natura, ſiue ſubſtantia, aut quouis modo appelles, ſumpta: altera ex diſſectione appareat, ſi hæc conſpectior diligenter cognita fuerit, ſtatim etiam ſimul partem capitis vnde nerui oriantur, non membranas, aut inuolucra, ſed ipſum cerebrum eſſe cognoſcemus.

Ariſto. rationes ſoluuntur.

Præterea, vt inquit Galen. libro primo de cauſis ſympt. cerebro oppleto ſomnus fit: ſomnus verò eſt in potentia animalis facultatis: in cerebro ergo reſidet, & ab eo oritur: quod ſi Ariſt. dixerit, quẽadmodum & qui eum ſequuntur modò volunt, cerebrum miniſtrare cordi hac in re, id à ratione alienum videtur: melius enim foret pulmonem ei miniſtrare, qui verè cordis miniſter eſt, & ad id à natura factus. Rurſus ibidem Galen. inquit: Si cor eſſet animalis facul. initium, ei forent remedia adhibenda, laborante facult. animali: at verò nullus eorum, qui differentes ſectas ſibi elegerunt, adeò nudus fuit experimento, vt laborante facultate animali in lethargo, aut phrenitide, remedia thoraci admoneret. Foret autem maximæ dementiæ ſignum, putare morbum eſſe in corde, & adiungere remedia topica capiti, vt oxyrrhodinum in phrenitide, quod rurſus repetit libro 1. de locis patientibus. Rationes verò Ariſt. nullam vim habent: nam, vt inquit Gale. libr. 1. de cauſis ſympt. quamuis Ariſtot. apptimè doctus fuerit, & ad ſuadendum in vtramque partem idoneus, nullam probabilem potuit inuenire rationem, quare oppleto cerebro ſenſus ceſſat, ſi in corde reſidet facult. animalis. Quod tamen Ariſtot. probare nititur cordis principatum ex ſitu, aut omnino nihil ſequitur ex ſitu, aut, vt diximus, vmbilicus medium obtinet locum, non cor. Ad aliud quod ſupponit Ariſtot. cor primò viuere, vt inde ſequatur, functiones adeſſe non viuente cerebro, aut iecore, cor antequàm iecur non viuit, cùm autem moueri conſpicitur ante cerebri vitam, id verè moueri non eſt, ſed palpitare: nos verò facultatem loco mouentem à cerebro oriri ſtatuimus: ſanguinem tamen in corde effuſum eſſe nihil refert, ſiquidem id ad cordis figuram ſpectat, quæ caua eſt, non ad principatum. Quod verò putat Ariſt. à corde neruos oriri, & cor valde neruoſũ eſſe, vtrumque falſum eſt: nam quæ in corde conſpiciuntur, fibræ ſunt, non nerui, quales etiam ſunt in carne. Quòd ſi ab ipſo ortum haberent nerui, iuxta ipſum craſſiores adeſſent propagines, quemadmodum iuxta cerebrum, & in ceruice: id verò non fit. Neque illud dubium prætermittendum mihi videtur, an facultas animalis in cerebri ſubſtantia ſita ſit, an in eius membranis.

An facul. ani. reſideat in cerebri ſubſtãtia, an in mẽbranis.

Quod ex Galen. ſententiis adeò facilè ſoluitur, vt vel hanc ipſam pagellam implere non ſit opus. Cùm enim Galen. 2. & 7. lib. de Plac. Hippoc. & Plat. ad horum ſapientiſſimorum virorum mentem, ac contra Ariſt. ſtatuit, animalem facultatem in cerebro reſidere dixit, non in eius membranis, præcipuum quoque membrum cerebrum eſſe demonſtrat: membrum autem nobile eſt, quod eſt ad vitam neceſſarium: ignobile verò quod ad meliorem vitam, aut ad tutelam, tales verò ſunt membranæ cerebri: cum enim cerebrum ad vitam neceſſarium ſit, membranas tuentes habuit, atque ipſum confirmantes, vt Galen.

lib. 7.

Aduerſus Eraſiſtratum.

lib.7. de Placitis, docuit aduerſus Eraſiſtratum dicens: Quòd ſi in viuentibus animalibus periculum feciſſet, id quod nos non ſemel atque iterum, ſed ſæpiſſimè fecimus, certiſſimè cognouiſſet, duram illam craſſioremque membranā operiendi cerebri cauſa factam fuiſſe, & mollem & tenuem, vt eodem etiam fungeretur munere. Rurſus cerebri membranis vulneratis, animal ſenſum & motum non amittet, niſi ventres cerebri vulnerentur, vt Galen. docet eodem loco: non igitur reſidet animalis facult. ſentiens & mouens in membranis, ſed in cerebri ventribus. Præterea paulò inferius inquit: Rectius autem erit, ſi exiſtimemus, in ipſo quidem cerebri corpore habitaculum animæ eſſe. Poſtremò facultas animalis ab origine traducitur per neruos: nerui tamen, vti ex diſſectione conſtat, à cerebro oriuntur, compoſiti ex ſubſtantia cerebri ipſis intima, & duabus membranis hanc ſubſtantiam, non aliter quàm cerebrum ipſum regentibus: ſed animalis facultas ſentiens & mouens, non perducitur per partes neruorum, quæ reſpōdent membranis, ſed per intimas, quæ reſpondent cerebri ſubſtantiæ: ergo ſedes eius in cerebri ſubſtantia eſt, per quam etiam defertur. Horum teſtimonium habes ex Galeno loco citato, qui paulò inferius dixit: Cùm igitur nerui à cerebro, cerebrumque operientibus membranis oriantur, per interiorem partem, quæ à cerebro exit, ſenſus & motus omnibus animalis membris ſuppeditatur. Quod verò meningibus inflammatis delirium ſequatur, vt in phreni. non obſtat: nam duram inflammari contingit ſine delirio, & tenuis non inflammatur, quin conſentiat cerebrum, neque illud obeſt, quòd cerebrum non ſentit: ſiquidem facultas quamuis in cerebri ſubſtantia ſedeat, in inſtrumentis operatur: hæc ſunt nerui, & membranæ. Dilatatur quoque cerebri ſubſtantia & conſtringitur: quoniam ventres eius recipiunt ſpiritum ab arteriis quem ibidem perficiunt: cùm verò eundem transfundunt, conſtringuntur. Scias quoque & illud oportet, ventres cerebri, ne concidant latera, egere modica quadam ſiccitate ad contentionem, vt quæ diſtendi & contrahi poſſit: aliàs verò immodica accedente humiditate conciderent latera, ac minimè dilatari poſſent, aut malè: cauitates etiam cerebri interius membranā habent & fibras, vt in diſſectionibus conſpicimus. Hæc itaque animalis facultas à cerebro per neruos diſtribuitur: in quibus & oculis ſenſiones fiunt. Vt autem facultas prædicta impetu quodam ad diſtantiores corporis partes pellatur, ea vis vtitur neruis, & animali ſpiritu per ipſos delato. Quo fit, vt ad ſenſionem opus ſit facultate & duplici inſtrumento: alterū eſt ſpiritus, alterum neruus: ſpiritus animalis in cerebro generatur ex inſpirato aëre, & ea vitali ſpiritu per arterias ſoporiferas, in retiformem contextutam delato, vbi poſtquam integrè à naturali calore, & arteriarum motu, veluti in quadam miro modo excogitata officina fuerit elaboratus, in ventres cerebri effuſus, formam & vltimam aſſequitur perfectionem. Gal. lib.7. de Plac. Hipp. & Plat. in hunc modum ſcripſit: Spiritus verò qui in aſperas arterias foris attrahitur, in carne quidem pulmonis primam elaborationem accipit. Poſt hæc autem in corde & arteriis, & maximè iis quæ ſunt in plexu retiformi, ſecundam, deinde poſtremam & perfectiſſimam in cerebri ventriculis, vbi vtique & animalis primum exactè efficitur. Quòd verò etiam ſpiritus vitalis animali materiam præſtet, docuit lib.7. de Placitis dicens: Sicut verò vitalis ſpiritus & in arteriis & in corde gignitur, materia generationis ex inſpiratione, & humorum exhalatione ſumpta: ita animalis ex vitali perfectius cocto oritur, quippe cùm oporteret ipſum exquiſitiſſimam immutationem adipiſci. Eſt is ſpiritus primum animæ inſtrumentum, vt eodem libro paulo ante ſententiam citatam voluit Gal. & lib.3. de Locis pat. cap.5. inquit: Sanè cùm ea quæ per diſſectiones apparere ſolent, accuratè conſideraremus, rationi conſonum videbatur, animam in cerebri corpore ſedem obtinere, atque in ipſo, & rationis vim, & ſenſibilium imaginum memoriam reſidere, ac primum ipſius inſtrumentum, tum in ſenſibilibus actionibus omnibus, tum in his quæ à conſilio & voluntate prodeunt, ſpiritum eſſe, qui in ipſius ventriculis maximè qui in poſtremo continetur.

Quomodo generetur ſpiritus animalis.

Eſt igitur animalis ſpiritus, vapor quidam tenuiſſimus ex aëre & vitali ſpiritu in retiformi plexu elaboratus, & in cerebri ventribus perfectus, animalis facultatis primum & potiſſimum inſtrumentum.

Animalis ſpiritus quid.

Per neruos autem diſtribui diximus: quoniam, vt inquit Galen.7. de Placitis, vt vehementius pellatur animalis facultas, nerui aliqua ex parte ea vi ſunt, vt ſpiritum animalem admittant, & inde facultas maiori impetu pellatur. Oriuntur autem nerui à cerebro, aut ſpinali medulla mediatè, quæ duo obuolutas habent craſſam ac tenuem membranam, & in his medullarem ſubſtantiam, quibus omnino neruus ſimilis eſt: nam exterius fibroſus cùm ſit, duplicem refert membranam: interna verò eiuſdem ſubſtantia cerebro eſt ſimilis, Quod Galen. quoque placitum eſt ex lib.7. de Placitis Hipp. & Platonis, cùm de neruis ab ſpina dorſi ortis loquens, inquit: Fabrica enim eadem eſt, quæ in emanantibus à cerebro neruis conſpicitur, cùm interna eorum pars quaſi medulla ab ipſa ſpinali epulans, à membranis vndequaque circundetur: nam habet perinde atque cerebrum ſpinalis membranas eiuſdem vſus gratia fabricatas. In hac neruorum conſtructione pars iuxta originem ſita, quæ etiam craſſior eſt, cauitatem habet: tenuiſſima verò neruorum filamenta cauitatibus carere, Gal. teſtatur. Qua igitur parte caui ſunt, ſi multum animali facultate tranſmittitur animalis ſpiritus, deinde ſola facultas: hæc autem non per neruorum cauitates, ſed per eorū ſubſtantias traducitur. Eſt autem ſubſtantia nerui externa membranoſa, interna medullaris. Quod autem dicitur animalem facultatem per neruos traduci, id non alio modo intelligi debet, quàm quod neruis ipſis demandatur. Quamuis enim caro ſentiendi facultate participet, id non propriè dictum eſt: nam caro nullo ſenſu participat, ſed neruus tantummodo qui carni inſeritur.

Caro non eſt ſenſus particeps.

Nam ad pulmonem & iecur & viſcera ſingulæ diſtributiones neruorum deducuntur, ne eſſent omnifariam plantæ, vt inquit Gal. lib.6. de Vſu partium, & lib.5. dixerat, neruos triplici ratione particulis demandari, aut ſentiendi gratia, vt oculis, auribus, linguæ, manibus: ſuntque hi copioſi, aut mouendi cauſa, vt muſculis, ac ſunt copioſi: parui verò ac tenues quibuſdam traduntur partibus ad ſenſum triſtātium, vt iecori, pulmoni, & lieni. Pars igitur quæ neruo caret, ſenſu priuata eſt, ſed interna pars iecoris neruis caret, non ergo ſentit, neque facultas animalis adeſt, niſi in ipſo neruo, quamuis tota pars eius conſenſu ſentire dicatur. Caro itaque omnino non ſentit, nec iecur, ſed neruus carnis & iecoris: cuius rei fidem facit, quod pulſatilis facultas arteriis traditur, & non aliis partibus per arterias, & venis facultas ſanguifica, non aliis per venas. Sic igitur & animalis facultas per neruos traducetur, ſed non aliis quàm neruis. Præterea natura neruorum re-

ceptioni animalis facultatis apta eſt, qnoniam ſimilis eſt ſubſtantiæ cerebri. Sed hanc ſimilitudinem non habet caro: ergo caro non ſentit, nec facultatem recipit animalem. Præterea ſi caro ſola tangatur, aut qua parte nnn tangatur neruus, non ſentit: non ergn ſcntit, quamuis ad ipſam neruus pertingat, ſed ſolus ipſe neruus. Præterea ſi iecur interius tangatur, inſenſilis reperietur, quamuis ad iecur nerui peruenient: ſentiendi itaque facultas io oeruis ſolis eſt, præterquam in viſu: quia oeruus opticus valde latus ſpiritum defert ad cryſtallinum hnmorem, vbi ſenſio fit: cùm tamen in aliis omnibus ſenſibus externis in neruis fiant ſenſiones. Fiunt hæ in organis ad idem à natura deſtinatis, diuerſis pro dinerſorum obiectorum cognoſcendorum natura, vni aut alteri elemento reſpondentibus. De organis ſenſuum exteriorum diuerſi philoſophi diuerſas habuere ſententias, de partibus ipſis corposis, quæ ſenſibus deſtinantor diſſentientes, tum etiam de earundem partium temperamentn, & natura, de organis in ea quam ſcribemus de ſingulis ſenſibus traditione, diſſeremus: modò verò de organorum naturis agamus. Ariſtotel. lib. 3. de animal. cap. 1. ex aëre & aqua, non aliis, ſenſus cōſtare docuit, ignem nolli verè deberi, aut terram. Verba eius hæc ſunt: Nam & hiſce duobus ſimplicibus tantùm inſtrumenta ſunt ſenſus, ex aëre atque aqua, pupilla ex aqua, auditus ex aëre, odoratus ex horum altero conſtat: ignis autem nullius eſt inſtrumenti, aut communis nmnium eſt, quippe cùm ſine caliditate nihil ſit ſenſitiuum: terra autem, aut nullius eſt inſtrnmēti, aut in tactu maximè commixta. Quocirca nullum ſenſus inſtrumentum reſtat eſſe præter aërem & aquam. Quantum attinet ad organum viſus (vt poſtea dicemus) aqueum ipſe ſæpe ſtatuit contra Platonem: auditum aëreum eſſe, omnes fatentur: olfactum verò medium aëris & aquæ, pariter concedunt Plato, & Galen. terreum qnoque eſſe tactum: guſtum autem nō terreum, ſed aqueum ferunt Empedncles, Plato, & Gal. ſed tamen Ariſt. contrariam ſibi ſententiam ſcripſiſſe videtur, lib. de Senſu & ſenſili, cap. 2. vbi viſum reſpondere aquæ dixit, auditum aëri, olfactum igni, tactum & guſtum terræ. Verùm vt Alexander Aphrodiſeus in huius loci comment. inquit, His verbis nnn videtur Ariſtot. ſuam decernere ſententiam, ſed vt quibuſdam morem gerat, qui cuique ſentiendi inſtrumento ſuum adſcribebant elemētum. Quod rurſus in eodem comment. repetit. & videre eſt Ariſtot. eo loco ad initium cap. aliorum opinionem referre velle, qui ſingulis ſenſuum organis ſingula tribuebant elementa. Quapropter Ariſt. hac in re à nullo ſapienti virn damnabitur, aut inconſtantiæ accuſabitur. Longè aliter Plato in Timæn, & Gal. lib. de placitis eiuſdem atque Hippocr. ſenſerunt: vt enim affirmant, nculus de natura ignis eſt, auditus nrganum de natura aëris: guſtus aquæ, tactus terræ. Horum naturas his verſiculis Empedocles expoſuit: Conſpicimus terram tellnre, liquore liquorem, aëre naturam aëream, ignem cernimus igne, quatuor ſenſibus adaptans quatuor elementa: nlfactus autem mediam babet naturam aëris, & aqnæ, vt Gal. vult. Plato verò in Timæo dixit: Dum enim aqua in aërem, & aër rurſus in aquam mutatur, medij extiterūt odorés vninerſi. Ratio eſt, quoniam odores euaporatione fiunt, vapor autem, aut aqua, aër eſt, aërem enim interim dices craſſiuſculum, & rnrſus cùm ipſum videris concreſcentem, aqoam. Eſt autem vnomqondque organom de natura ſenſibilium, teſte Ariſt. lib. de ſenſu & ſenſili. Hæc etiam cum Ariſt. agnoſceret, & ſenſus omnes lib. 3. de anima, cap. 1. dixiſſet eſſe aëris, aut aquæ, alterius eorum dixit eſſe olfactum: auditum præterea aëreum eſſe, cùm de eodem agemus probabimus ex Galen. & Ariſt. mente. Fallitur præterea quàm maximè, qui putauerit vnicā tantùm eſſe aoimalem facultatem, quæ ſenſibos omnibus à cerebro effunditur: ab organorum verò differentia ſumere dinerſitatem, aut diuerſam cognnſcendi vim, io oculis videndi, in auribus audiendi, & pari modo in reliquis. Nam Ariſt. ex actibus diſtinguit potentias: eſt autem ſpecie diuerſus viſus ab auditione, & olfactus à tactu. Præterea quarum facultatum obiecta primo reſpondentia, & adæquata (vt aiunt) diuerſa genere ſunt, ipſæ erunt genere diuerſæ; ſapor tamen à ſono genere differt: ergo & guſtus, & auditus: aut dicas quare non ſtatues vnicam tantùm naturalem facultatem, nutritiuam, & augmentatoriam, quæ ab vna vegetatiua anima manant, & præterea in eodem organo ſunt, & ſua muoera exercent. Hunc funditus euertit errorem præter prædictas rationes, Galen. autoritas, quæ lib. 8. de Vſu partium, inquit: Quum igitur in capite quatnor ſiot inſtrumenta ſenſoria, nculi, aures, nares, lingua, nmniáque hæc ex cerebro ſenſus principium habeāt, eaque ſaltē ratione ioter ſe ſimilia appareant: ineſt attamen eis ſecundum ſpeciem diſſimilitudo, non modò in ipſis ſentiendi facultatibus, verum etiam in corporibus, per quæ facultates ipſæ deferuntur: quandoquidem facultatum alia odorum, alia ſaporum, alia ſonorū, alia colorum eſt diiudicatrix. Hæc perſpicua eſt adeò ſententia, vt nulla alia ſit opus ad rei cōprobationem. Neque nbſtat ſi obieceris Hippocr. ſententiam quæ dicit: Quicunque dolentes aliqua corporis parte plurimum dolorē non ſentiunt, his mens ægrotat. Præterea quia attentus eſt vt dolori, alterum non ſentit alteram partem vexantem. Nam ſi dixeris facultatem ſentientem non eſſe vnicam, ad omnes ſenſus idem eſt facultatem alteram diſtrahi, ac ſi homo alter diſtraheretur: nihil autem refert Platonem à dolore quem ego patior, diſtractum eſſe, vt ego dolorem minus ſentiam. At verò hæc ſic facilè ſolues. Plato non habet mecum animam vnam, neque mihi & illi ad ſentiēdum vnicus miniſtrat ſpiritus, qui, vt diximus, eſt potiſſimum animæ inſtrumentum: anima itaque noſtra vna cùm ſit, quæ ſentit, diuerſas habet facultates, quibus etiam in diuerſis organis operatur: improbè tamen agit, aut omnino non agit, niſi attenderit ad npus: diſtracta verò minus attendit, aut non attendit, ſpiritum quoque copioſiorem mittens in partem alteram, aut in cerebrm per vehementes imaginationes ſeruans, paucum in oeruos & oeruorum ad alteram partem procedentium origines transfundet. Ac perinde fiet, quod Ariſt. dixit, vehementibus imaginationibus impeditos delata ſub ocnlos non videre, & quæ Hippocr. teſtatur, vera erunt, delirantes magnns dolores non ſentire, & maiorem dolorem in altera parte alterius minorem obſcurare. Quantò autem vnumquodque organnrum magis craſſum eſt, magis neceſſarium eſt animali, & minus ab animali ſeparari poteſt, perfectiores magis ſeparantur, ac non omnibus conceſſi ſunt, neque pariter à cauſis alterantibus immutātur: ſed quantò quiuis eorum craſſior eſt, tantò vebemētius patitur, & dolores maiores ipſum inuadunt: ſingula horum ſic docebimns. Quemadmodom in animæ facultatibus dictum eſt, perfectiores ob imperfectioribus nuoquā ſeparari, imperfectiores verò à perfectioribus quandoque ſeiuogi, ita fit in ſenſibus. Tactus namque in qoibuſdam

Organa ſenſuum an reſpondeant elementis.

Qualis ſit natura quinque ſenſuum externorum.

Notâda Empedoclis carmina.

An ſit vnica tātum anim. fac. quæ ad ſenſus omnes deferatur.

Senſus qui craſſiores ſunt minus à nobis ſeparantur.

buſdam animalibus inuenitur, ab aliis omnibus ſeiunctus, vt in animalibus terræ affixis, quæ ſentiunt alterationes, quæ tactui dolorem inferre poſſunt, & nullo alio ſenſu vtũtur. Quibuſdam ſenſus guſtus adiunctus eſt, is inquam qui ſaporum ſpecies diſtinguit: nam qui ſola conuenientis cognitione fertur, is quidam tactus eſt, neque à tactu ſeparari poteſt. Quibuſdam etiam natura dedit olfactum ſine viſu & auditu, & quibuſdam auditum abſque viſu, vt talpis. Qui igitur pluribus denegatur, is perfectior eſt: quibus verò omnes inſunt, quidam neceſſitatis gratia dati ſunt, vt tactus, & guſtus: olfactus verò, quoniam conducit ad cognitionem eorum, quæ prodeſſe aut obeſſe poſſunt animalium vitæ: viſus & auditus perfectioribus animalibus ad diſciplinam conferũr, & rerum peritiam habendam, in aliis tamen ad proſecutionem & fugam. Ex his qui tenuiore ſubſtantia cõſtant, quique perfectiores ſunt, minores aliis patiuntur cruciatus: quoniam minus vehementes fiunt alterationes in ipſis, quàm in aliis craſſæ naturæ, qui eas admittunt, ac tolerant abſque omnimoda corruptione. Tenues autem ſenſuum ſubſtantiæ diſcutiuntur, & diſſipantur ſtatim: quoniam excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, talia verò ſunt quæ dolorem inferunt in quouis ſenſu. Voluit autem Plato omnibus ſenſibus dolores euenire poſſe, quòd ipſi poſſint ſubitò & affatim alterari: pathema verò ſubitò & affatim ingruens dolorem efficit, quemadmodum ſenſibilia omnia excellentia, vbi ſubitò ſenſibus offerantur. Minores verò dolores fieri in viſu, quàm in aliis ſenſibus ſubſtantiæ craſſioris, notum eſt: nam albedo & nigredo alterum viſum diſgregans, alterum congregans, quamuis dolores inferant, hi valde magni non ſunt, ſed quales quiuis colores hos inſpiciens experietur: albedo namque diſgregat, diſſoluit ſenſum, diſgregando quandam affert continui ſolutionem, quod eſt corrumpi organi naturam: nimia verò congregatio qualis à nigredine fit, diſplicentiam infert, ac dolorem, quòd nigredo, aut tenebra, luci oculi aduerſa ſit. In auditu paulò minores fiunt dolores ab excellentibus ſenſibilibus, leuiores tamen ab ingratis ſonitibus, quàm à vehementibus. Olfactus rurſus maiores fert dolores, quàm viſus & auditus: quoniam & organum eius craſſius quàm illorum eſt: guſtus quoque adhuc maiores: quemadmodum & aqua vapore, aëre, & igne eſt craſſior: omnium maximos patitur tactus, vt conſtat. Quidam enim adeò vehementes dolores paſſi ſunt, diſrupta continuitate organi, vt mortem ſibi conſciuerint, eam præ doloris magnitudine eligentes. Hæc in vniuerſum de ſenſibus omnibus externis breui dicta ſint: nunc verò ad ſingulos eorum accedamus, atque ipſorum functiones perſequamur, à viſu initium facientes: is enim ſenſuum omnium externorum nobiliſſimus eſt, fungitúrque munere ſuo in oculis & ſublimi corporis parte: quoniam ibidem decet ſpeculatores ſedem habere. Galen. libro 8. de Vſu partium, hac de cauſa caput fuiſſe factum abundè probat, caput inquam elatum ſupra humeros & ceruicem. Ad oculos, per neruos viſorios (omnium neruorum latiſſimos) facultas defertur, à communi ſenſorio, hoc eſt cerebro, atque eiuſdem anteriore parte, ſimul cum multo viſorio ſpiritu in oculi pupillam. Quod facilè cognuſces, ſi altero oculo leuiter compreſſo reliquum inſpexeris: reddetur enim eius pupilla latior, non alia ratione, quàm quòd communis ſit in medio itinere amborum neruorum via, cuius ſi alter proceſſus impediatur, aliò totum ſpiritum procedere neceſſum eſt: huius rei cauſa medici ſuffuſos dignoſcere docent, an curationem admittant, ſi namque altero oculo clauſo, alter impleatur, curabilis morbus eſt, non enim eſt impeditus tranſitus animalis ſpiritus in oculum, vt in diſpoſitione quam nerui optici obſtructionem nominant, velut oculiſtæ, guttam ſerenam. Quando enim hæc adeſt, non impletur, nec dilatatur alter oculus: dilatari verò adeò citò, ac rurſus conſtringi non fieret, niſi ob tenuis, & ſpiralis ſubſtantiæ acceſſum. Dilatatur autem membrana rhagoides: conſtitutus namque eſt oculus ex membranis, humoribus & ſpiritibus. Membranæ verò ſeptem ſunt, externa atque omnium prima adnata, quæ ad eam partem finitur, qua oculi album apparet nigro copulatum, quæ pars *κατάζυσις ἀκιοσία* à Gal. dicta eſt 10. de Vſu partium, locus verò quo finitur alba hæc membrana *ἶρις*, & *στεφάνη*, id eſt iris, & corona dicitur. Hanc ſequitur cornea ab anteriori parte, omnes interiores continens, ac firmans, & prohibens humorum oculi effuſionem. Hæc à multis tenuibus membranis concinnatur: huic annexa eſt, à poſteriori parte dura dicta, & à dura cerebri membrana orta, nonnullas explantationes muſculorum mouentium oculos recipiens: quarta ſequitur rhagoides dicta, ſiue acinalis, ad acini vuæ ſimilitudinem, parte anteriore perforata, foramen pupilla dicitur: à parte poſteriore quinta eſt annexa, dicta chorion, ſiue ſecunda, nata à tenui cerebri membrana, annectitur quoque ipſi arachnoides dicta, & ſeptima ſequitur à parte poſtrema, hæc eſt retina. Humores oculi tres, cryſtallinus, albus, modicè craſſus, in anteriori parte ſphæricus, in poſteriore acuminatus, inſertus vt lapis in annulo, humori vitreo, à quo etiam alimentum capit. Anterius vero in oculi pupilla eſt humor aqueus tenuis, albugineus dictus, quòd albo oui ſimilis ſit, in cauitate rhagoidis contentus, ſimul cum animali ſpiritu impediens ne membrana cornea concidat. Quoniam verò Ariſtot. oculo ſauciato multum humorem manare vidit, oculum de natura aquæ eſſe teſtatur 5. de Gener. animal. cap. 1. & lib. de Senſu & ſenſili, idque organum reſpondere aquæ inter elementa, igni verò olfactum. Quòd ſi quis in contrarium adduxerit experimentum ſplendentium oculorum in tenebris, dicit læuia in tenebris ſplendere, non tantùm ea quæ luce participant, maximè ſi moueantur, ſed alia, vt ſquamæ piſcium. At contra ipſum vehementius inſtat, quòd ſquamæ piſcium, ſine aliquo lumine externo collecto ac repercuſſo, non videntur, oculi tamen clauſi fulgurant, maximè vbi premantur, & quorundam animalium oculi noctu lucent, vt catorum, & leonum, maximè ad naſum verſi: igneum igitur viſus organum ſtatuemus, cum Empedocle in adducta ſententia, & cum Platone in Timæo: cuius naturam talem eſſe dixit, qualis eſt Solis ſplendor, non qualis ignis flamma, aut ignis pruna. Hæc enim non tantùm ſplendent, ſed vrunt: lumen verò ſplendet, & non vrit. Porrò tale decet eſſe organum videndi, quale exigitur ad viſionem: id verò perſpicuum ſimul & ſplendidum eſſe debet, ac de ignis natura: quapropter nunquam riget, non vt Ariſt. putauit, ob adnatam membranam. Splendida tamen tria ſunt in oculo, nempe humor cryſtallinus, ſpiritus animalis, & humor vitreus. Cryſtallinum lucidum eſſe aſſerit Gal. lib. Artis medic. vbi oculum glaucum reddi teſtatur, propter magnitudinem aut ſplendorem cryſtallini humoris, & lib. 10. de Vſu partium inquit: Non ſolius cryſtalloidis ſplendor, ſed cum eo ipſius quoque vitrei, ex oculi natura diſcutiendum erat. De ſpiritu quoque

Senſus qui patiuntur dolores minores, & quare.

Senſibus omnibus dolores accidunt.

De viſu.

Oculus an ſit de natura aquæ.

que viſorio lib 7.de Placitis Hippocrat.& Platonis, (ſic enim legi debet,quod lib.1.Prognoſt.in annot. comment.19. diximus) ipſum lucidum eſſe teſtatur, dicens : Quid abſurdi in ſe haber illud, ſi ſolatem fulgorem ſenſificum ſtatuas ? cùm talem maximè oculorum ſpiritum, qui à cerebro detiuatur eſſe liquidò pateat. Fulgidus quippe etiam ipſe eſt. Cùm igitur hæ omnes partes oculi lucidæ ſint,rectè dicemus oculum eſſe lucidum,& de natuta ignis, id eſt lucis,vt Plato voluit : & inde viſionē luminis huius

Viſio ex Platone in Timæo.

effuſione fieri, dicens in Timæo: Cùm igitur diurnum lumen ad aciei effluxum acceſſerit,tunc ſimile cum ſimili coniungitur,atque inde vnum quoddam proprium , cognatúmque corpus conflatur , ad rectum oculorum intuitum ; quia nimirum ille interni , externique luminis concurſus extiterit : totum id igitur , cùm ob ſimilitudinem iiſdem affectionibus obnoxium euaſerit , ſiquid attingit , aut à quopiam tangitur , illius motiones in totum corpus ad animam vſque diffundit,ſenſumqne præbet, quo videmus. Hac ratione oculi acies ab albedine diſgregatur , ita vt milites Xenophontis per loca niuoſa iter agentes fuerint obcæcati : & lumen externum internum educit , & educendo diſſipat , vt docet Solis ſplendor : Et Dionyſius tyrannus à carceribus obſcutis educebat homines in loca luciдiſſima calce cruſtata,vt lumine eos priuaret:lumine itaque interno oculi externi aëris ſuperficiem tangente,lumen internū externo copulatur,ac inde ad rem viſam procedit , fitque aër ambiens veluti cognatum quoddam videndi inſtrumentum , cùm fuerit illuminatum radio viſorio,à lumine oculi innato procedente. Quale enim inſtrumentum tangendi neruus eſt , talis aër illuminatus redditur: & quemadmodum illuminantur nerui ſubſtantiæ à cerebro cui copulantur, interim dum nihil obeſt, nec quippiam eos obſtruit , ita nullo interpoſito opaco , viſorius radius lumine externo vnitur,& fit aptum videndi inſtrumentum, quo mediante , rei magnitodo,figura & ſitus percipiūtur. Quòd ſi medium tenebroſum fuerit , extinguitur lumen internum exiens. Quod tamen viſorij radij ab oculis ad res videndas procedant,ita vt magnitudo,ſitus & figura non aliter percipiantur viſu,Galen.rationibus

Galen. rationes.

firmauit. Quarū hæc eſt prima,magnitudines valde latè ab oculo percipiuntur. Si ergo viſio,vt putauit Ariſt. fieret intus ſuſcepta rei ſimilitudine , magni monti effigies per anguſtiſſimum pupillæ foramen ingredi deberet , quod omni rationi aduerſatur. Præterea contingit vnam & eandem magnitudinem ab innumeris penè videri : fieret igitur, vt innumeras ſimilitudines à ſe mitteret , quod eſſet impoſſibile. Id verò mihi videtur omnino refutare Ariſt. opinionem : ſi namque ſimilitudo magnitudinis , ſitus , & figuræ ad oculom peruenirent , per medium effunderentur : cum ſonitu igitur perueniret ſimilitudo magnitudinis ſonantis corporis, & figuræ ipſius , atque auditus hæc cognoſceret, quod falſum eſt. Fortè dices , auditum non comprehendere magnitudinem , aut figuram, quamuis earum ſimilitudines ad ipſum perueniant : ſequetur autem tactum debere cognoſcere magnitudinem , & figuram rei longè ſitæ : nam cum ſimilitudine caloris & frigoris rerum diſtantium , ſe obiicerent ſimilitudines magnitudinis & figuræ, & tactus , hæc dignoſcere valet , valebit ergo magnitudinem cognoſcere diſtantem : non igitur effundunt à ſe ſimulachra , magnitudo , ſitus aut figura , ſed ſi quis ſenſus hæc percipere debet, ad ea perueniat opus eſt.Tactum quidem peruenire nemo negat:de viſu noſtra ratio abundè perſuadet, ipſum ad rem viſam peruenire lumine per medium perſpicuum effuſo , vt magnitudinem , ſitum & figuram deprehendat. Rurſus vt Galenus inquit , in ſpeculo res viſa conſpicitur , atque eiuſdem figura: at figuram reflexione ab ſpeculo in oculum venire eſt impoſſibile. Quoniam in reflexione non ſeruaretur ea partium concinnitas , quæ eſt in humana facie , quemadmodum etſi lumen effundatur ac reflectatur per medium , nunquam figura luminoſi ſeruatur in pariete, aut quouis alio opaco obiecto. Reliquum ergo erit , vt viſorius radius ab ſpeculo in rem viſam reflectatur , & ad magnitudinem ipſam & figuram rei viſæ perueniat. Ariſtotel. verò ſecondo libro de Anima , & lib.de Senſu & ſenſili,

Viſionem ſuſceptione fieri ſuadet Ariſt.

viſionem intus ſuſceptione fieri dixit , ad cuius opinionis confirmationem multa adduci poſſent, quorum quædam breuitatis cauſa referemus , reliquis omiſſis. Viſionem , vt ſenſationes omnes, paſſione fieri Ariſtoteles teſtatur 2.de Anima libro. & Galenus lib. 3. de Locis pat. neruos ſenſorios molles factos dicit ; duros verò motui ſeruientes, quòd motio actio ſit , ſenſatio verò paſſio. Rurſus contra Platonem & Galenum : Si viſio emiſſione fieret , viſionis inſtrumentum in aëre verſaretur: quo fieret, vt flante vento quouis , viſio interrumperetur , diſtractis viſoriis radiis , quod minimè euenit. Rurſus ſi viſio emiſſione fieret , res à longè ſita non apparerent minores : nam radij viſorij totam ipſam magnitudinem rei viſæ poſſent attingere, quod non euenit, vbi viſio ex opinione Ariſt. fiat intus ſuſceptione. Nam angulus pyramidis oculum ingredientis , eo minor eſt , quo res viſa longius iacet.Rurſus quod ab oculo exit,ſubſtantia non erit:quoniam hæc ſubſtantia eſſet corporea, ac dimenſiones ſe penetrarēt, & corpus id aërem diuideret, ac ſenſim,non ſubitò procederet, quæ omnia falſa ſunt. Quòd ſi accidens ſit , cœlum à noſtris oculis patietur , id accidens recipiens , & oculus noſter lumen produceret ad cœlum vſque , quod non videtur fieri poſſe. Rurſus aut radij viſorij poſtquam rem ipſam attigerunt , redeunt ad oculum , aut non. Si non redeunt , non tradent animæ rei viſæ rationem : ſi redeunt, tantùm corpora terſa videri poterunt , quæ ſola reflectent viſorios radios , & magnus mons qui terſus non eſt , non videretur longè ſitus. Ariſt. verò lib.de Senſu & ſenſili , addit, quærens rationem , Quare lumen exiens ab oculo ex opinione Platonis , in tenebris extingui debet. Et eodem lib. comment.26 Auerroës inquit : intantum Galen. implicatus eſt errori , vt crederet aëri datam eſſe facultatem videndi. Et lib.3. Collectionum.cap.38. Galeno aduerſatur dicens : Quod mittitur oculis à cerebro eſt calor naturalis , ſed it non emittitur ab oculo : ergo quod peruenit à cerebro non exit ab oculo. Rurſus inquit , dato quòd aliquid exiret ab oculo , id non attingeret cœlum , quod fit in viſione aſtrorum. Præterea nullum eſt in oculis ſplendidum corpus: ergo ab eo non mittetur lux. Non defuerunt ex Barbaris , qui voluerunt Platonem Ariſtotel. concordare , quorum munus eſt autorum ſententias omnino contrarias in vnam coniungere. Quamuis ipſi ſponte ſibi inuicem aduerſari decreuerint. Huiuſcemodi verò internontij omnia confundunt , & autorum mentes funditus euertunt , & eorundem placita produnt. Hi itaque Platonē voluiſſe ferunt, viſorios radios ab oculis procedere , ac rurſus à re viſa reflecti in oculos : & viſionem in oculis primùm emiſſione , deinde intus ſuſceptione fieri : in

quo

Digitized by Google

quo etiam cum Ariſtot. conuenlunt, nempe fieri viſionem intus ſuſceptioue:ſed tamen horum ignorantiam referre pudet. Non enim poſſet ſanæ mentis homo putare, viſionem montis diſtantiſſimi fieri, reflexione facta sb ipſo monte. Nec viſionem noſtram ab aſtris adeò diſtantibus reflecti, neque à rebus multis minimè terſis. Prætet id quod Gal. in aëre viſionem fieri concedir, ad Plat. opinionem, quam nos eaplicnimus. Quinimo nec Ariſtot. ſibi ipſi conſtare, ſuúmve placitum perpetuò ſeruare videtur. Nam lib. 3. Meteorologicorum, multis in locis viſum ab oculis procedere teſtatur, vt cap. 3. dixir, Nubes à qua Solem verſus frangitur aſpectus. & cap. 4. inquit, Quidam perpetuò ſuum ſimulacbrum ante ſe ſtans videbat, quod idcirco eueniſſe refert, quia viſio ad aërem reflectebatus, ob imbecillitatem. Et cap. eodem dicit, habentes oculos humidos videre iridem circa candelam flante auſtro, quoniam eorum aſpectus præ imbecillitate celesiter refrangitur. & tnrſus cap. 6. de virgulis & parallelis inquit: Nihil enim refert, per talia videre, aut à talibus refringi aſpectum dicamus: vtroque enim modo colore ſimili apparet. Quamobrem ſi nihil refert hoc aut aliud aſſerere, & ipſe varius eſt, immerito Platonem taxat libro de ſenſu & ſenſili. Quibus omnibus accedit quòd lib. 31. proble. 16. problemate quærit: Quare luſci contractis palpebris videut. Ne fortè (inquit) radius ab oculo exiens in propatulo diſtrahatur. Hanc Platonis opinionem Galen. ſeqnitur lib. 7. de placitis Hippoc. & Plat. & lib. 10. de vſu partium. & lib. 1. pro. comment. 19. vbi nos etiam quædam ad bunc locum attinētia recenſuimus. Ad quam opinionem comprobandam accedit idem experimentum, cnius meminir Ariſt. lib. 3. Meteorologicorum citato loco: illa enim qui ſuam imaginem ante ſe videbat ob imbecillitarem viſus, nulla ratione ſeipſum videret, ſi viſio fieret ſuſceptione & non emiſſione. Nam ſi intus ſuſceptione fieret viſio ſuæ imaginis, imago in aëre reflecti deberet, & imago ipſa ab oculis inualidis minimè videretur, ſed potius à validis, & videndi facultatem babentibns ſynceriorem: is verò qui ſe videbat, imbecillam habebat videndi facultatem, ergo non reflectebatur imago ab aëre in oculos, aut reflexa non videbatur. Quòd ſi viſio emiſſione fiat, vt vult Plato, inre dicemus, viſiones reflecti, ac minimè aërem peruadere, eáſque ad faciem videntis peruenire, & faciei magnitudinem, & figuram, & ſitum, oſtendere. Præterea vbi quis in aëre nebuloſo degar, ſibi proximam nebulam non videt, diſtantem autem videt. Quòd ſi viſio fieret, vt voluit Ariſt. qua ratione fieret, vt videret oculus rem diſtantem, non propinquam, vbi propinqua non fuerit oculis valde coniuncta, ſed ad modicam diſtantiam? Plato quidem atque Galen. facilè ſoluent problema. Nam viſiones quæ ab oculo procedunt, quamuis facilè peruadant nebulam proximam, diſtantem non penetrant. Quoniam ad magnam diſtantiam inualidæ ſunt: ea verò parte qua viſiones nebulam non penetrant, talis eis redditur nebula, quale opacum corpus, quod viſum terminat: opacum autem viſibile eſt, quatenus coloratum, aut vero, aut apparenti colore. Color autem in nebula dicta apparens, ex miatione opacitatis, & luminis conſtituitur, atque dominante opacitate ad nigredinem vergit, quemadmodum vincente lumine, ad albedinem talis apparet. Chriſtophorus Marcellus vir in Academicorum & Peripateticorum dogmatis valde verſatus, huic rationi ſatisfacere putat: in perſpicuis enim (vt vult) color non adeſt, ſed in opacis, quoniam

Ariſtot. non conſtat ſibi.

Ariſtoteles eo loco loquitur de quodam Antiphonte melancholico & fatuo, ante cuius oculos ſua ipſius imago perpetuo obuerſabatur.

Ratio valida.

opaca tantùm viſum termināt. nam ea tantùm colorata ſunt. Quanto igitur aliquid magis alio perſpicuum eſt, tanto minus opacum eſt, & minus viſibile: lumen autem reddit res magis perſpicuas, ac minus terminatas: rurſus nebula prope adiacens, quoniam multo lumine ſplendere videtur, magis perſpicua redditur, ac minus videri poteſt. Quæ verò longius abeſt, ea minus illuminata apparet, atque magis obſcura, & opaca. Cùm ergo magis opaca magis viſum imminuent, nebula diſtantior videbitur, propinqua non viſa: id verò dubium non ſoluit: nam opaca, quæ viſibilia ſunt, adueniente lumine melius videntur, quàm ipſo abſente, aut remiſſo. Quod ſi nebula viſilis eſt ob opacitatem, proxima & magis ad noſtram imaginationem illuminata, melius videbitur. Idque non tantùm in verè coloratis certum eſt, ſed in iis quæ talia apparent. Nam nebulæ, aut nubes, quæ antequàm à Sole illuminentur, videri non poterant, Solis lumine accedente videntur. Rurſus nonnullæ nubes albiſſimæ à nimia luminis abundantia redduntur, nec tamen ab ea luminis copia fiunt inuiſibiles. Præterea ſit ex hypotheſi videns in vmbroſo loco, nebula verò eundem locum occupet, & locum magis diſtantem, Sole illuminatum, & ea proportione, aut maiori lumine participet nebula diſtans, qua diſtantior eſt. Tunc conſtat nebulam diſtantiorem non ea ratione videri, qua minus illuminata apparet, & ob id magis opaca: ſed vt diximus, quoniam viſus ipſam non peruadit. Quare autem quis in ſpeculo ſeipſum conſpiciat non deueniente imagine rei ad ſpeculum, & deinde reflexione ad oculum. Facilius eſt inuentu, viſionem per emiſſionem fieri admittentibus. Nam non aliter fieri poſſet (vt diximus) vt figura & partium commoditas percipiatur, quàm viſione ad rem viſam perducta. Rurſus ad idem confirmandum accedit, quòd ſi viſio intus ſuſceptioq; fieret, res viſa duplex appareret: quoniam pyramides duæ duos oculos ingrediuntur, & duæ fient viſiones. Quod tamen reſpondent perſpectiuam profitentes, non ſoluit problema: dicunt enim, Pyramides duas in vnam coniungi, & viſionē vnicam fieri, at falluntur maximè: nam viſio non fit in neruorum coniunctione, ſed in humore cryſtallino, vt Galen. ſæpe teſtatur, ſi in neruorum coniunctione fieret, oculus non eſſet viſionis inſtrumentum, ſed via. Præterea ſequeretur cuiuſuis ſonitus ingredientis per ambas aures, duas fore auditiones: quoniam non copulantur in vnam aurem. verùm Plato id problema facilè ſoluet. Nam ab ambubus oculis radij perueniunt ad rem vnam, vbi coniunguntur, ac rem vnam eſſe oſtendunt, vbi oculorum acies ad vnicam ſuperficiem ab oculis procedat, non altera inferior, & altera ſuperior, vt inquit Galen. 10. lib. de Vſu partium. Aliud problema quæri poſſet. Quare fit, vt ſi aliquod viſile ad definitam diſtantiam videri non poteſt: quoniam viſorij radij ad rem ipſam non pertingunt, vbi augeatur rei magnitudo, videatur, cùm tamen viſoria facultas maior non ſit reddita, nec medium magis quàm ante illuminatum: dicemus, viſionem per medium aërem effundi, & cùm ad magnam diſtantiam peruenit, valde effundi, maximè verò ad maximam. Quapropter opus eſt, vt ad magnam diſtantiam ſita res ſit magnæ molis, aut valde illuminata, vt quamuis magna facta ſit effuſio viſionum, magna ipſarum copia rei magnitudinem pertingat: nam non omnis ad viſionem copia radiorum ſufficeret: quòd ſi in mutata rei magnitudine lumen accreſcat, pariter res videri poterit, quæ ante non videbatur. Lumen autem id in medio neceſſarium

eſt,

Problema.

Problema.

Viſio proprie fit in humore cryſtallino & non in neruorum coniunctione.

Problema

Lumen exigitur propter medium ex Plat.

eſt,vt medium ſit illuminatum. Nam vt Plato vult, viſotij radij lucidi in tenebris extinguntur,atque vt procedant ad rem vſque viſam opus eſt lumine intermedio,cum quo vnum efficiant,& ad rem viſam cõiuncti perueniant. Quòd niſi mediũ illuminatum eſſet,ſaltem reflexione,res ipſa non videretur. Ariſt. verò opinionẽ ſequentib. potius videtur dicendum, lumen exigi propter colores: quoniã res ipſa nunquã à ſe mitteret ſimilitudinem,aut coloris,aut alterius ſenſibilis,niſi luce illuſtraretur, ae fieret color actu viſibilis. Ex his omnibus colligimus viſionem magnitudinis,figuræ & ſitus fieri emiſſione luminis & viſionum ad rem vſque viſam,quo in loco viſio fiet. Neque id putat eſſe à ratione alienũ Gal.7. de Placitis. Hipp.& Plato.atque aërem vti & ſolarem fulgorem eſſe videntẽ,vt neruum tangentem. Eſt enim aër lucidus tale viſionis organum,quale neruus tactionis. Diximus quoque ſuprà, communia ſenſilia à ſe non mittere ſimilitudinem per aërem, ſed ad ipſorum cognitionẽ ſenſus eſſe rebus applicandos, colorum autem cognitionem Galen. teſtatur fieri colore ipſo per ſimilitudinem (aëre intermedio) ad oculum perductam. Nam libr.1. de Metho. med. inquit: Eſt enim inſtrumentum oculus, actio verò, viſio vna ex particulis eius ſimilaribus, & primum viſionis inſtrumentum cryſtallinus humor, ſicuti in his, vbi de iis egimus demonſtratum eſt. Id enim eſt quod alterari debet ab aliquo extrinſecus occurrentium colorum, vt animal videat. Alterari verò non potuit,niſi omnino purũ perſpicuúmque eſſet. & lib.1.de cauſis ſymp.ſolum humorẽ cryſtallinum, vt præcipuum videndi organum à coloribus permutari dicit. At lib.7. de Placitis Hippocr. & Plat. inquit: Iam verò viſus inſtrumentum,quia colorum erat cognitionem habiturum, lucidum effectum eſt. Natura enim comparatum eſt, vt ſola huiuſcemodi corpora à coloribus alterentur, vt manifeſto eſt indicio etiam ambiens aër, qui cùm maximè purus nitidúſque eſt, tunc colorum alteratione præcipuè afficitur. Nam videre eſt, ſi in huiuſcemodi aëre, ſub arbore aliqua recubuerit quiſpiam, arboris colore eum totum perfundi: quinetiam ſæpenumero accidit,vt aër clarus vbi parietis alicuius colorẽ attigerit,eum ſubitò recipiat,atque in alium transferat. Quod præcipuè fit, ſi color vel cæruleus fit, vel flauus,aliquoq; alio modo floridus extiterit: & profectò ſicut à ſolari ſplendore ſolo ipſo attactu totus aër repentè ſimilatur, eodem pacto à colore ſtatim immutationem accipit. Atque hæc rectiſſimè ab Ariſtotele dicta ſunt, tum de ſubita eorum quæ ita alterantur mutatione,vt ferè in tempore facta eſſe non videatur,eamque ad viſus vſque inſtrumentum traducat. Nihil tamen quo modo poſituram, quo magnitudinem, quo diſtantiam vniuſcuiuſque rei percipiamus ab eodem dictum eſſe conſtat, hæc Galen. Vbi manifeſtè ſuam oſtendit mentem atque Platonis. Rationes tamen quæ pro Ariſt. adductæ ſunt, facilè ſoluentur. Ad primam namque dicemus,ſenſationem omnem paſſione fieri, & ſenſus organum à ſenſibilibus pati: viſus autem organum in viſione magnitudinis, figuræ, & ſitus, aër ipſe eſt, radiis viſoriis illuſtratus, in cuius vltima ſuperficie tangente rem viſam,magnitudo & figura ſuas ſimilitudines oſtendunt, quemadmodum rei ipſius ſitus. In cognitione verò colorum humor cryſtallinus, vt dictum eſt, à coloribus alteratur. hanc autem alterationem ſenſus percipit. Ad aliud dicemus radios viſorios,atque lucidorum omnium, non tantùm rectos, ſed obliquos ad res viſas, aut illuminatas peruenire, & inſeruire viſioni,& rectos

Aſſertio de modo videndi, valde notanda.

Rationes pro Ariſt. ſoluuntur.

radios perpetuò procedere ab oculis, quemadmodum à Sole radij illuminantes. par enim ratio eſt, & obliquos viſioni inſeruire poſſe, attamen hoc problema non minùs Ariſt. quàm Platonem poſſet angere. Quod autem afferunt de rerum à longe ſitarum viſione, has minores apparere dicemus, non quòd angulus ſit minor: id enim eſt, montem ea ratione maiorem muſca apparere, quia angulus ſimilitudinis montis maior eſt angulo ſimilitudinis muſcæ, cùm oculum ingrediuntur. Videtur enim mons immenſa magnitudine maior muſca: angulus verò ſubintrans oculum nullo ferè exceſſu maior, aut eo inquam, vt nec percipi, nec dici poſſit. Apparet autem mons minor vbi longiſſimè diſtet: quoniam magna pars ſuæ molis ſenſum viſus effugit, vbi enim aliter fiat, vt euenit lucerna noctu à longè viſa: quoniam non tantùm nihil eius viſum ſubterfugit,ſed & aër circunſtans valde lucidus effectus eſt, maior apparet quàm ſit, non vt res aliæ, minor. Præterea ad alia duo dicemus ex communi opinione,viſorios radios accidentia eſſe, quæ ſimul cum externo lumine, ad cœlum vſque perueniunt, quod nullatenus rerum naturæ obeſt. Cum Galeno tamen dicemus eſſe ſpiritualem ſubſtantiam lumen ipſum oculi externum, ſolis, & ignis, atque inde ſolues rationem ſuprà ſolutam. Quamuis enim ventus aut aër interpoſitus oculo & rei viſæ agitetur, viſorij radij ſtabiles manebunt. An tamen à re viſa viſorij radij rurſus reflectantur,dicemus id non eſſe ad viſionem neceſſarium. Nam facultas ipſa viſoria cum radiis viſoriis peruenit ad rem viſam, vbi magnitudinem, ſitum, & figuram rei concipit, atque aërem ipſum videntem licere dicere, Galen. concedit: quoniam Solis fulgorem eſſe videntem non putat abſurdum, quemadmodum & neruum dicimus tangentem, vtrumque enim animæ organum eſt. Quod autem Auerrois ſophiſta id errorem appellet, non mirandum: ipſe enim tantum ea probat, quæ aſſequitur. non enim nouit oculum lucidum eſſe, atque lumen à ſe mittere, non naturalem calorem, aut corpoream ſubſtantiam, idque poſſe,auxilio luminis exterioris,ad cœlum extendi. Quod verò Ariſt. dubitat, quare in tenebris lumen oculi extinguitur, non eſt quod dubitet. remiſſum enim cùm ſit quorundam animalium lumen,neque oculos exire valet, ſine externi luminis adiumento. Verùm illud non paruam ingerit dubitationem. Quare quidam homines res modicè diſtantes non vident, vbi longius diſſitas vident. Si namque viſio emiſſione radiorum fit,propè ſitæ res melius videri poterunt, in propinquo enim actiones naturalium agentium perficiuntur magis. Perſimile eſt problema ei de quo Galen. lib.1. de Cauſis ſympt. diſſerit. Vbi ſpiritum animalem diuerſum in oculis ſtatuit, is enim, vt inquit, aut eſt multus & ad amuſſim purus & ſyncerus: aut paucus & ſyncerus,aut multus,& nebuloſus ac humidus,aut paucus & nebuloſus ac turbidus. Si multus ac ſyncerus fuerit, viſus res quæ porrò diſtant videre,& eas exactè diſcernere poterit, is res à longè ſitas videt: verùm non obſtat quin propinquas videat, ſi ſpiritus paucus & purus eſt,diſtantia non videt,ſed propinqua probè diſcernit: ſi ſpiritus paucus eſt,& craſſus, neque propinqua probè diſcernit, neque diſtantia videt: ſi tamen ſpiritus fuerit multus, & craſſus, diſtantia videbit, quæ non exactè diſcernet: hoc verò non negat propinqua quoque videre poſſe. Noſtrum autem dubium eſt de iis qui diſtantiora vident, atque diſcernunt exactius,quàm quæ ad modicam diſtantiam ſeparantur. De quorum numero ſunt ſenes

Lumen ex Gal. ſpiritualis ſubſtantia.

Problema quare quidam diſtantiora melius vident.

Solutio problematis ex Galeno.

multi,

multi, videntes probè literas atque legentes ad bicubitalem diſtantiam, quas legere nequeunt, ſi ad cubitalem admoueantur: quod tamen ſpatium hominibus eſt moderatius. Quidam dixerunt eam eſſe problematis cauſam, quare habentes craſſos ſpiritus oculorum, vident res diſtantiores exactius: Quoniam craſſi cùm ſint, à multo lumine in longiori ſpatio attenuantur, & tenues redditi, viſioni rerum ipſarum inſeruiunt. Parum verò diſtantes non vident: quoniam craſſi non ſunt ad viſionem apti. hi verò falluntur. Nam ſpiritus non exeunt ab oculis: non ergo attenuantur in ſpatio longiore. Quòd ſi in oculis manentes extenuarentur, vt putant, & ſpiritus oculorum extenuati non ſunt inepti ad diſcernendas res proximè ſitas, qui ſemel inſpexit rem aliquam diſtantē habens craſſos ſpiritus, ſtatim rem proximam videre poterit: id verò non fit, vt conſtat. Hanc opinionem fuiſſe quorundam recitat Auerrois lib. 3. collectionum, cap. 38. eámque exiſtimat eſſe eorum qui tenent viſionem fieri emiſſione radiorum viſualium: ipſe tamen duas adhibet rationes. Prima eſt, quoniam oculi qui vident res longiùs diſtantes, ſunt debiles, & egent multo lumine immutante, vt videant: id verò in longiore ſpatio adeſt. Secunda ratio eſt, quoniam debilis viſus fortem immutationem factam à viſibili propinquo non tolerat: attamen hic ſophiſta quæſtionem non ſoluit. Nam quod primò dicit, falſum eſt, multum lumen, quod eſt in longo ſpatio, proficere ad viſionem eis qui viſum habent debilem. Nam vbi viſibile prope oculum eſſet, & magnum aliquod lumen ei applicaretur, ita vt eſſet æquale multo illi lumini, in longo ſpatio effuſi, ibidem perciperetur: cùm tamen non percipiatur, reliquum eſt, non eſſe eam cauſam quare diſſita videntur, nō propinqua. Quod rurſus addit viſum debilem magnam immutationem non pati, hoc eſt non tolerare, id eſt contra experimentum. Quantò enim ſenſitiua quæuis potentia eſt hebetior, & ad ſentiendum minus habilis, tantò eget immutāte vehementiore. Præter id quod ipſe ſibi contradicit. Nam in prima ratione dixit, maiori egere lumine viſum imbecillum, & in ſecunda ratione dixit, viſum imbecillum non ferre magnam immutationem. Quæ duo admodum aduerſa ſunt. Nam ſi viſus debilis multo lumine eget, id erit vt melius à re viſa immutetur: id autem eſt ab ipſa vehementius immutari. Atque id perpetuum eſt, valde illuminata vehementius viſum mouere, niſi alia ratione impediantur. Nos tamen hanc quæſtionem aliam ſecum inſerere difficiliorem nouimus, ea verò eſt: Quænam ſit cauſa, quare oculi optimè valentes, atque ſynceriſſimam nacti videndi facultatem, res iuxta ſe poſitas non vident: ſecus verò obiectas vident. Id enim conſtat, oculos optimè conſtitutos, res ad duorum, aut trium digitorum diſtantiam non videre, quas ad bipedalem probe vident: neque tamen id fit, quoniam ſenſibile (vt quidam ferunt) ſupra ſenſum non ſentitur, tum quia id viſibile oculis non ſupraponitur: tum etiam, quia falſum eſt id dogma. Putat enim Ariſtot. ſenſibile ſupra ſenſum non ſentiri. Nos verò tunc maximos dolores fieri videmus, quum quippiam neruos tangendo vulnerat, & in ſuffuſionibus, & diſpoſitionibus eis ſimilibus, vapores intra oculos videntur, & muſcæ ante oculos volitantes reputantur. Rectius autem dixiſſent cum Themiſtio in paraphraſi 2. lib. de ani. cap. 25. Res oculis admodum propinquas non videri, aut ægrè, ſicut & ſonitus valde auribus inſitos. Quoniam hæc & odores aërem mutare debent, vt ſenſum mutent, & debitam quandam aëris intercapedinem exigunt, ad ſenſiones dictas. Nos verò Platonis dogmata ſequuti, ſimilem eſſe viſionem rerum, impulſioni ſagittæ à baliſta exiſtimamus. At non adeò vehementer percutit rem obiectam prope, vt rem ipſam longius ſemotam: cùm tamen rem longiſſime diſſitam, aut omnino non attingat, aut lentè. Quod nullo diſcrimine in viſione fieri videmus. Oculus enim adhuc temperatiſſimus, res admodum coniunctas non diſcernit, etſi eas videat: ſicuti neque longiſſimè ſecluſas. Eas verò quæ quadantenus ſepoſitæ ſunt, videt probè atque diſcernit: quoniam & impetu quodam animalis facultas per organa tranſmittitur. Et quæ impetu pelluntur, vehementius aguntur, cùm aliquatenus ab impellente ſecedunt, & quæ debilius mouentur, maiori impetu egent, vt quæ vehementius minori. Nam graue quod minus graue eſt, maiori ſpatio deſcendens, maiorem impetum nanciſcitur, ac inde vehementius mouetur: id verò quod grauius eſt in minori ſpatio magnum aſſequitur impetum. Cùm igitur viſoria facultas impetu per aërem pellatur, proximè admodum ſita non tangit impetu: quare neque ea diſcernit probè, ſecus autem poſita, ſed non longè, impetu quodam in ſpatio acquiſito (qui magnus eſt in paruo ſpatio, quoniam facultas valida proponitur) probè & videre & diſcernere valet. Facultas verò languida maiore quodam ſpatio eget, vt pellatur, & impetum aſciſcat: pellitur antē à ſpirituum copia: cùm ergo imbecillior ſit, maiore egebit impetu, quàm valida: is verò impetus in ſpatio maiore accedet: quo adueniente diſcernere poterit ea quæ propius, minore impetu diſcernere non poterat. Facultatem autem animalem impetu pelli, docet Galen. lib. 7. de Placitis Hippocrat. & Plat. dicens: Quid aliud? niſi ideo factum eſſe, (ſcilicet neruos aliquos cauitatem habere) quoniam imbecilla cùm ſit virtutum ac facultatum traductio ad cōtinua præcipuè, cùm vel maiora paulò fuerint, vel duriora, vel vehementiore aliqua alteratione indigeant, ſi ſubtilioris ſubſtantiæ quadantenus cum violentia & ictu immiſſio fieret, augeri alteratio ita poſſe videatur. Dictum eſt enim eam quæ à pleriſque virtutis facultatiſque effuſio nuncupatur, alterationis eſſe traductionem, id quod in aëre à ſolari ſplendore fieri non dubitamus. Eodem igitur modo veriſimile eſt, ſpiritum qui ad oculos fertur, primo incurſu cum ambiente aëre vniri, atque ipſum contactu ad naturæ ſuæ proprietatem alterare, ac immutare. Et rurſus ad finem libri inquit: Vbi enim illuſtratus aër fuerit à Sole, tale continuò viſus inſtrumentum efficitur, qualis eſt is qui à cerebro proficiſcitur ſpiritus. Prius verò quàm lucē acceperit, ex alteratione videlicet, quæ ex emiſſione ictúque ſpirituum cauſatur, conſentiens cognatúmque inſtrumentum non euadit. Ecce vbi in duobus his locis ictum & impulſionem fieri dicit in medij illuſtratione, & irradiatione. Fortis igitur viſus minori, & imbecillus maiori impetu egebit. Idem quoque docet in ſenſu tactus experimentum. Nam nerui tactorij iuxta cerebrum, aut ſpinalem medullam, non adeò ſyncceram ſortiuntur tangendi vim, vt hi qui longius abſunt. Qui enim in manu ſunt exactius ſingula tangibilia diſcernunt, cùm manibus inſeruntur, quàm iuxta ceruicis vertebras. Obiectorum igitur diſcretio exactior eſt in parte ab origine ſemota, quamuis & facultas tactoria naturalis potentia ſit. Eſt autem aër per quem viſoria emittitur facultas, tale viſioni inſtrumentum, quale tactioni neruus. Quòd ſi ſynceriorem tactum manus ad attemperamentum

H referas,

Alia ſolutio. (margin)

Auerrois ſophiſta impugnatur. (margin)

Problema. (margin)

Solutio. (margin)

Proxime ſita quare improbè videntur (margin)

ſeferas,conſtas viſotiam facultatẽ,& tadios viſorios ah oculo exeuntes aëris ſplendore & perſpicuitate attemperari ſimili modo. Fit autem vnicum videndi organum ex oculo & aëre, cuius potiſſima pars, & in qua colorum alterationes ſuſcipiuntur, humor cryſtallinus eſt, vt diximus ex lih.1. de Metho. meden. & primo de Cauſis ſympt. Quod pariter Ariſt. lih. de Seoſu & ſenſili voluit, qui viſum dixit eſſe aqueum eum Democrito, & ſtatim aqueum eſſe conſpectum affirmat. Quòd ſi videndi organum aqueum eſt, humores oculi erunt videndi organum, non vt dixerunt quidam, neruus. Auerrois namque viſionem in retina fieri dixit lib.2. Collectionum, aut humote cryſtallino. Et Auicennas lib.3. parte 3. humorem vitreum viſum lædere dicis, non ſua ratione, ſed quatenus noxam affert cryſtallino, ſiue glaciali. id enim putat eſſe viſionis inſtrumentum. At ſibi contrarius eſt lib.6. Naturalium, quo in loco viſionem fieti dicit in neruorũ opticorum coniunctione, ne res viſa vnica, duæ appareat. Si namque in oculo viſio fieret, duæ fierent viſiooes, ac duæ res vnaquæque appareret, quæ vhi in neruorum coniunctione videatur, vnica tantùm reputabitur, duabus pyramidihus, è duohus oculis delatis in locum voum, qui eſt neruorum coniunctio. Quòd ſi ea satione verum eſſet quod aſſerit, deceret quoque duas tes vnicam reputari. Quoniam duarum rerum viſarum pyramides in vnam coihunt in viſionis loco: præter id quod organum viſus perſpicuum eſſe decet: neruus autem opticus non eſt perſpicuus. Rurſus ſoous à duahus aurihus perceptus, duorum præheret phantaſiam, hoc autem prohlema Gal. facilè ſoluit. Psoceduns enim pyramides duæ à duohus oculis, quæ in vnam coincidunt in ſuprema viſibilis ſuperficie. Intelligere namque oportet, pyramidem hanc ſpatioſam, qualis à Sole procedere oonnunquàm viſitur, ad ſpeciem corporalium pyramidum, in cuius medio linea quædam viſualis axis locum tenet. Hic autem de rei viſæ vnitate certificat, atque is eſt quem mutat oculus cùm ad diuerſas viſihilis partes diſcernendas ſeſe applicat. Ex duobus verò oculis duę procedunt pyramides, duo quoque axes, quas in vnica exiſtere ſoperficie decet, vt res vnica appareat: hinc enim pendet tota phantaſia vnitatis rei viſæ. Nam & eadem ratione qua per medium aërem pyramides viſuales procedentes axium eandem ſeruant ſuperficiem, ſic vt vnica diducta ſuperficie plaoa, ipſa vtrumque comprehendat axem, ita cùm ad rem viſam perductæ fuerint, in vnam pyramidis baſim coniungentur, quæ omni ex parte vnica erit: axis enim cum axe coincidet, in eodem puncto, & extrema extremis. Quod ergo imptæſenſiarum admonemus, valde animadoerſione dignum pntamus, Galen. hanc adhibuiſſe rationem quare res vnica apparet: quoniam axes pyramidum in voica plana ſuperficie ad rem viſam procedunt. Ea verò non eſt potiſſima vnitatis phantaſiæ cauſa: ſed quoniam cum ſic procedunt axes, baſes pytamidum in extrema rei viſæ ſuperficie deſinentes, vnica fiunt. Axis enim axi coibit, & circumferentia circumferentiæ: vnde tota apparentiæ vnitas pendet. Atque eam rem tantummodo vnicam putamos, quæ ſic ab oculis duobus conſpicitur, vt duæ oculorum pyramides in vnicam omnino ad rei viſæ ſuperficiem coëant. Id quoque ad duo viſibilia perductis pyramidibus fieri omnino eſt impoſſibile, quod ex loco & ſitu rei viſæ pendet. Nam cùm res omnis viſibilis, quaota ſit, & duæ quantitates non poſſint in vnam reduci, aut vnicum tantùm locum occupare, futurum eſt, vt diuerſa viſibilia diuerſa loca occupent, & diuerſæ pyramides ab oculis ad res ipſas percipiendas deduci debeant, quæ neque eandem axium ſuperficiem ſeruens, neque in eandem baſim coincidans. Quòd verò ab oculis pyramides procedentes eandem axis ſoperficiem ſeruent, ex oculorum ſitu pendet. Siquidem vhi oculi non ſeruauerint naturalem ſitum, aut à prima generatione, aut oobis ipſis diſtorquentibus, aut morbi ratione, ita vt alterius pupilla ſublimior reddatur, neque vnica axium pyramidum ſuperficies ſeruabitur, neque in vnam baſim pyramides coincident, neque res vnius phantaſiam præhehit, quod non fit in latus, ac verſus alterum angulum diſtractis oculis: res enim vna apparet eis. Etenim & axis pyramidum viſualium in vnicam conincidunt ſuperficiem, & in vnam tandem haſim. Nec tamen his quæ dixit Galen. ac nos hreui collegimus, contradicunt, quæ eodem lib.10. de vſu partium paulò inferius habentur: vbi reddens tationes quare nerui optici coniunguntur, antequàm caluariam exeant, & complementi, & ahundantiæ gratia, nempe vt ſpiritus animalis ſic ad duos deferretur oculos, vt altero clauſo aut oon operante, reliquus vniuerſum viſorium ſpiritum ſuſciperet, quod ita fieri docet experimentum. Altera tamen cauſa eſt, atque potiſſima neceſſitatis, & vſus hæc eſt, vt viſile quoduis vnum appareat: verùm non decet exiſtimare Gal. voluiſſe, ihidem viſionem fieri, vt quidam putant: ſed hanc neruorum vnionem præcedere, vt vnica ſit viſoria facultas ab ipſo ortu, quæ diſiuncta in duohus oculis, rurſus in re viſa ad vnionem redeat, vnde quoque ſequitur oculorum par ſitus, & pupillarum reſpondentia, & inde pyramidum & haſium. Eſt autem veluti mediata cauſa, facultatum oculorum vnitas, & neruorum coniunctio: hanc tamen ſequitur oculorum debitus poſitus, hunc axium pyramidum reſpondentia in vnica ſuperficie: hanc poſtremò baſium vnitas in re viſa, quam immediatè ſequitur phantaſia rei vnius, cùm ad priſtinam vnitatem redierit viſotia facultas. Poſtquàm autem viſoriam facultatem atque videndi munus explicuimus, rurſus exordio repetito, ohiectum quod viſu deprehenditur exponamus. Viſihile ſiquidẽ, quemadmodum & audihile, atque tangibile vnam rationem communem habere debet: hæc autem color non eſt. Neque enim omne viſu perceptibile comprehendit: lux namque viſu deprehenditur, quæ color non eſt, vt in Sole, aſtris, & flamma: neque etiam lux erit: nam & lumen quod in aëre exiſtit craſſiore, videri poteſt, & colores in corporihus denſis, & opacia externo lumine accedente videmus. Conſpiciontur itaque lux (ſic enim appellamus eam, quæ exiſtit in lucido ipſo corpore) & lumen, & color, quibus hæc ratio communis ineſt, nempe viſum terminare: ad hæc enim viſus definitur, & terminatur ab oculis procedens. Qua dicendi forma Peripatetici oatura duce vtuntur: qooniam verè viſus ad rem viſam perdoctus, finitur & terminatur. Lumen quidem ſpiritalis quædam ſuhſtantia eſt, quæ ſeſe per medium aërem, aut squam, aut in ſumma dixerim, per corpora perſpicua effundit. Ratio ſiquidem communis medij videndi eſt perſpicuitas, quæ multis mixtis, & trihus elementis, & orbibus cœleſtibus eſt cõmunis. Lumen verò corporalem ſuhſtantiam, aut accidens ſtatuere, à ratione eſt valde alienum. Nam ſi lumen corpus eſſet, non effunderetur ſuhitò quemadmodum Sole oriente fieri videmus: ſuhitò enim lumen ah oriente in vniuerſam eius orizontis plagam producitur. Præter id, quòd ſi lumen corpus eſſet, aërem diuideret: nam duo dimenſa corpora

Viſus organum.

Auicennas ſibiipſi aduerſatur.

Auicẽna ratio inualida.

Problema.

Quare res vna appareat in duob. oculis.

Quæſtio egregia de neruo optico.

Solutio.

Viſus obiectum quid eſt.

Lumen ſpiritalis ſubſtantia.

Lumen non eſt corpus, & quare.

corpora in eodẽ loco exiſtere non poſſunt. Præterea ſi corpus eſſet, aut eſſet ſimplex, aut mixtum. Non ſimplex, cùm noo ſit cœlum, aut aſtra, aut aliquod elementorum. Non mixtum, quoniã omne tale ex elementis componitur. Quod verò ad Ariſt. ſectam dicunt eſſe accidens, conſtar eſſe falſum. Nam cùm Ariſt. concedat viſionem ſuſceptione imaginum fieri, cùm inſpicimus lucernam in ſpeculo, mota lucerna, id accidens moueri diceremus. Quia manifeſtè deprehenditur mota ſimilitudo flammæ lucernæ: hæc verò lumen eſt. At verò accidens moueri immoto ſubiecto nequit, migraret enim in aliud. Rurſus cùm ſolem inſpicimus ſtante vẽto ſine mora ſemper nouos ſuccedit aër, altero ſublato, cum quo auferri lumen eſſet neceſſarium, ſi lumen accidens eſſet, quod non fit: impediretur enim interim Solis aſpectus, diſtractis radiis rectis, quibus fit. Quare ſubſtantiam quandam ſpiritalem ipſum aſſeramus oportet, quemadmodum & de lumine ab oculis procedente ſuprà diximus. Colores præterea viſum terminantes, quidam ſunt verè tales corporum mixtorum paſſiones, quæ ex primarum qualitatum actione generantur, ac diuerſa mixtura ſubſtantiarum elementorum, ad quam reduci colorum diuerſitates neceſſum eſt. Nam ſi ad ſolas ipſas primas qualitates agentes eos reduxeris, nunquam ſatis intelliges, quare in quibuſdam valde calidis præſtat color albus, & in quibuſdam frigidis. Calx enim alba admodum eſt, & allium: quorũ vtrumque multo abundat calore: gelu autem, & cryſtallus frigida ſunt, atque alba, quemadmodum nix: ſunt quoque quædam nigra frigida, & quædam calida: melancholia ſiquidem frigida eſt, ac nigra: ſicuti & vngues eorum qui incipientem quartanam, aut quotidianam patiuntur: piper verò nigrum eſt & valde calidum. Neque valet quorundam ſolutio, dicentium calorem cum ſiccitate efficere albedinem, & calorem cum humiditate nigredinem, frigus cum ſiccitate efficere nigredinem, cum humiditate albedinem, id enim ſæpe fallit. Nam piper calore ſimul & ſiccitate abundat, & nigrum eſt, & gelu humidum eſſe, ac niuem quis negabit? Niſi fortè Sophiſta aliquis pertinax, qui audet dicere, ſiccitatem frigori iunctam niuem generaſſe, ac gelu: ſed is negabit pariter humorem in gelu, qui ſe oſtendit dum à calore liqueſcit, idem & in niue, quod neminem ſanæ mentis decet. Cùm enim liquantur à calore Solis, vnde humorem adueniſſe dices? aut quo pacto ſiccitas quam refers non ſuperatur ab aquæ humiditate quam validiſſimam eſſe nouimus, ita vt aquam ſumme humidam Gal. aſſeruerit? ſubſtantiis tamen elementorum diuerſimode mixtis, diuerſi colores generantur, quidam extremi, quidam medij, lucis facta quadã mixtione: quæ omnia ſine primarum qualitatũ actione fieri nequeunt, inde quoque & medij multi inſurgunt, ad albedinem, & nigredinem accedentes. Ex eorundem quoque extremorum colorum mixtione medij colores fiunt, quos ego non verè medios voco, ſed apparentes medios. Nam ex mixtione rubri coloris, & albi, vt ceruſæ, & minij, medius quidam exurgit color: is tamen verus color non eſt, ſed tantùm ſe oculis talem obiicit, quod aduerſus multorum philoſophantiũ opinionem monſtratur. Nam color albus in ceruſa ſubiiciebatur ante mixtionem, & rubens in minio, aut terra ſinopidis. Mixtione verò facta, qualitas ſubiectum non dimiſit, neque in aliud migrauit, in albo ergo ſubiecto, facta mixtione adhuc manet albedo, & in rubro, rubor, neque pars aliqua eſt quæ vtrumque contraxerit colorem, aut ab ambobus

Coloris veri generatio elementorũ ſubſtantiis debetur, à quibus cauſis colores generentur.

Colores apparentes.

diuerſum, interim dum mixtio ſola partium comminutione, & ſubactione conſtat, non accedente primarum qualitatũ actione, quam nos ad verorum colorum generationem neceſſariam eſſe dicimus. Eſt hoc genus colorum ex colorum mixtione, quo pictores ob colorum verorum inopiam vtuntur. Tales ſunt humanæ faciei colores, ex albo & rubro emergentes, cuti alba ac ſanguine rubro. Eſt & aliud genus apparentium colorum, quod ex mixtione luminis cum opacitate conſtat, tales colores ſunt, qui in areis & iridibus apparent, diuerſi ex diuerſa mixtione, & diſſimili occurſu luminis Solis, & lunæ, nubem quampiam ſubintrantibus: lumen enim ſuo ſplendore nubem ſplendentem reddit, ac inde ad albedinem inclinantem, ita vt valde illuminatæ nubes albiſſimæ quoque oculis appareãt, quemadmodum & pauco lumine ſplendentes, nigræ, quòd tenebra nigredinem, vt lux albedinem referat. Talibus vtique coloribus oculi affecti ſunt, conſtituti ex diuerſa luminis & opacitatis mixtione, quorum meminit Ariſt. lib. quinto de generatione animalium cap. 1. hi ſunt cæſius, ſiue glaucus, niger, flauus, caprinus, quos ex Platonis, & Empedoclis opinione, qui igneum oculum dixerunt, conſtat generari ex luminis, & opacitatis mixtione, quemadmodum & Gal. vult. lib. artis medicinalis cap. 26. & 27. vbi colores extremos oculorũ, ſcilicet glaucũ, & nigrum, à cõtrariis cauſis euenire docet, vt abundante lumine; quod fit cùm abundat cryſtallinus humor, aut aqueus minor eſt, ad quẽ attinet opacitas. Aut cùm oculus prominet, ita vt multum externum lumen ſuſcipiat, color fit glaucus, ob cauſas contrarias niger. Omnes verò lucis & opacitatis diuerſam menſuram ſequuntur, quamuis Ariſt. qui falſo negauit, oculum eſſe lucidum, ad copiam & inopiam humorum oculorum, colores retulerit. Sed tamen oculorum colores veros non eſſe, ſed tales apparere, nouit Ariſtot. qui eos comparat maris coloribus, quos non eſſe veros colores conſtat. Et Galen. loco citato, prominentiam oculi refert oculum reddere glaucum: cùm tamen nullus verus color ſitu mutetur. Præterea luminis & opacitatis diuerſa mixtio nullum verum parit, aut mutat colorem, mutat autem colores oculorum, vt diximus. Præterea ſenſum omnem decet eſſe denudatum ab eo quod ſentit, 2. libro de anima, apud Ariſtotelem, ſi ergo oculus eſſet coloratus, colores non poſſet percipere, neque ipſorum pati alterationes. Vel ob id maximè quòd veri colores perſpicuum terminant, atque rerum imagines, aut lumen tranſire nõ permittunt Si ergo oculus coloratus eſſet, neque lumen ab ipſo procedere, neque externum admittere poſſet, minimè verò colorum affectiones. Quòd verò lumine participant, non tollit quin lumine affecta corpora videre poſſint oculi: nam quod parum calidum eſt, à calidiori patitur, & pauco lumine participans oculos, multo afficitur. Colores quoque apparentes ea ratione ab oculis coloratis percipiuntur, quoniam colores tales non omnino tollunt perſpicuitatem, qua præſente per corneam membranam, & aqueum humorem perduci poterit affectio à coloribus dictis procedens, ad cryſtalloidem vſque, quo viſio colorum fit: ad viſionem quoque magnitudinis ſitus & figuræ, lumen internum cum viſoria facultate, oculum perſpicuum (quamuis apparenti colore coloratum) facilè peruadet. Quoniam verò lumen exiens ab oculo neceſſum eſt diſtrahi à lumine, ambiẽtis luminis copia, & ſpiritus animalis plurimum agunt ad conſpiciendas res, quæ longè ſitæ ſunt, quemadmodum & oculi ſitus. Nam prominentes

Oculorum colores.

Videre res à longè vnde procedat.

oculi ad minus ſpatium videndo pertingunt, quàm profundiores. Eadem etiam ratione ſupercilium & acies pilorum palpebrarum à natura data ſunt, vt lumen continerent, ne diſperderetur cùm primùm ab oculo exiret. Ad ſynceram autem viſionẽ eorum quæ in debita diſtantia ſita ſunt, ſola oculi perſpicuitas, atque puritas poſſunt. Atque ea ſynceriſſima videndi potentia appellabitur, quam Galenus lib. 1. de Cauſis ſymptom. dixit, minutiſſimas quaſque res percipere poſſe, id eſt, ſingulas rerum viſibilium ſpecies. Non enim idem eſt longius videre, & perfectius rerum diſtinctionem capere, atque colorum & viſibilium ſpecies dignoſcere: vnde pendet volgata apud medicos & philoſophos quæſtio, an homo perfectiores exerceat actiones quouis animali, & temperatior, minus bono temperamento prædito: quam ſoluemus cùm agemus de olfactu. His quæ ad viſoriam facultatẽ attinent peractis, ad auditoriam accedamus, quam perfectionẽ ſecundum locum habere diximus. Huius organum prope cerebrum ſitum eſt, quod Galenus internum meatum aurium, qua parte neruum ibidem diſperſum tangit, eſſe docuit libro 1. de Cauſis ſymptom. dicens: Eandem enim habet rationem in auribus interna auditorij meatus extremitas, vbi dilatatum neruum attingit, quam habet humor cryſtalloides in oculis. Partes verò omnes in meatus anfractu extrinſecus conſiſtentes, itidem proportione huic reſpondent, vt nuper dictæ oculorũ partes humori cryſtalloidi. Ex his verbis conſtat, internum meatum ea parte eſſe organum audiendi præcipuum quemadmodum videndi cryſtallinus humor, vt dictum eſt. Neruum quoque eam eſſe partem docet Gal. libro quarto de Locis pa. cap. 3. vbi auditum lædi dicit læſo neruo proprio. Ea pars aërea ſecundum naturam eſt idem organum, vt Galenus teſtatur lib. 7. de Placitis Hip. & Platonis quod auditioni ſeruit, aëreum eſt. Nam neruus is eam habet naturã, & lib. 8. de vſu partium, cap. 6. inquit: Immutatur autem, non à quouis ſenſibili omne ſenſorium, ſed ſplendidum quidem ac luminoſum à coloribus, aëreum à ſonitu, vaporoſum ab odoribus. Ariſtoteles quoque libro ſecundo de Anim. cap. 6. inquit, ineſt autem auditui quidam inſitus aër. Verùm aër intra membranam contentus ab aëre ſonante externo agitatur: hanc autem agitationem neruus ſentit, quemadmodum & eam quam à cauſis internis fieri ſentimus, laborantibus capite & auribus, aut ventriculo, vaporem ſurſum mittente. Igitur quanto aër igne & ſplendore craſſior eſt, tanto organum auditus, organo viſus, coque vehementius patitur à ſuo obiecto. Hac ratione ſecundum locum inter ſenſus exteriores habet, quamuis alia ratione dignior viſu dici poſſet: quoniam per ipſum doctiores fiunt homines, quàm per viſum: cæci namque à natiuitate ſurdis ſunt ſapientiores: omnis enim bona doctrina, viua voce hauritur, vt inquit Galenus. Quòd ſi cui placeat aduerſari, propterea quòd plures differentias rerum cognoſcimus viſu, quàm auditu, id negamus. Nam Ariſtoteles auditũ vocat ſenſum diſciplinæ. Sermo enim ſolius auditus eſt, ex quo omnium paritur diſciplina, quo mediante, non tantùm quæ videri poſſunt, ſed multa alia intelligimus, quorũ quædam etſi videri poſſint, longè abſunt, & ab his qui nobis ea referunt hiſtoriam accipimus: quædam etiam addiſcimus, quæ omnino ſenſum effugiunt: ſed tamen quæ alij cogitatione & intellectu conſequuti ſunt, nobis viua voce tradunt, & nos audiendo addiſcimus, & ad maiora nonnunquam allicimus animum. Ariſtot. libro de ſenſu & ſenſili, viſum per ſe magis

Auditoria facultas organum quale habet, quod etiam obiectum.

Auditus viſu dignior, qua ratione.

Nota.

conducere dicit ad vitæ neceſſaria & auditum per accidens. Auditus verò obiectum ſonus eſt, cuius generatio fit corporibus durioribus concuſſis inuicem; maximè vbi leues habuerint externas ſuperficies, atque fuerint caua. Nam in corporum durorum colliſione aër intermedius vehementius impellitur: in cauis tamen corporibus ſæpius vndique excutitur, ac latera corporis inuadit: ſi verò corpora fuerint mollia, vt lana, aut ſpongia, aut fuerint acuta, & quæ in contactu nullum ferè aërem intermedium concutiant, & comprimant, aut nullus ſonitus editur, aut is paruus erit, & qui ſenſum effugiat. Sonum efficiunt animata, & inanimata corpora, vbi percuſſa aërem vehementius illidant, atque concutiant: in quibus tria aderunt, duo ſunum facientia concuſſione, quæ ſunt percutientia corpora, & tertius eſt aër qui percutitur, quamuis nunnunquam duo tantùm ſufficiant, vbi aër vehementius verberetur, aër enim erit verberatus, & qui ſonum ſuſcipit. Aër autem quaſdam patitur impulſiones ad vndarum ſpeciem, quales fieri videmus in aqua quieta iniecto lapide. Quemadmodum verò illæ vndæ ſenſim procedunt, & maiores fiunt iuxta proiectum lapidem, deinde minores, ita concuſſo a rebus duris aëre fit, vt vndæ quædam reſonãtis aëris a loco colliſionis ſe fundant, vſque ad organum auditus, quod immutant, ſimili motione in interno organo facta, ei quæ in aëre fit: hoc pacto ſonus ad auditum peruenit. Quòd quidem ſonus ſenſim fundatur, docet experimentum. Qui enim videt à longe cum qui dura corpora collidit, multo ante colliſionẽ oculis ſentit, quàm ad ſuas aures perducatur ſonus: viſio namque in momento fit, auditio verò in tempore maiori, aut minori pro interualli ratione. Intelligimus autem ſonum inundatione ſe effundere ad aliquod ſpatium aëre commoto, non tamen ad quodcunque ſonus pertingere poteſt. Nam iuxta corpora ſonantia verè aër mouetur, non tamen neceſſum eſt, vt ad omnem diſtantiam inundatio fiat, id eſt vera aëris motio: ſed cùm elongatur ſonus à ſonantibus corporibus, ſonus verus ad vndarum ſpeciem effunditur, ſine motu locali aëris: verus ergo ſonus ad organum vſque pertingit, inundatione effuſus, quadantenus cum motu aëris, deinde ſine ipſo, corpora rurſus animata vocem edunt, non ſonum tantùm vt inanimata, neque verò omnia animalia vocalia ſunt, ſed quæ vocis inſtrumenta ſortiuntur: hæc ſunt pulmo, & aſpera pulmonis arteria. Inſpiratur nãque aër duplici vſu, alter eſt ad refrigerium caloris innati, cui vſui accedit generatio ſpiritus, vt ſuprà docuimus: alter eſt ad vocem edendam. Cùm enim is qui in pulmone attractus & contentus, violentius expellitur, vox formatur. Eſt autem vehementius impelli idem quod exufflando mitti, quod ad vocem neceſſarium eſſe Galenus libro 8. de Vſu partium teſtatur, vbi etiam exufflationem definiuit, & lib. de Organo odoratus. Lingua quoque ad duos vſus data eſt à natura, ad guſtandum & ad loquelam. Nam quamuis aër impulſus per aſperam arteriam vehementius vocem efficiat, loquelam non efficiet, niſi linguæ motus accedat. Erit ergo vox, vt inquit Ariſtoteles, ictus aëris attracti inſpiratione, ad gurgulionem. Fit is certa quadã impulſus & ictus proportione, quæ expirantis imaginationi reſpondeat. Rectè quoque Themiſtius inquit, Vox eſt animantis ſonus, qui de inſtrumentis & meatibus & officina inſpirandi attollitur: ortum habens hinc, quòd ſpiritus redditus percutit aërem in arteria contentum, aut ipſam arteriam, idque ex propoſito, id eſt, cum imaginatione aliqua aut conſilio ſignificandi,

indican

Auditus obiectum.

Sonus ſenſim effunditur.

Vocis definitio ex Ariſtotele.

Digitized by Google

indicandique aliquid, quod in tuſſi & ſternutamento non fit: quare hæc voces non appellantur: ictus verò fit ad gurgulionẽ, tanquàm ad tintinabulum. Quoniam verò piſces iis carent inſtrumẽtis, ſonum facere poſſunt, non vocẽ edere, licet nonnulli quiddam voci ſimile emittant: eam verò audiunt: quoniam ſonus per aërem, & aquam ſe fundit, etſi in aqua remiſſus & hebes, linguam quoque loquelæ ſeruire diximus, ſicuti & palatum, vt alterum eorum quæ collidi debent in conficiendo ſono: meliori verò loquelæ proficient dentes, ac labia. Hæc igitur

Epilogus. iam colligamus, Facultas auditoria à cerebro per neruum mittitur in internam auditorij meatus partem, quæ aëreæ naturæ eſt: hic verò à ſono mouetur. Sonus autẽ à corporibus duris colliſis agitato aëre procedit, ad inundationis ſpeciem, ſonus quoque à quibuſuis ſolidis corporibus generari poteſt: vox autem ab animalibus tantùm prodit, neque omnibus, ſed his quæ reſpirant: loquela autem vox eſt articulata, rationi reſpondẽs, & voluntatis imperio.

Soni natura, cauſa & ſubiectum inquiruntur. Nam & orationis materia vox eſt, vt inquit Ariſt. lib. 5. de Gener. anim. cap. 7. Verùm iuxta ea quæ diximus, quędam ſe offerunt diſſerenda, quæ ad ſoni naturam, cauſas & ſubiectum attinẽt, in primis quidem ſonus accidens eſt, non prima qualitas: appellant enim Peripatetici primas qualitates actiuas tantùm: verùm alias omnes à primis oriri non credimus vt ipſi. Itaque ſonus, prima qualitas non eſt, ſed alia à primis: eſſe autem ſecundam non inficiamur: quoniam non exiſtimamus omnes ſecundas qualitates à primis habere ortum. Corpora namque dura ſola colliſione ſonum efficiunt, nullo accedente primarum qualitatum concurſu. Cauſæ verò, vt diximus, ſunt dura corpora, maximè læuia & caua, quæ colliduntur: ſed tamen diuerſos admodum efficiunt ſonos, pro corporum differentia. Ligna namque minores: ferrum autem, & æs maiores: quoniam hæc elaborata læuiores aſſequuntur ſuperficies, ac vehementius collidere poſſunt aërem.

Crepitus. Crepitus verò, diuerſus ſoni modus eſt, & qui non videatur habere eam generationis viam, quæ ab Ariſt. ſcripta eſt, & à nobis tradita. Nam ſal igni inſperſus cum ſonitu exilit, nec tamen ſolida ſe collidunt corpora. Rurſus caſtaneæ ſalientes validè ſonant, & inſtrumenta bellica ignem fundentia, atque cùm franguntur ligna, in quibus nullam ſolidorũ corporum col-

Crepantia quomodo ſonant. liſionem reperias. Quæ omnia problemata ordine ſoluamus. Diximus enim aërem poſſe colliſi corporis vices gerere, atque ſonum recipere: modò verò non tantùm duorum, ſed & trium locos implere poſſe fatemur. Nam aër aliquando vehemẽtius agitatus partem alteram aëris quatiens ſonum edit, & recipit, ita fit, vt ſal cùm igni inſpergitur, ſaliendo ſonet. Nam humor ſali inſitus extenuatur ab igne, & rarior redditus ſalem diſrumpit, atque exiens celeriter aërem externum concutit, & ſonum facit. Caſtaneæ quoque ad eum modum diſrupto cortice ſonant: nam flatus ex humore generatur à calore ignis, à quo diſrumpitur: flatus verò vehementer aërem percutit, & ſonus quem audimus generatur. Neque id fit, vt quidam putat: quoniam ſal, aut caſtaneæ cortex cùm rumpuntur, collidunt aërem, neque quoniam partes colliduntur: hanc enim problematis ſolutionem manifeſtè confutant bellica dicta inſtrumenta. Nam ignis & flatus in anguſto concluſus, repentè proſiliens, nullum ſolidum corpus collidit: ſed ſolùm aërem ad quem maximum ſonum edit. Non igitur opus eſt ſolidi corporis colliſionem accedere ad ſonum generandum: in lignorum tamen fractura, vbi arida fuerint, ſonus fit, alia ratione: nam partes ipſius cùm franguntur ſeipſas colliduntur, & medium aërem interclusum agitant. Quare in his quæ franguntur, aut crepitant, diuerſi ſoni fiunt, pro ratione eorum quæ franguntur, aut crepitant, à quibus diuerſimodè aër colliditur, aut ab anguſto in amplum locum ſe conferens, externum concutit is qui exit.

Sonus quibus inhæret. Quòd ſi ſonus ex ſolidorum colliſione generetur, ſine intercluſo aëre ac verberato non fieri, quamuis & in aqua fieri non negamus, quæ medium effuſionis ſoni eſt. Is ſonus in aëre aut aqua inerit, atque in ſolidis ipſis colliſis corporibus: ſi tamen aër verberat aërem, vt in his quæ diximus, in aëre tantùm id accidens recipietur. Quòd tamen in colliſione durorum ſonus ipſis inhæreat, notum eſt: nam ſi flante vento cymbala pulſes, quãuis aër percuſſus longius profligetur, percuſſum cymbalum ſonat, vel potius reſonat: quod non fieret, niſi in ipſo ſonus fuiſſet impreſſus, vt in ſubiecto quieto ac permanenti. Nec tantùm poſt pulſationem ſonum retinent ſonantia corpora, ſed in aërem ambientem effundant diutius, vt in metallicis omnibus vaſis, aut cymbalis: quæ ſi vehementius pulſentur ferreo, aut metallico tintinnabulo, non tantùm ſonum diu à ſe mittunt, ſed ſi eum mittere impediantur diſrumpuntur, quoniam aëris interna agitatio, qua ſonus ſe in aërem

Sonantia metallica impedita franguntur. effundit, impeditur. Cur autem adeò modicum impedimentum, vt manus aut molle quodpiam admotum diſrumpi cogit cymbalum? Dicemus cymbalum violenter agitari, & aërem internum ipſius, & violentorum motuum ac valde vehementium impedimentum, quamuis paruum aut leue, magnum & graue redditur. Sonus enim cymbali magnus, vehemens motus eſt in loco, licet nõ à loco in locum, ſed intra locum, & leue aut paruum impedimẽtum, quod motum illum in loco impedire poteſt, tale eſt cymbalo quale eis quæ à loco dimouentur, quod poteſt ipſorum motum impedire: ſed quæ poſſunt motus alios vehementes impedire, cogunt res ipſas motas frangi: ergo & quæ impediunt cymbali agitationem internam, & violentum illum & impetu factum motum, cymbalum frangi cogent. Ea verò quæ ſecus poſita ſonum effundi vlterius impediunt, ipſum in aëre reflecti cogunt. Hæc ſoni reflexio

Echo. Græcis ἠχὼ, Latinis echo, inuariata voce dicitur, is ſemper fit quoties ſonus editur: non tamen ſemper auditur: quoniam reflexio imbecilla non auditur. Quemadmodum enim lumen ſemper reflectitur ab opacis corporibus, maximè ſi fuerint terſa, & læuia: non tamen ſemper vmbram efficit id lumen quod reflectitur: ita echo ſemper fit: at nõ ſemper eſt eius magnitudinis, vt percipi poſſit. Quare quemadmodum in aëre medio antequam lumen ad opaca corpora pertingat, vbi funditus impeditur, aliquam reflexionem patitur: ita in ipſo quoque aëre ſonus cùm funditur, reflexionem patietur proculdubio: is autem ſonus ob paruitatem non audietur. Qui verò auditur, maior eſt, & à corporibus ſolidis, & cauis, vt domibus, & ſpecubus repercuſſus. Nos quidem non conſentimus cum his qui dicunt aërem ipſum inundatione motum, & repercuſſum rurſus aërem alium dimouere ad generationẽ echo. Non enim putamus ſonum ſola aeris dimotione fundi, ſed ad aliquod tantùm ſpatium, deinde verò ſonus, qui effunditur longius, alterum repercuſſu ſibi ſimilem generare poterit, vt lumen generat alterum lumen reflexione. Neque enim credendum eſt vocem aliquam aërem poſſe dimouere impulſu ad longiſſimum id ſpatiũ, ad quod ſæpe ipſum perduci videmus, nedum vt rurſus repercuſſa alterum aërem

quatiat. Præter id quod ſolidos parietes ſonus peruadit, quos non credes aërem motum permeaſſe, maxime inundatione motum, vt putant. Accidens autem ipſum eſt, quod per ſubiecta effunditur & extenditur, vt lumen ex opinione eorum qui accidens eſſe dicunt: aut quemadmodum aëri coëxtenditur calor: hoc addito, quòd aër ſonans aliqua ex parte mouetur. Quod autem diximus ſonum per aërem & aquam effundi, verum eſſe docet Ariſt. lib. 4. de hiſtor. animal. cap. 8. vbi piſces audire experimentis comprobat. piſces namque triremium remigia fugere viſuntur. Quod etiam delphinorum captura docet. Cùm enim piſcatores repentè alueis vniuerſum gregem delphinorum circundederint, inde obſtrepentes in mare efficiunt, vt territi erumpant in littora, capiantúrque tentato ac grauato capite, præ ſtrepitus nimietate. Piſcatores quoque ſilentio piſces inuadunt, nec tenus ſtrepitum mouent, & retia ex interuallis coniectantes iniiciunt; nos verò proculdubio agnoſcimus ſonum terrā peruadere: nam iter agentes à longè audimus, autem terræ affigentes, quòd ſi longiſſimæ trabis extrema parte leuiter percuſſa, alteri extremæ autem admoueris, ſonum percipes qui per lignum effunditur. Hæc igitur media ſunt effuſionis ſoni.

De voce. De voce tamen quædam breui dicemus, non enim inſtituimus modò ſingulas quæſtiones ad vnguem perſequi, neque diuerſimodè ſentientium placita referre, ac falſa dogmata refutare, niſi vbi nimium animos hominum obſederint, ſed vera tantùm aſſerere & demonſtrare, quæ philoſophum & medicum ſcire oportet. De vocibus tamen diſſertatio de his eſt, quæ philoſopho & medico valde conducunt. Nam quòd ex arbitrio procedat, docet animalis facultatis munus eſſe: quod verò aut mutū animal eſt, aut varia loquitur, ipſam animalem facultatem laborare indicat, aut eiuſdem inſtrumenta: iam igitur cùm ex electione vox procedat, finem noſſe decet: is verò eſt, vt quæ mente ſunt concepta exprimamus, & aliis nota euadant.

Vox ex electione procedit. Quemadmodum enim cùm mente quis conceperit rem cuius fugam, aut proſequutionem molitur, animalis facultas ſuis inſtrumentis vſa, mouet membra ad fugam, aut proſequutionem, ita mente concepta, moſis inſtrumentis reſpirationis, & quandoque lingua vocem edimus, mentem noſtram exponere cupientes.

Vox mentis conceptus exponit. *Voces an ex instituto significent.* Cōcipit quidem intellectus in hominibus, & æſtimatiua in brutis, imperat autem motum inſtrumentorum vocis voluntas, talémque fingit vocem, & homo loquelam, qualem ad conceptuum explanationem ſatisfacere putat. Id eſt quod Ariſt. lib. de interpretatione docuit, dicens, Sunt ergo ea, quæ ſunt in voce, earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ. an tamen voces, animi conceptus natura indicent, an ex hominum inſtituto, dubium eſt non leue. Nam vna & eadem vox apud diuerſas gentes diuerſarum linguarum diuerſam admodum habet ſignificationem, quam vox ſola, diuerſa hominum inſtitutione variauit. Et apud eoſdem homines eadem vox diuerſo tempore diuerſum mētis affectum oſtendit. Aduerſa quoque ſententia probabilitate non caret. Nam ouis audito lupo, concipit ipſum: cùm tamē inſtituta non ſit: & nobis ipſis voces quædam terribiles ſunt, quas nunquam ante audiuimus, aut earum ſignificationem ab aliis inſtitutione accepimus. Quare rem in ambiguo poſitam explanare decet. Ex vocibus namque quædam ſunt orationes integræ, quædam orationis proximæ partes, vt nomina & verba. Sunt etiam inarticulatæ quædam voces, quibus nec literæ exprimuntur, vt riſus, aut lamentatio. Voces quoque ipſæ articulatæ, quæ orationes ſunt, aut orationis partes, quædam cum aliquo affectu emittuntur, quædam ſine ipſo. Quòd ſi voces orationes, aut orationis partes fuerint, nullo coniuncto affectu, nihil omnino ſignificant, niſi ex inſtituto. Quoniam autem non eſt idem inſtitutum apud omnes homines, neque apud eoſdem in diuerſis temporibus, pariter neque orationes, aut partes ipſarum idem ſignificant: inde variæ ſunt apud homines loquelæ, variæ linguæ, & idiomata diuerſa, & prolationum modus. Vna quoque dictio apud diuerſos homines diuerſum ſignificat animi conceptum: quemadmodum & eadem vox Græcis, & Latinis eundem conceptū ſignificat. ſic enim hominibus placuit. Ex placito verò horū pendent ſignificationes: cum namque conceptum vox dicta, quæ oratio eſt, aut orationis pars ſignificat, ad quem ſignificandum conuenerunt pacto aut vſu, vt ſuas mentes exponerent, & per eaſdem voces acceptas, aliorū mentes cognoſcerent: voces autem tales vbi affectus prolationi habuerint cōiunctos, apud multos idem ſignificabunt ſine pacto, vſu, aut inſtituto: quoniam affectus ipſi natura quidpiam oſtendunt. Voces igitur dictæ ſine inſtituto ſignificabunt, non ea ratione qua tales voces ſunt, ſed qua affectum habent coniunctum. Vt ſi quis orationem ridens habuerit, aut ſic vocem, quæ orationis pars eſt, emiſerit, lætitiam geſtientem oſtendet, aut irridentem. Et ſi quis eadem aut alia proferat cum luctu, aut vlulatu, apud eos qui vocū ſignificationes funditus ignorent, angorem, dolorem, ac conflictationem manifeſtabunt. Pari modo de vocibus, quæ neque orationes ſunt, neque orationis partes, dicemus, natura aliquid nobis indicare poſſe, vbi aliquem habuerint coniunctum affectum, de quibus ſunt terribiles brutorum voces. Quorum affectus quoniam non ſatis nouimus, quemadmodum humanos, fit vt brutorū vocibus auditis, diuerſi diuerſa ſentiamus. Quidam etiam ſunt adeò vehementes affectus, vt neminem lateat eorum ſignificatio. De numero harum vocum eſt boum mugitus, & equorum hinnitus, & infantium vagitus, & lupi vocē audiens ouis, & pullus milui, timent, atque terrentur. Nam vocis naturam & affectum adiunctum natura ducti cognoſcunt, quòd voces hæ natura quidpiam oſtendant, ac ſine inſtitutione: quāuis poſſent voces quæ nec orationes ſunt, neque orationis partes, aliquid ex inſtituto apud nos ſignificare, vt notū eſt. Quinimò & apud animalia bruta, quæ nonnulli docent vocibus diuerſis mentem ſuam ipſorum agnoſcere, vt canes, aut catos, cùm aut eos vocamus, aut foras exire, & recedere iubemus.

Animalia bruta vocibus conceptus suos exprimunt. Et quod his omnibus maius eſt, ſuos cōceptus vocibus nobis patefaciunt, & articulatis orationibus ex inſtitutione non ſatis eis perſpecta, ſed experimento probata, aut vſu & neceſſitate cogente doctis, vt papagallus, & pica, & ficedula, quos ſæpe docuit verba noſtra conari magiſter artis, ingeniíque largitor venter. Miſſa quoque vox ſuo modo, ſuiſque partibus concinnata per medium aërem ad auditū perducitur, indicans mentem mittentis, cum affectu quid ex natura ſua, capitque ſenſus eum affectum, quem animæ inducit: ſine affectu verò ex inſtituto ſignificat, non ſenſui externo, ſed interno, & intellectui.

Vox an deducat similitudinem conceptus. Quemadmodum enim lucifer ex ſe Solem non oſtendit viſui, ſed intellectui ratiocinanti Solis aduentum poſt aduentum luciferi: ita vox dicta ex natura ſe ſolam oſtendit audienti: ex inſtituto tamen ei qui ratiocinatur, docet id ad quod inſtituta eſt. Illud autem eſt, conceptus animæ proferentis ipſam. Similitudo igitur vocis verè in anima imprimitur ab externa voce:

mentis

mentis autem cōceptus in voce omnino non adeſt, neque eius ſimilitudo. Sed intellectus, & æſtimandi facultas diſcurſu & ratiocinio id aſſequuntur breui admodum ob conſuetudinem. Vocis præterea differentiæ multæ ſunt: nempe acutum & graue, magnum & paruum, læue & aſperum, flexile & rigidū: vox grauis & acuta celeritati & vehementiæ eius quod mouetur reſpōdent: magna verò & parua magnitudini. Nam ſnor quædam voces magnæ & acutæ, & quædam graues & paruæ, magnam quoque & grauem fieri ſæpe videmus. Cùm ergo muſculorum mouentium thoracem vires validæ ſunt, aut paucus aër mouetur, aut multus: & paucus aut multus, duobus modis dicuntur, aut abſolutè, aut ad vires facta collatione, ſi vires validæ multum aërem moueant, quem non valent celeriter expellere, vox magna fiet, atque grauis. Si verò validæ vires multum aërem moueant, qui ad vires collatus non eſt multus, ſed poteſt ab ipſis vehementius propelli, vox magna erit, ſed acuta, quāuis ex electione grauis fieri poſſit. Pauco autem aëre moto, quod euenit viribus valentibus, atque anguſtis exiſtentibus meatibus, vox fiet parua, ſed acuta, ob moti aëris celeritatem. Nam viribus validis exiſtentibus & aëre pauco, celeriter expelletur, niſi ex electione tardè eam mouere velit qui vocem mittit. Quòd ſi inualidæ fuerint vires, ac multum moueant aërem, ad vires collatum, vox fiet magna, ſed grauis: ſi paucum, aut is erit paucus ad vires collatus, & fiet vox acuta, quamuis ex electione poſſet fieri grauis. Si ſimpliciter fuerit paruus aër, vox parua ſemper erit: acuta verò vbi & poſſit & velit emittens eam celeriter mittere. Vtcumque autem pauco exiſtente aëre parua erit vox. Ex his fit vocem puerorum, & fœminarum acutam eſſe: quoniam pueri paucum mouēt aërem ob meatuum anguſtiam: fœminæ quoniam earum vires paucum mouent aërem, quem tamen vehementius mouent: quare ipſum probè ſuperant. Pari quoque ratione ſenes paucum aërem mouentes vocem edunt acutam, pueris ſimilem, quamuis ætatibus aduerſi. Pueri tamen, aliquatenus quoque puellæ, cùm ad pubertatem accedunt, aſperam & inæqualem mittunt vocem, quod τραγίζειν, hoc eſt hircire dicunt. Deinde in adoleſcentia & iuuentute grauiorem ipſam raddunt, multo aëre per ampliores meatus tardius moto. Caſtrati quoque in fœminas mutantur: quoniam vires mouendi multum aërē amittunt, aut nunquam eas aſſequuntur: paucum verò vehementius mouent, & celeritas motus vocem efficit acutam. Indigna tamen eſt Ariſtot. ſapientia, ratio ab ipſo tradita. Teſtes namque appenſos eſſe putauit eius vſus tantummodo gratia, vt tenderent meatus originis: & vires neruoſas cordis: quibus exectis omnia relaxantur & contentionem amittunt, quemadmodum & textrices, quas leuas vocant, appendent telis, vt ſtamina intendant, quibus amotis laxantur. Probauimus ſiquidem teſtium vſum latè ſuprà cap. de membris. Quod diximus tamen de mutatione vocum per ætates, & ſexus, in vitulis, & vaccis diuerſum eſt, eaſdem tamen habet quas diximus cauſas. Vituli namque vocem edunt grauiorem tauris, & vaccæ ſimiliter. Quoniam vituli maiorem aëris copiam mouent, quàm vt ab ipſis celeriter poſſit propelli, vaccæ quoque imbecillam habent mouendi aërem facultatem, & multum mouent ob meatuum amplitudinem. Tauri tamen vires habent valentes & multum aërem mouent, ſed celeriter, quod ad vocis acumen neceſſarium & accommodatum eſt. Iam verò tempus inſtat, vt ad facultatem odoratiuam accedamus, quam Græci ὄσφρησιν appellant, vna communi voce ſignificantes cognitionem odorum, & facultatem eos cognoſcentem, cuius cognitio eſt munus. Hæc, quemadmodum & omnes aliæ animales facultates ſentientes, functiones ſuas exercet in organo, debito accedente temperamento. Præcedit autem is dignitate & organi atque obiecti tenuitate guſtum, & tactum. Id itaque organum primo loco ſe offert inquirendum: deinde verò quod ſit huius facultatis obiectum. De organo olfactus Ariſtoteles lib. 2. de Anima, cap. 9. inquit: Sic igitur & inſtrumentum olfactus in hiſce quidem quæ non reſpirant, velamine caret, perinde atque oculus durus, vt diximus. In his autem quæ ſuſcipiunt aërem, habet velamen, quod cùm reſpirāt aperitur venis, meatibúſque diſtentis. Eadem ferè lib. de Senſu & ſenſili. cap. 5. quibus in locis velamen quoddam præpoſitum eſſe organo olfactus ſtatuit in reſpirantibus animalibus: quoniam ſenſum odoratus habent molliorem, in quibus tamen durior eſt, quæ non reſpirant, non fuit id velamen neceſſarium, quemadmodum & in oculis natura machinata eſt. Animalibus namque quibus oculi ſunt molliores & ad patiendum aptiores, palpebras addidit, tutelæ gratia, quas eis quæ oculos habent duriores non tribuit. Itaque piſces odorant ſine reſpiratione, & quædam ex terrenis animalibus, quæ herbarum aut ſeminum ſuffitus fugat: illa namque quamuis aërem non trahant, ſuffitum perſentiunt: quæ verò reſpirant, inſpiratione velamen præpoſitum dimouent, atque odores narium foraminibus ſentiunt. Vt autem cum Galeno loquamur, hæc rectè quidem Ariſtoteli dicta ſunt: attamen neque ſatis mentem ſuam aperuit, neque ea eius verbis nobis notum reliquit, quo in loco organum eſt odorandi, an in intimis narium meatibus, an in cerebro, an in ſubiecta prædicto velamini parte, quæ aut membrana ſit, aut neruus, aut caro. Quæ Galenus noſter philoſophus maximus, & naturæ rerum diligentiſſimus indagator, luce clariora reddit libro de organo odoratus, & lib. 8. de Vſu partium. A quibus locis nos quædam breui colligemus ad noſtrū hoc inſtitutum apprimè neceſſaria. In animalibus ſiquidem reſpirantibus hæc erit via inquirendi organum olfactus: is enim aut erit in naribus aut extimis, aut intimis, aut in palato & gutture, aut in foraminibus oſſis ἠθμοειδῆ, & σπογγοειδῆ, id eſt ad cribri, aut ſpongiæ ſpeciem facti, aut in ipſo cerebro. In naribus quidem non erit: nam ſi odorem quempiam naribus ipſis admoueas, aut odorato vnguento intimas ipſas nares illinias, odorem non ſenties, niſi inſpiraueris: non ergo in ipſis exiſtit organum. Præterea ſi quis in cubiculo ſuffitibus pleno includatur, niſi inſpirauerit, atque impetu quodam aërem traxerit, odorem non ſentiet, quamuis totas nares permeet ſuffitus: idē quoque eueniet, ſi quis fiſtula alteri per nares odores inſufflauerit: eos namque intimas adhuc partes attingentes, niſi inſpirauerit, non ſentiet. In palato verò & gutture id organum nō eſt: nam ſi compreſſis naribus quoduis odoratum ori, palato, & gutturi inſtilles, odoratis ſenſum non excitabis: quemadmodum neque ſi tu hæc eadem ad oſſa perforata, & membranam foraminulentam admoueris, veluti vbi impulſa fuerint fiſtula per nares, vel per os tuſſi impellantur ad ea loca. Fiet igitur vt organum interius lateat, quo ſentimus odores, idque non aliter excitetur ab ipſis, quàm aëre vehementius attracto. Sunt namque duo narium foramina ſepto quodam diuiſa: eorū quodlibet ſupra media naſi loca in duas

Vocis differentia.

Vocis mutationes per ætates & ſexus.

Ariſtot. lapſus.

De olfactu.

Odoratus organum ex Ariſtotele.

Ariſtoteles non ſatis mentem ſuam explanauit.

Odoratus organū ex Galeno.

Organū odoratus ex partiū conſtructione diſquiritur.

partes diuiditur, quarum altera tendit ad intimam oris partem, altera recta ad cerebri anteriorem ventrem aſcendit. Hæc duo foramina ad duas interiores cerebri partes deducuntur, quæ ad mammillarũ ſpeciem ab ipſa cerebri ſubſtantia exoriuntur: ſunt autem oblongæ & concauæ, ad eadem caluariæ partem, quæ naribus copulatur. Eo tamen loco oſſa coli ſimilia quæ ἠθμοειδῆ diximus, conſiſtunt. Foramina verò membrana quadam teguntur foraminulenta, ac cribrata, quæ eiuſdem naturæ eſt cum ea quæ nares regit, ſed tenuior. Nam narium membrana craſſior eſt atque terrena, cõmunis etiam & continua eſt membranæ quæ obducitur palato, faucibus, linguæ, & ventriculo. Prædicta perforata membrana per coryzas, mucos & craſſa excrementa deſcendere permittit, & per ſternutamenta aëre vehementer impulſo excrementa capitis eiſdẽ meatibus percolantur. Pariter & cerebrum contractum aërem per ea foramina ducit, & effuſum excernit, trahitur autem attemperamenti ratione, & quoniã aër inſpiratus materiã præſtat ſpiritui animali. Tũc igitur odores ſentimus, cùm inſpiratus aër, contracto cerebro impetu ducitur per foraminulentam membranam, & ad cerebrum trahitur odore mixto: ſentitur autem in organo odoratus. Id verò eſt cerebri pars illa, quæ ſingulis naribus vna reſpondet, à cerebro explanata, longa, & caua: ad quam odores perduci præter dicta atteſtatur, quod capitis dolores calidus, in cerebri cauſtionibus, roſarum odor ſanet, quod non fieret, niſi ad cerebrum odor is infrigidans perduceretur. Docent quoque id medicamenta naribus attracta, quorũ vi, lethargici morbi ſanantur à multa pituita repurgati. Teſtatur hoc idem Galen. lib. 3. de Locis patientibus, cap. 11. dicens: Vbi olfaciendi vis læditur, nõ eorum meatuũ qui in naribus conſpiciũtur, ſed vel anteriorum cerebri ventriculorum, cùm intemperantia quadam afficiuntur, noxa eſt, aut eorum meatuum, qui ethmoides vocantur, ſi aliquando obturãtur: ſiquidem odoratorũ ſenſus in prioribus cerebri ſinibus perfici, elatis ad ipſos per coli foramina vaporibus, quemadmodum in eo libro quem de olfactus ſenſorio conſcripſimus, iam declaratum eſt. Idem etiam lib. 7. de Plac. Hippocr. & Plato. At Auerrois veritatis expugnator impudens lib. 2. Collectionum, cap. 17. contra Galen. probare nititur, organum olfactus eſſe in naribus. Nam ſi olfactus organum eſſet in explantationibus illis, quæ de ſubſtantia cerebri procedunt (inquit) odores poſſemus percipere naribus obſtructis, vbi per os odores traheremus: quoniam via ab ore ad cerebrum adhuc patet. Rurſus ſequeretur (inquit) quòd animalia non reſpirantia, non olfacerent, quod putaret ipſe: quoniam non traherent aërem ad cerebrum vſque. Quantum autem valeant hæ rationes, facilè conſtat. Nam quod primò dixit, ſequi vt odores per os attracti percipi poſſent, id non ſequitur. Quoniam poſſent non pertingere anteriorem illam cerebri partem: quòd ſi ipſam pertingant, non negamus odores quandoque per os attractos vehementius, aut ad cerebrum copioſe effumantes percipi poſſe. Quoniam tamen inſpiratione maiori vehementia trahitur aër, & perforatam membranam permeans melius eas cerebri partes pertingit, atque impetu tractus magis immutat, per nares melius inſpirantes odores percipimus. Quod tamen de non inſpirantibus animalibus refert, diximus ea operculum illud perforatum non habere, ſed odores ſtatim ad cerebrum deduci. Quòd ſi Auerrois Ariſtot. mentem aduertiſſet, noſſet quidẽ ipſum voluiſſe, organum olfactus in cerebro exiſtere.

Auerrois de organo odoratus.

Quamuis etiam Galen. id Ariſtotelem indiſtinctum reliquiſſe ferat, quoniã non docuerit via quapiam organum olfactus inuenire: mentem tamen ſuam Ariſto. aperuit lib. de ſenſu & ſenſili, cap. 2. dicẽs: Quocirca & peculiare ſenſorium olfactus in cerebro ſitum eſt: nam rei frigidæ materia, potentia calida eſt, ſed de obiecto ſenſus olfactus iam agamus, quod Ariſtot. lib. de ſenſu & ſenſibili igneũ eſſe dixit cap. 2. atq; ratione confirmat dicens: Odor autem non niſi fumida exhalatio exiſtit, quæ profectò ignea eſt, quocirca & peculiare ſenſorium olfactus in cerebro ſitum eſt: nam rei frigidæ materia potentia calida eſt. Primum notum eſt, ipſum aſſeruiſſe odores igneos eſſe: ſecundũ autem, ratio quędam eſt, qua probat odorem talem eſſe: quoniam ſenſus talis eſt potentia, quale ſenſibile eſt actu: ſenſus autem olfactus in cerebro eſt: cerebrum ergo tale eſt potẽtia qualis odor actu: ſed cerebrum frigidæ & humidæ naturæ eſt: ergo odor calidæ & ſiccę: hæc autem eſt ignea natura.

Odoris natura ex Ariſtotele.

Plato verò in Timæo, qui ſimul cum Empedocle viſum tribuit igni, olfactum dicit eſſe medium aëris & aquę, atq; odorem, inquit namque: Dum enim aqua in aërem, aërque in aquam mutatur, medij extiterunt odores vniuerſi, is vapor ſiue fumoſa exhalatio à rebus odoratis manat, in quibuſdam parua, in aliis copioſa, pro ratione odoratæ ſubſtantiæ. Quamobrem vbi proximè odorata naribus admouentur, fumus ipſe, ſiue vapor, organum vſque pertingit: vbi verò longius abſit, vltra id ſpatiũ ad quod exhalatio, ſiue vapor pertingit, odor ſiue ſubſtantia perducitur. Expanditur autẽ qualitas ipſa ſpiritualis in aëre, quẽ quandoque ad adeò magnam diſtantiam peruenire quidam ferunt, vt credi non poſſit, ſubſtantiam rei odoratæ effuſam, quamuis tota exhalaſſet, ad eum perueniſſe locum. Præter id quòd odores in aqua ſentiuntur, & per aquam ſeſe fundunt, cùm tamen non ſit ſubſtantia, quæ aquam peruadit: diuideret enim ipſam, quod non ſit. Per aquam tamen odores effundi notum euadit, quoniam piſces odores apprehendunt, ex Ariſtot. lib. 4 de hiſtor. animalium, cap. 8. quibuſdam experimentis id ſuadente. Non enim omnia piſcium genera eiſdem eſcis capiuntur agnitione odoris. Nam fœtida quibuſdam accommodantur, quæ alij omnino recuſant. Et piſces ab ſpecubus excludere volentes, fauces ſpecus odoribus illinunt. Rurſus carunculas ſepiarum deuſtas quidam hamis affigunt: ita enim fit, vt odore ipſarum, piſces auidius accedant. Quamuis autem, vt diximus, odoratus organũ, quod in cerebro ſitum eſt, odores per aërem & aquam diffuſos ſentiat, & eorũ ſit odorandi potentia. lib. tamen de Anima 2. c. 8. Ariſt. olfactũ eſſe dixit odorabilis, & inodorabilis, quemadmodũ & viſus eſt viſibilis, & inuiſibilis, auditus audibilis, & inaudibilis, guſtus guſtabilis, & non guſtabilis: at difficilis res eſt, & pari modo dubia in quouis ſenſu. Nam quod inodorabile eſt, odoratum mouere non poteſt, quemadmodum & quod inuiſibile eſt, viſum non mouet. Non ergo eſt viſus inuiſibilis, aut odoratus inodorabilis. Verùm Ariſto. loco citato dubium id ſoluere videtur. Quoniam inodorabile dicitur, inquit, & quod omnino odore caret, neque vnquam odorem habere poteſt, & quod ægrè odoratur: quoniam remiſſum habet odorem, & quod terrũ mittit odorem. Quemadmodum & de viſibili, & reliquis ſenſilibus dici poteſt, eſt enim inuiſibile, quod omnino colore & luce caret, & funditus videri non poteſt, & quod ægrè videtur: quoniam parum viſibile eſt, aut quod adeò

Plato de odore.

Odor cũ exhalatione & ſine ipſa producitur.

Piſces olfaciunt.

Viſus viſibilis & inuiſibilis.

excellens

Digitized by Google

excellens viſibile eſt, vt viſos difficile ferat eius prę-ſentiam. Inuiſibile & inodorabile primo modo à ſenſibus ipſis nõ percipiuntur, ſed ex accidensi tantùm, quatenus media ſunt quibus interiores ſenſus priuationes eas percipiãs. Nulla enim priuatio mera ſenſum mouet: touiſibile tamen quod parum videri poteſt, xut quod excedit potentiam, & inodorabile quod ægtè odoratur, aut tetrum odorem à ſe mittis ad ſenſum viſus, & olfactus xttinent, horúmque inuiſibilium, & inodorabilium ſunt viſus & odaratus. Hxc rxtione Themiſtios dixit, ea quæ viſibilia ſũt, vt priuationes per accidẽs, videri, vt nox, ſomnus: tenebram tamẽ videri, ſed ægsè. Cæterùm non paruxm dubitandi occxſionem nobis præbet Ariſtoteles lib. 2. de Aoima. cap. 8. cùm de olfactus humani perfectione loquisur. Inquit enim, non adeò facilè ptonuosiari poſſe ea quæ ad olfactum & odores atsioens, vt quæ de viſu & viſibili, audisu & audibili: & cxuſam addit, dicens: Cuius cauſa eſt, nos tion habere hunc ſenſum exactum, ſed toferiorem complutium xoimalium ſenſu: temiſſe oamque homo olfacit, & nihil odotabiliũ percipit abſq; dolore, vel voluptate, propterea quòd ſenſus inſtrumentum huiuſce noo eſt exactum xtque perfectum: atque conſentaneum eſt rationi, tam animalium ea quæ oculos habent, ſic ſentire colores, vt non eorum percipiant differentixs, niſi errore & consrario ipſius, quàm hominum genus odores. Et libro de Senſu & ſenſili, cap. 4. inquit: Cuius cauſa eſt nos habere olfactum cæterorum animxlium olfxctu infetiorem, & omnium ſenſuũ qui io nobis ipſis ſũt, ſtupidiſſimom. Quãtum tamen veritatis id habeat, quantúmque homo olfactu ſuperet, xut ſuperetor ab aliis animalibus, in præſenti loco diſſerere dignum duximus. Coius dubij ſolutio ex generxli alsero qoæſiro pendet, an homo omniom animalium perfectiſſimxs edat actiones. Rurſus hoc alterum habet adionctum, an homo temperatus perfectiores exercear actiones omnes hominibus diſtemperatis. Primùm igitut humanas actiones compatabimus xctionibus btutorum, deinde humxnis. Animaduerſione tamen dignum eſt, quòd motus & actiones omnes duplicem poſſuns hxbere perfectionem eſſentialem, & xccidentalem, duplicem quoque nos habebimus diſtinctiooem. Nam motus localis perfectionem habet ex genere, quæ ſibi ad eſſentiam attinet, ac perinde ipſum motu alteratto-nis dieimus magis, aus minos perfectum: & perfectiooem habet accidentalem, quæ in celeritxte & tarditxte cooſiſtit, ob quam aliis mosibus localibus intra ſpeciem confertur: pari modo viſionem albedinis in oculo Platoois & Socratis, quæ ex accidẽti diffetuns, cooferimus intenſione & remiſſione: referimus quoque viſionem xuditioni, à qua eſſentia differs: diuerſam enim ſortitur eſſentixlem perfectiooem. Quòd ſi quis credat viſiones & ſenſationes eorũdem obiectorum ſpecie, eſſe eiuſdem ſpeciei in omnibos animalibus, vt viſiooem albedinis in homine & bruto, is facilè iudicabir, viſum, xuditum, & olfxctum, bruti & hominis, id eſt actiooes dictas, æqualem habere eſſentialem perfectionem, vbi eiuſdem foetint obiecti in ſpecie: ſed ad hoc maneret dubium de potentiæ viſoriæ, xuditoriæ & odoratiuæ perfectione eſſentiali, dubiom quoque erit de perfectione accidentali. Nos autem dicemus ſenſationes bumanas & brutotum circa idem obiectum non differre ſpecie, poteotias tamen à potentiis ſpecie ſciungi: nempe viſiuxm humanam, quæ aos xnima ipſa eſt, aot animæ vis. Quod sxmen xffirmamus, eſt viſiuam humanam à viſiua facultate bruti ſpecie differre, non txmen viſionem homxnam à viſione bruti, vbi ſins eiuſdem obiecti nomero, aur ſpecie, idem de aliis potentiis & actionibus volumus. Poterunt ergo hominum & brutorum potentiæ conferri, atque actiones in eſſentiali, & in accidẽtaria perfectione. Quòd ſi in perfectione eſſentiali duo motus, aut duæ actiones conferãtur, ſi motus terminum habent, qui motu cunquiritur, aut generatur, perfectio eſſentialis illius motos ex termino conquiſito cognoſcitur. Nam motus ad calorem perfectior eſt motu ad frigiditatem, quo calor perfectior eſt frigote. Et motus ſorſum motu deorſum eſt perfectior, quo terminns termino perfectior eſt. Nam & ſpecies & perfectio motus à termino ſumitur: in actionibus verò quibus nihil cooquiritur, ſed xctione tantùm conſiſtunt, vt ſenſuum xctiones apod Ariſtot. 2. lib. de Anima. perfectio ex obiecto deſumitur. ſi verò inter actionem ſenſus aut intellectus, & obiectum, notitixm mediare dixeris, nihil refert, ſiquidem eiuſdem quoque perfectionem ex conquiſito, nempe obiecto aſſequemur. Eapropter intellectionem ſenſatione dicemus perfectiorem: nã intellectio ad vniuerſale terminatur, atque immateriale, ſenſus vero ad materiale & ſingulare, ſic & viſio, sactione: nã color prima quauis qoalitate perfectior eſt, & viſio ad colorem, tactio ad calorem terminatur. Rutſos illas actiones quæ ſpiritalibus & immaterialibus magis xccedũt, dicimus perfectiores ex ſpecie & eſſentia. Quare intellectio primum babet locum, quod plus diuiois xctionibus accedit: æſtimatio deinde, hanc ſequltur imaginxrio, & hxne viſio, deinde auditio, præterea odotario, hanc ſequitut ſapotum ſenſio, vltimo loco tactio. Cordis verò affectiones poſt imaginationem ſequontur, ante ſenſuum exteriorũ actiones, & poſtremò ſunt actiones concupiſcibilis facoltxris, qoibuſdam ſane ſola xctione conſiſtẽsibus, vt exererio quibuſdam aliquid conquireotibus, vt tractione & xppoſitione. Quibuſdam aliquid producentibus, vt coctione, & nutritione, & aſſimilxtione. Si igitur in xctionibos quidpiam aut conquiritur, aot generator, perfectio eſſentialis ipſarum ex conquiſito aut genito ſumetur, in quibus tamen nihil tale conquiritur, aut generatur, ex obiecto quod in actione attingitur perfectio ſumetur: vnde fiet vt viſio albedinis in homine & bruto non differant ſpecie, differunt tamen viſio albedinis, & nigredinis, ſiue in vno, ſiue in diuerſis fuerint oculis. Quod ſi itx eſt actionum perfectionem eſſentialem, vt diximus, ex termioo conquiſito, xut genito, xut ex obiecto ſumi, ſiue actiones xb eodem homine, ſiue à diuerſis, ſiue ab homine & bruto procedxnt, hoc vnum tantùm coniectari neceſſum erit: nẽpe quxntæ perfectionis ſit id in quod actio finitur, eóntque nonnullæ actiones humanæ ſibi ſimilibus in brutis collxtæ æquè perfectæ eſſentialiter. Hæc verò conferri poterũt in accidentali perfectione, quæ in motibus & actionibus ſumitor ex celeritate, vehementia, & obiecti attingentia. Quamobrem viſionem xqoilæ, odotationem canis, auditionem apri, perfectiores ſibi ſimilibus in homine dicemos, quod per eas brutx melius ſua attingant obiecta. Melius enim videre eſt longius, & perſpicacius videre, minotiora viſibilia percipere: qood aquilę conuenit, vbi homini confetatur: idem de xoditu & apro, & olfactu, & cane. Quòd ſi duæ animales, aut naturales xctiones conferantur, quxrum xltera celeritate xlteram ſuperet, & ab ea in obiecti attingentia, xut aſſecutione ſuperetur, magis perfectam eã dicemus, qua magis obiectum as-

tingimus,

Olfactus humani perfectio inquiritur.

Actiones omnes an homo perfectiſſimas edat.

Motuum perfectio accidentalis.

Actionũ perfectio.

Motuum & actionũ perfectio accidentalis.

tingimus, aut perfectius eſt quod generat. Exemplum eſt coctio carnis in ventre leonis,& hominis: celerios enim in ventte leonis perficitur: homo verò obiectum perfectius generat, quare coctio in ventre bominis perfectior erit. Nam chylus melioe eſt in homine genitus. Poſſes quoq; affirmare chylum in bumano ventre genitum ſpecie perfectiorē, atque eſſentialem arguere perfectionem ex eo. Sed idem dictum exiſtima, ſi coctionem temperati ventris coctioni calidioris conferas: nam calidior citius finem attinget, temperatus perfectius, & melius.

Olfactus hominibus inferior aliis.

Meritò igitur Ariſtot. dixit lib. de Senſu & ſenſili, ſenſum olfactus eſſe in nobis, reliquis animalibus inferiorem,& nobis ipſis ſtupidiſſimum. Quoniam noo taotùm à ſui ſimilibus in brutis viocitur, ſed ab aliis humanis in obiecti attingentia: tactum enim exactiſſimū habet homo: quoniā optimam ſortitur ex elementis temperaturam, à qua dependet tactus ſynceritas. Diximus enim hominis temperaturam optimā eſſe, in vniuerſa ſubſtantia mediā: nec tamē id cootrariū eſt his quæ diximus de ſenſoum perfectiooe: nempe tactum eſſe omnium ſenſuū inferiorem, atque odoratū eſſe medium: quia imperfectiorem viſu, & auditu, & perfectiorem goſtu & tactu. Nam cùm hæc ordine ſtatoimus, perfectiorem ſenſum appellamus eum, qui nos plura docet, & qui immaterialior eſt: cùm verò ipſum olfactum dicimus cum Ariſto. inferiorem aliis, id eſt, quoniam in proprij obiecti cōſecutione eſt imbecillior, quemadmodum & inferior eſt aliis ſibi ſimilibus in brutis.

Aſſertio de potentiarum accidentali perfectione.

Vt ergo diximus accidentali perfectione quaſdam brutorum actiones ſibi ſimilibus humanis eſſe perfectiores, ita & quoſdam ſenſus brutorū ex accidenti magis perfectos eſſe dicemus. Idem quoque dicemos fieri in humaoa ſpecie facta diuerſarū temperaturarū collatione. Nam hominis ſiccioris odoratio poteſt eſſe intenſior quàm temperati, & auditio hominis habentis organum magis tenue, & acteum magis poterit eſſe intenſior, quàm auditio temperati,& quæ melius obiectum attingat. quemadmodum qui oculos babuerit ad aquilinos inclinantes, minutiora, & diſtantiora quàm temperatos attinget. Pari perfectionis ſpecie ipſam facultatem viſiuam aquilæ, perfectiorem humana dicemos,& hominis diſtemperati, quàm temperati. Artiuet autem hæc perfectio ab obiecti conſequutionem meliorem, quæ actioni eſt accidentalis. Cæterùm Galen. lib. Artis medic. cap.8. enarrans ſigoa optimæ conſtitutionis corporis, adiecit operationum perfectionem: cùm autem hæc non ſit accidentalis, vt dixi: nam plures actiones diſtemperatorum accidentaliter ſunt perfectiores, eſſentialiter verò ſunt æquè perfectę: expedit veritatem breui explanare, & Galeni mentem. Nam & libro ſecundo de Temperamentis, ſcripſit ſigna temperatiſſimi bominis dicens: omnéſque vt in ſumma dicam, tum naturales, tum animales iuculpatas habet. Explicuit ſanè lib.a de Temper. quas optimas actiones in temperatiſſimo corpore eſſe velit, dicens: Quæ verò animalium ſpeciebus notantur, actionis perfectione, quæ euique ſit conueniens iudicantur, conoenit autem homini, vt ſit ſapientiſſimus, cani vt mitiſſimus ſit, pariter & fortiſſimus: leoni vt tantùm ſit fortiſſimos, ſicuti & oui, vt tantùm ſit mitiſſima. Quapropter intelligere oportet Galen. velle in quibuſdam actionibus temperatiſſimum corpus habere ſummam perfectionem, vti in prudentia, cui adiunges æſtimandi vim, à qua ſapientia & prudentia manant, & concoquendi munus, & generandi carnem,& reliqua membra: habetque & pulſus validiſſimos, verùm hæc perfectio accideotalis eſt. In aliis tamen id ſeruare quod ad optimas animi functiones exigitur, quas optimas & pręcipuas intelligimus, vt æſtimationem, prodentiam & iudicium, ſic enim in libro 1. de Temper. loco citato, cùm prætuliſſet in homine temperato ſapiētiam, addidit de corporis actionibus: iam verò quòd corporis actiones conſentientes animi moribus eſſe oporteat, Ariſtoteli mōſtratum eſt: reſpondent autem animi moribus humanis actiones corporis inculpatæ omnes: non tamē extremè validæ, ac perinde lib.2. parte citata, de eiſdem actionibus dixit: omnéſque vt ſemel dicam, tā naturales quàm animales virtutes inculpatas habet, itaque quamuis nōnullas optimas & extremè tales habeat actiones corpus temperatum, alias habebit ioculpatas, & magis præcipuis probè reſpondentes, quod erit ſatis.

Facultates in eſſentiali perfectione conferuntur.

Sed tamen relinquitur dubium de perfectione eſſentiali facultatum, an odoratiua facultas humana ſit minos quàm canis perfecta eſſentialiter, cùm caois vis odoratioa ſuum obiectum melius conſequatur: ad quod reſpondemus, quòd in facultatibus diuerſi generis non aliter probari poteſt melius eſſentialis perfectio, quàm ex ſpirituali actione. Quæ enim plus accedunt intellectui,& ſpirituali illi ſubſtantiæ, perfectiores ſunt, item & quæ plures ſpecies rerum à ſuperioribus ſenſibus & anima noſcendarum miniſtrant, vt de viſu Ariſtotel. notat lib. de Senſu & ſenſili. Vbi tamen ſenſus eiuſdem generis fuerint, vt duo auditus, aut duo viſus, in duobus animalibus eiuſdem ſpeciei, nulla erit eſſentialis differentia, ac nullus eorum erit altero eſſentialiter perfectior.

Senſus humani an ſint brutorū perfectiores.

Si tamē fiat collatio ſenſus humani ad alterum ſui generis in bruto, id eſt quod venit modò exponendum, à quo tota quæſtio fuit ſuborta, an viſiua facultas aquilæ ſit perfectior viſiua humana,& olfactiua canis ſit olfactiua humana eſſentialiter perfectior. Ad quam reſpondemus, omnes ſenſus humanos ſibi ſimilibus brutorum eſſe eſſentialiter perfectiores. Diximus enim eſſentialem perfectionem non aliter probari quàm ex ſpirituali ſubſtantia, & cognitione obiectorum. quæ hominibus magis quàm brutis inſunt: & ex aſſecutione obiectorum meliorum; quoniam per eorum aſſecutionem facultas plura nos docet, ſed humana facultas, ſentiens, quæcūque ipſa fuerit, plorium ſpecierum rerum cognoſcibilium nos certificat: erit ergo eſſentialiter perfectior. Quod in odoratiua facultate notum eſt: ſiquidem per ipſam multas odorum ſpecies deprehendit homo, quas bruta cōprehendere non valent:

Odores duorum generum.

odores enim qui delectant tantùm, nutritioni nullatenus proficiunt, ſolus concipit homo. Vt enim Ariſtot. docet lib. de Senſu & ſenſili, odores duorum generum ſunt: nam quidam ex accidenti delectant, quia ſunt ſaporum affectiones, atque delectant appetentes, & cibis carentes: plenos verò contriſtant, & faſtidio ſunt; quoniam alimenti gratia tantummodo delectant. Sunt alij odores delectātes, ſui tantùm ratione, qui voluptifici ſunt, quales qui à floribus expirant, quibus accedunt qui à gummis, & ſuccis effumant. Primum odorum genus omnibus commune eſt: ab hominibus namque & brutis ſentitur: Secundum verò à ſolis hominibus, qui delectantes odores rerum alitioni omnino inutiles ſentiunt: quinimò & eos qui cùm ex ſe delectant, alitioni obſunt:

Stratis Ariſt. autore.

dixerat enim Stratis, Euripidem taxans, Ne miſceas vnguentum vbi lentes coquis. Quamuis poſtea nimia conſuetudine ducti homines cibis odores immiſceant, vt ambos ſenſus vnà delectent. Quòd ſi

brota

bruta odores aliquos ſentiant qui alimentorũ non ſunt, vti odorem heri, aut veſtium ſuarum, hi non ſuot delectantes, neque plures alias delectantium ſpecies agnoſcunt, ac petinde homioes plures ſpecies odorabiliam attingunt. Nec tamen nos adeò generalem, vt Ariſt. ſententiam aſſerimus, nam cati calameorbi odore delectaotur, & quidam alij beſtiolas quaſdam fugant, ſed multa eſſe odorum genera quæ à brutis non eognoſcuntur, affirmamus, quæ tamen hominibus nota ſunt. Adhibet quoque Ariſto. cauſam quare hominibus familiates ſunt hi odores delectantes. Quoniam, ioquit, cùm cerebrũ homiois frigidiſſimum ſit, tales diuapotationes odotum, quia calidæ, attemperameoto cerebri proſunt. Nos tamen eam rationem non putamus in vniuerſum validam eſſe. Nam quidam ſunt odores infrigidantes, vt ſantalorum, & violarum, & roſarũ, quos tameo ſentimus delectabiles: neque tamen alimeuto ſetuientes, qui ſunt homini peculiares. Rutſus nulla tatione cerebrum attemperare poſſunt, quæ fœtida ſunt, & eerebto inimica, ae ſommopere ooxia, & ſentiuntur, oon tamen alimenti gratia. Quare homini familiates erunt tales odores, non eommunes belluis. Quòd ſi de prauis odoribus dixeris eos eſſe belluis communes: quoniã praoſ odores quaſdam fugant beſtiolas: atque Ariſtotelẽ homioi peculiares delectantes ſolùm eſſe dixiſſe. De frigidis odoribus tatio Ariſtotelem confurat. Quare ſi alterationis ratione ſentiri ab homine prædictos odores contendit Ariſtot. non quoniam cerebrum frigidum, eos prodeſſe teſtetur decet, ſed quoniam bumidum, omnes autem prædicti odores ſicci ſunt, ſiue calefacientes, ſiue infrigidantes. At nos in vniuerſum aſſerimus eam eſſe odoratiuæ potentię hominis perfectionem, vt omnium odorũ ſpecies poſſit percipere, quod perfectioni eſſentiali potentiæ eſt adſetibendum. Neque aliàs melius eoniectabilem eſſe putamus eſſentialem potentiæ cuiuſuis ſentientis perfectionem. Sed ad noſtrum inſtitutum redeamus. Verum namque eſſe affirmamus eum Ariſtotel. perfectionem poteotiæ non ex intenſione ſumi, ſed ex differentiis eorum, quæ potentia deptehenduotur. Quod ipſe docet lib. 5. de generatione ani. eap. 1. & 2. in primo namque dixit acutè cernere, vt audire & olfacete duobus modis dici, aut quoniam à longè eernimus, aut quoniam rerum differenrias cetnimus: eaoſam tamen acutè cernẽdi, ita vt à longè cernimus, refert in oculi poſitu eooſiſtere, & ſupereiliis. Quòd tamen ſpecies diuetſæ colorum eetnantur, dieit ad oculi ſynceritatem artinere, quemadmodum in veſte muodiſsima macula quæqoe conſpicua eſt. Hoc etgo modo humanam potentiam vidẽdi acutiùs eernete dicemus, & olfaciendi melius olfacere, ac potentiam olfactiuam perfectiorem, quàm aliorum animalium, quooiam plures odorabilium differentias percipiat. Et rutſus eap. ſecundo idem de olfactu & auditu refert, quod de viſu affirmauerat, atque addit, Homo pro magnitudine minimè ferè omnium animaliũ proeul ſentire poteſt, cùm tamen differẽtiarum ſenſu maximè omniũ valeat: cuius rei cauſa eſt, quòd ſenſorium ſyncetum, miniméq; terrenum, eorpulentúmve obtinet, eutem etiam tenuiſſimam præ cæteris animalibus homo ſuapte natora pro magoitudine habet. Quemadmodum itaque duobus ſeoſibus in vno homine collatis minus materialem diximus magis perfectum ſpecie, & eſſentia: ita modò cum Ariſtot. vbi ſenſus aliquis humanus, ſimili in bruto conferatur, minos materialem ſpecie dicemus perfectiorem: minus materialis autem humanos ſenſus Ariſtotel. teſtatur in hoc loeo. vnde differeotiarum plurium ſenſilium eognitio manat, quæ ſenſibus humanis ineſt. Potẽtia verò ad audiendum, ob organa humana læſa, aut præpedita: in ſingulis autem ſenſibus ita perfectio ex ſpeciebus eognitorum probabitur. Viſus humana multas eolorum ſpecies deprehendit, quas aquila non aſſequetur, vt ſunt mixti, & medij colores. Ade etiam retum figuras, & ſitus. Auditus quoque innumeras comprehendit conſonaotias, & muſicam harmoniam: quæ omnia ſeoſus brutorum effugiunt, de odoratu iam diximus. De guſtu verò non dubitandum multas ſimplicium & mixtorum ſaporum ſpecies homini eſſe peculiares, quas bruta non noſcunt. De tactu verò quid dicam? Is enim homioibus optimus ineſt, qui primas omnes qualitates agnoſcit, & ſecundas, vt duritiẽ, mollitiem, aſperitatem, læuorẽ, & in his multas alias ſpecies, & leuitatem ae grauitatem, & multos dolorum modos, vt diſtendentem, grauantẽm, pulſantem, mordentem. Rurſus diuerſiſſimas figurarum ſpecies tactus agnoſcit, ita vt eæci viſi ſint, qoos in diſtinguẽdis nummis & eorum valoribus tactus nunquam fefellit. Quid multa? humanus tactus contractionem pulſus cognoſcit, & in vnica diſtenſione, vt inquit Galen. tres & quatuor inæqualitatis differentias: io aliis tamẽ facultatibus, vbi ſingulas volueris percurrere, perfectionem eſſeotialem maiorem io hominibus iouenies, ex magis ſpiritali ſubſtaotia, & plurium ſpecierum obiectorum aſſecutione, & in internis facultatibus, eſt notius, quàm vt noſtra egeat explanatiooe. Aeeedet quoque noſter ratioeinandi modus, quo docuimus lib. 1. Prog. in expoſitione 19. probate ſpecificam differentiam facultatum, apud Peripateticos recipiendus. Is verò eſt negatiuos. Si namque potenria odoratiua humana poteſt formare eognitionem odoris florum, & potentia odoratiua bruti eam eognitionem formare noo poteſt, neque ſimilem in ſpecie, hæ potentiæ eſſentia, & ſpecie differunt. Quòd ſi eſſentialiter ex obiectorum eogoitione modo dicto differunt, & humana poteſt eorum habere notitiam, quorum brutum non poteſt, erit humana potentia bruti potentia perfectior in eſſentia. His quæ attinent ad ſenſum odoratus finem imponerem, niſi dubium videretur, quod Ariſt. lib. 2. de Anima, hunc in modum ſcripſit: Non enim ſic patet quale quid ſit odor, vt ſonus, vt lumen, vt color, cuius cauſa eſt, oos non habere hunc ſenſum exactum: ſed inferiorem complurium animalium ſenſu: remiſſè namque homo olfacit, & nihil odorabilium percipit abſque dolore vel voluptate: propterea quòd ſenſus inſtrumentum huiuſce non eſt exactum, atque perfectum. Verùm contra hanc ſententiam ratio inſurgit. Nam ſenſum guſtus homo habet exactiſſimum: ſed nihil guſtamus ſine voluptate aut dolore. Hoc dubium indiſſolutum prætermiſit Themiſtius, diceus: Cur verò deguſtatis rebus ſtatim voluptas, ægritodóve conſequatur: quum tamen guſtus homini ſit abſolutior & certior odoratu; neque Ariſtot. docuit, neque expoſitores attingunt. Itaque ſi verum eſt quod Ariſtot. dixit, ob id odoratum nil ſioe dolore, aut delectatione ſentire, quoniam non eſt is ſenſus exactus, neque perfectus, id in guſtu fieri noo deberet: quoniam guſtum habent homines perfectum, nos quidem non omnino verum eſſe dicemus quod Themiſtius ſtatuit. Non enim omuia qoæ guſtum mouent, delectant, aut triſtitiam afferunt. Nam quædam inſipida ſunt, quorum ſapor nullum dolorem infert, aut delectationem.

Acutè cernere duobus modis.

Nota.

Nota.

Odorata omnia an delectent aut contriſtent.

Digitized by Google

lectationem. Pariter etiam pinguia non omnes delectant aut contriſtant. Iam quoque odores multi ſunt, vt pinguium & inſipidorum, & odor carnis animalis paulò ante occiſi, qui nullam delectationem, aut dolorem inferunt. Quamobrem neque cũ Ariſtot. neque cum Themiſtio conſentimus. Non enim verum eſt, omnia quæ olfactum mouent dolorem inferre, aut delectationem: neque ob id delectationem mouere, aut triſtitiam ea quæ olfactum mouent: quoniam ſenſus is imperfectus eſt. Dolorem tamen & delectationem in omni ſenſu moueri, & quare in quibuſdam plus quàm in aliis inferius explanabimus, cùm de tactu, & dolore agemus. Cùm verò diſſeremus de guſtu, ſaporum differentias recenſebimus, ad quas reducuntur differentiæ odorum.

Solutio dubij.

Senſus guſtus.

Quarto loco de ſenſu guſtus agendum ſe offert: quoniam craſſitudine olfactum ſequitur, & Ariſto. 2. lib. de Anima, poſt olfactũ eius meminit, etſi lib. de Senſu & ſenſili, de guſtu prius egerit: quoniam ex differentiis ſaporum ad odorum cognitionem deuenimus: nos tamen propoſitum ordinem ſeruantes dicemus, guſtus organum eſſe linguam, atque palatum, quæ duæ partes à cerebro animalem facultatẽ per neruos ſuſcipiunt. Quarta namque neruorũ à cerebro ortorum coniugatio ad palatum fertur: à tertia verò coniugatione neruorum deducitur neruus, qui linguæ inſeritur, ac eius membranæ ſenſum guſtandi præbet, qui eo acrior eſt quàm ſenſus palati, quo linguæ membrana mollior eſt membrana palati, & tertium par neruorum, quarto. In bis itaque guſtus perficitur.

Nerui guſtus.

Neruis namque facultas guſtandi temperamenti ratione tributa eſt: eis verò maximè qui ad extremam linguæ partem traducuntur. Inquit enim Ariſtot. lib. 1. de Hiſtoria animaliũ cap. 11. Ineſt pars ſentiens ſaporem linguæ, vim iſtam ſentiendi præcipuè obtinẽs parte ſui primore. Nam ſi inferiore tangat, minus ſentiet. Exactiſſima itaque guſtandi facultas in extrema lingua, ad digiti vnius latitudinẽ ineſt. Singulorum verò guſtabilium naturam nunquam ſatis diſtinctam habemus, donec in ipſius cognitionem lingua atque palatum conſentiant. Nam & eſt vna communis membrana quæ pertenditur ori, linguæ, palato, faucibus, œſophago, & ſtomacho. Recipit quidẽ lingua à cerebro triplex neruorũ genus, tribus animalibus functionibus ſeruiens. Nam in linguæ muſculis nerui mouentes linguam inſeruntur, & cuti pertenditur neruus ſeruiens tactui, & tertius guſtatorius: interim tamen dum quippiam deguſtamus, dentes id molliunt, & lingua per os & eius latera demutat, & palato ſæpe applicat, nequid inexploratum ſubingrediatur ventrem. Neque enim id fieri poſſet ſine magno animalis diſcrimine. Hãc ob rem ſimul mandimus, deuoluimus, & deguſtamus alimenta. Mandimus vtique, vt non tantùm ſaporem externis partibus alimenti inſidentem, ſed & intimis dignoſcamus: ne fortè intus lateat lethale quippiam: accedit etiam quòd attritione alimentum coctioni paratur: deuoluitur, vt exactius deguſtetur, & vt ab vtraque maxilla melius atteratur, & palato applicetur ad perfectiorem dignotionem.

Guſtus munus.

Dignoſcitur autem à ſenſu guſtus, cuius munus eſt perpendere, quæ amica & familiaria ſint nobis, quæ etiam inimica & aduerſa. Sunt autẽ amica quæ nobiſcum familiaritatem ſubſtantiæ habent, cõtraria his inimica. Quæ verò familiaritate ſubſtantiæ nobiſcum conueniunt, alitioni ſunt opportuna. Qua ratione ea & ſaporem habent delectantem, & à nobis expetuntur auidè. Guſtui quoque grata ſunt: quoniam hic eſt ſenſus alimenti dictus, cuius temperamentum tale eſt, vt ipſum proficua, familiaria, amica, & vtilia delectent. Ea verò à nobis expetuntur, quæ delectant, maximè indigentibus nobis: tũc enim ab inopia & triſti ſenſu releuari cupimus. Deſideramus autem non tantùm inopiam reparare, & alimenta ſubſtituere, quæ prædictam habeant familiaritatem, & quæ guſtui talia ſint, vt apetitum excitent, ſed etiam quæ diſtemperatis ventris partibus occurrant. Cui negotio ſeruiunt quæ bibimus: quorum deglutitioni lingua conſentit prægustato potu: neque enim fieri poſſe natura voluit, vt liquidũ aut ſolidũ deglutiremus, aut lingua, aut fauces eidẽ muneri incũberẽt, niſi prius deglutiendum ſeſe totum intus & extra examinandum exponeret linguæ atque palato Prætcrito verò examine, quæ delectant trahuntur ab œſophago, impelluntur à lingua, & faucibus, dura quidem prius attrita, liquida ſtatim deguſtata.

Deglutitio liquidorum & ſolidorum.

Quoniam liquida primo occurſu linguæ, & palato ſeſe tota pandunt. Quæ verò guſtui ingrata & aduerſa ſunt, ſtatim reſpuimus, vel volentibus nobis ea deglutire. quod maximam mouet admirationem: quum deglutitio animalis actio ſit, quare nõ deglutimus quæ volumus, & eligimus, ſi prauum ſint ſortita ſaporem, cùm tamen actio hæc animalis ſit, quæ à voluntatis imperio procedat? Ducit quoque nos in maiorem admirationem, incitatque animum ad ingentes laudes creatoris excelſi prædicandas, quod magnum cibi bolum manſum deglutimus, & pilulã magnitudinis ciceris reiicimus, neque ipſam prius quã atteramus deglutire valemus adhuc volentes, atque conantes. Quàm etiam difficilè & penè impoſſibile ſit, noſtræ imponere linguæ, & gutturi, cùm pilulas dulci quadam induimus veſte, quis nõ admiratur? Ineſt autẽ tactus linguæ guſtui coniunctus, ita vt nihil guſtari poſſit, quod non tangatur, & ambo ſine externo medio ſentiant. Ea quidem ratione guſtus quidam tactus eſſe dicetur, quòd guſtus tactione perficitur, hoc eſt immediata guſtabilis applicatione. Adiacet autem ſaliua, non vt mediũ guſtandi, ſed vt quoddã ad guſtum mouendum neceſſarium. Quæ enim guſtum mouent, ſaliuæ miſcentur, ac comminuuntur, deinde linguam penitius inuadunt.

Guſtus quidã tactus.

Huius facultatis obiectum ſapor eſt: at verò ſapor qualitas quædam ſecunda, ex primorum elementorum concurſu & actione nata, guſtus de potentia in actum motiua. Generatur quidem ſapor in mixtis rebus, vbi quandam elementorum temperiẽ aſſequantur, (elementa namque ſapore carent.) Nonnunquam ipſis iuxta medium attemperatis qualitatibus, atque ſubſtantiis, nonnunquam quibuſdam longo interuallo reliqua ſuperantibus.

Sapor.

Vnde fit, vt ſapores quidã medij, quidam extremi fiant: ac perinde ſapor dulcis medius eſt & temperatiſſimus, acris verò extremus, quãuis immutatione dulcis & amarus extremi ſint: dulcis ſiquidẽ extremè delectat, amarus verò ſummè contriſtat guſtum. Nos verò rerum naturas atque ipſarum potentias conſeruandi & corrumpendi corpus ſequuti dicemus, dulcem ſaporem propè ſummam habere ex elementis temperaturam, & ob id nobis familiariſſimum. Eſt enim ſapor ille magis gratus, qui magis delectat: ille verò magis delectat, qui guſtus organum magis attemperat: talia ſunt dulcia, calida parum, ſed modicè humida, qualia decet eſſe quæ alitioni ſunt opportuna: quoniam & ſanguis & calor noſter naturalis, præter id quòd temperata ſunt, quadam ratione calida & humida habentur. Temperata itaque, & temperamẽto proxima dulcia ſunt, & nobis familiaria, & quæ maximè omnium alunt. Sunt hæc omnia calida pro

Sapor dulcis qua ratione medius & qua extremus.

ratione

ratione dulcedinia: nam quæ ſapores mixtos babẽt, mixtas poſſident naturas: pinguia verò paulominus calida ſunt, ac paulominus appetuntur, & alunt. Quin & hia qui acerbis vſi fuerunt, accommodatiſſima ſunt, guſtúmque ſummè attemperant, & demulcent.

Saporum ſpecies.

Plures autem ſunt ſaporum differentiæ, quas ſtatuere & temperamentis diſtinguere boc in loco inſtituimus. Harum primum locum tenet dulcis ſapor, à quo ad extremum frigidum labuntur inſipidus, acidus, auſterus, acerbus. Ad calidum verò ſalſus, amarus, acris. Pinguis verò dulci valde cognatus eſt, vt enim Galen. inquit, Fortaſſe & pingue ipſum dulce eſt, & quidquid nutrit ex genere eſt dulcium.

Dulcis ſapor.

Omne enim quod alere poteſt, corpori alendo eſt familiare, & omne quod tale eſt, guſtui gratũ eſt. Id eſt quod Ariſt. dixit, quod ſapii nutrit, quia quod ſapit dulce eſt, & familiare. At verò non omnes cibi, quãuis dulces, ſunt omnibus delectabiles: ſed quemadmodum hominũ temperamẽta valde diuerſa ſunt, ita ciborum naturæ diuerſæ ſunt, & dulcia quædam ſunt aliis calidiora, vt mel & ſaccharum. Ruiſus quoniam non omnes ſecundum naturam ſe habent, dum appetunt cibos: ſed quidam ſunt, qui præter inopiã alimenti patiuntur aliquam calidam, aut frigidam intemperiem: ita alimẽta non tantùm ſubſtantiæ ratiune expetuntur, ſed etiam qualitatis. Subſtantia namque refectionis gratia appetitur: intempetantiæ verò non naturales contraria appetunt, per quæ reparantur. Quapropter nonnulli ſunt, qui non amant cibos quos alij auidiſſimè cupiunt, & quidam ſunt, qui cibos non capiunt abſque condimento, quos alij ſine ipſo valde cupiunt.

Sapor acidus.

In vniuerſum tamen alimenta omnia dulcia eſſe debent, & pinguia dulcibus annumerantur, tantúmq; nutriunt, quantum habent dulcedinis, quamuis alter ſapor in ipſis dominetur. Hunc ſequitur ſapor inſipidus: ἄποιον Græci dicunt, quaſi qualitatis expers: cuius natura frigida eſt & humida, & in vniuerſum aquea & tenuis: quoniam horum ſubſtantia minimè elaborata eſt à calore. Talis eſt aquæ ſapor, vt inquit Gale. lib. 4. de ſimpl. med. facul. cap. 3. Talis etiam eſt ſapor cucurbitæ. Acidus deinde ſapor adhuc frigidior eſt, ſed tenuis ſubſtantiæ. Verùm quoniam frigiditas craſſam reddit ſubſtantiam, non eſt acetum extremè frigidum. Nullum enim eſt exactè frigidum tenuiũ partium, inquit Gal. lib. 4. de Simplic. med. facult. cap. 14. & lib. 10. de Metho. meden. Acetum autem tenuiſſimas babet partes & quæ intimè partem cui admouetur penetrant: verùm ipſum exactè frigidum non eſt, ſed partes haber calidas etſi frigidis pauciores. Is ſapor quibuſdam natura ineſt, in quibus frigida elementa ſuperant, & ſubſtantia tenuis eſt, vt limonibus & arantiis: quibuſdam etiam ſapor acidus ineſt corruptione, vt vino, omnibus tamen ob frigiditatem: tantùm enim illis adeſt, in quibus elementa frigida ſuperabundant, quamuis putredinis initium, atque generationis ſaporis acidi calor nonnunquam ſit: veluti mediata cauſa, & ex accidenti. Frigiditas tamen perpetuò per ſe, & nullo alio interueniente ſaporis acidi eſt cauſa, quamuis Alexander Tralianus contrarium velit: ſed nos in commentariis ſecundi libri de differentia febtium hæc abundè pateſecimus aduerſus Alexandrum. Sequitur bunc adſtringens,

Sapor adſtringens.

Græcia στύφον: à Platone verò in Timæo, αὐστηρὸν, id eſt, auſterus. Is frigidus eſt, ſed craſſatum partium: qualem ſaporem habent pyra & cotonea quædam. Compoſitam babet is ſapor naturam ex frigida, & terrena, & aquea ſubſtantia: vehementius tamen refrigerat & exſiccat ſapor acerbus, Græcis στρυφνὸν, cuius naturæ ſunt ſorbæ immaturæ, & gallæ. Hunc ſaporem ſortiuntur omnes fructus antequam matureſcant: ſed mutatione facta, in alios degenerant.

Sapor acerbus.

Acerbus namque ſapor in terrena ac frigida ſubſtantia conſiſtit. Is cùm alteraſcit, aliquando patitur à ſolo calore, aliquando à calore & humore, & hoc aëreo, aut aqueo, aut à ſolo humore. Si fructus acerbi, qui tales ſunt ante maturationem, incaleſcant tantùm, in dulcem tranſeunt ſaporem, vt caſtaneæ: ſi ſola humiditas accedat, eaque craſſa fuerit, & aquea, ſapor acerbus in auſterum tranſibit: ſunt enim hi duo eiuſdem frigoris: acerbus autem magis terrenus, auſterus magis aqueus: humiditas verò aquea omnem extremum ſaporem retundit. Si tamen manente frigore humiditas ſola accedat, & bæc aërea tenuis, ſapor acidus fiet, qui frigidus eſt tenuium partium, vt quorundam pomorum ſapor. Quòd ſi fructus immaturi, aut quicunque acerbum habent ſaporem, incaleſcant ſimul & bumeſcant, ſi humiditas aquea fuerit, dulcis accedet ſapor. Si verò aërea, ſapor pinguis efficietur. Quoniam autem nonnulli fructus à principio in finem paruam recipiunt mutationem, ad finem vſque acerbi perſeuerant, vt fructus ilicis, & corni: dulcia itaque & pinguia in medio conſtituta ſunt, hac re differentia, quòd dulcium humor aqueus eſt, pinguium aëreus: calore verò ferè paria ſunt. Ab bis ſi ad extremum calidum procedamus, primus ſe offert ſalſus ſapor.

Sapor ſalſus.

Dulcia namque parum exuſta, atque exuſtione terrena facta, aut terrena & calida ſubſtantia mixta, ſalſa redduntur. Docet id pituita dulcis, quæ exuſtione ſalſa redditur, & aqua ipſa nimia ebullitione fit ſalſa, & aqua marina facta à Sole mixtione cum terrena ſubſtantia, tenui parte à calore reſoluta, ſalſa reddita eſt. Salſum ſaporem amarus ſequitur,

Sapor amarus.

qui ſalſo calidior eſt: ſalſa enim amplius incaleſcentia amara redduntur: indicio nobis eſt aqua ſali mixta, quam ſi igni admotam diutius ebullire permittas, amaram efficies. Docet quoque id bituminoſus lacus, cùius aqua vehementi calore mutata amara reddita eſt, & æſtiuo tempore amarior, quàm aliis: & in vniuerſum ſalſum amplius excalfactum amarum redditur. Dulcia quoque vlterius elaborata calidiora ac ſicciora, & amara fiunt, quod pariter amarorum indicat calorem. Nam ſanguis dulcis eſt, & efferueſcens in bilem mutatur amaram, & mel iuuenibus inutile eſt alitioni: amareſcit enim in ipſorum ventribus, quoniam immodicè incaleſcit, & ſi mel ipſum pluſculum decoxeris, amarum facies. Amara namque ſicciora & calidiora ſunt dulcibus, & eo nomine alitioni inepta: ſapor

Sapor acris.

verò acris omnium calidiſſimus eſt, in his rebus inuentus, quæ exurere poſſunt extremo calore, vt in pipere, & aliis, pyrethro, naſturtio: quorum quædam edi poſſunt, quoniam aliquam habent adiunctam dulcedinem: quædam adeò vehementer acria ſunt, vt neque deguſtare ea citra noxam liceat, vt thapſia: calida nempe vehementer ſunt & arida, amarorum vires valde ſuperantia: nam quæ amara ſunt, detergunt: hæc verò exulcerant, erodunt, & exurunt. Hoc ſaporis genere talia ſunt multa lethalia venena, quæ à toto genere talia ſunt. Quoniam

Tactus ſenſibus externis craſſior & inferior.

verò tactus craſſior omnibus aliis ſenſibus, & eiſdẽ inferior eſt, vltimo loco de ipſo agendum ſtatuimus. Is ſenſus animalibus omnibus adeò neceſſarius eſt, vt animal ſine ipſo nullum exiſtat. Nam animal eſt quod ſentit: non tamen omni ſenſu, ſed tactu: aliis namque ſenſibus quædam animalia priuantur natura, tactu verò nullum. Tactus autem organum neruus eſt, cui tribuit natura tangendi

Tactus organum neruus an ſit.

facultatem à cerebro diſtributam, quibuſdam neruis immediatè, aliis media ſpinali medulla. Ab ipſa enim duplex genus neruorum oritur: quidam namque motui miniſtrant, qui muſculis inſeruntur, duriores ac ſicciores, quidam ſeruiunt tactui, qui cuti tranſmittuntur, totius corporis, aut membranis viſcera & alias partes tegentibus, ne eiuſmodi partes adeò ſenſu priuatæ relinquerentur, vt eſſent omnifariam plantæ. Sunt quidem hi nerui aliis molliores, & humidiores: quoniam ad patiendum ſunt à natura dati, motiui tamen ad agendum: eſt enim motus actio, ſenſus verò paſſio. Cæterùm vis mouendi quamuis ob muſculi conſtructuram (quæ contractioni & diſtenſioni eſt apta) muſculis tradita ſit, nulla pars muſculi mouet, aut motiuam recipit facultatem præter ipſum neruum motiuum. Sic etiam in ſentiente fit: nam ſenſus tactus neruo traditur, & ipſi tantùm, & non alteri per ipſum: nam neque caro, neque membrana tangere dicetur, niſi quoniam neruus qui inſertus ipſi eſt, tangit. Niſi minus propriè quis dixerit, manum tangere: non quòd tota manus tangere poſſit, id eſt tactu quippiam conſequi, ſed quod neruus manus, res tangibiles aſſequatur. Fit itaque vt nerui tactui ſeruientes ad cutem perducantur, & eorum ratione cutis ſentiat. Non eſt hæc cutis ἐπιδερμὶς, id eſt, cuticula, ſed δέρμα, hoc eſt, cutis interna, cui ineſt tangendi facultas, vel potius neruis ad ipſam delatis. Ineſt autem ipſis à natura tale temperamentum, vt recipere poſſint animalem tactoriam facultatem, ſine quo neque ipſam recipere, neque alterantium mutationes ſentire valent. Cùm verò valent & temperati ſunt, externa quæuis mutantia perſentiſcunt, neque medio quopiam aut interno, aut externo egent.

Nerui motiui & ſenſitiui.

Tangendo nullum medium, contra Ariſtotelem.

Externo quidem non egere notum eſt, quamuis dubitandi occaſionem præbuerit Ariſtotel. nam quæ in aqua ſe tangunt, aquam habent intermediam, & quæ in aëre, omnino aëre intermedio ſe tangere neceſſarium videtur: ſed tamen vt Themiſtius vult, hæc ratio inualida eſt. Quamuis enim manus non tangat manum in aqua ſine medio humore, & humor corpus habeat coniunctum, tamen aquam ipſam manus tanget ſine intermedia aqua, & nos nudi aërem tangimus nullo interſtite. Neque etiam opus eſt medio interno ad tangendum: cuticula enim internæ cuti ſuperrenſa non neceſſitatis, ſed vſus gratia tenſa eſt: nempe, vt melius tangeremus, ac ſinè dolore, aut vehementi alteratione, quæ fieri omnino neceſſe eſt, vbi tangibilia ſine medio tangant neruos ipſos, ſiue internam cutem, adeò neruis refertam. Poſſet autem tactus (ſed violentus) ſine cuticula interiecta exerceri, & ſenſile ſupra ſenſum ſenſationem efficere: vt conſtat ſi quis neruum nudatum carne & cuti tangat, aut pungat: id Hercule experiendum traderem corporibus eorum qui ſenſum hunc abſque medio fieri poſſe negant. Nam & in oculis ipſis viſio vaporum fit in ſuffuſis, quamuis non adeò conſpicua, vt cùm res videtur extra oculum in loco decenti, & auditus ſonos intra autem ſentit, quamuis non adeò diſtinctè. Et lingua ſapores non valde ſibi infarctos deguſtat, vt cùm amaror ſentitur ob immerſam linguæ ſaliuam biliosam, manente guſtu ſyncero atque illæſo: nam cùm amaror admodum linguæ inſertus eſt, non ſentitur ab ipſa, niſi cibis aduenientibus agitetur. Sunt enim quidam qui amaritudinem ſuarum linguarum non diiudicant, niſi cùm quidpiam edunt, aut bibunt, vt docet Galenus lib. primo de Cauſis ſymptomatum, cap. quarto. Dixerat quoque Ariſtotel. lib. 2. de Anima cap. 11. Decet ſenſum eſſe potentia id quod ſentit, quapropter quod æquè calidum eſt, non ſentimus. At verò id non videtur integram atque ſtatutam habere veritatem. Lingua etenim quæ infarctum habet amarũ ſaporem, cibo quouis aut potu ſuperueniente intimam ſentit amaritudinem. Auditus præterea internos ſonos quandoq; audit, ad quos nõ eſt in potentia. Rurſus ſenſus tactus calidus calorẽ: & frigidus frigiditatem percipere valet. Sed dices, ſenſum tactus non percipere qualitatem ſimilem ei quam habet, ſed ipſa maiorem, vt Ariſtot. voluit præcitato loco. Verùm huic ſententiæ tria obſtant, primum quod tactus quantitatem habet & ſibi omnino ſimilem ſentit. Secundum, quoniam in febribus putridis calor præter naturã corpori inductus proprio tactu dignoſcitur. Tertium, nam pari ratione diceres oculum non debere eſſe nudum atque omni colore priuatũ, vt colorem ſentiret, quod Ariſtoteles affirmauit: ſiquidem quamuis colorem ſibi ſimilem non perciperet, vti neque tactus parẽ calorem: ſentiret tamen coloratus oculus colorem maiorem, vt tactus calorem maiorem. Ad hæc tamen dicemus, illam ex Ariſtotele ſententiam veram non eſſe, qua dixit, ſenſibile ſuppoſitum ſenſui non ſentiri. In omnibus etenim ſenſibus, præſertim etiam in tactu, contrarium experimentum docet, nempe ſenſibilia intimè adpoſita, ac ſuperpoſita organo ſenſus, ſentiri. Quod autem dixit, ſenſum debere eſſe in potentia ad ſenſibile: in propriis ſenſibilibus verum eſt, in omnibus non verum. Nam tactus magnitudinem ſibi parem, vt diximus, ſentit, & vbi membrum aliquod validè diſtendatur & à diſtendentibus diſrumpatur, motum ſolutionis partium ſibi intimum ſentit, & oculus ſibi parem quantitatem & ſimilem figuram videt. Quod tamen attinet ad propria ſenſibilia, dicemus linguam ea ratione infarctum ſaporem amarum adueniente cibo ſentire: quoniam cibus ex commixtione ſaliuæ amareſcit, atque ita ſapor amarus vt externus ſentitur, atque pars linguæ alterius partis amarorem perſentiſcit. Sic etiam & in febribus putridis calor in diuerſis partibus, aliàs inæqualis, à minus affectis ſentitur. Soni verò interni, quamuis iuxta organum ſint, & volitantia intra oculos videantur, ſuprapoſita quidem ſunt organis ſenſuum, à quibus organa ſunt denudata, atque ad eadem impotentia. Quod autem dixit Ariſtoteles oculum omni colore priuari, vt colores percipiat, de apparentibus coloribus falſum eſt, nam oculi colores habent apparentes, vel ipſo autore libro 5. de Generatione animal. de veris autem, verum dixit. Neque tamen ſequitur vt oculus coloratus eſſe poſſit, & colores maiores percipere, vt in tactu circa primas qualitates fieri videmus. Oculus namque verè coloratus, opacus eſt, & viſum terminat, quoniam color, autore Ariſtotele, eſt extremitas perſpicui in corpore terminato: opacum autem, ſiue terminatum, perſpicuum non eſt, oculus autem ad viſionem perſpicuitate indiget. Falſa igitur eſt ſententia Ariſtotelis quam ſæpe repetit lib. 2. de anima, dicens: Senſibile ſupra organum ſenſus non ſentitur. Fallitur quoque lib. eodem c. 2. dicens: Inſtrumentum autem id per quod dictæ qualitates ſentiuntur, & in quo primo ſenſus is collocatur, quem appellare conſueuimus tactum, pars ea ſanè eſt, quæ eſt potentia talis: ſentire nãque pati quoddam eſt, vt diximus. Quare id quod agit, tale illud facit quod eſt potentia, quale ipſum eſt actu. Quocirca ſimile calidũ atque frigidum, & durum, aut molle non ſentimus, ſed exuperantias. Hæc Ariſtot. quo loco de coloribus & viſu

Senſile ſupra ſenſum ſentiri an poſſit.

Ariſtotel. refutatur.

Hæc Ariſtot. ſententia ab Authore non recipitur.

idem

idem ſubiungit, vt enim probatum eſt, magnitudo & figura ſimiles percipiuntur, & quies, quam ſenſibile commune eſſe autumat Ariſtoteles, ab oculo quieto percipietur, pariter quoque & à tactu quieſcente. Tribuit verò humani corporis natura tangendi vim omnibus corporis partibus: quoniã neruum ipſis inſeruit, & quibus non inſeruit eas, membranis obuoluit & neruum eis implantauit: Senſus tamen alios ſignatis tribuit particulis. Neque enim omnibus erant opportuni: nã guſtus pedi eſſet omnino inutilis, quemadmodũ & viſus: quibus tamen ſenſum quemuis alium dedit, tãgendi vires demandauit, tuendi corporis gratia. Nam ſingulę partes & totum ipſum corpus, ab externis rebus quæ vim alterandi habent, corrumpi poſſent, niſi tactu tuerentur, & oculus non minus à calidis, aut frigidis, aut ſiccantibus corrumpi poſſet, quàm manus. Egebat igitur oculus ad tutelam, tactu dignoſcente vtile ab inutili, & ſalubre à lethali. Simili ratione tactionem linguæ, & guſtui copulauit, & reliquis ſenſuum organis: guſtum autem linguæ tantùm, quoniam quæ corpus noſtrum ingrediuntur, varias alterandi vires nanciſcuntur, quas tactui non oſtendunt, & guſtus eas præſentit, interim dum manduntur, aut ſaliua liqueſcunt, ſuos ſapores, atque internas vires pandentia. Iam enim ſaliuæ mixtione aliqua ex parte de potentia in actum tranſeunt. Tribuit quoque natura neruis omnibus tangendi vim, quamuis ad alios fines fuiſſent creati. Nam & nerui omnes ſenſibus demandari externis, facultate tactoria præditi ſunt, ſicuti nerui ſeruientes motui locali, qui muſculis inſeruntur. Cùm igitur nerui quidam ſeruiant ſenſui, quidam motui, motiui ſentiũt, ſenſitiui non mouent: robur verò maius ad motum quàm ad ſenſum exigitur: quoniam motus actio eſt, ſenſus paſſio. Quamobrem meritò in dubium vertit Galen. lib. 1. de Locis patientibus, Quo pacto fieri poſſit, vt pars aliqua ſentiendi facultatem amittat, non amiſſa facultate mouendi. Quod contigit Pauſaniæ Syro ſophiſtæ, vt lib. 3. meminit. Inquit enim, Sanè Pauſanias Syrus ſophiſta, cùm Romam aliquando veniſſet, ſecundum duos minores ſiniſtræ manus digitos, atque medij partem mediam, ſenſum in primis quidem difficilem habebat: poſtea malè curantibus medicis, ſenſum omnino amiſit. Meminit eius lib. 3. de Anatomicis adminiſtrationibus, vbi hiſtoriam totam tranſigit. & lib. 1. de Locis pat. dixerat. Occurrit mihi quidam medicamentum tribus digitis adhibitum oſtendens, dixitque triginta iam diebus ſenſificam ipſorum facultatem ſe amiſiſſe, illæſa ſeruata motione. Quod dubium à medicis ſui temporis fuiſſe agitatum paulò infrà refert, dicens, Sed orta eſt inter medicos quæſtio, quænam ſit neruorum diſpoſitio, vt per ipſam, ſeruato eorum motu, ſenſus pereat. Equidem idipſum dicebã quod priores medici dicere ſolebant, quòd ſcilicet ſentire per affici, moueri, per facere aliquid explicatur. Quapropter vt aliquis moueatur opus eſt robore: ſed vt ſentiat, vel minima facultas ſufficit. Quùmque rectè me hunc ſermonem dixiſſe putarent, quid igitur, inquam? Num vidiſtis aliquando contra euenire, quã vt ſeruato ſenſu motus periret? Quamuis hoc cum propoſita ratione pugnare videtur, in partibus motis illis quidẽ, non verò ſentientibus: etenim quod ad hanc rationem pertinet, fieri haudquaquam poteſt, vt perdito ſenſu, motus à voluntatis imperio prodiens ſeruetur. Rurſus orabãt, vt cauſam explicarem, quamobrem vtraque appareant. Hæc Galenus ex Copi verſione. Præbuit autem errandi occaſionem Copo, Græcus codex mendoſus, in quo ſic habetur præſens locus, ζήτησις ἐγένετο τοῖς ἰατροῖς, ἥτις ποτ' ἦν ἡ διάθεσις τῶν νεύρων, ἐν ᾗ τὴν μὲν κίνησιν αὐτῶν σώζεσθαι συμβαίνει, τὴν δ' αἴσθησιν ἀπόλλυσθαι, κἀγὼ τὸ λελεγμένον ἤδη τισὶ τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν εἶπον. ὡς ἡ μὲν αἴσθησις ἐν τῷ πάσχειν, ἡ δὲ κίνησις ἐν τῷ ποιεῖν τι γίνοιτο, καὶ διὰ τοῦτο ῥώμης μὲν δεῖ τῷ κινήσοντι, τῷ δὲ αἰσθησομένῳ καὶ ἡ βραχυτάτη δύναμις ἀρκεῖ. δόξαντος δ' αὐτοῖς ὀρθῶς εἰρῆσθαι τοῦ λόγου, τί ἂν εἴποιτε, ἔφην, εἰ καὶ τοὐναντίον ἐθεάσασθέ ποτε, τῆς αἰσθήσεως σωζομένης ἐκλελοιπυῖαν τὴν κίνησιν, & reliqua quæ ibidẽ ſequuntur. Hæc litera mendoſa eſt duobus in locis: quæſtiones namque duæ quæ à Galeno habentur in hoc loco euerſæ ſunt. Nam prima quæſtio eſt, an fieri poſſit diſpoſitio aliqua neruorum per quam contingat motum ſeruari pereunte ſenſu? Cùm tamen dicendum potius foret, An ſit diſpoſitio aliqua neruorum per quam ſenſus ſeruetur, pereunte motu? Hæc enim quæſtio ſolutioni quæ ſtatim ſequitur conſonat: inquit enim: Ego verò quod à medicis dici ſolebat, dixi, quòd ſenſus paſſione, & motus actione conſiſtit: & propterea ei qui mouetur, robore opus eſſe: ſentienti verò vel minimam facultatem ſufficere. Verùm hæc ratio à Galeno addita, non conuenit cum quæſtione: ineptè enim dictum eſſet, propterea quòd ſenſus eget pauco robore virium ipſum perire, non pereunte motu: quinimo contrarium ſequi videtur: minus enim deficient vires, quæ minori egent robore. Prima quæſtio mutanda eſt in Græcis codicibus, & in Latinis Copi, nam vbi habetur, τὴν μὲν κίνησιν αὐτῶν σώζεσθαι συμβαίνει, τὴν δ' αἴσθησιν ἀπόλλυσθαι: legendum, τὴν μὲν αἴσθησιν αὐτῶν σώζεσθαι συμβαίνει, τὴν δὲ κίνησιν ἀπόλλυσθαι, hoc eſt ſenſum ipſorum ſeruari contingit, amiſſo motu. Et quoniam ſecunda quæſtio, vt Galenus inquit, fuit huic contraria, ſimili modo inuertenda. Vbi enim ſic habetur, τῆς αἰσθήσεως σωζομένης ἐκλελοιπυῖαν τὴν κίνησιν, legendum, τῆς κινήσεως σωζομένης, ἐκλελοιπυῖαν τὴν αἴσθησιν, quod eſt, vt ſeruato motu, ſenſus pereat. Prima itaque quæſtio facilè à Galeno ſoluitur, Quo pacto fiat, vt motus pereat ſeruato ſenſu. Nam ſi maior vis exigitur ad motum quàm ad ſenſum, quoniam motus eſt actio, & ſenſus paſſio, poterit quis languentibus viribus ſentire, non tamen moueri. Secunda quæſtio difficilior eſt, Quo pacto contingere poſſit, vt pereunte ſenſu, motus maneat, quod Pauſanias Syrus ſophiſta paſſus eſt. In duobus namque digitis minoribus, & dimidio medij, amiſit ſenſum & non motum. Probè quidem Gal. ſoluit hoc dubium cum priore, lib. 1. de Cauſis ſympt. Nam ſi nudata cute muſculus de ſubtus ſentiat, & non moueatur, parua eſt neruorum læſio, quæ impedire motum potuit, & non ſenſum. Si tamen cutem ipſam quis tetigerit, & ſenſu priuatam inuenerit, adhuc partis motu manente, neque id mirum erit, quemadmodũ mirum non eſt, vnum muſculum lædi, altero illæſo manente, cùm per diuerſos neruos ſenſus, & motus exerceantur: verumtamen vnum & eundem neruum amittere ſenſum, non amiſſo motu, difficile, & penè impoſſibile videtur. Quamuis ad id comprobandum quidam proponat ad motum & ſenſum diuerſa temperamenta eſſe opportuna, & maiorem ſiccitatem exigi ad motum, quàm ad ſenſum. Vbi ergo plus iuſto altera temperaturarum varietur, reliqua inuariata, altera harum facultatum deficit, reliqua manẽte, ſiue ipſa ſit mouens, ſiue ſentiens. Quod naturalium facultatum exemplo probat. Cùm enim in quouis membro quatuor ſint, læſo temperamento ſeruienti vni earum ipſa deficiet, aut langueſcet, reliquis illæſis.

Tactus omnibus ſenſuum externorum organis ineſt.

An motus neruorũ ſine ſenſu, & ſenſus ſine motu conſiſtere poteſt.

Locus mendoſus in Græcis codicibus.

Motus ſine ſenſu in vnico neruo an conſiſtere poſſit.

ſis. Ego verò vnicum temperamentum vni neruo ſtatuo, quod tactui, & motui ſeruit, præterquam quòd neruus motiuus cùm ſiccior aliis ſit, qui ſentiunt & non mouent, ob ſiccitatem non adeò probè ſentiet: is verò neruus animalem facultatem recipit: quæ vtrique ſeruit, nempe motui, & ſenſui. Cùm tamen muſculis inſeritur, quàuis ſenſum non amittat, motui miniſtrat. Iam verò ad obiectum, quod ſenſu tactus deprehenditur per ſe, primò transeamus. Id autem in multiplici genere conſiſtit, & diuerſis contrarietatibus comprehenditur: percipit namque tactus calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, molle, & durum, aſperum, & lene, graue, & leue. Vnicus tamen ſenſus is eſt, quoniam vnico organo ac temperamento hæc omnia perficiuntur: ſenſus quidem omnis diſſimilis eſt ſenſibili, atq; ab ipſo alienus, quare æquè calida, aut frigida non ſentimus. Senſatio namque paſſione fit, qua organum ſenſus à ſenſibili patitur, ſentitq; alterationem & obiectum alterans. Cùm ergo ſimilia neque agant, neque patiantur inuicem ob temperamenti ſimilitudinem, ea neque alterabunt, neque ſentientur. Habent quidem calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, maximas alterandi vires, quibus noſtrum corpus mutant à ſua naturali temperatura.

Tactus obiecta varia.

Molle quoque & durum ſentiūtur tactu: quoniam, vt inquit Plato in Timæo, molle eſt quod cedit carni, durum cui caro cedit. Quoniam igitur carni diſſimilia ſunt, id eſt organo tangendi, (non enim diſtinguit ibi Plato carnem à cute interna) ab ipſo ſentiuntur comprimentia organum, aut ipſi cedentia. Ariſtot. quoque molle & durum definiuit lib. 4. Meteoro. cap. 4. dicens, Durum eſt quod per ſumma in ſeſe non refugit, molle verò τὸ ὑπεῖκον τῷ μὴ ἀντιπεριΐστασθαι, id eſt quod cedit, & non ſecedit in ambitum. Et lib. 2. de genera. & corrup. cap. 2. dixit, μαλακὸν γὰρ τὸ ὑπεῖκον εἰς αὑτὸ καὶ μὴ ἀνθιστάμενον, quidam legunt, καὶ μὴ μεθιστάμενον, quod eſt, Molle quidem, quod in ſeipſum cedit, & non ſecedit. Diſtinctius certè mollis naturam explicuit Ariſtot. quàm Plat. nam quæ parum firma ſunt, cedunt quidem tangenti, etiamſi mollia non ſint: verùm non in ſeipſa, vt mollia. Præterea non tantùm cedunt, ſed etiam ſecedunt: quod mollia nō faciunt. Aſpera quoque & læuore prædita tactu ſentiuntur, quamuis hæc ad figurā reduci poſſent, & inter ſenſibilia communia recenſeri. Nam & viſus aſperum, & læue agnoſcit, licet non adeò exactè, vt ſenſus tactus. Graue quoque & leue, quoniā deprimunt, ac ſubleuant, tactu dignoſcuntur: hæc verò motibus adiacent: quare grauitatem, & leuitatem meritò poſſemus communibus adſcribere ſenſibilibus, & motum ſolum ſenſu dignoſci aſſerere. Poſſes quoque cum Ariſt. ipſa cum ſenſibilibus propriis tactus recenſere: quoniam etſi qualitates hæ, nempe grauitas & leuitas, ſine motu ſentiri non poſſint, ipſa ſuam efficiunt immutationem, à motu diuerſam. Sunt præter hæc & multa alia quæ tactū immutare poſſunt interſtite motu, atque dolorem, aut delectationem inferre, & comprimentia, diſtrahentia, contundentia, ſecantia, diſrūpentia, excdētia & erodentia. Eſtque his & aliis commune mutationis ratione, aut ſentiri tantum non tamen dolorem aut delectationem afferre, aut ſentiri cum delectatione, aut triſtitia. Nam quæ calefaciunt & infrigidant, & quæ comprimunt, diſtrahunt, contūdunt, ſecant, diſrumpunt, aut erodunt. Si hæc ſenſim efficiant, aut omnino ſenſum effugient, aut ſine dolore, aut delectatione mutabunt. Quòd ſi vehementius mutauerint, ſentientur, atque dolorem, aut delectationem pa-

Dolorem atque delectationem efficientia.

rient. Hæc Plato in Timæo docet dicens: Pathos præter naturam violenter, & affatim incidens dolorem excitat. Quum verò ad naturalem habitum redit, idque rurſus affatim delectationem inducit: at quod ſenſim paulatimque fit, ſenſu non percipitur. Rurſus in Philebo Socrates inquit: mutationes quidem magnæ voluptates doloréſque afferūt: mediocres autem & exiguæ minimè. In generatione doloris Hipp. ante Platonem, eandem ſcripſerat ſententiam. Nam lib. de Homine dixit, Ab his quæ naturam mutant, atq; corrumpunt, dolores excitantur. Corrūpi autem naturam hoc in loco idem eſt quod violenter & affatim ipſam mutare: cùm verò duplex ſit noſtri corporis natura, id eſt, naturalis constructio: quædam ex ſimplicibus & primis elementis, à quibus membra homiomera componuntur, quædam ex organicis, quæ ex ſimplicibus conſtant, & eis communis ſit vnitas. Quæ alterant ſimplicia membra, naturam eorum mutātia affatim dolorem efficient: quæ verò continuitatem affatim ſoluunt, quoniam vnitas vtrique naturæ communis eſt, in ſimplicibus, aut in organicis dolorem efficere poterunt, ipſorum naturam corrumpentia. Quod Hippocr. dixit. At verò quod de delectatione Plato voluit ipſam fieri, vbi affatim fiat ad naturalem habitum reditus, dubium eſt, & Hippo. documentis repugnans. Inquit enim aphoriſ. 51. ſectionis 2. Plurimum atque repentè euacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, ſiue quouis modo corpus mouere, periculoſum: quoniam omne nimis naturæ inimicū: ſed quod paulatim fit, tutum eſt, tum aliàs, tum cùm ab altero in alterum fit tranſitus. Vehementem ergo omnem & affatim factam mutationem vituperat Hippoc. Et Galen. libr. de Inæquali intemperie, & 12. lib. de Meth. med. ſubitam mutationem ad diſpoſitionem naturalem dolorem inferre dicit, exemplo eorum qui refrigerati ſubito ad ignem accedunt: dolore namque circa vnguium radices adeò vehementi vexantur, vt ipſum perferre non poſſint. Verùm hæc Galeni, aut illa Hippoc. ſententia non aduerſatur his quæ à Platone dicta ſunt. Plato enim dolorem & delectationem negat fieri abſque motu vehementiore, atque cōfertim facto: non tamen neceſſum eſt ipſum valde vehemētem eſſe ad delectationē, neq; valde ſubitum. Nam etſi mutatio omnis valde vehemens & valde ſubita, dolorem efficiat, ad delectationem inferendam adeò vehementes motus non ſunt opportuni, ſed qui & confertim fiant, & non valde vehementes, aut celeres ſint: quod Hipp. nimis appellauit, ac naturæ inimicum eſſe dixit, talis eſt ſubita à refrigeratione in calorem mutatio, quæ dolorem efficit apud Gal. locis citatis. Delectatio tamen conferto motu eget: eo inquam, qui ſenſum moueat: nam quæ ſenſum non mouent, nec delectant, nec contriſtant. Quod ſi ita eſt vt Plato indicauit, omnem confertim factam mutationem in id quod præter naturam eſt, dolorem inferre. Et pariter quod dixit Hippo. omne quod naturam corrumpit efficere dolorem, omnes ſenſus dolorem patientur, quod & verum eſt, & Galen. teſtatur lib. 1. de Cauſis ſympt. dicens: delectatione verò ac dolore omnes ſenſus affici poſſunt. Ratio tamen id probat: nam ſi dolorem efficiunt quæ ſenſum corrumpunt, & excellens ſenſibile, vt inquit Ariſtot. corrumpit ſenſum, omnes ſenſus patientur dolores: quoniam eis offerri poſſunt excellentia ſenſibilia: non tamen conſimiles dolores pati aſſueuerunt: ſed quò ſenſus quiuis craſſiori, & magis terrena ſubſtantia conſtat, eò vehementiores patitur dolores. Nam organum & obiectum, quamuis

Delectatio an fiat affatim facta mutatione.

Senſus omnes dolore & delectatione affici.

Digitized by Google

quamuis diſſimilia ſint natura coincidunt: terrenæ ſiquidem & craſſæ naturæ ſenſus ab obiectis craſſioribus immutantur, tenues verò à tenuioribus: craſſa verò obiecta validiorem multo habent immutandi potentiam, & organa validiores ſuſtinent mutationes, nondum ipſis diſſolutis, aut corruptis facultatibus. Inde fit, vt viſus cuius organum tenuioris ſubſtantiæ eſt reliquis, & obiectum ſimili modo, minus doloribus crucietur reliquis ſenſuum organis. Secundum locum habet auditus: quoniam aëreus eſt: tertium olfactus: quoniam vapori reſpondet qui paulò craſſior eſt aëre. Deinde ſequitur quarto loco guſtus, qui reſpondet aquæ craſſiori aëre: maximos tamen cruciatus patitur tactus, terræ reſpondens, cui ſe offerunt obiecta vehementi alteratione mutantia. Viſus itaque dolore afficitur quoties ab intenſiori albedine, aut ſplendidiſſima luce mouetur: diſplicent enim hæc, ac diſgregant viſum, viſorium ſpiritum ad ſe ſubſtantiæ, & naturæ ſimilitudine educentia. Nigredo quoque immodicè aggregans, dolorem mouet: medij tamen colores cùm nullam vehementiorem efficiant mutationem, grati ſunt, vt cærulea, quamuis in præternaturalibus diſpoſitionibus extremi colores nonnunquam delectent, vt eos qui ab albedine diutius paſſi ſunt, niger color delectat: & econuerſo, color albus delectat eos qui diutius paſſi ſunt à nigro colore. Quoniam contrariorum colorum oblatio in cõtrarium labentes oculos reparat, & ad naturalem ſtatum reſtituit. Delectant verò quæ reducunt corpus ad naturalem ſtatum affatim quidem, ſed non admodum violento motu, & celeri. Auditum quoque vehementius mouentia dolorem inferunt, vt voces aſperæ, graues, maximæ, ſtrepentes, inæquales, & tonitru vehemens homines quandoque ſurdos reddit: quemadmodum & auditum delectant, quæ aures demulcent, vt conſonantiæ, & melodiæ, & vocum commenſuratus concentus. Olfactum quoque odores vehementiùs immutantes dolorem, ac delectationem inferunt: verùm maiorem quàm quæ auditum mouent, vt & ea quæ attinent ad auditum vehementius dolorem commouent, quàm quæ attinent ad viſum. Ariſtot. tamen odores omnes cum dolore aut delectatione ſentiri dixit, quod ſuperius non probauimus. Guſtus autem adhuc vehementius alteratur, vt docet experimentum (nam vehementes dolores mouent amara ei oblata) à ſaporibus tamen moderatis delectatur, vt à dulcibus, qui non declinant à naturali habitu, & à pinguibus exaſperati, & ab extremis vbi prauè affectus fuerit ſenſus. Nam gipſi & carbonum ſapor auſterus, in ſubſtantia terrena & ſicciſſima ſitus, eos delectant, qui multa redundant pituita, humido humore, vt indicant nobis fœminæ malaciam patientes.

Dolores in ſenſu tactus.

Dolores verò, qui maximè propriè tales dicuntur tactum vexant, & nonnunquam vehementiſſimi, ita vt viſi ſint qui elegerint mortem, potius quàm adeò graues perferre dolores: & alij ſibi ipſis mortem conſciuerint: cauſa verò eſt ſenſus craſſitudo. In hoc quidem ſenſu vti obiecta multorum generum ſunt, ita & dolores diuerſi generis nolentibus nobis tactui innoteſcunt. Sunt namque quidam dolores grauantes, quidam tendentes, quidam mordentes, quidam pungentes, alij pulſantes, quibus contrariæ ſunt delectationes, cùm tactus ad naturalem ſtatum redit affatim. Quod à mediis fit, & à contrariis, non in extremo. Nam qui ſupra modum refrigeratus eſt, ſi à calore extremo alteratus ad naturalem reducatur habitum, dolorem ſentiet: ſi ab his quæ leuiè admodum mouent mutetur, motum non ſentiet. Si verò vel à mediis, vel à contrariis, non tamẽ extremis reducatur, delectationem ſentiet. Quod docent corpora, dolorem tenſiuum, aut grauantem ſentientia. Ea namque excreto humore, aut diſſoluto, aut cocto, & in qualitatem corpori ſimilem conuerſo, delectantur: veluti & vbi quis laſſitudinem ab immodica exercitatione ſenſerit, quiete in contrarium ſtatum deducto corpore delectatur: ſic & ex dulci oleo fotus, & aquæ dulcis tepidæ balneum laſſitudines recreat, & laſſata corpora delectat. Quemadmodum & mollis ac blanda manibus facta attrectatio dolores ingentes ſedat, vt quotidie conſpicimus. Calidi quoque ſucci in corpore redundantes atque mordentes, à naturali ſtatu ſeducunt corpus, quorum excretio delectat: quoniam dum calidus ſuccus excernitur, corpus ad temperamentum reducitur. Seminis quoque retentio contriſtat partes in quibus retinetur, quantitate grauans, & qualitate mordens. Cuius excretio magnopere delectat, ita vt triſtitia præcedens, delectationi excretionem ſequenti conferri non poſſit. Quæ verò exterius admouentur partibus aut dolentibus, aut vtcunq; prauè affectis, vbi corpus mutando ipſum reducant ad naturalem habitum, delectationem afferre nemo eſt qui dubitet.

Doloris ratio inueſtigatur.

Dolor autem atque delectatio non tantùm in ſenſu fiũt, ſed & in intellectu, in quo triſtitia & lætitia appellantur. Sunt autem hæ potentiæ cognoſcentis paſſiones, quæ cognoſcit quod moleſtum eſt, aut quod gratum. Ad voluntatem tamen attinet præcipere fugam aut proſecutionem. In ſenſu id notiſſimum eſt: dolor namque triſtis ſenſus eſt, & delectatio contrarius ſenſus. Inquit enim Galen. lib. 2. de Locis pat. cap. 1. Quippe vt dolor triſtis ſenſus eſt, ita voluptas blandus eſt ſenſus. Sic & lib. 7. de Placitis Hipp. & Plat. dolorem non eſſe alterationem dixit: ſed alterationis ſenſum. Nec tamen omnis talis dolor eſt, ſed rei cõtrariæ affatim mutantis: quem ſequitur appetitus auerſionis: quemadmodum delectatio, ſenſus eſt gratus rei affatim mutantis, quem ſequitur appetitus proſecutionis, ita quoque in intellectu cognitio rei moleſtæ, moleſtia, & triſtitia eſt, qua quidpiam ægrè ferimus. Hanc verò cognitionem ſequitur appetitus auerſionis: is eſt in voluntate imperante, atque eligente. Lætitia verò cognitio eſt obiecti grati, quam ſequitur voluntatis actus, quo præcipit proſecutionem. Quòd ſi obiecta vehementius immotauerint, opiniones boni, aut mali accedent, quæ cor, atque iraſcibilem eius facultatem mutare valebunt, fientq; animi perturbationes, quarum ſuprà meminimus.

Dolores à cauſis quæ mutant fiũt.

Quod verò dolores diximus generari à cauſis mutãtibus, inde notum eſt, quòd cauſæ quæ alias mutarũt non ſentiuntur, ſed interim dum mutant, ſenſúmq; mouent: indéque hectica febris non ſentitur, neq; vlcus inueteratum, niſi ad ipſum noua fluxio concitetur, quæ tunc quoq; continuitatem partium ſoluat.

Delicia & triſtitia in rationali anima ad quam attinẽt facult.

Quod igitur hoc in loco ſtatuimus & affirmamus eſt, deliciam, aut triſtitiam in rationali anima non attinere ad voluntatẽ, ſed ad intellectũ. Sunt enim cognitiones rerum conuenientium aut aduerſantium, ea ratione qua tales ſunt: voluntatis autem eſt, hæc eadem cognita, delectantia, aut contriſtantia, velle aut nolle, ac imperare ipſorum fugam, aut proſecutionem. Sic etiam in ſenſu omni cognitio rei gratæ delectatio eſt, & ingratæ dolor, modo dicto. Sed hæc ſequitur appetitus ſenſitiuus, cuius eſt id amare, aut odio habere, & imperare auerſionem, aut cõſecutionem. Docet idem appetitus ventriculi, qui fames appellatur: nam ſuctio ſentitur ab ore ventriculi, & is triſtis ſenſus eſt. Nihil

autem refert, aut triſtē ſenſum dicere, aut triſtitiam. Hæc igitur in ſenſu conſiſtit, appetitus autem animæ deſideriū eſt, quo cupit à triſtitia releuari, quemadmodum re grata oblata, ſenſus delectabilis oritur: hic verò à delectatione non differt: verùm inde ſequitur appetitus ad conſecutionem, aut permanentiam cum re delectante. Nec tamen his repugnat quod Hippocrat. lib. 6. de Mor. po. parte prima, ſectione 8. dixerit: In Cranone dolores antiqui frigidi, noui verò calidi. Neque quod Aphor. 6. ſectionis 2. dixerit; Quicunque dolentes aliqua corporis parte plurimum dolorem non ſentiunt, his mens ægrotat. Nam dolorem quandoque Hippoc. appellat diſpoſitionem, à qua dolor efficitur. Quomodo rectè dictum eſt, dolores quoſdam calidos, & quoſdam frigidos: quoniam diſpoſitiones à quibus dolores fiunt, quædam calidæ, quædam frigidæ ſunt. Et dolorem ſentiri, id eſt dolorem inferentem diſpoſitionem, optimè dixit Hipp. neque Gale. aut noſtræ aduerſatur ſententiæ, qui dolorem ipſam ſenſionem dicimus: ſic quoque & Galen. lib. 7. de placitis Hipp. & Plat. dolorem vtramque acceptionem habere teſtatur aut pro ſenſu, aut pro cauſa ſenſum doloris inferente. Nec probant quippiam, qui dolorem ſentiri poſſe rationibus conantur ſuadere, inquiunt enim: Dolor eſt ſignum quod oſtendit, in corpore adeſſe intemperiem, aut ſolutam continuitatem: ſed ſigna ſenſibus ſubiiciuntur, ergo tactus dolorem comprehendet. Nam dolor non agnoſcitur ſenſu tactus, ſed doloris cauſa, dolor tamen ipſe cognoſcitur à ſenſibus interioribus, vt reliquæ ſenſationes, aut ab intellectu, cui ſignum eſt indicans ſolui vnitatem, aut diſtemperari partem. Nec id probant, cùm inquiunt, Senſus datus eſt animalibus ad cognoſcenda ea quæ noxam inferre poſſunt. Sed dolor nocet, quoniam languidas reddit vires, ergo dolor ſentietur. Hęc namque ratio inualida eſt. Nam non omne quod nocere poteſt ſentitur, vt conſtat de factis intemperantiis. Licet enim tactus datus ſit animali, ad comprehendendas tangibiles qualitates, quæ delectationem, aut dolorem afferunt, eas quæ non immutant actu, quamuis noceant, non ſentit. Neque etiam eas quæ cùm nocent, ſenſui non obiiciuntur, vt ſenſationes, de quarum numero eſt dolor. Sentit autem tactus cauſam dolorem inferentem, quæ per ſe nocet: vnum tamen hoc in loco prætermittendum non eſt, quod ab aliis longis ambagibus fuit diſquiſitum. Id verò eſt, doloris obiectum ſiue immediata cauſa, quod nos breuius quo fieri poſſit perquiremus. Auerrois lib. 3. collectionum, ſolam intemperiem dixit poſſe dolorem efficere: ſolutionem verò continui, non ea ſe, ſed quoniam coniunctam habet intemperiem: ratio eſt, inquit, quoniam ſenſile commune ſenſum mutare non poteſt, niſi intermedia ſpecie ſenſilis proprij: propria autem ſenſilia ſunt, qualitates tangibiles, & vnitatis ſolutio eſt ſenſile commune: ergo vnitatis ſolutio per ſe, aut immediatè dolorem non efficit, ſed intermedio proprio ſenſibili. Rurſus ad idem probandum accedit, quòd eo modo quo ſe habet viſus ad viſibilia, ita tactus ad tangibilia, ſed viſus omnino nihil videre poteſt, niſi coloris ſpecie accedente: ergo neque tactus quippiam tangere poterit, niſi intermedia ſimilitudine qualitatis alicuius per ſe tangibilis. Poteſt autem (vt inquiunt qui Auerroëm inſequuntur) vnitatis ſolutio diſponere ad doloris generationem, quoniam vnitatis ſolutionem ſequitur intemperies, quæ immediatè ſentitur: mediatè verò ipſa vnitatis ſolutio. Sed tamen neque Auerrois, neque eius aſſeclæ ſaluare poſſunt multa experimenta, quæ docent, ſolam vnitatis ſolutionem nulla accedente intemperie, dolorem efficere: veluti ſi acus pungat neruum: nulla enim accedet intemperies. Rurſus vbi pars aliqua vehementius diſtrahatur, & vbi diſtracta diſrumpatur, dolebit nulla accedente intemperie. Quòd ſi dixeris, vt ipſi, vnitatis ſolutionem afferre intemperiem, id falſiſſimum eſt. Nam ſi vnitatis ſolutio in aëre fiat temperato, non eſt vnde intemperies accedat. Præter id quod acus pungens neruum ſibi tantùm viam parat, per quam interim aër non ingredietur, neque etiam ab internis partibus affluente ſanguine intemperies aduenier: Quoniam ante ſanguinis affluentiam dolor adeſt, in momento temporis factus, in quo nondum ſanguis effluxit. Adde quòd dolor fluxionem ſanguinis antecedere ſolet, & fluxio dolorem ſequitur. Quæ verò in contrarium adducta ſunt, facile ſoluuntur. Nam ſenſibilia communia propriam ſpeciem ſenſibus imprimunt, & viſus à longè videt magnitudinem nullo colore percepto. Auicenna tamen non nouit Galeni mentem dicens, ipſum voluiſſe ſolam vnitatis ſolutionem poſſe dolorem efficere, neque qualitatem aliquam mouere dolorem, niſi quoniam vnitatem ſoluit, idque in omnibus ſenſibus eſſe verum. Nam in viſu dolor fit, aut à colore albo immodicè diſgregante, aut à nigro immodicè congregante, & in guſtu & reliquis. In tactu tamen calidum quoniam diſgregat, & frigidum, quoniam congregat: quod verò immodice congregat, ab aliis proximè ſitis partibus ſegregat, ac vnitatem ſeparat. Sumpſit autem Auicenna errandi occaſionem ex his quæ à Gal. ſcripta ſunt lib. 1. de Cauſis ſymptomatum, cap. 6. quo in loco poſtquam cauſas dolorum in ſenſu tactus enarrauit, deinde in guſtu dixit. Porrò guſtandi quoq; inſtrumentum quatenus tactione participat, à prædictis cauſis diuellitur, quatenus verò ad guſtum propriè pertinet, ab amaris, acidis, acerbis, atque acribus: quandoquidem horum ſingula, vt demonſtratum eſt, continuum diuidere poſſunt. Rurſus vapores ab his rebus elatos odoratum infeſtare continuum diuellendo dicit, & auditum ſoni, magni, aſperi, celeres, & graues, quia continuum ſoluunt, & viſum offendere illuſtriſſimos ſplendores: quia ipſum diſcriminant, & ea diſcretio, diuiſio eſt. Et addit: In omnibus verò ſenſibus vnum commune deprehenditur, nempe pathos quod moleſtum eſt, in diſcretione ſimul & diuiſione continui, vniúſque corporis conſiſtit, ſi modò affatim inciderit. Ex his videtur Auicen. colligere in omni ſenſu dolorem excitari ſola vnitatis ſolutione. Verùm vt notum eſt exercitatis in dialecticis, non ſequitur, dolor in omni ſenſu excitatur vnitate affatim ſoluta, ergo omnis dolor in ſenſu fit affatim vnitate ſoluta: ex indefinitis namque non ſequuntur vniuerſales. Nam Galenus ipſe à cauſis contundentibus dolores fieri aſſerit, quamuis continuum non ſoluant, vbi ad id ſoluendum proximè accedant: inquit enim loco citato: Quippe res quæ ita contundunt, aut intendunt, aut corporibus rupturæ periculum afferunt, planè inter dolorum cauſas numerandæ ſunt. Et de cauſis alterantibus libro de Inæquali intemperie inquit. Immodicus verò calor ac frigus proximè accedunt, vt vnitatem ſoluāt, plurimus quidem calor, dum ſegregat ac diuidit ſubſtantiæ continuitatem. Summum verò frigus, tum ſtipando, tum introrſus pariter tundendo, quædam exprimit, quædam quaſſat, in hoc loco calorem & frigiditatem, cùm modum exceſſerint, proximè accedere dicit, vt continuum ſoluant. Quo fiet vt dolor

Dolor ſentiri non poteſt.

Doloris cauſa diſquiritur. Auerrois de cauſis doloris.

Viſus poteſt videre magnitudinem ſine colore.

lor ab eiſdem eueniat, antequam continuum ſoluant, vbi ad id proximè acceſſerint. Præterea Galen. multis in locis mentem ſuam expoſuit, doloris cauſas explicans, intemperiem, & vnitatis ſolutionem. Nam libro duodecimo de Method. meden. inquit, Porrò naturalis notitia nos docet vitium id corporis ex quo ſit dolitutum, aut continuitatis diuiſionem eſſe, aut alterationem aliquam. Et rurſus infrà inqoit, Quoniam id quærimus, quemadmodum in morbis dolore affligamur, vbi nihil nobis extrinſecus triſte appropinquat: neceſſum eſt aliquam talem cauſam in corpore quæramns, quæ ſcilicet vehementer calefaciens, aut refrigerans, aut ſubſtantiam ſenſilis alicuius corporis diuidens, nos excruciet. At primum illud ſpeculabimur, cuiuſnam eſſe naturæ debeat, quod continuitatem diuidet. Neceſſe igitur eſt vel ruptionem, vel contuſionem, vel eroſionem eſſe affectum eum qui diuiſionem continui faciat. Quo in loco Galenus non tantùm ſeiunctim meminit caloris & frigoris, vt cauſatum doloris, ſed cùm cauſas recenſuit, quæ continuitatem ſoluunt, eorum non fecit mentionem: ac ſi vellet calorem & frigiditatem dolorem efficere abſque ſolutione continui. Et lib. Artis medicinalis cap. 80. inquit, Dolor autem quemconque obſederit locum, aut continuitatis ſolutionem, aut ſubitam alterationem oſtendit. Idem 2. de Locis patientibus cap. 1. & 4. libro cap. 8. Duæ itaque ſunt in genere cauſæ doloris, ſiue ipſius immediata obiecta. Cùm enim tactus dolorem patitur, alteram duarum cauſarum adeſſe coniicere oportet, ſcilicet intemperiem calidam, vel frigidam, vel vnitatis ſolutionem affatim inuadentes. At cùm Gale. ſententiam Hipp. lib. tertio de fract. qua dixit, veriſimile eſſe, omnem morbum vlcus eſſe, exponeret, affirmare viſus eſt ad omnem diſtemperiem ſequi vnitatis ſolutionem, quæ vel ſenſu, vel rationali contemplatione comprobetur, vbi hæc immoderata fuerit, hoc eſt morbum efficere valuerit: nec tamen dictis contradicit. An tamen humiditas atque ſiccitas dolorem inferre poſſint, ex ſententiis Gal. dubium videtur. Nam libro primo de Cauſis ſympto. à cauſis dolorem inferentibus excludit ſiccitatem, & humiditatem, inquit enim, Porrò vehementes eueniunt in tactu à naturali habitu tranſmutationes, ob violentum calidi frigidíque occurſum, atque ob eas res, quæ contundere, ſecare, extendere, aut erodere poſſunt. Nam ſiccitas, humórque, niſi calori frigoriue coniungantur, occurſu ſuo vim inferre non conſueuerunt. Quòd ſi dolores illata vi fiunt, & ſiccitas, & humiditas vim non inferunt, non inferẽt dolorem.

Dolor an fieri poſſit à ſiccitate aut humiditate.

Eandem ſententiam affirmare videtur libro 12. de Meth. med. cùm ait: Ergo ſi cœpiſſe ab euidentibus conueniet: euidenter autem videntur eorum quæ corporibus noſtris propinquant, hæc ſola eſſe dolorifica, & quæ vehementer vel calefaciant, vel refrigerent, & quæ ſubſtantiæ continuitatem ſoluant. Ecce, vbi qualitates dolorificas ſolam caliditatem & frigiditatem cenſuit. At verò Galen. quibuſdam in locis contrarium ſenſiſſe videtur, vt libro Artis medecinalis, capite 80. cùm inquit, Dolor autem quemcunque obſederit locum, aut continuitatis ſolutionem, aut ſubitam alterationem oſtendit. Soluitur autem continuitas inciſione, exeſione, fractione, & tenſione: alteratur verò ſubſtantia à caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate. Et lib. de Inæquali intemperie inquit, Quemadmodum mirus dixit Hipp. dum alteraſcit ac corrumpitur natura, dolores fiunt. Alteratur autem, ac corrumpitur cuiuſq; natura, quum calefit, vel frigefit, vel ſiccatur, vel humeſcit, vel eius vnitas diſſoluitur. In iis quidem intemperamentis quæ inæqualia ſunt, excalefaciendo vel refrigerando potiſſimum: quippe quum efficaciſſimæ qualitates hæ ſunt, ſecundo loco exſiccando, vel humectando. Hanc eandem mentem ſeruare videtur libro ſecundo de Ratione vict. acut. comment. primo, vbi poſtquam doloris cauſas recenſuit, alterationem ſubitam, & continui ſolutionem addit. Alterantur autem ſubitò ſimulque ab efficientibus qualitatibus, quum & calfiunt, & refrigerantur, & ſiccantur, & humectantur. Accedit ad hæc, quod habetur lib. 2. de Compoſitione med. per locos, vbi de qualitatibus ipſis citra materiam loquens inquit, Vehementiſſimi igitur capitis dolores ex caliditate & frigiditate naſcuntur: præſertim cùm inæquales extiterint mediocres, qui ex ſiccitate proueniunt, humiditates nullus dolor comitatur.

Nota.

Hoc loco ſiccitatem inter doloris cauſas annumerauit. Nos quidem veritatem ac veram Galeni mentem eſſe aſſerimus, caliditatem & frigiditatem poſſe efficere dolores per ſe, ſiccitatem tamen & humiditatem ex accidenti tantummodo. Verùm ex accidenti dolorem efficere aliqua qualitas poteſt bifariam, vno modo, quoniam efficiet dolorem, vbi cum humore coniungatur, alio modo quoniam efficiet ipſum vbi coniungatur cum alia qualitate, quæ ſuam acceleret actionem. Primo modo ſiccitas & humiditas efficient dolorem, vbi enim humori iungantur, potius humoris ratione, quàm qualitatis, dolor fiet. Ea igitur ratio eſt quare Galen. lib. 1. de Cauſis ſympto. à numero cauſarum dolorem inferentium excluſit ſiccitatem, & humiditatem, ſicuti & libro 12. de Method. meden. quoniam in eiſdem locis eas tantùm cauſas recenſuit, quæ per ſe dolores concitant. Secundo modo ſiccitas calori iuncta dolorem efficit. Nam confertam actionem ſiccitas non infert, niſi calore motio acceleretur, aut à frigiditate comprimendo continuum ſoluat. Sed tamen ad eum modum humiditas dolorem nunquam efficiet: quoniam ſi iungatur calori, actio eius à calore impedietur, & calor ipſam quoque humiditatem corrumpit exſiccans. Si verò iungatur frigiditati, dolorem & omnem ſenſum obtundet, ac minimè dolorem efficiet, humiditas quoque compreſſionem à frigore, laxando impediet. cùm igitur hæc ex accidenti fiant à ſiccitate & humiditate, meritò à Galeni locis duobus citatis, de numero cauſarum dolorum exploduntur.

Aliqua qualitas poteſt dolorem efficere ex accidenti bifariam.

Sed obiicies ſententiam adductam ex libro primo de Cauſis ſymptomatum, vbi ſiccitatem atque humiditatem dixit dolorem non efficere, niſi caliditas aut frigiditas iungantur, ergo humiditas iuncta eiſdem efficiet dolorem. Dicemus humiditatem exigere humorem ſiue materiam vt dolorem efficiat, cui neceſſum erit duas adeſſe qualitatum contrarietates, ac perinde caliditas, aut frigiditas accedent: ſic etenim inquit, qui humectant, nullum prorſus dolorem inuehont, quantum ad qualitatem attinet. Calor ergo & frigiditas vehementer alterantes dolores concitare poſſunt, humiditas & ſiccitas nudæ, & aliis non coniunctæ nullatenus. Atque iure ab Ariſt. lib. 4. Meteorologicorum, calor & frigiditas appellantur qualitates actiuæ, humor & ſiccitas paſſiuæ, non quòd hæ duæ non agant, ſed quòd aliarum duarum collatione lenta ſit earum actio, & magis ſint ad patiendum aptæ, quàm ad agendum, ad ea tamen quæ in contrarium adduximus, eadem ſerie reſpondeamus. Ad primum dicemus, quod Galenus libro artis medicinalis, quatuor qualitates alterantes dixit dolorẽ facere, quoniam

recenſuit cauſas per ſe,& cauſas per accidens,humiditas namque & ſiccitas dolorem efficiunt,ex accideoti,modis ſuprà dictis. Ad ſecundum ex libro de Inæquali intemperie dicemus,Galenum eo loco de intemperaturis inæqualibus loqui,quæ à fluxione ortum habeot, quarum exemplum eſt phlegmone. Nos verò concedimus facilè ab humido aut ſicco humore fluxione dolorem fieri poſſe, qui potius humori,quàm ipſius humiditati erit adſcribendus.

Fuchſij explanatio locorum Gal.

Leonardus Fuchſius libro primo de Cauſis ſymptomatum comment. capite 6. hæc duo loca aliter explanare contendit, dicens: Aliquid bifariam alteratur,primò quidem violenter, & confertim, ſecundò autem leoto gradu,ac ſenſim. Qoare diligenter admodum conſiderandum erit, a quibus qualitatibus vtraque alteratio fiat.Nam ea quæ violenter ac confertim alterat, atque adeò corrumpit ac dolorem infert, à calido & frigido duntaxat fit. Altera verò quæ citra violentiam & ſenſim alterat, adeóque nec dolorem excitat, nec corrumpit, ab humido & ſicco. Quapropter vt diuerſitatem hanc innueret Galenus dixit, Alteratur, & corrumpitur; alteratur ſcilicet, quum ſiccatur aut humeſcit:corrumpitur autem cum caleſit,aut frigeſit. Vult ergo Fuchſius diſtinctionem eſſe ſumendam ex Galeni verbis: diuerſa enim res eſt, alteratio à corruptione,ac poſſe caliditatem & frigiditatem confertim alterando corrumpere, ſiccitatem autem & humiditatem alterare, non tamen corrumpere: verùm neutrum locorum rectè exponit.Quod enim attinet ad ſententiam ex libro Artis medicinalis, aut Galen.receoſuit cauſas dolorem inferentes alteratione, aut cauſas alterantes tantummodo. Si cauſas doloris,ſiccitas & humiditas ſunt de earum numero: ſi cauſas alterantes tantummodo, ineptè quidem,is qui inquirit dolorum cauſas,recenſebit cauſas alterantes,quæ dolorem inducere noo poſſunt.

Fuchſius notatur.

Quinimo Galenus ſubitæ alterationis cauſas annumerat,quoniam dolores dixit oſtendere aut ſubitam alterationem,aut continui ſolutionem, & in exemplo alteratioois ſubitæ, adhibet ſiccitatem & humiditatem.Idem etiam confutat explanationem loci ex libro de Inæquali intemperie. Nam Galen. recenſens cauſas doloris quæ alterant, atque corrumpunt,meminit ſiccitatis & humiditatis,& litera ipſa Galeni idem docet. Quum enim dixiſſet cum Hippocrate lib. de Homine, dolores fieri cùm alteratur & corrumpitur natura, refert cauſas caliditatis,frigiditatis,humiditatis, & ſiccitatis. In tertio quoque loco ſuperius citato ex libro ſecundo de Ratiooe victus acut.Galen. de cauſis doloris cum materia coniunctis loquitur: eſt enim exemplum ibi pleuritis. Nos verò ſiccitatem & humiditatem dolorem ex accidenti facere poſſe non negamus. Ad quartum ex libro ſecundo de Compoſitione medicamentorum per locos,verum eſt ipſum loqui de mutationibus quæ fiunt à nudis qualitatibus ſine materia. Verùm ſiccitas,quæ mediocres dolores efficit,quamuis materia ſit, calori aut frigori coniuncta eſſe debet.Quod ipſe Galenus ſentire videtur: cùm enim de qualitatibus ſine humore loquitur,mediocres dolores dicit fieri à ſiccitate, & non addit,citra caliditatē,aut frigiditatem. Verùm cùm ſtatim loquitur de ipſis humori iūctis,ſiccitatem dicit dolores mediocres facere, citra calorem, aut frigiditatem conſpicuam. Quoniam alterum horum ſibi viſum eſt neceſſarium, vt ſiccitas dolorem efficiat: nempe,vt calori aut frigiditati conſpicuæ iungatur aut humori. Hæc de tactu dicta ſufficiant,ac de reliquis ſenſibus exterioribus, qui omnes in hac vna re communicant, quòd rerum formas ſine materia ſuſcipiant:formas verò ſine materia ſuſcipere,idem eſt ac recipere ſimilitudines abſque ſuſceptione rei ſenſibilis & ſuæ ſubſtantiæ. Quod facit olfactus ſuſcipiens odoris ſimilitudinem,non odorem,& viſus rei viſæ imaginem, abſque colore:non enim ſuſcipitur io oculo verus color.Nec tamen putandum eſt,ſenſus ſic recipere rerum ſenſibilium ſimulacra, vt qualitates ipſas ſenſibiles recipere non poſſint:nec etiam putandum, ſola ſenſuum organa rerum formas ſine materia ſuſcipere. Primum horum verum eſt: nam tactus non ſolùm ſimilitudinem caloris ſuſcipit, ſed verum ipſum calorem, & fumalis euaporatio, quæ odor eſt,organum olfactus attingit, & ſapor ipſum guſtandi organum.Noo tamen ea ratione ſenſibilia percipiuntur,quòd ad ſenſuum organa pertingant ſenſibilia ſub propria eſſentia, ſed quòd ſimilitudine oblata ſenſui,ſenſum moueant. Non enim calor ignis à tangente percipitur: quoniam calorem imprimit in tactum, ſed quoniam inducit in ipſum ſuam ſimilitudinem. Nam vbi calor ſimilis ei qui ſit io igne tactui inductus fuerit, non amplius calor ignis ſentietur:ſimilia enim ſeipſa non alterant: quare neque ſeipſa ſentient. Diuerſa res eſt in aliis ſenſibus.Guſtum enim immutat ſapor,qui noo immergitur organo,ſed eius ſimilitudo, quemadmodum in olfactu & odore fit.Auditus pariter ſolam ſpeciem ſoni ſuſcipit,& viſus coloris & lucis, abſque colore aut luce. Has tamen formas ſine materia,quæ ſunt qualitates ſenſibiles, & ſenſibilium ſimulacra multa ſuſcipiunt, quæ ipſas res à quibus emanant ſentire non poſſunt. Aër etenim colorum, odorum & qualitatum tangibilium ſimilitudines ſuſcipit, non tamen ſentit, quoniam potentia ſentiente caret, atque anima ſenſibili. Hæc etiam eſt ratio,quare plantæ non ſentiunt, etſi caloris & frigoris ſimulacra ſuſcipiant, atque ipſas qualitates,quemadmodum & aër ambiens. Id quidem notiſſimum, & propria ac immediata cauſa quare plantæ non ſentiunt,quamuis Ariſtoteles ſecundo de anima libro dixerit ob id plantas non ſentire,quoniam non ſuſcipiunt formas ſine materia, quod videtur à veritate alienum. Si quidem plantæ ſimilitudinem caloris ſuſcipiunt, quemadmodum & humanus tactus: quòd ſi calor plantæ immergitur ſimul cum caloris ſimilitudine, pariter in humano tactu. Rurſus quamuis in plantis ſine materia ſuſcipiatur ſenſibile, non inde ſentietur: nam in aëre ſuſcipitur ſimilitudo coloris, & non videt aër colorem: & ſimilitudo odoris in aëre inducitur,nec tamen aër odores ſentit. Plato verò in Timæo, quoniam plantæ ſenſum alimenti habent, ipſas ζῶα,id eſt, animalia vocauit, & quoniam in ſe ipſis motus principium habere nouit. Quicquid enim vitæ eſt particeps (inquit) iure animal appellabitur. Licuit quidem id Platoni: Nos tamen principium motus in plantis diuerſum inuenimus à principio motus animalium. Habent enim animalia principium motus, de loco & ad locum, licet non omnia. At verò ſenſus alimenti plantis tributus non eſt alius à potentia diſcernente, quod vtile eſt ab inutili. Quòd ſi hac de cauſa voluit plantas animalia vocare, bene eſt. Sed nos Ariſtotel. ſequuti,plantas ab animalibus ſenſu diſtinguemus. Senſum autem appellauimus, rerum diſcretionem,ac cognitionem obiectorum, quæ ſe offerunt ſine materia, hoc eſt cognitionem quam potentia aſſequi poteſt, obiecto oblato ſine materia, ſolo ſimulacro accedente cum qualitate ſenſibili,

Senſibus commune an ſit, verum formas ſine materia ſuſcipere.

Senſus non ſolas rerum ſimilitudines ſuſcipiunt.

Nota.

Simulacra rerum ſenſibilium alia à ſenſibus ſuſcipiunt.

Planta quare non ſentiunt.

Platonis ſententia.

ſibili, aut ſine ipſa. Quod non faciunt plantæ: nam hæ alimenti naturam non agnoſcunt, niſi alimenti ſubſtãtia plantæ admoueatur, atque ipſam attingat plantam. Quod non faciũt naturales facultates animalium: ipſæ namque non diſcernunt vtile ab inutili, niſi eis oblatum fuerit cum ſubſtantia, & materia: animalia verò ſentiunt ea quæ ſolam ſimilitudinem immittunt ſenſui.

Formas ſine materia ſuſcipere quid.

Hoc eſt ergo ſuſcipere formas ſine materia, poſſe obiectum dignoſcere, vbi ſola qualitas, ant ſimilitudo ipſius ſenſui accedat, ſine corpore, vt calorem ſine corpore calido, & ſaporem ſine corpore ſapido, aut colorem abſque hoc quòd coloratum ſenſum attingat. Atque ita intelligendus eſt Ariſtot. cùm dixit plantas non ſentire, & canſam eſſe mediocritatem non habere, neqne principium tale, vt ſenſibilium ſine materia ſuſcipiant formas, ſed cum materia patiantur. Hoc eſt, plantæ ob id non dicentur ſentire, quoniam principium, aut commoderationem non habeant, qua poſſint res ipſas oblatas ſine materia dignoſcere. Atque ex his conſtabit, dubium hoc ad vſum nominum apud Platonem & Ariſtotelem attinere. Porrò quoniam præter functiones animales, quæ in exterioribus ſenſibus exercentur, quædam aliæ nobis conſtant, quæ ipſis reſpondere non poſſunt: poſt pertactam tractationem de ſenſibus externis opportunum eſt internos alios inquirere, quot ſint, & quales, ac quæ ſint ipſorum propria munera. Viſus namque colorem concipit, & circa proprij ſenſibilis cognitionem non fallitur, vbi oculus bene ſe habeat, & color modicè ab oculo ſeiungatur, neque aliquid obſtet.

Senſus communis inuentio ex Ariſt.

Fallitur tamen vbi ex colore ſubſtantiam quoque diiudicet. Si ergo Socratis filium à longè venientem ſolo viſu vellet quis agnoſcere, facilè deciperetur non accedente quantitatis, figuræ, vocis & aliorum cognitione, quam ſolus viſus non aſſequetur, cuius rei gratia alium ſenſum à viſu ſtatuere decet, qui omnia coniungens cognitionem perficiat. Rurſus viſus agnoſcit mellis colorem flauum: quod ſi colore cognito mel eſſe iudicaremus, fel putaremus mel eſſe: felli enim ineſt color flauus. Quoniam verò nos hæc duo diſtinguimus, neceſſum eſt aliquem ſenſum aſſequi, qui colorem ſimul & ſaporem agnoſcat. Is verò viſus non erit, cuius eſt ſolos cognoſcere colores, neque guſtus à quo ſapores tantùm cognoſcuntur. Erit ergo aliquis cõmunis guſtui & viſui, ſiue colori, & ſapori. Nam duo ſenſus externi ſiue interni, ea non diſtinxiſſent. Quoniam quemadmodum ſi Plato videt albedinem, Galenus verò nigredinem, nullus ipſorum diſtinguere valebit albedinem à nigredine: ita ſi duo ſenſus agnoſcant flauiciem, & dulcedinem, nullus diſtinguet hoc ab illo. Quòd ſi nos ea diſtinguere valemus, vt fit, vnicus ſenſus eſt, qui ſenſibilia diuerſorum ſenſuum agnoſcit, & diſtinguit. Hæc eſt via Ariſtotelis & Themiſtij, qua probant ſenſuum aliquem communem eſſe, qui ſenſuum aliorum obiecta ſentiat, & motiones in ipſis ſenſibus factas à ſenſibilibus agnoſcat. Non etiam attinet ad viſum videre viſionem, neque coloris alterationem. Sed ad internum aliquem ſenſum pertinet videre viſionem, & audire auditionem. Quamuis non defuerint, qui voluerint in ſenſibus ipſis externis nullam fieri ſenſationem, ſed ſolã alterationem ab obiectis: internam verò ſentientem facultatem ſimul ſentire obiectum, & alterationem factam ab obiecto in organo ſenſus.

Senſus externo propria ſentiunt ſenſibilia.

Nos verò contrariũ ſentimus: falſum enim eſt, & rationi, & experimento aduerſatur, quod aſſerunt. Quoniam vbi adeſt facultas ſentiendi, cum inſtrumento ad ſentiendum apto, aderit ſenſatio, obiecto accedente. Sed in neruo adeſt facultas tangendi, quæ neruis omnibus diſtribuitur à cerebro, & neruus valet, fiet igitur in ipſo obiectorum ſenſatio. Docet quoque experimentum, nos in manu ipſa ſentire calorem & dolorem: rurſus & quiuis diſcernit ſe alium ſenſum habere caloris in manu igni applicita, & in cerebro. Galenus quoque libro ſeptimo de Placitis Hippocratis & Platonis, eorum qui ita opinantur aſſertionẽ damnat. Cùm enim de viſione loquitur, ac quærit, an viſio fiat, delato quopiam à re viſa ad oculũ, an aër ſeruiat viſioni, vt neruus tactioni, inquit, Plerique eius ſunt ſentẽtiæ, vt dicant alterationem illam ab imprimentibus rebus factam, per neruum ad principem animæ partem diſtribui, atque ita in dignotionem rerum nos venire, non intelligentes, nullum nos doloris ſenſum in eo membro quod vel cæderetur, vel confringeretur, vel adureretur habituros fuiſſe, niſi in eo aliqua ſentiendi facultas ineſſet. Aliter igitur atq; illi opinantur, veritas ſe habet: ipſe ſiquidem neruus cerebri pars cùm ſit, ſicut arboris virga, aut ramus, efficit vt membrum in quo inſeritur, vi eius in ſe totum recepta, habile ad omnia, quæ ipſum attigerint ſentienda reddatur. Hunc communem ſenſum Ariſtoteles in corde ſedem habere dixit libro de Somno & vigilia.

Senſum communem in corde Ariſtot. ſtatuit.

Putauit namque animalem facultatem ſimul cum aliis omnibus ab eo membro originem trahere, ſed hæc ſuprà refutauimus abundè. Eſt is ex eorundem Peripateticorum opinione, veluti centrum quoddam in quod ſenſuum omnium ſenſibilia perducuntur: ita vt ad eum veluti ad punctum ex aliis omnibus perducantur obiectorum ſimulacra. Atque ita Themiſtius ſoluit dubium, quomodo fieri poſſit, vt dulcedinis & coloris notitiæ ſimul in eodem conſiſtant, & quod grauius eſſe videtur, vnus & idem ſenſus, albedinis & nigredinis ſuſcipiat alterationes, quæ non tantummodò diuerſæ, ſed & contrariæ ſunt.

Themiſtij dubium.

Verùm, vt inquit, cùm ſenſus communis in medio ſit, ad eum immutationes perducuntur. Poteſt enim iudex à diuerſis cauſidicis in contraria prouocari, cùm ipſe vnicus iudex ſit: hi verò qui contrarias agunt partes, veluti ad genua orantes decumbant, ſic ſenſibilium omnium ſimilitudines ad ſenſum communem delatæ, non mutant ipſum contrariis alterationibus, ſed veluti enunciantes de ſenſibilibus diuerſis, aut contrariis accedunt. At verò hoc dubium non adeò difficile nobis videtur veluti Themiſtio. Nam quamuis albedo nigredini contraria ſit, eorum ſimilitudines contrariæ non ſunt, quemadmodum neque ſimilitudo caloris & frigoris. Poteſt namque idem organum tactus ſimul recipere caloris & frigoris ſimilitudinem, & oculus albedinis & nigredinis: quod fit nobis literas inſpicientibus: prçter id quod nos ex Galen. doctrina euidentibus rationibus probauimus cap. de temperamentis, poſſe vnum ſubiectum ſuſcipere contraria, atque contrariorum alterationes ſimul. Nihil igitur obſtat quominus organa ſenſuum ſimul ſuſcipiant contrariorum immutationes, quamuis ea quæ ſenſui imprimuntur contraria ſint.

Themiſtius notatur.

Quod autem Themiſtius inquit, in nobis ſenſum eſſe, qui contrariis operam det: non tamen qui contraria ſuſcipiat, alienum eſt à ratione. Non enim poteſt ſenſus aliquis alicui obiecto cognoſcendo incumbere, niſi ſuam ſimilitudinem ſuſcipiat: id enim eſt ſenſum à ſenſibili pati, quod ad ſenſationem neceſſarium eſt ex Ariſtot. Quod ſi ipſe rerum contrariarum ſimulacra contraria concedit, in eodem ſenſu ſimul contraria admittere cogetur.

cogetur. Eſt & ſecunda facultas interna ſentiens, quam Græci φαντασίαν appellant, hoc eſt, viſionem, à verbo φαίνω, id eſt, appareo dicta: quoniam viſus ſenſuum omnium perſpicaciſſimus eſt, & animalium vita viſu maximè regitur, & quæ ab eo offeruntur ſenſui interiori perſpicatiores apparitiones ſunt: & quoniam luce media fiunt, quæ Græcis φῶς eſt, inde in ſenſu interno apparitiones φαντάσματα, & potentia φαντασία, Latinis etiam imaginatiua facultas dicta. *Phantaſia.* Hæc ſimulacra rerum à ſenſibus ſuſcepta componit, atque ſeiungit, ita vt ſæpe falſa ſint, quæ ab ipſa imaginantur, diuerſa quidem res à ſenſu, opinione, ſcientia, & intellectu: quare & ab æſtimatione diuerſa erit imaginatio. A ſenſu namque differt: quoniam ſentimus eo tantùm tempore quo ſenſibile præſens adeſt: imaginamur tamen ipſo abſente. Rurſus ſenſus circa peculiare ſenſibile non fallitur: imaginatio verò ſæpe fallit. Senſus quoque earum rerum eſt, quæ ſunt: & phantaſia ſæpe earum quæ eſſe non poſſunt. Differt quoque ab opinione: quoniam opinio ſæpe vera eſt, imaginatio ferè ſemper falſa. Rurſus, vt Ariſtoteles inquit, imaginari poſſumus cùm volumus, opinari non poſſumus: quoniam opinio adiunctam habet ſuaſionem & fidem, quæ imaginationi non coniunguntur. Scientia quoque verorum eſt, & non fallentium: fallit tamen imaginatio. Intellectus pariter omnino verorum eſt, aut ſi de falſis aliquando dici poſſet, notum eſt ipſum eſſe vniuerſalium, & immaterialium, neque materiæ miſceri, ita vt à rebus in materia conſiſtentibus pati poſſit, quemadmodum imaginatio, cuius eſt officium imagines rerum ſuſcipere à ſenſu, & eas diuerſo componere modo, & tanquam à præſentibus ſuſceptas ſeruare: quod docent inſomnia, in quibus non omnino obligata imaginatio, circa ſenſibilium imagines verſatur, ac ſi præſentia eſſent ſenſibilia. *Æſtimatiua.* Tertia facultas interna ſentiens æſtimatiua eſt: cuius munus eſt complexa formare, ac ratiocinando diſcurrere, & ſyllogiſmos cõficere. Hæc vtilia ab inutilibus, commoda ab incõmodis ſegregat. Hanc ὑπόληψιν Ariſtoteles appellauit, quaſi ſuſpicionem, & æſtimationem dixeris. Diuiſit autem ipſam ex functionibus in ſcientiam, opinionem & prudentiam. Scientia & opinio, præſentium & præteritorum ſunt, quæ ſtaturam habent veritatem, aut falſitatem. Nam ſcientia verorum eſt, & nunquam fallentium, opinio fallere poteſt: ſed vtraque ſtatutam, & certam habet veritatem, aut falſitatem, Prudentia verò, quæ futurorum eſt, ambiguam, contingentẽ & nullatenus certam. Hæc in intellectu ſunt, in ſenſu tamen opinio, & prudentia. Scientia verò non, quòd vniuerſalium ſit. Itaque vox ὑπόληψις, id eſt, æſtimatio, inquit Themiſtius, omne iudicium intellectus & rationis, & habitum, omnémque formam intelligendi complectitur. Quamuis ergo iuniores Peripatetici hanc facultatem ſentientem interiorem dicant, non ſatis conſtare poteſt ex Ariſtotele & Themiſtio an ſit ſenſualis animæ vis, an intellectualis. Quoniam tamen bruta opinantur, ac de futuris quibuſdam præuident, eis hanc animæ facultatem adeſſe dicemus, atque in homine intellectui miniſtrare immediatè. Eſt præter has quarta facult. memoria, quæ rerum ſimulacra ſeruat, quibus æſtimatiua vſa res cognoſcit abſentes, tanquam abſentes. *Memoria.* Eſt eius munus ſeruare potiùs quàm quippiam agere. Has omnes facultates diſtinguere ſolent phyſici per functiones: quoniam ſi functiones ſpecie differunt, facultates differunt ſpecie, docente Ariſtot. facultates diſtinguere ex functionibus, & functiones ex obiectis. Qua tamen ratione, & procedendi via id probari debeat, in expoſitione 19. lib. 1. Prognoſticorum docuimus: quamuis intelligam omnem eum probandi viam, quæ eſt apud phyſicos ſcholæ Peripateticorum eſſe inefficacem. Omnem namque functionem facultatis imaginatiuæ poſſet quiuis ad æſtimatiuam referre: quæ cùm ab ipſis præſtantior approbetur, nihil obſtat quin poſſit ea quæ ab inferioribus fiunt patrare. Poſſet quoque ipſa ſeruare imagines rerum, neque opus eſſet memoria, quoniam & ipſi imaginatiuam volunt eſſe cognoſcentem facultatem, & ſeruantem rerum cognitarum imagines. Nos verò Gale. viam ſequimur, qui tres tantùm ſtatuit internas ſentientes facultates, ſcilicet imaginatiuam, cogitatiuam, & memoriam. *Galen. de internis facult. ſentientibus.* Libro namque de Different. ſympt. inquit, Porrò reliqua animæ functio, quæ eſt ἡγεμονικὸν, id eſt, princeps animæ pars, diuiſa in φανταστικὸν, καὶ διανοητικὸν, καὶ μνημονευτικόν, id eſt, in imaginationem, cogitationem, & memoriam. Idem lib. 8. de Vſu partium, itaque phantaſia, ſiue imaginatiua vis eadem eſt Ariſtot. & Galen. Ea verò quam appellat Ariſtot. ὑπόληψιν, id eſt, æſtimatiuam, Galen. nominat διανοητικὸν, id eſt, cogitatiuam, memoria ſimiliter eadem eſt apud ipſos. Cæterùm communis ſenſus neque aliqua facultas eſt, neque, vt diximus, in corde reſidet, quod voluit Ariſtoteles. Eſt autem ſenſus communis, non aliud quàm cerebrum, & functiones quas ſenſui communi tribuunt, imaginatiuæ debentur. *Senſus communis non eſt apud Galen. facultas aliqua.* Nam quamuis communis ſenſus meminerit Galen. cerebrum ipſum, non facultatem quampiam intelligere voluit. Libro namque 7. de Placitis Hippocr. & Plat. inquit, Alteratio verò ipſa ab vna eadémque facultate omnibus ſenſoriis communiter impartita à principio emanante dignoſcitur: quod quidem principium ſiue ſenſum communem, ſiue primum ſenſorium appelles, nihil refert. Hoc nos ſuperiore oratione cerebrum eſſe demonſtrauimus, vnde omnia membra ſenſum & motum adipiſcuntur, & Ariſt. ipſe lib. de Inſomniis, phantaſiam eãdem eſſe dicit cum potentia ſentiendi: ratione verò differre. Inquit enim, cùm verò de imaginatione & phantaſia tractatum in libris de anima ſit, & imaginandi vis eadem numero ſit cum potentia ſentiendi, quamuis eſſentia, rationéque differant. Cæterùm functiones quas phyſici tribuunt ſenſui communi, vt diſtinguere ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, à phantaſia procedere nihil vetat. Diſtinguere enim ſenſibilia ad imaginatiuam pertinet. Apud Galenum namque lib. de Different. ſympt. ille qui obſeratis ianuis ſingula vaſa proiiciebat per feneſtram, quoniam ſingula propriis nominibus nuncupabat, nullam læſionem pati, argumentum fuit in imaginatiua facultate. Ad ipſam igitur attinere vult Galen. agnoſcere ſingula, aut ipſa ab aliis diſtinguere. Ad æſtimatiuam verò ſiue cogitatiuam attinet, de ſingulis iudiciũ ferre & futura præuidere, & de meliori & optimo conſultare, ſeligere, & cenſere. Infallibilis autẽ via diſtinguendi ſingulas harum facult. eſt ea qua Gale. vtitur, docens vnam earum poſſe lædi reliquis nõ læſis. *Facultatum internarum ſentientium inuentio ex Galen.* Nam lib. de Different. ſympto. Theophili medici meminit, qui prudenter diſſerebat, & præſentea agnoſcebat: verùm tibicines in angulo cubiculi ſe videre ferebat, quoſdam ſedentes, quoſdam ſtantes, continenter verò canentes atque pulſantes, quos iubebat à cubiculo expelli, quod prudenter curabat. Is itaque ſana cogitatiua læſionem imaginatiuę patiebatur. Memoria verò ſana adhuc manſit: quoniam ſingula quæ dixerant, aut legerant qui adfuerant,

memo

memoriter tenebat, & narrabat, & ea quæ ſibi de cantoribus apparuerunt. Simile eſt quod Galen. lib. 4. de Locis patien. de ſemetipſo refert. Nouit quoque hanc læſionis ſpeciem Ariſtot. libro de Inſomnijs, cap. 2. vbi loquens de læſionibus imaginatiuæ, & quomodo viſis capiantur nonnunquam ægrotantes, inquit, Atque hic error quandoque vna cum morbo inualeſcit, ita vt cùm leuiter ægrotant ſe falſos haberi agnoſcant, cùm verò grauius minimè: ſed ipſis quoque viſis ducantur. Cauſa verò quàobrem hæc fiunt, eſt: quoniam id quod primatum obtinet, & id in quo phantaſmata fiunt, non eadem vi iudicent. Quod Gale. loco citato tradidit: poſtquam enim de ſe retulit per phantaſiæ læſionem floccos euellere, & feſtucas colligere, addit: Cùm verò ſic animo conſtarem, vt rationalis in me facultas non vacillaret, rectè, inquã, dicitis, proinde ne me phrenitis arripiat, auxilio eſtote. Quidam etiam ſunt qui ſana imaginatiua, læſionem cogitatiuæ patiuntur: cuius exemplum eſt is cuius meminimus, qui vaſa per feneſtram proijciebat, lib. 4. de Locis patientibus. Ad tantam enim peruenit dementiam & læſionem cogitatiuæ, vt puerum quoque lanifici, cum quo Romæ domi continebatur, per feneſtram proijceret. Singula tamẽ vaſa quæ proiecit proprijs appellabat nominibus. Quod indicium præbere potuit, imaginatiuam facultatem læſione carere, pariter atque memoriam. Id docuit cùm vaſa proprijs nominibus nũcuparet, quod læſa memoria non feciſſet, non ſeruatis rerum & nominum ſimulacris in ipſa. At verò memoriam lædi reliquis duabus non læſis, probat Thucydidis teſtimonio, qui quoſdam ex peſte (quorũ meminit libro ſecundo Belli Peloponneſiaci) adeò ſine memoria remanſiſſe refert, vt neque ſuos familiares, neque ſemetipſos agnoſcerent. Imaginatiua itaq; virtus, cogitatiua, & memoria diſtinctæ ſunt facultates, functionib. differentes, quarũ imaginatiua circa ſenſibilia verſatur, & ſenſibiliũ imagines, quas componit ac ſeparat, & ſenſiones & ſenſibilia dignoſcit, & imagines vt præſentes ſeruat, vt ſomnia docent. Et Galen. lib. 2. de Motu muſcul. inquit, *φανταστικὴ*, Id eſt, imaginatiua, quæcumque fuerit, hæc eadem recordatur & rerum impreſſiones conſeruat. Altiora ſunt cogitatiuæ facultatis munera, & de his quæ ſenſus excedunt, ad quæ externi ſenſus, & imaginatiua vis nullatenus pertingunt, vt opinari, & de futuris præuidere, meliora ſeligere, amicum & inimicum diſtinguere. Memoria verò quid præſter, notum eſt apud Ariſt. & Galen. Suggerit namque rerum ſpectra quæ diu aſſeruat, cogitatiuæ facultati, vt eis vtatur, ad opinionem, & prudentiam, & de melioribus conſultationem, & ratiocinium, circa ea quæ indagatione, & inquiſitione egent. Id verò eſt reminiſci, facultatem cogitatiuam ad rerum ſpectra in memoria ſeruata conuerti, & circa eadem ratiocinari. Memoria verò Imaginum rerum abſentium, quarum cognitionem habuit cogitandi facultas, conſeruatio. In Philebo autem Socrates inquit: quoties quæ cum corpore paſſa eſt aliquando anima, eadem ſine corpore in ſeipſa reſumens animaduertit, tunc meminiſſe eam aſſerimus. Quinetiam quando memoriæ paſſa iacturam, deinde vel ſenſu, vel diſciplina mouente, eam iterum renocet in ſeipſa, reminiſci putatur, atque hæc iam memorias, reminiſcentiaſve vocamus. Ad animalem facultatem attinent ſomnus & vigilia, quorum vigilia operatio eſt tam internorum quàm externorum, ſomnus vigiliæ priuatio & otioſitas ſenſuum. Eſt enim, inquit Ariſtoteles lib. de Somno & vigil. cap. 2. impotentia operandi per primum ſenſitiuum, quàm impotentiam, quietem & priuationem appellauerat. Verùm loco citato primum ſenſitiuum ſiue ſenſus principium dixit eſſe in corde, cùm tamen in ſomno cor minimè quieſcat, ſed perpetuò moueatur. Eſt quoque diſpoſitio quædam media abſque morbo, per quam neque vt vigilantes ſenſuum actiones obimus, neque vt integrè dormientes otiamur, quæ ſomnium appellatur. Per eam enim diſpoſitionem nõ omnino liberi ſunt ſenſus, quemadmodum cùm vigilamus, internis & externis ſenſibus ſuis muneribus fungentibus, neque omnino carceribus concluſi, atque ligati, vt in integriori ſomno, ſed externi ſenſus quieſcunt, & interni rerum imagines componunt, coniungunt ac fingunt multa, nunquam viſa, aut audita, aut externo quopiam ſenſu vſurpata. Id efficit imaginatiua virtus, aliquando etiam cogitatiua accedente. Etenim quemadmodum ſomnus & vigilia contraria priuatiua ſunt, contrarias habent cauſas: ſomniũ verò, vt medium medias. Somnus namq; obſtructo cerebro fit, cuius cauſa vapor alimenti eſt eius qui conſiſtit in ventre, aut in venis. Finis verò animalis facultatis refectio, quæ vigilantibus nobis ex labore diſſoluitur. Hanc recreat ſomnus reſtituto inter dormiendum animali ſpiritu, ex vapore ſanguinis copioſo in caput delato. Ceſſat quoque aſſidua diſſolutio, quæ in vigilia fit. Hic eſt naturalis ſomnus: nam præter naturam à frigore fit, congelante ſpiritum animalem, & obſtructionem adaugente. Cùm igitur ſomnus incipit, is qui ſecundum naturam animali conuenit, caput oppletur & refrigeratur à multitudine & copia vaporum & humorum veluti oppreſſa flamma: deinde incaleſcente cerebro & diſcuſſis vaporibus obſtructio euaneſcit, & ſenſus omnes reuiuiſcunt, ſuſcitantur, & ad opera ſe accingunt: id verò vigilia eſt. Quòd ſi interim dum animal ſomno ligatur, non in totum obſtruatur cerebrum vaporibus, ſed ita vt animalis facultas in internis tantùm quadantenus libera maneat, neque integrè dormiet, neque verè vigilabit, ſed inſomnia patietur. Quo fit vt multi dormientes modo dicto loquantur, & quandoque reſpondeant, & vt Galenus de ſe retulit, incedant, atque integrum ſtadium peragant. Hoc quidem ad facultatem animalem motricem attinet, quæ nobis admodum ſecũdum naturam dormientibus, non omnino otiatur: nam reſpiramus dormientes, & corpus deuoluimus, & membra transferimus. Quoniam tamen infantes nuper nati magnas cerebri oppreſſiones dormientes patiuntur, non ſomniant: ſunt autem ſomnia imaginatiuæ facultatis opera. Quòd autem cogitatiua nonnunquam operetur in ſomno, inde conſtat, quòd ſomniantes quandoque iudicamus nos ſomniare, & verum ferimus iudicium, & integros ſyllogiſmos conficimus. Terribilia fingit imaginatiua, amica etiam & grata componit: cogitatiua verò hæc amplexanda, illa fugienda eſſe iudicat. Vnde fit vt in riſum quidam prorumpant, alij clament, vociferentur, ac lugeant. Seruantur horum ſomniorum imagines in memoria: ſiquidem à ſomno excitati inſomnia narramus. Nec tamen putandum eſt omnia apparentia in ſomno eſſe ſomnia, ſed tantùm ficta, & quæ apparent, ſed non ſunt. Nam inter dormiendum canum latratum, aut alium quemuis ſtrepitum audimus, aut muſcæ morſum ſentimus: ea verò ſomnia non ſunt, ſed verè ſenſata, ſomnia verò figmenta. Simili modo ſiquis inter ſomniandum ſe ſomniare iudicet, cogitatiuæ facultatis id munus eſt, non tamen ſomnium. Euenit autem ſæpe, vt

dormien

Thucydidis teſtimonium.

Reminiſci.

Somnus & vigilia.

Somnium.

Somnij cauſa

Somnium.

Nota.

Apparentia in ſomno non omnia ſunt inſomnia.

dormientes ſenſibus externis aliquid percipiant, cuius ſimulacrum in imaginatiua ſomnium non erit. Sed deinde facultas ipſa quædam alia circa ſenſatam rem fingat, quæ ſomnia erunt. Pariter fit, vt cogitatiua iudicet ſomniare hominem: deinde verò multa ficta eliciat phantaſia quæ ſomnia erunt, quamuis primum iudicium ſomnium non ſit. Neque erit à ratione alienū hoc in loco referre quoddam noſtrum inſomnium. Cùm ego non valde profundo ſomno dormirem, imaginatiuæ & cogitatiuæ viribus à ligamine ſolutis, ſomniaui me publicè enarrare Aphoriſmos Hippocratis, duodecima ſectione prima. In cuius enarratione multa referebam eorum quæ Galenus libro primo & tertio de Criſibus dixerat, quædam etiam ex his quæ à nobis tradita ſunt in libris Prognoſtic. exponendis. Contingit autem mihi medio ipſo ſomniandi tempore, vt corriperer ſomno profundiori, per quem omnino à ſomnio ceſſaui, cogitatiua & phantaſia integrè ligatis. Rurſus verò parum à ligamine ſolutis, redij ad munus inceptum: erubui tamen, & ægrè admodum tuli, quòd publico in loco agendo dormitauerim. Itaque verò intellexi me ſomno nuper correptum: non quidem quoniam ante non dormirem, ſed quoniam, cùm operarer per vim cogitandi & imaginandi, & ſomno profundiore accedente ceſſarem, tale eiſdem facultatibus accidiſſe noui, ac ſi cùm vigilaſſem, vigiliam & actionem ſomnus interpellaiſſet, itaque erubui & dormiens ſuperdormiui. Cùm verò rurſus ad Aphoriſmi enarrationem dormiens accederem, ſomniaui me interrogaſſe amicos, an id turpe admodum viſum fuiſſet auditoribus, hominem publicè agentem dormitaſſe: ipſos verò me ſolatos, quòd id pauciſſimo tēpore & ferè non ſenſato præterierim, neque omnes id animaduertiſſe, parúmque interruptum fuiſſe meum dicendi curſum. Noui itaque dormiens me dormiſſe, cùm verè ſomno profundiore fuiſſem correptus, & ab omni ſenſus actione ceſſaſſem. Neque eſt hoc ſimile ei quod multi patiuntur: ſicuti & ego ſæpe, nempe ſomniare ſe ſomniare: diuerſa enim res eſt, quæ à nobis refertur modò, ſi bene tenuerint quæ diximus lectores. Ego enim ſomniabam me vigilare, & inter vigilandum dormitaſſe, cùm à leuiore ſomno in profundiorem tranſiui. Sed iam ad noſtrum inſtitutum redeamus. Quidam dixerunt has internas facultates ſentiendi diuerſas ſedes in cerebro habere, imaginatiuam in anteriori ventre, cogitatiuam in medio, memoriam in poſtremo: quidam omnes has facultates in omni ventre cerebri exiſtere & operari. Nos verò ea ratione memoriam in poſtrema cerebri parte reſidere putamus, quoniam læſa memoria auxilia parti eidem applicita conferunt magis: Imaginatiua verò & cogitatiua læſis, remedia anteriori cerebro admota proficiunt, & in in commiſſura coronali. Sed tamen quoties imaginatiua læſa eſt, noxa communicatur ſenſibus externis, aut ab ipſis ad imaginatiuam proceſſit, quoties enim imaginatiua læſa eſt, viſus, aut auditus, aut ambo, aut aliquis alius ſenſus, falluntur in obiectorum cognitione. Lædi autem contingit cogitatiuam nullatenus conſentientibus externis ſenſibus, vt conſtat in exemplo ſuperius adducto, eius qui Romæ cum lanifici puero domi continebatur. Et maniaci magna ex parte cogitatiua læſa delirant, nulla læſione ſenſibus externis accedente. Fit tamen vt ambæ lædantur, quod ex functionibus colligemus: ſedem autem habere diuerſam non eſt cur probemus. Sed cognoſcentes facultates omnes eundem locum tenere & in eadem ſede ſuis fungi officiis. Vt tamen ſuperius dictum eſt, in ordine animatorum corporum tertium locum habent quæ loco mouentur, hoc eſt à loco in locum. Perfectiora namque hæc animantia ſunt iis quæ ſentiunt: fixa tamen loco manent: quoniam facultate ſecundum locum mouente prædita ſunt. Quorum quædam progrediuntur, quædam ſerpunt, quædam volant, alia natant, quædam diuerſos horum motuum exercent. Nam aues volant & progrediuntur, & quædam præter id natant: & belluæ ferè omnes progrediuntur, & natant. Et quamuis ad multos vſus hæc facultas munúſque ipſis accommodari poſſit, vnus eſt potiſſimus finis à natura intentus, vt animalia alimoniam diſquirerent. Plantæ namque alimentum ſibi proximum habent, quod à terra tanquam à ventre ſugunt: eſt enim plantarum venter terra. Animalia quoque terræ affixa, diſtenſione tantùm & conſtrictione in loco mouentur: ſiquidem parum à natura plantarum abſcedentia, proximum habuerunt alimentum, quod plantis & ipſis idoneum eſſe potuit: quoniam rude & minimè elaboratum naturis ſuis congruebat. Vt igitur ſibi familiare alimentum aliunde venarentur, ea natura donauit arbitraria ſecundum locum mouente facultate, quæ vna eſt animę ſentiētis facultas: ſenſitiuæ verò animæ in cerebro reſidentis, quam rationalem Plato vocat, quòd ratiocinandi vires poſſideat, duæ ſunt potiſſimæ ac primæ vires ſentiendi, & mouendi. Mouens appetitus quidem liber eſt, cuius opus antecedat cognitio oportet: non enim fertur liber appetitus, niſi fine prius cognito. Quamobrem rectè Ariſtoteli dictum eſt, intellectus & appetitus mouent animal. Per intellectum autem potentiam cognoſcentem audire oportet: quoniam & imaginatiuam appellat nonnunquā intellectum, vt cùm inquit, Si quis imaginationem vt intellectum quendam eſſe ponat. Decet itaque cognitum eſſe obiectum, & finem cuius gratia animal moueri debeat. Sequitur autem deinde appetitus qui motum imperat proſequutionis, aut fugæ. Quoniam autem grata proſequimur, ingrata fugimus, & gratum aut ingratum apud nos nullum habetur, niſi prius cognitum fuerit: cognitio appetitum ſiue arbitrariam facultatem pręcedat oportet. Atque adſunt in omni motu locali, mouens non motum, & motum non mouens, & mouens motum, & id quo motio fit. Finis namque, ſiue id gratia cuius animal mouetur, mouet animal, quoniam animalem facultatem cognoſcentem immutat, & deinde appetitum ipſum excitat: finis autem immotus manet. Corpus animalis mouetur, ſed non mouet, nam corpus ipſum deorſum tendere, aut naturali quouis alio motu ferri aptum eſt. Appetitus tamen mouetur à fine: mouet autem corpus. Eſt & quartum id quo motus perficitur: nempe nerui & muſculi. Aſſidet vtiq; animalis arbitraria facultas, quæ neruis & muſculis mediis corpus mouet, finis aſſequēdi gratia: quibus paria cōiectari in curru licet. Præſidet namque auriga ex electione motum imperās, laxat is aut compeſcit habenas, & equis veluti muſculis, currum agitat, finis gratia. Auriga appetitui confertur, habenæ neruis, equi muſculis, currus corpori, & finis vtriſque communis eſt. At vero vt auriga liber eſt, ita liberam decet eſſe facultatem, quæ motum imperat: ea verò appetitus eſt, ſiue voluptas ſenſui annexa. Neque aliam ab hac putare oportet in brutis motus principium, quod conſtare poteſt. Nam in intellectu & anima rationali, præter cognoſcentem facultatem eſt libera voluntas, à qua omnis actio tanquā ab imperante vi procedit;

Inſomnium noſtrum.

Facultatum internus ſentientiū ſedes.

Imaginatiua facult. læſa ſenſus externi compatiuntur.

Animalia quæ loco mouentur.

Appetitus mouet animal.

In motu locali quæ adſunt.

Analogia.

Nota.

Principium motus in brutis.

cedit;

Digitized by Google

cedit: neque eſt alia ab hac quæ motum præcipiat: ergo in ſentiente parte animæ, præter cognoſcentem & appetitum, aut voluptatem, nullam aliam ſtatuere oportet, quæ motibus imperet: in nobis tamen quandoque is appetitus, quandoque voluntas, rationalis animæ facultas, motibus præſunt. Eſt enim finis gratia cuius appetitus mouet, bonum: id

Finis motus. verò aut vtile, aut delectabile. Intellectui quidem coniunctus bonum vtile ſemper ſequitur: quia præſentia, atque futura conſiderat: quoniam temporum cognitionem habet, qua carent irrationalia, quamuis quædam ea eis futura præuideant, potius naturali propenſione ducta, quàm futurorum agnitione, aut conſideratione. Bruta verò cùm præſentia tantùm aduertant, bonum delectabile amant, eligunt, & proſequuntur. Fit verò vt nobis quandoque duo hæc ſe offerant bona, duóque fines mouentes, quorum alterum proſequamur futurum eſt. Alter finis delectat, mouet ſenſum, incitat concupiſcibilem animæ partem, quæ delectantibus capitur. Alter finis honeſtus eſt & vtilis ea futurorum agnitione talis habitus. Imperat eo tempore rationalis voluntas, id eſſe proſequendum: auellit in contrarium concupiſcibilis: ſubaudit autem ea, quam diximus motum imperare rationali, in his qui animo conſtantes ac validi ſunt: in aliis verò, qui belluarum inſtar voluptate feruntur, concupiſcibili. Inſequuntur autem omnes bonum, vel quod tale ſimpliciter eſt, vel quod imponit, taléque exiſtimatur. Bonum ſimpliciter per intellectum tale conſiſtit, cuius eſt id bonũ iudicare quod & præſenti tempore tale eſt, & futuro. Quod tamen bonum non eſt, ſed tale putatur: ſenſui tale eſt, & præſenti tantum tempore delectans nulla futuri conſideratione præhabita, qua nõ tantùm præſentem, ſed futurum finem, abſentem, & poſtremum animo concipimus. In quibus igitur boni apparentis imago vehementius mouet, imagine eius quod verè bonum eſt, cupiditas aut iracundia im-

In hominibus intemperantibus tanquam feris pectoribus ratio parti concupiſcibili perpetuo faſces ſubmittit, & in eis fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

perant: animalis verò appetitus his imperando motum obſequitur: vnde fit vt quidam intemperantes gulæ & libidini indulgeant, vincente cupiditate, quidam iracundia vincente, temerè quoduis aggreſſi parricidę fuerint, & ſibi ipſis mortem conſciuerint. Eſt is finis primò cognitus maximè mouens, ad cuius aſſequutionem media quædã inquirimus, quæ alia ratione fines nõ poſtremi dicuntur, ad quę intellectus practicus ordine procedit, ita vt primus finis ac potiſſimus, qui primò inuentus fuit, poſtremus ſit exequutione, & poſtremò inuentum ſit executione primum. Is enim eſt ordo conſequutionis perpetuò ſeruatus in his quæ natura, arte, aut virtute comparantur. Rurſus ad facultatis motiuæ munera redeamus, cuius opus eſt, vniuerſum corpus in alium locum traducere, quod arbitrio & electione fit, in aquatilibus animalibus, natatione, in auibus, volatu, in his quæ terram incolunt, ingrediendo, aut ſerpendo: qui motus duo exigit fixa & quieta, alterum externum, cui firmetur corpus, quod ingredi debet, alterum internum, cui pars mota annectatur interim dum mouetur. Crure namque dextro moto, neceſſum eſt ſiniſtrum quieſcere, & rei alicui externæ quieſcenti firmari, ita vt non eodem motu agitetur. Nam natantes aquæ innituntur, & ſerpentes, & incedentes, terræ, aut cuipiam ſimili, & volatilia aëri, & qui ſalit, niſi terræ pedes firmaret, motum nõ exequeretur: & in ſingularium partium motu firmum aliquid manet. Nam & muſculi oſſibus firmantur, & pars mota parti proximæ quieſcẽti, & cœli motum firmum aliquid habere Ariſtotel. teſtatur lib. de Animalium motione: quamuis falſum ſit quod quidam ferunt de polorum cœli atque axis quiete: motus enim ab his non fiet, neque ad hæc indiuiſibilia referri debet. Fabulantur quoque alij Athlantem cœlum circumagere, & pedes terræ affixos habere, qui nutuos fixo aliquo opus eſſe iis quæ mouentur. At verò primum ipſum mouens immobile eſt, quod cœlum mouet, non tamen mouetur. Quod Homerus rectè ſenſiſſe videtur, quum dixit Iliados. θ.

> Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες,
> Πάντες δ' ἐξάπτεσθαι θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι.
> Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίον δὲ,
> Ζῆν' ὕπατον μήστωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.

Quod eſt,

> *Aurea de miſſa catena,*
> *Sed neque ſupernum in terram deducere cœlo*
> *Veſtra Iouem vis vlla queat, non dique deæq;*
> *Annixi quamuis ad libremini ſimul omnes.*

Plato in Theæteto hãc auream catenam à qua deos omnes Iupiter ſuſpendi volebat, motum Solis eſſe dicit, à quo omnia tam deorum quàm hominum ſeruãtur, quo ceſſante omnia ſúſque déque ferentur. Præterea ad eandem facultatem attinet, partem loco quopiam firmare, vnde fit vt non tantùm à loco in locum partem, aut totum mouere huius facultatis ſit opus, ſed firmare atque perſiſtere, aut totum corpus, aut aliquam eius partem. Nam qui firmum ſeruat membrum in loco vno, vt leuata manu & diſtento brachio fit, is animalis facultatis munus exercet. Quod docent labor & laſſitudo, quæ inde ſequuntur, vbi diutius id facere conemur. Et auis in medio aëre immota pendens ab animali facultate operante detinetur: nam ſi auis mortua eſſet ibidem, ſtatim procideret. Aliquid igitur interim agit vina, quæ ibidem firma manet, quod de parte corporis loco aliquo ſuſpenſa detenta probari pari modo poteſt. Ad eandem liberam facultatem pertinet motus thoracis diſtentionis & contractionis, qui liberi motus ſunt, quamuis nobis dormientibus exerceantur. *Reſpiratio an liber motus ſit.* Multas namque actiones animales ac liberas exerceri, vel nobis dormientibus Galenus probat lib. 2. de Motu muſculorum. Siquidem membra reponimus dormientes: non tamen ſummè relaxata, ſed contractiora, aut magis diſtenta, quàm in media figura: niſi dormientes, aut ebrij ſint, aut relaxationem patiantur. Sed omnis receſſus à media figura contractionis & diſtentionis muſculorum fit animali facultate, quæ per neruos & muſculos mouet operante: ergo dormientes per ipſam operantur. Rurſus Galenus inquit, quidam ſedentes, alij ſtantes dormiunt: ſedere autem & ſtare actiones ſunt animalis, atque arbitratiæ facultatis. Ipſe quoque de ſe refert, cùm iter ageret, integrum ferè ſtadium peregiſſe dormientem, neque excitatum fuiſſe à ſomno antequam lapidem pede pulſaſſet, quamobrem ab Hippocrate reprehenditur, ſupino corpore cubare, & hiantem dormire, primo libro Prognoſticorum, vbi quædam ad hunc locum attinentia in noſtris expoſitionibus diximus. Reſpirationem itaque liberam actionem eſſe hinc conſtabit, liber motus dicitur quicunque in noſtra poteſtate ſic ſitus eſt, vt ipſum exercere, aut cohibere poſſimus volentes, quem etiam poſſumus celeriorem, aut tardiorem, frequentiorem, aut rariorem efficere: id autem contingit in reſpiratione: erit ergo motus liber. Seruus namque barbarus, cuius Galenus meminit, ſibi mortem conſciuit, ſpirationem ad mortem vſque compeſcens: quiuis etiam paulo minus ipſam

cohibere valebit. Diuerſa verò eſt natura motuum eorum qui ſine libertate fiunt, vt pulſus, cuius motum aut augere, aut minuere, aut frequentiorem, aut rariorem efficere non valemus. Motus itaque qui muſculis fiunt liberos eſſe in vniuerſum proferemus: id igitur ſtatutum verum & euidēs eſt, arbitrariæ facultatis munus eſſe reſpirationē. Et quāuis aliquid obiici poſſit, quod dubium eſſe faciet, quod diximus: non tamen ob id quod verum, & euidens eſt, calumniam pati decēt, ſed aut cauſam inuenire tenebimur, aut non inuenta nos vtrumque ingenuè fateri, & verum eſſe quod nouimus, &

Reſpiratio an electione fiat.

cauſam eius à nobis ignorari. Dubium autem eſt: nam ſi reſpiratio liber motus reputatur, quare dormientes reſpiramus, vigilantes quoque, & neque motum illum imperamus, neque ipſum imperaſſe, aut aliquando fuit in animo, aut fuiſſe memoria tenemus? Id dubium Galenus ſoluit, multa namque à nobis fiunt dormientibus, aut vigilantibus, quæ liberè fiunt, quorum non recordamur, aut egiſſe, aut agere voluiſſe: quoniam leuem efficiunt in potentia memorandi impreſſionem, parúmque firma manent: quod ebriis & delirātibus ferè ſemper accidit. Id quoque ſanus vehementius alicui actioni intentus experietur: nam neque memoria tenet, an manus mouerit, & quo motu ipſas exercuerit, neque an reſpirauerit, vel quidpiam horum agendum ſibi elegerit. Non igitur mirū eſt, ſi dormientes quibus facultas omnis ſentiens ac memoratiua valde confuſæ & oppreſſæ ſomno ſunt, aut non ſatis agnoſcant quæ agant, aut actorum non recordentur, leuibus admodum impreſſionibus in memoria & imaginatiua factis, minimè

Ariſtot. de reſpiratione.

fixis aut ſtabilibus. Ariſtoteles libro de Reſpiratione dixit motum thoracis ſequi motum pulmonis: quoniam pulmo mouetur, humido contento in ipſo ebulliēte & in tumorem eleuato: ad id verò ſequi thoracis diſtentionem: quod longè abeſt à veritate. Nam neque pulmo continet eum humorem qui ebulliat, & eleuetur in tumorem, neq; ſi ipſum haberet à calore eleuante in tumorē fieret, vt menſura & ordo diſtentionis & contractionis thoracis ſeruarentur. Auerrois tamen qui naturalem philoſophiam ſophiſmatis obſcurauit, lib. 2. Collectio-

Auerrois argumenta de reſpiratione aduerſus Galenum.

num, cap. 19. Galeno aduerſatur, aſſerens motum reſpirationis non omnino eſſe liberum, neque omnino naturalem, ſed medium atque compoſitum. Quòd itaque non omnino liber ſit, probare nititur. Nam reſpiramus ſine intentione reſpirandi: liberi tamen motus cognitione præcedente fiunt. Rurſus liberos motus cohibere poſſumus volētes: ſed non poſſumus tuſſim cohibere, cùm tamen tuſſis ſit reſpiratio: non ergo eſt liber motus. Præterea motus palpebrarum per muſculos fit, neque eſt in poteſtate noſtra ipſum compeſcere: igitur non ſequitur, quamuis motus muſculis fiat, ipſum liberum eſſe. Prętereà ratio Galen. inquit, inualida eſt: non enim ſequitur; non operante facultate per neruum, vt ipſo præciſo, non fit motus voluntarius, ergo operante facultate per neruum, motus erit voluntarius. In conſequentiis namque bonis non ſequitur ad oppoſitum antecedentis oppoſitum conſequentis: ſed potius ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. Alter de claſſe barbarorum ſic nititur Galeni ſententiam improbare, ſi namque motus reſpirationis eſſet liber, ei poſſet accidere laſſitudo: ſed reſpirantes non laſ-

Galenus à calumniis Auerrois defenditur.

ſantur, neque ab eo munere vnquam ceſſant, non ergo eſt liber motus. Ad rationes autem Auerrois facilè reſpondebimus: reſpiratio namque liber motus eſt, & non fit niſi præcedēte cognitione diſtincta aut confuſa, & quæ in habitu potius quàm in actu conſiſtat. Nam motus crurū liber eſt: ſæpe verò dormientes crura transferimus abſque cognitione præcedente. Et vigilantes cùm ſemel incedere cœperint, quandoque non amplius motum crurum imperant, nec tenent mente conceptum finem, qui primò cognitus fuit. Ad aliud dicemus, tuſſim eſſe motum liberum: quoniam tamen motus quidam ſunt, qui corporis affectibus ſeruiant, vrgente aliquo corporis affectu animal tuſſire cogitur, quamuis non tuſſire ſibi potius eligeret. Simile eſt, ſi quis ſtans violentius traharur, ipſe enim crura mouet, incedit, & trahentem ſequitur, quamuis nolens: eligit namque crura mouere, & incedere, potius quàm pręceps ire, nihilominus is motus crurum liber eſt. Idem fit in motu palpebrarum, qui liber eſt, licet aliquādo corporis affectibus ſeruiat: fit enim vt à cauſa mordente, aut præ timore cogamur ipſas mouere. Ad aliud quo rationem Gale. ſubuertere conantur, dicemus Galen. ea vſum fuiſſe ratione lib. 2. de Placitis. Hippo. & Plato. vbi aduerſus Ariſtotelem probat vocem & thoracis motum à cerebro oriri, & non à corde. Muſculi enim (inquit) inſtrumenta quædam reſpirationis, vociſque effectrica mouent, ipſi à neruis qui à cerebro diffunduntur motionem adepti. Quorum quidem neruorum ſi vel laqueis conſtrictum aliquem interceluſeris, vel etiam præſecueris, motu ſtatim orbaueris muſculum illū in quem neruus ille pertingebat, membrúmque illud quod priuſquam ſectus neruus fuiſſet à muſculo eo motionis compos efficiebatur, immobile reddideris. hæc Gale. ratio non eſt ex oppoſito antecedentis, ſed talis eſt poteſtate. Motus factus per muſculos à cerebro manat, ſed motus thoracis fit per muſculos, ergo manat à cerebro. Quod autem motus thoracis manet à cerebro, cōſtat: quoniam ſi neruos à cerebro ortos, qui muſculis mouentibus thoracem inſeruntur, illaqueaueris, aut præcidas, motus illi ceſſant: habet ergo à neruis facultatem, & nerui à cerebro. Motus autem à cerebro procedens liber eſt, vt conſtat: non ergo procedit ratio Gale. ex oppoſito antecedentis: ſed ſic; Præciſo neruo facultas nō deducitur, & ipſo nō præciſo deducitur: ergo facultas hæc per neruū defertur: hæc ratio validiſſima eſt. Nam illud dicitur principium, aut via delationis alicuius rei, quo poſito defertur res illa, & quo non poſito idē non defertur, ergo ſi poſito neruo defertur animalis facultas, & ipſo ſemoto eadem nō defertur, via aut principium tranſmiſſionis eiuſdem ipſe erit. Quod autem affirmat Galenum dialecticam ignoraſſe, impudēter mentitur: nam Galenus libros de Demonſtratione ſcripſit, & dialecticam eſſe à medico diſcendam admonet, ac probat, ſuáque in diſſerendo peritia docet, quantum in ea diſciplina valuerit: vt cùm aduerſus Ariſt. Chryſippum, Aſclepiadem, Menodotum, Lycum, aut Theſſalum ſe offert diſſerendi occaſio. Quod autem alij dixerunt liberum non eſſe motum, quoniam non patitur laſſitudinem, id alia ratione euenit, nempe quoniam cerebrum perpetuò per eos neruos influit & copioſè, ita vt nunquam ſentiant defectum, cuius gratia quieſcendum eis ſit, præter id quòd reſpirationis motus mediis quietibus fiunt. Reſpirationem itaque liberum eſſe motum cum Galen. dicemus, ab imperio appetitus animalis procedentem, cognitione obiecti ſiue finis antecedente, eaque vel manifeſta vel obſcura & confuſa: quæ dormientibus cùm reſpirant adeſt, & cùm corpus aut aliquod membrum mouēt, quod

eſt

Animalia mouentur ex ſe.

eſt imaginationem & appetitum mouere animal, qua ratione 8.lib.de Phyſicis auſcul. cap.2. Ariſtot. dixit animal ex ſe moueri,quoniam cùm quieuerit, motum rurſus ex ſe inchoare poteſt, non accedente aut generante, aut remouente prohibens, quibus egent inanimata,vti & Cicero lib.de Republica dixit,Inanimum eſt enim omne, quod pulſu agitatur externo. Quod autem animal eſt, id motu cietur interiore & ſuo, nam hæc eſt natura propria animæ atque vis.Ariſtot. ſententia ſic conſtabit. Nam lapis quieſcens motum deorſum nunquam inchoabit, niſi prohibens ſemoueatur, quod impediebat eius motum deorſum. Aut quemadmodum in vapore ſublato in aëre, is enim deſcẽdere incipiet accedente generante grauitatem, quæ in vapore non præfuerat: & ignis cùm generatur,aſcendere incipit. Animalia tamen nullo horum accedente, ſed ſola immutatione à fine facta, & imperante interna facultate moueri incipiunt:& hoc eſt moueri ex ſe, non quidem principium motus intrinſecum habere: nam id habent grauia & leuia, & quæcunque naturali motu cientur. Sed quoniam nullo extrinſeco concurrente, à ſe ipſis motus inchoare poſſunt animalia, ubiecti cognitione & appetitus imperio præcedentibus,ſiue id obiectum præſens, ſiue abſens fuerit, ſiue omnino non fuerit in re, ſed in anima tantùm. Mouetur namque imaginatiua vis,non tantùm ab externis cauſis, ſed etiam ab internis. Namquæ thoracem grauant, aut mordent,tuſſire cogunt, cognitione præcedente, & deiectio inteſtina mouet, & vrina veſicam & ſaliua os,& mucus nares, & ſapor internus à lingua ſentitur, & ſemen in vaſis retẽntum imaginatiuam valide mouet, prius moto tactu partis,vnde titillationes fiunt in ſenſu tactus, & imagines fœminarum,& totius corporis motus appetitus imperat:atque turgent animalia nullo ordine mota, & ad venerem cõcitata.Sequitur adhæc vt de appetitu quędam doceamus: verùm is nullum animatorum ordinem conſtituit ex Ariſtotelis doctrina: quoniam omnibus animæ facultatibus immiſcetur. Nam altrix facultas,quæ in iecore ſedem habet, ſiue concupiſcibilis ipſa ſit, quemadmodum voluit Plato, appetitum habet immixtum, & ipſa appetitus nomen ſortitur, ἐπιθυμητικὴ dicta. Et ſingularum corporis animati partium altrix, alimẽti familiaris appetitum habet, quo etiam alienum auerſatur: ſentiens quoque animæ vis voluptatem habet inſertã, quę in ſenſibus exterioribus ipſorũq; organis inſita eſt.Docẽt guſtus & tactus quantũ quiſq; & delectetur,& triſtetur,ab his quæ ipſis offeruntur:ſentiens quoq; interna vis appetitum prædictum habet cõiũctum, cuius munus eſt motũ ad locum imperare: is verò appetitus ſenſibus internis copulatus, tertium animatorum ordinem conſtituit, in Ariſtotelis doctrina. Quoniam verò is appetitus quidã eſt, & appetitus omnibus immiſcetur ordinibus: non ineptè quis hunc ordinem animatorum alio quopiam diſtingueret, quàm appetitu: nempe aliqua animæ vi quæ appetitum haberet adiunctum. Ac rectè diceret, vegetatiuum eſſe primum.Secundum ſenſitiuum, externo ſenſu, vt guſtu, aut tactu, quo animalia terræ affixa prædita ſunt. Tertium ſenſitiuum per internos ſenſus, ſiue æſtimatiuum, ab eo quòd æſtimare valet. Quartum intellectiuum. Secundum locum motiuum verò nullum ordinem diſtinguit: quoniam ordines animatorum non diſtinguuntur appetitu,ſed facultatibus, quibus ipſe adiunctus eſt. Vegetatiuum namque non ab appetitu alimenti ordinem ſumit,ſed ab alendi potẽtia, quæ ſibi aſciſcit appetitum alimenti,veluti in plantis.Et ſenſitiuum quod in terræ affixis inuenitur, non ab appetitu ſortitur ordinem,ſed à facultate ſentiendi, cuius gratia plantis ſuperiora ea animalia euadunt: & intellectiuum quamuis habeat adiunctam volũtatem,non ſumit ordinem à voluntate,ſed ab intellectu,cui adiungitur voluntas,ita quoque ordinem in ordine eorum quæ loco mouentur, ſed non intelligunt,inuenire decet aliquam animæ vim, quæ ordinem conſtituat, & appetitus non ſit, ſed appetitum ſibi adiungat.Hæc verò eſt interna ſentiendi facultas,quæ intellectum digoitare non attingit,ſed ſenſum externum,qui in terræ affixis inuenitur,ſuperat. Cùm autem internæ ſentiẽtes facultates duæ tantùm ſint,ſcilicet imaginatiua & æſtimatiua(non enim cognoſcit memoria) hunc ordinem, imaginatiuum,aut æſtimatiuum, aut interius ſenſitiuum appellabimus: id verò ob appetitum imperantem, loco mouetur.

Animæ intellectiuæ dignitas.

Poſtremò ſuccedit de rationali animæ parte diſſeratio, quam ad vltimũ locum diſtulimus, quoniam ad eam aliæ animæ partes ſunt neceſſariæ ſecũdum naturam, & quoniam ipſam alloqui ſine aliarũ cognitione foret impoſſibile. Tanta enim eſt eius dignitas & excellentia, vt noſtras vires cognoſcendi ſuperet, & magna ſit nobis per ſenſus adhibenda diligentia, vt vel minimum de ipſa dicere valeamus. Nitemur tamen eius admirabiles vires perquirere, & in earundem cognitione verſari: tum quòd hæc nos ducit in diuinarum rerum contemplationem, tum quòd homini ſapienti nihil amabilius,aut cõducibilius eſſe debeat, quàm ſui cognitionem habere, & quæ ſua ſunt in primis agnoſcere.

Dignitatis animæ humanæ perquiſitio medico-philoſophica.

Porrò anima noſtra rationalis, quæ in cerebro reſidet, diuina quædam eſt ſubſtantia, incorporea,impatibilis,atque perpetua, humano corpori infuſa, & ab eo per mortem & corporis diſſolutionem ſeparabilis, ad cuius productionem corporis diſpoſitiones omnino non coagunt, quamuis præcedere ſit neceſſarium, & ſine ipſis corpus informare,& ei adhærere anima nequeat. Hæc itaque à prima hominis generatione corpori immergitur, & multo humori inſunditur,à quo vires effunduntur, caligant, & obtenebrantur, non aliter quàm à lignorum viridium multitudine flamma ignis. Quo fit vt infantes nullius ſint rationis participes,& belluarum ritu alitioni tantùm incumbant. Cæterùm procedẽte tempore,humore diminuto & toto corpore aridiore reddito, ſeſe oſtendit anima rationalis, viréſque ſuas in publicum profert, vti flamma, quæ ſenſim lignorum humorem excutiens, ſeipſam accedit, auget, & patefacit, quæ ante ferè extincta iacebat.Erat autem in rationali anima lumen ferè extinctum, quod ei à Deo, ſummo omnium rerum opifice,ad beatitudinem conſequendam datum eſt, nempe intellectus, Diuina animi poteſtas, qua homines Deo ſimiles ſunt, atque Deo copulari auent: cùm primùm intelligunt non eſſe quidẽ integrum, aut omni ex parte perfectum lumen, quod animæ rationali innatum eſt,ſibíque inſitum à natura, ſed alio egere perfectiori,& ſublimiori, à quo ipſum illuſtretur ac perficiatur. Tunc enim perfectum fore intellectum humanum,qui ad adultam ętatem peruenerunt agnoſcunt,cùm innatum ſibi lumen à cœlitus infuſo diuino ſplẽdore perfuſum fuerit.Id verò eſt,intercedente lumine, intellectum humanum diuino copulari,& animam noſtram in cœlum euehi.

Animæ rationalis vires.

Sunt autem rationalis animæ facultates, intellectus atque voluntas. Intellectus verò duplex eſt, quidam intellectus potentiæ, quidam intellectus agens.Cùm enim intellectus vniuerſalium maximè

ſit,& ſenſus ſingularium,& intellectus à materialibus immediate pati non poſſit, ad conſequendam rerum cognitionem oportet imagines earundem quæ in ſenſu ſunt, à ſingulari & materiali natura, quæ ab intellectu valde eſt aliena, nudare, atque ipſas in aliam naturam mutatas,intellectui tradere, & in ipſum trãſponere,& traducere. Quòd ſi id aut obiecti, aut ſenſus vt fieri nequit, vt notum eſt, opus erit agente intellectu.Nõ fit tamen ſecundum naturam (vt ex his quæ ooutmos conſtat) vt idem, materiæ & efficientis vices gerat, ſed alterum agat, alterum pariatur.

Intellectus agens.

Cogimur ergo naturæ ratione moti, alterum intellectum conſtituere paſſiuum, qui intellectus potentiæ dicitur ab Atiſtot.

Intellectus potentiæ.

Portò cùm intellectus noſter à phantaſmatis mendicet, id eſt ab his quæ in ſenſu conſiſtunt, & ea quæ ſunt in intellectu in ſenſu præfuerint, neceſſum erit ad intelligendum interim dum anima rationalis corpori eſt infuſa,vt intellectus ad eas rerum imagines ſeſe conuertat, quæ aut ex ſe maiorem habent perſpicuitatem, aut quæ aliarum rerum cognitionem ordine, diſcurſu, & ratiocinio ſequuntur, à quibus aliarum ſimilitudines immateriales abſtrahit intellectus,eas à ſingulari & indiuidua natura ſeparans, atque ſecernens, quas intellectui potentiæ figit. Hæc verò generali quadam ſimilitudine repræſentant id qood ſingulari & materiali natura ſenſui ſeſe oſtendebat. Præterea quod offertur intellectui potentiæ idem agnoſcit per notionem quæ ab intellectu agente producitur, & ab intellectu potentiæ recipitur ſimul cum rei agnitæ ſimulacro, à ſenſu in intellectum tranſlato, eiuſdem intellectus agentis coactione, ob quam iotellectus potentiæ, dignitatis & perfectionis agentis fit particeps.

Intellectus potentia non eſt agẽte perfectior.

Nec tamen ob id putandum eſt intellectum potentiæ eſſe perfectiorem intellectu agente, quoniam intellectus potẽtiæ recipit notitias ſiue rerum cognitiones. Illod verò quod cognoſcit,non cognoſcente perfectius eſt. Nam intellectus potentiæ recipit notiones, & earum ratione cognoſcere dicitur, quemadmodum quæ calorem ſuſcipiunt, calida, & qoæ frigus, frigida: quæ verò nulli horum ſubiiciontur, à nullo horom appellationem ſuſcipiunt: intellectus verò agens, nullum horum ſuſcipiens, non iotelliget, neque tale nuncupabitur. Quòd ſi ea quæ cogooſcunt,non cognoſcentibus digniora, & nobiliora ſunt,intellectus potentiæ dignior erit intellectu agente. At verò nos intellectum agẽtem dignitate & ordine priorem & ſuperiorem eſſe intellectu potentiæ rurſus conſtanter affirmamus: ſiqoidem agens patiente,& actus potentia, & forma materia,dignior eſt: intellectus autem agens actus eſt & forma, ſi ad intellectum potentiæ referatur: erit ergo dignior.

Intellectus agens qua notione intelligit.

Intelligit quoque non per eam quam in ſe ſuſceperit cognitionẽ, ſed per eam quæ in intellectu potentiæ iacet. Eſt ſi quidem adeò iotimus intellectus agens, intellectui potentiæ,vt nihil aliud ſint ab anima rationali, quæ poteſt intellectionem efficere,& ipſam ſuſcipere, vt vnica notitia,vnamet intellectione ſimul ambo fruantur, & anima rationalis per intellectum agentem & intellectum potentiæ, cognoſcere meritò dicatur, & agere ac ſuſcipere intellectionem,vt infra dicemus. Comprehendit itaque intellectus vniuerſalia, & ea quæ à materia ſeparata præſentantur, quorum efficit notitiam intellectus agẽs.

Intellectus vniuerſalis eſt.

Suſcipit autem ipſam intellectus potentiæ, agnoſcentibus ambohus: in vniuerſali autem illa rei agnitione ſingulare quoque loco, & tempore præſenti, & accidentihus affectuum deprehenditur. Trahitur enim ad ſingularis, & materialis agnitionem à corporis affectibus, quatenus & ipſis ſeruire ſæpiſſime cogitur: quod accidit rationali animæ, interim dum corpori immergitur.

Poſt mortem non recordamur.

Hic fit vt poſt mortem non recordemur, inquit Ariſtot. (quod de memoria ſenſuali intelligi debet, nam memoria intellectualis poſt mortem manet.) Recordari namque, amare, & odio proſequi, affectus ſunt & conturbationes animæ, quæ in ſingularibus conſiſtunt,& ſingularibus annectuntur: quandoquidem memoria corporea vis eſt, & odiom atque amor ad animam iraſcibilem attinent, quæ mortalis eſt, ac corruptibilis in corde reſidens: intellectus verò cũ rationali anima, perpetuus eſt, diuinus & immortalis, vniuerſalia à ſingularibus ſeparans, atque ſeparata concipiẽs, deinde ea ordine componens,& ſerie quadam coniungens ad veri & falſi conſtitutionem:

Intellectus verum & falſum cognoſcit.

nam verum & falſum in enuntiatione, ſiue aſſertione cõſiſtunt. Hæc tameo in intellectu conficiuntur, & cognoſcitur verum,addita quoque temporis ratione, ſine qoa nullum verum,aut falſum eſt,aut tale eſſe concipitur. Quoniam verò temporis rationem ſolus aſſequitur intellectus, ipſe quoq; ſolus verum agnoſcet. vt enim inquit Ariſt.lib.3.de Anima c.8. verum & falſum conceptus complexi intellectus ſunt: ſed tamen tam cõplexi, quàm ſimplices, qui primi conceptus ab ipſo nominantor phantaſma non ſunt, ſed non ſunt ſine phantaſmate.

Phantaſma.

Phantaſma verò hîc ſignificat rei ſimulacrum, qood in imaginatiua facultate, aut in memoria manet, quo cogitãdi vis ſimili modo vtitur. Cùm verò memoria ſenſualis & cogitandi facultas, ſeparata anima rationali à corpore corrumpatur, poſt mortem non recordamur, neque amamus: ſunt enim amor, & odium, de quibus loquimur, non rationalis, ſed animæ iraſcibilis paſſiones. Hæ verò perit in hominis diſſolutione, neque rerum in vita actarum recordamur, quia memoria corruptibilis eſt,& corpori annexa. Et cogitatiua facultas, cuius eſt munus in imaginibus memoria ſenſuali ſeruatis verſari, pariter aboletur. Themiſtius tamen præter iotellectum agentem, & intellectum potentiæ tertium ſtatuit ad Ariſt. mentem, quem appellat intellectum cõmunem, ac probat intellectũ agentem, & intellectũ potentiæ eſſe perpetuos: cõmunem verò corruptibilem, ad quem recordari, amare, & odiſſe attinere vult. Primum quidem verum eſt, vtrumque intellectum tam agẽtem, quàm potentiæ eſſe perpetuos: nam de intellectu agente lib.3.de Anima.cap.5.inquit Et is intellectus ſeparabilis eſt, nõ miſtus & impaſſibilis, cùm ſit ſubſtantia actus.

Intellectus impatibilis eſt, tam agẽs quàm potentia.

Quòd etiam intellectus potentiæ ſi perpetuus, voluit Ariſt.lib.3.de Anima.cap.4. dicens: Si igitur ipſum intelligere ſit, vt ſentire aut pati, qooddam erit ab ipſo intelligibili, aut aliquid aliud tale: impatibilem igitur ipſum eſſe oportet, ſed formę ſuſceptiuum,& potentia talem, ſed non ipſam eſſe,& ſimilitudinem ſubire cum ſenſu, ita vt quemadmodum ſe habet ad ſenſibilia ſenſus, ita ad intelligibilia iotellectus. Priora dicta ſunt de intellectu agente, qui omnia agere poteſt, quoniam omnium notiones agendo perficit: hæc verò de intellectu potentiæ, qui eſt ad omnia in potentia, quoniam omnium cognitionem,& formas omnes ſuſcipere poteſt: qua ratione ab omnibus eſt immunis.

Intellectus communis an ſit.

Quod tamen attinet ad tertium intellectum, mixtũ materiæ, communem & corruptibilem, talem eſſe Themiſtius ex Ariſt. probare nititur. Primò ex cap. 4.lib.1.de Anima, vbi inquit, Et ipſum igitur intelligere ac contemplari marceſcit, quia aliud quoddam intus corrumpitur, ipſum autem paſſione vacat.

eat. Ratiocinari verò & amare, aut odiſſe, non ſunt illius affectus, ſed huiuſce quod habet illod, ea ratione qua illud habet: quapropter & hoc corrupto, non recordatur, oec amat: non enim erat illius, ſed ipſius communis, quod quidem perit. Alter locua habetur lib. 3. cap. 5. quum inquit de intellectu ſeparaeo loquẽs: Non autem recordamur, quia hoc quidem expers eſt paſſionis: intellectus verò paſſiuus extinguitur, & ſine hoc nihil intelligit. Hæc tamen loca nõ probant eſſe aliqoem intellectum, ab agente, & potentiæ diuerſom. Nam vbi in primo libro dixit ratiocinari, & contemplari, marceſſir, quia aliud quoddam intus corrumpitor, id non eſt de intellectu audiendum, ſed de potentia cogitatiua, quę contemplationi & ratiocinio ſeruit miniſtrans intellectui, quæ ſi corrumpatur, vt in hominis abolitione, nullum ſiugulare intelligere valebit intellectus, neque quempiam aut amare, aut odio proſequi, neque recordari ſenſuali memoria: cùm id ad corporis vires referri debeat. Adde quod eodem loco poſtquam dixit, illius quod perit corruptione, non recordari, inqoit. Iutellectus autem diuinum quid eſt, fortaſſe, paſſionéque vacat. Rurſus quod lib. 3. dixit, intellectus verò paſſiuus extinguitur, cõſtat ipſum non loqui de intellectu qui eſt rationalia animæ vis: is enim incorruptibilis eſt, vt probaui, apud ipſum, ſed vſus eſt nomine intellectus, pro potentia cogrroſcente, ita vt cogitatiuam facultatem comprehendar, quæ corruptibilis eſt, quemadmodum lib. 3. de Anima cap. 10. intellectum & appetitum mouere animal dixit, ſi quis imaginationem vt iotellectionem quandam eſſe ponat. Sed rurſus ad animam ipſam rationalẽ de qua ab initio agendum inſtituimus, redeamus. Anima hæc quæ in vnoquoque vna habetur, ab anima alterius nnmero diſtincta ſpecie vnica, ſic noſtro corpori hæret, vt forma quæ eſt rei eſſentia, & quæ eſſe rei prębet. Differunt enim eſſe, & eſſeotia. Nam eſſentia hominis forma ſubſtantialis & actus ipſius eſt: eſſe verò conſtituti totius ex forma, ſiue ſpecie & materia conſtat. Id verò eſſe torum. conſtitutum à forma ſuſcipit: nam & forma bominis quæ anima rationalis eſt, non aſſider corpori vt gubernator naui: is enim non eſt nauis actus, & perfectio vt anima rationalis hominis. Præterea gubernatore ablato, atque pereunte, nauis ſuum eſſe non amittit, bomo verò ablata anima perit, & ſuum eſſe perdit: aliter ergo anima corpori, & naota naui iunguntur. Separatur autem anima hæc à corpore vinculis diſſulutis, qoibus corpori alligatur. Nam vincula ipſa ſolubilia ſont, & mortalis anima, quæ apud Platonem alia eſt ab hac, cũ corpore diſſoluitur, & perit, inquit enim in Timęo: Dij dum animam immortali initio præditam accepiſſent, circumligauêre obduxeréque ei corpus fluidum & mortale, adiecto genere quodam mortalis animæ, qua perturbationes & affectus plurimos cõdiderunt. Meminit hoc in loco animæ rationalis & immortalis, atque animæ iraſcibilis, ad quam attinent affectus, ſiue perturbationes, quæ corruptibilis eſt, per hominis abolitionem altera ſeparabili euolante, vt perpetua Hanc Ariſtot. lib. 2. de Generat. anim. cap. 3. extrinſecus aduenire voloit, & ingenitam eſſe putauit. Nos tamen à primo rerum conditore genitam, vel potius eſſe crearam aſſerimus, mediam quandam naturam conſequutam inter angelos, & ea quæ mareriæ omnino annexa ſunt. Nam angeli immortales ſunt, neque aliquo modo materiæ, aut corruptibili & mortali cuipiam adiuncti. Formæ elementorum & mixtorum corruptibiles ſunt, & diſſolubili ſubiecto coniunctæ: anima tamen rationalis immortalis eſt, corpori tamen mortali & diſſolubili alligata. Qua quidem parte corpori annectitur, ſæpe à corporis affectibus vincitur, & pręceps trahitur, à bono aberrare cogitur, & malum proſequi: qua verò rationalis & immortalis ac impatibilis eſt, bonum amat, nunquam errat, aut ſeligendo fallitur. Rurſus qua immortalis & impatibilis eſt, vniuerſalia conſiderat, & rerum eſſentias meditatur, ac diuina, & à materia ſeparatas ſubſtantias contemplatur, ſe quoque intelligit: qua verò mortali & deciduo corpore circumuallatur, à cogitandi vi, quæ ſenſitiuæ animæ facultas eſt, ad ſingularium & materialium cognitionem adducitur. A qoibus rurſum ipſa viribus ſuis vſa, tanqoam à materialibus ſimilitudinibus rerom ſingulariom, ſimilitudioes alias, quas iuniores philoſophantes ſpecies intelligibiles vocant, educit, quas intellectui patibili traducit, eiſque præſentibus rerum earumdem eſſentias intellectus agens aduertẽdo cognoſcit: ea verò eſt vniuerſalium notitia. Id exemplo facili ac breui doceamus. Agnoſcimus primùm viſoria facultate colorem, magnitudinem, & figuram Socratis aduenientis: imaginem eiuſdem ſuſcipit phantaſia, atqoe Socratem eſſe cognoſcit. Succedit autem cogitandi facultas, quæ ratione & diſcurſu quædam conuenire Socrati iudicat, vt quod Coriſci filius eſt, aut cuiuſuis alterius pater, & quòd amicus eſt, aut inimicus. Hæc verò non fiunt antequam in ipſa ſimilitudines Socratis à phantaſia fuerint tranſlatæ. Ab bis tamẽ intellectus agens, quas proximas habet (quòd magis aliis perſpicuæ, & euidentes eo tempore ſint) ſimulacra transfert intellectui potentiæ, & in intellectionem eſſentiæ Socratis format: quæ vniuerſalis omnium hominum agnitio eſt, quoniam in ea eſſentia omnes bomines conueniunt, tanquam in ſpecie, in qua & Socrates ipſe continetur. Cùm tamen, vt diximus, anima & eius intelligendi vis annexa & alligata cogitatiuæ ſir, rurſus ab ea ex ſua vniuerſali notitia, in ſingularis cognitionem aſtringitur, & reuocatur. id ad mentem ferè omnium Peripateticorum dictum ſit, à quibus vna hac re diſſentimus, quòd ad ipſas imagines in pbantaſia ſitas, intellectum agentem conuerti aſſueramus, in primis ipſis rerum cognitionibus, & ante rem in generali conceptione ab intellectu comprehendi, quàm cogitatiua vis ipſam agnoſcat, aut de ea iudiciũ ferar, itaque in ipſis primis intuitionibus, quæ à ſenſibus externis manant, & ab eiſdem procedunt, imaginatiua immediatè miniſtrat intellectui, à qua vniuerſalis cognitio abſtrahitur. Poſtmodum verò quum qoippiam de ea ſingulari re couſiderandum ſe offert abſeute intelligibili, intellectus ad rei ſimilitodinem, quæ cogitatiuæ hæret, ab imaginatiua tranſlatam, aot ad ipſom ex memoria reductam, ſe conuertit, & de ſingulari re multa diſquirit, & coſiderando venatur, & iuenit, inuenta quoque affirmando, aut negando prædicat. Id eſt quod dixit Ariſtot. oportere intelligentem phantaſmata ſpeculari, id eſt, in primis rerum cognitionibus intuitionibúſque, intellectus à phantaſmaribus, id eſt imaginibus in pbantaſia ſitis mendicat: miniſtrar namque, ac ſuggerit rerum imagines intellectui: in abſentia tamen cùm ſemel vniuerſalia & generalia ex ſingularibus intellectus confecerit, aut ſolus immaterialia & vniuerſalia contemplabitur, nulla facta ad ſenſus conuerſione, aut ſi quando ſingulare qoodpiam agnoſcat, quod in generali notitia comprehenſum habuerit, ad cogitatiuæ formas & ſimulacra ſe conuertet. Hæc enim rerum abſentiũ ſuggerit imagines, quas à me-

Non reminiſcimur poſt mortem.

Quomodo eſſe & eſſentia differant.

Anima rationalis media.

Anima rationalis vniuerſalia conſiderat.

Exemplum.

Phantaſiã intuitionibus intellectui immediatè miniſtrat.

moria ſeruatas ſuſcitat. Interim itaque dum anima corpori iungitur, ſingularia primum agnoſcit ordine nobis debito, deinde vniuerſalia, quæ in rebus ſunt, concipit vniuerſalibus conceptionibus. Demum verò ab vniuerſalibus conceptionibus ad ſingulares regreditur naturæ ordine, quo à dignioribus & ſublimioribus, ad ignotabilia, nobis tamen notiora, proceditur, ſic & in ſui ipſius agnitione intellectus à ſingularibus procedit, à quibus ad ſui cognitionem diſcurſu progreditur: Separatus tamen ſeipſum in vniuerſalium cognitione intelliget per ſe.

Intellectus duo non ſunt duæ ſubſtantiæ.

Non defuerunt, qui exiſtimarent intellectum duplicem eſſe agentem & paſſiuum, duas ſubſtantias diuerſas, quarum agẽs vt forma eſſet & actus, & paſſiuus, vt materia, & ſuſceptiuus, ex quibus rationalis anima conſtaret, vnica & indiuiſibilis ſubſtãtia. Sed nulla ratio ad id opinandum mouere nos poterit: nam intellectus potentiæ ſubſtantia eſt, & forma, non vtique materia: verùm ex duobus actibus nihil vnum conſtitui poteſt: non igitur conſtituerent, aut intellectum vnum, aut animam & ſubſtantiam vnã. Eſt autem intellectus in anima rationali nihil aliud ab ipſa anima quæ ea facultate fruitur. Qua enim poteſt agnoſcere & rerum notiones habere, dicitur potẽtiæ intellectus: qua verò rerum cognitiones & notitias efficit, agens dicitur intellectus, ipſa anima rationalis. Solent namque Græci animam iraſcibilem, facultatem iraſcibilem nuncupare, & animam rationalem, facultatem rationalem, & animam intellectiuam, facultatem intelligẽdi: etenim δύναμις dicitur quæuis cauſa potens, ἀπὸ τοῦ δύνασθαι, id eſt, ab eo quod poteſt quippiam facere, vt facultas intelligendi, facultas ſentiendi, quia facit intellectionem, aut ſenſationem. Verùm ipſa anima rationalis diuerſa quadam ratione agit, ac patitur: idem namque vtriuſque vices gerit, ſed diuerſa quadam ratione. Sic enim quæ ſuprà diximus, de intellectu duplici intelligi volumus. Sed quo pacto ex ſingulari rei ſimilitudine in phantaſia ſita, poſſit intellectus vniuerſalem producere notitiam, dubium videtur. Nam ſi phantaſma nihil agit in rei cognitione, ſine ipſo cognoſci poſſet, quod non fit. Quòd ſi quid agat, materiale mouebit immateriale, & intellectus à ſenſibilibus patietur, aut mutabitur.

Vniuerſale cognoſcitur ab phãtaſma.

Quòd ſi noſcãtur ſingularia ab intellectu ſine ſpecie, quo pacto aut qua ratione intellectus ſe conuertit ad phantaſma, niſi ab ipſo immutetur? Quòd ſi ſimulacrum id neceſſarium eſt in intellectu potentiæ, à quo producetur? Quibus ſequentia ſatisfacient. Intellectus humanus, ſiue anima ipſa intellectiua non intelligit abſque rerum ſimilitudinibus, quæ in intellectu potentiæ, ſiue anima ipſa imprimantur. Fiunt autem partim ab intellectu agente, partim etiam à phantaſmate: nam intellectu agens phantaſmata illuſtrat, ac perficit: deinde vt agens præcipuum ſimul cum phantaſmate intelligibilis, ſimilitudinem intellectui potentiæ tradit, qua præſente intellectus agens rei notionem producit, per quam anima vtraque ratione, & qua agens & qua patiens, intelligere dicitur. Neque probant quidquam, illi qui conantur phantaſma non coagere, & intelligibilis ſimulacrum non differre à rei ipſius cognitione. Nam ceſſante intellectione manet adhuc ſimilitudo rei intellectæ: non igitur ſunt vnum. Poſſet autem quis obſtrepere aduerſus ea quæ diximus, probare contendens ſimulacrum obiecti non produci in intellectu potentiæ ab intellectu agente & phantaſmate. Phantaſma ſiquidem nullam facultatem habet immutandi incorpoream ſubſtantiam, vt diximus. Verùm id nõ eſt à ratione alienum: nam ſua virtute & poteſtate non mutaret intellectum, aut minimè per ſimulacrum obiecti, phantaſia intellectum potentiæ perficeret: ſed in ea mutatione præcipuum agens eſt intellectus, minus præcipuum phantaſma. Quòd ſi præcipuum agens tale eſt, quãuis minus præcipuum id non valeat efficere, ad actionem concurſum habere poterit, quemadmodum in generatione animalis, quamuis ad formam ſubſtantialem generandam imperfecta cauſa caliditas ſit, & inualida, nihil vetat ipſam coagere. Coaget igitur ſimilitudo in phantaſia generationi alterius in intellectu. Rurſus quoque aduerſarius obſiſtere poſſet: Quoniam ſi rei ſimilitudo in intellectu à phantaſmate habet ortum, vt à cauſa minus præcipua, & ab intellectu agente, vt à cauſa magis præcipua, intellectui potiùs quàm phãtaſmati ſimilis eſſe deberet: quod non eſſe hinc conſtat, quòd phantaſmati ſimillima eſt, non intellectui. Sed tamẽ quamuis ſimilitudo prædicta phãtaſmati ſimilior in modo & repræſentandi facultate ſit, quoniam ſpiritalis eſt eſſentia eius, ſimilior euadit intellectui agenti, qui veluti vniuerſalis quædam cauſa eſt omnium intellectionum: phantaſma verò vt particularis & ſingularis, cuius ſimile in hominis generatione fit: ſol enim & homo generant hominem: ſol vt cauſa generalis & magis præcipua, homo vt ſingularis: verum vt homo homini, quàm ſoli ſimilior euadit; ſic quoque ſimulacrum in intellectu potentiæ ſitum, intellectui magis ſimile eſt in ſua eſſentia, quamuis magis ſimilem habeat vim immutandi cum phantaſmate. Nam & phantaſma ſingulare repræſentat, ſimulacrum verò in intellectu ſpeciem & eſſentiam vniuerſali modo. Quemadmodum etiam ad formæ quæ ſubſtantia rei eſt, & ipſi ſpeciem præbet, inductionem quædam antecedunt naturæ ordine præparamenta in materia, ita phantaſma in imaginatiua facultate antecedit eiuſdem actionem, qua obiectum cognoſcit. Et in intellectu ſimulacrum antecedit intellectionem, quæ veluti forma & perfectio intellectus eſt, qua materialia à ſenſibus oblata cognoſcit, ab vniuerſalium cognitione contractus, Diuina quoque & intelligẽtias ſeparatas à materia ratiocinio quodam aſſequitur: neque enim ipſarum euidentem cognitionem habere poteſt, donec à corpore anima noſtra fuerit libera.

Intellectio ſeparatarũ ſubſtantiarum.

Tunc etenim ſuperna meditabitur, & Deo ipſo intuendo fruetur, vbi ſingulæ ſubſtantiæ reliquis patẽt intelligentiis, quibus ſe foras pãdunt. Quòd ſi ad ſupremum eum diuinũ intuitum in vita nemo pertingere poteſt, neminem in vita beati dicemus: ea enim eſt noſtræ animæ beatitudo poſtremúſq; finis. Sunt verò quę ad ipſam conſequendam parãt, virtutes animi, quibus diſciplinæ vehemẽter adſtipulantur, tum quòd quæ meliora ſunt, nos docent amare, & proſequi, tũ quòd vitia, animíq; perturbationes cõpeſcunt. Iure ergo dicemus virtutib. & ſcientiis animam noſtrã illuſtrari, ornari, perfici, & ad poſtremam ſummãque fœlicitatẽ præparari, ac tandem perduci: naturales verò philoſophi aliam humanam fœlicitatem intellexerunt, qua homines in hac vita fruuntur, qui animam ſuam prudentia, iuſtitia, temperãtia, & fortitudine exornarũt. Stoici quidem hæc tantum ad fœlicitatẽ conducere voluerunt. Ariſtot. tamen bona fortunæ ſimul cum prædictis animi dotibus ad fœlicitatem putat eſſe neceſſaria, & fœlicitatem ex neceſſariis complet, & ipſam actionem virtuti conſentaneam eſſe dicit, neque deformem aptum eſſe ad beatam vitam, neque beatum eſſe, qui in Priami inciderit calamitates, quod & magnificentia paupertati iungi non poſſit,

Viuentium fœlicitas ex Stoicis, Ariſtotele, & Cicerone.

poſſit, affirmat. Cicero verò hæc bona boois animi adiecta, nihil magis addere putat, quam aquæ guttæ mati additę, quæ mare nihilo maius reddunt. Et quemadmodum lomen aſtti, lumini Solis additum cerni noo poteſt, ita bona corpotis bonis animi addita paruam & exiguam faciunt acceſſionem, ſine quibus hominem beatum eſſe aſſerit. Neque memoria dignus eſt Ariſtippus, qoi in dulcedine & corporis oblectamentis, neque Epicurus, qui in voluptate animæ, neque Hieronymus, qui in doloris carentia fœlicitatem ſitam eſſe putauit: nam hi finem noſtrum ſtatuebant ſecundum oaturam viuere. Præterea voluntas, animæ rationalis vis tertia ordine à nobis cõſtitota eſt, de qua modo agendum.

Voluntas.

Eſt quidem hæc libera quædam animę facultas, quæ id tantùm quod bonum eſt, amat, & proſequendum eligit, quamuis id duplex ſit: nam quoddam eſt bonom verè tale, quoddam tale ſe oſtendens, menti noſtræ imponens. Altero duorum modorom bonum eſſe oportet, quod eligi debet: fieri etenim nequit (vt inquit Socrates in Menone) vt qui malum quale ſit, nouerit, ipſum appetat. Antecedit tamen volitionem, aot eiuſdem cootratium rei cognitio. Nihil enim volitione, aot nolitione proſequendum, aut fugiendum inſtituimus, niſi prius oblatum ſit intellectui, & tali ratione ab intellectu comprehenſum, voluntati offeratur. Deinde verò voluntas ipſa liberè eligit proſecutioné, aut fugam, volitione aut nolitione, prodncta in voluntate patiente quæ volitioni ſuſcipiendæ deſtinata eſt. Producitur autem à voluntate agente, quæ duæ animæ rationalis vires ſunt.

Voluntas agẽs & patiens.

At verò anima, quæ viribus eiſdem vtitur, ab ipſis ſola ratione, vt ipſæ inuicem, diſtat, verùm ob id quòd voluntas paſſiua vis animæ eſt, ab agente diſtincta, volitionem ab agente factam ſoſcipit, hoc eſt rationalis anima, ipſa mediante. Ad cuius generationem ſola vis obiecti voliti non ſufficeret: nam ſola ea ſuapte natura volitionem pareret, omni libertate excluſa. Cùm enim obiectum ſe ferret volendum, ſi volitio obiecti actiooem ſequeretur, cùm agens naturaliter id agat, non poſſet non agere oblatum, atque voluntas non poſſet non ſuſcipere volitionem: id verò eſt velle, non ergo eſſet volitio libera actio, aut voluntas libera poteſtas. Rurſus actio, natura facta in ſobiecto naturaliter ſuſcipitur, ſed volitio natura fit ab obiecto, ergo natura ſuſcipitur à voluntate. Quod tamen natura actum, naturali modo & non libero ſoſcipi debear, conſtat. Nam ſi naturali modo actum, liberè ſuſciperetur, poſſet id agi & noo ſuſcipi, quod nullatenus fieri contingit. Erit igitur voluntas quædam patiens, quædam etiam agens, ratione diuerſæ quas liberas ſtatuunt, tam agentem quàm paticorem: nos tamen agentem liberam eſſe cõcedimus, quandoquidem id voluntatis eſt donum.

Voluntas patiens libera non eſt.

Patienti tamen libertatem noo concedimus: nam ſiue volitio ab obiecto procedat, ſiue à voluntate agente, voluntas paſſiua non poteſt non ſuſcipere volitionem, non eſt ergo libera paſſiua voluntas: neque id tollit rationem voluntatis, quæ eſt libera ad aliquid agendum, aut non agendum potentia. Nam qui ſic definiunt volontatem, vnicam voluntatem eſſe intelligant oportet, ex agente & patiente conſtitutam. In his tamen libertas ea eſt, quæ in voluntate agente, quæ volitionem non efficit, neque quippiam volendum eſſe concedit, niſi poſtquam oblatum ab intellectu fuerit, id ſibi proſequendum aut fugiendum impetet. Eſt igitur tota libertas humana io voluntate agente, quæ obiectum amat, aut odit: amat autem bonum, & odit malum, quod tale eſt, aut tale eſſe putatur. Quamuis ſine delectu ac ferè omni ſublata libertate quædam velimus quæ ſe temerè offeront, quæ poſtea collecto animo, & re penitus animaduerſa, odio proſequimur, id quidem fieri frequenter conſpicimus, malo aliquo oblato ferè ſubitò, quod boni paruum qooddam afferat momentum: quod quidem inconſideratius eligimus: deinde tamen omni boni & mali ratione penitus conſiderata, auertendom cenſemus.

Primi animæ motus nõ ſunt in noſtra poteſtate etiam ſecundum Theologos.

Quod primò diximus, id eſt quod in primis motibus eueoit, quos non eſſe in noſtra poteſtate Theologi intellexerunt, quibus etiam coolentimus, oeque volentibus id vitio vertendom putamus, oiſi is qui primus naturæ impetus ſequitor, prauis conſuetudinibus animum ad eos primos motus amplexandos parauerit. Hunc volitionis actom in voluntate patiente, natura ſuſcipi non dubitamus, agentem tamen voluntatem, eum actum neque omnino liberè, oeque funditus citra libertatem produxiſſe aſſerimus. Nam quatenus aliquam boni rationem ab intellectu oblatam habuit, id qood proſequendum ſubitò decreuit, & voluntas id aggreſſa eſt, libera actio dicetor. Quatenus verò ſine omni delectu & nulla habita melioris diſtinctione, id præcipit, non libera, omnino tamen libera actio illa eſt, quæ a voluntate procedit, probè prius agnoſcente intellectu appetibilis conditionem, & efficaci ac firmo modo, & ſtabili id volente, ac eligente. Is tamen actus quamuis ſine melioris electione fieri poſſit, ſine delecto, ſine animaduerſione ipſum non fieri, notom euadit: non enim ſemper quod melius eſt eligimus, ſed aut externis cauſis, aut internis corporis affectibus imponentibus intellectui, aut voluntati. Sunt qui aſſument vnicam tantùm voluntatem agentem, quandoque vt voluntatem, ac perinde libere, quandoque vt naturam, ſed noo liberè. Ad actum itaquè voluntaris, vt voluot nonnulli, tria ſunt neceſſaria, obiectum, intellectus, & voluntas.

Volitionem producentia.

Obiectum quod moueat & ſimul cum voluntate agente coagat ad actum voluntatis producendum, intellectus qui obiectum voluntati offerat, rationem boni, aut mali præſentans, & voluntas, quæ ſimul cum obiecto volitionem producat. Obiecti & intellectus actus, naturales ſunt, voluntatis tamen liberi: ſed tamen dubium videtur: nam obiectum finis eſt, quem proſequendum imperat voluntas, volitio igitur ad ipſum ordinatur, ſed ipſum coagit ad volitionem: erit ergo idem efficiens & finis, prius & poſterius, quod rerum natura non patitur. Nos quidem volitionem à ſola voluntate fieri poſſe putamus, obiecto nullatenus coagente, ſed tantummodò oblato & præſente in intellectu. Cùm enim intellectus rem intellexerit ſimulacro ſuſcepto, & ipſam voluntati obtulerit, conſpecta ratione boni voluntas volitionem edit ſe ſola. Quod ſi obiectum coagere conceſſeris, erit diuerſa ratione efficiens, & finis. Qua enim interna res eſt animo concepta coagit: qoa verò res eſt extra animam, quæ conſequi poteſt, finis eſt cuius gratia animal mouetur. Id enim voluntas proſequi & amplexari peroptat, ad coius proſequutionem cùm voluntas io arce corporis reſidens, reliquarum facultatum princeps ſit, quãdoque motum imperat, per neruos & muſculos alicuius externi finis aſſequendi gratia: nonnunquã verò intellectui ipſi quippiam ſcrutandom, aut exactius examinandum præcipit.

Voluntas intellectus imperat quippiam examinare.

Semel enim re quapiam intellecta voluntati grata, liberum eſt intellectui præcipere in illius conſideratione perſiſtere, & immorari, donec intellectus multa ignota ad eam rem attinentia

Digitized by Google

CHRISTOPHORI
A VEGA COMPLVTENSIS
IN LIBRVM SECVNDVM
DE ARTE MEDENDI

PRÆFATIO.

QVAMVIS certò ſciam, & nemini dubium eſſe exiſtimem, pro ratione præſentis ſtatus humanæ naturæ, mortis ineuitabilis (quæ omnia deueſtat ac populatur) omnes viuentes legibus eſſe deuinctos, perpetua quoque ſuſpicione angi, nullamque temporis habere rationem, quàm maximè homines iuuare ad mores componendos, & animam virtutibus & diſciplinis ornandam: illud tamen non me latet, omnes facilè pro ſalute, nedum pro vita, vniuerſa fortunæ bona commutaturos, cùm ſummè exoſum mortis nomen apud homines habeatur. Nihil ſanè tam amatum dixerit aliquis, nihil tanto habitum pretio & honore, quod non illico diſpenderit, ſi ſemel vel vnius horæ ſpatium ſibi vitam prorogandam intellexerit. Quamobrem non parum amabilem, nan in poſtremis gratam fore exiſtimauerim hanc ſecundam huius operis partem, qua docemus, qua ratione fieri poßit, vt medicus arte ſua ſanitatem tueatur, & vitam non tantùm cuſtodiat, ſed eandem vltra ſuæ temperaturæ limites producat. Neminem autem mentis compotem puto adeò futurum ſocordem, vt cùm ſemel in hanc operis partem inciderit, non omnem diligentiam apponat in eiuſdem lectione, & relectione, donec eorum quæ à nobis dicenda ſunt, integram conſequatur cognitionem. Theologus etenim præter multa quæ in primo libro diximus de hominis conſtitutione, eiuſdem facultatibus & actionibus, à quibus ſimul cum temperamento, animi mores magnopere deriuantur, in hoc ſecundo præcepta reperiet, quibus ſeruatis, non tantùm ſanitatem tuebitur, quæ ad bonorum operum executionem eſt accommodatißima, vti & morbi ab eiſdem remorantur: verùm & hiſce valebit proprios & alienos affectus compeſcere. Ego ſanè ſi mihi foret principis ab ipſa infantia commiſſa cura, eundem ſtatim magiſtro, pædagogo, & medico traderem. Magiſtro quidem ſapientißimo, qui eius animum diſciplinis illuſtraret. Pædagogo, qui eundem bonis moribus informaret. Medico, qui cognita eius temperatura omnem animi propenſionem in vitia, omnémque prauum affectum, ac mentis perturbationem moderaretur: nam in animo deprauato & vitiis corporis feruente, fieri nequit vt ſapientia & integritas morum ſedem habeat. Video iam hæc Iuriſconſultis eſſe grata, quorum animus magnorum voluminum lectione defeſſus, in alimentorum facultatibus cognoſcendis, in eligendis exercitationibus, ſomno, & ſingulorum opportunitate recreabitur. Rhetores & Grammatici horum omnium, cùm ſibi futura ſint ex vſu, vel compendiariam habere cognitionem deſiderant. Sed quid de philoſophis dixerim? quorum ſtudium eſt, rerum cauſas & naturas contemplari. Porrò cautè admodum de ſanitate tuenda, & vita proroganda ac introducenda immortalitate, præcepta tradidiſſe mihi videtur philoſophus ille Aegyptius, cuius meminit Galen. lib. de Tabe. Is enim immortales futuros pollicebatur, qui eum audirent, quique ſua viuendi inſtituta ſeruarent: Is verò ad ſenectutem perductus contabeſcenti ſimilis factus, oculis excauatis, temporibus collapſis, fronte arida & tenſa, ſuam impoſturam detexit. Nec tamen perinde vana eſſe præcepta fatebatur, ſed rurſus pueros bene habitos, aptos eſſe prædicabat ad ſuam illam viuendi normam & immortalitatem aſſequendam. Intelligens decrepitus ille octogenarius mortem ſibi adeò proximam, vt viuens non ſperaret futurum vt in mendacio deprehenderetur, auſus eſt is non ſine quorundam applauſu immortalitatem aſſirmare: quoniam (vt Galen. ait loco citato) nulla via eſt neceſſariò probans, aut demon-

An hominem moriturum eſſe demonſtrari poſſit.

ſtrans,

ſtrans, omne genitum corrumpi debere, ſed ſuaderi tantùm poſſe. Potuit igitur affirmari & apud nonnullos recipi, quod non omnino erat ratione improbabile, quamuis experimento ſit aduerſum. Nullus enim mortem natura, aut arte euadere valuit. Habuit Galen. conſentientem Platonem, qui in Timæo mundum genitum fuiſſe affirmat, incorruptibilem tamen. Ariſt. verò lib. 1. de Cælo cap. 12. multifariam contendit, omne genitum corrumpi debere, ſiquidem omne genitum corruptibile eſt: quòd ſi nunquam corrumperetur, ſed ſemper duraret atque infinito tempore duraret, haberet potentiam, vt ſit, & non ſit. Ego verò non video demonſtrabile eſſe, genitum omne corrumpi debere, neque in ſimplicibus, & homogeneis, neque tiam in aliis. Sed iam ad hominem noſtra ſe conuertat diſputatio, quem genitum eſſe conſtat: moriturum quoque ipſum perpetuò verum eſt, non tamen demonſtrabile eſſe vult Galen. Quod tamen quidam putant calorem natiuum noſtra corruptionis eſſe intrinſecum principium, & natura ipſa mortem ſequi, Galen. reprobat loco citato. Si enim dixeris ea de cauſa mortem naturalem eſſe, quoniam natura ſit, falleris: non enim mortem naturalem dicimus, quoniam à naturali ſit calido, ſed quoniam ad actionem caloris neceſſariò ſequitur. Neque verum eſt calorem noſtrum eſſe igni ſimilem, qui ſolet ſubiectam materiam deuaſtare, atque abſumere: quapropter ipſe deinde deficit. Natiuus enim calor non eſt qui deuaſtat, ſed qui trahit, coquit, adiungit & commutat qua ſibi offeruntur in noſtram ſubſtantiam. Quando tamen viſa eſt ignis flamma quæ materiam, ex qua accenſa eſt, adaugeat, aut eidem alimentum aſsimilet? Neque Hippocrat. eſſe videtur liber quo dixit, calor qui noſtra genuit corpora, nos occidit: verum itaque eſt (ait) à calore noſtro natiuo ſenectutem fieri, atque corpora adfinem perducta corrumpi, non tamen veluti ab igneo calore, qualis eſt calor febrilis, cuius munus eſt, corrumpere, diſſoluere, atque putrefacere: ſed fit quadam conſequutionis ratione ad ipſa natura opera. Contendit vtique natiuus calor à prima ipſa animalis aut plantæ generatione, animal aut plantam conformare, & extendere, atque ad eam perfectionem perducere, vt valeat ſibi commiſſas, & naturales actiones perficere: vt autem eas perficiat, vt animal, aut plantam obduret neceſſum eſt: vt igitur extendatur generationis materia, ab initio mollis & humida fuit: quæ verò ſicca iam ſunt, cùm amplius humeſcere nequeant; aut ſubrogari non amplius poſsint prima generationis elementa, reliquum eſt, vt ſequenti tempore magis in dies exſiccato corpore, ſenectus ac mors de neceſsitate ſequantur, cordis humiditate abſumpta. Quod ſi interim dum hæc aguntur in corpore, nulla præter naturam, violentáve cauſa occurrat, animal naturali morte deſeciſſe dicemus. Quamuis tamen hæc rationi conſona Galen. velit, nihil obſtat, quo minus mentem noſtram hac in parte explanemus. Etſi nulla demonſtratione probari poſsit, omne genitum corrumpi debere, homini ineuitabilem eſſe mortem, non tantùm verum eſt, ſed demonſtrari poſſe affirmamus, demonſtratione inquam, qualis in materia hac deſideratur, quæ ex cauſis naturalibus procedat, qualem ſæpiſsimè in ſuis aſſertionibus comprobandis Galen. demonſtrationem appellat. Non enim putamus natiuum calorem ita conſeruare corpus, vt ipſum alat tantùm, atque reficiat, ſed vt exſiccet quoque & ad conſumptionem aliquando deducat. Nil minus naturale ſanè exiſtimamus calori noſtro dilatare membra, extendere, formare, excauere, & duriora reddere, quàm eadem nutrire & recreare, quando naturæ principia in id contendunt, vt animal & plantam ad eam perfectionem deducant qua muneribus naturæ ſint apta: id verò non fiet ſine incremento, & exſiccatione: ad hæc igitur, principia tribuiſſe naturam neceſſum eſt. Cùm autem principia eadem qua ab initio acceſſerunt, (quamuis mutata) tota vita permaneant, tranſacto incremento, & perfecta membrorum ſolidorum duritie, amplius exſiccant, atque obdurant eadem, & ad marcorem perducunt: ſic enim Ariſt. naturalem mortem appellauit. Principia verò quæ animalium generationem perficiunt, hæc ſunt, ſemen & ſanguis: ſemen plus habet ignei & aerei elementi, ſanguis plus aquei & terrei, aqueum & aereum adſuit elementum, vt materiam præſtarent ab initio extenſioni & incremento aptam, igneum verò & terreum, vt exſiccarent. Quod ſi hæc duo ſicca elementa ad hunc finem fuerunt à prima generatione neceſſaria, actio ignei & terreni elementi nobis natura inerit: Sed rurſus actio horum nobis natura ineſt, & actio hæc hominem ducit ad mortem: ergo actione naturalium principiorum inducitur mors: præinducitur autem ſenectus, quæ via eſt ad mortem. Praterea negauit Galen. conferendum eſſe calorem noſtrum cum igneo calore. Verum quidem eſt, non eſſe omni ex parte ſimilem: nam neque coquit, neque format, neque ſimilia his agit. Cæterùm magna ex parte mihi ſimiles eſſe videntur, quandoquidem vterque calor materiam ſibi oblatam in ſuam ſubſtantiam conuertit, & materiam in qua calor ignis conſiſtit, ipſe perpetuò areſacit, quod pariter calor noſter, qua parte igneum elementum habet coniunctum, facit, neque obiter, ſed ex naturæ inſtituto. Quod ad probandam naturalem mortem euidenti demonſtratione, ſummum eſt argumentum: Si namque agentia naturalia applicita materiæ aptæ actionem ſuſcipere, perpetuò agunt, calor noſter ſiccando, nos ad mortem neceſſariò perducet. Nouit hæc ipſe Galen. qui lib. 1. de Sanit. tuen. in ſemine & ſanguine igneum & terreum elementum ad primam generationem accedere dixit, vt exſiccarent, atque addit: Ergo ſtatim in generationis initio conſectum copioſius oportuit elementum id quod ſiccandi vim haberet: eſt verò id natura quidem maximè ignis, ſed tamen & terra. Meminit huius naturalis mortis Plato

in Timæo,

Digitized by Google

in Timæo, dicens: Quidquid enim contra naturam ſit, moleſtum: quod autem pro rei natura iucundum. Similiter & mors quam morbi & vulnera intulerunt, violenta eſt atque moleſta. Quæ verò ſenio paulatim ad ſinem ducente naturaliter ſurrepit, inter omnia mortis genera leuiſſima eſt, & cum voluptate potius quàm cum dolore contingit. Sed dices, nónne nutritione, humectatione, & temperaturæ in meliorem permutatione, fieri poſſet vt exſiccatio prohiberetur, & tandem euitaretur mors? Hæc ſanè nihil conuincunt, in refectionibus enim ſolida membra perpetuò ſicciora redduntur: nam interim dum calor alimentum appoſitum oſſi mutat in oſſis ſubſtantiam, calor ipſam aliqua ex parte exſiccat & obdurat: quod aduenit, nunquam perficietur donec paſſione, & mutatione vniatur, & aſſimiletur ſubſtantiæ oſſis priori: cùm verò hæc ſiccior ſit facta, quàm ante alimenti aduentum, ad eam ſiccitatem tandem quòd verò aduenit perducetur, ac perinde oſſa, & alimenta quæ in ipſa tranſeunt, ſemper ſicciora fient. Quod tamen attinet ad temperamentorum commutationem, dicemus, fieri non poſſe vt ſolidæ partes ſemel areſactæ, rurſus humectentur: ſed fiet vt tardius exſiccari prohibeantur. Sed de his in hac ſecunda parte operis non longè ab initio agemus. Porrò natiuus hic calor, qui à prima generatione animantibus ineſt, qui animal gubernat, vitam præſtat, & mortem affert, id modò poteſt quod à mundi exordio potuit, nec minus vitam producere valet, quàm viuentibus antiquiſſimis illis Achille, Hectore, Hercule & Milone. Si enim de medio miracula & diuina myſteria tollas, nihilo minus validos & viuaces reperies homines hiſce, quàm illis temporibus, vbi rectam viuendi normam ſeruauerint, & ſe ab externis iniuriis probè tueantur. Vides enim homines non paucos centeſimum quintum annum excedere, cùm tamen Dauid Rex Pſalm. 89. dixerit: Potentatum eorum 80. anni, amplius labor & dolor. Præceſſit autem noſtri Seruatoris aduentum annos 1035. Nos verò præceſſit duo millia & octoginta duos annos: quo tempore nulla eſt vigoris & periodorum longitudinis differentia, vt conſtat. Illi enim vti & nos poſt 80. annum inualidi reddebantur.

An homines noſtro æuo, antiquis viribus æquiparentur.

Vidi ego ſanè hominem qui dextra manu pectori equi oppoſita, eius progreſſum, & curſum prohibebat, equite ipſum calcaribus feriente. Videbis quotidie baiulos onera grauiſſima portantes, quos non dubio cum Milone certare poſſe. Vidi præterea quendam ruſticum cum tauro certantem, quem apprehenſis cornibus ſubuertit, nec magno vt ferebatur labore. Hiſce oculis conſpexi equitem, qui equum medio curſu ſiſtebat femoribus compreſſis, adeò validè, vt reſpirationem cohiberet equo valenti, atque robuſto. Quæ enim de Hercule feruntur, ſabuloſa ſunt, vti quæ de Achille & Hectore & Diomede Homerus tradidit poëtica. Temporum verò ignorantia fecit, vt Euphorum Arcadum regem 300. annos vixiſſe dixerint, & Dandonem in Illirico 500. Xenophontem in Peripho 600. & filium eius 800. cuius rei Plinius autor eſt lib. 7. cap. 48. quoniam annum quidam æſtate & hyeme diuidebant, quidam quatuor temporibus ſecabant, vti Arcades, quorum anni trimeſtres fuere. Aegyptij Lunæ motu annum definiebant, apud quos mille annos vixiſſe quoſdam proditum eſt. Sed iam euidenti ratione apud Philoſophos probemus, hominum robur non ſemper tendere in diminutionem, ſed eſſe noſtro æuo nihilo minus quàm ante validos. Si namque perpetuò homines tenderent in diminutionem, naturales Philoſophi conuincerentur ad dicendum, mundum non eſſe futuro tempore perpetuum, falſúmque fuiſſe Ariſt. qui ingenitum atque incorruptibilem ipſum eſſe exiſtimauit: quod ita futurum demonſtratur. Si namque homines ſemper tendunt in diminutionem, & omne finitum per ablationem finiti tandem abſumetur, ſi finitum ab homine, qui etiam finitus eſt, demus, tandem peribit humana ſpecies, non igitur erunt perpetuæ ſpecies. Præterea pari ratione demonſtratur mundum non fuiſſe increatum, aut perpetuum, à priori tempore. Nam ſi humana ſpecies infinito antehac tempore fuit, & ſemper diminutionem patiuntur vires humanæ, quæ alias infinitæ non erant, defeciſſet multò antehac homo, idem de reliquis animalibus & plantis ſequitur. Sed dices res in circuitum duci, & nunquam ſpecies finituras: quoniam tranſactis 40000. annis omnia vti ante redibunt, eruntque omnia qualia modò, ex cæli conuerſione, quæ reſpondet octauæ ſphæræ, aut fiet in anno vertenti, cuius meminit Cicero in Somnio Scipionis: Quum autem (ait) ad idem vnde ſemel profecta ſunt cuncta aſtra redierint, eandémque totius Cæli deſcriptionem longis interuallis retulerint, tamen ille verè vertens annus appellari poteſt, in quo vix dicere audeo quàm multa hominum ſecula teneantur.

Quid annus vertens apud Cicer. in Somn. Scipionis.

Is annus continet duodecim mille quingentos & quinquaginta quatuor annos, quo tempore omnia ad priorem redibunt ſtatum. Sed concedamus modo cum ipſis diſputandi gratia, quod falſum eſſe credimus, neque aliqua ratione aut experimento probabile. Verumtamen dicant, precor, an tranſactis 40000. annis redibunt res ſubitò ad priorem ſtatum, aut ſenſim vti modò decreſcunt? Non ſubitò, quoniam languidiſſimus homo, & equus ſimilis non generabit validiſſimum hominem, qui primus accedat cum temporum reuolutione: dicemus igitur vti in plantarum & animalium generatione, accedente Solis motu in Zodiaco, ſingula ſenſim vires amiſſas reparatura. Præterea quæ tam longo interuallo decreſcunt, longo etiam interuallo reſtituentur. Quo dato, quæram qua ratione conſtabit hoc noſtrum æuum non eſſe partem magni circuitus, in qua homines reparantur, ſed eam qua in diminutionem tendunt. Ego namque omnia ſimili modo procedere dico, aut augeri quidem modo ſi placet, & validiora in dies fieri, canes venatorios nihil minus quàm antehac poſſe,

equos

Digitized by Google

equos pugnaciſſimos modò viuere, homines longiſſimas attingere periodos, & valentiſſimos eſſe, qui laboribus exercentur, non qui in otio & deliciis vitam agunt. Quod obiiciunt corpora hac tempeſtate non ferre longam inediam, id ad hominum ingluuiem ex conſuetudine natam referendum eſt. Medicamenta quoque purgantia ferunt validiſſima ruſtici: præter id quòd ſi omnia languent curſu temporis, languidi homines languida medicamenta ferre poſſent, vt validi quondam valida. Quapropter neque id obſtat, quominus conſtanter affirmemus, homines, belluas & plantas noſtro ſeculo, integra frui valetudine, virium robore, & vitæ longitudine: demonſtrabile quoque eſſe mortem neceſſariò futuram ac naturalem eſſe. Fieri namque nequit vt viuente animali, cohibeas actionem qua calor ignis, & ſiccitas ipſius atque terræ (quæ vitæ principia ſunt, vti diximus) humorem abſumunt, cùm eidem adiaceant. Verùm ſi quis ablatione cauſarum eum curſum non tantùm retardare, ſed etiam impedire vellet, aut illa forent alimenta, à quibus fieri non poſſe probauimus, vt exſiccatio ſolidorum inhibeatur: ſiquidem ſolida membra interim dum alimenta mutantur, ſicciora fiunt, qualia futura ſunt alimenta poſt mutationem & aſſimilationem. Qui verò aliis quàm alimentis hanc actionem caloris & ſiccitatis inhibere tentaret, impediret quoque actionem, quæ eadem principia, alimenta per venas diducta, liquida & iuſto humidiora, commutari & ſiccari, atque incraſſari debent, ſunt etenim humidiora quàm carni, & ſolidis membris deceat. Aut dicas quî fiet vt calor & ſiccitas membrorum adiunctum humorem ſiccare & abſumere non valeant, alienum in alimento conſiſtentem valeant?

***

CHRISTO

CHRISTOPHORI A VEGA COMPLVTENSIS DE ARTE MEDENDI

LIBER SECVNDVS.

DE AERE. SECTIO PRIMA.

POSTQVAM humani corporis conſtitutionem à primis ipſis elementis docuimus, atque de eiuſdem functionibus non pauca pertractauimus, nihilque prætermiſimus eorum quæ ſecundum naturã homini inſunt, cuius non fecerimus aut diffusè, aut vbi opus fuit perfunctoriè, mentionem, in hac ſecunda totius operis parte de cauſis agemus, quas non naturales ſuprà appellauimus: nunc verò eadem vtemur appellatione, aut cauſas ineuitabiles noſtrum corpus alterãtes, eaſdem nuncupabimus: quæ cùm modum ſeruant, ſanitatem cuſtodiunt, & modum excedentes morborum cauſæ fiunt. Hæ ſunt, aër nos ambiens, motus & quies, cibus, potus, ſomnus & vigilia, quæ excernuntur, & retinentur, & animi accidentia. Vniuerſam quoque ſanitatis tuendæ rationem lib. 1. de Sanit. tuenda Gal. ab his quatuor tantùm pendere dixit, ab aſſumẽdis, excernendis, agendis & exterioribus, ad quæ ſex prædicta cauſarum ineuitabilium genera reducemus, vt nihil eorum videatur in hac prætermiſſum diuiſione. Nam cibus ac potus, & aër qui tranſpirat & inſpiratur, in aſſumendis comprehenduntur, & eadem aſſumenda nominauit Galen. lib. Artis med. Aër verò nos ambiens, de exterioribus eſt: licet enim exteriora dixerit libro de Sanit. tuend. & lib. Artis medic. aëris nos ambientis tantummodo meminerit, nihil refert: ſiquidem de exterioribus ſolus ambiens nos aër eſt ineuitabilis, & de ineuitabilibus tantummodo cauſis eſt diſciplina: quæ verò excernuntur & retinentur, de excernendis ſunt, aut non excernendis: ſomnus autem & vigilia, motus & quies, & animi ſymptomata ſunt de agendis. At verò quoniam de cauſis agendum eſt, minimè perſpicuam exiſtimarem futuram meam docendi methodum, niſi à generalioribus ordiretur, quemadmodum & in ſuperiori totius operis parte, tanquam perutile, & ad docendum valde neceſſarium, hoc idem ſeruare conati ſumus: præter id quòd cauſarum omnium genera noſſe ad inuentionem cauſarum, de quibus futura eſt pertractatio, vera eſt & ſcientialis docendi methodus, quam philoſophum ſequi oportet, qui voluerit rerum naturas & cauſas ſcrutari, quemadmodum Ariſtot. ad initium libri de Phyſicis auſcultationibus. Primum itaque, quemadmodum facultatem ab eo quod facit, dicũt Latini, & δύναμιν Græci à verbo δυνάω, ita & cauſa, ab eo quod quæſtioni reſpondet, meritò dicetur, veluti ſi quæratur, à quo fit ignis, rectè reſpondetur per cauſam efficientem, ab igne fieri dicentibus nobis. Ac proinde cùm Ariſtotel. lib. 2. de Phyſicis auſcultationibus, cap. 3. tantùm quatuor inueniſſet quæſtiones, quibus aliquid quæri poſſet, eorum quæ ad rerum naturalium conſtitutionem quidpiam per ſe conferre valent, quatuor quoque cauſarum genera ſtatuit: nempe genus cauſæ materialis, formalis, efficientis, & finalis. Quatuor tamẽ eſſe prædictas quæſtiones, hinc conſtat. Aut enim quæritur, ex quo aliquid fit, ita vt inſit: ad quam quæſtionem reſpondetur per cauſam materialem. Veluti ſi quæritur, ex quo fit ſtatua, reſpondemus, ex ære: ex quo fit ſcamnum, ex ligno. Aut quæritur à quo fit, vt hoc ſit lapis, aut illud ignis, reſpondemus, à forma: quemadmodum & in arte conſtantibus, ſi quæratur, à quo fit vt hæc ſit ſtatua, reſpondemus, à forma ſtatuæ. Tertia quæſtio eſt, à quo eſt principium motus, vt à quo eſt ignis generatio, aut domus erectio. Idem enim eſt, quærere vnde principium motus & cauſam efficientem, ac reſpondemus, ignem fieri ab igne, & domum à domificatore. Quarta quæſtio eſt, cùm quæritur id cuius gratia aliquid fit: eſtque quæſtio finis, ad quam reſpondemus. Veluti ſi quæratur, cuius gratia ſanitatem procuramus, reſpondemus, vt fruamur ipſa. Ac ſi quæratur, cuius gratia domũ conficimus, reſpondemus, vt tueamur à frigore, & reliquis aduerſis. Verùm cùm cauſæ quædam ſint immediatæ, quædam mediatæ, quædam per ſe mouentes, quædam per accidens, Ariſt. eodem loco omnium meminit, atque cauſæ ſine qua non, quæ media quoque eſt inter finem, & id à quo principium motus. Quæ enim inter principium à quo eſt motus, & finem mediant, quædam ſunt opera, quædam inſtrumenta: hæc verò atque illa cauſæ ſunt ſine quibus non. Neque Galeni ſententia huic Ariſtot. doctrinæ repugnare videtur, libr. de Different. ſympt. quo in loco probè admodum definiuit cauſam in genere, dicens, id verò quod ſuapte natura inducere poteſt ei quod fit aliquam ſuæ generationis partem, ipſum illius cauſa dicitur. Cùm autem dixit, ſuapte natura, idem voluit ac ſi diceret, per ſe. Deinde genera cauſarum recenſens, ea eſſe dixit, materiem, vtilitatem, ſcopum, inſtrumentum, & vnde principium motus. Atque ſtatim cauſæ ſine qua non meminit, dicens, Μὴ χωριζόμενα δὲ τῶν εἰσφερομένων τὸν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ἐπέχει. Quod eſt: Quæ verò ab his quæ conferunt

Cauſæ ineuitabiles. *Cauſarum genera.* *Cauſa.*

L (nempe

(nempe ei quod fit) generationis partem, non ſeparantur, rationem habent eorum ſine quibus non, ſic enim legenda eſt pars hæc. Quòd verò hæc non ſint ab Ariſt. doctrina diuerſa, hinc cõſtat, quòd earundem omnino cauſarũ ſapientiſſimi duo philoſophi mentionẽ habuerunt. Nam cauſam materialem, materiẽ dixit Gal. Et vnde principiũ motus, ſiue cauſa efficiens, communis eſt ambobus. Quod etiam Gal. dixerit vtilitatẽ, aut id cuius gratia, aut cauſam finalem, nihil vtique refert: idem enim omnino ſunt: Nam & ipſe lib. de Sectis dixerat, Artis medicæ ſcopus eſt ſanitas, finis verò poſſeſſio: ſed poſſidere ſanitatem nihil eſt præter vſum qui ad ſanitatem ſequitur: ſanitatis ergo poſſeſſio, quæ finis artis eſt, gratia cuius, ſiue cauſa finalis, eadem erit cum vtilitate. Et finis omnis quia bonum quoddam eſt, expetitur, & deſideratur, & frui ſanitate, atque ipſam poſſidere, bonũ eſt, & vtile, atque finis artis medicæ. Scopum quoque annomerauit, qui non eſt aliud à forma, ſiue formali cauſa. Siquidem in ſententia citata, ſanitatem dixit eſſe ſcopũ, ſanitas verò temperies eſt, quæ actione medici acquiritur. Exemplũ eſt quod docet, ſcopum & vtilitatem coincidere cum cauſa formali & finali. In rebus quæ arte conſtant, ſcamnum conficitur ab artifice, atque inuenire eſt in ſcãno artis ſcopum, & vtilitatẽ, ſiue finem. Nam forma ſcamni, eſt ſcopus in quẽ artifex contendit, quemadmodum in ſanitatem ars medica: finis verò ſcamni eſt eius vtilitas, quæ eſt poſſeſſio, ea verò eſt vt laſſati requieſcamus: eius namque rei gratia ſcamnum conficitur. Nec tamen ob id diuerſam habuiſſe ſententiam putandum eſt: quoniam inſtrumenti, & cauſæ ſine qua non meminit Gal. Nam & Ariſt. loco citato inſtrumẽta & opera mediare dixit inter cauſam, quæ primo mouet & finem: in operibus verò ſunt cauſæ ſine quibus non, omnes enim tales, aut ſunt opera, aut inſtrumenta. Præterea non ob id putare oportet Ariſt. non rectè ſenſiſſe cùm dixit 4. eſſe cauſarum genera, cùm 4. tantùm ſint quæſtiones, etſi quidam contradicere videantur, addentes quæſtionem qua quæritur, per quod fit aliquid: cui reſpondetur per cauſam inſtrumentariam. Vt per quod fit ſcamnum, dicimus, per dolabrũ, & per quod fit ignis in lignis, dicimus, per calorem. Addunt quoque aliam quæſtionem, qua quæritur, ſine quo aliquid fieri non poteſt, ad quam reſpondemus per cauſam ſine qua non. Hæc enim facilè ſoluuntur, neque mihi digna videntur vt Ariſt. opponantur, aut ob eadem virum alioqui grauiſſimũ quiuis prouocare audeat. Nouit namque Ariſt. vt ea ipſius ſententia retulimus, cauſam inſtrumentalem, & genus cauſæ ſine qua non. Quòd verò nullam quæſtionem eiſdem aptauerit, & quòd cauſarum genera 4. enunciauerit, nihil refert. Imprimis etenim cauſæ inſtrumentalis loco citato meminit, tanquam cauſæ mediæ inter eam quæ primum mouet & finem, deinde ex talibus intermediis dixit quædam eſſe inſtrumenta, quædam verò opera. At verò nulla eſt cauſa ſine qua non, quæ non ſit aut inſtrumentum, aut opus, ad finem conſequendum neceſſarium. Neque opus eſt has cauſas inter primas recẽſere, neque quæſtiones ipſis reſpondentes aliquod genus adiiciunt generibus ab Ariſt. habitis. Quoniam ipſe genera cauſarum per ſe conſtituentium rem natura conſtantẽ recenſet, non alia. Verùm cauſa inſtrumentalis & cauſa ſine qua non, non alia ratione accedunt ad rei conſtitutionem, niſi quatenus mouentur ab eo quod primum mouet ad finis aſſecutionem: quapropter dictæ ſunt ab ipſo mediæ inter id quod primò mouet & finem. Quæſtiones quoque eiſdem reſpondentes, circa ea verſantur quæ ex accidenti accedunt ad rei natura conſtantis conſtitutionem. Tempus etiam & locus nihil per ſe conferunt ad conſtitutionem rei, niſi tẽpus aërem ſignificet, & locus quatenus vim habet alterandi: conſtituentur enim in genere cauſæ efficientis. Cùm ergo in ſuperiori parte de his actum ſit, quæ corpus humanũ conſtituunt, nempe ſemen, ac menſtruus ſanguis, & hæc ab elementis ſunt accepta, veluti à materia, & deinde de facultatibus, quæ ab anima procedunt, tanquam a forma, ſiue formali cauſa, & de fine naturalium functionum, & de fine functionũ animalium: modò de cauſis agemus quæ prædictum corpus alterant ineuitabiliter: id verò corpus vt ſuprà conſtitutum, aut eſt ſanum, aut ægrum, aut neutrum, de quibus eſt tota ars medica, tanquam de ſubiecto, quod à Græcis τὸ ὑποκείμενον appellatur. Eſt autẽ ſanum, quoddam temperatum, quoddam lapſum, & ex his quoddam parum, quoddam verò multum: & ex corporibus lapſis quædam ſibi viuunt, quædam negotiis adſtricta ſunt, atque adminiſtrationibus irrepetibilibus. Sana itaque corpora & tẽperatiſſima ſunt ſimpliciter ſemper ſana, quæ verò labũtur parũ, ſimpliciter, aut vt multũ, vbi talia fuerint à ſua natura, ſiue ab ipſo naturæ ortu. Reliqua tamen ſana dicentur, vt nunc, quæ etiam & temperata, & à temperamento lapſa eſſe poſſunt, & aut parum, aut multũ, in quibus comprehenduntur corpora neutra ſimpliciter, & ægra ſimpliciter: corpora verò actu neutra, & actu ægra, id eſt neutra, aut ægra, vt nunc, citra hanc ſunt latitudinem. Quòd ſi corpus aliquod medico offeratur, an per cauſarum ineuitabilium adminiſtrationẽ conſeruari, an curari debeat, & an ſimiles cauſas, vel diſſimiles expoſcat, nullatenus aſſequetur, niſi prius nouerit corporis ſtatum, in quo videlicet genere corporum ſit conſtitutum. Neque enim omnibus eadem cauſarum adminiſtratio eſt ea vſu. Quo in loco ſuccedit de ſignis ſermo, tanquam de his quæ ad corporum cognitionem ſunt neceſſaria, quæ etiam præcedere debent prædictarum cauſarum adminiſtrationem, quæ vltimo loco ſequitur. Continebitque tota ars tractationem de corporibus ſanis, ægris, & neutris: ad quorum cognitionem nos ducent ſigna ſana, ægra, & neutra: & deinde ſuccedent cauſæ ſanæ, ægræ, & neutræ. Signa verò & cauſæ impropriè has ſortiuntur appellationes: corporibus nãque ſolis debetur, vt ſana, ægra, aut neutra dicãtur: Signis verò & cauſis, quoniam ad eorundem notitiam conferunt, vbi eadem ſignificauerint: & cauſæ quoniã eadem conſeruant, aut mutant. A ſignis itaque initium faciamus, quæ quidem in vniuerſum ſumenda ſunt ab actionibus, ab his quæ à corpore procedũt, & à corporis qualitatibus. Actiones quidem ſunt animales, vitales, & naturales. Excrementa ſunt ſudor, vrina, deiectio. Qualitates ſunt, colores, ſapores, & tangibiles primæ, ac ſecundæ qualitates, ſic & à totius corporis compoſitione & ſingularũ partium, atque figura & pilorũ copia, aut inopia, à facilitate & difficultate patiendi. Temperati corporis ſigna omnia mediocritatẽ oſtendunt: in compoſitione ſiquidem neque magnum, neque paruum erit, neque macilentum, neque obeſum, ſed medium obtinebit corporis habitum, eritque quadratum, ac reſpondebunt ad portionem partes partibus, vt magnitudo ceruicis, magnitudini capitis, & thoracis, amplitudo ambobus, & manus brachio erit commenſurata, & pectori. Præterea vbi brachia & crura ſummè diſtendat, extremi & maximi digiti manuũ, æquè diſtabũt ab vmbilico, ſicut & pedum, ita vt linea per ſummas partes deducta altero circini pede in vmbilico fixo,

circulus

Ariſtot. & Galen. eadem ſtatuunt cauſarum genera.

Ariſtot. cauſam ſine qua non, explicant in cauſis mediis contenta.

Medicina de quibus eſt.

Corporum diuiſio.

A ſignis inchoanda eſt ars tota.

Temperati corporis ſigna.

circulus fieret perfectus, cuius centrum foret vmbilicus. Thorax paulùm eleuatus, capitis figura ſimilis ſpheræ leuiter vtrinque compreſſæ: eſſet quoque id calore & frigore moderatum, & humore ac ſiccitate, non durum, nec molle; non piloſum, & hirtum; nec etiam glabrum; ſed pilis ornatum in capite, mento, ſuperciliis, & palpebris, ruſsus in pudendis, pube, fœminibus & interfœmineo, his tamen rarioribus, ſicuti & in thorace & brachiorum extima parte, rarioribus verò in tibiis: pauciſſimi quoque eiſdem naſcuntur in pedibus & manibus, atque tenuiſſimi, & breues admodum: totius corporis color medius inter album & rubrum, maxillis paulò rubicundioribus: quem colorem vngues etiam ſeruant, labia verò adhuc magis rubrum quàm maxillæ: quod non vbique, ſed in regione temperata, & loco temperato expetendum eſt, & in homine qui nec ſe Soli exponat æſtiuo, neque frigoribus importunis. Venas habebit neque latiores, neque prominentiores, neque valde obſcuras: is pulſum habebit validiſſimum, moderatum magnitudine, celeritate & crebritate, æqualem & ordinatum, atque eurythmum, naturales quoque facultates valentes, & animales ſic eiſdem reſpondentes, vt tantùm appetat, quantùm coquere poſſit. Ad naturalium verò facultatum moderatas actiones, ſequitur vt vrina ſit in ætate adoleſcentiæ ſubrufa, conſiſtentia mediocris, quam etiam minget ter in die, niſi aliquando volens id effecerit, vt frequentius mingat, aut oblitus tardius ipſam emittat. Minget autem vbi naturæ operibus lubens concedat, neque acceſſerit aliquis vehementior motus, ſummo manè, deinde iuxta meridiem, & tertiò cùm dormiturus eſt. Deiectio quoque ciborum quantitati ad portionem reſpondebit, mollis, conſtans, ſubrufa, non valde fœtida, neque omnino fœtore priuata, ſemel hæc ſuccedet ſummo manè, aut fortè iterum interdiu. Oportet autem in vniuerſum cauſas omnes manifeſtas excludere: non enim quæ ſecundum ſuam naturam commenſurato corpori inſunt, referimus: in animalibus verò facultatibus non erit peruigil, neque ſomnolentus, ſegnis aut iuſto alacrior, non iracundus, neque ignauus. Erit is miſericors, humanus, pius, prudens, amicos redamans, ſecum conuerſantibus gratus, & vrbanus, & viſu pulcherrimus, qualem intelligere decet fuiſſe, quam ferunt Polycleti ſtatuam, & regulam quandam qua aliorum omnium corporum lapſus metiri decet.

Calidi corporis ſigna. Corpora verò his calidiora, in ſiccitate moderata, tactui ſe talia oſtendunt, & pilis abundabunt, & his flauis & craſſioribus. Erunt quoque ad motum alacriora, & ad iram proniora, pariter erunt graciliora, & facies & color rubicundior parum quàm temperati. Quòd ſi calori ſiccitas coniungatur, corpus erit durum, extenuatum, calidum, piloſum, & pili erunt nigri: iracundus quoque is erit & pertinax, amicus belli, & ſeditionis. Pauca is appetet etſi multa ſoperare poſſit, quemadmodum & in re venerea: neque enim tantum perficere poterit, quantum cupiet. Erit quoque hæc natura maſculorum generatrix, eritque is niger vbi multum laborat. Si tamen humiditas calori fuerit iuncta, corpus erit calidum, & molle, multo ſanguine abundans, latis venis, & carnoſum ad portionem caloris & humiditatis: ab his enim caro habet generationem, & augmentum: cùm tamen hæc ſint principia putredinis, erit id corpus putredinis morbis obnoxium. Quòd ſi calor valde increuerit, humiditas verò parum, corpus erit paulò mollius, & valde calidius, & multo temperato hirſutius, & nigris pilis, & paulò carnoſius: caro pinguedine carebit, quam calor vehementior abſumet. Multum verò excedente humiditate, carnoſum & molle redditur corpus, rubicundum & minus piloſum, quàm prædictum.

Signa frigidi corporis. Si tamen corpus iuſto frigidius fuerit, id tactui frigidius apparebit, pingue, ſegne, & tardum, color ad albedinem vergens, & rufus color capillorum, multum appetet, & parum coquere valebit. Valde verò creſcente frigiditate, color totius corporis erit liuidus. Quòd ſi frigiditati iuncta ſit humiditas non multa, fueritque frigiditas non multa, corpus erit colore album, pingue, craſſum: hoc eſt, non gracile, vt calidum, eritque molle, eius cutis alba ad liuorem tendens, & pili rufi, qui ad pallorem vergant, ampliúſque creſcente frigore cum humiditate, erit corpus liuidum colore, & valde glabrum, & maximè ſegnes erit is hebeti ac tardo ingenio. Quòd ſi qualitates quæcunque prædictæ diuerſo quouis modo augeantur, ſemper ad portionem qualitatis vincentis ſperanda erunt ſigna. Si tamen frigiditas ſiccitati iuncta augeatur, corpus frigidum tactu ſe oſtendet, glabrum, durum, tenue: eritque id corpus excrementorũ ratione pituitoſum, ob cruditates: & quod non ex natura ſua, ſed ætatis proceſſu ex calido & ſicco frigidum & ſiccum euaſit, erit durum, gracile, hirſutum, & nigrum, apparebuntque in ſomno ſigna quæ atram bilem oſtendent dominantem, & corpus ad morbos ab ipſa ortos erit valde paratum. Præter hæc aduertendum an omnia membra ſimiles, aut proportionatas præbeant notas, ſimili modo an corporis amplitudo & craſſitudo, muſculis & carni reſpondeant, an oſſium amplitudini. Poſtquam verò medicus ex prædictis notis corporis naturam agnouerit, conſiderare debet an id egeat conſeruatione, quæ propriè talis ſit, qualis quæ temperatis debetur hominibus, & his qui ab optima temperatura parum labuntur, aut præſeruatione, aut permutatione, aut ſimplici curatione, aut ea quæ præcautionem habeat immixtam.

Cauſarũ non naturalium adminiſtrandarum ratio. Quòd ſi corpus temperatum fuerit intra latitudinẽ quandam, tale omnino ſeruandum eſt: ſi manifeſtè labatur, non valde, altera via vti licebit, aut conſeruatiua, aut ſi homini ipſi placuerit, atque ſuppetente otio, idem erit in melius mutandum. Si tamen corpus manifeſtè labatur, aut ſuppetente otio mutabitur in meliorem temperaturam, aut vbi non ſuppetat, ab vlteriori lapſu præſeruabitur.

Corpus humanum per quæ conſeruatur. Corpus autem humanum ab eiſdem rebus conſeruari debet, à quibus ineuitabiliter alteratur, in aliis enim nulla poteſt adhiberi methodus: alteratur tamen perpetuò ab aëre, & reliquis quorum ſuprà meminimus. Quòd ſi humanum corpus adamantinum foret, nihil referret ipſum ab aëre alterari: non enim corrumperetur, aut diſſolueretur ab ipſo, neque etiam cibis aut potibus egeret ad refectionem: eget autem his omnibus, quoniam ab eiſdem validè alteratur, & nunquã non diſſoluitur, ſicuti & ab inſito ſibi calore. Eſt ſiquidem humani corporis ſubſtantia ex ſemine & ſanguine menſtruo à prima ipſa generatione, vt in prima parte docuimus: animalia autem omnia calore viuunt, atque ſeruantur, quamuis idem calor ſit naturalis corruptionis initium intrinſecum: Itaque is humidum, quod eſt alterum principium materiale corporis ſemper mutat, partimque diſſoluit. Quamobrem aërem attẽperare, vt inde calor attemperetur, oportet, atque alimentis quod diſſoluitur reficere, caloris eiuſdem ope. Ad refectionem autem non parum confert ſomnus, vigilia verò ad digeſtionem eſt

neceſſaria,& ipſa præſente viuimus verè, quemadmodum & dormientes mortem ipſam referimus. Animalia quoque facultas ſomno & quiete reficitur, quemadmodum vigilia & motu exercetur: id verò non paruum affert ſaluti momentum. Accidentia præterea animi magnas quandoque inferunt corpori alterationes, & ferè ineuitabiles ſunt, quantum humana fert fragilitas. Quòd ſi medicus

Aëris præparatio.

cognito corpore, id tale ſeruare voluerit, ab aëre præparando prius incipiet, atque ipſum in regione temperata locabit. Quòd ſi id fieri haud poſſit, eam ſeliget habitandam, quæ nullum extremum teneat caloris, aut frigoris. Etſi ratione temporum validas frigoris & caloris recipiat mutationes: ſunt etenim validiores homines, qui regiones habitant, in quibus temporum mutationes ſunt magnæ, vt inquit Hippocr. lib. de Aëre & aquis. Tales verò ſunt inter tropicum cancri & circulum arcticum, magis ad tropicum, quàm ad circulum accedentes. In aëris præterea adminiſtratione non tantùm in primis qualitatibus temperamentum ſeruandum eſt, ſed in ſubſtantia. Eſt enim quorundam locorum aër craſſus & nebuloſus, aliorum quoque locorum aër putridus eſt, & ex paludibus & ſtagnis inficitur, maximè in quibus linum, aut canabis putrent, aut vbi à corporibus mortuorum vapores commiſcentur.

Locorum ſitus.

Hæc enim omnia non tantùm corporis vitiant temperiem, ſed etiam peſtilentes ac graues afferunt morbos. Ad aëris tamen temperiem & ſalubritatem non parum conducit ſitus locorum; neque enim regio tantùm eligi debet ad ſanitatis tutelam, ſed locus regionis. Ex regionibus namque illæ quæ ſunt in ſeptentrionali plaga, ad finem quinti climatis, & ſub ſexto, & ſeptimo, frigidæ ſunt ſupra modum. In quarto verò & tertio æſtus adeò vrit, vt ferè inhabitabiles ſint. Iam quidem ſub æquinoctiali temperatiſſimæ ſunt habitationes, quarum experientiam habent, qui nouam Hiſpaniam nauigarunt, & Peru, & Inſulam ſancti Dominici, & reliquos antipodas. Qui enim ſub æquinoctiali habitant, nullam validam temporis mutationem ſentiunt. Eſt quoque eius rei indicium fertilitas, & rerum omnium abundantia, & quòd bis in anno terra fructum fert. Noſtra verò regio, quæ ſub quinto climate ſita eſt, commune habet parallelum Romæ, & Peloponneſo: ad occidentem verò, Vlliſbonæ & inſulis fortunatis. Hiſpania * namque omnium eſt feraciſſima, immenſa ſiquidem eſt apud nos copia boum, & ouium, porcorum, damarum, ceruorum, aprorum, & auium domeſticarum, atque ſilueſtrium. Fert quidem mel copioſum, oleum, & vinum, multáque ipſorum laudatiſſima, & generoſa, ac valida, è quorum numero eſt vinum, quod deportatur à ſancto Martino, & ſancto Torquatio, & alia quorum in poſterum fiet mentio. Triticum verò, hordeũ, & ſiliginem, quanta in nulla alia regione inuenta ſunt, & orizam, cicera, fabas, lentes. Arborum quoque fructus omnes ferè quotquot eſui ſunt: fert etiam omnigena olera ſatiua & agreſtia, ita vt hac in re nulli habeatur ſecunda noſtra Hiſpania, præterea linum fert abundè, atque canabin. Ex mineralibus verò aluminis copiam magnam præbet, argenti non parum, ferri plurimum, quod potiſſimum eſt belli inſtrumentum: & iure quidem Hiſpanis abundè donatum, quibus erat opportunum ad ſuorum animorum præſtantiam oſtendendam. Sunt enim homines qui hanc colunt regionem, ſtrenui milites, ac prudentiſſimi conſiliarij, quemadmodum non paucos hodie oſtendit in omni diſciplina peritiſſimos profeſſores, & duces præſtantiſſimos, præ omnibus verò diuino conſilio datus eſt nobis Regum exemplar, Philippus Magnus Hiſpaniarum & Angliæ Rex.

** Quiſq; ſuos laudat penates; quare non mirandum ſi meus Author ſuam laudet Hiſpaniam; Ego verò Gallus non poſſum non laudare Galliæ ſtupẽdam feracitatem, eſt enim altera frumentis Gargara, melle Hybla, hortus Heſperidum fructibus, India auro & argento, Arabia fœlix aromatibus & thymiamatibus, Græcia ſapientibus, Roma heroibus & ducibus; denique totius orbis compendium & epitome, & velut orbis in orbe.*

In hac itaque regione tempora anni quatuor mutationes efficiunt magnas. Nam Ver temperatum eſt, Æſtas calida & ſicca, Autumnus frigidus & ſiccus, Hyems frigida & humida. Experimentum tamen docet horum temporum mutationes eſſe neceſſarias ad conſeruandam ſalutem habitantium in hac regione, atque eiſdem deficientibus non tantùm morbos fieri, ſed etiam malignos, ac peſtilentes. Porrò præter regionem, ſitum ciuitatis conſiderare oportet: nam maritimæ ciuitates minus ſanitati ſeruandæ ſunt opportunæ, quàm mediterraneæ. Siquidem maritimæ homines efficiunt molliores, & minus ad labores valentes, quemadmodum & reliqua omnia animalia in eiſdem locis degentia, ob nimiam ambientis humiditatem. Ad quod pariter accedit piſcium frequentior quàm carnium eſus.

Maritima loca.

Homines verò mediterraneam plagam habitantes, validiores multo ſunt, ſicciores ac duriores. Ex mediterraneis itaque ciuitatibus quædam vni, quædam alteri vento ſunt expoſitæ, ac perinde quamuis ex cœli ſitu, & parallelo nihil omnino interſit, ex natura ventorum eaſdem ciuitates perflantium, quædam ſunt aliis multo ſalubriores, ac temperatura diuerſiſſimæ. In eodem namque parallelo ſunt Complutum & Metimna cæli: eſt autem Metimna frigidior & niuoſior: ſic etiam parallelus, qui per Scobiam, parum vergit à parallelo, qui per Complutum verſus Septentrionem: eſt autem Compluto Scobia frigidior multo. Quod quidem ad ſitum loci pertinet: ſiquidem Complutum in loco ſitum eſt humili, & plano, Metimna, Scobia in ſublimi & montuoſo. Sunt autem loca ſublimia frigidiora & ſicciora: inferiora verò calidiora & humidiora, & morbis à putredine ortis paratiora, infima namque loca ea potiſſimum cauſa Solis radios magis ſeruant & reflectunt in idem. Sic etiam ex locis ipſis montuoſis, aut planis, quædam ſunt huic, quædam illi vento magis expoſita. Flant in hac Toletana prouincia venti ab oriente æſtiuo pauci admodum, neque ſalubres, quamuis ſicci.

Toletana prouincia venti.

Flant interdum & ab oriente hyemali, ſed hi pernicioſi, quos fugiunt ipſa animalia natura duce. Flat ſæpe boreas frigidus & ſiccus, ſubſtantia tenuis, qui valde corpora penetrat, raras pluuias ſecum affert. Concitat autem ſæpè morbos capitis, atque thoracis, potiſſimum eos qui fiunt ex diſtillatione & catarrhis. His perſimiles ſunt, qui ab occidente æſtiuo huc permeant. A meridie pauciſſimi venti flant verſus hanc noſtram prouinciam, quin & Hiſpaniam totam. Sunt autem frequentes, totam ferè Hiſpaniam (præterquàm quòd regnum Aragoniæ venti orientales perflant aſſiduè) perluſtrantes, qui ab occidenti hyemali procedunt. A noſtris is ventus Auſter impropriè dicitur, ab aliis Apricus, meliùs verò Africus dicetur, nautis vendaual. Is ſecum affert nubium copiam, & pluuias ferè omnes: de hoc verè dicemus quod de auſtro dixit Ariſtoteles, nempe ipſo flante pluere in regionibus Septentrionalibus. Quod ſi montibus adiuncta eſt ciuitas, ita vt conuerſa ſit vel ad Septentrionem, vel ad Meridiem, expedit magis vt ventis Septentrionalibus, quàm Meridionalibus perfletur. Prauus enim eſt ſitus locorum ad Meridiem vergens, non perflatus à borea & collateralibus. Si verò iuxta ciuitatem fluuius non paruus permeauerit, decet ciuitatem parte Orientali & Meridionali ſedere

fluuium

fluuium contra, à cuius curſu quadringentis aut pluribus ſecedat paſſibus. Domus verò partem habebit quæ Septentrionem ſpectet, eamque ſubliniorem, vt totam à boreæ incurſu tueatur: humilior verò pars vergat ad Meridiem. Prodeſt namque id vt à Sole hyemali luſtretur: neque ob id magis æſtiuo Soli patebit: aſcendit ſiquidem adeò Sol ſupra noſtrum orizontem, vt interna domorum, quamuis ſublimia, ingreſſui Solis obeſſe nullatenus poſſint. Sit quoque pars domus vergens ad orientem adhuc humilior ea quæ ad occidentem, maximè æſtiuum, vt ne Sol eò tendens æſtatis tempore domos exurat. Ex domicilijs præterea, inferiora & quorum pauimentum eſt terra ipſa, ſaluti ſunt inimica: maximè ſi non perflentur abundè. Salubriora ſunt domicilia à terra ſublata, tabulata, feneſtras habentia quæ Septentrionem ſpectent, veris & æſtatis tempore, ſic & autumno, niſi is frigidior fuerit: tunc enim & hyeme ad Meridiem conuerſæ, meliores ſunt. Erunt autem

Domiciliorum ſpatia.

domicilia ſpatioſa, quædam longitudinis triginta-quinque pedum, amplitudinis 18. altitudinis 20. in quo dormiet æſtate: hyeme verò in altero diſcumbet, 18. latitudinis, & eiuſdem altitudinis, viginti verò longitudinis, idque ſtragulis munitum & ornatum. Habebit quoque domus aulam ad exercitationes paratam, longitudinis 40. pedum, latitudinis 18. altitudinis 22. His in ſumma collectis

Aër bifariam corpus mutat.

iterum latius repetamus aëris vires naturales. Aër noſtrum corpus mutat aut exteriora tangens, aut inſpiratione, atque tranſpiratu tractus. Exteriora qualitatibus ſuis mutat: calidus enim calefacit, frigidus infrigidat, humidus humectat, & ſiccus exſiccat. Calidus quidem eatenus dicitur, quatenus à moderato aëre verſus calorem vergit, quamuis aër omnis vim habeat infrigidandi, quandoque tangens, ſemper verò inſpiratus: ſiquidem aër omnis cuius vis loci aut temporis cordis calorem attemperat. Frigidus quoque ob id dicitur, quia iuſto vehementius infrigidat hominem temperatum. Humidus eſt omnis aër ſecundum ſuam naturalem temperiem, verùm is tantùm humidus à nobis reputatur, qui vaporum copiam habet commixtam, & ſiccus qui eis caret, & cui ſiccitas accedit, qualis in rebus aridis, quæ qualitas eſt. Eſt quidem is non purus ac ſimplex aër, quale eſt purum elementum, ſed impurus qualis nobis offertur, nos ambiens. Is verò cùm inſpiratur, ad pulmonem deducitur ad implendum vacuum, quod ſequitur ad diſtenſionem thoracis factam ab animali facultate: In pulmone verò quamprimum attemperatur quadantenus, deinde ad cor diſtenſione trahitur, ad tres

Aëris inſpirati vſus.

vſus. Primus vt generentur in corde ſpiritus vitales, quemadmodum in tranſitu cerebrum peruadens materiam præſtitit generationi animalis ſpiritus. Secundus vt calor cordis potiſſimùm moderatior reddatur, & præſeruetur à magno lapſu & incendio. Tertius vt poſtea conſtrictione emiſſus, fumos ſecum deferat, & cor ab ipſis repurget. Duo hæc poſtrema facit aër qui tranſpiratu ducitur: attemperat enim is calorem totius corporis, & ipſum à fumis prauis mundat. Quapropter opus eſt ipſum temperatum eſſe, atque ab omni praua qualitate, aut aliena à natura ſubſtantia eſſe immunem. Nam qui diſtemperatus eſt aliqua elementorum qualitate ſuperante, maximè calore aut frigore, non attemperabit innatum calorem. Qui verò veneficam qualitatem, aut corruptam ſubſtantiam ſecum defert, aut ſubuertet ſpiritus ſubſtantiam, aut mundificationi erit ineptus. Quoniam tamen aër talis omni tempore ſeruari non poteſt, mutationes veneficas & peſtilentes omnino cauere oportet, atque eaſdem fugere, tam eas quæ cauſas ſequuntur inferiores, quàm eas quæ à ſuperioribus oriuntur. Mutationes verò quæ ſecundum naturam aëri adueniunt, & quæ in primis tantùm qualitatibus conſiſtunt, aut omnino fugiendæ non ſunt, quoniam corpora reddunt validiora, aut regio illa ſeligenda eſt habitationi, ſecuritatis gratia, quæ non valde magnas recipiat mutationes, aut eiſdem quà fieri poſſit commodius obſtandum, per ea quæ eoſdem exceſſus moderentur. Mutatur autem aër per diei

Partes diei aërem mutantes.

partes, & id aut naturæ curſu & Solis motu, aut contra eorundem temporum naturam. Nox quidem frigidior natura eſt ob Solis receſſum: dies calidior, ob propinquitatem, & ex diei partibus meridies calidior, matutina tamen hora, veſpertina frigidior eſt: nam hora matutina Sol non calfecit aërem ſua præſentia, veſpertina verò nondum ob abſentiam refrigeratus eſt, atque perinde ex noctis partibus prior minus frigida eſt poſteriore. Quod ſi diuerſum ab hoc contingat, non fit ſecundum naturam, ſed cauſam aliquam occultam ſequetur, aut ventum aliquem frigidum, aut calidum eo tempore flan-

Temporum mutationes.

tem. Tempora præterea mutantur Solis curſu, quandoque ſecundum naturam, quandoque contra naturam, & quandoque vnũ tantùm, quandoque duo aut plura, vnde prauæ adueniunt corpori diſpoſitiones & diuerſa morborum genera: ſingula verò horum quàm ſint medico cognitu neceſſaria notum eſt. Nam ſiue ſanitatem tueri ſit in animo, ſiue morbis mederi, expedit quàm maximè aëris diſpoſitiones conſiderare, & temporum quamuis mutationem, ſic etiam & regionis quam homo ipſe inhabitat, ſitum, ventorum ipſam perflantium naturam, & maris atque fluuiorum propinquitatem, aut diſtantiam, atque terræ ſpeciem, nempe an ſit arenoſa, cœnoſa, limoſa, aut metalli alicuius referens vires: ſic enim futura præcauebit & præſentia procul ablegabit. Primum quidem ex mutationibus temporum ſecundum naturam ea potiſſima eſt, quæ accidit per anni quartas. Ver enim natura

Veris temperies.

temperatum eſt, etſi à quibuſdam calidum & humidum cenſeatur. Calidum ſiquidem & humidum ea ratione aſſeritur, quoniam ex anni temporibus id minus alijs calore & ſiccitate ſimul abundat, & quoniam aër natura ſua calidus & humidus eſt, & vere magis quàm alijs temporibus naturam propriam ſeruat. Et vt in ſumma dicam, calori naturali ſimile eſt, atque perinde vt ipſe temperatum dicitur, & calidũ atque humidum. Noſter ſiquidem calor & noſtræ generationis principium, ex calore humido eſt, neque id tollit eundem eſſe temperatum. Eo ergo tempore quo calor naturalis noſtro calori eſt ſimilis in re, & temperatus, & calidus atque humidus dicetur. Nec vere aut per exuperantiam talis eſt: quoniam non tantùm conſtitutio verna non eſſet omnium ſaluberrima (quod conſtat) ſed foret omnium peſſima. Neque enim eſt epidemia quæpiam pernicioſior ea quæ aëre humido & tempeſtate humida excitatur. Quod verò multa morborum genera per id tempus excitentur, minimè damnat ipſius temperaturam, aut torquet aduerſus Hippocrat. qui 3. Aphoriſm. ſectione Aphor. 9. dixit Ver verò ſaluberrimum & minimè mortiferum. Nam per id tempus morbi concitantur (vbi tempus modum ſeruauerit) ſalubres quidem, & qui iudicatorij ſint eorum malorum quæ hyema ſua congeſſit malitia. Crudos namque ac craſſos humores hyeme congeſtos vere adueniente calor

attenuat, coquit, & inde neceſſariò eoſdem effundit. Natura quoque robuſtior temporis ratione reddita, eoſdem iudicatoriè ſæpius excernit, aut ad cutem, aut ad alias extremas & ignobiles particulas, quæ omnia veris bonitati potius quàm eiuſdem malitiæ ſunt adſcribenda. Quod verò quandoque nô parui momenti mala per id tempus fiant, vt febres ardentes, phrenitides & difficultates inteſtinorum, morbi comitiales, angionæ, raucedines, & grauedines, nihil obſtat. Siquidem qui ex his ſalubres non ſunt, aut non habent quam diximus iudicationis rationem, aliis anni temporibus accommodantur, & ipſorum proprij ſunt, vt conſtat apud Hippocr. aliorum temporum morbos recenſentem. Reliqui verò qui veri ipſi debentur, veluti quædam iudicationes ſunt, & naturæ opera, trudentis excrementa ad cutem, atque ignobiles partes, cuiuſmodi ſunt lepræ, vitiligines, impetigines, puſtulæ vlcerosæ, atque articulorum dolores. Miro quidem modo Galen. id tempus exercitationi contulit, quæ etſi ſalubris ſit, vbi corpus inueniat excrementis vacuum, vbi eiſdem plenum reperiat, morborum fit cauſa: Sic quoque & ver vbi corpora fuerint excrementis vacua, ſana eadem ſeruat, quæ ſi eiſdem abundauerint, eadem in morbos prædictos deducit, qui tamen ſalubres ſunt. Adde, quod quemadmodum exercitatio, ita etiam ver amplificat humores ac rarefacit ipſos, & curſui parat, & cutem laxam reddit, veluti meatus omnes. Quo in tempore temperati optimè degunt, quales in adoleſcentia ſunt, quæ omnium ætatum optima eſt, ſic etiam & pueri per id tempus bene valent, quamuis ſi quis integrã atque omni ex parte inculpatam voluerit proferre ſententiam, dicet adoleſcentes, vt qui temperatiſſimi ſint, vere, pueros, vt qui paulò ſint prædictis humidiores, principio æſtatis optimè ſe habere. Menſuratur tempus veris à principio menſis Martij, aut ab æquinoctio vſque in ſolſtitium æſtiuum. Æſtas calida eſt & ſicca ex natura ſua, ita vt multos afferat morbos bilioſos & acutos, vt febres ardentes, & exquiſitas tertianas, & choleram, & ophthalmias, & ventris profluuia, aurium dolores, & genitalium putredines, atque ob ſudorem cutem exulceratam, & exaſperatam. Præterea & quoſdam ex morbis qui vere fiunt: nam vbi conſtitutio non valde variat à verna conſtitutione, morbi ſimiles erunt vernis, ſed tale eſt æſtatis initium: eo igitur tẽpore adhuc verni morbi ſunt expectandi. Non enim morbi temporis ratione eueniunt, ſed quatenus aër nos ambiens hoc aut illo modo affectus, nos afficit. Quod Hippocr. eadem Aphoriſm. ſectione docuit, dicens, In temporibus quãdo eadem die calor atque frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. Morbi ſiquidem ſemper aëri reſpondentes ſunt expectandi. æſtate verò iam media fient morbi reſpondentes calori ac ſiccitati. Calor namque æſtatis ſiccat vehementer, quoniam validiſſimus eſt, & calor reſoluens humidum aëris, & vapores qui à terra & aqua eleuãtur, aërem & terram aridam reddit: ineſt ſiquidem calori maior vis exſiccandi ex accidẽti, quàm ſiccitati per ſe efficienti. Idem quoque aër tenuiſſimus redditur à vaporibus mundatus. Calor verò eiuſdem conſtitutionis non ob id omnium vehementior eſt, quod Sol nobis propinquior ſit quàm vere: nam vere propinquior eſt, & æſtate in auge & maxima elongatione. Verùm rectitudo radiorum maximam facit impreſſionem, & quoniam reflexio radiorum è terra rectis radiis copulatur, & in eundem aërem conuertitur. Accedit ad calorem æſtatis augendum, quòd diutius Sol aërem calefecerit, vnde calor calori accreuit. Eſt id tempus à Solſtitio æſtiuo vſque ad æquinoctiũ autumnale, ſiue ab initio Iunij in finem Auguſti. Vnde autumnus inchoat, tempus ſiccum, calore verò & frigore inæquale, ac pernicioſum, & ea ratione mortiferum, quoniam inæquale eſt, ac vires exterminans. Eſt autem id tempus inæquale, quoniam aër magnam ab æſtate contraxit tenuitatem, & quod tenue eſt facilè recipit alienas qualitates, & externas mutationes, quod de aqua aſſeuerat Hipp. 5. Aphor. ſect. dicẽs, Aqua quæ citò caleſit, & citò infrigidatur, leuiſſima eſt. Id verò eſt ipſam eſſe ſubſtantia tenuiſſimam. Quam ſententiam ad aërem transferre decet. Ac perinde fit, vt autumno noctes ſint frigidæ valde, cùm tamen iuxta meridiem calor ſit iuſto maior. Colligit quoque tẽporis frigiditas multa excrementa magna ex parte melancholica, quæ æſtas generauit bilioſorum humorum vſtione. Cùm enim hæc & reliqua per cutem copioſè purgari ac diſcuti deberent, frigiditas poros aſtringens hæc impedit: iuuat non parum ad morborum eorundem generationem fructuum autumnalium frequens eſus. Verùm quòd morbi eius temporis pernicioſi ac mortiferi ſint, imbecillitas eſt cauſa quam partim æſtas præcedens reſoluendo calorem effecit, partim etiã temporis inęqualitas. Facit etiam morbos malignos & pernicioſos malorum humorum reclusio in partes pręcipuas: Æſtate namque hi ad cutem à calore ambientis deferebantur, ac deinde natura tentante ad eam partem, in quam aſſueuerat æſtate eoſdem transfundere, frigiditas ambientis eos repellit, & ad interna protrudit. Oriuntur eo tẽpore melancholici morbi, vti mania, melancholia, lienis tumores, & inde hydropes, & tabes, difficultates inteſtinorum, aſthmata, & anginæ, morbi comitiales, febres quartanæ & erraticæ. Prorogatur id tempus ab initio Septembris, aut eiuſdem æquinoctio, vſque in ſolſtitium hyemale, aut finem Nouembris. Iam ſequitur hyems, quæ reliquum anni tempus ab initio Decembris vſque in finem Februarij metitur, frigidum & humidum, & natura pluuioſum, præ aliis temporibus, quapropter morbos affert longos aëre ambiente impediente coctionem, ac diſcutionem humorũ, quod quartanæ febres docent, æſtate genitæ, quæ ad autumnum perductæ longæ ſunt: ad hyemem verò quammaximè, & in vniuerſum morbi calidis temporibus facti breues ſunt, frigidis verò longi. Ad quod accedit quod hyeme acervatur pituita multa ob temporis naturam, quæ temperaturæ ipſius reſpondet. Verùm huic ſententiæ obſtare videtur quod Hipp. dixit Aphor. 15. ſectione prima. Ventres hyeme & vere calidiſſimi ſunt natura. Vbi ſanis corporibus cibos competere copioſiores ſtatuit. Et rurſus Aphor. 18. Æſtate (inquit) & autumno cibos grauiſſimè ferunt, hyeme facillimè, ver ſecundum locum habet, quod de ægrotantibus dictum eſt. Quibus competere vult alimenta copioſa: quoniam ea hyeme faciliùs ferunt. Calor igitur hyeme validior eſt, ac perinde perperam dictum, morbos eius temporis longos, ac difficilem coctionem admittere: ſiquidem calor morbos curat, & humores coquit, & maior citius. Pariter falſum videtur, eo tempore pituitam augeri, quo calor natiuus validior eſt. Natiuus enim calor cùm temperatus ſit, humorem augebit temperatum, nempe ſanguinem, non pituitam, frigidum & humidum humorem. Dum porrò à nobis dicenda ſe offerunt, Quare morbi hyeme longiores ſint, & quare hyeme aſſeruetur pituita copioſior, valente interno calore. Morbi quidem hyeme longi fiunt: primùm quoniã humores craſ-

ſiores

Verni morbi.

Vere qui optimè degunt.

Æſtatis temperatura.

Æſtatis calor quare vehementior.

Autumnus qualis.

Aër quare facilè mutatur.

Autumnus quare mortiferus.

Hyemis temperatura.

Hyemis morbi quare longi.

Digitized by Google

ſi or es eo tempore generantur, & humores craſſi rardius coquuntur ac diſcutiuntur: deinde quoniam tempore calido aër ambiens coctionem, digeſtionem, & diſſolutionem coadiuuat. Nam & febrilis calor qui ambientis calore deterior eſt, & à natura noſtra magis alienus idem efficit, vt inquit Galeo. Com. 70. quintæ ſectionis Aphor. Qua ratiooe febris morbis frigidis, vt conuulſionibus & aliis prodeſt. Adde quod frigiditas hyemis vt naturalem ca-

Hyeme quare accreſcit pituita.

lorem intus roborat, ita humores craſſos intus conditos ſeruat. Quod tamen ad pituitæ augmentum attinet, hic hyeme copioſior eſt ob ciborum naturam, quibus homines vtuntur, vt legumina quę pranos generant ac craſſos ſuccos, & coctiooes impediunt, atque coctionis defectum ſequitur pituita. Sunt hæc, bulbi, & rapæ & cepæ, caſtaneæ, & glandes, quæ ſunt inepta coctioni. Sunt etiam eiuſmodi carnes agninæ, porcinæ, caprinæ, & cochleæ, & caſeus, & lac: rurſus exerciriorum genera, veſtium inopia, & itinera non parum agent ad pituitæ augméntum. Cæterùm ſi quis hæc rectè aduertit, non abſoluunt dubium: nam quod quorundam ventres ob inopiam veſtium refrigerentur, non ad temporis naturá, ſed ad inopiam ipſam referri debet, quemadmodum, quòd quorundam ventres refrigerentur ob imbecillitatem, aut ciborum malorum vſus, aut profectiones idem efficiant, quod enim ad têpus attinet, rectè dictum eſt ab Hippocr. hyeme validiſſimum calorem ventribus ineſſe: reliqua verò non ſunt temporis propria, de quibus modò agimus. At verò illud rectius dictum videtur, membra refrigerari hyeme, & ſi venter incaleſcat, & in membris aceruari pituitam, & ſi venter validiſſimum habeat innatum calorem. Sed rurſus inſtandum videtur: nam pituitæ generatio in ventre fit, non in ipſis membris, quamuis ergo membra frigeant, vbi venter calidus ſit, nullatenus accreſcet pituita. Verùm neque hoc veram ipſam ſententiam ſubuertere valet: vtrumque enim eſt conſentaneum rationi, ventres hyeme calidiſſimos, & pituitam per id tempus augeri. Siquidem pituita in ventriculo (ex his quæ in prima parte operis probauimos) genita, in iecore conficitur atque in venis, ſi tamen venæ refrigerentur: & maximè ſi refrigeratio iecur pertingat, pituita infecta manebit, neqoe ex ipſa ſanguis, vt ſolebat, generabitur. Confirmat idem, quòd pituita in venis contenta aliqua ex parte diſcuti ſolet ab ambientis calore, quod non eueniet in ambiente frigido, quódque diſſolui deberet ab ipſo natiuo calore, id quoque prohibebitur: omnia verò hæc ſimul multam oſtendent redũdantem pituitam hye-

Hyemis morbi quorum genera.

me. Huius temporis morbi ſunt, qui ex refrigeratione fiunt, & ad internas partes refluxione. Nam vbi frigus membra ipſa peruadat, refrigerabontur, atque inde imbecillitates fieot, & humores craſſi & frigidi accreſcent: vbi tamen frigus cóptetſerit tantummodo membra, ipſis non valde refrigeratis, exprimet humnres in partes nobiles & internas, & quádoq; foras per meatus ampliores, & ſi quandoque magni etiam effluxus cohibeantur. Huiuſmodi erunt morbi laterales, & pulmoniæ, & grauedines, & tuſſes, & raucedines, & attonitus morbus. Ad ſolam autem frigidam intemperié ſine homorum redundantia, aut ſolo flatu accedéte attinent laterum dolores, & pectoris vertigines. Vtroq; tamen modo fiunt capitis dolores atq; lomborum, nempe ex ſolo refrigerio, aut etiam accedente humore: ſic & morbi nerois eueniunt, & membranis, maximè eis quæ oſſa deuoluont, aut ad eas delato humore, aut ſolo frigore ipſas peruadéte. Et quamuis horũ temporum naturæ diuerſæ & quodammodo contrariæ

Tempora omnia tripartita.

ſint, quoduis eorum ſibi adiuncto non parua portione ſimile eſt: ſiquidem quoduis eorum tripartitum eſt. Ver namq; primam ſui partem hyemi ſimilem habet, & tertiam iam ad æſtatis naturam accedentem, mediam medio modo ſe habentem, ac omnino veris naturam ſeruantem, à qua conſtitutione ſicuti & ab aliis omnibus nullæ ſubitæ fiont mutatione ſecundũ naturá. Sed quod paulò ante præceſſit, ei quod immediatè ſequitur valde ſimile eſt, niſi violenta fiat temporũ, ac repentiua variatio. Iam ergo medium æſtatis verè æſtas integra eſt, & finis autumno ſimilis incipienti. Deinde ſequitur autumni medium eius conſtitutioné ad vnguê ſeruans, & deinde finiens ſimilis fit incipienti hyemi: deinde mediũ ſequitur hyemis, poſt quod finis ſimilis veri incipienti. Variant etiam tempora proprias naturas,

Temporum à natura variationes.

aliquando vnum, aliquádo etiá plura, & vnum quidem, cùm hyems calida, aut æſtas frigida: dico verò vbi hyems fuerit calida, ver autem frigidum: poſſunt etiam multa tempora variari, veluti ſi poſt ver frigidum prædictum æſtas einſdé naturæ ſequatur. Vno qnoque tempore varias fieri mutationes contingit, vt ſi ex æſtatis diebus quidam fuerint frigidi, quidam poſt hos calidi, quidam præter id humidi: quod & eiſdem diebus euenire videmus, nempe vt eodem die calor & frigus fiant, quod autumno ſecundum naturam conuenit, aliis verò non niſi contra naturam. Illud etiam prætermittendum oon eſt, omnes morbos in omnibus temporibus fieri. Sed in

Morbi omnes omnibus fiũt temporibus.

quibuſdam quidam ex ipſis magis aliis. Nam quod io quibuſdam hominibus temporis cõſtitutio facere non poteſt, victus facit, frequentius autem eueniunt, qui têporibus reſpõdent. Aër enim ambiens omnibus eſt cõmunis, victus tamen diuerſus. Quòd ſi tempora ſuas amiſerint naturas, non tantùm aliorum temporũ morbos adducent, ſed erunt hi incõſtantes & mali iudicij, ac perinde pernicioſi Quam-

Peſtis fidum præſagium.

obrem ego quidem nullum adeò fidum præſagium futuræ peſtis (eius quæ ab aëre habet ortum) reperi, vti quod ex temporũ mutationibus præter naturam accipitur. Nam vt Hippocr. ait, In conſtantibus temporibos, ſi tempeſtiuè tempeſtiua redduntor, morbi conſtantes & boni iudicij fiunt in non conſtantibus verò inconſtantes, & mali iudicij: morbi tamen inconſtátes & mali iudicij, qui per populum graſſantur, quoniá temporis cõſtitutionem ſequuntur, peſtilentes omnino erunt, fient tamen, vbi humidæ fiant conſtitutiones frequentius, rarius in ſiccis, quoniam de his Hppoc. inquit, Ex anni quidem conſtitutionibus, vt in ſumma dixerim, ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ. Euenit autem quandoque vt temporibus non valde mutatis, adeò magnas recipiat mutationes aër, vt peſtis cauſa fiat, veluti cum putreſcit mixtis putridis vaporibus ex aqua & terra eleuatis: hi namque cordis ſpiritus corrumpunt, & qoandoq; humores, aut ipſam cordis ſubſtantiam. Sed primò ſpiritus: interim tamen dum ſolos ſpiritus mutat, & ſi calorem factum præter naturam in ipſis inducat, peſtilés febris nũquã fiet, niſi humores aut cordis ipſius ſubſtantiam inuaſerit, ita vt febrem faciat putridam, aut hecticam: ſolis enim ſpiritibus aut corruptis, aut alteratis breues fiunt febres, & minimè pernicioſæ: ſed diutius malo perſeuerante in aliam deteriorem diſpoſitionem aut humorum, aut membrorum perducto corpore peſtilétes & pernicioſi fient morbi. Nouimus quoque ſine febre, pernicioſum aërem ferè ſubito homines interimere, corrupto ſpiritu malitia qoalitatis aëris, vel potius, vt dicere

ſolemus, ipſo tota ſubſtantia mutato. Eligendus igitur eſt aër mundus & purus ſine malis vaporibus quales eleuantur à ſtercore, corporibus mortuorum, aquis ſtagnantibus, aut putridis leguminibus, aut fluuiis, aut cloacis repurgantibus ciuitates: vitandus etiam aër nebuloſus & concluſus, maximè in locis & domiciliis infernis. quantum ad hoc itaque aër omnibus communiter hominibus idem eſt, quantum verò ad temperiem qualitatum attinet, diuerſis temperaturis differens aër accommodatur, qualis verò futurus infrà dicemus. Quoniam autem venti aëri commixti ſunt, & ſimul cum aëre inſpirantur & tranſpiratione trahuntur, de eorundem natura & facultatibus quædam dicemus. Porrò ventum omnem exhalationem quandam eſſe antiqui dixerunt, atque ipſam eſſe calidam & ſiccam. Aëtius tamen non ſimpliciter, ſed collatione ad alterum exhalationum genus. Nos quidem exhalationem quandam agnoſcimus humidam, & quandam aliam ſiccam, ambæ verò à terra & aqua eleuari ſolent. Sed intereſt: quoniam ſicca exhalatio à calore exuritur: quòd ſi non exuratur humida manebit. Ad exuſtionem autem non parum faciet materia terrenæ ſubſtantiæ mixta: venti verò ea ratione pluuias antecedunt: quandoque verò eaſdem ſequuntur. Quoniam præcedente pluuia terra humorem concipit, qui mixtus materiam efficit exhalationi paratam, ita vt accedente Solis calore, aut præſente, aut ante à terra concepto, venti ſtatim oriantur, & moueantur. Præcedunt verò ſæpè ventum pluuiæ, calore excitante vapores quoſdã, quos exurit & in ventum cõmotat, quoſdam deinde non exuſtos, quos frigus in pluuiam vertit, interim etiam ambo perſeuerant, ventus flans & nubes deportans, atque pluuiæ quæ ex nubibus fiunt: Siquidem exhalatio humida vento & aëri coniuncta aërem aliquando reddit vaporoſum: craſſior verò exhalatio nebulam efficit, & craſſior adhuc nubes, ac deinde maiori accedente craſſitudine, fiet aër caliginoſus atque tenebricoſus. Is vapor, ſiue humida exhalatio, ſi à frigore concreſcat parum à terra eleuatus, ros efficietur, aut congelatus pruina: in ſupremis verò partibus in pluuiam, aut congelatione in niuem, aut grandinem ibit. Sed rurſus ad ventorum naturam redeamus. Venti ſiccæ quædam exhalationes ſunt. Sed nunquam abſque aëre ſunt aut mouentur, & quandoque humidas exhalationes ſecum ducunt: cùm tamen ipſa agitatur, ſecum agitat, & reliqua, ita vt nunquam ventum ſine aëre quis ſentire poſſit. Sunt autem ventorum multa genera, ex loco à quo agitantur & flant, naturam ſortita: atque hi generales, quatuor quidam præcipui, & ſinguli ſuos habentes binos collaterales, ita vt omnes numero 12. habeantur. Quatuor præcipui ſunt Septentrio, qui ad polum arcticum, qui etiam Aparctias dicitur: à Meridie Auſter, ſiue Notus: ab Oriente Subſolanus: ab Occidente Zephyrus, ſiue Fauonius. Septentrio Orientem verſus habet collateralem Boream ſiue Aquilum: ad Occidentem verò Circium. Auſter Orientem verſus habet Euronotum, alias, Euroauſtrum: ad Occidentem verò Euroafricum, ſiue Libunotum. Subſolanus tamen ad Septentrionem habet Ceciam, ſiue Elleſpótium, ad Meridiẽ verò Vulturnum: Zephyrus tamen ad Septentrionem habet adiacentẽ Argeſtem. ad Meridiem verò Africum. Sunt tamen alij quidam venti locorum proprij, qui ſemper flant, aut Sole oriente, aut iuxta Solis occaſum, ſunt & qui à terra in mare perflant Apogei appellati à nautis, qui etiam ab oriente Sole generantur: locales autem venti quoniam minus puri ſunt, ventis generalibus minus ſunt ſalubres, atque diuerſas ſortiuntur temperaturas. Nam Boreas frigidus eſt & ſiccus, Auſter calidus & humidus, Subſolanus ſiccus, Zephyrus humidus, ac perinde morbos afferẽs ſuis temperaturis reſpondentes. Quoniam autem, vt ſuprà diximus, aëris mutationes omnino fugere foret impoſſibile: minimè tamen eas quę per tempora anni fiunt, aërem ipſum modum excedentem aliquatenus attemperabimus. Erit autem moderatus in quo homo neque ſudat ob æſtum, neque riget ob frigus, non tamen expectandus eſt aër, qui omnino non alteret corpus, ſicuti neque cauſam aliquã ex ſalubribus: omnes enim corpus alterant, ſed ſenſim. Quapropter Galenus lib. Art. med. cap. 85. ſalubres omnes cauſas ex correctiuarum genere eſſe dixit: naturales tamen temporum mutationes fugere commodè non fiet: quandoquidem ſanus homo cuius ſanitatem tueri propoſuimus, non debet in loco aliquo concludi, aut à conuerſatione aëris totius ciuitatis prohiberi: accedet igitur aliũde temperaturæ tutela, rebus aliis omnibus debito modo attemperatis: valet enim aër magis omnibus aliis cauſis non naturalibus, quæ ex neceſſitate occurrunt, corpus humanum alterare. Nam cibus & potus non perpetuò alterant. Sed interim cibus, quandoque potus, quandoque neutrum. Somnus & vigilia vt nobis occurrunt, neceſſariò ſe inuicem corrigunt, atque neutrum perpetuò adeſt, ſic etiam retentio & euacuatio, motus & quies: animæ verò accidentia quæ manifeſtè alterent, ſecundum naturam rarò occurrunt: aër quidem multis modis alterat, atque validè mutat noſtrum corpus. Nam ambiens nos tangit, & per poros cutis tranſpiratione ducitur, & inſpiratur, & in pulmonem & cor ſtatim attingit, & ſpiritum cordis, non bis aut ſemel in die, ſed perpetuò ingrediens atque egrediens, deducítque ad nos ferè omnes externarum cauſarum alterationes, vt terræ & aquæ, & ignis cùm nõ tangunt nos, & cœleſtes aſtrorum influxus, & à corruptis rebus vapores, & qualitates, mutatúrque interim ſolis qualitatibus, vt calore, frigore, humiditate & ſiccitate, interim ſua ſubſtantia, vt craſſitudine & tenuitate, aut alienã ſuſcipiens ſubſtantiam, aut rerum putreſcentium vapores, aut, vt aiunt, à tota ſubſtãtia, vbi malam adeptus ſit proprietatem, ac veneficam naturam. His de cauſis ſummatim cognitis Gal. lib. Artis med. cap. 18. dicit, Optimæ igitur corporis cõſtitutioni cùm circonfuſus aër fuerit in temperie poſitus, earum rerũ de quibus nuper diximus, quietis ſcilicet ac motus, ſomni & vigiliæ, & eorum quæ aſſumuntur, atque excernuntur quantitas moderata conueniet. Quum verò aër à temperie receſſerit, tantum à mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura receſſus; verùm huic ſententiæ quædam obſtare videntur. Non enim neceſſarium eſt aëre labente ad aliquod extremorum, omnes cauſas non naturales pati lapſu ad contrarium inclinare. Definito namque lapſu aëris, atque cognita alteratione, quam in corpus humanum facere poteſt, facile erit in cibo, aut potu, aut ſomno & vigiliis parem obiicere contrariam vim, quæ omnino impediet & attemperabit aëris actionem, atque potentiam. Præterea nunquam per cauſas prædictas temperatas fieret ſanorum hominum conſeruatio. Nam aër ferè nũquam temperatus eſt, ſed pro temporum natura ſemper euariat: & ver ipſum quamuis natura temperatum ſit, rarò ſuam ſeruat naturam. Hæc tamen nullatenus perturbant Galeni ſententiam.

Ventus quid ſecundũ antiquos.

Ventorum genera.

Ventorum temperatura.

Temporum mutationes fugere non valemus.

Aër quantũ alterando valeat.

non naturales ea ratione calefacere, aut infrigidare, aut humectare, aut exſiccare dicuntur, quoniam poteſtate id faciunt: etiam ſi ex accidenti faciant, vt ſomnus ex accidenti humectat, quoniam nutritioni confert, & hæc humectat refectione corporis, & vigilia ex accidenti ob reſolutionem exſiccat: quod tamen per ſe facit aër calefaciens: aut quouis modo alterans, quemadmodum & cibus, atque ex his quæ ex accidenti faciunt quædã poſitiuè, quædã etiam priuatiuè. Nam vigilia parua humectare dicetur, quia non abundè exſiccat, & ſomnus exſiccate, quoniam non humectat quantum par eſt, & moderatum. Dicuntur autem moderatæ cauſæ omnes non naturales: quoniam temperatum corpus conſeruant. Nam etſi ipſum perpetuò alterent, non tamen à temperamenti limitibus educunt, & ob id ſalubres cauſæ omnes correctiuæ ſunt, vt aër: is enim nunquam non alterat humanum corpus, & cibus, ſemper eſt ab initio contrarius corpori: at verò omnes hæ cauſæ ſic occurrunt, vt quædam ex eis alias corrigant, & ab omnibus ſimul corpus in temperie ſua ſeruetur. Cùm verò modum exceſſerint cauſæ prædictæ, ipſum à temperie, & quandoque à ſanitate educunt. Quapropter ſi aliquod eorum ad alterum extremorum labatur, reliquorum adminiſtratione malum corrigendum venit, id in aëris lapſu notum eſt. Nam ſi is ad calidum labatur, oportet potum labi ad frigidum, pariter & cibum, atque quietem augere: quandoquidem calor exſiccat, & quies humectat. Idem etiam intelligere oportet de cibis, quod de aëre. Nam ſi cibi fuerint debito calidiores, reliqua ad frigidum labi decet. Quare igitur ſi id in omnibus cauſis naturalibus verum eſt, de ſolo aëre aſſeruit Galen. ſententiam? quare etiam dixit, omnes alias cauſas in contrariũ labi debere? Siquidem vnius tãtum lapſus magnus vniuerſam aëris labentis noxam poſſet emendare, vbi medicus noxæ quantitatem probè metiatur. Primùm quidem in aliis cauſis non eſt par ratio: nam aliæ ſemel, aut bis occurrunt, in vnius diei ſpatio, vt ſomnus & vigilia: itaque ſomni noxa vigilia emendabitur rectè, & econtra. Rurſus ſi cibus frigore nocet, facilè potu emẽdabitur: & ſi motus, quiete, aëris tamen alteratio perpetua eſt, & multis modis accedẽs vt ambiẽs inſpiratus & trãſpiratione ductus. Quod autem præceperit id omnium aliarum cauſarum oppoſitione fieri debere, non eſt, quoniam non poſſet per vnicam cauſam oblatam fieri, aut quoniam in aliarum cauſarum lapſu non liceat omnes etiam admouere contrarias: ſed quoniam vbi lapſum aëris quis tentaret vnius cauſæ oblatione corrigere, cauſa futura eſſet validior multò, vt vno occurſu faceret quantũ aër frequenti acceſſu, quod aliis de cauſis obeſſet: nam ſi cibus oblatus ad emẽdandã aëris calidi noxam ſufficere deberet, ſtomachum valde læderet. Præter id quod ſtatim plus iuſto infrigidaret, & ad finem minus quàm par foret, ſic etiam ſi ſomno aëris calor emẽdari deberet, longus futurus eſſet: verum interim dum adeſt, id faciet: poſtea verò non, cum tamen toto corpore aër alteret. Probè igitur fiet, vt Galen. ait, omnibus aliis cauſis in contrarium labentibus, vt ex omnibus vna cauſa aëri æquipollens fiat, neque opus ſit aliquam vnam immodicè valentem & inæqualiter occurrentem offerre. Sic etiam fatemur in aliarum cauſarum lapſu fieri poſſe correctionem, omnibus in contrarium labentibus: ſed tamen neque opus eſt tot cauſas opponere, cùm vna ſatisfacere poſſit: quod in aëre labente non fiet: neque ſi aliæ opponantur, decet vt omnes pari labantur menſura cum ipſa cauſa labẽte, ſed multò minus. Præterea quoniam cibus in alterum facilè mutari poterit contrariæ temperaturæ per quem emendabitur lapſus, & ſomnus emendabitur vigilia: aërem verò emendare, aut ipſius mutationes per anni tempora impedire eſt impoſſibile, ſed probè aliarum cauſarum mutatione fiet correctio: & vt melius fiat, non vna tantùm mutata, ſed omnibus. Aëre itaque labente omnes alias cauſas pari menſura in contrarium labi oportet, vt ex omnibus vna æquipollens aëri fiat, & omnes ſint parum excedẽtes propriã menſuram. Dicemus igitur cauſas non naturales temperatas, quoniam etſi alterent corpus ſanum & temperatum ſeruant, & nullam manifeſtam efficiunt alterationem, ita vt ad ipſum manifeſtus ſequatur lapſus. Diſtemperatæ verò dicentur, quoniam aut plus iuſto mutãt, aut quoniam non efficiunt quod debent. Aër namque frigidus dicitur, quia immodicè infrigidat, & calidus, quoniam etſi infrigidet (quod omnis aër per anni tempora & regiones facit) non tamen quantum aëri qui inſpirationi ſeruit, debetur: ſic & motus dicitur calidus, quoniam ad maiorem caliditatẽ, quàm par ſit, corpus perducit, & frigidus, quia citra prædictum iuſtum calorem, calefacit. Ex quibus omnibus notum euadit temperatis corporibus cauſas ſalubres deberi tẽperatas omnino, & quæ temperari non poſſunt, vt aër per tempora variatus, aliarum ſalubrium cauſarum contrariarum oblatione eſſe corrigendas: diſtemperatis tamen corporibus, intra latitudinem ſanitatis manentibus, qualis aër debeatur, nec diximus, neque ex dictis notum euadet: verùm diſtemperata corpora quædam ſunt talia ſeruanda, quædam in meliorem temperaturam mutanda. Quod fit, vbi ſuppetat otium: ſiquidem ſubitò, aut breui tempore naturalem temperaturam mutare nullatenus conuenit. Quod ſi facere fuerit in animo, ſalubres cauſæ accommodatæ ſunt, quæ ab optimè temperato corpore & à cauſis ipſum conſeruantibus, æquis numeris in contrarium labuntur: veluti ſi corpus moderatè calidum ab optimo corporis ſtatu duobus recedit numeris, cauſis ſalubribus egebit, duobus etiam numeris ad frigidum labentibus, à ſalubribus cauſis temperatis hominibus debitis. Hominem verò negotiis irrepetibilibus diſtrictum mutare non expedit, ne multis & validis mutationibus ſimul, hinc & inde agatur. Quod ſi in animo fuerit tale corpus ſeruare, quale ab initio acceptum eſt, quemadmodum temperatis & in optimo ſtatu conſtitutis corporibus, aër & reliquæ cauſæ ſalubres ſimiles ſunt offerendæ, ita & diſtemperatis: calidiora ſiquidem corpora calidioribus cauſis ſalubribus egent, frigidiora frigidioribus, humidiora humidioribus, ſicciora ſiccioribus, vt Galen. docuit lib. Art. med. vbi tamen valde laberentur præſeruanda forent, non cõſeruanda. Quod itaque Gal. dixit, in aliis quidem omnibus notum eſt, cibos frigidos homines ſeruare frigidos, & calidos, homines calidos. Nam cibi calidi frigidis hominibus oblati, tandem poterunt ipſos ad temperamentum deducere, vt diximus: quin & aliquando in contrarium traducere ſtatum: ſic & ſomnus & vigilia metienda ſunt, ac reliquæ cauſę ſalubres. Aërem tamen calidum calidis offerre corporibus, aut frigidum frigidis incommodum euidens apparet. Si enim calidum cor refrigerari inſpiratione debet, non ſatis neque ad menſuram refrigerabitur, aëre calido attracto, ſic etiam frigidior aër frigidiori cordi non erit ex vſu: ſiquidem ipſum immodicè refrigerabit. Rurſus natura ducimur, vt calidiores redditi aërem quæramus frigidiorem, &

frigidiores

Cauſæ cõſeruantes quare dicuntur moderata.

Aër diſtemperatis corporibus ſeruandis.

Conſeruatio corporis, quibus cauſis fieri debeat.

frigidiores calidiorem. Præterea ſit aër tanto frigidior temperato, admoueatur calidiori cordi, quãto cor calidius eſt, nullatenus attẽperabitur. Nã maior reſiſtentia maiori eget potentia alterante, ſed calor maior magis reſiſtit minore: ergo maiori potentia refrigerandi egebit, quàm cor aut frigidum aut minus calidum. Præterea Gal. lib. de Sanit. tuen. contrarium aſſerere viſus eſt dicens: Fiunt autẽ & qualitatibus conuenientiæ, vtique ſi ſeruare temperamentum ſtudes, humidis naturis humectante cibo maximè quadrãte: ſiccis verò eo qui ſiccet: ſin alterare placet, contrariis: in eo verò qui eſt in calido frigidóve ad intemperantiam lapſo, contraria dare ſemper expedit: quum & efficaciſſimæ eiuſmodi tẽperies ſint, & (vt ita dicam) magis quam quæ ex ſiccitate & humiditate conſiſtunt, potentes: quippe cùm facilè ſimilibus nutrimentis in morboſam intemperiem abeant. At ſi ſiccius quoduis membrũ efficias, nihil manifeſtè lædes: pari modo nec ſi humidiori ſuam humiditatem ſerues. Præterea non eſſe ſimilibus exercẽdã ſanitatis tutelam, docuit Gal. lib. 3. Apho. cõm. 3. dicens: Contrarij quidem ad cõtraria bene, ſimiles ad ſimilia malè. Ob rationes adductas nonnulli coacti dixerunt, corporibus lapſis conſeruandis non competere aërem ſimilem: hoc eſt eum, qui eãdẽ ſortiatur denominationem quam corpus: veluti vbi corpus calidum ſit in primo ordine corporum, non oportere aërem pariter eſſe in primo ordine calidum, lapſum à temperato aëre, eo nempe qui conuenit temperatiſſimo corpori: quoniam is non refrigerabit cor hominis in primo ordine calidi, ad portionem. Quod autem Galen. præcipit, ſimilia ſimilibus ſeruari, non obſtat: ſiquidem ſimilia non debentur denominatione, ſed potentia talia: illum namque aërem ſimilem temperato medici dixerunt, qui etſi non foret eiuſdem denominationis cum corpore, neque eſſet eidem ſimile, (quoniam omnis aër debitus temperato corpori, ipſum alterare valet) ea tamen ratione ſimilis dicetur, quatenus potentia talis eſt, & in temperamento corpus ipſum ſeruat, idem etiam de aëre debito corpori lapſo à temperamento dici volunt, aërem eum ſimilem eſſe calido corpori, qui ipſum ſeruare valet, etſi ipſum alteret, & non ſortiatur eandem cum ipſo denominationem. Contra quorum ignorantiam quædam manifeſtè procedunt, quæ omnino valent eorundem opinionem confutare. Primum quidem Galenus nunquam aſſueuit ſimile dicere, niſi quod verè ſimile eſt reipſa, non tantùm poteſtate: ſiquidem libro ſexto de Sanitate tuenda, de his temperaturis lapſis loquens, quæ conſeruari expoſcunt, inquit, Nam qui in rebus ciuilibus verſatur, & multis negotiis diſtringitur, huic tutius eſt vt neque tentet temperamentum ſuum mutare, ſed accommoda ſibi nutrimenta aſſumat. Porrò apta ſunt humidis quidem humida, & ſiccis ſicca. Nutritio enim fit cùm qui nutrit cibus, corpori quod alit, aſſimilatur, citius autem aſſimilantur vere ſicca ſiccis, & humida humidis. Ex quibus notum eſt ſimilia dici alimenta, quæ verè ſimilia ſunt, non tantùm potentia. Quoniam quæ in corpora ſicca facilè vertuntur, ſicca verè ſunt, & quæ in humida, verè humida. Nutritio enim (vt inquit) fit cùm id quod nutrit, ei quod nutritur aſſimilatur, & inter ſymbola facilis eſt tranſitus. Præterea nullum medicamentum aut alimentum denominationem accipit, niſi ab eo quod agere poteſt: quod igitur infrigidare poteſt, frigidum denominabitur, & quod calefacere, calidum, atque in alimentis eadem eſt ratio. Nam abſoluto ſermone talia dicuntur omnia, ad corpus temperatum collata, & quæ talia dicuntur, in re talia ſunt, & in vniuerſũ talia: quòd ſi denominationem habent ab effectu, malè dixerunt aduerſarij, aërem ſeruantem corpora lapſa, eſſe ſimilem in effectu, non in denominatione. Præterea ſi aër frigidus debetur lapſis corporibus verſus calorem, conſeruandi gratia, quæritur ab ipſis qualiſnã futurus ſit is, qui permutare poſſit eadem corpora in optimum ſtatum, atque ſtatuent in eodem genere cauſas conſeruantes lapſa corpora, & permutantes: cùm tamen Galen. has contrarias adhibeat, illas verò ſimiles. Præterea ſit corpus aliquod lapſum à temperamento calidum, nõ multum, ſed per numeros duos, id eget ad permutationem aëre frigido duobus numeris: quod ſi conſeruari debeat in eodem ſtatu, aër, ex eorum opinione, frigidus etiam eſſe debet, ſed non adeò, ſit qua aër per numerum vnum ad frigidum lapſus: iam ergo ad conſeruationem corporum parum lapſorum adhibentur contraria, ſed remiſſiora: ſit autem corpus aliquod valde lapſum ad calorem, quod non expoſcat conſeruationem, neque etiam vacet permutationi, id egebit præſeruatione, quæritur autem, quibus fiet? Non quidem aliis, quàm frigidis, ſed remiſſioribus: paribus namque fieret permutatio. Ex quo fit, vt eædem genere omnino ſint cauſæ conſeruantes & præſeruantes, atque eadem omnino menſura, veluti numero vno in cõtrarium labentes: concedant itaque neceſſe eſt, cauſas conſeruantes, permutantes, & præſeruantes, in eodem eſſe genere & fere omnino eaſdem, quod naturæ cauſarum agentium repugnat. Nempe vbi iam varij effectus à ſimilibus fiant cauſis, aut eiſdẽ. Nos itaque Galeni mentem diuerſam ab eis agnoſcimus. Quoties enim Aut. lib. Art. meden. præcepit ſimilia ſimilibus ſeruari. Aut. lib. 3. Metho. in vlceribus, id quod ſecundum naturam eſt cuſtodire præcepit. atque ſicciora, ſiue corpora, ſiue membra ſiccioribus egere, humidiora humidioribus dixit: idem etiam ſexto de Sanit. tuen. & ſæpe alibi ea tãtùm ſimilia eſſe voluit, quæ eandem in ſuo genere ſortiuntur appellationem, ſiue denominationem, atq; eundem ordinem & ſitum, quem corpora quibus debentur inter reliqua corpora, vti cauſæ ſalubres calidæ collatæ calidis corporibus, & frigidæ frigidis, humidæ humidis, ſiccæ ſiccis. Præterea etiam calidis corporibus in primo ordine calidæ cauſæ in primo, & his quę in ſecundo, pariter in ſecundo, idem quoque in reliquis temperamentis & temperamentorum ordinibus habendum eſt. Ad quod comprobandum, prædictis accedit hæc ratio potiſſima, Sit corpus aliquod temperatum & in regione temperata nutritum, quod mutet regionem, & in frigidã habitandam ducatur, in qua tamdiu demoretur, vt temperaturam etiam mutet, ita vt frigidæ temperaturæ fiat. Nonne vbi corpus id in frigida hac tẽperatura ſeruari debeat, in eadem regione commodè permanebit? Nemini dubium exiſtimo, atque id corpus in ea frigida regione tale ſeruari, quale ab eadem redditum eſt, & in quauis alia mutationem accepturum. Præterea de cibis eadem omnino ratio eſt, vbi corpus aliquod ex vſu ciborum calidiorum in calidam temperaturam, non valde lapſam (de hac enim loquimur) deductum ſit, notiſſimum eſt eiſdem omnino ſeruari probè in nuper adepta temperatura, & vtrumquenque in ea regione probè ſeruari, in qua temperaturam aſſecutus eſt, ſiue natiuam, ſiue aſcititiam. Rationes verò in contrarium ab initio adductæ nihil omnino conuincunt. Ad primum enim dicemus, calidum

Corpora lapſa ſimilibus ſeruanda.

Ratio valida.

calidum aërem probè refrigerare cor calidum. Nam id vbi parum à ſuo temperamento labatur, ſtatim refrigerium expoſcit: ac perinde aëre frequentiùs attracto & copioſo, & quoniam calidorum cordium reſpirationes maiores & frequentiores quàm aliorum ſunt, commoda fiet cordis calidi refrigeratio à calido aëre, aut etiam ſi ſola magnitudo reſpirationis accedat, vbi cor non valde incaleſcat. Cor etiam frigidum, vbi incaleſcat ſatis, aërem expoſcet frigidum, à quo temperetur, & quale ex natura eſt, ſeruetur, quod non niſi ab aëre ad menſuram corporis frigido fiet. Nam quod minus frigidum fuerit, frigidius cor non refrigerabit, A minori namque frigido non inducitur altior frigoris ordo, quo eget frigidum cor incaleſcens: præter id quòd cordi frigidiori minor debetur reſpiratio, & quandoque etiam tardior ac tarior, ob quam nunquam ſupra modum refrigerabitur. Cùm etiam addunt, natura duce, refrigerata aërem quærere calidum, & calefacta frigidum, id tantùm euenit, quoties ob calorem aut frigiditatem à propria natura & innata temperatura corpus educitur. Cùm tamen ſolam eam recipimus alterationem, quæ ſecundum naturam nobis perpetuò aduenit, talem eligimus aërem, qualis dictus eſt, ſimilem vtique, & qui nos tales quales ante ſeruet. Niſi foret etiam quis adeò lapſus à natura, vt egeret præſeruatione ac permutatione celeri, de quo non eſt nobis modò ſermo. Ad aliud dicemus, cordi calidiori aërem calidiorem ad conſeruationem offerri debere, atque ad id ſufficere. Quoniam paucus calor ab eodem demi debet refrigeratione: ſiquidem cor calidum tale ſeruare volumus, & præter hoc multus attractus id probè faciet. Ad id tamen quod adduximus ex Galen. lib. ſexto de Sanit. tuen. in his quæ de humidis & ſiccis temperaturis ab eo dicta ſunt, nota eſt ſententia à nobis comprobata, ſimilia ſimilibus eſſe offerenda. Attamen ibidem de alimentorum exhibendorum natura & temperatura loquitur, non de aëre, de aëris namque temperie ſcripſerat lib. 1. vbi poſtquam aërem ſubſtantia purum dixit omnibus temperaturis eſſe accommodatum, de primarum qualitatum temperamento ſubiungit. At verò quæ ex calore, frigore, ſiccitate & humiditate diuerſitas aëris cõtingit, non perinde ſe ad omnes homines habet, ſed corporibus quæ optimo temperamento ſunt, optimè temperatus aër eſt ſaluberrimus: in quibus verò aliqua exuperãs qualitas dominatur, his vtiliſſimus aër eſt, qui ei qualitati maximè aduerſus, frigidus calidæ, calidus frigidæ, humidiori ſiccus, ſicciori quàm par eſt, tantò humidior quantò ſiccitas ipſa modum exceſſit: verumtamẽ neq; hic locus noſtræ

Explicatur Gal. ſententia.

contrauenit ſententiæ. Loquitur enim Galenus de temperamentis valde labentibus ob qualitatis alicuius dominium in extremo, propter quod corpus præſeruatione potius quàm conſeruatione eget. Idem etiam lib. 6. de Sanita. tuenda voluit, magno lapſus in calore & frigore ſeruare cõtrariis, aut potius præſeruare: in humido autẽ & ſicco ſimilia adhuc cõuenire, à quibus non imminet validæ alterationis periculum, lib. 3. Aphor. Comm. 3. aut de magnis loquitur lapſibus, aut hîc & lib. 1. de Sani. tuẽ. loco citato, aërem contrariæ temperaturæ proficere dicit, quoniam attemperat, & mutat, non quoniam ſeruat. Vt itaqua in vniuerſum de omnibus cauſis non naturalibus agamus, diſtinctione opus eſt: ſiquidem non omnibus eſt eadem ex vſu viuendi ratio. Corpora temperata aut temperamento

Methodus generalis cõſeruationis corporum.

proxima, quæ ſana ſimpliciter, aut vt multũ appellantur, ſola egent conſeruatione ad iuuentutem vſque: poſt iuuentutem verò & in ipſa, quantum attinet ad humiditatem & ſiccitatem, præſeruatione vſque ad mortem: ſiquidem his omnibus ſiccitatis impetum, & curſum cohibere humectantibus conuenit: calorem autem ſeruabimus vſque ad ſubſiſtẽtiam: deinde verò parũ augebimus. Si tamen à temperamento labantur, is aut erit magnus, aut paruus lapſus: magnus lapſus in conſuetudinẽ verſus, aut à natura cõtractus corpora efficit inſalubria ſimpliciter, aut ſemper, aut vt multũ. His nunquã debetur conſeruatio, niſi velis præſeruationem, conſeruationem appellare, quoniam præſeruatione corpora ſuam tuentur ſanitatem: omnes enim cauſæ conſeruantes in correctiuarum genere ſunt, auctore Galen. libr. Artis meden. cap. citato. Sed quoniam ſenſim corrigunt, conſeruantes appellantur: tales ſunt quæ præſeruant ab vlteriori lapſu. Conuenit itaque hæc præſeruare corpora ſimilibus forma, ſed gradu minoribus: præterquam ſi homo ſiccus fuerit: in hac enim diſtẽperantia ſemper humida adhibebimus toto vitæ decurſu, quibus nõ tantùm præſeruabuntur, ſed in meliorem ſtatum recipient mutationem. Humidis verò valde talibus, humida, ſed remiſſiora. Prætermitto quorundam nugas, qui eum omnibus conuenire per ſimilia conſeruationem ferant voluiſſe Galen. deinde addunt id non conuenire ex arte: quare cùm rarò ſuppetat otium, quod ipſi putant neceſſarium ad permutationem, ferè ſemper egebunt conſeruatione: ea verò, vt aiunt, nocet: ferè nunquam igitur ſine noxa ſanitatis præcepta ſeruabunt. At quis fatebitur, ſimilia ſeruare corpora valde labentia, & ab eiſdem lædi, & noxam recipere? hæc enim aperte pugnant. Sed ad incepta redeamus. Quæ diximus corpora probè dicto modo ſeruantur, aut præſeruantur, eadem verò permutare in meliorem ſtatum contrariis adhibitis conuenit. Nec id rarò, ſi hominum diuerſum viuendi inſtitutum conſideres, demas ab his iter agentes, nauigantes, & qui laborem aliquem magnum ſubeunt, cui nunquam aſſueuerunt, neque aſſueſcere citra magnum vitæ diſcrimen licet: reliquos omnes inuenies facilè admodũ admittere permutationem & vſum contrariorum, vbi valde labantur à temperamento. Nam ſiue is cultui diuino miniſtret, vt canonicus, aut monachus, ſiue medicus ſit, qui in viſendis ægrotis ſit occupatus, ſiue cauſas agat, ſiue in aula regi ſeruiat, ſiue ſaber, aut ſutor ſit: quid verat, quominus nullo alio ſuppetẽte otio præter id quod hæc admittunt negotia, prædicti contrariis ſuæ temperaturæ vtantur? vbi ſenſim ad eadem accedant: prius verò ad ſimilia in forma, gradu remiſſiora: ſenſim enim conſuetudinem mutare & temperaturam, nihil prohibet. Neque periode malè feret duos labores: cum cui aſſueuit, & mutationem quæ à contrariis fit: nam aſſueta ante nihil mutant, aut alterant: quæ verò superueniunt ſenſim, parum: præter id quòd hæc aliorum mala emendant, cùm mutent ſenſim ſine moleſtia, temperaturam vitioſam, & conſuetudinem illi parem. Præterea temperamenta extremè calida ad iuuẽtutem vſque, & in ipſa validè attemperabimus: deinde vero minus, & in ſenectute nullo modo: frigida verò ſemper, quoad fieri poſſit, mutabimus ad calorem, ſicuti & ſiccitatem ad humiditatem: humidam autem temperaturam in extremo, ita vt ſępius eius cauſa in morbos incidat, in pueritia humidis minoribus præſeruabimus, ſic & in iuuentute. Sed magis ad humiditatem labentibus, in ſubſiſtentia & reliqua ſenectute, paribus.

Nunquam

Temperatura humida etſi parum lapſa, modicè ſimilibus ſeruanda eſt.

Nuoquam autem temperaturam bumidam exſiccabimus, quæ non inducat frequcotes motbos : quoniam hæc longiſſimæ vitæ eſt, & diutius ſeruatur, teſte Galeno libro ſexto de Sanitat. tuen. Siccum verò lapſum ſemper, quoad fieri poſſit, bumectabimus, & totò vitæ curriculo, & in pueritia maximè præſeruabimus, ſed modò de temperaturis non valde labentibus agamus, quæ neutræ ſimpliciter dieuntur, & ſibi ſanæ ſunt, in quibus maior hominum pars numeratur. His ſane ſatis tuta eſt conſeruatio per omnia ſimilia & forma, & gradu, & per omoes ætates quantum attinet ad calorem & frigiditatem : in ſenectute tamen attemperabimus præſeruatione. Humidam quoque temperaturam atque ſiceam tales ſeruare vſque in ſubſiſtentem ætatem tutum eſt. Deineeps verò humidam paulò plus bumectantibus, & ſiccam aut temperatis aut minus ſiccis ſeruabimus, aut, vt rectius dixerim, præſeruabimus. Quamuis enim præſeruatio eis temperaturis maximè conueniat, quæ valde labuntor, ob periculum delapſus in ſiccitatem ætatis tatione, ſiccas quoque, quin & prædictas humidas temperatutas præſeroare conueniet bumectantibus, aut temperatis, aut parum exſiccantibus. Permutare autem eoſdem nihil prohibet, vti diximus de valde labentibus, etiamſi nullum aliud otium ſuppetat, præter id quod ſuppetere videmus ferè omnibus, qui officiis & artibus incumbunt, præterquam iter agentibus & nauigantibus, de quibus ad finem huius libri dicemus : aut fortè laboribus præter modum inſudantibus, quibus præſeruatio, aot etiam conſeruatio erit ex vſu. Sed laudo vt magis tutam in his præſeruationem: nam talium temperameota non minus apta ſunt in morbos incidere ob immodicos labores, quàm eorum qui in extremo labuotur, quos ægtos ſimpliciter eſſe diximus. His inſtitutis inuenies conſentire quæcunque Galen. docet. Nam libro Artis medend. conſeruare præcipit ſimilibus non valde lapſa corpora : id verò non prohibet valde lapſa præſeruare. Præterea ſoppetente otio fieri permutationes admittit, id otium abundè ſuppetit in prædictis hominum conditionibus, laboribus, & artibus. Niſi dixeris Galen. ad maiorem ſecuritatem maius otium deſiderare, nec perinde quod diximus vetare, præſertim rationibus traditis.

De motu & quiete.

SECTIO II.

ELecta aëris & loci commoda temperie ac ſitu, decet ſanum hominem exercitationibus vti, ſine quibus probè miniſtratis ſanitatem ſeruare nemo poteſt, ſaltem eorum qui decimumquartum attingunt annum, in aëre verò ita temperato, vt nec ob calorem ſudorem moueat, neque ob frigus rigere cogat, opportunitas exercendi corporis ſe offert, poſtquam cibus è ventre deſcenderit, & coctio in iecore perfecta ſit. Intelliges tamen in iecore perfectam coctionem, ſi vrinam inſpexeris, nã aquea aut ſubpallida coctionem adhuc fieri indicat : flaua iam diu peractam: ſubruffa, ſiue pallida, tunc primùm perfectam: quæ in commentario de vrinis latè patefecimus. Decet quoque ante exercitationem, ventris & veſicæ onera deponere. Exercitationem verò non omnem corporis motum appellamus, ſed validio-

Exercitatio.

rem, ita vt reſpirationem ad crebritatem vſque mutet, aderunt enim iam magnitudo & celeritas. Quædam autem antecedunt, & ſequonturexercitationem : quamobrem omnium eorum ordinem, quantitatem & qualitatem definire decet. Antecedit quidem frictio præparatoria, ſequitur apotherapia, ſiue frictio recuratoria. Ante igitur quàm quis ad cibum accipiendum accedat exercitatione eget, dicente Hippocrate libro ſexto de Morbis popul. parte quinta : Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia moderata. Incepit à labore ſiue exercitatione, quæ cibos antecedere debet. Præcedet autem exercitationem frictio corporis, quæ præparatoria appellatur : non enim licet validos corporis motus aggredi ex improuiſo : prouidetur autem frictione molliente ſolidas partes, priùs linteo totum corpus modicè fricantes, donec incaleſcat, deinde oleo addito. Cùm verò paucis manuum circumactibus, modica celeritate, non grauibus, nec comprimentibus corpus incaluerit, & rubore vniuerſa cutis ſuffundatur, tunc oleum inducere oportet, manibus nudis, inter molles & duras mediis. Primò tamen blandiùs fricare oportet, deinde ſenſim paulò fortius, donec carnem citra noxam premat : id autem fiet, ſi bis tantùm aut ſemel frictio valida partem tangat, fiatque ad omnem loci differentiam frictio recta, obliqua, tranſuerſa, ſubtranſuerſa. Quòd ſi abſque hac præparatione quis ſubitò ad exercitationem accedat, excrementis attenuatis, & meatibus exiguis laxatis, periculum eſt ne ſolidarum partium aliqua rumpatur, aut conuellatur, & excrementa vehementis ſpiritus impulſu obſtruant meatus. Diuerſa res eſt, vbi cutis primùm molliatur, atque ſolidæ partes : habet namque frictio vim molliendi, obdurandi, impinguandi, & diſſoluendi, dicente Hippocrat. libro κατ' ἰητρεῖον, frictio dura ligat, mollis ſoluit, magna reſoluit, mediocris craſſeſcere facit. Meminit autem in hac diuiſione quantitatis & qualitatis frictionis. Ad quantitatem attinent magna & mediocris, ad qualitatem verò dura, & mollis. Neque taxandus venit Hippocrates quod magnæ & mediocris frictionis meminerit, prætermiſerit autem paruam : neque quòd duræ & mollis meminerit, & prætermiſerit mediã. Non enim generis frictionẽ extrema ac media proſequitur: ſed earum mutationum, quas in nobis efficiunt: magna autem & mediocris extremas efficiunt mutationes. Siquidẽ magna trahit quidem primùm ſanguinem ad partem, deinde ipſum diſcutit, atque perinde reſoluere dixit. Mediocris verò non diſſoluit, ſed trahit, & attracto frui permittit, atque ea ratione impinguat. Cognitis autem his effectibus extremis, facile erit agnoſcere medium, quod neque extenuatio eſt ac diſſolutio, neque incraſſatio: cognita quoque erit frictio, quæ id efficere valeat, nempe parua : etiamſi Hippo. eiuſdem non fecerit mentionẽ. In diuiſione verò, quæ attinet ad qualitatem, meminit duræ ac mollis, quæ extremæ ſunt: non tamen ea ratione, ſed quatenus extremos inducunt effectus, dura namque ligat, mollis verò ſoluit. Cognitis autem his extremis cõtrariis, à contrariis denominatione frictionibus euenire, medium à medio procedere, nemo ignorabit. At verò cùm Hippo. Laconiſmis vti ſoleat, eorum tantùm mentionem magna ex parte facit, per quæ omnia aſſequi ſit facile. Accedit ſtatim exercitatio, quam hæc tria in corpore neceſſariò ſequuntur, membrorum durities, ob partium vehementiorem attritum, genuini caloris augmentũ, ſpiritus cõcitatior motus.

Exercitatio cibos præcedat.

Frictio præparatoria.

Frictionum genera.

Exercitationem quæ ſequuntur.

Ad

Ad hæc verò magna ſequuntur commoda. Nam ex duritie membra valida redduntur ad reliquos motus,& minus ab eiſdem & ſimilibus læduntur:conſueta namq; multo tempore minùs inconſuetis moleſtare ſolent.Ex caloris augmento omnes naturales functiones felicius perficiuntur,attractio potiſſimùm & coctio,& nutritio:deinde verò ſolidorum mollitio ex humectatione:humidæ verò partes attenuantur,& meatus laxantur.Spiritu quoq; vehementius concitato, pelluntur excrementa,& meatus exigui purgantur.Hæc nouit Hippocr.lib. 6. de Morb.popu.par.5.dicens : Labor articulis & carnibus,cibus & ſomnus viſceribus:labor enim articulos roborat,& carnem auget , delato ſanguine per vniuerſam corporis molem:cibus verò recens ſumptus alit viſcera, vti ventrem , & ſomnus viſcerum functiones coadiuuat & perficit.Et Plato in Timæo dixit:Exercitium roborat,quies verò contabefacit. Contabeſcunt enim & extenuantur membra omnia dimiſſis exercitationibus : aluntur tamen & roborantur abundè , vbi commodè exercentur. Quod non tantùm in corporeis motibus verum eſſe nouit Plato,ſicuti & nos,qui partes corporis paralyſi laborantes,aut conuulſas tabeſcere ſæpe vidimus.Sed in motibus animalibus, in dialogo Theætetus , vel de ſcientia,inquit:quid corporum habitus? an non otio & torpore corrumpitur , exercitatione autem motúque plurimum conſeruatur ? Animæ quoque habitus diſciplina & meditatione , quæ motiones ſunt,doctrinas conſequitur , ſeruatur atque perficitur,otio autem,id eſt,negligentia & pigritia , nihil penitus diſcit , & ſi quid didiſcerit obliuiſcitur. Si itaque oculus viſum amiſerit,aut auditus audiendi munus,contabeſcent celerrimè , ſicuti & genitales partes marium & fœminarum diutius otiantes,tenues,languidæ & inualidæ ad ſua obeunda munera redduntur.Vt itaque corpus motu & exercitatione vegetum redditur, ita ſtudio literarum anima alitur,& inualeſcit, atque ad ſimilia allicitur agenda, & facilè ferenda : Nam & memoria culta augetur, otium verò corporis ventroſos efficit homines,pigros & ſegnes,inualidus & inertes. Præterea calorem otium refrigerat,& extinguit, pituitam auget, corpus excrementis implet , ad quæ innumeri ſequuntur morbi:ſic etiam qui literarum ſtudio non applicat animum,ſegnis eſt & turpis, neque eorum quæ ſua ſunt conſcius,neque reipublicæ gubernandæ aptus,ſed vt Homerus inquit,

Notãda Platonis ſentent.

Otium quæ mala affert animæ & corpori.

Μητ' ἐνὶ πολέμῳ ἐνάριθμος, μητ' ἐνὶ βουλῇ.

Hoc eſt,neque bello, neque conſilio aptus. Quamobrem illas exercitationes ſummè laudandas antiqui voluerunt, quæ corpori ſanitatem , & animæ oblectamentum afferant : è quorum numero eſt ludus paruæ pilæ. Inter exercitandum verò corpus vniuerſum intumeſcit , color floridus apparet, qui in ſumma reſidet cute , & membra ſenſim ad motum habiliora redduntur , ſudor etiam calidus quandoque elicitur. Atque tandiu exerceri decet, quandiu hæc ſeruantur cum motuum æquabilitate. Finire tamen decet exercitium, vti Hippocrates dixit, in omni corporis motu , cùm cœperit quis dolere. Galenus tamen finem exercitio imponere docet , cum aliquot eorum quæ diximus mutari videantur : vti ſi corporis moles contractior appareat : reddetur enim deinde corpus gracilius,& aridius,& ad incrementum minus habile : ſic & ſi coloris gratia euaneſcat , ne corpus diſſoluatur & frigeſcat.Præterea ſi motuum continuitas,alacritas & contentio,atque æquabilitas flacceſcant,remittantur,& collabantur,ſicuti & ſi ſudoris quantitas aut qualitas mutetur.Exercitationem ſequetur recuratio,quæ minoribus & blandioribus motibus perficitur,parſque eſt ipſius corporei motus,& olei perfuſio,quę partes corporis humectat,& recreat.Sunt verò exercitationum multa genera , lucta, pancratium,pugilatus,curſus,ſaltus , armorum meditatio, diſci iactus , aut per alteres,quod vocant , pondere aliquo manibus ſublato , ſeruato corporis habitu, ludus pilæ magnæ,aut paruæ,ſummis manibus decertare , trocho ludere , ipſum flagello agitantes, aut intra centum pedum ſpatium certamen committere,quod ἐκπλεθρίζειν dicunt, aut vbi quis ſummis pedibus ingrediatur , manibus in ſublime erectis,ante ac retrò agitatis , quod appellant πιτυλίζειν , aut inaniter brachia iactare , quaſi cum vmbra certantes,quod appellant σκιαμαχεῖν ; & ſi quis alterum à loco dimouere contendat, aut contendenti validè repugnet : aut ſiquis manus vehementius comprimat , aut alter eaſdem diſpeſcere contendat. Sunt etiam exercitationes multæ , quæ opus & laborem habent adiunctum , vti fodere & remigare,arare,iter agere,equitare & armatum pugnare. Differunt autem prædicta genera exercitationum propriis differentiis : nam aut ſunt robuſtæ,aut imbecillæ,vehementes,aut leues. Potiſſima verò differentia eſt , quæ ex celeritate & tarditate deſumitur : quibus accedunt motuum continuitas aut interciſio , ordo aut deordinatio , æquabilitas aut inæquabilitas , & breuitas aut prolixitas, & quòd cum puluere,aut ſine ipſo fiant. Præterea ex exercitationibus quædam quaſdam partes magis aliis fatigant , & motibus agitant,quaſdam minus, veluti ſaltus crura & lumbus magis : quæ ſummis manibus exercetur , manus magis. Paruæ pilæ ludus maximè laudatur,quoniam vniuerſa corporis membra ferè pari menſura exercentur : in magnæ namque pilæ ludo brachia plus iuſto laborant:in ludo ſiquidem pilæ paruæ adſunt ſaltus,curſus,brachiorum agitatio,celerior erectio , atque depreſſio corporis,ceruicis firmitas , & oculorum intentus aſpectus.Nec putare decet noſtrum paruæ pilæ ludum eſſe eundem,qui à Gal.ex inſtituto paruo quodam opuſculo laudatur:in illo enim adeſſe debent paleſtrici complexus,& frequentes colli prehenſiones, quorum neutrum in noſtro ludo paruæ pilæ adeſt,in quo vetitum eſt lege ludi,aduerſarium apprehendere,aut cohibere,aut amplexari:ſed eſt Gal. ludus paruæ pilæ qui apud nos volanti dicitur,qui à prædicto parum differt.Nos tamen non omnē pilæ paruæ ludum laudamus,ſed eum quo non contenditur de gloria aut pecunia:nam vbi de aliquo horum contendatur,omni ſanitatis ſeruandæ ratione poſthabita , homines ſeipſos vehementer fatigant, neque celeritatis,neque vehementiæ,neque temporis modum ſeruantes.Hac tamen noſtra tempeſtate nemo eſt quod ſciam,qui modum ſeruet in prædictis exercitationibus,aut qui ſalutis tuendæ gratia exerceri decreuerit,neque quiſquam balneis vtitur: balneorum nanque vſus ferè in totum periit. Pilæ tamen ludus opus & labor apud homines eſt , quo pecuniam lucrātur.Qui verò id exercitij genus ſibi eligunt,quandoque multis diebus continuis ab eodem abſtinent,& deinde aliis motis ad idē redeunt, nulla temporis ratione habita, ſed nunc quidē manè,nunc autem veſpere : nunc quidem ante prandiū,nunc verò poſt ipſum,nec longè ab eodē. Præterea finito iam ludo non ſine magno labore,ac ſalutis diſpendio,nec præcedente præparatione , nec ſequente recuratione,aut leuioribus motibus , copioſam aquam bibunt, & ſæpe frigidiſſimam, quæ

Exercitium quas efficit mutationes in corpore.

Exercitationis terminus.

Exercitationum genera.

Parua pila ludus noſter alius erat Gal.

ventrem lædat, & thoracem valde refrigeret, & nondum deterſo ſudore, ſiue delectu aëri ſe exponunt, aut vento frigido. Quòd ſi eoſdem ex labore laſſatos atque confractos, ruſus alter prouocet, ſtatim ſe ad opus accingunt, velnti ab initio. Quapropter cùm intelligam paucos admodum auſcultare aut Gal. aut noſtra de exercitationibus præcepta, breui eadem abſoluere decreui. Pauciſſimi ſiquidem ſunt, qui ſibi tãrùm viuant, irrepetibilibus namque negotiis ferè omnes adſtringuntur, quibus exercitij genus, aut horam aut nunquam, aut raró eligere licet. Erit enim de balneis & exercitationibus multa percurrere, quod eſt in prouerbio, Arenæ ſemina mandare: omnes tamen id admonitos eſſe volumus, vt qui ſibi viunnt, & ſui corporis integrum dominium habent, & inculpata ſanitate fruuntur, quotidie ante prandium depoſitis ventris & veſicæ excrementis, aut ſaltent, aut pila ludant parua, modica quadam celeritate, ſine magna contentione, donec reſpiratio in magnitudinem, & celeritatem & frequentiam mutata ſit, aut laſſitudinem ſentire incipiant, ant ſudore pauco cutis madeſcat, aut Gal. præceptum dictum de ſudore ſeruent. Veſpere verò ante cœnam deambulatione paulò celeriori vtantur, idque in ſpatio 20. paſſuum aut longiori, in breuiori enim caput, oculi & animalis ſpiritus in gyrum vertiginis modo aguntur.

Deambulationis ſpatiũ.

Aut equitantes longius incedant: equitatione namque ſpina erecta tenetur, ac lumbi laborant, ſicuti & ceruicis muſculi, & fœminum, potiſſimùm quibus coſtis equi corpus affigimus, laborat quoque totum crus, & viſcera omnia agitantur, & concutiuntur, & excrementa transfunduntur deorſum, & ſanguis in totum diducitur corpus. In lectica verò geſtari aut curru, aut nauigatio minus bonum eſt, præter id quòd nonnullis vomitum cient: quibuſdam verò caput interturbant; membris nõdum probè motis, neque exercitatis. A prandio quieſcere per horam decet, deinceps verò mollibus paſſibus incidere, vt cibus ad imas ventris partes deſcendat, quod à cœna ante ſomnum facere nihilominus oportet. Hic etiam ſummo manè caput pectine ſcalpat retrorſum, manus, faciem, & ceruicẽ frigida abluat, & linteo aſperiore detergat, & os colluat: is quoque verno, aut æſtiuo tempore ſingulis hebdomadis, præhabitis neceſſariis, balneum tepidè ingrediatur, in quo cutis ſordes deterget, hyberno tamen tempore atque autumno manè ieiuno ventre depoſitis excrementis ventris & veſicæ, corpus ſibi fricari linteis mollibus modica compreſſione ac celeritate præcipiat, eiuſdem etiam admonemus eos, qui literarum ſtudio incumbunt, ſi tamen eis id facere per tẽpus conceſſum fuerit, reliqua vt prædiximus deinde agent. Illi verò qui cùm inculpata fuerint ſanitate, aliis miniſtrant, aut in foro cauſas agunt, aut rempublicam gubernant, aut ſibi & ſuæ familiæ laborantes victum quæritant, eorundem quæ dicta ſunt, occaſionem arripiant: interim tamen, aut validioribus exercitationibus excrementa diſcutient non ſine ſanitaris labe, aut multis iam aceruatis, eorundem euacuationem medicamentis procurabunt, veluti & neutra corpora. Galen. eos qui miniſteriis aliorum impediti tenentur, cùm liberi à domino diſcedunt, fricari, lauari & dormire præcipit. Qui verò non integra ſanitate potiuntur, omnino correctione egent, totámque victus rationem, & exercitationem in id dirigere oportet, vt ipſos reſtituamus, & reſtitutos ſeruemus.

Vox exercitatio eſt.

Vox præterea exercitationis ſpecies eſt, qua thorax & pulmo mouentur, vbi ipſa, quemadmodum de corporis motibus diximus, paulò vehementior ſit: cùm enim aër attrahitur, thoracis partes diſtendunt: cùm autem emittitur, muſculi thoracis, & vẽtris validè exprimunt aërem, vt impulſus vocem magnam efficiat: inde fit vt totius corporis excrementa vehementi ſpiritus impetu trudantur, & quandoque ſudor eliciatur: quod mihi ſæpiſſimè accidit publicè in theatro orationem habenti, aut in ſcola legenti: cùm enim opus eſt errores medicorum confutare, aut quæ vtilia ſunt perſuadere, aut turpis odio, aut honeſti amore concitatus, vehementiùs ago, & alta voce thoracis & ventris partes exerceo, quod ſaluti non parum conducere agnoſco: ſiquidem æſtate ob caloris importunitatem à quotidianis lectionibus vacans, manifeſtam in eiſdem partibus ſentio grauitatem, & quandoque per vniuerſum corpus tenſiuam laſſitudinem. Decet autem exercitatione vti, manè vacuo ventre à cruditatibus effatu dignis, & excrementis: aliàs compreſſo ipſo, in totũ corpus diffunduntur. Si verò caput excrementis plenum fuerit, fiet vt in pulmonem, fauces & thoracem diſtillent. Stare quoque ac ſedere exercitationum modi ſunt, hoc eſt functiones animalis facultatis mouentis, ad quam non tantùm à loco mouere attinet, ſed in loco partem firmam tenere. Stantibus igitur dorſi & crurum muſculi laborant: ſedentibus verò dorſi.

Exercitationes quales quibus corporibus conueniant.

Motum itaque corporis adeò validum, vt res ſui rationem dicto modo muter, neceſſarium eſſe ad ſanitatis tutelam omnes fatentur, non tamen omnibus conſimilem deberi: ſiquidem non omnibus eadem ineſt temperatura, & excrementorum copia, neque in omnibus pari facilitate diſcutiũtur excrementa, aut ſanguis transfunditur mẽbris. Exercitatio namq; celeris valde accendit calorẽ, non tamen diſcutit copioſum excrementum: id enim non tantùm validum calorem exigit, ſed viam qua diſcutiatur. Ob pororum itaque corporis anguſtiam, non niſi ſenſim excrementa diſcuti poſſunt, & multo longo tempore, neque calor maior multo, poteſt ad portionem tempus reſcindere, non admittentibus meatibus excrementorum tranſitum: exercitatio tamen lõga, & quæ intermiſſionibus multis fit, non valde accendit calorem, ſed multa excrementa ſenſim diſcutere valet. Quòd quidem corporibus temperatis tẽperata exercitatio debeatur, longitudine & celeritate, notum eſt: neq; enim egent magna caloris accenſione, nec magna excrementorum diſcuſſione, quorum alterum celeri, alterum longa exercitatione fieri diximus. Sed omni moderamine, veluti & in omnibus cauſis non naturalibus.

Exercitia temperatorum.

At quibus exercitationibus vti debeant calidiora, & quibus frigidiora, diſquirere opportunum eſt. Non enim videtur exercitatio corporibus natura calidis conueniens: corpora enim iuſto calidiora refrigeratione egent, dicente Hipp. lib. 6. de Mor. pop. par. 4. In calida natura refrigeratio, aquæ potio, & quies. Pręterea qui calidam habet temperaturam iuxta extremum, quando leui adhibita exercitatione incaleſcet amplius, & à latitudine ſanitatis delabetur. Pręterea faciliùs diſſoluuntur excrementa corporis quàm eiuſdem ſolidæ partes: ſed calor temperaturæ optimæ, aut calidæ, aut etiam frigidæ, poteſt membrorum ſolidorum ſubſtantiam diſſoluere: poterit igitur & excrementa. Iam etiam ſi & calida & frigida corpora excrementorum diſſoluendorum gratia exerceri debent, frigida minori omnimodo exercitatione egebunt. Siquidem in ipſis excrementa plura ſunt, & calor diſcutiens minor, nec fiet per ſimilia conſeruatio. De his tamen, quæ habenda ſunt, facile erit inuenire. Ex calidis namque corporibus

quædam

qoædam prope temperamentom ſita ſunt,quædam longe ab ipſo.Ex bominibus verò qoi longè à temperamento abſunt,quidam actionibus nonnullis vitam tranſigunt,& quidam nihil tale facere inſtituerunt. Calidis igitur qui longè à tempetamento abſunt,& proprias ſibi elegerunt actiones ad vitam, vel illæ tantum exercitationis loco ſatisfacieot, ad ea quibus exercitatio accommodata eſt,illis verò qui ſimili ſunt temperameoto, ſed in otio degunt, breues quaſdam,neque celeres exercitationes præcipere decet, ne excremeotis impleantut : diutius autem quieſcere eis erit ex vſo:quod Hipp.docuit, quietem ipſis eoouenire dicens:noo quòd omnino exerceri non debeat,ſed quòd ipſis ſua munera ſint ſatis,aut quòd parum eos exerceri deceat, quietem tamen valde longam eiſdem conferre, quos potiùs permutare quàm conſeruare intendit. Qui verò non valde calidi ſunt, exerceri debent celeribus exercitationibus,non longis,quoniam maior calor breui excrementa diſcutit, præſertim quæ multa non ſunt,vti in corporibus natura calidioribus. Neque oportet longis exercitationibus calida corpora ſeruare,quoniam in eaſdem facilè ducuntur : nam corpora calida à longioribus motibus ſunt arcenda, & frigida ad eoſdem ſunt ſtimulis protitanda, ſitque eorundem corporum per ſimilia conſeruatio. Nam celeriter eoſdem exerceri decet, nec multis intermiſſionibus. Id verò calorem validum accendit,& accenſum ſimilitudine ſeruat: frigidos autem exerceri decet tardis,ſed longioribus exercitationibus,qoæ noo accendunt valde calorem, & ſi interim ſe ipſo maiorem reddant, longitudinem tamen copioſa excrementa,& craſſa diſſoluent. Neque ex his colligere licet calidis in extremo, nullo modo exercitationem conuenire,vel à ſanitatis limitibus egreſſurum ; nam eorundem ſanitas limitibus quibuſdam circonſcribitur,intra quos quieſcentes frigidiores ſunt:moti verò calidiores, ſed ſani, atque ea de cauſa nullam validam motionem ferent, aut ſufficerent eiſdem motus, quos ſibi ad vitam inſtituerunt,aut alij eorondem loco forent ſubrogandi, qui exercitationibus adſcriberentur. Neque damnanda eſt exercitatio, quia ſine ipſa calor ſolidas partes corporis diſſoluere valeat, id enim longiſſimo tempore calor facit,quod ſentiri poſſit. Quòd ſi excrementa ſeruarent,copioſiſſima interim aceruarétur. Ne igitur id eueniat,expedit interim commodis exercitationibus vti, quæ longè magis proficiunt excremeotorum diſſolotione, & ſanguinis digeſtione per membra, quàm noceant ſolidorum membrorum,aut etiam ſpirituom difflatione, quos reparare facile eſt ablato ſanguine, & viuificato calore. Adde quòd calidis etiam corporibus robur addit articulis,quod ad minus patiendum per exercitationes ſimiles maximè proficit. Et propterea dixit Hippoc. Aphor. 49. ſect. 2. Conſueti ſolidos labores ferre, etſi ſint imbecilles aut ſenes, non conſuetis fortibus atque iuuenibus facilius ferunt. Et rurſus Aphoriſm. 50. inquit : Quæ longo tempore conſueta ſunt,etſi deteriora fuerint, minus inconſnetis moleſtare ſolent, oportet igitur etiam ad inſuera tranſire. Duo hæc ſcribens ad ſanitatis conſeruationem valde neceſſaria. Alterum eſt, conſoeta minus moleſtare, alterum verò, præcipit ad inſuera tranſire. Primum non tantùm in exercitationibus verum habere voluit Gal. in Comment. ſed in omnibus cauſis non naturalibus, docente experimento,ab aëre frigido minus lædi eum qui eidem inſueuit: valde tamen lædi ab eodem eum, qui perpetuò in aëre calido degit, adapertis poris cutis,

Conſueta minus moleſtant.

qui facilè admittent aëris frigidi ingreſſum, & alterationem. Præterea in exercitationibus, is qui ſaltui, aut curſui tantùm aſſueuit, moleſte fert equitationem,& is qui nunquam currum aſcendit aut lecticam, moleſtè fert geſtationem in ipſis : qui verò ludo pilæ & nulli alteri exercitationi inſueuit, iocſtam ægrè fert. Sic etiam in cibis notiſſimom eſt, quàm moleſtè, & quanto cum detrimento ſalutis Philippus magnus Hiſpaniarum & Angliæ rex ferat piſcium eſum,quibus nec aſſueuit,nec aſſueſieri potuit: cùm tamen venter ex natura caloris facilius ſuperet piſcium, quàm volatilium, aut pedeſtrium carnes. Quamuis itaque aliqood exercitationum genus deterius ſit altero, is qui deteriori aſſueuit & non alteri, à deteriori minus lædetur. Qui etiam prauis cibis, non valde talibus aſſueuit, paulò tamen meliores oon deguſtauit, à deterioribus minos lædetur quos in conſuetudinem duxit. Quapropter conſilium Hippocr. eſt, non ſemper in eadem conſuetudine permanere, ſed omnibus aſſueſieri, vti calidis & frigidis, carnibus, fructibus & oleribus. Paucillimi ſiquidem bomines ſunt, qoorum vita adeò ſit limitibus quibuſdam definita, vt nulla eiſdem poſſit offerri occaſio tranſeundi ab eis cibis quibus aſſueuerunt, in alios, & ab vno in alterum aërem diuerſæ temperaturæ, & ab vun in alterum exercitationis genus. Ne itaque mutationis noxas ſentiant, vel eaſdem non adeò moleſte ferant, decet ad inconſueta tranſire, & ſingulis aſſueſieri. Cùm igitur primum verum ſtatuat Hippoc. nempe conſueta quamois deteriora, minus moleſtare, ſecundum facilè colligit, præcipiens ad inconſueta tranſire. Idem etiam præcepit Celſus lib. 1. cap. 1. dicens: Sanus homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligatus eſſe legibus debet, ac neque medico, neque alipta egere. Cæterum non parum dubium videtur, nec facilè intelligi poteſt, qoidnam ſit io caoſa, vt ea quibus aſſueuimus minus nobis noxia ſint: cùm enim quis calidis inſueſcit, dobium eſt, an aliquem relinquant ſarctum in corpore : ſi enim nihil relinqount, quare dicitur corpus aſſuetum? Rurſus ſi nihil relinquitur ex rebus quibos aſſueuimus, non eſt cur minus ab eiſdem quàm ab aliis lædamnr: cùm hæc de quibus loquimur cauſæ naturales ſint. Præterea Gale. in Comment. Aphor. citati ex ciborum vſu ſimilitodinem qnandam relinqui dicit, ob quam familiaris cibos faciliùs mutatur: in ſymbolis autem facilior eſt mutatio. Quòd ſi ex calidorum vſu diſpoſitionem aliquam relinqui dixeris, non perinde fiet vt à ſimilibus minos corpus lædatur. Nam cùm ſemel ſimile factum fuerit, maiorem habebit ad patiendum promptitudinem: cùm non omnino ſimile ſit. Rurſus ſi ex rerum frequenti vſu quidpiam relictom fuerit, id erit conſuetudo, ſiue habitus: aot ergo omnino in naturalibus facultatibus habitum generari eſt impoſſibile, aut ſi is generetor, potentiam ipſam inducet in ſimiles actiones eis à quibus fuit genitus, non tamen ad minus patiendum quidpiam proderit. Rurſns Galen. in Com. eodem conſulit, contrariis aſſueſieri: at verò impoſſibile eſt, in eodem corpore contrarias diſpoſitiones induci, & contrarios habitus, aut contrariis ſimul inſueſcere : ſed ſecundo aduenieute, primum perire docet, contrariis actibus accedentibus, nihil igitur proderit contrariis vti. Præterea lib. 2. de Motu muſcul. Galen. conſuetudinem aſcititiam quandam naturam eſſe dixit : nullus tamen contrariis naturis afficitur. Verum vtique eſt, atque firmum, quod Hippocr. docet, decere conſuetudinem permutare, ne ſubitò quis cogatur in-

Conſueta quare minus lædant.

Digitized by Google

cidere in id cui non aſſueuerit à quo lædetur, quamuis ſeruandam eſſe conſuetudinem, & ciboa conſuetos facilè ſuperari, ſecundo lib. de Rat. vict. acu. Hippoc. cum Gale. eſſetuerit, ſicuti & ſecundo lib. Prognoſt. Com. 11. Eſt enim conſuetudo eſcititia quædam natura. Decet autem conſuetudinem ſeruere, & omnibus aſſueſieri: non enim hoc illi aduerſatur. Qui enim cibis aſſueuit tenuis ſubſtantiæ, & non aliis, aut carnibus gallinarum, & non aliis, id ſeruare debet: at verò eidem expediet tranſire ad diuerſæ naturæ cibos, vt omnibus inſueſcat, ſed id ſenſim facere oportet, ne interim ſubita quadam mutatione facta, manifeſtè lædatur. Quod Hippoc. admonuit lib. 6. de Mor. pop. par. a. ſect. a9. dicens: Contraria ſenſim edhibere conuenit, atque interquieſcere. Quam ſententiam de conſuetudinum mutatione audiendam vult Galen. in Com. Idquo in iuuentute facere, aut ante ipſam, non in ſenectute oportet: verum etiam eſt, hominem minus moleſtari ab aſſuetis, quamuis minus bona ſint: cauſa verò non ſatis conſtat. Galen. etenim nunquem ipſam ſcriptis mandauit, quamuis inquirendi præbuerit occaſiones. Porrò Galen. placitis conſonum eſt, & rationi, & vſui diſpoſitionem aliquam, ſiue habitum relinqui. Galen. namque inquit: cibi ac potus naturam aduentitiam efficiunt: maximè quidem in vētriculo, cum hoc verò & in eliis partibus. Nam & ſi maximè vincantur & tranſmutentur à corpore, ipſum tamen quodammodo pro ſui natura diſponunt. Itaque proceſſu temporis multa ſit permutatio ac ſimilitudo nutritorum ad nutrientia: rationi verò quàm maximè conſonat. Impoſſibile enim eſt naturalia agentia coniungi, & diutius vincta manere, quin diuerſam habentia naturam eb initio ad finem quadantenus ſimilia euadant, ac ſuarum qualitatum conſenſus fiant. Quid autem ſit quod in ſingulis conſuetudinibus acquiritur, cuius gratia minus à conſuetis lædimur, & quomodo poſſibile ſit contrariis inſueſcere, nondum ſatis conſtat. Scire tamen oportet ex vſu rerum aliquando naturalem temperaturam mutari, quo tempore natura & conſuetudo coincident in vnum. Quandoque verò conſuetudo diſpoſitionem afferet, aut ex nimio vſu habitum, ſeruata natura in quibus nonnunquam ſit vt conſuetndo contrarie naturæ ſit. Sed iam quamobrem ab aſſuetis minus moleſtemur, dicamus. In exercitatione quidem notum eſt articolos obdurari, & obduratos minùs moleſtari per exercitationes ſimiles. Præter id quòd natura ad partem motam transfundit ſanguinem & ſpiritus, quibus inſtrumentis ad functiones vtitur. In otio pituita augetur, & quandoque erticulos occupat, cui ſi aſſueuerint, minus ab ipſa patientur, de qua ea erit retio, quæ de ciborum conſuetudine dicetur. Aëri prætetea calido ac frigido aſſueſcere oportet, qui enim calido tantùm aſſueuit, valde à frigido moleſtabitur, tùm quòd meatus raros, à calido aëre factos facilè peruadet, tum quòd magnam inferet in contrarium mutationem. Quòd ſi calido & frigido aëri aſſueſcat, cutis obdurabitur à frigido, & deinde minus eb vtroque patietur. Sed obiiceret aliquis contra hanc noſtram, atque etiam Gal. ſententiam. Nam ſi à frigido aëre cutis obduratur, ita vt ab vtroque deinde minus patiatur, ei tantùm aſſueſcere foret tutius, quàm calido ſimul: calidus enim poſſet duritiem emollire, nihil autem ad obſiſtendum iuuaret, dicemus aërem frigidum obdurare cutem, & calidum diſſolutione quoque ſiccare, & ad obſiſtendum proficere: quibus accedit, quod de cibis dicendum eſt: minus enim moleſtantur qui à contrariis paſſi ſunt. In cibis rurſus qui calidis, frigidis, duris, mollibus, fructibus, & oleribus, carnibus, & piſcibus aſſueuit, ab eiſdem minus moleſtatur: relinquunt enim in corpore diſpoſitionem quandam, ob quam minus ab eiſdem oblatis patiuntur. Hæc quidem cõſuetudo eſt, ſiue habitus. Poſcunt igitur, dices, naturales facultates corporis aſſueſieri, ſiue habitus acquirere, ſi ob habitum melius vincuntur aſſueti cibi, quod omnium philoſophorum ſententiæ repugnat. Non enim lapis celerius deſcendit, etiam ſi millies deſcendat, neque calor vehementiùs calefaciet, etiam ſi milliès calefecerit. Sed id coniicere oportet, quòd neturales facultates mutatione habitum eſſequi poſſunt, & ad agẽdum promptitudinem. Si enim lapis deſcendens ſæpe grauior fieret, aſſueſceret vtique, ac perinde celerius deſcenderet: ſic etiam ſi ventriculus ex vſu calidorum, calidior redditur, eſſueſcit quidem, & deinde vehementius calefacit. Hæc eſt ad agendum habilitas. Rurſus ſi id cui aſſueſcimus, ſimilem ſibi in corpore relinquit qualitatem, in actione qua à corpore mutatur, faciliùs mutabitur: quoniam minus diſſimile eſt corpori aſſueto, quàm non aſſueto, cum quo non habet eam familiaritatem. Aſſueſcit quoque corpus & eius naturales facultates ad minus patiendum, quia quæ magis ſimilia ſunt, minus inuicem alterantur, tale eſt corpus aſſuetũ cum re cui aſſueuit. Animales autem facultatea aſſueſieri nullus in dubium vertit: nam ingenij exercitatione fiunt homines ingenioſi, & memoria culta augetur, & digiti citharœdi exercitatione habiliores redduntur, ſenſus externi minus patiuntur ab aſſuetis, ob relictam ſimilem ſenſibili diſpoſitionem, falſum autem eſt, minus ſentiri, quia ad aſſueta imaginatio minus aduertit, & riſum fieri à manu aliena, non propria: quia aliena non aduertenti occurrit, idque ad riſum cõcitandum eſſe neceſſarium. Primum falſum eſt, ea ratione conſueta minus ſentiri, quia non aduertit ſenſus: nam qui aſſueuit aëri frigido, ei occurrẽs, quamuis attendat, minus ab ipſo patietur, quàm inconſuetus. Secundum quoque falſum eſt: nam vbi duo inuicem titillationem inferre ſibi ipſis colludentes conantur, quamuis ſummè attendant, titillatione commota ridebunt. Quinimo nonnulloa videbis ſola ſpecie titillationis oblata digitis alterius ad riſum commoueri. Quoſdam etiam videbis ſumma cum aduertentia, titillatione commota præ riſu animo ferè linquentes. Falſum etiam eſt, aſſuetos ferre labores corporeos, eoſdem facilè perferre: quoniam fibræ contrahentes muſculos, ex frequẽti motu diſpoſitionem ſunt adeptæ, quæ ad contrahendam inclinant. Nam quemadmodum fibræ flectentes crura, inclinant ad flectionem, ita contrariæ ad diſtenſionem ex frequenti diſtenſione, contracta in eis diſpoſitione, ac perinde nihilo faciliùs quàm ante motiones facient. Dicemus tamen ex motu frequenti faciliùs perferri labores, quoniam muſculi indurantur, & nerui mouentes copioſum ſpiritum recipiunt, & in motibus muſculi minus diſſoluũtur, quàm molles nerui, & muſculi qui motibus non aſſueuerũt. Sed rurſus obiiciea, Sint duo, quibus par inſit robur neruorum & muſculorum. Alter autem contraxerit id à netura, vti iuuenis & robuſtus, alter exercitatione, fieret vt pariter perferrent labores contra Hipp. qui conſuetos faciliùs perferre labores dixit; quamuis ſint ſenes & imbecilles, iuuenibus & fortibus. Nihil obſtat: quoniam ſenes, & imbecilles eſſe, ad iuuenes & fortes collatione facta eſt intelligendum in omnibus, prætetquàm ea in re de qua agimus: nempe in muſculorum

Conſuetudinem mutare.

Facultates naturales aſſueſcunt.

Nota.

rum robore, quod ſenibus, & aliàs languidis, exercitatis tamen, ineſſe putandum eſt. Adde quòd æquè robuſti ſi fuerint, exercitatus & aſſuetus magis valebit, ob copiam ſpirituum & ſanguinis, quam natura ad muſculos mittere conſueuit, ventriculus verò cibos familiares abſque robore faciliùs mutat, ob ſymbolum & familiaritatem. Ruſus dubium videtur: ſi namque verum eſt, ex conſuetudine calidorum, & frigidorum, & aliorum, diſpoſitinnem aliquam ſequi, ob quam eadem faciliùs feruntur. Ponamus duos, quorum alter calidus natura ſit tribus numeris, qui ex conſuetudine frigidorum ad duos deducatur caloris numeros, alter ſit vno numero calidus, ſed ad duos ducatur calidorũ vſu, iſti ſimilem habent diſpoſitionem, ergo ſimilia expoſcent, vi conſuetudinis ad idem deducti: cæterùm alter calidis, alter frigidis aſſueuit. Ad quod cum diſtinctione ſic facilè reſpondebis: aut enim ex vſu calidorum & frigidorum hi duo amiſerunt naturales temperaturas, aut ſecus: ſi nõ, calidus tribus numeris ratione temperaturæ naturalis, calida expoſcet, & ratione conſuetudinis frigida, alter vtraque ratione calida. Si verò temperaturis naturalibus corruptis, in medium illud duorum graduum caloris deuenerint, quamuis temperaturæ ratinne ſimilia expoſcant, vi conſuetudinis, aſſuetus frigidis, frigidis egebit. Licet enim natiua temperatura calida ſit, quæ in ſolidis conſiſtit partibus, ex vſu tamen frigidorum ſanguinem & ſpiritum frigidiores habet, qui frigidis aſſueuit. Vitalem præterea facultatem aſſueſcere ita fit. Qui iraſci ſæpe ſolet, ſanguinem cordis calfactione & ebullitinne parat ad rurſus iraſcendum; præterea qui frequenter iraſcitur, frequentes & leues occaſiones, vt graues & moleſtas ægrè fert, indignatur, & vindictam aſſequi cupit, quod eſt iraſci. Et qui ob leues occaſiones iraſcitur, ſæpe iraſcetur, & iram ſine noxa feret. Qui triſtitiæ aſſueuit, melãchnliam adauxit, quæ rurſus animum ad triſtitiam allicit. Gaudium ſanguinem auget, & perinde lætitiam adducit: illud tamen dubium eſt nondum ſolutum, conſideratione tamen, & explanatione apprimè vtile. *Dubium.* Qun pacto fieri poterit vt contrariis ſimul idem corpus aſſueſcat, ſi conſuetudo in diſpoſitione, aut habitu relicto conſiſtit? id modo conſiderandum. Quæ corpori offeruntur, aut primas qualitates actiuas inducunt, aut alias ab eis, veluti cibus calidus calorem inducit: ſed præterea etiam craſſum aut tenuem generat ſanguinem, & deinde carnem eius naturæ, præterea diſtendit, aut contrahit, obdurat, aut mollit, rarefacit, aut denſat. Qund quidem ad primas qualitates actiuas attinet, qui calidis ac frigidis inſueſcit, non acquirit habitũ caloris, & frigoris, qui nihil aliud ſunt quàm caliditas facta, atque habituata, & frigiditas facta, atque habituata, quas duas mediam latitudinem excedentes, habere eſt impoſſibile: In medio autem aut iuxta ipſum, ipſis etiam corporibus citra conſuetudinem adſunt. At cùm aliquis ſolis calidis aſſuefit, habitum calidum tantùm aſſequitur, & à calidis non læderur, ob ſimilitudinem: à frigidis tamen valde mutabitur: ſic etiam ſi frigidis tantùm aſſueſcit, habitum aſſequetur frigidum, ſiue factum frigi. & à frigidis minimè lædetur: calida tamen valde mutabunt ipſum. Quòd ſi calidis ſimul aſſueſcat, ac frigidis, in nullum extremorum deducetur, ſed in medio conſtituetur, contrariis pariter vtrinque trahẽtibus: inde verò fiet vt corpus ab vtriſque minus patiatur: quoniam, vt parte prima docuimus, temperata corpora difficiliùs in morboſos lapſus deducuntur, quoniam à nullis extremè læduntur, aut alterantur. Temperatus enim nec calidos, nec frigidos cibos habet familiares, ſicuti neque aliquem ex aduerſo ſitum. Qui tamen calidis tantùm aſſueuit, calidus efficitur, & calidos cibos habet familiares, ſed frigidos longè aduerſos: & qui aſſueuit frigidis, frigidos habet familiares, ſed calidos extremè aduerſos, quos etiam moleſtè admodũ feret. Sic etiam qui omnibus aſſueuit, nullum cibum familiarem habet. Sed nulli extremè aduerſatur, atque perinde omne cui aſſueuit, citra magnum laborem mutat. Adde quòd qui calidis & frigidis cibis aſſueſcit, calidos & frigidos humores habet familiares. Deinde quantum ad alias qualitates à primis attinet, ſi caro genita non valde dura, nec valde mollis eſt, nec extremè, craſſa tenuis, aut cõpreſſa, aut laxa, non longè abeſt ab his cibis, qui aliquid horum facere poſſunt, quãuis nulli eorum ſit omnino ſimilis: verùm qui carnem tenuẽ habet, familiares habet cibos tenuis ſubſtantiæ, difficilè tamen alios vincit, aut in ſuam ſubſtantiam mutat, quorum mutationes moleſtè feret. Præterea qui laxãtibus & comprimentibus aſſueuit, non valde laxatur, aut comprimitur, ac perinde laxantes, aut comprimentes cibi nullum extremum mutando inferunt, vti laxatis comprimentĩa, & compreſſis laxantia. Id itaque perpetuum exiſtimamus, nullum extremũ ſeruare, aut tenere, eum qui omnibus aſſueuit longo tempore: nam ſi alterũ teneret, longa contrariorum conſuetudine permutaretur, & extremum amitteret. Quod ſi ita eſt, vti conſtat, in omnibus medium tenere, quod contrarinrum conſuetudine fit, ſalubre eſt, & conſilium Hippoc. ſeruandũ, atque ad conſueta tranſeundum. Neque ea quæ in contrarium adduximus, hæc quæ modo aſſerimus peruertunt. Ex vſu namque longo aut frequenti conſuetudo fit, manente in corpore diſpoſitinne fixa, ſimili ei cui aſſueuimus. Quòd ſi contrariis quis aſſueſcat, media quædam diſpoſitio firmatur, nulli extremorum ſimilis. Hæc ſoluimus quæ omnibus ferè medicis ambigua viſa ſunt, & nunquam ab eis ſatis exarata. Sed iam ad inſtitutũ redeamus. Ab exercitatione cibũ accipere conuenit, dicente Hippoc. vbi fames, laborandum non eſt, Aphor. 16. Sectione ſecunda. An tamen ſtatim ſumi debeat, dubium videtur: ſuadere ſiquidem nonnulli conantur ſtatim eſſe ſumendum, cibus namque refectionis gratia ſumitur: reficimus tamen quod diſſolutum eſt: ſed ab exercitatione, vt valido motu, corporis vires diſſolutæ ſunt, ſanguis etiam & ſpiritus diminuti, cibo ergo reparãda ſtatim erunt hæc. *An cibus ſtatim ſumẽdus ſit ab exercitatione.* Præterea Paulus lib. 1. cap. 20. inquit: Omnes autem qui laſſitudinibus laborant, cibo ſtatim refici debent. At verò contrarium expedire luce clarius eſt: nam per exercitationem ſanguis agitatur, ſpiritus & calor ad extremas partes effunduntur, internis partibus calore deſertis: non igitur licebit cibum accipere, donec agitatio ſedetur, & calor ad intima reuocetur. Id enim ad ciborũ coctionem eſt neceſſarium: id quoque Hippocr. teſtatur de balneis loquens, lib. 3. de Ratione vict. acu. Sectione 55. dicẽs: Neque confeſtim à balneo ſorbendum, neque bibendum. Et Galen. in Comment. quare neque ab exercitatione, neque à balneo cibos accipere liceat rationem reddit dicens; Sedata quæ ex balneo eſt turbatione, tum eſſe, tum bibere, melius eſt, veluti & compoſita ea quæ ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus aut potum ſumere, capur replet, denotaiúmque interdum ſuperfluitare facit. Neque obſtant, quæ in contrarium adduximus: non enim decet adeò validas & longas eſſe exercitationes, vt ad eam diſſolutionem corpus deducatur, vt proti-

 nus

nus ſine aliquo temporis interuallo cibum aſſumere & vires reficere opus ſit. Paulus verò noſtræ ſententiæ minimè aduerſatur: vbi enim in Græcis Codicibus legitur, εὐθὺς, id eſt, ſtatim, legẽdum potius, εὐχύμῳ, id eſt, boni ſucci. Eritque tota litera hæc: Omnes autem qui laſſitudine laborant, cibo boni ſucci refici debẽt. Quod probè annotauit Oroſcius vir non vulgaris eruditionis. Exercitationibus præcedentibus laſſitudines ſequi ſolent, vbi intempeſtiuè fiant, aut modum non ſeruent, aut negligantur præparatio aut recutario. Aliis quoque occaſionibus quandoque cutis conſtipatur, aut meatus obſtruuntur: quandoque etiam fit vt nulla exercitatione præcedente, aut etiam nullo circa ipſam commiſſo errore, laſſitudo accedat, ei quæ ab exercitationibus naſcitnr ſimillima, quam tamen ſpontaneam appellat Hippoc. quòd ſine præcedenti manifeſta cauſa accedat. De his itaque omnibus, quoniam ſanis hominibus, quorum ſanitatem tueri oportet, eueniunt, opportunè hoc in loco dicemus.

Oroſcius.

Laſſitudinum genera.

Laſſitudinum tria genera ſunt, vlceroſa, tenſiua, & phlegmonis ſpeciem referens. Quibus quartum addere licet, etſi non propriè laſſitudo ſit, eam exſiccatiuam laſſitudinem nominant.

Laſſitudo vlceroſa.

Vlceroſa laſſitudo, cùm in corpore copia acrium excrementorum acetuatur. Ea nimia exercitatione fit incaleſcentibus humoribus & acribus effectis, effuſis, & attenuatis. Medebimur huic affectioni, adhibita corporis fricatione multa, molli, & ex multo oleo, cui tamen non inſit aliqua adſtringendi vis: adſtringit autem oleum omnitribes, hoc eſt, ex immaturis oliuis, quod Græci Hiſpanum appellabant.

Laſſitudo tenſiua.

Tenſiua verò laſſitudo, quæ exercitationem ſequitur, nullũ excrementum abundans oſtendit, ſed talem in muſculis relictam diſpoſitionem, qualis inter exercitandum aderat: hæc autem eſt fibrarum earundem tenſio. Medẽtur huic affectioni, frictio pauca, mollis, ex oleo dulci ac gelido. Balneum pariter calidæ, & morari diutius in ipſa, aut bis etiam, tẽrue lauari, medetur quoque eidem quies.

Laſſ. phlegmonis ſpeciem referens.

Laſſitudo phlegmonis ſpeciem referens, vbi copioſum excrementum muſculi inter exercitandum attraxerint, valde calentes fiunt: ſentiunt tamen partes veluti contuſas, & inflãmatione obſeſſas, partim à multitudine occupatas & tenſas, partim calorem & acredinem ſentientes. Medentur huic laſſitudini refrigerium & euacuatio. Hæc verò molliſſima frictione & oleo copioſo tepido fit, atque in dulci temperata aqua longior mora, multa quies, frequentes vnctiones.

Laſſ. exſiccatiua.

Laſſitudo exſiccatiua ea ratione laſſitudo appellatur, quod corpus ad motiones quodammodo pigrũ reddit, non tamen eo modo quo in aliis laſſitudinibus. Per eam verò muſculi exſiccantur, & corpus ſqualens, contractúmque apparet, ſine aliquo eorũ quæ in reliquis laſſitudinum generibus dicta ſunt: incidit autem in corporibus refertis bonis ſuccis, quæ immodicè exercentur, cùm non aſſueuerint. Medetur eidem primo die aqua calens, quæ contrahat, calefaciat, & roboret cutem: ſecundo verò apotherapeutiens motus, frictione molli, pauca, tarda, & aqua calida, à qua in frigidam exiliat: inde enim fiet, vt corpus humectetur & recreetur. Succedit etiam poſt exercitationes στέγνωσις, id eſt, anguſtia meatuum, quæ fit, aut meatibus obſtructis, qui ad cutem ſunt, aut eiſdem denſatis, obſtruuntur à craſſis, lentis, aut multis excremẽtis: hæc verò non aderunt his qui ſani cùm ſint, exercentur. Cutis autem denſatur ab his quæ exſiccant, aut infrigidant, è quorum numero eſt aër frigidus, cui ſe exponunt homines temerè ab exercitatione. Agnoſcitur diſpoſitio exuto homine ex cutis tum albedine, tum duritie, tum denſitate: inter exercitandum verò diſficilè incaleſcunt, & rubent, ac tument, aut ſudorem emittunt. Medetur ei affectioni, inunctio ex oleo relaxante, vti anethino, valentior exercitatio, balneum calidius.

Laſſitudines ſpontaneæ.

Sponte quoque perſimilia laſſitudinum genera occurrunt, quæ redundantias excrementorũ oſtendunt, perinde morbos futuros prænuntiant. Laſſitudo itaque ſpontanea vlceroſa, ab acribus & mordentibus fit excrementis, quod oſtendunt qui conqueruntur referentes ſe pati per vniuerſam cutem quendam punctionis ſenſum, ac ſi acubus multis pungerentur. Eſt quidem affectio, acrimonia tenuis ſucci ac calidi, ſenſus laſſitudinis ſymptoma eſt: cauſa verò in his quæ ob exercitationem fiunt, ipſa exercitatio: in ſpontaneis verò, vitioſus ſuccus. Medebimur huic diſpoſitioni, conſiderantes priùs an in cute tantùm ſit, neque vitioſus aliquis ſuccus in venis abundet: tunc enim exiſtimare oportet à cauſa prægreſſa veluti intempeſtiua & inordinata corporis motione eueniſſe, cui mederi oportet, vt diximus de vlceroſa laſſitudine, & motu concitata. Quòd ſi citra cauſam manifeſtã euenit, intelligere oportet in venis adeſſe cacochymiam, cui malo Galen. ſuccurrere docet quiete & ſomno, & ſorbitione pauciſſima, ſed boni ſucci: talis enim competit omnibus laſſitudinem patientibus, & vini potu, quod ſucci corruptum eſt, ſudore & vrina euacuantes, & ſemicoctum coquere procurantes. Quibus peractis ſi profecerint, ad conſueta remittere hominem, ſin minus, ſequenti die maiora ſunt admouenda remedia: ſolet autem ipſe magna remedia appellare ſanguinis miſſionem, & purgationem: ſi itaque prauus ſuccus ſanguini admixtus fuerit, ſanguinem mittemus, aut aliam ſanguinis euacuationem tentabimus, conſtãte facultate, quam ſi non admiſerit, vt fieri ſolet, (pauci enim ſunt ſani qui magnis remediis præceptis auſcultent) ventrem largè ſubducere erit ſatis. Deinde tamen venter quoque purgandus erit, id verò ab initio faciemus, vbi citra ſanguinem ſucci praui redundantia adfuerit, pro ſucci peccantis ratione, & quantitate medicamentum expurgans adhibentes: agnoſcetur autem id ex puſtulis, ſi quæ oboriantur, victu præcedenti, ætate, & tempore, & totius corporis colore, tum vrinis & reliquis excrementis corporis. Quòd ſi crudis ſuccis abundauerit, eoſdem victu ac medicamentis attenuabimus, vt apomelle, & aceto mulſo, & capparis ex aceto mulſo, inflatis etiam hypochondriis diatrionpipereon: à motu autem omnino abſtinebunt.

Laſſitudo tenſiua.

Tenſiua laſſitudo, vbi ſponte eueniat, plenitudinem ſequitur, ob quam ſolidæ partes, maximè vaſa, in quibus ſucci continentur, tenduntur. Succurrimus huic diſpoſitioni ſanguinis miſſione: laſſitudo verò quæ phlegmonis ſpeciem refert, ab vtraque cauſa fit, nempe vitioſo ſucco, & boni ſucci abundantia. Eſt hæc quadantenus ex vlceroſa & tenſiua compoſita. Has quandoque conſpicies ita complicitas, vt phleg. morſum & acredinem excedentem habeat coniunctam, aut ſenſum tenſionis, aut cum ſenſu vlceris ſenſum tenſionis, aut hæc ambo cũ phlegmonode, quæ viciſſim exuperantia ſe oſtendunt. Sed ad phlegmonodem redeamus.

Laſſitudo phlegmonodes.

Per hanc doloris magnitudo adeſt, præterea calor & muſculorum tumor: hanc ὀστεόκοπον, id eſt, oſſeariam appellant, vbi adeò valida fuerit, vt oſſa ipſa contundere videatur, vel potius obuoluentes membranas comprimere. Huic affectioni ſuccurrimus miſſo ſanguine, ad idque maturare oportet, atque ad animi deliquium ipſum deducere, aut

ſi primò

ſi primo in id non deducatur,ſecundò ad animi vſque deliquium ducemus.Quòd ſi id facere cunctemur,non multis poſt horis,nedum duobus aut tribus diebus febres accenduntur: calidiſſimus ſiquidem eſt per eam affectionem ſanguis. Quin & ſanguine etiam detracto nonnulli in febres inciderunt, ac perinde citò & multum detrahere decet. Mihi quidem iam tertiò contigit laſſitudinem hanc patienti & ſanguine abundè miſſo , febres validas ſuperueniſſe,à quibus magno negotio euaſi.Quòd ſi quis ſanguinis miſſionem per hanc laſſitudinis ſpeciem neglexerit , aut omnino morietur, aut bona fauente fortuna & medicum peritum nactus, liberabitur,nec ſine aliqua ſanguinis euacuatione , aut ex naribus,aut mariſcis , aut menſtrua purgatione, aut copioſo ſudore.

De potibus & alimentis.

SECTIO III.

TERTIO loco de iis quæ bibuntur & comeduntur agendum nobis eſt , quæ mihi latiſſimum campum oſtendunt, adeò vt ad finem tam ipſam perducere,& tam longum iter peragrare nemo ſine magno ciborum & potuum diſpendio poſſit. Quamobrem breuitati conſulens de potibus primùm agam,deinde verò alimentorum vires perſequar,non omnium,ſed eorum quæ hominibus noſtri temporis ſunt frequentiùs in vſu. Potus autem apud omnes ferè homines ſunt , aqua , aut ſuccus vuarum, vinum appellatus , aut ſuccus pomorum appellatus ſidra,aut ſuccus hordei, appellatus ceruiſia,ac zytum,& liquor palmarum.

De Aquis.

CAPVT I.

Aqua. AQua vnum eſt elementorum eorum quæ corporis humani compoſitionem intrant:verùm noſtra præſens conſideratio circa aquam verſabitur,vt vnum eſt eorum quæ bibuntur, aut quæ tangunt noſtrum corpus,& ea ratione ipſum alterant. Primùm ergo de ipſa agemus , quatenus potui ſeruit.Hanc tamen ſeligere oportet viſu,guſtu, & olfactu,vt puram & ſynceram à reliquis diſtinguamus. *Aquarum electio.* Nec tamen exiſtimare oportet eo id ſynceram dici, quoniam nullam habeat alienæ ſubſtantiæ mixtionem,aut qualitatis,aut quòd purum ſit elementum: ſed eam nos in præſenti loco ſimpliciſſimã , & puriſſimam aquam dicemus,quæ ſenſui talis eſt.Nempe viſu,quia limpidiſſima eſt & valde perlucida, & in qua nulla ſubſtantia extranea oculis offertur, quæ in ipſa inuahatur, guſtu quoque,vt nullum referat ſaporẽ,& ſi potabilis, dulcis dicta ſit. Propriè namque aqua pura apoion, ideſt qualitatis, aut ſaporis expers eſſe debet. Odorem etiam nullum fert extraneum, nec fœtida eſt:ſi quidem fœtor malitiam, corruptionem,& putredinem indicat. Sit quoque leniſſima,ac perinde tenuiſſima:quæ enim talis eſt,citiſſimè ad hypochondria deſcender,atque minimè eleuabit eadem in tumorem, in quibus parum immorabitur. Agnoſces quidẽ ipſam primùm pondere:nec hac potiſſimùm nota:ſed vt Hippocr. dixit,ab eo quòd citò calefit atque infrigidatur,hęc enim leniſsima eſt.Hanc autem aquam ad potandũ eligendam,in aliquo ſex generum diſquiremus.Sũt *Aquarum genera.* enim pluuiæ,fontanæ,aut fluuiales,aut puteanę,aut ſtagnitæ,aut ex niue, aut gelu liquatæ. Aquæ pluuiæ omnium tenuiſſimæ ſunt,atque leuiſſimæ:quapropter facillimas recipiunt mutationes , ſuntque putredini obnoxiæ,vt inquit Hippoc. lib. de Aere, & Aquis:quam ſententiam ſecutus eſt Paulus. *Aqua pluuia.* Verùm Gale.eiſdem contrarius videtur libro ſeptimo de Compoſitione medicamentorum per locos, in compoſitione arteriacæ diacodion , dicens: Aqua igitur pluuia inditur,vt medicamentum putredini minùs ſit obnoxium:habet enim hæc aqua nimium quid in ſe adſtringẽs , nec tamen puto has eſſe contrarias ſententias. Nam Hippocrates ſolam aquam conſiderauit , non mixtam , quæ ob ſubſtantiæ tenuitatem facilè alterari & corrumpi poteſt. Galen. tamen ipſam miſceri præcipit,in mixtione verò tenuitatem non ſeruat,ſed adſtringendi vim, qua aliis medicamentis conſeruandis prodeſt.Paulus aquam pluuiam citiſſimè putreſcere dixit , ob mixtionem quam habet ex diuerſis ſubſtantiis. Id verò non timemus, vbi aqua compoſitionem medicamentorum ingreditur : conſeruationi tamen proderit ob ſiccitatem. Forent quidem aquæ pluuiæ tenuitatis ratione præ omnibus eligendæ , niſi habetent adſtringendi vim, quam ex mixtione terrenæ ſubſtantiæ ſimul cum nubibus eleuatæ contraxerunt: ſiquidem earũ maior pars à mari eleuatur:aut quoniam aliquam vſtionem à Sole paſſæ ſunt. *Aqua pluuia ſunt adſtringentes.* Vt ergo partes diuerſæ ſeparentur,& minus putreſcat, ipſam ebullire præcipiunt medici. Adſtringẽdi tamen vis aquæ potabili indita,multis corporis diſpoſitionibus nocua eſt,vt his qui ob aliquem affectum egent deterſione,aut coctione,aut diductione. Eſt autem aquæ potiſſimum munus alimentorum & humorum per corpus diductio,ſiquid etiam à thorace ſpui debet, cohibebitur : & in ſumma, quamuis ipſa tenuior ſubſtantia ſit,quàm fontana , potui minus accommodata eſt,ob qualitatẽ & vim qua adſtringit, proderit autem morbis ex fluxione. Aquæ puteanæ magnas inferunt noxas:ſunt enim craſſæ admodum,& graues, quapropter non niſi in profundo loco manant,nec à terra ſcatutiunt,vt fontanæ, viſcera lædunt,& hypochondria eleuant in tumorem,in quibus plus iuſto morantur, coctioni alimentorum ineptæ ſunt,ſicut & diſtributioni. *Aqua puteana.* Poſſent quidem prodeſſe æſtuanti ſtomacho : verùm ſi ſanus homo puteanam aquam bibere coactus fueris,ipſam vino miſceat,potiſſimum dulci,aut eam elixet, aut denique parum aniſi admiſceat, vt odorem ſaltem aqua ſuſcipiat. Stagnantes aquæ omnes malæ ſunt, putredinis aliquid habentes,quoniam quieſcunt & à Sole alterantur,& à terra caloris ſuſcipiunt reflexionem:quieſcentes namque aquæ mortuæ meritò dicuntur,quòd viuæ & fluunt, & motu agitantur, & *Aqua ſtagnantes.* veluti mortuorum corpora citò putreſcunt, ita & aquæ mortuæ , quin & aër ipſe in loco retentus & concluſus putreſcit,de impuris elemẽtis loquimur. Diximus autem in commentariis lib. 1.de Differen. febri. An elementa putreſcant, & quæ his ſimiles ſunt lacuſtres, quarum quædam proprios fontes habent,quædam fluuiis inundantur, quædã præter id aquas à fluuiis receptas refundunt, ſuntque aliis lacuſtribus meliores,damnat has aquas Hippo. lib. de Aere & aquis. Huius aquæ malitiam oſtendunt piſces,& animalcula , quæ in ſtagnis generantur:ex eis namque nonnulla venefica ſunt,& piſces omnino eſui incommodi , & inſalubres. Ego tamen ſi quando aquam ſtagnantem bibere coactus eſſem, vt à fæca mixta (quam plurimam habet) & limo & putredine mundarem,ipſam elixare præciperem,& cinamomi parum ad finem infunderem,ac deinde

percolarem:ſine elixatione verò nunquam bibatur, niſi percolata, ac deinde ſi fieri poteſt, vino mixta.

Aqua ex niue & gelu.

Aquæ præterea ex niue aut gelu liquatæ omnium peſſimæ habentur, craſſiſſimæ enim ſunt, ſiquidem dum congelantur, tenuior ipſarum pars effluit: cùm verò in niuem cōcreſcit, aut exprimuntur para tenuia in aquam verſa, quæ cum niue deſcēdit, aut tenuiores nubis partes in aërem tranſeunt, reliquis à frigore in niuem concretis. Eſt itaque pernicioſa aqua ex gelu, aut niue: corrigit quidē aliquatenus vinum copioſum eius malitiam. Cæterum hæc omnino in ſanitatis cuſtodia fugienda eſt, præterquam valdè æſtuanti ſtomacho, quem potius curare quàm conſeruare ſit opus. Nam nec his eſt ſatis tuta ob circumſtantia membra: verùm hac noſtra tempeſtate, inter magnates veluti peſtis quædam pernicioſa, ſuborta eſt conſuetudo apud quoſdam æſtate tantùm, apud alios omnibus anni temporibus, diluendi vinum niue: cùm tamen ex frequenti niuis vſu aut ſolius, aut vino mixtæ, maximum immineat periculum hydropis, ac mali habitus, ex iecoris & ventris imbecillitate, & colli doloris. Quod ſi eorum quiſpiam ab his & ſimilibus morbis liberetur, hac vna tantùm ratione id ſibi eueniſſe putet, quòd pari modo incontinentes ſint in vſu calidorum, vt piperis, zingiberis, cinnamomi, & mellis, quæ omnia niuis malitiam aliquatenus corrigunt, ſed vtrunque exceſſum vt mortiferum damno. Doleo tamen noſtri æui calamitatem: video enim luem Epicuream deuaſtaſſe primùm Germanos, deinde Flandros, & Gallos: & nunc Hiſpaniam quoque in tyrannide tenere, antiqua Hiſpanorum continentia ſepulta. Id etiam docet vehementem mutationem quam aqua ex niue facere valet: in primis enim ventrem valde refrigerat, is verò paulò pòſt in validum calorem ac ſitim mutatur. Euenit etenim eis quod iis qui manibus niuem attrectant: interim namque valde refrigerantur, & paulò pòſt ardore nimio vexantur. Has autem mutationes vehementes & ſubitas nunquam ſine magna noxa tulit natura. Gale. quidem libro de Cibis boni & mali ſucci, docet niuis vſum vitare: nam etſi iuuenes (robuſtos intellige) nullam ſenſibilem noxam patiuntur, inualeſcente ætate, articulorum, neruorum & viſcerum morbis moleſtantur, qui difficilè admodum, aut nunquam tolluntur: concederem quidem ipſis, non quod omnino tutum eſſe putem: ſed ad domandam eorum ſitim, vel potius luxuriem, vt vinum & aquam in puteis infrigidatam biberent æſtatis tempore, aut in aqua & nitro: infrigidat enim hæc vinum aut aquam in vaſis argenteis non parum. Neque mirandum eſt ſi nitro (cùm calidum ſit) aqua frigida mixta, vehementius quàm ſola aqua infrigidet.

Vſus niuis in potu eſt antiquiſſimus, illius enim Martialis meminit dicens, Non potare niuem, ſed aquam potare rigentem De niue, commenta eſt ingenioſa ſitis.

Egregia ſimilitudo.

Aqua & nitrum quam ſi infrigident.

Nitrum enim non impedit ſuo calore actionem aquæ, quoniam ipſum non calefacit actu, ſed poteſtate, interim tamen refrigeratum refrigerat, penetrat autem magis, ſed tamen ipſius mixtura, aqua craſſior quàm ante redditur, & quod frigidum eſt craſſarum partium vehementius infrigidat. Gal. namque docet nullū eſſe exactè frigidum tenuium partium. Ex naturali quoque philoſophia accepimus, denſiora aliis paribus validius agere, confert quoque non parum ad refrigerium vini aut aquæ contentæ in vaſis, quæ aquæ frigidæ nitroſæ immerguntur, quòd miniſtri vaſa non plena portant, quæ dum infrigidantur celeriter mouent, vt liquor contentus in vaſe omni ex parte contingat vas, & propius accedat aquæ ex nitro. Nam & quiuis experietur facilè, in vaſis ſemiplenis immerſis aquæ frigidæ, vbi agitentur, citius liquores refrigerari, ac magia.

Aqua fluuiales.

Aquæ fluuiales quandoque ex fontibus perpetuò manantibus procedunt, quandoque verò eis ex niuoſis montibus aquæ liquatæ miſcentur, quandoque verò pluuiæ: vbi aquis ex niue liquatis, aut pluuiis miſceātur fluuiales, ipſarum naturam quam explicuimus, referent. Nunc tamen fluuialem ipſam conſideremus. Ducit hæc ſecum naturam aquarum fontium à quibus manat, & terræ per quam incedit. Quoniam tamen non omnes fontes, qui in vnum confluunt fluuium laudabiles ſunt, mixtam omnino habebit naturam aqua fluuialis. Quod verò ad terræ quam permeat naturam attinet, quid opus dicere? Eſt enim quandoque argilloſa, quandoque limoſa, nunc quidem fœnum, nunc algam, nunc arborum diuerſæ naturæ radices abluit, & multam ſecum defert fæcem terrenam admixtam. Quapropter in ſanorum hominum cuſtodia, nunquam fluuialem aquam bibendam concederem, niſi colligatur flante borea (tunc enim ſyncera ac minimè turbida fluit) & in magnis vaſis repoſita, triginta aut pluribus diebus quieta ſeruetur. Atque poſteaquam fæx omnis ſubſederit, in vas aliud transfundatur oportet. Quod ſi id per tempus facere non liceat, per mortarios lapideos erit percolanda. Ego quidem Nili aquam non noui: cæterùm quantum ab Aëtio laudetur, tantum à Galen. reprobatur. Noui tamen Tagum optimam aquam ferre, & cui nullus fluuiorum Hiſpaniæ conferri debeat, non Iberus, non Durus, non Tormes, non Guadiana, nec qui Beticam inundant, turbidi atque cœnoſi præter vnum Fenarium, quem abſorbet Tagus, poſtquam irrigauit Complutum: is enim quem ſibi dicandum elegit Apollo cum muſis, meritò & ſalutis ſeruandæ, & bonis ingeniis alendis fuit accommodatus: Betis tamen propè naturæ eius accedit. At ſi cui liceat aquis frui fontanis, non eſt, cui eis omiſſis, alias expoſcat: fluuiales enim cùm à pluribus manent, ex ipſis quædam erunt bonæ, quædam malæ: fontanæ tamen ſelectæ inculpabiles erunt.

Aqua fontana.

Sunt ſiquidem hæ omnium optimæ, vbi quales dicendæ ſunt, feligantur. Primum enim quæ ex petris manant, ad aquilonem verſæ craſſæ ſunt, & graues, coctioni & elixationi ciborum ineptæ: laudabilis verò quæ verſus orientem ſcaturit ex terra munda, aut loco arenoſo procul ab arborum radicibus: hæc enim citò alteratur, tenuis eſt & facilè permeat: bonitatem etiam eius oſtendit, quòd hyeme calidior, vere autem frigidior ſcaturit: hæc limpidiſſima, perlucida, omníque ſapore & odore priuata erit. Quòd ſi quēpiam referat ſaporem, malitiam loci quem permeauit, oſtendet. Eritque aut nitroſa, aut aluminoſa, aut ſulphurea, aut ferrea, aut ſalſa, aut amara. Quoniam terra ſalſa eſt, aut mineralia adſunt ſulphuris, aut nitri, aut ferri, aut aluminis, aut diuerſæ arborum radices.

Aqua dulcis ſola infrigidat & humectat.

Nulla tamen harum aquarum eſt quæ non habeat exſiccandi vim: quædam etiam præter id calefaciunt: ſola dulcis aqua infrigidat, ſimul atque humectat. Sed poteſt calorem accipere, quo calefaciat: nunquam tamen non humectabit, ſiue calori, ſiue frigori iūgatur: quapropter Gal. aquam ſummè humidam, hoc eſt, maximè humidam, & primariò humidam dixit: frigidam verò non ſic.

Aqua ad quos vſus bibitur.

Bibitur aqua ad tres vſus, nempe vt ſitim ſedet, ac calorē extinguat, & vt in ipſa alimēta elixentur, & vt diducat eadem. Sitim quidem ſedat, vbi ex temperie calida orta ſit, aut ſimul cum ſiccitate, ſine humore. Nam ſi bilis in ventre adſit, ibidem aqua demoratur diutius, atque corrumpitur. Elixationi ciborum ita prodeſt, vt ſine ipſa elixari non poſſint ſolida alimenta, niſi vinum aut liquor alter vices eiuſdem impleat. Diductioni

verò

Digitized by Google

verò ciborum prodeſt,tum ea quæ cum cibis ad elixationem bibitur,tum ea quæ iam coctis aſſumitur. Defert hæc cibos in vniuerſum corpus,quibus delatis iterum in renes, & veſicam recurrit, inutilia enim eſt alirioni,vt apud Gale.lib. 3. de ratione victus acut. comm. 39. inquit enim, Neque prorſus imas partes penetrat, neque ſiccitatem humectat. Quòd autem non alat,ante dictum eſt. Idem lib. 4. de Vſu partium,rurſus 4.Sect.apho.com. 13.inquit, Aqua verò neque epota, neque extrinſecus occurſans,natura apta eſt ſolidas corporis partes humectare.Contrarium aſſerere videtur lib.1.de Simplicium med.fac.cap.8.aquam vaſorum corpora & carnoſum genus humidius reddere dicens.Atque idem lib.5.de Simp. med. fac. cap. 4. Præterea lib.10. de Metho.med.de balneis loqués,inquit,Secunda eius pars,vbi quis in ſicco corporis affectu ea vtitur,poteſt madorem vtilem ſolidis partibus immittere, vindicabitur tamen Gal.à contradictione hac, vna diſtinctione præhabita. Nam bifariam aliquid humectari poteſt:vel per humidam qualitaté, aut per ſubſtantiæ humidæ adiectionem:aqua quidem humidam qualitatem addere poteſt,quapropter hecticis eſt accommodata,& iis qui inaruerunt. Humidam autem ſubſtantiam corpori addere non poteſt: ſiquidem id tantùm addit, atque adiungit corpori humidam ſubſtantiam,quod reficere & alere poteſt corpus:quia tamen id aqua nullatenus efficit,Gale. loc.cit.ipſam non humectare ſolidas partes dixit,vt 4.Aphor.ſectio. & 4. de ratione vict.acu.Quoniam tamen ſimplici qualitate alterans humectat,humectare,& vtilem madorem ſolidis partibus immittere dixit lib.de Simplic.med.fac.& lib.10.de Metho. med.Sed rurſus obiicies Ariſt.qui proble.13.ſect.1. quærit:cur mutationem aquarum grauem,aëris verò non grauem eſſe affirmat,& addit,An quòd aqua corporibus aliméto eſt, quo iam habito complexóque,peregrinamur: aër autem nullo ſe exhibet alimento.Dicunt aliqui,Ariſt.loquutum de aquis medicatis,quas ipſe dixit multarum ſpecierum,vt aniſi,aut fœniculi,atque has nutrire. Sed falluntur bifariam:nam Ariſt. de diuerſis generibus aquarum, quibus vtuntur peregrinantes,loquitur, quæ etiam per ſe,& natura ſua tales ſunt.Inquit enim, Aquarum item genera multa & varia per ſe ſunt,ſed vêtis minimè:itaque hoc etiam cauſæ eſſe poteſt,quippe cùm peregre profectis in cœlo quidem propè eodem,in aquis autem variis verſari eueniat: nullus autem verſatur iter agens in aquis elixis prædictis. Præterea aquam aniſi aut fœniculi nullus putauerit aniſi aut fœniculi ratione alere,potiùs quàm putam:cùm neque aniſum alimentum ſit.Sed quid in his moror?Dicemus tamen,Ariſtot.aquam alere dixiſſe,quoniam alimento conducit coctioni & distributioni.Præter hæc noſſe oportet, aquæ calidæ potum frequentem catarrhos efficere, ventriculi imbecillitatem,atque hecticam.Poteſt etiam aqua occurrens partibus corporis exterioribus, cauſæ ſalubris,aut inſalubris rationem habere: nam balneum tepidum aut calidum offerri poteſt, & aut natura, aut arte tale,aut etiam frigidum. Aquæ dulcis balneum tepidæ vim habet infrigidandi & humectandi,ſed parum calidæ calefacit parum, & humectat valde,quæ verò multum calida eſt,calefacit: ſed ob id quòd meatus obſtruit, cutémque obdurat, non humectat:calida ergo non valde laxat cuté,& emollit ipſam,ac perinde excrementa diſſoluit,& ſanguinem per corpus effundit,priùs tamen corpus in tumorem eleuat,deinde diſſolutione humorum facta detumeſcit. Quapropter ſi quis diutius in balneo aquæ prædictæ permaneat,in periculũ incidet diſſolutionis vitium & deliquij animi.Hecticis itaque accommodata eſt aqua balnei calida, vbi deinde in frigidam ſubmerguntur.Prima enim humectabit,& ſecunda calorem balnei,& febrilem corriget: ſanis autem hominibus hac noſtra tempeſtate non eſt in vſu frequenter balnea ingredi, & iure quidem:frequens enim balneum aquæ dulcis, corpora reddit molliora & imbecilla. Atque cùm pauciſſimi ſint homines,qui ſibi tantùm viuere aut poſſint,aut debeant,quacunque iuſta occaſione oblata,ab vſu balneorum deſiſtere coguntur:& hanc mutationem aſſueti moleſtè admodum ferent.Præterea iter agétes balnea ingredi non poſſunt,aut ob téporis, aut balneorum inopiam. Hiſpanis itaque ob iuſtas cauſas rarus eſt balnei vſus,& is æſtatis tempore,vbi corpora à ſordibus mundare volunt. Quibus conſulo hunc ordinem ſeruare,vt à ſomno excitati,per horam prius ventris & veſicæ excrementa deponant, deinde animaduertant, ne abundent crudis excrementis in partibus ventris,neque redundent in corporibus ipſorum multa excrementa aeria & mordacia:nam pauca à balnei calore diſſoluentur. Docet id horror, qui enim multis acribus excrementis abundant, ſtatim balneum ingredientes horrore tentantur. Balneum deinde ingredientur, in quo tandiu commorabuntur, donec non amplius delectationem ſenſerint, quam à principio ſentient hi qui balneo opus habent.Quòd ſi interim etiam ſudauerint,bonum erit. Domus prima aër calidus ſit & vaporoſus,in quo veſtem deponet,deinde corpus oleo amygdalarum dulcium vnget leui frictione & molli,deinde aquam calidam ingredietur,in qua ferè ad quartam horæ partem immorabitur.Egreſſus linteis amictus ad lectum ducetur, vbi ſudabit, & ſudore ſpongiis aut linteis deterſo, oleo vnctus, & indutus recedet. Quòd ſi hecticus fuerit, quem curandum aſſumpſeris, ſudorem vitabis, ſed poſt balneum ipſum in aquam frigidam non valde immerges.Eductum verò oleo dulci inunges corpus vniuerſum,cui rei violaceum eſt vtile valde. Quòd ſi opus fuerit medicamentoſam aquam efficere, quæ reſoluat,calida immiſcebis medicamenta, vt puleglum,origanum,thymum,aut hyſopum: ſi exſiccare humida corpora,nitrum,ſal,ſulphur, & aliquando alumen miſcebis:ſi verò cutem mollem facere velis, vt fœminæ quæ in cute curanda plus æquo curam habent, maluam domeſticam addes, aut ſyluestrem,aut fœnugræcum,aut lini ſemé.Balnea præterea aquarum ſponte calefacientium, quæ balnea naturalia dicuntur,omnia exſiccant:licet ex eis quædam poteſtate calefaciant, vt aluminoſa & ſulphurea,nitroſa,ſalſa,quædam infrigident, vt ferrea,itaque aluminoſa,& nitroſa morbis humidioribus accommodantur,& ex fluxione ortis. Hi ſunt, podagra & articularis morbus:ſic etiam & conuulſioni,& reſolutioni,& frequenter abortientibus, & his quæ ob nimiam purgationem, aut humiditatis abundantiam,in vtero aut in vniuerſo corpore non concipiunt.Et his qui ob neruorum incótinentiam ad labores ſunt inepti,& immodicè ſudantibus.Sulphurea verò aqua leproſis,ſcabioſis,& impetiginoſis,& antiquis vlceribus prodeſt. Ferrea tamen iecori & ſtomacho languentibus auxiliatur,& bibita fluxiones cohibet.Aquarum frigidarum balnea noxis quæ ab extrinſecis cauſis eueniét,proficua ſunt: nam cutem obdurant,& calorem intrò reuocant,& roborant, attemperant quoque æſtuantia corpora: quapropter æſtatis tempore laudo natationem in aqua frigida,non valde, ſed qualis eſt eo tempore

fluuia

Aqua an alere poſſit.

Balneum.

Balnea aquarũ ſponte naſcentium.

fluuialis,idque ter aut quater,menſibus Iunij,& Iulij in tegionibua temperaris & calidis. Neq; ıamen id ſæpius faciendum,neq; in aliis anni temporibus, ne uatura balneis frigidæ , aur natationi aſſueſcat, quam dimittere poſtea nō licebit ſiue ſalutis damno: & quoniam ſæpius corpora nō ſunt ad id parata. Debēt enim eſſe eacrementis vacua,neq; laſſitudinem pati,uec cruditatem , nec multum vigilaſſe, neque prauis cibis aſſueuiſſe, atq; nulla interna affectione aut imbecilliıate laborare , aoieiuno ventre,& fæcibus atq; vtina depoſitis,ingtedi, oō ſeoſim, ſed ſubitò immergi. Qui eoim ſenſim accedūt, ealore inæqualiter moto horrore tentantur , & inęquali ſenſu.Ptiùs etiā corpus dutiori frictione erit fricandum,deiude exercitandum,& ante ingteſſum oleo vnguendū, & ibidem immorandum noo vltra quartam horæ partem:in aliis autem anni temporibus ab æſtate, non ſine periculo fiet vebemētis refrigerationis. Et vere quidem noo decet impedire eum motum qui fit à natuta ſanguinem dilatante, & ad exterimra perſuodeute. Autumno verò & hyeme ad roborandum calorem & denſandam cutē,ſatisfaciet cœli ſtatus. Inter teliquos autem,balueum frigidæ,aut frequentem nataıionem in ipſa,potiſſimum vitabunt pueri, & qui nōdum ad incrementi finē peruenerūt: impedit enim corporis augmentū. Hecticis verò maraſmū ſentieutibus,balncū frigidę vtile adeò eſt,vt Gal.banc dixerir eſſe eorū curationem,lib.10.de Meth.med.nou alias balnei partes.

De Vinis.

CAPVT II.

Vina. VInorum natutam, vires & differentias ipſorum dicturus, id dicendum ante omnia ſe offert,quòd quibuſdam placuit,vinum inter potus reponere,quibuſdam inter cibos:habet enim naturam ambiguam. Nam quatenus ad ſitim ſedandam , cibos in ventre eliaandos , & eoſdem in corpore digerendos bibitur, potus eſt : quatenus verò vim babet teficiendi corpora , inter cibos annu-

Vinum alit. meratur. Nos verò potum dicemus eſſe refectorium , quod non tantùm languentes reficit vires, ſed celerrimè. Quod faciunt vina craſſa & colore rubra : nam alba & aquoſa pauciſſimùm nutriunt. Nouimus itaque vina celerrimè reficere,& reparare

Vini temperies. vires, etſi id per odores adhuc fiat celerius. Habent etiam præter alendi vim, alterandi potentiam,quapropter ſecundo ordioe calefaciunt : quòd ſi valde vetuſta fueriut,adbuc tertio,vt vult Aëtius.At verò Galenus contrarium aſſerit ; non enim vult omne vinum calidum eſſe,ſiquidem lib.4.de Simplic.medic.facul.c.13.inquit:Quippe cauſam ſermo ſcrutabitur,propter quam vinum natura frigidum, atque inualidum ab extrinſeco arguatur calore. Et rurſus inquit:Perſimile enim quid vinis accidit,quæ natura frigidiora , aquoſioráq; ſunt, quale flammis exigois & imbecillis. Rurſus quod excremētoſum eſt, & improbè coquitur,frigidum eſt : tale autē eſt vinū nouū Inquit eoim Gal.lib.de Cibis boni & mali ſucci; Nouum autem vinū aquoſius eſt & imbecillius quàm vino deceat,pręter id quòd difficiliùs coquitur , & excrementoſius eſt.Idē omnino habetur lib.7. de Meth. med. Præterea ſecuuda ſecti.apho. com.11.de vinis loquens,inquit:Nam & aquoſa(ſic aorem nominant alba & tenuia) ſicuti aquæ ſimilē formam habent,Ita & vim.Præterea libro de Cibis boni & mali ſucci , docens magnam babere virium latitudinem vina,inquit : Vina quidem ſi diſtinctæ (vt diximus) ſpecies eorum à nobis conſiderentur, maxime:reliqua verò non admodum inter ſe differunt.Nunquam enim,vel lenticulam,vel braſſicam bumectantis naturæ eſſe daprebendes , ſed minore alteram ad ſiccandum efficacia,cum bumectandi facultate,nullam,eaceptis item porris,alliiſque,nulla ſunt quæ refrigerādi vim babeant,ſed plus minúſve calefaciunt:nec agreſtis lactuca,atriplex,bilitū,portulaca calefaciendi facultatem habent:in his tamen plus minúſve,non magnum diſcrimen recipit.Ar in vinis,quod vetuſtiſſimum eſt,& cecubū à Romanis (vt diximus)appellatur,adeò ab albo, ſimúlque auſteritatem habeute , uecnon recente craſſóque differt, vt illud efficaciſſimè calefaciat,ſenſibilem hoc refrigerandi vim habeat.Ea quibus ſequi manifeſtè conſtat,vina alba tenuia,& noua craſſa,& nigra auſtera,de quibus com.3.lib.de Ratio.vict.acu.infrigidandi vim habere,& maximam eſſe facultatū vinorum differentiam. Nam vina flaua & fulua & antiqua,calida ſunt,vt inquit Paulus:quamuis vbi velit omnia vina calida eſſe,manifeſtè fallatur , ſicuti & Aetius.Et quamuis Gal.multis in locis diaerit,vina antiquitate fieri validiora,& actiora, vt libro 4. de Simpli.med.facul.c.10. & lib.de Cibis boni & mali ſucci,lib.quoque de Sani.tuen.5.& 13.lib.de Meth. med.non iu omnibus vinis,aut omni tempore intelligi debet : nam vina omnia tandem ſeneſcere credimus tēporis nimia vetuſtate,& languida citò ſuas ætates percurrere:fortia verò primùm augere vires, quædam ad decem,quædam ad quindecim annos, & deinde pluribus aunis io conſiſtentia manere,ac deinde eorum vires inclinare. Verum ergo eſt,vina antiqua , abſumpta aquoſa & eacrementoſa parte validiora fieri,& tandem nimia vetuſtate reſolutis viribus,& igneo elemento,languere.Habet quoque vinum exſiccandi vires calori coniunctas,vt Paulus lib.7.docuit,quamuis nec calefaciēdi,nec exſiccandi pares habeant vires vina omnia. Nuuella omnia

(quæ natura calida ſint)poſt primum ordinem calefaciunt,antiqua verò ad tertium vſque : in ſecundo quoque ordine vina eaſiccare dicit,valde autem antiqua in tertio,vti muſtum in primo : verumtamen huic ſententiæ Gale.aduerſatur lib.2. Aphor. comment.11.ad comprobandam ſententiā Apbo.in quo Hippoc.dixit,facilius eſt impleri potu quàm cibo, aliam ea lib.de Alimento adducit ſenteotiam , cùm dixit,Quicunque indigent citiſſima adiectione,bumidum remedium ad recuperandas vires optimum eſt.Et lib.3.de Cauſis pul.c.vlt.de vino loquens,inquit,Appoſitio enim quam facit,celer eſt,quòd bumidum ſit & calidum.Non laudamus quod quidam dicunt,vinum vt medicamētum exſiccare,& vt alimentum humectare.Naturalia ſiquidē agentia non variant ſuas actiones noſtra imaginatione, aut opinione.Nihil igitur refert , ſi vt alimentum,aut medicamentum,vinum offeras , longiùs tamen abeſt à vero,quod alij dicunt:nempe vinum bumidum eſſe, ſed ſiccum appellari:quoniam excremēta diſcutiendo eaſiccat,vti balneum calidæ aquæ:nam aqua calida ex accidenti eaſiccat.Paulus tamen lib. 7. non ſtatuit ordines medicamentorum ratione eorum, quæ faciunt ex accidenti , ſed per ſe,& eo loco vinum dixit ſiccum.Præterea Gale.lib.12.de Method. meden.vinum vetuſtate dicit amarum fieri, amara verò,calida & ſicca ſunt,lib.4 de Simpli.med facul. ac per ſe calefaciunt, & exſiccant:ſed noſcas oportet,medicamenta dici talia,quoniam corpori adhibita,calefaciunt,infrigidant,bumectant, aut eaſiccant,& eadē ratione alimenta medicamentoſa talia dicun

Vinum an exſiccet.

Digitized by Google

dicuntur, de quibus vinum eſt aliquod, per ſe calefaciens, & exiccaus: quatenus autem alimenta ſunt, in ſaoguioem vertontur, ſed eius denominationis. Itaque vioum cùm calidum alimcotum ſit & ſiccũ, in ſanguinem vertetur, ſed calidum ac ſiccum, vbi quis ipſum ṫéperato & mediocri ſanguini contulerit. Quod tamen Gal. loc. cit. vioum humidũ eſſe voluit, prædictis nõ obeſt, nam omne quod alit, humidum dicitur: ſiquidẽ ſiccas pattes teparat humore. Cæterùm ex his quæ reparant, quædam humidioré, quædam ſicciotem retribuunt ſubſtãtiam, atque ea ratione alimenta ſicca, aut humida dicuotur. Bifariã igitor vinum ſiccum dicetur, vt medicamentũ, & vt alimentum, bifariã quoque humidum appellabitur: tum quia mẽbra bumore reparat, tum quia liquidã habet ſubſtantiam: quod voluit Gale. loc. cit. quum vinum humidum dixit, boc eſt liquidum & fluidũ, quale ad citam refectionem eſt neceſſarium. Quod autem ſiccum poteſtate ſit, vbi humidum ac liquidũ fuerit actu, ad celerem alitionem, nihil impedit.

Vinorum differentia.

Diſtinguuntur autem vina per proprias differẽtias, ex quibus procedimus ad facultaies vinorum inneſtigãdas, vt colore, odore, ſapore, ſubſtãtia & potentia: ſed harum differentiarũ, illæ quæ ſumũtur à colore & odore non conſideraniur primò & per ſe, ſed ex accidenti. Nã tenuia vina poſſunt eſſe alba, & fulua, & aquoſa, quædam ſunt odora, quædã inodora: poſſunt ergo colores & odores diuerſi cum eiſdẽ ſubſtantiis coniungi, atque eaſdem vires habere. Adhuc magis ex accidenti conſideratur in vino tẽpus, nam nec recens, nec antiquum differentiæ vinorum ſunt, niſi quatenus vini qualitates tẽpus mutat. Ex primis itaque differentiis, quæ per ſe conſideraotur, quædã per ſe quidpiam agunt, vt ſubſtantiæ craſſitudo, aut tenuitas, duleedo & acerbitas, vigor & imbecillitas, quædam nibil per ſe agunt, vt color & odor: color enim oullã vim habet, ſed vires vini oſtẽdit, & odor nocet capiti, quoniam ſubſtãtiæ tenuitate & calore caput aſcendit, & implet atque moleſtat, vti omnia odorata, cerebrum quandoque corroborans.

Vinum dulce.

Si quis igitur viuorum vires ex ſapotibus ſcrutari voluerit, vinum dulce ſciat ſtatim nigrum eſſe, & ſubſtantiæ craſſæ: quãuis ſint vioa aliqua noo exquiſitè dulcia, ſed aliquam habentia immixtam actimoniam, quæ flaua & craſſa ſunt. Muſcatelina verò dulcia ſunt & alba, quæ fortè Gal. non nouit. Quæ igitur propriè à Gal. dulcia dicuntur, craſſam habent ſubſtantiam, & in meatibus iecoris retinentur: nam & ab ipſo celeriter trahũtur, lædunt iecur inflammatum & ſcirrhoſum, & obſtructione laborãs, lædunt etiã dulcia vina lienem, ſed minus quàm iecur: ioflant quoque hypochondria eadem tatione, & quoniam ab ipſis multus flatus, & craſſus eleuatur: proſunt autem his quæ à pulmone educi debent: non enim obſtruunt meatus adeò amplos. Noo tamen vrinis aut ſudoribus eliciendis ſunt accõmoda, quemadmodum neque bilioſis: ſiquidẽ dulcia facilè in bilem tranſeũt: verùm ea oeque valde calefaciunt, quæ dulcia non ſunt vehemenrer calida, neq; caput tentant, aut neruos feriunt.

Muſtum coctum. Vinum auſterum.

Muſtum tamen coctum, ſiue ſapa, ad horum vinorum naturam propè accedit. Siquidem dulce eſt & craſſæ ſubſtantiæ. Vinum autem auſterũ in ventre diutius immoratur, neque facilè venas permeat, aut ad vrinam defertur. Proderit verò fluxionibus ventris, & cœliacis morbis. Eſt autẽ quoddam nigrũ, & id eſt aliis omnibus auſteris craſſius: quoddã eſt fuluum, ſed minus craſſum, & auſterum: Quoddam eſt album, ſed parum auſterum. Ex his omnibus ſolum album & parum auſterum ego permitterem ſanis hominibus adhibere. Sed vinũ acre & vinoſum calidius aliis eſt: habebitque id colorem aut fuluum, aut maiori parte flauum. Eſt etiã quoddam album, ſed minus fuluo & flauo potens.

Vinum vinoſum.

Tentant vioofa vina caput & neruos, ſed ventri ſunt vtilia & ex ætatibus ſenibus.

Vina alba.

Alba verò vina aliquam adſtringendi vim habentia à natura miaus fuluis, & flauis calefaciunt. Cæterum quædam ſunt alba ex temporis antiquitate reddita acria, & valida. Quædam etiam ex natura talia, vt vina quæ portantur à S. Martino, quæ ſanis hominibus iocommoda ſunt. Nam præter id quòd immodicè calefaciunt, caput & neruos vehementiùs tẽtant, & articulos lædunt. Sed inter alba vina laudãdum vinũ de Yepes, & Lilio, & vinũ à S. Torquatio, & à Ribadauia, & Canta la petra, vehementiora ſunt bis & acriota, quæ in Betica Hiſpaniæ parte fiunt, talia ſuot Xereſana, & à Cazalla, & Alanis.

Vina nigra.

Vinorum nigrorum tenuiora laudantur, parũ adſtringentia, qualia ſunt quæ portantur à S. Torquatio. Sed omnium optima, & quæ mediam ſeruant naturam, ſuot Illanea non adulterata: verùm bæc citiùs aliis aceſcunt, quoniã ex diuerſarum vuarum mixtione exprimũtur. Quæ verò ex nigris craſſiora ſunt, ſanguinem multum generant, & melancholicum, apud Gal. lib. 4. de Ratio. vict. acu. Com. 110.

Vina languida.

Sunt & vina quædam languida ex natura ſua, quæ citò aceſcunt, & turbantur, ac putrent. Ad quod non parum conducit quòd in calidis locis repouuntur, & apricis, aut auſtro expoſitis, quorum copiam fert Complurum, Madrid & Guadalaxara. Ex eis quædam auſtera, aut minus his adſtringentia, quædam dulcia, quæ muſcatelina vocantur, quæ fœminis ſunt ex vſu, quouiã caput non tentant, & ipſarum naturis ſimiliota ſunt, & iis qui ſtudio literarum vacant. Horum itaq; muſcatelina flaua & fulua, & quædã ex ipſis alba ſunt, & omnia dulcia, quæ ego crederem Gale. non deguſtaſſe: ſed hæc tribus tãntùm menſibus anni bibi debent, Ianuario, Februario, & Martio. Deinde verò quod à Corpa, & Villauilla vſq; in mẽſem Auguſtũ, deinde ad fioem vſque Decembris, vinum à S. Torquatio, à Yepes verò non eiuſdem, ſed alterius anni: tardè enim id vinum cooficitur.

Protropum.

Eſt etiam præter hæc vinum Protropum, ſiue primarium appellatum, quod ab vuis nondum expreſſis ſtillat, id tenuem habet ſubſtantiam, demẽdis obſtructionibus & monendis vrinis vtile. Peruadit autẽ neruos & articulos. Gal. lib. 3. de Aliment. facul. hæc de vinorum potentiis ſcripſit, Rubra (inquit) & craſſa ſanguini generando aptiſſima ſunt, vt quæ minimo negotio in eius naturam tranſeant. Dcinde nigra craſſa cum quadam dulcedine, dciode quæ ſunt colore rubra, aut oigra & craſſa: ſed adſtriogunt, minus alunt alba craſſa & acerba, minimè omuium alunt candida & tenuia. Quæ igitur craſſa ſunt, valenter alunt, vbi in vẽtre retenta à calore valido ſuperentur, vti tamen vehementius alunt, ſic minus vrinam moueot: ſed tamen ex dulcibus & auſteris, dulcia melius coquuntur, & calidiora ſunt: vina tamẽ valida ju ventre imbecillo corrumpuntur, quoniam non ſuperantur. Ex vinis rurſus, quæ natura ſunt languida, citò degenerant. Quamuis ad vinorum conſetuationem oon parum conducat cellas vinarias expoſitas eſſe boreæ. Nam vina imbecilla à calore ambientis facilè ſuperantur & corrumpuntur, vt docet experimentum. Hac etiã ratiooe valida vina, qualia ſunt à Sancto Martino, & Yepes, & Ribadauia, in Germaniam, & Flãdriam tranſportantur, & vina à Gazalla & Alanis in nouã Hiſpaniam, & vſq; in Antipodaſ, vbi meliora ſunt quàm in Hiſpania: vina verò languida ambientis arguit calor, atque motus qui mixturam vini ſoluat,

& ſi

& ſi tranſportate ea iu diuerſam regionem, aut di-
ſtantia loca veiis, ſtatim in acidum degenerát ſapo-
rem. Cùm verò ex his quæ diximos manifeſta cua-
dat vini temperatura, duo ſe offerunt conſideranda,
alterum eſt, An ſanis hominibos cuiuſuis tẽperatu-
ræ vinum conueniat: ſecundum erit, An in omnibus
ætatibus vinum bibete liceat. Quod ad primum ho-
rum attinet, Hippo. 6. de Mor. pop. par. ſect. 4. negat
calidis naturis vinum, cùm inquir: Calidis naturia
quies, refrigeratio, aquæ potio: non ergo exhiben-
dum eſt vinum calidis naturis. Sed tamen Hipp. ipſe
3. lib. de Ratio. vict acu. contrarium ſentire videtur.
Vinum an calid. temp. conueniat, præſertim calida natura.
Quoniam ibidem vinum in morbis acutis dandum
præcipit, cùm de acutis loquatur motbis, ac ibidem
vtilitates vinorum in victu acutorum, referat. Gale.
dubium hoc diuerſimodè ſoluit lib. 8. de Meth. med.
& 5. de Sani. tuen. ſicuti & diuerſa eſt ſanorum & fe-
brientium ratio. De his enim qui febticitant, loqui-
tur lib. 8. de Meth. quo in loco ipſe præcipit vinum
iu diariis febribus, atq; maiu a eſſe refert, quod Hipp.
idem in acutis pręceperit motbis. Verùm, vt inquit,
non denegauit calidis naturia vinum lib. 6. de Mor.
pop. Sed frequentiùs vti voluit aqua, quàm vino,
calidos homines. Ac periode febtientibus compete-
re aquam frequentiùs, vinum non adeò frequenter.
Concedet prætetea vinũ aquoſum & natura frigid.
non aliud. Lib. tamen. 5. de Sanit. tuen. non adeò ple-
nè ſoluit dubium, cùm inquir: An vero calidis vinũ
idoneum non ſit, ſed vtilior his aquæ potio ſit, ſicut
in lib. de Morb. pop. legimus, nunc æſtimandum eſt:
fortaſſis enim abſurdũ omnino cuipiam videbitur,
iuuenem qui athleticus aut militaris ſit, aut etiam
foſſor, meſſórve, aut arator, vel denique qui robu-
ſtum aliquod opus exerceat, aquæ tantùm potione
vti, atque in hoc falli Hipp. cum calida tẽperamen-
ta aquæ potionem poſcere abſolutè pronuntiauit.
Mihi verò Hipp. non abſolutè, ſed de oaturis ſum-
mè calidis, quæ vtique propter intemperiem talea
ſunt, id dixiſſe videtut: non quòd plutimum habeãt
natutalia caloris, quẽ ipſe augeri in athletarũ exer-
citio confirmat: at qui ex intempetie calidus eſt, is
neque athleta, neque miles bonus, ſed neqoe foſſor,
meſſor, atatórve, aut denique ad ruſtica vrbanáve
opera fortis vnquã euadet: quippe valentiũ homi-
nũ ea ſunt muoera. Porrò tales ounquã fuerint, niſi
mediocri ſint temperatura: atqui ſi media temperie
ſint, vtiq; plormus iis fuerit naturalis calor, ac tali
quidem naturæ mediocre profectò dandum eſt vi-
num, ſicuti ipſa quoque medioctis eſt, atque hacte-
nus ſaltem mediocre, quòd ipſa mediocris eſt tem-
peramenti, quando haoc quoque neceſſe eſt non ſo-
lùm in ſenectute, ſed etiam in remiſſionis tempore,
media temperatura frigidiorem euadere. Si cui ergo
vt intẽperie quæ in ſanititate conſiſtit calidiſſimum
temperamentũ ſit, huic omnino vinum intercidiſſe
prodeſt. Voluit igitur Gal. Hipp. non denegaſſe vi-
num tẽperaturis calidis, ob magnam abundantiam
caloris natiui, ſed eis tantùm, quæ calidæ ſunt in ex-
ceſſu caloris, quæ etiam in extremo tales ſunt. Ve-
rumtamen id non ſoluit dubium integrè: quando-
quidem febricitantibus vinum concedit Hipp. qui
iu exceſſu calidi ſunt, & plus quàm qui à natura ſunt
calidi in extremo. Magis integra videtor ſolutio du-
bij ex lib. Metho. med. Nam in calidis temperaturis
& in febricitantibus meritò præcipiendum videtur,
vt aqua frequẽtiùs quàm vino vtantur. Nos tamen
credimus Hipp. oon de eiſdem loqui libro de Mor.
pop. & in lib. de Ratio. vict. acu. Nam cùm in lib. de
Mor. pop. præcepit calidis naturis quietem, refrige-
rationem & aquæ potioem, id in educatione ſano-
rum intelligi voloit. Si quia enim hominem ab ipſa
pueritia oducandum ſuſceperit, coius calida fuerit
natoralis temperatuta, & valde quidem calida, ita vt
eius calor acris, nec natiuu ſimilis ſit, quietem, re-
frigerationem, & aquæ potionem inſtituet, vt valde
labentem temperaturam à maiori lapſu præſeruet,
& corrigat, vt & vini aquoſi potionem: nam id aquę
vites ſeruate teſtatur Galen. Denegat. quoque Gale.
calidis ætatibus & temperaturis vinum, lib. de Cibis
boni & mali ſucci. Quoniam tamen cõſuetudinem
mutare difficile eſt, & ipſam ſeruare, maximè dum
ægrotanr homines oportet, lib. de Ratiooe vict. vi-
num bibendum dabat Hippoc. his nempe, qui vini
potui aſſueuerant, & hæc quidem videtur Hippoc.
mens. neque opus eſt alia locornm conciliatione.
Vinum calidis temperaturis quare denegandum & quando.
Hac verò tẽpeſtate potiſſimum in regionibus tem-
peratis, aut calidioribus, laborantibus morbis acu-
tis vioum denegamus, quamuis ei aſſueuerint, ex-
perimento id admouẽte, accedente quoque ratio-
ne. Nam vinum febres reddit maiores, & inflamma-
tiones auget, & quamuis tenue ſit & aquoſum, ſiue
aliàs dilutum, capitis efficit dolores, & quandoque
deliria, à calore febrili accenſum. Quoniam tamen
cooſuetudo oon paruam præbet indicationem, ſed
inter naturales primam, dum ægrotanr homines,
ſumentes à febte indicationem, quæ eſt omnium
dignitate prior, infrigidabimus, ſed potus erit mi-
nùs qoàm aliorum non conſuetotum vino infrigi-
dans, & aquam ex cinnamomo vini loco ptopina-
bimus, aut vbi magnus adſit facultatis langor præ-
ſens, aut qui ſperetur, indicatione ſumpta à facul-
tate, vinum exhibebimus adeò dilutum, vt neque
odorem, neq; ſaporem vini ſeruet. In febribus verò
longis, tranſacto vigore, & morbo iam cocto, &
purgato aliqua ex parte corpore, dandum erit: in in-
termittentibus verò hora intermiſſionis, animo ta-
men linquentibus, & languentibus, aſſueris, cùm
opus fuerit, non denegamus. Sed hæc ad tertiam
partem huius operis magis pertinent: coacti tamen
ſumus in hæc incidere ob Hipp. ſententiam, qui vi-
num febricitantibus per morbos acutos conceſſit.
Quemadmodum autem calidis tẽperatoris vinum
denegabat Hippo. Ita neque à pueritia, cùm ſanita-
tem tueri proponimus, dandum erit. Et hoc quidem
non tantùm pueris calidioris temperaturæ, ſed &
omnibus, Plato ſiquidem lib. 2. de Legib. iure legem
ſtatuit. Præterea (inquit) legem imponimus, impri-
mis, vt pueri vſque ad annum decimumoctauum
omnino viuum non deguſtẽt, agnoſcentes non de-
cere ignem igni addere, animæ & corpori, nondum
aptis ad labores obeundos: furioſum namque habi-
tum iuuentutis cauere oportet. Deinde verò mode-
ratè vtantur vſque ad annum ætatis trigeſimum. Ab
ebrietate tamen & vini repletione iouenes omnino
abſtineant. Sed cùm ad quadrageſimom peruene-
rint, tunc in conuiuiis liberius diſcumbentes, cùm
alios Deos, tum Dionyſium ad ſacra ſenum & ludos
inuocent, qui hominibus vinom quaſi remedium
aduerſus ſenectutis duritiem eſt largitus, vt reiuue-
neſcere videamur, & mœſtitiæ nos obliuio capiat,
ipſaq; affectio animi, ſicuti fertũ in igne ex duritie
in mollitiem dedocta & flexibilior fiat. Hoc in loco
Plato non tãtùm vinũ interdicit pueria, ſed ſenibus
vtile eſſe docet, & menſuram ac modum quo vti de-
beant homines vino, per ſingulas ætates percurrit.
Gal. quoque lib. Quòd animi mores corporis tem-
peratoram ſequantur, Platonis ſententism ſequitur.
Et primo de Sani. tuen. non tantum malum eſſe vi-
num oblatum pueris refert, ſed cauſas addit. Vinum
namque humectat, caput replet vaporibus, atque

Vinum per ætates.

Sententia Platonis maxime notanda.

totum

Digitized by Google

tum corpus: pueri tamen humidi ſunt, & vaporibus pleni. Præterea vinum pueros mouet ad iracundiam & libidinem, adeóq; rationalem animæ partem occupat, hebetat, atque confundit: eoſdem quoq; ad diſciplinam & ſcientias ineptos reddit. Et nos ipſi nouimus non paucos ante ſeptennium ex potu vini incidiſſe in morbum comitialem, quoſdã in febres ardentes, & alios in pulmoniam, ſicuti & quoſdam alios, poſt ſeptimum ſuæ ætatis annum, & ad 20. vſque valde læſos. His tamẽ minimè obſtat quod lib. de Ratione vict. priuatorum, pueris vinum conceſſum ſit, nã liber ille non eſt Hippo. ſed Polybi, Gal. verò in comment. tantummodo ſententiam autoris enarrat, laudat quoque vinum non omnino frigidũ: tale enim omnibus conducit, non tantùm pueris. Intelligendum tamen id eſſe melius quàm omnino frigidũ, quibus adhiberi debeat, an tamen his, aut illis adhibendum ſit, non docet. Adultis verò id concedit moderatè, quemadmodum voluit Plato, quod bifariam moderatum eſt, tum copia, tum etiã vini natura quam decet eſſe debilem, qualis eſt vinorum aquoſorum & pallidorum. Nã & hæc ipſis commoda ſunt, ad humectandas ſiccitates ex laboribus partas, & bilem mitigandã, & per vrinã ciendam. *Vinum ſenibus conuenit.* Senibus autem vinũ conuenire, quid opus eſt dicere, poſt relatam ex Platone ſententiam? Verùm Gale. lib. 6. de Sanit. tuen. inquit, Sanè vinum ſicuti pueris eſt alieniſſimum, ita ſenibus eſt aptiſſimum. Valentiora tamen vina eſſe eiſdem accommodata eodẽ loco latius retuli. Ex vuarum tamen ſucco fit *Sapa.* ſapa, quę Gręcis ἕψημα dicitur, & σίραιον. Fit tamen ex vino, quod appellãt οἰνόμελι, hoc eſt vinum mulſum, hoc quidem mellis mixtione dulce redditum, illud verò coctione. Succus namq; vuarum nimia elixatione dulcis fit, qui ſi amplius elixetur, fiet amarus, ſicuti mel, & quæcũque dulcia: ea enim ampliori coctione amareſcũt. Moderata coctio ea eſt, quã Plinius ſcripſit lib. 14. c. 9. dicens: Siræum quod alij hepſema, noſtri ſapã appellant, ingenij tũ naturæ opus eſt, muſto vſque ad tertiam partem menſuræ decocto, quod vbi factum ad dimidiam eſt, defrutũ vocamus, omnia in adulterũ mellis excogitata. Hinc conſtat, quod id quod apud Græcos, Gal. potiſſimum lib. 12. de Metho. med. & lib. de Cibis *σίραιον.* boni & mali ſucci appellant ἕψημα, ſiue σίραιον, Latinis eſt ſapa, ſiue muſtũ ad tertiam decoctum. Nos ſapã conficimus elixato muſto, donec conſiſtentiam mediocrem aſſequatur, qualis eſt conſiſtẽtia mellis Sole liquati. Nam hoc integrã ſibi debitam conſequitur dulcedinem, & diutius ſeruari abſque corruptione poteſt, cuius potentia calida eſt, non valde: ſiquidem dulcia calefaciũt, non valde ſupra tẽperamentum: ſed quædã in primo ordine, quædã in ſecundo. Id enim animaduerſione dignum duximus, ex dulcibus quædã amaritudini adeò proxima eſſe, vt leui ſuperaddita coctura ſtatim amareſcãt: quædam non prius, quàm diutius elixentur. Quæ ergo leui elixatione amareſcũt, vehementiùs calida ſunt, ſiquidem amarus ſapor ex Galen. calidior eſt dulci. Quapropter quæ magis ei accedunt ex dulcibus, erunt calidiora, quę verò magis recedũt, qualia quę ampliori egent elixatione, ea minus calida erunt. Ac perinde notũ euadet mel ex dulcibus eſſe calidius moderato, ita vt in ſecundo calidorum ordine collocetur, in quo pariter ſapa cõſiſtet cum maiori caliditate quàm mel, quã docet præter dulcedinem quædam immixta acrimonia, qua ſapa participat. Verùm ſapa & mel vbi parum elixantur, ſine aquæ mixtione, aut alterius liquoris impediẽtis incraſſationem, & amarorem ab igne inducendum, facile amara redduntur, quod ſaccaro minimè euenit adeò citò, conuenit ſapa ea ratione qua dulcis pulmonis & thoracis morbis, qui ſunt abſque febre: in his verò qui ſunt cũ febre validiori nõ niſi accõmodatis medicamẽtis miſceatur. *Vinum mulſum.* Vinũ autem mulſum, quod Græcis οἰνόμελι dicitur, cõficiunt duabus partibus vini & vna mellis mixtis: quidam etiã tribus partibus vini vnam mellis miſcent, quæ igne lento admota tandiu bullire permittunt, donec mel totã euomat ſpumã. Eſt id pituitoſis vtile, his qui lapides, aut arenulas in renibus congerunt, & ſenibus, & febribus pituitoſis, & anaſarca laborantibus. Miſcent autem quidam vini ſex partibus vnam mellis prius deſpumati, quibus deinde breui mixtis igne lento addunt malabatrum & zingiber. Eſt etiam quam appellant Hiſpani clarea, ex vino albo confecta, quæ modo ex decem vini & vna mellis parte fit, addito cinnamomo, caryophylis & zingibere. Conficiũt antẽ & id quod ab ipſis appellatur vinũ Hippocraticum, ſiue Hippocras, ex vino nigro deſumptis partibus quinq;, ex albo totidem, ſaccari parte vna, atque in linteo apponunt cinnamomum, zingiber, caryophylos, & muſci parũ, per quod vinũ prædictum percolant. Eſtque is potus gratus in poſtremis menſis, parcè hibitus, & hyberno tempore, ac prodeſt ſtomacho, & inteſtinis frigidioribus. *Vinum coctũ.* Conficiunt quoque vinum quod coctum appellãt, muſto ipſo elixato ante integrã vini coctionẽ, quæ à natura fit: ſed id craſſum eſt, & excrementoſum, & difficilè à natura ſuperatur: implet caput, & neque vrinis, neque ſputis mouendis eſt accommodatum, & in ſumma, id eſt ſaluti pernicioſum. Vituperãtur etiam merito vina calce, aut gipſo condita. *Vina ex calce & gipſo.* Hæc enim exſiccãt vehemẽtius, & ſalſam generãt pituitam, ac perinde ſcabiem & impetiginem: ventrem turbant, & inteſtina irritant, ita vt vſu frequentiori incidant in difficultatem inteſtinorũ. Alimenta verò quæ ipſis miſcentur intempeſtiuè per ventrem deſcendunt, neruos lædunt, & veſicam, caput grauant, & inflammant, ſed contra venena proſunt. Ex vitibus præterea nuper amputatis, aqua quædã ſpõte inſtillat, quæ vim habet calefaciẽdi in fine ordinis primi, atque valet maculas teneras faciei detergere: verùm quoniam pinguitudinem quandã ſubſtantiæ habet, fœminarum facies illuſtrat. *Aqua vitæ.* A vinis tamen nigris diſtillatione, vi ignis, aqua educitur, per appellatum alembicum, aquã vitæ ipſam nominant, quæ igni appoſita inflammatur, tanta eſt eius ſubſtantiæ tenuitas, támque ignis in ipſa præualet. Quapropter doloribus à cauſa frigida medetur, flatúſque diſcutit, & aurium doloribus ab eiſdẽ cauſis ferè ſubitò auxiliatur. Dãnamus tamẽ quod medici faciunt, qui ipſam adhibent doloribus qui à multo humore fiunt, tum quia humorem diffundunt, ac perinde dolorem augent: tum quia tenui parte humoris diſſoluta reliquũ obduratũ relinquitur. Pernicioſiſſima etiam eſt conſuetudo, quæ modò apud vulgares extat homines, qui quouis manè ęſtatis tẽpore vnius vnciæ quãtitatem aquæ vitæ bibũt. Hæc enim bilem adauget, & eius generis febres eo maximè tempore generat. Sunt qui eandem aquam vitæ ſecundò per alembicum educunt, ignis vi, verùm tertiò id tentare inutile eſt, & quod non ſine magno negotio ponatur. *Lora.* Lora quoque in Hiſpania fit optima, quæ deuteria appellatur, hoc eſt ſecundatium vinum, Hiſpanis reuinum, Græcis δευτερίαν, & στεμφυλίτην, vinaceis non calcatis aquã ſuperfundentes, quam ima parte dolij percolatores excipiunt. Quòd ſi prima aqua per vinacea educta, ſecundam etiam effundas, inualida omnino reddetur lora, pri-

ma validios ſecunda, & vino minus efficax eſt. Galen. verò 2. lib. de Aliment. fac. loram, quam δευτερίαν Atticorum more & τεμφυλίτην ipſe appellat, calcatis & expreſſis vinaceis fieri dicit, ſuperfuſa aqua, eam nos quoque conficimus: & primam aquam appellamus delicatum, & ſecundam aquapie. Prodeſt autem vtraque nuper ex morbis reualeſcentibus, & qui volunt vino aſſueſcere: caput tamen ferit, niſi diluatur. Conficiunt quoque medicamentoſa vina, quædam cum alterantibus, quædam cum purgantibus medicamentis, vti cum abſynthio, aut ſcammonio, hydropicis non febricitantibus valde vtile. Acetum ex vini corruptio-

Acetum. ne fit: eſt enim aceti generatio, potrefactio quædam, quæ vinum occupat, tranſitque in contrariam naturam, vincente externo calore, & interna frigiditate, interna ac natiua caliditate corrupta. Cum autem externæ caliditatis vim ſeruet non omnino frigidum eſt, ſed aliqua parte calidum, à dominio tamen frigidum, & admodum tenuium partium. Nec tamen fieri poteſt, vt aliquod extremè frigidum tenuiom partium ſit, ſiquidem valde magna frigiditas ſubſtantiam incraſſat. Habet quidem vim exteouandi corpus, & humores incidendi, digerendi, & calidos dolores ſedandi, repellit, infrigidat, & coagulationem ſanguinis, atq; lactis prohibet. Aduerſatur autem venenis, ac ipſa ſuperat, vti meconium, cicutam, ixiam, & taxum: cum ſale verò hirudines reiicit deuoratas. Colluitur ad dentium dolores: miſcetur alimentis, & condimentis, redditque eorundem gratos ſapores, vbi aliàs, aut valde dulces aut valde pingues forent. Seruantur etiam

Poſca. in ipſo, aot ex ipſius & ſalis mixtione multa, nec diutius ſeruata putreſcunt. Meliores vini loco eo vtuntur aqua copioſè mixta, éſtque id quod Poſcam appellant, ad eam menſuram dilutum, vt bibi poſſit: cui ſi oleum & panem addas, cibum conficies refrigerantem, vtilem laborantibus, & iter agentibus ſub æſtu Solis: ex Poſca præterea repellentia optima fiuot, atque additis ſandalis, prope inflammationes quę in extimis membris fiunt, valde fluxiones cohibentur, chirurgi noſtri defenſiuũ appellant. Inuenerunt etiam homines ob inopiam vini duo alia vinorum genera. Alterum fit ex pomorum ſucco eo modo in doliis ſeruato, quo ſuccus vuarum. Feruet namque prædictus ſuccus, vt Galenus inquit lib. 4. de Simpli. med. facult. cap. 10.

Sidra. appellant hoc vinum Sidram Feruent quoque ſucci herbarum, ſeminum, & fructuum, calore igneo ſuccorom eleuante flatum & ipſum diſcutiente: interim verò fermentatione facta, & terrena parte ſecreta, & ad imum vaſis deſcendente. Hanc ſeparationem in vinis fieri videmus cùm conficiuntur, & in humano corpore dum humores qui putreſcunt coquuntur, & ad perfectionem deducuntor. Subſidet enim craſſa pars in vrinis poſt prædictam fermentationem, interim tamen turbidæ ac confuſæ deſcendebant vrioæ. Celtiberis hoc vinũ communis potus. Flandris verò & Germanis, vinom ex ſucco ordei, aut tritici, cum lupulis. Eum namq; ebullire in vaſis permittunt ad vini perfectionem, quod

Ceruiſia. appellant Ceruiſiam. Dioſcorides zythum appellat. Sunt hæc duo vinorum genera craſſæ ſubſtantiæ & excrementoſa: caput implent flatibus, atque inebriãt, ſicuti & quod ab Aphricanis paratur, & ab his qui inſulas fortunatas incoluot. Palmas enim magnas craſſo terebro perforantes, non longè à radice, fiſtulam æneam inſeruot, atque ſuccum copioſe manantem in doliis reponentes vinum efficiunt craſſum, & excrementoſum, & auſterum.

De Alimentis in vniuerſum.

CAPVT III.

ALimentorum vires noſſe non tantùm medicum decet, ſed philoſophum rerum naturalium principia conſiderantem: omnibus præterea qui literarum ſtudio vacant, aut rem militarem profitentur, aut in foro cauſas agont, aut rei ruſticę operam nauant, facultatum alimentorũ cognitionem vtilem valde, atque gratiſſimam fore reor. Quamobrem omnibus ſapientiæ amore captis, quę à nobis de alimentis dicenda ſunt, tradimus, ſicuti & quæcunq; in hac ſecunda huius operis parte diximos, & quæ io conſequentibos dicemus: de quibus nihil temerè dictum putet lector ſtudioſus: ſed omnia experimento, ac ratione nobis conſtare, atq; his qui nos ætate præceſſerunt, viris autoritate dignis, quorum magna ex parte placita ſeruamus. In vniuerſum tamen quicunq; alimentorum adminiſtrationem debitam procurat, primò eorundem vires agnoſcat oportet, deinde corporum quibus adminiſtrari debent, temperaturam, & habitum: nec tantùm totius corporis, ſed & ſingularũ ipſius partium. Improbè namque facit, qui calidioribus corporibus permutatione egentibus, calida obtulerit alimenta, ſicuti & qui in calidorum conſeruatione, alia offerret quàm calida. Præterea nec crimine vacat, qui corporibus quorum meatus anguſti ſunt, aut occluſi poti, alimenta præbet craſſæ aut glutinoſæ ſubſtantię. Porrò animaduerſione dignũ, alimenta ore ingeſta ſi ſolida fuerint, aliquam recipere præparationem maſticatione, deinde tamen in ventre ſuſcepta alterari, ad finem quoque formam chyli ſuſcipere, partimq; in pituitam verti. Quòd ſi venter alimenta ſuſcepta ſuperare non valeat, aut incrudari, quod eſt parit ἀπεψίαν, aut in prauã qualitatem trãſire, non in eam quam ventri familiarem diximus, neceſſe eſt. Atque id aut quantitatis, aut qoalitatis, aut ſubſtãtiæ ratione, aut totius ſubſtantiæ contrarietate, aut ob malũ ordinem. Quantitas exuperans, notũ eſt quantũ impediat naturæ actionem, quamuis aſſumptum temperatum ſit, vt caro pulli: nam & hæc immodicè ingeſta non vincitur, præter id quod interim ventrem grauat & diſtẽdit. *Cauſa à quibus imperficiuntur alimenta.* Mirum quoq; videri poſſet alimentum quandoque corrũpi in ventre quod paucũ aſſumptum eſt: nam vehemens ventris calor pauciſſimũ cibum aut diſſipat, aut in fumũ & aërem conuertit: qualitates verò alimentorum ſæpe cauſa ſunt, vt aut non ſuperentur à natura, vti frigida nimis, aut plus æquo ſuperentur, vt iuſto calidiora: ſubſtãtia verò alimentorum non parũ variat eorumdem mutationem. Nã alimenta craſſa & dura à pueris non bene mutãtur, etſi validam habeant facultatẽ coctricẽ: quæ verò tenuem habent conſiſtentiã, adeò facilè mutantur, vt validi caloris vires non ferãt. Carnes namq; bubulas nec probè elixas meſſor ſuperat, gallinas verò & phaſianos in prauã mutat qualitatem, non ſemel, ſed ſæpe. Humida qooque ac liquida in quorundã ventribus corrumpontur, in aliis diutius inoatant, & fluctuãt, ac interim vitiantor. Tota qooque ſubſtantia ſiue proprietas eſt in alimentis conſideranda: nam plura ſunt alimenta praua, ſed hominibus grata & familiaria, ac perinde vtilia. Parum enim deterior potus aut cibus delectabilior, melius in delectabilibus magis eſt appetendus, eſſe tamen cibos magis gratos non tantùm ad totius ſubſtantiæ

familiari

familiaritatem referendum, ſed ad guſtũ. Quædam tamen ſunt tota ſubſtantia aduerſa, quæ homines nec deguſtare audent, atque vti mortifera fugiunt, tum natura moti, tum etiam edocti experimento quàm noxia ſint eiſdem. Sunt enim qui periculum mortis ſubirent potiùs quàm vt caſeum deguſtarent. Mihi verò ſardenæ ſalitæ veneficæ ſunt, quæ me vel paruiſſima earum quantitate ingeſta in mortis diſcrimen deducunt, cum ſymptomatis venenatorum propriis. Malus præterea ordo aſſumptionis alimentorum ſemper eorundem coctioni, & digeſtioni obeſt: ſæpe etiam in corruptionem eadem ducit. Si quis enim alimenta quæ difficilè ſuperantur primo loco ingeſſerit, ea verò quæ facilè ſuperantur poſtremo, notum eſt poſtrema aliquando cocta eſſe, cùm nondum eiſdem pateat aditus in ima ventris parte. Aut enim pyloro aperto vtraque ſimul deſcendent, ſupremis iam coctis, & infimis nondum coctis: aut pyloro clauſo neutrum deſcendet: quo fiet vt quod iam coctum eſt, corrumpatur, quemadmodum quæcunque poſt integram coctionem retinentur. Hæc enim ſunt quæ non gubernantur a natura, lib. 2. de Differen. feb. Quo in loco retulimus cauſam corruptionis eorum quæ non digeruntur, ac diſpenſantur. Neceſſarium autem eſt omnino turbari ordinem alimentorum in menſis magnatum, in quibus hoc noſtro ſeculo quotidie ſupra duodecim alimentorum diuerſa genera, ac condimenta apponuntur: quandoque verò & ſupra triginta. Quæ omnia ſimul componunt & ingurgitant, quorum diuerſitas vel ſola innumeros & ingentes poterit afferre morbos. Quantum etiam poſſint alimentorum conditura & præparationes ad eorundem vſum, quis ignorat? Nemo enim cui non ſit ſtruthij venter, bubulas carnes aſſas edet, nec quiſpiam porcellum elixabit, aut caponem in ſartagine torrebit. Quapropter & culinariam artem noſſe debet peritus medicus, vt condituram diuerſam variis aptet alimentis, éſtque proinde peritus coquus eligendus. Medicus quidem hæc arte aſſequetur, agnoſcens alimentorum naturam, & medicamentorum, ſi quæ guſtui placendi gratia ad condituram afferantur: coquus verò cùm nouerit quæ palato ſint gratiora, quæ nec Medicus peritus ignorat. Finis tamen Medici eſt ſanitas, coqui verò guſtui placere. Alimẽtum præterea, vt parte prima docuimus, hac re à medicamento differt, quòd alimentum alimoniam & materiam præbet, medicamentum verò qualitatem, qua corpus mutat. Sunt tamen alimenta quædam quę vim habent alterandi, quoniam natura eorũ alimentitia & medicamentoſa eſt. Quamobrem quæ omnino materiam præſtant, & nullam mutationem, quæ ſenſui pateat, ea non tantum alimenta, ſed temperata dicentur: quæ verò vim habeant mutandi ſenſu cognitam, alimenta ſunt medicamentoſa, atque eatenus diſtemperata, quatenus medicamenti naturam magis referunt. Sunt etiam ex eiſdem quæ vnam naturam in partibus ſeruant, atque hæc arte potius quam natura conſtant, vt panis, aut caſeus: quæ enim natura conſtant, vt animalia, & plantæ non omnes ſuas partes ſimiles facultate habent. Nam animalis viſcera alterius naturæ ſunt à pedibus, & carne, & oſſibus. Et plantarum, alia eſt natura radicum, alia germinum, alia foliorum, alia ſeminis, alia fructus. Quædam verò cùm aliorum partes ſint, vt fructus arborum, immixtas habent diuerſas facultates, & quandoque contrarias, de quibus non erit vnica ferenda ſententia, neque vnus ſperandus effectus. Siquis enim elixationem lentis ingeſſerit, ventrem emolliet: ſi verò ſubſtantiam edat eundem adſtringet. Intra eandem etiam ſpeciem diuerſa eſt alimentorum natura: nam cicera nigra calidiora ſunt albis: & pyrorum, & cotoneorum quædam magis aliis adſtringunt, & ex prunis intra eandem ſpeciem, ſed quæ diuerſo ſolo naſcantur, quædam magis aliis laxant, & quòd eadem omnino planta ſeratur & colatur, aut deſerta & inculta relinquatur, adeò varias vires aſſequitur, vt ex amygdalis dulcibus incultis, amaræ fiant, & arbor perſica in Ægyptum tranſlata venenum amiſerit. Idem præterea alimentum ex plantis & animalibus per diuerſas ætates vires mutat, omnia namque animalia, atque omnes plantæ temporis proceſſu ſicciores redduntur, abſumpta natiua illa à primordiis contracta humiditate. Antiquiora itaque & vetuſta ſicciora ſunt & duriora, nouella verò meliora & humidiora. Differunt quoque intra ſpeciem plantæ & animalia, quòd quædam ſaniora, quædam ægrotent. Id verò licet ad ſanitatis tutelam quammaximè conducat, à medicis omnino negligitur. Hanc tamen ego puto eſſe vnam ex potiſſimis morborum cauſis, cùm enim ſanis & quibuſdam ægrotis medicus gallinarum carnes edendas præcipit, quæ ſi morbidæ fuerint, nullum bonum ſuccum præſtabunt, ſed qualis morbo gallinæ reſpondeat. Forent tamen viuæ ac mortuæ ante adminiſtrationem, quales eſſent conſiderandæ. Differunt etiam ex loco: nam plantarum quædam in terra pingui, libero ſolo, & probè aluntur; quædam in terra pullulant ſalebroſa, & gipſea, aut alterius prauæ naturę. Differunt quoque repoſitione: nã ex ſeminibus & cerealibus, quę prauè reponuntur, putredinem & vliginem contrahunt; aut vbi diutius aſſeruentur, ſicuti & carnes occiſæ quæ ſeruãdæ ſunt hyeme diutius, quàm æſtate. Iam etiam eadem omnino alimenta ex diuerſa præparatione diuerſas admodum vires nanciſcuntur. In ſumma, alimenta omnia differunt genere, ſpecie, atque intra ſpeciem, & intra indiuiduum. Genere namque quædam ſunt temperata, quædam diſtemperata in elementorum qualitatibus: ex temperatis verò, quædam ſunt craſſæ ſubſtantiæ, quædam tenuis, quædam mediocris, & quædam lentore participant, quæ damno. Diſtemperatorum verò quædam calida, quædam frigida, quędam humida, quædam ſicca, quædam craſſi, quædam tenuis, & quædam lenti ſucci ſunt: atque cuis aut boni, aut mali; genere quoque differunt, nam quædam ſumuntur ex animalibus, quædam ex plantis: ex animalibus quidem, aut ex pedeſtribus, aut aquatilibus, aut volatilibus. Ex plantis, aut arboribus, fruticibus, aut ſuffruticibus, aut herbis. Appellant tamen arbores, quę ab radice ſimplici caudice, vt trũco procedunt: frutices dicimus multiplici procedentes ab radice, vt rubus: ſuffrutices herbæ ſunt, ſed fructum ferũt, vt melonum plantæ, & fragaria: ex quibus autem edendo eſt tota planta, aut radix, aut folia, aut fructus, aut ſemẽ, aut flos: tota planta, vt raphanus. Radix, vti napus aut paſtinaca, aut bulbus. Folia, lactucæ, braſſicæ, boraginis, oxalidis. Fructus, pyri, cotonei. Semen, triticum, ordeum. Flores, boraginis, violæ, roſæ, citranguli. Differunt etiam alimenta ſpecie & viribus, vt caro bubula à vervecina, & pomum à pyro. Intra ſpeciem verò notum eſt ex pyris quædam magis aliis adſtringere, & ex prunis quædam aliis magis laxare. Vnum tamen & idem alimentum ſe ipſo redditur viribus diuerſum, vt ſanum ab ægro, vbi fuerit tale animal, aut planta, & nouellum à vetuſto, & repoſitione, ac conditura. Ex eiſdem quoque alimentis quædam bonum ſuc-

Sardenæ.

Ordinis ciborum perturbatio in menſis magnatum.

Alimentorum differentia.

cum præſtant, quædam malum, & quæ bonum, aut tenue, aut craſſum, & aut multum, aut paucum, & quæ malum præſtant alimentum, rurſus aut tenue, aut craſſum, aut multum, aut paucum.

Alimenti ſuccus	Bonus	Tenuis	Multus	Oua tremula, Succus gallinæ.
			Paucus	Ius pulli, Vinum album, Poma.
		Craſſus	Multus	Caro ſuilla, Oua elixa dura.
			Paucus	V num nigrum.
	Malus	Tenuis	Multus	Teſtes pedeſtrium coëuntium.
			Paucus	Raphanus, Eruca.
		Craſſus	Multus	Caro bubula.
			Paucus	Caſeus, Caro ſalita.

Id verò memoria dignum quod Gale. admonuit cap. de Lupinis, quòd ex alimentis quæ humidam habent naturam, facilè nutriunt, paucum præſtant & inconſtantem ſuccum, ſed qui facilè & breui diſſoluatur: quæ tamen dura ſunt, & craſſam ac terrenam habent naturā, difficilè ſuperantur: ſemel verò ſuperata valde nutriunt, & cōſtans præbent alimentum, maximè ſi præter craſſitudinem nonnihil lentoris habuerint. Docuerat id Hipp. Aphor. 18. Sect. 2. dicens: Eorū quæ vniuerſim, & velociter nutriūt, veloces quoque fiunt excretiones. Sunt præterea alimenta quædam quæ præter id quòd bonum ſuccum præſtant, is non habet manifeſtum aliquem exceſſum craſſitudinis, aut tenuitatis, vti carnes ſelectarum auiū, panis, & caro arietina intra primum & tertium ætatis annum. Nos quidem intelleximus Gal. de aliment. facult. & cibis boni & mali ſucci abundè ſcripſiſſe: quapropter partem hanc breui comprehendemus, addentes nonnulla quæ modò ad menſas deferuntur, quæ non decet medicum ignorare, atque multa alia quæ à nobis ſunt experimēto probata in ſanis & tēperatis, ſiue tēperamento proximis. Quorum collatione ſingula intelligenda ſunt, quæ de alimentorum viribus ſcribentur impræſentiarum. Illud quoq; prius admonentes ex Gal. id alimentum bonum ſuccum præſtare, ex quo bonus ſanguis generatur: bonum autem & inculpatum dici ſanguinē, qui nō eſt ſeroſus admodum, vbi poſt venæ ſectionem concretus cōſpiciatur, ſapore dulcis, modicè calidus atque humidus, neque omnino ſero carens, craſſus, concretus ad picis ſpeciem. Dicemus autem de ſeminibus primùm, deinde de herbis, oleribus, & fructibus, ad finem de carnibus & piſcibus. Semina verò in triplici ſunt differentia, quædā enim ſunt cerealia, vt triticum & ordeum, quædam legumina chedropa dicta, vt fabæ & cicera, quædā ſunt fructuum ſemina, quæ intra fructus ipſos cōtinentur, quæ etiā grana dicūtur: qualia ſunt quæ intra vuæ acinū continentur, γίγαρτα dicta, è quibus in pomis & pyris ſunt tria, aut quatuor, plurave in arauziis limis, & limonibus quamplurima. Hæc quidem ſemina non ſunt hominibus eſui. De aliis autem duobus generibus nonnulla dicemus: primùm tamen de cerealibus.

Bonus ſuccus.

De Cerealibus.

CAPVT IV.

Triticum.

IN his quidem primum locum habent triticum, & panis triticeus, quo ferè omnes nationes veſcuntur. Triticum trium eſt differentiarum: nam quoddam eſt pulcherrimum appellatum, quod autumno ſeritur; metitur ineunte æſtate: quoddam eſt trimeſtre, quod ſerimus ineunte vere, metitur autem æſtate: quoddam eſt bimeſtre, quod ſeritur menſe Maio, metitur duobus menſibus tranſactis, vtile agricolis cùm ob aquarum multitudinem ſerendi opportunitatem omiſerunt: id quidem in Hiſpania non fit. Tritici verò optimi duplex natura eſt apud nos: nam quoddam eſt appellatum trichel, quoddam candeal. Primum magis lentam habet ſubſtantiam, ſecundum magis friabilem. Præterea primum celerius per ventrem deſcendit, ac minùs alit, éſtque optimum quod grauius ſolidiúſque fuerit, ac minus friabile: in ſumma ſemen omne decet eſſe denſum, durum, graue, plenum. Cæterùm quod nos candeal dicimus, barbari candatuſium appellant, Græci chondron, Latini alicam, frumenti ſpeciem: nam ſunt aliæ alicæ arte paratæ, quæ fiunt ex zea, aut ex farre. Triticum quidem, vt Galen. capite de ordeo dixit, planè calefacit, craſſum ac lentum ſuccum generat. Ex farina tamen triticea bene molita panes fiunt, quorum quidam ſunt ſilignites, quidam ſemidalites, quidam autopyri, quidam ſordidi. Ex puriſſima & tenuiſſima farinæ parte fit ſilignitis, albiſſimus panis, qui difficillimè omnium coquitur, & per ventrem deſcendit. Semidalitis panis ſecundum locum habet: recipit quidem furfuris quàm pauciſſimum: ſed ea ratione minus in ventre detinetur, ac minus alit. Sequitur, qui à Græcis αὐτόπυρος & συγκόμιστος dicitur, quoniam ex toto ipſo tritico conficitur, aut quod ad confectionem totum triticum reportatur. Actuarius lib. de Spiritu anima. 2. malè panem συγκόμιστον appellat, cui furfuraceum tantùm demptum eſt, vt conſtat ex Galen. Hiſpanis nigrior eſt, & minus aliis alit, & celeriùs ventrem pertranſit. Poſtremo loco ſuccedit ſordidus panis, qui fit tenuiore farinæ parte ſublata, relicta ea quam Hiſpani dicunt moiuelo, quod parum farinæ & multum continet furfuris: eo modo quoque fit, qui à nobis panis medius appellatur. Panis ſemidalitis, qui frequentius in vſu eſt, moderatam habet naturam: probè alit, & nobis familiariſſimus eſt cibus, vbi moderatam quantitatem fermenti ſuſceperit, atque ſalis, & aquæ, deinde abundè ſubigatur, bis tamen. Primò ante fermentationem tota maſſa in magnum deducta globum: ſecundò ſinguli panes vehementiùs ſubigendi ſunt: deinde pannis contegendi, ne ab ambiente tangantur adhuc calido, fiétque vt interim ſinguli panes iterum fermententur, & in tumorem attollantur: ea verò eſt occaſio mittendi panem in furno, cui non inſit vehemens flamma: ſiquidem ea præſente panis extimæ partes vruntur, intimis adhuc crudis, ſicuti & tenuis ignis nunquam panes perficiet. Sunt autem qui ex conſulto panes magnos conficiunt, ponderis quatuor librarum & maioris, quos tādiu aſſant donec cortex immodicè torrefiat, & denigretur: hanc tamen deinde abiicientes, micā probè aſſam educunt. Laudabilis certè panis, mollis, guſtui gratus, ſenibus potiſſimū, qui aut dentes nō habent, aut eos caducos. Poſtea verò quàm panis à furno extractus fuerit, non

Seminum electio.

Panis ſemidalitis omniū ſaluberrimus eſt.

eſt

eſt edendus calidus: nocuus enim eſt calot igneus, & multã interim cootinet flatuoſam humiditatẽ, & tardè coquitor, & ægrè deſcendit, glutinis modo ventri hæteos, interim tamẽ dũ infrigidator, panis cooperiendus eſt, oe aëris frigiditas, cortice obdurato, vaporum exhalationem impediat. Duodecim itaq; horis tranſactis probè eduntur præterquàm panes leues, & qui ea admodũ liqoida maſſa conficiuntur, quos expedit poſt ſex horas edere, omnes verò cùm indurãtur coqouotur difficile, & ventrem retinẽt. Diurius tamen ſeruati flacceſcũt, & vermes procreãt. Selectus panis moderatus cibus eſt, & qui omoi tẽpore & omni ætati debeatur, aut ſolus, aut aliis cibis cõmanducatur: eſt namq; veloti materies omniũ cibotom: miſcetur enim carnibus, piſcibus, fructibus, & oleribus, ſolidis, & liquidis alimentis. De quo dicere fas eſt, quod Gal. de cera. Hanc enim quòd aliis medicamentis miſceatur, vti & oleũ, materiã appellauit medicamentoſam, atque oos modò panem, quòd omnibus alimẽtis miſceator, iure appellauimus materiã alimẽtoſam. Prætetea ea farina triticea varia ac multa alimẽta conficiunt coqui, ex qoibus ſunt τρίμματα Græcis dicta, hoc eſt, bellaria, & ex his quædã in ſartagine frigũtur, quæ ταγηνιτὰ vocant, quædã in furno aſſaotur. Quidã itaq; maſſam cooficiunt mollem quæ recipit triticeã fatioã, fermentum, ſalem & aquam copioſam, quã ſubigũt diutius & fermentari permittunt, dcinde oleo feruentiſſimo portiones ponderis duarum vnciarum, aut paolò minus infundunt, & bis, aut ter, eaſdem voluunt, vt ſuperior pars inferior reddita, ad perfectionem frigatur, deinde verò cum melle edootur io poſtremis menſis. Quamuis enim decetet alimenta quæ facilè deſcendunt, aliis aoteponere, verùm poſt dulcia valde; cùm ſint gratiora palato, carnes inſipidæ & ingratæ videotur, maaimè verò ſi poſt alimenta melliia aut ſaccarata ſequãtur. Quærunt autem homines huius temporis ventris delicias, potius quàm aut ſanitatem, aut vitam, eſt id lenti parum, ſed non mali ſucei, Hiſpanis buñuelos. Aliud alimenti genus fit ex farina triticea & albis ouorum miatis, pauco vino addito, ac ſale, ſed ſine fermento, quam ſubiguur, & latã efficiũt, ac deinde frigunt in ſartagioe deuoluẽtes, Hiſpanis hoiuejas, lenti ſucci, craſſi, & quæ tardè per venttem deſcendant. Deterius autem eſt, quod ea maſſa, caſeo, croco adiecto, & ſale, & albis ouorum, qoidam etiam additis vitellis couficiunt, Hiſpanis atteleios, à pane nomioe accepto Græco. Eandem maſſam quidã extendunt & tortellas efficiont, aut ſolam triticeam maſſam cum oleo & ſale extendentes tortellas efficiunt, quibus caſeum, ouis miſtum & ſubactum addita mentha ſuperextendunt, & in furuo aſſant, Hiſpanis qoeſadillas, craſſi ac praui ſucci, & tardi deſcẽſos, ac coctionis difficilis, quamuis malitiæ corrigendæ gratia cum melle oimnes prædictæ placentæ, & tragimata edantur. Fit etiam polenta ea aqua calida & ſale, addita farina triticea, & melle, aut lacte, aut ſapa, deiode cochleari deglotitur, antequam inſpiſſetur: nam & inſpiſſata polenta à glutine librariorum, ſale rantummodo differt. Facilè permeat à ventriculo, & iecur obſtruit ac grauat. Tortellæ præterea quæ in cineribus aſſantor, crudam, ac lentam habent ſubſtantiam & minus bene coquootur, craſſum itaqoe & lentum ſuccum præbent, & qui difficilem admittat coctionem. Quidam etiam has eaſdem tortellas in oleo frigũt, quæ paulò meliores alitioni reddontor. Quidam conficiunt tortellas oleo ſubigentes triticeam maſſam, & nonnolli olei loco butyrum apponunt, cũficiũtque, quas appellant ojaldres, qoæ ex oleo conficiuntur, craſſum, & prauum ſuccum præſtant. Quæ verò ea butyro magis lentum, & minùs malum: cum melle edontur vtræqoe, vt minùs in ventre morentor. Fiunt etiam bis aſſi panes quos appellant bis coctos, vt diutius ſeruentur, nauigantium cibus: cum ſaccaro tamen bis aſſas tortellas faciunt, ad poſtremas menſas, his qui os ventris humidius habẽt vtiles. Itriorum duo genera Hiſpanis in vſu ſunt, alterom appellant fideos, alterum hormigos. Quæ ambo in aqoa eliaantur, aut in lacte, & deinde cum melle aut ſaccaro eduntor. Verùm ſecundom prædictum genus cum coriandi foliis, ſale, & oleo patant. Vtrumque tamẽ craſſum præbet ſuccum, lẽtom, & qui meatus iecoris, & renum obſtruat. Triticum verò elixum ego porcis tantùm traderem ſaginandis, ſicoti & toſtum ruſticis iuuenibus: elixom namq; ventrem grauat & difficilè ſuperatur, quod ſi ſuperetur, validè nutrit. Amylum ſuccus tritici eſt, aqua videlicet prius macerato, deinde expreſſo tritico: hic Solis calore exſiccatus, amylum dicitur. Paratur ex amylo cibus gratus aot cum lacte & ſaccaro, aut aqua, aut iure carnis, proficuum ſpoẽdis humoribus, qui ſunt ad thoracem: commodè quidem nutrit, ſed lentum ſuccum præſtat, & manifeſtæ qualitatis expertem, non calefacit, ſicuti neq; panis lotus, & vt ipſe nutrit. Panis lotus apud oos oon eſt conſuetus, vtimor tamen offa panis bis aut ter in aqua frigida lota, deiode pauco ſaccaro addito, & quandoq; aceti guttis, & quandoqoe ſine his, eſtque cibus refrigerans ſqualentes, atque exuſtos ex itinere, & infantibus, ac pueris biliotis, ac febricitantibos per magnas febres, & aridas, amylum conueniet.

Panis materia alimentoſa.

Hiſpanis buñuelos.

Hiſpanis hoiuejas.

Polenta.

Amylum.

De Ordeo.

Ordeum.

De Ordeo ſecundo loco dicendum eſt, cuius temperies frigida eſt: eſ ſiccat autem, aut humectat pro præparationis ratione: nam toſtum exſiccat, & in aqua eliaum humectat. Panis ex ordeo fit electo, graui, tenſo, & denſo, & pleno. Errant eoim qui eligunt ſemina pro magnitudinis ratione: nam plura ſunt aliis maiora, & peiora: tument enim & vana magnitudioe ſuor humore plena alieno, quæ repoſita partem eam breui amittont, & parua reddontur. Præterea ordeo ac omoibus ferè ſeminibus, tritico, auenæ, tiphæ conuenit, vt electiora ſint, quæ in aqua madefacta priſtinam molem recuperent, quæ verò eam nõ recuperant deteriora eſſe. Nos quidem ægrotantibos paoes ordeaceos eahibeamus: ſani enim oon veſcuntor eis, niſi in magna annonæ caritate, aot ruſtici, & inopes, vbi itaq; per cribrum tenuem farinæ ordeaceæ tenoior pars ooletur, cum fermento & ſale panes conficimus hecticis accommodos, eum aliis eduliis humidis, & his qui iecoris calida intemperie laborant: vtimur quoque aqua ordei, & cremore ordei, & ptiſana ordeacea. Aquam ordei ſic cooficimos; Triginta partes aquæ, & vnam ordei mondi aſſumimus in olla aut vaſe æreo, aqoam verò lento igni apponimus atque ordeum tandiu elixari permittimus, donec grana valde iotumeſcant, deinde hanc aquam colare, & potui ſeruare præcipimus. Hæc potus eſt, qui ferè nihil alimeotitium habet, quem in morbis calidis ventriculi & iecoris, & febribus bilioſis, & ſangoineis cum cibis propinamus. Cremor autem ordei fit apud nos, viginti partibus aquæ affundentes, ordei mundi partem vnam, quam tandiu eliaamus, donec grana ordei non tantùm intomeſcant, ſed rompantur. Hanc quoqoe aquam ſiue ordei cremorem colantes ſeruamus, eſtque cibus ac potos

Aqua ordei.

morbis

morbis accommodatus acutioribus,& qui ad ſeptimnm cum virium robore finiuntur. Ptiſanam verò conficimus 25. partibus aquæ & vna ordei aſſumptis,ordeum prius macerantes,vti & Gale.in aqua, & aſpera quadam re ex aſparto, aut cannabi manibus accepta ordeum ipſum à cortice mundanus exteriori,deinde lento igne ebullire permittimus,donec aqua & ordeum in vnam conſpirent ſubſtantiam:quæ æqualis,mollis, & lenis ſit. Addimus interim ſalis & aceti parum, ſæpe etiam ſaccarum, guſtui placendi gratia.Hæc lãguidis in acutis morbis maximè cùm inclinant, & hecticis optimus cibus eſt, qui valde nutrit, bonum ſuccum præſtat, frigidum,ſed qui facilè à natura ſuperetur: pectori tamen vtiliſſimus cibus ptiſana eſt. Nam ipſum lenit, ſputum facile reddit, tuſſim ſedat, neque tamen inflat: quoniam probè elixa cùm fuerit, omnem amiſit flatum. Falluntur autem qui primo loco dictam aquam ordei flatuoſam eſſe putant, non enim aqua ipſa flatuoſa eſt. Foret tamen flatuoſum ordeum ipſum, ſi ſemicoctum quis ederet: modò verò non ordeum,ſed elixationem bibendam præbemus. Antiqui polentam ex ordeo molli nondum

Polenta. areſcentibus ſpicis,& parum toſto,aut etiam ex alio conficiebant: nos verò farinam ordei depuratam cribro tenui, aqua miſcemus,ſale addito,quã deinde lento igne paramus, addentes ſaccarum, cibus extenuatis vi caloris,vtilis. At dubitant nonnulli de ordei temperatura, licet enim omnes vno ore con-

Vtrum hordeum ſit frigidum? cedant frigidum eſſe, non tamen in altera contrarietate conſentiunt. Nam cùm ordeum hecticis concedant, humidum æſtimant, Gale.tamen libr.7. de Simpl. medi. facul. in primo ordine infrigidantium & exſiccantium,ipſum ſtatuit: ſiccam quoque dixit ordeaceam farinam lib. 3. Metho. medend. Itaque dicemus ordeum atque eius farinam à natura infrigidare quouis modo præparetur, exſiccare quoque à natura ſua, primo ordine, atque eo amplius ex præparatione. Humectare tamen cùm in ptiſanam tranſit ob præparationem, ob quam diximus in eandem ſubſtantiam componi aquam & ordeum. Ineſt quoque præter reliqua ordeo vis de-

Tipha. tergendi, maximè cortici ipſius. Tipha ex cerealibus eſt, quam Hiſpani centeno nominant, granum tritico minus ac paulò nigrius, quod in triticum tranſit,ſi in pingui terra ſæpe ſeratur, quemadmodum & triticum in leuiore & minus culta terra ſatum degenerat in tipham. Fert calamum ſimplicem,ſed tritico longiorem,& ſpicam cum pauca & breui ariſta. Ex ea conficiuntur panes non boni odoris & nigri, ruſticis frequens cibus, qui etiam tipham hac noſtra tempeſtate tritico miſcent, aut ferentes aut poſtea ſimul molentes, vt panes conficiant viliores quàm ex ſincero tritico, etſi ſemper ruſtici parum tiphæ cum tritico ſerant: quoniam tipha longiorem mittit calamum & minus friabilem, ac perinde ad ligãdos tritici,aut ordei faſces cõmo-

Auena. dior eſt, manifeſtè calefacit. Auena verò quã Bromon dicunt,& cuius quædam ſpecies appellatur ægilops Græcis,calefacit non parum & exſiccat: ventrem tamen nec adſtringit, nec emollit, parum tamen nutrit. In auenam degenerat ordeum, vbi ſæpius in terra improbè culta,aut minimè feraci ſeratur. Iumentorum alimenta ſunt ordeum, & auena: verùm in magna inopia tritici,tiphæ, & ordei, ho-

Milium. mines panes conficiunt ex auena. Ex millio & panico panes quidam conficiunt, aut pauperes, aut in omnia annonæ caritate: barbari etiam his panibus veſcũtur, Africani,& Valentinorum villici,& Luſitani. Aridi ſunt vtrique & friabiles,& guſtui ingrati, ſed minus ex milij farina confecti. Quapropter aut panes,aut farinam milij aut panici cum lacte & melle edere meritò inſtituunt.

De Leguminibus.

CAPVT V.

Rizum ſiue oryza. EX cerealibus ea homines legumina appellãt,vt inquit Galenus,ex quibus panes non conficiuntur, vti oryza, lens, faba,cicer, cicercula, atque alia nonnulla, de quibus pauca quædam dicemus. Oryza, quæ ryzum etiam dicitur, craſſum præbet alimentum, terrenam habet ſubſtantiam, & ventris ſiſtendi gratia adhibetur. Difficilè coquitur, & toſtum difficiliùs: verùm ſic ventrem validè cohibet. Apud nos paratur bifariam, elixatur enim cum pinguibus carnibus, aut in earundem iure, ac redditur cibus minus adſtringens, & minus terrenæ ſubſtantiæ. Elixatur quoque cum lacte ouillo, aut caprillo, & deinde editur cum melle, aut ſaccaro & cinnamomo, eſtque cibus quibuſdam valde gratus, qui difficilè coquitur, atque deſcendit,minus quàm toſtum adſtringens ventrem, ſed magis quàm vbi cum pingui iure elixatur. Exhibetur in cibis frequenter in

Cibus albus. poſtremis menſis. Ex farina eius & pectoribus gallinarum elixis atque diſcerptis, cum lacte & ſaccaro igne lento coctis & validè ſubactis interim ligneo inſtrumento,cibum album appellatum conficiunt Hiſpani,guſtui gratiſſimum, cui primas conceſſit ars culinaria. Plurimum præſtat alimentum, ſed craſſum, quapropter & conſtans eſt, ſed tardè deſcendit, & validioribus viribus eget ad coctionem,& diſtributionem. Lactis quoque ratione ali-

Lens. quatenus grauat caput. Lentes corticem habent,& carnem, ſiue intimam ſubſtantiam. In cortice diuerſæ facultates conſiderantur: altera enim in ſumma,vt dixerim,conſiſtit ſuperficie, altera in corpore corticis,& eiuſdem ſubſtantia: in ſuprema ſuperficie dicemus adeſſe vim irritandi & turbandi ventrem. Quod docet aqua in qua lentes fuerint elixæ, ſiue prima lentium elixatio, quam his qui inflãmationibus laborant,adhibemus,& his quæ fiunt cum dolore fluxionibus,& non ad ventrẽ. Quòd ſiquis prima elixatione abiecta ſecundò lentem elixet, hæc ſecunda, vt quæ vires corticis internas partim etiam ſubſtantiæ lentium receperit, adſtringet non parum, vehementiùs verò ipſa lens in cibo ſumpta ſimul cum cortice. Adſtringit enim cortex & lente ipſa adhuc magis,nam lens parum adſtringit,detracto cortice. Generat autem craſſum, terrenum, & melancholicum ſuccum: quapropter & melancholicis morbis aduerſa eſt,vti quartanis,cancris,& varicibus. Abiecta itaque prima aqua, deinde in iure carnium elixatur,adiectis ſale & pauco aceto,ac ſemine coriandri,aut ſucco aranzij loco aceti. Quod ferculum ventrẽ cohibet,ſicuti & menſium immodicas euacuationes. Præfatus quoq; cibus ſine aceto,lienteriis & dyſenteriis medetur. Si verò qui detracto cortice lentibus tantùm vt ſupra paratis vtatur,magis altis nutrient,& minus adſtringent. Fabæ

Faba. flatuoſæ admodum ſunt elixæ, etiam ſi diutius elixentur,toſtæ minus id efficiunt: ſed craſſiorem ſuccum præſtant & difficiliùs coquuntur. Magis omnibus flatuoſæ ſunt virides, ſiue immaturæ, vti in Hiſpania frequentiſſimæ ſunt in vſu medio vere: ſed tamen & virides cum carnibus bouinis elixantur à nobis,& à quibuſdã caſeo addito eduntur,ſine

ipſo

Digitized by Google

ſine ipſo tamen non admodum flatulentas eas expetimur, vbi virides elixentur. Eſt antem omnibus fructibus commune, vt aote maturitatem humidiorem ſuccum præſtent, & excrementoſiorem, non tantùm in ventre, ſed io corpore toto. Præſtant autem, vti & quouis alio modo elixatæ, aut crudæ, paucum ſuccum, ſed inconſtantem, talem etiam præſtant vbi fractæ io paruas portiunculas elixentur in carnis iure, aut in aqua, oleo & ſale, aut vbi integræ prædicto modo parentur, addito pettoſelino, aut vbi ex earum farina pultem confeceris. Habeot tamen detergendi vim, qua inteſtina detergunt, & ex farina earum & melle, medicamentum conſtitnitut ad faciei maculas. *Piſa.* Piſa quamuis fabis ſubſtantia ſimilia ſint, nou habent detergendi facultatem, vt ipſæ, neque parem habent vim flatum generandi. At verò ſi piſa recentia cum valuulis edantur, magis aliis flatum generabunt, ac ructum mouebuot. *Cicera.* Cicera ſimiliter fabis flatulenta ſunt, craſſum generant ſuccum, & pluſquam fabæ detergunt: nam renes muodant ab excrementis ex quibus arenulæ & lapides generantur. Id verò potiſſimum faciunt cicera nigra, ita vt lapides ipſos iam genitos cóminuere valeant, ad quod eorum elixatiooem præbemus, præterea ſeminis augendi vim habent. Eduntur cicera immatura, ac ſunt aliis magis flatulenta, & excremeoroſiora: toſta verò craſſum admodum ſuccum præſtát, & fœtidum ructum pariunt. Cum carnibus verò arietinis, & gallinarum, cicera elixamus, vt iura fiant gratiora & vim aliquam detergendi conſequantut. Elixantur etiam cicera cum ſpinachiis, additis melle, oleo, ſale & pipere, cibus quibuſdam gratus, cæterùm diſparis admodum oaturæ, nam cicera tardius quàm ſpinachia coqountur. Diſpar quoque ſuccus eſt, quem ambo præſtant: mious autem diſpar cibus eſt, qui ex ciceribus & caſtancis cóparatur cum melle, pipere, ſale, & oleo, craſſi tamen ſucci, flatuleoti & excrementoſi. *Cicercula.* Cicercula verò craſſam atqne terrenam habet natoram, & flatum generat, quibus in rebus ciceri perſimilis eſt: verùm deeſt ei vis detergendi, renes mundandi, & lapidem comminuendi: ſiquis enim eius naturam experiri voluerit, hæc inueoiet. Lupinus dinerſam habet naturam, nam calore participat, quod docer amaritudo: hanc verò elixus & maceratus deponit, terrenúmque & craſſum præſtat alimentum, tardè ſuperatur atque deſcendit per ventrem, neque ventrem adſtringens, neque eundem laxans, veſcitur à pauciſſimis, ſed cum oleo, aceto & ſale. Fœnogræco in hac noſtra regione nemo (quod ſciam) veſcitur, ſimile lupinis præſtat alimentum, ſed eios vſus in medicina frequens eſt, oam ex fœnogræcì mucilagine & melle ad mellis conſiſtentiam deductis, elegma fit educendis à pulmone & thorace accommodatum, & ex vino in quo fœnogræcum elixatur, cum melle, oleo anethino & ſale, clyſteria conficiuntur, quæ piruitam ventris detergunt, & inteſtinorum, tenum, & meatuum *Phaſeoli.* vrinæ dolores mitigant. Phaſeoli propè accedont ad lupinorum naturam, & magis aluot quàm fœnogræcum. Eruo quoqne homines non veſcuntur, quoniam inſuaue, craſſum, & prauum eſt alimen- *Seſamum.* tum, boum autem ſaginandorum eſt cibus. Seſamum calidæ oaturæ eſt ordine primo, humidæ verò io ſecundo, pinguis ſubſtantiæ, quapropter repoſitum citò oleoſum fit, ſtomachum ſubuertere valens. Craſſum præſtat ſuccum, & qui non facilè coquatur. Vt verò hoc promptiùs perficiatur, melle ſeſamum parant, in placentis eas appellabis ſeſamidas, quas ex crudo melle coofici dixit Galen. Noſtra tamen tempeſtate placentæ prædictæ deducto melle elixatione ad ſolidam & duram conſiſtentiam conficiuntur, & quæ in plateis venales hyberno tempore habentur. Lactantes mulieres cis veſcuotur, quibus ooo parum proficiunt ad lactis augmentom. Semine lini noſtra tempeſtate homines in medicamentis tantùm vtuntur, non in cibis, craſſæ autem ſubſtantiæ cibus eſt, & coctu difficilis. Semine tamen cannabis veſcuntur nonnulli io *Cannabis.* tragematis, placentarum modo ex melle confectis, ad ſpiſſitudinem ducto: quidam etiam toſtum edunt ſemen cannabis adiecto ſale, quidam lac ab ipſo expreſſione ducunt, quod cum ſaccaro ebullire facientes, cibum potabilem amygdalato ſimilem parant. Cæterùm vtcuoque plurimum calefacit, flatuoſum eſt, & caput implet, ac grauat.

De Fructibus.

CAPVT VI.

ANtequam vites fructuum ſingulorum perſequamur, in vniuerſum de fructibus quædam admonere placet. Omnes namque fructus parum ſucci corpori præſtant, qui bonus non eſt, & citò corruptionem recipit, omnibuſque fructibus commuois ratio eſt, ſuccum inconſtantem præſtare, qui breui diſcutiatur. Præterea ex fructibus omnibus excrementa copioſa ſeparantur, quæ aut abundè per veotrem deſcendunt, aut per vrinam ſegregantur, ad membra delata, in ſordem & flatum mutata diſcutiuntur. Id qooque nemo ignorat, alimentum, quod fructibus accommodant, bonum non eſſe: nam præter id quòd ex ipſo caro non accreſcit firma, conſtans, & temperata, antequam in caroem & corporis ſubſtantiam mutetut, frequentiſſimè corruptionem patitur: qood in fructibus qui æſtino tempore eduntur, & in fugacibus maximè experimur. Hi eoim citiſſimè putreſcunt, & quandoque febres efficiunt, quandoque quarundam partium morbos, & quandoque in malam corruptionem, & veneficam tranſeunt naturam. Ab omnibus igitur fructibus abſtinere conſilium eſt perquàm vtile, à fugacibus tameo præceptum magnoperè ſeruandum. Licet tamen quandoque atque raro eiſdem vti, eis qui æſtatis tempore refrigerari expoſcunt, & ſitim arcere contendunt: quales ſunt qui aut iter egerunt, aut vehementiùs exercitati ſunt. Illi enim qui exercentur, excrementum omne citò & abuodè diſcutient, atque eadem cauſa corruptio ſuccorum minùs timenda erit. Qoi verò literis incumbunt, & in quiete, & otio degunt, non ſine magna noxa fructibus vtentor, & eo magis ſi ventrem habuerint languidiotem: id quod omnibus literis operam nauantibus commune eſt. Peculiare verò bis qui ante completam ventris coctionem operi animum applicant, vt cruditates aceruent in ventre, vbi retineantur: ipſis tamen craſſis ſuccis delatis ad renes, obſtructiones patiantur, & arenarum, ac lapidum generationem: quòd ſi in corporis ambitum digerantur, vaſorum obſtructiones; & deinde putridas febres. Quapropter admonendum duximus, vt prædicti quam maximè à fructibus abſtineant æſtiuis, autumnalibus, & à fugacibus maximè, qui ob facilem corruptiooem aſſeruari non poſſunt. Quod ſi magna vrgente ſiti, aut tempeſtatis calore, quis eiſdem vti debet, vt prima menſa ſumantur oportet, oiſi fuerint ex his qui ventrem adſtriogendo comprimunt. Poſtea

verò quàm quieſcentes, aut ſenſim deambulantes coctionem ventris perfecerint, commoda vtantur exercitatione, quæ excrementa diſcutiat. Qui enim ante completam coctionem literarum ſtudiis, aut grauioribus negotiis literas legens, aut ſcribens, aut dictans, aut chartis ludens animum accommodauerit: præter id quòd ventris coctionem imperficiet, ipſam tardius compleri coget. Ego quidem, cùm per horam, aut duas irrepetibili negotio aliquando adſtrictus fuerim poſt prandium, idem omnino tempus retardaſſe coctioné expertus ſum, quoties accidit me talibus negotiis impendiſſe tempus. Qui itaque vndecima hora ante meridiem pranſus fuerit, tertia pomeridiana in negotiis verſari, aut legere epiſtolas, aut eaſdem ſcribere ſine noxa poteſt. Vehementibus autem cogitationibus implicari, aut altioribus literarum ſtudiis immergere animum, ante quintam non licet, niſi quis quarta quoque hora pomeridiana (non enim eſt omnibus vna hora definita) eadem aggredi audeat, cuius venter calidior ſit.

Literis incumbere quota hora à cibo licet.

De Fructibus fugacibus herbarum.

QVemadmodum Gal. ita & nos in hoc loco de fructibus herbarum ſiue ſuffruticum primùm agemus, qui etiam fructus fugaces, quod reponi non poſſint, dicti ſunt: è quorum numero eſt Melo: à Latinis & Hiſpanis ſic appellatus, pepone multo maior. Verùm is qui melon à nobis dicitur, à Galeno pepon appellatur: qui verò à nobis pepon, ab ipſo melopepon. Quod probatur ex Galen. verbis: cùm enim explicat peponis nomen, quare, inquam, ſic fuerint appellati, inquit: Nam vox hæc πέπων velut τὸ πέπανον, hoc eſt maturum ſignificat. Id tamen noſtris melonibus conuenit, qui edi nullatenus poſſunt, niſi maturi: peponibus autem noſtris non conuenit nominis ratio, qui ſemper ante maturitatem eduntur, & maturi minus grati ſunt. Rurſus cap. de Melopeponibus loquit: Huc accedit, quòd in peponibus homines à carne intima in qua ſemen habetur, abſtinent, in melopeponibus autem mandunt: conſtat autem nos non abſtinere à carne quæ continet ſemen eorum qui à nobis pepones appellantur, abſtinemus tamen ab ea quæ continet ſemen melonum: melones igitur noſtri pepones Galen. ſunt, & pepones noſtri, illi qui à Galen. dicuntur melopepones: præter id quòd melopepones dicit non adeo facilè corrumpi in ventre, vt pepones: conſtat autem noſtros pepones eſſe qui non adeò facilè corrumpuntur, vt melones. Melones quoque noſtros corruptos cholerá morbum afferre. Verùm nos cum Plinio rotundos melones, aut melopepones dicemus, oblongos verò pepones, vti apud Hiſpanos. De melonibus itaque noſtris, qui peponibus ſunt maiores, dicemus, poſt maturitatem quoſdam eſſe gratiſſimos guſtui, odorem quendam aromatis referentes, quem dicunt cordialem odorem, quorum optimi Cæſarauguſtæ prodeunt, quidam virides, quidam albi, quidam pallidi. Pallidiores autem ante maturitatem ineunte autumno colliguntur, & ſuſpenſi ſeruantur hyeme ferè tota, & quidam vltra ſex menſes: appellant eos melones Romanos, apud alios ſarraceni dicuntur. Ante reliquos cibos edi debent, ne ventrem ſubuertant, quamuis apud quoſdam contraria ſit conſuetudo, abſque manifeſta noxa: id verò non laudo. Nam melones ſuccum malum præſtant, & facilè ſubducuntur: quæ verò talia ſunt alimenta, primo loco ingeri debent, docente id experimento, accedente ratione, quam pòſt adducemus. Vomitum itaque melones prouocant, quoniam aquoſam, ſeroſam & humidam habent ſubſtantiam. Quòd ſi in ventre corrumpantur, choleram morbum efficient. Refrigerant, ſi frigidi edantur, ſitim ſedant, vrinam mouent, deterſione quoque qua vigent, renes mundant à pituita & arenulis, cui negotio ſemen adhuc eſt accommodatius. In febribus declinante iam morbo, iis qui malè appetunt, ad excitandum appetitum, parum edendum concedimus.

Melo.

Pepones infrigidandi vim habent, melonibus maiorem, minúſque boni ſucci ſunt, ac minus ventrem ſubducunt, aut vrinam cient. Editur totus pepo ſolo externo cortice ſublato, nam & ſemen & tota caro eſui eſt, nondum maturitatem integram aſſecutis. Editur quandoque cum ſale, aliquando verò in acetariis, additis petroſelino, quod appellamus pereſil, mentha, ſale, aceto, & oleo, ingeritur ante reliqua, & refrigerat, pituitam detergit, & renes mundat. Elixos cum iure carniumillioſis & ſimilibus febribus laborantibus exhibemus, quos probè infrigidant.

Pepones.

Cucumeres præterea magis melonibus infrigidant, difficiliùs coquuntur, craſſiorem ſuccum generant, minus tamen detergunt, atque vrinam mouent. Cum ſale quidem, oleo, & aceto parati peponum modo dicto, minus mali ſunt, mentha addita, ſtomachis tantùm calidioribus concedendi, in reliquis namque increduntur, quod docent ructus nunc acidi, nunc autem fœtidi.

Cucumer.

Melongia, ſiue Melongena herbæ fructus rotundus, colore viridi parte inferiore, ſuperiore verò iridis. Fructus pediculo hæret, & veluti calice quodam continetur, ad roſæ ſpeciem diuiſo: in hac regione frequens eſt æſtatis tempore. Editur multis modis parata melongena à Toletanis maximè, à quibus verengena appellatur. Craſſum ſuccum & melancholicum præſtat, & difficilè coquitur, eadem oſtendit eius acerbus ſapor. Paratur elixa cum carnibus pinguibus, deinde editur cum iure earundem, caſeo addito. Melongenæ antequàm elixentur, ſaliuntur, & vehementer exprimuntur. Seruantur in aceto, atque tota hyeme cibos multorum modorum ex ipſis conficiunt, à quibuſdam ſeruantur melle conditæ, nonnunquam etiam condiuntur ſapa.

Melongia

Cucurbita ex fugacibus fructibus eſt, licet enim repoſita ſeruari poſſit, omnem tamen alendi vim amittit. Cruda à nemine eſitatur: quoniam aquoſam, frigidam, & valde tenuem præſtat alimoniam, omnique ſapore priuatam, habétque id commune aliis omnibus apoiis; ſiue ſaporis expertibus, vt facilè in cuiuſuis adiuncti naturam tranſeat, ſiue in ventre ipſi miſceatur, ſiue extra, antequam ingeratur. Nam ſi ſolam quis edat, atque in ventre ipſius præfuerit pituita, in pituitam tranſibit, ſi bilis, in bilem: ſemper tamen in tenuem humorem, quamuis qui præfuit in ventre craſſus foret: extra quoque ſi cum ſinapi miſceatur, deinde ingeſta in acrem tranſibit ſuccum. Paratur itaque elixa in carnis iure ad alendos febricitantes, refrigerat enim & parum alit, tenuem quoque ſuccum præſtat. Quidam parant ipſam in ſartagine oleo frigentes, vbi plurimum aquoſæ ſubſtantiæ deponit: quidam etiam in lacte cucurbitam elixant, additis ſale, & ſaccaro, cibus me iudice guſtui gratus, infrigidans & probè nutriens, hecticis, & à morbis bilioſis reualeſcentibus vtilis valde.

Cucurbita.

Fraga fructus & moris paruis ſimilis, rubens, guſtu & odore valde gratus, inter fugaces fructus recenſetur, cito namque corrumpitur. Fraga refrigerata ſitim ſedat, parum nutrit, & facilè per ventrem deſcendit. Cum lacte à quibuſdam editur, verùm caput tentat & facilè

Fraga.

corrum

Digitized by Google

corrumpitur, vbi verò non corrumpatur, abundè nutriet.

De Fructibus arborum & fruticum.

DE autumnalibus fructibus deinde agendum uobis eſt, è quorum numero primum locum habere ficus & vuas Galen. placet, quamuis hi & reliqui fructus autumnales prauum ſuccum generent. Erunt autem & ipſis meliores, qui minus alunt, & qui alimentum præbent tenuius, & ſuccum qui facilè tranſpiret, & citius per ventrem deſcendat.

Ficus.

Ficus quidem carnoſa pars facilè conficitur, ad deſcenſum autem facilem, ſeminis acrimonia irritans inteſtina non parum agit, quamuis ſemen ipſum inconfectum pertranſeat: Subſtantia verò, quæ veluti caro ficus eſt, iecur tardè permeat, & deinde improbum & excrementoſum generat ſanguinem. Verum leue eſt alimentum quod ab ipſis præſtatur, & quod facilè à calore diſſoluitur, ſicuti & caro quæ ex ipſis generatur. Rurſus flatum in ventre generant, eſtque is ventri moleſtus & dolorificus, vt Galen. inquit, niſi citò per ventrem deſcenderent. Caricæ quoque educendis à pectore proficuæ ſunt, in quem vſum aſſæ ſumuntur poſt cœnam, pauca aqua calida ſuperbibita, prodéſtque is cibus diſtillationibus in fauces & thoracem maturandis. Flatuoſæ quoque ſunt, & excrementum, ad tertiam vſque coctionem, quæ in venis perficitur, aſſeruant, ex quo pediculi generantur: interim verò iecur obſtruunt ac lienem, ad quod vitandum cum origano eduntur, & renes emundant deterſionis vi. Habent quoque id proprium, ſi per ventrem & renes citò deſcendant, bonum præſtare ſuccum: malum verò ſi in eiſdem retardentur.

Vua.

Vuæ autem quædam ſunt recentes, quædam penſiles, quædam paſſæ. Recentes flatuoſæ ſunt, pauci alimenti, eiuſque tenuis, & quod facilè expiret. Caro quoque ex ipſis genita leuis eſt, & vt dixerim fungoſa, exemplo ſunt vinearum cuſtodes, qui ſolis vuis, & ficubus aluntur, potiſſimum ſi panem non addiderint: hi enim breui implentur, ac ſaginantur, atque rurſus breui extenuantur. Quòd ſi vuæ prædictæ in ventre remorentur, improbè coquentur, & in venis prauum ſuccum generabunt. Capitis dolores afferunt, ventrem diſtendunt: Quapropter reſpirationem impediunt, & ſuſpiria adhuc magis.

Amore correpti vuas non amant.

Ea de cauſa qui amore conflictantur vuas edere nolunt, quoniam cordis compreſſionem patiuntur, ex vuarum eſu diſtento ore ventriculi, compreſſo tamen corde, nec probè ventilantur, nec ſuſpirare vacat, ob loci anguſtiam. Eſt autem vuarum ſubſtantia varia admodum: nam ſemen durum & terrenum eſt, quod difficilè coquitur, vel omnino immutatum ventrem percurrit: attritum verò dentibus, adſtringet ipſum: membrana ferè nunquam ſuperatur à ventris calore. Ea tamen pars, quæ veluti vuæ caro eſt, ſola nutrit, ſi minus ſucci habuerit: nam vuæ quæ ſuccoſiores ſunt, minus alunt. Vuæ tamen penſiles longè alias ſuperant, nam hyberno tempore eduntur, quo calor validior eſt quàm æſtate, & membrana minus dura redditur, ab interna carne humefacta: neque interim Solis vi areſcens: & pars quæ carni reſpondet, ſubſtantiam amittit, quæ flatus generationi materiam præbet, nec perinde vnæ penſiles, vt recentes, capitis dolorem, aut inflationem ventris pariunt. Sunt autem vuarum multa genera: nam quædam ſunt muſcatelinæ, dulces, calidiores, ac magis flatuoſæ, præter id quòd habent membranam & ſemen ſiccius ac durius, & ſuccum generant craſſiorem, quàm albæ probæ naturæ, quæ albulæ Hiſpanis dicuntur: hæ namque ſuccum præſtant paucum, tenuem, aquoſum, & qui minimè obſtruat. Sunt autem vuæ quædam albæ magnæ, & quæ membranam habent valde craſſam, quæ non niſi appenſæ edi debent, quoniam valde flatuoſæ ſunt, quarum quædam ab Hiſpanis appellantur laenes, quædam torronteſes. Ad harum naturam accedunt oblongæ teſtibus catorum ſimiles, & quæ vnum tantùm ſeminis granum habent, quod gigartum appellant, ſed ſunt paulò meliores. Ex nigris verò quædam ſunt Aragonenſes, quæ ſucci ſunt valde craſſi, vinum namque earum indelebilem maculam pannis impingit, grauiúſque eſt reliquis vinorum generibus. Quæ verò Caſtellanæ appellantur, recentes omnes bonitate ſuperant, habent enim tenuem membranam, & ſimilem internam ſubſtantiam, parum in ventre immorantur, & minus aliis flatum pariunt. Temperatura vuarum diuerſa admodum eſt, nam antequàm ad maturationem perducantur, omnes frigidæ ſunt, poſt maturitatem verò non omnes calidæ: ſed quæ magis dulces, & quæ minus continent aquoſi humoris. Quapropter & penſiles, nullo participes acore, calidæ etiam ſunt: ante maturitatem verò prius acerbæ ſunt: deinde ex acerbis acidæ, deinde acidæ ſubdulces, & deinde quædam ſemper tales permanent, quædam omnino dulces redduntur. Acerbæ quidem frigidæ ſunt craſſarum partium, & quæ diutius refrigerant, & adſtringunt, ac minimè ventrem pertranſeunt. Acidæ acerbæ partium aliquam habent tenuitatem, magíſque aliis infrigidant. Nam etſi vi caloris acerba in acida tranſeant, ad infrigidationem magis agit partium tenuitas, quàm impediat caloris acceſſio. Iam verò calor Solis acida, maturatione dulcia reddit, ac minus frigida, quæ magis dulcia, quæ vuæ docent.

Vua paſſa.

Vuas paſſas duobus modis perficiunt, aut vi Solis, quod faciunt ipſis in palmite relictis retorto pediculo raceni, donec marceſcant racemus & vuæ. Aliter etiam in lixiuium ipſas ſæpe fundentes, deinde exponentes Soli æſtuanti, priores ſalubriores ſunt. Sunt tamen ex eis quædam auſteritatis, quædam acerbitatis participes, quædam dulcedine manifeſta vigentes: quæ auſteritate & acerbitate excedunt, frigidiores ſunt, ventrem roborant & adſtringunt: quæ tamen dulcedine excedunt, calidiores ſunt, ventrémque medio modo roborant, & adſtringunt: vt Galenus inquit, quamuis hunc locum improbè tranſtulerint omnes quos legerim interpretes, qui ſic habet: Ad hoc auſteræ ſtomachum roborant, & ventrem conſtipant, & his multò magis acerbæ: mediam autem quodam modo inter ipſas conſtitutionem dulces obtinent, vt quæ nec ſtomachum diſſoluant, nec aluum ſubducant. Quæ litera falsò indicat voluiſſe Gal. paſſas dulces obtinere medium inter vuas paſſas auſteras, & acerbas, quoniam dixit obtinere inter ipſas, ac referre videtur quas dixerat, nempe auſteras & acerbas, quod eſt falſum. Inquit enim Gal. Καὶ τὸν μὲν στόμαχον ῥωννύουσι, καὶ τὴν γαστέρα στύφουσιν αἱ αὐστηραί, καὶ ἔτι μᾶλλον αὐτῶν αἱ στρυφναί: μέσην δὲ πως κατάστασιν ἐν αὐταῖς αἱ γλυκεῖαι ποιοῦσιν, μήτ' ἐκλύουσαι σαφῶς τὸν στόμαχον, μήθ' ὑπάγουσαι τὴν γαστέρα. Quod eſt: Et ſtomachum quidem firmant, & ventrem adſtringunt auſteræ, atque his magis acerbæ: mediam tamen quodammodo conſiſtentiam in his efficiunt dulces, neque manifeſtè exoluentes ſtomachum, neque ventrem ſubducentes. Facere tamen dixit mediam conſiſtentiam dulces paſſas, non obtinere: refert autem pronomen

pronomen *δυοῖν*, id eſt, his, non paſſas auſteras & acerbas, ſed *εὐτονίαν*, & *στύψιν*, id eſt, firmitudinem, & adſtrictionem, quæ dno medio quodam modo paſſæ efficiũt, nec ſtomachum exolnentes, nec ventrem laxantes. Non enim faciunt medium auſterarum & acerbarum paſſarum, neque adbuc medium faciunt inter firmitudinem & adſtrictionem, ſed in his duobns: nam medio modo vtrumque efficiunt, non igitur inter hæc, ſed in his, neque obtinent, ſed faciunt legendum. Præterea vuæ paſſæ ſine ſemine, aqua aut vino madefactæ conualeſcentibus in primis menſis offeruntur, ac proficiunt ventricnlo, iecori, & inteſtinis attemperandis, & pituitoſis humoribus paucis concoquendis, & detergendis maximè quæ fuerint pinguiores & dulces. Paſſas præterea pingues ſi vuis contuleris, paſſas validius alere inuenies, quales ſunt Valentinæ, & Valderieotæ, & quæ ab Almunnecar portantur: quædam enim vnum tantùm habent granum.

Mora. Mora vbi matura edantur, parum nutrient, & facilè per ventrem deſcendent: ſed vbi occaſione aliqua retineantur, facilè corrumpuntur, & in prauam naturam tranſeunt. Refrigerant autem ventrem calentem, ſi frigida ſumantur, præter id quòd acore quodam participant, edenda tamen ſunt aqua abluta & refrigerata. Si verò quis ea ante maturitatem ingeſſerit, omnino corrumpi neceſſum eſt: nam adſtringunt ventrem immatura, ac perinde tandiu in ventre remorantur donec corrumpantur: matura verò ventrem leuiter molliunt.

Ceraſa. Ceraſa quidem, quædam acida, quædam dulcia ſunt, ſed diſparis admodum facultatis. Nam acida vim babent refrigerandi non obſcuram, cùm nondum maturitate dulceſcunt, ea aqua frigida abluimus ante eſum, & facilè ſuperantur, ac per ventrem deſcendunt, ſitim ſedant, & ventrem ac iecur calidum attemperant. Condinntur porrò cum ſaccato & aſſeruantur, quandoque in liquida, à nonnullis etiam in ſolida & dura forma, ſelectiſſimum alimentum medicamentoſum, ad calidas ventriculi & iecoris intemperies. Ego quidem hæc moris non conferrem, cùm manifeſto intelligam, longo interuallo acida ceraſa ſuperare mora, experimento atteſtante, ceraſa acida febricitantibus dum conualeſcunt oblata, nihil mali afferre, & aliis nominibus prodeſſe, cum & appetitum quoque excitent: mora tamen nunquam ſine noxa offerri eiſdem. Ceraſa item acida quum ad integram maturitatem perducuntur, ex rubeis nigra fiunt, & ex acidis dulcia, quæ ſanis oblata, & his quorum venter potius ad frigidam temperaturam inclinat, commoda ſunt, appetitum commouentia: neque tamen in ventre tardantur aut corrumpuntur: neque nota eſt eorum ſucci malitia. Quinimo nos ceraſa acida, maximè quæ ab Hiſpanis Garrofales appellantur, multo ſucco ac carne plena, omnibus fructibus autumnalibus, ipſis quoque vuis ac ficubus anteponimus.

Cer. ficubus & vuis anteponuntur. Dulcia tamen antequàm matureſcant, auſtera ſunt, & poſt maturitatem nonnihil auſteritatis ſeruant. Hæc ſunt quæ moris rubi ſimilia dixit Galen. ac perinde poſtrema menſa edenda, terrenam præſtant ſubſtantiam, craſſam, & quæ tardè coquatur, & difficilè per ventrem deſcendat: flatuoſa quoque ſunt, & ructus ſtatim excitantia.

Mora rubi. Mora rubi quamuis ſuccum præſtent, qui non adeò facilè vt aliorum corrumpatur, quoniam ventrem vehementius adſtringunt, ſæpe fit vt retenta corrumpantur, & minus grata ſint guſtui, & vtcunque deteriora. Aqua frigida irrigata eduntur à ruſticis, fœminis & pueris incontinentibus: quatuor autem, aut ſex edere nihil ſanis nocet, neque his plura, ſi cum pane edantur. Deterior adhuc eſt fructus cani rubi, & qui à ſolis ruſticis edatur, vehementiùs namque quàm mora rubi adſtringit, & terrenum admodum, ac paucum ſuccum præbet.

Iuniperi fructus. Fructus iuniperi calidum præſtat ſuccum, ſed paucum, & mordentem habet ſaporem cum dulcedine, flatum generat, ac perinde capitis grauitatem ac dolorem. Extennat, detergitque craſſos ac lentos humores, & vrinæ ciendæ nonnihil prodeſt. Galen. nec cohibere, nec proritare ventrem teſtatur. At verò ruſtici & venatores, quoties ventris grauitatem patiuntur, ſex aut ſeptem iuniperi baccas integras deglutiunt, ac ventris onus abunde deponunt, vbi eas ieiuno ventre ingeſſerint.

Myrti fructus. Myrti fructus adſtringendi vim ac refrigerandi babet, magis autem adſtringit, quàm refrigeret: quoniam acrem quandam facultatem mixtam habet. Verùm de alimentis, quæ adeò parum in vſu hominum ſunt, & paucillimum præſtant ſuccum, pauca dicere ſufficit.

Perſica. Mala perſica, quæ etiam duracina dicuntur, multorum generum ſunt: nam quædam ſunt, quæ nos duracina dicimus, quæ externa ſuperficie lanuginoſa ſunt, quædam lanugine carent: ſunt etiam quædam, quæ Perſica appellantur, quorum caro ab oſſe facilè ſeparatur, quædam ſunt chryſomela, id eſt aurea mala, è quibus Armenica ſunt optima, *Chryſomela.* quæ duarum ſunt ſpecierum: altera eſt eorum quæ à nobis Aluarcoques, à Latinis præcoqua dicuntur, & præcocia, quoniam ante alia ſui generis mala maturantur. Altera ſpecies chryſomelorum à Toletanis appellatur Aluerchigas, hæc verò præcoquis ſunt minora, & magis aromatica, & guſtui omnibus gratiora, ſunt etiam & quæ à nobis appellantur mala cutonea. Ex his duracina lanuginem habentia, ab eis quæ eadem carent, nulla fere in re differunt, ſed vtraque facilè coquuntur, & per ventrem deſcendunt, prauum ſuccum generantia, quapropter prima menſa ſumi debere docet Galen. Quæ perſicis & armenis communia ſunt, quamuis perſica acida magis, & duracina magis dulcia ſint, armenica verò mala dulcia ſunt, & aromatis odorem referant, ſuaue quid odore & ſapore præ ſe ferentia. At quæ mala cutonea à nobis dicuntur, ſemper poſtrema menſa ſumuntur: nam etſi prauum ſuccum vt reliqua generant, non facilè ſubducuntur, quoniam ventrem adſtringunt, & ſtomachum roborant: auſtera enim quodammodo ſunt. Sic etiam ex chryſomelis, præcoquis, duracinis, & perſicis, quæcunque non integram aſſequuntur maturationem, adſtringendi vim habent, ac iure poſtrema menſa ſumuntur, ſicuti & eorum carnes Sole arefactæ. Probè autem matura, vi adſtringendi carent, faciliùs ſubducuntur, & non niſi prima menſa ſumi debent, omnibus ineſt vis infrigidandi, & humectandi. Præterea ante integram maturitatem, duracina parant, oſſa eximentes, carnem deinde in vino albo madefacientes, & exponentes Soli, vt contabeſcant, idque ſæpius faciunt, donec humorem aqueum amittant, & arida ſeruētur in annum, bonum quendam odorem ſeruant, & guſtui gratum ſaporem, cum vino madefacta. Facilè coquitur is cibus, ac ventrem roborat tum adſtrictione manifeſta, tum aromatis natura, qua participat. Has carnes nos appellamus Orejones, quas aridas ad poſtremas paro menſas, ob dictas cauſas, madefactas verò vino aut aqua ante alios offero cibos, ob deſcenſum facilem. Quæ verò ex malocotoneis fiunt, vtcunque poſtremo loco offerantur. Condiunt pariter mulieres Hiſpanæ perſicorum carnes cum ſaccaro,

prius

prius eaſdem malaxantes, & per cribrum tenue, ex ſetis equinis contexrum colantes. Miſcent autem ab initio ſaccaro, ad eliquarionem, roſaceam aquam inſtillaritiam. Habet verò id coodirum vim roborandi ventrem, excitandi appetitum, ac efficiendi bonum oris odorem, quemadmodum & carues Sole exſiccatæ quas prædiximus. Ad quod non mions valet ex ſucco eorundem malorum ſyrupus, quem pharmacopolæ venalem habent.

Mala. Mala nomine geiteris ſic appellata, poma etiam dicuutur, à nobis maciana, multis geueribus diſtinguuntur. Sunt enim quædam acida, quædam auſtera, quædam acerba, quædam inſipida, quædam ex his mixtam habentia natutam, quibus facultates iuſunt pro ſaporum ratione. Nam acida frigidiora ſunt dulcibus, & minus flatuoſa, tenuioris quoque ſubſtantiæ quàm auſtera, & minus eis immorantur in ventre, præter id quòd ſuccos lentos, ſiqui ſint in ventre & inreſtinis, deterguur: ſi verò ventrem mundum reperiant, ipſum ſiſtunt. Anſtera, & acerba, frigida ſunt craſſioris ſubſtantiæ, & tardiùs per venrrem deſcendunt, ita vt ventrem retineant. Ea verò vbi elixaurur, aut in cineribus aſſantur, vim eam ferè in totum amittunt, & inſipidis ſimilia fiunt, quorum eſt aquoſa ſubſtantia. Dulcia prætetea aſſatiooe flatuoſa cùm ſint à natura, minimè generant flatum: quoniam ignis vi diſſoluirur, ac coquitur humiditas parata genetationi flatus. Sed nos febricitantibus acida poma aſſa quandoque præbemus, ea enim parum nocnum præſtant alimeorum, facilè ſuperautur & flatuoſa non ſunt.

Hiſtoria. Cæterùm quod de eadem re Ducis Metimnenſis enram gerenti, eodem in oppido, mibi contigit, referam. Præceperam cuidam febricitanti vt poma acida aſſa cœnaret: occurrente autem horis duabus à cœna, in veurrem bile, coactus eſt bilem & poma vomere: At verò medicus alter, de ſecta Sarracenorum tenui mercede ab infima plebe conductus, cùm hæc audiſſet, victum & inſtitutorem accuſabat, flatuoſs eſſe poma dicens, ac ſublata voce, Moyſi cuiuſdam Ægyptij teſtimonium adducebat, qui aliquando dixit, poma generare flatum in neruis & muſculis, qui oon cirta laborem diſſoluatur. At ego, inquam, Iudæorum placita non tanti facio: verùm poma acida flatum non generant, quæ ſi dulcia forent, aſſa tamen, minimè ipſum generaſſent: nam ſi verum eſt, flatum à pomis genitum non niſi difficilè ſolui, à calore ooſtro intelligi debet: quod ſi à noſtro calore difficilè diſſoluitur, vbi aſſentur facilè ignis calor id faciet. Aſſa ergo quamnis dulcia, flatuoſa non ſunt. Ipſe verò hæc & multa quæ tam inter curandum, quàm inter prædiceudum me pronunciantem audiebat, publicè accuſabat, ſed ſingula (adeò erat carnifex deprauato animo) albis ſcribebar, & vt ſibi aliquando profutura, memoriæ mandabat. Sed quid ego modò eius imperitiam commemorem, quo uunquam futurum ſpero vt Metimna, aut Guadalaiata, aut Atienca deteriorem ſentiant peſtilentiam, neque ſenſit ipſe Cranon? Sunt prætera poma quædam duleia cum pauca quadam auſteritate, quæ à nobis anethina dicuntur, quæ ventrem roborant ſua ſubſtantia, & cor odore. Quæ verò dulcia tantùm ſunt boni odoris, omnibus ſucci bonitate præferuntur, quas appellant camueſas, quæ poſtrema meoſa offeruntur, eum aniſo ad flatus diſcutionem. Condiuntur hæc prædicta ſaccaro, proſuntque non parum triſtatis, & melaneholiam morbum patientibus, nec difficilè ſuperátur, nec tardantur in ventre.

Pyra. Pyra ferè eaſdem habent differeutias quas poma, ac eaſdem ferè facultates: verùm poma quædam maiorem pyris omnibus habent acorem, & pyra quędam magis pomis adſtringunt. Præterea poma aſſa nunquam pyris auſteris aſſis æquiparantur, è quibus quædam ſunt autumni rempore collecta, quæ ciuda ob auſteritatem, & acerbitatem edi non poſſunt, aſſa verò, aut elixa grata guſtui fiunt, & ſalubria, ſi quis alter ex fructibus cibus, appellant hæc pyra ſancti Michaëlis. Quædam etism pyra ſuut dulcia & auſtera, quæ parum adſtringunt, quædam auſteriora, quæ adhuc plus comprimunt ventrem. Quapropter ante reliquos cibos aſſumpta ventrem retinent, poſt cibos verò, præſertim ventrem emollientes, ventrem ad excretioné excitant, reliquis cibis inferius depreſſis, quod pyris & pomis, & cotoneis, & in ſumma auſteris & acerbis omnibus eſt commune. Laudantut pyra duleia aromatica parua, quæ muſcatelina vocantur, corroborantia, atque os ventriculi, gratiſſima ſapore & odore. E quibus ſiquis decem poſtrema menſa eſitauerit, nihil mali ſentiet, dummodo matura edantur. Hortulani namque vt maiori pretio vendant, ante maturitatem ea colligunt. His proxima bonitate ſunt dulcia, multo ſucco plena, quæ vinoſa dicuntur, eduntur reſtigerata ad ſitim ſedandam. Condiuntur veluti & de pomis diximus, quæ dulcia ſunt, nonnihil auſteritatis habeuria.

Cydonia. Cydonia, Græcis chryſomela, Latinis cotonea dicta ſunt, & aurea mala, & ex eiſdem dulciora, ſtruthia mala. Hæc ante maturitatem maxima acerbitate pollent, & paucum ſuccum expreſſione conecdunt. Deinde cùm matureſcunt, quædam duleiora fiurit, quædam acida ſemper manent: adiungitur autem omnibus adſtringendi vis, ſed quibuſdam vehementior quàm aliis. Paucum ſuecum præſtant, atque craſſum, & terrenum, & qui tardè permeet. Difficilem itaque coctionem admittunt cotonea msla, fluxum ventris cohibent, & vomitum. Cui negotio conducit ius carnis in quo cotonea elixa fuerint, & ſyrupus ex ſueco cotoneorum & ſaccsro. Cæterùm ex carnibus eorum per cribrum tranſlatis & ſaccato fiunt miloplacenta appellata. Sed Luſitani, & Valentini ex ſucco cotoneorum & ſaccaro conditum efficiunt, ventri ſuaue, quod eius vites placidè roborat, & appetitum excitat: in quos vſus quidam aromata miſcent, ſed hæc caput tentant: & eò magis quòd à ſueco malorum in ventre detenta diurius effumant in caput: ſeruatur ex ſueco eorum & melle condirum, Galen. autore, in ſeptimum annum.

Punica. Punica verò mala quædam dulcia, quædam acida ſunt, quædam vtraque qualitate participant. Dulcia flatuoſa ſunt, acida à ventre pituitam detergunt: verùm oon facilè fert guſtus eorum acorem. Media tamen ſitim ſedant: granis prius in frigida refrigeratis, flatum etiam generant, ſed nou adeò copioſum vt dulcia. Verùm qnoniam omnium ſuccus paucus eſt & tenuis ac minimè tenax, facilè flatus ab ipſis genitus diſcutitur. Mandunt autem grana rubea punicorum malorum: poſt maturitatem, ſuccum ſugentes, deinde partem ipſorum interaneam, quam vocanc Hiſpani ciuera, ſpuunt. Niſi quis decreuerit ad ventrem retinendum, eam mandere ac deglutire. Ex ſucco punici mali & ſaccaro medicamentum fit, quod oxyſaccarum appellant, optimum ad ſupprimendum ſanguinis feruoré, & corrigendam leuem putredinem. Quo vtimur cùm ſanguinem putreſcentem ad benignum; quod aiunt, reducere volumus.

Pruna. Pruna multorum generum habentur in Hiſpania, quædam dulcia, quædam acida, quædam mixtæ qualitatis: babent quoque nonnibil auſteritatis

tatis

taris quædam ex ipſis. Galenus Hiſpana magis ventrem ſoluere, & Damaſcena ipſum magis adſtringere dixit. At verò nihil refert aut Hiſpana, aut Damaſcena diſquirere, ſed noſſe auſteriora magis adſtringere, dulcia minùs auſtera ſoluere magis ventrem, eáque eſſe eligenda poſtea quàm exſiccata fuerint ad confectionem medicamenti, quod ex prunis pharmacopolæ parant. Sunt ergo pruna quædam nigra, ſed oblonga, quæ apud nos Damaſcena dicuntur: hæc omnium primum bonitatis obtinent locum, dulcia cum pauca auſteritate quorum caro ab oſſe facilè ſeiungitur. Secundum locum tenent quæ parem habent longitudinem, ſed ſunt viridia ac minus ſuauia prædictis, hæc appellant pruna monachorum. Sunt alia quæ autumnalia à quibuſdam appellantur, nigra, rotunda & parua, magis acida prædictis: ſucci tamen bonitate primis æquiparantur, non ſuauitate: ſeruantur à quibuſdam in hyemem, interim tamen ferè in totum amittunt acorem, & dulcia fiunt. Quædam ſunt pallida colore, oblonga, non magna, quæ pruna paſſa dicuntur, adhoc cùm recentia ſunt, quoniam ea exſiccare permittunt, vt pruna paſſa faciant quæ in annum ad vſum ſeruantur. Ea enim in aqua madefacta ad arcendam ſitim febricitantibus exhibent, & ad ventrem molliendum, cum ſaccaro, & deinde aqua calida, aut iure carnis ſuperbibito. Conficiunt etiam ex eorundem carne medicamentum, quod ex prunis appellant, aut ex eiſdem carnibus prunorum & ſaccaro conditum, ad molliendam aluum. Peſſima omnium ſunt quæ porcina vocant, & quæ porcis tantùm præberi debeant. Mediæ bonitatis ſunt quæ viridales vocantur. Ego quidem pruna primo loco dicta vuis & ficubus anteponerẽ, quòd facilè coquantur, & per ventrem deſcendant, nec ventrem diſtendentia, nec caput grauantia. Et pruna autumnalia in hyemem ſeruata, vuis penſilibus præponerem eiſdem de cauſis. Meſpila &

Meſpila. Sorba. ſorba ferè pares habent vires: verùm meſpila vehementius adſtringunt, ſorba verò ſuauiora ſunt: ſed hæc duo fructuum genera potius in medicamentorum, quàm alimentorum cenſu ſunt. At verò quidam ſorbas in hyemem ſeruant & meſpila in aceruis tritici, vbi maturitate dulcedinem non ingratam aſſequuntur, & paucam ſeruant acerbitatem: verùm & hæc parcè ſunt edenda. Qui verò largius eadem ingeſſerint, ventris adſtrictionem

Palmæ fructus. patientur, & ſingultum. Palmæ fructus, balanus etiam & phœnicobalanus appellatur, ante maturitatem auſteritatem oſtendunt vehementem, flatúmque generant copioſum, & difficilè coquuntur palmulæ. Ex his verò quæ iam ad maturitatem peruenerunt, quædam ſunt dulciores & pinguiores, veluti quæ ab Hiericonte Palæſtinæ portantur in Italiam, ſed ab Africæ maritimis locis phœnices, ſiue palmulæ vehuntur in Hiſpaniam, pingues, dulces, & guſtui gratæ, cum quibus eligunt aquam potius quàm vinum bibere, ob dulcedinem: ſiquidem poſt dulcium eſum vinum minus gratum eſt, quinimo amarum bibentibus apparet. Præterea ſalubrius eſt aquam bibere, ne vinum phœnicas iecur penetrare celeriùs cogat, atque idem obſtruere vehementius. Quæ namque ex eis auſteriores ſunt, magis ventrem adſtringunt, & quæ dulciores, magis obſtruunt iecur, & lienem, ſed hæc pulmonis morbis cum humore proſunt: vias namque ſputo leniunt, caput tamen grauant, & calfaciunt, ac flatum generant. Quapropter etiam aqua eis commodiùs quàm vinum adiungitur. Prauus item & valde noxius cibus paratur à mulieribus Hiſpaniæ ex dactylis, & nucibus melle conditis, quem eoixis exhibent, is enim obſtruit, purgationes remoratur, capitis efficit dolores, calefacit ita vt febres conciter. Adſtringendi verò cauſa ex ipſis emplaſtra componunt non inutilia. Qui verò immodicè palmulas ingeſſerit, cùm contrarias habeant facultates, dulcem, inquam, & adſtringentem, & flatum generare valeant, tormina patietur. Nux quam regiam appellant, quædam eſt recens adhuc humida, paruo ſapore pollens, quædam antiquior, quædam etiam quæ nimia antiquitate oleoſa & rancida fit, eſui inutilis & amara. Calida nux eſt: acredinis nonnihil habet, qua os & ventriculum frequentius ſumpta exulcerat, & recens, quæ iam obdureſcere incipit eò magis, quòd lactis parum contrahit à generatione, in quo vis eſt vehemens detergendi, ac perinde temporis proceſſu repetito vlcerare, & has quas aphthas vocant, efficere. Eduntur optimè cum pane, obtundente ipſo acredinem nucum, gratæ quoque ſunt. Cum caricis & additis rutæ foliis à peſte præſeruant, ſi manè ante alios cibos edantur, pauco vino diluto ſuperbibito: miſcentur autem à quibuſdam cum amygdalis caricæ detergendi ratione, ſed omnia alia melius, cum nucibus miſcentur caricæ, ac meliorem ſuccum generant. Habent omnes aliquam adſtringendi vim, quam emendant caricæ: parant tamen quoque ſalſamentum, quod appellant nogada, ex nucibus mica panis in aqua madefacta, & allio pauco ac ſale, omnia ſimul malaxantes & ſenſim aqua infuſa calida, aut iure piſcium, ad quorum eſum parant, deinde oleum addunt, hæc quidem piſcium durioris carnis coctionem adiuuat, ſed capitis efficit dolorem, & eius frequens vſus humores aſſat, atque ex piſcibus ſalſam efficit pituitam. Auellanæ omnibus notæ *Auellanæ.*

ſunt, minores nucibus, quarum nucleus leuis eſt, vt nucum aſper, craſſiorem ſuccum quàm nuces præſtant, & magis terrenum, qui difficiliùs ſuperatur ac diſtribuitur, frigidæ quoque ſunt. Cæterùm earum damna corrigit aſſatio in cineribus: quæ enim aſſæ ſunt, melius coquuntur, ſuauiores ſunt, & pauca adſtrictione in poſtremis mensis os ventris roborant, & fumos in caput aſcendentes arcent: vbi tamen primum aſſentur, deinde contundantur ac comminuantur, ferculum conficiunt ex carnis iure, quod ieiuno ventre ingeſtum caput roborat, languentibus ſenibus, & vertiginoſis vtiliſſimum, cæterùm terrenum excrementum copioſius in ventre & inteſtinis aceruant.

Nux pini, quam vocant ſtrobilum, craſſum præ- *Nux pini.*

ſtat ſuccum, ac multum, parum calidum, & non parum humidum, ſeminis generationi aptum, cæterùm capitis dolorem efficit, & ventriculum imbecillitat. Recens ſuauior eſt: ante annum verò magna ex parte ranceſcit, & oleoſa fit, ac perinde in aqua ipſam præmadefaciunt. Prodeſt humoribus à thorace & pulmone ſpuendis, ad quem vſum condiuntur cum ſaccaro, & medicamentorum ad id valentium compoſitionem ingrediuntur. Amyg- *Amygdalæ.*

dalæ dulces modicè nutriunt, tenuem ſuccum præſtant, & qui attenuandi facultatem habeat: quapropter prodeſt etiam ſpuendis humoribus à partibus thoracis & pulmonis, ſicuti iecoris leuibus obſtructionibus. Temperati verò caloris ſunt, quod dulcibus conuenit, ſed & ipſæ pauca quadam amaritudine participant, quæ obſcuratur dulcedine. At verò arbores dulces ferentes amygdalas, diutius incultæ, amaras ferent, quibus maior eſt attenuandi vis, ita vt detergant, ſed hæ ob amaritudinem

nem eſui non ſunt. Ex dulcibus tamen fit amygdalatom, amygdalis malaxatis aqua ſuperaddita, ac per linteum colato ſucco, deinde ſaccaro addito, & igne lento feruefactis, quod parum nutrit, ſed temperamento proximè accedit, ſomnúmque conciliat ſuaui vapore in caput tranſmiſſo. *Oliuæ.* Oliuæ quædam eduntur poſt maturationem nigræ, quas drupas, aut dryopas appellant, ſale addito: quædam autem ante maturitatem leguntur, & condiuntur muria, additis anetho, thymo, & foliis lauri, quidam etiam limonum fragmenta ſuperaddunt: quidam muria tantùm condientes oliuas eas origano inſperſo edunt. Quæ itaque maturæ eduntur, nullam manifeſtam habent adſtrictionem: verùm humorem generant melancholicum, mœſtitiam pariunt, & cordis dolorem. Ante maturitatem verò paratæ modo dicto, adſtringendi vim habent, ac perinde poſt alios cibos eduntur, os ventriculi roborantes. Quòd ſi à cœna ſumptis, ſomnus paulò pòſt ſequatur, ſequenti die ſapor earum in ore ſentietur, adeò valdè hærent, os ventris comprimentes. Excitant quoque appetitum, ſed craſſum ſuccum, ac melancholicum generant. *Piſtacia.* Piſtacia, quæ aliis liſtacia, & fiſtica appellantur, à Syria primùm in Italiam tranſtulit Vitellius cenſor, Tiberij Cæſaris temporibus, deinde Flaccus Pompeius Eques in Hiſpaniam. Paucum ſuccum præſtant, ſed qui ſemini augendo proficiat: vim habent deobſtruendi iecur, nec tamen adſtringunt, nec laxant ventrem. *Ziziphæ.* Ziziphæ à Galen. ſerica appellantur, vulgus medicorum cum pharmacopolis iuiubas dicunt, Hiſpani & Arabes Azufaifas. Temperatæ naturæ cibus eſt, in primis qualitatibus, ſed earum ſubſtantia craſſa, parum nutrit, & difficilè permeat ob lentorem: ac perinde obſtruunt iecur & lienem. Ziziphæ optimæ ſunt, ædeſinæ dictæ, & maiores. Poſt maturitatem valde dulceſcunt, ſed extima pellicula ſemper dura & membranacea, manens inconfecta, deſcendit per ventrem, inquit Galen. à pueris & fœminis effrenatis tantùm expetuntur, quod noſtro etiam ſeculo experimur. Earum autem decoctum thoracis & pulmonis morbis à tenui & calida fluxione excitatis proficuum eſt. *Mixa.* Myxa, quæ ſebaſta, & ſebeſtena appellantur, non longè abſunt à ziziipharum natura: paucum enim præſtant alimentum & lentum, quapropter cohibent calidas in pulmonem & thoracem fluxiones. Temperatæ naturæ ſunt, tuſſientibus & gutturi exaſperato opitulantur, ventrémque emolliunt, quarum decoctum ad eum exhibetur vſum. *Siliqua.* Siliqua quæ ceratio dicitur, porcis frequentius quàm hominibus præbetur: dulcis eſt, & ea ratione nutriens, ſed parum. Recens facilè per ventrem deſcendit, ſed ſicca lignoſa eſt: & ſtomachum roborat, ſed tardius ſuperatur, & ventrem retinet. Quamobrem quidam vrinam mouere dixerunt, id tamen omnibus ventrem retinentibus ex accidenti conuenit. *Capparis.* Capparis abundat in Betica Hiſpaniæ parte. Eius vſus talis eſt omnino qualis Galen. temporibus: nam fructus in alias regiones, atque in hanc noſtram ſalitus defertur ne corrũpatur, deinde in aqua maceratus depoſito ſale editur, aut melle & aceto, aut oleo & aceto additis, quidam etiam & ſaccarum miſcent. Nos verò ipſum modicè elixare præcipimus, & miro modo in ſanis & ægris experimur, quantum valeat ad appetitum excitandum, & aperiendas iecoris & lienis obſtructiones, ac detergendam ventris pituitam. Condiunt quoque plantæ teneriora germina ſale, aqua, & aceto, ad eoſdem quos fructus vſus, ſed minus fructu proficiunt. Tenue alimentum præbet, & adeò paucum, vt medicamenti potius quàm alimenti ratione adhibeatur: ſed recens magis quàm ſalitus alit, ſalita enim quæcunque minus recentibus alunt. *Citrea mala.* Citrea mala, quæ mala medica appellantur, diuerſis admodum partibus conſtant: nam externa colore pallida, aromatica eſt, & dura, neque coctu facilis, quamuis aliorum alimentorum coctionem condiuuet, aut cruda, aut elixa & ſaccaro condita: ea enim quæ ſunt duræ ſubſtantiæ & calidæ naturæ, coctionem aliorum adiuuant, & difficilè coquuntur: pars verò quæ veluti caro eſt, colore alba, inſipida ferè ſentitur, dura, & tardæ coctionis, quæ etiam conditur ſaccaro: id appellant diacitron, à quibuſdam verò melle conditur, & ſeruatur, à quibuſdam autem cum oleo, aceto & ſale editur, inſalatitium facientibus, & faciliùs coquitur, acida tamen pars edi non poteſt, ſed quibuſdam ſyrupis conficiendis accommodatur. Sunt etiam citrea mala dulcia, quorum intima pars editur, ſed parum alit, reliquis tamen partibus, acidis eſt ſimilis, ſed dulcium pars extima minus eſt aromatica. Semen digerendi & ſiccandi vires in ſecundo ordine habet, acida pars tertio ordine infrigidat & ſiccat, corticem in ſecundo ſiccare voluit Galen. non infrigidare, ſed temperatum eſſe, aut parum infrà. Ego ſanè in ipſo manifeſtam calefaciendi vim reperio, ad ſecundum ordinem. *Aranzium.* Aranzium, citrangulum vocant, partem habet quam corticem appellant, quæ ante maturitatem vireſcit, poſteà verò flauum habet colorem, aut ſi vis peculiari nomine dices, vt quidam, citrangularem. Hæc itaque extima pars calidior quàm in citreo malo eſt, aromatica & acredinis particeps, cum quadam amaritudine: conditur cum melle, ad roborandum ventriculum frigidum. Sine conditura quidem nullum quod mentione dignum ſit, præſtat alimentum, condita verò pauciſſimum, intima pars quæ ſemen continet, acida eſt, & in quibuſdam dulcis: verùm acidæ ſuccus carnibus, & piſcibus inſpergitur ad guſtum mouendum, & appetitum excitandum. Quæ pars cum ſaccaro à quibuſdam editur ieiuno ventre, cum pane ad ſupprimendam bilem ventris, & ardorem ac ſitim ſedandam. Per ſe nullum præſtat alimentum, dulcia verò aquoſum & paucum ſuccum præbent, guſtui tamen ſunt grata, inſunt quoque dulcibus & acidis aranziis membranoſæ quædam partes, quæ vim habent adſtringendi, ac parum roborandi ventrem, ſemina edendo non ſunt. *Limones.* Sunt præterea limones magni appellati ponciles, quorum pars intima pallida eſt, citreo malo ſimilis colore, & facultate parum diſſimilis: intima acida parte, perſimiles citreis malis, carnea tamen parte carentes. Sed quæ appellantur zamboæ, non tantùm parte intima & extima citreis malis ſunt ſimiles, ſed etiam carnea: verùm pars extima trumbroſa eſt, leuis citrei mali, & carnea fungoſior, & minus dura quàm in citreo malo. Sunt quoque limones quidam parui virides, & quadantenus palleſcentes, quos dicunt ceptis, guſtu aliis ſuauiores, & odoratiores. Sunt etiam limæ fœmineo genere, quarum quædam dulces ſunt, parum alentes, ſimiles dulcibus aranziis, acidæ verò vehementiore quàm aranzia ſunt acore, & minus grato, ſalſamentis tamen & obſoniis frequentiſſimè ſuccum aranziorum, limonum, & limarum miſcemus, acidum expetentes ſaporem, ſed neque validum, neque ingratum. *Caſtanea.* Caſtanea agreſtis fructus eſt, verùm Galen. cùm omnes ferè fructus arborum mali

Digitized by Google

ſucci eſſe dixiſſet, caſtaneas excepit, quas ſi in ventriculo probè coquantur, boni ſucci eſſe dicit, efficaciter nutrientis, craſſi, ſed non mali, adſtringendi vim habent, & ſi quis copioſiùs vtatur eiſdem, ægrè coquentur, ventrem adſtringent, & flatum parient. Nos quidem hæc in ipſis experimento nouimus: etenim ſi crudæ edantur, craſſum ſuccum præſtant, difficilè ſuperantur, & tarde permeant: habent enim non paruam adſtringendi vim, ita vt tuſſim exaſperatis faucibus inferant, & ſpuitionem impediant, ſed ex eis magis quæ ſubſtantiam habent multis membranulis interſeptam, minus verò quæ eis carent, quas inſertas vocant. Eduntur tamè aſſatæ, ac difficiliùs coquuntur, & minùs ſunt flatuoſæ: ſed elixæ omnibus ſunt meliores, amittunt namque elixatione adſtrictionem, potiſſimùm intar edendum reiectis membranulis, & facilè coquuntur, ac deſcendunt per ventrem. Flatum etiam generant pauciſſimum, ſed eo damno nunquam carent, quemadmodum neque in cineribus aſſæ, quæ à prædictis ſecundum locum habent.

Glandes. Glandes verò omni in re caſtaneis ſunt deteriores: nam adeò vehementer adſtringunt, vt acerbitate participent, & craſſiorem ſuccum præſtant, ac malum. Porcorũ quidem cibus eſt familiaris, à pueris, & deuoratoribus eduntur: amittunt autem non parum maliciæ, acerbitatis, & craſſitudinis ſubſtantiæ, & coctionis difficultatis, elixatione, atque aſſatione, ſed elixatione adhuc magis. Præterea quamuis caſtaneæ & glandes elixæ meliores ſint aſſis, quoniam elixatione adſtringendi vim magis amittunt, & faciliùs ſuperantur, aſſæ minus flatuoſæ ſunt elixis: calor enim ſiccus qui in cineribus, & igne adeſt, magis omnibus flatum diſſipat. Quapropter cùm aſſantur corticem diuidere oportet, aliàs flatus excutiendus, ſubitò & cum ſtrepitu ipſum rumpet. Poſt glandium eſum vinum modicè bibunt homines, & rectè quidem, vt coctionem adiuuent: ſed mirum quàm grata & dulcis guſtatur

Aqua guſtui dulcis quando appareat. aqua poſt glandes bibita. Cùm enim glandes cum acerbitate dulcedinem habeant paucam, acerbitas ſiccitate linguam corrugat, quam deinde humor aquæ diluit, ac reſtituit linguam in ſuam naturam, quod verò ſenſum ad naturalem habitum reducit, id delectat, ſi non fiat ſubitò, ſed modica quadam celeritate. Mixtus itaque ſapor ex auſtero parum dulci & aquoſo, dulcis abundè apparet. verum id nihil minus in admirationem nos ducit, quod hi qui acidam vomuerunt pituitam, quæ valde acida ſit, & nonnihil acerbitatis habeat, vbi poſtea aquam biberint, ipſam dulcem iudicant, quoniam eius potu lingua in naturalem habitũ reſtituitur: quapropter hoc in loco mentione dignum videtur. Non enim in coloribus tantùm veros & apparentes reperire licet, vt lib. de Vrinis docuimus, ſed etiam in ſapo-

Sapores apparentes. ribus. Ex diuerſorum namque ſaporum mixtione, alij quidem linguæ ſe oſtendunt, qui verè ſapores non ſunt, ſed tales apparent, cùm veri ex actione primarum qualitatum elementorum generationem habeant: apparentes verò ex ſola diuerſorum ſapo-

Super fructus quod ſit bibendum. rum mixtura ac confuſione. Poſt fructuum eſum in ſanitatis tutela quidam bibendum vinum concedunt: calefacit enim, atque attemperat fructuum multorum frigiditatem, & eorundem coctionem adiuuat. Seruat quoque vinum ne facilè in ventre corrumpantur fructus. Quidam verò vinum omnino denegant poſt ciborum eſum, ſiquidem cibis aſſumptis bibendum non eſt, ne ante coctionis tempus diſtribuantur, ſed iam perfecta coctione, vt deinceps digeratur alimentum in corporis ambitum. Ante id verò nullatenus expedire dicunt, ne crudis cibus deferatur ad venas, obſtruat & putredinem pariat: minime verò poſt fructuum eſum. Nos tamen cum diſtinctione dubium ſoluemus. Sunt enim quidam qui vinum nunquam degustarunt, quidam quibus conſuetum eſt vinum bibere meracum validum, quidam neutrum ferunt, ſed meracum nunquam biberunt, & validum, non niſi valde dilutum. Sunt etiam ex fructibus quidam fugaces, quidam qui aſſeruari poſſunt, & quidam aquoſam habentes ſubſtantiam, & humidi, quidam ſicci, quidam qui autumno, quidam qui hyeme eduntur. Præterea quidam ſolos fructus edunt, quidam ſimul cum pane, quidam prima aut poſtrema menſa, ſed cum cibis aliis eduntur. Itaque de his qui à vini potu abſtinent, nihil attinet dicere impræſentiarum, conſuetudinem enim ſeruare præceptum eſt. Verùm vini potatores, qui meracum potare ſolent, hyeme conſuetudinẽ ſeruent, & meracum bibant, ſiue hyemales fructus ſolos edant, ſiue ſimul cum aliis cibis. Æſtate verò ſi ſoli edantur, aut cum pauco pane, quoniam, vt diximus, fructus edendi ſunt refrigerationis gratia, & ad ſitim ſedandam, aut minus validis vtentur vinis, aut ipſis parum dilutis, tum vt refrigerent validiùs, & ſitim arceant, tum ne fructus æſtiui qui tenuem & aquoſam habent ſubſtantiam, vti & autumnalium plurimi, inconfecti deferantur per venas, ad quod non parum conducet, parum bibere. quòd ſi quis primo manè ientaculum ex moris, cerafis acidis, prunis, vuis, ficubus, melonibus aſſumpſerit, vinum bibere aſſuetus meracum, quartam aquæ partem illi ſuperaddet. Quòd ſi fructu aliquo cui facultas adſtringendi inſit, ſolo, aut pauco pane vtatur, meracum vt ſolet, bibet: quod multi facere ſolent æſtate, quatuor horis à prandio: verùm eam conſuetudinem non laudo. Magnas enim infert venis cruditates, ante perfectam coctionem in ventre, rurſus comedere. Eduntur autem fructus ſimul cum aliis cibis, aut prima, aut poſtrema menſa, qui prima menſa eduntur, præter id quòd praui ſucci ſunt, facilè per ventrem deſcendunt, quibus dilutum ſuperbibendum eſt, ab his etiam qui meracum bibere conſueuerunt, ne celerrimè arripiantur à ventre, vini potentia accelerante ipſorum diſtributionem plus iuſto: cum illis tamen qui poſtrema menſa ſumuntur meracum bibent. At ſi is cuius ſanitatem tueri eſt in animo, vinum dilutum bibere ſoleat, generalem tuendæ ſanitatis legem ſeruabit, vt æſtata dilutius, hyeme verò minus dilutum vinum bibat. Æſtate tamen, & incipiente autumno ſi pro ientaculo ficus, vuas, mora, pruna, aut ſimilia, quæ facilè per ventrem deſcendunt, aſſumpſerit, vinum paulò magis diluat, niſi ſibi valde frigidum intelligat fructum: ſi veſpere pyra, aut poma eſitauerit, vinum bibet vti ſolet dilutum. Si tamen fructum qui manifeſtè refrigeret, eſitauerit, vt melonem, aut cucumerem, aut peponem, minùs vinum diluat: ſed ea hora quidpiam aſſumere non laudo. In prandio tamen & cœna dum fructus eduntur ſimul cum aliis eduliis, cum his qui prima menſa eduntur, vinum vti ſolet diluendum, aut paulò magis. Poſtrema verò menſa minus ſolito, præterquàm ſi caput, aut ventrem habuerit imbecillum, nam hi ſemper prima menſa vinum meracius bibent, poſtrema dilutius: primum ad ventrem roborandum, ſecundum ne caput vino tentetur. *Quando vinum meracius bibendum.* Hæc de potu ſimul cum cibo, aut ſtatim à cibo ſumpto. De eo verò qui longè à cibo, dicendum nobis eſt: illi namque qui aut inter edendum parum biberunt, aut è quorum ventribus

cibi

cibi tardè deſcenduot, coguntur poſtea potn vti, quem delatiuum appellant, quooiam cibum defert, circa quem, vt experimento & ratione inueni, biſariam errant homioes, tom quia eo intempeſtioè vtuotnr, tum quia prius cibum aliquem edunt, aut conditum. Notom enim eſt coctionem ciburum aſſumptorum iuxta meridiem non eſſe perfectam hora tertia ſequenti, nec quarta, qoibus horis bibuot quidam aquam, quidam dilutum vinum, æſtate, celerrimè cibos ante coctionem à ventre impellentes. Errant autem qoàm maximè nonnulli prius ſaccarum roſaceum aſſumentes, quidam pyrum, aut pomum, aut perſicum, aut es his plura. Nam ſi potus is delationis, ac diſtributionis gratia ſumitur, quicunque cibus eo tempore aſſumatur crudus digeretur; bibenda igitur eſt, aut aqua ſola, nec valdè frigida, aut vinum æqoa menſura mistum. Conuenit autem is potos eis qui parum biberunt prandentes, aut craſſiores aſſumpſerunt cibos, aut plures ſuetis, aut qoi valde grauantur cibis, aut in quorom ventribus plus æquo immorantur, aot dimiſerunt aſſuetum poſt cibum corporis motom, aut cogitationibus & ſtudiis occuparunt animum, id enim diſtributionem alimenti retardat atque coctionem, ſed de his rurſus ad finem capitis quædam diecmus.

De Plantis quæ eſui ſunt.

CAPVT VII.

DE ſemioibus & fructibus plantarum diaimus hactenus, deinceps verò de plantis quæ eduntur dicemua. Suot enim ea ipſis qoædam quæ iotegrè eſui ſunt, vti raphanus, cuios radix cum foliis editur. Quædam tamen non totæ eduntur, ſed aut folia, vt ſpinachiæ, & blitum, aot radix, vt napi, & paſtinacæ, aut germina, vt lupuli & aſparagi, & qoarundam arborum, vt viticis, palmæ cerebrum, & vitis palmites, quæ nobis frequentius ſuot io cibis, quorum commoda, & incommoda quæ nouimus, referemus, ac primùm de lactuca agemus, quoniam olerum excellentior, & minos noxia, ſicuti Galenus quoque fecit. Lactuca ſatiua, qoæ Græcis θρίδαξ appellatur, apud omnes ferè homines babetur in ciborum cenſu, agreſtis enim amarior eſt, & guſtui ingrata, quam quidam potant eſſe, qoam endiuiam berbarij vocant: oam hæc tandem ſolia aculeata efficit. Satiua itaque, optimum olerum omoium habetur, nam cùm reliqua praui ſucci ſiot, autore Galeno libro de Cibis boni & mali ſucci, lactuca iu medio eorum quæ bonum ſuccum, & quæ malum præſtant ſita eſt. Quapropter omnium olerum optimum eſt, atque mioimè omniom eius malitiæ particeps: ac perinde plurimum generat ſanguinem, ſiue, vt rectiùs diaerim, ſanguini generando multam præſtat materiam, quod in lactuca quidam vituperabant. Sed vti Galen. ait, id ooo reprehendendnm, ſed laodandum potius veoit: cùm tantùm ea ſanguinis generationi accommoda ſint, qoæ bonum ſuccum præſtant. Nec tamen putandum lactucam multum ſanguinem augere, ſed plus aliis oleribus. Atque ſanguis à lactuca genitus frigidior optimo ſanguine eſt, quemadmodum & lactuca ipſa frigida, atque humida in ſecuodo ordine: at verò ſuccus * expreſſus ſi duarum vnicarum quantitate bibatur, vti reliqua frigida venena interimit. Si tamen ex lactucis ipſis eam quantitatem ederet, à qua prædictus ſuccus exprimi poſſet, nollam magnam afferret noxam, & qoibuſdam omnino nullam: quoniam ſuccus celeriter peruadit præcipuas particulas, tota verò lactuca diutius iu vantre retinetur, vbi alteratur. Lactucæ à qoibuſdam eduntur eliaæ io cœna ad ſomnum conciliandom, potiſſimùm ſenes qui curis vexati ſomoum amittunt, & quoniam meliùs ſuperaotur ab ipſis, quàm crudæ & frigidæ, iuuenes tamen crudas eas accipiunt, quorum calorem & bilem attemperaot, & ſomoo proficiuot. Es oatura ſua nec ventrem ſoluunt, nec cohibent, non enim habent irritandi, aut adſtriogendi vim. Cæterùm vt faciliùs per ventrem deſceodant, magis infrigideot, & penetrent iecoris meatus, ſale, oleo, & aceto eas comedunt, quidam etiam ſaccarum adduot. Qui verò maiori penetratione & meatuum apertione egent, petroſelinum adiungunt. Qui ventrem nou habent robuſtum, aut nou valde calidum, veris & æſtatis tempore lactucas edentes inſalatitium faciunt, ad ſitim, & ardorem ſedandum, ex lactucis, petroſelino, & mentha, additis ſale, oleo, & aceto, ac ſaccaro. Quidam etiam per id tempus eaſdem cum carnibus pinguibus eliaant, & in prima menſa eis vtuntur, qoi cibus probè coquitur, bonom ſuccum generat, & facilè per ventrem deſcendit. Ad finem autem æſtatis caulem emittuot, & lac io foliis habent, cum quadam amaritudine, ac ſimiles fiunt lactucis agreſtibus prauum ſuccum generaotes, à quibos abſtinere cooſulimus. Sed tamen ea caulibus cum ſaccaro conditum efficiunt refrigerationi idoneum, idque febricitantibus præbemus, quibus ardor ac ſiccitas adſunt. Appellaot id conditum, gorgoram angelorum. Si verò caules crudi edantor oon facilè coqoentur. Valent lactucæ ad veneris ſtimulos obtundendos. Eſt etiam lactuca quædam apud nos appellata Romana criſpa, albidior volgari, & guſtu ſoaoior, Galen. tamen minus ſuauis, quam etiam ſerim ſatiuam appellant, perſimilis omni in re viribus & temperatura lactucæ, quam multi ſolo aceto mandunt, aot inſalatitium faciant, vti ex aliis, quod primis menſis paratur, ſic etiam & ſcariolas edunt, quæ lactucis mious infrigidant, & parum adſtringunt, mediæ naturæ inter lactucam & braſſicam, quod guſtus docet. Antiquì tamen lactucis poſt alios cibos vtebaotur, vt Martialis inquit,

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi, cur noſtras inchoat illa dapes?

Egò quidem hanc puto fuiſſe cauſam, quòd antiqui vim quandam cohibendi ventrem & ipſum roborandi tribuebant lactucæ: quæ verò talis naturæ ſunt, ante reliqoos cibus edi nou debent, ne eorundem deſceoſom inhibeant. Galeous tameu nouit lactucam nec adſtringere, nec laxare, ac facilè euinci à oatura, ac perinde ad primas menſas ipſam miniſtrari præcepit: præter id quòd præparatio ex ſale, oleo, & aceto ipſam per veotrem celerius dimittit. Itaque ſeris, ſiue intibum (quod lactucam agreſtem dicunt, ſiue communem eodiuiam) non editur ob amaritudinem: verùm ſeris, ſiue intibum ſatiuum editur: lactucæ perſimile, quam appellamus lactucam Romanam. Intibom tameo agreſte, cichorium dicunt: eſtur cum oleo, aceto, & ſale, in primis menſis, vim habens refrigerandi & excitandi appetitum, prodéſtqoe noo parum obſtructionibus iecoris demendis. Elixum tamen editur ab omnibus,

Lactuca.

* *Non puto verum eſſe quod de ſucco lactucæ dicit à Vega, licet eidem olim à cathedra Monſpelienſi declamauerit doctiſſimus Varandæus, me præſente & audiente*

Intibum.

bus, qui non habent adeò robuſtum & validum ventriculum, oleo & ſale additis, & pauco aceto & ſaccaro. *Braſſica.* Braſſicæ verò, ſi quis probè animaduerterit, naturam ferè ſimilem lenti inueniet: nam ius eius aut primæ elixationis aqua, cui oleum & ſal additum ſit, ventrem emollit: ſicuti & cùm elixatur cum carnibus pinguibus. Quòd ſi bis cocta edatur, prima aqua reiecta ventrem ſiſtit. Sed decet quæ bis coquuntur, dum prima aqua reiicitur, aërem frigidum non tangere: nam quod elixatur incrudabitur, ita vt amplius non contabeſcat, non tamen ſupprimit ventrem ita vt lenticula, nec adeò melancholicum ſuccum, aut conſtantem, vti ipſa præſtat. At vbi cum carnibus pinguibus elixatur, valde corrigitur eius malitia, cruda verò aut elixa iecur peruadens fœtidam reddit vrinam, & ſi lactans braſſicam edat, infantis vrina mingitur graue olens: non tamen mouet, aut cohibet vrinam, licet Dioſcorides dixerit Cymam ad vrinam mouendam eſſe validiorem: verùm quæ ventrem adſtringunt ad renes conuertunt ſuccos. Noſcendum etiam eſt, quòd folia braſſicæ iure admouentur vlceribus, quibus ardor adeſt: quoniam braſſica frigida eſt ac ſicca, etſi minus leniè, ebrietatem compeſcere nouit Ariſtot. cauſam verò non nouit: *Quare braſſica ebrietatem arceat.* non enim quoniam ſuccum dulcem habet, qui vaporea vini diſcutiat, ebrietatem vitat, aut quoniam ventrem emollit, ſed quoniam frigida & ſicca cùm ſit, vaporea ſupprimit, ne in caput aſcendant, præſertim cruda cum aceto. Tantam quoque ferunt inter braſſicam & vitem inimicitiam, vt ſi iuxta vitem braſſica ſeratur, aut confeſtim emarceſcat, aut ſarmenta eiuſdem contabeſcant. Viſum, inquit Galen. ſicut & lens ſiccando hebetat, niſi oculus humidior fuerit, verùm Dioſcorides cæcutientibus prodeſſe dicit, & vterque de braſſica in cibo ſumpta loquitur: nam ſuccum melle mixtum, neque Galen. negaſſet viſum acuere. Quapropter credendum Dioſcoridem de oculis humidioribus locutum, quibus humorem exſiccando proficiet adhuc ingeſta. Habent ferè eandem vim braſſicæ communes criſpis foliis, & planæ, quas appellant llantas, & quæ in orbem conglobantur, *Braſſica ſeſſilis ſeu capitata.* quas Latini braſſicas ſeſſiles, Hiſpani verò appellant repollos, & alij grumos, ſed ſunt dulciores, & minus aliis ſiccæ. Eduntur quoque caules earum, quos appellant bretones, cum foliis, hyberno tempore ad eoſdem vſus: cùm autem ſuccus braſſicæ vim habeat ventrem proritandi, & corpus ipſum vim habeat ſiſtendi ventrem, ſi ambo ſimul quis efirauerit, tormina patietur, inducit braſſica animi mœrorem, cordis anguſtiam, ac nocet dentibus, & gingiuis. Succus braſſicæ cum melle miro modo mundat vlcera ſordida, & eius elixatio cum melle menſes prouocat. Et cinis viridis braſſicæ crematæ cum caulibus & ſtirpe; addita axungia vetuſta emollit laterum dolores: ſed hæc medicamenti vires ſunt, quas præter inſtitutum aliquando tangimus. *Beta.* Beta ſiue alba ſiue nigra fuerit, diuerſam habet naturã totius ſubſtantiæ, & ſucci, nam ſuccus facultatem habet deterſoriam, qua proritat ventrem: quapropter ſtomacho noxia eſt, citò per ventrem deſcendit, paucúmque alimẽtum præſtat: corpus tamen ipſius ventrem comprimit. Editur cum ſale, oleo, & aceto elixa; ante alios cibos: in febribus quoque quotidiania, cum pane prædicto modo præparata miniſtratur, ſed quoniam praui ſucci cibus eſt, non expedit frequentiùs beta vti. Succus eius naribus tractus pituitam è cerebro purgat, ſed validè irritat: temperatur tamen pari aquæ mulſæ menſura. *Blitum.* Blitum, ſic quoque Hiſpanis appellatum, & atriplex ſimilem habent facultatem: parum enim nutriunt, citò per ventrem deſcendunt & ſuccum præbent qualitatis expertem, aquoſum & cucurbitæ ſimilem, non tamen adeò frigidum. Parantur oleo, aceto, & ſale, ad primas menſas, ſtomacho tamen aduerſantur. *Borrago.* Borrago hortenſis herba eſt, eiuſdem naturæ cum bugloſſo. Florem habet borrago, folia, & radices, quæ edendo ſunt, ſicuti & bugloſſum. Verùm quoniam bugloſſum, ſiue borrago agreſtis, aſperiora folia habet, non eduntur. Borraginis itaque flos aut ſolus, aut cum ſaccaro conditus edi poteſt, ad triſtitiam emendandam, ad quem vſum ſicuti ad cordis tremores bugloſſi quoque flos conditur. Folia verò borraginis quæ peponem redolent, cum reliquis herbis acetariis cruda manduntur, quoniam non conſtat an malus ſit eorum ſuccus: nam inter temperata recenſetur edulia. Quandoque etiam cum carnibus borrago elixatur, quandoque verò cum lacte amygdalarum, aut caprillo, aut ouillo, ipſam prius aqua feruenti macerantes & exprimentes, aquam eam reiiciunt, & borraginem cum lacte parant: quibus modis præparatam homines guſtui gratam eſſe dixerunt, nos verò bonum cibum & ſtomacho vtilem, melancholicis & triſtabũdis proficuum. Condiunt bugloſſi radices vino ſæpe madefacientes, ac deinde ſiccantes, cum ſaccaro, quas poſtea melancholicis, triſtatis, & cordis affectibus ſine febre deprehenſis, adhibent, non ſine magna fruge. *Portulaca.* Portulaca nemo ſola vtitur, editur tamen à quibuſdam ob inopiam cum pane: verùm æſtatis tempore aliis acetariis ad inſalatitia miſcetur, frigidum, humidum, ac lentum ſuccum præbens, atque eum pauciſſimum. Verùm inter mandendum, lentore dentium ſanat ſtuporem, aut id tota ſubſtantia facit. *Malua.* Maluam neminem noui hac ætate eſitantem, quoniam verò humida eſt, & lentum præſtat ſuccum, facilè ſubducitur, vẽtrémque emollit. Si quis enim, inquit Galenus, lactucam, maluam, & betam conferat, betam inueniet in altero extremo ſiccare, & detergere ſucci tenuitate, maluam lentore humectare, ac mollire cum ſucci craſſitudine, lactucam verò medium vtrinſque ſeruare. Frequentiſſimus maluæ vſus eſt ad clyſteres eõficiendos, eius accepta elixatione cum ſale, melle, & oleo: quod ego appello communem clyſterem, eo quòd communem exequatur clyſterium finem, is eſt ventrem emollire. Moderatum quoque præſtat cum humore calorem, ac proinde maturationi tumorum accommodatur. *Lapathum.* Lapatho & Oxylapatho nemo ferè in cibis vtitur: pauciſſimum namque ac prauum miniſtrãt ſuccum, & eum medicamentoſum: eapropter in medicamentorum cenſu potius quàm alimentorum eſt. Habet tamen lapathum, ſiue rumex, magnam ſimilitudinem virium cum beta hortenſi: atque hortenſis rumex quandoque à ruſticis cum pane editur. *Oxalis.* Oxalis verò, ab aciditate acidula dicta, in acetariis non eſt poſtremæ notæ herba. Paucum ſuccum præſtat, nec valde malum. Præſeruat autem æſtatis tempore cum aceto ab humorum putredine, ita vt peſte graſſante non parum vtilis ſit experimento cognita. *Solanum.* Solano neminem audiui in cibo vſum fuiſſe, quòd inſuauis ſit, ac praui ſucci, non parum refrigerantis. *Verula.* Sion quæ Latinis Verula dicitur, vti aliis laber, & lauer, nobis berros, plurali numero, calidam habet naturam, adeò vt medicamentum potiùs quàm alimentum ſit, paucum ſuccum præſtans & calidum, ineſt berulæ facultas mundificandi renes ab arenulis & pituita, expellitque ab eiſdem lapillos: aperit quoque meatus obſtructos,

quos

quos menſium expurgationi parat, quemadmodum & pituitam, ſi quæ eorundem menſium purgationi obeſt, attenuat. Ad quem vſum cum melle edenda eſt, quemadmodum ad renum expurgationem cum aceto. Vtilis quoqoe ſtomacho betula eſt, ſed pectori aduerſa. Acrem habet ſaporem, verùm acria omnia atque amara elixa, aut omnino, aut magna ex parte eam qualitatem amittentia, magis quàm cruda nutriunt. Pars enim in qua acredo aut amaritudo conſiſtit, quæ nutritioni obeſt, facilè tranſit in aquam. *Naſturcium.* Naſturcium calidæ naturæ eſt, ac valde medicamentoſæ, acria quoque ſaporis: quamobrem non ſine pane edi poteſt, præterquàm ab incontinentibus pueris, aut fœminis, difficilè à ſtomacho ſuperatur, quoniam longè ſuperat ventris calorem, & nullum præſtat alimẽtum, niſi elixetur cum pingui iure. Surſum effumans caput tentat, & nares inflammat. Sternutationem mouet, rarò tamen lachrymas, non vti cepæ, nam naſturcium adcò vehementis caloris eſt, vt aquam lachrymis fundendis paratam, in flatum diſcutiat, quod cepæ facere non valent. Sed tamen eſt quoddam aquaticum naſturcium, quod quidam Sion eſſe appellatum volunt: id tamen à prædicto communi naſturcio, quod in hortis ſeritur, parum differt, quamuis minus calidum, ac minus acre ſit aquaticum hortenſi. *Apium.* Apium à nullo editur, niſi medicamenti ratione: præcipitur enim eis qui iecoris obſtructiones patiuntur, vt manè ante cibum apium eſitẽt, non paucis diebus continuis. Habet enim vim attenuandi & deobſtruendi meatus, & renes emundandi. *Petroſelinum.* Quas vires nihilominus obtinet petroſelinum, quod nos appellamus perexil: non enim inſtituimus modò de nominibus quæſtiones habere, ſed rerum quæ in alimentorum cenſu ſunt, facultates referre. Vtimur autem nos petroſelino in ſalaticiis, acetariiſque ferè omnibus, & cum carnibus elixandis, & ſæpe obſoniis, guſtui placere cupientes, quemadmodum, aut coriandrum, aut origanum miſcentes. Vulgare quoque ſalſamentum carnibus edendis paratur ex petroſelino valde contuſo in mortario, & mica panis, aceto, & aqua madefacta, quibus quidam piper addunt, quidam preterea allij parum, ſal tamen vtcunque addendum. Sed aduertendum id aceti ratione, inteſtina ac ventrem offendere: quod ſentiet qui frequentiùs eo vtatur, id tamen emendare volentes quidam addunt mel, alij ſaccarum. *Mentha.* Mentha præterea, etſi nullum præſtet alimentum, acetariis miſcetur, vt aceti temperat vehementiam ac frigiditatem: eſt enim aromatica, calida, ventrem roborans, & adſtringens. Qua ratione multis etiam obſoniis miſcetur, ſed habet amaritudinem quandam adiunctam, ob quam non omnibus placet. *Scandix.* Scandix gingidio ſimilis eſt facultate, amaritudinem quandam habentes ſiue crudæ, ſiue elixæ edantur, ſtomachum roborantes. Cum oleo, ſale, & aceto manduntur, medicamentorum potius quàm alimentorum vires habentes. Elixatio cum melle pituitam detergit, cũ aceto verò lumbricos internecat. *Eruca.* Erucâ nemo vtitur, quod nouerim, in cibis, niſi aliis oleribus mixta: eſt enim valde calida, & guſtui ingrata. Semine tamen frequenter vtimur ſalſamentum quoddam efficientes, quod mel recipit, ad edendos piſces accommodatum. Calefacit quidem & humectat in ſecundo ordine, venerem ſtimulat, & ſemen auget, ac proinde Martialis ait,

Et venerem reuocans eruca morantem,

Columella verò ſic,

Et quæ frugifero ſeritur vicina priapo,
Excitat ad venerem tardos eruca maritos.

Synapi. Sic etiam ſynapi in alimentorum cenſu non eſt, ſed cum alimentis editur, ſalſamentum enim parant coqui ex ſynapi, pane, aceto madefacto, & melle, ad carnes bubulas edendas valde vtile & guſtui gratum. Iuuátque non parum carnium quibus iungitur coctionem: nam & carnibus arietinis à quibuſdam miſcetur. Synapi & eruca caput tentant, fumis tranſmiſſis, ſed ſynapi frequenti vſu humores vrit, & pituitam ſalſam acernat, & quibuſdam impetiginis, quibuſdam alopeciæ cauſa fuit. *Vrtica.* Vrtica nemo in cibis vtitur, ſed in medicamentis, veluti ad thoracis expurgationes, & ſæpe eius elixatione cum melle clyſteria paramus. *Ocimum.* Ocimom, quod baſilicum appellant, pariter nemo in cibis aſſumit, nam prauum ſuccum generat, & difficilè coquitur, inſaniam facit, & iecoris calidos morbos. Quod itaque apud nos in hortulis ſeritur, quod minora folia mittit, flagrantius eſt, atque ariditate quandoque in ſerpillum degenerat. *Fœniculum. Anethum.* Fœniculum & Anethum ferè ſimiles calefaciendi vires habent. Nullum præſtant alimentum, præterquàm quòd fœniculi caulis interna pars paucum ſuccum præbet, calidæ, & aëreæ naturæ. Proſunt hæc potius mendicamentorum viribus, quàm alimentorum. Eſt tamen eorundem in condimentis & obſoniis vſus, ſed neque is frequens. Luſitani anethum viride cum carnibus elixandis miſcent. *Carduus.* Carduus qui nobis in vſu frequenti eſt, ſiue is ſcolymos Græcorum, ſiue cinara ſit, cum barbari carduum gatzum appellarunt, nobis notiſſimus eſt. Is quidem ſeritur vere, & hyeme editur, æſtate floreſcit purpureo flore, & ſemen continet multis ſpinis vallatum, & aciebus ordine compoſitis ſeruatum. Cymam habet hyberno tempore ſcolymos, & caules ſpinoſos, & folia ſpinoſa. Eduntur caules & cyma, ſiue radix, ſed caules multo molliores radice ſunt, & qui faciliùs coquuntur: radix tamen parte qua tenerior, guſtui ſuauior eſt caulibus. Habent tamen caules fibroſam ſubſtantiam quæ difficiliùs coquitur, quàm eorundem caro. Calidæ temperaturæ eſt, ſed tamen cum hyberno tempore edatur frigidus, & aquoſam contineat ſubſtantiam, vere refrigerat ventriculum, & inteſtina, niſi validum contineant calorem, qui fibras ſcolymi & aquoſam eius ſubſtantiam ſuperent, & à frigore quod actu poſſidet, non vincantur. Qui verò tales fuerint, neſcio quos veneris ſtimulos ſentient, eiſdémque ad vrinam mouendam proficiet: quod potius ſeroſæ ſubſtantiæ, quæ in carne continetur copia, facere creditur, quàm qualitatis & naturæ ratione, ac perinde ad id radix inualida eſt. Quidam carduo virenti ſtatim à terra effoſſo vtuntur, quidam eum ſuſpendunt: & poſtquam marcuerit, edunt: interim namque aquoſa humiditas minuitur. Sunt etiam qui ex eiſdem obſonia parent, cum pingui carnium iure ſcolymum elixantes, additis zingibere & caryophylis. Carduus præterea alter editur vere cum pinguibus carnibus elixus, dum vireſcit, & nondum obduruit, foliis ſpinoſis ſuper terram ſtratis. Is quatenus ventrem roborat, & vrinam mouet, ac renes mundat à pituita & arenulis, cardellus à nobis appellatur, ſed cùm obduruerit, aſper & eſui inutilis fit. *Aſparagi.* Aſparagi in Hiſpania ſponte proueniunt, neque vnquam ſeruntur, prodeunt autem in locis cultis, ſed frequentiores in ſeptis & incultis aruis. Leguntur antequam florem edant, deinde namque duriores redduntur: nam ſolam eam partem eſitant, quæ ob teneritatem fibroſa non eſt, ſed facilè perfringitur, quemadmodum ex raphanis optimi.

Parantur aſparagi ad primas menſas elixi,cum oleo ſale, & aceto. Eſt is quidem cibus guſtui gratus,ſed prauum ſuccum ac paucum præſtat. Appetitum excitant aſparagi, vim etiam habent calefaciendi, ac detergendi,& vrinam mouendi,& mundandi renes, quod etiam eorum elixatio, aut radicum ipſorum facere valet. Ferunt tamen aſparagi breuiſſimam elixationem, nam ſi eum modum,vel paululum exceſſerint,amareſcunt,ac deinde viſcoſi, & glutinoſi fiunt. Quamobrem meritò Druſus Imperator finem operis breui futurum oſtendens, dicere ſolebat, priuſquam aſparagi coquantur. Quo adagio Athenæos ſalſamentorum breuem coctionem ſignificabat dicens, priuſquam ſalſamenta coquantur: exigont enim breuem admodum coctionem. Ferunt cornibus arietis contuſis atque effoſſis naſci aſparagos, quod non credo, ſicut neque Dioſcorides. Ferunt quoque aſparagorum elixationem occidere canes. Ego quidem nullum vidi interemptum,etſi quoſdam eam bibentes viderim. Audiui tamen illuſtrem quemdam virum dicentem, eos tantummodo canes interimere aſparagorum elixationem, qui nihil præter ipſam eſitauerint. Leguntur aſparagi vere, ſuſpenſi ſeruantur in hyemem, in libero aëre ſiccati, quo tempore vti virides elixi eduntur ad eoſdem vſus. Sed ſunt aſparagorum alia genera, quæ ex fruticibus leguntur, vt & ramhi, & lupulorum: ſed ex eis poſtremi ſunt præſtantiores. Omnes tamen ſuæ plantæ naturam referunt, & vbi ſuperentur, ac probè coquantur, meliorem ſuccum præſtant quàm aſparagi prædicti, & firmius alunt: ſed lignoſi ſunt qui ab arboribus decerpuntur, & guſtui minus grati, & minus vrinas mouentes, quæ vis in lupulorum aſparagis adhuc conſtat. His proportione reſpondent arborum germina, quæ non niſi magna ingruente fame edi ſolent, parum enim nutriunt, difficilè ſuperantur, & lignoſam habent naturam. Raphanus Græcis dictus, Latinis radicula appellatur, tota hæc planta edi poteſt, nempe radix, caulis & folia. Caulis quidem parum acrem habet ſaporem, folia paulò maiorem habent acredinem. Calfaciunt, extenuant, vrinam mouent, & cum aceto manſa arenas de renibus pulſant. Sunt hæc prima menſa aſſumenda. Radicula verò ipſa acriorem habet ſaporem, ac proinde non ſine pane, aut aliis eduliis ſumitur, calefacit ſupra ſecundum ordinem, extenuat pituitam, & coctionem adiuuat. Galen. vrbanos cum garo,aut etiam aceto, ante alios cibos radiculam crudam mandere dicit, alui ſubducendæ gratia: demiratur tamen medicos atque idiotas, qui ipſam crudam poſt cœnam eſitant, coctionis iuuandæ gratia, omnes qui eos imitantur læſos fuiſſe dicens. Hiſpani verò ferè omnes, quos noui, non aliter vtuntur radicula, quàm ad cœnæ finem: Itali tamen & Galli vti obſonio vtuntur, ab initio in finem cœnæ, aut prandij, omnibus eduliis radiculam admiſcentes. Hinc conſtat quàm varius fuerit radiculæ vſus apud varios homines: ſiquidem Galeni ætate vrbani ante alios cibos: modò verò Hiſpani poſt cœnam, Itali ab initio in finem omnibus cibis admiſcentes, radicula vtuntur. Ego quidem nullos horum manifeſtè læſos exiſtimo, ſiquidem experimentum eos aliquando docuiſſet, ab ea conſuetudine diſcedendum eſſe: nam praua adhuc læſio ſi quæ ex radiculæ vſu intempeſtiuo ſequeretur, repetita, foret manifeſta. Cùm enim radicula calida ſit, & obſonij vices potius quàm alimenti generet, vtcunque ſumpta vſum aliquem præſtat. Nam cum oleo, ſale, & aceto manditur ante alios cibos, ac proficit ad ventrem ſubducendum, & detergendum pituitam. Cum aliis cibis admixta adiuuat eorundem coctionem, ſicuti & poſt cœnam radicula ab Hiſpanis iure eſitatur, caſeum enim ei admiſcent; nam ſuo calore coctionem adiuuat,& caſeus ventriculi os comprimit,& roborat. Nullum itaque horum reprehenſione dignum puto. Ructus quoque mouet radicula, ac proinde quibuſdam vomendi cauſa fuit, à quibus omnimodo vituperatur: nam ante alios cibos vomitum mouere dicunt, poſt alios tamen eos peſſundare. Sed hoc poſtremum falſum eſt, primum tamen non niſi in languidis ventribus,pituitoſiorib. & vomitui paratis euenire puto. Habet namque radicula nonnihil excrementoſum, à quo flatus calore radiculæ inter coquendum in ventre excitatur. Dixit enim Mneſitheus,vt refert Gal. radices plantarum,vti radiculæ, rapi,cepæ,& allij,coctu difficiles eſſe,& turbare. Cui ſententiæ rationem non contemnendam adiunxit. Fuit etenim Mneſitheus Athenienſis vir,tum in aliis omnibus quæ ad artem pertinēt ſufficienter doctus, tum verò qua via ac ratione medendi ſcientiam oporteat exercere,nemini peritia ſecundus, auctore Gal. ad initium lib. de Arte curatiua ad Glau. Is ſanè ſequenti vtebatur. Cùm enim radix toti plantæ cibum paret, quod aliis partibus conficiendum tranſmittit, nondum confectum continet, idque copioſum,vt aliis omnibus tranſmittat abunde, neque enim fieri poteſt (vt inquit) vt ipſe totus ſit concoctus, quando quod coctum eſt, perfectum eſſe videtur. Atqui humor qui radicibus ineſt, alibi in partes plantæ diſtribuens, coctionem perfectam acquirat neceſſe eſt, (partes enim omnes à radicibus alimentum accipiunt) neceſſe igitur eſt, ibidem humores crudos aceruari, quo loco coctionē abſolutam, quæ fit in partibus ſupernis, expectant. Non abs re igitur in radicibus plurimum humoris crudi continetur, meritò ſanè corporibus noſtris alimentum ab his relinquitur tumidum ac turbationis plenum. hæc Mneſitheus, quibus Galen. contradicit, probabilem eſſe verbis aſſerens eius ſententiam, experimento tamen falſam: nam radicula acriorem facultatem habet quàm ipſius folia, idem de cepis, beta, & porris, & alliis, & althea, notum eſſe dicit. Rurſus idem de dracontio, aro, & ſcylla. Ex acredine verò probare vult Galen. radices prædictas minus abundare incoctis excrementis. Rurſus inquit, quemadmodum in plantis aliis natura maximam fecit partem caulem, ita in prædictis maximā fecit radicem, quam auxit validiùs, ac nutriuit: in his tamen, quod minus probè confectum eſt, id in caulem & folia tranſmittunt, eo modo quo animalia poſt integram membrorum nutritionem, excrementa in pilos, vngues & cornua traducunt, ſicuti & in piſcibus ad magnas ſpinas: ſic itaque dicemus modo plantarum bene altas radices excrementa ad caules & folia procreanda mittere. Rectius autem fore docet ſi earundem plantarum vires ex ſingularum partium guſtu, & olfactu proſequatur medicus, & inde temperaturas ipſarum diiudicet: deinde quoque plantæ conſiſtentiam conſiderare præcipit, & ex conſiſtentia, odore, & ſapore cum aliis conditionibus iudicium ferre de tota planta & eius partibus. Nos quidem Mneſithei ſententiam non tantùm verbo tenus veram eſſe exiſtimamus, ſed naturæ rerum & experimento conſentaneam, ſi quis plantarum partes inuicem contulerit, nam ſæpe folia nobis inutilia ſunt, magis tamen radicibus elaborata, ſiquidem radix alimentum rude & inconfectum continet, quod confectionē & perfectionem in caule & tota planta

Egregium Druſi Imperatoris adagium, de quo vide Eraſmū in Chiliadibus.

Raphanus.

Mneſithei ſententia non contemnenda.

Egregia ratio.

planta aſſequetur: excrementoſa igitur eſt radix. Præterea imperfecta ad perfectiora à natura ſunt inſtituta: radix autem ob totam ipſam plãtam facta eſt, ergo minus eſt perfecta. Præterea ſi radix alimentum miniſtrat, id minus perfectum eſt in miniſtrãte, quàm in recipiẽte, veluti chylus minus perfectus eſt quàm ſanguis, & ventriculi ac iecoris actiones minus perficiunt materiam, actionibus membrorum, cùm aluntur. Quòd ſi radices excrementum tradere reliquis partibus cum Gale. dixeris, nonne euadet eam partem valde excrementoſam eſſe, quæ adeò excrementis abundat, vt toti plantæ excrementa ſuppeditet: radix igitur excrementoſior erit ipſa planta, præter id quòd radicem nunquam adeò affatim excrementa miſiſſe dicemus, vt in ipſa non remaneant copioſa: ſiquidem radix nullã magnam inanitionem patitur, ſed id in ſuo ſtatu perſeuerans facit: ſemper igitur excrementis abundat, quæ ſenſim mittit, ac ſenſim aceruat. Præterea plantæ quarum radices eſui ſunt, flores mittunt, & ſemen: id verò quamuis excrementum ſit, vt tamen Ariſtot. voluit, quantitate abundat, non qualitate, nempe materia ex qua ſemen generatur, quod Galen. quoque affirmat. Ea igitur pars quæ ad ſeminis generationem traducitur, nihilo imperfectior erit totius plantæ alimento. Præterea quòd radices acredinem habeant maiorem quàm folia, vt in cepa, ſcylla, & radicula, non probat alimentum radicum eſſe magis confectum, ſed quod calidiorem partẽ & acriorem alimenti adiungant, reliqua nondum integrè elaborata, trãſmiſſa ſimul cum parte acredinis participe. Neque enim ſequitur, partem aliquam alimenti eſſe magis alia elaboratam, quoniam acrior eſt. Nam bilis quæ cum ſanguine tendit ad alitionem membrorum, cùm in ipſis elaboratur, minùs acris redditur, iam prope in carnem tranſiens. Præterea quamuis radicula, & cepa acrem habeant ſaporem, ſicuti & porrum, id ad earum ſubſtantiam attinet: verùm ſuccus, qui in ipſis continetur, aquoſus eſt, & multus, quod Mneſitheus voluit: nam & ea ratione excrementoſum, humidum, & turbans reddent alimentum. Docent id cepa excrementa corporibus augens, & rapum flatum aceruans, maximè ſi quis illud crudum ederet, & radiculæ quæ flatus craſſos ac ructus creant. Ex bis quoque notum eſt, Galen. non probare contra Mneſitheum radiculam & ſimiles alias radices non eſſe excrementoſas ex acredine. Acris enim eſt earum ſubſtantia, plurimum tamen cõtinent in poris & meatibus inconfectum alimentum. Exemplum præterea adductum à Galen. ſimile non eſt: nam cornua & pili, animata non ſunt, neque in ipſis alimenta ampliorem recipiunt confectionẽ, & imperfectæ partes animalium ſunt. Planta verò perfectior radice eſt, atque in ipſa alimentũ vlterius perficitur. Quòd verò guſtu probandas eſſe vires alimentorum teſtatur, non ſine diſtinctione aſſerendum: nam vbi id cuius natura venit exploranda, diuerſas admodum partes habuerit, poterit partem habere acrem ac calidam, quæ guſtum vehementius immutet: partem verò aliam excrementitiam & aquoſam, quæ guſtum non mouet. Cuius rei exemplum eſt cepa, & ſcylla, quæ præter acrem partem, aliam non confectam continent copioſam, quam, vbi diutius appenſæ teneãtur, in caulium & foliorum generationem, & alitionem expendunt, ampliori facta elaboratione. Radicula igitur ac cepa calidæ ſunt, & coctionem aliorum adiuuant, ſed excrementa augent, quæ in flatum verſa ventrem turbant. Quod Galen. ipſe aduertens cùm de Paſtinacis loquitur, difficilè eas confici dicit, ſicuti & alias radices. Sed iam ad inſtitutum redeamus. Galen. radiculam cum garo dixit edi. Erat autem garum apud antiquos *Garum quid.* liquor ſociorum appellatum, quod ex piſcibus, atque eorundem inteſtinis ſalitis veluti ſanies quædam emanabat. Quidam etiam vinum addebant, ac deinde percolabant. Nonnulli ex ſyluro, alij ex ſcõbro piſce liquorem eum parabant, quidam etiam ex carnibus ſalitis. Apud nos verò neque viſũ eſt garũ, ſed loco eius vtimur oleo, aceto, & ſale: ad eſum tamen ſalitorum piſcium, oleo & aceto. Rapum, *Rapum.* napus etiam appellatur à nobis, Græcis *γογγυλὶς* & *γογγυλὶς*, quæ duas ſpecies diuerſas ſtatuit Dioſcorides. Parum alit, nec valde craſſum alimentum præbet, niſi improbè conficiatur, aut ob malam præparationem, aut quæ copioſiùs ingeritur, aut ob ventriculi imbecillitatem. Sic enim craſſum & crudum aceruat ſuccum, & flatum auget: mouet parum vrinam, & ventrem ſtimulat, ſemen oculos illuſtrat. Nonnulli parant rapũ elixantes cum carnibus pinguibus, (neque enim aut crudum, aut aſſum edi poſſet) deinde cum carnibus porcinis pinguibus edũt, aſpergentes ſuccũ aranxij, aut limonis: is enim præter id quod guſtui placet, impedit etiam craſſi humoris generationem, & ipſius lentorem deſiccat, quæ ex raporum & pinguium carnium eſu ſperantur. Quidam verò ex rapis obſonium parant, ipſum in aqua, oleo & melle elixantes, addunt ſal, piper, caryophylos, & crocum: quæ omnia ad celeriorem coctionem & ſucci extenuationem nõ parum conducunt, ſicuti ad flatus diſcuſſionem; vtcunque tamen fungoſam generant carnem, nec ventrem ſiſtunt, nec mouent. Siſer radix eſt, aliis quidem Paſtinacæ cõgener, nobis napis perſimilis. Galli ipſam *Siſer.* cheruillem dicunt, nos chiriuiam. Hęc autem elixa, aut in cineribus aſſa editur, ſed cum oleo & ſale & aceto: amittit enim amaritudinem ferè in totum, & exuperantem oſtendit dulcedinem, craſſum & flatuoſum ſuccum præſtat, & carnem generat leuem, vti napi, & quæ facilè diſſoluatur, mouet vrinam, & ventrem ſtimulat. Paſtinaca paucum, calidũ, & non *Paſtinaca.* lentum, nec craſſum præſtat ſuccum: vrinam ciet, & ſtomacho vtilis eſt, atque appetitum excitat, cùm ſit aromaticitatis particeps. Venerem quoque ſtimulat. Editur à quibuſdam cruda, vt pueris, fœminis, & ruſticis, quo modo difficilè cõficitur in ventre: elixa verò ab aliis editur cum oleo, ſale, & aceto ante alios cibos, ab aliis aſſa in cineribus, deinde vino immerſa: verùm purpurea guſtui gratior, & ad prædictos vſus efficacior experimento conſtat. In omnibus namque oleribus, cerealibus, fructibus, & animalium generibus, quæcunque flauiora, aut ru- *Nota.* fiora, aut magis ad nigrum vergentia ſunt, albidioribus ſunt calidiora. Arum planta eſt valde nota, cu- *Arum.* ius radicem quidam mandunt elixam cum aceto, oleo & ſale: in hac tamen regione validam habet facultatem & acrimoniam, qua extenuat craſſos humores, & ſputum craſſum ac viſcidum expulſioni parat. Quapropter medicamentoſa eſt potius quàm alimentoſa, paucum ſuccum, neque bonum præſtat. Dracontij, & Aſphodeli radices ob nimiam acre- *Dracontium.* dinem valde medicamentoſæ ſunt, neque eas quis *Aſphodelus.* edere tentauerit, niſi magna graſſante alimentorum inopia, atque tunc vbi prælixentur ter, aut quater, deinde additis oleo, aceto, & ſale. Aſphodelus tamen, ſiue haſtula regia, editur contra ſerpentum morſus. Bulbi eſculenti qui à nobis cebolletas appellantur, ſaporem habent parum auſterum, commixtum cũ pauca acredine, & manifeſto amarore, ob amarorem & auſteritatem appetitum, excitant:

ob acredinem verò & amarorem humores ſpultioni patant, extenuatione, ac inciſione. Hæc vbi crudi

Bulbus eſculentus. edantur. Si verò elixi minus amari redduntur, & bis elixi totam amittunt amaritudinem, ac perinde ſuccos generant craſſiores. Elixantur autem cum carnibus, & quandoque friguntur in oleo & melle, fitque cibus minùs mali, ac minùs craſſi ſucci. Acetariis miſcentur herbis, cum aceto, oleo, & ſale ad appetitum excitandum. Ruſtici verò in agro ſæpe & quandoque domi bulbos crudos edunt cum pane, aceto panem, aut bulbum intingentes, ac ferunt ſibi gratiſſimum cibum. Acetum tamen craſſitudinem ſubſtantiæ bulborum extenuat, & corporum exercitatio non parum eandem emendat.

Cepa. Cepa à bulbo genere non differt: eſt autem cepa maior & rotundior, ſed habent cepæ acredinem maiorem, ac vim extenuandi. Crudæ quidem à quibuſdam cum pane eduntur ruſticis, & fœminis: præſtant autem ſuccum inconfectum multum, & pituitam tenuem augẽt, pauciſſimum tamen præbent alimentum: extenuant validè humores craſſos thoracis & pulmonis, & eos ſpuitioni patant. Elixantur cum carnibus & omnem amittunt acrimoniã, & copioſiùs alunt, neque adeò crudum tribuunt alimentum: ſic etiam & vbi cum melle & oleo friguntur, aut cùm elixantur in aqua & oleo additis melle, pipere, croco, & caryophylis. Hic cibus facilè coquitur, & per ventrem deſcẽdit, ſed ſuccus eius calidus eſt, & capitis infert dolorem. Aſſantur etiam cepæ in cineribus, & deinde oleo, aceto, & ſale mãduntur, quo modo paratæ appetitum excitant, vrinam mouent, renes mundant ab arenulis, & pituita.

Porrum. Porrum pariter acrem habet ſaporem, vires extenuandi ac calefaciendi: editur à ruſticis crudũ cum pane, reiectis foliis, quæ eſui non ſunt, vti neque in cepis, bulbis, aut alliis: ſed vbi elixentur porri, ceparum modo acredinem amittent, & eaſdem ferè

Allia. cum ipſis ſeruabunt vires. Allia vehementem habẽt acrimoniam, & ingentem caliditatem, ita vt exurere poſſint. Crudum allium nullum præſtat alimentum, nec tamen interna exurit, quoniam dum digeritur, aliquatenus deuincitur, & aut pani, aut aliis cibis, aut humoribus miſcetur, neque ſitim efficit. Ferina quidem res eſt, & quam nec beluę tentarent, allium crudum edere, niſi medicamenti ratione, veluti ad cholicum aliquem dolorem à frigore, aut flatu ſedandum: diſcutit enim flatum: in quem vſum aſſum in cineribus accommodatur, elixum autem acredinem amittit, ſed pauxillum præbet alimentum & extenuans.

Allium calidum & frigidum. Ruſtici quidem hyeme & æſtate allio vtuntur, experimento docti, in his temporibus proficuum ſibi fore, ita vt allium calidum & frigidum eſſe clament. Falluntur hercle hac in re. Cæterùm rectè dixerunt ipſum eiſdem hyeme & æſtate proficuum: hyeme namque calore obſiſtit ambientis frigiditati, æſtate verò prohibet ne ab ambientis calore internus ventris calor omnino diſſoluatur. Obſonij ratione multis cibis miſcetur, quibus omnibus ſaporem & calorem adiungit: infert tamen vtcunquè edatur capitis dolorem, niſi validiſſimum ſit edentis caput.

Tubera. Tubera, terræ naſcentia ſunt, quæ ſola ac cruda nullatenus edi debent, nullo enim ſapore ſunt prædita, ſed veluti cucurbita, frigidam habent naturam, inſipida ſunt, aqueum præſtant alimentum, ſed craſſius quàm cucurbita. Galen. boni ſucci eſſe dixit. Auicennas melancholici præ cæteris. Vt tamen minus noceant tubera, prius abradenda, vt mundentur à terrena parte exteriori: deinde in aqua & ſale breui elixanda, & adiecta aqua rurſus in alteram aquã calidam transferenda, cui oleum, piper, & xingiber addunt, & aceti parum. Quòd ſi maiora caſtaneis fuerint, ea in fruſta ſecãt, deinde ab eſu vinum album bibunt, parum dilutum. Hac conditura malitiam tuberum emendamus quammaximè: minùs verò ſi eadem aſſemus addito pipere. At verò cauendum ne malo humore in ventre præexiſtente quis eis vtatur, facile enim corrumpuntur: maximè verò ſi copioſiùs eiſdem veſcatur.

Fungi. Fungi qui ad nigredinem tendunt, & qui naſcuntur in putridis locis, & fimo referris vitandi ſunt: inferunt enim apoplexiam, paralyſim, cholicum morbum, & ſpirandi difficultatem, & venenorum ſymptomata. Sed qui albidiores ſunt, quos boleros appellant, probè parati, edi poſſunt: rarò tamen, augent enim pituitam, & craſſum, frigidum, & humidum præſtant alimentum: nam ſunt in tertio ordine frigidi, & iuxta ipſum humidi. Parantur autem, vt diximus de tuberibus, elixi, & prima elixatione reiecta, ſecundò elixantur in aqua, oleo, pipere, xingibere, ſale, & pauco aceto, aut ſal prima ipſa elixatione affundimus. Poſt fungos verò vinum vetus, validum, & meracum bibendum eſt, quod corruptioni fungorum medetur, ſi ſuperaddas origanum, calamentum, piper, zingiber, aut eorundem elixationem. Hac tempeſtate ſic parantur, ſale inſperſo tabeſcunt, deinde aqua & oleo elixantur, interim addito ſemine coriandri, allio, pipere, & caryophylis, ad finem oua integra cochleari agitata miſcentur.

De Alimentis quæ ab Animalibus ſumuntur.

CAPVT VIII.

ANimalium natura medico conſideranda eſt ad ſanitatis tutelam, cùm homines non tantùm ſeminibus, fructibus, & oleribus veſcantur, ſed animalium quoque carnes vorent: homo ſiquidem animal omniuorum eſt. Ex animalibus verò quædam terreſtria ſunt, vt quadrupedia, & reptilia, quædam volatilia, quædam aquatilia: quamuis multa ſint volatilia & pedeſtria natantia, quæ in aqua aluntur, & quædã aquatilia, quæ extra aquam din degunt, & alimentum accipiunt. De facultatibus alimentitiis trium generum animalium ordine dicemus, quibuſdam præfatis, quæ ad generalem doctrinam attinent, & his quæ dicentur, ſunt neceſſaria præludia. *Hoc idem inſinuare videtur Seneca dum ait, vna ſylua pluribus elephantibus ſufficit, homo verò vix terrâ & mare paſcitur.* In animalibus multæ ac variæ ſunt differentiæ conſiderãdæ, quæ omnes vires alimentitias variant. Nempe genus, ætas, ſexus, habitus, victus, & præparatio, quæ communis eſt ferè omnibus alimentis. Ex genere quidem, quoniã genere meliores ſunt carnes arietinæ caprinis, & gallinarum quàm anſerum. Ex ætate, nam nouella ſunt humidiora: vetuſta, ſicciora: maſculus fœmella in omni ſpecie eſt calidior. Ex habitu, nam pinguiora ſunt humidiora, & macilenta ſicciora. Ex victu, nã domeſtica ſunt ſylueſtribus humidiora, & in otio degentia pluribus excrementis abundant, quàm exercitata: præparatio tamen varia, notum eſt quantum in ea re valeat. Decet tamen vt ſingula horum latiùs differentes pertractemus, à generis diuerſitate auſpicantes.

Animalium genera cibo diuerſa. Pedeſtria animalia aquatilibus & volatilibus magis terrenam habent naturam à toto genere: quod oſtendit eorundem natiua grauitas, & quoniam corpori conſtantiſſimum præſtant alimentum, & quod difficillimè diſſoluitur, quemadmodum

Digitized by Google

modum & terra difficiliùs quàm aqua in aerē trāſit. Aquatilia verò aqueam habent naturam & minus terrenam ſubſtantiam:aliàs neque in aqua primam habuiſſent generationem, neque in ipſa degerent & alimentum caperent. Volatilia tamen aërea magis ſunt, magis quoque terrena aquatilibus, & minus pedeſtribus. Ex pedeſtribus quoque quædam magis ad humanum temperamētum accedūt, & homini magis ſimilia ſunt, quædam minùs, & ex eiſdem quędā calidiora homine, quædam ipſo frigidiora, quædam humidiora, quædam ſicciora: ſiquidem humana natura media eſt in vniuerſa ſubſtantia, vt parte prima docuimus. Sed tamen in vniuersū magis ſimilia ſunt animalia pedeſtria homini, aquatilibus, & volatilibus, quamuis aquatilia & volatilia faciliùs in ventre ſuperentur, & ex volatilibus plurima meliorem ſuccum pedeſtribus præſtent. Niſi dixeris in vniuerſum, ſuccum ſimillimum humano corpori optimum eſſe. Ex pedeſtribus autem animalibus quædam ſunt domeſtica, quædam agreſtia: ſed quę agreſtia ſunt, ſicciora ſunt cicuribus & domeſticis: quoniā vehementiùs exercentur, & quoniam à prima ipſa generatione agreſtia ſūt ferociora & bilioſiora, ac perinde indomita, vti leones, pardali, pantheræ, lupi, vulpes: reliqua verò melancholica, ſicca, ac frigida, & timida valde ſunt, vt lepores, cuniculi, cerui, & damæ: eadem tamen animalia vbi cicurentur, humidiora redduntur, & in domeſticorum naturam quadantenus degenerant. Exemplo ſunt cuniculi domeſtici, qui longè humidiores agreſtibus ſunt, & cerui domi alti, his qui in montibus degunt: & ex auibus columbæ palumbis ſunt humidiores. At verò in conſequentibus ſeiunctim de animalium quæ eſui ſunt natura per genera dicemus. Ætates prętcrea animalium non parum mutant vires alendi: omnia enim animalia, ſicuti & plantæ omnes, à prima ipſa generatione humidiora ſunt: talia enim eſſe decuit quæ augeri & extendi natura valent. Cùm verò ad maximum ſibi debitum peruenerint incrementum, ſicciora reddita ſunt: nam eadem ratione natura ea amplius extendere non valet. Perſeuerant in hac conſtitutione aliquandiu, non verè, ſed quoad ſenſum: momentaneus enim eſt rerum quæ augentur, & natura poſtea decreſcunt, ſtatus. Cæterùm canes venatorij, cùm quarto ſuæ ætatis anno ſummas venandi vires acceperint, aliquandiu eaſdem ſeruant, ita vt ſentiri non poſſit, an declinent. Homo pariter vigeſimoquinto anno conſiſtens nihil amittit ante trigeſimumquintum, quod agnoſci poſſit, quamuis in ſe nunquā in eodem permaneat ſtatu. Areſcunt autem poſtea animalia & plantæ, natiuo calore humidum abſumente, ac perinde duriora redduntur: ſicca enim dura ſunt, & humida mollia, ratione tradita in prima operis parte, quæ verò exſiccantur ex animalibus, aut ætate, aut morbi ratione fibroſa redduntur, & coctionem admittunt difficilem. Ex animalibus tamen & plantis ſingula eò longius declinant, quò tardius ad ſummum deuenerunt incrementum, atque eadem omnino cauſa. Nam ad ſummum incrementum deducuntur, quoniam humor natiuus ſummam ſuſcepit extenſionem, atque inaruit, ita vt amplius extendi non valuerit: iam igitur quæ humidum tenue, & aqueum habent, facilè areſcunt, & ſummam extenſionem ſuſcipiunt: quæ verò humidum habent lentum, & tenax, tardè extenduntur, & ad ariditatem eam perducuntur, vt amplius non extendantur caloris actione. Sic etiam omnino fit, vt quæ breui ad ſummum incrementum perducta ſint, breui deinde inclinantia pereāt: quæ verò tardè extenduntur, poſtea longiorem habeant inclinationem, & tardius ad finem perducantur. Exemplo ſunt ocimum, baſilicum, & cupreſſus: ocimum namque breui augetur & floreſcit, ac ſemen profert, deinde breui declinat & areſcit: cupreſſus autem poſt centum annos augeri viſus eſt: ſed eius vita vltra quadringentos extenditur. Quamobrem ex animalibus quędam poſt annum conſiſtunt, quędam nondum decimo: in quorum eſu temperatura eſt conſideranda, ac perinde perſpicuè conſtabit medico qua ętate temperatius ſit animal, & humanæ temperaturę propius accedat. Animalia namque natura ſicca, nouella edenda adultiora. Sexus præterea animalium vires alimentitias non parum variāt: maſculus enim calidior eſt fœmella, non tamen in omni genere: nā inter aues rapaces ex falconibus, is qui Prima appellatur, fœmina eſt, & validiſſima, ac mole maxima: quis verò appellatur Torzuelo, maſculus eſt, fœmina minor, & ad pugnam imbecillior. Oſtendunt autem vires & corporis magnitudo caloris abundantiam, atque ea ratione in aliis generibus maſculorum calor maior probatur, qualem deceat eſſe calorem eius qui filios alere, & eoſdem à reliquorum animalium incurſu tueri debeat. Fœminarum verò munus in quiete filios parare, procreare, & fouere. Mares quidem caloris vehementia aſſumpto humore fibroſas habent & ſicciores carnes, & cùm coëunt nidorem quendā referunt, & difficilè coquuntur: ſic & fœminæ cùm concipiunt, citò areſcunt, & obdurantur, aſſumpto proprio alimento in fœtus alitione, & procreatione, quemadmodū & aues dum ouis incubāt. Quamuis itaque pedeſtria poſt partum & lactationem, & aues relictis pullis reficiantur, nunquam natiuum humorem, & carnis mollitionem priorem recuperant. Fœminas itaque in quadrupedum genere caſtrare oportet, ne concipiant, & aues ne ouis incubent prohibere: nam eas interim edere pernicioſum foret, poſtea verò duriores & ſicciores factas eſſe, noſſe oportet. Mares autem caſtrare, veluti galloa gallinaceos inter aues, & ex pedeſtribus arietes, tauros, & porcos eſt frequentiſſimum. Degenerant namque ſtatim mares in fœminas, & mediā quandam naturam ſeruant, ſed cùm à coitu abſtineant, bonum odorem, ſaporem & temperaturam nanciſcuntur eorum carnes. Ad habitum corporis attinent pinguedo & macies, nos tamen loquimur impræſentiarum de duplici macie aut pinguedine: altera eſt ab ſpecie, altera ab indiuiduo ſingulari: nam porci ex ſpecie pinguiores ſunt capris, at verò ex capris quædam ſunt aliis pinguiores. De pinguedine hoc vnū in vniuerſum ferre licet, pingue omne macilento faciliùs coqui, & in ventre ſupernatare: deindę verò ſuccum minùs conſtantem præbere. Quoniam tamen de ſingulis generibus agendum, nos modò de his quæ intra genus macilenta ſunt, aut pinguia, dicemus. Ex his quæ toto genere pinguia ſunt, & obeſa, ea eligenda præcipimus, quæ minùs abundant pinguedine, citra morbum, veluti inter porcos ſalubrior eſt caro illius qui paulò macilentior moderato eſt. Ex his tamen quę ſunt à natura plus æquo macilenta, & pinguedine carent, vti lepores, & cuniculi, pinguiores ſunt eligēdi, dūmodo ſaginati non fuerint, & in loco concluſo alti. Quæ verò nullum extremum obtinēt à natura, pinguiora ſunt meliora: quoniam & ſaniora, vbi non ſaginentur, & guſtui magis grata: præterea quoniam dulcia ſunt quæ nutriunt, & pinguia dulcia ſunt. Ex animalibus verò aut natura, aut victu pinguioribus iuſto, partes alitioni optimę ſunt macræ,

ſed

Animalia domeſtica & agreſtia.

Animalium per ætates temperamenta.

Animalia quæ tardè cōſiſtunt, longam habent inclinationem.

Animalium ex ſexu diuerſitas.

Animalium habitus.

ſed iuxta pingues ſitæ, & ex macilentis animalibus à natura, partes quæ iuxta pinguedinem ſunt, ſimul cum pinguedine edendæ. Et in ſumma ex humidioribus ſicciores, & ex ſiccioribus humidiores. Quæ verò intra ſpeciem plus iuſto macilenta ſunt, edi non debent: id enim nõ fit niſi aut morbi ratione, aut alimenti defectu: ſicuti & in bíaque turgent coitum appetentia: aut enim alimentum non capiunt, aut inaniuntur nimio coitu. Animalia tamen domi ſaginata excrementoſum præbent alimẽtum, humidum & pituitoſum, quæ verò plurimis laboribus fatigantur & extenuãtur, ſicciora ſunt & duriora.

Animalium victus vires variat.

Victus quoq; varius quantum mutet animalium naturas & alẽdi vires, ex his quæ diximus notum eſt. Parum enim exerceri, aut multum, craſſiora, aut tenuiora reddit animalia, & molliora aut ſicciora, & duriora. Neque enim victum conſiderare præcipimus qua victus eſt, ſed qua corpus animalis variè mutat. Potiſſima verò victus pars in alimentis animalium conſiſtit. Idem namque animal diuerſis alimentis aſſuetũ temperaturam mutat, quod planta Perſica docuit, in Ægyptum tranſlata, quæ ex venæfica ſalubris reddita eſt. Sanguis namque ac perinde caro alimentorum vires contrahũt, dicente Hippoc. Fœmina vel capta elaterium, aut agreſtem cucumerem deuorantes, pueris purgatio. Neque hoc tantùm, ſed ſi gallina cepam deglutierit, caro odore, & ſapore cepam refert, & quod his maius videtur, nos non ſemel, ſed ſæpius ex oui ſapore agnouimus gallinam deglutiſſe cepam.

Lib. 6. epid.

Regio quoque diuerſa vires variat, veluti reliquus victus, tum ob aëris temperiem, tum ob alimentorum varietatem.

Animalium ex regione diuerſitas.

Animalia namque in locis maritimis alta, humidum & aquoſum præſtant ſuccum, & minimè conſtãtem, ſicuti & herbæ quæ valde humidę ſunt. Nam & in tempeſtatibus pluuioſis herbę humidiſſimæ ſunt, & animalia quæ eiſdem aluntur tenuia, & inſipida, aquoſæ naturæ: quæ verò Solis actione conſiſtere incipiunt, & maturitatem aſſequi, conſtantius alimentum præbent, & animalia ſolidam carnem ſibi apponunt, perſimilem quoque hominibus retribuentia. in ſumma, quemadmodum diuerſa victus ratio nobis adhibita, noſtrã mutat tẽperaturam, & ſanitatem, ita & animalium & plantarum. Præterea animalia eiuſdem generis diuerſam admodum naturam aſſequuntur, vbi domi, aut in agro alũtur: humidiora enim ſunt domi alta, ſicciora quæ in agris, ob exercitationem exſiccantem, & aërem, & Solis calorem, quæ omnia excrementa quoq; diſcutient, à quibus domeſtica priuantur. Domi quoque ſaginantur nonnulla, vti porci, & à quibuſdã agni, & arietes, & plus ęquo pingues fiũt, & excrementis abundant. Saginata itaq; animalia ſibi non admodũ ſana ſunt, eſui verò longè minus. Quòd ſi natura valde ſicca fuerint vbi domi alũtur & pinguia fiant, & ita ſaginẽtur, vt congruas exercitationes non omittant, ne aut multis excrementis abũdent, aut ægrotent, ſalubriora reddentur, & humanæ temperaturæ ſimiliora. Sunt tamẽ ex animalibus quædam adeò ſicca, vt nulla victus ratione fieri poſſit, vt corrigantur, & exceſſum amittant, vt canes, lupi, leones. Ex volatilibus miluus nunquam cicuratur, ourſus, falco, pica, papagallus, etſi cicurantur, nulla victus ratione humeſcent: prius enim ob excrementorum copiam ægrotabunt & morientur. Turtures domi altæ & pingues bonũ præſtant ſuccum, & temperamento proximum. Gallinæ verò & anſeres, & anates, ſicuti ex pedeſtribus ſues meliores ſunt, qui præter id quòd domi aluntur, interdiu in agro diuagantur & redeunt: ſic enim fiet, vt paucum congerant excrementum.

Carnium generalis præparatio.

Præparatio deinde carnium ac piſcium valde variat eorundem vires alimentitias, atq; eadem omnino caro quæ difficilè in ventre ſuperatur, vbi commodam ſuſcepit præparationẽ, facillimè vincitur, & quę alias facilè vinci ſolebat, ex præparatione ſuperari nequit. Fit etiã vt ex diuerſa præparatione ſiccæ, aut humidæ reddantur carnes, ſicuti & piſces, & aut intus, aut extra. Præparationum autem prima ac ſimpliciſſima differentia eſt, quæ ex alteratione ſumitur, quæ per primas qualitates fit. Nam carnes aut piſces elixantur, aut aſſantur, aut torrentur, aut ſuffocantur, aut friguntur: quibus adde macerationem, quæ fit carnibus aeri appenſis, quæ eſt veluti fermẽtatio ipſarum. Elixantur autem quædam in aqua, quædam in vino, quædam in lacte. Aſſantur quędã in cineribus, quædam in furno, quædã in veru circumactæ. Torrentur quædam ſuper prunas, quædam iuxta ipſas. Suffocãtur quædam in patinis, aut olla, quædam in paſtillis. Friguntur quædam in oleo, quædam in butyro: quæ elixantur exteriùs redduntur humidiora, interius ſicciora Natiua quidem rei humiditas minuitur, aduentitia tamen augetur. Quæ aſſantur, ſicceſcũt exterius, interius humeſcũt. Natiua nempe humiditas ſeruatur, externa & ignea accedit ſiccitas. In vniuerſum tamen elixa faciliùs ſuperantur, & minùs alunt, & celerius per ventrem deſcendũt. Aſſa tamen difficiliùs coquuntur, digeruntur & deſcendunt: verùm valde nutriũt, & conſtantius præbent alimentum, ſed ex carnibus, quę in veru aſſantur, ſunt meliores, circumactæ enim probè admodum omni ex parte parantur: nõ ſit tamẽ ignis admodum validus, ne partes extimæ plus æquo torreantur, aut vrantur, intimis crudis manẽtibus. Toſta omnimodo ſicciora redduntur, & difficilem admittunt coctionem, & ventrem ſiſtũt. & ignis quandam contrahunt acrimoniam.

Suffocatæ carnes.

Suffocatæ carnes omnes prauum ſuccũ præſtant & difficilè ſuperantur: obdureſcũt enim, & omnem alimentitiam partem exprimunt. Quapropter ex patinis & paſtillis ius tantùm edendum foret, id enim facile, & multum præbet alimentum: carnem tamen ſic paratam non laudo, minimè verò eam quæ poſt aſſationem aut elixationẽ ſuffocatur, cuius euaporatio impeditur: prauum enim ſuccum præſtat, & ori ventris, & cordi nocet. Piſces tamẽ ſic ſuffocati, venenoſi ſunt, & praua inferunt ſymptomata, & quandoq; mortem. Quæ friguntur, duræ quoque redduntur & ſiccæ: minùs malæ tamen ſunt, ſi in butyro frigantur, vtcunq; tamen difficilè coquuntur, & nidorem referunt, & nauſeam concitant.

Maceratio carnium.

Macerantur carnes viuæ agitatæ, & aues ab accipitribus captæ, & inter aſſandum, ab igne ſemotæ, ac reductæ, & diu mortuæ ſeruatæ. Secunda differentia præparationis ex mixtione ſumitur. Cùm enim obſonia parãtur, quibuſdam addunt coqui aromata, quibuſdam mel, aut ſaccarum, quibuſdam acetũ, aut ſuccum alium acidum: quandoque plura ex his miſcent, in quibus omnibus condituris guſtui & gulæ tantùm placere conantur, omni ſanitatis cura poſthabita. Miſcere quidem carnibus & aliis alimentis mel, ſaccarum, aceti parũ, aut ſucci aranzij, aut ante obſonij confectionẽ, aut poſt, tolerabile videtur, quamuis culpa non omninǫ vacent mixtiones carnis & mellis, aut carnis & aceti: minùs tamen malũ videtur eadem piſcibus miſcere, & eiſdem piſces parare.

Medicaminũ & ciborum mixtiones deteſtanda.

Verùm deteſtanda omnino eſt mixtio medicaminum tertio, & quarto ordine calidorum, vti piperis, zingiberis, caryophylorum, ſinapis, & aliorum quæ omnimodo ſanitati aduerſa ſunt, ſi piſcibus miſceãtur;

tur:pernicioſa verò, ſi carnibus. Prætcrquàm ſi piſces mali, craſſi, ac difficilis coctionis fuerint, à quibus abſtinendum potiùs eſſet. Hæc enim ventrem plus æqno calefaciunt, & deinde iecur, caput valide implent, cibos nidoroſos efficiont, eoſdem ante coctionem à ventre præcipitant, bilem augent, renes excalfaciunt, ardorem vrinæ generant, & in renibus lapidea, crudis delatis ſuccis, & deinde oimio calore vſtis, homines efficiunt furibundos, incooſtantes, imprudentes, ſalaces, & bibulos. Excitant enim hæc validam ſitim, ob quam nonnulli ſummè refrigeratum vinum bibunt, quidam niuem addūt, quidam ſiti perpetua vexantur, ob quā ieiuno ventre bibere coguntur. Sed ſunt qui per huiuſcemodi obſoniorum præparationes ex inſtitoto velint ſibi ſitim excitari, vt nunquam nō ſitiant, neq; vllo potu ſatientur: verùm his vt deteſtandæ turpitudinis autoribus, non ſcribitur liber hic, ſed illis tantùm, qui malunt viuere, quàm bibere. Præcipimus itaq; vt carnibus, ſi fieri poſſit, recentibus vtatur is qui ſuæ conſulit ſanitati, & his elixis in aqua & ſale, quibus ſi velis addes petroſelinum paucum, aut eicera: aut eaſdem aſſas edat, pauco ſale addito. Atque id in omnibus quoad fieri poſſit ſeruandū, vt carnes macilentæ elixentur, pingues verò aſſentur, ſed licet quidem pingues elixare: macilentas verò, ſi aſſaueris, ſicciſſimas reddes, & alitioni ineptas: piſcibus autem vtatur aut elixis, aut aſſis, ſi credit ſe poſſe eoſdem facilè ſuperare: ſi ſecus, ea adiunget ſalſamenta, quæ vulgus hominum, apud quos prædicti piſces ſunt in vſu frequenti, eiſdem aptare ſolet, ſed cum omni moderamine. Miſcent etiam coqui nonnunquam carnibus pręparandis oua, quandoq; lac, quandoque varias herbarum ſpecies, ſed diſpares admodum cibos conficiūt, quorum partes quædam facilè, quædam difficilè in ventre coquuntur: id verò valde ſanitati obeſt. Ex præparationibus eſt ſalire carnes, & diutiùs occiſas ſeruare. Hoc quidem vtile eſt, vbi moderatè fiat, nec tempus congruū excedat: veluti cùm hyeme ſeruantur ad tertiū diem, vere ad ſecundum, & autumno: æſtate à matutina in veſpertinam horam, aut rurſus à veſpertina in matutinam. Eſt enim hæc maceratio carnium, veluti fermentatio: ſed non omnibus par tempus congruit: piſces enim citiſſimè fœtent, carnes non ita, & carnium extra breui fœtent: ex carnibus verò perdices longam ferunt fermentationē. Præterea pingues carnes & carnium partes ob ſubſtantiæ pinguis tenuitatem faciliùs corrumpuntur, macilentæ tardiùs. Hæc maceratio putrefactio quædam eſt, quamuis ab initio nondum manifeſtè putrent carnes, nec fœtore participant, eò tamen tenduot: laxantur autem priùs, & molleſcunt: quoniam non ſatis regitur humór à calore innato rei, deinde humore nimiùm redundante & exhalante natiuo calido, ſuccedit externus, ſubſtantiam occupans & putrefaciens, quo tempore fœtor accedit, & iidem vermes generantur. Propterea carnes ſicciores tardiùs macerantur, & putreſcunt, & carnes ſale condiunt, vt ſicciores redditæ, & minùs abundante humiditate, minimè à putredine occupentur. Ad quod prodeſt etiam carnes fruſtatim exponere Soli æſtiuo diutiùs, vt inareſcant vi Solis, vti ſalitæ vi ſalis. Sale namque condiunt carnes & piſces, ſed ſine delectu: non enim omnes ſunt ſalituræ aptæ. Nam quæ nimiùm ſiccæ ſunt aut natura, aut ætate; vbi ſaliantur, ſiccæ admodum redduntur, ac perinde paucum, craſſum, & malum ſuccum præſtant. Quæ verò immodicè humidæ ſunt ex ætate, ſalitæ ineptæ fiunt alitioni: ſal enim omnem ferè humiditatē exprimit, quam carnes nouellæ tenuem habent. Itaq; tota caro nouella, humida & mollis à ſale liquatur, ſolis fibris, neruis, & membranis relictis. In vniuerſum verò præcipimus, neminem carnibus vti ſalitis: habent enim vim exſiccandi, qua homines ad ſenectutem celeriùs deducunt, prauum etiam præbent ſuccum, & paucum, quòd ſiquis eas ſalire decreuerit, vt diutiùs ſeruentur ad vſū, ſalituræ aptiores ſciat eſſe, quæ adultorum & conſiſtentium animalium ſunt, neq; omnium, ſed eorum quæ à natura iuſto ſunt humidiora. Quamobrem porcorum ſaginatorum caro ſalita minus eſt excrementoſa, etſi praui ſucci. Verùm craſſi admodum ac praui ſucci ſunt carnes bubulæ, hircinæ, & ceruinæ ſalitæ, deteriores cuniculorum, & leporum ob ſiccitatem, ſicuti hœdinæ & agninæ ob ætatem, & auium quarundam ob ſiccitatem, quarundam verò ob ſubſtantiæ tenuitatem. Piſcium tamen multa genera ſalire tutius eſt, quàm pedeſtriū. Seruant etiam coqui carnes ſale, alliis, origano & aceto mixtis, copioſa aqua, quas poſtea aſſas miniſtrant. Præſtant quidem prauum ſuccum, & caput grauat fumus inter coquendum: ſed faciliùs coquuntur, & appetitum ventriculi excitant. His præhabitis ad ſingulorum animalium carnes accedamus, id præmonentes, à carnibus conſtantiſſimum accipi alimentum, præ omnibus eduliis.

Hoc præceptū Germanis & conuenit, vt atque Vaſconibus, quibus nihil eſt aliud viuere quàm bibere.

Carniū fermentatio.

Carnes ſalita.

De carnibus pedeſtrium animalium.

CAPVT IX.

DE agnina carne primo loco dicamus. Agnus ante vnius anni complementum, humidam admodum habet carnem, viſcidam & mucoribus plenam: excrementoſa itaque eſt, craſſi ſucci, & difficilè venas penetrat. Aſſa quidem melior eſt quàm elixa, ſed vtroque modo ob excrementorum copiam abiicienda. Cùm autem iecur & venas non permeet, in ventre retentus ſuccus inteſtinorum læuorem efficit: præterquàm ſi calidior venter ſit. Tranſitio verò vnius anni ſpatio, caro agnina optima omnium carnium, quæ à pedeſtribus deſumuntur animalibus eſt. Bonum ſuccum præſtat, copioſum, modicè conſtans, quod à ſano ventre facilè ſuperatur: eſt enim humanæ carni ſimillima, & ſaluberrima, omnibus ſanis hominib. poſt tertium ſuæ vitæ annum, vſque in naturalem mortem accommodata. Neminem enim ſanum conqueſtum audiui de carnis arietinæ modico eſu. Gal. quidem ſuûm carnem humanæ ſimilem eſſe dicit, quoniam nonnulli humanas carnes pro ſuillis vendebant: verùm ſuillæ carnes longè plus pinguedine abundant, ita vt in quibuſdam ventris partibus tota caro pinguedo ſit, & ferè tota caro ſuis, præterquàm ſpatularum & femorū pinguedo eſt: quod ſatis diuerſum eſt in homine. Quòd ſi ob ſubſtantiæ ſimilitudinem facilior commutatio fit, & quod homini ſimilius eſt, pauciora auget excrementa, & abundè alit: caro agni vnius, duorum, aut trium, aut etiam quatuor annorum homini ſimillima eſt: ſuis namque caro excrementa plura auget, & difficiliùs in noſtram tranſit naturam carne veruecis. Quod tamen magis conſtās alimentum præbeat ſuilla caro, veruccinâ, id ad ſucci lentorem potiùs quàm ad ſimilitudinem referri debet. Præterea id confirmat noſtram ſententiam, quòd ea quæ conſtans valde præbent alimentum, aut viſcidum præſtant ſuccum, aut craſſum, quorum

Agnus.

Caro ſuilla an ſit magis nobis ſimilis arietina.

vtrum

vtrumque ea ratione tale dicitur, qua noſtrā naturā ea in re ſuperat. Porrò quātò caro ſuilla validiſſimè exercitatis, vti agricolis, ob ſucci conſtantiam veruecinā accommodatior eſt, tātò temperatis hominib. mudicè exercitatis veruecina vtilinr eſt ſuillā, ob ſucci bonitatem, & coctionis facilitatem. At verò quoniam agni ouibus miſcentur, eoſdem caſtrare decet: non caſtrati enim coëuntes, praui ſucci carnes habent, redolētes hircos, & ſapore nidorem quendam referentes, quę breui obdnrantnr. Caſtratorum verò agnorum carnea ad quartum vſque ætatis annum ſeruantur optimæ, & boni ſucci, & ſaluberrimæ eis qui aut in otio degunt, aut modicè exercentur, ſicuti & nō caſtratorum, ſegregatnrum tamen. *Ouilla caro.* Ouilla caro excrementoſa admodum eſt, & praui ſucci, guſtui ingrata valde. *Caprarum caro.* Caprarū caro praui ſucci eſt & craſſi, acrimoniam quandā guſtu referens: hircorum verò non caſtratnrū adhuc nidoroſior, caſtratorum aliquatenus emendatur. *Hircorum caro.* Hircorum tamen montanorum, atque capratum caro ſiccinr eſt quàm domeſticorum, ſed minus nidoroſa. Verùm quemadmodū agnorum caro ante annum bumidior iuſto, & excremenrnſior, poſt annū temporis proceſſu exſiccata, temperamentn magis accedit; ita caprina priori ætate dū humiditas in animalibus omnibus abnndantinr eſt, melinrem habet temperaturam. *Hœdus.* Quaprnpter hœdus melior eſt hirco, & capra, vti veruex agno nuodum annuali. Hœdus igitur lactans bonū auget ſuccum, & facilè coquitur, ita vt carni agni vnius, aut dnorū annnrum caſtrati, cūferri poſſit, nam faciliùs cnquitur: verùm vbi agni annualis caro probè coquatur, melinrem ſuccum præſtabit, magíſque humanæ naturæ familiarem. Cùm autem ablactantur, iam hircnrum naturam ſapiunt & redolent, & difficilè ſuperantur, ac fibroſi ſunt. *Bubula caro.* Bubula caro craſſæ ſubſtantiæ eſt, difficilè in ventre ſuperatur, ac tardè permeat, nnn tamen lentore participat: natura frigidior eſt carne hircina, & veruecis. At quemadmodam hœdina caro cùm nondū ſui generis ſiccitatem conſequitnr, temperamento accedit valde, ita vitulina bubulam ſuperar: non enim per eam ætatem temperamenti ſiccitatem aſſequitur, ſed quantū naturæ ſuæ ſiccitas ex genere ſuperat temperamentū, tanto ætatis ratione humiditas natiua attemperat carnem vitulorū, atque perinde temperamento accedunt magis: ſed remanet quædam ſubſtantiæ craſſitudo qua ab humana natura ſecedit, craſſum ſuccum adhibens, non valde, craſſiorem tamen hœdis, & caſtratis agnis, nondum tertium annum excedentibus. Rorſus quod de bœdis dicimus, eos lactantes eſſe eligendos, id ad vitulos transferre oportet. Nec ignorandum, apud Italos, & in quibuſdam Septentrionalibus ac frigidis admodum plagis, vitulorum lactantium carnes, veruecum carnibus eſſe præferendas: idem quoque fieri videmus in regionibus admodum calidis, & extrema Beticæ Hiſpaniæ parte. In ea quoque regione ſuillæ carnes agninis eiuſdem conferuntor, non noſtris. Apud nos enim agni paſcūtur hyberno tempore in extrema Caſtellæ parte, iuxta Luſitaniam, & Beticæ Hiſpaniæ terminos: æſtiuo verò in locis frigidioribus, montuoſis, vti Numanciæ, Scobiæ, Molinæ, & Concæ, ac perinde pecus nūquam extremū frigus, aut calorem experitur. Optimæ igitur agninæ carnes ſunt, & omnium pedeſtriū animaliū carnibus præferendæ, ferè in toto regno Caſtellæ, quemadmodum & tota ferè Anglia. Taurorum verò caro peior omnibus his babetnr, craſſa, fibroſa, dura, ſicca, nidoroſa, & praui ſaporis, ac ſucci, quam neminem edere permitterem, niſi in magna carnium & aliorū alimentorum inopia. Aſſuerunt quoque agricolæ boues ab aratro in gregem reducere iam ſenio confectos, & ad labores inualidos, quos deinde impinguatos edunt: verùm horum caro etſi melior ſit quam eorundem macilentorum, paulò quidem bumidior ob pinguedinem adiunctam: ſiccitatem tamen quam carnium, & muſculorum fibræ ex ætate & laboribus contraxerunt, attemperare, aut humorem reficere impoſſibile eſt. Generat autem bubula caro atque in corpore aceruat craſſum ſuccum, ſiccum ac melancholicum, & qui melancholicos morbos, vti varices, quartanas, lienis morbos, & hæmorrhoides afferat. Quidam malitiæ corrigendæ gratia bubulas carnes cum ſinapi ednnt, ac prodeſt ad celeriorem in ventriculo confectionem, & tranſitum atque diſtribntionem: ad finem tamen, caliditas ac ſiccitas ſinapis ſicciorem reddit ſuccum, & eum aduſtum, & carnem genitam ex eodem. Ego quidem cum pingui iure minutim inciſam carnem eam edi cōſulo, id enim valde attemperat eiuſdem craſſitudinem, duritiem & ſiccitatem: ſed elixa edatur, non alio modo parata. Boues præterea nonnulli agitant ante occiſionem vt præponderent, & maiori pretio vendantur, cæterum deterioris adhuc ſucci fiūt: quoniam caro ſiccior redditur, & in eadē ſanguis immergitur, cuius tenuis pars diſcutitur à calore, reliqua craſſiore manente. Cùm autem ſanguis ipſe natura craſſus & melancholicus eſſet, tenui diſſoluto, craſſior reddetur, & totus ipſe cibus ex carne & ſanguine immerſo, ac denſaro, tenerrimus erit, ac craſſi admodum ſucci. *Suilla caro.* Suilla caro à Galenu humanæ ſimilior aliis ſtatuitur: nos verò diximus agninam eſſe magis ſimilem: nempe agnorum qui annum ætate exceſſerunt & quintum nondum attigerunt, caſtratorum. Suilla tamen caro veluti & reliquæ ex ætate manifeſtam haber differentiam. Porcelli namque humidiſſimi ſunt, & eſui ineptiſſimi: ſuccū enim augent pituitoſum, vel, vt rectiùs dixerim, mucoſum & lentum, pariter & excrementa multa. Eduntur tamen à quibuſdam lactantes aſſi cutem torrefacientes, quam ſolam ednnt: ſed quidam carnem iterum ſublata cute torrent atque edunt. Verùm cutis dura, ſicca & difficilis coctionis eſt: caro verò torrefacta adhuc bumida, ſed non parum emendatur eius malitia torrefactione. Sanis itaque hominibus modicè huiuſcemodi carnes deguſtatæ parum nocent: maximè cum ſalſamenta, ex eiuſdem porcelli hepate, aut ſanguine cum mica panis, aceto madefacta, & croco, ac pipere & ſale. Sus deinde vnius anni, propè accedit ad temperatam carnem, ſed excrementoſus eſt, lentum præbens ſuccum & valde conſtans alimentum, vehementiùs exercendis accommodatum. In hac noſtra regione ſuilla caro à paucis editur recens, ſalita verò ab omnibus: verùm hęc vt lentoris minus participat, ita ſiccitatem alienam adiunctam babet, qua difficilius coquitur & permeat, atque ſitim excitat, & melancholię generandę materiam prętat. Caro pręterea ſuilla ſiue recens, ſiue ſalita, morbis renum nocet, & ſanos quandoque in eoſdem deducit. Optima omnium eſt caſtratorum, ſed duorum annorum, & non vltra quatuor. Quæ verò ſaliendæ ſunt, intra id tempus ſaliri debent: ante id namque valde eliquantur, & citò deinde ranceſcunt, poſt quartum tamen annum plus iuſto areſcunt. *Aprorū caro.* Aprorum carnes meliores ſunt reliquorum ſuum carnibus, ſiquidem ob exercitationem minus excrementoſæ ſunt, modicè lentum ac conſtantiſſimum alimentum præſtantes. Ego quidem apri annalis ſani carnem

Longè alimentoſior & delicatior eſt caro ſuilla in inſula Sancti Thomæ, referente Scalig. exerc. 164. in Cardan. dicit enim nullis carnis delicatiùs eſſe inferiorum, ita vt detur ægrotis in cibum, cū aliòquì Hi-

ſpanica gens vehementer abhorreat à ſuilla.

Taurorum caro.

caroem optimæ carni agni caſtrati vnius aut duorum annorum coufero ; & paulo mious ſalubrem eſſe iudicu. Aptum autem, atque agnom optimum in ſua ſpecie eſſe volo. Eis quoque qui validè exerceri debent, apri adbuc magis accommodatum ſuccum præſtant. *Nota.* Quòd verò Galenus carnem apri melancholicam dixerit, ſenis intelligi debet. Ex ſuibus tameo illi ſunt meliores, qui præter id quòd domi aluntur, io agrum quotidie deducuntur: verumtameu oeque hi booitatem carnis ſylueſtrium attingunt. *Ceruina caro.* Ceruina caro ſicca eſt, ſicuti & capreolorum, & damarũ, & hœdorum: quod itaq; de hœdis diximus ac vitulis, id ad nouellos ceruos, damas, & moutanos capros traducere licet: omnes enim ob humiditatem ætatis naturæ ſiccitatem attemperant. Pariter & ſi quis ceruum aut damam domi aleret, ipſum redderet temperatiorem: dum tamen non probiberet à mediocri quadam exercitatiooe. Ceruorũ tamen carnes qui iu montibus diuagãtur, maximè ætate prouectorum (quod multifida cornua docent) uos ſæpe deguſtauimus, cùm eorundem venationi intereſſemus. Sed ſiccas ipſas intelleximus, difficilis coctionis, & melancbolicæ naturæ, prauiſque ſucei. Pinguiores raroen earum optimæ ſunt, quales menſe Auguſto cùm fruges ſemina protulerunt. Laudabilior tamen carnis ceruinæ pars ea eſt, quæ iuxta lumbos, quam venatores appellaut tallo: hæc enim pinguedine abundat, qua ſicciras attemperatur, & pauciora continet excrementa: quoniam bilem inde trudit natura in caudam, vbi in ceruis fel continetur: pitoitoſum verò excrementum nullum ferè io ceruis congeritur. *Damarum caro.* Damarum deinde caro media eſt inter ceruinam & veruecinam, tanto humidior, mollior, & facilioris coctionis ceruina, quanto ſiccior, durior & difficilioris coctioois veruecina: ac perinde caro ceruina elixa edenda eſt, aſſa tamen edi non debet, ob ſiccitatem. Damina tamen elixa optima eſt, aſſa quoque noo mala, verùm ſi cum pingui parte porcinæ carnis, multis in locis veluti ſpiculis infixis, veruecinæ carni aſſæ æquiparabitur guſtu & ſalubritate: minùs tamen alit. Damæ præterea lactantis caro, lactantis hœdi perſimilis eſt, præterquam quòd ei non accreſcit abundè pinguedo, vt electioribus hœdulis, quod à bonitate carnis nonnihil detrahit. Adultarum verò damarum leuior eſt, & pauciorum excrementorum, & melioris ſucci, quàm caprarum, & bircorum: ceruina tamen caro ſiccior eſt quàm damarum, magiſque terrena ac frigida, in quibus ſuperat bubulam carnem. Suntque bubulis carnibus & damarum, ceruinæ frigidiores, & ſucci deterioris. *Aſini ſylueſtris caro iuuenis.* Aſini ſylueſtris iuuenis ac pinguis carnem ceruinæ proximam Galen. dixit. *Lepus.* Leporina caro ſiccum & melancholicum ſanguinem generat, ac paucum, non facilè coquitur, & triſtitiam affert. Cùm autem magna ex parte ante venationem lepores agitentur, ſanguis carni immergitur, quapropter ſucci deterioris fit. Editur tamen elixa caro leporis cum porcina pingui carne, vt ſiccitas eius moderetur: nunquam tamen boni ſucci redderur: quidam verò ipſam edendam cumino inſpergunt. Prodeſt autem ad celeriorem coctionem, verùm ſiccius alimeotum præſtat: probè autem à quibuſdam aſſatur eo modo quo de damarum carne diximus. *Cuniculus.* Cuniculorum præterea caro ſicca eſt, ſed minos leporina, ac minus mali ſucci: verumtamen ſiccum præſtat & malom alimentum, & paucum, vti & leporum. Súntque noonulli ex cuniculis pingues, ita vt valde attemperent natiuam ſiccitatem. Eſt itaque apud nos cuniculorum caro minus quàm aliubi ſicca, aut praui ſucci: editur autem probè aſſa, vti herbæ acetariæ, oleo, aceto, & ſale. Nouelli tamen cuniculi magis temperamento acceduot, & eorum caro paucum alimentum præſtat, parum ſiccum, oec manifeſtè malum. Itaque facilè coquitur, familiarem ſanguinem generat, temperamento proximum, ſed paucum. Domeſticorum cuniculorum caro minùs ſicca eſt quàm ſylueſtrium, ſed excrementoſa admodum & guſtui minùs grata, etſi dulcior ſit. *Vulpium caro.* Vulpium carnes nemo ferè deguſtat ob fœtorem & acrimoniam, quam guſtu referunt: prauum quoque auget ſuccum & bilioſum. Galen. tamen refert venatores autumno veſci carnibus vulpium pinguium, quæ tales redduntur vuarum eſu. Carnes tameo leonum, & vrſorum & pantetarum omnino eſui non ſunt, nec ſi bis elixeotur, eo modo quo quidpiam bis elixare docuerat Galen. cap. de braſſica, ob ſucci prauitatem, caliditatem & difficilem coctionem. Inſuauis quoque eſt & praui ſucci caro aſinina, & valde excrementoſa, ventrem ſubuertens. Prauum quoque ſuccum præſtat ac melancholicum camelina caro. Equina eidem proxima eſt, & vtraque difficilè coquitur, & inſuauis eſt. *Cati caro.* Catorum pinguium caro à quidusdam editur aſſa, ſed excrementoſa eſt, fœtida, & guſtui ingrata, etſi dulcis valde. *Erinacei caro.* Erinacei caro calida eſt, & manifeſtè exſiccans, & vrinam mouẽs, paucum & malum ſuccum præſtans, & difficilè ſuperabilem. *Cochlea.* De cochleis placuit Galeno pauca quædam dicere, poſtquam de carnibus pedeſtrium animalium egit. Cochlearum caro dura eſt, & difficilè ſuperatur, ac melancbolicum ſuccum præſtat. Bifariam apud nos parantur, priùs elixæ, deinde ſublata teſta friguntur in oleo, & addito pipere, deiode & aceto eduntur. Ab aliis rameo bis elixantur, prima abiecta aqua, cui vis ineſt ventrem ſubducendi: deinde in ſecunda elixatioue miſceotes eis piper, crocum, & caryopbylla.

De his quæ ab animalibus pedeſtribus deſumuntur ad alitionem.

Diximus hactenus de facultatibus carnium pedeſtrium animalium, vnum tamen prætermiſimus: nempe ſingularum partium eiuſdem animalis vires diſtinguere, atque conferre, cùm inter ſe apertè differant. Nam caro quæ in cruribus eſt, non adcò facilè coquitur, vti ea quæ in ceruice aut iuxta ſpatulas. *Nota.* Id verò animaduertendum, partes quæ cordi proximæ ſunt, calidiores eſſe, & faciliùs in ventre coqui, vbi eiuſdem naturæ fuerint. Laudantur quoque ex animalium partibus dextræ magis quàm ſiniſtræ, & anteriores poſterioribus præferuntur. Partes tamen neruoſæ, veluti pedes, cùm elixantur lentum præbent ſuccum, & qui facilè ſuperatur, & humectat ſolidas corporis partes, ita vt aridis corporibus optimæ ſiut. *Cerebrum.* Cerebrum pituitoſum eſt, craſſi ſucci, tardi meatus, laborioſæ coctionis, ſtomacbo aduerſum, ita vt nauſeam conciter, nec liceat ipſo vti poſtrema menſa, niſi velis vomitum concitare. A nobis ſale & cumino paratur in ſartagine, ita frigitur cum butyro vaccino, & ſale atque cumino, deinde verò miſcent oua in vnam ſubſtantiam cogentes, quod non damno: nam eo modo paratum faciliùs coquitur, probè tamen coctum bonum præſtat ſuccum, ſicuti & medulla dorſi, quæ durior eſt cerebro, & eò durior quò magis ſecedit ab ipſo. *Medulla.* Medullæ verò reliquæ molliores ſunt, dulciores, & guſtui magis gratæ, ſubuertunt etiam aliquatenus ventrem, ac perinde prima eduntur menſa ante alios cibos elixæ, atque ad-

Nota. dito ſale:à qoibuſdam additot ſaccarum. Nos verò bubulas medullas elixas addito ſaccaro,& ſale infãtibus ablactandis exhibemus,non ſemper,ſed ſæpe, atque optimè lactis loco ſubrogantur. Adeps verò atque pinguedo quãuis à frigido habeant in corpore conerctionem,calidæ ſunt naturæ:ſed pioguedo humida eſt, adeps verò ſiccus, quod docer facilis poſt eliquationem concrerio. Hæc quidem oauſeam concitãt, & parũ admodũ nurriunt,& oleoſæ oaturæ ſunt. *Lingua.* Lingua muſculoſæ ſubſtantiæ eſt,ſed valde fungoſæ:cootiner quidẽ linguæ caro venas,& neruos plurimos,ſed omnes molles: quaptopter facilè caro hæc coquitur & leue præſtar alimentum, vbi reliquæ carni aoimalis cooferatur. Ego quidem à conualeſcẽribus,& his qni longis morbis laborant, dum non valde plenum corpus eſt,aut excremeotis abundar,ſed vbi copioſius ali poſtulat, experimento noui,linguæ carnem elixam facilè coqui,& probè reficere,& guſtui gratum cibum eſſe, ferè omnibus. *Glandulæ.* Glanduſæ faciliùs coquuntur carnibus cuiua ſunt animalis,modicè quoque aluot, omnes tamen humidæ ſunt & excrementoſæ. Nam ad excrementotum repoſitionem ſunt natura inſtimtæ glandulæ quæ in ceruice,& gutture,& faucibus, ſicuti quæ incertas habenr venas latas:in bis enim non confectum alimentum conrinent intra vaſa,cuius partem quoque in tranſitu ſibi reponunt. Minùs excrementoſæ ſunr qoæ aliis vaſis adnectendis & firmandis *Mamillæ.* inſeruiunt. Io glandularum genere mamillæ ſunt, quæ non ſemper conſimilem babent naturam:nam animalium quæ conceperunr, humidiores ſunt & molliores, & magis excrementoſæ, atque interim dum lactis nonnihil babẽt,dulciores ſunt,& quamuis magis excrementoſæ, ob dulcedinem à quibuſdam eliguntur, vti caprarum,porcorũ,& vaccarum: quæ verò lac noo habeor,ſiccioris naturæ ſunt, & durioris,& tardiùs à natura ſuperantur:verùm quoniam fibris carent caroes glandularũ,mamillæ verò ſolas venularum tenerrimas continent fibras, faciliùs reliqua animalis carne ſuperari dicemus. Quòd ſi mamillarum caro noo integrè ſuperetur, ſuccum crudum ac piruitoſum generat:humida quidem piruitoſum,dura & contracta qualis lacte vacua,crudum:probè verò confecta ſuccom præſtat propè ſi-*Teſtes.* milem carni ipſius animalis. Teſtes prærerea de natura glandularum ſunt,è quibus gallorum iuuenum ſunt præſtantiſſimi,plurimi alimẽti & ſelecti ſucci, ac facilis coctionis: pedeſtrium tamen animalium paruorum oondum coëuntium meliores ſunt. Non præſtant laudabilem ſuccum,neque vt mamillarum carni conferri poſſint: oidorem namque referunt, aut virorem cùm iam coëunt,& ſemen abundè generant:ante id verò adhoc meliores multò ſunt, vri iuuenum porcorum:ſed hi citiſſimè coëont,& octauo ætatis menſe deprauantur. Agnorum verò reſtes nou oiſi iotegro iam peracto anno, taurorum verò eo ſunt dereriores, quò caro ipſorum dererior eſt *Oculi.* carne ariemm & porcorum. Oculi à nemine ferè manduntur:diuerſam enim continent ſubſtantiam ex membranis & bumoribus, his quidem aquoſis, illis verò duris & ſiccis:omnibus verò frigidis:quapropter totus oculus difficilis coctionis, pauci, & praui ſucci eſt. Renes prauum ſuccum præſtanr, & vrinam ſapore,odore,& natura referenrem,nec dif-*Iecur.* ficilè coquuntur in ventre. Iecur pedeſtriom aoimaliom,naturam habet concreti ſanguinis,difficilè coqoitur,& rardè permeat. Laudantur præ aliis porcorum iecora,maximè eorum qui fuerint caricis ſaginati:nam dulcia ſunt,mollia,& guſtui magis grata,& quæ à natura faciliùs vincũtur,& victa promptiùs permeaot. Eligibilius iecur eſt animalium lactanrium,& corum quæ lacte aluntur,& iuuenum: faciliùs enim coquitur & diſtribuitur,& in vniuerſum poſteaquam ſuperatũ fuerit validè nutrit. Nec ramen pedeſtrium iecora iecoribus volatiliũ conferunrur,de quibus inferiùs agemus. *Lien.* Lien paucum ſuccum præſtat,ſed melancholicum & prauum,difficilè quoque ſuperatur,& ob melancholiæ quæ in ipſo congeritor,acerbitatem,tardè permeat, & vias obſtruit. Corrigitur eius malitia aliquatenus vbi cum butyro vaccino, aut porcina axungia liquata, frigatur,aut ſimul addita aqua elixetur. Porcinũ reliquis melius haberur,maximè ſaginati porci:humidaio enim habet hoc animal naturam, iecur autem & lieo ſiceam. *Cor.* Cor fibroſam,duram,ac ſiccam habet naturam,ac perinde difficilè ſuperatur: verùm vbi probè vincatur,bonũ ſuccum præſtat,nec paucum, parum etiam ad ſiccitatem inclinantem. Paratur vti de liene diximus. *Pulmo.* Pulmonis caro leuis eſt,minùs nutrit quàm iecoris aut cordis. Gale. ſuccum pituiroſum præſtare dicit,cuius cauſam Aëtius ſcripſit eſſe carrilagineum aſperæ arteriæ corpus adiunctũ:nos verò valde aſſidentem naturam habere dicemus, ex venis,arteriis aſperis,& leuibus, & carne conſiſtenrem. Caro fungoſa,leuis,& facilis coctionis eſt, atque aëreæ naturæ:cæteta difficilè coquuntur, & frigida ac ſicca ſuot,ac perinde nihil ineſſe videtuc pulmonis carni, qnod pituitæ materiam præbear. Pulmo agni ſex menſium,aut hœdi quatuor,aut ætatis minoris,cùm nondum aſperæ arteriæ canales obduruerunt, vbi com porci axũgia,aut ipſius pinguedine & ſale,& aceti guttis parerur,facile coquitur,nec malum præſtar ſuccum. Reliqua interiora, nempe ventriculus,inteſtina,& vterus membranoſa ſunt,& difficilè coctionem admittunt:cocta verò ſanguinem paucum præſtanr,atque eum frigidæ naturę. Ex inteſtinis verò ea meliora ſunr,quę craſſiora,& quę pinguedinis plus habẽt,tum quoniam guſtui magis grara ſunt, tum quoniam pinguedine moderatur arida ac membranacea natura ipſorum. Ab animalibos pedeſtribus lac deſumitur atq; ſanguis. *Sanguis.* De ſanguine primùm agamus. Is quidem natura fibras habet,apud Ariſto. præterquàm ſanguis ceruorum & damarum, id docente experimenro. Fibrarum verò ratione è vena ductus concreſcit, quapropter nullatenus à vena ſugẽdus eſt,ſed cùm prius in vaſe collectus, atq; conerctus,manibus fibræ rumpantur:non enim concreſcet amplius. Melancholicum ſuccum præſtat, & difficilè ſuperatur, ac rardè permeat. Hircinus ſanguis à nemine deguſtatur ob ſaporis prauitatem, & alimeoti malitiam. Taurinus verò & bubulus à pauciſſimis, terrenus enim eſt valde. Agnorum rameu & arietum ſumitur,ſicuti & porcinus:omnes tamen paocum & melancbolicum ſuccom tribuunt: ſanguis tamen leporinus reliquis præſtantior eſt. Editur apud nos non aliter quàm cum ipſa leporis carne: cùm enim canes lepores inſectantur, & incurſibus con fringunr, ſanguis ferè rorus carni immergitur, quem poſtea cum ipſa elixant, atque eduot. Accedit ad idem qoòd non iogulant ipſos, ſed caput conterũt: ſaoguinem itaq; intus relinquũt, quem cum carnibus elixum eduor. Corrigont autem carniom leporum & ſanguinis ipſorum ſiccitatẽ,pinguem carnẽ porci ſimul elixantes. Sanguinẽ teſtitudinis quidã cum iure carnis bibendum præbent,ſine concretione & attritione,quam diximus:id tameo non laudo.

De Lacte.

Lac. LActis natura temperamento valde propinqua eſt in menſura calotis & frigiditatis. Galen. etenim

etcoim lib. 5. de Simplic. medic. facult. cap. 20. mediam dicit habere temperatutam inter ſanguinē, & pituitam, magiſque accēdere ad ſanguinem, quàm ad pituitam. Cùm autem ſanguis temperatus ſit, ſiue mediocris ealoris, vt ibidem dixerat, & in comm. lib. 1. de natura bumana, reliquum eſt lac frigidæ naturæ eſſe, ſed non longè à temperamento, humidæ tamen temperaturæ. Nugas autem puta eorum ſententias, qui lac frigidiſſimum eſſe aſſeruerunt. Præſtat autem lae ſuecum optimum præ cæteris alimentis, vbi ſelectum fuerit tum ex animalis ſpecie, tum ex ſingulari ipſo animali, tum etiam ex tempore & victu. Differt enim nō parū lae ouillum à lacte camelino, & ſanæ à non ſana oue, & prope partum, ab eo quod longè à partu accipitur, & vernum ab æſtiuo lacte, ob alimentorum diuerſitatem, accedente quoque aëris temperie diuerſa. Diuerſitas quæ ex animalium ſpecie ſumitdr hæc eſt. Habet enim lae ex tribus ſubſtantiis conſtitutionem, butyro, ſerea parte & caſeali. Butytum aëreæ ſubſtantiæ eſt & calidæ, ſerea pars, qualis ſingulis humoribus eſt admixta, aquoſa eſt & frigida, acre tamen nonnihil habet, & mordens, quale etiā in vtinis eſt: caſealis verò pars frigida & ſicca eſt & aëreæ naturæ. Bubulū itaq; lac pinguiſſimum eſt, & butyri plus aliis contineus, camelinū ſeri plus, ouillum plus caſei, medium in bts omnibus caprillum cōſiuct. Rurſus tenuiſſimum lac camelinū eſt, deinde equinum, deinde aſininum, deiode caprillū, deinde ouillum, deinde bubulum, ſed ouillum magis terteuum, & minùs pingue bubulo eſt: bubulum verò magis pingue, & minùs terreuum, continer enim bubulum pingue multum, quod butyrum appellamus, atque ea ratione butytum dictum eſt, ouillum tamen, caſeale multum. Perpetuum autem eſt lac reuuioris & magis aquoſæ, ſiue ſeroſæ ſubſtantiæ, faciliùs coqui, celeriùs per ventrem deſcendere, minùs alere, nullateuus obſtruete, minime verò in ventre coagulati, ſicuti neque ventrem io tumorem eleuare, aut flatibus ipſum implere: contraria verò contrariis ineſſe, & mediis media. Itaque lae camelinum, & aſininum facilè eoquuntur, & digeruntur, ſed minùs alunt, ouillum verò tardiùs coquitur, & digeritur, ſed validiùs alit: eaprillum medium eſt facilitate & difficultate coctionis, & digeſtionis, atque alendi viribus. Lae tamen bubulū, etſi pinguius ſit ouillo, faciliùs tamen ſuperatur & digeritur ipſo, ac minus conſtans præbet alimentum: eſt enim ouilium craſſioris, & magis terrenæ natuiæ. Lactis quoq; natura in diuerſis animalibus eiuſdem ſpecici diuerſa eſt, nam ſanorum melior eſt, ægrotum deterior. Nemo autem ignorat, in quot morborū diſcrimina ducantur infantes ſola nutricis mutatione, nedum ſi à ſana in ægram mutatio fiat, à quibus quoque morbis fuerint liberati: vbi ſanioribus & meliùs habitis traditi fuerunt: quantum etiam differāt cùm animalia abundantem habuerint herbam, aut ſecus, notū eſt. Herbæ quoq; virides & recentes aquoſius generāt lac, & aridiores ac duriores craſſius. Vt tamen ſummatim dicamus, quantum poſſit animaliū diuerſus eibus lae variare, docuit Hippo. lib. 6. de Mōr. pop. par. 5. dicens, Mulier, aut capra, ſi elaterium, aut eucumerem agreſtem edāt, pueris purgatio. Sic etiam prope partum lac aquoſius eſt, craſſius lōgè à partu, longiſſimè verò craſſiſſimum. Quibus igitur partus eſt incunte vere, duplici ratione interim lac tenuiſſimum eſt, ob partus propinquitatem, quoniam tūc copioſius eſt & minùs in mammis conficitur, & ob herbarum humiditatem. Æſtate verò craſſiſſimum duplici quoque ratiooe reddetur, tum quòd parcius affluat, & exactiùs conficiatur, tum quòd herbæ ſicciores ſunt, & alimentum conſtantius adhibent. Eligetur itaque lac boni odoris, ſaporis dulcis, mediæ conſiſtentiæ, quod non habeat partium inæqualitatem. Colorem verò candidum laudat Gale. lib. 1. de Sanit. tuen. ſed iure Ariſtot. lib. 3. de Hiſtor. anim. c. 21. mulierum lac commodius eſſe, quod liuorem trahit, quam quod candidum eſt, inquit. Lac præterea quod minùs alit, magis ventrem ſubducit; quod verò magis alit, minùs ſubducit. Sed elixatur apud nos ad coagulationem vſque, ita vt ab igne ſemotum coaguletur, idque validius ventrem retinet, quod nonnulli candentibus lapillis faciunt, dyſentericis vtiliſſimum, cohibet enim fluxum ventris, acredinem humorum obtundit, & vlceribus ſolidaudis à ſiccitate terrenæ partis prodeſt, & velantur, ne nuda ab humore erodente tangantur. Appellant Græci hos lapillos κάχληκας, ſuntq; lapilli terſi, quos aquæ fluuiorum agitant: nōnulli verò horum loco, candenti ferro vtūtur, vt vehementiùs adſtringant. Quidam verò ſal & mel addunt, vt venter faciliùs ſubducatur: mel tamen omnino, eiuſdem in ventre coagulationem impedit. Nonnulli in elixatione addunt farinam triticeam: alij præter id oua, aut ſolum ipſum vitellum, & ſaccarum mellis loco, idque diutiùs in ventre immoratur: ſed validiùs alit, & magis conſtans alimeutum præbet, ſolétque lapides in renibus generare, ſiue farinam triticeam, ſiue amylum miſceas. Lae itaque ſanis hominibus adhibitum, ſuecum præſtat optimum, & modicè conſtantem, adeóque facilè in ventre ſuperatur, vt iure Galen. dictum in lib. 6. de Placitis Hippocrat. & Plat. poſſe quidem alere, etiam ſi nullam in ventriculo ſuſciperet mutationem, ſed ſtatim iecori traderetur: ſed nocet capiti non valido, & frigido ventri, & intento, & renibus calculoſis, & podagricis, & articularibus morbis, & iecoris obſtructionibus, & gingiuas putrefacit, & erodit, cui noxæ optimè præuidet, poſt lactis eſum, oris collutio ex albo vino, meraco quidem, illis qui caput validum habent, aliis verò diluto: mundat enim quidquid caſeoſum dentium interſtitiis inſeritur: tuetur itaque gingiuas à putredine & eroſione. Nocet quoque lac, ſi incidat in frigidum ventrem: quoniam ſtatim aceſcit, in calidum verò vertitur in fuliginem. Primum oſtendunt ructus acidi, ſecundum nidoroſi, ob partium verò deformitatem faciliùs aliis cibis lae corruptionem patitur, eodem omnino modo in ventre, quo in ambiente aërem nam in frigido aceſcit, & in calido nidoroſum fit. Acidum tamen lac non omnibus nocuum eſt: nam his quibus venter iuſto calidior eſt, non incommodat, ſed vtile eſt non parum, neque etiam cùm ſemel acorem contraxit, rurſus in fumoſam aut nidoroſam tranſibit naturam. Seroſa præterea lactis pars refrigerationis & ventris ſubducendi ratione ſæpe præbetur, & à Galeno cum melle & ſale. Separatur autem aut coagulo adhibito incaleſcente lacte, aut cardui flore, ſed horum vi coagulatur lac, ſuſcipit autem vim calefaciendi & exſiccandi ab eiſdem. Sciuditur tamen vbi interim dum lac igni admotum efferueſcit, aceti guttas inſperſeris, aut aceti mulſi, aut mulſi, éſtq; ſerum inde ſecretum ad prædicta optimum. Butyrum paulùm calefacit, coquit, & diſcutit humores, qui in tumoribus calidioribus continentur, vbi caro non fuerit dura, ſed aut mollis, aut moderata, parum tamen alit, & ſuccum præſtat, qui facilè diſcutitur. Caſeus omnis difficilè coquitur, craſſum ſuccum præſtat. Sed vetus præter craſſitiem ſuccū præbet malum. Recentem caſeum ſucci prauitate care-

P a

re dixit

Lactis temperies. *Mercatus aſſerit lac non minus quàm ſanguinem quatuor conſtare ſubſtantiis.* *Lactis diff. ex animalibus eiuſdem ſpeciei.* *Nota.* *Lactis electiones.* *Lac ſine mutatione in ventriculo alere.* *Vide lactis noxas apud Hipp. lib. 5. aphoriſm.* *Butyrum.* *Caſeus.*

te dixit Gale. Nos verò non abſolutè, ſed minùs vetuſto prauum præſtare ſuccum dicemus. Habet præterea caſeus ex coagulo acrimoniam, ex ſale ſiccandi vim & terrenam naturam. Ineſt caſeo omnis vis ſiſtendi ventrem, generandi lapidem in renibus & veſica, augendi melancholicum humorem, & morbum, & obſtruẽdi meatus. Præterea his qui poſtrema menſa (nam eo loco edendus eſt) ipſum guſtauerint, ac deinde ſe ad ſomnum receperint, terribilia & triſtia inſomnia infert, & quibuſdam languidioribus cordis dolorem: vetus itaque deterior eſt recenti. Bubulus butyrum habet abundans, caprillus valde terrenam & aridam naturam. Ouillus modicæ eſt conſiſtentiæ, atque eligibilior, ſicuti & qui in omnibus caſeorum differẽtiis eſt medius, nempe friabilitate & lentore, raritate & coactione, mollitie & duritie, ſalis inopia & abundantia, ſapore tamẽ dulcis parum eſſe debet: qui verò pinguedinem habet abundantem aſſus editur, vti bubulus, & qui ex ouilibus talis eſt, lenta tamen oſtenditur horum ſubſtantia, ſed mellis mixtione valde corrigitur. Seligitur apud nos caſeus qui portatur à Pennafiel, & qui à Palma, & Pinto, quidam etiam caſeus non minùs laudandus, à Sardinia inſula in Hiſpaniam defertur. Ex ſero rurſus feruefacto recoctam efficiunt, butyri & caſei partem habentem, atque perinde mediam naturam eorum, vbi parem ab vtriſque partem accipiat: nam ſæpe plus continet caſei, qui terrenæ ſubſtantiæ eſt, nonnunquam butyri plus: hæc autem coquitur facilè, bonum ſuccum præſtat, & niſi parce edatur, nauſeam efficit. Quæ multum caſeum continet, cum melle edenda eſt.

De Alimento ex volatilibus.

CAPVT X.

Volatilium differentia.

VOlatilium differẽtiæ multæ ſunt, quæ non parum euariant coctionis facilitatem, ſucci bonitatẽ & eiuſdem conſtantiam: quarum quædam ſumuntur ex ſpecie, quædam ex ætate, quædã ex ſexu, quædã ex victu, quædã ex præparatione, quas ferè percurrimus ab initio de carnibus agentes: id verò omnibus generale eſt. Nam grus nec facilitate coctionis, nec ſucci bonitate perdici confertur: & turtures domi altæ longè montanas ſuperãt, & gallinæ gallos, & nouellæ aues humidiores ſunt vetuſtis, ita vt nuper natæ ob humiditatem redundantem mucoſæ, & vetuſtæ nimis ob ſiccitatem fibroſæ redditæ, edendo non ſint. Ex omnibus præterea elixæ aſſis ſunt molliores & humidiores. Præterea nuper occiſæ aues ferè omnes duræ ſunt, & fibroſæ, deinde verò maceratæ aëri appenſæ molleſcũt. Sunt etenim occidendæ aues calido tempore per diem, aut ferè antequàm edantur, frigido verò duobus aut tribus ante diebus, ſemper ſeruata natura temporis an calidius frigidiúſve ſit, & carnis, duriórne ſit an mollior, ſiquidem calidiori tempore, minori ſunt ſeruandæ, & frigidiori longiori, & molliores carnes minus, duriores plus ſeruandæ. Sed iam ſingularum auium quæ frequentiùs in vſu ſũt, vires & naturam referamus: hoc vno præhabito, aues ferè omnes tenuioris ſucci eſſe pedeſtribus omnibus, faciliùs coqui & minus in ventre morari.

Gallina.

Gallinarum caro præter id quòd omnibus aliis frequentius ad menſas ducitur (quoniam cùm domeſtica auis ſit gallina, licet volentibus ea vti) nemini ſecunda in carnium volatilium cenſu habetur. Pullus verò gallinaceus cùm primùm canere cœpit, bonũ ſuccum præſtat, facilè coquitur, & digeritur, & tenuis ſubſtantiæ eſt, ad mediocritatẽ prope accedentis, in primis quoq; qualitatibus. Editur æſtatis tẽpore aſſus aut elixus cũ ſucco agreſtæ, ne ob ſubſtantiæ tenuitatem facilè aut corrumpatur, aut diſſoluatur, & attemperandi gratia. Gallinæ tamen vnius anni, nondum duorum caro, ſi pinguis fuerit, primum bonitatis locum habet inter omnes quæ ſanis hominibus adhibentur carnes: nos verò de Hiſpaniæ gallinis loquimur. Huic proximè accedit caro capi vnius anni, ac pinguis: quamuis hæc guſtus paulò gratior ſit carne gallinæ. Gallorum caro nondum coëuntium, aut qui annum nondum compleuerunt, ſed à gallinis ſegregati, capis cõferri poſſunt in omnibus, præterquam in ſaporis ſuauitate. Galli præterea vetuſti caro parum alit, prauũ ſuccũ præſtat, cui non parum acredinis ineſt, & vis ventrem protitandi, maximè iuri eius: quod ſic parari debet.

Galli ius.

Gallus primùm agitandus eſt, & viuus nudandus à plumis: deinde eliſandus cum anetho, ſale, polipodio, quod cholicis optimus eſt clyſter. Quemadmodum verò gallorum ius, ventris ſubducendi vim habet, ita gallinarum ſiſtendi vim habere videtur, dicente Gale. lib. 11. de Simplic. medic. facult. At gallinarum ius ſimplex retinendi vim poſſidet, vti gallorum ſubducendi: coquendi autem ſunt cum ſale prolixiſſimè. Sed horum ipſi fecimus periculum. De iure galli nemo dubitat, conſentiente quoque Dioſcoride ventrem ſubducere: de iure tamen gallinæ non ſatis conſtat: dixit enim Gale. ἐπικρατικῆς τῆς δυνάμεως, quod Theodoricus tranſtulit, retinẽdi vim poſſidet, licuiſſet dicere, Attemperantis eſt facultatis, quod iuri pulli conuenire, ex Dioſcoridis quadam lectione Marcellus Vergilius teſtatur, & ex barbaris Auicennas. Quod ſi vocem, ἐπικρατικῆς, à verbo ἐπικρατέω ducere velis, vt par eſt, dices ius gallinarum ἐπικρατικῆς τῆς δυνάμεως, hoc eſt, firmantis aut roborantis eſt facultatis: roborare enim vim ventris ius gallinæ, experimento nouimus, non ipſum retinere, aut detinere.

Anſer.

Anſeres, & Anates ex domeſticis auibus ſunt. Anatis quidem domeſticæ caro humida eſt & calida, alimentum præſtat multum, ſed excrementoſum: neque facilè coctionem admittit. Anatis verò fluuiatilis caro frigidior eſt, ac difficiliùs coquitur: non tamen adeò excrementis abundat, quoniam validiùs exercentur fluuiatiles, ac volant. Anſeres meliores ſunt qui annum non ſunt prætergreſſi, aut parum, etſi omnium caro dura ac ſicca ſit, minùs tamen excrementoſa quàm anatum domeſticarum, plus autem fibroſa, è quibus ventriculus & alæ eliguntur. Edenda præterea eſt caro anatis & anſeris cum ſalſamentis, quæ acetum recipiant, & ea quæ vim habeant attenuatoriam, ob ſubſtãtiæ craſſitudinem, & tardam diſtributionem.

Columbæ.

Columbarum caro non parum differt, vbi domi alantur columbę, aut montanæ ſint: nam domi altæ, omnibus ſunt deteriores, paulo minus quæ victum quęritant, ſed domi nidificant: omnium meliores montanæ ſunt, quæ palumbi torquati appellantur, quoniã ſiccantur nimia exercitatione, & excrementis minus abundant: è quibus ego seligerem pullos cùm primùm volare incipiũt. Ex domeſticis verò & domi nidificantibus pullos, qui quindecim dies volauerint: ante id enim tẽpus omnino ſunt abiiciendi ob nimiam redũdantiam excrementorũ: qui verò medium annum ætate ſunt prætergreſſi, difficilè coquũtur, & nim[illegible] fibroſi ſunt. Columbarũ itaque omniũ caro vapo[illegible]ſum, craſſum, melancholicum, excrementoſúmque ſuccum præſtat, & difficilè ſuperatur: febres affert putridas, & capitis dolores, maximè ſi caput aut collũ edatur. Palumbi verò magni quos torquatos appellant,

lant, craſſiorem adhuc ſuccum præſtant, ſed minùs excrementoſum. Nonnulli columbas, atque earum pullos aſſandos volunt, vt aſſatione excrementum abſumant: verùm falluntur: nam ſi eas tádiu aſſaueris vt excrementum diſſoluatur, areſcunt, & coctioni difficiles reddũtur, & paucum & ſiccum alimentum, atque malum præſtabunt: ſi verò commode aſſentur, excrementoſæ admodum manent: elixę tamen magnam excremẽti partem iuri transfundunt. Quapropter columbarum & pullorum columbinorum elixorum carnes minùs excrementoſæ facilioris coctionis & ſalubriores ſont. Exhibetur à quibuſdam caro pullorum columbarum dyſentericis, quæ quamuis craſſitudine ſubſtantiæ remoretur in ventre & inteſtinis, putredinem & corruptionem

Perdix. auget, ſucci prauitate. Perdix natura ſicca eſt, atque perinde pulli ipſius meliores & temperamento magis accedentes, tales bimeſtres, & trimeſtres ſunt, ratione reddita de carne caprina & hœdina: cùm verò ætate procedunt, manifeſtam aſſequuntur ſiccitatem qua vẽtrem parum retinent: perdicum carnes facilè tamen coquũtur, bonum ſuccum & multum præſtant, & modicè conſtantem: Venerem excitant, probum ac multum ſanguinem augentes, ita vt à quibuſdam gallinarum carnibus anteponãtur, maximè pectora ipſarum, quæ copioſam habent, & præſtantem carnem: femora verò & crura guſtu & ſucci bonitate non parum à pectoribus ſuperantur. A quibuſdam elixæ eduntur, quoniam ſiccæ ſunt: verùm falluntur maximè, nam pectora perdicum elixa arida ſunt valde, & paucum ſuccum habẽt: aſſarũ verò ſuccus aſſeruatur copioſus, magiſque guſtui gratus. Sed decet perdices parum aſſare, ita vt ſemiaſſæ edantur: ſic enim minùs ſiccæ ſunt, ſucci amplioris & leuioris coctionis, contrariæ his quæ ad integritatem aſſantur. Laudabiliores perdicum carnes diutiùs maceratæ occiſæ, molleſcit tamen earũ caro citò, quas accipiter interfecit.

Starna. Starna perdici ſpecie ſimilis eſt, non tamen præſtat adeò multum ac laudabilem ſuccum.

Pauones. Pauones alij ſunt quos Hiſpanos apppellamus, quos tota ferè Europa alit, alij ſunt, qui à noua Hiſpania deferũtur, quorũ non paruus numerus eſt apud nos. Appellãt eos quidam Pauones Indos, quidã Gallinas Indas. Hiſpani itaq; Pauones antequam edantur, diutiùs quàm Gallinæ ſunt macerandi: deinde verò eorum carnes difficiliùs coquuntur carnibus Gallinarum, ſiquidem fibroſæ ſunt, & ſuccum præſtant craſſum, ſiccum & conſtantem: quidã etiam melãcholicis obeſſe morbis aiunt. Ferunt quidam Pauonis carnem aſſam integro anno ſine corruptione ſeruari. Differt quoq; maris caro à fœminæ carne, ſed non adeò vt caro Galli à carne Gallinæ. In hoc autem genere pulli eligendi vnius ferè anni. Nec valdè differunt marium & fœminarum carnes eorum pauonum, qui ab India Hiſpaniæ ad nos traducuntur, etiamſi fœminarum, quæ pullos non procreant, ſint meliores, & pullorum adhuc meliores, inter pullos autem in hac ſpecie, aut communium Gallinarum, aut pauonum, nulla ferè eſt bonitatis & facilitatis coctionis differentia maris & fœminæ. Pauones itaque Indi ſæpe eius ſunt magnitudinis, vt triginta libras Romanas appendant, quos calidiori tempore triduum ante occidunt: frigidiori verò ſex integris diebus, deinde aſſos edunt, aut elixos, ſalſamentum conficientes ex iecore, aut ſanguine ipſorum, croco, zingibere, aceto, & ſaccaro. Eſt quidem eorum caro guſtui gratiſſima, multi & boni ſucci, probè coquitur, nec difficile, conſtans tamen præbet alimẽtum. Præſtantius eſt alimentũ ipſorum, eo quod à pauonibus præſtatur Hiſpanis, craſſius parum alimento carnium gallinarum communiũm. Ducuntur quoque ad nos gallinæ quædam Indæ anatibus noſtris ferè ſimiles, ſed duriorẽm habẽt carnem: minus tamen malum ſuccum ac minùs excrementoſum ipſis præſtant: neque tamen gallinis noſtris æquiparantur, aut facilitate coctionis, aut ſucci bonitate. Sunt quoque gallinæ quædam agreſtes quas appellãt cæcas, quæ vbi pingues fuerint, aſſæ edũtur, præſtãtq; ſuccum copioſum, laudabilem, modicè conſtantem, nec difficilem admittunt coctionem: paulò tamen ſunt inferiores in omni re gallinis domeſticis.

Phaſianus. Phaſiani caro plurimum alimentum præbet, modicè conſtãs, coctionis facilitate & ſubſtantia carnibus gallinarum eſt ſimilis, éſtque præſtantiſſimus cibus extenuatis, conualeſcentibus, & qui languidam habent facultatem coctricem: ſiquidẽ facilè coquitur & probè admodum reficit vires: magis grata guſtui eſt quàm gallinarum.

Attagen. Attagenes Hiſpanis Frãcolin à regno Neapolis in regnum Valentinorum, Imperio Ferdinandi regis Hiſpaniarum delati ſunt, & in regis hortis adhuc ſeruantur & pullos procreant, qui diffunduntur ad Carthaginem vſque. Sunt & Barcelloniæ non pauci. Habentur magno pretio: quapropter non niſi ad mẽſas magnatum deferuntur: probè quidem alunt, atque coquũtur: ſuaue guſtui alimentum eſt eorum caro, & ſelecti ſucci.

Turtur. Turtur ſiccum alimentum præſtat, non adeò, vt aut malus ſit, aut difficilè ſuperetur: etenim vbi aut pingues ſint, aut domi aliquandiu alantur, & ibidem impinguentur, facilè coquuntur, atque bonum, & multum ſuccum præſtant, parum ad caliditatem inclinantem: guſtui verò nihilominus gratus cibus eſt quàm gallinarum aut perdicum. Eduntur aſſæ, proſunt autem humidioribus natura corporibus, & his qui egent memoriæ reparatione, ad ingenium quoque acuendum conferre quidã dixerunt.

Ganga. Paulò maiores his ſunt, quas nos appellamus Gangas, nomine ab ipſarum voce ſumpto. Quarũ caro excrementoſa eſt, praui ſ[illegible]cci, ac melancholici, & quę non facilè ſuperetur.

Ortigo. Ortigo verò calore turturi ſimilis eſt, ſed difficiliùs coquitur, prauum ſuccum, & melancholicum præſtat, præter id quòd excremẽtis abundat.

Coturnix. Coturnicis caro nouellæ eligẽda eſt, quæ enim annum excedit, vitari debet: omnis tamen calidum ſuccum præbet, & excrementoſum. Auget earum vſus ſemen, & venerem ſtimulat. Quòd ſi quis earum carnibus frequentiùs vtatur, in febres putredinoſas incidet: rarior itaque ſit earum vſus.

Turdus. Turdus ab Hiſpanis zorzal appellatur. Hunc Martialis cum lepore, plus iuſto laudauit, dicens,

Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus,

Verùm ſuum expoſuit iudicium. Bonum tamẽ ſuccum præſtant. Turdi facilè coquuntur, & modicè conſtans præbent alimentum: maximè vbi æſtatis tempore edantur, cum ipſi vuis abundè aluntur & pingues fiunt. Moderatur namque pinguedine ſiccitas quædam parua, quam habent natiuam.

Ficedula. Ficedulæ à nobis vulgari lingua appellantur Tardi, ſed hi nigras habent plumas, atque carnem, quæ tamen prauum ſuccum præſtat & difficilis coctionis. Eam verò per inopiam carnium & non alias edere permittetem, ſicuti & merularum, quæ calidæ ſunt & prauum ſuccum præbent.

Aues paruæ. Paruarum autem multa ſunt genera, è quibus alauda difficilè coquitur, & prauum ſuccum præſtat, ſicuti & Calandriæ duorum generum. Minores his ſunt carduelli, pardelli, & alij virides, quos appellant verderones, minores his ſunt lucani, & minores his alij paſſerculi virides,

des, quorum cantus cicadarum ſimilis eſt, omoes praui ſucci. Paſſerculi quoque qui io parietibus nidificant, & turribus, quos appellant turricolas, & turriones, Hiſpani gorriones, calidum ſuccum & prauum præbent, & difficilè coquuntur. Hirundinum caro praui ſucci eſt, & guſtui ingrata. Eidem ferè ſimilis caro Caudæ tremulæ, quæ vſta calculoſis cum vino bibita, aut aqua mulſa, prodeſt. Meliorem his ſuccum præſtant auiculæ quas auiooes nominant, ſed excrementoſa eſt earum caro, atque humida. Temperatior eſt earum anicularum caro, quæ nigræ ſunt, & alas habent pro crurum longitudine adeò longas, vt è terra volatu leuari non poſſint: apodes appellant, Hiſpani verò vencejos, boñi quidem ſucci & facilis coctionis, vbi primùm volare cœperint, deinde dura & fibroſa. Auis deinde regia quam vocant Anripendulam, & cuculus ob ſucci prauitatem, & inſuauitatem edendo oon ſunt. Auiculæ tamen paruæ quas appellant dcoocejeras, capiuntur paruis quibuſdam baliſtis, & feris ſuſpenduntur collo, æſtatis tempore pingues ſunt, bonum qoidem ſuccum præſtantes, facilis coctionis, & guſtui ſunt valde gratæ, & minutarum auium ſunt optimæ, quáſque conualeſceotibus ſæpe præbui, atque vtiliſſimas inueni. Grus carnem habet duram & fibroſam, quam opotter ante eſum diutiùs ſuſpenſam macerare, vtcunque tamen melancholicum eſt eius alimentum, craſſum & difficilis coctionis. In ſumma deteriores carnibus anſerum ſunt, medium verò locum inter vtraſque habent coctionis facilitate, & ſucci bonitate Aniſtardæ, ſic etiam Hiſpanis dictæ, Græcis ὠτίδες. Struthionis caro praua eſt guſtui & alitioni, difficilis quoque coctionis, craſſi admodum & mali ſucci, quapropter à ciboſum cenſu tollenda, niſi fortè quis alas tantùm edere decreuerit, quòd hæ molliores ſint ac minùs malæ. Auium præterea non pauca genera ſunt quæ in lacubus, & fluminibus, & maris litoribus vitam degunt, & aluntur, vti ex anatibus agreſtibus, lananci, gallarones, & ciconiæ, & quos appellant chorlitos, alcatauanes, & olores, & aues frigidas: omnes difficilè coquuntur, quoniam fibroſæ ſunt, frigidum, & craſſum ſuccum præſtantes, & valde excrementoſum. Habent enim inoatam membrorum duritiem ob frigiditatem, & aſcititiam & exetementitiam humiditatem. Propterea Ariſtoteles libro terrio de Generatiooe animalium capite 1. dixit, Paluſtres aues natura frigidiores & humidiores terrenis eſſe. Præterea edendo non ſunt coruus, gracculus, papagallus, & pica, non miluus, accipiter, falco, niſus, & reliquæ rapaces aues. Sicuti oeque nycticorax, & reliquæ nocturnæ. Siquidem omnes ingratæ guſtui ſunt, pauci ſucci, difficilis coctionis, quibuſdam etiam amaritudo quædam ineſt. Aquila tamen fibroſa eſt, dura & difficilis admodum coctionis, ac praui & craſſi ſucci, itaque non eſt edendū.

Turricola. *Hirundo.* *Cauda tremula.* *Grus.* *Aniſtarda.* *Vera eſt omnino Ariſtotelis ſententia.*

De partibus quæ ex volatilibus ſumuntur.

Ventriculus.

VOlatilium partes quædam eduntur, è quarum numero ventriculus eſt, cuius caro abiecta membrana edi debet: membranā enim dura admodum eſt, & nullius ferè alimenti: anſeris tamen ventriculus facilè coquitur & bonum ſuccum adhibet, coi venter gruis confertur in omni re: proximum locum habet ventriculus gallinæ. Inteſtina apud nos aſſa eduntur cum reliquis interaneis auium, interim dum aſſantur linientibus oui vitello: aliter quoque eadem in ſartagine frigentibus butyro, aut porcino adipe, paucum quidem ſuccum præſtant, ac difficilè coquuntur. Iecur anſeris pinguis cuius alimentum lacte fuerit imbutum, bonum ſuccum præſtat, facile coquitur, & abundè alit. Quidam generoſas gallinas domi alunt, alimenta lacte imbuentes, in quibus primas habeot quas ad menſam Comitis à Chinchon deferunt: quarum iecora ad tantam perueniſſe magnitudinem vidi, vt putares hœdulorum eſſe ouper natorum. Cùm autem periculum feciſſem, intellexi cibum guſtui valde gratum, facilis coctionis & boni ſucci, ita vt noſtro iudicio præſtantiora hæc ſint anſerum iecoribus. Iecur gallinacei ſuper prunas aſſatur, idque labentes vires breui reparat, ſuperbibito panco albo vino. Cor fibroſam ac duram naturam habet, nec facilè coquitur, nec bonum ſuccum præſtat. Ferunt coqui, aues maiores nunquam probè aſſari, niſi detracto corde, cuius rei aliquando periculum fecimus: problematis verò cauſam aliis inquirendam prætermittimus. Gallorum gallinaceorum teſtes, vbi ſeroſo lacte imbutis cibis alantur, ſelectiſſimum præſtant ſuccum, & facilè in ventre ſuperantur, & optimè vires lapſas reparant. Vterus gallinæ peculiarem quandam habet carnem, carni glandularum ferè ſimilem, vbi vtraque aſſetur: ſed faciliùs multò coquitur, & probè alit, eiúſque alimentum optimis conferri poterit. Alæ anſerum probè alunt, & facilè coquuntur elixæ: gallinarum verò adhuc faciliùs, ſed hæ aſſæ etiam eduntur: vtræque boonm præſtant ſuccum, parum lentoris habentem, & ea ratione arefactis accommodatum. Pedes quoque earumdem auium elixi eduntur, paucum admodum ſuccum adbibentes, non malum. Linguæ auium duræ ſunt, & oullius ferè momenti in cibis: roſtra verò abiicienda. Cerebra auium meliora ſunt quàm pedeſtrium, facilè coquuntur, bonum ſuccum præſtant. Eum tamen qui abundè ipſis vtererur, nauſeabondum redderent, ſed id ratò futurum eſt. Gallorum criſtæ, & pallearia à quibuſdam eduntur aſſa ſuper prunas, & deinde addito pipere, & ſucco aranzij, difficile quidem coquuntur, & paucum ſuccum præbent, atque ſiccæ naturæ.

Iecur. *Cor.* *Nota coquinariam animaduerſionē.* *Vterus gallinæ.* *Ala anſerū.*

De Ouis.

ANimalia quæ prolem formatam edunt, alia in parte generant animal ipſum, vt in vtero: alia verò alimentum eidem animali nato conficiunt, vti in mammis. Quæ verò animal oon edunt, oua pariunt, in quibus pars eſt ex qua animal conficitur, & pars ex qua alimentum capiat. Hippo. ſcribit lib. de Natura pueri dicens: Naſcitur quidem ex luteo oui, volucris, alimentum verò & augmeotum habet ex albo, quod in ouo eſt: atque hoc iam omnibus manifeſtum factum eſt, qui animum aduerterunt. Contrarium aſſeruit Plinius naturalis Hiſtor. libro decimo, cap. 53. dicens: Ipſum animal ex albo liquore oui comparatur: cibus eius in luteo eſt. Aſſerit hoc idem Ariſtot. libro tertio de Generatione animalium, capitulo primo, dicens: Initium enim animal in candido, cibum à luteo capit. Et rurſus lib. eodem, capitulo ſecundo, aduerſus Alcmeonem Crotoniatem inquit: At auibus hoc idem in ouo natura conſtituit, ſed cōtra quàm homines putant, & Alcmeon Crotoniates ait: non enim albumen quod lac eſt, ſed vitellū, hoc enim pullis pro cibo eſt, illi albumen pro cibo eſſe exiſtimaot, pro coloris affinitate. Ariſtot. opinio ex veris dogmatis ſuaderur, etiamſi ſuis ſententiis, quæ diceoda ſunt, non omnino conſentiant. Membra etenim ſolida eo alba ſunt, quo ex alba ſubſtantia generationem habent: ex albo igitur oui, membra omnia ſolida materiam accipiunt: caro autem ex vitello, deinde vniuerſa

Animalia quæ oui parte conficiuntur.

uerſa ex eodem vitello augmentum. Exemplo eſt generatio hominis, cuios ſolida membra ex ſemine materiam, & primam generationem ſuſeipiũt, caro autem ex ſanguine menſtruo, deinde omnia ex eodem augmentom: confertur autem album oui ſemini, vitellus verò ſanguini. Adſtipulatur Ariſtot. experimentum. Si quis enim trihus aut quatuor diebus, antequàm pullus fracto ouo in lucem prodeat, ouum frangat, conſpiciet albi nihil reliquum eſſe, toto in ſolidorum generationem abſumpto: vitelli tamen partem ſupereſſe, eámqoe inteſtiois adhærere, qua parto membra omnia conformata capiunt alimentum. Eſt igitut alhum ſolidorum memhrorum materies, vitellus carnis materies, omoiom verò alimentum. Oui itaque vitellus moderati caloris eſt, & parum ad humiditatem inclinans, ac perinde in oumero medicamentorum ſuppurantium eſt, alhum verò frigidæ eſt & humidæ naturæ, humore tamen reſoluto frigidum & ſiccum manet, qualis naturæ ſunt ſolidæ animalium partes, ex ipſo genitæ actione caloris exſiccantis.

Vera eſt hæc in parte Ariſtotelis & Pliny. ſed non Hippoc. ſent. de partibus ouis.

Ouorum præterea tatio varia eſt ex animalis ſpecie, ex tempore, ex præparatione. Ex ſpecie quidem, nam gallinarum, & Phaſianarum oua primum bonitatis locum habent, anſerum & ſtrutochamelorum poſtremum. Cæterùm ſola gallioarum oua nobis cibo præſtantur, quia domeſticæ aues ſunt, & quæ toto ferè auoo oua pariunt. Ex tempore verò nemo ambigit recentia oua & ſtatim edita optima eſſe, deinde verò doobus elapſis diebus, ſubſtantiam eorũ minoi, & corrũpi, & facile deinde putrefieri, & praoo eſſe odore. Ex præparatione verò optima ſunt, quæ ſoffocata dicuntur & à nobis in eſcutela. Qoæ ſic parari debent, oua franguntur in eſcutela, quibus additur vlni parum, aceti pauciſſimum, botyri quarta ouorum pars, ſaccari tantundem, ſalis quod ſatis eſt, deinde omnia miſcentur abundè, & in duplici vaſe, donec probè conſiſtant, incaleſcunt aquæ feruentis calore, Galen. garum adiungit loco aceti, quidam modò aquam inſtillatitiam roſarum, ſed hæc ob adſtrigendi vim abiicienda eſt. Secundum locum habent tremula, quæ coaleſcunt tantùm, non tamen obdurantur. Verùm ex his, quæ integra io feruentem aquam immerſa eam aſſequuntur conſiſtentiam, meliora ſuot, quàm ſi eandem aſſeqoantor in cineribus calidis. Quæ verò incaleſcunt tantùm, non tamen coaleſcuut, non adeò nutriũt, quamuis gutturis aſperitatibus ſint accommodata. Præterea oua quæ in cinerihos aſſantor donec obdurentur, praua ſunt, & difficilis admodum coctionis: paulò minùs mala ſunt, quæ in aqua elixa eandem contrahout duritiem. Peſſima omnium ſunt in ſartagine fricta: ex his verò deteriora quæ in oleo, quàm quæ in butyro friguntur, & guſtui minùs grata. Sunt autem hæc duorũ modorum: nam quædam fracta ſtatim in ſartagiue feruenti oleo immerguotur, quædam prius agitando miſcent album vitello, deinde amplas tortellas frictas parant. Hæc qoidem omnino mala ſunt, priora uoo omnino: vitellus namque integer edi poteſt, qui quamuis nidorem quendam contrahat, paruum tamen, maximè ſi probè ioter frigendum vitellus albo tegatur, neolcum ipſum tangat, aut parum: album autem horum omnioo abiici debet: nam ſi interim torreatur, nũquam ſatis coquetur, & prauom præſtahit alimentum. Tortellæ verò difficilè coquuntur, & prauum ac nidorulentum ſoccum præbent, & magna ex parte in veutriculo corrumpontur, potiſſimùm ſi quis ab earum eſu ſe ad ſomnum conuertat. Quidam oua fracta aquæ feruenti infunduot, permittentes album obdurari, interim dum vitellos modicè conſiſtit, à quibus vitelli tantùm ſunt edendi. Quòd ſi edens ventrem hahuerit iuſto calidiorem, ſucco aranzij vitellos inſpergat, ne corrumpantur. Sunt autem ex hominihus quidam, quorum ventrihus oua aduerſantur tota ſubſtantia, in quibus quauis adhibita præparatione corrumpuntur. Sanguis volatilium qoaliſcuoque is ſit, & vtcuoque paretur, difficilè coquitur, & excrementitios eſt.

Ouorum differentia.

De alimento ex aquatilibus.

CAPVT XI.

Piſcium vniuerſa natura frigidior & homidior eſt, quàm terreſtrium & volatilium animalium. Oſtendit autem eorum naturam ipſorum victus, qui frigidus eſt & humidus, talia enim ſunt quæcunque in aqoa primam generationem accipiunt, & deinde augmentum: neqoe etiam viuere poſſent animalia in aqua degentia, niſi naturam haberent aquæ ſimilem, aot ſi contrariam habuiſſent, eam protſus mutatent: differunt tamen genere & ſpecie, victu & ætate. Prima tamen differentia & potiſſima eſt. Quidam enim ſont marini, quidam fluuiales, quidam iu lacubus, aut ſtagnis viuunt, & his aut ſuſcipientibus aquas fluuiorum, aut oon, & aut inde aquæ defluont, aot quietæ ſemper manent, ſunt etiam lacus marinam ſuſcipienres aquam: quidam etiam ſunt, qui in dulcibus aquis nati, mare ingrediuntur, quidam marini deinde fluuios petẽtes. Marinos piſces meliores fluoialibus eſſe, omnes vno ore affirmant, minus pituitoſam naturam habere dicentes ſale quadantenos exſiccatos, lentorem ac pinguedinem minuente. Ex his verò meliores ſunt pelagij, qui mare profundum habitant, & ventis agitantur, potiſſimùm borealihus: hi enim ſunt qui validiùs exercentur, ac perinde minùs excrementoſi, minúſque lentam naturam habentes. Litorales verò minus boni ſunt, quamuis in his & aliis omnibus alimenta, nempe radices & herbæ, quihus paſcuntur, non parum ipſorum naturam varient: hos ſequontur marini qui ad fluuiorum oſtia deueniũt, & io dulcihus aquis capiuntur, & degunt: ipſis ferè æquales ſunt fluuiales mare ingredientes, poſt hos fluuiales ihidem degentes. Diguoſces autem fluuiales à marinis, quoniam fluuiales numeroſis ſpinis ſcatent, carni inſertis, non tamen marini, præter paucos quoſdam. Sed inter hos cauere oportet eos qui aquas fluuiorum innatant, qui excrementa & immunditias, latrioas, veſtium & pannorum ſordes ſuſcipiunt: nam hi excrementoſi ſunt, & breui fœtent, atque putridos generant homores: quamois non paucæ ſunt differentiæ ipſorum ex victu, & aquarum, & ſoli natura: nam piſces qui iu terra lutoſa, aut cœnoſa paſcuntur, deteriores ſunt, qui tamen iu arenoſa & petroſa meliores, magiſque guſtui grati. Poſtremi ſunt atque peſſimi omnium, qui in lacubus degunt, & quietis aqois, maximè ſi neque fluunt inde, neqoe aliunde fluoios, aut fontanas ſuſcipiuot aquas: meliores (aut dixerim) minus mali, qui in aquis lacuum, & ſtagnorum degunt, qui aquas aliunde ſuſcipiunt, atque tranſfundunt, & vbi eædem aquæ veutis aſſiduè concutiantur & agitentur. Piſcium itaque fluuialium illi ſunt meliores, qui in fluuiis degũt magnis, quorum aqoæ celerrimè decurrũt, & per loca petroſa, & quę ventis, borealibus potiſſimùm, abundè perflantur,

Piſcium natura.

Piſces pelagij meliores.

Quomodo diſcernantur piſces marini à fluuialibus.

Piſces fluuiales.

limpidiſſimam aquam deferentes. Siquidem huiuſmodi piſces nimia exercitatione & concuſſione, minùs viſcoſam, ac lentam habēt naturam, & minimùm excrementoſam, faciliùs quoque coquuntur aliis. Piſces tamen fluuiales qui in paruis fluuiis degunt, quorum terra eſt cœnoſa, aut prope magnas ciuitates recrementa ipſarum ſuſcipiētes, mali ſunt, & excrementoſi valde ac fœtidi, & qui ab aqua educti citò fœtent: victus itaque piſcium naturam, ſicuti & animalium omnium quàm maximè variat. Ætas verò perpetuò ſicciorem & duriorem reddit carnem piſcium. Hanc autem cognoſcere eſt impoſſibile, niſi in his qui in ſtagnis concluſi tenentur. Cæterùm quantum poteſt ætas exſiccando humorem minuere qui in piſcibus omnibus abundat, facta ad humanum corpus collatione, tantum ob ſiccitatem accedente duritie coctioni redduntur rebelles: quapropter medij ſunt eligendi inter piſces bonæ carnis, quales ſunt ſquammoſi: nam hi excrementum cuti demandant, & minùs humidā videntur habere naturā, cùm poſſint ſiccitate ſquammas conficere. Quòd ſi duritie potiùs quàm humiditate damnantur, minores erunt eligendi: ſi verò humiditas eis potiùs quàm durities obeſt, maiores nondum ſenio confecti præſtantiores erunt. Et vt vniuerſaliùs dixerim, Piſces meliores ſunt, modicæ magnitudinis, albæ carnis, friabiles, ſquammoſi, boni odoris, modicæ pinguedinis, exercitati, marini, qui in aquis limpidiſſimis viuunt, ventis perflatis borealibus, in terra petroſa & arenoſa, ſine immunditiis, quæ bonis herbis & radicibus abundent, degentes. Hos tamen diuerſimodè præparant in diuerſis regionibus, & maris litoribus, vbi optimè experimento nouerunt incolæ eorum naturam, vſum, præparationem, & condituram, à quibus id accipi volumus cum Gal. At verò quidam aſſantur, quidam friguntur, quidam elixantur, quidam in panatellis ſuffocantur in furno: ſeruantur autem nonnulli conditi, prius elixati aut fricti, quidam ſaliti, quidam in panatellis. Ex omnibus his elixi ſunt meliores: nam elixatione excrementa omnia deponunt: ſecundum locum habent aſſi, tertium in panetellis ſuffocati, poſtremum frixi. Id tamen magna ex parte verum eſt, nam anguillæ omnino aut aſſari debent, aut paſtillis ſuffocari. Addimus tamen in omnibus præparationibus & ſalſamentis ſiue liquaminibus, ea quæ facultatem habent calefaciendi & extenuandi, vt ſanguis ex piſcibus genitus minus pituitoſus ſit, & deinde alitioni ſit accommodatior.

Piſcium electio.

Piſces reliquis coctionis facilitate conferuntur.

Neque id prætermittendum duximus, aquatilium carnes faciliùs coqui, quàm terreſtrium, aut volatilium. Cui ſententiæ obſtare videtur, quòd quæ frigidiorem habent naturam, difficiliùs coquuntur reliquis: ſed, vti diximus, piſces terreſtribus, & volatilibus ſunt frigidiores, difficilius ergo coquuntur. Præterea experimentum docuit nos, piſces egere condimentis & ſalſamentis calidis. Sed hæc non exiguntur niſi ad perficiendas coctiones: piſces igitur difficilius coquuntur. Hæc tamen facilè diluet qui probè nouerit, quæ parte prima diximus: quo in loco docuimus, tres fieri in nobis coctiones: primam in ventriculo, ſecundam in iecore & venis, tertiam in ſingulis partibus. Rurſus docuimus in prima coctione quæ in ventriculo exercetur, pituitam generari, deinde chylum trahi ad iecur multa pituita mixtum ad deſtinatos vſus. Porrò ex piſcibus, vti alimentis pituitoſis, chylus generatur, plurimam continens pituitam, atque in chylum & pituitam faciliùs carne pedeſtrium, & volatiliū animalium tranſeunt piſces, quoniam molliorem habent ſubſtantiam & chylo atque pituitæ magis ſimilem: notum autem eſt, inter ſymbola celeriorem eſſe tranſitum. Celeritatem quoque coctionis piſcium docet exterior elixatio: nam & elixationem eſſe ventriculi coctionem, ſuo loco ſtatuimus: piſces enim breuiſſimo tempore elixantur, ſi quis id cum tempore elixationis carnium conferat. Quamuis tamen id verum ſit, cùm chylus prædictus pituitoſus ad iecur deducitur, non adeò facilè in ſanguinem tranſit, vti ſi non adeò pituita abundaret: ſanguis verò pituita refertus non adeò facilè à membris commutatur in ſubſtantiam propriam: quoniam pituitoſus ſanguis haud facilè ſuſcipit qualitatem corpori familiarem, neque alimentum quod ex piſcibus deſumitur, nobis adeò familiare eſt, vti quod ex pedeſtribus & volatilibus, faciliùs itaque in chylum, difficiliùs verò in ſanguinem & membrorum ſubſtantiam piſcium caro mutatur. Meritò igitur adiectis calidis & diſſicantibus eduntur piſces, tum vt minùs pituitoſus ſit chylus ex ipſis genitus, tum vt deinde in noſtram naturam faciliùs commutentur. Quamuis tamen piſces celeriùs coctionem admittant quàm carnes, in ventriculo, interim dum in ipſo continentur, ventrem inflant, & validè diſtendunt. Completa quoque coctione breui per ventrem deſcendunt, qui ex eis lentore participant manifeſto, aut mordēdi vi, non tamen celeriter digeruntur, eadem ratione. Quapropter carnes & piſces ſimul edere pernicioſum eſt, ob diuerſam admodum naturam: diſpari namque tempore coquuntur, & deinde digeruntur. Piſces quoque & lac eadem menſa coniungere peſſimum eſt: præter id enim quòd ventrem flatibus validè diſtendunt, lac breui corrumpitur, inde verò nauſea ac vomitus ſequuntur. Non vomentibus tamen vlcera cutis, impetiginem & ſcabiem inferre ſolent, nobis id quotidiano experimento probantibus. Poſt elixationem verò piſcium, aut eorumdem aſſationem ſtatim edi debent: refrigerati namque ſtomacho nocent, & difficilè coquuntur. Quod ſi interim dum refrigerantur, cooperti teneantur, vel vt dixerim, ſuffocati, ita vt non tranſpiret libere vapor, pernicioſiſſimi fiunt, & venefici, quorum eſus nonnullos in morbos magnos deduxit, & non ſine vitæ diſcrimine. Poſt generalem hanc de piſcibus tractationem, de quibuſdam piſcium generibus pauca quædam dicere placet: ſingulorum enim vires alendi proſequi foret impoſſibile, quoniam multorum ſpecies ac vires incognitæ ſunt, quamplurium tamen naturam ſcribere, librum ſibi expoſceret peculiarem: præter id quod ex generalibus prædictis ſententiis, & quibuſdam dicendis, reliqua ſine magno negotio lector aſſequetur.

Carnes & piſces ſimul edere pernicioſum.

Aurata.

Aurata piſcis marinus eſt in alto mari, & oſtiis fluminum degens, ſtagna quoque marina ſubit, ab Hiſpanis dorada dicitur: & iure, quoniam loca ad ſupercilia attinentia ſplendentia, auri referunt colorem: palmi magnitudine capitur, & ad cubiti longitudinem augetur. Lato eſt corpore & compreſſo, ſquammis intecto, colore vario, dorſum cæruleum, ſubnigrum, & ventrem lacteum habet. Cibus boni ſucci eſt & multi: an tamen facilè coquatur in ventre, quoniam diuerſi varia ſenſerunt, dicemus minores auratas facilè coqui: maiores tamen & ſeniores minùs facilè, ob carnis duritiem. Eduntur elixæ in aqua & vino, aut aqua & aceto, aut aſſantur in craticulis oleo inſperſæ, deinde cum aceto & pipere eduntur, aut reponuntur in panatellis cum pipere, ſale, & anetho, aut fœniculo, & macere, aut friguntur in oleo, & cum ſucco aranzij eduntur.

Labrax.

Labrax deinde ſe offert,

ſe offert,ob ipſius præſtantiam.Piſcem hunc Latini lupum appellant, Hiſpani ſolo.Pelagius eſt in profundo mari natus,ſed dulcibus gaudet aquis,fluuios aſcendens & ſtagna in quibus capitur. Siquidem Romæ Tiberim nobilitat,& in magno pretio habetur,capitur quoque ab Hiſpanis in Beti fluuio,longè etiam à marinis litoribus : à Luſitanis verò ab oſtio Tagi,nonnunquam & longè ab ipſis.Elixatur aqua,oleo,ſale,& acero:à quibuſdam tamen in oleo frigitur,& deinde cum ſucco aranzij editur,ac præſtat ſuccum multum,& tenniorem quàm pedeſtria animalia , qui facilè coquitur , neque tamen valde conſtans eſt:cæterùm palato gratiſſimus cibus,& ea ratione pretioſus,etſi non hac tãtùm laudandus veniat.

Trigla. Ttigla, mullus Latinis dicitur,pelagius piſcis eſt,in magno pretio habitus,ita vt nonnũquam argenti pari põdere emeretur:ex eis barbati ſunt meliores nõ barbatis. Eorum hiſtoriam & effigiem accipies à Guil.Rondeletio lib. 9.vterque rubedinem ſub ſquammis oſtẽdit, ita vt ea ratione mullus imberbis dictus ſit,imbriago,ruber namque ebriorum facies,his addit tertiam ſpeciem, mullum aſperum. Triglæ verò dicti ſunt , quod ter in anno pariant. Gal.tempore maiores mullos quidam magno emebat pretio,quem Galen.toganerat,cur tanti emeret magnos,cùm illi minoribus minus grati eſſent , & duriores,difficilioris quoque coctionis,qui ob iecur & caput eos eligere dixit.Carnem habet mullus durã atque friabilem,quapropter frequentiùs edi poteſt cùm non concitet nauſeã pinguedine. Eſt præterea guſtui grata,coctione non difficilis, humanæ verò naturæ familiaris.Coquitur in craticula,additis petroſelino,ſale,& ſucco aranzij. Ferunt vinum in quo trigla ſuffocatur ſterilitatem facere bibitum.

Vmbrina ſiue vmbra. Vmbra Romanis notus piſcis eſt,ſquammis latioribus intectus,& denticulatus,lapidem in capite fert, Ariſt.& Plinio autoribus,ſaxa frequẽtat,nec tamen de ſaxatilium numero eſt:coracino ſimilis eſt , ſed ad maiorem quàm ipſe creſcit magnitudinem , & verrucam habet in mento,qua à coracino diſtinguitur. Agilis piſcis eſt,atque vorax.Capitur iuxta oſtia fluuiorum & in alto mari:primum ſiluris contingit, non autem ſecundum.Caput vmbræ in ſumma gratia habetur elixum in vino,aqua & acero, in paſtillis ſeruatur,cum caryophylis,cinnamomo, & ſale. Vmbra,præſertim eius caput,ſicuti & mulli,& ſiluri bonum ſuccum præſtat,ſed difficilè coquitur , & ventriculus languentibus incommodat.

Cephalus. Cephalus Latinis mugilis dictus eſt,quia in ſpecie eorum eſt in qua eſt cetrus & micon,& mugil alatus,à quibuſdam ob capitis amplitudinem , Capitun,à quibuſdam ob labri inferioris prominentiã,Labeon.Piſcis hic ſquammoſus eſt,cubiti magnitudine,aut paulù maiore:os ſine dentibus,& labra tenuia , quaternis branchiis , dorſum latum nigricans, venter candidus:in mari,ſtagnis,& fluminibus gignitur. Agilis admodum eſt ac mira quadam celeritate mouetur, ita vt volare videatur potiùs quàm natare, & retia ſæpe ſaltu tranſuolet.Nutritur ex alga,herbis,radicibus,& ſordibus quæ in litoribus ſunt,& fluminibus expurgantibus latrinas & ſterquilinia ciuitatum,qui etſi guſtui gratus ſit,non facilè ſuperatur, & tardè è ventre deſcendit , ac perinde origano & anetho additis edi debet.Quod verò ad ſucci bonitatem attinet , qui in mari degunt,bonum ſuccum præſtant,quòd bonis alantur cibis,& validius exercitentur:qui verò in fluminibus, ſordibus nutriuntur.

Phragolinus. Phragolinus,ab aliis Pagrus , ſed eſt potius pagel,& quem Erythrinum nominat Rondeletius,vir in hiſtoria & natura piſcium inueſtiganda diligentiſſimus,ſed eſt verus Erythrinus qui à nobis ſalmo dicitur,Pagel autẽ à Venetis Albor, à nobis Albur dicitur. Capitur magnitudine ſeſquipalmi, quãdoque minoris,aut maioris.Aſſeruatur ſale aut in ligneis lacubus aqua,ſale,pauco aceto , & zingibere: recens verò,aut elixus editur,aut frixus in oleo, & addito ſucco aranzij.Succum præſtat non omni ex parte laudabilem , ſeroſos enim generat humores, nec diu in ventre moratur.

Saualus. Saualus Hiſpanis dicitur,qui Latinis Laccia,Gallis Aloſa, Venetis Chupea appellatur,& vt Rondeletius vult , immeritò à quibuſdam Clupea dicitur. Fallitur autem putans Aloſam eſſe,quem Hiſpani appellãt ſabogam,quoniam Aloſa cubiti magnitudinem quandoque excedit,vt verum eſt,& ipſe fatetur:Saboga verò noſtra minor eſt multù,quam ipſe Boopem nominat.Marinus piſcis eſt , capitur autem in fluminibus : ex Oceano namq; mari magnus numerus Betim aſcendit.Squammis tegitur tenuiſſimis,& numeroſæ ſpinæ carnem eius interſepiunt. Cibus eſt guſtui gratiſſimus,delicatiſſimæ carnis:ſunt tamẽ eſui admodum moleſtæ eius ſpinæ pluſquã belſucci,& barbi. Abundè nutrit laccia,ſed viſcidum præſtat ſuccum, non malum,moratur in ventre plus iuſto,atque interim ſomnolentiam efficit, humoris glutinoſi vapore caput grauante.Salmo carnem habet rubeam, vti arinchi,& quædam tructæ,ſed adhuc ipſis rubidiorem.Piſcem hunc verum Erythrinum puta, palato gratiſſimum:quapropter in optimorũ piſcium cẽſu habetur,vel ob id maximè quòd facilè in ventre ſuperatur , & friabilem carnem habet. Bonum quoque præſtat ſuccum,nec craſſum,nec tenacem, ac perinde vbi ſaliatur omnem bonitatem & ſuauitatem amittit:quamobrem minimè omnium ſalituram fert, quod carnibus & piſcibus quibus parum adeſt pituitoſæ ac viſcidæ naturæ conuenit.Plurimi ſalmones atque optimi in Minio Galliciano fluuio capiuntur,& vſque ad noſtra tempora in Cãtabrico mari.

Scombrus. Scõbrus Latinis lacertus dicitur, Hiſpanis canallo:Oblongus piſcis eſt, & teres , & ſulphureo colore,quem in aqua potiſſimùm refert , mortuus tamen cæruleus eſt. Verno tempore pingueſcit, minores maioribus præſtant. Apud Romanos aridus cibus eſt,apud Venetos tamen in optimorum cẽſu, ob alimentorum diuerſitatem, ſuccum præſtat excrementoſum.Ex eo ſalito garum antiqui parabãt: erat enim garum apud ipſos,ſaliti ſcombri liquamen.

Merula. Merula aui eiuſdẽ nominis colore ſimilis eſt, difficilè coquitur,nec bonum ſuccum præſtat.

Turdus. Turdus ſubuiridis coloris,inſulſus,ac minimè laudabilis ſucci eſt,ſunt turdorũ ſpecies plures apud Rondeletium.

Mero. Habetur inter nobiliſſimos piſces , qui à nobis Mero appellatur,cui nullum anteponendum iure exiſtimo. Tegitur tenuibus ſquammulis , cuti craſſiore ſubnigra,cui ſubiecta eſt pinguedo,magnitudine ſeſquipedali,albiſſima carne,friabili,guſtui admodũ grata,ob idq; magno habetur pretio,bonum ſuccum,multum,& conſtantẽ præſtat.

Melica. Melica verò nobis dicta Meliga,quæ vngulã habet dentib.exertis mandãdis aptam:bonum ſuccũ præſtat, & facilè coquitur,ſi probè paretur,flatuoſa enim eſt,& ventrem inter coquendum inflat. Probè tamen paratur elixa aqua,ſale,& oleo , additis zingibere , caryophylis,croco,& pipere,deinde cum aceto,aut ſucco arãzij.Aut frigitur in ſartagine,deinde iuſculũ prędictum ſuperfundũt,& acetum,aut ſuccum aranzij. Is verò quem nos Tollo appellamus, mẽbranaceus piſcis eſt,difficilis coctionis , duræ carnis , & mali ſucci.

Boca. Buca marinus piſcis,à nobis Saboga dicta eſt, quoniam verò oculos magnos habet , placuit quibuſdam

buſdam ipſam Boopem appellare: Græcis βῶξ dicitur immeritò: ab aliis Menæ, & Menides appellantur, in qoo genere ſont, quæ Aleculæ dicũtur. Piſcis gregalis eſt atque gregatim capitur, éſtque fœcundiſſimus, & ea ratione inter fluuiales piſces, è quibus marem appellant Barbum, fœminam appellant Bocam ſiue Bogá, quòd fœcunditate marinæ ſimilis ſit: ſeruatur ſalita, nonnunquam verò ſemicocta additis foliis myrti, in caniſtris defertur à maritimis locis & fluminibus, in quibus capitur, in mediterranea loca. Elixa recens addito aceto, aut ſucco aranzi, & ſale, bonum ſuccum præſtat. *Arinche.* Arinchem autem appellant, & arengum piſcem, ſaboca minorem, rubra carne, ſalmonis ferè ſimili, ſed multò inferiore ſucci præſtãtia, & adhuc ipſa ſaboca, cõtinet oua magna copia pro corporis magnitudine, quæ quibuſdã ſunt palato valde grata, ipſũ deferuot ad nos ſale, & fumo in cratibus arefactũ, quem elixum edimos addito ſucco aranzij, quidam cum ſalſamento ex eruca facto. *Sardena.* Quoniam verò ſardas, ſiue ſardenas, nonnulli ſic etiam ſale & fumo arefaciunt, Hiſpaoi appellant ipſas Sardenas arenchatas, quas magnopere vituperaudas cenſeo: parum enim alunt, prauum ſuccum præſtant, venerem ſubuertũt, & cordi ooxiæ ſunt. In qoorundam quoque vẽtribus adeò prauè corrumpuntur vt venenis æquipareotur. Sed Sardenæ recentes tenuem ſuccum, nec malum præſtant, elixæ, aſſæ, aot frixæ, copia tamen ſpinarum moleſtæ ſont. *Thynnus.* Thynnus porco ſimilis eſt, craſſa quadam ac pingui cute intectus, notiſſimus quidem omnibus. Gregalis piſcis eſt, cuius magnus numerus iuxta Gades verno tempore occorrit. Capiuntur quoque iuxta Zephyrium Italiæ extremum: nomen tameo cum ætate mutat: nam ab ipſo ouo primum Cordilla vocatur, deinde paulò maior, Limaria dicitur, & paulò maior, Pelamis à luto: qooniam in ipſo degit & alitur. Poſtremò Thynous. Quidam verò probè Thinnum ſic loquentem introduxit,

Quum fueram fœtus, primò Cordilla vocabar,
Poſt ego Pelamis, poſt ego Thynnus eram.

Traoſire qnoque ipſum nonnulli ferunt in Orcynum, & Pompilium, nauium comitem. Partes habet valdè diuerſas: nam ventris & iliorum partes pioguiores ſunt, & guſtui magis gratæ, quãuis nauſeam concitent: partes tamen ad caput, dorſum & caudam ſicciores & ingratæ. Recens thynous elixatur aqua, vino, & cepis minutatim iociſis: deinde editur cum ſucco aranzij. Salitos ſeruatur, qui deinde elixatur, atque editor cum aceto, aut ſocco aranxij, aut liqoamine ex eruca, melle, & aceto: verùm etſi guſtui valde ſit gratus, iecur calefacit, ſanguinem vrit, os ventriculi & cor opprimit. Caro thynni, quæ pinguedine vacat, ſuccum præſtat paucum, craſſum & melancholicum: pars autem pinguis ſtomacho aduerſa eſt, & bilem auget. Pelamides tardè coquuntur, valde nutriunt, & lentum ſuccum generant. Piſcis præterea freqoentiſſimus io cetariis venditur apud nos, in cuius nomenclatura noo omnes cooueniunt, à quibuſdam tamen Merluzus appellatur, *Aſellus.* éſtque hic verus Aſellus. Hanc autem varietatem vitare volentes Hiſpana voce ipſum inſignire placuit. Appellatur autem Peſcado. Nomen ſiquidem generis iure debetur ei, qui piſcium omnium loco ſuggeritur: diebus enim qoibus lege vetitũ eſt carnibus veſci, carnium & aliorum piſcium loco ſuccedit. Magna ex parte ad nos defertur ex Gallicíano portu, & ab Anglia, & Saphi, & Zamor maritimis Africæ populis, ſalitus, quem appellant Peſcado cecial, & à maritimis Hiſpaniæ locis aliquando recẽs longitudine bipedali, aut paulò minori, ore denticulato, magnis quaternis branchiis, tenuibus ſquãmis cinericiis & ſplendentibus tegitur, craſſa ſpina dorſi, pinnulis natat. Editur in panatellis, aut frixus in oleo, & addito melle, aut elixus: deiode cum aceto & oleo, nõnunquam verò cum liquamine ex nucibus, quod appellãt Nocatam. *Nucata.* Hanc autem ſic conficiont: Micam panis io elixatione eiuſdem piſcis madefaciuot: deinde ipſam multis nucibus mixtam in mortario malaxant, interim prædicta elixatione & oleo additis, ad eliquationem vſqoe, & allij paululom: quidam poſt ſalſamenti confectionẽ, oleum addunt: id quidem piſcis coctiooem adiuuat, ſed capitis efficit dolorem. Vtcunque tamen edatur, non facilè coquitur, & craſſam auget pituitam: lenta enim eſt eius ſubſtantia, ac periode ſalituræ eſt accommodatiſſimus. Salitur autem & appenſus areſcit: aliàs corrumpitur vbi accumuletur. Plurimum alit ſi probè ſuperetur in ventre & venis, eiúſque alimentum conſtans eſt. Noo valde recens aut etiam ſalitus, porrilagioem redolet. Gale. lib. 8. de Metho. medi. cap. 2. molli carne eſſe dicit, vbi probo vtatur alimento, cum ſaxatilibus eſſe conferendum, carnia bonitate: excrementitium autem eſſe, ſi prauo cibo vtatur. *Coracinus.* Coruus, qui etiam Coracinus dictus eſt, Hiſpanis Corvina, latus piſcis eſt, nigricans, ſquammis intectus, capitur iuxta fretum Herculeum, vbi omnium ſunt ſelectiores: continet in capite lapillum album, quem puerorum collis ſuſpendunt, & falsò ferunt comitialibus prodeſſe morbis. Salitur commodè, & nonnunquam ſemifrixus, oleo, aceto, & myrti foliis ſubſtratis ſeruatur. Editur frixus, commodius autem elixus: vtcunque tamen difficilè coquitur, nec boni ſucci eſt. *Belſuccus.* Belſuccus, à nobis Belſugo à Græcis φάγρος, ſiue πάγρος. phragolino ſimilis, ſed paolò longior & manifeſte latior. Piſcis ſquammoſor eſt, alba carne, multis ſpinis, lõgitudinis ſeſquipalmi: frequentiſſimus capitur, & ad nos portatur Decembri & Iaouario menſe à mari Cantabrico: Editur elixus, deinde ſale, pipere, & ſucco aranxij ab aliis aſſus: optimè tamen aſſatur in planis lapidibus prope ignitis, & oleo reſperſis. Facilè coquitur, niſi ventrem inflet, qood in quibuſdam facit: ſuccum multum præbet, & bonum, ac perinde Beſuccus aut Belſuccus dictus eſt. Huius piſcis cerebellom ſapidiſſimum eſt: ipſum verò ſugentibus, oſſiculus ſe offert altera parte ſerratus. *Gobius.* Gobius diuerſarum ſpecierum eſt, ſed melior, qui litoralis io arenoſis & ſaxatilibus locis habitat, palmi longitudine, tereti corpore, colore vario, ſqoammis rotundis: caro eius friabilis eſt: paucum, tenuem, & bonũ ſuccum præſtat, & facilè coquitur io ventre, guſtui quoque gratus cibus eſt. Aetius io victu laborantium colli dolore dixit. Scari autem & turdi, ac gobij tenerrimi quidẽ ſunt, & facillimè ſecedũt: alimentum autem paucom, robúrque corpori addunt. *Scorpena.* Scorpena eiuſdem generis eſt cum ſcorpio: ſed ſcorpio guſtui ſuauior, quàm ſcorpeoa eſt. Cute integitur ſcorpio, quę ſerpentis ſimilis potiùs quàm ſquámea eſt, & multis armatur aculeis. Pelagij rubidiores ſunt, & meliores, paluſtres & in luto degentes, nigriores & deteriores. Minores ſemipedali longitudine reliquis meliores ſunt, facilè coquootur, ventrem molliunt, & noo malum præſtant ſuccũ. *Rhombus.* Rhombus, Hiſpanis Rodaballo, planus piſcis eſt, ſine ſquãmis, ferè rotundus, vel oualis figuræ, natat inuerſus latitudine ſua iooixus, potiùs quã pinnulis: ſed eſt aculeatus, in quo multi ſunt aculei: alter verò læuis, quibus addunt, quem Rhomboidẽ appellant. Vorax piſcis eſt, & ob id io magnorum fluuiorum & ſtagnorum oſtiis capitur, quibus io locis alios piſces ſubeuntes

perſequitur.Rhombus læuis, latior, & tenuior eſt rhombo aculeato.Aculeatus tamen,præter id quòd præſtãtior eſt læui,omni tempore capitur:caro eius candida,ſuauis,boni ſucci eſt,ſi probè ſuperetur:ita vt excrementitia pars per ventrem ſecernatur. Elixatur aqua,ſale,porro,anetho,& aceto:aut frigitur, & aceto,aut ſucco aranaij editur.Inter ſalubres piſces recenſetur. *Paſſer.* Paſſer multarum eſt ſpecierum:nam quidam eſt planus,atque is etiam in duabus ſpeciebus.Paſſeres quoque ſquammoſi quidam ſunt, & quidam in mari,quidam in fluuiis & oſtiis ipſorum, quidam in ſtagnis capiuntur,qui reliquis ſunt deteriores:in mari capti,electiores, molli carne & alba, facilè coquuntur,neq; omnino contemnendũ ſuccum præſtant:ſed his omnibus buglоſſus eſt longè præſtantior,quem ſoleam appellant. *Polypus.* Polypus omnibus ex numero piſcium mollium, pedum multitudine cognitus,pluribus brachiis,ac cirris,& in ſingulis numeroſis acetabulis,ſingula apprehendit,& obuoluit,atque flagellat. Amat quàm maximè oliuam,ipſámque auidiſſimè amplexatur. Breui vitam finit,nec vltra bienniũ,vt teſtantur plures.Sunt minores pelagici,maiores litorales,ac minus ſalubres: caro dura eſt,& difficilè coquitur,ſed vbi ſemel ſuperetur,non parũ nutrit,& cõſtans præbet alimentum,nec malum:venerẽ excitat,flatu copioſo genito:quidã falsò cardiacis prodeſſe ferunt.Editur elixus,ſed cõmodiùs aſſus oleo,& allio inter aſſandum illitus. *Sepia, & loligo.* Sepia & loligo eiuſdẽ naturæ ſunt,ac molles appellantur:quoniã nec ſquãmis,nec teſta,nec cruſta,ſed cute teguntur.Sepia quidẽ breuior & latior, loligo longior:habet tamen ſepia quandã ſubſtantiam fungoſam & friabilem,quæ à nobis etiã Xinia appellatur:caro ipſius elixa cõfert ventri:ſanguinẽ autem generat tenuiorẽ polypo,& loligine, iis qui à corporeis exercitationibus abſtinent, mala,quoniam ſuccos crudos aceruat.Omniũ molliũ piſcium caro dura eſt,& coctione valde difficilis, ſed conſtans præbet alimentum. *Conger.* Conger piſcis oblongus & teres eſt,magnam quandam anguillam ſpecie referens:eius caro fungoſa eſt:quapropter facilè coquitur,& parum alit,nec bonũ præſtat alimentũ:ſalitus tamen arefactus omnino alitioni inutilis redditur: pauciſſimum ſuccum,malum & fœtidum præbens: recens editur in panatellis,aut elixus,addito ſale,oleo,& pipere. *Acus.* Acus longus piſcis eſt,à figura nominatus,Græcis bellona, Hiſpanis Aguja paladar:tardè coquitur,parum conſtans præbet alimẽtum,humidum ac bonum,ſunt qui ſiccum alimentum præbere teſtentur. *Anguilla.* Anguillæ in fluminibus,mari,& ſtagnis reperiuntur:omnium optimæ ſunt marinæ, & guſtui magis gratæ.Portantur per Hiſpaniæ ciuitates ex Gallieiano portu in lacubus ligneis,probè paratæ,quæ in magnatum menſis pretioſæ habentur. Has ego anguillas marinas & veras murenas imitari non dubito,quibus nulla pinnulla adeſt,oris ſciſſura magna,ſuperiori maxilla aquilina,in cuius extremo duæ ſunt verrucæ veluti cõgro.Secũdo loco ſunt fluuiales,quas quidã aſſas ex allio & oleo edũt, quidã in panatellis eas oleo, ſale,allio,croco,pipere,& caryophyllis parant,cibus palato,ſiquis alter, gratiſſimus,& meo quidem iudicio omnibus anteponendus.Paluſtres verò ad magnã aliquando magnitudinem augentur,ita vt cõgris perſimiles fiant, vti in lacunis dictis deparedes, quas poſſidet admodum illuſtris Comes à Corumnia: ſed hæ quidem inſalobres ſunt,& ventri,ac cordi valdè noxias eſſe agnoui experimento.Non adeò malæ ſunt,quæ in fluminibus capiuntur,lentũ tamen ſuccũ omnes præſtant,atque malũ,qui tardè permeat,& pinguedine ſtomachum ſubuertunt,podagricis & calculoſis valde nocent:fœminarum menſes tardant. *Lampetra.* Lampetra à lambẽdis petris dicta eſt, Hiſpanis Lãprea, marinus piſcis,ac fluuialis,raró in mari, frequenter in fluminibus capitur:gaudet enim dulcibus aquis, lõgus ac teres piſcis eſt,dorſum maculis cæruleis & albicãtibus inſpergitur.In ſupremo capite fiſtulam habet,ad palatũ vſque,qua aquam haurit, & proiicit,loco ſpirationis,maculas habet inſignes in collo ſeptem ſtellis ſeptentrionibus ſimiles numero,& ferè poſitu.Longitudinem ipſius interius perreptat oblonga quædam & rotunda ſubſtantia neruo ſimilis,ſpinæ loco,ventre lactei coloris.Capiuntur frequentes in Ibero longè adhuc ab oſtio, & in Minio Galliciano fluuio.Parantur in panatellis ſale,croco, pipere, caryophyllis, & nuce odorata ori incluſa, pauco addito vino,in quo etiã à quibuſdã necantur. Cibus gratos guſtui eſt:facilè coquitur, ſed melancholiã auget. *Reus.* Reus quoque marinus piſcis,in Minio fluuio Galliciano capitur,nemini eorũ quos deguſtauimus piſcrũ ſecundus.Troctis ſimilem carnẽ habet,facilis coctionis,multi ac boni ſucci. *Solea.* Solea Hiſpanis lenguado,quòd bouinæ linguæ ſimilis ſit,& à quibuſdã lingulaca dicitur,& bugloſſus. In oceano mari non raró capitur,ſed frequens Iarife habetur, & magno pretio venditur,quòd omnibus numeris præſtantiſſimus piſcis habeatur,pedalis prope longitudinis,& latus.Habuimus ipſam frequentiùs in menſa ducis Metimnenſis, & in menſa illuſtriſſimi pręſulis ac pręclariſſimi Theologi Epiſcopi Cõcenſis.In lacubus ligneis nobis nõ paucas ſeruatas ſæpe miſit amicus noſter Chriſtophorus à Quadra in arte medica doctiſſimus, & in chirurgica præſtãtiſſimus vir.Recentes frixæ eduntur, aut elixæ:ſeruatæ tamen ac conditæ,in oleo immerguntur valde calenti,& deinde pauco vino odorato & ſucco aranaij additis,eduntur.Cibus is ſelectiſſimus, & facilè coquitur, & bonum præſtat ſuccum: itaque inter primæ notæ cibos reponẽdus. *Plaicia.* Plaicia Hiſpanis Aacedia propè accedit ſoleæ, tum coctionis facilitate, tum etiam ſucci bonitate. *Cruſtata.* Ex cruſtatorũ genere ſunt locuſta,Hiſpanis langoſta,Aſtacus,camaron de mar, cancer,cangrejo,ſquillas quaſdam non agnoſcimus, aliàs lagoſtines nominamus.Omnes carnem habẽt duram & quæ difficilè coquitur, ſed conſtans eſt eorum alimentum: ſalſum præterea generant ſuccum,verùm ſi in dulci aqua præcoquantur,ſalſedinem deponunt,& ventrem retinent, quod indicat diuerſam ipſis ineſſe ſubſtantiæ naturam: cancri quoque eiuſdem ſunt naturæ. *Teſtacea.* Teſtacei piſces multiplices ſunt,vti purpuræ,hiatulæ, buccinæ, à figura dictæ, cochleæ, & pectines ſiue pectunculi, quos conchulas appellant, & *Oſtrea.* Oſtreæ, quæ petroſiſſimæ magnóque in honore ſemper habitæ ſunt, tum recentes,tum etiam conditæ,vti in ligneis lacubus ab Oceano deferuntur. Omnibus ineſt ſalſus ſuccus, & ventrem ad deiectionem proritans;quò verò fuerint durioris carnis,eò valentiùs nutriunt,vbi ſuperentur, & minùs ſalſum ac pruritantem gignunt ſuccum.Oſtreæ itaque nobiliſſimam carnem inter teſtacea continent,faciliùs coquuntur, & à ventre deſcendunt,& minùs alunt.A quibuſdã aſſę in propria teſta eduntur,pipere,ac ſucco aranxij additis:à qoibuſdam verò in butyro frixæ,deinde additis vino,pipere,& ſucco aranaij. *Cartilaginei piſces.* Cartilagineorũ piſcium ſunt torpedo,& paſtinaca,quæ faciliùs coquuntur, & modicè nutriunt:raia verò & ſquatina,Hiſpanis lixa, & rinobates ſiue ſquattaia, quæ media inter raiam & ſquatinam eſt, duriorem habent carnem, difficiliùs ſuperantur, & validè nutriunt. *Cetacei.* Cetacei

verò,

verò,è quorum numero ſunt balenæ,delphini,pho-
cæ,libelæ,& orcyni,ſiue magni thynni,difficile co-
Piſces fluuiales. quuntur,& multum ſuccum præſtant ac craſſum.In
fluminibus gignuntur,& degunt barbi,troctæ, ru-
Barbi. beculæ,ranæ,camari, & anguillæ : ſed de his ſuprà
diximus:modò verò de reliquis. Barbi ſquammoſi
ſunt,& ſpinoſi valde,qui in omnibus Hiſpaniæ flu-
minibus capiuntur: nonnunquã adeò magni,vt 20.
lib.Romanas appendant , ſic appellati quod verè
barbati ſint, fœminas verò Bocas appellant. Barbi
itaque valde magni difficilè coquuntur , minores
facilè,bonum tamen præſtant ſuccum,etſi optimo-
rum marinorum piſcium alimento conferri non
debeat.Horum optimi in Fenario noſtro , & Tago
capiuntur.Bocæ ſimilem ſuccum præſtant,ſed ipſa-
rum oua Maio menſe eſui non ſunt : turbant enim
validè ventrem,& choleram morbum efficiunt,nec
Troctæ. ſine vitæ diſcrimine.Troctæ inter ſelectiſſimos pi-
ſces recenſeri debent, vti ſalmo , ſolea , plaicia , &
oſtrea,qui conualeſcentibus è calidis morbis meri-
tò adhiberi poſſunt, & ipſis ægrotis. Piſcis hic eli-
xus in aqua pauco addito ſale,petroſelino, & cepis
guſtui valde gratus eſt,facilis coctionis,tenuis ſuc-
ci,multi ac boni.Eliguntur optimæ troctæ,quæ ru-
bidiorem carnem habent,& maculis frequentiori-
bus inſperſam cutem. Has appellant ſalmonatas,
quales capiuntur in fluuiis Ibero,& Alone,& quem
nominant corpus hominis. Guſtui optimæ ſunt ex
fluuialibus, quæ Burgis capiuntur inter vtrumque
pontem fluuij Arlançon. Fluuiales tamen volunt
Truras appellare,Troctas verò marinas magnas, &
Ranæ. alias his minores ſcariones. Ranæ abiectis intera-
neis,& ſummis pediculis friguntur in butyro , aut
aqua elixantur,ſale,& acero additis.Facilè coquun-
tur & bonum ſuccum præſtant , frigidum parum:
ſed humidum , paulò minùs lentum carne teſtudi-
Camari. num:vtraque tamen hecticis vtiliſſima eſt. Camari
fluuiales elixi ſtatim rubent,inutiles ſunt eſui,quòd
tota ferè eorum ſubſtantia cartilaginea ſit , difficilè
coquatur & pauciſſimum præſtet ſuccum. De reo
Rubeculæ. verò Gallieiano piſce,troctæ ſimili,diximus.Rube-
culæ Hiſpanis Bermejuelas, quæ ſubrubentes ha-
bent partes iuxta caput, paruis barbellis ſimiles:
quatuor tamen digitorum longitudinem tarò tran-
ſcenduor:faciliùs coquuntur ipſis barbellis, & me-
liorem ſuccum præſtant : nec tamen ſunt eædem
cum Erythrinis,quos Latinè vocant Rubeculas.

De Melle.

DE melle prætetea hoc in loco iure mihi di-
cendum videtur,quoniam præter id quòd ali-
Author ſtat fortè à partibus Cardani exiſtimantis ſolas apes mel efficere. Verũ Scalig. illius opinioni contradicit Exercitat. 191. Dicit enim. A Melucarũ quibuſdam muſcis quæ formicis minores ſint,mel in arboribus fieri legimus in Hiſpanicis nauigationũ Commentariis. mentum eſt,innumeris alimentorum cõdituris mi-
ſcetur : ſumitur autem tum ab animalibus , tum
etiam à plantis.Mel enim trium generum eſt,ſiqui-
dem mel conficiunt apes , & mel eſt quod aërium
vocant,ſiue mel roris,& eſt mel cannæ,quod ſacca-
rum appellatur. Mel apum omnibus notum eſt, à
medicis calidum & ſiccum in 2. ordine ſtatuitur,
verùm ineptè quidem : nam quoddam eſt & palli-
dum,quoddam flauum , quoddam album. Notum
autem eſt in eodem genere quæcunque rufa , aut
flaua,aut rubra ſunt,calidiora eſſe albis, apud Gale.
lib.4.de Simpl.med.fac. Quod & rei veritas & ex-
perimentum docet, ſicuti & bilis in humano cor-
pore,quæ eo minus calida eſt , quò ad albedinem
propiùs accedit. Dicemus igitur , mel flauum cali-
dum eſſe ac ſiccum in ſecundo ordine ad finem,ru-
Mellis temperies. fum ad medium eiuſdem, pallidum ad initium : al-
bum verò ad finem primi ordinis, quod etiam non
longè abeſt à natura ſaccari , temperatura ac conſi-
ſtentia,prætetea & ſapore,quamuis mel bonum ſit.
At Gal.lib.7.de Meth. med.mel optimum eligere *Mel optimũ.*
docuit , colore flauum,odore ſuaui,purũ ſiue omni
ex parte pellucidum,guſtanti acutum, & iucundiſ-
ſimum,ſibi cohærens, continuum,non interciſum,
aut partium diuerſarum, cuius portionem vbi ſuſ-
pendere velis , continua manet longo tractu,nec
diſrupta,nec diuerſas oſtendens partes, ita vt quæ-
dam ſint craſſiorer,quædam aquoſiores:id enim im-
mixtam habet ceram,aquam,& fæcem aut omnino
craſſius,aut tenuius iuſto eſt. Craſſius itaque cero-
ſius eſt,& tenuius guttas humoris habet innatãtes:
quod verò excrementoſius eſt , difficiliùs coquitur,
inter coquendum tamen multam emouet ſpumam.
Decet quoq; nullum aut herbarum,aut florum odo-
rem referre:quod enim tale eſt,improbè confectum
exiſtimabis,non igitur aut thymum , aut ſtœcadem
redolere debet.Deterius autẽ eſt,ſi pręterea malum
referat ſaporẽ,vt ciſti.Cõficiunt autẽ mel optimum
apes in ea Hiſpaniæ parte , quæ appellatur Alcarria
nobis finitima,quoniam apes abundantes habẽt in
eis locis flores thymi,ſtœcados,& lauẽdulæ.Laudat
itaque Galen.mel flauum,vti optimum,eſt quidem
id efficacius & calidius,& medicamẽtoſius:ſanis ta-
men ego potiùs mel album,aut pallidum,miniſtra-
rem,quoniam temperamento magis accedit,& mi-
nus acrem ſaporem habet , magis gratam dulcedi-
nem,& minùs aptum eſt in bilem verti:ad medica-
mẽtorum verò compoſitionem quibus ſaccarũ non
eſt accommodatum,mel flauum cum Gal.eligerem.
In ſumma verò intellectis vitibus , facile erit hoc
illi anteponere. Eſt quidem mel alimentum medi- *Mel in ſanguinem & in aliis in bilem vertitur.*
camentoſum,ſiquidem in ſenibus vertitur in ſan-
guinem bonum,ſicuti & in frigidis ac pituitoſis na-
turis:in iuuenum autem corporibus facilè in bilem
tranſit,in calidis ſiquidẽ naturis plus æquo coqui-
tur,& modum excedit:dulcia verò immodicè cocta
in amara tranſeunt.Exemplo ſunt ſanguis in huma-
no corpore, qui ſi aſſatur,tranſit in bilem pinguis,
tenuis,ac dulcior eius pars,& mel,ſi elixaueris diu-
tius,amareſcet. Accipitur quoque in condimentis
innumeris,ſaporis gratia,in quibus etiã alit,ſed me-
dicamẽti ratione detergit,maximè inteſtina & ven-
triculum,& eadem à pituita mundat,cum aqua, aut
aqua & acero,quæ aquam mulſam,& acetũ mulſum
appellãt,meatus iecoris, venarum & renum ab ob-
ſtructione liberat. Innumeris quoque medicamen- *Mel detergit.*
tis compoſitis miſcetur, ad eorum conſeruationem
& compoſitionem cum bono ſapore,& ad aliorum
malum ſaporem emendandum.Mel cannæ credunt *Mel cannæ.*
eſſe Sal Indum:nos verò apud Dioſcoridem inue-
nimus cõcreti mellis genus,quod Saccarum appel-
lat,quódq; in India & fœlici Arabia inueniri dicit,
ſalis modo coactũ,& dentibus vti ſal friabile:eſtq;
omni in re quod nos ſaccarũ appellamus, omnibus *Saccarum.*
iam cognitũ,quod copioſum conficiunt Valentini,
copioſiſſimũ verò defertur ab inſulis fortunatis, &
noua Hiſpania. Huius temperatura calida eſt , ſed
vbi rubrum fuerit magis, ad mellis naturã accedit,
& calidius eſt,& ſiccius:calidum quidem ac ſiccum
ad finem primi ordinis : quod verò albiſſimum &
depuratiſſimum,calidum eſt ad initium primi ordi-
nis.Habet id detergendi vires , ſed rubro minores:
prodeſt quoque non parũ detergendis ventri & in-
teſtinis,ſed autore Gal. nec ſitim efficit , neque ſto-
macho noxiũ eſt.Magis melle alit,ſed minus medi-
camentoſum eſt ipſo , minùs etiã in bilem vertitur:
eius dulcedo dulcedine mellis ſuauior multò eſt, &
ſine acrimonia : proficit multis thoracis & pulmo-
nis morbis:conficiuntur cum eo innumera medica-
menta

Manna.

menta atq; obſonia. Mel roſcidũ ſiue aërium, Manna appellatur, vires habens alendi, atq; medicamẽtoſas : ſiquidẽ alit, ſed minus ſaccaro, quod eſt medicamentoſius manna, maiorem habens vim detergendi. Emollit quoq; ventrem, qua in re mel atque ſaccarum ſuperat, quamuis in detergẽdi & abluendi facultate ſuperet ſaccarum, & ſuperetur à melle. Inuenitur in arboribus, fruticibus, herbis, & lapidibus, maximè in regionibus tẽperatis, & diebus vernis ſerenis temperatioribus, vt æſtiuis, pro ratione temporis frigidioribus. Calabricũ manna omnibus antefertur à medicis, quo nos vtimur ad purgandos ventres infantium, & vtero gerentium, quantitate vnius aut duarum vnciarum diſſoluto in iure pulli, aut aqua inſtillatitia, aut elixatione bugloſſi. Id rorẽ cæli ſiue aëris eſſe putat Gal. aut de eius genere. Nos tamen referemus quod vidimus, atq; experimento agnouimus. Anno ſalutis noſtræ 1532. & duobus ſeqoẽtibus, iuxta Feuatium fluuiũ noſtrum in amœnioribus locis æſtatis tempore manna in ſalicibus reperta eſt copioſa, atq; optima, albiſſima, ſaccari dulcedine, quam licebat colligere ex arboribus, & lapidibus cuiuis volenti. Eram ego per id tẽpus huius diſciplinæ auditor: intellexeram tamen à præceptoribus meis mannam eſſe, quod diligenter perquirens an verum eſſet quod ab ipſis & reliquis cũ Gal. ferebatur, locum in qoo mãna copioſior habebatur conſideraui, ſummo manè, Iulio menſe, ad id profectus adductis nonnullis ex amicis quibuſcũ ego ſolebã de ſimilibus diſſerere. Inueni tamẽ paruarum quarundam apũ numeroſam congeriem: nõ erant quidem apes, ſed culices craſſi, quos ab officiũ apes paruas dicerẽ, quibus inerãt tria aut quatuor foramina in partibus corporis, quæ in eiſdem prominebant, ad paruarum verrucarũ ſpeciem. Per hæc itaque foramina guttæ quædã paruę albiſſimę, ſudoris modo aliciebantur, quas rorẽ eſſe dixiſſes, ſi copiam guttarum cadentium ex loco ſalicis in quo congeſtæ apes erãt, cõſiderares. Erat autẽ non vnus tãtùm earũ grex, ſed plures quàm quinquaginta, in ſingulis autem gregibus innumerabiles apes, quæ locum vnũ non vltra diẽ & noctem tenebãt, deinde in aliũ transuolabant : ſemper tamen arboribus inſidebant, cum quodam bomboſo ſonitu apũ, à quibus ſudor guttatim defluens, aut folia arborum, aut ſubiectos lapides tegebat: quod verò in arenam, aut ſordida loca decidebat, peribat, reliquũ colligebatur ad vſus: miro namque modo ſoluebat ventrem. Erat autem hæc puriſſima manna, albedine, dulcedine, conſiſtentia, & efficacia probata. Hæc referre meritò placuit, vt intelligãt naturaliũ cauſarum indagatores mannæ generationẽ, & eiuſdem cauſas effectrices, antiquos etiam in eius generatione tradenda deceptos. Quòd ſi quis noſtro huic teſtimonio & experimento conſentire noluerit, non dãnet veritatẽ, niſi priùs quod teſtamur, aut contrariũ aſſequatur, locũ generationis mannę adiens, & ſingula probè perpendens, quæ nos vidiſſe affirmamus ſæpe in prędictis annis.

Hiſtoria notanda, & peculiaris Authoris obſeruatio de generatione manna. Qua oſtenditur verum eſſe poſſe quod de Scaligero & nauigationibus Hiſpanicis ſuprà retulimus in hanc rem.

Horum alimentorũ, quorum facultates retulimus, vſus in minoribus natu eſt nutritio & auctio: in adultis verò ſola nutritio, niſi quando è morbis extenuati conualeſcãt, aut fuerint natura tenues: tunc enim humorem, ſpiritũ, & carnem augere oportet. Erit autẽ opportunitas ſumendi alimenta omnibus communis, cùm adfuerit inopia: hanc autem in bene valentibus fames nos docet.

Famis eſſentia.

Famẽ autẽ Ariſto. lib. 2. de Animal. c. 3. dixit eſſe appetitum quendam calidi & ſicci: ſitim autem, appetitum frigidi & humidi. Gale. verò primo lib. de Cauſis ſympto. famem triſtem ſenſum appellat, nec tamen ibidem appetitum coniũgi negat. Conſiderat quoq; Gal. in omni fame, quæ natura fit, quinque motus, quorum primus eſt, membrorum inanitio, quæ ſecundum naturam ſenſim fit, naturali calore agente, ac diſſoluente humidum membrorum: hæc verò naturali facultate ſecundo loco appetũt, deinde tractrice trahunt, tertio loco à venis & iecore & ventriculo: quarto loco ſequitur ſenſus triſtis, quo vẽter ſentit ſuctionem: quinto ſequitur appetitus animalis. Quartum horum, nempe ſenſum ſuctionis famem appellat : huius ſenſus immediatum obiectum omnes ferè conſentiunt eſſe motum factum in ore ventris à membris trahentibus, ſugentibus, & veluti diſcruciãtibus ipſum.

Famis obiectum.

Sed ex his nonnulli cum motu qualitatem aliquã primã accedere neceſſariũ putant, exiſtimantes ſenſibilis communia ſine propriis mutare ſenſum non valere: itaq; aut caloris, aut frigoris ſimulachrum accedere dicũt ad ſenſum mutandum. Verùm parte prima docuimus communia ſenſibilia per ſe ſenſus mutare, & ſæpe ſine propriis ſentiri. Ad quod comprobandum accedit, quòd ſi cum motu & ſuctione dixeris accedere calorem, vbi quis cauſam refrigerãtem ventri admouerit extrà, fames ceſſabit, & vbi frigus motum comitetur, pipere aſſumpto, atq; incaleſcente ventriculo amplius non maneret fames, quorum vtrunque falſum eſt. Solus igitur motus, obiectum immediatum & per ſe prædicti triſtis ſenſus ſiue famis eſt : quoniam verò conſumptio quædam in ventriculo adiungitur, dubiũ eſt, cuius conſumptio immediatiùs accedat, humidi chyloſi, an ſubſtantialis ipſius ventriculi.

Conſumptio quam ſequitur fames.

Nihil refert impræſentiarum longo ſermone referre diuerſas iuniorum opiniones, quibuſdã dicentibus famem excitari abſumpto chylo : nam & ſi abſumptus ſit innatus ventriculis humor, interim dũ chylus adeſt, homo non cruciatur fame : non igitur ſequitur fames ſubſtantialis humidi conſumptionem. Præterea ipſo abſumpto, ſtatim ingeſto cibo, vel primo bolo, fames ceſſat, nondum tamen refectum eſt humidum ſubſtantiale, nõ ergo ſequitur fames ipſius conſumptionem. Contra quorum opinionem inſtat, quòd animalia longo tempore in latibulis degentia, non vexantur fame, diu tamen ſine chylo ſeruata, è quorum numero ſunt vrſi & glires. Præterea qui noctu cœnãt hora prima, aut ſecunda noctis, hyemis tempore, nec fame tentantur vſque in meridiem ſequentis diei, non continent vſque in illam horam chylum in ventre: nõ ergo ſequitur fames immediatè chyli conſumptionẽ. Breui tamen quę nobis vera videntur & rationi conſona, referamus. Impoſſibile quidem reputamus, famem excitari ſecundum naturam, niſi chylus abſumatur, & ſubſtantialis humor ventriculi, altero enim horum præſente fames non excitatur, quibus membrorum diſſolutio accedere debet, quã reparare poſtremò intendit natura. Finis namque aſſomptionis alimentorũ cogit veluti obiectum poſtremò mouens, ſed præcipuè intentum: nam finem quem præcipuè intendimus, eũ poſtremò aſſequimur. Finis poſtremus, ſed præcipuus eſt corporis refectio, hic autẽ non vrget niſi præcedẽte defectu: is igitur antecedere debet, nempe membrorum inanitio, alterum quoque vt medium neceſſarium, ſiue vt finis minime præcipuus, eſt ſenſus triſtis, qui adeſſe debet, vt naturã moueat ad alimẽtorum diſquiſitionem, per quæ deinde finem poſtremum aſſequitur. Cęterùm dũ chylus in vẽtre adeſt, ſenſus triſtis nõ excitatur, nec appetitus diſquirẽdi alimentum: tum quoniam impedit triſtem ſenſum, qui tractione ac ſuctione excitatur : tũ quia reficit

Q diſſolu

diſſolutionem ventris dum adeſt præſens. Excitabitur itaque fames membrorũ ſubſtantia diſſoluta, atque abſumpto chylo, cum ſubſtãtiali ventriculi humore. Chylus autem præſens, quod fit paulò poſtquam cibus aſſumptus eſt, vtrumque prohibet: nam ſenſus triſtis qui ſequitur vẽtriculi corrugationem & ſuctionem, ac motum, ceſſat, & ventris natiuus humor, & defectus reparatur: quoniã ex ipſo vẽtriculus partẽ capit, dicente Gal. lib. 3. de natur. facult.

Venter an ex chylo alimentum capiat. Fames an ſequatur chyli conſumptionem.

Itaque quod in cibis optimũ eſt, id halitus ſpecie & paulatim ſibi attrahit, atque in tunicis ſuis reponit iiſdẽmq; adiungit: vbi abundè ſaturatus eſt, quidquid reliquum nutrimenti eſt veluti oneroſum aliquid reiicit. Quòd ſi quis quæſierit cuius horum humorum conſumptionem immediatiùs ſequatur fames, dicemus immediatiùs ſequi ad eam quæ poſtremò fit: poſtremũ locum tenet conſumptio ſubſtantialis humidi vẽtriculi, quæ fit abſumpto prius chylo: non tamen ſtatim, ſed cũ quodam temporis interuallo. Namque id conſiderare præcipimus hoc in loco, membrorum omniũ præter ventriculum, conſumptionem, ſiue ſubſtantiarũ ipſorum abſumptionem antecedere tractionem, & traductionem chyli: ventriculi tamen humorẽ non niſi prius chylo digeſto, ac demiſſo abſumi, ſiquidem interim dũ adeſt, ipſum reparat chylus: poſt famẽ verò quæ triſtis ſenſus eſt, ſequitur altera quæ eſt apud Ariſt. appetitus. Putant autẽ qui Ariſt. ſequuntur, aut Ariſt. quoque ipſe, famem eſſe appetitũ, quo animal deſiderat cibũ capere ab extrà. Falluntur autem id æſtimantes: nam appetitus aut voluptas, quæ coniunctæ ſunt cum potentia cognoſcente, non mouent animal niſi ad obiectum cognitũ: natura enim conſtat, ſenſum primũ deprehendere id quod ſibi obiicitur, ſub quadam boni ratione, deinde appetitum idem cupere: ſed ventriculi appetitus cùm fameſcit non concipit aliquid immediatè, ſub ratione boni, non erit igitur appetitus ad id proſequendum.

Fames nõ eſt appetitus proſecutionis.

Præterea antequam animal appetat, ſiue fameſcat, immediatè præcedit triſtis ſenſus: ſed præcedente triſti ſenſu, immediatè inſurgit appetitus auerſionis, quẽ appellant appetitũ ad fugã, quo animal deſiderat fugere cauſam nocentẽ, nõ appetitus proſequutionis. Præterea cognita cauſa delectante appetitus mouet ad proſequendum: cognita verò cauſa nocente, appetitus mouet ad fugiendum: ſed in fame adeſt ſenſus rei cõtriſtãtis, & nocentis, nẽpe ſuctionis: ergo ſtatim inſurget appetitus auerſionis & fugæ. Cæterùm præter hunc appetitum fugæ, qui immediatè triſtẽ ſẽſum ſequitur, ſecundo loco & quadãtenus ex accidente ſuccedit alter appetitus proſequutionis, qui habet obiectum alimentum extra corpus animalis, aut in ipſius ore. Sed is duplex eſt, alter in vẽtriculo, alter in ſenſibus internis, nempe cogitãdi, ſiue æſtimandi vi: vterq; tamen finitur in obiectum cognitum in ratione boni. Qui enim in æſtimatione excitatur, ſequitur cognitionẽ alimenti præſentis, aut etiã abſentis, cuius ſimilitudo præeſt in memoria: qui enim cibum delectantẽ & proficientẽ aliquando agnouit, rurſus præſente triſtitiã in vẽtriculo & appetitu auerſionis à praua & cõtriſtante cauſa appetit, & deſiderat cibum, vt bonum, quod beluis quoq; commune eſt, quas videmus ad præſepe accedere alimenti diſquirendi gratia, cùm contriſtantur & ſentiunt ſuctionem in ventre. Eſt & alter appetitus proſequutionis in vẽtriculo excitatus, cognito obiecto conuenienti, delectãte, & boni ſpeciem referẽte: verùm cùm ventriculus res abſentes non agnoſcat, nunc tãtum is mouetur ad cibum appetendum, cùm ipſum habet præſentẽ, ore ipſum deguſtante, cõmuni illa membrana quæ à ventriculo in os ſternitur: quod enim delectans agnoſcit, id proſequi cupit. Ac perinde id maximè decet conſiderare, infantes nuper natos vnicum tantùm habere appetitum auerſionis, qui ſequitur triſtẽ ſenſum: ex duobus autẽ proſequutionis dictis nullum. Quoniã qui in potentia interius ſentiente conſiſtit, eget præcognitione obiecti, aut præſentis, aut abſentis, neutrum autem illis adeſt antequã cibos ore deguſtent. Quapropter obſtetrices infantibus nuper natis mel ori lingendum offerunt, vt præſente obiecto, appetitus trahendi ac proſequendi ipſum excitetur in ventriculo. Cùm itaq; ſolum appetitum fugę habeãt, alterum proſequutionis adiungunt. In his verò, qui magis rationis compotes ſunt, duo appetitus accedent proſequutionis: alter in ventre ortus inter deguſtãdum, alter in æſtimatione, ex vtilis ratiocinio natus: abſentis cibi appetitus dicetur carentiæ, & præſentis complacentiæ. At verò ſiue fames triſtis ſenſus ſit, ſiue appetitus auerſionis, an naturalis ſit animali vel præter naturam, nõ omnes vnanimes inuenio medicos.

Fames an naturalis ſit.

Qua in re quidã dixerunt famem eſſe naturalem quendã ſenſum, ſiue appetitum: quoniã nobis omnino ſecundum naturam habentibus aduenit. Naturale præterea eſt animalibus impleri intra terminos quoſdã, & intra ſtatutos terminos inaniri: cùm igitur intra eos permãſerint, ſecundum naturã eoſdẽ ſe habere dicemus: talis diſpoſitio eſt, per quam fames animali aduenit. Contrarium ſentiũt alij, diſpoſitionem eam per quã fame vexantur animalia, pręter naturam appellantes, ea potiſſimũ ratione, quòd quæ indicãt ſui ablationem, ea ſunt præter naturam: ſed fames indicat ſui ablationem, eſt ergo pręter naturam. At nos cũ Gal. dicemus eam diſpoſitionẽ eſſe non ex toto ſecundum naturam, neq; omnino præter naturam: quadantenus enim præter naturam eſt, quatenus abiiciẽda: ſecundum naturam verò, quòd ſanis eueniat, neque eos à ſanitatis limitibus deducat. Gal. namq; lib. 4. ſimp. med. fac. c. 9. inquit: Quando nimirũ neq; ad cibos accedimus planè ſecundum naturam affecti, & ſubiũgit, Quoniam eorum qui cibum deſiderant, corpus inanitum eſſe oportet. Id verò corpus quod inanitum eſt, & repleri, ſiue refici expoſtulat, non omnino ſecundum naturam ſe habet. Non eſt etiam præter naturam quod ſanis & ſecundũ naturam ſe habentibus, aduenit. Nec etiam in præſenti prætermittendum duximus, an venter bene valens, ac temperatus appetat ſimilia, diſtemperatus verò contraria, quod Gale. lib. artis medicinalis dixit. Id enim non parum conducet ad notitiam eorum alimentorum, quę temperatis, aut aliis ſunt offerenda. Non tamen videtur tuta Gal. ſententia: nam omnes ventres appetunt capos, & gallinas; & perdices, interim dum valent: ſed tamẽ non omnes ſunt vnius temperaturæ. Præterea ventriculus adhuc ægrotans cibos appetit ſibi familiares, & aſſuetos in ſanitate: non igitur contrarios. Præterea lactucæ frigidæ ſunt, & ab omnibus ferè appetuntur valentibus, ſed non ſunt omnibus ſimiles.

Venter bene valens ſimilia, ægrotans contraria appetit.

Præterea ventriculus fameſcens non omnino ſecundum naturam ſe habet, ea ergo ratione expoſcet contraria: quoniam verò naturalem temperaturam non amiſit, appetet ſimilia, ſimul igitur appetet ſimilia & contraria, aut dicat Gal. qui appetitus vincet. Præterea ſi ventriculus calidus calida intemperie laboret, ob eam appetet frigida, ob naturalem verò calida: difficile tamen videtur, aut omnino fieri non poteſt, vt contraria quis ſimul appetat. Primum itaq; aduertendum Gal. lib. artis med. cap. 63. non dixiſſe ventriculum

culum omnem à naturali ſtatu diſcedétem appetere contraria,ſed eum tantùm qui morbi ratione diſcedit. Nam qui intra ſanitatis limites adbuc manet,naturalem ſequitur appetitum, quo ſibi ſimilia expoſcit,ſimilia inquam naturali ſuæ temperaturæ, non lapſæ diſpoſitioni, etiam ſi labatur. Velnti ſi venter temperatus parum diſcedat à ſua naturali temperie, aut famis ratione, aut aduentu cuiuſuis nnuæ qualitatis intra ſanitatis limites, nullum bonum appetitum auertet ab his quæ ſibi ſecundum naturam ſunt & priſtino ſtatui ſimilia: tum quoniam partem diſſolutæ parti ſimilem reponere cupit, tum quoniam quæ talia ſunt, aliquam habent cum lapſu contrarietatem, ac perinde quodammodo ipſam propellent, qua ratione contraria dicentur, etſi morboſus affectus non ſit, veluti ſi venter natura calid. ad frigid. intra ſanitatis limites labatur; calida namq; appetet. Vbi tamen ventriculus præter naturam afficiatur morbi ratione, contraria appetet,quibus ab ea releuetur affectione. Hęc autem omnia de naturali ventriculi appetitu ſunt intelligenda: nã appetitu animali ſingula appetuntur,quæ delectant & guſtui grata ſunt, atq; ea ratione, ſani & ægrotãtes eos appetimus cibos, qui dulces ſunt & grati,& quibus inſueuimus. Naturali verò,refectionem tantùm, & attemperamentum appetimus. Quandiu quidem bene valemus,refectionem, quæ præter id quod corpus reſtituit ad priſtinum habitum, à famis & inopiæ noxa releuat. Attemperamentum tamen deſiderant qui ægrotant ex diſtemperie, ſiquidem natura omnia appetunt ſe conſeruare,& aliena & præter naturam propellere, id verò in morbis fit contrariorum adhibitione. Interim namque dum ægrotant homines, morboſa diſpoſitio vrget ac cogit ad curationem. Qui itaque fameſcunt aut inaniti tantùm ſunt,aut præterea alterati, inaniti impleri tantùm deſiderant, quod ſimilibus fit. Qui verò præter id alterati quoq; ſunt, non tantùm impleri,ſed alterari etiam deſiderant,quod per cibos contrarios fiet, vbi diſtemperies fuerit morboſa: vbi verò non,ſatisfacient quæ per naturalem temperiem fuerint ventri ſimilia,quę paruus lapſus abundè alterabunt. Id voluit Gal. lib. 4. de ſimplic. med. facul. cap. 9. dicens: Solum enim corpus eorum qui cibum deſiderant, inanitum ſit oportet, ſi exactè futuri ſint familiaris ipſorum qualitatis cognitores. Nam ſi præter id calidiores quàm conueniat, aut frigidiores euaſerint,ſeu toto corpore,ſeu attinentibus ad linguam ac ventrem locis: non ſolùm quæ nutriant,verùm etiam quæ refrigerent aut calefaciant expoſtulabunt. Hæc & ſimilia eodem cap. habentur, quibus docet ventrem inanitum replere, & alterarum mutare. Mutatio verò omnis contrariis fit, hæc igitur erunt, quæ ab eis expetentur, interim dum aliena & morboſa affectiõne moleſtantur. Sed obſtrepet aliquis: nam Gale. in præhabita ſententia, inanita corpora præterea etiam calefacta, quæ refrigerant expoſtulare dicit, calidus igitur natura ventriculus, ſupercaleſcens, nondum tamen ægrotans, frigidum expoſcit. Ad hoc dicemus, quòd ſi calidus ille lapſus factus fuerit, naturalis erit, & ei ſimilia appetentur: ſi verò adhuc fuerit ſiens, calida expetentur, quæ naturali diſpoſitioni ſimilia ſint, & lapſu remiſſiora, per hæc autem natiua diſpoſitio ſeruabitur, & aduentitia attemperabitur. Sic etiam vbi lapſus ad contrarium intra ſanitatis limites fuerit, non tamen factus, venter ſimilia naturali factæ temperaturæ appetet, nam & per hæc attemperabitur venter abundè. Neque ea quæ ſupra adduximus, præfatam ſentẽtiam ſubuertere valent. Quòd enim capos, gallinas, lactucas & ſimilia quibus aſſueuimus, appetimus, adhuc ægrotantes, nihil refert, is enim animalis eſt appetitus, non naturalis, de quo loquimur. præter id quòd ſiue ſani ſumus, ſiue ægri, cùm fameſcimus, refectione egemus: verùm nihil aliud quàm dulcę alere poteſt, id igitur ab omnibus expetetur. Quòd rurſus ventriculus fameſcens non omnino ſecundum naturam ſe habeat, nihil refert: ea enim non eſt morboſa diſpoſitio, ſed naturalis, & ſana, per quam ſimilia appeti diximus. Facilè quoq; ſoluitur quod retulimus, vbi calidus calida intemperie laboret. Is enim contraria appetet morbo, quòd verò contraria ſint naturali temperaturæ, nihil refert, dũ enim venter ægrotat, morbi ſequitur exigẽtiam, tanquam vigentis, naturali temperatura poſthabita. Erunt autem frigida quæ expetuntur à prædicto ventre, minùs frigida, quàm ſi frigidus ventriculus calido laboraſſet morbo. Sed id latius diſputandum ad alium locum relinquimus, vbi calido & frigido pariter febricitantibus, cui conducant frigidiora, dicemus.

Cùm itaque hominem fame tentari neceſſium ſit, ea erit ciborum adhibendorum opportunitas, ante id enim bene valentibus indicium eſt, in ventre cibum contineri, aut in venis, atque perinde à membris tractionem non fieri, neq; membrorum factam fuiſſe abſumptionem: coctis itaque cibis atque digeſtis, & congrua exercitatione præcedente, fames excitatur, & cibi adeſt opportunitas. *Cibi opportunitas.* Succedit autem fames alimento in ventre & venis digeſto ac diſſoluto: accedente tamen homine ad cibum aſſumendum, quantum ingerere cibum expediat, non ſatis cognitum eſt: quidam enim putant ad menſuram famis cibi copiam reſpondere debere, quidam à menſa diſcedendum cum reliquiis famis, vt natura ſemper ſuperior euadat. *Ciborum quantitas.* Verùm diuerſa admodum eſt ventriculorum temperatura, & hominum viuendi modus. Ex ventriculi temperatura, vt Gal. quoque docuit libro artis medicæ, calidior minùs appetit, quàm ſuperare poſſit, frigidior magis appetit, quàm ſuperet: temperatus in vtraque re commenſuratus eſt. *Nota.* Præterea alimenta iam in ventre ſuperata à quibuſdam non ſuperantur in venis & iecore, ob defectum naturalis facultatis, aut ob viuendi modum. Qui enim in otio degunt, minùs digerunt & diſſoluunt: qui exercentur, magis. Iam igitur ſi quis aut temperatus ſit, aut temperamento proximus, & omnia membra proportionem eam ſeruauerint, & in vitæ inſtituto modum ſeruet, cibum antequàm in famem incidat, non accipiet: deinde tantum cibi ingeret, quantum appetit: id enim in ventre & venis probè ſuperabit, & excrementa ſecernet. Qui verò ventriculum habuerit frigidiorem, paulò minùs accipiet, quoniam magis appetit quàm pro ratione caloris. Si verò fuerit calidior venter, cibum accipiet quantum appetet, interim dum bene valet, nec valde ad calorem labitur; commodius enim eſt paulùm excedere caloris cibi menſuram, quàm in periculum incidere cruditatis, ob caloris defectum. *Nota.* Præterea in his qui ſtudiis literarum incumbunt, & omnino qui aut non exercentur abundè, aut id quidem intempeſtiuè, citra debitam ventriculo ciborum quantitatem accipere commodius eſt. Eis tamen qui validius exercẽtur, cibum appetitui adæquare, vel in frigidis ipſis ventris temperaturis, non eſt à ratione alienum, nedum in calidis, in quibus minor eſt appetitus coquendi facultate: minuit namque appetitum calor, lib. 1. de Cauſis Sympto. cap. 7. apud Galen. Quòd ſi quis in ciborum quantitate modum exceſſerit, in *Cibus modũ excedens quæ mala affert.*

adſtringente poſtremo loco, quem non ſequetur potus. Quorum autem venter ſiccus eſt, aut ſiti moleſtantur, nō longè à cibo bibere debent, ſed parum ad finem menſæ: ſic etiam eis quibus nulla praua adeſt ventriculi affectio; conuenit finito prandio aut cœna, parum vini, ſi ita aſſueuerint, ſumere, vt poſtremus ille cibus e gula deſcendat, liquetur, & commiſceatur aliis cibi partibus: aliis verò æquè ſimilis potus conueniet: deinde os & dentes vino colluere omnibus erit ex vſu: diluatur, ſi capitis malis tentantur, aliàs non.

De Somno & vigilia.

SECTIO IV.

AB exercitatione cibum accipere præcipimus, poſt cibum verò ad ſomnum conuerti ſalutare eſt, dicente Hippocr. Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, & omnia moderata. Cæterùm, quemadmodum diximus, non ſtatim ab exercitatione cibum eſſe ſumendum, ſed prius turbatione ſedata, ita modo dormiendum non eſt ſtatim à cibo, ſed pauco quodam interiecto tempore, per quod leui motu deambulationeve vti decet, vt cibus ad inferiorem ventriculi partem deſcendat. Aliàs fiet vt cibus ſupernatet, tardiùs deſcendat & coquatur, vapor autem tum multus, tum craſſus aſcendat, deinde verò ingenij ſequatur iactura, & memoriæ labes. Somno tamen opportunè accepto, animal à laboribus requieſcit & coctiones alimentorum melius perficiuntur, dicente Hippocrat. 6. de Morb. pop. part. 5. Labor articulis & carnibus, cibus & ſomnus viſceribus. Viſcera ſiquidem roborantur: è quorum numero ventriculus eſt, qui calidior redditur per ſomnum, per vigiliam frigidior, teſte Hippocr. lib. 6. de Morb. pop. part. 4. dicente: Planè vigilans exterius calidior, interius frigidior, dormiens contra. Quòd ſi venter dormientibus calidior eſt, coctiones per ſomnum meliores fient, nec in ventre tantùm, ſed in corpore toto: ita fieri verum dixit Galenus lib. 3. de Cauſis ſympt. animalis namque facul. per ſomnum otiatur, naturalis tamen validius agit. Colligitur ſecundum naturam calor per ſomnum ad coquendos cibos, à quibus vapor aſcendit in caput, qui animalis facultatis tranſitum impedit. Eſt autem ſomnus, naturalis impotentia animalis facultatis ad actiones, ob vaporem ſuauem alimenti cerebrum irrigantem, vt interim animi vires reparentur, & corpus recreetur: vapor autem is eſt qui ab alimento eleuatur, ſiue id in ventriculo, ſiue in iecore & venis contineatur. Nam & poſteaquam alimentum ventriculum pertranſiuit, ſomnus naturalis fit: qualis euenit his qui parum noctu dormierunt, dormiant autem ſummo mane ad tertiam diei partem, ſiue in morbis, vt apud Hippocr. lib. 2. Progn. ſiue in ſanitate, vt experimur, per id autem tempus non adeſt alimentum in ventriculo: ſed ſanguis qui in venis & iecore continetur vaporem mittit ad cerebrum. Obſtruit quidem is cerebri meatus, quoniam cerebri natiua frigiditas eundem incraſſat: ſequitur autem inde impotentia ſentiendi per ea ſenſibilia quæ modicam vim habent immutandi. Neque interim reliquæ internæ facultates ſentientes quidpiam agunt, ſed omnino otiātur, niſi quando aliqua earum oppreſſa de viſis, aut auditis, aut excogitatis inter vigilandum ratiocinetur, aut componat, ac ſeiungat eadem, ſæpe quidem ſine delectu, nonnunquā tamen adeò ſcitè, vt paulò minùs bene diſſerentē ſe præſtet dormiens, quàm vigilans. De his tamen quæ dormientibus per inſomnia accidunt, quædam conſideranda tradidimus in prima operis parte, interim verò dum animal dormit, animi vires reparantur, cùm tamen iam non ſibi tantùm, ſed & membris omnibus, atque externis ſenſibus ſufficit, calor cū ſanguine è viſceribus in membra transfertur, partim tranſmiſſus, partim etiam à membris tractus, & animalis facultas per neruos demādatur ſingulis ſenſibus, per id quoque tempus cerebrum ab obſtructione & multitudine vaporum & ſanguinis exoneratur, liberum autem manens vigilat. Per vigiliam autem rurſus animalis facultas laborans, in cerebro & ſenſibus externis diſſoluitur, maximè ob ſpiritus animalis diſſolutionem. Quamobrem defatigati vehementioribus exercitationibus & corporis motibus, coguntur dormire, potiùs inopiam animalis ſpiritus ſequentes, quàm alimenti coctionem. Quid igitur? dormiuntne illi ſine alimenti vapore, aut ſine cerebri occluſione? Non quidem, ſed ſanguinis vapor, vt diximus, ſomnum facere valet, cerebro occluſo: ſuccurrit autem is agitato corpore per exercitationes, ſpiritu pariter validiùs diſſoluto: vitalis qui animali materiam præſtat, ſimul cum animali diſſoluitur, & cerebrum refrigeratur, refrigeratum conſtringitur, conſtrictum obſtruitur, & inde actiones ceſſant, quod dormire dicimus. Porrò ſomnus omnium naturaliſſimus nocturnus eſt, poſt horam à cœna, aut paulò plus, quamuis ſummo mane dormire ſit naturale ad tertiam diei partem. Noctu ſiquidem frigiditas ad interna impellit calorem, diei verò caliditas & Solis lumen calorem diſtrahunt, & animalem ſpiritum ad ſenſuum organa agunt. Refrigeratur quoque noctu cerebrum, quod ad ſanguinis & vaporum incraſſationem eſt neceſſarium. Dormire tamen à prandio non expedit: impletur enim vaporibus caput: vnde non rarò fiunt catarrhi, capitis dolores, & anginæ, adhuc his qui à prandio dormire aſſueuerunt, nedum aliis. Præter id, quòd cùm ſomnus diurnus non compleat tempus coctionis, cibus fluctuat in ventre eorum cùm à ſomno excitantur, veluti & aliis quibuſque à ſomno intempeſtiue expergefactis. Dormiant itaque interdiu à prandio qui aſſueuerunt, quamuis non laudem eam conſuetudinem, reliqui abſtineant ab ipſa, intelligo quoque pauciſſimos eſſe qui ab eodem abſtinere poſſint æſtatis tempore: ſed hi neque à ſomno abſtinere valent, nec noxam facilè ferunt. Nocturni verò ſomni ac naturalis tempus eſt, ſpatium quo in ventriculo & iecore coctio alimentorum perficitur, quod diſtinguere ex vrina docuimus ſectione ſecunda huius partis. Verùm cùm actiones non in omnibus pari tēpore perficiantur, non erit dormiendi tempus omnibus vnum. Magna autem ex parte in bene valentibus & modicè viuentibus à ſexta in octauam horam perficitur, vt ſeptem horarum ſpatium, medius dormiendi terminus ſit. Quod verò ab hoc diuerſum fuerit, malum eſt: dicente Hippocrat. ſomnus & vigilia vtraque modo magis facta, malum. Dormiet autem ſanus homo toto corpore, brachiis, ac cruribus modicè contractis, magis quidem hyeme ad calorem ventris augendum, minus vere & æſtate, capite parum eleuato, ita vt ſuper latus dormiens, caput parem humero ſuperiori ſeruet altitudinem. Dormiet primùm ſuper dextrum latus, vt coctio ventriculi à calore iecoris adiuuetur, & faciliùs deſcendat cibus ad imum ventriculum, & in iecur deducatur:

Somnus auget ventriculi calorem.

Somnus.

Fatigati dormire coguntur.

Somnus naturaliſſimus.

Somnus diurnus.

Somni ſpatium.

Cubandi modus.

quamuis oon ſaris conſtet, an iecur venteri ſuppoſitum, an ſuptapoſitum, ipſum validiùs calefaciat: *Nota.* ignis enim ſuppoſitus valentiùs calefacit,& gallina ſuperpoſita magis ealefacir oua, niſi diaeris, iecur ſuppoſitum,quoniam incaleſcit amplius,calefacere magis. Ad finem verò ſomni ſi ſe in latus ſiniſtrum conuertetit,non erit malum:leuate enim onus dextri lateris expediet, quihus etiam ventris imbeeillitas adeſt. Non erit à ratione alicnum,ſuper venttem aliqnamdiu cubare, ad finem eoctionis, vt pituita quæ ibidem relinqui ſolet, tunc ſuperetur, ſuper dorſum autem dotmire nullatenos eapedit, ab initio enim fluctuahit alimentum in ventre,& ad œſophagum ſæpe aſcendet,& tardius multo eoquetur. Quanta autem mala capiti afferat,quid opus eſt dicere? vidimus enim apoplexiam hominem ea de caoſa apprehendiſſe: quihuſdam indnxit paralyſim,& plutes alios neruorum motbos. Cùm capitis excrementa quæ ſecundum naturam per os & nares purgari deberent, ad poſtremam cerebri partem transferantur, qua patte via nulla purgationis ea- *Inſomnia conſideranda.* crementorum adeſt. Inſomnia quoque conſiderare tam in ſanis quàm in ægtis philoſophi omnea pariter ac medici præcipiunt, oon parua accepta ex inſomniis coniectura de corporis diſpoſitionihus: & Hippocr. ipſe lib.6. de Morb. popu. part.8. quæ per ſomnum accidunt,atque ipſa inſomnia perpendenda eſſe vult. Qui enim ſanguinem haheot redundantem, tes tuheas ſe videre ſomniant, & quæ eoſdem delectant & ſibi grata ſunt. Qui melancholiam,lugubtia, triſtia, & eolore nigra. Qui verò bilem flauam aceruatunt, cædes & bella, ac flauos colores. Sed qui pituitam, fluuios, fontes & aquarum deeurſus, præſentes habere putant. Qui calidiorem habent ventriculum, ſe bibere ſomniant: qui ſeminis redundantiam, fœminarum ampleaus, qui inopia premuntur,aut auari ſunt,theſaurum inueniſſe imaginantur,& quandoque aureos montes. Qui ſomniat ſe volare, ſpiritum animalem habet tenuem, & purum: qui verò oppreſſionem & anguſtiam ſomoiat, craſſos humores hahet ahundantes, & fumorum copiam, maximè in partihus cerehri, aut thoraeis. In ſumma, magna ex parte ſomnia ſunt de his quæ corpori eapediunt, quandoque de his qnæ animæ grata ſunt, aut de quibus interdiu habuimus mentionem, aut ipſos corporis affectus ſequuntur, à quibus excitantur. Nonnulli quoque diuino numine afflati per inſomnia multa futura prædixerunt. Quamobrem inſomoium Dei nuncium finxerunt Poëtæ, dicente Homero Iliados β. voce inſomnij: Διὸς δέ τοι ἄγγελος εἰμί, id eſt, Iouis namque nuncius ſum. Et rurſus, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, quod eſt, Etenim inſomnium à Ioue eſt. *Somni commoda & noxæ.* Sequuntur autem ſomnum non pauca commoda: ſiquidem animales facultates reparat,coctiones alimentorum,atque crudorum humorum perficit, curas obliuioni tradit, iracundiam mitigat, dolores omnes ſedat, humectat omnia corporis membra (veluti vigilia exſiccat) ſi poſt cibos ſequatur: poſt inediam namque & ciborum inopiam, exſiccat potius. Nocet autem, ſi longior debito ſit,aut intempeſtiuè adhibeatur: caput enim grauat, mentis hebetudinem affert, & memoriæ iacturam, incipientibus acceſſionibus ſi adhibeatur,longiſſimas efficit ipſas, & incipientibus inflammationibus viſcerum auget curſum humorum: vigilia verò vita animalis eſt, vt ſomnus frater mortis. Quod Ouidius ſic cecinit,

Stulte, quid eſt ſomnus, gelida niſi mortis imago?

Viuunt enim animalia cùm ſuis funguntur muneribus, & vigilantes in diuinarum rerum contemplatione ſumus. Quod fœlicem ab infœli ita diſtinguit, vt Ariſtoteles Ethicor. 1. exiſtimatit dormientem omnem infœlicem, & medio totius vitæ curriculo fœlicem ab infœlici non diſtingui. Quandoquidem & fœlices ipſi dormientes, ab animi actione virtuti conſentanea vacant, in qua fœlicitatem eſſe ſitam aſſeruit: vbi tamen vigilia modum exceſſerit, vires diſſoluit, & delitia affert, & ſæpe mortem. Huic malo ſubuenire decet, per morbos *Vigiliarũ remedia.* quidem, morbi cauſa,atque ipſo morbo ablato, in ſanitate tamen cantilenis, & muſicis modulamentis, vbi animus mœrore, aut ira, aut ſolicitudine capiatur, ſicuti & conſolatoria verba animum placant. Aquarum quoque murmur & fontes arte machinatæ, crurum frictio, aut balneum, fomentum capitis ex roſaceo, vapor decocti papaueris capitum, aut mandragoræ,lactucarum eſus, atque piſcium, vini dilutioris potus, non validi,neque vetuſti, coitus moderatus ad idem valet,& pedum refrigeratio, æſtiuo tempore, mihi ipſi non rarò profuit ad ſomnum conciliandum, ſicuti & corporeus labor ſæpe ſomnum adducit. Quòd ſi ſomnus *Somni remedia.* fuerit iuſto maior, caput calefacere decet, in cibis adhibentes aromatica calefacientia & condita ex melle,& caput per nares atque palatum purgantes, aut aceto mulſo gargariaantes, aut aqua mulſa per nares attracta.

De his quæ excernuntur, & retinentur.

SECTIO V.

De vniuerſali vacuandi ratione.

CAPVT I.

QVÆ in in corpore retineri natura debent, ſi excernantur, aut ſi quæ excerni debent, retineantur, non tantùm ſanitatem ſubuertere poterunt, ſed multorum generum morbos parere. Quapropter rectè Hippocr. lib. de Flatibus dixit, *Medicina.* Medicina eſt appoſitio,& ablatio: appoſitio eorum quæ deficiunt, ablatio eorum quæ excedunt. Apponimus autem per ſanitatem & morbos ac demimus, ſi enim calor intra ſanitatis limites iuſto maior eſt, demi debet, ſi iuſto minor, apponi. In his quoque quæ ad compoſitionẽ attinent,ſi aut totum corpus, aut pars aliqua molem debitam excedat, minuenda eſt: ſi minor debito fuerit, augenda: eadem de exceſſibus & defectibus morboſis nota ſunt. Porrò quæ de affectibus ſanis, aut morboſis diximus, de cauſis & ſymptomatis intelligenda ſunt: vbi enim appetitus ventriculi modum excedit, obtundendus venit: vbi verò hebes fuerit, excitandus. In cauſis præterea, ſi ſanguis iuſtam quantitatem excedat,ita vt corpus à ſanitate ſua in alterã deducat non adeò bonam, aut omnino extra ſanitatis limites, demendus venit, veluti ſi ob paucitatem in eoſdem lapſus deducat,addendus. Hanc legem ſeruant quæ excernuntur ac retinentur: vbi enim quod retineri debet, excernitur, aut quod excerni debet, retinetur, corpus à ſua ſanitate delabetur, aut in alteram, aut funditus extra omnem ſanitatem, quibus ſtatim accedunt retentio eorum quæ excernuntur, & ablatio eorum quæ retinentur, quorum conueniret excretio. Per ſanitatem itaque tria ſunt excrementorum genera, quæ vbi modum exceſſerint, ſanitatem variant, aut valde excedentia morborum cauſæ fiunt.

Etitqoe

grauaretur. Dubium ergo erit decenti quantitate ſeruata, an deceat cœnam eſſe maiorem. Qua in re vt in aliis omnibus cum Hippoc. admonemus conſuetudinem ſeruandam eſſe, niſi quis ſenſim in meliorem ipſam mutare voluerit, aut ab initio puerum inſtituendum ſuſceperit, à tempore quo primum nuces reliquit. Quòd ſi is, cuius ſanitatem cuſtodire eſt in animo, in omnibus medicinæ præcepta ſeruauerit, ita vt opportunè excitetur, & ſe ad ſomnum recipiat, cœna pleniore vtatur oportet: prandio verò minore: nam cibum copioſum breui tempore non ſuperabit, ac digeret natura ventriculi. Breue autem eſt tempus inter prandium & cœnam, nempe in hominum conſuetudine ſeptem, aut octo horarum: à cœna verò in prandium diei ſequentis decem & ſex interſunt horæ. Rurſus completa coctione alimenti in ventre & iecore exerceri conuenit: magna verò cibi copia aſſumpta, non intererit tempus coctioni, diſtributioni, & exercitationi opportunum, à prandio in cœnam: non igitur expedit plus prandere, quàm cœnare: ſpatium enim à cœna in prandium ſequentis diei omnibus dictis perficiendis ſatisfacit. Præterea quoniam cùm coctiones meliùs perficiantur in ſomno, tunc quoque copioſior cibus ſuperabitur. Comprobat hanc ſententiam Galen. lib. 7. de Method. med. cibum leuiorem in prandio aſſumere monens, vt concoquatur celerrimè, excrementum deſcendat, & purus venter ſequentem cibum excipiat, comprobat id, quoniam ſomnus, quies & longius tempus cœnam ſequuntur, coctiones iuuantia & perficientia. Confirmat idem athletarum experimento, quos dicit id aliqua ratione & longo experimento inueniſſe. Quamobtem in ſanis, non obſtante conſuetudine, cœnam pleniorem eſſe debere monemus. Id quoque ſententiæ citatæ ex Hippocrate & Galen. manifeſtè comprobant. Verùm hac noſtra tempeſtate cùm homines nullam viuendi rationem ſeruent, ſed ſoli appetitui ſeruire velint, plenius prandent quàm cœnent. Hora namque meridiana cùm ad prandendum accedunt, longè à cœna præcedentis noctis, omnino perfecta coctione, & vacuo ventre, maiori fame premuntur, quàm cùm ad cœnam ſe conuertunt, volentes itaque fami ſatisfacere maiori, prandent pleniùs, parciùs verò ob minorem famem cœnant, cui faciliùs ſatisfaciunt: non enim concitatur magna ante cœnam, cùm paucum ſit à prandio interuallum. Atque hæc eſt cauſa, ob quam homines noſtri æui ordinem peruertentes pleniùs prandent, & parciùs cœnant. Neque obſtant quę in contrarium adduximus: nam calor Solis non adiuuat coctionem ventriculi, ſed diſtrahit eius calorem. Pręterea exercitati cibo egēt, non tamen dum exercentur, ſed pòſt, quod maximè in cœna fit. Rurſus exercitatione alimenta diſtribuuntur, ſed aliquando intempeſtiuè & ante coctionem. Quantitas igitur in cœna opportuniùs augetur, nam & quæ coquuntur quiete egent. In vnica pręterea menſa pluribus vti cibis in hominum eſt conſuetudine non ſine magno ſalutis diſpendio. Licet quidem panem reliquis alimentis miſcere, quoniam, vt ſuprà diximus, panis eſt materia alimētoſa, vt cera aut oleum materia medicamentoſa: & quemadmodum ceram omnibus ferè ſine noxa miſcemus vnguentis, ita & panem omnibus alimentis, vti carnibus, piſcibus, leguminibus, fructibus & oleribus: ac miſcere legumina carnibus, aut has piſcibus, aut omnia hæc in eadem menſa malum eſt. Ex alimentis enim quædam ſunt pituitoſa, quędam bilioſa aut alterius naturæ: quædam etiam ex eis citò, & quædam tardè

Quare plenius quidam prandent.

Ciborum diuerſitas.

coquuntur, ita vt coctum crudo miſceatur. Quòd ſi retineantur ampliùs, id quod coctum eſt corrumpetur, & putrefiet non gubernatum à natura: quòd ſi venter expellere eadem tentet, crudum cocto mixtum expelletur, ac per inteſtina deducetur, aut ad iecur etiam ipſum: inde verò neque annumerari quidem poſſent qui oriuntur morbi. Corriget autem hæc ordo qui à nobis traditur, licet non omnino. Hac de cauſa pariter peccant, qui plurimum immorantur prandentes, aut cœnantes: quoniam interim dum poſtrema alimenta menſæ apponuntur, priora ſunt propè cocta. Verùm cùm hæc vitare quæ ad ciborum diuerſitatem attinent, hac ętate ſit difficile, ac penè impoſſibile, decet ordinem pręſcribere, quo vti expediat in diuerſorum alimentorum vſu, in eadem menſa. Quidam enim voluerūt, anteponenda eſſe alimenta quæ difficilè coquuntur, eis quæ facilè: quoniam venter magis calidus eſt in fundo, ea parte qua carnoſior, & iecori propior: tali igitur ordine alimenta erunt ingerenda, vt ęquo tempore omnia coquantur, ne crudum cocto miſceatur, id verò fiet, vbi quòd difficiliùs coquitur antecedat, & imam ventris partem, quæ calidior eſt, præoccupet: quod verò faciliùs coquitur, ſuperiorem, & minùs calidam. Quidam contrarium aſſerunt, oportere dicentes, alimenta ea primo loco aſſumere, quę faciliùs coquuntur, vt cocta deſcendant, & reliqua deinde coquantur: nam ſi ea antecedant quæ difficiliùs coquuntur, ea quæ faciliùs coquuntur interim ſuperata & cocta non deſcendent, inferioribus nondum coctis, duæque inde ſequentur noxæ: prima, quòd coctum crudo miſcebitur, ſecunda, quoniam retentum quod iam coctum eſt, corrumpetur, non gubernatum à natura. Alij verò medio quodam modo reſpondent, diſtinguentes: nam ſi parum intereſt inter alimenta, ita vt facilitate coctionis non longè ſuperentur, & ſuperent, ea quę difficiliùs coquuntur antecedere debent, reliqua ſubſequi, vt pari temporis interuallo à partibus ventris differentibus ſuperentur. Quòd ſi multum interſit, expediet ea præcedere quæ faciliùs coquuntur, vt cocta citius, ſtatim deſcendant, neque ab aliis impediantur, aut eiſdem miſceantur, & confundantur. Nos verò ad euidentem veritatis aſſequutionem & perſpicuam doctrinam, hac vtemur diſtinctione. Alimenta quædam liquidam habent ſubſtantiam, quædam ſolidam, & ex ſolidis quædam citiùs, quædam tardiùs ſuperantur à calore ventriculi: ventriculus autem non habet in partibus ſuprema, & infima parem calorem: ſiquidem infima craſſior eſt & carnoſior, & iecori propius ſita. Vbi alimenta eam habent differentiam, vt quædam liquida ſint, tenuis ſubſtantiæ, quædam ſolida, ſi ingerentur ſimul, nihil omnino refert, ſiue pręcedant liquida, ſiue ſequantur. Exemplum eſt ius carnis & caro, ſi quis hæc duo eadem menſa accipere debeat, nihil refert ius antecedere aut ſubſequi: nam ſi antecedat, adueniente carne facilè inuicem miſcentur, & in vnam deducūtur ſubſtantiā, maſticata ac comminuta prius carne: quod in externis rebus conſpicimus. Si namq; in vas fundas ius aut aquam, deinde comminutā carnem, ſtatim caro ius imbibet, nedum in ventre, vbi calor comminuens hæc eadem commiſcere ſolet. Si verò caro præcedat, ſequatur tamen ius, totam carnis ſubſtantiam ius peruadet, cui adamuſſim commiſcebitur: ea eſt ratio ob quam ſine manifeſta noxa, quidam ante, quidam poſt ius ingerūt, & potum (quamuis liquida ſubſtantia ſit) cum cibis, & poſt cibos accipimus. Quòd ſi alimenta ſolida fuerint, ſed diſparis natu-

Alimētorum diuerſorum ordo aſſumptionis.

Quinam cibi ſint in menſa præmittendi, qui verò vltimò ingerendi.

Digitized by Google

Eritque communis methodus, que in ſanitate & morbis genera excrementorum à corpote educentur, aut vbi immodicè educantur retmenda ſunt, cui adiuncta erit refectio, quæ additione eius quod deeſt, complebitur. Communes præterea viæ ſunt euacuandi excrementorum redundantias in ſanitate & morbis. Communis quoque intentio, quæ prophylacticè appellatur: in ſanitate namque excrementa euacuantes, præcauemus à ſututis morbis: in morbis quoque vitamus quod futurû eſt, verùm in ſanitate præcautio immixtam babet ſanitatis tutelam, in morbis immixram habet curationem. Ordiamur autem ab excrementorum generibus, quæ tria ſunt, in vna trium regionum corporis.

Excrementorum genera.

Primum quod in gula, ventriculo, inteſtinis, meſeraicis venis, & ſima iecoris parte continetur, cui annumeratur, quod ex iecore in fellis veſicam reponitur, & quod iu lienem. Secundum in gibba iecoris parte contineri ſoler, & venis caua, & reliquis magnis, & corde atque arteriis. Tertium in ambitu corporis, anguſtioribus venis, quæ muſculis & carni inſeruntur, & ſolidis partibus, capite, thorace, pulmone, renibus & veſica, atque eorundem meatibus, vti palato, faucibus, auribus, naribus, gutture, aſpera arteria, emulgentibus, & vaſis vrinariis. Præterea teſtibus & vaſis ſeminariis, & peritonæo & articulis.

Excrementorum vitia.

Omne autem excrementû quantitate, aur qualitate, aut vtroque peccat: maximè quidem vbi retinetur, quandoqne verò ſi plus æquo dimanet. Pituita namque in ventriculo quandoque abundat, quandoque frigidior debito eſt, quandoque vtraque ratione peccat: ſed fit nonnunquam vt deſit ea quæ natura adeſſe debet. Sic etiam bilis quæ in veſica fellis continetur, quandoque abundautior, quandoque parcior eſt, quandoque malam adiungit qualitatem. Pari modo melancholia lienis ſuperabundare, ant deficere poteſt, aut vitiari. Nullo tamen horum excedente modum, non erunt quidem hæc à corpore excernenda, etſi excrementa ab Ariſtot. dicta ſunt lib. 3. de Hiſt. anim. cap. 2.

Opinio Ariſtotelis de humoribus nutrientibus.

credit enim omnes humores alios à ſanguine excrementa eſſe, & ſolum ſanguinem contineri in venis, & tantùm ſanguinem alere: reliquos verò humores non alere, & ea ratione alimenti eſſe excrementa. Erit igitur pituita ventriculi excrementum, ſed vtile, & ſine quo ſanitas ſtare non poteſt, ſic & bilis in veſica fellis contenta, & melancholia lienis. Idem de chylo in ventriculo, & meſeraicis venis, & de fecibus inteſtinorum intelligendum eſt. Horum præterea excrementorum vnumquodque, vbi quantitate peccet, paulò pòſt haber adiunctum vitium, quoniam à natura deſeritur & corrumpitur. In gibba iecoris parte & venis maioribus, corde, & arteriis continetur ſanguis, alter ſimplex, atque vnicus humor, cuius naturam parte prima docuimus, quamuis & hæc ſeream partem habeat commixtam. Alter ſangnis eſt ex quatuor humoribus conflatus, nempe puro ſanguine, pituita, & vtraque bile, quibus accedunt ſingula ſera, ſecundum naturam. In his omnibus exceſſus, atque defectus contingunt: exuberat enim quandoque ſanguis purus, & vnicus humor, quandoque omnes ſimul & ad portionem, non quidem æqua menſura, ſed pari portione, vel aliquo eorum paulò magis excedente reliquis, & hi aut ſola quantitate à modo recedunt, aut ſimul adiungunt excedentem aliquam qualitatem, aut deprauationem, ſingulas autem ipſorum qualitates ſimul augeri, foret impoſſibile, ſiquidem interim dum in venis coniuncti continentur, non poterunt non deprimere ſuas ipſorum qualitates: non erunt igitur ſimul bilis calidior, & pituita frigidior in compoſitione ſanguinis. Nonnunquam verò vnus, aut duo, aut tres alij à ſanguine augentur, & hi aut ſine corruptione & mala qualitate, aut ipſa adiuncta, adiungunt autem ipſam paulò pòſt: quoniam cùm modum excedunt, paulò pòſt deſeruntur à natura à qua minimè gubernantur. Corrumpuntur autem putreſcentes, aut ſupra modum aſſati, nam & putredo magna, & perſeuerans ad finem vrit, quod ſanguini ipſi euenit, aut puro, aut ex quatuor humoribus conſtituto, inter aſſandum verò ſanguis tranſit in bilem flauam & atram, ab initio putredinis tenuior & pinguis pars tranſit in flauam bilem, deinde eadem flaua in atram, ſicuti & craſſa ſanguinis pars, quæ in ſanguine præfuerat præ aſſatione tranſit in atram bilem. Fit quoque eodem corruptionis modo, atque aſſationis ex pallida bile, flaua, deinde porracea, & æruginea, & nigra in venis minoribus & minutiſſimis, & carne, & muſculis, ſecundæ humiditates & excrementa, quæ ex alitione partium relinquuntur, continentur. Hæc verò ex ſanguine maiorum venarum & arteriarum habuerunt generationem, ſicuti & ſerum quod à renibus tractum in ipſis & vaſis vrinariis & veſica continetur. Ab eiſdem reſudatione intermediis minoribus transfunditur excrementum in caput, ab ipſo pariter in nares, aures, palatum, fauces, guttur, aſperam arteriam, & pulmonem, ſicuti ex iecore in peritonæum: quædam etiam continentur in vtero & in articulis. Cùm igitur in tribus prædictis regionibus humores & excrementa modum in quantitate & qualitate ſeruauerint, ſanum euadet animal, aliàs minimè. Fit autem in eiſdem peccatum qualitatis, quod ſine aliqua euacuatione emendari poſſet ſola alteratione. Quòd ſi quantitate peccauerint, id fiet, aut omnibus ſimul auctis ad portionem: his videlicet qui in venis continentur, aut vno tantùm, & aut ſanguine, flaua, aut atra bile, aut pituita. Quòd ſi omnes ad portionem augeantur, hæc diſpoſitio plethoſa appellatur, ſicuti & ſi ſolus ſanguis, aut ſi omnibus auctis, vnus paulò reliquos excedat. Quando omnes ſimul augentur, aut ſolus ſanguis, ſimpliciter plethora dicitur, quando aliquis humor ſuperat reliquos, omnibus auctis, appellatur plethora ſanguinea, plethora bilioſa, melancholica, aut pituitoſa. Vno tantùm aucto erit cacochymia, cum corruptione, aut etiam ſine ipſa, quæ paulò pòſt accedet. Harum vocum ſignificationes accipies à Galen. lib. de Plenitudine. 2. de Comp. med. per locos, & 13. de metho. med.

Plethora.

Plethora tamen ſiue omnibus ſimul auctis fiat, ſiue ſolo ſanguine, aut omnibus, ſed aliquo alio à ſang. magis, duplex eſt, aut quo ad vaſorum capacitatem, aut quo ad vires. Prima cognoſcitur ex vaſorum tenſione, totius corporis tumore, præterea rubore, & pulſus firmitate & magnitudine, atque æqualitate, ſi ipſa ſola fuerit. Altera plethora eſt quæ viribus confertur: licet enim per hanc vaſa non tendantur, vires premuntur, hæc ex præcedenti victu deprehenditur, qui potuit bonum ſanguinem augere, vires tamen alia ratione languent, ſed parum, aut laboribus validis diſſolutæ, aut inedia, quæ victum laudabilem præceſſiſſet, quibus omnibus per plethoram quo ad vires, pulſus accedit inæqualis, ſenſus grauitatis, & naturalium facultatum alterantium, in actionibus, imperfectio. Quandoque etiam fit vt vaſa diſtendantur, & facultas à copia prematur, atque vtraque coniungetur plethora, quæ

viribus,

vitibus, & quæ vaſorum capacitati confertur. At plethoræ quæ viribus confertur, non multò pòſt accedit humorum vitium: cùm enim facultas non ſatis valeat humorum copiam gubernare, relinquuntur à natura, & putreſcunt, adiungiturque cacochymia plethoræ. Fit nonnunquam vt vnus tantùm ſuccus atque alius à ſanguine abundet, aut ſola quantitate, eo quo diximus modo, aut cum vitio qualitatis, aut vbi quantitate moderatus ſit, aut moderato minor vitietur, omnes has cacochymias, hoc eſt ſucci prauitates appellamus. Cacochymia ſiquidem eſt, cùm humor alius à ſanguine ſolus quantitate ſuperat modum. Quo tempore fit vt ſenſus grauitas adſit, cum cacochymia & in pulſu inæqualitas, & minus bene prædictus humor gubernetur à naturali facultate trahente, coquente, & expellente: quamobrem rectè dices, per cacochymiam quandoque vires corporis grauari, non minùs quam per plethoram quoad vires. Quod ſi agnoſcere velis, intellige febrem quotidianam aut quartanam, præſertim incipientem. Eſt etiam cacochymia cùm vitiatur humor, quantitate ſeruata conuenienti. Quòd ſi ambo ei accidant, nempe quantitatis augmentum, atque vitium, adhuc magis: fiet quoque cacochymia diminuta quantitate, ſed vitiata, quod ab initio morborum quandoque fit. Sæpa verò in morbi proceſſu, humoris peccantis ac vitiati magna parte vacuata: reliquum enim quantitatem moderatam non attingit, ſed vitioſum eſt. In quibus autem cacochymia ex quantitatis ſolius vitio, alterius humoris à ſanguine ortum habet, facilè adiungitur vitium qualitatis, niſi præuideatur, maximè ſi humor auctus calidus fuerit, in frigidis namque accedet, ſed non adeò citò, quoniam frigidi humores tardiùs vitiantur. In tertia corporis regione excrementa generantur & vitiantur, veluti cùm in minutioribus venis alimentum membro proximum corrumpitur, tranſpiratione prohibita, vnde febres nonnullæ intermittentes oriuntur, in conſenſum ductis humoribus venarum, qui hora acceſſionis in partem cui ineſt humor, qui primò putruit, deducantur. Talis eſt diſpoſitio humorum præter naturam: maximè eorum qui congeſtione generantur: ſimilis delapſus pituitæ, è venis in cerebri cauitatibus & eiuſdem ſubſtantiæ meatibus, & neruis in apoplexia, comitiali morbo, conuulſione, & paralyſi: conſimilis eſt delapſus eiuſdem in nares, aures, palatum, fauces, guttur, & pulmonem, atque eius aſperam arteriam. Delabitur aqua ex iecore in peritonæum, & ex omnibus vaſis in renes & veſicam, in quibus lapides generantur, & vrina retinetur. Dubitant medici an fieri poſſit vt in humore alio à ſanguine peccatum adſit in quantitate, ſine peccato qualitatis, & econuerſo: fieri enim poſſe quidam putant, vt bilis quantitas augeatur non mutata natiua bilis temperatura, ſic bilis, & modicæ quantitatis, iuſto calidior fieri poteſt: vnumquodque igitur ſine altero quandoque adeſt. Nos verò ad dubium breui reſpondemus. Ad primum enim vbi quæritur, An peccatum quantitatis humoris alterius à ſanguine, ſine peccato qualitatis exiſtere valeat. Dicemus, vitium qualitatis bifariam dici, aut quoniam qualitas, qua humor præditus eſt, ſanitati aduerſatur, aut quoniam humor ſuæ temperaturæ limites excedit, aut putret, aut corruptus eſt. Vitium quantitatis ſine vitio qualitatis primo modo dicto, reperiri non valet: nam ſi bilis iuſto maior eſt, quamuis ſui caloris modum ſeruet, totus tamen bilis abundantia calor, calore debito corpori eſt maior. Dices forte, fiat ita vt pari

Diuerſas cacochymiæ ſpecies recenſet.

Dubium de peccato humorum in quantitate & qualitate.

portione, qua qualitas bilis augetur, quantitas ipſius minuatur, eritque totus calor corpori conueniens. Nihil vtique refert: erit enim adhuc duplex in bile vitium, alterum quantitatis, alterum qualitatis, quatenus bilis iuſto frigidior, ſingulis partibus occurrens, minùs apta erit actionibus, quibus debetur, quàm ſi natiuam ſeruaſſet temperiem. Id eſt quod lib. 2. prognoſt. in capo 5. diximus, Purgationem deberi qualitati, & omni vitio quantitatis, aliorum humorum à ſanguine, adiungi prauitatem: deprauati enim ſunt, qui qualitatibus, aut ſubſtantia variant à natura. Secundum tamen non eſt neceſſarium, vt humor alius à ſanguine quantitate excedens, qualitate vitietur, hoc eſt natiuam amittat temperiem, quamuis talem diutius ſeruare ſit impoſſibile. Ad ſecundum, vbi quæritur, An vitium qualitatis ſtatim comitetur vitium quantitatis. Dicemus, bifariam dici aliquem humorem quantitate peccare: altero modo, quoniam iuſtam, ac ſibi natura debitam quantitatem excedit: altero, quoniam eius quantitatis pars eſt abiicienda. Primo modo non opus eſt ſemper, qualitatis peccato adiungi peccatum quantitatis, quinimo vitium qualitatis, vt diximus, cum diminuta quantitate coniungi poteſt. Secundo modo, ſi vitium qualitatis adeſt, & non conſiſtat in ſimplicibus, ac primis qualitatibus, ſed putredo adſit, vt manifeſta corruptio, aut in aliam naturam mutatio, omnino accedet peccatum quantitatis, hoc eſt, aliqua eius quantitatis pars erit abiicienda. Quod diximus de vitio ſimplicium & primarum qualitatum, eaptopter excepimus, quoniam quæ ſolis ipſis vitiantur, ſimplici alteratione, nulla dempta quantitate emendati valent. His præcognitis, loca per quæ prædicta excrementa excerni debent, diſquirenda ſunt, vt ſingulis excrementorum generibus proprias aptemus euacuationum vias. Excrementa ſecundum naturam excernuntur deiectione, vomito, vrina, ſudore, menſtrua purgatione, hæmorrhoidibus, fluxu ſanguinis narium, & tuſſi, & ſternutatione, & inſenſili vacuatione: ex horum numero eſt inedia, quæ ex accidenti euacuat, & ſomnus à fame. Ars quoque addit ſanguinis miſſionem, cucurbitas, ſcarificationem, & hirudines. Hæc verò molitur ars ad diminutas euacuationes implendas, aut omnino ſupplendas naturæ vices, quemadmodum & eaſdem euacuationes in genere, quas natura efficere ſolet, remediis conſequitur ars, vti exercitatione, fomentis, vnguentis, balneis, & medicamentis purgantibus, & his quæ vrinam mouent, aut ſudorem, aut ſputum facile reddunt, aut excrementa per nates purgant. Diximus autem excrementa & redundantias omnes in vna trium regionum contineri. Ea quidem quæ in prima regione redundant, faciliùs euacuantur, quàm quæ in ſecunda, quoniam prope loca euacuationis ſitum tenent. Quapropter ſi pituita in ventre aut inteſtinis augeatur, vel ſola deterſione, vel medicamentis epotis, quæ ventrem emolliunt, educetur, veluti & clyſteribus ea quæ inteſtina obſederit: idem etiã fiet, vbi chylus corrumpatur, aut cibus non coctus in eiſdem ſedibus contineatur. Ea quoque quæ in meſeraicis & ſimis iecoris abundant, paulò validioribus egent medicamentis, quæ detergant, & ventrem proritent. Ad hæc omnia proficiunt medicamenta eccoprotica, id eſt, ſtercus educentia: veluti aloë, & caſia fiſtula noſtra. Si verò in veſica fellis bilis, aut in liene melancholica redundauerit, optimum euacuationis genus eſt, deiectione eadem agere, cui rei accommodantur quæ vim habent peculiares humores

Redundantia in prima regione.

euacuan

euacuandi, & ad iecur & ventrem deducendi, non adeò valida, vti quæ à toto corpore purgant, aut quantitate minore adhibita. Sunt hæc rhabarbarum, ſenna, polypodium, & agaricus, aut ex compoſitis diaphœnicon, diaſen. paucæ quantitatis. Licet quoque bilem in veſica fellis redundantem, aut melancholiam in liene vomitione ducere, vbi natura eò vergat. Has cacochymias rectè quis appellabit. In ſecunda regione continentur humores gibbæ partis iecoris, & vaſorum; quos plethoram aut cacochymiam facere poſſe diximus, vbi ſanguis ſolus aut omnes ſimul ad portionem augeantur, plethora fit: atque hæc duplex: quibus accommodatiſſimum remedium eſt ſanguinis miſſio. Cacochymia verò multiſariam accidit: aut enim humor alius à ſanguine quantitate augetur in venis, cui adiungitur malitia aut deprauatio, modo dicto, eſtque prima cacochymiæ ſpecies, aut putreſcit & corrumpitur aliquis eorum: eſtque ſecunda: tertia eſt, vbi ex vno in alterum humorem fit corruptione mutatio, vti cùm ex flaua bile fit porracea, aut æruginea. Quarta erit vbi ex prima regione ſucci praui in ſecundam tranſferantur, vti bilis ex veſica fellis, aut melancholia ex liene, aut ex tertia in eandem ſecundam recurrant excrementa. His omnibus competit purgatio, quam per medicamenta medicus molitur. Solet ſanè natura plethoras demere fluxu ſang. narium, aut menſtruo, aut hæmorrhoidiali, quorum vices optimè implent ſang. miſſio, & ſcarificatio, nonnihil etiam demunt hirudines. Cacochymiam aſſueuit natura deiectione, aut vomitu depellere, quas euacuationes ſpontaneas nominant: ſed ars naturæ opera imitatur, purgatione ventris, aut vomitione, quæ fit adhibitis medicamentis, quæ vim habeant educendi humores eadem via. Hæc vbi aut plethora, aut cacochymia exiguæ non fuerint, ita vt inedia, balneis, & leuibus remediis adimi poſſint: tunc etenim maiora expoſcent remedia. Sunt autem hæc ſanguinis miſſio, & purgatio. In tertia regione corrumpi ac vitiari contingit ſecundas, quas appellant humiditates: hæ verò aliquando recurrunt in venas & efficiunt cacochymiam in quarta ſpecie, quæ purgatione demitur. Aliquando tamen retenta in eiſdem locis excrementa ſudore ducuntur, aut inſenſili euacuatione, balneis, frictionibus, & exercitationibus. Quæ verò in capite continentur, ſternutatione, & his quæ naribus infunduntur, & gargariſmatis, ſicuti & quæ in palato, & faucibus, quæ in pulmone, thorace, aſpera arteria, tuſſi, & medicamentis ſputum lenientibus, & ipſum craſſitudine, ac tenuitate moderantibus. Quæ attinent ad peritonæum, peculiaribus medicamentis euacuantur, aut per ventrem, aut per vrinæ vias, aut vſto, aut ſecto ventre, ſic & quæ in renibus ſunt, vretericis mouentur medicamentis, & quæ in veſica roborata expultrice, & meatu veſicæ adaperto, & impedimento ſemoto. In vtero quoque retenta educuntur medicamentis menſes mouentibus, & his quæ detergunt, abluunt, aut irritant vterum, peſſulis impoſitis, aut per metrenchiras infuſis. Quæ verò continentur in muſculis, ſi pauca fuerint inſenſili diſcutientur effluxu, aut plura his maioribus etiam indigebunt remediis, ſicuti & quæ cutem ipſam inficient, quæ demi non poſſunt, niſi magna remedia præceſſerint. Sunt autem magna remedia, ſanguinis miſſio & purgatio, de quibus primùm agere decreuimus, deinde de aliis quæ vniuerſam corporis molem euacuant. Sunt autem hæc, vrina, fluxus ſang. narium, menſtrua, hæmorrhoides, ſudor, inſenſibilis euacuatio, quibus accedet coitus.

Redundantia in ſecunda regione.

Excrementa in tertia regione.

Caput agendorum.

De Sanguinis miſſione.

CAPVT II.

DE ſanguinis miſſione cõſideratio medico vtiliſſima eſt. Non tantùm enim à magnis morbis ſæpe liberat, & breuius quàm ab alio quopiam auxilio ſperari poſſet, ſed futuris morbis tutiſſimè præcauet, ſanis ipſis adhibita opportunè: atque eſt, vt inquit Galen. ſexta ſect. Aphoriſm. comment. 47. hæc doctrina, pars ſanitatis tuendæ. At verò remediis magnis hoc vnum commune eſt, vt tempeſtiuè adhibita magnam & breui tempore afferant vtilitatem, intempeſtiuè verò ſi adhibeantur, magnorum malorum cauſæ fiant. Conſiderabit itaque medicus, in quibus corporis affectibus ſanguinem mittere opus ſit, & quibus temporibus, quantitatem quoque mittendi ſanguinis, & numerum, præterea quas venas ſecare opus ſit, aut quandoque arterias. Quantum ad corporis affectus attinet, tres ſcopos mittendi ſanguinis Hippocrat. ſcripſit lib. 4. de Ratio. victus acu. quos confirmauit fuſius Galen. lib. de Sanguin. miſſio. Morbi magnitudo, virium robur, ætas florens. Morbi quidem magnitudo vt quæ auxilium expoſcat, conſideratur virium robur, atque ætas, vt conſentientes. Morbus autẽ magnus intelligitur, aut præſens, aut qui futurus ſperatur: competit enim auxilium curationis, atque præuiſionis gratia, dicente Hippocrat. 47. Aphoriſm. ſect. Quibus ſanguinis miſſio, aut medicamentum expurgans confert, his verno tempore ſanguinem mittere, aut medicamentum expurgans adhibere opus eſt. Conuenit igitur ſang. miſſio non tantùm morbis qui ex plenitudine naſcuntur, ſed ipſi plenitudini, cùm ab ea morbus magnus ſperatur. Plenitudo autem hæc, ſeu plethora, vt diximus, duplex eſt, aut ad amplam vaſorum capacitatem, aut ad vires facta collatione: ab his autem morbi magni ſperantur. A prima namque, vbi non præuideatur, vaſa rumpuntur, aut ſanguis præ copia in partem aliquã nobilem erumpit, quandoque apoplexiam, quandoque vaſorum interceptiones perficiens, ſiue ſolus ſanguis ſit, ſiue humorum omnium ad portionem incrementum. Periculoſum namque eſſe dixit Hipp. habitum exercitatorum, cùm ad ſummum bonitatis peruenerit, atque ſoluere præcipit. Simili modo in laſſitudine tenſiua, quæ vaſorum plenitudinem docet, aut in ea quæ phlegmonis ſpeciem refert, ſanguinem mittere præcepit: ſpontaneæ namque laſſitudines morbos prænunciant. Præterea quoniam vbi ea vaſorum plenitudo adeſt, facilè ſequetur obſtructio, & difficilis humorum tranſpiratus, ac deinde putredo: interim quoque validiſſimæ febres continentes citra putredinem fiunt, quædam etiam cum putredine, quibus omnibus ſanguinis miſſio prænidet: commune itaque auxilium eſt plenitudini per quam laſſitudo tenſiua adeſt, & ei per quam ſentitur laſſitudo phlegmonodes, quæ immixtum habet vlceris ſenſum, adhuc magis: interim tamen aduertere oportet virium robur, & ætatem: nam ſi vires non valeant, abſtinebimus à ſang. miſſione: ætatis autem quanta cura habenda ſit, dicemus: ſimiliter aduertenda plenitudinis quantitas. Si verò ſenſus grauitatis adfuerit, ſine plethora quo ad vires, quæ eò maior eſt, quò homo ſe grauiorem ſenſerit,

In ſang. miſſ. conſideranda.

Caput agendorum.

Scop. 1. mit. ſang.

ſanguis

ſanguis mitti debet, virium robore perſpecto, ætate, anni tempore, & regione. Præterea an crudus humor per corpus collectus ſit, quantúmque frigiditate nocere poſſit: ingens enim malum atque inſignis refrigeratio ſperatur, ſi quis in ea corporis diſpoſitione ſang. miſerit: maximè hyberno tempore & regione & hominis temperatura frigida accedente, æſtate verò ſi id fiat, aut præſente febre, aut corporis habitu molli, & humido, facilè animo linquent, reſolutis viribus. Eligenda potius in talibus eſt frictio, & vſus eorum quæ calefaciunt, ſed non valde, & quæ vim habent extenuandi. In his præterea, in quibus congeſto ſanguine non multo venæ ruptura ſperatur in pulmone, aut angina, aut pulmonia, aut phthiſis, aut hæmorrhoides retentæ ſunt, aut menſes, aut in plethoram quotannis incidere ſolent, ſanguinem mittere ineunte vere operæpretium eſt. Idem de his quos ophthalmia, pleuritis, comitialis morbus, aut vertigo vere affligere ſolet. Sicuti ante arthritidem & podagram, præhabita diſtinctione de virium robore & cruditatibus, & an ſanguinem mittere pro cauſæ natura expediat, an ventrem purgare. Quibus probè cognitis, vbi morbus aliquis magnus ſit, aut talis futurus ſperetur, ſanguinis miſſio conuenit, ſperatur autem ex plethora, quo ad vaſorum capacitatem, pariter & in ea quæ ad vires confertur, in qua facile humores putreſcunt, cùm non probè regantur à natura grauatis viribus, dum tamen deinde probè regantur: alias ſang. miſſio morbum futurum non prohibebit. Sed tamen vbi nulla harum plenitudinum nota adfuerit, vbi phlegmone timeatur, corpore aut modicè pleno, aut citra mediocritatem conſtituto, ſanguis mitti debet, veluti ob ictum, dolorem, aut partis cuiuſpiam imbecillitatem, antequam phlegmone fiat: quamuis ictus non alia quàm doloris concitati ratione phlegmonem adducere poſſit. Dolor tamen an trahat, vel quam vim habeat concitandi fluxionem, in noſtris comment. in ſecundum librum de differ. febr. patefecimus. Porrò partis imbecillitas non parum poteſt: nam in malo corporis habitu, & quauis malorum ſuccorum redundantia, aut etiam ſanguine copioſo partes grauante, aut qualitate excrementi irritante partes validiores, id ad imbecillas protrudent: imbecillæ verò id recipere coguntur, vti & in rheumaticis affectibus fit, & phlegmonis generatione. Quòd ſi morbus aliquis horum aut adfuerit, aut ſperetur non magnus, non ideo ſanguis mittendus eſt. Plurimi namque morbi ſunt in acutorum genere, præterquàm quòd periculo vacant, paruitate ferè contemnendi, quos vel ſola natura recta victus ratione adhibita curat ſine medici ope. Verùm ſi magnus morbus adſit, aut talis ſperetur, cum virium robore præſenti & perſeueranti, ita vt non diſſoluatur, aut corporis mollitie, aut dolore, aut cruditatibus, & frigore opprimatur, ætatis quoque habita conſideratione, cum plethora quauis, aut etiam ſine ipſa, adhibita diſtinctione, an ſanguinis miſſio, an purgatio ſit morbo cõueniens, ſanguinem mittere oportet. Cùm autem potiſſimi ſcopi mittendi ſang. ſint, morbi magnitudo & virium robur, de morbi tamen magnitudine dictum ſit, deceret iam ad virium robur tranſire, niſi dubium eſſet, quem morbum magnũ appellet Gal. aut quia morbus magnus ſit apud Hippocr. qui primus magnitudinem morbi ad ſanguinis miſſionem exigi dixit. Galen. etenim varius quodammodo videtur in vſu huius vocis, Morbus magnus. Nam libro de totius morbi temporibus, bifariam dixit accipi morbum

Sang. miſſ. in morbis præſentibus aut futuris.

Magnus morbus apud autores quis.

magnũ, aut collatiuè ad vires, ita vt morbus magnus ſit, qui vires opprimit, aut ex propria ſubſtantia, vt à homo magnus dicitur, aut equus, quoniam in ſpecie magni ſunt: tamen neque in eo loco docet cognoſcere morbum in ſpecie magnum. Verùm lib. 3. de Criſibus, cap. 4. morbum magnum à maligno diſtinxit, vt morbi magnitudinem, quam eandem cum vehementia eſſe dixit, a more morbi ſepararet. Atque inquit, Et ſpecies ex propriis accidentibus cognita, magnitudo verò ex eorundem quantitate. Itaque ardens febris hac ratione, eò maior erit, quò fuerint maiores ſitis & ardor. At libro primo de Criſibus, cap. 3. cùm dixiſſet eandem eſſe in morbis magnitudinem, & vehementiam, & morbi ſpeciem ex propriis accidentibus oſtendiſſet, in laterali morbo addit, ſi ex his, quæ diximus adſint peiora, morbus augetur manifeſtè: ſi verò meliora, declinat. Hoc in loco non ex magnitudine, ſed ex malitia accidentium morbum docet maiorem. Præterea lib. 4. de Meth. med. trifariam morbum magnum dici docuit, aut propter partis afflictæ præſtantiam, aut propter affectus magnitudinem, aut propter cacoethiam: atque in omnibus his ſang. miſſionem competere dixit, ex Hippocr. doctrina. Sed præter id quod in hoc loco morbum magnum cum cacoëthe confundit, quos alibi, vt diximus, ſeparauit, non videtur eius ſententia ſatis tuta, morbis videlicet magnis, aut ob partis præſtantiam, aut ob cacoëthiam ſang. miſſionem conuenire. Nam in oſſis eroſione, quæ cacoëthes ab ipſo dicitur, ſanguinis miſſio inutilis omnino eſt. Præterea neque in ſcirrho iecoris, aut œdemate, aut intemperie eiuſdem, aut frigida cordis, nemo ſanguinis miſſionem adhiberet. Præterea in magno œdemate pedis, aut eiuſdem ſcirrho non conuenit ſang. mittere, quamuis hi morbi magni ſint ex affectus magnitudine. Sunt qui ad hæc reſpondeant, dicentes, omnibus competere ſang. miſſionem vbi facultas conſtet, verùm non conſtare per dictos affectus. Quibus manifeſtè obſtat, quòd non omnis ſcirrhus iecoris vel paruiſſimus, neque œdema eiuſdem magnitudinis imbecillam reddet facultatem: eſt tamen morbus magnus ex partis præſtantia. Rurſus febris omnis magnus morbus eſt, cùm per ipſam cor afficiatur, non tamen in omni febre expedit ſanguin. mittere. Exemplo ſit febris diaria ex vigilia. Magnum quoque œdema pedis, aut ſimilis ſcirrhus, non neceſſariò imbecillam reddit facultatem: nec tamen licet eorum cauſa ſang. mit. Argenterius morbum magnum eſſe vult apud Galen. cùm morbis magnis competere dicit ſang. miſſionem, eundem cum acuto & vehementi, & maximum morbum & extremum, eundem cum acutiſſimo: validos enim morbos & qui celeriter mouentur, valido auxilio & celeriter ſubuenienti egere inquit, talis eſt venæ ſectio. Huiuſmodi morbi ſunt pleuritis, angina, peripneumonia, phrenitis, apoplexia: hydrops verò, hectica febris, & cordis ſicca intemperies, aut vim validam non habent, aut certè non citam, ac propterea ſang. miſſione non egent. Vera itaque, inquit Argenterius, præcepit Galen. vbi per morbum magnum nos intelligamus vehemẽtem. Quam dubij ſolutionẽ ſi quis penitius conſideret, inueniet nec dubio ſatisfacere, nec eſſe ad Gal. mentem. Primum quidem cùm morbis magnis ſang. miſſio conuenire dicit, ſi magnus acutus intelligatur, fallitur. Nam congelatio ob ambientis frigiditatem, morbus acutus eſt, ſed tamen in ea non licet mittere ſanguinem, pariter & ſi à craſſa pituita fiat conuulſio, ſiue tenſio. Præterea Galen. non

Argenterij opinio refutatur.

nou voloit motbum magnum conuertere cum acuto, quaudo motbis magnis dixit competere sanguin. miſſionem. Nam lib.de ſauguin.miſſ. doceus ipſam nou tantùm præſentibus morbis deberi, ſed etiam futuris, annumerat pleuritidem, anginam, & apoplexiam, qoibus addit vertiginem, podsgram, & morbum articularem, qui etſi magoi cenſeantur à Galeno, quoniam morbi magnitudo exigitut ad miſſ.ſang.acuti tamen non ſunt, nec celeris motus: non igitut vult Galenus ſang. miſſ. coouenire magnis morbis, ita vt magnos acutos taotùm intelligat. Præterea manifeſtè decipitur, putans Galeo. intellexiſſe per magoos motbos, quibus ſang.miſſ. præcepit, motbos acutos, ſiquidem lib.4. de Ratione vict.acut. comment.10. cùm dixiſſet Hippocrat. In acutis motbis ſang.detrahes, inquit: Quòd porrò in fronte dictionis dictum eſt, In acotia morbis ſang. detrahes, vt conſideretur, eſt dignum. Sed qoomodo longorum motbotum non memioit? Quoniam ſanè de acutis nunc docet: atqoe ob id ſolos eos memotaoit. Nempe & ex longia multi ſunt, qui ſanguinis egent dettactione, cùm & bi dictis tribus ſubiaceant ſcopis. Quo in loco manifeſtè docet, longos morbos qooſdam eſſe in magnorum cenſu, atque ea ratione eiſdem ſang.miſſ. conuenire. Non igitur per morbos magnos acutos intellexit Gsl. Nos tamen qusntum veritstis habeat Galen.ſeuteotia toties repetita lib.9.& 11.de Meth. med.& lib.de ſang.miſſ.referamus. Id ſanè in primis aduertendum eſt, vbi quis morbi magnitudine perſpecta ſang. mittere decreuerit, an ſang. miſſio, an purgatio cōueniat: non eoim id citra diſtinctionem tentandum. Multis namque motbis magnis Hippo. atque Galen. purgationem adhibent, non ſang.miſſ. eſt enim pleoritia de numeto magnorum motborum: ſed lib.2.de Ratione vict.acut. vbi is ad partes infra ſeptum tranſuerſum deſcendat, purgari debet ex Hippocr.& lib.de Vlceribus inquit, purgatio ventris deorſum plurimis vlceribua confert, & in vulneribus, quæ ſunt in capite, & in venire, & in atticulis, & in quibus cotruptionis periculum eſt. Io hoc loeo magnis vulnetibus, qualia ſunt capitis & ventris, purgationem adhiberi præcepit. Cùm igitur lib.4.de Ratione vict.acu. acutis ſanguin.dettahere præcepiſſet: bic verò purgationem, notom eſt, diſtinctionem eſſe oeceſſarism. Præterea Galen. libro quarto Meth.med.doeet ex Hippocr.documentis, in magnis vulneribus, quouis trium modorū magnis, conueolre ſang.miſſ.& in eiſdem ex eiuſdem.Hipp. doctrina coouenire porgationem. Diſtinguere igitur priùa oporter, quibus magnis conuenit ſanguin. miſſio, & quibus purgatio. Gal.quoque lib.de ſang. miſſ. cùm dixiſſet ſanguin. miſſ. conuenire motbis magnis præſentibus, aut qui ſperantur, annumerat nonnullos quibus ioeunte vere ſang.miſſ.præuenire decet, de quibus ſunt podagra, atticulares, vertigo: atque inquit: ſed illud prius vidēdum, quid ſit, quod in illis aceruetur: ſiquidem nonnullis amaræ bilis ſuccus plus cæteria colligitur, quibuſdam bilis attæ, aut pituitæ, aliis ex æquo oiones, in quibus ſanguis abundare dicitot. Hos ergo omnes vacoabis, ſicuti etiam podagticos, & atthetricos veris principio, exhibito videlicet aot medicamēto purgante, aut ſang. diminutione. Gal.itaque non vult omnibos magnis motbis ſang.miſſ. conuenire, ſed vbi morbua fuerit de natura eorum, qui ſang. miſſ. expoſcunt: œdema namque etſi magnum ſit, non expoſcit ſang. miſſ. nec ſcitthus, ſiue in ſpecie msgni ſint, ſiue in parte præcipua facti. Vbi verò motbus ipſe de genere eorum fuerit, qui ſaog. miſſione curantur, ob magnitudinē ſanguis mittetur, ſunt autem hi morbi, qui à ſanguine fiunt, ſiue ſolo, ſioe ex omnibus conſtituto, ſiue ab alio humore, valde tsmen mixto ſanguini non psuco: morbi enim magni magnum expoſcunt auxilium, nempe aut ſanguin. miſſ. aut purg. Quod tameo cum diſtinctiooe perquitendum. Qui itsqoe huius generis fuerint, magnitudinem exigunt, vt ſang.miſſion.expoſcant, ſine magnitudine namque curari probè poterunt abſque ſang. miſſione. Hæc rurſus ſic oſtendemus, Morbi magnitudo ſcopus eſt neceſſarius ad ſanguinē mittendum, ſioe præſens fuerit, ſiue ſperetur: non tamen ſi morbus magnus eſt, ſtatim ſang. miſſ. conuenit, ſed quoniam morbus magnus eſt, magnum expoſcit auxilium. Duo autem ſunt auxilia msgna, ſang. miſſio, & porgatio: alterum itaque horum ei debetur, quod tsmen ex natura morbi & cauſæ cognoſcetur. Quòd ſi motbus à ſang.ortum habet, & ſang. miſſionem expoſcit, non purgstionem, omnino magnus erit vno trium modorum, aut ex affectus magnitudine, vt magna febris continens, aut continua, aut magna phlegmone, præſens, aut quæ ſperatur. Nam parua phlegmone qoamuis à ſanguine hsbeat ortum, ſanguinis miſſiooe uoo eget: poſſet enim aut tenui victu, aot refrigetatione, aut omnino naturæ actione curari. Quando autem fuerit parua phlegmone, in membro tsmen præcipuo, vt iecore, aut cerebro, ſaog. miſſio conoenit: quoniam motbus magnus eſt, oon ex msgnitudine affectus, ſed ex præſtantia partis: ſed tamen morbus ipſo de natura eſt eorum qui ſauguin. miſſione curantur: ſic etiam vulnus non magnum, iuxta articulos, quoniam cacoëthe eſt, ſanguin.miſſ.eget, qoamuis ueque magnom fuerit, neque in principe parte. In omoibos tamen diſtinctio habenda eſt, an ſanguis mitteudus ſit, an venter purgandus. Io ſumma verò, id prius diſtinguendum eſt: deiude cognita ratione curandi, quæ in ſimilibus conuenit morbis, nempe ſang. miſſ. adhiberi ea non debet, niſi præcognita magoitudine aliquo modorum dictorum à Galen. ipſa verò præſente, aut quæ ſperetur, ſang.mittendus erit. Atqoe ea tstione magnitudo motbi in tribus modis dictis à Gal. ſcopua eſt neceſſatius ad mittendum ſanguinem: non tamen qui cogat, niſi præhabita diſtinctione dicta. Ex his nota euadunt quæ in contrarium adduximos: non enim volt Galen. magnitodinem motbi eſſe ſcopum mittendi ſangoin. ita vt ipſo præſente ſanguis mittendus ſit: cōtrarium enim in diatia, œdemate & ſcirtho, magnis, abundè probauimus: ſed quooiam io morbis quibus ex genere ſanguinis miſſio conuenit, magnitudo vno triom modorum dicta, vt neceſſarius ſcopus exigitur. Illod verò non parum dubium videtot, quod Gal.lib.11.Method. med.in omnibus puttidis ſebribus ſang.mittere præcipit: cùm tamen non omnes à ſanguine fiant, aut ſolo, aot aliis ſimul aucto, aut paruis aliis ſuccis mixto: ſæpe enim fiunt febres à ſola bile, aut ſola pituita, aut ſola melancbolia. Inquit eoim, ſaluberrimum autem eſt (vt prædiximus) in febribus venam incidere, oon continuis modò, verùm etiam in omnibus quas humor putteſcens conciiat: vbi præſertim nec ætas, nec vires prohibent. At verò ſi quis rectè perpenderit, quæ ab ipſo dicta ſunt, veram agnoſcet eius ſententiam. Propoſuerat enim doctrioa quadam reſolutiua febres putridas curare, ac prædixerat, febrem, qua febris eſt, curari potu aquæ frigidæ, non tamen ſemper, quantum ad alia attinet: veluti ſi adiuncta ſit obſtructio à craſſis & glutinoſis humotibus. Ac ſubiungit, Ponatur verò & cum hoc redundantiam

Morbis magnis ſanguin. mitt. vt intelligi debeat.

Explicatur ſententia Galeni.

Putridis febr. quibus ſang. miſſ. conuenit.

in toto eſſe corpore, tum virtutem non imbecillam. De hac febre toto orationis proceſſu loquitur Gal. conſtat autem in febribus omnibus putridis ſiue continuis, ſiue intermittentibus, quæ cum redundantia in toto corpore fiunt, ſiue illa ſit plethora quo ad vires, ſiue quo ad vaſa, ſang. miſſi. conuenire, viribus conſtantibus. Et in citata ſententia inquit, Saluberrimum autem (vt prædiximus) eſt in febribus venam incidere, non continuis modò, verùm etiam omnibus quas putreſcens humor concitat: vbi præſertim nec ætas, nec vires prohibent. Leuata namque quæ corpus noſtrum regit natura, exoneratáque eo quo velut ſarcina premitur, haud ægrè quod reliquum eſt vincet. Loquitur itaque de febribus putridis, quæ cum multitudine grauante vires excitantur. Damnauerat quoque eodem loco medicorum peccatum in curandis diuitibus, quibus calida cataplaſmata viſceribus adhibent, non præcedente ſanguinis miſſione. Ac inter initia quidem (inquit) ſanguin. miſſionem maior pars eorum propter mollitiem non admittit: tametſi magis quàm pauperes redundantiæ ſanguinis affectibus ſint obiecti. De his itaque febribus putridis continuata ſerie ſermonis loquitur Galen. cum ſang. miſſ. omnibus putridis inſtituit, in his enim intelligi debet, in quibus putredo à copia grauante vires ortum babet, in quibus cataplaſmata relaxantia viſceribus adhiberi vetat ante ſang. miſſ. ne in ipſis phlegmone concitetur: maior enim copia ad ipſa traheretur ex vniuerſo corpore, in quo redundantia adeſt, quàm ab ipſis medicaminum vi diſcuti poſſit. Non igitur putare oportet Gal. omnibus putridis febribus adhibere ſanguinis miſſ. ſed his quæ cum redundantia fiunt, atque ab ipſa putredinis initium habuerunt.

Virium robur ad ſanguin. miſſ.

SECVNDVS ſcopus mittendi ſang. eſt virium robur: id quidem non vt expoſcens auxilium, ſed vt conſentiens. Vbi namque vires non conſtiterint, mittentes ſanguin. morbum cum ægrotante ſimul adimemus. Sunt autem noſtri corporis vires præcipuæ, animalis, vitalis, & naturalis. Galen. tamen facultatis vitalis robur ſeruare præcipit cum Hippoc. ſine quo hominem viuere non eſt. Siquidem in ſanguin. miſſ. pulſum tangere docet, & conſiderare an is conſtet, vel deficiat: naturalem verò aduertere non oportet. A principio enim crudo adhuc morbo, quando nondum conſtat de robore naturalis facultatis, ſanguinem abundè mittimus pro morbi & redundantiæ magnitudine, & vitalis facultatis robore: verùm cùm ſæpe morbus longus futurus ſperetur, & aut homo habitu facilè reſolubilis, & valde bilioſus eſt, aut ex anni téporibus æſtas: quamuis præſenti tempore vitalis facultas conſtet, non mittemus ſanguinem, niſi etiam ipſam conſtantem in futurum ſperemus. Animalis quoque facultatis robur non valde ſpectatur, dum vitalis conſtat: nam in quibuſdam affectibus ducẽdis ſanguin. mittimus ad animi deliquium, & defectum facultatis animalis, vbi tangentibus nobis pulſus adhuc conſtare videatur: ad ſang. itaque mittẽdum vitalis facultatis robur potiſſimùm exigitur. Robur quidem facultatis naturalis ex deiectionibus, vrinis & ſputis agnoſcitur: quorũ nullum coctum apparet in morborum initiis, nihilominus in eiſdem ſanguinem mittimus. Animalis facultatis robur ex ſenſu, motu, ſomno, vigiliis, conſtantia mentis, aut delirio. Vitalis ex pulſu firmo, & magno, in calidis morbis, imbecillus verò ac ſemper talis languidam ſignificat facultatem in eſſentia, Idem quoque paruus, vti inæqualis aggrauationem. Hæc quidem largam permittit vacuationem, vt imbecilla in eſſentia, ipſam vetat manifeſta ratione: nam ſanguinis miſſione non tantùm abundantem ſang. euacuamus, ſed ſpiritum ipſum, atque omnino aliquis lãguor ad omnem ſanguinis miſſionem ſequitur, quæ ea quantitate fiat, vt morbis, aut præſentibus, aut futuris prodeſſe valeat: minor namque, vti nullo modo facultati noceret, neque etiam aut morbum præſentem leuaret, aut futurum præcaueret. Redditur autem vitalis facult. languida, aut mutato temperamento, aut læſo, ſiue corrupto inſtrumento. Et quamuis robur virium in qualitate temperamenti conſiſtat, facultas tamen non agit ſine inſtrumento.

Facultatis languor vnde.

Dicemus igitur facultatem lædi & languere, mutato temperamento, in magnis febribus, ob caloris vehementiam: in malignis ob colliquationem, in omnibus longitudine temporis alterato, ac mutato corporis temperamento, atque in hecticam deducto. In frigidis morbis pariter refrigeratis partibus præcipuis, & in malum habitum deducto corpore, & ſolidis partibus: ſpiritus verò diſſoluitur ob corporis raritatem, bilis abundantiã, aëris immodicum calorem, balneum, exercitationem, vigilias, dolores vehementes, immodicas euacuationes aut ſanguin. aut aliorum humorum: quin & malorum humorum ſubitæ euacuationes ſpiritum diſſoluunt, quem aër peſtilens corrumpit, ſingula autem horum prohibent ſang. miſſ. vbi manifeſtè facultatem lædant. Quòd ſi in naturali facultate euidens conſtiterit imbecillitas tanta, vt ad vitalem facultatem pertingat, ſanguin. quoque miſſion. prohibere poterit. Si verò ipſa per ſe languida eſſet, nondum perueniente ad vitalem manifeſta noxa, nihil prohibet ſanguinis fieri miſſionem. Animalem verò facultatẽ ad defectum vſque, vitali cõſtante, ducere quandoque licet.

Sang. miſſ. pro virium ratione.

Cùm igitur ſanguis mitti debeat pro ratione inuadentis morbi, & virium conſiſtentia, vbi morbus ex genere eorum fuerit, quibus ſanguin. miſſ. eſt ex vſu, & acceſſerit magnitudo, ſanguis pro ratione mitti debet, donec tota auferatur cauſa. Sed ſunt quandoque vires non adeò conſtantes, mediocres tamen, morbus quoque mediocris, ita vt non ſit valde vehemẽs, mittendus tunc quoque ſanguis eſt, atque pro morbi ratione. Quòd ſi cum viribus mediocribus morbus admodum vehemens & magnus eſt, mittetur ſanguis, non pro morbi vehementia, ſed tantus vt morbum leuare poſſit, quamuis ipſum non integrè curet: ſi verò cum deiectis viribus morbus magnus occurrat, omnino ſanguinis miſſio eſt prætermittenda: ſed interim facultas roboranda, deinde ſenſim euacuanda morbi cauſa, per epicraſim, quam Galen. 8. de method. med. docuit interdum vacuantes, atque rurſus facultatem reficientes.

Robur virium ad ſanguin. miſſ. maius, quàm ad purgat. requiritur.

Hoc etiam euacuandi genere vtimur, vbi purgatione eſt opus cum virium languore: ſed tamẽ maioribus viribus opus eſt ad miſſ. ſang. quàm ad purgationem, quatenus ſang. miſſione ſanguinem, humorem vtilem alioqui, atque vitæ fundamentum, ſpiritum, &, vt dixerim, animam ipſam euacuamus. Purgatione verò humores alios à ſanguine educimus, atque eos noxios: & quamuis ſanguis quoque, qui ſecta vena ducitur, quantitate aut qualitate noxius ſit, tamẽ cum malo aut abundanti, bonũ & vtilem, atque ſpiritum ducimus. Purgatione verò malum extrahimus, non mixtũ bono & vtili. Obiicies fortè, purgationem valde corpus turbare: quare viribus validioribus opus erit, ad ipſam ferendã, quàm ſanguinis miſſionem, quæ adeò facilè perficitur, & ſine corporis commotione. Præterea ſanguinem fluentem compeſcere poſſumus cùm volumus, vel

ſola

ſola digiti appoſitione: purgationem tamen cohibere, vbi modum excedat, non valemus. Hæc ſanè non obſtant his quæ diximus: nam maior noxa ſequitur manifeſtè ex ſpiritus enacuatione, & quandoqne boni ac vtilis ſanguinis, qui malo miſcetnr, quàm ex conturbatione corporis, quæ fit medicamento purgante adbibito. Aliud verò de immodicis enacuationibus dictum eſt, ſang.miſſ.excedente modum, faciliùs coërceri, verùm oos vtriſque modum ſeruanribus, aſſerimus ſanguinis miſſionem valentiores vires exigere, quàm expurgans medicamentum, quamuis in vtriſqne virium robur ſit neceſſarium, ſi futuræ ſint ea quantitate, vt morbis præſentibus, ant futoris manifeſtum auxilium afferre debeant. ſed rutſus de his quædam cap. ſequenti dicemus.

Scopus ab ætate.

Scopus tertius mittendi ſanguinem eſt ætas florens, veluti conſentiens. Poſſer autem quis ætatem à numero ſcoporum ſeparare, quoniam ætas non ex annorum numero qnidpiam indicas, ſex ex virium santummodo conſtantia: vbi enim ſexagenarius præ imbecillitate ſanguin.miſſ.non ferat, alter ſeptuagenarins eandem ferre poterit. Quamobrem Galen. ſcopum ab ætate delumptum, negando ſtatuit, dicens: dummodo æger pner non fuerit: vel ſic, præter ætatem pueritiæ: ſi enim ſenibus ſanguioem mittere non decet quoniam languent, in virium tobore excluduntur, ueque eorum tatione ætatem addere opus eſt. Pueris tamen (ſunt autem tales vſque in 13. ant 14. annum) qnamnis vires validæ ſiut, ſanguinem mittere non decet. Seopi itaque ſunt mitsendi ſang. morbi magnitudo, robur vitinm præter ætatem pueritiæ. deeet ſiquidem vires validas ſeruare, non tantùm præſenti tempore, ſed etiam ad futurum, qnòd ſi ſanguis mittatur puetis qui innatam babent ſibi peculiarem euacuationem, ſenſum effugiente euaporatione, cùm ea futura ſit iam corpore euacuato, vires omnino diſſoluentur: ſatis itaque faciet innata dicta euacuatio ad morborum curationem ſine ſang. miſſ.

Sanguin. miſſ. pueris.

Poſſes obiicere quotidianum experimentum, quo videmus pueris ſang. miſſionem eſſe vtiliſſimã; atque eoſdem ab innumeris motbis liberate. Vti in continentibus febtibus adhibita phtenitide, angina, & latetali morbo. Præterea præuiſionis gratia ad eoſdem motbos verno tẽpore ſecta vena valet, ſicoti in doloribus & ictib. Hae autem neglecta, non paueos ſuffocari, quoſdam mortuos febtium magnitudioe fuiſſe. Cui obiectioni reſpondent qui Galeni ſententiam firmam ſtatuunt, ipſum de magnis ſanguinis miſſionibus loquutũ fuiſſe, quales ipſe fieri præcipiebar, vt libtæ ſanguinis, & duarum, & quandoque quinque, quas poeris denegauit. Nobis verò id non viderus Galen. vindicare, ſieuti nee Hippocrar. nam nullus vnquam in morbis euacuationem expoſceret maiosem quàm pro ratione morbi & cauſæ. Quapropter cùm pueri ſang. miſſ. feranr tantam, vt morbo æquiparetur, & hominem à morbo integrè liberet, aut præſenti ant futuro, non aliàs ipſam conuenire in adulta ætate, quàm in puetitia aſſerere oportet: ſiquidem adhibita, ſimili modo, aut liberat, aur in meliorem diſpoſitionem dedueit puerum, quæ ſibi commodè adhibetur, vti adoleſcentẽ qaæ ſibi propria eſt, & aceommodata. Pari igitur tatione pueris & ætate floſentibus ſanguinis miſſio conueniret, ambobus pro motbi vehementia, & cauſæ magnitudine adhibita.

Hac idē ſenſit Cornelius Celſus, vt infra videre licet.

At verò de ſcopo ab ætate deſumpto aliter ſenriendum videtur: ex ætatibus ſiqnidem ſenectus ſi non habet adiunctam imbecillitatem, ſang.miſſ. patietur: ſi verò coniunctã ipſam babuerit, exeluditur in ſecundo ſcopo dicto, nempe vitium sobore. Quòd ſi quis ſenectutem frigidam & ſiecam temperaturam ex annorum numero appellauerit, ouili ſcoi vires conſtare cum Galen. libr. de ſang.miſſ. dieet. Pueritia tamen non aliter eonſidesatur, quàm ant habitus corporis, aut anni tempus calidum. At verò anni tempus calidnm eoosideratur tanquam diſſolnens vires, ſicuti & corporis habitus latorũ pororum. Cætetùm bæc non omnino indieant ſangninem non eſſe mittendnm, nec vt præcipui ſeopi habentur, ſed indicans minorem ſanguinis quantitatem eſſe dettabendam: quoniam deinde facultas à caliditate ambienſis diſſoluitur, aut ob pororum raritatem: quod vitare volenses parciùs ipſum mittimns, cùm autem vires nunquam indieent ſanguin. eſſe mittendum, ſed conſentians ant repugnent, ita ætas conſentit ant correpugnat. Portò quemadmodum aut aër calidus, aut regio, aut habitus corporis rarus, quoniam facultatem diſſoluunt, ſimul etiã nonnibil de cauſa motbi, ſanguin. parciùs mittendum docent, præcipuum antem sepugnans facult. eſt, quouiam imbecillitas fac. præ ſe indicat, ſang. non eſſe mittendum, ita ætas pneritiæ, quoniam per eãm innata quædam euacuatioois ſpecies adeſt, qua pars cauſæ digeritur in ambiẽtem aëtem, facultas quoque interim diſſoluitus, minorem ſangninis quãtitatem detrahendam eſſe docet, vti eorrepugnans, & ex accidenti eorrepugnans. Præcipuus autem ſcopus facultas eſt. Hoe qnidem manifeſtè docuit Celſus libro 2. cap. 10. vbi de ſanguin. miſſione dixit. Siquidem antiqni primam vltimámque ætatem ſuſtinere non poſſe hoe auxilij genus iudicabanr: perſuaſerántque ſibi mnlierem grauidam, qnæ ita curata eſſet, abortum eſſe facturam. Poſtea verò vſus oſtendit, nihil ex his eſſe pespetuum, aliáſque potiores obſeruationes abbibendas eſſe, ad quas ditigi curantis conſilium debeat: intereſt enim non quæ ætas ſis, neque qnid intus in eorpore geratur, ſed quæ vires ſint. Et Auerrois dixit, Zoarum pueto ſuo annorum trium miſiſſe ſanguinem. Præterea quemadmodum vbi mnlti ſcopi eoniunganrur, non præcipui, quandoque ſanguinis miſſ. probibebunt, & non tantùm copiam minuent: qnoniam facultatem reddent imbecillam, aut ad præſens, ans ad futurum tempus, vsi cùm babitus tarus, bumores eorporis tenues, aër ambiens valde calidus eontnnguntns, ita vbi ex ætate indieatio aliis coniungitur, aut raritati pototum & caliditati ambientis, atque morbus fuerit non valde magnns, ſanguinis miſſionem eontinuò prohibebnnt: non quidem quoniam ætas præcipuus ſcopus eſt, ſed vnus ex eorrepugnantibus: faenltas autem ipſa eſt, qnæ propriè & præeipuè sepugnat, oſtendens poſſe euacoationem pes id tempus eum babitum, eámque ætatem ferre, aut ſecus. Ætatem itaque vt ſeopum eorrepugnantem ſtatuimus: magis autem aliis correpugnantibus, quoniam calor diſſoluens in ipſis validus eſt, & humores facilè diſſoluuntur.

Ætas ſcopus correpugnans.

Snnt antem ex correpugnantibus, conſuetudo, babitus valde ratus, tempus æſtatis, regio valde ealida, quoniam diſſoluit vires, & valde frigida, quoniam calorem natiuum extinguit: vitæ quoque inſtitutum ad idem non parum correpugnat, & eorũ quæ in cibis & potibus præceſſerunt, quantitas & qualitas. Hæc verò à quantitate detrabendi ſang. nonnibil minuunt, ſicuti & ætas, quandoqoe ipſam omnino probibent. Neque longè ab bac ſententia ſunt quæ Galen. lib. 9. de Meth. med. ad finem tradidit. Crudorum præterea humorum redundantia ſanguinem mitti prohibes præſente

morbo, ne immodicè incrudentur: ſed io bis non cooſtat vitalis facultas, quæ ex pulſus cooſtantia & magnitudine deprehendetur, ſed potiùs io contrarium accedút imbecillitas & oppreſſio; & plumbeus aut albicans color corporis. Antè verò quàm morbus iouadat, licebir quidem, ſed cautè, ne aut facultas ſuccumbat, aut incrudentur humores amplius, aut in futurum coctionis ſpes fruſtretur. Mittemus itaqoe ſanguioem io magois morbis præſentibus, aot futuris, vti pleuritide, angina, phreoitide, lethargo, pulmouia, cauſo non exquiſito: in exquiſito eoim non cooſtant vires, & podagra articulari, vertigioe, ophthalmia, morbo comitiali, apoplexia, iecoris, renum, vteri, teſtium, pudendorum inflammationibus, & in aliis magnis, quæ in partibus exterois fiuot. Sic etiam vbi ſimiles morbi ſpetentur, vt in plethora, meoſtruorum reteotione, aut hæmorrhoidarum: bis enim quamuis nonquam morbus magnos acciderit, fortè eueniſſet quidem, niſi prædictæ præceſſiſſent euacuationes. Sic etiam in ictu partis dolore concitato: adeſſe autem oportet in bis virium conſtaotiam. Quod autem ad ætatem attinet, ſæpiſſimè ſexagenariis mittimus ſanguinem, & ſeptuagenariis oon rarò io prædictis morbis. In pueritia quoque ante 13. annum, & poſt ſeptimum, venas frequentiſſimè ſecamus, præſertim in his qui latiores venas habent, & ſanguinei ſunt. Secundo autem, tertio, & quarto ætatis anno, vbi continens aliqoa febris adfuerit, quæ ſæpe infantes inuadit, & potiſſimùm cùm variolæ pululant, & morbili, ſaog. mittimus, cruribus ſcatificatis, & quandoque etiam brachiis, idem io magno alio morbo de prædictis facere præcipientes. Educimus autem quibuſdam 4. aut 5. ſang. vncias, quibuſdam etiam ſupra ſea. Scarificatione tameo tenuem ſanguinem, qoalis iofantium eſt, educimus, calore & ſpiritu intus ſeroatis. Poſt quartum verò annũ pauci ſunt quibus non pateant venæ adeò, vt probè ſecari poſſint, & cum magno ægroti commodo, ſupra quinque vnciarum quantitatem detracto ſanguine, & aliquando reperita ſang. miſ. ad duodecim vnciarum quantitatem eduximus. Vidimus tamen magnum puerorum & infantium numerum, qui à magnis morbis hoc auxilio fuerunt liberati. Quamobrem io prædictis affectibus, reliqois quoque ſeruatis, id auxilium vt tutiſſimom commendamus. His autem quæ diximus obſtare videtur Aphoriſm. Hippocrat. 31. Section. 5. mulier (inquit) vtero gerens ſanguine miſſo ea vena abortit, & præcipoè ſi fœtus eſt grandior. Poteſt autem fieri vt molier vterò gerens magno morbo eorripiatur, & vires ipſius cooſtent, & ex ætate, regione, & aoni tempore, atque corporis habitu nihil obſtet: is igitur ſcopus reliquis addendus erit, ad doctrinæ integritatem, nempe, geſtatio in vtero. Id quidem diſſeroodom modò, quam habuerit mentem Hippoc. prohibens vtero gerentibus ſang. miſ. & ao is inter reliqoos ſcopos, repugnantes, aut correpugnantes recenſeri debeat. Auerrois lib. 7. collectionum, cap. 4. Hippocr. reprebendit, vbi enim (inquit) in muliere vtero gereote ita abundet ſanguis, vt fœtos eo noo indigeat, nunquam vidi ſectionem venæ ad malum peruenire finem. Atteſtatur buic rei quotidianum experimentum. Sæpiſſimè enim fœminis vtero gerentibus ſaoguinem abundè miſimus, per acutos & graues morbos, vt anginam, & pleuritidem, & mater ac fœtus probè admodum eam tulerunt euacuationem, & ſuperſtites euaſerunt ſine aborſo. Quidam dixerunt Hippoc. in eo Aphoriſm. ooo prohibuiſſe ſang. miſ. ſed admonere voluiſſe, ne venam in eiſdem temerè ſecemus, ob periculum aborſus. Horum verò opinionem Fuchſius reprehendit: quoniam Hippocrat. ſimpliciter damnat venæ ſectiooem in vtero gerentibus, atque aborſum ea de cauſa futurum docet. Quapropter aliter ſibi dicendum videtur, diuerſamque fuiſſe Hippocr. ſenteotiam affirmat, ſanguioem vtique oon eſſe mittendum vtero gerentibos, vbi ſang. miſſ. talis fiat, qualis antiquorum temporibus fieri ſolebat, copioſa & magoa, ooo qualia hac noſtra tempeſtate, quam tutò facere licet: qooniam paruiſſima eſt, & quæ potius ſcatificatio, quàm ſanguin. miſſio appellanda foret. Galen. namqoe ſang. miſſiones magnæ erant, quáſque nemo exerceret tutò in vtero gerentibus, exemplum eſt apud ipſum lib. de ſang. miſſ. cap. 14. dicentem, Memini quibuſdam ad ſex vſque libras ſanguinem detractum fuiſſe: & eodem lib. atque 9. de Meth. med. ſang. miſſ. præcepit ad animi deliquium. Exiguæ igitur miſſiones ſanguin. quales noſtræ ſunt, oon denegantur ab Hippocrat. ſed magnæ illæ, quales apud aotiquos, & Galeoum potiſſimùm habeotur. At verò neque Fuchſius dubium ſoluit. Quamuis enim aliquando, vt retulit, magnas illas ſanguin. miſſiooes exercuerit Galeo. aliis minoribus oomen ſang. miſſ. ooo denegauit, ſed maiorum meminit, vt earum exempla memoriæ traderet. Quòd tamen his mioores ſang. miſſ. appellauerit, conſtat. lib. oamque de ſang. miſſ. poſtquã pueris venam ſecare ante 14. annum prohibuit, poſt id tempus vbi multus ſanguis io eorũ corporibus coogeratur, & ipſorum fuerit ſanguinea natura, maximè ſi veroo tempore inciderent io anginam, pleuritidem, aut pulmooiam, ſaoguiois miſsionem concedit, atque inquit, Detrabes autem primum, vt ſummum, ad cotylam vſque. Eſt aotem eotyla, vnciæ 7. ſanguin. itaque ſang. miſſ. appellauit eam qoæ ſeptem vnciarum quantitatem oon excedit. Præterea cùm libro eodem ſex libras detraxiſſe aliquãdo refert, vti rem memoria dignam addit: quapropter vtiliter quibuſdam vnam quoque dettaxi aliquando, imo verò oonnunquam bac quoqoe mious, patoas igitur & quales noſtro tempore, videlicet citra libram, adhuc ſang. miſsiones Galen. appellat. Dicemus igitur veram eſſe Hippocr. ſententiam eo modo quo aliæ quæ ad præſegia attinent: nam eodem libro Aphor. 30. dixerat, Mulierem vtero gerẽtem capi ab aliqoo morbo acuto, letale: nec tamen ob id putare oportet, omnes morituras, ſed magna ea parte id euenire, ſic neque ſanguine miſſo omoes aborſum paſſuras, ſed magna ex parte. Propterea ferè eondem ſcopum eſſe, atque ferè pares vires indicandi habere putato eum qui ſumitur ab ætate, & eum qui à conceptiooe. Ab ætate namque diximus ſcopum correpugnare, noo tamen eſſe de præcipuis: decet quoque ætatis ratione quantitatẽ mioueae detrahendi ſangui. Cùm aotem mulier vtero gerens fœtum in vtero habeat, iodicatio ab ipſo ſimilis eſt ei, quæ ab ætate deſumitor: ab ætate verò pueritiæ, & in vtero lati, aliena admodum eſt inedia & alimẽti defectus, demitur tamen ſublato ſangoine, magis, ſi fœtos eſt auctior, atque perinde à larga ſanguin. miſsione abſtinendum, non tamen omnioo ab ipſa: qoemadmodum neque ætas, neque aër calidus ipſam omnioo probibent, confirmat haoc ſeotentiã locus Celſi ſupra citatus, cùm da pueris agebamus. Quantum igitur ad fœminam ipſam vtero gerentem attinet, licet qoidem ſaoguinẽ mittere abundè, & pro cauſæ morbum facientis magnitudine & facoltatis conſtaotia: quantum verò ad fœtum attinet, minorem

decet

Affectus in quibus ſanguis mittend.

Sanguin. miſſ. vtero gerentibus.

Fuchſius ſollitur.

Quid ſit cotyla apud Gal.

decet ſanguin. miſſ. fieri : quam ſi quis pro morbi ratione & viribus matris efficere velit, aborſum afferet : potiſſimum in poſtremis menſibus non ſemper, ſed intereſt : nam fœtus quo fuerit maior, faciliùs corrumpitur, ob alimenti defectum, ea pueris tamen minores minus ferunt ſang. miſſio. quoniam faciliùs diſſoluuntur. Accedit in confirmationem, multis enim earum in poſtremis menſibus ſang. miſimus cum euidenti vtilitate, quod natura ipſa facere ſolet ſæpe per veterum aut per mariſcas ſalubiter, nos verò ipſam probè operantem imitari, iuſtum eſt.

Hora mitten. ſanguinem.

Quantum autem attinet ad horam mittendi ſanguin. non eſt eadem omnibus ſeruanda regula, ſanguinem namque mittimus in ſanitate, præuiſionis gratia, quandoque iam præſentibus morbis, & his aut cum acceſſionibus, aut ſine ipſis. Cùm itaque præuiſionis gratia ſanguin. mittimus, id verno tempore ſiue ineunte ipſo agendum eſt, vbi morbi vere aut æſtate ſperantur, præuidemus quoque his qui futuri ſunt hyeme, autumno ſecta vena, per hæc enim duo anni tempora nec calor, nec frigus vehemens adeſt. Quod ſi morbus iam præſens fuerit, atque is acceſſiones habuerit, hora remiſſionis febris eſt eligenda, ſi verò acceſſionibus vacat, veluti continens febris, aut magnus dolor, aut ſimilis inflammatio, nihil vereri oportet magnitudinem, aut doloris, aut caloris, aut inflammationis, ſed ſtatim quacunque hora diei inſtauerit vehementer morbus, ſanguis mittendus eſt, dummodo cum morbo magno virium robur adſit, & cibus è ventre deſcenderit. Cùm enim is in ventre continetur, nondum tempus adeſt opportunum mittendo ſanguini.

Sang. mitten. non eſt cum ſatietate.

Quod verò de ventriculi ſatietatibus ferunt, per eas ſanguinem non eſſe mittendum, ſic intelligi debet, ne ſi cruditas quæpiam in ventriculo contineatur, deducatur, ſang. miſſ. adhibita, in ambitum corporis. Quòd ſi morbus non adeò vrgeat, optimum tempus mittendi ſanguinis eſt manè, ventris & veſicæ excrementis depoſitis, non ſtatim à ſomno excitatis, ſed prope iam horam vnam : quod in ſanguinis miſſionibus, quæ præuiſionis gratia adhibentur, pari modo ſeruandum eſt, vt manè fiant, & poſt horam à ſomno, vt interim ſanguis & vapores ipſius ab intimis partibus effundantur. Præcepimus id quidem innumeris ægrotis. Multis quoque poſtquam lectionibus matutis interfuerunt in ſchola literaria, quorum quidam iam ſcabiem patiebantur, aut puſtulas toto corpore erumpentes, aut parotidas, aut tonſillarum inflammationes, aut nondum ægrotantes, laſſitudinem tenſiuam aut plegmonodem pati referebant, aut ſe ſingulis annis ægrotare prædictis morbis & ſimilibus, quos mirificè adiutos noui.

Sang. mittendi dies.

In morbis itaque hora prædicta eligenda eſt : dies tamen quiuis ipſe fuerit in quo mittendi ſanguinis ſcopi apparuerint, etiam ſi is vel quartus, vel ſeptimus morbi fuerit. Quòd ſi aut medicus ad viſcendum ægrotum quarto ipſo die, aut etiam decimoquarto acceerſitus fuerit, aut poſt ipſum, ſi prædicti apparuerint ſcopi, tunc quoque ſanguis mittendus eſt : non enim aliam vim habet dies vitandi ſanguin. miſſionem ab ea indicatione, quæ à morbi magnitudine & viribus ſumitur, quibus nondum labefactatis occaſio mittendi ſanguin. adhuc manet. Huius ſententiæ exemplum euidens tradidit Hippocr. lib. 3. de Mor. pop. part. tertia in hiſt. Anaxionis patientis morbum lateralem in Abderis. Huic enim ſanguinem miſit octauo die, meminit autem huius, non vt oſtenderet huic miſiſſe ſanguinem : ſed quoniam in octauo ei ſanguin. miſit, aduerſus eos qui terminum mittendi ſang. quartum diem præſcripſerunt : cùm tamen diem aduertere nihil referat, ſed ſcoporum dictorum perſeuerantiam.

Sang. mitten. quantitas.

Cùm igitur iam intellexeris, conſideratis ſcopis indicantibus & coindicantibus, ſanguinem mittendum eſſe, decet quantitatem metiri, quam detrahere oportet, atque quoties id faciendum, noſſe. Quantitatem ſanè eorum quæ à corpore educi debent, aſſequi ad vnguem omnino foret impoſſibile : eam autem aſſequi medicus conatur coniectura, quæ notitia quædam eſt, media inter exactam ſcientiam, & omnimodam ignorantiam, qualis eſt omnis rerum cognitio, quæ neque ſcientia, neque ex euidentibus, demonſtratione habetur, neque error cognitus eſt, ſed diſcurſu & ſyllogiſmo conſtat, & quantum humana mens capere poteſt, aut veritas ipſa eſt, aut non longè abeſt à veritate. At ſi quid aliud medicinam coniecturalem efficere valet, id eſt quantitas adhibendorum aut educendorum : in ſanguinis tamen miſſionibus educendi ſanguinis quantitas ex copia cauſæ morbum facientis, aut ad ipſum parantis deſumitur & virium tolerantia : veluti in laſſitudine tenſiua, vaſorum tenſio, & corporis tumor, & totius corporis moles conſideranda : in grauatiua verò corporis quanta ſit grauitas, ſiue grauitatis ſenſus, quámque ineptus homo ſit ad functiones obeundas, ex pulſu quoque quàm ſit inæqualis, & vbi magni pulſus & parui coniuncti ſunt, qui excedant reliquos, in magnis namque aggrauationibus plures ſunt parui quàm magni, & in paruis plures ſunt magni. Moles quoque corporis conſideranda, quæ ſimul cum præcedenti victu, & temperatura hominis, quantitatem euacuandorum docent, in his qui ad morbos ſunt parati. Cæterùm quamuis hæc ſint quæ docent per ſe euacuandorũ quantitatem, ipſam tamen euacuationem exercere non licet, niſi facultas eandem ferre poſſit, quod etiam coniectura aſſequemur, ex naturali tẽperatura, ætate, regione, anni tempore, & victu. A poſteriori verò ex conferentia & bona tolerantia, vt in Aphoriſm. 2. ſect. 1. de qualitate euacuandorũ docuit Hippocr. & 23. de quantitate, vbi facultate tolerante ad animi deliquium euacuationes fieri præcepit, dicens, Deiectiones non multitudine ſunt conſiderandæ, ſed ſi talia deiiciantur qualia conuenit, & ægri facilè tolerent. Atque ſi ad animi defectionem ducere conuenit, id facere, ſi æger poſſit tolerare.

Scopi coindicantes ad quantitatem attinent.

Morbi itaque magnitudo, & virium robur, præcipui ſcopi ſunt, & qui ſanguinem mittendum aut non mittendum docent, verùm iidemmet ſcopi docent quantitatem, accedunt autem reliqui coindicantes, vt ætas, quæ ob calidam & humidam temperiem facilè diſſoluitur, & habitus & conſuetudo, nimius ſenſus, & ambiens calidus, qui corpora diſſoluit, atque partem cauſæ morbum faciẽtis, & frigus ambientis, dicente Galen. lib. de ſanguin. miſſione. Alia verò ratione, & vt antè propoſitum eſt, in contrariis, hoc eſt in frigidis, tum temporibus, tum locis, largam euacuationem fugimus, propter inſequentem nimium refrigerationem.

Temporis cõſideratio ad ſang. mittẽd.

Libro quoque primo de Arte cur. ad Glau. inquit : ob hæc igitur neque in locis ſupra modum calidis, aut frigidis, ſanguinem mittere audemus. At lib. 9. de Metho. med. cùm ex indicationibus quaſdam ad ſanguinem mittendum hortari, quaſdam verò dehortari ferat, inquit, Atque hæ quidem indicationes ſunt, quæ ſanguinẽ detrahendum dehortãtur, contrà poſtulant vnà cum affectu, cuius cauſa primùm requirebatur habitus durus, denſuſque, & vno verbo, qui haud facilè digeritur, tum ambiens humidus frigidúſque. Frigidus igitur

amblens videtur poſtulare ſanguinis miſſionem, & meritò quidem, quoniam impedit reſolutionem, & vires ſeruat, cuius contrarium locis ſuprà citatis dixerat: verumtamen ſingulis rectè perpenſis, nullo modo Galenum ſibi diſſidere inuenies. Nam lib. 9. de Metho. med. frigiditatem ambientis ſanguinis miſſionem poſtulare dixit: non tamen omnem putare oportet, ſed eam quæ diſſolutionem impedire poſſit, non autem peruadere corpus, hæc tamen magna non eſt. Quæ verò ſanguinis miſſionem dehortatur, & quæ ipſam minorem fieri admonet, ea eſt valde magna frigiditas, quæ ægri calorẽ vincere & ſuperare poſſit. Atque proinde lib. de Art. cur. ad Glau. dixit, In locis ſupra modum calidis, aut frigidis. & lib. de Sanguin. miſſion. addit cauſam, ne ſequatur deinde refrigeratio: itaque magnam intellexit frigiditatem, vbi igitur morbi magnitudo valde hortatur, vires verò conſentiunt, & coindicantes ſcopi non valde dehortantur, ſanguinem mittere ad animi deliquium licet, docente id Galeno lib. de Sanguinis miſſione, & 9. lib. de Methođ. meden. & comment. Aphoriſm. 23. ſect. 1. Quo in loco ob affectuum magnitudinem conſtantibus viribus, ad animi deliquium ducere ægros docet Galen. in ardentiſſimis febribus, maximis inflammationibus, & ingentiſſimis doloribus. Nec decet id animi deliquium eſſe, quod hoc remedium capauceſcentibus, accidere ſolet, aut ſecta ſtatim vena, aut paulò pòſt, neque quod ſequitur bilem mordentem os ventriculi quæ in ipſo exiſtat, aut ad ipſum tempore remedij confluxerit: non enim eſt hæc quantitatis ſanguinis educendi menſura, ſed animi deliquium, quod largam ſequitur euacuationem. In febribus ardentiſſimis experimentum docuit Galen. teſte, quoſdam ſtatim liberatos adhibita ſanguinis miſſi. ad deliquium animi, toto corpore refrigerato, ſequente fluxu ventris, aut copioſo ſudore, quoſdam ſtatim ſanitati reſtitutos, quoſdam verò adiotos, poſtea morbos ſuperaſſe. Interim tamen dum ſanguis adeò copioſè ducitur, pulſum tangere præcipit, ne pro animi deliquio vitam adimamus, quod quibuſdam Incautè auxilio vtentibus contigit, ęgris in medicorum manibus defunctis. Cùm autem in pulſu magnitudinis, aut contentionis diminutio accidit, aut magna quædam inæqualitas, aut ordinis perturbatio, interim dum ſanguis fluit admota manu, ſtatim claudere venam oportebit. Hinc notum euadet id animi deliquium, non ſyncopem eſſe: ſiquidem ſyncope paſſio cordis eſt. Animi quoque deliquium ad animalem attinere facultatem, non ad vitalem, quam adhuc conſtare vult Galen. qui non niſi magno vrgente vſu eam facere conſulit, ob periculi magnitudinem: ſed vti nos ſæpe fecimus, libram ſanguinis, & aliquando ſeſquilibram educentes, ſine intermiſſione, aliquando intra duodecim horarum ſpatium repetita euacuatione, atque vidimus multos euaſiſſe ſubitò à magnis febribus continentibus, nulla alia manifeſta ſequuta euacuatione, ſæpe etiam copioſo ſuperuenienre ſudore: tardò verò ventris fluxu. Notum quoque hinc euadet, manifeſtè decipi eos, qui putant Galenum non præcipere ſanguinis miſſionem ad animi verum deliquium, ſed citra ipſum, quoniam ex animi deliquio quoſdam refrigeratos fuiſſe inquit, quod non foret citra ipſum. Notum præterea euadet, quare ad animi deliquium aliquando ducere Hippocr. & Galen. præcipiant, addentes, ſi facultas id ferre poſſit. Nam ſi id ferre poteſt, dicet aliquis, non delinquet. At verò dicimus, animalis facultatis lapſum ſequi ex prædicta euacuatione, non vitalis,

Sang. miſſ. ad animi deliquium quibus morbis.

quandoquidem pulſum interim tangere Galen. præcipit, vt conſtante adhuc vitali facultate, & non amplius fit. Præterea dubium videtur, ſiquidem Galen. comment. illo 23. prima ſectione Aphoriſm. ſanguinis miſſionem præcipit ad animi deliquium, in febribus ardentiſſimis. Sunt autem febres ardentiſſimæ biliosſimæ: ſed tamen in febribus bilioſiſſimis ſanguinem mittere non decet, nedum ad animi deliquium. Dicemus duo eſſe genera febrium ardentium: quædam enim ſunt exquiſitæ tales, quæ à flaua bile fiunt, nec ex cauſæ natura ſanguinis miſſionem expoſcunt, neque in eiſdem facultas conſtare poterit. Aliæ febres ſunt de genere febrium ardentium, copia potius quam qualitate ardentiſſimæ, quibus ſanguinis miſſio conuenit, & ad animi deliquium vſque. De his autem intellexiſſe Hippocra. ſuam ſententiam in Aphoriſm. & Galen. in commen. conſtat, quoniam, vt diximus, in aliis facult. non valet ob calidam & ſiccam temperiem eorum qui in eam incidunt febrem. Rurſus quoniam cùm in eodem comment. Galen. in maximis doloribus ad animi deliquium præcipiat mittere ſang. addit, adhibita diſtinctione, an mittere ſanguinem, an purgare oporteat: id igitur in ſanguinis miſſione, quæ ardentiſſimis febribus adhibetur, meritò conſiderandum erit, & ſententia à doloribus in febres transferenda. Præterea lib. de ſanguinis miſſione, magis adhuc mentem explicuit, dicens: Nam in quibus tibi ſanguinis feruentis copia apparet, quàm citiſſimè eos vacuare conator, priuſquam in principem aliquam partem ingruat. De his itaque febribus ardentiſſimis quæ copia feruentis ſanguinis fiunt, intelligi debet, quod de ſanguinis miſſione ad animi deliquium dictum eſt. Præterea quibus ſanguinis miſſio non conuenit, minimè ad animi deliquium conueniet: ſed bilioſis morbis non conuenire notum eſt. nam bilis promptè purgatione ducitur, non ita ſanguinis miſſione. Sanguinem quoque vacuare in morbis bilioſis nulla ratione conducet: nam ſi hominem refrigerare vis in febre ardentiſſima ſimul & bilioſiſsima, id ad amuſſim aſſequeris, purgata bile, cuius purgatio manifeſtè refrigerat, nulla alia accedente vacuatione. Loquimur autem modò de continente à bile, non de continente à ſanguine: quoniam & hanc bilioſam dicit eſſe Galen. cùm ex ſanguinis putredine oritur, ſiquidem ſanguinis pars tenuior per putredinem in bilem tranſit. lib. 2. de Diff. febr. & 2. de Criſibus cap. 12. Præterea depingamus modò hominem qui continentem bilioſam patiatur, bile in magnis vaſis putreſcente, hic ſitim patietur vehementem, calorem validiſſimum ac mordaciſſimum, linguæ nigredinem, corporis ariditatem, pulſum magnum, celerem, crebrum, ſed humiditatis expertem, dum non ſudat, aut ſudorem decretorium ſpectat vigilabit, idque æſtiuo tempore, calida & ſicca regione, & tali temperatura, natiua vel aſcititia. Huic ſanè ſi medicus ſanguinem miſiſſet mortem attuliſſet ſubitò, nedum, ſi ad animi deliquium eandem exerceret: ſanguis etenim vires ſeruat, quem non eſſe vitiatum intelligimus ſi corpus vniuerſum humectat, & reficit, & ſpiritus generationi materiam præſtat. Si dixeris, commiſceantur ſummè ſanguis & bilis, atque ita ad portionem bilem & ſanguinem ducemus, eadémque manebit ſanguinis ad bilem proportio, poſt ſanguinem miſſum, quæ antè erat, nec magis bilis manebit effrenis quàm antè, verùm ſi continens bilioſa fuerit, non ſanguinea, non erit, qualis dicta eſt mixtio. nam per eam bilis & ſanguinis mixtionem,

Sang. mitt. ad ardentiſſ. febr. ad animi deliquium, & in quibus.

In quibus febribus bilioſis ſanguinem mittere, & in quibus purgare liceat.

qualia

qualis aquæ & vini febri à bile & ſanguine orietur, neq; fieri poterit vt vinũ incaleſcat, aut vitium in prædicta mixtione patiatur, quo careat aqua, aut ſecus. Quapropter ſi eam mixtionem ſtatuas ſanguinis & bilis, quam in vino diluto & aqua videmus, febris inde orta ſanguinea erit: ſiquidem totus ſanguis cum bile calorem putredinalem patietur, & febris potius ſanguini quàm bili erit referenda, quamuis & hanc biliosam appellaſſet Gale. cui ſanguinis miſſionem ad animi deliquium concedet: ſi tamen bilioſam continentem ſtatuas minorem hac, mixtionem & confuſionem intelligere debes, per quam ſanguine miſſo, copioſior ſanguis & ad portionem magis bile educetur, & inde bilis effrenior quàm antè manebit, forétque in hac perniciosiſſimum ſanguinem mittere, ſalubre ventrem purgare, an tamen ad animi deliquium, non inſtituimus modò dicere, ſed admonere tantùm, morbis bilioſis & febribus à bile, ſiue continuis, ſiue continentibus purgationem eſſe neceſſariam, ſanguinis verò miſſionem perniciosam: ad animi tamen deliquium in tali affectu hominem ducere piaculũ eſt. Conueniet autem continentibus à ſanguine, etiam ſi bilem copioſam haberent admixtam, præſertim ſi ea mixtio eſſet, qualis aquæ & vini in eodem vaſe: tunc enim maſſæ ſanguinariæ ineſſet vitium. Conſtat autem has eſſe febres continentes aut cum putredine, aut citra ipſam, in quibus Galen. lib. Method. has maximas ſang. miſſio. exercuit ad deliquiũ animi, ſunt autem non tantùm copia ſanguinis feruentiſſimæ, ſed etiam ob feruentem copiam acutiſſimæ, quas in genere bilioſarum cùm à ſanguine putreſcẽte fiunt, Galen. recenſet, & ardentibus exquiſitis, quæ tertianæ continuæ ſunt, acutiores, lib. 2. de Criſibus teſtatur, cap. 6. vbi conferens continentes febres continuis, inquit, Cùm verò neque declinatio aliqua ſenſibilis fiat, ſemper verò à primo principio febris, vſq; ad criſim ſimilis perſeuerauerit, erit & hæc de genere febrium ardentium, ab eiſdem verò acutie differt. Nec tamen decet virum linguarum peritum dubitare an Gale. velit hoc loco febres continentes eſſe continuis acutiores, an ſecus: ignarum autem linguarum expediet Grammaticum, aut medicum aliàs Grammaticæ peritum adire, qui facilè eum à tenebris ignorantiæ hac via eripiet, vbi habet, ab eiſdem acutie differt, Græca litera ſic habet, ὀξύτητι δ᾽ αὐτῶν διενήνοχεν, hoc eſt, eaſdem verò acutie ſuperat, continens vtiq; febris, de qua loquitur, continuas. Quod tamen διενήνοχεν id ſignificet, conſtat: nam verbum, διαφέρω, vti anomalum, Præteritũ habet διενήνοχα, aoriſtũ primum, ἤνεγκα, ſignificat autem id verbum, idem quod Latinis, præſto, antecello, ſupero, vt eſt apud Iſocratem ἐν εἰρήνῃ, cùm inquit: τοσοῦτο ἀνοίᾳ διήνεγκαν πάντων ἀνθρώπων, quod eſt, vſq; adeò omnes homines amentia ſuperabant. Et Ariſto. lib. 7. Politic. ὅσον τοὺς ἥρωας ἡγούμεθα τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, quod eſt, quantum heroas reliquos homines ſuperare exiſtimamus.

Continentes febres an ſint continuis acutiores.

Febres continentes ſunt multo acutiores continuis.

Ex his notum euadet, Galenum in præhabita oratione voluiſſe, continentes febres, quæ nũquam, aut ad infebricitationem, aut manifeſtam remiſſionem ducuntur, acutiores reliquis continuis eſſe. Ex eiſdem tamen illæ ſunt acutiſſimæ, quibus vniuerſum tempus eſt ſtatus: conſtat enim has ſemper habere ſummam vehementiam, quam non haberent quæ aliquando remittũt. Sed dices, quare hanc continentem Galen. loco citato de genere ardentium dixit eſſe, non exquiſitam ardentem? nihil refert: nam exquiſitam ardentem voluit eo loco, eámque tertio die habere incrementa, continens autem ſi fiat à bile, omnimodo erit acutior, quàm quæ tertio die inualeſcit. Nec tamen ignoro ex continuis bilioſis quaſdam 3. aut 5. die iudicari, ſed Gale. continentes eſſe dixit acutiores, præſertim homotonas: quæ enim tota ſtatus eſt, vehementior & acutior natura ſua eſt, quàm quæ aliquando remittit: nam & continuas multas prorogatas ſupra 14. videmus: nullam tamen homotonã: ſi verò à ſanguine fiat, ardentiſſima erit & acutiſſima, ardentiſſima quidem, copia caloris: hæc enim eſt cui ſangui. miſſ. ad animi deliquium conuenire Gal. voluit. Eſt quoq; acutiſſima, quoniam breuiſſimè, & intra primum quaternarium finitur, teſte Gal. lib. 3. de Criſibus, cap. 4. vbi continentium febrium criſes quarto die euenire ſtatuit. Tales ſunt omnium acutiſſimæ. Sed rurſus obiiciet aliquis, febres continentes ſanguineas eſſe, ac perinde mitiſſimas, & placidiſſimas, & mitiores eis quæ ſunt à bile, quo ſanguis mitior humor bile eſt, cui reſpondebimus, febres continentes à ſanguine incipientes putrido, iam quodam modo bilioſas eſſe, vti nos quoque (cùm de febribus à ſanguine ortis, lib. 2. de Differ. feb. in commen. noſtris diſſeruimus) probauimus, & Gale. lib. 2. de Criſ. cap. citato de eadem continente loquens, addit, ſed neq; in primo die, neq; in ſecundo eſt huiuſmodi febrẽ cognoſcere, neque aliter vtile: ſufficit enim genus agnoſcere, quòd ſcilicet bilioſa ſit & ardens, & peracuta, quòd ſi de ſanguinea loquamur, atq; eam à bilioſa ſeparemus, non erit noſtra diſputatio de Galeni ſententia, qua dixit, continentes eſſe continuis acutiores: id enim manifeſtum relinquimus ex eius verbis. Nec tamen ſequitur: ſi benignior eſt febris continens à ſanguine, & placidior ac ſimplicior, non eſt acutiſſima: nam ſimplicitas ad morem morbi attinet, acuties verò ad terminum: dum tamen de genere acutorum morbus ſit: febres enim omnes ſiue ſalutares, ſiue lethales, quales multas ſanguineas eſſe contingit, eundem terminũ habent ſalutis & mortis, autore Hippo. progn. 1. lib. 3. ita vt febris continens quæ ſimpliciſſima fuerit, quatuor diebus ad ſalutem finiatur, & eiuſdem generis peſſima ac maligniſſima quatuor diebus interimat, morbus quoq; lateralis ſalubris, & peſſimus 14. diẽ terminum habent, ſic quoq; Hippocr. progn. 2. lib. 3. ſimpliciſſimæ namque febres ac ſignis firmatæ ſecuriſſimis, 4. die aut citius ceſſant, peſſimæ verò, ac cum ſignis prauiſſimis factæ, quarto die aut citius interimunt. Atq; hac ratione continentes citra putredinem 4. diebus ad ſalutem deueniunt, quòd ſimul maximæ & ſimpliciſſimæ ſint. Sed quod inſtituimus proſequamur. Porrò in maximis inflammationibus ad animi deliquium ducere præcepit Gal. Dixit autem, in maximis, quoniam in magnis, non tamen maximis, ſang. mittere docuerat lib. de ſang. miſſio. quandoquidem ad mittendum ſangu. magnitudo exigitur morbi. Eſt autem maxima inflammatio, quæ ad maximam peruenit magnitudinem. Dubitabit fortè quis, non enim conſtat, quæ ſit in maximis inflammationibus occaſio ſang. mitten. nam ab initio nondum eſt maxima. Non igitur conueniet ei ſang. miſſio ad deliquium animi: ſi verò iam facta eſt, & ſummam magnitudinem nacta, tunc potius expediret demere tantummodo corporis redundantiam, deinde topicis remediis mederi inflammationi: maximè verò hæc admouere oportebit, ſi totius corporis redundantia ab initio dempta fuit. Dicemus, medicum poſſe cognoſcere antequam inflammatio facta ſit, ipſam futuram de maximis, ex corporis plenitudine, ex incrementi celeritate, ex dolore, & calore partis, & vbi aliquando

Sang. miſſ. ad animi deliquiũ in maximis inflãmationib.

in eo loco ſimilem fuerit paſſus inflammationem: tunc enim ſanguinem mittemus ad deliqnium animi,ſi facultas ferat, incipiente inflammatione. At verò cōtrarius videtur Gal.lib.de ſang.miſ.qui præcipit in reuulſionib. ſaug.miſ.multiplicare:non igitur licebit ducere ad animi deliquium: eſt autem reuulſio quæ inter initia exercetur. Sed neque id obeſt: nam vbi morbus cooſenriet, reperito interuallo ſangninem mittemus:vbi verò non,ſed morbi vehementia inſtat,aliter faciendum.Pręterea expedlet ducere ad animi deliquinm, iam facta maxima inflammatione,ſed corpore adhuc pleno, vt vitemus curſum humornm,& minuamus redundantiam, & demamus magnam partem magnitudinis inflammationis: ſiqnidem abundè miſſo ſanguine ex venis paruis partis inflammatæ, magna pars in maiores tecurret,dempto ex proximis ſanguine:vitabimúſque eo remedio,ne ex magnitudine inflammationis,antequam ad ſupputationem,aut diſſolutionem perducatur, pars incidat in gangreuam, ſiue mortificationem. Id enim ex inflămationis magnitudine ſperatur.His tamē aduerſatur quod Hippoc.lib.2. de ratio. vict. acu. ſect.10. quantitatem ſanguinis detrahendi in inflammationibus definiuit donec ſanguinis color mutetur:nō igitur oportet ad animi deliquium ducere. Dicemus eam eſſe decentem euacuationem,qua ſangu.color mutatur in inflammationibus quæ magnæ ſunt, niſi prius facultas langueat, quod ea pulſu cognoſcetur, aut impetus manantis ſanguinis flacceſcat. At in maximis,quamuis ea medendi via, atq; ſanguinis quantitas educta prodeſſet, alia quoque conueniet, per quam ducentur ad animi deliquium conſtante facul. quæ via licet non adeò tuta ſit:vbi tamen opportunè adhibeatur, poſſet breuiſſimè hominem ſanitati reſtituere,ac multò citius quàm minor,quę tārummodo ad mutationem coloris ſanguinem duceret.

Sang. miſſ. ad animi deliquium in dolo. ingent.

In doloribus ingentiſſimis pariter præceptum eſt ſang mittere ad deliquium animi, prius tamen adhibita diſtinctione,an ſang.mittere,an purgare cōueniat. Dolores autem ingentiſſimi ſoluta cōtinuitate fiunt,ſoluitur autem continuitas à cauſa interna aut externa: ſi ab interna, aut eſt humor aut flatus, ſi flatus,ipſum diſcutere oportet: & ſi materia generationis adeſt præſens,euacuanda, ſi verò fuerit humor, is calidus erit magna ea parte, quamuis à vitrea pituita fieri poſſit,ex calidis eſt bilis,aut ſola,aut ſangu. mixta, aut ſanguis ipſe, ſi tamen cauſa fuerit externa ipſa ſemota, vbi dolor adhuc remaneat,cauſam internam omnino excitauit,quæ in partem confluit dolentem, eam tamen euacuare oportet,adhibita diſtinctione,an ſangu.miſ.an purgatio conueniat. Cùm itaque dolores ingentiſſimi à ſang.aut humore ſanguini mixto prouenerint, & facultas id ferre potuerit, ſaug. mittemus ad animi deliquium, cauſam enim doloris, atque dolorem ferè ſubitò adimemus, & hominem ſanitati reſtituemus. Huic tamen ſententiæ pugnare videtur, quod Gal.lib.de Arte cur. ad Glau. dixit. Ibi enim docens ſang. miſſionem non exercendam eſſe pro ſolius morbi ratione,ſed nonnihil accidentibus eſſe condonandum, addit:ita etiam ſi vehementiſſimæ vigiliæ,aut dolor intenſus, ægrotum infeſtant, cauendæ ſunt ſubitæ ac multæ euacuationes,non igitur in doloribus ingentiſſimis mittemus ſanguin. ad deliquium animi. Verùm hæc duo loca nullatenus pugnant.

Locorum conciliatio.

Cùm enim Galen.à magnis & ſubitis euacuationibus præcipit abſtinere,doloris gratia,id intelligi vult,cùm ex ſangu.miſſ.aut alia quauis adhibita euacuatione, nō ſperatur in totum dolorem deſiturum, vt deinde facultas ſeruetur ad ferēdum dolorem, qui aliàs non parum facultatem deiicit, quemadmodum & magnæ vigiliæ. Præterea in doloribus diu perſeuerantibus facultas languet, ac proinde minimè tolerat magnam & ſubitam euacuationem. Cæterùm quando dolor vehemens incipit,qui nondum vires deiicit,ſed adhuc valent, & ferre poſſunt magnam ſangu.miſ. & ad animi deliquium,id tentabimus,ſperantes dolorē ea ſola euacuatione ceſſaturum,& deinde non eſſe opus facultate ad ferendum eundem,cuius gratia pręcipit abſtinere à magnis & ſubitis euacuationibus. At verò cùm nullus horum affectuum adfuerit, nunquā ad animi deliquium ducemus ægrum ſanguinis miſſione: minimè verò purgatione, ſed pro copia humoris, & morbi magnitudine, & aliis. Quin & in prædictis tutius eſt ab adeò magnis euacuationibus abſtinere, ne facultas quāuis robuſta, perterrita ſubito delapſu deficiat, neque amplius reſtituatur.

Sang. miſſ. ad coloris mutationem.

Decet autem in aliis corporis affectibus, vti inflāmationibus internis, ſanguinem copioſè mittere, ad coloris mutationem,docente id Hippo. lib.2.de Ratio.vict.acu.ſect. 10.quo in loco inquit: Si verò dolor ad clauiculam pertingit, aut moleſta ſit, vel brachio,vel mammæ, vel partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus grauitas,internam cubiti venam ſecare expedit, neque vt copioſè ſanguis detrahatur, cunctandum eſt:ſed eò vſque auferendus,donec rubidior multo, vel pro puro rubidóque liuidus fluxerit:nam vtrumq; contingit. Ratio huius ſententiæ eſt, quoniam cùm ad coloris mutationem ſanguis ducitur,indicat iam nonnihil educi de ſanguine parti inflămatæ adiuncto, atque ab eadem infecto. Quod præceptum commune eſt in magnis internis inflammationibus,vbi vena iuxta partem patientem ſecatur,& facultas euacuationem ferat. In quibus magnum & præſentaneum exigitur remedium, quoque citiſsimè reuellat & euacuet cauſam morbi, ſicuti & in iecoris & lienis inflammationibus. At verò neque id in omnibus expectare oportet, ſed vbi inflammatio non fuerit valde maligna. Cùm enim talis fuerit, ante coloris mutationem ab euacuatione ceſſandum:quod Gale. præcipit lib.de ſanguin. miſſ.

Sang. miſ. impartienda.

in quibuſdā verò corporis affectibus cogimur ſanguinis miſsionem impartiri: veluti cùm in corpore aceruata fuerit ſuccorum crudorum redundantia. Tunc impartienda eſt euacuatio ſanguinis,vt interim adhibitis medicamētis extenuantibus,humor tum coquatur, tum extenuetur, ac facillùs deinde ſecta vena ducatur, quod Gale.lib.de ſang.miſ.docuit dicens: Vbi ergo multa euacuatione opus eſt, verùm vires ſunt imbecilliores, in hia euacuationem partiri expedit, vti nimirum & me feciſſe vidiſtis in his quibus crudorum humorum inerat copia. Nam pauculo ſanguine detracto protinus melicratum exhibeo probè coctum, cum incidentium medicamentorum quopiam, veluti hyſſopo,origano,& interim etiam nepita,aut pulegio, aut cū melicrato,oxymele, aut oxyglyci, ac ſic rurſum ſanguinē minuo vel ipſo eodem nonnunquam die, interdum die poſtero, in quo rurſum exhibito prædictorum medicamentorum quopiam, iterum de ſanguine auſero, aut rurſum tertio die ſimiliter bis. Huic tamen ſententiæ pugnare videtur quod Gal.libro duodecimo de Method. med. dixerat: ibi namque inquit: Ergo ſebricitare incipiunt nonnulli,vbi magnā crudorū ſuccorum copiā vnà cum oris ventris cruditatibus,vel alia quapiam occaſione congeſſerunt. Atque paulò inferiùs de eiſdem loquens, inquit: Nulli tamen talium ſanguis mitti

ſine

ſine magno diſpendio ſolet: cùm tamen vacuationem deſiderent: verùm nec ſanguinis miſsionem, nec purgationem ſuſtinent, vtpote quos ſine his ſyncope ſubitò adoriatur. Quo in loco crudis humoribus redundantibus, videtur ſang. miſsionem denegare. Poſſet quis reſpondere Gal. libro de Metho. med. crudis humoribus redundantibus prohibuiſſe ſang.miſ.quoniam in illis de quibus loquitur, facul.non conſtat:lib.tamē de ſang. miſſione de his loquitur, in quibus facultas conſtans eſt. cæterùm id non ſoluit dubium:quoniam lib.de ſang.miſsione, quando ſang.miſ.impartiri docuit, de his loquitur in quibus facultas imbecillior eſt, vt cōſtat. Dicemus tamen quòd vbi Gal.præcipit crudis humoribus redundantibus ſanguinem mittere, antequam homo in febrem incidat, faciendum eſt: cùm verò lib.de Meth.med.id denegauit, de his loquitur, qui actu ægrotant, & febrem patiuntur. Cùm igitur in alicuius corpore multi crudi ſucci in venis cū ſang. aceruantur, antequam febricitet, vena ei incidenda eſt, per interualla, modo dicto:ſed cùm ſemel in febrem inciderit, à venæ inciſione abſtinendum, ſed humorum coctio molienda, & deinde eorum euacuatio per interualla pro facultatis tolerātia. Quod lib.de ſang.miſ.docuit dicens: At vbi crudi ſucci exuperant, antequam morbus inuaſerit cautè euacuabis: ſed vbi iam febris corripuerit, vti ante monui, nequaquam. Quum enim ægrotāt cum ea crudorum copia, non conſtat eorum facultas ad ferendam ſang.miſ.ſiquidem, vt paulò ante dixerat Gal. in eis pulſus eſt inæqualis, & inæqualitate quæ attinet ad magnitudinem, & vehementiam, obſcurus ac paruus exuperant. Quum autem nondum ægrotant, non omnino conſtat facultas, ita vt vnam copioſam ſanguinis miſsionem ferre poſsint, ſed vt ipſam per interualla ferant. Itaq; ſiue ob crudorum humorum redundantiam, ſiue quauis alia ratione, vbi cum languida non valde, ſed vt dixerim, modicè conſtāte facultate, ſang.miſ.opus fuerit, ipſa impartienda eſt: oportet autem ſang. mittere, vbi aut crudi ſucci, aut corrupti cum ſang.mixti ſunt, nec longè à ſanguinis natura abſunt, copioſius, vbi verò longius abſunt, & ſanguini miſcentur, ſi ſanguis paucus eſt, reliqui ſucci multi, omnino à ſang. miſſione abſtinebimus, ſed humorem redundantē euacuabimus. Si verò ſuccus crudus, aut deprauatus non multus eſt, ſed ſanguini multo miſcetur, à cuius natura valde diſtat, ſanguinem mittemus per interualla, ſi intellexerimus facultatem non ſatis conſtare, deinde humorem reliquum medicamento euacuabimus præcautionis gratia. Quòd ſi ita affectus ſanguinis detractionem detrectet, venter ei largiùs ſubducatur, quemadmodum & illis qui ſang.miſ.reformidant, vbi humores ſanguini mixti, non longè abſunt ab eiuſdē natura: hæc enim euacuatio prauum humorem ſanguini mixtum educet, ac nonnihil demet de ſanguinis mole: ſanguis etenim quatuor humorum materiam continet. Abſunt autem ex ſuccis aliis à ſanguine, quidā magis, quidam minus, ac quidam citra, quidam vltra ſanguinem ſunt, hi corrupti, illi crudi dicuntur. Cùm enim ex alimentis quędam ad integritatem coctionis, & ſang.perfectionem nōdum perducta fuerint, ſuccos inde genitos crudos eſſe dicemus. Cùm verò ſanguinis naturam pręteregrediuntur, corruptos, vti & quoſdam alios, ſed humores ipſi ex alimento geniti, quidam ſanguini propè accedunt, quidā longè adhuc abſunt à ſanguinis natura. Ex his verò qui corrupti ſunt, quidam nunquam formam ſanguinis fuerunt aſſequuti, vt ſalſa, aut acida pituita, quidam

Succis aliis à ſang. cū ſang. mixtis, quid agendum.

poſtquam ſang. mediocritatem exceſſerunt, aliam formam ſunt adepti, vt bilis flaua, aut atra, aut porracea, aut æruginea, & ex his bilis ſpeciebus quædam magis, quædam etiam minus à ſanguinis natura abſunt. Cùm igitur humores alij à ſanguine, ipſi miſcentur, admodum à natura eius recedentes, coniicere oportet quantus ſanguis ſit, quanti etiam alij humores. Quòd ſi cum multo ſanguine reliqui pauci fuerint, mittendus eſt ſanguis, & reliqui deinde præparandi, atque euacuandi. Si verò ſanguis paucus fuerit, & reliqui humores multi, ſanguis mittendus non erit: quando verò humores ſanguini mixti, non longè abſunt à natura ſanguinis, ſanguis mittendus eſt audacter. Sed tamen vbi prędicti humores citra ſanguinis naturam fuerint, ſanguis mittendus, & inedia maior ſeruanda, vt reliqui coquantur, & in ſanguinem bonum mutentur, quod fieri ſolet: verùm ſi peccantes cum ſanguine ſucci, ſanguinis naturam præterlabuntur, copioſius ſanguine miſſo, minorem iniungemus inediam: ſed celerius ad purgationē properabimus, vt rurſus purgatum corpus alamus. Agnoſcemus autem ſucci abundantis naturam ex vrinis, deiectionibus & ſudoribus, & totius corporis colore & victu præcedenti. Prætereà cum ſangu. mittimus reuulſionis gratia, non totus ſemel ducendus, ſed per interualla, vt interim natura in cōtrarium fluxionis locum aſſueſcat, & impetum in contrarium trahamus, & nonnihil recurrat. Quapropter in vehementibus fluxionibus, quæ fiunt ad nobiles partes, ſemel inciſâ vena quater ſanguinem extraximus interrupto fluxu digiti appoſitione, quod etiam ſæpius facimus, paucis interiectis horis, interim aperto ſeruato vulnere, oleo illito, vt aſſolidatio impediatur. Prætereà à reuulſoriis auxiliis ceſſandum, atq; tempus interponendum, cùm inflammatio valde maligna fuerit, vt interim humoris infarcti in parte inflammata, portio diſſoluatur modicè calidis medicamentis ac dolorem leniētibus. Id eſt quod voluit Auicennas, cùm dixit, cúmque ad diuerſum trahere volueris, membri, à quo protrahis, dolorē prius ſeda. Quandoque enim inflammationis malignitas impedit, ne in contrarium trahatur humor reuulſione, vbi tamen nonnihil diſcuſſum fuerit, licebit rurſus benigniori facta inflammatione, reuellere. Quod palam docuit Hipp.lib.6.de Morbis pop.par. 2.dicens: Obedientia confeſtim reuellere, & renitentia demittere, quod de morbo laterali etiam intelligi debet, non ſemper ad ſanguinis mutationem eſſe ducendum. Quod Gal.lib.de Sang.miſ. docuit de coloris ſang. mutatione ſperanda, dicēs: Non tamen omni ex parte hæc expectanda eſt. Verum eſt vbi antequam exiſtat, ceſſare conueniat, idque duplici nomine, ob infirmas videlicet vires, aut phlegmones prauitatem. Interdum enim nihil ab ea mittitur, ſed fortiter constrictus inibi eſt. Idem Paulus lib.6.cap.40. Prætereà ob imbecillitatem facultatis ſanguinem repetito interuallo mittimus, vt interim facultas ad ſequentes euacuationes roboretur alimento, quod medici per epicraſim appellat Gale. Poſtremò nobis dicendum erit quas venas, in quibus morbis ſecare opus ſit: in omnibus enim affectibus partium, venæ ſecundum rectitudinem ſunt ſecandæ, ſeruantibus nobis rectitudinem cum Hip. lib.6.de Mor.pop.par.2. commodæ enim ſunt euacuationes, quæ ſeruata partis affectæ rectitudine exercentur, & præſentaneum afferunt remedium: inutiles verò quæ aliàs fiunt. Rectitudo autē ea eſt, quam dextræ partes cum dextris ſeruant, & ſiniſtræ cum ſiniſtris: ſiquidem laborāte oculo dextro ſang. ex

Sang.miſ. per interualla.

Sang.miſſ. repetita ob imbecil.fac.

Vena quæ ſecantur.

Digitized by Google

ex dextro brachio mittimus, & laborante ſiniſtro ex ſiniſtro, ſic etiam laborante coxendice venam tali externam ſecamus, vtero tamen patiente internam. Prętetea ſang. immodicè fluente ex dextra nare cucurbitula iecori apposita ſanguinis fluxum ſiſtit. At ſi ſiniſtro hypochondrio adhibeatur, inutilis omnino erit. Conſiderare itaq; oportet an morbus præſens ſit, an futurus, & vbi futurus ſit, an in toto corpore ſperetur, vel in aliqua eius parte. In morbis qui in toto corpore ſperantur, vti febribus, & articulari morbo, ineunte vere ſanguinem mittemus ex quauis vena, de magnis, ſiue effatu dignis, ſicuti & vbi præſens adfuerit, licet per eos affectus tutius videatur imprimis ſecare venam internam, quæ iecori è directo reſpondet, tãquam ex ſanguinis fonte haurientibus ipſum. Si tamen morbus alicuius partis fuerit propius quàm ſperatur, ſanguinẽ à longiſſima parte mittemus, conuertentes ſanguinis impetũ, & naturæ conſuetudinem in longe diſtantia loca, cùm verò affectio iam incipit, reuellemus primùm ſectis venis quæ longè diſtrahũt, & rectitudinem ſeruant cũ affecta parte, interim dum affectio generatur: ipſa verò iam genita ex eadem, ſi fieri poſſit, parte euacuabimus: aliàs autem ex quàm proxima. Itaq; aut inflammationes fiunt ſupra iugulũ, aut infra ipſum: ſed ſupra renes, aut fiunt infra renes, venæ verò quædam ſecantur in brachio, quædam in cruribus, quędam in partibus capitis: in brachio tres, interna, & externa, & media: his accedũt, quæ ab eiſdem ortũ habent, & ad manus prorogantur. In cruribus ſecatur vena poplitis, & venæ quæ in malleolis, quæ ab eiſdem ad pedes ducuntur. Supra iugulũ verò ſecantur venę ſub lingua, vena frõtis, & vena quæ in angulo interiori oculi, & alia in pinna naſi, & aliæ intra nares. In morbis qui fiũt ſupra iugulum, vti angina, phrenitis, apoplexia, & comitialis, venam externam ſecamus, quam appellant cephalicã, ſicuti & in oculorũ morbis & fluxu ſanguinis nariũ, in his verò qui infra iugulum, ſed ſupra renes, venam internam ſecamus, quæ axillaris dicitur, veluti in pulmonia, pleuritide, iecoris aut lienis inflammationibus. Quòd ſi non apparuerit vena externa, quam quęrimus in morbis capitis, aut non apparuerit interna, quam quærimus in morbis qui fiunt infra iugulum, ſed ſupra renes, ſecabimus mediam, ſiue communem, quæ in iunctura brachij conſtituitur ex internæ & externæ propaginibus, aut paulò inferius, ſæpe verò eiſdem apparentibus, aut ob facultatis imbecillitatem, ne ſpiritus exhalet, aut ob euulſionem validiorem, quæ ſine magna fiat euacuatione, in morbis capitis ſecamus venam quæ iuxta brachiale deuoluitur, quæ ab aliis funis brachij dicitur: hæc enim à vena externa propagatur, & ferè pares cum ipſa vires habet, cui alia non longè abſimilis reſpondet, ad eoſdem morbos proficua, quæ inter pollicem & indicem ſita eſt, & ſe facilè oſtendit. In morbis verò iecoris & lienis ob prædictas cauſas, relictis venis quæ ſunt in brachio, ſecamus eas quæ in manu: nempe eam quæ eſt inter anularem & medium dextræ manus, in morbis iecoris, & ei parem in ſiniſtra manu in morbis lienis. Galen. namque lib. 3. de anatomicis adminiſtrationibus ex quorundam opinione dixit, ſecta vena quæ eſt inter anularem & medium, & dimiſſo ſanguine fluere donec vltro ſiſteretur, lienem ex tali vacuatione iuuari, vidimus quoque in morbis lienis & iecoris ſecta vena, quæ eſt inter anularem & minimum, directione ſeruata manifeſtè fuiſſe adiutos laborantes, idque quotidiano comprobante teſtimonio. Morborum quoq; capitis vehementia ferè ſedata, ſecuimus in phrenitide & lethargo venam frõtis, & in angina eas quæ ſub lingua ſunt, totius corporis redundantia dempta, quibus ſectis integrè à morbis euaſerunt. In harum venarum ſectione attentè inſpiciẽdum, ne ſubiectam arteriam, aut neruum vulneremus. Nam venæ internæ arteria ſubiecta eſt, venę mediæ neruus. & vtrique muſculus: tutius tamen ſecatur externa. Renes verò ambigunt, vt inquit Galen. ita vt neque ſuperioribus, neque inferioribus, neque mediis, nempe thoraci, iecori & lieni connumerari debeant: ſed tamen incipiente in ipſis inflãmatione ſecabimus internam cubiti venam: ipſa verò iam facta, ſiue fluxionis impetu flacceſcente, venam poplitis, aut malleoli internam ſecare expediet. Id conuenire vult Gale. inflammationi iam factæ, quã propriè nephritim appellat. Hac præhabita diſtinctione intelligenda eſt Hipp. ſententia, qui libro 6. de Morbis po. par. 1. In renum doloribus poplitis venam ſecare præcipit. Sed Aëtius lib. 3. tam in lapide quàm in renum inflammatione præcepit mittere ſanguinem ſecta vena cubiti, vtraque enim harum ſententiarum diſtinguenda, vti à Gal. diſtinguitur. Cùm enim morbus incipit, vena cubiti ſecanda: cùm factus eſt, vena poplitis, & meritò quidem: nam ſanguis natura grauis eſt, ac deorſum faciliùs quàm ſurſum fertur: quòd ſi fluente à partibus ſupernis ſanguine ad renes, ſanguinem ſecta vena poplitis miſerimus, impetu in eaſdem partes feretur. Reuellunt itaque è renibus ſuperiores magis, euacuant verò inferiores. Neque longè abeſt ab hac ſententia, quod autor libri de renum affectus dignotione & medicatione docuit, conuenire dicens in lapide renum, languida exiſtentẽ facultate, ſectionem venæ cubiti, robuſta verò exiſtente, ſectionem venæ poplitis: timet enim languida exiſtente facultate, ac ipſa nequeunte ſanguinem continere, ne validius influat ſanguis ad renes, ſecta vena poplitis. Robuſta namque exiſtente, validiùs continebitur, & pars laborans vehementiùs obſiſtet. Sano autem homine præuiſionis gratia, cubiti venam internam ſecamus: in morbis verò qui in partibus inferioribus fiunt, ſunt autem hæ, vterus, veſica, & pudenda, venam poplitis ſecamus, aut eas quæ in malleolis ſunt: ſed id ab initio facere incipientibus inflammationibus, ac pleno corpore, tutum non eſt. Decet autem primùm ſecare eas quæ ſunt in brachio, deinde eas quæ in cruribus, ne impetu ſanguis ad eas partes decumbat. Aëtius in teſtium inflammationibus plenitudine præſente præcipit in cubito ſecare venas: quòd ſi hæc non adfuerit, eas quæ in malleolis. Præterea inflammationes vteri plus iuuari dixit Gale. quàm inflammationes renum, ſectis crurũ venis: quoniam ſectio venarum quæ ſunt in cubito, aliud adiunctũ habet malum, nempe quod menſes retinet, & quòd ſanguinem conuertit ad ſuperiora. Verum quidem eſt, quod Gale. dixit, ea ſequi ad venæ ſectionẽ, quæ in cubito fit, cæterum incipientibus inflammationibus, id non eſt malum, incipientes namque fluxiones auertere oportet, non ad partem trahere: non igitur licet ſanguinem verſus vterum ducere: neq; menſes prouocare, ſed potiùs ipſum in contrarium ducere, & impetum ſanguinis cohibere: neq; enim hoc facere per id tempus malum erit: nam & lib. 13. de Meth. med. maximam excitari phlegmonem dicit, ſi quis vteri inflammatione incipiente menſes deuocet. Iam verò ceſſante fluxione, & quadãtenus ſchirrhoſa facta inflammatione, licebit venam poplitis ſecare, aut eam quæ in malleolo interiori eſt, aut eis non apparentibus, eam quæ in pede, aut pollice

Vena quæ ſecatur in morbis diuerſarũ partium.

Renes ambigunt.

Scarificare crura. lice pedis ſe oſtendit. Eadem de cauſa crura quandoque mulierum ſcarificare præcipimus, vt in albidioribus fœminis, quæ ſanguinem aceruant aquoſum: præuiſionis quoq; gratia, vbi menſes retineotur, quamuis morbus magnus non ſit inde aliquando ſequutus, menſes prouocare volentes, venas in malleolis, aut poplite ſecamus, aut ſupra malleolos ſcarificamus: nunquam tamen ex cubiti vena ſanguinem detrahimus, ne menſes retineamus, ſanguine ſurſum conuerſo. *Vena ſectio in hæmorrhoidibus.* Quòd ſi ob hæmorrhoidas retentas morbus ſperatur, aut plenitudo adfuerit, nõdum imminente morbo, diſtinguendum eſt: nam ſi velimus hęmorrhoidas curare, venam ſecabimus io cubito, ſin minùs in cruribus. Nam ſiſtere licet aliquando hæmorrhoidas, ob periculum mali habitus: menſes autem omnioo retinere, aot eam euacuationem vitare quæ adeò naturalis eſt, non licet, neque enim ab ea interim dum ſecundum naturam fit, malum quodpiam timetur: dum verò non fit, tale futurum ſperatur: in coxendicum verò doloribus à ſanguine factis, ſecta priùs vena interna cubiti, externã malleoli deinde ſecamus. Cùm itaq; affectio partis alicuius aut fit, aut facta eſt, non eadem vena ſecta iuuat: ſed quandam ſecamus incipiente affectione, aliam verò ea iam facta. incipiẽte enim reuellimus, facta verò euacuamus. Reuulſio tamen ad longioquas partes tracto humore, decũbente in locum patientem fit: euacuatio verò per ipſam partem, aut proximam. At incipiente affectione & humore in partem imperũ faciente, aut etiam interim dũ corpus plus æquo plenũ fuerit, ex parte patiente euacuationem tentare non decet, ne celeriùs & magis impleatur fluxione. Laborãte itaq; gutture inflammatione, interim dum fit, & humor in partẽ influit, externam cubiti venam ſecabimus. Curſu verò ceſſante, & corporis redundantia dẽpta, ſecabimus eas venas quæ linguę ſubiacent, ſic & in phrenitide incipiente ſecamus externam cubiti venam: fluxione verò ceſſante, venam frontis, aut eam quæ inter nares eſt: laborãte verò vtero, veſica, teſtibus, aut pudẽdis, maximè vbi adfuerit corporis plenitudo, aut ſanguinis abundantia, venam cubiti internã ab initio ſecabimus. Quod ſi nondũ paſſio ceſſauerit, venam deinde ſecabimus quæ in poplite, aut malleolorum interna patientis partis ſit, venam internam dextri cubiti ſecamus, ſicori & laborante liene, ſiniſtri: neq; licet ad aliã accedere, quæ propior ſit patienti parti. Si tamen incipienta inflammatiooe iecoris, velles eam quæ in ſiniſtro cubito eſt, internã venam ſecare, nihil omnino prodeſſes, præter id quòd interim facultatem lãgoidam redderes, antequam è loco quidpiam dimoueres, neq; inflammationis prohiberes generationem. Sic etiam in vteri inflammationibus, venam cubiti internã ſecamus, prius vniuerſam redundantiam dementes, ac reuellentes, deinde internã malleoli euacuantes. *Sang. miſſ. in pleuritide.* In pleuritide tamen incipiẽte, internam cubiti venam patiẽtis lateris ſecamus, nõ aliter quàm in iecoris inflammationibus, aut lienis: qua de re nõ parum diſſentientes inuenies tam antiquos quàm iuniores medicos. Quoniam autem plures viri ſapientes de hoc dubio latè diſſeruerunt, nos breuius quo fieri poſſit ea tantùm quæ ad legentium vſum fuerint, referemus. Barbari ferè omnes, in laterali morbo incipiente, venam ſecare præceperunt, quæ longè à parte patiente diſſita eſſet, quoniam reuellere tantummodo erat io animo, deinde proximas ſecabant venas. Quidam itaque à venis pedis oppoſiti lateris incipiebant, quidam à venis pedis eiuſdem lateris, deinde venam brachij internam ſecabãt, ex oppoſito latere, deinde eam quæ io latere patiente, quam opinionem pernicioſam eſſe facile deprehendes: Qui enim ab initio ſecaret venam quæ eſt io malleolo aduerſi lateris, nullam omnino afferret vtilitatem, cùm vena ea nullam connexionem habeat cum parte patiente. Qui verò ſecaret venam quę in malleolo eſt lateris eiuſdem, reuelleret quidem, ſed tardam afferret vtilitatem. Qui verò ſecaret eam quæ interna eſt in oppoſito latere, pariter tardè ſubueniret malo, & parum prodeſſet, nulla ſeruata rectitudine partium. Præterea antequam auxilium ad locum patientem perueniret, humor omnis partem obſideret: *Nota.* celerrimè verò internis inflammatiooibus ſubueniendum eſt, vti & Gale. lib. 2. de Ratio. vict. acu. in morbo præcipit laterali. Pręterea conſtantiſſima opus eſſet facultate, ſi quater ſanguinis miſſionem ferre deberet is qui laterali morbo laborat. Adde quòd plurimis morbus lateralis duplex efficitur, humore in latus oppoſitum deducto, quod nos quoque fieri aliis curantibus medicis inſpeximus, cùm ad ſubueniendum duplicato malo aliquando accerſiti fuimus. Idem cum barbaris voluit Archigenes, teſte Aëtio, idem Areteus Cappadox, in morbo laterali non ſecundum rectitudinem inflammatarum coſtarum ſanguinem eſſe mittendum, ſed ex altero latere, idem Celſus lib. 2. cap. 9. Ex iunioribus tamen magna pars contrarium exercet, è quibus ferè omnes io laterali morbo internam venam cubiti ſecant patientis lateris, cum Hippoc. & Gal. & ad ſanguinis mutationem, vbi facultas ferat, nec flaceſcat ſanguinis fluentis impetus. Cæterùm quidam ex eis cauſam huius euidentis commoditatis quæ apparet ſecta vena lateris patientis, dixerunt eſſe rectitudinem fibrarum communium venarum. Cùm autem communes venæ non in omnibus lateralibus morbis, cum venis eiuſdem lateris habeant fibrarum connexionem, non ſine diſtinctione ſecandam eſſe eiuſdem lateris internam venam voluerunt, ſed vbi morbus in tribus coſtis ſuperioribus ſiniſtri lateris conſiſtit, internam ſiniſtri brachij venam ſecant: ſi verò in tribus illis coſtis, aut earumdem interuallo in latere conſiſtat dextro, ſecari internam dextri cubiti venam præcipiunt, ob fibrarum venarum alentium eas coſtas, & peruenientium ad cubiti eiuſdem lateris curuaturam, connexionem: vbi tamen morbus lateralis in regione nouem inferiorum coſtarum lateris dextri, aut ſiniſtri fiat, ſemper internam cubiti dextri venam ſecandam volunt. Quoniam, vt ex anatome didicerunt, id admonente Veſalio, vena ſine coniuge, cuius Galen. quoque meminit libro 2. de Ratione vict. acu. in latus dextrum prorumpit, ex vena caua paulò ſupra dextram cordis auriculam, ab ea ea verò manant vtrinque venæ ſingulas nouem coſtaaalentes. Cùm igitur hæc ſine coniuge vena lateri dextro adiaceat, à qua omnes coſtæ inferiores aluntur, ipſis laborantibus venam internam dextri cubiti ſecare oportebit, fibrarum rectitudine, ac connexione ſeruata. Quãrum autem aduerti debeat hæc fibrarum rectitudo, admonent, quoniam per fibras alimentum trahitur, ac perinde ſecta vena fibrarum communione conſentiente, fibræ quoque tractationem in partem venæ ſectæ iuuabũt. Sunt autem fibræ venarum, oblonga quædam ſtamina, inſtrumenta facultatis trahentis, id eſt (inquiunt) quod Hippocr. ἶξιν, hoc eſt, rectitudinem, appellauit. Verùm neq; horum ſententia mihi placet: non enim exiſtimare decet Hippocr. præcepiſſe in euacuationibus ſeruandam eſſe rectitudinem eam, quam ipſi in longis fibris venarum ſtatuunt. *Rectitudo nõ in fibris lõgis ſita eſt, ſed in communione partium.*

Digitized by Google

tuunt. Dicant enim, quæſo, qui in fibratom venarum contiouitate rectitudinem conſiſtere dixerunt, cùm Galen. lib. de ſangoio. miſſ. io iecoris ioflammationibus ſanguinem ex dextra nare fluentem iuuare teſtatur, ex ſiniſtra verò minimè, & rurſus lieni turgente vtilem eſſe fluxionem ſanguiois ex ſiniſtra nare, ex dextra verò minimè prodeſſe, rectitudinis rationem adhibens, quænam eſt fibrarum venarum lienis & naris ſiniſtræ communio, aut rectitudo? Certè neque Apollo com Muſis eam diſſecaotes reperient. Quam etiam rectitudioem ſeruari præcipit, cùm immodicè manante ex nare ſiniſtra ſanguine, cucurbitulam ſiniſtro hypochoodrio adhiberi voluit. Præterea nullum fibrarum conſenſum reperies inter vteri venas, & internam brachij. Quandoquidem omnes in iecore confunduntor: maiorem enim connexiooem habeot venæ lateris dextri & ſiniſtri per veoarum ſtamina, quæ omnia ad caoam ſupra cordis regionẽ coincidunt. At verò vtero inflammato, Gal. lib. 2. de Arte cur. ad Glau. per commuoes venas reuellere præcipit, ſeruata rectitudine, & venam cubiti ſecandam admonet, non ergo in fibris venarum conſiſtit rectitudo. libro quoque 13. de Meth. med. inquit: Manu enim laborante, ſcarificabis crura: oulla autem eſt fibrarum veoarom communio cruri & brachio, aut manui. Sed tamẽ cauſæ quas adhibent, quare fibrarum illa commuoio euacuationi proficiat, nihil omnino conſeruot: dicunt enim, tractionem fibris exerceri oblongis, atque vbi communes fuerint venæ ſectæ, & parti ioflammatæ, per eas ad locum ſectionis, ex parte inflammata, humorem trahi faciliùs. Nam ſanguinis curſos ad venæ ſectionem expulſiooe fit, noo tractione: cùm enim ſemel vas ſciſſum fuerit, comprimuntur venæ narora ſua, coadiuuante ſuperiaceote carne, & excluſo proximo ſanguine, deiode contiouitatis ratione altero ſeqoente, coadiuuante expultrice, quæ fibris tranſuerſis operatur. Præter id quòd fibræ oblongæ ſeruiunt tractiuni partis: pars autem neque adeò celeriter trahit, vti ſanguis manat ſciſſa vena, neque malum, qui fortè euacuarur, trahere ſolet. Rurſus pars per oblongas fibras trahit, ſed non adeò copioſum ſaoguinem, vti ſciſſa vena fluit. Neque etiam ab adeò diſtaotibus loci. tractio vi partis fieret: quis enim adeò imperitus eſt, vt putet, crure laborante, ſciſſa vena brachij, fibras ipſius ex crure trahere ſanguinem? Præterea vel hoc tantùm poſſet eorum opinionem funditus euertere. Intellige modò inflammatam eſſe membranam ſubcingentem coſtas lateris dextri, ac ſciſſam eſſe venam internam dextri cubiti, fibræ quidem quę à loco ſciſſionis ad cauaio vſqoe procedunt, poſſent tractionem à caua vena moliri: verùm à caua vena, vſque in partem inflammatam oullo modo fibræ oblongæ tractioni ſeruire poſſunt, quandoquidem oon ſeruiunt obloogæ fibræ tractioni, oiſi cùm prorogantur, ac deinde partem verſus contrahuntor, non tamẽ coorrahuntur verſus maiores venas, & iecur, ſed verſus membra & venas minores, quæ membris alendis ſeruiuot deferentes alimentum, non ergo traheor fibrę verſus magnas venas, quod fieret, ſi per eas ſanguis à parte inflammata in venam cauam fibratum actiooe traheretur. Quòd ſi is non trahitur per fibras venarum obloogas vſque io cauam, è parte inflammationem patienre, inutilis omnioo erit fibrarom rectarum communio, ob qoam communes venas ſecandas eſſe volunt. Adde quòd ſi fibræ, quæ procedunt à caua vena in locum inflammatum, nõ trahunt, nec tractioni ſeruiunt, nihil referet eiuſdẽ aut aduerſi lateris venam ſecare: nam vena aduerſi lateris ſciſſa, pariter ex opinione ipſorum, tractio per fibras oblongas vſqoe in cauam fiet: deinde verò fibræ oeque ſectiooi eiuſdem, neque aduerſi lateris auxiliabũtur: erit igitur par ratio vtrinq; ſecta vena. Ad quod etiam cõprobandum accedit, quòd fibræ oblongæ quæ ſunt in œſophago, quamuis ſeruiant deglutioni, ineptæ ſunt vomitioni, quæ contrarius motus eſt, cuius rei teſtimonium perhibet Gal. lib. 3. de Naturalibus facult. facilius eſſe dicens deglutire, quàm vomere: quoniam ad deglutionem coadiuuant fibræ obloogæ, quæ ſunt in membrana œſophagi interiori, & tranſuerſæ, quę ſunt in membrana interiori: vomitioni tamen tantummodo miniſtrant tranſuerſæ. atque ſtatim addit: ergo ex iam dictis patet, internam gulæ tunicam, cui rectæ ſunt fibræ, quæ ab ore in ſe trahaot, eſſe inſtitutam, eóque in degluriendo tantùm agere. Pari itaque ratione fibras quæ ſuot à vena caua in partem inflammatam, nollatenus retractioni verſos cauam inſeruire dicemus. Rurſus vomitum ventris ſeceſſu curamus reuulſione, ſicuti & ventris fluxum vomitione: cùm tamen inteſtina omoino fibris careãt oblongis. Quod autem ferunt de veoa ſine coniuge, quamuis verum ſit ipſam ad dextrum latus conuerſam eſſe, nihil omnino refert ad partium conoexionem, & rectitudinem venæ ſecandæ. Tũ quooiam, vt diximus, falſum eſt, quod pro fundamento accipiunt, longitudinem fibrarum rectitudinem monſtrare, tum quòd etſi fibrarum connexio rectitudinem doceret, fibræ quę ſunt à vena caua in partem patientem, eas quæ ſunt à loco ſectionis in cauam, minimè iuuant ad tractionem. Præterea tenerentur qui talia defendunt, prius noſſe probè vocis huius κατ' ἶξιν, quod eſt, ſecundum rectitudinem, ſignificatiooeio apod Hippo. quam nunquam adinuenire conati ſunt, ſuam tantùm ſententiam nulla aut ratione, aut autoritate fulcitam amplexantes. Gal. tamen lib. 1. de Rat. vict. acu. comm. 28. inquit. Hippoc. ἶξιν, vt plurimum quidem εὐθυωρίαν, id eſt, rectum tramitẽ: interdum autem & φορὰν, id eſt, delatiooem, dicere non ignoramus. Communior itaq; eius vocis ſignificatio eſt, rectitudo. & lib. 3. de Fracturis, comment. 10. inquit, ἶξιν, rectitodinem ſemper appellat, nunc qoidem ſecuodum corporis loogitudinem: nunc verò ſecũdum latitudinem. In his locis rectitudinem dicit appellari frequentius apud Hippoc. ἶξιν, & in ſecundo loco refert ipſam dici de longitudine corporis, cur igitur ipſi volunt de ſola fibrarum longarum rectitudine dici? lib. quoq; 2. de Fracturis, de oſſe calcis Hippo. loquens, ipſum non paruum os eſſe dicit, & rectitudinem fibræ excedere, εὐθυωρίην appellans, quod antè ἶξιν, & εὐθὺ, atque ἰθυωρίην, Galen. id eſt rectitudinem dixit. Quod ſi rectitudinem in oſſibus appellat Hippoc. vbi nullæ fibræ adſunt, non decet, rectitudinem in Hippocr. ſcriptis ad fibrarum lõgitudinem referre. Dicemus igitur, τὸ κατ' ἶξιν, id eſt rectitudinem, de membrorum communione dici, & dextras dextris partibus, & ſiniſtras ſiniſtris rectitudinem ſeruare, atque in laterali morbo, adhuc incipiente, ſanguioem eſſe mittendum ex vena interna lateris patiẽtis: ea enim ſeruat communionem & rectitudinem, quam Hippoc. ſtatuit, dextrorum cum dextris, & ſiniſtrorum cum ſiniſtris. Id tamen eſſe Hippoc. & Gale. præceptum, prius probãdom eſt, deiode ratiooibus eandem fulcietous ſententiam. In morbo laterali ſanguinis miſſ. ſciſſa vena interna cubiti laborãtis partis, eſſe exerceodam Hipp. lib. 4. de Rat. vict. acu. pręcepit, dicens: Si dolor ſurſum peoetrauerit, vel clauiculam,

κατ' ἶξιν quid.

In laterali morbo quæ vena ſecãda.

nieulam, vel mammam, vel brachium venam brachij internam ſecare oportet, qua dolor affuit parte: verùm quoniam Gal. plutes eius libri, vt ab Hippo. documentis alienas, excluſerat ſententias, hanc legitimam Hipp. eſſe, in eius loci commentatio teſtatur. Apbor. autem 22. ſect. 6. inquir quæcunq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendũt, venæ ſectio ſoluit. Hnc in loco doloribus (de eis enim intelligenda eſt ſententia) qui procedũt à dorſo in eubitum, venam cubiti ſecare præcepit. Eſt autem hæc vena cubiti, lateris eiuſdem: quoniam Gal. in comm. Hipp. ſententiam apprnbans inquit. Eſt enim præceptum ſecundnm qood bumores repunt, facete euacuationes. Repunt autem à dorſo in btachium eius lateris, non alterius. Lib. qooq; 6. de Mor. pop. par. 6. inquit: in doloribus proximum ventrem porgare, ſanguinis ventrem diuidere. At lib. 2. de rat. vict. acut. ſect. 10. inqnit: Si verò dolor ad clauiculam pettingir, aut moleſta ſit vel brachio, vel mammæ, vel partibus, ſepto tranſuerſo ſuperioribus grauitas, internam cubiti venam ſecare expedit, neque vt copioſè ſanguis detrahatur eſt cunctanduin, ſed eò vſque auferendns, donec rubidior multo, vel pro puto rubidúque, liuidus fluxerit: nam vtrunque contingit. Dun in hac ſententia habentur, quæ comprobant noſtram aſſertionem. Alterum eſt, quòd venam cubiti ſecare præcipit, alterum quòd mutationem coloris ſanguinis expectat. Primum quidem noium eſt in vena eubiti ſecanda non intellexiſſe alteram ab ea, quæ in eo latere exiſtit, quoniam lib. 4. eandem ſententiam ſcripſit, atque venam & latus explicuit, vt cnnſtat in adducta ſententia: & quoniam in omnibos euacuationibus tectitudinem ſeruandam eſſe admonet lib. 6. de Mor. pop. Gale. aotem in commen. ſententiæ adductæ ex 2. lib. de Ratio. vict acut. rationem adhibet, quate venam cubiti ſecare præcepit, nempe qunniam eam venam ſecandam eſſe vult, quæ ſanguinem ab affecta parte magis & velncius tum teuellere, tum vacuare pnſſit, atque, vt ipſe ait, præſertim in acutis motbis: alij namque nnn adeò vrgent, conſtat autem venæ ſectionem ex aduerſo latere, non reuellere & vacuare, neque eos, qui contrariam defendunt ſententiam, vnquam voluiſſe ſecta vena lateris aduerſi euacuare, ſed reuellete tantummodo. Secundum etiam quod voluit Hippocr. coloris ſangui. mutationem eſſe ſperandam, idem confitmat: nam ex eodem latere ſecta vena, id ſpetari poteſt, non ex aduerſo. Atque id manifeſtè docet, reuulſionem cum euacuatione ſimul eſſe exercendam, quod non antè ſiſtendam eſſe fluxionem vult Hippoc. qoàm enlnr ſanguinis motetor, vbi facultas id ferre poſſit. Quod indicauit, eatenus ſanguinem eſſe vacoãdum, donec aliqua pars eius ſanguinis qui inflammationem circunſtat, iam effloxerir. Gal. pariter eandem ſeqoutus eſt ſententiam lib. de Sangui. miſſ. vbi poſtquam ex Hipp. decretis admonuit rectitudinem eſſe ſeruandam in euacuationibns ſanguinis, addit: quin & pleuriticia quæ è directo laborantis partis adbibita fuit ſangn. miſſ. elariſſimam ſæpe attulit vtilitatem: qoæ verò ex brachin oppoſito, aut omnino nbſcuram, aot certè poſt tempnris interuallum. Hæc manifeſtè docent horum ſapientiſſimotum virorum eam foiſſe mentem, atque experimento probaſſe commodam eſſe ſang. miſſ. quæ ex latere partis patientis exercetor, diuerſam verò, aot tarde prodeſſe, aut patum & multò poſt tempore. His autem nihil omnino nbſtat quòd Barbari contrarium affirmauerint, quotũ autoritas diſſuadere potius, quàm ſuadere valet, nedum vt Hipp. & Gal. ſummorum medicotũ, & ſapientiſſimotũ artis præceprorum, conferti debeat ſententiis. In morbo itaque laterali & iecotis, aut lienis inflammationibus, venam internam patientis lateris ſecamus, vt à parte humorem decumbentem reuellamus, ſimul & cauſam euacuemus, quæ in laterali murbn partem diſtendens dolorem excitat, ac perinde fluxionem, in iecoris autem inflammationibus, qunniam in ipſum ob vaſorum amplitudinem celerrimè immergitur ſanguis, ſicuti & in lienẽ, citiſſimè ſubuenitur ſecta eioſdem lateris interna vena; idem in vteri, tenum, & oculorum inflammationibus ſetuandum. Neque buic ſententiæ contraria ſunt qoæ à quibuſdam ex Galen. in contrarium eitantur, quæ ad hunc locum afferte placet, vt lectores agnoſeant nullibi Galen. diuerſam ab hac habuiſſe mentem. Primus locus eſt Galen. lib. 2. de Arte cur. ad Glau. cùm ait: fluentium homorum retractio (ſic enim Hipp. nominat) eorum autem qui iam membrum obſederunt, deriuatio medela eſt. Si igitur deriuatio competit eis humoribus, qui iam membrum obſederunt, & ſang. miſſ. ex eodem latere eſt deriuatio, non ergo conueniet fluentibus humntibus: cùm videlicet nondũ partem obſederunt. Quòd autem hæc ſit detiuatio, ptobant, quoniam reuulſio per contraria fit, detiuatio verò per proxima loca. Secundus locus babetur 4. lib. de Morb. cura. cùm inquit: Ae ſi perpetnum eſt, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contraria trahendam eſſe: fixam verò iam in laborante particula, vel ab ipſa particula quæ affligitur, vel à maximè vicina. Incipiente igitur inflammatione lateris, ſangu. ex aduerſa ſiue contraria parte mittemus, & iam facta ex proxima: ſiquidem ex eadem fieri nequit. Tertius locus eſt 5. lib. de Mntb. cur. vbi reuolſionis naturam, quam Hippoc. inuentum eſſe dicit, explicat dicens: Anuſpaſis in his quæ ſuprà ſunt omnibus, deorſum ſemper agitur: ſurſum in his quæ ſunt infrà. Præterea à dextris ad ſiniſtra, ſicut ab his rorſus ad illa, ſimiliter & ex bis quæ intus babentur, ad ea quæ foris ſunt, contra quæ ab his ad illa. Ex hac ſententia manifeſtè conſtat, quòd ſi reuulſio, ex præhabitis locis, incipientibus inflammationibus debetur, ea per aduerſa loca exercenda ſit, per adiuncta verò minimè. Quartus locus habetur 13. libt. de Metho. med. vbi de ventris purgatione loquens inquit: Quam rem ſi quis in iecinore cum phlegmone laborare incipit, tentet, maximam excitabit inflammationem, aut ſi cùm in renibus, aut veſica incipit, quæ vrinas cient exhibeat, aut ſi cùm vterus phlegmone laborat menſes deuocet. Si qoidem longiſſimè attentata floxione à parte auellere, nequaquam ad eam trabere conoenit. Quintus locus habetur libro de Sangui. miſſ. vbi inquit: Porrò, vt ſummatim dicam, incipientes pblegmonas reuulſ. euacoare oportet: quæ verò inueteratæ iam ſunt, ex ipſis, ſi fieri poteſt, affectis partibus: quòd ſi nequeant, ſaltem ex vicinis. Etenim incipientibus inflammationibus auertere, quod influit, expedit, in inueteratis autem ipſum quod affectæ parti influxum eſt, euacuare. Hæc & ſimilia loca adducunt, qui conantur in morbo laterali ſanguinem eſſe ab initio mittendum ex aduerſo latere. Qunniam, vt inquiunt, ſi reuulſio incipientibua debetur inflammationibus, & bæc per contraria loca exercetur, ab initio, contrarij lateria vena erit ſecanda. Quæ omnia non eſſe à noſtra ſententia aliena monſtrabimus, ſi prius harum vocum ſignificationes diſtinxerimus, reuulſio, deriuatio, euacuatio. Reuulſio quidem humoribus fluentibus debetur, vt in contrarium trahantur: contraria verò

Explicat Author ex Hippocr. quæ rectitudo intelligenda ſit in phlebotomia pleuritidi debita.

Authoritates Gal. apparenter vera & allata aduerſus veram rectitudinem.

Reuulſio.

loca ſunt ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum, intus & extra. Nec tamen exiſtimare decet, capiti vt parti ſuperiori, pedes tamùm contrariam regionem tenere, ſed quamuis partem capitis inferiorem: reuellit enim à ſuperioribus partibus capitis, venæ ſectio externæ brachij. Et in partibus mundi ſi quid à loco aquæ, verſus mediam aëris regionem aſcendat, & aliud à media aëris regione verſus aquam deſcendat, contrariis mouebuntur motibus: nec tamen loca ſummè contraria ſunt, vt lunæ concauum & terræ centrũ. ἀντίσπασις itaque, id eſt, reuulſio, apud Gale. lib. 5. de Methòd. med. io batum differentiarum modis exercetur, atque humoribus fluentibus debetur, inter initia, vt lib. 4. de Meth. med. dixit, & lib. de Sangui. miſſ. citatis locis.

Deriuatio. Deriuatio præterea humoribus fluentibus debetur. Sed tamen hæc non per contraria, ſed per proxima loca completur. Hoc ſecũdum notum eſt, dicente Galen. lib. 5. de Method. med. Deriuatio ad vicina fit, quum id quod per palatum vacuatur, per nates transfertur, & rurſus inquit, Rurſus & quod per ſedem profluit, per vuluã deriuamus. Quòd tamen fluentibus debeatur Gal. docet lib. 6. de Morb. pop. par. 2. comm. ſectionis illius, Deriuare dicens: παροχέτευσιν, id eſt, deriuationem quidem nominare ſolet Hippo. cùm humor aliquis vacuari poſtulans, non quo loci ferri oportet cœperit: neque itidem valde longè à conueniente, neque in maximè contrarium locum: verùm vt ſi per vrinas vacuari cœperit, afflictis vel veſica, vel renibus, tunc deriuare per ventrem eſt melius: vt ſi & per ventrem delationis impetum acceperit, malè habentibus inteſtinis, vice verſa, in his humorem vacuari poſtulãtem ad vrinas ferri procurabimus. Mulieribus quoque interdum per vuluam, vel contrario modo cùm fluxio ad vuluam fuerit, ad vrinas & ventrẽ deriuabimus. In omnibus his exẽplum deriuationis humorum fluentium ratio habetur. Atque lib. 4. de Meth. meden. inquit: Ad hunc modum & reliquas omnes fluxiones (quippe communis ratio eſt) tum ad contraria reuocabis, tum per vicina deriuabis: vtique quę per aluum fluunt, ea vel per vrinas, vel per vterum tranſmittens, quæ verò per vrinas, ea vel per locos, vel per ſedem transferens: pari modo quę per vteros, vel per vrinas, vel per aluum. Omnia hæc exempla fluentium humorum ſunt: fluentibus itaq; humoribus deriuatio debetur, quæ per loca proxima exercetur. Neq; obſtat quod lib. de Arte curat. ad Glauc. dixit: Fluentium igitur humorum retractio (ſic enim Hippoc. nominat) eorum autem, qui iam membrum obſederunt, deriuatio medela eſt. Nam in hoc loco deriuationem conuenire vult eis humoribus qui partem obſederunt, non quidem in totum: ſed qui partim fluxerũt, & partim fluunt, atque qua parte fluunt, adhuc ipſis deriuatio debetur, fluxis autem euacuatio propriè, vt dicemus. Nihil ſanè plus noſtram opinionem confirmare poterit, quàm quòd quoties Galenus deriuationis exempla apponit, fluẽtium humorum ea ſunt.

Euacuatio. Euacuatio tamen humoribus debetur, qui in parte cõſiſtunt, & per eandem partem, aut ipſis vicinam exercetur, ita vt hac in re communicent deriuatio & euacuatio. Quòd quidem eorum humorũ ſit, qui in parte continentur, ratio nominis docet: nam id quod euacuatur partẽ replebat, & euacuatio eorum eſt, quæ replent; licet autem ipſam ex eadem, aut proxima parte facere, apud Galen. lib. 4. de Method. meden. dicentem: Ac ſi perpetuum eſt quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contrarium trahendam eſſe: fixam verò iam in laborante particula, vacuandam eſſe, vel ab ipſa particula, quę affligitur, vel à maximè vicina. Quo fit vt à vicinis partibus euacuationem & deriuationem exerceamus, eorum qui adhuc fluunt, deriuationem: eorum verò qui iam continentur in parte, omnino fluxi, euacuationem.

Nota. Commiſcentur autem quandoque hæc: nam vnica miſſio ſanguinis ſimul reuellere & euacuare poteſt, vt Galenus docet lib. 2. de Ratio. vict. acut. comment. 10. dicens: Cùm igitur in partibus ſuperioribus condolentia ſignum fecerit, venam in cubito ſecare oportet, quæ ſanguinem ab affecta parte, & magis, & velocius tum reuellere, tum vacuare poſſit. Eſt etiam conſideratione dignum, acutos morbos remedia exigere, quæ celeriter malo ſubueniant, viget etenim eorũ vehementia, cùm autem pleuritis atque iecoris inflammatio acuti morbi ſint, auxilia, quæ citò ſubueniant, expoſcunt. Ea verò ſunt quæ magnitudinem & generationem phlegmonis impediant, quale eſt ſangui. miſſ. quæ ex ea vena fiat, quæ poſſit fluxionẽ auertere & impedire. Auertit quidem quæ ex aduerſa parte fit, & cauſã fluxioni demit, qui fluxionis cauſam amouet, concitat autem fluxionem quam maximè dolor: eius verò cauſa eſt humor qui in parte immergitur, quoniam continuum diuidit. Eam igitur venam ſecare conueniet quæ ſimul poſſit fluentem humorem in contrarium reuellere, & eum qui prope inflammationem eſt, venis minoribus partis infarctus, euacuare, vt dolore ſedato fluxionis hæc cauſa ſemoueatur. Hæc autem optimè medicus aſſequetur, ſecta vena cubiti interna patientis lateris, & miſſo ſanguine ad coloris mutationem. Locus enim ſciſſionis contrarius eſt parti inflammatæ, atque ea ratione ad ipſum tractio, reuulſio eſt, contrarius autem eſt in locorũ differentia, quæ eſt dextrum & ſiniſtrum, ſi quis ſingulas partes probè aduerterit. *Verba maximè notãda ad intelligẽdam vera rectitudinis naturã.* Cùm etenim ſanguis ab inflammata parte in venam cauam recurrit, inflammatione in latere dextro conſiſtente, à dextra in ſiniſtram partem agitur. Deinde cùm mouetur à caua vena in locum ſciſſionis, ducitur iam à dextra in ſiniſtrã, & ab interiori ad exteriorem: eſt igitur reuulſio. Cùm tamen ſanguis ad coloris mutationem educitur, euacuatur humor, qui venas partis implebat: vtroque igitur nomine eligenda eſt ſectio venæ internæ lateris patientis. Vanum autem eſt, quod ſequi dicũt, nempe humorem ad partem trahi inflãmatam; trahitur enim potius ab inflammata parte, reuulſione, & euacuatur, tum is qui fluebat, tum is qui circum partem patientem continebatur extra corpus, locus autem deriuationis, quæ non habeat reuulſionem adiunctam nullus eſt, à quo ſanguis duci poſſit in laterali morbo, niſi cucurbitularum vſum deriuationi prodeſſe dixeris. Sed tamen ſingulas harum per ſe exercemus quandoq;, vt incipiente vteri inflammatione reuellimus ſecta interna cubiti vena, deriuamus ſecta vena poplitis aut interna malleoli, aut ventris fluxu: euacuamus tamen menſibus prouocatis. Præterea fluxionem ad oculos reuellimus ſecta vena externa cubiti, deriuamus per nates, aut palatum euacuamus, aut ſciſſa vena anguli interioris, aut medicamentis diſcutientibus adhibitis. Quę verò in contrarium adduximus facilè cum his concordant. Ad primum namque dicemus Galen. lib. 2. de Arte curat. ad Glauc. deriuationem appellaſſe eam quæ per vicinas partes exercetur: verùm ſang. miſſ. ex interna cubiti, non eſt deriuatio, ſed reuulſio, vt diximus, nec per vicina, ſed per contraria loca fit. Secundus præterea locus non aduerſatur noſtræ ſentẽtiæ: nam miſſ. ſangu. quæ ex eodem latere

fit,

ſit,ad contrarium trahit, ſiquidem in ea diſtaotla, vt diximus,à dextris ad ſiniſtras partes, aut è conuerſo tractio ſit. Idem etiam dicemus ad id quod ex libro 5. de Metho.med.adducuot. Ad id verò quod quarto loco adducunt, dicemus qoòd cùm Galen. reuulſiooem dixit fieri fluxiooe diſtracta ad longiſſimas partes,non voluit eas intelligere, quæ maximè diſtant:nam laborantibus oculis,lib. de Sangu. miſſ.reuellit ſecta interoa cubiti vena,cùm tamen hæc non io maximè diſtantia, nec longiſſimè fluxionem trahat, ſed intelligit contrariam partem, vbi ſi ſuprà fluxio vergat,infra eam trahere præcipiens,& ſi intrò,extrà, & ſi dextrorſum, ſiniſtrorſum,& contra,quod in prædicta venæ ſectiooe ſeruatur. Quintus quoque locus ex dictis explanatur, nec aliam cootloet ſententiam, ab ea quam ſtatuimus ex Hippocr.& Galen.cuius veritatem in innumeris ægrotis expertus fui,quibus incipiente laterali morbo venam internam paticuris lateris ſecui, è quibus nemo ferè mortuus eſt,qui præceptis artis ſubaudierit.Cùm tamen ſecta contrarij lateris vena innumeros mortuos viderint,qui contrarium exercent,& nō paucos cum duobus morbis lateralibus. Qui verò bona fauente fortuna è manibus eorum ſuperſtites euadunt, valde languente facultate, ob multas & magnas euacuationes, longiſſimam habent coonualeſcentiam. Hac igitur rectitudine ſeruata, laboraote iecore aut liene ex eodem latere venam internam ſecamus,reuulſioois & euacuationis ratione,& euacuate volentes cucurbitulas,& quandoque cum ſcarificatione, partibus eiſdem, hypochondriis admouemus. Quòd ſi exteroæ partes laborent,veluti manu, aut brachio fluxionem recipiente,ſecabimos venam malleoli eiuſdem lateris, aut crus idem ſcarificabimus.Quòd ſi alterum crus fluxionem patiatur, brachij eiuſdem lateris venam internam ſecabimus,reuulſionis ratione, deriuabimus autem altero crure ſcarificato, aut tali vena ſecta. Aut dices ſcarificationem melius in cruribus exerceri vt carnoſioribus à Galen. 13. Method. ſed quæres an præter experimentum ſit ratio aliqua ob quam laborantibus nouem coſtis inferioribus lateris ſiniſtri,ſectio veoæ internæ cubiti ſiniſtri, magis iuuet quàm dextri,cùm tamen vena ſine coniuge ad latus dextrū vergat,à qua hauriendus eſt ſanguis. Dicemus, in venarum interoarum ſectionibus non tantùm eum ſanguinē duci ex partibus nouem coſtarum inferiorum,qui ad venam ſine coniuge reducitor,ſed etiam eum qui ſugitur per anaſtomoſim quam facioot venæ quæ alunt prædictas coſtas,cum venis quæ à caua vtrinque per os pectoris deſcendunt:ob hanc enim dextræ partes cum dextris magis cuoſentiunt, & à ſanguinis miſſionibus eorundem laterum magis iuuantur. Id manifeſtè docente venarum earum diſſectione, quam non ratò inſpeximus,vt rei huic fidem adhiberemus,& veram ſeruaremus ſententiam,qoa præcipimus ſanguioem in laterali morbo aſcendenti, & deſcendenti mittendum eſſe ſecta vena cubiti lateris eiuſdem. Eſt autem aſcendens dolor qui clauiculam,mammam,aut brachium moleſtat: deſcendens verò qui infeſtat membranam ſubcingentem coſtas, qua parte ſunt 9. inferiores. Quamuis dolor ſignificationem quandam faciat infra ſeptum tranſuerſum,vti aſcendens in brachiis & humero:nam Hippocrates de morbo laterali loquitor lib. 2. de Ratio. vict. acut. & de eo cœpit loqui prima illius libri ſentētia, & cōtinuata oratione inferius vndecima ſectione, dixit:Si verò dolor infra ſeptum tranſuerſum fuerit, quam ſententiam de morbo laterali intelligendam vult Gal. in comment. de quo in præcedenti ſentētia loquutus eſt Hippoc. & ad initium eius libri. Non eſt autem morbus lateralis qui infra ſeptum tranſuerſum eſt,ſed qui ſupra,quamuis infra quoque extendatur & doleat per conſenſum,dicente Galen.lib. citato, comm. 10. inflammationes autē in partibus thoracis inferiores prope ſeptum tranſuerſum cùm ſint, iure ad hypochondrium dolores tranſmittunt. In his Hippocr. purgationem,Gal.ſang.miſſ.commendat.

Reſponſio ad omnes Galeni authoritates ſuperius allatas.

Arteriarum ſectio.

Arteriarum ſectio parum tuta eſt, tum quòd admodum duram habent naturam, ob qoam difficilè vulnera ipſarum aſſolidantur,tum quòd perpetuo motu agitantur,vulnera tameo quæ agglutinari debent,egent quiete, quibus etiam accedit, quòd per locū ſectionis,ſanguis & ſpiritus impetu transfunduntur. Aſſolidātur quoq; nonnullæ non probè, ſed aneuriſmate relicto, quod tumor quidam eſt, ſpirituoſo ſanguine ad ſciſſionis oſculum collecto, verùm aliquando magno vrgente vſu arterias ſecare præcepimus,in antiqois fluxionibus quæ ad oculos ſunt:tunc enim arterias quæ manifeſtè in temporibus pulſant, ſecamus, vti & eas quæ ſunt poſt aures,in antiqua cephalea, & vertigine, vbi ſpiritum, ſanguini mixtum mali cauſam eſſe agnoſcimus,& dolorem diſtendentem, atque pulſantem. Secatur etiam arteria inter indicē & pollicem media,in doloribus antiquis, in ea parte qua iecur ſepto tranſuerſo committitur. Sæpe tamen vidimus arterias in vulneribus ſectas, quas aſſolidare erat difficile: adhibuimus tamen medicamentum ex aloë,manna thuris,pilis leporis, & albo oui, cum Gale. Quòd ſi aliter aſſolidari vulnus nequeat,totam arteriam per tranſuerſum ſecamus,ut ſit vt ſingulæ partes contrahantur, & vt in parte interiecta caro accreſcat,quæ ſanguinis fluxum cohibeat.

Aneuriſma.

Sang. miſſ. quadam circunſtant.

Neqoe prætermittenda videntur in hoc loco quædam in ſang.miſſ.conſideratione digna, quæ præparant ad ipſam,aut interim dum ſanguis fluit,obſeruanda ſunt,aut poſt venæ clauſuram,quæ omnia ſang.miſſ. circunſtant. Sunt enim quæ ſangu.miſſ.quandoque remorantur,quandoque in totum ipſam impediūt, non magno vrgente vſu. De quorum numero ſunt ventris excrementa,aut ciborum cruditas: interim enim dum aliquod horum adeſt, neque repentina aliqua occaſio ſe offert, vt caſus,aut ictus,aut venæ ruptio,decet primùm ventrem exooerare,aut ſponte,aot clyſteri adhibito,ex maluarum decocto, additis oleo & ſale,aut melle quoque ſi pituitam detergere volueris:hoc etenim eſt communiſſimum clyſtere:aut glandem ſuppones. Quòd ſi hoc prætermiſeris,periculum eſt,ne fęcis pars liquida ſugatur, & per venas meſeraicas in iecur deducatur. Ciborum quoque coctionem eadem ratione ſpectare oportet,non magno vrgente vſu,ne pariter intempeſtiuè per venas deducatur. Nonnunquam tameo ipſum vomere præcipimus,ob neceſſitatem imminentem,aut immiſſis digitis in os,aut bibito aceto mulſo cum decoctione radiculæ, aut etiam bibendam caſiam fiſtulam præbemus,aut pronotum carnem cum ſaccaro,vt ventrem leniendo mondemus. Suor etiam nonnulli quibus ſanguinem mittere non decet,quoniam bilioſi humores in ventriculum confluunt. Quod oſtendit eorumdem vomitus,qui tunc adeſt,aut adeſſe ſolet,& morſus oris ventris,in quibus ante ſang.miſſ.opus eſt bilem vomere prædicto modo,aut ipſam per inferiora facilè moouere,& curſum cohibere,adhibita mica panis infuſa in ſucco vuæ acerbæ,aut mali punici,aot cotonei mali,aut aranxij,aot limonum,aut in ſyrupo ex limonum ſucco,deinde ſanguinem mittere. Sed

Sang miſſ. remorantia

ſunt qui patiuntur imbecillitatem oris, veotriculi, quibus ſubuenitur, eiſdem adhibitis, ſi ob calorem laborat: ſi verò ob frigiditatem ſyrupum de mentha compoſitum. Solent hi enim facilè animo linquere, niſi prouideatur. Quòd ſi pituita in ventre adſuerit, ipſam aceto mulſo detergemos, aut etiam clyſtere, qui hieram picram recipiat, aut benedictam appellatam. Quòd ſi crudi humotes io corpore reduodaot, ac timetot ne infarciantot, & minimè ſecta vena educi poſſint, aut aceto mulſo adhibito, aot etiam addita decoctione origani, aut hyſſopi, aut radicum apij, præparabuntur.

Situs patientis ad ſangu. mittendum.

Cùm verò his omnibus preuiſum fuerit, is cui ſanguis mitti debet, ſedeat parum decumbens, ſed erecto capite, ſuper puluinaria: ſtantes enim, ac ſedentes appenſis viſceribos, ſæpius animo linquunt, deinde brachij, aut crutis, aut manus, aut pedis ea pats, cui ſcalpellum adhibendum, fricanda eſt, vt ſangois ad ipſam trahatut, & paulò ſupra locum ſecandom, validius vinculum admouendum, idque comprimendum magis in quibos multa carne, aut pinguedine vena opprimitur, vt vena tendatur: nec fugiat manum ſecantis, atqoe vt deinde ſanguis maiori impetu exiliat. Quòd ſi venæ tenuiores fuerint, quales ſunt in malleolis, pedibos, & manibus, aqua calida non valde ſuperfundenda, vt cutis ac caro molleſcant, & venæ cunſpicuæ fiant, & deinde apertæ ſerueotur interim dum ſanguinem fluere volumus, atque tunc quoque paulò ſupra locom ſectioni deputatum ligare pręcipimus. Collum etiam faſcia modicè comprimimus, cùm venam frontis, aut eas quæ ſub linguis ſunt, ſecare volumus. Habeat miniſter acutiſſimum ſcalpellum, atque id anceps, ſitque is peritus ſecandi venas vtraque manu: oam vena dextri brachij probè ſecatur manu dextra, & vena quæ in ſiniſtro, ſiniſtra manu. Quòd ſi is cui ſaoguis mitti debet, timidus fuerit, conuerſa in aliam partem facie eius animus in diuerſa diſtrahatur ab aſſiſtentibus, conſabulationibus, adigétque miniſter ſcalpellom interim ſenſim, animaduertens, ne aut ſubiectam atteriam, qooniam & hæc ligata non pulſat, aut neruum, aut tendonem vuloeret, & ne partem alteram venæ loco ſecet, prius locum ſectionis & venam ſubiectam iodice tangens, vt certior fiat. Ne tamen vena ſcalpellom ſubterfugiat, miniſter altera manu ſcalpellum teneat, alterius verò pollicem applicet ſecandæ venæ quo ipſam premendo firmet, venæ præterea ſectio in articulis ſi per venæ longitudinem fiat, tardiùs coaleſcit: qoapropter non erit exercenda, ſed potius per tranſuerſum, niſi velis iteratò ab eo loco ſanguinem mittere, venæ tamen quæ in fronte, manibot, & pedibus ſecantur, ſecundum longitudioem ſectæ cualeſcoot citius.

Sanguine non facilè exeunte quid agendum.

Cùm autem ſanguis educendus craſſus fuerit, vt in melancholicis, & in quibus pituita abundat, maiori opos erit vulnete, vt ſanguis liberè manet: in reliquis minori, nunquam tamen adeò paruom ſit, vt anguſtia ſanguinis impetum compeſcat. Quòd ſi liberè fluat, permittendus eſt tandiu fluete, douec abundantia dempta ſit, vbi vires id ferte poſſint, oeque aliqoid obſit eorum, quæ diximus præcipere repetitam venæ ſectionem.

Vires qua reparant.

Si verò antè quàm commoda quantitas ſanguinis edocta fuerit, ægri vires deficere videantur, aut propè animo linquere, facies aqua frigida irrotanda, aut vino albo odorato abluenda, aut claudenda ioterim vena, & recreandæ vires erunt, adhibito condito diacitron, aot pomo odorato, quod nos anethinom appellamus, melle aut ſaccaro condito, aot etiam iore carnis, & odoratis naribus admotis. Iotelliges tamen deficere vires, ſi color faciei palleſcat, ſi tinnitum ſentiat in auribus, ſi impetus exeūtis ſanguinis collabatur, ſi caliginoſi fiaot oculi, ſi ſuperueniant oſcitatiooes, ſi caput firmate non valeat, ſi manus contremiſcant, aut decidant, ſi pulſus minor, obſcurus, & inæqualis, ac inordinatus fiat: tonc itaque venam claudere, & vires modo dicto reuocare decet.

Vires deficere quæ indicant.

Quòd ſi viribos adhuc conſtantib. ſangoinis fluxus flacceſcat, aut ſioe impetu guttatim manet, aut vulnus ampliandum, ſi anguſtum fuerit, aut vulnus catnis, vulneri venæ coaptandum, ita vt ſibi è directo reſpondeant: nam ſolet ſæpe caro ſuperpooi volneri venæ, & curſum ſanguiois impedire, aot ligatura, qoam ſciſſa vena ſtatim laxauit miniſter, iterum premenda, manomq; totam paticos comprimat, atqoe diſtendat, iodicem digitum ac medium pollici ſæpe iungens, ac ſeparans: interim quoque ſpiratiooem validè coorioeat, deinde impetu & violentia efflet, aut vocem mittat: hæc enim poterunt ſangoinem impetu protrudere.

A ſangu. miſſio. quid agendum.

Poſtquàm verò ſanguis effluxetit pro motbi & virium ratione, vinculum ſoluatut, vulneris ſanguia exprimatur, ne ibidem potreſcat, & vuloeris agglutinationem impediat, deinde frigida volnos abluatur, & linteo obſignetur. Si tamen in animo ſoerit iterum ab eodem loco ſangu. mittere, oleo vulnua liniatur: linteolum verò faſcia ligetur modica compreſſione, deinde patient ſuper dotſum cubet, niſi quidpiam impediat. Cibos verò non accipiet niſi hora integra tranſacta, & quandoque duabus, atque tunc cibos minori quantitate accipiet, ne crudi in corporis ambitum deferantor, autore Galen. lib. 4. de Sanit. tuend. Non tamen interim dormiet, ſed paulò à cibo. Attendant aotem adſtantes ne ſuper vulnus cubet, aut membtorum commotione ligatura ſoluatur, ne inde ſanguinis fluxus fiat: viſi etenim ſunt inter dormiendum fluente ex ſoluto vulnere ſanguine, mortui, quidam verò repentè excitati animo linquentes, ex nimia euacuatioue ſanguiuis, difficilè reparati.

Cucurbitula,

Cucurbitularum vſus.

CVCVRBITVLAS admouemos aut reuolſionit, aut deriuationis, aut euacuationis rationę: reuellit ſiquidem ſanguinem è naribus fluentem, cucurbita hypochondrio è directo reſpondenti affixa, & immodicum mẽſium profluuium ſupprimit magna cucurbitula radici mammarū affixa, & vterum procidentem reoocat cucurbitula iuxta vmbilicum admota. Deriuationis verò atque euacuatioois gratia non admouentor, niſi corpore prius vacuato, ſed tonc cùm bumores aliqua parte caput obſederunt, pats quoque influit, cucurbitulas admouentes ceruici, & deinde ſpatulis, quandoque etiam naribus, ac pro multitudioe eadem ſcarificamus, aut ſine ſcarificatione eiſdem vtimur. Nam ſi vires non adeò validæ fuerint, vt ſangu. miſſio. ferant, & opus ſit aliqua euacuatione, cucurbitulis cum ſcarificatione vtimut, prius eas patti affigentes, deiode eam partem ſcalpello multis in locis cute tenus ſecantes, rurſus cucurbitulam loco admouemus, & ſang. educimus. Quod facimus ſæpe parti patienti eas admooentes, nunquam tamen ante corporis euacuationem, ne moltus homot in partem ducatur, validè namque ſudant, atque perinde ſcirrhoſis inflammationibus eas admouemus cum ſcarificatione, & flatus diſcutiendi gratia: proſunt enim incantationis modo autore Galeno, & tomoribus flatuoſi. Sic etiam vbi ex intimis ad extimas pattes humorem aut flatum traducere volumus, id facimus in morbis lateralibus, qui fiunt inter coſtas ſine febre potiſſimum,

tiſſimum,& pauco humore præſente, & in coxendicum doloribus.

Scarificatio.

Scarificationis vſus.

SCARIFICATIONE præterea ſanguinem ducimus teuellentes,vbi humorem renuem non multum diſtrahere volumus,ſic etiam ex vniuerſo corpore qoandoque vacuamus, vti in pueris,vbi continentibus febribus laborant, crura & quandoque brachia ſcarificare præcipimus: quoniam ſanguis ipſorum tenuis eſt, & ſpiritus effluxū prohibemus, atque virium diſſolutionem, ſcarificamus quoque partes ſcitrhoſas, & partes veneno extrinſeco affectas,& inflāmationes veneficas, crura etiam quandoque ſcarificamus teuellentes à capite,aut menſes prouocare volentes. Sic etiam & ſuppreſſis hæmorrhoidibus,ſic & partes conuulſas & partes quæ rubra macula inficiuntur:prętetea antiqua vlcera ſcarificare præceptum eſt,quibus quandoque applicamus ſanguiſſugas parte prius perfricta ſale,aut ſcalpta,ita vt rubeat:quòd ſi opus fuerit ſanguine partem linies,& ſanguiſſugarum ſordem ſpongia mundabis.

Sanguiſſuga.

Sint autem ſanguiſſugæ per diem ante captæ, & pauco ſanguine altæ, ſed interim in aqua dulci ac pura ſeruentur,& per arundinem,aut fiſtulam in partem demittantur, ne ſanas partes attingant, & offendant. Hæc autem fieri oportet vbi expreſſæ prius virus euomuerint, earum dorſa viridia ſint, ſed ventres rubeant. Eligantur ex fluentibus, & mundis aquis non nigræ,nec lanuginem habentes. Cùm verò opus fuerit,ipſas ſemouebis, ſale inſperſo;aut cinere. Ne tamen virus ibidem relinquatur, cucurbitula apposita excrementa purgentur. Quòd ſi ſanguis,anaſtomoſi facta,immodicè fluxerit,quod fieri ſolet duabus horis tranſactis, puluis roſæ, aut gallæ combuſtæ parti inſpergatur. Has ſæpius ano admouemus in melancholicis morbis ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus.

De Purgatione.

CAPVT III.

QVemadmodum in plethora ſanguinem mittendum eſſe in præcedenti cap. docuimus, ita modò in cacochymia purgationē conuenire aſſerimus, quæ prauorum ſuccorum redundātia eſt:quandoque tamen fit, vt plethoræ cacochymia adiuncta ſit,veluti in ea plethora quæ ad vires cenſetur:in ea etenim paulò pòſt ſucci putreſcunt,non probè à natura gubernati. Quandoque etiam fit vt ſimul ſanguine abundante,ſucci praui aliqua ratione accreſcant,atque in plethora quoad vaſorum capacitatem tranſpiratione prohibita,putredo & humorum corruptio oritur. Ad quem modum ex febribus continentibus ſine putredine, fiunt continentes cum putredine,in quibus nonnihil ſanguinis in flauam tranſit bilem, & temporis proceſſu, pars quædam in melancholiam. Omnibus his ſang. miſſ. atque purgatio conueniunt,niſi imbecilla fuerit facultas,aut cum multis prauis ſuccis ſanguis bonus fuerit paucus.his enim ſola purgatio conuenit, & languidis, per epitaſim dictam. Vbi igitur plethora cacochymiam adiūctam habuerit,vti ſanguine multo creſcente,ſimul cum aliquo ſucco corrupto,ac deprauato, aut veluti in plethora quoad vires perſeuerante,aut in febribus cōtinentibus cū putredine,ſanguinem mittere ac purgare conuenit. Sed an ſangu.miſſ.præcedere debeat purgationem, aut ipſam ſequi, nondum explicuimus: quidam enim à purgatione incipiendum volunt:nam ſi redundante bile ſimul cum ſanguine,quis ſanguinem miſerit in corpore relicta bile,periculum eſt ne bilis efferueſcat & acrior multò reddatur:ſic etiam admixta pituita ſi ſanguis ducatur,pituita refrigerabitur valde,& coctioni inepta redderur. Eſt enim ſanguis temperatiſſimus humor,& qui aliorum extremas qualitates moderatur. Præterea inquiunt, purgatio magis corpus turbat,quàm ſang.miſſ.facilius autem eſt poſt magnam turbationē, ferre paruam, hoc eſt poſt purgationem ferre ſang. miſſio. quàm poſt paruam,quadātenus languēte natura,magnam ferre:at verò hæc nihil omnino cōueniunt. Sed tum antiquorum ſententia, tum etiam ratione conſtat, ſangu.miſſ. anteponendam, deinde poſtremo loco purgationem exercendam:lib. namque 2. de Sanit. tuen. Galen. docet quid agendum ſit,vbi ſanguis in corpore redundanerit,& aliquis ſuccus qui nō multum à ſanguinis natura receſſerit:quid etiam vbi is valde à ſanguine receſſerit. Atque inquit:inſpicere oportet & quantitatem,vt, verbi gratia, ſi ſanguis bonus exiguus ſit,reliquus verò ſuccus plurimus, vtique in his abſtinendum a detractione ſanguinis eſt:ſin is quidem exiguus,ſang. verò copioſus,audacter incidenda vena eſt,deinde deiicere, vt dictum eſt,aluum oportet. lib. quoque 6. de Mot. popu. 1. par. comm. 7. de ſangu.miſ. & purgatione loquens, inquit: Si verò auxilio vtroque homo ipſe indiguerit,quòd à ſang.miſſ.incipiendum ſit, neminem latet. Aetius quoque lib. 2. ſerm. 1. cap. 100. de corporis affectibus loquens,in quibus vtrumque conuenit auxilium,inquit: Ambobus autem concurrentibus, vtriſque euacuationibus vtendum eſt,primùm venæ ſectione,poſtea purgatione. Paulus libro ſecundo,cap. 40. eandem omnino ſcribit ſententiam. Sed tamen auctor libri de renum affectus dignotione & medicatione,non tantùm idem aſſeruit,ſed cauſam adiunxit. Nam ſi ſangu.miſſ.præcedat, purgans medicamentum deinde ſequens facilè venas peruadet,& per ea ſpatia faciliùs humor educendus mouebitur.

An phlebotomia præcedere debeat purgationem.

Nota.

Quòd ſi corpore pleno medicamentum expurgans adhibueris,non poterit in corpus deferri,& aut nihil aget,aut male. Quæ verò contrarium ſentientes in ſuæ opinionis confirmationem adducunt, non obſtant. Primùm quidem cùm bilis ſanguini mixta eſt,ſang. miſſione nonnihil ipſius ducitur,& reliquum admixtum manens à reliquo ſanguine moderatur, & bilis feruor ſupprimitur, aut pituita incaleſcit ſanguinis relicti calore,quos duos humores paulò pòſt medicus medicamento adhibito vacuabit. Nam ſi ſanguis paucus foret,& aliorum humorum copia multa, ita vt periclitetur patiens in nimium feruorem bilis, aut nimiam refrigerationem pituitæ incidere, veritū eſſet ei ſangu. mittere,nihil igitur mali fiet, etſi ſanguis mittatur primùm,vbi vtroque auxilio opus fuerit. Quod verò dicunt à labore magno faciliùs ferre naturam paruum laborem,quàm à paruo magnum, fortè id verum eſſet,niſi alia ratione peccaretur:vt enim diximus, ſi pleno corpore medicamentum purgans adhibeatur, aut non operabitur, nec venas peruadet,aut id quidem male:labor igitur magnus,& noxa manifeſta ſequitur purgato prius corpore:commodum verò ex vtroque auxilio, vbi ſang. miſſ anteecedat. Quòd ſi aut cacochymia ſola adfuerit,aut cum plethora coniuncta (ſed iam dempta plethora) ſang. miſſio pro humoris peccātis natura & diſpoſitione, ac quantitate, medicamentum expurgans adhibendum,quamuis cacochymia exiſtente in renibus vrinam mouere quandoque tutum ſit, ſic

etiam vbi in jecoris gibba conſiſtat parte,& in venis ſi fuerint ſeroſi humores non admodum multi, atque ſi cacochymia in poſtremis conſiſtat venis,expediet ſudorem mouere,aut inſenſibili diſſectione humorem abſumere. Verùm in ſimis iecoris partibus exiſtente cacochymia, aut in venis meſeraicis, aut in ventriculo,& inteſtinis,leuibus medicamentis redundantiã illam dememus,quæ ſolam leniendi ventrem vim habeant,aut parum admodum trahant,vti rhabarbarum,aloë, & caſia fiſtula.Si tamẽ in venis cacochymia non contemnenda conſiſtat, validioribus opus erit medicamentis, quæ propriè expurgantia appellantur,& quæ humorem familiaritate ſubſtantiæ ducant,quibus hac eadem ratione medici antiqui vſi ſunt in expurgandis corporibus. Atque ea ratione Galen.lib. 2. Aphoriſ. comment.

Vacuatio quid.

17.dixit:Quòd autem euacuationem Hippocr.ſimpliciter dicere conſueuerit,quando humores æqualiter vacuantur, purgationem verò quando praua affecti qualitate,meminiſſe oportet. Vult itaque vacuationem ad quantitatem referri,purgationem ad qualitatem:ſed ampla voce vacuatio ipſam purgationem amplectitur,quoniam lib. 5.Apho.comm.2.

Purgatio quid.

inquit : Eſt autem purgatio humorum qui ſua qualitate moleſtant euacuatio.Sed rurſus lib.2.progno. comment. 14. vtriuſque vocis ſignificationes proprias explicat,dicens : Porrò vacuationem appello propriæ materiæ , vbi quantitate exuperet, purgationem verò alienæ per qualitatem. Quemadmodum igitur ſangu.miſſ.redundantiæ humorũ quantitate peccantium debetur, ita purgatio qualitati, quoniam natura,aut ars, vi medicamenti, humorem vitioſum & peccantem, non quantitate tantùm vacuare conatur,ac perinde Hippocrat. dixit: Deiectiones non multitudine ſunt conſiderandæ, ſed ſi talia deiiciantur qualia oportet,& æger facilè toleret.Cùm etiam aut ſponte,aut arte humor aliquis à corpore purgatur,qualitatem eius quod purgatur aduertere oportet.Nam ſi tale purgetur,quale purgari debet,confert, & bene fertur. Medicus quoque ſimiles euacuationes tentare tenetur,& eorum quæ à corpore ducuntur qualitatem tenere debet:nam ſi humor qui medicamento ducitur, talis fuerit,qualis eſſe debet,& conferet,& bene feretur. Conſiderare quoque oportet, antequam medicamentum purgans adhibeatur, cuius naturæ fuerit humor qui in corpore abundat, vt medicamentum adhibeamus, quod humoris qualitatem reſpiciat.

Humoris purgandi qualitas inſpicienda.

Non eſt autem caliditas aut frigiditas quæ purgatur,ſed an calidus an frigidus humor ſit, inſpicere oportet.Neque etiam per quale,quod Hippocr. atque Galen.dixerunt, humoris ſpeciem tantummodo intellexere,ſed verè vti 2.lib. prognoſt.in annotationibus noſtris diximus,quale,multa dicit, quæ omnia vna voce comprehenduntur: non enim bonam purgationem exiſtimare decet in bilioſis morbis,ſi bilis purgatur,quãuis de ſpecie humoris peccantis ſit:ſed ſi omnẽ conditionem ad bonam purgationem neceſſariam ſeruauerit:de conditionibus verò purgationis bonæ eſt coctio. Quamobrem in voce,quale, coctionem comprehendi dixit Galen. lib. 1.de Ratione vict.acutorum,comment.23.exponens namque verba Hippocr.qui dixerat,Et quæ à pulmone expuuntur,talia ſunt,qualia eſſe oportet, inquit,Nempe verba hæc, qualia eſſe oportet, coctionis habent notas. Dicemus itaque qualitatem, omnem conditionem eorum quæ purgantur,comprehendere,ita vt medicus conſiderans, an purgatio ſit futura ex vſu humoris euacuandi,aut qui iam euacuatur,contemplari debet calorem aut frigiditatem,colorem,ſubſtantiam,& ex his ſpeciem, deinde an coctus, an crudus purgetur. Purgationem tamen cacochymiæ adhibebit per medicamẽta quæ humorem eum qui cacochymiam efficit,familiaritate ſubſtantiæ educat, ſunt autem humores cacochymiam inferentes, bilis, pituita, melancholia,& aquoſi aut ſeroſi ſucci. Bilis verò multarum ſpecierum:nam aut eſt flaua,aut pallida,aut porracea, aut æruginea,& pituita quædam eſt cruda,quædam ſalſa,quædam acida,quædam dulcis.Melãcholia quædam eſt ſanguinis fæx,quædam vſtione genita,quædam atra bilis exquiſita. Seroſi humores tenues & aquoſi ſunt.

Cacochymiã qui humores efficiunt.

Humorum redundantium ſigna.

Bilis redundantia agnoſcitur in morbis ex morbi natura,veluti quod tertiana eſt,aut tertiò acceſſiones efficit. In omnibus verò ex colore corporis pallido,& quandoque viridi,ex ætate patientis iuuenili,calida ac ſicca corporis temperatura,ex anni tempore æſtiuo,cui accedunt regio,& aër ambiens calidus,& victus calidus,ac ſiccus præcedens; & vigiliæ,& motus,& inedia,& quòd ſimilibus paſſionibus affici ſoleat,aut aliàs ſimilis humor augeri in eo corpore aſſueuerit. Quòd ſi quippiam eius à corpore excernatur,id maximè eius quod remanet naturam docebit.Sic & ex tumoribus,ſiue puſtulis, & ea natura doloris mordentis,ſi is adfuerit. Pituitam agnoſces (ſi morbus adeſt ex quotidianis acceſſionibus)ex colore corporis albicante aut plumbeo,ex ætate ſenili, temperatura corporis frigida, regione,& temporis conſtitutione ſimili, atque victu,otio, ſomno, ſputo multo, ſenſus torpore, & quòd ſimilis humor in eo corpore augeri ſoleat, & tumorib.laxis doloris expertibus, & ea his quæ excernuntur,ea quibus non tantùm genus, ſed etiam ſpeciem agnoſcimus. Melancholiæ notæ ſunt (vbi morbus adfuerit acceſſionum ordo) color corporis ad nigredinem tendens, tempus autumni, ætas calida & ſicca, ſicuti & temperatura talis, & anni tempus: hæc enim aduſtione generant melancholiam,conducit non parum victus præcedens ea alimentis melancholiam acceruantibus, & ſuppreſſio euacuationis melancholici humoris aſſueta, & ſi quid tale aliquando vacuetur, agnoſcenda natura, & dolores atque tumores à melancholia,è quorum numero ſunt ſcirrhi & cancri. Seroſos humores oſtendit vrina tenuis,aquoſa,& ſudor multus,circa acceſſionis finem,& victus præcedens ea alimentis frigidis & aquoſis,vti melonibus, moris, prunis,& ſimilibus,ac multo potu. Hos humores euacuamus, aut præuiſionis, aut curationis ratione. Præuidere purgatione docuit Hippocrat. 6. Sect: Aphoriſ.47.

Purgantia medicamenta quibus conueniunt.

Quibus purgatio (inquit) cum medicamento conuenit,hos vere purgare oportet: vbi igitur aut podagra,aut articularis morbus,aut ſcabies, aut cutis infectiones,impetigines & lepræ ſperantur,ineunte vere purgare conueniet, ſicuti & cùm morbi iidem adfuerint, ſemper cacochymiæ ſpecie ex prædictis præcognita.Sanis autem purgantia adhibere medicamenta, quibus cacochymia non adeſt, omnino vetitum eſt,dicente Hippoc.Aphor.36.Sect.2. Qui ſanitate corporis fruuntur,medicamenta purgantia ſumentes,celeriter debilitantur,& qui prauo vtuntur cibo.& 4.Sect.Aphor.16. inquit : Carnes ſanas habentibus elleborus periculoſus, facit enim conuulſionem.Sani itaque cùm purgantur, vertigines & tormina patiuntur: cùmque humorem educendum medicamentum non inueniat, carnes & ſanguinem colliquat, & vniuerſum corpus exurit, & vires labefactat. Quantum igitur ad corporis affectus attinet,purgantia medicamenta eis tantùm adhiberi debent,qui cacochymiam patiuntur,ſiue per

Purgatio quibus non conuenit.

cam

Digitized by Google

cam actu ægrotent, ſiue morbos futuros ſperent, dum tamen vires conſtent, & humores, & corpora parata fuerint. Ex corporibus verò multa ſunt, quæ quamuis cacochymia laborent, non ſunt purganda, veluti quæ admodum pinguia ſunt, & quæ admodum gracilia, & corpora quæ ſæpe delinquunt animo, & tardiùs reuocãtur, & qui ob leues cauſas vomunt: nam graciles & facilè vomentes per ſuperiora purgare conuenit, & quibus aluus admodum adſtricta eſt, & fœminæ quibus menſes validè profluunt, & in acutis morbis rarò & inter initia, ſic etiã purgandi non ſunt, qui ventris inflationes ſentiunt, aut in eiſdem partibus inflammationem, aut vehementem ardorem. De dyſentericis tamen, & pueris, & vtero gerentibus, in conſequentibus dicemus, vt omnes corporis diſpoſitiones, in quibus purgare conuenit, atque eas, in quibus à purgatione abſtinere decet, percurramus. In dyſenteria itaque maior pars medicorũ noſtri temporis medicamenta expurgantia adhibet: quidam electuarium de ſucco roſarum, aut aliquod ſimile medicamẽtum, quidam rhabarbarum tantummodo, atque ex ipſis quidam ipſum torrefaciunt prius. Ex quibus omnibus priores, qui medicamenta expurgantia adhibent, omnino ignorare videntur methodum curatiuam dyſentericis conuenientem, & antiquorum placita. Eſt etenim dyſenteria vlcus inteſtinorũ, aut fluxus ventris cruentus cum inteſtinorum vlcere. At verò vlcus omne dum nondum eſt ſordidũ aſſolidatione eget, & cicatricis obductione, dum verò ſordidum, primùm deterſione, ac mundificatione, deinde aſſolidatione, ac cicatricis obductione, ſi cutis pars amiſſa fuerit. Id igitur in dyſenteria agendum. Vlcus mundificandum primò, ſi ſordidum fuerit, deinde obducenda cicatrix. Primo loco medicamenta detergentia ſunt ex vſu, vti aqua mulſa: ſecundo loco quæ adſtringunt & exſiccant, è quorum numero ſunt, quæ acerbam, & auſteram habent facultatem. Quoniam verò id vlcus coniunctum habet prauum aliquod ſymptoma magna ex parte (nempe fluxionem) ipſam cohibere decet, tum his quæ in partem aliam reuellunt, aut deriuant humorem, tum his quę partem roborant. Reuellunt quæ vomitũ cient, & quæ ſudorem eliciunt: deriuant autem quæ mouent vrinam, aut fœminarum menſes. Ab omnibus tamen his quæ methodo curant dyſenteriam, alieniſſima ſunt purgantia medicamenta, quoniam ad partem laborantem humorũ impetum ex toto corpore deducunt, & inteſtina calefaciunt, & irritant, & vlcera maiora faciunt, excedendi vi, qua caloris & ſiccitatis ratione pollent: quapropter nihil tale adhibendum eſſe res ipſa admonet: quod antiquorum ſententiæ comprobant. Galenus namque lib. 13. de Method. meden. inquit: Longiſſimè à tentata parte fluxione auellere, non ad ipſam trahere oportet. & lib. 1. de Arte curat. ad Glauc. inquit: Sed neque ſi cum diarrhæa febris adfuerit opus eſt alia euacuatione, etiam ſi hæc non reſpõdeat multitudini. Prohibet igitur purgationem, vbi inteſtina fluxione tentantur, ſicuti & vbi fluxus ventris adfuerit, ne ad partem laborãtem humorẽs trahamus. Paulus quoque lib. 3. cap. 42. his medicamentis vti præcipit quę aliis fluxionibus ſiſtendis proſunt. Celſus item prohibet quæ vlcus proritare poſſunt. Aëtius tamen lib. 3. cap. 23. numerans eos qui purgationi ſunt inepti, inquit: Et qui dyſenteria & cœliaca affectione facilè corripiuntur. Quòd ſi is qui paratus eſt incidere in dyſenteriam non fert purgationem, minimè ipſam feret, qui iam in eum incidit morbum: at verò in fluxu ventris cõcedit purgationem, vbi humor aliquis inteſtinis hæreat, qui eadem irritet ac mordeat: eo enim ablato ceſſabit fluxus. Hoc tamen non ſatis tutũ eſt, vt Gal. lib. 1. de Arte curat. ad Glauc. obſeruauit: vbi in fluxu ventris denegat purgationem, deceret potiùs humorem in partem aliam conuertere, & eum qui inteſtinis hæret abluere clyſteribus, aut potionibus, & deinde inteſtina, ne alium ſuſciperent, roborare. Neque etiam rhabarbarum dyſentericis exhiberem, neque toſtum denegarem: fallitur enim qui putat, rhabarbarum toſtum vim aliquam habere purgandi, qua poſſit dyſentericis nocere, adſtringit enim valde, quamuis rhabarbarum ſit: eſt etenim toſtum rhabarbarum. Et quemadmodum beta, elixa bis, nullam vim habet proritandi ventrem, ita neq; rhabarbarum toſtum. Pueris tamen medicamenta expurgantia adhibenda non ſunt, niſi magno vrgente vſu, & magna cacochymia præſente, aut vbi morbus aliquis magnus inuadat, à nimia redundantia alicuius praui ſucci: quoniam inſitam habent ſibi peculiarem euacuationem, quæ fit per cutis poros. Quin & in hoc corporis affectu, ſi puer adhuc lactẽs fuerit, nutricẽ oportet bibere medicamentum aliquod purgans: vti Hippocr. lib. 6. de Mor. popularib. par. 6. docuit dicens: Mulier aut capra elaterium, aut cucumerem agreſtem deuorantes, pueris purgatio. Huius ſententiæ ratio eſt, quoniam infantes ea medicamenta non ferunt: & quoniam lac contrahit eorum vires. Ego quidem nutrici ſanæ nullum tale medicamentum bibendum darem (ſana enim corpora difficilè ferunt purgationes, quæ apud Hippoc. erant in vſu) ſed rhabarbarum aut myrobalanorũ expreſſionem: infanti autem, quod Paulus lib. 1. cap. 6. At ſi venter (inquit) ipſius non reſpondeat, tunc mel cibo infuſum ſimul coquere oportet: ſi neque ſic quidem deſcenderit, terẽbinthinæ inſtar ciceris iniicies. Nos etiam eiſdem præbemus mannæ parum in iure pulli, & aquam mulſam parum dilutam, aut roſarũ mel de roſis Alexandrinis. De purgatione ſenũ infrà dicemus. Poſt ſecundum autem ætatis annum, vſque in decimum, eiſdem exhibeo caſiam fiſtulam, aut mannam, aut rhabarbarum, aut elect. diaprunis ſimplex, aut diacatholicon. Poſt decimum verò hæc eadem, atque electuarium diaphœnicon, vbi craſſiores fuerint peccantes humores, & agaricum. Vtero gerentes quibuſdam menſibus purgari permittit Hippo. Aphor. 1. ſect. 4. dicens: Vtero gerentes medicamento purgante euacuãdæ ſunt 4. menſe & vſque ad 7. ſed minus hæ: iuniores autem fœtus, ac ſeniores vereri oportet. Quo in loco duo nos docuit Hippocr. alterum eſt in quo corporis affectu vtero gerentes purgandæ ſint, alterũ quo fœtationis tempore. Corporis affectus eſt, cùm materia turget, intelligendum in acutis morbis; nam citra morbum purgandę non ſunt, neque in morbo miti, & in quo humor parti affixus ſit: illis autem quibus per acutos morbos humores turgent, hoc eſt, agitantur, & per corpus inordinatè mouentur, medicamentũ expurgans adhibendum eſt, quod ſimilitudine ſubſtantiæ humorem trahat expurgandum vomitu, aut fluxu ventris. De quorum numero ſunt ſcammonij ſuccus, colocynthis, & turbit, turpetũ appellatum, atque agaricus: verùm hæc medicamenta non omni fœtationis tempore dari permittit Hippocr. ſed tribus totius fœtationis menſibus mediis, nempe 4. & vſque ad 7. ac ſi dixiſſet 4. & 5. & 6. non tamen 7. hunc enim cum duobus ſequentibus excludit, atque tres alios priores. Nam cùm medicamenta expurgantia ſint de natura venenorum, & vehementer moueant corpus, & agitent, tribus primis menſibus

Dyſenterici an purgandi ſint.

Fallitur meo quidem iudicio A Vega, dum putat nullã omnino purgationem deberi dyſentericis, nam experientia quotidiana nos docet dyſentericos multos curari conuenienti purgatione adhibita dũ vires cõſtãt, & vbi ipſorũ affectus ab humoribus mixtis & ſalſis proficiſcitur.

Puerorum purgatio.

Vtero gerentes an purganda ſint.

S 4

Digitized by Google

ſibus aborſus timetur,ob acetabulorum mollitudinem,& tribus poſtremis : quoniam nimia grauitate eadem diſtumpet fœtus , ſuperueniente à medicamento agitatione. Sed tamen minùs conuenire vult Hippocr.purgationem eis quæ 7. menſi prope accedunt, quàm eis quæ propè ad 3.7.namque menſe multis pariendi tempus adeſt. Nec tamen à 4. vſq; ad 7.purgantia medicamenta ſine periculo adhibentur,nec aliàs quàm magno vrgente vſu,& humore turgente. Adhibemus autem ea,maius malum vitare volentes. Si enim fœmina ab acuto morbo enaſcerit,ſpes habetur ſalutis infantis. Quòd ſi mater pereat, ambos perire neceſſe eſt. Dices fortè id mali non eſſe committendum vt inde bonum eueniat. Reſpondemus, malum omne à morbo imminere , vti matris & fœtus mors , medicum verò id tentare, vt alter aut ambo liberentur:optimè verò id aſſequetur liberata matre,neutrum autem ex artis documentis ſpectant,matre omni auxilio deſtituta. Verùm quid agendum ſit , vbi acuto morbo deprehenſa fuerit vtero gerens , ante 4.aut poſt 6. menſem dicemus: vbi ipſa probè purgetur,opus naturæ permittendum. Si verò venter adſtringatur, clyſteres infundemus ex maluarum decocto,aut iure inteſtinorum,& pedum veruecis , additis melle & oleo. Quòd ſi hoc non ſatisfaciat, ſed morbi magnitudo & periculū immineant,caſiam fiſtulam ſoſeo propinare, aut mannam , aut medicamen diaprunis ſimplex , aut diacatholicon , & quandoque rhabarbari ℥.j.aut ℥.j.ſemis.Quod ſæpe ſine damno vtero gerentium,aut fœtuum experti ſumus,ſecundo & tertio menſe,& octano,frequentiùs verò mediis ipſis menſibus,quibus aquam mulſam prius bibendam damus. Ad purgationem verò vires conſtare oportet ; quoniam purgantia medicamenta vires frangunt,& vniuerſum corpus turbant, atque venenoſa natura lædunt. Cæterùm minus conſtantes exiguntur,quàm ad mittendum ſanguinem. Audio quoſdam ſic rem abſoluere, magis conſtans facult.ea igitur ad ſangu.miſſ.ſed nobis magis conſtare debere de eius conſtantia ac firmitudine ad purgationem,ac ſi liceret medico ſangu.mit.dum vires conſtarent,& nondum ei conſtaret:aut fortè expediret aliquando ſummam adhibere diligentiam in examinandis viribus,& aliàs non eſſe opus.Nos ſanè nunquam non adhibemus totam artem,totáſque vires,neque aut ſang.miſ.aut purgationem,ſine virium ſummo examine temerè tentamus. Præterea fieri nequit vt vires ſint validiores,& minus id nobis conſtet:nam qui ſunt validiores , actiones tales producunt à quibus earum,quàm aliarum conſtantia nobis magis innoteſcet,non igitur quorum vires minùs conſtant , nobis magis conſtabunt. Sed quid in nugis confutandis toties moror? Quòd ſi vires integræ fuerint,& reliqua conſentiant,vti humorum diſpoſitio,atque corporum,& quæ attinent ad regionem & cœli ſtatum, purgans medicamentum adhibendum erit,quod totum humorem peccantē ducat,diligenti coniectura prius habita quantitatis humorum.Sed ſi facultas valde languet, roboranda interim eſt antequam medicamentum adhibeamus.Quòd ſi neque roborari poſſit ante purgationem,deſperata eſt eius ſalus,ac tutius erit hominem ſolo victu,quoad poſſimus, ſeruare , quàm medicamēto exhibito infamare medicamentorum purgantium vſum. Si verò facultas quadantenus conſtet;prius corporis & humorum habita præparatione,purgantia lenia adhibebimus medicamēta, quæ non totum humorē vnico impetu educant,ſed parte educta , rurſus roborabimus vires, ac rurſus humoris partem educemus , atque iterum facultatem roborabimus , quod mederi per epicraſim dixit Galen. Coindicant autem purgationem eſſe partiendam & non vnico impetu humorem totum eſſe euacuandum,regio,cœli ſtatus , anni tempus, & ætas,de quibus dicemus. Poſſet autem quis aduerſus hæc obſtrepere , probare contendens , omnem humorem peccantem vnica purgatione ducendum, vbi ia probe fuerit paratus, ex Hippocr. in Aphoriſ. 2.lib. 1.dixit:In perturbationibus ventris & vomitibus ſpontaneis,ſi talia purgentur , qualia purgari oportet,& confert & bene fertur.Si verò non,contrarium.ſic & vaſorum inanitio, ſi talis fiat , qualis fieri debet,confert & bene ferunt,ſin minùs , contrà.Quòd ſi purgatio, vt inquit Hippocr. bene fertur,vbi talis fiat qualis fieri debet, cùm totus humor peccās euacuatur,talis adhuc eſt purgatio qualis eſſe debet:bene igitur ipſam feret æger, atq; totam purgationem humoris peccātis facile feret natura,& meritò quidem, cùm id purgetur quod naturam moleſtabat. At verò in omnibus purgationibus,ſiue à natura,ſiue arte factis , quæ magnæ fuerint,naturam quadantenus moleſtari neceſſe eſt, & laborem pati:nam magna euacuatio corpus turbat, & ſpiritum diſſoluit, & ſi affatim fit,animo delinquunt patientes,& ſubitas mutationes non ſine labore fert natura. Si verò ſenſim fiat, præter reliqua hoc vnum patitur corpus,nempe alimēti defectum. Cùm enim humores ventrem verſus impetum faciunt,nihil deducitur ad membrorum refectionem aut pauciſſimum,ac perinde in omni purgatione effatu digna , opus eſt valida natura ad ipſam probè ferendam , quamuis per eam tale purgetur , quale oportet,Quamobrem rectè Hippocrates dixit:Deiectiones non multitudine ſunt conſiderandæ, ſed ſi talia deiiciant qualia oportet,& æger facilè toleret. Atque vbi vſque ad animi defectionem deducere conuenit, id faciendum , ſi æger poſſit tolerare.Quo in loco quamuis talia purgentur,qualia oportet,dixit,conſiderandum an æger facile toleret. Poſſet namque æger eam purgationem non facilè ferre, ob ea quæ diximus : præter id quòd aliud eſt conferre,& facilè ferri : multæ ſiquidem ſunt euacuationes conferentes, quoniam humor malus vacuatur,ſed ob virium imbecillitatem non probè feruntur,vti in empyicis & aqua inter cutem laborantibus:illi enim totam aquam aut pus ſemel educi non ferunt,quamuis quod euacuatur tale ſit,quale oportet. Atque eadem ratione Aphoriſm.3.lib. 1. dixit : Neque compreſſiones ad extremum ducendæ(periculoſum enim)ſed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre,ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes quæ ad extremum deducunt, periculoſæ , & rurſus refectiones cùm extremæ , periculoſæ. Quod itaque dixit Aphoriſm. 23.ſectio. 1. quadantenus videtur huic ſententiæ contrarium : nam in præſenti loco euacuationes quæ ad vltimum ducunt,periculoſas eſſe dicit : & in Aphoriſmo citato docuit vbi facultas valuerit ducere ad animi deliquium , verumtamen hæc facilè ſibi conſentiunt: nam in Aphoriſmo 3.ſectio. 1. periculoſas dixit extremas euacuationes : id verò non tollit quin aliquando magno imminente periculo , ſint exercendæ , veluti Galenus in commentario 23. eius libri docuit , in febribus ardentiſſimis , in maximis inflammationibus & doloribus ingentiſſimis , habita diſtinctione,an ſangu. mittere,an ventrem purgare conueniat. Iam igitur hæc duo voluit,aliquandò extremam euacuationem conuenire , & ſemper eſſe periculoſam,quibus hoc tertium nos addimus;

Vires ad purgationem an eſſe debeant maiores quā ad ſangu. miſſ.

Purgandorum corporum ratio.

Purgare ad animi deliquium.

cuacua

euacuationem ad aoimi deliquium, magis fugiendam eſſe, cum medicamento purgante, quàm ſanguinis miſſionem: nam cùm volumus cohibemus ſangu.fluxum, non tamen medicamenti opus. Indicia verò eorum qui integrè purgati ſunt, poſtea dicemus, ſed tempus exhibendi medicamenta purgantia conſiderari debet, tum ex anni temporibus, tum ex diei hora, quibus accedit occaſio, ſiue oppottunitas adhibendi id remedium.

Tempus purgationi aptū.

Anni ſanè tempus purgationibus aptiſſimum, vernum eſt, quos enim purgare conuenit, vere purgandi ſunt, ſecundum locum habet autumous, tertium hyems, vltimum æſtas. Nam æſtate cauero oporter maximè purgantia medicamenta: quoniam per id tempus vires exoluuntur, & corpus exuritur, & medicamenta ipſa purgantia calida ſunt valde, atque proiude Hippocrates dixit Aphoriſm. 5. Sectio.4. ſub cane & aute canem moleſtæ ſunt purgationes, id omnino ad aëris natoram referens, ſi enim per id tempus aër non adeò calidus foret, liceret quoque corpora purgare. Hyeme pariter ob oimiam frigiditatem humores oon cedunt, impacti, tenaces, craſſi, & ob frigiditatem immobiles difficilè admodum vacuantur: humida verò temporis conſtitutio eligeuda eſt, & tempus pluuium, id enim laxa reddit corpora, & humores fluxiles. Nec tamen putandum eſt, temporis conſtitutionem calidam aut frigidam purgationem omnino prohibere, ſed vbi præuiſionis gratia purgamus tum tempus eligere licet. Præterea temporis natura docet, vbi omnino vitari non poſſit, ob morbi vehementiam, æſtate vires exigi validiores, & medicamenta adhibenda minùs valida, quod Hippoc. verba planè oſtendunt, qui ſub cane & ante canem non veruit porgationes, ſed moleſtas futuras admonoit.

Hora diei ad purgationem eligenda.

Hyeme tamen corpora prius probè paranda ſuot ante purgationem, & magno vrgente vſu, purganda, non aliàs. Diei tamen cooenientiſſima hora, in morbis acceſſiooes habentibus, medicamentis purgantibus eſt hora intermiſſionis, ſi quæ fuerit: ſin minùs, hora remiſſionis morbi. Quod ſi nullam habet acceſſionem morbus, temporibus calidioribus purgatio optimè ſuccedit à 4. in 8. horam diei, ſiue Romanorum modo, ab hora matutina in quartam: frigidioribus verò temporibus, ab hora 8. in 12. ſiue Romanorum ritu, à 2. diei hora in 6. Decet igitur medicamenta purgantia ſumere tanto ante id tempore, quanto ipſa egent, vt in actum deducãror, & deinde prædictis temporibus actioné perficiant, dum tamé inter ſomnum & medicamétum hora mediet.

Medicaméta purg. ieiuno ventre.

Non eſt tamen omnium medicamentorum aſſumendorum eadem ratio: quædam enim ſunt ſolida ac dura, quæ pilulæ appellãtur, quædam ſolida & non dura, quæ boli appellantur, quædam ſunt liquida, ſiue potiones. Hæc omnia ieiuno ventre ſunt adhibenda: nam ſi cibo adhuc in ventre manente aſſumantur, cibus non coctus per ventré deſcendet ac corrumpetur omnino, & corruptos per venas deducetur vi medicamenti. Neque eo aſſumpto cibom accipere decet, ob eaſdé cauſas, ſed à cibis & ſomno abſtinere debent, qui medicaméta purgantia aſſumũt, liquida aut ſolida, nó dura. Hæc ſunt potiones & boli: ſomno namq; ſuperuenieote, vires eorum medicamentorum diſſoluuntur, calore videlicet natiuo interius per ſomnũ recluſo: atque ſi medicamenta de venenorum natura non fuerint, in ſui naturam ea conuertet corpus. Ac perinde Paulus lib. 7. c. 6. inquit: Summatim in omni purgatione efficaci medicamẽtum homini quem cerra prius victus ratione alueris, ieiuno & concoctione obita trades, & à ſomno quoad in totum purgatus fuerit, arcebis, motu mediocri, ſi fieri poteſt, adhibito, cibo omni & potu abſtinere vſque ad conſummatam purgationem compelles. Quo in loco à cibo & ſomno arcet eos qui medicaméta purgantia aſſumpſerũt, ob cauſas quas nos retulimus.

Pharmaco aſſumpto bibere ſtatim.

Verùm quantum ad cibos attinet, omnimodo ſeruari debent, præterquàm quòd nos cum Hippoc. lib. 2. de Ratiooe victus acur. ſtatim à potu medicamenti liquidi, aut bolo deuorato paucam ordei aquam, aut mulſam præbemus, ne quidpiam faucibus, aut gulæ hærens remaneat (id enim partes dictas erodit, & vomitus ac nauſeæ cauſa fit) atqoe vt medicamentum ab ore ventriculi deſcendat, & eius malitia obrondatur. Non tamen prohibemus medicamenta ventrem mollientia cibis miſcere, vti his qui duram aluum habet, & iecoris inflammationem patientibus, cum Galen. & conualeſcentibus, & longis morbis, aut porgatorium miſcebimus leue, ſi ſeoſim humorem purgare contendimus: hæc cũ Aëtio lib. 3. cap. 57. Eſt præterea poſt potionem aut bolum vitandus ſomnus, ob prædicta, niſi magnam vim medicamenti quis obrundere vellet, aut imbecillas habeat vires qui medicameotum aſſumpſit.

Dormire à pilulis.

Purgatione incepta à cibo & ſomno abſtinere.

Poſt pilulas dormire præcipimus, vt caloris & humoris vi liqueorur, & agere incipiant, incepta tamen ſemel actione, quemadmodum in aliis medicaméris, à cibo & ſomno abſtinere oportet: cibus namque medicamenti vires obrundit, & cum medicamenio mixtus corrompitur. Somnus verò actionem medicamenti ſæpe in totuoi, quandoque magna ex parte ſuſpendit: hebes etenim redditur animalis facultas, ſine qua purgatio non fit.

Occaſio purgandi.

Iam occaſiouem adhibẽdorom medicamentorum expurgantium inquiramus, quam Hippocr. ſignificauit dicens: Corpora vbi quis purgare voluerit, oportet fluida facere, fluida verò reddũtur corpora, quemadmodum Galen. in comment. dixit, meatibus factis laxioribus, & humoribus fluxibilioribus, non enim ſatis eſt alterum facere, altero prætermiſſo, vt purgatio probè procedat. Nam ſi homores fluxioni parati fuerint, meatuũ autem adfuerit anguſtia aut adſtrictio, improbè res cedet, ſicuti & vbi meatibus relaxatis humores craſſi ac lenti fuerint. Vtrumque verò conſequi docet Hippocr. humectatione, hanc verò quiete, cibis & balneis, ſiquidem aphoriſ. 13. ſectio. 4. inquit: Ad elleboros qui non facilè ſuprà purgantur ante potionem, pluri cibo & quiete prahumectare oportet. Hac enim humectatione, quam quiete & cibis, quibus humectandi inſit natura, corpus aſſequitur, meatus laxãtur & humores fluxui parantur. Sic etiam 6. lib. de Morbis popularibus part. 5. dixit: Eum qui elleborum bibit citò purgare ſi velis, lauare, & comedere præcipe: quoniam Hippocrates humectare vult ea corpora, humectat autem balneum, pariter quoque cibus: quandoquidem cibus omnis, qua cibus eſt, corpus humectat & reficit: in humoribus tamen ſiue ventris ſeceſſu, ſiue vomitu purgandis præparatio exigitur, atque coctio, licet non in omnibus. An itaque humores omnes ante purgationem concoctione egeant, qualis etiam ad purgationem præparatio antecedere debeat, hoc in loco docere conabimur, qoando hac in re non parum diſſidentes intelligam medicos quoſdam, alios in ancipiti hac & illac agitatos, & vacillantes. Hippocr. ſanè Aphoriſm. 22. ſect. 1. miro modo, quid ante purgationem præcedere opus ſit, palam docuit, dicens: Concocta medicari oportet, atque mouere non cruda, neqoe in principiis, modò non turgeant: plurima verò non turgent. Hanc ſententiam Galenus lib. 4. de Sanit.

Coctio ante purgationem an cõueniat.

toend.

rueud. oraculum appellat. An tamen id præceptum aliquando prætergredi liceat, id venit modò diſſerendum, propter quorundam errores, qui poſthabita omni medendi methodo, atque omni bene tradita ab antiquis doctrina, cum magno ægrotãtium incommodo, medicamenta expurgantia ſine delectu bibenda perbibent, quos deceret antiquorum præcepta colere, artis dignitatem tueteri, & ſalutis ægrorum rationem habere, quorum nomina aut fortè exciderunt, aut ſunt ſanè hi, quorum aliàs meminimus, Zoroaſtes, & Zoilus, qui adeò impudenter medicamentis expurgantibus intempeſtiuè adhibitis, homines excarnificant: vt neque diuitibus, aut pauperibus, neque ſecularibus, aut monachis, neque ſcholaribus, neque amicis & familiaribus, neque ſuæ ipſorum famæ, ſi quam bonam apud vulgus imperitum ſunt adepti, parcere aliquando velint, tanta eſt cum Hippocratis & Galen. præcepta concepta maleuolentia, & cum noſtris ſalutaribus documentis inimicitia. Quod itaque Hippocrates miro modo & celebratiſſimo oraculo docuit, primùm explanemus, deinde eorum inſcitiam patefaciemus, concocta (inquit) medicamento expurganda ſunt: id enim verbum φαρμακεύειν, indicat: cruda verò mouenda non ſunt, neque in ipſis morborum initiis, modò non turgeant, at verò plurima non turgent. Dixit ſanè, concoctis eſſe adhibenda purgantia medicamenta: quoniam natura coctos humores purgare aſſolet, quam probè operantem imitari decet: ſolet autem ipſa primùm ſibi conueniens & familiare trahere, deinde idem retinere, deinde coquere, & ad finem expellere, coctio itaque expulſionem antecedit. Hanc Ariſt. appellat lib. 4.

Coctio ex Ariſtot.

Meteor. cap. 2. perfectionem, quæ fit à calore naturali, ex oppoſitis paſſiuis: perfectionem tamen appellat, aut motum, quo aliquid perficitur, aut formam quæ conſequitur ad eum motum: forma tamen hæc aut eſt natura, & ſpecies, ad quam contendit coctio, vti cùm caro generatur ex ſanguine, coctione, aut eſt certa quædam forma, ad quam contendit is motus: hæc autem eſt veluti forma bilis coctæ, aut pituitæ, aut vrinæ, aut puris. Quamobrem conſtare poterit apud Ariſtotelem coctionem circa bonos & prauos ſuccos verſari, qui exempla prædicta adbibuit loco citato. Gal. autem lib. 3. de Naturalib.

Coctio ex Galeno.

facultat. inquit: Coctio eſt alteratio ad propriã eius quod nutritur qualitatem. Bonorum ſanè humorum coctionem, ſpeciatim appellat πέψιν lib. 1. de Morb. popular. comment. 44. dicens, πέψις, id eſt coctio, in coquentis ſubſtantiam deductio quædam eſt. At verò & eam quæ fit in prauis ſuccis, quamuis alere non poſſint, generali voce comprehendit, coctionem bilis appellans, & ichorum, quoties fuerit à natura ſuperatũ aliquod tale, lib. 2. de Rat. victus acut. commen. 44. Longè tamẽ aberrat à veritate qui dixerit malorum humorum coctionem non dici perfectam. Quam tamen in humore faciente febrem amphimerinam, cum vrina habuerit ſedimentum album, læue, etiam æquale, perfectam appellat Galen. lib. 1. de Criſibus, cap. 17. & rurſus cap. 18. de ſpuris Anaxionis patientis morbum lateralem, dixit: Et hæc tria inuicem differre arbitrãdum, debilem coctionem, manifeſtam, atque perfectam, debilis enim 11. manifeſta in 17. perfecta in 27. effecta eſt. Malorum quoque ſuccorum mutationem in bonum, ſiue correctionem, coctionem appellauit lib. Artis medic. c. 98. dicens: Eſto enim ſi ita contigerit in humoribus putreſcentib. accendi febrem, indicatio in huiuſmodi eſt euacuatio, atq; alteratio. Hæc quidem quæ putredinem finiat, manente adhuc ſubſtantia: euacuatio verò, quę totam ex corpore ſubſtantiam educat, ſed dicta quidem alterationis ſpecies, concoctio exiſtit. Hæc itaq; coctio circa prauos ſuccos verſatur, ſed ad benignum reducibiles, ſiue corrigibiles. Erit autem coctum tam apud Gal. quàm apud Ariſt. quod eſt à natura ſuperatum, ſpeciatim autem cocti dicũtur ſucci, qui qualitatem corpori familiarem adepti ſunt. Coctionem omnem natura molitur, atque ipſius functio coctio eſt.

Coctio à natura & modicè calidis an fiat.

Cæterùm ab externis adminiculis iuuatur apud Ariſtot. & Galenum locis citatis, atque apertè lib. 1. de Morbis popularibus part. 2. comment. 44. Cùm autem natiuus calor temperatus ſit, temperata quoque eſſe decet, quæ coctiones coadiuuant, veluti balnea & fomenta calida, manum quoque calidam, & catulos ad perficiendam coctionem, languenti ventriculo admouemus, teſte Galeno libro quinto de Simplicium medicamentorum facultatibus. Et libro de Conſtitutione artis medicæ docet, modicè calefacientia adhibere, ad coctiones perficiendas, de quorum numero eſt aqua mulſa, quæ miro quodam modo ſuccorum crudorum coctiones perficit, interueniente natura. Ex accidenti tamen frigida coctioni coadiuuant, præſertim ei quam diximus facere ceſſare putredinem manente ſubſtantia.

Coctio à frigidis.

Eorum ſiquidem quæ putrent, non tamen valde, correctio eſt propria: hanc autem perficimus adhibitis acidis medicamentis, quæ putredinem inhibeant, de quorum numero ſunt oxyſaccarũ, & acetum mulſum, & ſyrupus acetoſus ſimplex. Contra hanc ſententiam adduces fortè Gale. qui 4. ſectio. aphor. commen. 57. docet vtilitatem quæ ſequitur febrem, quæ aduenit poſt cõuulſionem, atq; inquit: His conuulſionibus febres aduenientes partim quidem ſuperfluam diſſoluunt humiditatẽ, partim verò concoquunt frigiditatem, conſtantem frigiditatem coqui non poſſe, ſed humores frigidos. Rurſus Celſus lib. 3. cap. 9. circumſpecti medici eſſe dicit, quandoque nouare morbos, & accendere febres, intelligens, febres maiores, morbos citius finire, nec tamen finiuntur morbi qui à materia fiunt, ſine coctione. Præterea Gale. lib. 1. de Differen. febr. cap. 8. dicit quandam eſſe putredinem, quam coctionem appellat. Eſt autem illa per quã praui ſucci coquuntur ſimul & putreſcũt: ſed calor febrilis putrefacit, coquet igitur, cùm ambo vnus motus ſint. Præterea experimentum docet œdemata & ſcrophulas pipere, melle, & radice tithymali admotis, aliquando ad maturationem perduci, validus igitur calor & temperato maior quandoque coquere valet.

Calida valdè concoquere poſſunt.

Ad quæ reſpondemus, validum & vehementem calorem, ac ſupra temperatum, coctiones aliquando iuuare, ſed ex accidenti, veluti in febribus & morbis pendentibus à craſſis & valde frigidis humoribus, in febribus quidem, quoniam ſi febris putrida eſt, calor putrefaciens, cum natiuo calore vnum efficit, & ambo idem ſubiectum mutant, interim tamen validus calor ſanitatem excedens, humorem ebullire faciens, eius tenuem partem diſſoluit, in qua calor præter naturam exhalat, & perinde reliquum à natiuo in corpore relicto ſuperatur, & coquitur. Relinquitur enim in ſolidis partim natiuus calor, reliquo exhalato in vaporem. Quòd ſi à natiuo tantùm calore fieri deberet, longè maiori tempore eſſet opus, aut id nunquam conſequi poſſet. In morbis quoque qui à frigidis & craſſis pẽdent humoribus calor temperato maior eoſdem efferueſcere facit, & quos calor natiuus ob nimiam frigiditatem vincere & calefacere non poteſt eos mutando, ad temperamentum ducit calor febrilis. In tumoribus autem à craſſis &

frigidis

frigidis humoribus piper, & tithymali radix coctioni proficiunt, tum caliditate nimia attemperantes frigiditatem humoris, & ipſum calefacientes: tum etiam aliunde ſanguinem & calidos humores deferentes tractione, quos cum frigidis ac craſſis miſcẽt, vnde fit, vt omnes ſimul attemperentur, & calore calidorum frigidi coquãtur. Præterea medicamenta illa adeò calida eroſione dolorem mouent, & dolor fluxionem concitat in partem dolentem, fluxione verò concitata tenues & calidi humores celeriùs confluunt, & deinde mixti reliquis, calore quoque accedente ſimul omnes coquuntur. Naturalis quoque caloris opus eſt, interim dum quidpiam mutat, idem craſſius quàm antè foret, reddere, quando ſua actione tenuem ſubſtantiæ patientis partem diſcutiat: idque fieri perpetuò teſtamur, ſiue mutatio à natiuo calore fiat, in ventriculo, ſiue in iecore, ſiue in venis & ſingulis membris, in ea mutatione quam Galenus θρέψιν, id eſt, alitionem appellat. Quæcunque enim à natura mutantur & coquuntur, ſi ad formam & ſpeciem contendant, minùs craſſa ſunt carne, oſſe, & reliquis particulis, in quas mutari ad finem debent: ſi verò contendãt ad certam formam vrinæ coctæ, crudis ſunt craſſiora, niſi ab initiis morborum confuſo multo humore apparuerint ab vrinæ ſubſtantia alieno, & pus coctum, craſſius eſt ichore in humoribus & vlceribus. Affirmat hanc ſententiam Ariſtot. lib. 4. Meteorolog. cap. 2. quæ coquuntur, calidiora maioris molis, craſſiora, & aridiora fieri dicens. Et lib. eodem, cap. 3. inquit: Quæ igitur matureſcunt omnia, ex aëreis, aquea, & ex aqueis terrea, conſiſtendo fiunt, & ex tenuibus ſubinde craſſiora reddi aſſolent. Galen. quoque lib. 2. Prognoſtic. comment. 33. inquit: At concoctio craſſiorem reddit non ſolùm vrinam, ſed etiam deiectionem, quoties bene in ventre coquatur, & item ſcreationem in pulmonia, & morbo laterali, atque etiam pituitam per diſtillationes & grauedines, necnon per lippitudinem, & pus in vlceribus, & quarto de Ratione victus acut. commentario 4. inquit: Coctio omnia cogit incraſſatque. Id verò quod aſſerimus de tota ſubſtantia, quæ coquitur, intelligendum eſt, non de humida parte tantùm, vt quidam ineptè ſatis voluerũt, neq; enim ſolum humidum, quod eſt in ſanguine, coquitur, aut mutatur in carnem, cùm caro ex ſanguine generatur, ſed ſanguinis ſubſtantia tota tranſit in carnem, ac tota coquitur, & craſſior redditur. Quædam tamen huic aſſertioni aduerſari videntur: ſpiritus ſiquidẽ ex ſanguine generatur coctione, igitur quædam tenuiora fient per ipſam. Rurſus chylus in ventriculo ex carne & pane generatur: verùm chylus tenuior eſt carne, aut pane. Præterea vermes qui in lignis putreſcentibus generantur, eiſdem ſunt tenuioris ſubſtantiæ, ſed coctione fiunt. Præterea fructus magna ex parte ante maturationem craſſam, terrenam, & acerbam habent naturam, deinde coctione dulces fiunt, dulcia verò tenuiora ſunt acerbis, coctio igitur tenuiora efficit. Ad quæ, quãuis iuniores medicos (Auicenniſtas præſertim) in multa deduxerint deliramenta, facilè reſpondebimus. Primùm enim, quod de ſpiritus generatione ex ſanguine dicimus, nihil ſuadet. Animalis namque ſpiritus ex vitali fit, qui ipſo animali eſt tenuior, & vitalis ex aëre inſpirato fit, atque ſanguinis euaporatione, in arteriis & corde, aër tamen atque ſanguinis exhalatio ſpiritu vitali ſunt tenuiores. Quòd tamen hæc ſit eorum generatio, Gal. lib. 7. de Placitis Hippo. & Plat. palam docuit, dicens: Sicuti verò vitalis ſpiritus in arteriis & in corde gignitur, materia generationis ex inſpiratione, & humorum exhalatione ſumpta, ita animalis ex vitali perfectiùs concocto oritur, quippe cùm oporteret ipſum exquiſitiſſimam omnium immutationem adipiſci. Et lib. 7. de Vſu part. ſpiritum animalem dicit vltimam aſſequi perfectionem in ventribus cerebri, in quibus ſolus aër cum ſpiritu vitali continetur, vt materia generationis animalis, quo ſunt tenuiores. Dices fortè, nonne vapor qui materia eſt ſpiritus vitalis, ex ſanguine generatur coctione, & is ſanguine tenuior eſt? non quidem: vapor enim ex ſanguine non generatur coctione, ſed inter coquendum eleuatur, coctionem potiùs effugiens, quàm coctionem paſſus. Quòd etiam ſecundo loco diximus de chyli generatione, chylus quidem non generatur ex pane aut carne tantùm, ſed ex his, & potibus, atque multa pituita, è quibus omnibus liquatis & mixtis, ſiue confuſis, calor coctione chylum generat, qui craſſior eſt ea ſubſtantia mixta ex cibis & potibus, à qua materiam generationis accepit. Vermes præterea non ex ſubſtantia ligni, ſed ex ipſius humore aliqua parte congeſto, ac ibidem putreſcente generantur. Quod etiam vltimo loco adduximus de fructibus arborum, nihil omnino conuincit: nam in fructibus arborum vere non coquitur ſubſtantia fructus, ſed ſuccus qui in ipſis cõtinetur, & aliunde trahitur: hic verò craſſior redditur coctione, vti in nobis fit, in quibus non amplius coquitur caro, cùm ſemel genita eſt, ſed alimentum quod ad carnis generationem deducitur, recipit in ventre, iecore & venis, ac membris ipſis coctiones, ob quas craſſius ſemper manet. Id rectè docuit Ariſt. lib. 4. Meteorolog. cap. 3. dicens: Coctio eius alimoniæ, quæ in fructibus eſt, maturatio nuncupatur. Atque rurſus eodem cap. ſic: Et proinde crudorum ſuccus pertenuis eſt, & gelidus potius quàm tepidus. Hic ſuccus itaque eſt qui coctionem patitur ac craſſior redditur. Sed dices, Nonne ſubſtantia ipſa fructus ante maturationem craſſa eſt, atque terrena, dicente Galen. 4. lib. de Simpli. medic. facult. acerba eſſe frigida craſſarum partium? Sunt quidem talia, atque coctione tenuiora redduntur, non quòd ſubſtantia fructuum coquatur, ſed quòd ſucco, ſiue alimẽto coctionem patienti, id eueniat, quoniam quod accedit coctione, præcedẽti fructus parti adiũgitur. Id verò cùm tenuius & mollius præcedenti ſit, & alitio & augmẽtatio fiant intus ſusceptione, ſingulis ac minutiſſimis partibus fructus aliæ adiungũtur, ex quibus & præcedentibus omnes quæ mentione dignæ habẽtur partes, aut quæ ſenſu percipi valent, tenuiores & molliores redditæ ſunt, ad finem coctionis, quæ circa fructus alimentũ verſatur, quod tamen ſe ipſo coctione perpetuò craſſius redditum eſt. Sed iam ad inſtitutum redeamus, An liceat, aut qua occaſione liceat humores ante coctionem purgare: id enim eſt, de quo ab initio diſſerendum propoſuimus. Conantur autem nonnnlli probare purgationẽ conuenire humoribus quibuſdam, quamuis cocti non ſint, neque turgeant, idque non eſſe ab Hipp. & Gale. documentis alienum, bifariam dicentes aliquid appellari turgens, aut quoniam eſt per corpus inordinatè agitatum, aut quoniam nimia abundat quantitate, qua vires opprimit & ægrum in mortis diſcrimen deducit, turgentibus itaque propriè, id eſt agitatis, cõuenire dicunt purgationem, non expectsta coctione, & his qui, etſi in parte quapiã fixi fuerint, valde multi ſunt, & quantitate mortis periculũ adferunt, lib. namq; 2. apho. 29. Hipp. inquit: Inchoantibus morbis ſiquid videtur mouendũ, moue: docet igitur purgare humores in morbi initio, hoc eſt, crudo morbo. Nam Galen.

quoque

Coctio an cõtendat ad craſſiora.

Spiritus generatio.

Nota.

Humores crudi an purgari debeant.

quoqoe in comm.inquit:Circa initia verò illorum morborum in quibus ſperatur ægrorum coonaliorum,tentandum maiora afferre remedia,de quibus Hipp.dixit:Si quid videtur mouendum,mooe:ſunt autem hæc maximè venę ſectio,oonnunquam verò & purgatio.Quorum nihil oportet morbo iam cooſiſtente adhibere:vt enim io lib. de Criſib. manifeſtauimus,coctiones tū maximè fiunt. Vt igitur hæc citiùs eueniant,melius eſt circa principia euacuare, qoo mioorem iam factaio materiam faciliùs poſſit natura cōcoquere.Hioc duo colligunt,alterum eſt, purgationem ante coctionem coouenire , ob multitudinem grauantem,quam minuere intendit Hip. Secundum , minorandos eſſe per id tempus humores,vt deinde natura potētior fiat ad ſuperaoda reliqua.Atque id eſt (inquiunt) quod Hippoc.dixit:Si qoid videtur mouendum,id eſt,ſi quid videtur minorandum,meritò tamen minorandū videtur quod quantitate nimiū abuodat.Præterea purgatio competit turgentibus humoribus , ob periculum influxus homoroio in partem quampiā præcipuam:modò verò ex abundantia id quoqoe periculum imminet,atque præter id ne multitudo oppreſſa facultate calorem etiam extinguat.Præterea Hipp.lib.2.de Ratio.vict.acut.ſect. 10. præcipit in morbo laterali aſcendente,ſanguioem mittere,& ſectio. 51. præcipit in morbo laterali deſcēdeote,purgare ventrem, ſed ſanguinis miſſio exercenda eſt incipiēte morbo, ergo & purgatio. Præterea lib. quos medicamentis purgare conuenit,Gale. tenues & ſeroſos humores inter ioitia purgare pręcipit. & lib.1.de Compoſit. med.per locos, in alopecia oon expectata coctione purgatione vtitur,ſicuti in vlceribus capitis manātibus.Rurſus cùm æger in mortis diſcrimine conſtitutus eſt, viribus ſuìomè oppreſſis,melius eſt aliquid agentes periclitari, quàm nihil tentantes homioem deſerere.Veluti & Celſus lib.2.c.10.inquit: Melius anceps periculū experiri quàm nullum.Hęc & ſimilia Manardus Ferrarienſis ad ſuā opinionem confirmandam adducit;vult autem is (vt in ſumma colligam) purgationē deberi crudis humorib. propriè turgentibus,hoc eſt agitatis, & his qui impropriè turgent,hoc eſt,nimia quantitate opprimentea vires,eam autem purgationem mioorariuam debere eſſe,quę humores miouat,medicamentis oon validis , ſed modicè purgantibus , veloti caſia fiſtula, quam ſi Hipp.nouiſſet , non denegaſſet incipientibus morbis,maxime noſtra tempeſtate , in qua homines adeò ſunt incontinentes,& gulæ dediti. Cæterùm antequam vlterius procedamus, ſcire decet,

Crudus humor quis. crudos humores propriè dici apud Gal.lib.1.de Aliment.facul.cap.de tritieo,craſſos ac gelidos,quamuis pituitam quoque,crudum dicat eſſe humorem, non adeò propriè,inquit enim:Succus portò ex panibus illis redundās,quibos athletas paſci dicebam, ſi quis noſtrū de vulgo illos eſitet, craſſus geliduſque erit,qualem propriè crudom nomioare conſueuimus,quanquam eſt ſane pituitoſus qooq; humor, & erudus,& gelidus, veromtameo haud craſſus, vt qui humiditate multa & flatulento ſpiritu ſit refertus.Crudus autem humor propriè appellatus talis eſt,qualc ſedimeotum in vrinis , puri quandoque aſſimilis:ſed pus & graue olens, & glotinoſum eſt, crudus verò ſuccus,craſſitie & colore illi duntaxat ſimilis,& odoris grauitate caret,& lentore. Hoc in loco eum tantùm humorē qoi craſſos & gelidus eſt, crudum appellat,quem per eminentiā crudum dici teſtatur lib.4.de Sanit.tuen. cui accedit lentor, vbi pituitam quoq; ſuccum crudum appellat,quoniam is nondū ad ſanguinis perfectionem fuit deductus, ſed non adeo propriè.Itaq; largiori ſignificato crudos humor de pituita dicetur,per eminentiam verò de ſola gelida pituita , quæ vitrea dicta eſt,inquit enim:Ergo eiuſmodi colores,crudos dominari ſuccos indicant,qui cum de genere ſint pituitæ,minus tamen humiditatis habēt,quàm ea quæ publice vocatur pituita:plerunque verò huic nec lentor ineſt, nam is ſi adſit , Praxagoras huiuſmodi ſuccum vitreum appellat , egregiè quidem frigidum,craſſum tamen , eo quem crudum per emineotiam vocant, certe minùs.Generaliter igitor eiuſmodi ſucci omnes albi crudique ſunt , nomenclaturam verò alius aliam ſortitur:nec attinet ad præſentem diſputationem, ea omnia diſtinguere , quippe ad quam illud tantum commune omoium accidens pertioet,quòd hi ſocci percocti à natora non ſont,ſed crudi adhuc manent:ſiquidem ſanguis in medio eſt bilioſorum, atque horum,quorum vtrique genus vno vocabulo appellare licet,vel crudum ſuccum,vel pituitam.In hoc loco crudom ſuccum, aut pituitam indifferēter vocaor,humorem non tantùm craſſum ac gelidum, ſed etiam eum qui citra ſanguinis naturam cōſiſtit, in cuius & bilis medio ſanguis locum tenet,hoc videlicet ſanguinis coctiooē noo attingente:bile verò ipſum coctione ſuperante. Iure quidem omnes hi humores crudi dicuntur , cùm nondum coctionis mediocritatem fuerint conſequuti, quam vbi conſeqoantor,alere poterunt.Sunt enim & alij impropriè dicti crudi , ſiue ampliori adhuc vocis ſignificatiooe, qui coctionis mediocritatem prætergreſſi ſuot:ſed vbi coquantur nullatenus alent , vti bilia. Sunt etiam excremēta croda appellata,quæ vbi coquantur,nullatenus alent,vti vrina,& pus & ichores,ſiue humores ſeroſi , in quo ſignificato crudum eocto oppoſitum dixit Hippo.lib.2.de Ratio.victus acut.ſectio.44.per hæc verba:Interdum autem croda tum à capite,tum à thorace attrahuotur bilioſa, & Galenus io comment.inquit:Nempe bilioſa cruda ita appellaoit , quooiam & excrementorum coctionem appellat,quanquā natura nutrire non poſſunt,vt bilis vtraque,& qui Græcè ichores dicuntur : verumtamen quoniam & talia euincit natura, eocta qoidem vocare conſueuit Hippo.excrementa eiuſmodi quæ à natura ipſa euicta ſunt,cruda, quæ non eoicta,ob id & pos in phlegmone quæ coquitur fieri ait,qoanquam pars nulla ex pure alimoniā capiat,veluti caput ex crudis appellatis humoribus, & pituita, qoæ reliquum perfectionis aſſequuta & prorſus cocta,corpus nutrire poſſunt.Sic igitur bilioſorum humorum coctio exiſtit,vt ſanguinis quī io phlegmone eſt in pus migrantis, intelligentibus oobis coctionis nomen in ſuo vniuerſaliori ſignificato.Eſt autem vniuerſalius,cùm natura cauſis fortior fuerit,permutaueritqoe eas ſuo robore:quemadmodum ergo coctum propriè dicitur, qood mutatum alere poteſt,ita crudum propriè , quod eam mutationem pati eſt aptum,& quemadmodum crudum ampla voce dicitor, quod mutatum alere poteſt,atque id qood non poteſt alere etiam ſi mutetur & ſuperetur à natura,ita ampla voce coctum dicetur,quod poſt mutationem alit , & quod mutatum adhoc alere non valet : omnia enim hæc hac ampla voce comprehenduntur.Ad inſtitutum tamē accedentes,dubium ad Hippoc. & Galen. mentem abſoluamus. Hippocr. ſanè lib. de Humoribus , & aphoriſm.22.lib.1.dixit:Concocta medicari,mouere oon cruda, neque in principiis , modò non turgeant,plorima verò non turgēt. Quam ſententiam oraculum appellat Galen.lib.4.de Sanit.tuen. Rurſus lib.1.de Morb.popularib.part.2.inquit:Coctiones

nes

nes criſis celeritatem & ſecutam ſanitatem oſtenduot: cruda verò & incocta, & in malos abſceſſus conuerſa, iudicaiionum carentias, labores, longirudiuem, & eorundem reuerſiones. Gale. verò in comment. medicum naturæ miniſtrare dicit, libro quoque 1. de Morb. popularib. Decretoria (inquii) in melius, oou ſtatim appareant, id eſt non appareant crudo morbo. & Aphoriſm. 22. ſectio. 4. inquit: Morbis quibuſlibet iocipientibus, ſi atra bilis ſurſum, aut deorſum exierir, lerhale. Quamuis tamen lib. 4. de Sanit. tuen. Galen. ſeotentiam Hippoc. intelligar de craſſis ac pituitoſis humoribus. De bilioſis etiam vera expouitur ab ipſo libr. 4. de Ratio. victus aeut. vbi ſectio. 44. Hippocr. dixit: Quibus vrinæ craſſæ nebuloſæ exiſtunt, hos annuenibus cæteris purgare conuenit. Quòd ſi vrinæ inter initia renues fuerint, hos non purgabis, Galen. in comment. explicat eam ſententiam eſſe vti præceptum ad vitendam purgationem crudis humoribus. Cocti igitur ſunt, cùm in vrinis nebula apparet: oebula verò nũ oſtẽdit coctionem niſi in bilioſis, igitur de his præceptum eſt, non purgandos eſſe crudos. Docuit autem Hippocr. eo loco, quid crudis humoribus agendum ſit, dicens: Tales autem ita curare conuenit, corpus quieti permittere, vngere, & æqualiter contegere oportet, mulſámque aquam bibendam, & ptiſanæ cremorem dabis, ventrem ab initio clyſtere duces, ſed medicamenta purgantia non adhibebis. Nempe ſi ventrem mouetis, vrina non maturabitur, febriſque citra tum ſudorem, tum iudicationem, in longum protrahetur tempus. Galen. quoque in comment. rationem adiungit eorum malorum, quæ dicta ſunt ad purgationem ſequi dicens: Nam quæ coquuntur in ventre & venis, quiete egent, & humectatione, per inonctiones. Quòd ſi quæ dixit Hippocr. coctionibus conferunt, purgationes eiſdem contrariæ erunt, ſiquidem corpus vehementer mouentes frangũt: tali enim virtute prædita ſunt, quæcunque purgant medicamenta. Excipit ab hoc dogmate Hippocr. turgentes humores, dicens modò non turgeant: turgere autem humores illi tantùm dicuntur à Galen. in comment. 22. primæ ſectio. Aphoriſio. & in comment. 1. quartæ ſectio. qui commoti ſunt & agitati, per corpus, ſimilitudine, ac per metaphoram deſumpta voce à tauris ad coitum concitatis, quos ὀργᾷν, id eſt turgere Græci dicunt. Talis etiam eſt Hippo. ſententia eadem ſectio. 1. Aphoriſm. penult. In acutis paſſionibus rarò & in principiis medicamentis expurgantibus vti, hoc cum præmeditatione facientes. Rarò purgãtia medicamenta conuenire volens acutis morbis, quoniam rarò humores turgent. Dixerat enim Aphor. 22. Plurima verò non turgent. Et in comment. 24. inquit: Quare non ſine ratione dixit, rarò circa initia morborum acutorum nobis venire in vſum purgationes, quoniam neq; ſepe turgent humores moleſtantes in principiis. Quòd verò crudis humoribus, agitaris tamen, purgationes conueniant, rationem adhibet Gale. quoniam periculum imminet ne tales in parteio aliquam pręcipuam irrepant: facilis autem eſt eorũ euacuatio, quoniam commoti à natura non egent niſi veluti manuducente & trahente ad locum euacuationis, cùm aliàs cruda paſſio, quieta, non cedat, lib. 4. de Rat. vict. acut. comment. 23. Quidam dicunt, humores quantitate abundantes, & opprimentes facultatem purgandos eſſe crudos, quamuis agitati non ſint, quoniam hos quoq; turgentes eſſe volunt, conſtat autem ex vocis explicatione tradita, eos longiſſimè aberrare ab Hipp. & Galen. mente. Refert autem modò dicere, de quibus intelligenda eſt ſententia Hippoc. lib. 2. Aphor. 29. Quum morbi incboant, ſi quid videtur mouendum, moue. In morborum initiis quoties ſalutares ſunt purgationes tentare conuenit: nam lethalibus non ſunt adhibendæ manus, ſed ſolis præſagiis relinquendi. Qui ſunt autem ſalutares quibus purgatio conuenit? turgentes, hoc eſt agitari, & ſeroſi ac tenues lõgè ſeparari à ſanguine, ſiue intra vaſa ſint, & per ipſa commoti ducãtur, ſiue in parte quapiam firmentur, vt in aſcite, in quib. non ſperatur coctio, neq; vnquam natura valuit ſimiles humores euincere, turgentes appellò non tantùm eos qui nullo ordine mouentur, ſed qui iam mouentur in partem quampiam nobilẽ: ſi enim antequàm repãt in partem quampiam, periculum vitare volentes humores purgamus, nihil minus commodum erit eoſdem vacuare & reuellere, cùm ſemel fluere cœperint, veluti in caput, aut fauces, aut guttur. Docet autem Galenus eoſdem ita vacuare in commen. vt natura potentior reddatur ſupra reſiduum: cùm autem tales euacuationes non fiant ſine noxa, crudo humore, nec ſeparato à bono, nec ſuperato à natura, tales erunt, quales à natura fiũt quandoq; crudis humoribus & commotis, quæ vſum aliquem præſtãt, non tamen integrè liberant: nunquam enim totus peccans humor pellitur, aut non ſine magno ſalutis ægri diſcrimine foret. Sed dices, ponamus quietos eſſe humores, & crudos, quemadmodum natura eos commouet & euacuat, & ægrũ ad meliorẽ traducit ſtatum, an id quoque medico liceret? Non quidem, niſi natura eos commouerit: commotos enim facile eſt educere medicamento naturaio iuuante, & manuducente, non commotos tamen nun niſi magna vi commouebis & vacuabis. Nec erit à ratione alienum, ſi duos reduxero ad memoriam ægrotos, qui facilè potuerũt errores medicorũ purgantium crudos humores detegere. Vir quidam Luſitanus chirurgiæ & medicinę peritus, qui modò apud Philippum magnum Hiſpaniarũ & Angliæ Regem commoratur, febrem patiebatur continuam cum quotidianis acceſſionibus: hunc tres medici non parui nominis apud vulgus, viſitabant, cui incipiente & crudo morbo quarta die medicamentũ expurgans præbuerunt: rurſus ſexta die aliud ei ſimile, nec tamen ex his purgationib. melius habuit, ſed ipſis tertiò die decima præcipientibus vt purgatoriũ acciperet, in quo ſitam eſſe dicebãt totam ſalutis ſpem, paruit æger, & purgato corpore deteriùs habuit, quapropter prænũciata morte ægri decimoquarto die medici receſſerunt. Æger verò, qui iam probè nouerat, nec ſine ſalutis diſpendio, eorum errores, quendam familiarem rogatũ ad me miſit, vt dignarer ipſum videre, quem alij propè mortuũ reliquerant. Annui, & cubicolũ ingreſſo ſingula quæ acta fuerant fideliter mihi narrauit, totóq; morbi proceſſu vrinam crudam minxiſſe ferebat, qualem ego quoq; vidi decimaquarta die, tangens autem thoraceio & hypochõdria, inueni ſuperpoſitũ ceratũ ſantalinum, dorſo verò roſaceum vnguentum. In primis tamen hæc abiicere præcipiens, & vrina inſpecta, Hippocr. ſententiam eidem retuli, qua prædixit, ex euacuatione crudorum humorum fieri, vt vrina nunquam maturetur, & morbus citra tũ ſudorem, tum iudicationem in longum tempus prorogetur. Quæ deinde ſecuta ſunt, nouerũt qui nobiſcum ægros frequentabant. Omnem ſiquidem victus rationem, quæ frigida ipſi adhibebatur in cõtrarium mutaui: nam corpus quieti mandaui, hypochondria nardino illinire præcepi, pannis contectũ ſeruaui, aquam mulſam bibendam dedi matutina ho-

Crudis humorib. quid agendum.

Turgere.

ὀργᾷν.

ra, ptandere ius pulli cum mica panis,& pulli alas elixas,cœnare tamen amygdalatum cum aniſo, aut mel roſaceum,cum micis panis, aut ouorum vitellos,ſequentibus noctibus, & vinum à Sancto Martino bibere,quibus ſeruaris decimoſeptimo coctionis notas habuit,quas perfectas inſpeximus die vigeſimoquarto, deinde ſenſim coctione, ad trigeſimumquartum finitus fuit morbus.Sed expedit hoc in loco, quæ Lupo Decio viro reipublicæ ſtudioſo euenerunt,narrare. Erat is in ſubſiſtenti ætate annorum 45.pinguis,pituitoſus,abſtemius, laborabat autem febre continua cum magna crudorum ſuccorum redundantia, cui medicus ſanguinem miſit ſexies, quinque primis diebus,ſed familiares, cùm ęgrum ſemper deteriùs habere noſſent,me ad ipſum viſendum accerſierunt. Cùm verò conſideraſſem ægri naturam, morbi ſpeciem & vtriuſque vires, audiui à medico ſingula quæ acta erant,qui addidit ſibi iam decretum eſſe purgans medicamentũ ſexta die ægro propinare,cui ego inquam,Vides ęgri vrinam turbidam,& Hip.denegantem crudis humoribus purgationẽ dum quieti ſunt. Ita purgationem diſtulimus. At manè ſextæ diei accedentes inuenimus ægrum deieciſſe humorũ non paruam copiam, ac tantùm abeſt,vt per eam proficeret euacuationẽ, vt paulò pòſt obierit.Ego verò,non paucis præſentib.medicinæ ſtudioſis,aduertendum admunui, me noluiſſe crudos,quietos,ac multos humores purgare,ſponte tamen eueniſſe,quod arte facere medicus alter decreuerat, mortuum autem ægrum,ac perinde futurũ vt ſi noſtro conſilio id factum fuiſſet,non parua ſequeretur inde arti & artificibus infamia. Tutius igitur eſt ab his euacuationibus abſtinere, quæ cùm à natura fiunt, malæ ſunt atque lethales: videmus tamen nõnullas vacuationes à natura factas, quæ quamuis malæ ſint in ratione ſigni,onus naturæ & copiã aut irritationẽ ſignificantes, bonæ tamen ſunt in ratione cauſæ, quas imperfectas criſes nominat Gal. nam Hipp. Metonẽ liberatũ fuiſſe refert lib.1.de Morb.po.pat.a.cũ vrina nigra,quę deterior cruda eſt,& lib.eodem dixit,cruda ſignificare mortes,longitudines,& reuerſiones. Quòd ſi reuerſiones ſignificant crudorũ vacuationes, interim tamen profuiſſe neceſſum fuit & ægrum liberaſſe. Cùm autem ſæpe videamus ægros per malas criſes mortuos,per eas ſanè quę crudis morbis fiũt, quamuis aliquando iuuerint, non expedit medicũ eaſdem imitari, niſi omnimodo naturam imitetur cùm prodeſt,non cùm nocet, prodeſſe autem videmus cùm euacuat humores coctos, quod medicus facere debet, cùm naturam ad eos euacuandos iam coctos pigram intellexerit,vti ad ſtatus finem,& in declinatione, cùm humores integram coctionem ſunt aſſequuti, non integram vacuationem:in ſtatu verò pigrã ſe oſtendet,cùm non ſpetatur criſis, quã oſtendet medico præcedens conturbatio quaſi pręſentem. Sed longè priùs ipſam præmonſtrabit magnitudo morbi,cum motus celeritate.Quòd ſi hæc non præceſſerint,neq; ſigna adfuerint decretoria in prioribus ſtatus partibus, tutũ erit corpus purgare in poſtremis aut in declinatione.Deinde in augmẽto purgare licet, quando humores ſemicocti ſunt. Semicoctos appello,qui parte aliqua cocti ſunt,alia nõ cocti,quos oſtẽdit vrina,quæ mingitur aliquando ſyncera, aliquando cum ſedimento albo leui:Illcebit quoque crudos funditus humores,vti in principio,& ſemicrudos tota quantitate,quales in augmento quandoque ſunt, purgare, vbi à natura ad euacuationem commoueantur: tunc enim natura ipſa vacuando proficere aliquando ſolet,cùm vires admodum valent, & tales euacuationes ferre poteſt facilè: ſiquidem tunc à bonis ſeiungit malos, licet non omnino. Si tamen non ſeiunctos aliqua ex parte, eoſdem commouere tentes & vacuare, plus nocebis quàm iuues: ſiquidem multum boni ſucci cum malo ducere neceſſum erit. Qua ratione ſæpe fit, vt diminutæ vacuationes, quæ crudis, aut non integrè coctis humoribus fiunt, quandoque non iuuent, quandoque manifeſtè lædant. Ex his facilè contraria ſoluentur: in Aphoriſm. enim 29.2.ſect.Hippocr.& Galen.in comment.purgationem admouent humorum qui crudi ſunt,ſed commoti.Minuere autem eos præcipiunt:quoniam nullus perfectè liberatur per euacuationem crudis humoribus factam,& quoniam non parum boni cum malo per id tempus educitur. Turgentes quoque humores ducimus crudos,ne irruant in partem aliquam nobilem, quoniam naturam intelligimus adminiculantem, & valentem, ad eos commouendos:cùm verò grauant & opprimunt,ita vt in mortis periculum ægrum deducant, non tamen eos natura commouet,qui parte quapiam firmantur, non fecet natura vacuationem, neque ipſi tractioni cedent. Quamobrem Gal. in ſimilibus affectibus, 12. lib.de Metho.med.ſummè oppreſſa facultate,& ad animi deliquium vſq; vi crudorum ſuccorum, abſtinere præcepit à purgatione & ſomno vti,atq; frictione, & aquæ mulſæ potu. Non igitur quãuis periculum mortis ab oppreſſione crudorũ humorum impendeat, purgationem aggreditur quietorũ humorum. Si enim præter hæc firmam ſtatuas facultatem,fieri non poſſet,quin aut modo ipſos commoueret,aut tandẽ debita victus ratione ſuperaret, aut funditus lethalis eſſet diſpoſitio, cui curationẽ adhibere foret inutile, & in medicorum infamiam. Fiet itaque vt nimium oppreſſa facultate regantur, vt Galen. loco citato docet. Periculum autem raptus in partem nobilem, ſi humores præfixi ſunt in parte, non imminet, atque cùm commouerentur, ſtatim eos purgare conduceret. Morbo quoque laterali incipiẽte tutius eſt ſanguinem mittere, etiam ſi de his ſit qui deſcendunt,quos purgare poſſet iure medicus:quoniam in partem nobilem commoti irruunt:ſeroſos præterea humores, vti in vlceribus capitis manantibus, & ſimilibus purgare conueniet, dum eos non amplexatur, aut retinet ad coctionem natura. Anceps autem periculum tentare quàm nullum ſatius aliquando fuerit. Nam ſi ſalus omnino deſperata eſt, minimè decet infamare præſidia, quæ multis fuère ſaluti: ſi verò ſummè oppreſſa facultate, vti ſolet à multis ac craſſis humoribus,periculum mortis imminet, diſtinguendum: nã ſi tales fuerint ſanguini mixti, ſanguinis miſſione facta ægrum exonerabis, niſi ſimul facultatẽ in eſſentia languidam ſtatuas, vt ferre non poſſit ſanguinis miſſionem: tũc etenim neq; violentam purgationẽ,quæ crudis humoribus debetur,feret,conueniétque roborare vires, & coctionem adiuuare, deinde aut ſanguinem mittere,aut coctos humores purgare. Si tamen à ſanguine valde ſeiuncti fuerint craſſi ſucci,& crudi, victum inſtitues pro longiori modo,& coctionem adiuuabis, vti ab Hippo.dictũ eſt lib.4.de Rat.victus acut.& Gale.11.Metho.purgationem autem non tentabis,niſi valida facultate, & coctis,aut commotis humoribus,aut nimium ſeroſis in vaſis,aut tumore quopiam,aut aſcite.Poſtea verò quam humores cocti ſint, aliud nõ pauci momenti in expurgandis corporibus expectandum, apud Hippocr. vt videlicet humores fluxui parentur, quod attenuatione facere oportet, non aliàs.

Humorũ ad expulſionem preparatio.

Sunt

Sunt etenim nonnulli,qui Auicēnæ placita ſectantes, præparationem humorum ad euacuationē per exporgantia medicamenta , quam ipſi digeſtionem appellant (ſatis corrupta vocis ſignificatione) attenuatione craſſorum humorum , & incraſſatione tenuium, fieri volunt, atq; mediocritatem ad purgationem exigi. Ad qood comprobandum adducunt Gale.ſententiam ex lib.de Conſtitu.artis medicæ,quo in loco tenues humores incraſſare præcepit,& craſſos attenuare.Rurſus lib.1.prog.com. 43. Gale.de humoribus tuſſi excernendis dixit : Cæterùm ea ipſa materia ſi admodum tenois & aquoſa eſt , vix excreator , vt quæ circiter flatum circumfluat. Decet ergo eum humorem qni tenuis eſt,incraſſare, ad expulſionem ipſum parantes. Præterea medicos tenetur oaturam rectè operãtem imitari. natura autem in coctionibus omnibus humores reddit craſſiores,vt ſuprà probauimus,igitur medicus id facere tenetur. Præterea ſi tenuitas euacuationibus omoibus accommodata eſt, incipientibus morbis humores crudi ſunt, & minùs craſſi, quàm in ſtatu,quatenus coctio eos reddit craſſiores,incipientibus igitur morbis meliores fiēt purgationes.

Humores omnes ad purgat. attenuādi.

At verò ex Hippo.& Gal. placitis, humores omnes à corpore dncendi vi medicamenti purgantis attenuatione egent,nullus tamē incraſſatione. Id eoim eſt qood Hippo.dixit:oportet fluida facere corpora quę quis porgare voluerit,hoc eſt,meatns laxiores, & humores fluxibiliores:tenoes tamen fluxui magis parati ſuot, & tenuitas euacoationi humorū,vi medicamenti purgantis,nunquam obfuit. Medicamenta namque purgantia humorem familiaritate ſubſtantiæ trahunt , & facultatem expultricem irritant:vtrique autem opem fert tenuitas.Nam dum quidpiam trahitur,eò faciliùs trahitor,quò tenuius eſt, quatenus promptiùs obſequitur : facultas verò expultrix fibris operatur tranſuerſis,quæ compreſſione pellunt humores : comprimentibus verò faciliùs cedunt tenuia , & eo magis , quò fuerint tenuiora. Si enim manu comprimere velis lutum, aqua[illegible], & aërem , facilè intelliges tenuiora magis cedere,& faciliùs pelli. Ad quod comprobandum accedit Galen.ſententia,qoi humores agitatos, qui morbos efficiunt , acutos præcipit attenuare, lib.1.

Quid agendū turgentibus humoribus.

Apho.com.24.dicens: Verùm in acutis morbis circa initia ſtatim,circa primum videlicet diem, vel non vltra ſecundum. Si ſumus vſuri purgantibus medicamentis , quando turgent,non datur facultas iſta præparãdi,oiſi quis fortè arripiat occaſionem propinandi melicratum , in qoo decoctum ſit aliquid hyſſopi,vel origani,vel tragorigani, vel thymi , vel pulegij,ſiue quid huiuſmodi vim habens humores exteouandi. Quo in loco turgentibus humoribus extennantia adhibet Gal. quamuis tenues eſſe magoa ex parte cootingat.Pręſertim ad id probandum accedit,qood Gal.lib.3.de Simpl.med.facul.cap.26. inſuper purgatiooibus experimento id docente, pòſtquam medicamentum familiarem humorem eduxit,reliquos ſequi dicit,tenoitatis ordine,ac primo loco eum qui tenuior eſt:veluti ſi medicamentū trahit bilem,poſtquam ipſam duxerit,deinde ſeqoetur pituita,deinde melancholia.Rurſum ſi medicamentum trahit,melancholiam ipſam primò trahet, deiode bilem, deinde pituitam, & omnia ad finem trahent ſanguinem. Ratio eſt,quoniam familiarem humorem à natura facultas trahit:deinde cùm euacuatio fiat,nō tractione,ſiue eiectione, ſed vaſorum relaxatione,& irritamento, ſinguli ſeqoentur ordine tenuitatis,& tenuior ſemper primo loco,præter ſanguinem,quem natura ad finem retinet. Si igitur nullo trahente , ſed ſola expultrice comprimente, ſemper tenuior antecedit reliquos, notum erit, tenuitatem ſemper parare ad faciliorem purgatioōē, tenues igitur quantumuis fuerint humores,ad purgationem , ampliùs extenoandi. Addocta verò ab aduerſariis noo obſtant. Gal. etiam libro de conſtitutione artis medicæ,de ſanis loquitur,quorum homores non contendit purgare, ſed corrigere , & ad alitionem parare. libro verò 2. prog.loco citato,de ſputo loquitur Gal. ſputum autē mediocre eſſe debet : non enim compreſſione educendum, vti quæ vi medicamentorum purgaotium dueuntur,ſed impulſione, flatu videlicet à thorace pulſo : ipſo verò flatu humorem impellente,qui ſi craſſus fuerit,non cedet , glotinoſus adhærebit , & tenuis flatum circumfluet , quem exire ſyncerum , ac ſine humore permittet. Tenetur etiam medicus naturam probè operantem imitari : itaque coquere procurat , vti natura per ſe facit. Quod tamen humor craſſior fiat,accidit, neque id natura facere intendit,ſed ſequitur ad naturæ opus: interim namque dum natura coctionem molitur tennis humorum pars exhalat,& reliqunm craſſius redditor in purgandis, ſiue vtcumque à natura pellendis humoribus.Quod tamen ex accidenti naturæ opus ſeqoitur, id non tenetur imitari medicus,maximè dum id quod ſequitur , alind naturæ opus præcipuè ab ipſa intentum, ſcilicet euacuationem humorum impedit,quod facit craſſitudo. Eam igitur extenuare oporter , & lentorem incidere , & tenuem humorem amplius, ſi fieri poſſit , aut per tempus conceſſum fuerit, attenuare. Ad id tamen quod ſerunt, decere inter initia purgare humores , quoniā tunc tenuiores ſuot, dicemus naturam non tentare porgationem inter initia : quoniam nondum humor malus à bono ſeparatus eſt,& quoniam non enacuat natura humorem cui non dominatur , & quem noo ſuperat,coctione tamen præcedente ſequitur expulſio ſecundum naturam,niſi quando ſymptomatis ratione ſecus eueniat : Sic ſanè medicus coctionem & ſecretionem expectat,deinde purgatione vtitur.

Purgationem quæ præcedunt.

Cùm tamen coctione pręcedente,humor craſſus remaneat, opus eſt ante purgationem ipſum extenoare:itaque coctio & extenuatio humorum purgatiooem præcedere atque arte moliri debent, humore cocto atque attenuato , vbi natura ipſum non euacuat, aut euacuabit,ſed oon abundè, reliquum arte ſupplere oportet.Hæc etenim ſuot quæ ducere oportet,quæ ſi vergant ad ſoperiora,vomitu purgaoda ſunt,ſi tamen ad inferiora , ventris ſeceſſu , & in vniuerſum qoò natura vergit per loca cōferentia ducere oportet.Quòd ſi nullibi vergant,per inferiora ducentur, quoniam id magis naturę conſentaneum eſt,quamuis Hippocr.temporis naturam aduerteodam præcipiat dicens: æſtate per ſuperiora,hyeme per inferiora purgatiooem coouenire.Is autem qui purgandos eſt, inter reliqoa quæ attioent ad meatuum laxitatem,ventrem lenem habere debet,aut molliendus molli elyſteri pilulas deglutiet quatuor horis à cœna,quibus aſſumptis dormiet, donec purgari incipiat,non amplius,potionem bibet ſummo manè noo autem dormiet ab ipſa, niſi valde languēte facultate : nam aliàs vires liquidi medicamenti interim diſſoluentur.

Pharmaco ſumpto quid agendum.

Præcedet tamē cœna parua:quoniam iuxta purgationes,criſes,& acceſſiones,ab alimentis abſtinendum , & omnino venter cibis vacuus eſſe debet, hora ſumēdi purgans medicamentum. Aſſumptis pilulis licet aquam mulſam pauca quaotitate bibere,maximè ſi venter humore vacet, aut per febres ardentes aquam ordei,paucę qnanti-

tatis: verùm pilulas raró æſtiuo tempore, aut calidiſſimis febribus adhibemus, idque cùm timemus vomitum. Liquido quoque medicaméto epoto idem præcipimus, ſed pilulis aſſumptis ægrum dormire iubemus, à liquido tamen medicamento, aut bolo, minimè. Inquit enim Hippocr. cùm biberit quis elleborum ad motiones quidem corporis magis, ad ſomnum verò & quietẽ minùs ducere oportet. Indicium eſt nauigatio turbari motione corpus. Incipiente verò purgatione omnes à cibo & ſomno abſtineant, & ab omni animi turbatione. Cùm timetur vomitus medicamenti, deguſtet ſuccum pomi acidi, aut oliuam ſalitam, aut malum cotoneum, aut paucum cotoneorum ſuccum cum ſaccaro degluriat, ſiue eorundem appellatam miuam, naribus admoueatur acetum roſaceum, & ſummos digitos manuum aqua frigida immergat, aut eadem faciem inſpergat modiſter ſubitò, non ſemel tantùm, ſed ter & quater per interualla, ſi opus fuerit. Bibito medicamento quidam ſunt qui nó purgantur propter fæcum duritiem, quas mollire oportet clyſtere, aut glande ex melle toſto irritare. Aut non purgantur ob imbecillitatem medicamenti purgantis & paucam eius quantitatem, quibus ſubuenitur, bibito apozemate ex prunis, aut aqua mulſa, & ſequentibus diebus aliquod purgans medicamentum validius adhibendum, aut ob imbecillam ventris facultatem & eiuſdem frigiditatem, quibus ſubuenitur pannis calidis ventri admotis, aut quoniam æger faciliùs purgatur vomitu, & medicamentum ventriculo ſupernatat, cui prodeſt parũ maſtiches cum aqua calida bibere, aut cotoneorũ miuam, aut aquæ mulſæ partes duas, ſirupi de abſinthio partem vnã. Si verò in ventre aſſumpto medicamento non purgatur æger, ſenſerit autem praua ſymptomata, vt vertiginem, capitis dolorem, anxietatem, ventriculi morſum, aqua tepida bibita medicamentum vomat.

Purgatione excedẽte modum.

Fit autem quandoque vt purgans medicamentum plus æquo operetur, & languorem afferat facultati, quod ex pulſu deprehendetur, & animalis facultatis functionibus, quibus extrema membra fricare validiùs decet, eadémque in aqua calida immergere, odorata naribus admouere, & offam panis biſcocti infuſam in vino odorato præbere, atq; vinum ipſum bibendum dare, ſi vehemens adfuerit ardor aut vuæ acerbæ prodeſt, & eadem aut oleum cotoneorum, aut myrtinum epithematis modo applicitum. Quòd ſi opus fuerit, Phylonis medicamenti ſcrupulum vnum, aut theriaces ʒ. ſemis, cum pauco vino diluto bibet. Interim verò ab aëre frigido tueatur corpus tutũ, & extremæ partes, ſomnus verò omnimodo procuretur. Finita purgatione quid agendũ ſit, dicemus. Vbi prius cognitũ habeamus, an ea completa ſit. Agnoſcemus tamen purgationem integram eſſe, ſiti, ſomno, & deiectionum mutatione. Hipp. ſanè Apho. 19. ſect. 4. inquit: Quicunque in medicamentorum purgantium potionibus purgati, non ſitiũt, non quieſcũt donec ſitiant. Quẽ locum perperam interpretati ſunt Auicennas & ſui ſequaces, putantes Hippoc. voluiſſe ſignum ſcribere cópletæ purgationis, ita vt ſiti præſente neceſſarium ſit hominem abundè purgatum fuiſſe. Cùm verò experimento contrarium reperterint, ſæpe ſitim antecedere purgationẽ, atq; ipſa præſente permanere, abſque purgationis integritate, & rurſus plurima purgãtia medicamenta ſuo calore ſitim inferre, ante completã purgationem, coacti ſunt quibuſdã diſtinctionibus additis veram aſſerere Hipp. ſententiam: vbi videlicet non præfuerit ſitis, nec ea vis inſit purganti medicamento. At verò Hippocr. nihil tale nouit, neque vnquã eo experimento ad inueniendam completã purgationem, affirmando, vti voluit, ſed negãdo: non etenim putauit ſiti præſente hominem integrè purgatum: ſed nunquã integrè purgatum hominem, dum non ſitiat: ac ſi diceret, qui non ſitit, non eſt integrè purgatus. Sic enim dixit: Qui non ſitit, non quieſcit donec ſitiat, hoc eſt non quieſcit, neque completũ eſt opus medicamenti, donec ſitiat. Aliquid verò agnoſcendum, aliquid etiam agendum docuit. Agnoſcendũ quidem hominem nondum probè purgatum, abſtinendum autem à cibis & ſomno, donec id ſignum appareat. Completa enim purgatione medicamentum calore & ſiccitate abſumere incipit humorem innatum ori ventris, ac perinde ſitim excitat, ſomnus præterea magnus ſuperueniens, probè purgatum hominem oſtendit, non in omnibus, ſed in his qui vigiliis moleſtãtur: his enim cõpleta purgatione atque abſciſſa cauſa vigiliarũ, humore videlicet acri ac mordaci cerebri mẽbranas mordenſe, ſomnus conciliatur. In morbis tamen pituitoſis, in quibus ab initio ſomnus ſolet hominem opprimere, id ſignũ completam purgationem non oſtendit. Præterea bibito medicamento quamplures valde moleſtãtur ſomno, in quibus nondum purgatio incepit: nota verò hæc iam incepta purgatione eſt ſuſcipienda. Niſi fortè quis diſſoluta facultate impotentiam vigilãdi potius quàm ſomnum patiatur. Deiectionum mutatio pariter quoq; oſtendit completam purgationem eius humoris quem euacuare intendimus. Quòd ſi duos euacuare conetur natura, aut medicus arte, vtriuſque mutatio completam indicat purgationem, ſi vnũ tantùm humorem euacuare contendimus, quoniam is tantùm abundat, eo purgato atque iam altero ſuccedente, ſignum eſt cóplete purgationis. Vbi enim duo humores abundauerint, id ſeruandum quod Hipp. docuit Aph. 14. 2. ſect. dicens. In aluis profluuiis mutationes deiectiunũ iuuant, niſi ad malum mutatio fiat. ſignificat enim adhuc corpus purgari perfectiùs, mutatio humoris in alterum humorem. Fit autem in malum mutatio, cùm ad prauas trãſitur deiectiones, vt colliquantes & fœtidas admodũ. At verò iam purgato corpore aqua ordei bibenda eſt, non admodũ frigida, aut aqua mulſa, aut ius polli. Corpore quidem aut modicè purgato, aut citra modum, ſalis recipiet quod guſtui ſatisfaciat: ſi verò vltra modum fuerit purgatum, aut parum, aut omnino nihil. Deinde ſenſim ad cibos accedat: atque ad eum victum cui antè aſſueuit, non etenim decet ſtatim cibũ copiosè aſſumere, quando ventriculus ex purgatione & medicaméti actione languidus ac diſſolutus remanet. In eo enim valde à medicis erratus, qui aut præulſionis aut curationis ratione, purgatis corporibus illico copiosè alimenta offerunt, non minoris quãtitatis, quàm ante purgationem bene valentibus ipſis offerebantur: deceret enim in id ſenſim reduci. Hæc præcepit Hippo. lib. 2. de Rat. vict. acu. ſect. 12. & 13. dicens: Vbi autem quis medicamentum ebibit, ptiſanam protinus ſorbẽdam dato, neq; inſigniter minore quàm conſuetum eſt quãtitate. Et quoniam abs re nó eſt, purgatione in media ſorbitionẽ dare non conducit: At vbi purgatio deſierit, tunc ſorbitio detur, ſed conſueta minor: deinde liberaliùs perpetuò exhibeatur, ſi dolor ceſſauerit, & nihil aliud ubicem fecerit, cibo aſſumpto, purgatus paulò poſt ſe ad ſomnum conuertet.

Purgatione finita quid agendum.

Sitis ſignum purgationis completa.

Nota.

Somnus purg. ſignum. completa.

Deiectionum mutatio cõpletam oſtẽdit purg.

De tractionum cauſis.

FINITA de purgandis corporibus tractione, de purgantium medicamentorum viribus agere

operæ

opetæpretium videtur:cùm verò medicamẽta purgantia tractoria facultate humores ad locum euacoationi accommodũ ducant,priùs quędam de tractionis cauſis trademus, ad ſequentia apprimè neceſſaria.Præ cæteris tamen quorundam opinionem refellamus, qui dolorem in cauſis tractionum recenſeri voluerunt.Eſt ſanè fluxionis cauſa dolor,ſiquidem eius gratia ad dolentem partem fluxiones cómouentur, non tamen trahit dolor ad dolentem partem ſanguinem,aot alium humorem, aut ſpiritum,quum dolor triſtis quidam ſenſus ſit, cui nulla ineſt trahendi vis.

Dolor non trahit.

Attamẽ excitat dolor animalem facultatem, quæ deinde ſuis vritur inſtrumentis, & ea ad partem dolentem tranſmittit, ſupetias ferre contendens.Quod Gale.lib.5.Aphoriſm.Commen. 53.docuit dicens:Hæc enim eſt quędam ratio communis, in quibus natura aliquid violenter excernit,eo ſanguinem,& ſpiritum tendere,quibus duobus veluti inſtrumentis natura vtens, ea quæ infeſtant per vim impellit.Hac ratione igitur & dolentibus partibus inflammationes adueniunt, natura excernere atque expellere cauſam doloris properante,lib.quoque 13.de Method.meden.inquit:Docuimus in eo opere quod de naturalibus facultatibus edidimus, vnam facultatem naturæ quam excretoriam dicemus, ea ſuo munere tum fungitur, cum triſte aliquid ſentit:vnum verò quiddam eſt ex iis quæ eam contriſtant, ipſa quæ dolorem excitat cauſa, quæcunque ea ſit. Hanc igitur eiicere dum properat phlegmonem interdum in particula concitat: cùm enim primis ſuis conatibus nihil profecit vehementius aggreſſa, quod infeſtat expellere, ſanguinis aliquid & ſpiritus ex ſuperpoſitis partibus in afflictam ſimul exprimit.Ex quibus luce clariùs conſtat,dolorem non trahere, ſed commouere facultatem animalem, atque hanc vti ſanguine & ſpiritu vt inſtrumentis,quibus vtitur aduerſus cauſam doloris: ſunt enim hæc animæ inſtrumenta,vt dixit Comment.Aphoriſm.citati:cùm verò hæc ad dolentem partem excernere conatur, ſua vtitur excretoria facultate,excernit enim quę tentat animalis facultas compreſſione fibrarum,muſculorum,& neruorum:his enim expreſſis excremẽta multorum generum pelluntur à corpore,vti vrina & deiectio, & cum rigoribus humores à vaſis extra mittuntur. Id quoq; voluiſſe Gal. conſtat cùm dixit,eſſe quandam naturæ facultatem, quam excretoriã appellat, atque eam ſuo munere fungi, quum triſte aliquid ſentit, conſtat autem naturæ facultates non ſentire.Cùm autem Galen.dixit naturæ facultatem,intellige noſtræ naturæ,non naturalem,vt ab animali diſtinguitur:quapropter intelligere oportet doloris cauſas, animalem facultatem ſentientem primùm commouere, deinde animalem loco mouentẽ concitari ad fugam,hanc neruis & muſculis ac neruorum fibris vti, quibus cauſam nocentem expellere conatur, accedere quoque naturalium facultatum compaſſionem poſtremo loco, & expultricem adiuuate eam expulſionem. Hæc adeò firma ſunt, vt neque impudentiſſimus quiſpiam eiſdem audeat contradicere.

Nota.

Omne tamen genus trahentium cauſarum tribus membris comprehendit Auicennas, dicens,tractionem omnem fieri à facultate, vt cùm magnes trahit ferrum,aut à calore, vt cùm flamma lucernæ trahit oleum,aot à vacuo,vt cùm aqua per fiſtulam aſcendit: ſed tractionem quæ fit à calore, dicit eſſe ad eam quæ fit à vacuo,reducendam. Nos de ſingulis tractionum cauſis ordine agamus.

Tractio à facultate.

Eſſe tractionem aliquam à facultate nemini dubiũ eſt: nam noſtri corporis membra naturali facultate ad ſe trahont alimentum ſibi familiare & amicum, & magnes ferrum, & medicamenta purgantia humores.Appellant hoc genus tractionis à ſubſtantiæ familiaritate,de quo in conſequentibus agemus. Habet facultas trahens temperaturam vti inſtrumentum: procedit enim actio hæc à forma ſubſtantiali rei trahentis:ſed eſt potiſſimũ trahendi inſtrumentum calor: nã medicamenta purgantia calida ſunt, & ſuccinum frictione incaleſcens validiùs trahit.

Tractio à calore.

Sunt etiam tractiones quædam à calore non accedente,aut ſimilitudine ſubſtantiæ,aut vacui periculo:cùm enim venulæ æſtiuo tẽpore arefactæ (vt inquit Hip.)trahunt ad ſe ichores,conſtat à calore fieri tractionem,& ibidem non adeſſe ſubſtantię familiaritatem,nec vacui periculum impendere.Thapſia ſimiliter particulæ cuipiam admota ſanguinem allicit, vbi non imminet vacui periculum, nec adeſt ſubſtantiæ familiaritas,qua ſangnis euellatur:calor igitur tractionis cauſa eſt ab aliis ſciuncta.

Vacuum an trahat.

Vacuom tamen quam vim trahendi habet,nos in comment. noſtris in lib.2.de Differ.febr.abſoluimus adeò perſpicuè,vt ſuperuacaneũ exiſtimauerim de ea re rurſus verba facere, niſi audirem quoſdam cõtradicere,alios verò inſtantiſſimè efflagitare,vt eandẽ ſententiam in hoc opere repetam, & confirmem. Ego verò vt aduerſantibus obſiſtam, & amicis morem geram,rem aggrediar:quãuis certò ſciam,veritatem (quam nos in noſtris operibus tradimus, docendi, & aliis proficiendi gratia, omni iactantia, omni gloriæ & honoris cupiditate poſthabitis)adeò perpetuo lumine ſplendere, vt obſcurari quandoque, opprimi ſæpe, extingui verò nomquam poſſit. Vacuum quidem nihil eſt,nec eſſe poteſt:vacui tamen periculũ(vt ſic dixerim)imminet quandoque: cùm tamen id non ferat natura, aliqnid loco eius quod ſecedit,ſuccedere neceſſum eſt.Id verò fit quoniam omnia continoitatem amant,& mundus continuus eſt,ita vt euitandi vacui gratia, atque ſeruandæ rerum continuitatis,ſiue contiguitatis,ſiue perpetuitatis,& adhæſionis, vel ipſos montes commoueri, loco mutari, atque aſcendere, priuſquam vacuum eueniat,ſit neceſſarium.Opinati ſunt quamplurimi, viri alioqui memoria digni, grauia aſcendere continuitatis ratione, aut gratia vitandi vacuum, naturaliter, ac nulla vi, ſed vniuerſæ naturæ appetitu & inclinatione, cuius contrariũ nobis viſum eſt eo loco, modò verò idem placet roborare, confirmare,& planum facere.Cùm quidpiam continuitatis ratione trahitur, cauſa eget mouente naturali, aut voluntaria inchoante motum.

Aſſertio.

Res autem ipſa ſi contra natiuam & propriam inclinationem trahatur,violenter trahetur,nihil commoui,quam vocant, natura coadiuuante: quod docere contendimus vel imperitiſſimos quoſque homines. Si ventus cùm mouetur, & eum ſequitur aër ne ſoluatur rerum adhæſus, cauſa naturalis primùm mouens ventom,traher violentia quadam aërem: idem fiet ſi quis aërem aut ventum liberè mouerit:idem fieri videbis,ſi quis per fiſtulam cuius extremum fuerit in aqua demiſſum, aërem ſugens traxerit:nam cùm alter aër,loco tracti,ſuccedere nequeat,aqua ſuccedet, cæterùm hæc violenter trahitur, non natura, aut propria, aut generali. Motus autem violenti nõ ſunt finis alicuius gratia, quamuis agẽs moueat propter finem, non enim res ipſa contra naturam mota in finem aliquem contendet: lapis namque ſurſum pulſus in nullum finem intendit, quamuis agens finem aliquem impellendo reſpiciat.cùm itaque dixero,aquam violenter trahi,omnem ſui motus finem nego, in quẽ aqua ipſa ſuapte natura du-

catur, aut generali natura. Iam illud monſtremus, aquam violenter agi per fiſtulam aëre ſucto: ſi enim extremo altero ori immiſſo alterum in aëre exiſteret, facilè aër incluſus in fiſtula traheretur, & alter nulla violentia ferè, nullóque labore ſuccederet, quoniam in propria ſphera aër facilè vndiquaque trahitur (quamuis non omnino naturaliter,) ſed vbi extrema pars illa fiſtulæ in aquam fuerit immiſſa, vi eget & conatu trahentis: igitur aqua violentia ducitur, nam quæ natura, & ſponte ſequuntur, nullo labore ſuccedunt. Atq; id veritatem ſic facilè confirmabit, quòd ſi aqua per fiſtulam non ſurſum, ſed ad latus duceretur, facillimè poſt aërem ſuccederet; cùm verò trahitur ſurſum, qui trahit nõ modo conari debet, ſed eò magis quò fiſtula longior eſt, & quò aqua quæ trahitur copioſior: nõ igitur ſpõtè & natura ſequitur, ſed vi trahitur. Præterea vidiſti euripos, quibus fontes paramus domi artificiales, hi duo latera habent inæqualia, alterum breuius in aqua demiſſum, alterum extra longius, ab extremo orificio longioris lateris aërem in euripo contentum ſugit miniſter: ſuccedit autem aqua, & continuat miniſter tractionem, donec ad os vſque ducatur, deinde ore ſublato aqua manare incipit deſcẽdens. Cùm enim hoc latus euripi quod extra aquam eſt longius ſit, maiorem aquæ quantitatem continet, quàm reliquum. Hæc quidem grauitate propria deſcendit, & ſecum aliam trahit, quam aſcendere facit, vt ipſam continuitate ſeruata ſequatur.

Ratio effectus mirabilis euriporum domeſticorum.

Sed dicas, qua de cauſa latus id fiſtuloſum altero maius factum eſt: aut quare, ſi minus ipſo foret, nõ traheret aquam ad ſe reliquam, atque ipſam aſcendere faceret, ſed potius traheretur ab altera, vt fieri videmus? Non alia ſanè quàm grauitate, quæ cùm maioris aquæ ſit maior, ſuo pondere deſcendere contendit, quod ſibi eſt natura inditum: minor verò quantitatis maiorem ſequitur, quòd ſi ſpontè ſequeretur, & à natura, vel propria, vel communi mota, non egeret potentia contraria maiori, qualis ad violentos motus ſolet eſſe neceſſaria. Quòd tamen ea eguerit, eſt manifeſtum: nam talis eſt grauitas aquæ maioris, quæ poteſt minorem aquæ minoris grauitatem, & ipſam aquam ſurſum agere, quod minor facere nequit: ſunt hæc euidentia, adeóque philoſophiæ germana, & principiis naturæ conſona, vt nihil magis demonſtratum in ea, aut noſtra hac medica facultate putẽ. Quis enim dubitat, quæ conatu trahuntur violenter trahi, & quæ eò maiori conatu egent, quò ſunt maiora, reſiſtentiam apponere tractioni? nam ſi non reſiſtunt, non reſiſtent maiora magis, quod facit aqua cùm ſurſum euellitur. Et ſi ob craſſitudinem aut cauſam aliam cum difficultate trahi dixeris, reſiſtentiam concedere teneris: ſi enim tenue & craſſum non reſiſtũt, nullum traheretur altero difficiliùs. Præterea quod cum difficultate trahitur, id reſiſtit, & quod reſiſtit tractioni, violenter trahitur. Adſtipulatur noſtræ ſentẽtiæ, quòd per longiſſimas fiſtulas difficilè admodum trahitur aër: quas ſi ad ſupremam aëris regionem productas velis, neque per folles, adactis validiſſimis viribus quidpiam traheres. Quandoquidem aër tractioni aliqua ea parte reſiſtit. Quoniam elementa in naturali loco quieſcere amãt, contra naturam verò huc aut illuc trahuntur. Cauſarũ verò ſucceſſio in prædicta aquę tractione hæc eſt: Thorax dilatatur ab animali facultate: hãc dilatationem ſequitur pulmo: cùm verò is diſtẽditur continuitatis ratione ſequitur aër fiſtulæ, hunc ſequitur aqua ſurſum ducta, cũ vi & conatu facultatis animalis thoracem diſtendentis, quæ eò maior apponitur, quò fiſtula maior eſt, & aquæ aſcendentis quantitas maior: quoniã hæc magis obſiſtit aſcẽſui, ſiue tractioni qua ſurſum agitur. Cõtra hãc noſtrã ſententiã nullum video experimentum, nullam audio vel probabilem rationem: quamuis intellexerim quoſdam raſa fronte temerè contra ipſam præcipitari.

De purgantibus medicamentis.

HAbent medicamenta purgãtia vires trahendi humores quibus ex Gal. doctrina, ſimilia ſunt tota ſubſtantia, quam medici proprietatẽ dixerunt: hanc autem in comment. lib. 2. de Differ. feb. expoſuimus eſſe ſimilitudinem quandam ſitam in modo mixtionis ex primis elementis. Ex his autem quædam ſunt de natura venenorum, vti colocynthis & tithymalus: quædam non, vti rhabarbarum & cnicus. Quæ veneficam habent naturam, validè purgant, corpus vehementer mouentia, & in ſui natura nihil benignum habent, nihil dulce, nihil alimentoſum, quandoquidem eorum mixtio, caliditate & ſiccitate valde reliquas qualitates excedit. Ea tamen quæ in prima mixtione nonnihil alimentitium habent, non valde perturbant corpus, neque venefica ſunt. Quamobrem vbi ſtatutum & familiarem ſibi humorem non euacuant, ſi à natura ſuperentur & coquantur, in humorem conuertentur, quem habent natura euacuare, vt Gale. teſtatur lib. 5. de Simplic. meden. facult. cap. 23. dicens: Idcirco purgantium medicamentorum, vbi purgatione fruſtrantur, quædam extra quàm quòd noxam corpori nullam afferunt, etiam alimentum homini præbent: alia verò in corruptionem & tanquam in venenum vertuntur: prorſum enim medicamentum expurgans vel cum vno ſaltem humorum qui in corpore noſtro ſunt, ſimilitudinem obtinet, non autẽ perpetuò mixta eſt vis venenoſa: quamobrem neque perpetuò, & ſi non purget, iniuria afficiet, verùm coctionem recipiet, talémque producet humorem, qualem trahere natum erat. Ad quod comprobandum accedit, quòd quæcunque ſimilia ſunt, faciliùs inuicem commutantur: ſed medicamentum habet cum humore euacuando ſimilitudinem: in ipſum igitur faciliùs tranſit: tranſit autem in aliquem humorem medicamentum quod veneficum non eſt, vbi ſuperetur & coquatur: nam ſæpe quãuis id natura veneficum non ſit, ſua potẽtia ſuperat humorem, & ipſum à corpore ducit, nec tamen medicamentum relinquitur in corpore, ſed partim diſſoluitur, partim cum humore euacuando excernitur. In pauca verò quantitate ſumptum, non trahit humorem, ſed à natura victum in aliquem humorem tranſit, quemadmodum & alimenta reliqua. Is autẽ humor eius erit naturæ, cuius eſt medicamentum, tota ſubſtantia, hoc eſt, prima ipſa conſtitutione ex elementis. Hæc verò ſimilis eſt illi quæ in humore à corpore vacuando conſiſtit, ob quam ei familiaris eſt. Ex his verò quæ familiaritatem habent, quędam ſunt quibus adiuncta eſt à natura trahendi vis: quędam ipſam non habent: neq; enim perpetuum putamus omnibus ineſſe vim trahendi, quod familiare ſibi eſt, ſed alias habere vires, & proprietates. Quæ verò trahendi vim habẽt, ſibi ſimilia & familiaria trahũt, vt membra corporis animati trahunt alimẽta, & magnes ferrum, & ſcammonium bilem. Nec tamen trahunt quæ omnino ſimilia ſunt, ſed quæ quadãtenus ſimilia, quadãtenus verò diuerſa: ſiquidem ſcammonium non trahit alterum ſcammonium, ſed bilem: quoniam ſcammonium idem eſt ſpecie alteri ſcammonio: ſimile verò bili, & magnes

An medicamentum au quod ſit, quã cùm purgatiuum ſit, ſi nõ euacuet, conuertatur in humorẽ vacuandum.

Medicamẽta purgãtia quæ facultate trahunt.

gnes idem eſt magneti ſpecie & forma ſubſtantiali, ferro verò ſimile. Trahit ſanè medicamentum humorem à proprietate : proprietas tamen dicit ſubſtantialem formam & ſimilitudinem, vt io comment. lib. 2. de Differ. febr. docuimus latè. Io omnibus tamen actionibus naturalibus præeſt forma ſubſtantialis agentis, veluti principium à quo omnis procedit actio, quod euidentet oſtenduot generationes omnes & motus : omne enim oatutale agens, ſibi ſimile natura generat, & io locum conſeruatiuui formæ ſuæ idoneum mouetur. Rhabarbarum itaque & ſcammonium bilem à forma & ſubſtantia, & ſctu trahunt, vtuntur ſanè inſtrumento, nempe calore tum innato, tum aſcititio. Quòd tamen ſcammonium bilem & non pituitam trahat, & cnicus pituitam, noo tamen bilem, id non à forma, neque à calore, aut qualitatiuo qoopiam temperamento habet, ſed à ſimilitudine, quæ relatio quædam eſt, vt loco citato probanimus, repugnante imperitorum caterua. Cùm igitur in prima ipſa ex elementis mixtione, ſimilitudo bilis, & ſcammonij adſit, ſcammooium bilem & oon pituitam trahit. Quamobrem cùm impoſſibile videatur vnum medicamentum cum diuerſis adioodum humoribus natura, ſubſtantia, temperamento, & mixtione coottariis, habere ſimilitudinem & familaritatem, neque fieri poſſe aſſerimus, vt medicamentum vnom & ſimplex, bilem & pituitam trahat, ſed quandoque vtrumque purgare, alterum familiaritate, alterum naturæ irritamento, & meatuum relaxatione, ſioe apertiooe. Ac dicemus præter vnicum humorem familiarem, ſi quempiam expurgauerit medicamentum ſimplex, ſuperpurgationis ratione id facere, nollum tamen medicamentum poſſe trahere diuerſos homores, familiaritate ſubſtantiæ. Scammonium itaque bili ſimile eſt temperamento calido, & ſicco, atque mixtione ob quam familiaritatem habet cum ipſo. Sed coicus ſubſtantiæ habet ſimilitudinem cum pituita, non tamen temperamẽtom, quod ad primas attinet qualitates, quatenus pituita frigida eſt, cnicus calidus. Id verò quod aliud trabit, nõ tãtùm ſimile eſt alteri, ſed eo adhuc validus, tale itaque putatur ſcammonium bili collatum. Aoicennas tamen huic ſententiæ aduerſatur. Si enim verum eſſet quod Galenus inquit, ob ſimilitudinem fieri medicamentorum tractiones, ferrum traheret ferrum, & aurũ aurum, cui rationi ſatisfecerat Galeo. loco citato, qui non idem, ſed ſimile tractionem exercere voluit, noo enim trahitur aliquid ab eo quod vnum eſt ſpecie cum ipſo, ſed ab eo quod ſimile, non itaque magnes magnetem trahet, ſed magnes ferrum, cui eſt ſpecie ſimile, oon idem, ſic & ſcammoniũ bilem, noo alterum ſcammooium. Verum ex ſequacibus Auicennæ quidam rationibus conatur ipſius ſententiam aduerſus Galen. ſuadere : ſæpe enim (inquit) trahitor contrarium, ſed contrariũ noo eſt aptum in contrarium tranſire, igitur nõ omne quod trahitur, aptum eſt conuerti io trabens, neque trahens in tractum, oeque etiam medicamentum quod trahit, in humorem tractum, neque cum ipſo habet ſubſtantiæ ſimilitudinem. Quòd tameu contrarium aliquando trahatur probant, quoniam cor trahit frigidum aërem. Rurſus quod præter naturam affectum eſt, ſemper appetit contrarium & trahit ipſum, vt conſtat ex ventriculi diſpoſitionibus apud Galenum: præternaturales namque appetunt contraria, ſed contraria non tranſeunt in contraria, ſed in ſimilia, non igitur tranſiuit medicameotum in humorem quem trahit, poſtquam mutatũ eſt, & præter naturam affectum in ventriculo, in quo oon habet naturalem diſpoſitionem, quam habebat aote id : quapropter neque ſimilia ſunt quæ trahuntur, oequo medicaments in humores quos trahere deberent, tranſibuut. Præterea humor non generat humorem ex medicamento: nihil igitur refert ſimilitudo ipſorum ad cõmutationem. Præterea ſi medicamentum mutari debet in humorẽ, prius tranſiret in chylum, atqoe amitteret ſimilitudioem quam haberet cum homore, præterea quamnis medicamentom humori ſimile ſit, poſſibile eſt, ipſum noo poſſe à calore ſuperari, ac perinde noo motabitur in humorem. Hæc verò omnino leuia ſunt, & nullius momenti: nos enim oihil modò de cootrariorum tractione ferimus, ſed ſimilium, præter id quòd aër noo trahitur à corde niſi conſecutionis ratiooe, oon tamen ſimilitudine, & ventriculus prauè affectus trahit contraria qualitate, ſed ſubſtantia ſimilia, quæ etiam faciliùs mutat ea ratione. Sic etiam quamuis primarum qualitatum mutationẽ ſubeat medicamentum, ſubſtantia tamen manet, qua trahit ſimile. Humor quoque oon generat humorem, ſed iecur ex medicamento victo generat hunc, & non illum: quooiam in hoc medicamento eſt præparatio ad generationem huius & non alterius. Quòd verò in chylum prius tranſeat, nihil refert : chylus namque ex pituitoſis cibis genitus materiã pituitæ præſtat, & ex bilioſis cibis bili. Illud verò medicamentum quod à calore ſuperari non valet, non tranſibit in humorem, ſi tamen ſuperetur, & coquatur, vt diximus, in eum tranſibit, quem trahere natum erat. Id tamẽ difficilius videtur, quare potius ſcammoniom bilem trahit, quàm bilis ſcammonium, vtrumque enim ſimile eſt, cui Gal. reſpondet, non omne ſimile trahere, ſed inter ſimilia id quod valentius eſt, trahere reliquum, vti magnes ferrũ, quia ipſo valentior eſt, & ſcammonium bile. Sed rurſus ſic obſtandum videtur, nam bilis ſimilis eſt ſcammonio & rhabarbaro, & ab vtriſqoe trahitur : igitur ſcammonium & rhabarbarum ſimilitudinem habent, ob quam vnum trahet reliquum : id nempe quod validius eſt, cuius contrariũ experimur. Neque enim ſcammonium trahit rhabarbarum, nec trahitur ab ipſo. Ad quod dicemus, quòd ſi decoctum rhabarbari, aut eius ſubſtantia liquata contineretur in venis, ſcammonium in ventriculo abſumptum, poſſet ipſum trahere, non minus quàm bilem. Aut ſanè non ſequitur, ſi ſcammonium bili ſimile eſt, & rhabarbarum eidẽ quoque bili ſimile eſt, quod rhabarbarum & ſcammonium ſimilia ſint, poſſent enim cum bile cũuenire, ſed diuerſa ratione. Nam etſi ignis & aqua aëri aliqua ratiooe communicent, non ſequitur vt ignis aquæ communicet, aut eidem ſimilis ſit. Hæc diximus ad Galen. mentem, cuius placita tuemur hoc in loco aduerſus Auicennam & ſuos ſequaces, ſicut in commentariis lib. 2. de Differ. febr. Docet autem Gal. tractiooem hanc à ſubſtantiarum ſimilitudine fieri, & eam in elementorum mixtionis modo conſiſtere : quooiam hanc putat Galen. lib. 4. de Simpl. medic. facult. eſſe totam rei ſubſtantiam. Nos quidem eo in loco expoſitoris officiò functi, ea quæ aotoris mentem explanabant, etſi non omnino vera viſa nobis eſſent, ſequuti ſumus. Modò verò placet iam expoſita Galen. opinione, quæ nobis videntur naturalis philoſophiæ principia magis ſapere, hoc loco referre. In ſingulis corporibus natura conſtantibus duo ſunt coſtitutionis principia hæc, materies & forma, qoam ſubſtantiam, & ſubſtantialem formam appellamus. Præterea bina temperamenta inſunt mixtis corporibus, vt parte

Actio omnis à forma.

Medicamentum non purgat diuerſos humores à natura.

Auicennæ ratio.

Medicamentorum trahendi vis inquiritur.

prima docuimus,alterum primis elementorum qualitatibus, alterum eorundem ſubſtantiis,quod Gal. appellat totius rei ſubſtantiam, atque inde manare dicit in rebus ſubſtantiarum ſimilitudines,à quibus fiunt tractiones, aut, vt rectiùs dicatur, earum ratione tractiones fiunt. Hanc ſubſtantiarum ſimilitudinem, quæ oritur ex mixtionis modo,diximus in diuerſo mixtionis modo diuerſam eſſe, ac perinde in rebus diuerſas eſſe proprietates, in comment. lib.2. Different. febr. quem tamen mixtionis modum diximus non poſſe ſatis explicari,quoniam neque Galen. ipſum ſatis explicuit: difficile ſiquidem videtur, quod Galen. lib.3. de Simpli. medic. facult. cap.24. cnicum tota ſubſtantia ſimilem eſſe dixit pituitæ, & temperamento diſſimilem: pituita namque frigida eſt, cnicus verò calidus. In mixtis tamen corporibus, ſecundum naturam habentibus, qualitates ſubſtantiis elementorum reſpondent. In quibus enim igneum elementum ſuperat reliqua, caliditas quoque reliquas ſuperat qualitates. Elementa ſiquidem intelligere oportet acceſſiſſe ſuis qualitatibus integris,ac deinde ex eorũ actione, relinqui alterum temperamentum ex ſubſtantiis, & alterũ ex qualitatibus: ſingula verò reſpondere ad portionem ſubſtantiarũ, aut qualitatum. Quamuis fiat ſæpe, vt cauſis externis accedentibus, temperamentum qualitatum mutetur, non mutato temperamento ſubſtantiarum elemẽtorum. Iam igitur de cnici temperamento loquamur. Ad ipſius generationem acceſſerunt elementa, quæ qualitatibus & ſubſtantiis fuere attemperata, & ſubſtantiæ ac qualitates ad portionem acceſſerunt, cùm ignis ante mutationem ſummũ habeat calorem, & aqua ſummam frigiditatem. Præter id quòd nulla via intelligi poteſt quidpiam multum ignis habere, niſi quoniam nulla cauſa accidentaria accedẽte, valde calefacit, atque ex ſua natura. Multam quoque aquam ineſſe rebus dicemus, quia in eis frigiditas cum humiditate reliqua ſuperant: ſi igitur totum temperamentum cnici ad calorem inclinat, ſubſtantiæ elementorũ calidorum vincebant ſubſtantias frigidas: atque ſi in temperamento qualitatum cnicus & pituita diſſimiles ſunt, erunt quoque ſubſtantiis diſſimiles,interim dum ſecundũ naturam ſe habet cnicus,& pituita. Aut quopacto fieri poterit, vt cnicus calidus ſit temperamento, & in ipſo non ſuperent calida elementa? quòd ſi hæc ſuperant in mixtione, quo pacto ſimilis erit mixtio cnici,mixtioni pituitę? quod de agarico dicas licet, & de colocynthide. Quam enim habent mixtionis ſimilitudinem pituita & colocynthis? funditus igitur à ratione alienum videtur,calidum eſſe cnicum,calidum quoque agaricum, & hæc temperamenti modo pituitæ frigidæ ſimilia eſſe. Quid enim difficilius, aut minus rationi conſonum eſſe poſſet, quàm temperamentum, & temperamenti modum re ipſa diſtinguere? ita vt agarici, aut cnici temperamentum diſſimile ſit temperamento pituitæ, & temperamenti modus eorundem ſimilis ſit modo temperamenti pituitæ, vt nonnulli pro Gal. aſſerunt. Quamobrem id admonere hoc in loco placuit, diuerſam eſſe ſubſtantialem formam rei mixtæ, vti medicamenti, à mixtione & temperatura ipſius, ac fieri poſſe duo aliqua ſimilia formis & ſubſtantiis eſſe, mixtione verò & temperamento diſſimilia. Quamuis natura fieri non poſſit, vt ſimiles ſpecie formæ inducerentur in materiebus valde diſtincto modo affectis, niſi intra quandam latitudinem. Fieri igitur hac de cauſa poteſt, vt cnicus,& agaricus ſimiles ſint pituitæ,forma & ſubſtantia, diſſimiles tamen tẽperamento, quamuis cum temperamentis adeò diuerſis forma vna in ſpecie non conſiſtat in natiua diſpoſitione, ſimiles tamen quadantenus formas ineſſe materiebus adeò diuerſo modo affectis,nihil obſtat. Sunt igitur & forma pituitæ, & forma agarici,aut cnici ſimiles, temperamenta verò diuerſa: trahet tamen agaricus, aut cnicus pituitam ob ſimilitudinem formarum, de quibus parum curauit Gal.& ob id omnia hæc & ſimilia ad mixtionem reduxit,& mixtionis modum.

Contra Gal.

Cùm itaque vt in comment. lib.2. de Differen.febr. diximus,attractio,vt quæuis actio naturalis,à forma ſubſtantiali cuiuſuis vis procedat,medicamẽtum à forma trahet: quòd verò hoc trahat,non autẽ illud, ad ſimilitudinem, ſiue proprietatem, quæ formis trahentis & tracti reſpondent, referri debet, quod Galen. ad totam ſubſtantiam,ſiue mixtionem ex elementis retulit. Agaricum quoque dicemus trahere humorem ob formam, & ſubſtantiam, quæ ipſius actus eſt: quòd verò hunc trahat humorem, nempe pituitam,& non bilem,id fit ob ſimilitudinem formarum: fiet autem vt forma agarici cum infinitis rebus ſimilitudines habeat, non tamen omne ſimile trahet,ſed quod trahit,id ſimile eſt forma: vtitur autem forma medicamenti ſuo temperamento, vt inſtrumento,ad omnem tractionem, ſiue quamuis actionem: trahit autem ſimile ſuum ſimile, vt ipſo conſeruetur. Hæ ſunt cauſa efficiens tractionem, inſtrumentum,cauſa ſine qua non,& finis cuius gratia. Formam itaque tractionis principium eſſe aſſerimus,cauſa verò ob quam hic humor trahitur,non tamen alter, eſt ſimilitudo formarum trahentis & tracti. Quòd autem in ipſum conuertatur,tum forma ipſa in cauſa eſt,tum in aliquibus materiæ partibus diſpoſitio, quæ ad id præparat, vti craſſitudo, tenuitas,& lentor. Medicamentum præterea expurgans antequàm operetur, à calore noſtro tocaleſcit, & comminuitur,ac colliquatur,mixto humore,ſi id antè liquidum non erat,& ipſum per corpus digeritur. Quod an ad purgationem ſit omnimodo neceſſarium, an non, dubium videtur, poſſitne medicamentum in ventriculo manens, humorem trahere, vel opus ſit ad purgationem medicamentum ad humorem trahendum migrare. Ariſt. problemate 47.lib.1.huic reſpondet quæſtioni, dicens,medicamenta non purgare ob inſignem aliquam qualitatem, ſed quoniam vbi digeſta fuerint per corpus, naturam habent,quæ vincere apta ſunt, non vincit: talia verò cùm non vincuntur, facilè relabuntur per eas vias,per quas adierũt,quæ ſi quidpiam obſiſtens inuenerint, id ſecum deferunt, quod purgari dicimus. Voluit hoc in loco Ariſtoteles purgationem fieri medicamento tendente ad humorem,& deinde redeunte & deferente ipſum. Argentum autem & æs non purgant,quia reſolui & liquari non poſſunt,& mel & oleum quandoque purgant,inquit, quãtitate potius non victa, quàm qualitate trahentia. Hanc dubij ſolutionem quidam non approbant. Sed aduerſus Ariſtotelem rationibus obſtrepunt: medicamẽtum namque in ventriculo manet (inquiũt) non igitur purgat per venas ad humorem: viſum enim eſt ſæpe medicamentum incepta purgatione vomitu reiectum. Præterea in ſanis hominibus maior purgatio humorum fieri deberet, quàm in ægris: quoniam in ſanis faciliùs medicamentũ liquatur,ac digeritur. Præterea fieret vt nulla ſtatuta eſſet via purgationi, quoniam cùm medicamentum ad humorem procedat, non potius reduceret humorem ad ſupremam, quàm ad infimam ventriculi partem, nec potius fluxu ventris quàm vomitu purgabit. Præterea cùm medicamentum ſimilitudine trahat,

Attractio ſimilitudine formarum fit.

An medicamentum purgans ad humorem purgandum meatur?

cùm

eûm coniunctum fuerit humori, oon amplius ipſum mouebit, ſed ei applicatũ manebit, atque quieſcet. Hæc omnia nihil conuincunt aduerſus Ariſt. nam quamuis ipſe aſſerat medicamentum teudere ad humorem, non negat, partem ipſius in ventriculo remanere: ſed omnes conſentieutes inuenio hac iu re. Medicameotum eteuim io vontre aſſumptum liquatur, & partim io vaporem vertitur, qui ad humorem tendit, nou quidem tractum à membris, neque alia quapiam ratioue, ſed vti vapor quiuis teudere ſolet, cùm exhalat iu omuem partem, vbi noo impediatur: ſic etiam vapor medicameoti pee venas tendit, & bumori iungitut, pars tamen eiuſdem craſſior iu ventre relinquitur, deinde verò à vapore inficitur humor, & membra excitantur ad expulſionem: medicamentum verò ſua facultate trahit humotem, ea via qua inceſſit vapor, quáque incedere ſolet alimentum, conuerſa tamen. Quibus cognitis rationes uihil probant, uam ſi medicamentum maner in ſuprema parte ventriculi, ad eam trahetur bumor, ſi iu infima, ad ipſam, humor verò tractus à ventre per proximam partem excernetur: eſt etenim medicamenti muuus humorem trahere: ſed ventris eſt tractum excernere, qua parte vergit bomor. In ſauis verò quamuis faeultas valida ſit, non adeſt humorum malotum excernendorum copia: quòd ſi boni excernantur, non fiet ſine manifeſta corporis uoxa. Nec etiam ſequitur, vt eum bumore medicamentum coniunctum qoieſcere debeat, quoniam pars medicamenti maior & validior, oon migrauit ad humorem, ſed in ventriculo manſit, ad quem humotem deducit: ſingulorum verò purgantium medicamentotum vires, tam ſimplicium quàm cõpoſitorum, ſimul cum ratione compoſitionis medicamentorum loco ſuo tradentur. Nonc verò ad reliquas euacuationum ſpecies tranſire erit melius.

De vomitu.

NOn tantùm per ioferiorem ventris regionem, ſed etiam per ſuperiorem corpus à cacochymia purgatur, quandoque natura prauam ſuccorum redundantiam expellente, quandoque medico naturam imitante, arte & vi medicamentorum ad id valentium, veluti veratro albo, aut agarico. Quod in quibuſdam corporibus exercebant antiqui medici animaduerſa humotum uatura, eorum impetu, & corporum diſpoſitione. Humorum natura docet bilioſos, & leues ac calidos per ſuperiora purgare, frigidos verò & graues per inferiora ſeceſſu. Quod Hippocra. admonuit, dicens 4. Aphoriſm. ſectio. Medicari æſtate ſuperiores magis, hyeme verò inferiores. Calidi ſiquidem ſucci, vti flaua bilis, calido tempore abundant, licet nonnunquam fiat, vt pituita augeatur iu quibuſdam calido tempore, & bilis frigido, ac perinde dixit, magis. Impetum quoque humotum eodem Aphoriſm. comment. docuit Galen. conſiderare, & Hippo. prima Aphor. ſectio. dixerat. Quæ ducere oporter, quo natura vergit per loca conferentia, eò ducere oportet. Ex corporis autem diſpoſitionibus Hipp. 4. Aphor. ſectio. dixit, Graciles & facilè vomentes purgare ſuperius cauentes hyemem: vomẽtes verò difficulter & mediocri corporis habitu, per ioferiora eauentes æſtatem. Tabidos item per inferiora cauentes ſuperiora, & rurſus, qui inteſtinorum leuitate laborant, per inferiora purgandi non ſunt. Ruſus qui lougum habent collum, & qui anguſto ſunt thorace, inepti ſunt vomitioni. Erat autem ea tempeſtate hominibus conſuetum ſæpe & præoiſionis, & tuendæ ſanitatis gratia, tribus, aut duobus immediatis diebus, ſingulis menſibus vomere, vt apud Hippocr. lib. 3. de Dieta dicentem: vtendum eſt vomitibus, ſi humidiores ſint, ter in menſe: ſin ſicciores, bis à cibis omnis generis: libro tamen de Ratio. vict. priuatorum inquit: Qui vomere bis in menſe vult, melius ſibi conſulet, ſi biduò cõtinuarit, quàm ſi poſt quartum diem vomuerit, vomebãt itaque homines multis cibis aſſumptis, & variis potibus, ac multa quantitate, vt cibus ventrem grauaret, & potus multitudine ſupernataret, ac deinde facilè vomeretor. In diebus tameu continuis id fieri ſolebat, vt primò cibus purgaretur, & humores commouerẽtur, deinde ſequenti, ſi quid reliqui eſſet, expelleretur, & ventriculus muodus maueret. Huiuſmodi vſum Gal. lib. 3. Aphoriſm. commentar. 15. damnat, tum ob noxam quam infert corpori, tum quoniam in prauam deducit conſuetudinem. Ipſis tamen tam ægrotantibus parato prius corpore, medicamenta valida præbebant, vomitionem vehementem commouentes, leuioribus vomitibus præparantes corpora (non aliter quàm qui lenibus motibus & frictionibus ad exercitationes & validos motus parantur) ex pluri cibo atque quiete. At noſtra hac tempeſtate nihil tale eſt hominibus conſuetum, nee etiam ſine moleſtia graui ferunt, qui conſueti vomere non ſunt, validam quæ per expurgantia medicamenta exercetur, vomitionem. Quæ autem in venis continentur, purgantibus medicamentis à corpore ſeceſſu ducimus, ſicuti & quæ io inteſtinis clyſteribus, & quæ in ventriculo, ſæpe deiectione, lenientibus, ac detergentibus, nonnunquam vomitione, idque detergentibus medicamentis atque irritantibus. De quorum numero ſunt acetum mulſum, ſiue ſyrupus acidus & raphani ſemen, & raphanus ipſe, & mel atque oleum, aut addita raphani elixatione, quibuſdam quoque agaricum pauca quantitate aut adhibemus ſolum, aut prædictis mixtum. A validioribus autem abſtinemus, quamuis nonnunquam medicamentum ventrem expurgans vomere, ob alias cauſas præcipiamos, ſimul cum humoribus ad vẽtrem tractis, & quibuſdam ſponte ſuperuenias ſtatutis quibuſdam temporibus vomitus, quo vniuerſum corpus purgetur. Noui ſiquidem Antonium à Fonſeca Epiſcopum Pampilonenſem, virum virtute, ſapientia, & genere illuſtrem, qui ſingulis menſibus duobus ferè diebus vomebat ſponte, primùm bilem flauam, deinde pituitam, deinde bilem atram, ſine mora, neque interdum quidpiam eſitabat, aut bibebat, atque cùm ipſe aliàs non integra ſanitate frueretur, liber à morborum periculis longo tempore euaſit, nunc quoque ſuperſtes manet viginriquinque anois iam elapſis. Qui itaque vomere voluerit, hunc ordinem ſeruabit ventris excrementis depoſitis, primùm betam edet elixam, ex aqua, aceto, oleo, & melle, deinde melonem ſine pane, deinde panem io multo iure pingui, poſtea vinum bibet, ſitque inter edendum quæ bibuntur trium generum, dulce, acidum, & auſterum, tertia autem horæ parte tranſacta, ad vomendum, aquam mulſam copioſam bibat. Quod ſemper ad vomendum ſeruari volumus, ſi vomitos per cibos fiat, deinde vomat moto corpore, id enim ad vomendum parat, dicente Hippocrat. cùm biberit quis elleborum ad motiones quidem corporis magis, ſomnum verò & quietem minus ducere oportet, indicium eſt nauigatio turbari motione corpus, atque immiſſis digitis in os, aut penna oleo illita, vomat. Aut cepam aſſam edat cum oleo, & aceto, deinde raphanum, deiode panem

cum

Vomere ex antiquorum opinione.

Vomere, bis in menſe.

Vomere per valida medicamenta non eſt hac tempeſtate in vſu.

Hiſtoria.

Apparatus ad vomitum.

cum lacte copioſo, deinde ſuperbibat hyſſopi elixarionem tepidam, abundè: repida namque, vt inquit Gal. ſoluunt robut ventris; proficient ad idem, ſemen cucumeris in melle, & aceto macetatum, cnicus & acetum mulſum copioſum tepidum, aut raphanus in acero mulſo per noctem macetatus, deinde eſus, & aceto mulſo bibito, ſeſamus etiam cum vino dulci, aut vinum dulce, ant aqua mulſa tepida, aut ſimul cum cibis vatiis non aridis, non acerbis, neque adſtringenribus. Hotum autem copia in ventre eam quantitatem ſeruet, vt venttem impleat: aliàs non ſioe magno labote hypochondriorum compteſſione voment: ſi verò ventet repletus adeò ſit, vt diſtendatur, nec ventet comprimetur, nec hypochondria motu cieri poterunt, nec concuſſione validè propellere, vti ad vomitionem, violentum motum, & qui ſola impulſione, nulla ttactione iuuante fit, opus eſt. Valet autem vomitus prædictus mulris corporis affectibus fututis, aut præſentibus, vri cruditatibus venrriculi, ciborum corruptioni, malaciæ, appetitui labenti, dyſenteriæ, & lienteriæ, à quibus vomitus reuellit, morbis renum & veſicæ, cholicæ, podagræ, & articulari motbo, & morbis capitis qui per ventriculi conſenſum fiunr, vt ſuffuſionibus incipientibus, capitis doloribus, & comitiali motbo, & vertigini, & paralyſi, tremori, & aſthmati, hydropicis, & malè habitis corporibus, & impetigini, lepræ, elaphantiaſi, & cancro, & in ſumma ferè omnibus antiquis motbis, qui cum mulro humore fiunt. Efficit tamen vomitus ſurditatem, & eam quæ à ventre oritur, ſanat, oculotum morbis lædit, ſed ortos à ventte ſanar, ac perinde inter vomendum oculos comprimere opottet. A vomitu verò oculos frigida abluat & ſaciem poſca, & quieſcens pomum anethinum, aut pytum ſaccaro conditum edat, aut roſarum conditum, aut ex corticibus mali citrei, & patum admodum bibat, ſirque aqua ex maſtiche, aut vinom odoratum, & quod nonnihil habeat auſteritatis. Quoniam verò nonnunquam vomitus modum excedit, decet nocumenta, quæ ex eo ſequi ſolent, referre, & remedia ſcribere. Si quis enim plus iuſto vomat, ventris imbecillitatem patietur, & appetitus defectum, & alimenti inopiam, hypochondriorum dolorem, & ſingultum, conuulſionem, oris ventriculi morſum, & venæ io pulmone, aut gutture diruprionem, capitis grauiratem, & oculorum caliginem, & aurium tinnitum, dentium & gingiuarum morbos. Proficiet quàm maximè his omnibus dormire, extrema fricantibus, & ligãtibus, immittere etiam manus in frigidam aquam, & ſumere in potu ſyrupum, de malis coroneis, & de mentha compoſitum, & miuam coroneorum & miloplacenta. Ad morſum quidem oris ventria ſyrupus roſatus, aut violatus, cum myrtino valet: ad ſingultum aqua calida pitiſando bibita, & ſternutatio: ad hypochondriorum dolorem, panni oleo anethino, aut laurino infuſi, aut etiam vino eis addito, & calentes admoti. Reliqua ſuas habent peculiares curationes.

Ventris repletio ad vomitionem quanta.

Vomitus quibus vtilis.

Vomitus quæ mala affert.

Vomitui excedenti remedia.

De Clyſteribus, & glandibus.

Clyſteriorum vſus.

CLyſteria ad multos & varios vſus iniiciontur: nam quandoque per eadem fæcem educimus duram, emolliiione, aut inteſtina irritamus ad excretionem, quoniã languida ſunt, aut ſenſu vacant, aut detergimus & lauamus, ant comprimimus, & aſſolidamus, ant lumbricos interficimus, & educimus, aur à partibus adiacẽribus quidpiam trahimus purgandum, ant earundem partium dolores ſedamus. Hæ ſont, renes, vterus, veſica: aut flatum diſcutimus, aut mitigamus morſus, aut laxamus vias renum, & veſicæ, aut à ſuperioribus partibus reuellimus aſcendentes humores, & vapores, fit etiam quandoque vt languidos vel pauxillom alamus. Communiſſima ratio adhibendorum clyſteriorum eſt ad emolliendas fæces, vt deinde breui deſcendant, & ab inteſtinis facilè pellantur. Cùm enim ægri in lecto decumbant, fæx non adeò facilè deſcendit: quoniam non adiuuatur à propria grauitate, ac perinde retinetur & à calore circunſtantium membrorum obduratur, ad quæ opus erit vri emollientibus fæcem, & parum irritãtibus, in ſanis quoque obdurata fæce, pari ratione. Prope hanc conſiſtit intentio detergendi, quoniam ferè ſemper adeſt pituita purganda in inteſtinis quæ detergi debet. Complet præcipuum vſum, maluarum decoctum cum oleo, & pauco ſale, aut fœnograeci decoctum cum aqua mulſa, aut ex oleo & vino. Secundum, eadem, addiro melle, aut etiam betæ clixatione, aut vrticæ, aut mercurialis: ſed hæc validiùa irritant, & detergunt, minùs tamen mel, ac minùs ſaccarum. In febribus verò adiungimus communiſſimo clyſteri violaceum oleum, aut roſaceum, & ordei aquam, in aliis diſpoſitionibus chamæmeliorum, aut anethinum. Sint autem clyſteria calida: nam repida ioflant, quamuis febricitet homo. Quòd ſi plus euacuare velimus, addimus caſiam fiſtulam, aut hieram picram, aut benedictam. Cauere autem oportet nimium vſum clyſteriorum, quoniam hæc ſegnia faciunt inteſtina, & proprij muneris negligentia, præter id quòd cibum etiam detrahunt iotempeſtiuè à ventriculo & meſeraicis, & animal ab alitione, & refectione priuant. Hac ratione ſæpe fit, vt clyſteria ſuſcipientes, ſequenti die nihil deiiciant, & vulgus affirmat clyſteria communia adſtringere. Sunt autem clyſteria, quæ languentibus ioferuntur, ad alitionem & vitium reparationem, ex iuribus carnium & vitellis ouorum. Hæc enim vbi ad ieiunum inteſtinum aſcendant, & per meſeraicas trahantur, alimentum præbebunt, neque enim impoſſibile reputamus vel clyſtere, vel fæcem ipſam aſceodere, & quandoque fæcem per os reiici, vt Galen. docet ſeptima Apho. ſect. comment. 10. & lib. 3. de Cauſis ſympt. inquit: Quippe nonnullis clyſteria adeò aſcenderunt, vt vomitione reiicerentur, quemadmodum ſtercus per letales voluulos. Contrarium tamen voluiſſe videtur quarta ſect. Aphoriſm. 12. dicens: ſola enim ea euomi à natura apta ſunt, quæ in ventriculo continentur. Eorum verò quæ continentur in inteſtinis, nihil poteſt per vomitus euacuari. lib. quoque 13. de Method. med. dixit: Quæ infuſa ſunt, ea omnia ad ieiunum inteſtinum vſque aſcendere non poſſunt: imò ſi admodum nitaris, fortaſſe tenue tantùm inteſtinum attingant. Cæterùm hæc loca facilè conſentiunt: nam ſecundum naturam ventris excrementa deorſum pelluntur, à ſupremis partibus initium impetus faciente natura, contra naturam verò contingit, vt ab imis partibus impetus incipiat, & ad ſupremas vſque pellatur excrementum, continuato impetu. Quod palam fecit Galen. lib. 6. de Sanit. tu. dicens: Videtur enim ipſa tum impellendi, tum expellendi vis, etiam ſi à ſeipſa aliquid ſurſum impulerit, ipſum motum longiſſimè tueri, quamuis præter naturam ſit eiuſmodi in animalis corporis tranſitu. Latins autem lib. 3. de Cau. ſympt. ſic: Quum enim ſecundum naturam ſe habuerit ventriculus, è ſupernis partibus ad ſe trahit, atque per inferiores deiicit. Quum verò præter naturam affectus eſt, etiam ab infernis aliquid aſſumit.

Communis clyſtere.

Clyſteria frequentia nocent.

Clyſteria an alere poſſint.

Quippe

Digitized by Google

Quippe nonnullis (vt ſoprà diximus) clyſteres adeò aſcenderunt, vt vomitione reiicerentur, quemadmodum ſtercus per letales voluulos. Atqui ſatius fuerit per huiuſmodi affectus vt dicamus ventriculum non trahere, ſed ſuſcipere duntaxat ea quæ ob inteſtinorum compreſſionem violenter ſurſum feruntur. Nam quod inteſtina (etenim de his aliquid dicere operæpretium fuerit) conſtringuntur, id ipſis ſecundum naturam conuenit, id quod in aliis libris iam diximus, atque conſtrictionis auxilio adiuta cibum ad infernas partes deiiciunt: verùm per affectus quoſdam, cùm conſtringi inceperint, ea quæ in ipſis continentur, ab infernis ad ſuperiora feruntur. Ita ſolet euenire nonnullis, quibus non licet ventris onera deponere, qui verſantur in foro, vel in alio loco, vel negotio, vt humor quiſpiam acris ad ſedem vſque deſcendat, ibique violenter retentus, rurſus ad ſupernas partes referatur, atque tum & ventriculum rodat, & caput vaporibus impleat, incipit enim motum à podice, animalis inſtrumento: deinde quodlibet inteſtinorum ipſum à ſe expellit ad proximum quod ſuperiori loco conſtitutum ſit, haud aliter quàm antea, quum deorſum trudebatur. Hæc Galen. ſententia manifeſtè docet, nunquam ſecundum naturam pelli ſurſum excrementa inteſtinorum: præter naturam verò pelli, ab imis partibus incipiente naturæ impetu. Cæterùm neque id ſoluere videtur dubium, an clyſteria alere poſſint: nam iniecto clyſteri, non neceſſariò accedit impetus ad ipſum pellendum ab imis partibus ad ſupremas: non igitur deducetur ad inteſtinum ieiunum, vt enim dixit lib. 3. de Method. med. loco citato, neque ſi nitaris ad ieiunũ inteſtinum attingent. Attamen neque hoc eſt ad alitionem neceſſarium, nam quamuis alimentum clyſteri iniectum ieiunum inteſtinum non attingat, venæ meſeraicæ nonnullæ ad tenue, & colon quoque deducuntur, & infra ipſum, à quibus alimentum arripient.

Glandium vſus. Glandes verò non parum commodæ ſunt ad irritanda inteſtina, veluti fæce liquida detenta, ob ſenſus hebetudinem, aut clyſteri parum efficaci diutius retento, & quibus clyſteria inteſtina inflant, aut tormina patiunt, & quibus fæx prope anum eſt, & vtero gerentibus poſtremis menſibus, & infantibus, quibus glandes ex ſapone indimus oleo illitas, & ſale inſperſas, aut ex pingui porci ſaliti carne: quidam etiam ex alumine, ſed eas modo laudo, quia valde irritant. Supponimus tamen infantibus allium ad placandos eorum vagitus. fiunt quoque glandes ex melle toſto & ſale, aut ſimili modo parata hiera picra, aut ad profundos ſomnos, & ſimiles frigidos morbos capitis ex hieta langodij, & in magnis doloribus cholicis glandes ex melle toſto, & pauco opio: ſed has filo appendimus. His remediis vtimur ad purgationem, vbi opus fuerit, vti diximus toto hoc capite: ſani tamen & bene valentes tantummodo egent deiectione, reſpondenti quantitati ciborum aſſumptorum, ſemel, aut bis in die: vt libro ſecundo Prognoſtic. in noſtris expoſitionibus fuſius docuimus.

De euacuationibus quæ per vrinam, fluxum ſanguinarium, vterum, hæmorrhoidas, ſudorem, & inſenſilem diſcuſſionem fiunt, ac de Venere.

CAPVT IV.

PER vrinam ſeroſum ſanguinis excrementum euacuatur, tum arte, tum natura, in ſanitate quidem bibitis reſpondere debet potus quantitas, atque ſeroſæ parti, & aquoſæ quæ in cibis continetur: colorem quoque ac ſubſtantiam talia ſeruare, atque reliqua, vti in comment. de vrinis diximus, & in expoſitionibus noſtris in libr. 2. Prognoſt. *Vrinæ quantitas.* Verumtamen malè affecto corpore, natura excrementa euacuat per vrinam, quod opus medicus quoque imitatur: ſed poſt magnas euacuationes, ne fortè anguſtos vrinæ meatus humores craſſi, & multi obſtruant: *Vrina quando mouenda.* euacoantur autem ſure ea excrementa per vrinam, quæ continentur in venis & iecore, potiſſimùm gibba parte: nam quæ in ſima continentur, per ventrem potiùs purgantur, ipſa partium connexione id docente. Galeno quoque teſte lib. 13. de Method. med. & libro ſecundo de arte curan. ad Glau. cui vſui accommodata ſunt medicamenta quæ ſanguinem in ſerum conuertunt, quod fiet, parte altera craſſiore reddita, & veluti in caſeum verſa, à qua ſerea pars vti à caſeo ſeparetur. Hanc autem partem renes vt amicam & familiarem ad ſe trahunt, talia ſunt apij radix, & aſparagi, & fœniculi, & ſimilia calidæ, & ſiccæ naturæ, quæ propriè vretica appellantur. *Vrinam mouentia.* Mouent quoque vrinam alio modo, quæ ſerum ſanguinis augent, non mutato ſanguine, vti melones & cucumeres: ſemen tamen melonis & cucumeris quibus non ineſt calor qui poſſit ſanguinem in caſeum conuertere, quatenus inſipidum reddunt ſeroſum ſanguinem, ipſum familiarem renibus efficiunt, qui verò eius naturæ eſt ob familiaritatem trahitur ab ipſis. Canthatidibus verò (vt quidam dicunt) proprietas ineſt deducendi humores ad vias renum & veſicæ, & eaſdem vias vlcerant acribus humoribus ad eas traductis. *Fluxus ſanguin. narium.* Vniuerſum prætetea corpus fluxu ſanguinis narium euacuatur, ſæpiſſimè natura tentante onus ea parte deponere, anaſtomoſi ſiue apertione orificiorum venarum: quod ſanis euenire videmus, & ægris in morbis acutis, & calidis humoribus ortis, veluti cauſo & tertiana febre, & continenti, ſicuti & in morbis iecoris & lienis ſecundum rectitudinem facta euacuatione, & ſanguine ex nare latus laborans ſpectante euacuato, id quoque arte facere tutum eſt: dum tamen modus in ea euacuatione ſeruetur. *Fluxũ ſanguin. narium moliri arte.* Quandoque enim difficile fuit eam ſiſtere euacuationem, & naturæ impetum. Arte itaque idem moliri quandoque expedit, vt inquit Galenus libro tertio de Criſibus cap. vltim. cognita patiente parte: nam ſi hæc dextra fuerit, dextram narem ſecabimus, & ſiniſtram, vbi ſiniſtra. libro nãque ſexto de Morb. pop. parte ſexta Hippocr. inquit: Nares vnguibus ſcalptæ ſanguinem non profuderunt. *Vngues ferrei.* Et Gal. in comment. inquit: Aiunt veteres medicos non ſolùm propriis vnguibus, ſed & ferro quodam ad hoc ipſum parato, narem diuidere ſolitos. Hæc Galen. de antiqua conſuetudine. Nos tamen apud quos inurbata ac ſordida res eſt, vngues vltra carnem alere, non propriis vnguibus ſecamus nares; ſed ferreum vnguem paramus, aut calamum findimus quatuor partibus, & eaſdem extra conuertimus: hoc inſtrumento naribus immiſſo, ac circumacto narem ſecamus, & ſanguinis fluxum mouemus. *Vteri purgatio.* Purgamus quoque per vterum, ac demimus totius corporis redundantiam fœculenti ſanguinis, ac craſſi, & qui nunquam vitio caret, autore Galen. Id quod

natura

natura ordine quodam ſtatuto in fœminis, quæ 13. annum tranſgrediuntur, & 50. non attiogunt, neque vtero gerunt, oeque infantes lactant, facere ſolet, & in morbis iudicationis ratione. Quod munus medicus quandoqoe imitari ſolet, adhibitis medicamentis menſes cientibus, vbi in vtero adſit morbos, veluti ſi inflammetur, aut vlcus patiatur, aut etoſionem. Ad quos vſus accommodantur caſia aromatica, calamentũ, coſtus, aſarum, natdi ſpica, cinnamomum. *Menſes prouocantia.* Præterea humorum extenuatio eoſdem ad euacuatiooem parat, & menſes prouocat, tibiarum ſcarificatio, & ſectio venæ interni malleoli, & ſuffitus aromatum. Ante hæc quoque purgatio in quibuſdam præcedete debet per medicamentum expurgans, dicente Hipp. Mulieri menſes decolores, nec ſemper per idem tempus venientes purgationem indicāt eſſe oeceſſariam, per hanc aotem euacuationem ſanitas fœminarum ſeruatur, & ſine ipſa morbi innumeri ſtatim oriuotur. Quod probè Hippoctat. nouit cum Aphoriſm. 57. ſect. 5. dixit: Si menſtrua plura fiunt, morbi accidunt, & ſi non fiant, morbi ex vtero contiogunt. Ac periode diligenter aduertere debet qui ſaluris fœminæ curam gerit, oe aut cohibeantur menſes, aot plus æquo profluant, vt enim ab initio huius ſectionis diximus, medicina adiectione & ablatione conſtat: quòd ſi retineantur, vacuandi, ſi plus iuſto vacuantur, cohibendi ſunt, & vires ſemper attendendæ, & natura *Mēſium purgationi non eſt tempus vnum.* corporis, & temporis, & ætatis, & reliqua, ſine quibus in euacuationibus limitem nec coniectura aſſequi licebit: ſi verò tempus vnum purgandi omnibus ſtatuere velles, quàm maxime errates: quibuſdam enim purgationes menſtruæ tribus tantùm diebus fiunt, ſingulis menſibus, quibuſdam ſex & 8. Neque Hippocr. id ad naturam fœminarum attinere ignorauit, quum lib. 6. de Morb. pop. parte prima dixit: Menſtrua homidis mulieribus diu durant. *Hæmorrhoidarum purgatio.* Hæmorrhoidarum fluxus fæculentum & melancholicum ſanguinem euacuat, & corpus à plurimis liberat morbis, vt mania, melancholia, varicibus, cancro, elephanto, & renum morbis, apertis venis ani, ſicuti lethargum, phrenitidem, & lienem induratum curat, & is aot iam factis, aut fientibus valet. Hippocrat. namque lib. 6. Aphoriſm. 11. inquit: Ab atra bile vexatis, & renum morbis hæmorrhoides ſuperuenientes bonum. & lib. 6. de Morb. pop. parte tertia, inqoit: Qui hæmorrhoidas habent, neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagedæna, neque foruncolis, neque terointhis, forſan neque lepra, & forſan neque aliis. Quoniam tamen ſæpe is fluxus modom excedere ſolet, & in malum corporis habitum, & hydropem, ob iecoris imbecillitatem deducere, modum in ipſo ſeruare decet, *Aëtij & Gal. diſſe.* ac perinde Aëtius conſulit eas curare, etſi antiquæ ſint, & deinde probè hominem ſeruari, hoc eſt decenti victu. Galenus tamen planè voluit ex Hippocrat. ſententia, vnam eſſe ſeruandam, qua corpus purgetur, ne in prædictos morbos à quibus liberāt, incidant patientes, atque Hippocrat. dixiſſe refert, Hæmorrhoidas ſananti antiquas, ſi vna non remanſerit, periculom eſt aquam intercutem, aut tabem aduenire, ſed de his parte tertia dicemus. *Sudor.* Sudor quoque ſanis & ægris accidit, qui excrementa purgare, quæ in ambitu corporis continentur valet. De his qui ægrotantibus accidunt libro ſecundo Progn. in expoſitionibus noſtris plura diximus. Sed tamen ſanis aliquando elicitur inter exercitandum, aut quieſcentibus ob cauſas alias, vt ex nimio potu, aut caliditate ambientis, aut quoniam valde ſeroſi ſunt corporis humores quos ea via natura ducit.

Nonnunquam etiam ars ipſa medicamentis eum molitur, ſudorificis bibitis. *Sudorem elicientia.* Hæc ſunt, calamentum, aniſum, vitex, anethum, petroſelinum, & cum his aqua mulſa. Aut exterius adhibemus oleum anethinum, aut itioum calidum, dorſum ipſum fricantes, aut baloeum appellatum laconicum, aut pedibus triticum elixum admouemus. Diocles autore Galeo. dixit omnem ſudorem eſſe præter naturam: cùm tamen quàm plurimi ſanis hominibus fiant, & ægris naturæ ope eueniant. *Sudor an natura fiat.* At Diocles id tantùm voluit, ſudorem ſanis hominibus bene valentibus, ac probè temperatis, neque aliquā manifeſte factam euacuationem per cutim contingere, ſed omnem inſenſilem eſſe, non tamen negaſſet, ſudare quoſdam adhuc ſanos, & probè temperatos, iotra ſanitatis limites, ſed tamen cauſa aliqua non ſecundum naturam accedente, vti calore ambientis, aut motu celetiore. Quoſdam verò inter ægrotandum ſudare, naturæ actiooe. *Euacuatio inſenſilis.* Inſenſilis euacuatio per poros cutis fit, ex vniuerſa corporis mole eductis excrementis tertiæ coctionis, per quam alimenta vltimo loco in membrorum ſubſtantiam tranſeunt. Nec tantùm id, ſed etiam ſordes quæ cuti inhæreſcunt, per ipſam purgantur: cùm tamen animata corpora perpetuò alantur, nunquam non diſcutiunt excrementa: ſanguis etenim non omni ex parte carni & aliis membris ſimilis eſt, neque in totum tranſire valet in corpus noſtrum: ſed quod reliquum eſt, diſſolutionem patitur, ſecundum naturam, & toto vitæ ſpatio. Ad hunc vſum proficiunt balnea calida, arte facta, aut ſponte prodeuntia, vti ſulphurea, & aluminoſa, & dulcis aquæ ſponte calidæ manantis: ſic & ambiens nos aër calidus, ſiue temporis ratione, ſiue arte paratus, idem faciat exercitatio, & frictio, valent quoque quàm maximè vnctiones, cataplaſmata, fomenta, & irrigationes, quæ vniuerſaliter adhibentur partibus, quæ plures congeſſerūt humores, quàm poſſit earundem calor vincere, prius totius corporis redundantia dempta, veluti in obſtructionibus extremarum venarum, & tumoribus præter naturam, arte præcipimus. *Inedia ad quæ.* Non parum verò vtilis eſt inedia ad diſcutienda quæ abundant: non quòd inedia, ſiue ciborum abſtinentia, quidpiam facere valeat, ſed quòd calor per id tempus humores coquat, & ſuperet, & excrementa diſcutiat, ac perinde inedia pituitoſis vtilis eſt, mala verò bilioſis, quorum calor plus æquo augetur, & humores bileſcunt. In quem vſum non parum conducit vigilia: diſcutit enim, & potus eorum quæ cum calore habent partium tenuitatem. Attinet quoque ad medendi artem eaſdem inſenſiles vacuationes, cùm modum excedunt, cohibere, poris occluſis, iis medicamentis quæ adſtringendi, & ſtipandi vires habent, vti roſis, myrtho, acacia, & hypociſtide. Præter has omnes euacuationum ſpecies, aliæ ſunt, partibus quibuſdam peculiares, vt quæ ex capite purgant, aut ex thorace, aut ex vtero. *Euacuationes partium quæ impleantur.* Caput autem purgatur oculis, auribus, naribus, & palato, medicus tamen per nares, aut palatum adhibitis medicamentis excremēta capitis euacuat, errhinis medicamentis, quæ per nares infunduntur, & apophlegmatiſmis appellatis, de quibus gargariſmata fiunt, aut maſticatoria. Thoracem purgant medicamenta calore & humore temperata, quæ lingendo ſumuntur, quæ etiam facultatem habent thoracem leniendi, & ſputum mediocre efficiunt craſſitudine & tenuitate, alliàs enim retinebitur. Ad vterum quoque purgandum medicamenta infunduntur per appellatum metrenchitam, veluti flatu incluſo, aut ſanguine concreto, aut ſucco aliquo corrupto, aut vbi vlcere laboret, quandoque

etiam

etiam mortuum fœtum machinamentis ducimus. Venus autem quemadmodum & omnia, quorum in hac ſectione meminimus, euacuationis & retentionis modum ſeruare debet, ſeminis immodica vacuatio multa affert mala, quæ diximus: retentum autem corrũpitur, & venenorũ inducit ſymptomata, quod viduæ & mõniales ſæpe patiuntur. Semen pars vtilis & vltimi alimenti eſt, ad generationem neceſſaria, vt efficiens & vt materia, hæc in vaſis ſeminariis & teſtibus conficitur, & continetur, vbi tamen diutiùs retineatur quandoque corrumpitur & putreſcit, vti quæconque non probè gubernantur à natura, quandoque verò induratur nimio calore areſcens, & teſtes & varicoſum aſtitem obdurat. Quemadmodum autem ſanguinem quem fœminæ poſt annum decimum tertium generant, qui alitioni non eſt neceſſarius, ſed potius conceptioni, dum non concipiunt, quouis menſe purgant: ita viri & fœminæ partem eam quæ generationi deputata eſt, definitis temporibus excernere tenentur. Qui verò valde continentes ſunt, humorem eum ex quo ſemen generatur, in partem aliam tranſmittunt, vnde meatus ſeminarij areſcunt, & ad ſuum munus inepti redduntur, ſicuti & teſtes: contabeſcunt enim membra quæcunque vbi diutiùs ferientur. exercitatio namque roborat, quies tamen colliquat, & contabefacit: atque proinde vſus venereorum vegetas reddit eas partes. Præter id quod ex eodem vſu natura aſſuefit, ad eaſdem partes mittere multum ſanguinem, ex quo multum augetur ſemen. Abſtinere igitur à venereis non parum parat ad continentiam, quæ oritur ex naturali appetitu, ſicuti & nimius vſus eaſdem naturales facultates commouet, atque reliquas ſuperiores. Iam igitur opportunè ſemen mittere, ac modicè, cor à grauitate liberat, & hominem lætificat, qui deinde faciliùs reſpirat, immodicè vigilantibus ſomnum conciliat, & furorem, melancholiam & triſtitiam moderatur, ac iracundos placat, & zelotypiam ſedat, ſymptomata curat, quæ ſequuntur ſeminis retentionem, & imaginationes fœminarum inter vigilandum & dormiendum. Galen. quoque autore lib. 3. de Morb. pop. parte prima, comment. hiſtor. primæ, venus plenitudinem aceruari non permittit, quamuis ſtomacho noceat. Hippocr. quoque lib. 6. de Morb. pop. parte quinta, inquit, Venus pituitoſis morbis confert. Et vti Galen. ibidem inquit, in comment. robuſtis viribus prodeſt, & calorem auget, ſicuti & languidis, ſed hos deinde ſtrenuè refrigerat. Nec etiam dubium eſt, comitialibus morbis & iſchiadicis prodeſſe. Ex anni temporibus optimum eſt, ac veneri aptiſſimum vernum, ſecundum locum habet autumnus, tertium hyems, quartum æſtas. Conuenit tantùm bis qui ætate florent, autore Galen. lib. 2. de Sanitate tuenda. Ex temperaturis calida & humida reliquis ad veneris vſum eſt magis idonea & quæ minùs læditur. Reliquis autem ætatibus nocet, præſertim ſenibus, & reliquis temperaturis, maximè frigidis & ſiccis. Opportunè tamen venere vti decet corpore non pleno, aut cibis, aut excrementis, ſed coctione ciborum iam completa, interueniente ſomno, apud Hippocrat. & excrementis ventris & veſicæ depoſitis. Hippocr. etenim lib. 6. de Morb. pop. hunc cauſarum non naturalium ordinem nobis ſcriptum reliquit: Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia moderata, quibus verbis non tantùm ordinem inſtituit, ſed in omnibus mediocritatem ſeruandam admonuit. Eſt hæc ſanitatis ac mediocritatis tuendæ ratio. Labor ſiue exercitatio primum tenet locum: ſecundum cibus, qui vires à laboribus confectas reficiat, & potus à cibo ad vſus ſuperius traditos: ſequitur hæc ſomnus, qui vires reparat in vigilia diſſolutas, & coctionem ciborum mirum in modum perficit, tum in ventre, tum in corpore toto. A ſomno ſequitur venus, vires enim roboratæ facilè venerem ſuſtinebunt: ſemen autem probè iam confectum & auctum in teſtibus continebitur, ei negotio paratum. Paulus contrarium docere videtur lib. 1. cap. 35. dicens: Tempus autem concumbendi opportunum eſt, ſecundum cibum, vt ſuprà dixi, antequam ſomnus inuadat. Addit quoque ad id comprobandum duas rationes, quarum altera corpori coëuntis eſt accommoda, ad ſanitatis tutelam, altera verò ad prolis meliorem procreationem, verba eius hæc ſunt: Laſſitudo ſiquidem ex coitu contracta obdormienti ſtatim remittitur. Id verò tempus liberis procreandis accommodum eſt, tum aliis de cauſis, tum quòd mulier conſopita genituram faciliùs retinet. Aëtius verò lib. 3. cap. 8. inquit, commodiſſimum tempus coëundi eſt, à cibo non nimium ingeſto: nam ad robur conducit, & frigiditates euenire ſolitæ minus fiunt. Et ſi quidem à prandio quis ad venerem incitetur, quieſcere oportet donec cibus deſideat, ſi verò à cœna, neceſſe eſt paululum antea dormire. Horum itaque conſilium eſt, à cibo venere vti, ſed Aëtius à cœna paululum dormire præcipit. Quorum ſententias non laudo: qui enim cibo nuper deſumpto coierit, cruditatem patietur, aut ciborum corruptionem, niſi validus admodũ fuerit: atque is ſimul quotiens id ſeruauerit manifeſtè lædetur. Somnum autem interrumpere tutum non eſt, tum ob ciborũ commotionem & fluctuationem quam tales ſentient, tum quoniam quàm plures homines cùm ſemel à ſomno excitantur, difficilè admodum ſomnum iterum conciliant, crudus autem cibus motu corporis ante coctionem deſcendere cogetur. Quod autem Paulus ad prolem procreandam id proficere dixit, nihil eſt quod poſſit Hippocrat. præceptum deturbare: nam ex ſemine probè concocto & perfecto meliùs procreabitur: præſertim cùm liceat fœminæ à coitu quieſcere & rurſus dormire: vir autem non ſtatim labores perferet, ſed prius quieſcet decenti tempore, & ſi aſſueuerit ientaculum accipiet, deinde nihil minus ad labores ſufficiet, quàm vbi venere vſus non fuerit: dum tamen ea moderatè vtatur, vt voluit Hippocrat. cuius præceptum ſeruandum volumus, vbi ſanorum hominum ſalutem tuendam ſuſcipimus, & moderatè venere vti monemus. Verumtamen ſi error aliquis committi debeat, & venere vti velit quis, aut longè à cibo, & iuſto plus corpore inanito, aut ventre adhuc cibis pleno, aut etiam ſi humectus valde, aut ſiccatus ſupra modum, melius eſt, pleno ventre, & plus iuſto humecto, quàm inanito valde, ieiuno & arefacto, venere vti: venus enim extenuat, inanit, & exſiccat. Quòd ſi calorem frigori conferas, calfactum corpus infrigidato aptius eſt. Secundum locum habet veneris vſus à cœna, cùm homines ad ſomnum ſe conuertunt: nam ſomno ſuperueniente maris corpus humectatur, & reficitur, fœmina verò virium refectione non eget, quoniam neque animalis, neque naturalis facultas ipſius ex moderata venere aut paulò ipſam excedente malum aliquod patiuntur, ſed vterus colligitur, & ſemen validius continet, cui magis adhæret. Immodicus itaque venereorum vſus fœminas parum lædit, mares verò valde: laborant enim maximè lumbi & dorſum, deinde animalis facultas diſſoluitur, &

Membra contabeſcunt.

Veneri aptum tempus.

Veneris opportunitas quaritur.

Venus qua mala afferat.

vitalis ſpiritus, & corpus vniuerſum refrigeratur, & cruditates acerbantur, & neruorum morbi ſuboriuntur, vti tremor, paralyſis, præterea obliuio & vrinæ ſtillicidium, viſus hebetatur, aurium tinnitus fit, dentiū dolores, oris fœtor, ſanguinis mictus, gonorrhæa, & ſæpe articulorum dolores, & puſtulæ vlceroſæ per corpus erumpunt, ob quas medici morbum gallicum ab ipſis appellatum, eoſdem pati teſtantur: nocet quoque venus defatigatis, & purgatis. Quapropter qui continens eſſe vult, ab his alimentis abſtineat, quæ multum ſanguinem generant, & flatum augent, hæc ſunt carnes agnorum, perdicum, attagenarum, anſerum, & anatum, venerem quoque ſtimulant, ex piſcibus polypus, oſtrea, & anguilla, præterea eruca, rapum, faba, cicer, phaſeolus, piſum, & in ſumma, parcè comedere & bibere, & potiſſimùm aquam, laboribus vti corporis & animæ, veneri longum vale dixerunt. Conducit quoque aduerſus veneris ſtimulos genitalia oleo vngere, in quo frigatur ſemen viticis, aut ſemen vrticæ, aut pirethrum, ruta quoque vtiliſſima eſt. Si verò quis immodicè coierit, virium eget reparatione ſenſim facta per alimenta quæ facilè coquantur, & bonum præſtent ſuccum. Quieſcant quoque, & abunde dormiant: hæc enim reſiccata corpora humectant, & reparant. Sunt quoque nonnulli, quibus veneris vſus valde nocet capiti & ventriculo, nec tamen à venere facilè abſtinere poſſunt, ob ſeminis calorem & irritamenta aſſidua. Quòd ſi ratione duce inter vigilandum corporis ſtimulos moderentur, dormientes inſomnia patiuntur, & nocturnas pollutiones, quibus conducit lumbos roſaceo vnguento linire, aut vnguento ex oleo melino, aut roſaceo & cera, & laminā plumbi tenuem lumbis alligare, & ramos viticis, & violas, ac roſas in lecto ſubſternere.

Venerem ſtimulātia quæ.

Veneris malis quæ proſunt.

De corruptione ciborum in ventre, & ebrietate.

CAPVT V.

IMmodica ventris repletio ciborum corruptorū aliquando accidit, aliquando verò vini, quam ebrietatē appellant: vtrumque autem horū, vti malum quod ex additione fit, ablatione eget. Cibus itaque in ventriculo corruptus ructu deprehenditur, tum etiam fluctuatione cum morſu, grauitate, diſplicentia, atque inquietudine. Hunc in primis vomere oportet: ſi enim retineatur, ventrem & inteſtina grauat, & tormenta generat, caput implet, ac diſtillationes parit, deinde verò ſi in corpus deferatur, quæ & quanta mala afferre poſſit, quid opus eſt dicere? A vomitu venter roborandus oleo nardino & anethino, aut de abſynthio: & ſi corruptio in acidum ructum prorumpit, ſyrupus de mentha compoſitus ſumendus: ſi verò in nidoroſum, miua cotoneorum, ſimplex dicta, deinde conſueta hora cibos paucos & boni ſucci aſſumere decet, parum bibere, & ad ſomnum conuerti. A vinis autem validis per id tempus abſtinere, quoniam in ventre oblæſo aceſcunt, & corrumpuntur, cùm non ſuperentur. Quòd ſi vomere nequit aliqua occaſione, tunc aquam frigidam bibat, ſi ei conſueta eſt: nam inde venter ad depulſionem roboratur, ciborum deſcenſum modis omnibus procuret, erectus itaque cubet, manibus ventri calidis applicatis, ventrem quoque foueat calidis, vti nardino, & oleo de abſynthio. Præterea ventris excrementa deponat & ſomnum procuret. Non fricabit extremas partes, ne corruptus cibus per corpus deducatur, quamuis Aëtius contrarium præcipiat: fallitur enim. Præcepit quoque ne corpus eius qui dormire non poteſt, moueatur, nec decubitus figuram mutet, quoniam aſſiduæ conuerſiones flatum pariunt: quod pariter etiam damno, non enim generat flatum figuræ mutatio, ſed genitus flatus ructu pellitur: quod hinc conſtat, quoniam qui à latere in latus conuertitur cum ciborum corruptione ſtatim magnos ructus pellit, quo tempore nondum generari poſſet adeò copioſus flatus, ob breuitatem. At verò qui cubat in latus dextrum, cibum habet corruptum in latere dextro ventriculi, & flatum ſupra ipſum, ſed cùm conuertitur in latus ſiniſtrum, cibus tranſit in latus ſiniſtrum, qui ſuprapoſitus flatui per ipſum deſcendit, & flatum premendo pellit, quod nos ſæpe experimento nouimus. Iuuat igitur non parum per interualla mediocria à latere in latus conuerti. Poſtquam autem cibus deſcenderit, dormiet, ſi fieri poſſit, ac deinde ſenſim ad cibos accedet paucos, & boni ſucci, quibus aliquid adſtringens admiſcebit, ad finem accipiens, aut milo placentam ex ſucco cotoneorum, & ſaccaro, aut pyrum ſaccaro conditum, aut oliuas Cordubenſes, ſale & thymo, aut origano conditas, aut foliis lauri, aut pomum odoratum cum aniſo. Ebrietati & vini corruptioni vomitus vtiliſſimus eſt: vomitur autem facilè vinum potu aquæ tepidæ, & digitorum, aut pennæ immiſſione, reliquam verò turbationem ſequenti ſomno ſedare eſt ex vſu. Ei quoque qui aſſueuit aquæ frigidæ, conuenit vbi non vomat, ſeſqui libram ex duobus interuallis tripartitam bibere. A ſomno verò aſſueto tempore ad cibos frigidos boni ſucci accedet, & vinum paucum album probè dilutum, cui aliqua inſit conſtringendi vis, bibet. Nemini autem conſulerem inebriari: animæ enim & corpori multa mala affert ebrietas, bonum nullum. Turpe etenim eſt virum probum vino capi, & rerum diuinarum expertum Baccho ſeruire. Quid enim turpius, & viro ſtudioſo minùs dignum eſſe poſſet, ſiue is magiſtratum gerat, ſiue hominum ſalutem tueri procuret, ſiue cauſas agat, ſiue vtcunque, non ſibi tantùm, belluarū inſtar viuat, quàm mente priuari, rationalis animæ vires omnes amittere, ſenſus & intellectus confuſionem & turbationem perpeti, & aliis ludibrio eſſe? Rectè quidem meo iudicio apud Platonem libro de legibus ſecundo, vetitum erat ex inſtituto Carthaginenſium, quempiam vinum deguſtare eo tempore quo reipublicæ gubernandæ curam ſuſciperet, aut in caſtris degeret, neque ſeruum aut ancillam omnino, neque puerum vſque in decimumoctauum ætatis annum. Quæ autem mala corpori afferat, nemo dubitat. Fiunt enim ebrij libidinoſi, furioſi, tremuli, paralytici, balbi, vacillantes, vertiginoſi, quorum oculi perpetuò lacrymantur: quandoque etiam apoplexia corripiuntur. Quapropter nonnullos vidimus è menſa efferri.

Ciborum corruptio quomodo agnoſcatur.

Cibo corrupto non fricentur extrema, contra Aëtium.

Flatum non generat mutatio figuræ, contra Aëtium.

Ebrietatis remedia.

Ebrietatem deteſtatur Author.

Vetus Carthaginenſium & Athenienſium Senatuſconſultū aduerſus ebrios latum, Germani rident.

De animi paſſionibus.

SECTIO VI.

ANIMÆ paſſiones in cauſarum non naturalium & ineuitabilium cenſu ſunt, ſiquidem ferè ineuitabile eſt, & hominibus inſitum à natura, ab his quæ grata ſunt, gaudio affici, & ab his quæ ingrata, triſtitia, timere terribilia, & iniurias repulſare,

repulſare, & ex Peripateticorum opinione, vt inquit Cicero 4. Tuſculanarum quæſtionum, non ſolùm naturales ſunt, ſed vtiliter à natura datæ. Nos verò à natura datas cōcedimus, ſed extirpandas eſſe volumus. Cæterùm quum adiunt, indicia ſunt, & cauſæ. Indicant enim corporis diſpoſitiones à quibus manant, & cauſæ ſunt earum diſpoſitionum, quæ ad eaſdem ſequuntur. Non tantùm etenim corporis diſpoſitiones animā immutant, ſed & animæ paſſiones corpus validè alterant, & ſæpe mortem afferunt. Mutat quidem anima corpus, & ipſum in morboſas docit diſpoſitiones, & mortem: mutat quoque corpus animam, ita vt eius functiones omnino pereant. Incipiunt quoque turbationes ab anima, & corpori communicantur, atque incipiunt à corpore, & conſentit eiſdem anima. Porrò id conſideratione dignum, remediis nonnunquam adhibitis corpori, animæ paſſiones ſedari, & ſæpe adhibitis animæ remediis, curari corpus. Quæ omnia faciſſe aſſequemur, reuocatis ad memoriam, quæ in prima parte de animi pathematis diximus. Quo in loco naturam paſceſcimus metus, ægritudinis, lætitiæ, & libidinis, ac diximus pudorem in metu contineri: neminem quoque eſſe viſum mortuum ita, quoſdam tamen ex timore pœnos defunctos. Mortuus quoque fuit ſubitò quidam coram iudice, cùm ferret ſibi de morte prolata ſententia, puſillanimes quoque viſi ſunt examinari præ nimio gaudio. Plinius namque libro ſeptimo, capite quinquageſimo tertio, Sophoclem, & Dionyſium tyrannum Siciliæ regem, accepto tragicæ victoriæ nuncio, periiſſe refert. Quòd ſi verum eſt quod ipſe libro ſeptimo, capite trigeſimo ſexto refert, Publius Rutilius morbo leui impeditus, nunciata fratris repulſa in petitione conſulatus, illico expirauit. Ac perinde moritur quiſpiam præ triſtitia, quæ in ægritudine continetur, erat enim illa opinio mali præſentis. Quòd quidem morbi quidam ab anima orti corpori tradantur, notum eſt: multi enim ex magna ſolicitudine & angore ægotare cœperunt, quorum curationem ab anima incepimus amicorum conuerſatione, & lætis nunciis, & gratis confabulationibus: quæ etiam ab his quæ angere poſſunt, eorum diſtrahunt cogitationem. Incipiunt quoque à corpore morbi, qui in animum tranſeunt, quod docent capitis morbi, per quos delirant ægrotantes, aut obliuioſi fiunt, furibundi, & melancholici, quorum curationē à remediis corpori adhibitis incipimus, ea auxilia parantes, quæ cauſam à corpore pellant, qua pulſa animus ſtatim reparatur. Citra morbos, præterea notum eſt animi mores corporis temperaturam ſequi, & quoſdam ſegnes eſſe ob pituitæ exceſſum & frigidam temperiem, quoſdam iracundos ob calorem & bilis redundantiam, & puerorum animam multo humore ſuffuſam torpeſcere. Quorum omnium præſentanea auxilia ſunt, quæ corpus moderantur, & redundantiam omnem demunt, aut defectus corporis ſupplent: difficile namque aut penè impoſſibile eſt, corpore prauè cōſtituto mores animæ emendare. Ac perinde ſæpe ſolemus apud magnates prædicare; pueros ingenuos ſimul expoſcere pædagogos, qui eos bonis moribus imbuant, & præceptores, qui eos bonis diſciplinis inſtruant, & medicos, qui corporis peccata emendent, & moderentur. Nemo itaque eſt qui dubitet, quàm ſint bilioſi iracundi, ſuperbi, & inconſtantes, quantum pituitoſi ſegnes & inertes, quantum melancholici triſtes, & quàm leuibus cauſis aut nulla oblata occaſione triſtentur, & ſolicitudines ament, ſanguinei verò quàm ſint læti ſodales, lepidi, & feſtiui. Sed

Animæ paſſiones à natura datæ, ſed extirpandæ.

Nota.

Mortui præ gaudio.

Mortuus præ triſtitia ſubitò.

neque illud dubium eſt quantum animæ functiones poſſint corpus variè mutare: lætitia namque extra mouet animam, ſanguinem & ſpiritum, triſtitia intrò, ſed ſenſim: timor intrò, ſed ſubitò: ira intrò priùs, deinde extrà, ſicut & pudor. Inſpicientibus quoque nobis colores rubeos, ſanguis extrà fertur, atque proinde præcipimus infantes, qui variolas patiuntur, pannis rubeis obuolui, quod non parum nocet fluxum ſanguinarium patientibus, & morbo regio prodeſt, pallidos inſpicere colores, hac vna ratione, quòd ſanguis animæ motū ſequitur. Nonnulli præterea imaginationem humanam tantum valere exiſtimanerunt, vt aſſererent non tantùm corpus imaginantis mutare poſſe, ſed & alienum. Quorum dux fuit Auicennas ſexto lib. naturalium, in quo genere faſcinationem ſtatuerunt. Aſſerunt ſanè imaginationem medici poſſe hominem ſanum in ægritudinem deducere, vt & ægrum ſanitati reſtituere, & niuem ac pluuiam ſine nubibus conficere. Supponunt autem hi animas omnes diuerſas habere proprietates & vires, quas à cœleſtibus influentiis contraxerunt, cauſas quoque ſuperiores his inferioribus dominari, inferiores verò ſuperioribus obedire, & magis eis cauſis & intelligentiis, quæ nobiliores ordinis ſunt. Intelligentiam quoque humanā quò habuit à prima generatione maiorem virtutem à cauſis ipſis cœleſtibus, eò eſſe perfectiorem, & cauſis ipſis ſuperioribus ſimiliorem; ea igitur anima quæ à Ioue vires accepit, Ioui ſimilis erit, & materiam horum inferiorum quam Iupiter mutare poteſt, leui accedente diſpoſitione, pari ratione animam prædictam mutare, atque validius quàm cauſæ inferiores, quæ in genere contrariorum ſunt. Exiguntur autem duo ad ſimiles mutationes: alterum eſt, vehemens animæ cogitatio circa id, alterum diſpoſitio materiæ ad patiendum. Anima itaque humana ex horum opinione poterit ſanare, & morbos inferre ſola imaginatione circa aliena corpora, atque calefacere & infrigidare eadem quæ magis ipſi obediunt, quàm cauſis inferioribus. Valere quoque imaginationem ferunt in ſemine plures facere mutationes, ita vt ſi in terra locus foret aptus, ibidem ſine vtero matris, ac ſine ſemine poſſet animæ imaginatio hominem generare. Quemadmodū verò hyacinthus & ſmaragdus facultatem habent mutandi cor, & morbos ipſius curandi, vbi appendantur, quamuis cor non tangant, ita & imaginatio poterit id efficere abſque contactu corporis. In huius rei teſtimonium adducunt experimentum. Gallina etenim cùm ſemel gallum in pugna ſuperauerit, ſuperbit, & criſtas erigit, cui calcaria gallorum ſimilia naſcuntur. Rurſus ex fœminatum imaginatione ſemen in corpore mouetur, & aliquando propellitur. Mulier quoque quæ in venereo actu nigram rem, aut Æthiopem imaginatur, nigram generat prolem. Et qui imaginatur, aut videt alium comedentem quod ſaporem habet ex acerbo acidum, in ſtuporem dentium incidit, & qui videt alios mingentes, aut oſcitantes, ſtatim ad mingendum, aut oſcitandum excitatur. Hinc etiam oritur opinio faſcinationis: dicunt enim, imaginationem poſſe alteri morbum inferre. Ferunt quoque ſe vidiſſe hominem ſolo viſu imaginatione accedente, homines interimere, & alium belluas occidere. Quibus adiungunt Diui Pauli ſententiam ad Galatas, cùm inquit, O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit, non obedire veritati? & Vergilij carmen,

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Imaginatione etiā ferunt homines, quos alexicacos

Imaginatio an mutare poſſit alienum corpus, negatur contra Auicennam.

De hac rerum ſympathia & antipathia vide Fracaſtor. & Scalig. aduerſus Cardan.

appellant, Hiſpani, ſalutatores, ſagittas, & ſpinas euellere, & per focum, aut diſtrictos enſes, ſine noxa incedere. Quæ omnia, ſi quis probè animaduerterit, plena ſunt ſuperſtitionis, & falſitatis, & à catholica religione valde aliena. Nos quidem non negamus, fieri poſſe vt homines cum dæmonibus conueniant pacto, & dæmones machinamentis multa conficiant, admotis naturalibus inſtrumentis, quæ à nobis admoueri non poſſunt, nec perinde perfici humanis viribus: quædam etiam ab ipſis non fieri, ſed ſpeciem facti nobis proponere, ac videri à nobis facta, quæ nec facta ſunt, neque à dæmone ipſo quoquam pacto fieri valent. At verò imaginationem humanam extra corpus ipſius imaginantis quidquam facere, nec verum eſt, nec à viro aut catholico, aut philoſopho probandum. Si enim verum eſſet quod ferunt, citra miraculum fieret, vt fœmina ſine mare conciperet, & homines à mortuis reſurgerent, & cæci à natiuitate viderent. Præterea ſi nobilis animæ foret imaginationis vi ea perficere, quæ ab ipſis feruntur, viri ſapientia & virtute præſtantiſſimi talia perficerent, qualia ſe vidiſſe ferunt, hominem nempe viſu & imaginatione ſanaſſe ægrotos, & alterum interemiſſe equos, aut boues, alterum infantes faſcinaſſe. Secus autem ſe res habet: nam hi quos alexicacos appellant, imperiti quidam ſunt, nebulones, ebrij, incontinentes, quorum anima nulla aut virtute, aut ſapientiæ dote illuſtratur: non igitur ob animi præſtantiam ea facere exiſtimare deberent. Quæ autem ipſi ad comprobationem adducunt, id tantùm ſuadent, quod nos affirmauimus, imaginationem poſſe corpus imaginantis mouere, non tamen alienum. Gallina etenim ſuperbit, ac ſibi calcaria producit, cùm gallum vincit, id tamen internus affectus eſt, ſicuti & ſeminis ad vaſa ſeminaria motus, aut eiuſdem proiectio, ſic & Æthiopis imaginatio nigrum colorem intra fœminæ corpus efficere poſſet, interim dum proles in vtero continetur, delato humore nigro & melancholico ad locum conceptionis. Imaginatio pariter poteſt dentibus imaginantis eam inferre diſpoſitioné, quæ ſolet ab acerbis & acidis ſaporibus induci. De qua re quandam barbarorũ opinionem in noſtris comment. in lib. 1. de Diffe. febr. confutauimus. Quum autem videmus quempiam aut oſcitantem aut mingentem, noſtrum corpus ad mictum, aut oſcitationem mouemus, ad memoriam reducentes mictum, aut oſcitationem, quorum obliti eramus, quoniam cauſa non incitabat ad eadem abundè. Quòd autem faſcinationem approbant, indignum videtur viro ſapiente, vt nos citato loco aſſeruimus. Paulus etenim Galatas faſcinatos dixit, non corpore, ſed mente, dixit enim: Quis vos faſcinauit, non obedire veritati? Ac ſi diceret, quis mentibus veſtris impoſuit? aut quis vos decepit? Omnia enim hæc verbum *βασκαίνω* ſignificat. Vergilius autem ruſtici nomine loquitur, apud quem & ſimiles, opinio de faſcinatione in pretio habetur. Pueros quoque ſpecioſos faſcinatos fert Vergilius. Eſt autem id quod nos loco citato ex Hippocrat. & Celſo diximus, bonos corporis habitus, qui extremè tales ſunt, nequeuntes tranſire in melius, neque quieſcere, omnino in deterius migrare. Et qui ſpecioſior, aut coloratior quàm antè factus eſt, ſuſpecta bona ſua habere debet. Sic & infantes pulchriores aliquando facti, in morbos delabuntur. Quòd verò aliquando videntur homines aut per diſtrictos enſes ambulare, aut ignem calcare, aut dæmonum eſſe acta dicemus, aut eorundem, aut hominum impoſturas, & apparere quidem oculis, non autem exiſtere. Recedant igitur hæc ab animis philoſophorum, quæ neque idiotis digna ſunt, apud quos impoſturæ, ſupplantationes, ſuperſtitiones, & innumera deliramenta præualuerunt, quæ barbari medici & philoſophi hominum mentibus induxerunt. Nos verò eadem extirpare toto animo conamur hoc in loco, & reliquis in quibus ea tantùm quæ vera ſunt & ſapientibus digna docemus, & approbamus, nugis & ſophiſmatibus exploſis. Recedāt ſi placet iam inueterata & obſoleta, & noua ſint omnia. Conducit porrò non parum ad ſanitatis tutelam noſſe animi perturbationes, corpus mutare, & quandoque poſſe affectus corporis contrarietate ſanare, vt impetum ad interiora factum timore, aut triſtitia, lætitia curamus, & metu nouimus quoſdam magna ſanguinis commotione è quartanis, & ſanguinis profluuio curatos: in omnibus tamen mediocritaté ſeruandam, quam etiam ineuitabilem putamus, exceſſus tamen vitare decet, vti ſaluti aduerſos, quos maximè propriè animi perturbationes quis appellauerit. Has Stoici vitare præcipiebant, & in virum ſapientem nunquam incidere aſſerebant. Quales enim ſunt morbi corporis corpori, tales morbi animi, eidem. At qui morbos corporis patitur, ſanus non eſt, ſic etiam & qui animo conturbatur, animo ſanus non eſt. Qui verò non eſt ſanus, inſanus eſt: igitur qui animo conturbatur inſanus eſt, is verò non eſt ſapiens. Quapropter animi conturbationes vir ſapiens non patietur.

Dæmonum pacta.

Imaginatio nihil agit extra corpus.

Alexicacorũ vitia.

Faſcinatio apud Paulum.

Faſcinatio non eſt vt vulgus putat.

Animi perturbationes ad ſanit. agnoſcenda.

Animi perturbationes aliena à viro ſapiente.

De victus ratione eorum qui non ſuſtinent generalem viuendi modum.

SECTIO VII.

SCripsimvs in præcedentibus generales viuendi regulas, quæ ſanis debentur, & nulla occaſione præpeditis, ita vt quæ diximus obſeruari non poſſent in cauſis non naturalibus, quæ neceſſariò occurrunt. Quoniam verò quibuſdam peculiares quædam viuendi regulæ ſunt ex vſu, de eiſdem in hac ſectione ſcribere decreuimus. Peculiaris verò viuendi ratio debetur pueris, ſenibus, his qui iter agunt, nauigant, aut in laboribus viuunt, aut omnino in otio degunt, aut obeſi, aut graciles admodum ſunt, aut aliquod membrum præ cæteris diſtemperatum habent, aut in morbos incidere parati ſunt, aut ab eiſdem conualeſcunt.

De victu infantium.

CAPVT I.

INterim dum infans in vtero continetur, tota victus ratio ad matrem dirigenda eſt, quam ſanam ſeruare oportet. Superueniunt autem vtero gerentibus ſymptomata quædam magna ex parte. Hæc ſunt, ciborum in ventre fluctuatio, ſalinæ in ore redundantia, appetitus deiectio, & malacia, quæ pica etiam dicitur: quoniam ea auis varietate ciborum, & eorum prauitate gaudet, & ferunt, eandem eo malo capi. Quæ omnia ab excrementorum copia oriuntur. Cùm enim primis menſibus ſanguis menſtruus retineatur, & embrio ob paruitatem eam abundantiam

Pica mulierbris vnde dicta.

tiam vincere non poſſit, quod optimum eſt ſibi applicat, reliquum verò excrementoſum in venis matris relinquit, venæ autem plenæ non trahunt, ac perinde nec appetitus excitatur. Præterea cruditates in ventre aceruantur, tum quoniam alimenta corrumpuntur, non ſuperata, nec digeſta, tum quoniam venæ & iecur quod abundat craſſum & excrementoſum in ventrem reuomunt. Excrementum autem craſſum, crudum & pituitoſum, fluctuationes efficit ciborum, & multam ſaliuam ori transfundit, inde quoque appetitus ciborum fere demoritur, ob ſenſus hebetudinem, & corrumpitur, ac conuertitur ad praua alimēta, veluti carbones, teſtas, & gypſum: adhæc enim conuertitur appetitus tanquam contraria redundantibus humoribus, & quæ aliqua ratione eiſdem prodeſſe valent, quoniam qualitate

Vtero gerentium ſympt. quo poſſe curantur.

contraria ſunt. Quibus medetur exercitatio, quæ longo inceſſu perficitur: hæc enim excrementa abſumit, & victus per ea quæ extenuant humores, & eoſdem exſiccant. Anethum itaque cum carnibus elixandum, & aniſum pani miſcendum. Rurſus paſtinaca melle condita ante cibum, & poſt ipſum eiſdem accommodatur, nuces quoque cum pane in eundem vſum edontur, & recentiores adhuc meliores ſunt, quibus nonnulli probè caricas admiſcent. Prodeſt quàm maximè ad eas ventriculi diſpoſitiones ſyrupus de mentha compoſitus, & lanam ventriculo admouere, ex oleo anethino, aut nardino, aut maſtichino. An tamen aliquando purgandæ ſint adauctis malis, diximus ſuprà. Nos ſanè inualeſcentibus admodum prægnantium accidentibus eas manna, aut infuſione rhabarbari purgamus. Alenda quoque eſt alimentis quæ bonum ſuccum præſtent & aliquam exſiccandi vim immixtam habeant. Infans verò ad eam magnitudinem perductus vt alimenti copiam in vtero capere non poſſit, aut etiam aërem inſpirare cupiat, calcitrat, & acetabula diſrumpit, & in lucem prodit. Quem conſide-

Infantis nati quæ habenda conſideratio.

rare debet medicus, an ſanus ſit, & validus & omni ex parte probè formatus, numerum, magnitudinem, & figuram membrorum, & meatuum per quos excrementa purgantur apertionem, an probè reſpiret, cum contentione vagiat, membra ſingula moueat: cui obſtetrix caput conformabit ad figuram ſphæræ vtrinque leuiter compreſſæ, palpebras eleuabit, quibus ex ore aquam inſtillabit, & purgabit oculos, ſicuti & aures & nares, leuiter comprimendo, & anum digito minimo aperiet, vt paulò pòſt

Huiuſmodi excrementum aliàs vocatur papauerculum.

meconium excernat, eſt id quod Hiſpani dicunt, la pez, excrementum quod à iecore ex ſanguine menſtruo delatum fuit ad inteſtina infantis dum in vtero permanſit, nihil ore ſumens, id verò fæculentum & vſtum eſt, & nigrum ad picis modum, & ſalem cuti inſperget: vena vmbilicalis quatuor digitis à ventre ſcindenda acuto ſcalpro aut forcipe, deinde ſanguis exprimendus, reliqua pars prope vmbilicum liganda validè, vt deinde intra tertium, aut quartum diem, vt ſolet fieri, decidat. Lanæ deinde floccus ſuperponatur vmbilico, aut ex panno lineo lacero, penicillus, aut linamentum conceptum fiat cum pauco rizo toſto, aut cineris flore. Fœminæ Hiſpanæ cuminum tritum apponunt, quod ob acrimoniam ab Aëtio reprehenditur. Deinde faſcia obuoluatur vmbilicus, deinde toto corpore oleo vncto, obuoluatur infans pannis mollibus, & leni-

Infantis victus.

ter comprimentibus. His actis infanti lingendum mel digito tradetur, vt appetitus proſecutionis alimenti excitetur, & ſugere incipiat oblectamento dulcedinis motus. Expreſſo tamen craſſiore & caſeoſo lacte in vberibus retento, infanti lac ori inſtilletur. Præſtat autem duobus antè diebus matrem lac perdere, quàm infantem lactet: quoniam non conficietur probè per id tempus; & deinde quæuis ſuum lactet infantē, niſi aliqua ratione honeſta impedita ſit, aut ægrotet, aut id munus moleſtè admodum exerceat, aut papillis careat, aut vlcera earundem patiatur. Decet enim infantem non orbari ſua hæreditate, qua creator ſumma pietate, liberalitate & prouidentia ipſum donauit. Quod enim per vmbilicum intra vterum capiebat, id ſibi tradi voluit in mammis confectum, ad eaſdem traductum per cōmunes venas vtero & ipſis. Bis autem aut ter per diei vnius ſpatium lac capere medici præceperunt: quod tamen non facilè ferunt infantes: ſæpiſſimè enim ſe ad mammas ſugendas conuertunt cum vagitu implacabili: & meritò quidem, quoniam multum ſemel ſuperare non valent: cui rei ratio adſtipulatur, dicente Hippocrate; Et quibus ſemel, aut bis, aut amplius, aut minus, aut ſecundum partem, condonandum autem eſt aliquid tempori, horæ, regioni, ætati & conſuetudini. Cùm verò vmbilicus deciderit, rurſus cineris flos aſpergendus, aut cinis tali ſuilli vſti. Lac itaque ſolum in cibis

Lacte alendi infantes ſolo.

ſumere duobus primis annis Paulus præcipit. Galenus verò donec primores dentes edat. Salubre ſanè conſilium, modò tamen ob nutricum imperitiam, & quoniam cupiunt eoſdem voraces efficere, nondum primo tranſacto menſe, eiſdem alimentum parant ex pane, melle, & oleo in quo allium frigatur, fœtidum, & calidiſſimum cibum, qui eoſdem exurit, & in febres incidere cogit, & inducit cacochymiam, à qua ob eius & ſimilium ciborum vſum nunquam liberantur. Cogunt quoque eoſdem ante annum carnes deuorare. Quibus ego tranſacto ſexto ætatis menſe, concederem offam panis in iure pulli malaxatam, addito ſaccaro, aut eandem in oleo & melle liquatam, cum quibus aquam deguſtabunt: à vino tamen omnino abſtineant, aut medullam aut pinguedinem ouilli lactis, quam butyrum appellamus, edant. Quibus Troiani infantes alebant,

Troianorum cibus.

vt Homerus ait Iliados χ.

Ἀστυάναξ, ὃς πρὶν μὲν ἑοῦ ἐπὶ γούνασι πατρὸς
Μυελὸν οἶον ἔδεσκε, καὶ οἰῶν πίονα δημόν.

Hoc eſt, Aſtyanax, qui ſolebat ante in genubus patris ſolam medullam edere, aut ouium pingue. Sit autem medulla vaccina, ouillum autem butyrum, quibus mel aut ſaccarum addimus, ne nauſeam concitent. Decet quoque eoſdem ſæpe abſoluere, & pannis mundis inuoluere, ne ab acredine vrinæ, aut deiectionis erodantur, & moleſtentur. Corpúſque ipſorū blandis manibus fricandum, & oleo vngendum, potiſſimùm femina, interfœmineum, & nares. Abluat quoque nutrix quandoque vniuerſum infantis corpus aqua tepida dulci, & exercitationis loco, vagitus & vociferatio proſunt. Nutrix præterea corpus ipſius moueat, aut in cuna, aut lectulo pendenti, Hiſpanè colompio, aut in vlnis, quod non parum ad conciliandum ſomnum conducit, & dolores placandos. Tria etenim ſunt quæ

Dolores infantium ſedantia.

infantium dolores ſedant, & moleſtias placant, papilla nutricis ori indita, motus mediocris in vlnis, cunis, aut ſuſpenſis lectulis, & vocis modulatio, quibus accedit quandoque ſordidarum veſtium in terſas & mundas mutatio: qui enim à pannis ſordidis exaſperantur, nec quieſcunt, nec tacent. Harum omnium commoditatum peritam decet eſſe nutricem, quæ etiam agnoſcat coniectura, qua de cauſa plorans, & vagiens infans fatigatur. Nam & ploratus cum anguſtia dolorem oſtendit, ſicut & iracundus vagitus, & motus inordinatus cum vociferatione.

V 3 Qui

Medici ad infantes gubernandos induſtria.

Quibus acceder medici, tum induſtria, tum conſilium ad agnoſcenda mala, & eadem placanda, ſicuti & ad eorundem affectus moderandos, ſingulis extremis affectibus, vti iracundiæ, tarditati & ignauiæ, contrarias cauſas adiungens. Coducent igitur principes & magnates ſimul pædagogos, & medicos, præceptores autem à ſeptimo annu pueritiæ. Medicus etenim corporis affectus, & eorundem cauſas ſupprimet, vt per inde animamorum bonorum & diſciplinarum capax fiat.

Electio Nutricis & lactis.

Nutricis electiones.

AD hæc verò conſequenda imprimis nutrix eligenda eſt mediæ ætatis, inter vigeſimum & quadrageſimum annũ, quæ bis, aut ter pepererit, & infantes nutriuerit, ſana, & quoad fieri poſſit, bene habiti corporis, & coloris medij inter album & rubrum, aut ſubnigra potius quàm ſubalbida ſit, lato thorace, mammis modicæ magnitudinis, non fungoſis, non rugoſis, aut laxis, ſiquidem in earũ carne probè confici debet infantis alimentum, atque ab eiſdem concedi. Papillæ quoque mediocres ſint: nam paruæ non apprehenduntur ore, & magnas non capit os infantis, præter id quòd palatum lædunt, & deglutitionem impediunt, ac linguæ motum. Abſtineat hæc à venere, nam venus fœtorem lacti infert, & menſes prouocat, vnde infantes alimento priuantur. At verò ſi eis alimentum non deficiat, vti in quibuſdam ſanguine abundantibus fieri vidimus, non parum commodi ſequitur ex purgatione menſtrua, puriore facto ſanguine: quamuis purgationis tempore turbationem patiantur. Fit etiam vt nutrices ex veneris vſu concipiant, quod infantibus perniciosiſſimum eſt: priuantur enim optima alimenti parte: conſiderandi quoque ſunt nutricum mores, ne iracunda ſit, aut contentioſa, aut triſtis, ſed hilaris, læta, & placida. Hæc autem modicis vtatur exercitationibus, præſertim quæ brachiis fiunt, & boni ſucci cibis, non alliis, aut porris: ceparum autem frequens vſus infantes ſtultos efficit. Salſamenta mala ſunt, quia medicamentoſas vires habent, & aromatica fugienda in cibis, quæ bilem augent, & caput infantis implent: adde quòd muliebria educunt, & venerem concitant. A bellariis etiam & pini nucleis oleoſiſque omnibus abſtineant. Quòd ſi conceperit nutrix, alia adeunda: ſi verò ægrotauerit, idem faciendum, aut ſi aliqua decenti cauſa id fieri non debeat, curanda. Quod ſæpe facimus, laborãte puero, etiamſi nihil mali euidenter nutrix patiatur, atque leuiter purganda erit: eſt enim ea purgatio infanti cõmunis. Pariter quoque euenit, vt lac eidem aut deficiat, aut abundet, aut craſſeſcat, aut plus ęquo attenuetur, aut corrumpatur. Quæ omnia emendare docebimus, vbi boni lactis electionem percurramus: optimum autem lac agnoſcitur ſubſtantia, colore, ſapore & odore. Subſtantia quidem mediocre ſit: id verò appellatur, quod nec tenue eſt & aquoſum, fluidum & liquidum: neque craſſum, ſed ex omni parte æquale, quod vnguibus inſtillatum probatur: id enim nec omnino adhæret conuerſo vngue, neque facilè defluit. Tenue tamen parum alit, etſi primis diebus, quod appellant coloſtra proficuum ſit aperiendis & purgandis meatibus omnibus: craſſum verò obſtruit vrinas, & deiectiones cohibet, & inde phymata oboriuntur, comitialem efficit morbum, & apoplexiam, & febres à putredine, & flatus, ſi tamen ad alterum extremorum inclinauerit, tenue eſt melius craſſo. Colore verò lac probatur, quod ad liuorem tendens candidum eſt, Galen. candidum colorem eligente, Ariſt. lib. 3. de Hiſtor. animal. cap. 21. dicente: Lac ſalubrius infantibus eſt, quod liuorem trahit, quam quod candidum eſt, & fuſcæ commodius habent quàm cãdidæ, & porrò ad alendum validius eſt, quod plus caſei cõtinet, ſed ſalubrius infantibus eſt, quod minus caſei habet. Paulus ſic probari iubet lac, in vas vitreum lac fundatur cui parum miſceatur coaguli, & digitis agitetur: quòd ſi vbi caſeus à ſero ſeparatur, pares fuerint portiones, id bonum, reliquũ verò aut caſeoſum, aut ſeroſum eſt. Sapore dulce optimum eſt, non ſalſum, neque acidum, neque quod citò aceſcat, neque amarũ, neque prauum ſaporem aliquem referens guſtanti, odorem quoque præ ſe ferat non ingratum, neque fœtidum, nec putrilaginem omnino redolcat.

Nutrix à venere abſtineat.

Lactis electio.

Lactis color ex Galen. & Ariſt.

Lactis probatio.

Lac reparantia.

Si igitur lac extinguatur, cùm euenerit ob inopiam alimenti, aut eiuſdem prauitatem, alendum corpus erit copioſiore cibo, ac boni ſucci, vti carnibus gallinarum & perdicum: in quem vſum maximè prodeſt ſeſamum cum melle, quas ſeſamidas placentas appellant, aut palmulæ paſſæ, & deſuper bibere vinum dulce, aut ceruiſiam, & palmulæ cõditæ cum melle, & amygdalatum, & mammarum leuis frictio, oua quoque ſorbilia & vinum dulce, & vbera caprarum, aut ouium in cibis lac augent. Laudat Aëtius quammaximè inteſtina terræ trita cum palmulis, & cum zytho bibenda dare diebus decem ieiunæ nutrici, ac prælotæ, ac mirabetis, inquit, de multitudine & bonitate lactis, aut ſimul terræ inteſtina & palmulæ cum zytho terendæ & bibendæ, ſi lac immodicè attenuetur, à balneis abſtinendum, in cibis verò vtatur his, quæ ſanguinem reddant craſſiorem, vti amylo, ouis ſorbilibus & carnibus hœdorum, extremitatibus porcorum, & alis anſerum, & vino dulci. Panis autem ſit ſimilagineus. Agnoſces quoque lactis tenuitatem ex ſubſtantia, multo ſero, & quod ſponte de mammis fluit. Craſſitudinem autem lactis emendant balnea & alimenta attenuantia, vti iura carnium gallinarum, & pullorum cum ciceribus, & vinum album aquoſum bibendum, lac item corrumpitur, quod ex puſtulis, phlyctenis & cutis vlceribus, in acrem degeneraſſe qualitatem agnoſcimus, venter quoque immodicè fluet cum morſu, & ſitis atque appetitus deiectio ſequuntur, & corporis attenuatio: has autem purgare leuiter conuenit ob cacochymiam, caſia fiſtulari, aut manna, aut rhabarbaro, & alimenta boni ſucci adhibenda. Quòd ſi lac immodicè abundauerit, panni vberibus ſuperponantur ex poſca, aut decocto lentium, & pauco aceto, aut panni muria madefacti, aut petroſelino & aceto, quod validius eſt, ne tamen coagoletur, butyrum vaccinum cum reſina terebinthina & pauco aceto ſuperponatur, & alimenta parum alentia edat.

Lac emendantia.

De malis quæ infantibus eueniunt.

INfantibus quamuis probè regantur, ferè ineuitabilia ſunt quædam mala, quibus remedia accommodabimus. Ex eorum numero ſunt, exanthemata, quæ puſtulæ appellantur generali voce, à nobis variolæ, quod paruis varis ſimiles ſunt, à quibuſdam bubaſtica, & papulæ, ſine quibus ferè nullus infantiam prætergreditur: duos autem vidi, quorum alter deinde 40. alter 60. anno in eaſdem incidit, hæ quidem ex ſanguine menſtruo ortum habent, iudicationis modo id excrementum natura pellente ad cutem. Quibus poſt ſecundum ætatis annum, maximè ſi cum febre fiant, quod ſæpius euenit, ſcarificatio crurum conuenit: ante id tempus verò, prætermittenda, ſed exercenda cùm primùm apparent,

Variolæ.

Variolarum curatio.

antequam

antequam aut ad ſtatum perueniant, aut totum corpus occupauerint: quòd ſi eas de propè futuras agnoueris, præcauebis eaſdem euacuatione. Agnoſcuntur autem raucedine præcedente, tuſſi, capitis dolore, oculorum & faciei rubore, lachrymarum defluxu, ſternutatione frequenti, & ſubitis quibuſdam timoribus, tremoribus, & febribus continentibus, quæ accidunt. Cùm igitur apparent nigræ, aut liuidæ, peſſimæ ſunt, rubeæ non malæ, latæ craſſiorem & frigidiorem oſtendunt humorem, acuminatæ calidiorem & tenuiorem, dicente Hippocr. latæ puſtulæ non admodum pruriunt, quod ad humoris naturam retulit Gal. Ad curationem autem earum quæ à calidiori fiunt humore, imprimis pannis rubeis corpus infantis obuoluatur, & quæ furorem ſanguinis ſupprimunt adhibeantur, vt oxyſaccarum, & ſyrupus ex endiuia, & lac matris corrigendum, & ſi quem alium cibum accipiunt, ad frigidum incliner, veluti ptiſana, & ius pulli elixi cũ lactucis aut cucurbitis, & à cibis dulcibus abſtineát.

Membra à variolis tuẽda.

Interim verò cauendum ne fluxu ventris capiantur, inclinante humore ad inteſtina, in quem vſum lentes accommodantur. Oculi quoque præſeruandi collyrio, ex aqua roſarũ inſtillatitia, & croco inibi diſſoluto, & os aqua plantaginis abluatur, toto morbi tempore, ab aëre frigido tueantur, ne iudicationem impediat, deinde vt coctio probè ſuccedat: cùm verò morbus ad ſuppurationem & ſummum vigorem perducitur, totum opus naturæ permittendum, ſeruantibus nobis virtutem. Suppuratis verò variolis cuticula externa acu aurea, aut argentea pungenda, vt pus manet, neque interim cutem internam rodat, & foueam faciat, atque tial toſti puluis inſpergendus, aut ſimul cum tragacantho diſſoluto, in roſata aqua inſtillatitia, aut ex ſucco lentis, amylo, & tragacantho fiat linimentũ. Valent ad idem, vnguentum de ceruſa, & de lithargyrio, & tizũ cum butyro vaccino. Cruſtæ autem cadent poſtquam aruerint, vbi butyro vngantur, & cicatrices, ſi quæ remanſerint, curari poterunt citrino vnguento. Si verò latæ fuerint variolæ, & ab humore fiant craſſiore, ab initio ſanguinem mittemus, ſi febris adfuerit, ſine ipſa verò minimè, ſed extenuantia ſtatim adhibebimus, in quem vſum optimus eſt ſyrupus ex elixatione ficuum, ſeminis fœniculi, & laccæ, vel conficiatur hunc in modum.

Ad impediẽdas facies ſœ-ditas à variolis.

℞. caricarum vnc. 1. lentium ſine corticibus drac. 3. ſeminis fœniculi drach. 2. laccæ, & tragacanthi, vtriuſque drachm. 1. ſemis: bulliant in libra 1. ſemis aquæ ad tertiam, coletur, & cum ſaccaro fiat ſyrupus. Sed ſunt variolę quædam minores, & quę cuti non prominent, ſed bilioſæ ſunt cutem tantummodo exaſperantes, quoniam humor paucus eſt, & diſſoluitur faciliùs, & minùs occupat partem, ac minus ipſam eleuat in tumorem, ſed neque latitudinem habent quam variolæ: appellantur vulgò morbili, barbara voce: ſunt autem rubei coloris, & ad pallorem inclinantes: qui eandem habent ſpeciem curationis, præterquàm quòd non ſuppurantur exquiſitè tales, ſed diſſoluuntur: expedit tamen valentiùs refrigerare his quæ aſſumuntur: veluti ſyrupo ex acetoſa, aut vua acerba, aut ex acido limonum aut mali citrei. Sanguinis verò miſſio non eſt adeò vtilis, & vbi non adſint, aut continens febris, aut magna, ſang. copia vitanda erit, eiſdem verò ſi venter retineatur, clyſtere conueniet ex maluarum & violarum decocto, cum ſaccaro. Vlcera quoque fiunt in capitibus puerorum, quæ Achores generali voce dicuntur, quibus cruſta adnaſcitur, ea pure manante reſiccato: quædam autem ſunt meliceri-

Morbili.

Vlcera ca. infantium.

des, ſiue faui puerorum, quibus conducit, mellis ℥. 3. myrrhæ drachm. 2. aut acaciæ drachm. 2. myrrhę drachm. 1. aloë drachma ſemis, ſicca inſpergenda, aut cum melle & vino linienda. Sed ad achoras maiora remedia ſuo loco dicemus. Ad pediculos eorum valet lithargyrij drachm. 1. ſtaphidis agriæ drachm. 1. ſemis, in oleo & pauco aceto diſſoluantur, & liniantur. Si ipſorum oculi inflammentur, lycium diſſolutum in aqua roſata oculis inſtilletur, aut collyrium ex ceruſa & tragacantho in lacte diſſolutum, aut ipſum lac inſtilletur. Ad aurium inflammationes roſaceum in quo terræ inteſtina frigantur, aut roſaceum cum muliebri lacte, pari menſura, aut roſaceum cum albo oui. Ad vlcera alumen vino nigro adſtringente dilutum, aut puluis roſarum, aluminis, & myrrhæ cum ſapa, & aceto. Cùm autem dentes edere incipiunt, ſeptimo ætatis menſe, multa ſaliua ore prodit, dolore gingiuarum vexantur, ac ſi aculeis pungerentur, febres ſuccedunt, & venter laxatus immodicè fluit. Quibus malis remedia protinus adhibenda, vt gingiuæ laxentur, & nerui qui ad dentes finiuntur, & venter retineatur, & ſalſi humoris confluxus in ipſum, & malitia attemperetur. A maſticatione durorum imprimis abſtineant, quoniam obdurantur gingiuæ ac ferè caleſcunt. Maxillæ igitur infernæ oleum camæmelinum cum lanis illotis admouendum, & gingiuæ terebinthina & oleo camæmelino cum panno lineo leuiter fricandæ, & aqua calida infundẽda, aut mel, oleum camæmelinum & reſina terebinthina miſcenda, & bis fricandæ gingiuæ cum panno lineo lacero. Cùm autem fluxerit venter, optimum eſt oleum melinum ventri admotum, aut ſimul vino admixtum, aut ſuccus menthæ cum vino, aut puluis menthæ cum oleo maſtichino, aut purpurea lana ventri liganda. Nutria tamen cibis boni ſucci & potibus vtatur, quibus inſit adſtringendi vis. Infantibus nihilominus voa quandoque intercipitur, & alij dormientes, aut vigilantes ſtertunt, aut pituitam multam in ventre, aut tonſillarum inflammationem patientes, aut quoniã in eiſdem & faucibus diſtillatio à capite figitur. Quibus ſubuenitur, primùm indita glande, vt ventrem exonerẽt, deinde ſi in partibus oris malum conſiſtat, tonſillis lana oleo camæmelino & axungia gallinæ liquata immerſa admoueatur, digito autem illito oleo amygdalarum dulcium partes oris leuiter fricentur, quòd ſi perinde vomant, non parum proficit. Pituitam autem ab ore purgabit. Vbi verò in vẽtre fuerit malũ, vomitus vtilis erit, aut pſilium, aut calitrici ſemen, aut lini ſemen vnius drachmæ pondere cum melle deglutiant, aut eorundem muſcilaginem cum melle, hæc enim eorum ventres purgant, aqua pariter mulſa eiſdem accommodatur, & manna in iure pulli, ſuccus autem braſſicæ cum ſale, ab Aëtio commendatur. Ad vermes autem remedia loco ſuo ſcribemus. Oris vlcera, quæ aphthæ dicuntur, infantibus fiunt ob lactis acredinem, aut ſalſedinem, aut à capite diſtillationem eiuſdem naturæ: quibus cõuenit ablutio oris cum aqua, aut ſucco plantaginis, aut aqua lactucæ, ſucco foliorũ oliuæ cum ſaccaro, & ſuccus plantaginis cum myrtha, aut ſyrupus ex ſucco mororum rubi, aut decoctio corticum mali punici, aut ſi ſordida fuerint, mel miſceatur. Tuſſi tamen infantium medentur penidiæ, & nuclei pini cum melle, & ſuccus glycyrrhizæ, & mel deſpumatum. Vmbilicus aliquando infantibus prominet, aut iuxta inguen ſimilis tumor fit, ob magnũ conatum, quem vagientes apponunt, aut ob caſum: quibus apponatur emplaſtrũ ex reſina terebinthi-

Pediculis quid valet

De dentitione infantium.

Ventris fluxui infantiũ.

Stertori infantium.

Oris vlcera infantium.

Digitized by Google

na, cum myrrha, aut ea maſtiche, myrrha & ladano, aut ea terebinthina, maſtiche, & alumine, aut ex alumine & melle, aut ex melle & cumino, & ſingula pannis validiùs obliganda. Quibuſdam etiam rectum inteſtinũ relaxatur, quibus ſacculus ex floribus camæmeli calidus & vino inſperſus admouendus, aut ſemen naſturcij tenuiſſimè tritum cum butyro vaccino, aut vinum, in quo cortices mali punici ebullierint. Nouimus plures, quibus inter dormiendum inſomnia accidunt, terroris plena, quæ oſtendunt ciborum in ventriculo corruptionem & ſatietatem, cui diſpoſitioni medetur mel linctum, ciborum abſtinentia, & deſuper dormire, & glãdem ex melle toſto indere. Excoriantur autem infantibus partes circa genitalia, & anum, ob vrinæ acredinem, quibus ſepum hircinum conuenit, impedit enim ne vrina tãgat cutim, aut puluis mirthi, aut linamenta concepta, & cetuſa aut lignorum caries.

De ablactandis infantibus, & victu eorundem.

ANte ſanè quàm infantes omnino ablactentur, aliis cibis aſſueſcere debent, non ſubitò aut intrepidè, ſed ſexto ætatis menſe incipient cibos guſtare ſolidiores: ſemper tamen humidos, ad ſeruandam eorum temperaturam, quamuis antiqui non adeò citò id permittant facere. Eo verò tempore amygdalatum, micam panis in iure carnis, aut butyrum vaccinum, aut ouillum, aut medullã edere incipiãt, deinde pomum dulce ſine cortice, aut pyrum aſſum, aut condita eadem cum ſaccaro, & nondum à lacte arceantur. Deinde verò ſecundo iam finiente anno vitellos ouorum comedẽt, deinde alas auium deguſtare incipient, & piſciculos paruos, & nucleos pini, & vuas paſſas, ſine gigartis, & pruna paſſa, ac deinde viridia. Quòd ſi interim ægrotauerit, ad lactis vſum conuertatur. Præterea procedente tempore, ad tertium annum, carnes ipſas deguſtabit, auium potiſſimum, quarto anno carnes veruecis, & hœdorum edet, deinde vbi opus fuerit porcinas & bubulas, ac reliquas, & liberè potu aquæ vtatur inter cibos, neque potus adeò copioſus ſit, vt cibos ante coctionem diſtribuat, deinde verò ſic in cibis regatur, & in omni hilaritate & tranquillitate ad 7. vſque annum nulla legum ſubiectione cogatur, præterquam diuinis inſtitutis, ac pædagogus blandis ſermonibus impetus & in vitia propenſionem compeſcat, niſi adeò ſit effrenatus puer, vt flagello etiam ſit opus, vtatur autem tota puetitia fictionibus & liberis exercitationibus ac ſine contentione. Cùm verò iam ſeptimum impleuerit annum, humanioribus inſtruatur diſciplinis, magiſtro hilari, beneuolo, modeſto, minimè atroci, aut tetrico commendetur, qui ſtudioſus ſit, ac peritus. Poſt 14. annum, cùm linguarum fuerit peritus, ſed non antequam Latinam & Græcã calleat linguam, mathematicis incumbat diſciplinis, philoſophiæ verò à 18. anno: abſtineat autem à vino omnimodo, & à veneris ſtimulis diſtrahatur eius animus. Interim verò ſi rei militari incumbere decreuerit, equos agitet, armorum exercitamentis inſudet, & mathematicas diſciplinas non contemnat, ac philoſophiæ operam nauet à 18. anno, quod omnes viros probos decet, nõ neglectis, nec poſthabitis duabus his primis partibus artis medendi, quæ ad hominis conſtitutionem agnoſcendam & ſanitatem cuſtodiendam apprimè conducunt. Porrò à 7. anno pædagogi induſtria bonis moribus inſtruatur, & legis præcepta memoriæ ipſius commendentur, & de eorundem obſeruatione admoneatur. In omnibus verò ab exceſſibus inclinationis naturæ arceantur pueri, abſtineant quoque à conuerſatione iuuenum malè inſtitutorum, cum ſtudioſis conuerſentur, dicit enim Theognis,

Te bonus inſtituet bene, virtutémque docebit.

Omnes intemperantiæ ipſorum moderentur cibis, potibus, exercitationibus, honeſtis occupationibus, quæ auertunt à vitiis. Nam neque prauè affectis corporibus virtus facilè incidere poteſt, neque cum turpibus hominibus conuerſatio, bonos mores admittit. A 20. verò anno philoſophiæ, naturali, morali & diuinæ operam nauet, & corporis exercitamenta non negligat, atque ſinguli ſe ad propria accingant munera, & eis exercitationibus vtantur, & eas viuendi regulas in cauſis non naturalibus obſeruent, quas ſuprà ſtatuimus vſque ad ſenectutem, his tamen omnibus præſit medicus prudens, & artis peritus.

De victus ratione ſenibus obſeruanda.

CAPVT II.

SENVM temperaturam frigidam & ſiccam eſſe annorum numero talem effectam, ſupra parte prima latè docuimus, in quam omnes viuẽtes proceſſu temporis deducuntur actione caloris natiui humore aſſumpto, ac perinde coriorum exſiccatorum inſtar rugoſi fiunt, duri, & difficilè mobiles. Hunc conſumptionis curſum retardare modis omnibus medicus procurat, adhibitis alimentis quæ vim habent humectãdi atque reficiendi corpus. eſt autem victus ratio eorum præſeruatiua potius quàm cõſeruatiua. Quamobrem alimenta humectantia accipient & reficientia, & calefacientia, non tamen ex longis interuallis: quoniam eorum vires non poſſunt ſemel multum ſuperare, parum igitur cibi præbendum, boni ſucci, humidæ naturæ, & ſæpe. Eos itaq; decet quotidie, poſtquam manè ventris & veſicæ onera depoſuerint, lauare aqua dulci tepida, ſi balneis aſſueuerint, ſi verò nõ, fricentur oleo tepido: inde enim cutis atque caro emolliuntur, & oſſium ac neruorum ſiccitas moderatur. Deinde paucum cibum accipiant, vti panem cum melle: ſit autem deſpumatum, hoc enim in optimum conuertitur ſanguinem, vt in iuuenibus in bilem, quod de melle diximus loco ſuo, aut ouum ſorbile, cum pauco pane. Vinum autem bibent, æſtate album aut fuluum, ad medietatem dilutum, hyeme verò meracum, fuluum, aut flauum, aut ſit à S. Torcatiq, aut ab Yepes, non adulterinum, vina enim hæc calfacient, & excrementa ſeroſa per vrinam mittent. Deinde modicè exerceantur, pro virium ratione, aut geſtentur, ſi non aliud ferunt, aut equitando, aut in ſeruorum humeris. Quinq; tranſactis horis à cibo carnem gallinæ elixæ, aut veruecis, aut piſcium ſaxatilium, nempe tructarum, ſolearum, plaiciarum edant. Noctu cœnabunt pulli, aut gallinæ carnem, aut veruecis elixam, & rurſus vinũ prædictum bibant, abſtineant autem ab adſtringentibus, & craſſis vinis, muſcatellina tamen non ſunt eis noxia. Prima verò menſa butyrum vaccinum recens cum ſaccaro, aut melle confert. Ter igitur, aut in decrepita quater in die comedent. Ientaculum accipientes, & prandium, ac cœnam, & veſpere ante cœnam horis 4. refectionem, quam Hiſpani merendam dicunt: eam enim refectionem laborantes merentur, ſit ſumma ratio victus eorum, vt Homerus dixit,

Vt lauit, ſumpſitque cibum, dat membra ſopori.

Quod

Senum victus.

Senum cibus prima menſa.

Quod de extremè ſenibus dictum puta: nam aut id nec toties comedere, nec ab exercitiis abſtinere eos volumus. Nos pro lotione frictionem, & exercitationem ſubrogamus. Somnus verò, aut quies in lecto ſint quàm in aliis ætatibus longiores, funditus tamen à venere abſtineant: ſenum præterea excrementa pituitoſa ſunt ob cruditates. Pituitæ autem auctæ proſunt mel deſpumatum, potiſſimùm in quo conditæ ſint paſtinacę, aut vinum mulſum, & quam appellauimus claream, & reſina terebinthina, quantitate vncię ſemis cum ſaccaro, aut melle, aut etiam ſola eos purgat, ſi venter retineatur, clyſteria ex maluarum elixatione & melle, aut ex iure carnium, præſertim inteſtinorum, & oleo, aut ex oleo & vino, infundenda. Hæc enim fæces molliunt, & inteſtina humectant, quæ vetuſtate, dura & membranis aridis ſimilia fiunt. Ad quotidiana autem excremẽta purganda præter mel, conducunt pruna paſſa & beta ex oleo & aceto, & caricæ pingues, à quibus corium demere præcipiunt. Verùm ſi obſtructio iecoris timetur, ab eiſdem abſtinendũ, autumno quoque virides ficus præbere conuenit. Si verò arenulæ renum eos vexant, vinum mulſum prodeſt, aut vinum in quo betonica infundatur. Sint autem vina pallida. Cappares etiam ex oleo & aceto ad appetitum excitandum valent, ſicuti & oliuæ ſalitæ. Temporibus quoque admodum frigidis aromatica, vti piper, cinnamomum & caryophylla cum cibis miſcere eſt ex vſu, ſicuti & aniſum ad flatus ventriculi diſcutiendos, & quandoque cuminum. *Dentibus ſenum.* Dentes verò ſenum à ruina tuebimur, canentes cibos putridos & duros, quos non facilè, aut ſcindant, aut conterant, & à cibis dulcibus dentes abluent vino, parum diluto, ne caput tentet, & à cibis abſtineãt ſtuporem inducentibus, & ſi quid dentibus hæſerit, id detrahant lentiſco, aut ſalice: hic enim non ſtimulat gingiuas. *Oculis caligantibus.* Oculorum caligantium remedium erit, oculos in aquam frigidam immergere manè à ſomno, ſæpius, & quandoq; in aqua fœniculi, ad mundandas lippas, & ſordes, & exterendas membranas, non fatigent lectione eoſdem: minimè verò literas minutas legant, nec quæ arſenicum habeant copioſum. *Nota.* A cibis abſtineãt, qui in ventre diutius immorantur, aut in ipſo corrumpuntur, aut craſſi ſucci, & frigidæ naturæ, & ab his qui fumum capiti mittũt, vt porrum, cepa, & eruca. Aurium quoque ſordes frequenter mundandæ, & eiſdem inſtillandum oleum amygdalarum dulcium, aut axungia gallinæ liquata, aut galia, aut noctu hæc auribus elychnio inferenda. Omne rurſus honeſtũ corpori oblectamentum procurent, deambulantes, aut equitantes, in hortis, & viridibus pratis verno tempore, & viridia præcipitia montium ſpectent, & aquarum fluenta, & earundem ſonitu demulceãtur, hæc enim omnium maximè literis inſudantium oculos & aures recreant. Hyberno etiam tempore, pannis, pellibus & ſerico induti incedant, & calciati duplicaris ſoleis, non premẽtibus pedes, aut etiam cothurnis, & in ſudatorio, aut laconico balneo habitẽt, nõ valde calenti, aut in domiciliis ipſorum carbones igniti includantur, tranſacta flãma, nec tamen claudere interim decet ianuam & feneſtras, ſed aliquod horum tantiſper tranſpirationi relinquẽdum. Cùm verò à frictionibus, vnctionibus, exercitationibus, ciborum aſſumptione & ſomno quieuerint, in diuinarum rerum contemplatione, & beatorum fœlicitate bonas horas collocabunt, in ſacris voluminibus, & ſacrorum autorum ſcriptis euoluendis immorabuntur: nonnunquam etiam Ciceronis officia, Tuſculanas quæſtiones, de finibus bonorum & malorum legent, aut Platonis conuiuium, aut Phædrum, aut Ariſtotelis morales libros. A cœna verò ut prandio, maiorum ſtrenuè geſta iunioribus narrabunt, decet enim ſenes huiuſcemodi conuerſantes laxare animum (eſt namque ſenectus plena curarum) ac deinde ſomno corporis labores ſoluere.

De victu laborantium, iter agentium, nauigantium, & in otio degentium.

CAPVT III.

Victus laborantium. QVi in laboribus vitam agunt, probandi ſunt, an per eos labores ſani degant, atq; in eiſdem permanebunt. Si verò facilè morbis corripiuntur, in alios mutandi veniũt, niſi per omnes labores conſimili modo malè habeant: tunc enim in prioribus permanebunt, ſic etiam ſi ex longis interuallis ægrotauerint. Cùm igitur ægrotant, conſiderandum an ex redundantia humorum morbi oriantur, an ex prauitate ipſorum, quibus pro cauſæ ratione ſubueniendũ. Plethoræ quidem balneis, ſi eis aſſueuerint, & frictionibus, & ſudoribus, & inedia, aut ciborum pauci alimenti vſu. Si verò cacochymia fuerit, ſpecies primùm diſtinguenda, & medicamenta euacuantia humorem redundantem adhibenda, & alimenta quæ generationi eius aduerſa ſunt: deinde verò ita inſtituendus victus, vt à prædicto lapſu corpus præſeruetur. *Victus iter agentium.* Qui verò iter agunt ambulantes, corpus primum inungere debent, & validè faſcia lata lombos ligare ad ilia vſque, & in frigidis anni temporibus ſimul thoracem & dorſum ligabunt, & baculo innitentur, ſiue ad aſcendendũ, ſiue ad decliuia loca peragranda. Quòd ſi ſudauerint, corpus quoad fieri poſſit, à ventis tuebuntur. Si verò equitando inceſſerint, vncto corpore prædicta faſcia, validè ventrem inferiorem & inguina apprehendent, & in anteriori ſedis parte molle aliquod, vti puluinar, aut veſtem plicatam apponent, cui brachiis & manibus corpus ſtabiliãt, & firment. Antequam iter ingrediantur, decet corpus mundum eſſe, ita vt nec plethora, aut mali alicuius ſucci redundantia laborent, aut ab eiſdem antè liberentur, aliàs bene cum ipſis agetur, ſi in morbum non inciderint: maximè vbi multorum dierum fuerit iter. *Iter agentes quibus abſtinebunt.* Iam igitur iter aggreſſuros cibũ non accipiet, minimè verò bibet, ne alimentum corporis commotione crudum diſtribuatur. Quòd ſi aut ob imbecillitatem, aut nimiam ambientis frigiditatem timentes, cibum acceperint, adhuc ſi fieri poſſit, à potu abſtineant equitantes: nam potus in ventriculo fluctuat & grauat, diſtendit, ac moleſtat ipſum, ſit autem cibus boni ſucci. Poſtquam autem in hoſpitio quieuerit, iam ſedata corporis agitatione cibum boni ſucci, non multum accipiet, & vinum, paulò dilutius quàm ſolebat, bibat, ſolet enim vinum poſt validos corporis motus caput petere. Vt igitur ſitim, ſi quæ in itinere excitatur, arceat, qualis calidis temporibus euenit, portulacam aut lactucam in ore ferat, aut lapillos terſos, aut cryſtallum, & taceat, & ore clauſo reſpiret, & roſas ac violas odoretur. Non tamẽ laudo ad famem vitandam remediis vti, vt quidam volunt, oleo amygdalino, aut vaccino adipe, aut eiſdem cum cera ad vnguẽti formam aſſumptis: melius enim foret, parum edere. Nam cibus quamuis paucus famem per aliquod temporis ſpatium ſedat. Ante id quoque decet corpus præparare, nã qui validè exerceri vult, & ſuprà quàm

quàm ſolebat, non ſubitò mutare debet conſuetudinem, ſed duobus, aut tribus diebus, aut etiam pluribus antè, exercitationem conſuetam excedat, & cibis ac potibus aſſueſcere incipiat, quibus in itinere ſe vſurum ſperat, hac enim de cauſa præſertim Hippo. nos admonere puto, cùm dixit, Conſueta multo tempore minus incõſuetis moleſtare ſolent, oportet igitur ad inconſueta tranſire. Sunt ex diuitibus plures, quibus placet equorum curſu breuiter peragrare, qui aſſueti non fuerint, magnam ſentient laſſitudinem, & ſæpe in magnos incident morbos: reliqui verò citò ad ſenectutem, & eius peculiares morbos deducentur. Ex cibis itaque optimos elliget, qui iter agit.

Aquas corrigere.

Aquarum autem malitiam emendare procurabit, vbi turbidæ, cœnoſæ, aut craſſæ admodum fuerint: nam eas percolare præcipiet per mortarium lapideum, aut per lanam contortam, cuius pars ſit intra aquæ vas, pars extra, aut ipſam elixabunt, & reſidere permittent, aut etiam inter elixandum aniſum addet, mica etiam panis aquam clarificat. Allia quoque comedere, aut cepas aquarum corrigit noxam, ſicuti & vini mixtio. Salſæ verò aquæ alia aqua miſcenda, aut per mundam terram, aut mortarium colanda, aut aceti parum addendum. Aquam etiam deferre decet ab hoſpitio in hoſpitium. Ex fontibus, puteis, & ſordidis locis cum linteo interpoſito bibenda, ne ſanguiſugæ aut fæces deglutiantur. Vehementi ſanè vigente æſtu,

Iter agentes ſub æſtu Solis.

quemadmodum & magno inſtante frigore, antequam iter aggrediantur, cibum aliquem accipere debent, ſit tamen refrigerantis facultatis æſtate: vt pyrum, aut cucurbita, ſaccaro condita, hyeme calefacientis, & parum domi immorabuntur dum cibus hic deſcendat. Caput à ſole tueantur vmbella, & totum corpus pallio ex coriis hirci probè paratis, quod à ceruice & humeris vſque ad genua ſit demiſſum: id enim ſolis calorem ſecus à corpore prohibet: inſtanto verò calore, adhuc vehementius roſaceo corpus vnguendum, & os abluendum frigida, & lento incedendum motu. Ad hoſpitium peruenientes faciem frigida abluent, & crura ac pedes tepida. Quòd ſi vlterius incedendum non eſt, expediet totum corpus abluere. Iuuenis quidem in frigida natabit, puer autem aut ſenex tepidá ingredietur. Deinde lactucam edent ex oleo, & aceto, & pauco ſale, ſenes tamen elixam, & piſces recentes elixos, non tamen ſalſos, vt quidam imprudens affirmat, aut carnem auis, quæ facilè coquatur, & bonum præſtet ſuccum, & bibent aut frigidam, aut valde dilutum vinum. Iter autem ſub vehementi

Iter agentes ſub valido frigore.

frigore agentes & per loca niuoſa, & montes, quos validè perflant boreas, aquilo, aut circius, quammaximè tueri debent, ne frigus per nares ſubitò intimas penetret partes, aut extremas refrigerando ſuperet: fit enim vt nonnulli catalepſi deprehendantur, & moriantur ſtatim, quod me vidente, iuueni apud Metimnam contigit. Quidam etiam apoplexia, quidam tetano apprehenduntur: neruoſæ enim partes in primis frigore tentantur, extremæ quoque partes quibuſdam demoriuntur, congelatæ, quibuſdam liuent, quibuſdam omnino mortuæ putreſcunt, quod ruſtico cuidam quadragenario euenit, cuius cura mihi ipſi commiſſa fuit. Decet igitur vt antequam iter aggrediantur, cibum accipiant, cum ſalſamento calido, vt pulli, aut gallinæ carnem aſſam, cum pipere, aut caryophyllis, aut alliis, aut ſalſamento ex eiſdem, & vinum validum meracius bibant, & corpus totum linteis, pannis, & pellibus induant, & coriis hircorum, quibus ſubiectas veſtes comprimant, & crura cothurnis, & ocreis, ſupra caligas laneas. Pedes tamen non adſtringent, ne ſanguis inde exprimatur, & quoniam motus partium calefacit. Quapropter equitantes magis à frigore patiuntur, quos decet ab equis deſcendere, & ambulantes celeriter terram calcare: inde enim pedes & totum corpus incaleſcit. Pedes fulcris firment, ſuſpenſi enim faciliùs refrigerantur, & demoriuntur, manicas etiam portent ex muricis pellibus. Qui autem ad hoſpitium peruenerint extremis valde refrigeratis, nõ ſtatim ad ignem accedent: nam inde magnus concitabitur dolor, & impetu quodam in eas partes defertur ſanguis, qui deinde non vincitur, ſed putreſcens ſcabiem generat, & inter fluendum dolorem, ob inæqualem intemperiem.

Refrigerati nõ ſtatim ad ignem accedant.

Neque enim, vt prima parte docuimus, ad naturalem habitum redire repentè licet, neque ſubitò, ac repentè calefacere, aut infrigidare, aut quouis alio modo mutare: omne enim nimium naturæ inimicum. Præterea cùm partes congelatæ corrugentur, & obdureſcant, coguntur ſanguine irruente diſrumpi, & continuitatis ſolutionem pati, niſi ſenſim laxentur, ſed primùm deambulent in loco non frigido, & manus fricent, & ſi valde adhuc moleſtentur, extrema aqua tepida perfundant: erit autem melius, ſi in ipſa napi elixentur, aut chamomila, aut braſſica, prodeſt etiam extrema in aquam frigidam immergere. Quo tamen modo prodeſſe poſſit, quidam ad philoſophos vt ſibi incognitam cauſam inquirendam remittit. Intelligere autem ac noſſe oportet calidam aquam refrigeratis & congelatis * prodeſſe, non tantùm quia calida, nam ea ratione ignis præſtaret, ſed quia humida, nam quamuis calore potiùs quàm frigiditate conueniat, humiditas tamen, quia partes frigore rigentes & obduratas emollit, atque laxat, imprimis iuuat: ſi quis igitur non valde victus fuerit à frigore, in frigidam immerſis extremis iuuabitur. Nam relaxata iam parte & eiuſdem meatibus, ab humiditate, ſuccedet ſanguis cum ſpiritu, citra dolorem & membrorum diſruptionem. Quibus autem calor valde victus eſt, non conueniet frigida, ſed calida, quæ præter id quòd membra laxat, caloris reſtitutionem coadiuuat: confert itaque aqua calida magis, frigida minùs, vtraque ob humiditatem. Si verò cogatur aliqua ratione ad ignem accedere, id ſenſim fiat & non multu igni. Corrupta verò ac demortua iam parte quapiam, ipſa ſcarificanda erit, aut omnino abſcindenda ad ſanam vſque partem, & fouenda ſale, pipere, & vino & aceto temperatis, atque aqua calida. Bolus armenus eiſdem conuenit.

** Hippocrat. lib. de morb. Virgin. imperat vt potius vtamur aqua gelida quàm calida pro torpidorũ & congelatorum curatione, huius autem curationis rationem lege apud Mercurialem lib. 5. de morb. puer. cap. 5. vbi Polonorũ quotidianum & mirabile exemplum extat.*

Pars verò non mortua, ſed liuore affecta, vino calido fouenda, in quo chamæmel, anethum, melilotum, & origanum elixentur. Nauigantes corporis purgationem magnam patiuntur: maximè qui non aſſueuerunt, ſicuti & multi qui in curru, aut lectica geſtantur, vomunt itaque. Cui euacuationi nullo opus eſt remedio, quoniam per eam corpus euacuatur, aut à redundantia, ſi quæ aderat, aut eius euacuationis ratione diminutis humoribus inſuetos motus melius ferent, atque non parum mali ſequeretur, ſi humores, qui motus ratione ad ventrem deducti ſunt, ibidem retinerentur. Expediet autem à vomitu corpus paue, & lentibus excorticatis ex aqua & aceto elixis alere, & vinum cui inſit aliqua adſtringendi vis, boni odoris, ſed paucę quãtitatis bibere. Sunt autem quibus placet vomitum cohibere, quem moleſtè ferunt, quibus præcipiendum, ne aquam aſpiciant, & vt offam panis in vino odorato accipiant, aut ſyrupum de mentha compoſitum, aut pomum odoratum cum aniſo,

aut

aut malum coroneum, aut quam ſuprà miloplacentam appellauimus, & bonos odores naribus admouere, tum ad vomitum cohibendum, tum etiam aduerſus malum nauis odorem. Qui verò in otio degunt, in carceribus detenti, aut aliquo irrepetibili negotio diſtricti, ita vt neque balneari, neque exerceri poſſint, horum loco frictionibus vtentur crurum, brachiorum, atque totius corporis, & deiectionem procurabunt, quæ eiſdem ſæpius retinetur. Alimenta autem accipient, quæ facilè ſuperentur, non tamen validè nutriant, vti auium carnes, & piſces, & carnium iura, & olea, & fructus. Abſtineant à carnibus porcinis & bubulis, & in ſumma à craſſis & glutinoſis alimentis, & his quæ crudum aceruant humorem.

Victus eorum qui in otio degunt.

De extenuandis corporibus obeſis, & implendis gracilibus.

CAPVT IV.

QVI ſupra modum obeſi, extenuari, & ad mediocritatem quandam reduci deſiderant, magis aliis exerceri debent: non tantùm enim decet in eorum corporibus alimentum ad membra deducere, ſed idem pluſquàm in aliis diſſoluere, ad quod pariter frictio magna conuenit, quæ carnis ruborem prætergreditur, cum oleo anethino, aut irino, aut etiam ſale addito, & balneum ex aqua & ſale, & inſolatio. Dimittant quoque cœnam omnino, aut cappares cum aceto & oleo ſumant, ſitque tota ratio victus extenuans, vti capparis, cicera, olera, quæ citò per ventrem deſcendant, ac interim totum quod præſtare ſolent vtile iecur per meſeraicas arripiat, ad quod etiam exercitium non longè à cibo prodeſt. Panis multũ furfuris mixtum habeat, & aniſum, & piper in cibis. Vinum verò ſit album tenue: quod ſi acidum fuerit, proderit. Acetum aqua temperatum bibere corpus extenuat, & copia ſalis in cibis, & bibere tertio quoque die, vſque ad hebdomadas duas, medicamenti dialaccæ drach. ſemis in vnc. 3. aceti mulſi, aut elixationis radicum apij, & ſimilia quæ vrinã mouere ſunt apta, & reliquus victus ſit exſiccans: contraria victus ratio conuenit extenuatis, qui impleri volunt. Quibus conducit, imprimis corrigere intemperiem, aut obſtructionem, ſi quæ fuerit in cauſa. Sunt enim admodum graciles magna ex parte bilioſi, aut melancholici, aut calida, aut frigida, aut ſicca, aut ex his coniugata intemperie lapſi: conueniunt eis alimenta, quæ bonum ac multum præſtant ſuccum, & vinum dulce, aut aqua, & frictiones opportunè adhibitæ, cum linteis aſperioribus, mediocres tamen, quæ vſque ad carnium tumorem & ruborem perducunt, & non vltra, & breues exercitationes, non celeres. Balnea aquarum dulcium adeant, in quibus nec ſudent, nec diutius immorẽtur, à tepida exeuntes frigidam ingrediantur, aut eadem inſpergatur ipſis. Picare etiam carnes optimum remedium eſt, aut cera copioſa vngere, & eandem violentiùs euellere, id enim ſanguinem ad partes ducit, quod eſt potiſſimùm procurandum, idque quibuſuis partibus extenuatis implendis eſt accommodatum remedium.

Picatio partes tabidas reficit & impinguat.

De his quibus membrum aliquod nobile præ cæteris eſt à ſanitate lapſum.

CAPVT V.

DOCVIMVS qua victus ratione corpora temperata ſeruari debeant adhibitis cauſis non naturalibus, viréſque earundem ſcripſimus, quóque modo tractanda ſint, quæ à temperamento parum labuntur, ſimilibus ea ſeruantes, & quæ manifeſtè labuntur, remiſſioribus præſeruantes, niſi in animo fuerit eadem mutare in meliorem ſtatum, quod contrariis perficietur. Nunc verò de his agendum quibus membrum aliquod nobile manifeſto lapſu decidit à ſanitate ſibi debita ſecundum naturam, nec tamen ægrotat, ſed totum corpus efficit inæqualiter lapſum: id verò impedit quo minus ſic affectus generales viuendi regulas ſuperius traditas ſeruet. Quoniam verò ſuprà notas ſcripſimus temperati corporis, & eorum quæ à temperamento æqualiter labuntur, de inæqualibus lapſibus modò agendum: ac primum incipiemus à cerebro. Sed quoniam lapſus à mediocritate agnoſcere eſt impoſſibile, niſi prius ſtatuamus in ſingulis medium quoddam ad quod reliqua referantur tanquam ad regulam & menſuram, ideò prius temperaturæ optimæ partis de qua agendum eſt, notas tràdemus, deinde reliquarum temperaturam, quarum omnium correctionem ex contrarietate deſumemus.

Cerebri temperatura.

CEREBRVM temperatũ valentes exercet animales actiones, internas atque externas, niſi externorum organorum aliquod fuerit vitiatum. Pariter quoque motum ſecundum locum, & nulla ex parte læſas habet naturales, cauſis morbum inducentibus validè obſiſtit, neque eidem bona deeſt ſtructura, aut ex capillis nota. Quantum igitur ad capitis magnitudinem attinet, paruitas vitiũ eſt conſtitutionis cerebri, & quæ valde parat ad ipſius morbos. Magnitudo tamen non ſtatim indicat bonum, ſed cum diſtinctione, prius animaduerſa figura: bonũ enim eſt caput magnum, probè figuratũ, eſt autem decẽs figura, qualis ſpheræ vtrinq; leuiter cõpreſſæ: quam ſequitur, vt antè & retro promineat, ad planiciem verò accedant latera. Deinde orta à cerebro, nempe nerui & ſpina, conſideranda: quoniam orta valetudinem partiũ à quibus manant, oſtendunt. Quòd ſi hæc valida ſint, capitis magnitudo non ad materiæ copiam, ſed ad robur confirmãtis facultatis referẽda, & ex contrario contrarium coniectãdum. Idem quoq; in partis poſterioris capitis, aut defectu, aut prominentia habendum eſt: nã vbi à debito modo euariet, diminutione, cum præſtãtia ortorum, paucitati materiæ adſcribendum, & vbi promineat, ad virium firmitatẽ referendũ. Cùm autẽ in parte capitis poſteriore neruorum mouentiũ exortus ſit, & in anteriore ſentientium, ex ſentientibus neruis, & ſenſibus ipſis viſu, guſtu & olfactu, vbi non fuerit bona eius partis conſtitutio, intelligemus an id ad materiã, aut facultatis languorẽ referendũ ſit. Hæc itaq; de exterioribus ſenſibus & mouendi facultate dicta ſint, quæ cerebri temperamentum, aut intemperiem oſtendunt: actionum etenim præſtantia à temperamento à quo pendent vires, & organo procedit. Docuimus pariter parte prima, tres eſſe internas ſentientes facultates, imaginatiuam, cogitatiuam, & memoriam, ad duas priores referri apprehendere, & addiſcere, formarum rerum tum ſuſceptione, tum in eiſdem exercitatione: ad memoriam, imaginum conſeruationem & cuſtodiam attinere

Cerebri temperati nota.

Digitized by Google

rlnete notom eſt. Iam igitur facilè apprehendere, probè etism ratiocinari, cerebri ſubſtantiam indicat mollem,& tenuem,contrarium craſſam & durã, vti difficilè apprehendere, & tardè addiſcere. Bona quidem ac tenax memoria durã & ſtabilem ſubſtãtiam cerebri oſtendir. Nam quæ humida ſunt, facilè externarum rerũ formas admitrunt,& eaſdẽ parum ſeruant: dura verò difficilè admitiont,& diutius admiſſa ſeruant. Itaq; ingenium, ſiue inuentionis alacritas, tenuem cerebri ſubſtantiam indicat, addiſcẽdi facilitas humiditatem, murabilitas in opinionibus caliditatem & contraria contrarium indicabunt. Quod quidem inconſtantia in opinionibus caliditatem, conſtantia frigiditatem oſtendit, docent, qni poſteaquam aliquam ſuſceperunt opinioœm, oon magnis canſis, aut valentibns accedentibus rarionibus in contratium mutant ſententiam, licet id ad inſcientiam qnandoque referri debear,& ignorantiam eorum quæ ad id aſſeqnẽdum, de qno agitur, ſunt neceſſaria. In naturalibus verò functionibus cooſideranda ſuur excrementa: nam in cerebro tempetato, cui non tantùm temperatum elemẽtorum optimum, aut ei proximũ inſit, ſed etiam bona conformatio, exerunt moderara, ſiue per nares, ſiue aures, palatũ, aur oculos excernãrur.

Capillorum colores & figura.

Quod verò tale eſt, oulli cauſarum alterantium occurſui erit obnoxiom, capilli ab iofantia ſubruffi erunt, in pueritia ſubflaui, in adoleſcenria flaui. Mcdij quoq; erunt, criſpitndine,& planitie: nam criſpitudo ſiccitatem ſignificat corrugantem, planities humiditatem:& rurſus cotis dura ac ſicca pilom nõ admittir facilè, ac perinde diſrumpens pilus cutẽ ipſam contorto foramioe peruadit,& eam figurã pilus ſeruat, humidam autem cutem facilè & recto tramite permeat: hi non caluefcunt citò.

Cerebri calidi ſigna.

Calido exiſtente cerebro, capur exrerius tactum ſenritur calidius,& oculi calidiores, agiliores, rubicundiotes quàm temperatis,& venæ latiores. Capilli à primo ortu naſcentut, arque hi in infantia ſubflaui, in pueritia flaui,& in iuoẽrote nigri, ſed vidimns plnres qoibus à pueritia & etiam ab infantia nigri erant, valde vincente calore, calneſcunr, ſed tardius quàm ſi ſicciratem etiam adinnctam babeant. Excrementa pauca ſunt arque cocta, præterquã ſi capita eorum replcantur, qnod ſæpe eiſdem accidit à cibis odoraris, & vaporoſis, ac ſimilibus vinis, & aëre calido, odorato, fœtido, aur vtcunq; vaporoſo.

Cerebri frigidi ſigna.

Frigidã cerebri temperatnram agnoſces, oam tactu minus calidum capur ſeotitur,& oculorum venę ſenſom larent,& tota facies rubore carer, & ſomnolenriores ſunt, nec tamen profundo detinenrur ſomno. Excrementa ipſis plura ſunt, neq; abundè cocta, facilè læduntur à cauſis frigidis, & earũ occaſione diſtillationibus & catarrhis capiuntur.

Cerebri ſicci ſigna.

Capilli tatdè oriuntur, tenues & plani, ab initio ſubpallidi, dcinde aurei coloris, ſiue ſubruffi. Cerebri ſicca temperarura ſenſus habent perſpicaces, ob excrementorũ paucitatem. Quæ pauca per nares, aures,& palarum conſpiciontur, vigiliis ſont parati, capilli ipſis ciro naſcuntur craſſi, criſpi,& citò calueſcunt.

Cerebri humidi ſigna.

Humidã cerebri tẽperatnrã ſic agnoſces. Facnltas cogitatiua facilè rerum imaginibus confunditur: dormiũt prufundiori ſomno, arque interim turbulenta pariuntur inſomnia: excrementorum copia ſe oſtendit, capilli plani ſnnt, & non fiunt calui. Quoniam verò calor coqoit, ruborem efficir & oculorum agilitatem, ad caput trahir, vigiliã adducir, & capillorum inrenſiorem calorem in facie, oculis & capillis remiſſum: ſiccitas perſpicuitatem ſenſnnm, pilorum criſpitudinem, citum ortum, atqoe caſom,& vigilias: bumiditas ſomuos longos, mentis turbatioues, ſiue cooſuſiones, excrementorum multitudioem, capillorum planitiem,& caluitium non admittit. Manifeſta erunt indicia, quæ oſtendent ſingulas intemperies compoſitas, vt calidam & ſiccam, calidã & bumidam, frigidam & ſiccam, frigidam & humidam cerebri.

Cerebri cali. & ſic. temperatura.

Calida igitnr ac ſicca remperatura cerebri ſenſus babet alacres, quoniam & excrementis vacat, atqne ea de cauſa diurius vigilãt, & citò calui fiunt, capilli quidem citò naſcuntur nigri & criſpi, tactu tamen calidnm ſentitur caput, & ruber facies vſque ad ætatis vigorem.

Cerebri calida & humida temp.

Calida & humida temperatura has habet notas, vbi modicè hæ qualitatea abundauerint, calidum ſenſienr caput, nõ mordente calore, venæ oculorum conſpicuę & facics rubra. Excrementa plura quàm temperatis, ſed probè cocta, capita eorum facilè grauantur ab his quæ calefaciunt, aut bumectãt, aut vtrumque faciunt, capilli recti ſunt, & ſubflaoi. Quòd ſi calor ſimnl cum humiditate valde creuerint, morbis obnoxij ſunt, qui à plenitudine oaſcuorur,& cauſas habent caput implentes, vti fumoſa omoia & calida,& ex ventis, auſter, quibus ſalubtis eſt boreas, in hac noſtra regione. Dorminnt ſimul ac interim vigilant, & inſomnia turbationis plena patiuntnr, nec vigilantes adhuc, ſenſunm confuſione carent. Valde tameo excedente calore, oon tamen adeò creſcente bumiditare, ſigna caloris aucti ſe magis oſtendent, ſicuti magis creſcenre humiditate, ſigna humiditatis præpollebũt.

Cerebri frigid. & ſicci nota.

Cerebri prærerea frig.& ſicci ſigna mixta bunex ſignis frigidi cerebri & ſignis ſicci. Habetunr autem eam quam Gal. teſtator, inæqualitatem ſanitatis: nam quandoque ob cruditares & ambientis frigiditatem grauedines & diſtillationes patiuntur, ob paruas occaſiones, quandoque etiam oulla tali granitate moleſtabuntur, quoniam ſiccitatem habeot vincentem. Senſus omnes citò macreſcunt, quoniam frigida & ſicca temperatura ſenectuti ſimilis eſt, capilli ægrè naſcuntut, malè augentur, ruffi ſunt,& citò caneſcunt: dominante porrò frigidirate pluſquam ſiccitate, non calueſcunt: contra verò, plus dominante ſiccitate.

Cerebri frigid. & humi. nota.

Cerebru verò frigidæ & bumidæ temperatnræ exiſtente, ſomnolenti ſnnr & graui ſomno capiuntur, & ſenſus minimè vigent, ob excrementorum redundanriam,& qnandoque adeò magnam vt in grauedines incidant ac diſtillationes, bi non calueſcuht.

Cordis temperatura.

COR calidiſſimum eſt omniũ membrorum noſtri corporis, quæ verè talia ſunt: neque tamen ad præſens inſtitutum attiner diſſerere, an id à ſua natura habeat, vel à ſangnine & ſpiritu: loquimur enim modò de temperatura cordis facultate vitali prædιti, quod ſangninẽ & ſpiritum comprehendit. Habet autem maioris & minoris ſatis notas differentias cordis caliditas, ac perinde cor calidum dicimus, quod tẽperato & ſymmetro corde calidius, ſicuti & frigidum, qnod eodem frigidius.

Cordis calidi nota.

Temperaturæ verò calidæ cordis notæ, potiſſimæ ſunt quæ ex pulſu & reſpiratione ſumuntur: nã pulſns augetnr in magnitudiue, celeritate,& crebritate: ſic etiã & reſpiratio: ſemper enim bæc ad portionem mutantur, ex ſola vſns motatione. Quod verò ad vitalẽ ſiue animoſam cordis facultatem pertinet, εὐτολμία, hoc eſt animi promptitudo,& ad actiones facilitas, calorem oſtendir: valde tamen creſcente calore, itacundia furioſa, & temeritas. Iracundiam verò Gal. appellauit ὀξυθυμίαν, quam ipſe calotem ſignificare vult lib. artis med. quemadmodum & libro, Quòd animi mores corporis temperaturã ſeqnãtor,

vbi

vbi ex vehementi arteriarum motione cognoſci dicit μανικὸν καὶ ὀξύθυμον ἄνθρωπον, hoc eſt furibundum & iracundum hominem, atque id ex caloris cordis copia procedere teſtatur: etſi lib. 1. de Mor. pop. par. 2. Commen. 19. dixerit, ὀξυθυμίαν, contrarium eſſe τῷ θυμώδει: quoniam θυμώδεις animoſi ſunt, ὀξύθυμοι verò iracundi, ac ſi diceret, ad iram proni, quales ſunt fœminæ & qui frigidam habent temperaturam, qui facilè in iram incidunt, ſiquidem puſillanimes ſunt & virilis animi generoſitatem non habent. Animoſi verò parua contemnentes, non facilè in iram incidunt: in hoc itaque loco ὀξυθυμία, ad iram promptitudo eſt, frigiditatem ſignificat, non calorem. Calidam tamen cordis temperaturam vehemens iracundia ac furioſa docet, ſicuti & temeritas. Thorax eis hiſpidus eſt, præſertim pectus, & partes quæ hypochondriis proximæ ſunt. Magnitudo quoque thoracis cordis calorem oſtendit: verùm quoniam magnitudo thoracis ſequitur magnitudinem vertebrarum, & magnitudo vertebrarum, magnitudinem ſpinalis medullæ, & hæc cerebri magnitudinem & robur, vbi thorax magnus fuerit, poterit id ad cerebrum referri, etiam ſi cor calidum non fuerit, verùm cerebro exiſtẽte paruo, thoracis latitudo calorem cordis ſequitur, quemadmodum & paruitas, aut anguſtia, cerebro exiſtente magno ad cordis frigiditatem erit referenda. Cùm igitur thorax capiti ad portionem magnitudinis, & paruitatis reſponderit, cordis temperaturas aliunde aſſequemur. Cor præterea calidum vniuerſum corpus calidum reddit, niſi iecur validè obſtiterit. Licet enim cor ſuo calore, veluti à fonte manante, totum corpus ſibi ſimile facere poſſit, in natura lapſũ, iecur tamen à quo ſanguis cordi transfunditur, & reliquis membris, non parum cordis actionem ſupprimere valebit.

Cordis frigidi nota. Cor frigidum per hæc agnoſces: pulſum enim habebit paruum, non tamen tardum aut rarum neceſſariò: ſequitur enim paruitas neceſſariò ad frigiditatem, quæ à temperato corde labitur, non tamen opus eſt ſtatim paruitati adiungi tarditatem & raritatem, ſed vbi vſus valde fuerit diminutus: ſicuti neq; aucto vſu ſtatim præter magnitudinem, celeritatem & frequentiam ſequi opus eſt, quamuis vbi adfuerint, vt diximus, cordis calorem arguãt. Reſpiratio verò ad portionem pulſibus reſpondebit, ſi paruitas quoq; thoracis reſponderit: nam vbi thorax maior fuerit quàm pro ratione frigiditatis, cum paruitate adiungentur tarditas & raritas, eritque totum corpus frigidius, niſi iecur validè obſiſtat, timidi quoque natura ſunt, & ſegnes.

Cordis ſicca temperies. Corde ſicco exiſtente pulſus ad duritiem inclinat, in iram non facilè incidunt, ſed eidem, cùm ferina ſit, pertinaciter hærent. Redditur ea de cauſa totum corpus ſiccum, niſi iecur humiditate obſiſtat. Cordis humida temperatura pulſus habet molles, & mores quales pueri ad iram proni: ſed vt facilè in iram incidunt, facilè quoque ipſam deponunt. Erit autem totum corpus humidius non obſiſtente iecore.

Cordis calida & ſicca tēp. Si tamen cor calidum ſimul & ſiccum fuerit, pulſus ſunt celeres, & crebri, & duri: magni verò, ſi calor magis ſiccitate creuerit, aut ſi æqualiter, neutrum tamen, multum. At verò ſiccitate ſuperante calorem, pulſus paruus fiet, ob duritiem. Ac ambobus pariter auctis, ſed adeò vt ſiccitas tam duram reddat arteriam, quantum calor augere poteſt pulſus magnitudinem, magnitudo immutata manebit. Quando tamen pulſus magnitudo ad portionem caloris non increuit, magis adhuc creſcent celeritas & crebritas, vſus implendi gratia. Reſpirationes magnæ fiunt, celeres, & crebræ, niſi ob paruitatem thoracis magnitudo deficiat. Horum pectus & hypochondria hirſuta ſunt valde, prompti ad actiones, impudentes, temerarij, iracundi, & implacabiles, furibundi & indomiti, tyrannicos & ferinos mores habent. Temperatura corporis totius, cordis temperaturam ſequitur, non obſtante iecore.

Cordis calidi & humidi nota. Cor calidum & humidum, pulſus efficit molles, magnos: celeres autem & crebros, niſi ob mollitiem diſtenſio magnitudine adeò impleat vſum, vt aliis non ſit opus. Thorace quoque aucto ad cordis proportionem reſpiratio fiet magna, celeris & crebra: hirſuti ſunt, & hircos redolent, & febribus, ac morbis à putredine ortis ſunt parati. Ad iram proni ſunt, ſed facilè placantur. De totius corporis temperatura quæ dicta ſunt, nunc quoque repetenda.

Cordis frig. & ſicca nota. Cor frigidum & ſiccum pulſus efficit paruos, tardos, & raros, ac duros. Thorace autem cordis rationem ſeruante, reſpiratio pulſibus reſpondebit, minore verò exiſtente, tarditas & raritas accedent. In iram tardè incidunt, ſed eam diutius retinent, glabri ſunt præ omnibus.

Cordis frig. & humidi nota. Corde exiſtente frigido & humido, pulſus erunt parui, præterquàm ſi molliores fuerint multo: tunc enim magnitudine fient aliquando moderati, ſed eò tardiores & rariores, quò à paruitate receſſerint. Glabri ſunt, ſed minùs quàm ſi frigidi & ſicci forent. Quoniam frigidi & ſicci calorem non habent, quo fumum generent, cutis quoque durities impedit pilorum exitum, in frigidis tamen & humidis ſolus adeſt caloris defectus, ſed cutis parata in eis eſt ad pili ſuſceptionem. Præterea, etſi Gale. contrarium ſenſerit, hi in iram facilè incidunt, vti de fœminis & animo deiectis diximus, non tamen valida ira corripiuntur, neque eandem retinent. Sed quæ de animi paſſionibus dicta ſunt, ad cordis temperaturas relata, vbi eaſdem ex natura ſua ſequentur, intelligenda veniunt. Sunt enim plurimi, qui cùm alias à præceptoribus & pedagogis probè inſtructi ſunt, ſuperatis propriis & natiuis paſſionibus, quod æquum eſt, & honeſtum, amant, & proſequuntur.

Iecoris temperatura.

Iecoris calidi nota. IECVR calidum agnoſces ex venarum latitudine magna, venæ etenim ab ipſo oriuntur, & quòd flaua bilis abundat, & ſanguis calidior eſt, atque perinde vniuerſum corpus, niſi cor obſtiterit: eſtque venter eis hirſutus.

Iecoris frig. nota. Frigidi iecoris notæ, venarum anguſtia, pituita abundans, ſanguis frigidior, venter & hypochõdria glabra, & vniuerſum corpus frigidum, niſi obſiſtat cor.

Iecoris ſicci nota. Iecur ſiccum, ſanguinem generat craſſum non multum, & venæ ſunt duriores, & nihil obſtat quo minus totum corpus reddatur ſiccius.

Iecoris humidi nota. Iecur humidum venas efficit molles, ſanguinem plurimum, ſed aquoſum, & humidum totum corpus, ſi non obſiſtatur.

Iecoris calidi & ſicci nota. Iecur calidum & ſiccum, ſanguinem generat craſſiorem & ſicciorem, bilem abundantem, in conſiſtendi quoque ætate melancholiam, temperaturæ enim calidæ & ſiccæ vſtione generant melãcholiam, quæ manifeſtè ſe oſtendet procedente ætate. Quod autem ad corporis temperaturam ſpectat, totum ſiccius reddetur: non enim poteſt humiditas cordis obſiſtere ſiccitati iecoris, ſed vt rectè Gal. dixit, caliditas cordis, iecoris frigiditatem maximè valet attemperare, paulò minus poteſt frigiditas cordis attemperare iecoris caliditatem, minus adhuc valet ſiccitas cordis attemperare humiditatem iecoris, minimè tamen poteſt cordis humiditas ſiccitatem iecoris corrigere.

Iecoris calidi & humidi nota. Iecur calidum & humidum venas reddit latas, ſanguinem copioſum, & habitum calidum & humidum totius corporis, niſi cor obſiſtat. Quòd ſi hæ qualitates modum valde

exceſſeriot, facilè corripientur motbis qui ab humotum putredine otiontur:maximè verò ſi humiditas magis caliditate ad portionem augeatut,& hi minus hiſpidi ſunt, quàm calidum & ſiccum iecur babentes: frigido & humido exiſtente iecore, ſanguis erit pituitoſus,& totum corpus tale teddet,niſi cor obſtiterit,& glabra erunt hypochondtia.Iecore frigido & ſicco, paucus erit ſanguis, nec perinde melancbolicus,venæ autem anguſtæ, & cotpus totum frigidius,niſi cor obſtiterit,atque glabra eruor hypochoodria. Ex bis quæ dicta ſuot de cordis & iecoris temperaturis, illud difficile iuniotibus medicis viſum eſt,quod nos cum Gale.diximus,cordis calorem,ftigid.& ſiccitatem poſſe impedite, quomious iecoris contrariæ qualitates valeant in ſibi ſimilem ſtatum rotum corpus deducere,non tamen cotdis humiditatem impedite,ne à ſiccitate iecotis rotum cotpus ſiccum efficiatur, quemadmodum enim(inquiunt)frigiditas cordis,quæ parua eſt,magnam iecotis caliditatem moderatur,& io toto corpote mutationem ſupprimit,ita humiditas,etſi minoot ſiccitate cotdis ſit,ſupptimet effectum ſiccitatis iecoris.

Iecoris frigidi & humidi nota.
Iecoris frigidi & ſicci nota.

Prætetea quemadmodum iecur eſt humiditatis fons & origo,ita cot calotis:ſed calorem cordis iecoris frigiditas moderatur,quamuis calore minor: igitut cotdis bumiditas iecoris moderabitur ſiccitatem,quãuis cotdis bumiditas propria ſiccitate ſit miuor.Præterea falſum videtur, cor calidum reddere ſimile rotum corpus,niſi iecur repugnet:nam frigiditas iecoris non poteſt remittere cotdis calorem:ſiquidem calot iecotis ſani, quamuis frigidioris, plus ſuperat cotdis frigiditatem,quàm frigiditas cotdis calotem:quoniam iecur quamois frigidum,calidum eſt,ſic etiam & cor.Quapropter aſſiduè mutabit calor iecotis cordis frigiditatem,atque ipſam temittet : nonquam igitur mutabit iecur ſua frigiditate cor:aliàs fieret,vt idem cor à iecote ſimul refrigeraretor, & incaleſceret, quod fieri neqoit. Hæc quidem oullatenus aduerſus Galen.quidpiam coouincuot,vt conſtabit:decet tamen noſſe quibus modis membra noſttí corporis ſibi inuicem obſiſtant,atque tepugnent.Eſt enim quædam repugnantia membrorum in ſe ipſis, quædam in aliquod aliud.Exempla ſunt cot, & iecur : cot etenim calidum poteſt iecur frigidum ealefacere, valebit quoque calefacere muſculum,à iecote inftigidatum,atque è conuerſo poterit iecut frigidum cot calidum infrigidare, aut muſculum à cotde calefactum. Quæcuoque verò prædictarum repugnantiarum, aur eſt poſitiua, aut priuatiua. Poſitiua, vti ſi iecur frigidum, cor calidum infrigidet, aut muſculum à cotde calefactum. Priuatiua tameo, veluti ſi iecur ftigidum impediar quominus cot incaleſcat, aut muſculus à corde calido calotem maiotem iuſto recipiat:ſed hæc repugnantia ptiuatiua pet ſe dicitur, vbi per contrarias exetceator qualitates : per accidens verò,quoties pet alias,vti ſi calote ſuo cor impediar, ne humiditas iecoris totum corpus humectet.Fiunt quoque huiuſcemodi repugnantiæ traoſmiſſo quopiam ſubſtantiali inſtrumento, aut ſine ipſo:cor etenim cerebrum calefacit,tranſmiſſo ſanguine,& vitali ſpititu,& cetebrum partes proximas refrigerat ſua temperatura, vti & cot proximas membranas,& caro neruum ac netuus catnem,ſine tranſmiſſa ſubſtantia.Quod igitur diximus cor calidum,aut frigidum totum corpus tale reddere,niſi iecut obſiſtat, & iecut calidum, aut frigidum tale teddere corpus non obſiſtente corde,de repugnantiis intelligitur,quæ per ſe fiunt,non tamen in ſe,ſed in aliis.Per ſe quidem,quoniam per contrarias qualitates id fieri volomus, iecore calido tepugoante cotdi ftigido, aut iecore ftigido repugnaote cordi calido:in aliis verò ooo in ſeipſis:quoniã de mutationibus,quæ ab his præcipuis membris in corpotis habitum fiunt,loquimut cum Gal.De hac tamen dicemus, iecur ac cor in calote & frigote repugnare poſſe circa cotporis habitum mutandum,atque etiã iecur poſſe humiditate impedire, ne ſiccitate ſua cor totum corpus ſiccũ teddat,& ſiccitate obſiſtere iecur,ne cor humiditate corpos totum humectet,in omnibus enim his qualitatum mutationibus coottatiæ valent tepugnate abundè.Siccitati tamen iecoris uulla ex cotde procedens humiditas repugnare valet:eſt enim iecur humotis initium,tribuitque ipſum uon tantùm partibus omnibus cotporis, ſed etiam cordi, quaproptet ſi tollas de medio iecoria bumotem,areſcent partes omoes, & cordis humor eum deficiet,nedum vt poſſit alias reparate, aot iecoris ſiccitati repugnate. Præterea ſi ſangois, aut paucus fuerit, aut is craſſus, & ſiccus,nullatenus cordis vi emendabitur,tum quoniã cor pariter areſcet,tum quoniam natura ſoa membris aliis & ſanguini ariditatem infert,ſanguine verò mediante recreati & humefieri deberent reliquæ partes. Secus autem euenit calori iecoris, huic enim repugnate valet cordis ftigiditas:quoniam etſi hæc patua ſit, caliditas tamen iecotis non eſt adeò valida,quin eidem repugnare poſſit,neq; ptimas obtinet,vti eiuſdem humiditas. Cor qooq; ftigidum non triboens membris calorem debitum,valde refrigerate poteſt: nunquam tamẽ validè humectabit,quia neque humectandi, neque exſiccandi ptimas obtinet, licet euim magis exſiccet,quàm iecut,vbi ſecundum naturam habeat,ablatione tamen,ſiue priuatione eius quod tribuere debet iecur ad humectationem, exſiccatio ſequitur omnium validiſſima, & cui nulla ex cotde procedens humiditas repugnare valeat, neque cordis ſiccitas eidem æquat.Accedit quoque calot cordis exſiccans:qui bumiditatis à corde procedentis actionem impediet aliqua ex patte Si verò de repugnantia membroruio dictorum in ſeipſis loquamur,hæc trifariã fit,aut minuens,aut æquans, aut in contrarium deducens. De quibus dicemus, cor atque iecur poſſe ſe inuicem mutate,mutatione quæ minuat intemperiem,aut ipſam ad tẽperamentum ducat,aut in contrariũ lapſum,in calore & frigiditate,& ſiecitate cordis aduerſus humiditatẽ iecoris,& humiditate procedente à iecore contra ſiccitatem cordis,noo tamen econuetſo, præterquàm tepugnantia miouente.Poteſt enim humiditas cordis ſiccitatem iecoris impedire,ne ad eam magnitudiuem perueniat,ad quã perueoiret non repugnante cordis humiditate, quod etiam circa alia membra eiſdem modo dicto repugnantibus, fieri poſſe fatemur:valet eoim cor humidum impedire ne ſiccitas iecoris, quantum ſibi natura debetur, mutet muſculum,aut carnem, etſi non valeat muſculum aut carnem quæ à iecotis ſiccitata areſiuot, deducete ad tempetamentum,aut ad lapſum humidum. Ratiooes verò in coottariom facilè ſoluuntur.Non enim eſt par rario frigiditaris cordis & ſiccitatis,frigiditas enim & caliditas multo validiotes vires tepugnandi habent,quàm humiditas & ſiccitas.Præterea calor & frigiditas ſimplicibus altetatiooibus validè perficiuotur,quamuis quod incaleſcit aut refrigeratur, non ſibi appooat calidam aut frigidam ſubſtantiam:verùm bumectatio non fit probè, niſi humida ſubſtantia io humectãdum corpus traoſlata,qoam cor transferendam non præbet. Præterea cùm

Repugnãtiarum modi.

Repugnantia quales de quibus agitur.

Prima ratio ſoluitur.

cùm cor validiſſimum ex ſua oatura mittat membris calorem, cùm ipſum non miſerit, manifeſtè valebit priuatiuè refrigerare, aduerſus calorem iecoris, qui ſummus non eſt, verùm humiditas iecoris ſumma eſt, earúmque à præcipuis procedunt membris, & cordis munus non eſt adeò valide eaſiccare, vti calefacere. Verum eſt etiam quod in ſequenti additur ratione, frigiditatem iecuris repugnare caliditati cordis, quamuis minor ipſa ſit, neque tamen inde colligitur, humiditatem cordis, quæ minor ſit ſiccitate iecoris poſſe eidem tepugnare, ita vt impediat quominus ad ſiccitatem iecoris totum corpus ſiccum reddatur, quoniam iecur natura ſua corde frigidius eſt, & ſanguinem calidũ cordi & membris mittit, ſicuti & cor, vbi tamen ipſum nõ tranſmiſerit, ſed potius frigidum collatione ad curdis calorem, remiſſus ad modum iecoris calor, multam refert frigiditatem, quare pugnabit validè, cor & reliqua infrigidans. Cordis igitur munus ac iecoris eſt calefacere, ac propterea iecur refrigerans muneri cordis obſiſtit. Nun eſt autem cordis & iecoris exſiccare, ita vt corde non exſiccante, ſed humectãte, validè ſe oſtendat ipſius humectatio. Tantæ igitur bumiditatis inopiæ quanta à iecore pureſt oriri, cordis humiditas nunquam ſatisfaciet. Quod verò adduximus de frigidu iecore, verũ eſt, iecur vtcumque frigidum calidum eſſe, ſic etiam & cor, ac ſequi calurem iecoris ſuperate frigiditatem cordis, non tamen inde colliges iecoris calurem frigiditatem curdis mutare, & eidem iecur quamuis frigidum calurem inducere: non enim calefacit quod minùs calidum eſt, id quod magis, niſi forte tranſmiſſa ſubſtantia quapiã calefactu, & inflammatu facili, quam tamen non tranſmittet iecur iuſto frigidius: iecur tamen iuſto calidius, etſi corde minùs calidum ſit, ipſum calefaciet, tranſmiſſu ſanguine, iuſto calidiore, qui facilè admittet calorem cordis, & ad maiorẽ ordinem calidorum aſcendet, ſanguine temperato, præter id quod, vt diximus, nos de obſiſtentia in tertium ioquimur, & de potentia mutandi totum corpos, aut repugnandi, & obſiſtendi: valet autem iecur frigidum cor infrigidare, ſiquidem cor iecore calidius, eam non fert frigi. quæ à iecore in ſanguine ſibi transfunditur abſque mutatione.

Secunda ratio ſoluitur.

Tertia ratio ſoluitur.

Teſtium temperatura.

Calida temperatura teſtium homines efficit ad venerem pronos, & qui maſculos generent, & fœcundi ſunt, partes genitales citò obſepiunt pilis, ad circunſtantes vſque, frigidæ verò temperaturæ contrarij ſunt effectus. Humida multum ſemẽ generat, & aqooſum, ſicca paucum & craſſum, ſi verò calida ſimul ac ſicca fuerit temperatura, fœcũdiſſima erit, ac citò ad venerem eacitabit, eritque ſemen calidum, craſſum, & ſiccum. Petulci ſunt, ſed citò ſatiantur, & coacti læduntur, hiſpida habent genitalia & latè circumiacentia. Calida & humida teſtium temperatura minus hirſutos efficit homines partibus pudendorom, ſemine multo abundant, ac minus læduntur calidis & ſiccis ca vſu veneris, à quo non facilè abſtinent: appetũt autem eiſdem minus. Frigidam & humidam habentes temperatutam teſtium, ſemen habent aquoſum, tenue, & infœcundum, & fœminas generant, tardè venerem appetũt, partes quoque ad genitalia glabras habent. Frigidã & ſiccam habentes teſtium temperaturam, paucum habent ſemen, & craſſum & minimè fœcundum. Non ſunt quidem ad venerem proni, parum appetunt, & coacti manifeſtè lædũtur, & glabras habent partes ad genitalia. Sed obiiceret fortè quiſpiam adoerſus hanc ſententiam Ariſt. probl. 30. ſectio. 4. dicentem, cur libidinoſi ſunt qui melancholici? An quia flatu redundant, ſemẽ autem flatus deciſio eſt. Ergo quibus id ipſum amplificatum, hos repurgari appetere neceſſe eſt: ſic enim efficitur, vt leuentur. Quòd ſi melancholici libidinoſi ſunt, improbè dictum eſt, frigidam & ſiccam temperaturam teſtium non eſſe ad venerem pronam. Hæc enim temperatura melancholicorũ eſt. At verò melancholici bifariam dicuntur, aut qui natura tales ſunt, frigidam & ſiccam habentes temperaturam, aut qui tales vſtione ſunt effecti Priores minimè proni ſunt ad venerem, natura frigidi, & quibus obtuſi ſunt veneris ſtimuli, tales etiam ſunt de quibus diximus, teſtes habere frigidæ & ſiccæ temperaturæ. Poſteriores tamen calidam habent naturam, & flatus generant multos inter vrendos humores, quibus ineſt pruriendi vis, & ad venerem ſtimulos adiiciendi. Hi verò ſunt quos Ariſt. dixit libidinoſos. Quales etiam ſunt qui melancholiam hypochondriacam, ſiue flatuoſam patiuntur, in quibus pariter humores in hypochondriis exuruntur, ac flatuoſi fiunt, & proinde libidinoſi, ſiue ad venerem proni, vti Galen. teſtatur lib. 6. de Morb. pop. par. 2. commen. 12.

Obiectio. Melancholici libidinoſi qua ratione?

Reſponſio cũ diſtinctione.

Ventriculi temperatura.

Ventricvlvs natura ſiccus facilè ſitim incutit, ſed pauco potu contentus eſt, nã à plurimo grauatur, & fluctuat in eo potus: appetit tamen ſiccos cibus, ventriculus humidus non facilè ſitit, ſed potum abundantem facilè tolerat, & appetit cibos humidos. Calidus ventriculus à natura meliùs coquit, quam appetat, ſiquidem coctio calore perficitur, & fames frigore concitatur: coquit autem cibos duriores, & qui non adeò facilè coquantur, nam coctu faciles corrumpit ac diſſipat, accedunt tamen ructos nidoroſi. Potibus ac cibis calidis delectatur, ſed à frigidis moderatè cahibitis non læditur. Frigidæ temperaturæ ventriculus ex natura plurimum appetit, ſed parum coquere valet, aceſcunt autem in ipſo cibi, non ſuperati: maximè qui frigidæ naturæ ſunt, & qui difficiliùs coquuntur, ſequuntur autem acidi ructus. Gaudet frigidis, ſed læditur ab eorum immodico vſu, ſicuti & calidus vſu immodico calidorum, ac perinde neuter eorum ſibi ſimilia extrinſecus occurrentia diutius tolerat. Diſpoſitiones porrò ventriculi, quæ morbi ratiooem habent, eo differunt à oaturalibus, quòd naturales ſimilia appetunt, morboſæ verò contraria. Id verò quomodo intelligi debeat 3. ſectio. docuimus: coniugatæ verò intemperaturæ ex coniugatis deprehenduntur notis.

Ventriculi temperatura.

Pulmonis temperatura.

Calida temperatura pulmonis reſpirationem facit magnam, longam autem expirationem: caliditas in thorace ſentitur, ſitim quoque concitat: facilè enim conſentit os ventriculi pulmoni, ob loci propinquitatem, ſed pulmonis calida ſigna præhabita docent, an ventriculi, an pulmonis ratione eueniat, & quoniam vbi ſitis à vẽtriculo oritur, calor in hypochondria ſentitur, quibus accedet, quòd ſitis, quę oritur à polmone, valde iuuatur ab inſpiratione frigidi aëris, non tamen ea quæ oritur à ventriculo, & ſitis quæ à ventriculo oritur, curatur aquæ frigidæ potu: ea tamen quæ oritur à pulmone, non. Quod verò Galen. lib. Artis medic. dixit ſitim à polmone ortam potu frigidæ non ſtatim ceſſare, non laudo: cùm enim fieri nequeat, niſi conſentiente ventriculo, conſtat eius mutationem ſtatim emendari potu frigidæ, quamuis deinde ſit reditura diſpoſitio ac ſitis. Frigido tamen exiſtente, reſpiratio minor erit, & aëre frigido lædetur, & calido iuuabitur, &

Pulmonis temperatura.

pituitam expuent. Siccam temperaturam pulmonis oſtendent vocis claritas, & excrementorum paucitas, vti humiditatem vocis obſcuritas, & excrementorum tuſſi excernendorum copia.

De ratione victus temperaturarum valde labentium.

CAPVT VI.

Temperaturarum labētium valde correctio.

DOcuimus ab initio huius ſecundæ partis cognoſcere totius corporis optimam temperaturam, & eas quæ ab optima intra ſanitatis limites labuntur non valde: inſtituimus quoq; generales methodos quibus ſeruari debet ſanitas eorum corporum quæ temperata ſunt, ſiue quæ à temperamento non labuntur manifeſtè, modo verò breui dicemus quædam quæ manifeſtè labentibus debentur, quibus præſeruatio eſt accommodata, atque correctio per otium. Calida itaque intemperie lapſi, bilioſi ſunt, hanc verò purgabimus, qua via natura vergit, aut vomitu, aut fluxu ventris: cibis vtentur frigidis qui tales fuerint, & vti Hipp. dixit: Calidis naturis quies, refrigeratio, aquę potio. Loco verò exercitationum deābulatione vtentur, frictione ex oleo, & balneis frequentioribus: quidā etiam ex eis qui non facilè à vino abſtinent, albo & aquoſo vtentur. Porrò ſi ſiccitatem habuerint adiūctam, adhuc magis à validis & celeribus exercitationibus abſtinebunt, & humidis ac frigidis vtentur cibis, & aquæ potione: ſed venus eiſdem eſt inimica. Qui frigidiorem ſortiuntur temperaturam calidioribus vtantur cibis, vini potu, cuius color ſit flauus, aut quale eſt vinum à Sancto Torcatio, ruffum, & exercitationibus celerioribus, quæ calorem excitent, & ſi pituitam aceruauerint, hæc purgetur. Sicca autem temperatura frequentibus eget balneis, & quiete, & tota victus ratione humectante, & ſomno lōgiori.

Nota.

Humida tēperatura victus.

Humidæ temperaturæ correctio cautè tractanda, ſi quidem, vt parte prima docuimus, longiſſimam habent vitā, quæ naturali actione caloris in humidum ſequitur, quāuis accidētaria morte ſæpius hi quàm temperati moriantur. Ac perinde commenſurata, ſiue ſymmetra corpora ſecutiùs degunt, & eorum temperatura eligibilior eſt reliquis, atq; ipſa calida & humida, de qua loco citato diſſeruimus, quamobrem cauere oportet ne humiditatem abundantē à pueritia in hiſce humidis temperaturis, aut calidis ſimul & humidis abſumamus, & eos ad ſenectutem celeriter perducamus, intermediis ætatibus breui trāſactis: qui enim à pueritia plus iuſto humidi ſunt, alias ætates habent longiores, & in eiſdem optimè degunt. Quoniam verò qui tales ſunt à pueritia, morbis ex redūdantia, vti catarrhis & febribus putridis facilè capiuntur, præuidēdum his quæ demere poſſint redundantiam, ventris ſeceſſu, & vrina, atque balneis aquarum ſponte calidarum, aut quæ tales arte fiant. Sint autem alimenta boni ſucci, & quibus immixta ſit aliqua extenuādi vis, veluti carnes elixæ cum ciceribus, aut anetho, & vinū aquoſum, aquæ loco. Præterea bis in hebdomada pro ientaculo accipient panem cum melle, aut idem hora prandij prima menſa, aut ius carnis bibēt, cum ſaccaro, & paulò longioribus vtentur exercitationibus, ac frictionibus, & cruditates in eiſdem maximè cauendæ ſunt. Intemperaturas autem compoſitas compoſita quoq; victus ratione corrigemus. Ex his autem infœliciſſima eſt frigida ſimul & ſicca, quam conabimur calefacere & humectare, omni adhibita diligentia, ne fortè plus æquo humectantes cruditates aceruemus, & morbos ex putredine ortos inducamus. Cæterùm quamuis difficile & penè impoſſibile reputemus, ſiccam temperaturam ſolidorum humectare, eam videlicet quæ facta eſt: hoc vnum medici erit periti, vt ſiccam temperaturam, ſiue ſolam, ſiue cum alia coniugatam, eo victu tueatur, vt pueri ſicci ad adoleſcentiam & iuuentutem perducti, tantam ſeruent humiditatem, quanta ineſt temperatis corporibus, per eandem adoleſcentiam & iuuentutem, aut paulò minorem: ſic etenim fiet, vt non permutata temperatura, neque corpore humidiore quàm antè reddito, in meliorem ſtatum traducantur. Id fiet alimentis quibus inſit humectandi vis, & potibus ſimilibus, balneis aquæ dulcis, longo ſomno, & quiete, & omnino abſtinētia ab accidentibus animi, vti ira, ſolicitudine, & mœrore.

Temperatura ſicca correctio.

De corporibus neutris.

CAPVT VII.

DOcuimus in hac 2. operis parte, qua via, qua etiam ratione ſana corpora ſeruari debeant. Morborum tamen curationem diſtulimus ad partem tertiam. At verò cum neutra corpora media ſint inter ſana & ægra, antequam ad ægrorum curationem perueniamus, iam finita de ſanis corporibus tractatione, iure viſum eſt hoc in loco de neutris corporibus agere, quæ in duobus generibus ſunt: quædam enim ſunt neutra decidentiæ, quædam conualeſcentiæ. Neutrorum ſanè corporum duo ſunt ſignorum genera, quemadmodum & ægrorum, quædam ſunt de genere eorum quæ ſunt ſecundum naturam, ſed ab ipſis euariant quantitate, aut qualitate, aut tempore, ſed non adeò vt manifeſtam oſtendant actionum læſionem. Quædam toto genere præter naturam ſunt, ſed adhuc minora his quæ morbos oſtendunt. Primi generis exemplum eſt deiectio, quæ vbi maior fuerit, aut minor ſolito, quantitate variat, vbi ruffior fuerit, qualitate: vbi verò ante tempus aſſuetum ſuccedat, aut poſt ipſum, tempus variaſſe dicetur. Secundi exemplum eſt morſus oris ventriculi, aut inteſtinorum, dum quidpiam vomitur, aut fæx excernitur. Sunt enim hæc ſigna neutra quæ præſentem neutram diſpoſitionem oſtendunt: ſed ſunt ſigna ægra, quoniam morbum præoſtendunt futurum. Nam diuerſa quadam ratione ſignum aliquod ſanum, ægrum, & neutrum dicitur, veluti in conualeſcentibus appetitus ciborum vehementior: is enim oſtendit præſentem neutram diſpoſitionem, & futuram ſanitatem, & morbum qui præceſſit & abſumpſit corpus: defectus enim maior ſolito excitat vehementiorem appetitum. Sic etiam ſputum quod excernitur ab his qui è morbo laterali conualeſcunt: id enim ſignificat morbum qui præceſſit, & futuram ſanitatem, & neutram diſpoſitionem præſentem. Signorum verò quæ in genere ſecundum naturam ſunt, quædam ſumuntur ab excrementis, quædam à functionibus, quædam à corporis affectibus. Ab excrementis, ſi deiectio retineatur, aut copioſior iuſto deſcendat, ſi mollior aut durior, ſi non aſſueto tempore, aut ſi colore intenſior, aut remiſſior, aut alio colore prædita, vti ſi alba, aut ruffa, aut viridis, aut nigra fuerit, ſic & ſi vrina cohibeatur, aut plus æquo profluat, aut colore mutetur, aut tempus non ſeruet aſſuetum, ſic ſudores qui ſanis non admodum, neque temperatiſſimis euenire ſolebant,

De neutris corporibus.

Signa duorum generum neutra.

lebant, vbi qualitate, quantitate, aut tempote euarieut: idem in menſtruis purgaiionibus & hæmorrhoidibus intelligendum eſt, & in excrementis quæ ex auribus, naribus & ore porgari ſoleut, & ructus, ſternutamenta, & flatus. Actiooes etiam à naturalibus variátes, vt mentis aliqua turbatio, ſomni imaginationibus pleni. Hebetudo in ſenſibus interuis, aut exteruis, aut in eiſdem conturbatio, appetitus ciborum remiſſus, aut intenſus plus ſolito, aut ad cibos nou conſuetos conuerſus, aut tempus uou ſeruans. Ex affectibus corporis ſuut, albidior, aut tubidior corporis color, aut aliàs mutatus, aut ipſius moles mutata, ſicuti & facies extenuata, aut ſubtumida.

Signa neutra toto genere præter naturam.

Quædam etiam ſunt ſigna toto genere præter naturam, vt dolor, aut morſus in excernendis excremẽtis ventris, aut vrinæ, hæc ad ſenſum tactus attinent, quemadmodum ſi grauitas aliqua ſentiatur, aut laſſitudinis ſpecies, aut aſperitas, aut duritíes, aut diſteutio, aut eroſio, aut compreſſio, in ſenſu viſus, ſi appareant quædam ante oculos, quæ omnioo extra ipſum non exiſtant nigra, aut pallida, & veluti muſcæ, aut culices. Iu ſenſu odoratus, ſi odor aliquis perpetuò ſentiatur, qui uon adeſt, aut odores omnes, quamuis diuerſi vnius tantùm præbeant ſpeciem. In auditu, ſi ſonitus, aut ſtrepitus, aut ſibilus ſeutiatur intra organum. In guſtu, ſi ſapor ſentiatur iu liugua dulcis, aut amarus, aut ſalſus, aut oblata omnia quorumuis ſaporum ſalſa aut amara videantur: omnia etenim hæc, vbi remiſſa fuerint, neutram diſpoſitionem oſtendunt: eadem verò aucta morbum docent, præterea quòd maiora, ex his maiorem oſtendunt cauſam, & morbus: aut neutra diſpoſitio cauſa eſt maiorum aut minorum accidẽtium. Terminus autem eſt ſenſibilis læſio actionum. Eſt enim morbus conſtitutio corporis præter naturam, à qua actio primò vitiatur, effatu diguo vitio intellige. Nihil autem refert dixiſſe conſtitutionem, aut affectum præter naturam, aut incommenſurationem, aut ametriam, aut à debito modo receſſum. Sanitas namque ſymmetria quædam eſt, ſiue bona commenſuratio, & morbus ametria, aut incommenſuratio, cùm autem incõmenſuratio morbus ſit in habitu, qui manifeſtè lædit actiones, & id fieri non poſſit, niſi incommenſuratio ad facultatem cuius actiones læduntur, conferatur, bifariam dicemus morbum eſſe ad aliquid: tum quia in proportione quadam conſiſtit, vt ſanitas, tum quia proportio habitus eſt alia ratione, qui vt morbus dicatur, ad facultatem conferri debet, cuius actiones manifeſtè lædere poſſit, vt docet Galenus: erit itaque morbi terminus, actionum ſenſibilis læſio, non ea quam intellectus poſſet aſſequi: foret enim (vt Galen. inquit) dogma perpetuæ poſſibilitatis, eſtque logica conſideratio quam ſequitur Ariſt. & Plato in Alcibiade 2. cùm dixit, inter ſanitatem & morbum non eſſe medium: neutra verò corpora quæ ex morbis conualeſcunt ob ſanguinis & ſpirituum inopiam, & membrorum ſiccitatem, ſenibus conferuntur, atque victus ratio eiſdem communis eſt, ex cibis humidis, qui faciiè coquuntur, & bonum ſuccum præſtant, & calidum atque humidum: nam ob inopiam ſunt refrigerati. Somnus etiam longior eis conuenit, atque quies, & potus vini ruſi, aut ſubflaui modicè diluti vnius aut duorum annorum, quale vinum eſt à Yepes, aut lilio, aut S. Torcatio non adulteratum, neque inſigni qualitate præditum, & frictiones mediocres, & balnea, & breues exercitatiooes, & in vehiculis duci, & deambulationes, aut ſi longius progrediatur, in aſello ſedentes. Cùm verò hac victus ratione ſeruata, validiores fuerint, quod ex functionum ſanitate, & robore deprehendemus, eoſdem ſenſim ad aſſueta reducemus.

Morbus ad aliquid bifariam.

Conualeſcentium victus.

CHRISTOPHORI A VEGA COMPLVTENSIS IN LIBRVM TERTIVM DE ARTE MEDENDI

PRÆFATIO.

TRadidimus in prima huius operis parte hominis generationem & conſtitutionem, eius quoque functiones retulimus, tam naturales, quibus in vita ſeruamur, quàm morales, quibus ad fœlicitatem poſtremumq́ bonorum finem contendimus. Quibus tamen viuendi rationibus ſanitatem ſeruare, ac morbos declinare valeant mortales, in ſecunda parte abundè percurrimus. Cæterùm id quod ab initio inſtituimus peragere volentes, tertiam partem quæ de morborum curatione inſcribitur, aggrediemur, quam non niſi exercitatis in prima & ſecunda legendam volumus, ne à debito diſcendi tramite aberrent. Nouimus ſanè non paucos medicinam exercentes, quiq́ apud vulgus imperitum in pretio habentur, quibus cùm magnopere diſpliceret longo ſtudio, aſsiduis vigiliis ac indefeſſo labore dialectica inſtitutores, & philoſophia præceptores frequentare, breuiorem ſibi viam eligentes, arriſit magis empiricorum quorundam libros legere (& neque diligenter, nec accuratè) deinde in magnis ciuitatibus apud imperitos homines ſapientiſsimos quoſque laceſſere, & prouocare, de ſingulis ſibi propoſitis quæſtionibus blaterantes, tertia quoque oratione Hippocratem & Galen. in teſtes adducentes, quorum libros neque legerunt, nec ſi legiſſent quidem ab eis frugem aliquam reportaſſent, tam ſunt & linguarum expertes & bonarum diſciplinarum indocti. Hos reperimus magno pretio & honore habitos apud viros alioqui non modo illuſtres genere, ſed & animo præſtantiſsimos: quorum virtutem & ſapientiam horum pſeudomedicorum noſtri ſeculi induſtria ſuperare valuit. Non eſt hercule quod mirer, ſed eſt quod publica oratione, nunc quidem in gymnaſio, & theatro, nunc verò in regia aula, eoſdem publicè reprehendam, & propriis nominibus appellem, (ſed præſtat modò componere verba) quorum impudentiam, vti carnificum, & ſicariorum, flagellis, ſi mihi res commiſſa foret, punirem. Concederem profectò libenter eiſdem, vt diuitum theſauros imposturis effoderent, & ignorantium animos verbo ſuſpenderent, niſi de hominum ſalute ageretur, & ſapientiſsimorum medicorum dignitate, quos nunc ſcholaſticos, nunc ſophiſtas appellant, nihil non machinantes ad virtutem & ſapientiam expugnandam, & diuitum pecuniam hauriendam. Horum quoſdam videbis non tantùm ægrotos curandos ſuſcipere, quorum morbos neque agnoſcunt, nec viam agnoſcendi habent, ſed libros de morbis curandis ſcribere, alios antiquorum dogmata enarranda ſuſcipere, alios quæſtiones ſibi proponere, & ſuo modo ſoluere, non ſine probatiſsimorum contumelia, ſuperante loquacitate diſſerendi vim, modeſtiam impudentia, experimentum temeritate, nulla antiquorum lectione, minimè verò præceptorum obſeruantia, per librorum indices, ſingulis dicendis ſententias coaptantes, etſi nihil ad inſtitutum pertineant, neque quod ipſi volunt affirment: ſatis ſibi fore putantes, ſi eius de quo loqui placet, autor eo loco meminerit, ſiue idem ſiue contrarium velit, tanta eſt eorum arrogantia in ſcribendis libris, in quibus antiquorum placita contemnunt omnes, tam præceptores quàm prædeceſſores in tenebris hallucinatos fuiſſe proclamantes, ridicula dixiſſe, & vana ſcripſiſſe. Apud quos præter turpia verba quibus totas implent paginas, nihil eſt quod ſpectes, niſi velis aliquas Galeni ſententias de propoſita quæſtione aceruatas legere nullo ordine, nullo vſu, quas ſatius foret ab indicibus deſumere. Quantum etiam aberrent à recto curandi tramite, tam in medendi methodo, quàm in componendis medicamentis notum euadet legentibus eorum libros, in quibus citra delectum innumera ferè medicamenta componunt, & ſingula ex multis aliis, in id tantùm, vt puto, contendentes, vt medicamentorum copiam parare videantur, etiamſi non ex arte parentur. Prætermitto modò dicere quàm ſint in

conſul

conſultationibus inertes inueniendi morborum naturas, quantùm etiam, aut contemnant, aut calumnientur prædicandi artem, quam neque à limine (vt aiunt) ſalutarunt. Nos verò, quibus ſemper fuit in animo artem propagare, & eiuſdem ſtudioſis ſummopere prodeſſe, morborum & ſymptomatum communes differentias & cauſas imprimis ſcribere decreuimus, his verò adiungere generales indicationes, à quibus ad ſingulorum morborum cognitionem peruenire facilè valebimus. Trademus deinde vniuerſalem medendi rationem, qua præhabita non erit ab re ad morborum curationem accedere. Proponemus præterea quamplurima remedia generalia, quædam etiam ſingularia, atque ex his quædam ſimplicia, quædam compoſita: omnia quidem ratione & experimento inuenta, methodo verò compoſita, & triginta annorum ſpatio à nobis comprobata. Sed ſunt etiam hæc eadem apud Hiſpanos paratu facilia: ſiquidem ſimplicia, aut abundè gignit Hiſpania, aut per mercatores eorundem ſuppetit copia. Nec tamen placuit ex his magnam copiam aceruare, ſed meliora tantùm, ſelectiora, probatiora, & paratu faciliora commendare: nam plura his nihil præter confuſionem ipſis adhuc in arte exercitatis parere poſſent. Sed priuſquàm rem ipſam aggrediamur, placet quorundam accuſationem abſoluere. Sunt etenim quidam impiè nos calumniantes, quòd multis in locis antiquorum placita referamus, in aliis proficua medicamenta, nulla facta autoris mentione. Quibus reſponſum volumus, nos ſæpiſſimè autorum nomina citaſſe: quorum verba fideliter tranſcripſimus, nonnunquam verò nomina ſubticuiſſe, aut quoniam res ipſa adeò nota videbatur, vt nullo egeret teſtimonio, aut quoniam eandem demonſtratione firmauimus, aut experimento oſtendimus, præſentibus non paucis, qui noſtram ſcholam interim frequentabant, & nobiſcum ægrotos viſitabant, quorum eſt in Hiſpania magnus numerus. Sed de his ſatis: nam maleuolentium æmulationem (vt ex Cicerone accepimus) non aliter declinare poſſumus, quàm non ſcribendo: neque enim eſt liber (vt inquit Plato) qui poſſit effugere calumniam.

***

Digitized by Google

CHRISTOPHORI A VEGA COMPLVTENSIS MEDICI DE ARTE MEDENDI

LIBER TERTIVS.

De morborum & ſymptomatum generibus.

PARS PRIMA.

De morborum generibus.

CAPVT I.

ETSI Medicotum omnium conſenſu, pars artis quæ docet ſanitatem tueri, dignior ſit ea, quæ morbotum cutationem inſtituit: hanc tamen omnes magis amant, quæ eoſdem frequentius à periculo liberat, quum in adagium receperint, ſatis omnia ſana, & ſanitas minimo pretio habeatur dum poſſidetur: eis verò qui ſanitate priuantur, nihil diuinius, aut amabilius, aue magis ea eſt expoſtulatum. Etenim ſani neque ſe vnquam ægrotare poſſe conſiderant, neque id audite amant, ac perinde medicinam & medicum interim patui pendunt, & eiuſdem præcepta aſpernantur: cùm verò ægrotant eundem venerantur, colunt, & ſermonum blandimentis adulantur: eſt igitur meritò hæc artis pars diligentiſſimè nobis elaboranda, quæ præter id quod ad humanam ſalutem reparandam eſt apprimè neceſſaria ob eius præſentanea remedia artificem ad magnos honores & dignitates euehit. Hæc ſanè pars ποιητικὴ, id eſt, factiua, appellata eſt: quoniam ſanitatèm efficit, vel, vt rectius dixerim, labantem reparat, & ſanitatem pro morbo commutat, curatione muibotum. Nequeunt tamen curari morbi, niſi cognoſcantur, cognoſcuntur autem ex accidentibus, atque aliis: de eis igitur agendum prius erit. Præterea cùm morbi cauſas habeant quas auferre ſit neceſſarium, ad eorundem curationem, de cauſis quoque habendus eſt ſermo, quem morborum curatio ſequetur. Ac perinde cum hac parte artis factiua, diagnoſticam miſcere cogemur, vt noſter docendi ordo euidentior fiat, & legentibus ad vſum & exercitationem artis accommodatior. Generaliora tamen primo loco trademus, morborũ, cauſarum & accidentium, deinde generalem medendi methodum, deinde ſingulis morbis ſingulas cauſas & ſibi peculiares, cum propriis & familiaribus accidentibus cooptabimus, adiunctis eorundem curãdi rationibus: ſic ſanè tertiam operis partem abſoluemus, quæ de his quæ præter naturam nobis inſunt, inſcribenda eſt. Sunt autem præter naturam, hoc eſt contra naturam, idem enim hoc loco ſignificat præter, quod contra, morbus, cauſa morbi, accidens morbi. Morbus autem eſt affectus, ſeu conſtitutio præter naturam, viuentis corporis, à qua actiones primò vitiantur. Conſtitutio autem præter naturam, ametria quædam eſt, ſiue incommenſuratio, ſiue à debito modo receſſus, in quadam improportione conſiſtens, quæ ad aliquid eſt. Et quamuis intelligã non admodum medico neceſſarium eſſe, exactè noſſe, an morbus & ſanitas in prædicamento qualitatis, aut ad aliquid collocari debeant, vbi non ignores ſanitatem ſymmetriam quandam eſſe, à qua actiones perficiuntur, morbum vero ametriam cuius gratia læſæ proueniunt actiones, hanc quoque contrarietate curari, nihilominus ad quorundam animos ſedandos, quæ in aliis locis docuimus impræſentiarum ſuadere conabimur, nempe ſanitatem ac morbum in prædicamento ad aliquid collocari debere. Si namque conſtitutionem quæ genus eſt in morbi definitione totam ipſius amplitudinem comprehendens, non ad aliquid, ſed in qualitatis prædicamento colloces, dices quoque morbum conſiſtentem in qualitate eſſe qualitatem, veluti eum qui conſiſtit in caliditate eſſe caliditatem, atque febrem eſſe calorem. Quòd ſi morbus in caliditate aucta conſiſtens eſt ipſa caliditas, morbus in quantitate aucta, erit ipſa quantitas. At verò quantitas non eſt qualitas, morbus igitur in quantitate aucta non erit morbus: quod nemo fatebitur. Quamobrem rectè nos in commentariis lib. de Diff. febr. & in præfatione libri de Vrinis, morbum in prædicamento ad aliquid collocauimus, atque ametriam eſſe diximus, quod etiam multis Galeni ſententiis comprobauimus. Quibus in locis Galeni ſententiis adductis conſtat ipſum ſanitatem appellare in ſimplicibus, elementorum ſymmetriam, morbum autem ametriam, improportionem, & à debito modo receſſum, præſertim lib. de Differ. morbo. ad initium. Quòd ſi morbus calidus, vt volunt contrarium ſentientes, eſt calor in habitu, aut diſpoſitione, hoc eſt parũ fixus, aut valdè fixus calor, erit ametria aut improportio, aut à debito modo receſſus: cùm ergo calor in genere morborum ſit, & morbus ſit receſſus à debito modo, & improportio, rectè

An morbus ſit ad aliquid.

ſectè quis in generis formali prædicatione diceret, calor eſt improportio, calor eſt receſſus à debito modo, quod eſt abſurdum. Galen. namque morbum appellat caloris, frigiditatis, humid. & ſiccitatis declinationem à debito modo, non ipſum calorem, frigid. humid. & ſiccit. Diximus autem ab hac aut ametria, aut præter naturam conſtitutione, actionem primò vitiari, hoc eſt, per ſe vitiari, atque immediatè. Quod verò morbum efficere valet, cauſa morbi dicetur, ſed morbus nullo intermedio perpetuò vitiat actionem, cauſa quandoque immediatè, quandoque intermedio morbo. Accidentia verò ſiue ſymptomata ſunt quæ morbos ſequuntur, aut morbificas cauſas: ſunt etenim effectus eorum quæ ſunt præter naturam, nempe morbi, & cauſæ: non ſunt autem morbi. Sequuntur quoque nonnunquam alia ſymptomata, ac perinde ſunt effectus præter naturam, qui morbi non ſunt, nec cauſæ morborum. Veluti ſi humor calidus iecur occupans ipſum diſtemperauerit, & iecur ob diſtemperiem ſanguinem nequeat perficere: erit etenim diſtemperies morbus, quæ nullo interueniente vitiat ſanguinis generationem, humor calidus cauſa morbi, quæ morbo medio actionem vitiat, & actio ipſa vitiata accidens morbi eſt. Quamuis ſæpe fiat, vt idem & morbus & cauſa morbi ſit, & morbus morbi accidens, vt febris quæ ſequitur partis cuiuſpiam paſſionem. Nec tamen putare oportet, vt ſupra diximus, omne id quod per ſe actionem vitiat, & cauſa morbi non eſt, morbum eſſe, niſi ſenſibile ſequatur vitium: ſunt etenim quædam corporis conſtitutiones non omnino ſecundum naturam, nec perinde morboſæ, vt parum labẽtes ac neutræ. Porrò quemadmodum morbus ametriam & conſtitutionẽ præter naturam oſtendit, ſic ſanitas ſymmetriam & bonam corporis conſtitutionem. Quemadmodũ etiam morbus per ſe actionem vitiat, ita ſanitas per ſe ac immediatè actionem perficit, aut perficere valet: ſymmetria namque iecoris, ſanguinis perficit generationem, aut eſt quidem prima ratio & immediata perficiendi actionem. Symmetria ſiquidem meatuum iecoris, ſanitas iecoris eſt quæ ad formationem ſpectat: verùm hæc non perficit ſanguinis diſtributionem, actione aliqua, quoniam non habet vires agendi, ſed eſt immediata cauſa probæ diſtributionis ſanguinis, id eſt, ob quam ſanguis probè diſtribuitur. Bonus quoque articulorum ſitus, ſiue proportio ſit, ſiue habitus, ſanitas eſt, nullam tamen edit actionẽ. Ac perinde Gal. lib. de Diff. ſympt. c. 1. breuem hanc ſtatuit morbi definitionem. Morbus eſt affectus præter naturam impediens actionem, & paulò inferiùs inquit: Morbus eſt affectus corporis actionem aliquam impediens primò: non igitur, vt quidam Ignari putant, morbus actiones malas efficit, ſed bonas impedit, ſic & moderata linguæ quantitas, ſanitas eſt linguæ, quæ loquelam probè perficit, nullo intermedio, quamuis nullam habeat vim agendi quãtitas, ſiue bonus linguæ habitus in quantitate conſiſtens, ſedes & immediata ratio, ob quam probè functiones eduntur. Pari modo morbus immediata cauſa eſt læſionis actionum, quamuis non efficiat ipſas malas actiones. Quod verò alimenta in ventriculo corrumpantur, aliquando ad morbificas cauſas referri debet, vt ad bilis abundantiam, aut ciborum naturam: aliquando verò ad calorem ventriculi acrem & morboſum, qui coctionem vitiat, intemperantiæ ratione. Actiones itaque vitiat morbus, non quidem quoniam malas edat actiones, ſed quòd ſit immediata cauſa lædendi, veluti lingua iuſto maior, ſiue ob malam proportionem, ſiue ob malum habitum, morbus eſt loquelam vitians. Verùm habitus ille, aut mala proportio, aut magnitudo, nullam vim habent agendi. Siue igitur ſanitatem habitum, aut diſpoſitionem dixeris, ſiue ſymmetriam, ac bonam proportionem, numquam concedes à ſanitate actiones procedere, ſed ab anima, & ſuis facultatibus quæ inſtrumentis vtuntur: ſymmetria itaq; ſiue bona elementorum proportio, ex eorumdem collatione oritur, & ſingularũ partium ſymmetria, ſiue bona proportio, oritur ex eorumdẽ collatione, in magnitudine, numero, ſitu, & formatione partium earum, hæc verò in prædicamento ad aliquid eſt. Concedunt ſanè nobiſcum veritatis contradictores, vt audio, ſanitatem ſymmetriam eſſe, & morbum ametriam: negant tamen eſſe relationem, quoniam Ariſt. ſanitatẽ & morbum in prædicamento qualitatis locauit, habitum aut diſpoſitionem eſſe dicens. Rurſus Galen. lib. de Diff. morb. (inquiunt) de primis morbis loquens dixit: Erunt continuò primæ ægritudines quatuor: prima calor, ſecunda frigus, tertia humor, quarta ſiccitas: igitur morbi hi qualitates ſunt, non ad aliquid: quibus ſic reſpõdemus, Gal. eo loco morbos per cauſas diſtinxiſſe rurſus addunt, calorem, frigus, & reliquas qualitates non poſſe ab ametria & inconcinnitate ſeparari, cauſas tamen eſſe poſſe ſine effectibus, ac perinde non erunt hæ qualitates morborum cauſæ, ſed ipſi morbi. Præterea morbus per ſe lædit actiones, relatio verò non lædit per ſe, quia non habet vires agendi. Præterea ſi ventriculus valde calidus cibos vrat, nemo dicet relaxationẽ vſſiſſe cibos, ſed calorem: hæc igitur coctio læſa actio eſt immediatè à calore procedens, tanquam à morbo. Præterea illa Gal. diuiſio non eſſet bona, qua diuiſit febrem per materias in quibus calor præter naturam cõtinetur: tanquam à ſubiecto ſumptis differẽtiis: nam humores, membra, & ſpiritus, non ſubiiciuntur ametriæ. Præterea nunquam medicus poſſet vti vera curatione, nam curatio fit abiectis contrariis morbo: relationi verò nihil contrariatur. Præterea aut immoderatio eſt ſola moderationis, & proportionis priuatio, aut eſt mala proportio, non primum: eſſet enim morbus ſola priuatio: non ſecundum: nam eſſet illa mala proportio tripla, aut quadrupla. Exempli gratia, modo ponamus in tripla proportione caloris ad frig. conſiſtere febrem, augeatur autem calor, & fiat proportio quadrupla, ſequitur quòd morbus fiet alterius ſpeciei: ſiquidem proportiones omnes ſpecie differunt. Cùm autem morbi intenſione generẽtur, nunquam in eadem manebunt ſpecie: relationes autem non poſſunt dici ſecundum magis & minus, quãuis morbus maior, aut minor dicatur. Præterea ſi relatio morb. eſt, de aliquo dicetur, & ad aliud, igitur in digiti defectu, quod erit fundamentum, & ad quod refertur, & in calido morbo ametria ſine relatio, ſi in calore fundatur, ad quid referetur? Has rationes facilè ſoluemus, vt deinde firma maneat noſtra aſſertio, eo ordine ſeruato quo eaſdem retulimus. Ad Ariſt. dicimus hanc eandem relationem habitum eſſe voluiſſe alia ratione, qua videlicet affectus eſt, aut intellexit per calidos morbos calorẽ, per frigidos frigid. & ſic de reliquis: cùm autẽ contingat has qualitates quandoq; in diſpoſitione eſſe, quia facilè mouentur, quandoq; in habitu, quia difficilè ſeparentur, morbum affirmauit habitum, aut diſpoſitionem. Quod quidem neque id de omnibus morbis verum eſſe poſſit, conſtat: quoniam deprauata figura eſſet reponenda in quarta ſpecie qualitatis, non in prima, quæ eſt habitus, aut diſpoſitio, aut forent harum formales rationes confundendæ.

Vitiare actionem quid.

Curuitas

Curuitas etenim oſſis,cui rectitudo ineſſe deberet, morb.eſt in quarta ſpecie qualitatis, non in prima. Quòd ſi morbum in augmento caloris, caliditatem dicis,morbum in augmento quantitatis,dices quantitatem auctam,non tamen ſtatues auctam quantitaté in prædicamento qualitatis.Si dixeris formale morbi in quantitate non eſſe quantitatem,formale morbi in caliditate non erit caliditas,nec febris erit calor.Ad aliud,Gal.lib.de Dif.morb. voluit caloré, frigid. & reliquas qualitates eſſe materiale morborũ,non formale:id enim ametria eſt,materiale verò morbi eſt relationis fundamentum, & cauſa continens in morbis qui fiunt ex additione, quales ſunt omnes ad qualitates actiuas attinentes,cauſam autẽ non continentem ſeparari poſſe à morbo,nunquam Gal.exiſtimauit.Relatio verò non habet facultatem agendi,eſt tamen prima,& immediata cauſa,ob quã actiones læſæ proueniũt:calor enim cerebri hominem delirare facit,non tamen efficit imaginationes læſas: ſiquidem omnis imaginatio,ſicuti & omnis animalis actio,aut perfecta aut lęſa,ab anima procedit,non à morbo,morb.tamen cauſa immediata, ac prima,lęſionis imaginationis eſt,ob quam læſa imaginatio procedit:hæc autem eſt ametria, & inconcinnitas primorum elementorum. Obiiciet tamen aliquis,non omnem actionem ab anima procedere probans:nam Gal.lib.2.de cauſis ſympto.conuulſionem & palpitationem ab aliis motibus depranatis, veluti tuſſi,ſternutatione, ructu, tremore,& rigore ſeparat,quòd prędicti duo motus ſolius morbi ſunt, reliqui naturæ,ſed à cauſa præter naturam irritatæ, ſequitur inde conuolſionem,& palpitationem non fieri à facultate.Nos ſanè planè defendemus noſtrã aſſertionẽ,etiam ſi non omnes actiones à facultate proueniant:ſatis enim fuerit,ſi vna vel altera actio læſa à facultate procedat:læditur etenim illa à morbo, non quoniam à morbo fit, aut ipſe facultatem agendi habet , ſed quoniam cùm fit à facultate , à morbo vitiatur,hoc eſt,morbus eſt præcipua & immediata cauſa læſionis ipſius,ſiue ob quã læſa procedit.Cæterùm nos non volumus omnem motum corpori euenientẽ,ab anima procedere:nam ſi erecto corpore ſanguis immodicus ad pedes decumbat, motus ille ſanguinis eſt,nec tamen dicerẽ ab anima fieri ſanguinis motum illum : ſic etiam vbi corpus ſua grauitate deorſum deſcendat, neq; id ad animã referemus, ſicuti neq; contractionem muſculorum ab humore,aut flatu eoſdem diſtendente,neq; palpitationem,quæ ab incluſo fit flatu.Diximus tamen omnem animalis actionem quæ viuentis & animati corporis ſit propria,ab anima procedere. Neq; etiã ſatis propriè dicitur priuatio , actionis aut palpitatio læſa actio , quæ nullius facultatis eſt actio,& conuulſionem per quam membrum ita contractum eſt,vt iam non amplius contrahatur,quis actionem aut motum propriè appellandam eſſe dicet?in conuulſione enim per quam iam membrum contractũ eſt ab inflãmatione, nullus eſt motus,ſed priuatio, qualis mortuis euenire poteſt , ſicuti & palpitatio. Noſtra tamen aſſertio vera manet , qua diximus, omnem actionem quæ viuenti corpori,vt viuens, debetur,ab anima procedere,vti ab agẽte præcipuo. In ventriculo verò alimenta à calore corrũpuntur, non quoniam calor,ſed quoniam animæ improportionatus : improportio igitur immediatior cauſa corruptionis ciborum eſt.Gale. tamen diuiſio febr. quæ ſumitur à materia eſt caloris in ſubiecta,& cauſas,non per eſſentiam morbi qui calor materialiter eſt:nam is vnius ſpeciei eſt,in humore, membro & ſpiritu:febres tamen ſpecie diuerſæ,cùm tamẽ calor qui in humore & ſpiritu figitur,morbus non ſit,ita neque relationem ibidem eſſe par eſt.Diſtemperies tamen calida membrorũ fiens aut facta,improportio eſt elementorum inter ſe,& ad animam,quæ eſt agendi principium.Curationem tamen omnẽ contrariis aut oppoſitis exercemus:nam improportioni & inconcinnitati adiicimus proportionem & commenſurationem,commenſuratio tamẽ incommenſurationi oppoſita eſt,vt ametria ſymmetriæ, & ſimilitudo diſſimilitudini,& æqualitas inæqualitati. Improportioni namq; per caloris exceſſum , opponimus proportionem caloris,eam autẽ aſſequimur ex regulis medicinæ adactis frigidis.Nam à contrariam opinionem defendentibus peram In morbis in obſtructione oreatuũ , ſi morbus malos habitus eſt, quem alium huic contrarium adiiciunt ad curationem medici?Nullum ſanè, ſed obſtruentia medicamenta,quæ habitum contrarium inducere valebũt; dicere tenentur.Dicemus quoq; morbũ improportionem eſſe & relationem,& elementa per morbos intemperaturas duas habere improportiones, alteram inter ſe,quam Gal.morbum appellat,& ametriã calidi,frigidi,humidi, & ſicci. Quoniam verò hæc lædere poteſt actiones,morbus eſt, non quia tripla, aut quadrupla.Seruata igitur hac communi ratione ſeruabitur morbi genus,etſi mutetur proportio,ſpecies tamen morborũ à fundamento & ſubiecto deſumuntur & ab ipſo materiali morbi : calor enim quartanæ & tertianæ eiuſdem ſunt ſpeciei,& differentiam habẽt ſpecificam à ſubiecto; ſic etiam ſi caloris ad frigiditatem eſſet quadrupla proportio in aliqua febre,& ſimilis proportio eſſet vnius digiti manus ad alterum ſibi proximum,proportiones forent vnius ſpeciei,ſed morbi diuerſi generis : nam alter ad temperaturam,alter ad compoſitionẽ pertinet.Ita quoq; quamuis vnaquæque harum proportionum in maiorẽ tranſeat,& genus mutet,morbus in eodem genere manet fundamẽti ratione,& ſubiecti primi:nã & habitus calidus iecòris, & habitus calidus cerebri eiuſdã ſpeciei eſſe non negabuntur, morbi tamẽ ſunt ſpecie diuerſi,ſic etiam licebit nobis relationes diuerſæ ſpeciei aſſerere morbos eiuſdem ſpeciei,& aliunde quàm ex ſpecie habitus, aut relationis morborũ ſpecies deſumere,quamuis inconcinnitat ipſa augeri & minui poſſit.intra ſpeciẽ, eſſe namq; aliquas relationes quę intentionẽ ſuſcipiant,non eſt quod negemus,teſtãte id Ariſt.in prædicamento ad aliquid:ſimile inquã eſſe magis & minùs ſimile,& ęquale,magis ęquale,& minùs ęquale, ac perinde ſimilitudo maior altera:morbus tamen intenditur,quia fundamentũ fit maius.Et licet Gal. qui de animæ eſſentia nihil explicuit, omnes actiones ad temperamenta referat,nos potiùs has omnes improportiones ad vires animæ à quibus actiones procedent,referemus,ita vt in primis elemẽtis morbum eſſe dicamus: quoniam ſunt hæc ad animã improportionata.Si enim puer æqualem manum cum iuuene haberet,quamuis digiti & tota manus forẽt bene commẽſurati,ille morbus eſſet,ob improportionem,& incommẽſurationem ad animam,& eius vires,ſicuti ſi totus ipſe puer quantus adultus & iuuenis foret,ægrotaret ob incommenſurationẽ corporis ad animæ vires. Hæc enim commenſuratio nulla rationalis proportio eſt : neque enim forma ignis ad inſtrumenta, quibus vtitur talem aliquam habet proportionẽ.Præterea has proportiones animæ ad inſtrumenta,non oportet tales ſtatuere quales ſunt rationales,& proportiones numerorum,de quibus ſunt dupla & tripla,ſed irrationales,& quæ augeri poſſunt intra ſpeciem.Nam & relatio partiũ

hominus

hominis,& ipſius concioolias,augeri poteſt, & minui,vt ſimilitudo,aot ſi hæc negaueris,ſpecies morborum à fundamentis deſumi oon oegabis,vt probaui:ac perinde parum refert ſiue ipſam augeri poſſe

Morbi naturæ cõſtituitur in ametria.

concedas,ſiue id neges. Præterea verò dicemus cum Gal.elemeotorum ſymmertiam eſſe ſimpliciũ ſanitatem,eorum amerriam morbum,ſymmetriã quoq; iu magnitudine,figura,ſitu, & formatione, ſanitatẽ organicorum,vnitatẽ partium, & earum coocinoitatẽ,ſiue totius ad partes relationẽ,ſanitatem communem,contrariũ morbum. Morbus tamẽ qui ametria per calorẽ eſt,iu calore fundator, & ad frigiditatem refertur,cum qua iniquam habet commenſurationem,& relatio quæ in magnitudine aucta manus aot pedis fundatur,ad brachium,aut crus refertur,& in eis termiõũ habet,& lingua iuſto maior,ad os confertur,aut etiã ad vires mouẽtes,vt diximus. Et abſciſſo digito inconcinnitas & relatio partium iuter ſe , aut ad animæ vires, cauſa eſt,cuius gratia functiones manui debitæ improbè exercẽtur,ametria enim & improportio maner in oſſib.neruis, & muſculis remanentibus, quemadmodũ ante in omnibus,partiũ ad partes erat bona proportio. Sed dices,morbus omnis affectus eſt,& relatio non eſt affectus: oon erit igitur morb. Reſpondemus Gal.lib. de differ.ſympt.ad initium,harmoniã appellaſſe affectũ,harmonia tamẽ parrium vocis aut vocum diuerſarum proportio,atque relatio eſt & habitus alia ratione. Quin & lib.de Sang.miſſ.omnem receſſum in ſtatum non oaturalem appellat affectum,amertia verò talis eſt. Nec pugnat,quidpiam eſſe aliquid,& dici ad aliquid:oam commenſuratio elementorum ad sliquid eſt,& vbi ipſa in ratione habitus ad animam conferarur, & snimæ vires per aliam relationẽ dicetur sd aliquid ſanitas. Quòd ſi hanc relationem eſſe dixeris,vt oos,aut qualitatem,vt alij,uihil ad medendi artem conducit : dum tamen hac in re conueniamus, prædictam Inconcinnitatem cauſam

Corporis conſtitutiones tres.

eſſe immediatam læſionõ actionum. Nec ſequitur,ſi morbus relatio eſt,omnẽ habere canſam continentem , vt dicemua,cùm de cauſis agemus. Sed rurſus agnoſcere oportet tres eſſe corporis naturales conſtitutiones,aut compoſitiones. Prima eſt conſtitutio partium ſimilariũ ex elementis mundi:ſecunda partium diſſimilarium, ſiue organicarũ ex ſimilarib.& ſimplicib.ac primis. Quas tamen appellemus ſimilares aut diſſimilares partes,prima parte docuimus. Tertia conſtitutio eſt totius & partiũ vnitas & continuitas. Prima conſtitutio eſt venarũ & arteriarum, membranarum,neruorum,ligamentorum , oſſium, cartilaginum,& carnium: ſingula enim horum voicã tantùm habent,quæ mentione digna ſit,ex igne, aëre,aqua,& terra,compoſitionem. Secundi ordinis ſunt organica membra,nempe,cor,cerebrum,iecur, vẽtriculus,pulmo,renes:hæc enim ex ueruis,membranis,& carne conſtant. Eſt quoq; alia organicorũ compoſitio iu hoc ſecundo genere , qua digitus ex carne,oſſibus & neruis,venis & arteriis cõponitur, & alia præter hanc compoſitionẽ manus ex digitis, vola,& brachiali, & rurſus manus maior,ex manu, cubito,& brachio,& ex his & aliis totũ corpus vnà componitur,& conſtituitur:ſed hæ omnes compoſitiones ex ſecundo ordine ſunt. Quibus tertia compoſitio accedit,quæ vnitate totius & partium perficitur, ex quibus notum euadet,quòd ſi his tantùm compoſitionibus ſecundum naturam ſe habentibus ſanitas perficitur,in eiſdem tribus generib. non ſecundum naturam conſiſtentibus,inueniẽtur morbi omnes , quos ſingulis generibus conſtituemus,per primas differentias , quæ à genere omnes morbos comprehendente ſumuntur,nempe à corporis conſtitutione , cuius tres ſunt prædictæ differentiæ. In ſimplicib.quidem erit mala temperatura:io organicis mala compoſitio:in toto & partibus tam ſimplicib.quàm organicis,vnitatis ſolutio.

Morbi in tẽperatura.

Morbi in temperatura elementorũ,ſimpliciom membrorũ morbi ſuot,ex elementorum,aut qualitatum ipſorũ abundantia nati:calido namq; elemento vincente,morbi fiuot calidi,frigido,frigidi, humido,humidi, ſicco, ſicci:ſi tamen calidum ſimul ac ſiccum abũdauerit, calidus fiet,ac ſiccus morbus, tales quoque fient in omnibus coniugatis lapſib. Atque erunt iu ſumma octo morborum partium ſimplicium & primarum genera,calidus,frigidus,humidus, ſiccus,calidus & humid.calidus,& ſiccus,frigid.& humidus,frigidus & ſiccus. Fiunt præterea prædicta morborũ genera biſariam,aut ſioe cauſa præcedente,ſiue antecedẽte ſic appellata,aut cum ipſa,veluti humore quopiam accedente. Hectica namq; febris,calida intemperies eſt,ſine antecedente cauſa:humoralis verò adiunctã habet cauſam antecedentem,humorẽ ipſam facientem;ſic etiã morbos in tẽperatura diſtinguere aſſolent medici,in eos qui cum materia & eos qui ſine materia fiunt. Aut aliter in morbos factos,qui ſine materia,aut antecedente cauſa fiunt, & fientes, qui cauſam habent antecedentem, aut materiã,aut humorem,& ab eodem depeodentiam.

Morbi in cõpoſitione.

In ſecundo genere morborum,qui attinent ad partes compoſitas, quatuor primæ ſpecies cõtinentur:aut enim iu numero variat pars à mediocritate,ita vt actionem vitiet,aut quantitate,aut ſitu, aut formatione:in formatione verò quatuor aliæ inferiores continentur ſpecies. Aut enim pars à debito modo deflectit , in ſuperficie,aut in figora,aut in via,aut in cõceptaculo. Atq; erunt omnes in organicorum membrorum compoſitione,morbi ſeptem generibus aut ſpecieb. diſtributi,iu oumero,magnitudine,ſitu , ſuperficie, figura,via,cõceptaculo.

Morbi in numero.

In numero ſanè morbus bifariam accidit,aot aucto oumero,aut diminuto:augetur autem aut accedente aliquo ex genere eorum quæ ſuut ſecundum oaturam , aut aliquo quod ſit toto genere præter oaturam:ſecundum naturã ſunt digiti manus : ac perinde ſextus digitus morbus aſt in numero addito eioa quod eſt ſecũdum naturam, ſicuti tertius teſtis,vngula oculi,& carnoſum tuberculũ in narib.aut meatu vrinario. Toto genere præter uaturam ſunt,lapis in veſica,pulmoue,aut inteſtinis,& oculi grando , vermes inteſtinorum trium generũ,& calli. Gal.his addit verrucas,meliceridas, athcoromata, & ſteatomsta. Qui omnes in genere ſunt tumorum prærer naturam,& ſolutionem continui habent adiunctã. Suffuſio verò morbus eſt in via,& humor ipſe obſtruens,quẽ appellat Gal.morbũ numeri,nos dicemus obſtructionis cauſam continentem. Numerus quoq; diminutus actionem vitiat,vti digitus è quinario numero ablatus,& gurgulio abſciſſus,qui morbus eſt & canſa morbi,morb. quidã partis à qua fuit abſciſſus:in ea enim quæ remanet,morbus locatur quoties morbus ex oumero fit diminuto:cauſa verò morbi pulmonis fit,quoniã aër frigidior pulmonem diſtemperare valens ducitur,quem gargareon attemperare ſolebat. Soot etiã morbi in numero per quos partis pars abſciſſa eſt, eius quantitatis vt vitiare poſſit actionẽ manifeſtè, veluti lingoæ portio,aut digiti articolos,tales ſont glandulæ induratæ,quæ abſcinduntur,& dẽtes exeſi,aut exerti:ſunt autem quidam ex his quadãtenus ad morbos in magnitudine referẽdi,ſed tamen placet eos in magnitudine morbos appellare , quibus quantitas diminuta eſt, ſeruata figura,nulla parte

mani

manifeſta exeſa,aut reſecta,vti lingua contabeſcẽs, aut crus,aut corpua vniuerſum,per atrophiam. Augetur quoq; lingua nonnonquã,ita vt ore capi non poſſit,& gutgulio,vt reſpirationem impediat:huius generis eſt priapiſmus,& Nicomachi Smyrnei corpus adeò magnitudine ereuiſſe ferunt, vt incedere nequiret. Vidimus quoq; puerum quatuor annorũ qui mediocris magnitudinis pueros annorũ decem æquabat,atque is breui admodum ſtate potetat. In morbis verò in numero qui conſiſtuut in aliquo quod eſt toto geoere ſecundum oaturã, auctus oumerus auget qnantitatem, & diminutus diminoit: cùm tamẽ conſiſtunt io aliquo quod eſt toto genere præter naturam,id non eſt neceſſarium.

Morbi in quantitate.

Morbi ſitus.

Ad ſitum attinent luxatio oſſis,delapſus inteſtinorũ & omenti in ſcrotũ,vincula linguæ,& præputij, illud enim impedit expeditam loquelam, hoc verò ſeminis in vterum rectam proiectionẽ, labiorum quoque,narium,palpebræ digitorúmve coalitus, & ligamẽtorum laxitas,aut diruptio. In ſuperficie morbi fiunt: aut ipſa læuigata quæ aliàs aſpredinẽ habet ſecundum naturã,aut aſpera facta,quæ futura eſſet læuis. Sunt autẽ huiuſmodi læuor immodicus inteſtinorum,& oſſium aſperitas quæ læuigari expoſcit,ſicuti & fauces exaſperatæ morbum patiuntur.

Morbi figura.

Figuram quoque vitiari contingit in plancis,vaciis & varis, ſicuti & ſi ventriculus,iecur,aut renes,aut caput figuram debitam non ſeroent,quod quibuſdam à oatiuitate fit,quibuſdã occaſione quapiã:viam tamen vitiari cõtingit obſtructione,aut immodica patentia,vti ſi inteſtina fæce obſtruãtur,aut iecoris meatus à craſſis & viſcidis bumoribus,aut oculi pupilla ſuffuſione,aot pororũ adſit immodica patentia, aut pupillæ laxitas & amplitudo ob rhagoidis ruptorã, aut relaxatiooem.

Morbi conceptaculorum.

Io conceptaculis præterea morbi fiuot,vti ſi ventriculus paruam habeat capacitatem, aut valde magnam,idem de thoraee dicendũ & aliis, verùm capacitatis paruitas nõ ſola anguſtia erit,ſed etiam ea quæ ſequitur repletionẽ eius quod eſt præter oaturam:ita vt contenti ratione actio manifeſtè vitietur partis cauæ. Quòd ſi partes bæ à natiuitate tales fuerint,emendari quandoque valent, vti thoracis anguſtia,aëris inſpirati retentione valida,ventriculus operatione & ciborum ingeſtione copioſa dilatatur:parui tamẽ vbi opus fuerit reddẽtur quiete & ligatura. Morbi verò qoi ad cauitatem & magnitudinem & figuram ſpectant à generatione contracti niſi ab initio curentur,ioeurabiles reddũtur.

Continui ſolutio.

Tertium morborum genus qnod ſimplicibus & organicis cõmune eſt,in vnitatis ſolutione conſiſtẽs, actionem vitiat,impedita partis naturali functione. Nam ſi ligamentũ diſcindatur, partis diſciſſæ coatinuitatem adimit,& totius membri actionẽ aufert, ac perinde totius & partis morbus dicetur:ligamẽto verò oon io totum abſciſſo morbus parti erit peculiaris,ex accideoti verò toti noxã infert. Huius generis ſunt vlcera in carne,fracturæ oſſinm,puncturę neruorum,aut ſciſſiones,aut auulſiones fibrarũ eorũdem. Præterea colliſio qnæ partibos mollibus accidit,vbi externa facie manente integra ad ſenſnm, interior pars plures paruas diuiſiones patitur. Eaodem verò vbi pars exterior caua mãſerit,illiſionem vocant. Retulimus ſimplicium morborom genera: nunc verò breui expediemus cõpoſita.

Morbi compoſiti.

Componuntur autem aot ex morbis genere diuerſis,aut eiuſdẽ generis,& hia aut in vna parte exquiſitè,aut in diuerſis partibus vnius partis. Exemplũ primi eſt vbi humor aliquis calidus erodens partem afficiat:bæc enim pars vlcus patietur,& intemperiem. In eodem genere fiet,ſi pars vti io phlegmooe caleſiat & humectetur,vbi verò lapis in veſica cootinetur lapis morbus in nnmero appellatur,qui obſtruens, morbum facit in via. Componuntur autem in diuerſis partibus vnius partis cùm oculus patitur ophthalmiam,& corneæ vlcus, & ſuffuſionem in pupilla. Quãuis tamen omnes bos morbos oculos patiatur, nõ omnes per ſe morbi oculi ſunt,ſed ſola ſuffuſio, inſtrumento,qua inſtrumentũ videndi eſt,refertur, qui eius potiſſimã vitiat actionem, nempe viſionẽ: reliqui verò morbi ſimplicibus oculi partibus per ſe debentur:ex accidenti verò,præcipno inſtrumento, ac perinde fiet,vt totum inſtrumentum compoſito morbo laboret:cùm ſimplices eius partes ſimplicibus laborant. Nec refert ſi morbum vnicũ appelles, ſiue plures in parte vna inſtrumẽtaria,nam vtcunq; plures morbos ſimul patitur. Fit autem vt vnica ac ſimplex pars plures duobus morbis ſimol pati poſſit,vti ſi in carne fiat inflammatio,cum vlcere effatu digno,& magnitudo tumoris adeò increſcat vt vel eadem ratione lædere poſſit actiones. Tuoc etenim aderit calida intemperies & humida,cum ſolutione vnitatis,& aucta magnitudine, hæc iunt in eadem parte qoatuor morborũ genera. Talis eſt natura herpetis,cancri vlcerati, eryſipelatis, & phagedænæ: omnibus etenim his coniungitur partis vlcus, cum amiſſione particulæ & intemperie calida,atq; ſicca. Præterea in tumoribus præter naturam duplex eſt cõpoſitionis modus,nam phlegmone, ſiue œdema, ſiue eryſipelas,ſiue ſcirrbus,ab humoribus fiũt, qui duabus ſunt præditi qualitatibus:oam ſanguis calidus eſt & humidus,pituita frigida & humida, bilia calida & ſicca,melancholia frigida & ſicca. Compoſitio altera eſt ex diuerſis bumoribus:nam rarò fit vt vnicus ſyncerus humor in partem confluat,ſed ſanguis nonnihil bilis aut pituitæ habet,vti in phlegmone eryſipelatis,aut œdematis participe,ſic in reliquis. In omnibus itaque præter naturam tumoribus iotemperaturæ diuerſæ commixtæ ſunt, & aliquaodo cum vlcere,& aliquando magnitudine adiuncta effatu digoa,quæ omnia ab humore,aut vnico, aut pluribus pendent. Inſtrumentalium autem partium morbos componi diximus,vbi vnius partis diuerſæ partes diuerſis morbis laborent, quorum quidam per ſe,quidam per accidens ad inſtrumentariam partem referuntur, vti cùm oculus patitur euchantida,opthalmiam, vngulam & ſuffuſionem, aut in eadem parte duos morbos,vti in cornea, vngulã quæ magnitudine ſua pupillam operiat, eritq; morbus in numero & magoitudinc. Inflãmatio verò quæ in iecoris magnis venis fiat,cauitates venarum opprimens,intemperie lædet ſanguinis generationem,& magnitudine impediet digeſtionem ſanguinis: hæc etiam obſtructio eſt ſiue morbus in via. Componuntur quoque inter ſe diuerſæ vnitatis ſolutiones,vt in oſſis fractura quæ rarò fit abſq; carnis vulnere aut contuſione, ſæpius tumore præter naturam accedente,ſic & in neruorum puncturis & ſciſſionibus: vnitatis præterea ſolutio ſæpe cum partis amiſſione compooitur,quæ morbus in numero eſt,& cum inæqoali intemperie,& multis aliis modis. Docuimus meth.geoerali, inoenire morborum genera omnia præpoſitis in animo primis differentiis eſſentialibus,ſumptis ab eſſentia rei diuidendæ, quæ fuit corporis conſtitutio præter natutã,ac perinde fecimus vt nullum morbi genus ſit prætermiſſum. Si verò quis alia via conetur,aut aliis differentiis vti voluerit, nunquam omnia genera comprehendet, aut ex primis quædam prætermittet, aut omnino accidẽtarias ſpecies perſequetur,& omnes vnà cõfundet. At verò ex accidentariis differentiis,

quædam

quædam ſumuntur à vehementia, qua ratione morbi quidam magni ſunt, quidam parui. *Mor. magni & parui.* Magnum autem boc loco vehementem appellamus, quamuis ſoleant medici morbum magnum dicere, eum qui partem aliquam præcipuam infeſtat, aut eum qui mali moris eſt: verùm hi potius maligni ſunt appellandi: vulnus namque præcipuæ partis aut iuxta articulos, ea tantùm ratione magni dici poſſunt, quia valdè vitiant actiones, quod malitia ſymptomatum efficiunt: hæc autem malignos potius quàm magnos efficit morbos. Quamobrem vocum confuſionem vitare volentes, magnum morbum dicemus, eum qui vehemens eſt, & in ſpecie plurimum auctus, vti magna intemperies calida, aut magnum vulnus, quod magnum locum occupat. Paruus autem eidem contrarius erit, qui parum à ſanitate recedit, & vlcus paruam occupans partem. *Mor. benigni & maligni.* Alia differentia morbi eſt benigni, & maligni, de quibus non pauca lib. 3. Progn. diximus, non tamen eſt idē morbum eſſe magnum & malignum, nec paruum & benignum: ſiquidem multi morbi ſunt maximi, quibus ſtatim adiūguntur ſigna ſalutaria, & plures parui cum peſſimis notis. Morbus itaq; magnus ex magnitudine ſignorū morborū deprehendetur, & malignus ex malignitate ſymptomarū, quæ ipſum ſequuntur. Poteſt autem magnus morbus malignitatem babere adiūctam, nam fieri poteſt, vt peſtilens febris magna ſit: quibus prope accedunt morbi ſalubres, & lethales, qui ſignis ſalutaribus & lethalibus diſtinguūtur. Sunt autem ex morbis quidā vniuerſales, quidam particulares: vniuerſales ſunt qui totum corpus occupant, vt febris, & anarſaca, particularis qui vnius eſt partis, vti phrenitis, aut pleuritis: ſunt quoq; morbi quidam communes, quibus è regione reſpondent, qui à Græcis σποραδικοὶ appellantur, quaſi ſparſim inuadentes: communes verò diuiſi ſunt in eos qui omnes ferè alicuius loci habitatores inuadūt, & communiter per populū graſſantur, quos appellant ἐνδήμους, hoc eſt, per populū factos, vti broncbocele, & in quibuſdam locis pleuritis. *Mor. communes & ſparſi.* Alij ſunt plurimis ciuitatibus communes, qui ἐπιδήμιοι dicuntur, quorum quidam ſunt peſtilentes, qui magnam hominum partem interimunt. Cùm autem ob vnum morbi genus inuadat magnam hominum partem, ſed quāuis frequētes per id tempus morbi ſiot, quidam tamen tertiana, quidam ardenti, quidam quartana laborant, non omnes vno morbi genere, ſparſi à nobis appellantur. *Morbi facti & fientes.* Prætetea ex morbis quidam ſunt facti, quidam fientes, facti, qui in habitu ſunt difficilè ſolubili, ſiue qui naturalem temperiem mutarūt, vti hectica in ſecūda ſpecie, & tertia: fientes verò ſunt, qui cauſam habent à qua fiūt, ſiue quorū pars eſt facta, pars futura, vti tertiana & quartana, & ſimiles qui ab humore putreſcēte habent generationē, & inflāmatio quæ phlegmone appellatur. Huius generis ſunt morbi bilioſi, pituitoſi, ſanguinei, melancholici, aquoſi, flatuoſi, nomine deſumpto à cauſa faciente. *Morbi continui.* Dicimus quoque morbos quoſdam continuos, quoſdā intermittētes: continui ſunt, qui vnica acceſſione à principio in finem procedūt, atq; vnico impetu omnia ſua tempora percurtūt, vt febris continens. Quidā ſunt intermittētes, qui plures habēt acceſſiones atq; repetuot, aut ordinatè, aut ſine ordine. Habent autem ij diuerſa tempora generalia, ab initio in finē, & particularia ſingularū acceſſionū. Atque ex duratione ſumūtur differentiæ: nā quidā ſunt breues, quidam diutini. Cui diuiſioni proximè accedit alia, qua morbus diuiditur in acutū & non acutū, hic autem non ſtatim diutinus eſt, ſed poteſt eſſe breuis. Acuti ſanè quidam ſunt propriè acuti, quidam peracuti. *Morbi breues & diutini.* Proprie acuti quidam ſunt exactè tales, quorū limitem ſtatues diem decimumquartū: non exactè tales ſunt qui ad viginti prorogantur. Peracuti quoque quidam ſunt exactè tales, qui quarto die aut citiùs finiūtur, ſiue in primo ipſo morborum inſultu, quidam non exactè peracuti, qui prorogantur in diem ſeptimum, aut intra hebdomadam vnam ſecundùm naturam finiuntur. Omnium autem horum acutorum morborum communis ratio eſt hæc. *Morbus acutus.* Morbus acutus eſt, cuius motus eſt velox, & citò pericula aduenīūt: ſunt etiam quidam acuti cū additione ita appellati, nempe ἐκ μεταπτώσεως, hoc eſt ex decidentia, qui cū aliàs acuti forent, facta aliqua diminuta iudicatione, non tamen liberato ægro, morbus fuit prorogatus in diem vſq; 40. aut 60. aut longius etiā. Non acuti verò quidam ſunt breues, quidā diutini. Breuis non acutus eſt diaria febris, non acutus diutinus, eſt quartana, & duri præter naturam tumores non dolentes. Quidam etiam morbi ſunt proprij, quibus opponuntur improprij, ſiue qui ex συμπαθείᾳ fiunt, hoc eſt per compaſſionem. *Morbus proprius & per conſenſum.* Nam caput quandoque laborat per eſſentiam, & primaria affectione, aliquando per conſenſum à partibus inferioribus tranſmiſſo vapore quopiam, aut ſimplici tantùm alteratione, aut quoniam non tranſmittitur quod tranſmitti deberet. Exemplo eſt delirium: qui enim delirat perpetuò cum febre & capitis dolore, & oculorum rubore, accedente reſpiratione magna, & ex longis interuallis phrenitim patitur & capitis morbū per eſſentiam, ſiue propriam, & primariam affectionem: ſi tamen per interualla deliret, & aliàs in vētriculo inflammationem patiatur, aut febrem ex humorū putredine, indiciū eſt caput, aut ventriculo, aut toti corpori conſentire, qui verò non tranſmiſſo ſpiritu vitali à corde in cerebrū ob defectū delirat, per cōſenſum pati dicetur. *Compaſſio magis propria.* Hanc magis propriam compaſſionem vocat Gal. lib. 1. de locis patientibus. Cæterùm hos morbos non appello, interim dū pars conſentiens affectum nullum contraxerit. Morborū prçterea quidam ſunt exquiſiti, quidam nothi, vti phlegmone, quæ à ſyncero ſanguine fit, ſyncera & exquiſita dicitur, & tertiana exquiſita, quæ à ſola fit flaua bile: quamuis rarò fiat vt vnicus ac ſyncerus humor morbū efficiat. Nothus verò fiet ex cauſarū morbum facientiū commixtione, aut confuſione, vt tertiana notha, aut phlegmone eryſipelarodis, aut eryſipelas phlegmonodis. A tempore quoq; differentiæ accidentariæ morborū deſumūtur, nam quidam ſunt verni, quidam æſtiui, quidam hyemales, quidam autumnales: aut ſic, quidam ſunt diutni, quidam nocturni. Rurſus ex morbis quidam ſunt antiqui, quidam recens facti. A ſexo morborū ſunt diffe. nam quidam ſunt maribus peculiares, vt priapiſmus: quamuis rationi conſonū ſit, fœminas quandoq; hoc morbo corripi, inteſtinorum quoq; in ſcrotū delapſus, & penis morbi, ſicut morbi vteri, & quidam mammarū fœminis. Ex ætatibus morborū differentiæ ſumuntur: nam quidā pueris ſunt peculiares: infantes nāq; oris vlcera patiūtur, vmbilici inflationes, & auriū humiditates, variolas & morbillos. Cùm verò ætate procedūt febres, conuulſiones, alui profluuia. Maioribus tamen fiunt aſtbmata, lapides veſicæ, lumbrici inteſtinorum, ſtrumç, & verrucæ, magis ad pubertatē accedētibus febres diuturnç, & profluuia ſanguinis. Iuuenibus tamen ſputa ſanguinis, tabes, febres acutæ, & comitiales morbi, ſubſiſtētibus fiunt pulmoniæ, morbi laterales, lethargi, phrenitides, cauſi, choleræ, dyſenteriæ, lięteriæ, hæmorrhoides, quar-

tanæ:ſenibus eueniunt aſthmata,diſtillationes cum tuſſi,ſtillicidia vrinæ, & eiuſdem difficultates, articularis morbus, renum morbi, vertigines, apoplexiæ,tremores,mali habitus,pruriginès,humiditates narium & oculorum,viſus obtuſiones,glaucedines, & graues auditus.

De generibus cauſarum morborum.

CAPVT II.

PERCVRRIMVS ab initio partis ſecundę,genera cauſarum in vniuerſum, deinde ea quæ humanum corpus ineuitabiliter mutant, in quibus tota ſanitatis tuendæ ratio conſiſtit: nec dubium eſt ab eiſdem modum excedentibus morbos fieri: has tamen omnes quatuor tantùm comprehendimus generibus, nempe in aſſumendis,excernendis,agendis,& exterioribus,qua via cauſas omnes,quæ morbos excitare poſſunt inueniemus,ſine quarum aſſecutione methodum curandi inuenire impoſſibile reputamus: curantur enim morbi primum ſublatis cauſis quas auferre incognitas non valemus, neque genera omnia inueniemus niſi generali diuiſione procedamus quam docere inſtituimus. Cùm igitur noſtrum corpus bifariam mutari poſſit,aut ab his quæ extra accedũt, aut ab his quæ intra ipſum continentur,duo erunt hæc prima cauſarum morborum genera. At verò cùm non quæuis mutatio ab interna aut externa cauſa morbum efficere valeat, ſed illa tantùm quæ ad manifeſtam læſionem actionum morbo interueniente, deducere poteſt, illud quoque morboſis cauſis addendum erit,vt manifeſtè lædant. Galen. lib. de Differentiis ſympto. cauſam dixit,id quod ſuapte natura ei quod fit, ſuæ generationis partem inducere poteſt: erit igitur morbi cauſa quæ generationi morbi partem inducere valet. Exteriores ſanè cauſæ ſunt,quæ nos exterius tangunt, aut phyſicè,aut etiam mathematicè. Atque talia ſunt quæ in enarrandis quatuor generibus ſunt dicta exteriora(quæ verò cùm exterius adueniunt corpus ingrediũtur, ſunt quæ aſſumuntur) continentur autem in hoc genere quæ calefaciunt, infrigid. humectant,& quæ exſiccant, vt Sol,ignis,aër,aqua, medicamenta, & quæ tota ſubſtantia mutant. Præterea quæ contundunt,ſecant, frangunt, laxant, obdurant, & exaſperant, diſrumpunt,ac diuellunt, quæ mordent, quæ veneno afficiunt,& quæ eduntur & bibuntur, & aër qui inſpiratur. De cauſis verò externis quæ corpus mutare valent, quædam ſimplicibus qualitatibus mutant, aut vna, aut pluribus, vt calor Solis,aut ignis non magnus: quædam præter id compoſitionem membrorum mutant, & duo aut plura morborum genera inducunt,vt ferrum candens carni admotum, & medicamenta exurentia:quædã tota ſubſtantia mutant temperaturàm,& compoſitionem,vt venenum erodẽs,& morſus canis rabidi, quamuis morſus ſecet,ſpuma verò alteret. Ex eiſdem verò alterantibus extrinſecis,quædam alterant tantùm,vt medicamẽtum admotum, & aqua balnei, & aër nos exterius tangens,& ignis calfaciens,& Sol, quædam præter id materiã morbo præſtant,vt cibus, & potus, quæ magna quantitate adhibentur, aut inordinatè ſumuntur, aut intempeſtiuè, aut prauæ ſunt qualitatis,aut tota ſubſtantia aduerſantur aſſumenti:hęc enim in ventriculo corrumpũtur,ac deinde,quamuis non ingrediantur venas, morbos efficere valẽt, qualitate,aut ſubſtantia mutantes, aut materia replentes. Huius generis eſt aër, qui inſpiratur valde calidus, aut frigidus, aut putredinem & fœtorẽ ſecum ducens, aut tota ſubſtantia mutatus,vti peſtilens. Interiores verò cauſæ quæ morbos efficere valent,aut procedũt à corpore;aut ab anima, ſi à corpore,aut ſunt morbi,aut cauſæ corporeæ morborũ: hac etenim via omnes internas cauſas morborum inueniemus: tantùm enim illæ morborum cauſæ internæ eſſe poſſunt, quæ homini præter naturam inſunt: hæ verò ſunt morbus, & cauſa corporea, aut animæ actiones, aut paſſiones, & quædam alia ex morborum accidentibus quæ cauſis morborum annumerantur:ſunt itaq; internæ cauſæ aut ad animam,aut ad corpus attinentes. Morbus morbi cauſa fit,cùm morbum aliũ efficit,vti calida iecoris intemperies bilem generãs,tertianæ cauſa eſt,& ventriculi frigida intemperies,cibos crudos relinquẽs, cauſa eſt morborum qui ex cruditate ortum habẽt, & capitis intemperies calida ophthalmiæ cauſa fit. Neque parum refert medico has cauſas noſſe, ſine quarum ablatione morbi curari nequeunt,ſic etiam lapis in veſica,obſtructionis eſt cauſa, hunc autem morbũ in numero appellant,& caro adnata,aut tuberculum quod vrinæ exitum, aut ſanguinis digeſtionem impediat obſtructione. Cauſa quoq; morbi ea ratione dicta eſt, quòd morbũ efficiat, quamuis ea quę morbũ effecit, cauſa morbi dici debeat, præſertim ſi adhuc morbum foueat, & conſeruet, quæ enim morbum auget,adhuc ipſum facere dicitur. Conferent autem hæ diſtinctiones non parum ad curandi rationem:cauſæ igitur internæ corporeę quæ id tantùm nomen ſortiuntur, aut etiam ſymptomata ſunt morborum,in genere eorum quæ excernuntur,ſunt humores,aqua,flatus,& excrementa. Humores ſunt,ſanguis,pituita,& vtraque bilis, flaua & atra,atq; ex his quidam naturales, quidam ſunt præter naturam. Excrementa verò ſunt lachrymæ, ſputa, pus, ichores, ſtercus, & vrina, & ſudor, quæ morbi accidentia ſunt,à corpore exeũtia, morbos quandoque facientia,vt vrina ardore efficit vlcus,& ſtercus multa bile acri mixtum. Animæ verò ſunt actiones,aut paſſiones,à quibus morbi fieri valent. Actiones ſunt exercitationes,& motus corporei,quamuis ex eis quidam ſint paſſiones, vti geſtatio,equitatio,nauigatio. Paſſiones quoq; ſunt dolores, & quæ animi perturbationes appellantur, vti ira, timor, gaudium, mœror, ſolicitudo,amor, ſtudium literarum, & qui audientes aut inſpicientes diutius laborant,in morbos oculorum,aurium, aut etiam capitis incidũt,quamuis aut color, aut ſonus non ſint de his quæ validè mutant, ſed laborantes per animi actiones prædictas, ſpiritum diſſoluunt. Hac methodo inuenta ſunt omnia cauſarum morborum genera, quæ tribus generibus continentur, aut enim ſunt cauſæ appellatæ προκαταρκτικαί, id eſt prægreſſæ, aut προηγούμεναι, id eſt præcedentes, aut antecedentes,aut συνεκτικαί,id eſt continentes. Prægreſſę cauſæ,vt nos in commen. libri primi de Differentiis febriũ explicuimus, ſunt cauſæ recentes, & euidẽtes,vt cauſæ externæ & dolores,aut bubonum inflammationes,& animi paſſiones. Nõ enim ſunt externæ eædem quæ prægreſſæ, quoniã à cauſis prægreſſis dicit Galen. febres omnes diarias fieri,de quibus ſunt ira,& mœror,& bubo,quæ febres diarias faciunt,& externæ non ſunt:euidẽtes tamen ſunt, & omnibus cognitæ:neq; enim ad earum cognitionem opus eſt aliqua coniectura, ac perinde Celſus in præfatione ſui operis has cauſas euidẽtes appellat. In hoc genere ſunt cauſæ quæ ex inopinato occurrunt. Cauſæ præcedentes ſunt quæ à Celſo

abditæ

Cauſarum morborũ inuentio generalis.

Cauſa.

Internæ morborum cauſæ.

Cauſarum tria genera in morbis.

abditæ appellantur,& quæ coniectura cognoſci debeant,iu quo genere ſunt humores, ichores, aqua, & flatus,& excrementa,vti pus,vrina,ſtercus. Hæc duo genera cauſarum ſatis conſtant, & morbos omnes procreant, tertium genus cauſarum morborum, cauſa continens appellatur, quam quidam in morbis adeſſe negant. Eſt enim cauſa continens morbi cauſa,qua poſita ponitur morbus, & ſemota ſemouetur,ac corpus ſanitati reſtituitur,veluti apud Galen.lib.de Symptom.cauſis primo,cap.5.affectus nerui impediens tranſitum animalis facultatis,qualis obſtructio eſt, continens cauſa ſtuporis eſt, qua poſita,ſequitur ſtupor,& ſemota ſemouetur. Pulſus quoq; apud ipſum tres cauſæ cõtinentes ſunt, quoniam tres cauſæ ipſum continent, nempe facultas, inſtrumentum & vſus.Hæc verò ſic continent pulſum vt vnica cauſa totalis, qua poſita ponitur pulſus, & ſi quippiam ab ipſa detrahas, aut tres ipſas partiales, aut aliquam ipſarum,pulſum quoque auferas.Neque aliam eſſe rationem cauſæ continentis à prædicta,lib. aduerſus Iulianũ, putet aliquis cùm dixit: Neque enim aliam eſſe cauſæ continentis rationem dicere habent præterquàm, γίνεσθαι τι πρὸς αὐτοῦ καὶ παύεσθαι σὺν αὐτῷ. Quod eſt fieri ab ipſa, & cum ipſa ceſſare: id verò nihil aliud eſt, quàm dum præſens eſt generare affectum, & ipſa abſente affectum ceſſare. De hac cauſa cõtinenti ſub hac ratione, differendum aſſumpſimus in hoc & aliis locis. Conſiderat autem medicus cauſas quas aliquando opponere,aut remouere,aut conſequi conatur.Apponit enim cauſam efficientem,& aliquando materiam: contendit verò ad formalem & finalẽ. Eſt autem materia ſanitatis in ſimplicibus 4. elementa, in organicis ipſa ſimplicia,& quorundã organicorum alia organica.Nos in morbis qui additione fiunt,inueniri cauſam continentem, non tamen in his qui fiunt diminutione,iu commentariis lib.1. de Diffe. febr.& in pręfatione ad commentariũ de vrinis,latè probauimus aduerſus Fuchſium, cuius opinionem ibidem retulimus.Cùm enim ex his quę diximus, conſtet ſanitatem ſymmetriam quandam eſſe, morbum verò ametriam,ſiue incõmenſurationem, notum eſt in morbis omnibus attinẽtibus ad temperaturam, adeſſe continẽtem cauſam, nempe qualitatem,cuius exceſſu intemperies fit(ſemper autem fiunt per exceſſum)vti in morbis calidis calor: nam intemperies caloris abundantia nata, calorem habet cauſam continentem: poſito namq; calore, adeſt diſtemperantia per calorem, ſiue prædicta ametria,& ſemoto illo calore excedẽte, tollitur intemperatura, idem de aliis intemperantiis dicẽdum eſt. Semoueri autem morbum ſublata cauſa continenti dicimus, quoties æger per eius ablationem ſanitati reſtituitur, aut eam aſſequitur. In morbis verò conſiſtentibus in compoſitione partium organicarum ex ſimplicibus, ſi ex additione fiunt, cauſam continentem adeſſe diximus, vti morbi qui fiunt ob quantitatis exceſſum, qui poſita quantitate aucta ponũtur,& ipſa ablata auferuntur, ablata enim quantitate cuius gratia ametria aderat, ſymmetria remanebit. Præterea ſextus digitus morbum efficit in numero, ſiue ametriam partium manus, verùm ablato ſexto digito addito,aufertur morbus,& ſymmetria, ſiue ſanitas ſuccedit: idem de obſtructione eſt euidens, ſi verò morbus in diminutione conſiſtat,veluti diminuta quantitate diſcreta, aut continua, nihil à medicis aut philoſophis conſideratur, quod ita coniunctum ſit morbo,vt ipſo poſito, ponatur morbus,& ſemoto ſemoueatur, carent igitur cauſa continente.Contradicet autem qui in noſtris pertractandis aſſertionibus non ſine euidenti labe, momi perſonam agere ſolet: ac dicet primùm verum non eſſe quod propoſuimus, morbum omnem fieri additione, aut ablatione: quidam enim neutro horum modorum fiunt, ſicuti cùm pupilla euertitur,aut os luxatur,quorum neutrum additione,aut ablatione fit, ſed ſitus mutatione. Rurſus morbum non eſſe relationem, ſic probabit. Relatio omnis fundamentum habet, & terminum, quibus poſitis ponitur relatio,& ſemotis ſemouetur: ergo omnis morbus habet cauſam continentem,ſiue additione, ſiue ablatione fiat. Nam & quodcunque ſit fundamentum relationis,quæ manet ſublato digito, ſi id auferatur, relatio quoque auferetur. Quòd ſi reſpondeamus,ablata quapiam parte earum quæ ſunt fundamenta relationis, morbum non auferri, ſed potius manere maiorem: ſiquidem manet maior improportio, quàm antè, ſequetur inde relationem augeri.Præterea patiatur quis morbum in numero, ob digiti ablationem, ablato fundamento perit relatio, & fundamentum morbi erat manus reliqua, ergo abſciſſa manu amouebis morbum. Has rationes quamuis pauci admodum momenti ſint, cogor in hoc loco referre, ne quis parum diligens in abſoluendis ſophiſmatibus, eiſdem capiatur, & à vera rerum agnitione turpiter prolabatur. Quod enim primò ſtatuit, non omnem morbum fieri additione, aut ablatione, planè aduerſatur ſententiæ Hippocr. qui lib. de Flatibus dixit medicinam eſſe adiectionem & ablationem, ac rurſus curationem contrariis perfici, adiectionem ablatione, & ablationem adiectione. Nam ſi non ſunt duo tantùm morborum genera, non erunt tantùm duæ curationis ſpecies, contrariis adhibitis. Conſtat etiam cuiuis partem quæ ſitum mutat,morbum afferre ex ablatione partis, quæ illo loco adeſſe deberet, quo non adeſt, os enim luxatum locum amiſit, ibidem autem deeſſe nemo ignorat: euerſa verò pupilla facit, vt deſit viæ rectitudo, qua opus habet viſoria facultas ad viſionem exercendam. Relatio tamen fundamentum habet, verùm id non habet rationem cauſæ continentis: ſiquidem non eſt perpetuum in relationibus,poſitis fundamentis, poni, & ſemotis ſemoueri.Socrates etenim columnę proximus vbi ab ea ſecedat, relationem corrumpet,manentibus fundamentis, ſic etiam intellige relationem,ſiue proportionem partium manus ablata parte, quam deinde ſepone aliis manentibus, ac non manebit relatio, ſiue improportio, quæ præfuerat, ergo fundamento relationis nõ conuenit ratio cauſæ cõtinentis ſi nõ ponitur dicta improportio, poſita ſiue manente parte ablata, in qua erat relatio. Hoc in relationibus his,quę extrinſecus aduenientes à dialecticis appellantur, verum ſemper eſt. Sed rurſus examinemus, an improportio manus, ex digiti ablatione, ac morbus ipſe, ſublato fundamento,auferatur(nam poni poſito non eſt verũ) auferamus à quatuor remanentib.digitis alterum,an peribit relatio? peribit illa ſanè, ac ſuccedet altera maior, atque hæc erit proportio alterius ſpeciei, ſi ita vis, ſed morbus erit eiuſdem, quandoquidem improportiones omnes lædentes actiones, quæ idem habent fundamentũ in ſpecie, ſunt morbi eiuſdem ſpeciei, & vt ſuprà diximus, morbi ſpeciem habent à fundamento,quoniam id eſt de quo medicus agit, & quod ſemouere conatur ex arte. Morbum quoque augeri fatemur, quoniam augetur fundamentum,ad cuius augmentum, aut diminutionem, augetur aut minuitur morbus,dum intra ſpeciem manet fundamentum, à quo morbus ſumit ſpeciem.

Eſſe tamen nonnullas relationes, quæ angentur, &
magis ac minus ſuſcipiunr, non aſt quod mitetus
quiſpiam, cùm ſimile ſit magis ſimila & minus ſi-
mile, & æquale magis ac minus æquale, ac perinde
ęqualitas maior,& ſimilitudo maior,& minor apud
Ariſt.ſunt. Sic etiam diceres ſi velles, morbum eſſe
inconcinuitatem partium, aut qualitatum, & fieri
maiorem ac minorem. Qui verò conatur probare
morbum ex digiti ablatione, auferri ablata tota ma-
nu, ac perinde cauſam cõtinentem babiturum mor-
bum ex diminutione, ſi morbus relatio foret, is io-
coſa inſerit ſeriis. Quis enim dubitat, ſi morbus ba-
bitus eſt, ipſum quoque auferri ſublata laborante
parte, & morbum omnem deficere ſublato homine
de medio? verùm hæc longè abſunt ab arte meden-
di. In morbis verò qui conſiſtunt in continuitatis
ſolutione, quidam ſunt qui cauſam habent conti-
nentem, quales ſunt vnitatis ſolutiones, quæ fiunt:
quod enim fit, dum fit, cauſam habet faciẽtem, qua
ſemota amplius non fieri: id verò quod factum eſt ac
proprie morbus, cùm ſit partis ametria ob diminu-
ſionem, hoc eſt defectum vnitatis, cauſa continenti
caret. Neque obſtat, etſi in contrarium afferas ge-
neralem curandi methodum, qua docentur contra-
ria contrariis curari; & dixeris proportioni non
adeſſe contrarium, ac perinde nec morbo, ſed mor-
bum calidum, frigido adiecto curari. caliditas igitur
eſt ipſe morbus, non cauſa continens morbi calidi,
vt diximus. Ad quod reſpondemus, quaſdam pro-
portiones aliis eſſe ſuo modo contrarias, vt bona
proportio malæ proportioni, & ſymmetria ame-
triæ, & æqualitas inæqualitati, & propinquitas con-
traria eſt diſtantiæ, hoc eſt oppoſita, quod eſt ſatis:
cùm enim dixit contraria contrariis curari, oppo-
ſita intelligit Hippoc. qui verò morbum curat, non
adiicit morbo cõtrarium, id eſt formali morbi: nam
obſtructioni non adhibent deobſtructionem, ſed
extenuantia, quæ deobſtruant, neque contrarium
ſentientes, habitui, qui eſt morbus, contrarium adii-
ciunt habitum, ſed morbo calido adiiciunt frigidi-
tatem quæ ſanitatem inducat. At verò morbo ſani-
tas contraria eſt, non igitur ipſi adhibent contra-
rium, cùm non adhibeant ſanitatem, ſed ſanitatis
cauſam, ſic & nos ametriæ non adhibemus ſymme-
triam, ſed cauſam quæ ſymmetriam inducat: hæc
verò contraria eſt materiali & fundamentali mor-
bi: nam cùm id quod materiale ac fundamentale
morbi eſt, cauſa ſit ipſius continens, ipſa ablata au-
feretur morbus & inducetur ſanitas, quod medicus
intendit oblatione contrariorum, quæ contraria
ſunt materiali ipſius morbi, quod eſt cauſa conti-
nens, vti morbum calidum medicus curat oblatio-
ne frigoris: id autem non cõtrariatur formali mor-
bi, quia ſanitas non eſt, ſed calori, qui eſt cauſa con-
tinens morbi calidi, & materiale ipſius. Nec etiam
medicus vnitati ſolutę vnionem adhibet, ſed cauſas
quæ ipſam inducere poſſint. Expedit autem poſt ge-
neralem inueniendi methodum, qua cauſas morbo-
rum retulimus, ſingulis quoq; morborum generi-
bus peculiares cauſas inuenire, vt expedita ſit & le-
gentibus perſpicua via procedendi ad omniũ mor-
borũ cauſas. Si verò quis ſtatim has aggrederetur,
omnino cogeretur prætermittere generaliores de
quibus egimus, neq; facilè quæ ſequuntur aſſeque-
retur. At qui probè nouerit ex his quæ diximus,
omnes morborũ cauſas eſſe externas, aut internas,
& has aut ad animã, aut corpus attinere, facilè aſſe-
quetur ſingulorum morborũ cauſas, vt tamen cau-
ſæ ſpeciem atque ipſam cauſam inueniat, in animo *Morbi gene-*
habere debet, calorem morbum efficere poſſe, non *randi cauſa.*
omnem, neq; in omni corpore, ſed ad ipſum gene-
randum tria exigere, magnitudinem, & corporis ad
patiendum diſpoſitionem, & tempus. Magnitudo
namque ſiue vehementia cauſæ tanta eſſe debet vt
corpus vincat, & ſibi ſimile reddat: diſpoſitio cor-
poris vt vinci poſſit & à mutante pati. Ex tempore
verò mora exigitur, quoniam omnis motus in tem-
pore fit, eo maiori, quo producendum eſt maius, re-
liquis ex agente & patiente paribus ſeruatis. Mor-
borum igitur in temperatura primùm cauſas per-
curramus. Habent autem hæ vnam communem ra-
tionem, qua alterare, & prima corporis elementa,
atque ipſorum qualitates corrumpere poſſunt, &
alias generare, idque aut per ſe ex ſua natura, aut ex
accidenti: ſi itaque ſingulorũ generum morborum
cauſas cõſequi volueris, hoc ordine ſeruato eas in-
uenies, à morbis incipiens qui in temperatura con-
ſiſtunt, quorum generales cauſæ quatuor habentur,
ſicuti & morborum omnium, vti Galen. lib. de Sa-
nitate tuenda docet, ſumenda, excernenda, agenda,
& exteriora: morborum namq; calidorum hæ ſunt *Cauſa mor-*
cauſæ omnes, quas in prima diuiſione ſuperius ha- *borum in tẽ-*
bita comprehendimus, cùm diximus, morborum *peratura.*
omnium cauſas eſſe externas, aut internas: & has ad *Cali. morb.*
animum aut corpus attinere. Hæ itaque ad illas, & *cauſa.*
illæ ad has facillimè reducentur. Exteriores cauſæ
calefacientes ſunt, Sol, ignis, medicamentũ, & quæ-
cunque alterantia, ad calorem nos tangunt, atque ea
quæ comeduntur, & bibuntur, dum in ventre con-
tinentur, quæ in ſecunda diuiſione, in his quæ aſſu-
muntur ſunt. Quibus accedunt aër qui inſpiratur,
aut tranſpirat, venena, & quæ tota ſubſtantia mu-
tant ad calorem. Quæ excernuntur, aut non excer-
nuntur, ea ſunt quæ in corpore continentur, quæ
retenta morbos calidos pariunt, vt ſanguis, & bilis,
& alij putreſcentes humores, vapores ac fuligines
acres, non minus quoque ſi plus iuſto excernantur,
ſiquidem calidorum exeretio refrigerat, & frigido-
rum excretio calefacit. Agẽda verò ſunt motus cor-
poris & animi: nam magna exercitatio, neq; extre-
ma, calefacit ad morbum vſque, & ira, & mœror, ſo-
licitudo, & gaudium. Sed decet vt ad hæc quatuor
cauſarum genera reducamus omnes cauſas calefa-
cientes, quarum Gal. meminit lib. de Cauſis morb.
& primo de Different. febr. quæ fuerunt, motus, pu-
tredo, adhæſus rerum calefacientium, prohibitio
calidi effluuij, adiectio calidæ ſubſtantiæ: exempla
eorum ſunt in ſingulis. Motus namque calorem ef- *Motus cauſa*
ficit, ſi corporeus fuerit, ex partium corporis ſoli- *caloris.*
darum perfrictione ventilata ignea ſubſtantia, in ſo-
lidis corporibus contenta, vti in commentariis pri-
mi lib. de Differen. febr. expoſuimus latè, quo in lo-
co diximus, motum calorem generare, non in om-
nibus corporibus, ſed vbi quidem mota corpora
animata fuerint: ea enim articulorum perfrictione,
& ſanguinis in partes affluxu incaleſcunt, inanima-
ta verò ſi liquida fuerint, nõ incaleſcunt, ſolida ve-
rò non aliter quàm vbi affricentur. Si namque lapis
in aëre moueatur, infrigidabitur: lapidi verò aut
ferro attritus incaleſcit, & quandoque ignis for-
mam ſuſcipit ferrum, aut aër, aut lapis. Confutatis
tamen aliorum opinionibus, diximus hãc eſſe illius
problematis cauſam: cùm enim ſolida corpora af-
fricantur, aër intermedius attenuatur & impelli-
tur, ac peruadis ipſa corpora, & ignem internum
ventilat, atq; accẽdit: eſt etenim is qui in mixto cor-
pore continetur ſopitus, & ferè extinctus, flabella-
tus tamen reuiuiſcit. Cõtradicet autem aliquis, atq;
cauillis obſtrepet aduerſus noſtrã ſententiam: nam
aër qui continetur inter ſolida corpora affricata,
nunquam

numquam eadem penetrabit, cùm poſſit effugere. Deinde deceret aërem liberè penetrare, aliàs non accenderet ignis calorem: verùm ferri denſitas id nõ permittit, aliter ergo generabitur in ipſo calor. Rurſus ſagittæ mucro ſi plũbeus fuerit, liquabitur ipſa violentia & celeritate magna miſſa, quamuis non adſit ſolidorum corporum affricatio, & colliſio. Præterea ſi ventilatione calor accenderetur in ſolidis corporibus, is foret maior aut minor pro ratione corporum: quia videlicet magis, aut minùs habent igneæ naturæ: ſiquidem ventilatio non accendit calorem maiorem quo fuerit maior, quando flamma vt accendatur, modica eget ventilatione. Cæterùm manifeſtum eſt, ferream terebram cùm lignum ipſa perforatur, validum calorem cõcipere, quãuis ferrum natura frigidum ſit. Præterea ſi ferrum tranſit tandem in ignem ventilatione accenſo calore, faciliùs tranſiret altero igne admoto. His obiectis reſpondent ad dubium, motum calorẽ generare corporũ diſgregatione, & rarefactione: cùm enim aër diſgregatur, rareſcit: raritas verò eſt caloris cauſa per accidens, vniuerſalia tamen agẽtia per ſe calorem inducunt, præſente raritate. Problemati deinde de ſagittæ mucrone plumbeo liqueſcente, reſpondent, portiunculam quandam aëris ab initio ad finem motus hærere plumbo, eam autem incaleſcere ob raritatem, & deinde calfacere ac liquare plumbum. Verùm hæc cùm leuia admodum ſint atque futilia, ab aſſertoribus non ſine inani, ac turpi verborum iactatione producuntur in medium. Aër etenim qui inter ſolida corpora cùm affricantur continetur, pelli non poteſt. Auctore enim Ariſto. lib. 12. de Anima, cap. 11. ſi quæ ſe in aqua tangunt, aquam habent intermediam, quæ ſe tangunt in aëre, omnino intermedio aëre ſe tangunt: nõ igitur, vt putant, excludetur, ac fugiet, ſed tenuatus corpora ipſa peruadet, quæ quamuis ſolida ſint, poros habent ſatis notos, vt conſtat cùm ferrum ignis formam ſuſcipit, in materia aëris, poris incluſi. Rareſcit igitur aër inter ſolida contentus, atq; is qui in poris ſolidorum neceſſariò cõtinetur. Nam & eoſdem interrogare placet, ſi aër qui inter ſolida corpora affricata continetur, excluditur, quis aër eſt ille qui motu rareſcit, & rarefactione incaleſcit? non is qui inter ſolida continetur corpora, quia nullus eſt, vt volunt, non etiam qui extra: nam qui lapides affricatos circumſtat, parum admodum rareſcit, parum quoque agitatur. Quod intelliges, ſi duos lapides duabus manibus comprimẽs affrices validè, aut ad cotem affricans gladium, ſuperficiem lænem, ac terſam efficias. Neque etiã neceſſaria eſt libera ventilatio ad accendendum calorem: nam in ferri, aut lapidis partib. intimis calor accendi poteſt, ſine libera vẽtilatione: ibidem enim contineri fracto ferro reperimus, ſine ventilatione libera: vbi verò contineri, ibidem quoq; generari valebit. Ignis pariter generatur qui pruna eſt, non flamma, ex ferri & lapidis colliſione: cæterùm is ſemel genitus exiliens abundè perflatur: flamma verò mediocri eget ventilatione tum ad generationem, tum ad conſeruationem. Quod de ſagittæ mucrone ferũt, alienum eſt ab experimento: ratio quoque oſtendit, in aëre mota infrigidari: calorem verò ex ſolidorum corporum confricatione, & colliſione generari. Nemo autem mentis compos ignorat, quàm ſit ludicrum putare ſagittam volantẽ, in ſuprema mucronis parte hærentem aërem ſecum trahere, neq; ipſum peruadere, atque retro dimittere. Calorem verò in ſolidis confricatis generari dicemus, pro ratione agentis: nempe motus & flabellationis, & pro ratione materiæ quæ calefieri debet: ventilatio verò vel maxima quæ ex confricatione, aut colliſione ſolidorum procedit, non excedit modum in caloris generatione, neque etiam ignis prunæ, ſi is generari debeat. De parua autem flamma de qua modò non loquimur, rectè dictum eſt,

Quæstio physica ab Aristotele mutuata.

Mollis alit flammam, grandior aura necat.

Cùm tamen, vt diximùs, numquam ex confricatione ſolidorum ventilatio poſſet modum excedere. Iuuat quoque ad ignis generationem ex motu, materia, ſiquidem ex ſilice promptiùs ignis proſilit, quàm ex lapide arenoſo, aut topho: ferrum præterea ignis non parum habet, & lignum plurimum, cui affigatur terebra. Poſtremò dicemus ignem citiùs generari ex ſolidorum corporum violenta colliſione, quàm admoto igne, quoniam ferè ſubitò colliſio fit, ventilatio, & caloris accenſio in parte quę ex colliſo ferro proſiluit: ignis verò admotus ſenſim calorem inducit, ac formam ſibi ſimilem. Cùm verò dicunt, raritatem calorẽ afferre per accidens, commouere tamen vniuerſales cauſas, quæ deinde veluti ad actionem adductæ per ſe calorem efficiunt, fateor ipſos viam inueniſſe ſibi veloti ſacram quandam anchoram, ad quam confugientes, omnia naturalia problemata facilè ſoluent. Cæterùm quantum abſit à veritate, rarita em adducere calorem, hinc conſtabit. Nam ſi raritas adduceret calorem, id foret, quoniam aër cùm rareſcit, ad ignem propius accedit: ignis verò calidus eſt. At huic rationi repugnat experimentum, aër enim qui incaleſcit ex ſolidorum colliſione, ad prunam, aut flammam contendit: ſed flamma denſior eſt multo ipſo aëre, ac multò magis ſolida, minúſq; tranſparens: non igitur cùm rareſcit aër ad flammam contendet: minimè verò ad prunam, ſed potius cùm denſatur. Docet id quoque flamma candelæ, quæ cùm ab origine receſſit, rareſcens & attenuata in aërem migrat. Quòd ſi cùm rareſcit non tendit ad ignem, non etiam tendet in caliditatem, veluti ad ignem neceſſariam, neque raritas adducet calorem, aut vniuerſales cauſas ad eiuſdem generationem. Sed rurſus ad reliquas cauſas caloris exponendas accedamus. Animæ motiones calorem generant, ſpiritu & ſanguine copioſioribus in partem aliquam commotis, & deinde ebullientibus, veluti in ira. Motus autem dicti in agendis continentur. Putredo calorem efficit, quoniam per ipſam putreſcentiam alienam ſuſcipiunt caliditatem. Hæc verò concitatur à cauſis calefacientibus per ſe, ab infrigidantibus ex accidenti: nam quæ calefaciunt putredinem inducunt, & quæ infrigidant calore natiuo rei diſſoluto, pariter in cauſa ſunt, vt ſubiectum à calore externo occupetur, & putreſcat. Sunt autem ex his quæ calorem natiuum imbecillitant, & putredinem excitãt, quædam internæ, quædam externæ: ac ſunt quædam in exterioribus, quædam in aſſumendis, aut excernendis, aut etiã in agendis. Magnæ enim corporis motiones vbi in corpore adfuerit apparatus morboſus, putredinem excitabunt: ambiens autem calidus & humidus putredinem facit, & aſſumpta, & quæ non excernuntur, cùm calida & humida fuerint. Putredinem præterea cum prohibitione calidi effluuij confundi magna ex parte teſtantur, quamuis effluuium calidum aliquando prohibeatur citra putredinem, vt in cutis conſtipationibus paruis, aut parum durantibus, quæ diarias febres citra putredinem concitãt. At verò calidum effluuium per putridos morbos cohibetur, éſtq; hæc potiſſima ac magis propinqua cauſa putrefacientis caloris. Prohibita namque tranſpiratione, putredo oritur: prohi-

Ratio notanda.

Caloris causa.

Animæ motus.

betur autem à cauſis externis,aut internis, externæ
ſunt,quæ cutem conſtipant,& adſtringunt,de quo-
rum numero ſunt infrigidantia,& ſiccantia,& quæ
vtrunque efficere valent,vt aër frigidus,aqua frigi-
da , & aqua aluminoſa , & medicamenta ſimilis fa-
cultatis. Verùm hæ cauſę inter exteriores recenſen-
tur,ſed ex accidenti calefaciunt. Sunt autem calida
effluuia quæ cohibentur, per ſe morborum calido-
rum cauſæ,ac ſunt in numero excernendorum. Co-
hibetur quoq; calidum effluuium ab internis cau-
ſis , cùm in venis & reliquis meatibus continentur
multi,aut craſſi,aut lenti humores,prohibentes ex-
crementorum effluxum:hæc enim retenta putrent,
& ſuccos in conſenſum ducunt. Hoc eſt cauſarum
calefacientium genus à putredine ortum , & à pro-
hibitione calidi effluuij; quamuis aliquando à cau-
ſis calidis calorem diſſoluentibus natiuum, incipe-
re poſſit putredo,ſine effluuij cohibitione. Adhæſus
verò rerum calefaciētium cum cauſis exterioribus
annumeratur : exteriores namque cauſæ adhærent,
& appropinquant corpori:hæc ſunt, Sol,ignis,me-
dicamenta,& balnea calida. Adiectio tamen calidæ
ſubſtantiæ , partem habet quæ attinet ad ea quæ aſ-
ſumuntur,partem ad ea quæ excernuntur. Vinum
namque calefacit, & calidos infert morbos, & ali-
menta ac medicamenta validè calefacientia , & ſi-
miles potiones. Quæ autem iam ingeſta ſunt,& ſe-
cundum naturam excerni deberent , ſi non excer-
nantur, calidos pariunt morbus, veluti ſi poſtquam
alimēta & potus plus bilis, aut ſanguinis quàm par
foret generarūt,retineātur, cùm deberent excerni,
& bilis ipſa quæ ſecundum naturam eſt purgāda, ſi
Morb. frigid. cauſa. retinetur,euſdem pariet morbus. Sed iam frigido-
rum morborum cauſas recenſeamus : nam & hæ in
agendis exterioribus , & aſſumendis , & excernen-
dis continentur. In agendis eſt motus corporeus,
qui quāuis ab initio calefacit,vt diximus, ad finem
vbi maior multo fuerit,diſſoluit,& infrigidat:vtrū-
que ex accidenti ; calefacit enim articulus oſſium
confricatione,& igneæ ſubſtantiæ ventilatione, &
ſanguinis ac ſpiritus diductione , infrigidat verò
diſſipato ſubiecto caloris. Id quoque à calidis me-
dicamentis euenire videmus , quæ ab initio calefa-
ciunt:verùm temporis proceſſu humore ſubiectáq;
ſubſtantia diſſoluta infrigidāt. Obiicies tamen Ga-
leni ſententiam ex lib. 1. de Simp. medic. facult. cap.
9. qui docet medicamēta quę per ſe talia ſunt agno-
ſcere : quoniam agendo ad finem vſque talia perſe-
uerant , ſed exercitatio , & calidum medicamen-
tum,ad finem (vt diximus) infrigidant:erunt igitur
per ſe frigida. Cæterùm Galen. id tantùm voluit,ea
eſſe talia per ſe , quæ id agendo ab initio ad finem
vſque perſeuerant. Quòd ſi non perſeuerant , non
perinde ſunt talia ex accidenti. Præter id quòd ne-
mo rectè dixerit , motum ab initio per ſe calefacere,
cùm id efficiat ſolidorum cōfricatione & igneæ
ſubſtantiæ ventilatione , atque diductione ſangui-
nis & ſpiritus. Infrigidat quoq; & nimium otium,
& in motibus animi mœror calorem qoandoque
concitat. Sed longa ſolicitudo & mœror melan-
cholicos ac frigidos efficit:infrigidant quoque lon-
gus ſomnus , & immodica vigilia. In exterioribus
quæ corpori admouentur & eidem adhærent,quæ-
dam natura ſua infrigidant,vt aër frigidus,& aqua,
medicamēta,& venena ſtuporem inducentia. Quæ-
dam tamen ex accidenti infrigidāt,vt quæ calorem
inducentia diſſoluunt internum calorem, vt aër æ-
ſtiuus, & Solis calor , qui ſi ventriculum attigerit,
poſt cibum , refrigerando coctionem impediet , &
medicamenta calida idem faciunt , ſic & frequens
balneum. Infrigidant qnoque ea quæ aut poros oc-
cludunt,aut eoſdem immodicè aperiunt,quæ enim
occludunt,ventilationem, & tranſpirationem pro-
hibent:eget autem calidum actu ventilatione mo-
dica , extinguitur etenim flāma in anguſto conclu-
ſa , & in loco paruo omni ex parte obturato , qnod
calori noſtro accidit:is enim vbi nō ventiletur, ex-
tinguitur,vti in apoplexia,& ſimilibus interceptio-
nibus arteriarum,motu earum, aut thoracis ceſſan-
te, vti vinculo adacto gutturi fieri videmus , vt to-
tum refrigeretur : quod ſi parti admoueatur, ipſam
quoque refrigerabit. Sic quoque partes refrigeran-
tur ſanguinis prohibita delatione , ſed hæc vbi ob
cauſam internam fiant , inter excernenda annume-
rabuntur. Apertio tamen immodica exhalationem
parit,& magnam recipit ventilationem , hæc verò
bifariam refrigerat,tum per ſe,quia frigidus aër in-
terna attingit , copioſior iuſto , tum per accidens,
quoniam mundificatione magna, materiam quoq;
calefactioni aptam ſecum defert,eam videlicet quæ
ad fouendum calorem eſt neceſſaria. Hæc etiā alia
ratione de excernendis ſunt. In excernendis nam-
que annumerantur,quæ excernuntur, cùm retineri
deberent, qualia ſunt quæ diximus plus iuſto tran-
ſpirare , & immodicæ omnes bilis aut ſanguinis
euacuationes:ſunt etiā quę retinentur cùm excerni
deberent,vt pituita quæ corpus ſua præſentia refri-
gerat,& eius atque aliorum tanta copia vt calorem
extinguant. In eodem genere ſunt fumi craſſi,& bi-
lis ipſa, vt immodico calore calorem diſſoluat, aut
eundem copia opprimat : quod in morbis ab ipſa
atque etiā à ſanguine factis palam conſtat:ad finem
namque ægri refrigerati moriuntur , aut diſſoluto,
aut extincto calore calidi humoris. Aſſumenda ve-
rò ſunt quæ aſſumuntur,& quæ non aſſumuntur:nā
inedia, ſiue alimētorum defectus inter calidas cau-
ſas ex accidenti annumeratur ab initio,quoniam ea
ratione qua cibus non aſſumitur , calor inflamma-
tur,eo modo quo flamma ignis, dum lignorum hu-
morem vincit, ſe ipſam auget:ſed diutius alimento
deficiente, idem ſubiecti ac materiæ defectu diſſol-
uitur,ac perinde morbi oriuntur frigidi. Frigida ta-
men quæ aſſumuntur, euidenter corpus refrigerāt,
quædam per ſe,vti lactucæ ſuccus, mandragura, &
cicuta,& largus frigidæ potus, & alimenta refrige-
rantia,& nimia alimentorum quantitas , vti ligno-
rum viridium congeries flammam extinguit: calida
quoque alimenta,aut medicamēta, vbi quis eiſdem
ſæpius vtatur,refrigerant. Talia ſunt alimenta aro-
maticis condita , aut eiſdem in obſoniis mixta , &
mellis longus vſus , atque vinorum antiquorum &
valentium aſſiduus potus. Hæc enim quamuis ab
initio calefaciant , ad finem calore diſſoluto , mor-
bos frigidos inducunt , vti paralyſim , apoplexiam,
tremorem , grauedines , & diuturnas diſtillationes
in oculos,nares,& fauces,atque thoracem. Morbo- *Morborū ſiccorum cauſa.*
rum præterea ſiccorum cauſas , eandem ſequentes
diuiſionem, venabimur. Nam quædā ſunt externæ,
quibus vires inſunt exſiccandi, cùm corpori adhæ-
rent , quorum valentiſſima ſunt, quæ ſimul calefa-
ciunt, quandoquidem calefacientia humorem diſ-
ſoluunt. Omnium exempla ſunt aër æſtiuus,ignis,
& balnea aluminoſa , ſulphurea , & quæ pororum
efficiūt magnam apertionem, & aqua ſalita,& me-
dicamenta exſiccantia , & frictiones ex oleis exſic-
cantibus, & ſine ipſis magnæ appellatæ frictiones,
& vinculum parti adactum. In agendis ſunt exerci-
tationes longæ,quæ corpus diſſoluunt,& duræ. Et
nimium otium exſiccat , dicente Platone, exercita- *Sententia Platonis notāda.*
tio roborat, quies verò colliquat & cōtabefacit. Ex
animæ

Ex animæ quoque actionibus omnes ferè exſiccant, vti ira, mœror, ſolicitudo, vigilia, dolor. In aſſumendis ſunt alimenta calefacientia, quæ ex accidenti exſiccant, & exſiccantia, vt ſalſa, amara, acria, & acerba, & alimenta quæ diſſoluunt plusquam reficiant, & alimentorum inopia, ac fames, talia quoque ſunt vina valida & medicamentorum potiones, & aër calidior iuſto, qui inſpiratur. Excernenda verò ſunt, quæ non excernuntur, vt bilis retenta, & quæ adſtringunt, & obſtruunt meatus, ne ſanguis ad ſingulas partes diducatur, quod à craſſis humoribus ſæpè fit, quandoque etiam adnato tuberculo in via. Hac autem ratione euenit, vt nonnullæ partes areſcant, & contabeſcant, ſic etiam vbi plus æquo excernatur, vti multo ſanguine digeſto ob pororum raritatem, aut multo ſanguine manifeſtè vacuato, aut multa pituita, aut magna ſeroſorum humorum portione, aut etiam carne, & reliquis partibus abſumptis, ob ſenſum effugientem vacuationem. Hæc autem eſt potiſſima & maxima ſiccitatis cauſa, cùm loco diſſoluti aut alio modo vacuati, non ſuccedit copioſa refectio. Qui verò exiſtimat, caloris naturalis actionem, quæ ad mortem ducit, morbos ſiccos efficere poſſe, fallitur quammaximè. Extrema enim ſiccitas, atque mors hæc citra morbum euenit, ac naturalis eſt. *Morb. humid. cauſa.* Humidorum morborum cauſæ in exterioribus ſunt, quæ admouentur, & accedunt, vt aër humidus, & medicamenta talia, & frequens balneum, præſertim non longè à cibo, & quæ poros occludunt ex accidenti retento humore, humectant, talia quoque medicamenta & mollis frictio, & mediocris. Ad animæ & corporis actiones attinent quies longa, & ſomnus, & animi tranquillitas. In aſſumendis ſunt alimenta humectantia, & abundè ſanguinem generantia, & vini dilutioris potio, & aquæ potio, quãuis hæc ſolidas partes non reficiat, & aër humidus, qui inſpiratur, & tranſpirat. De excernendis ſunt magnæ bilis excretiones, & quæ immodicè refrigerant, quoniam ex accidenti humectant, & calida quæ diximus diſſoluto calore morbos frigidos inferre: nam & hi cum humoris abundantia fiunt. Retentio quoque multi humoris, vti pituitæ, aut ſanguinis qui aliàs manifeſtè vacuari ſolebat, aut ſenſim per cutem digerebatur: vbi enim non euacuetur, corpus humectatione ægrotare cogit. Ab his 4. membris in quibus omnia cauſarum genera apud Galen. continentur, ſunt morbi: nam hi vbi in parte præcipua conſiſtant, aut magni fuerint, alios efficient morbos vel ſimilis, vel diuerſi generis. Verùm morbi non ſunt in aſſumendis, excernendis, agendis, aut exterioribus, quamobrem *Morbi morborum cauſa.* hæc cauſa addenda erit. Abſoluta inuentione cauſarum morborum conſiſtentium in ſimplici intemperatura, *Morborum compoſitorum cauſa.* non erit difficile inuenire cauſas compoſitorum morborum, hi tamen vbi cum humore fiant, quamuis poſſint à 4. cauſarum generibus euenire, vnum tantùm habent cauſarũ genus immediatum, quod ſpectabit ad ea quæ excernenda ſunt: quæ enim in exterioribus conſiſtunt, & animi actiones, ac corporis, atque ea quæ aſſumũtur, valde mediatæ cauſæ ſunt. Intemperantiæ itaque quæ ſine humore fiunt, & compoſitæ ſunt, cauſas etiam habent compoſitas de his quas retulimus, cum humore tamen in genere continentur tumorum præter naturam, quamuis & ſine tumore humor copioſus parti infitus compoſitam pariat intemperiem. Ex tumoribus itaque efficientibus intemperantias compoſitas, & inæquales, eſt phlegmone: hæc enim calorem & humiditatem habet, & humorem adiunctum: œdema verò frigiditatem & humiditatem cum humore, eryſipelas calorem & ſiccitatem cum humore, & cancer frigiditatẽ cum ſiccitate, & humorem. Cùm autem intemperantiarũ dictarum cauſæ præſentes adſint, & cognita eorum morborum natura cognoſcantur, tumorum ipſorum generationis cauſas diſquirere erit hoc in loco apprimè vtile. *Tumorum cauſa.* Tumores verò præter naturam bifariam generantur, congeſtione, aut defluxione, fit etiam vt quandoque mixtim generentur. Congeritur ſanè humor multus in parte quapiam, aut quoniam improbè coctus non tranſit in ſubſtantiam partis, aut quoniam excrementũ quod abundat ex proba coctione non excernitur. Quòd verò improbè tranſmutetur fit ob imbecillitatem nutritoriæ facultatis, aut quoniam quod trahitur, ineptum eſt alitioni, aut adeò multum, vt nec à valente facultate ſuperari queat. Quod fit quoniam ſenſim aliunde mittitur, aut à parte trahitur: id verò ad calorem referendum eſt. Fit autem vt excrementum ſuperetur ab altrice facultate, ſimul cum alimento, ſed deinde non excernatur, aut ob imbecillitatem expultricis, aut excrementi craſſitudinem, aut multitudinem, aut lentorem, aut ſenſus partis hebetudinẽ, aut ob meatuum obſtructionem, aut eorundem conniuentiam, aut malum partis ſitum, aut ſi plures ex prædictis cauſis ſimul iunguntur. Si tamen tumores defluxione generentur, cauſa erit in membro recipiente, aut in tranſmittente, aut in vtroque. In membro tranſmittente eſt facultas quæ generat excrementum, & copia ipſius, aut acredo, & malitia, aut omnia ſimul robore expultricis: ſed meatuum amplitudo, viæ procliuitas, atque reſpondentia & rectitudo maximè parant ad fluxionem: caput enim facilè mittit in palatum excrementa, & ventriculus vapores in caput, & iecur per narem dextram ſanguinis redundantias: accedit ad hæc partis mittentis acris ſenſus. In parte verò recipiente, fluxionis cauſæ ſunt calor, dolor, & imbecillitas. Calor enim vim habet trahendi manifeſtam, atque cùm pars incaleſcit, ſtatim ſanguine ipſam impleri videmus, & in ſumma omnis tractionis quæ à naturalibus cauſis fit & per ſe, inſtrumentum eſt calor: dolor verò non quidem trahit, ſed concitat fluxionem, commotis partibus aliis ob dolorem, atque trudentibus ſanguinem & ſpiritum, vt auxiliares copias ad partem dolentem. Imbecillitas quoque partis ea ratione fluxionis cauſa fit, quoniam facilè admittit quod aliunde trãſmittitur. Accedunt autẽ partis laxitas, & ſitus decliuis, & meatuum per quos fit tranſmiſſio, amplitudo. Conducent etiam ad idem imbecillitas expultricis, quæ in aliam partem transfundere recepta excrementa nequit, & meatuum ad idem deſtinatorum anguſtia. In vtriſque itaque eſt robur tranſmittentis, imbecillitas recipientis, ſitus partium, & earundem rectitudo: ex meatibus verò latitudo eorum qui ſunt inter membra ipſa, & anguſtia eorum per quæ purgari debet membrum recipiens. De cauſis verò tractionũ, & ea quæ fit (vt aiunt) à vacuo, in comment. in lib. 2. de Differ. febr. abundè diſputauimus, & parte ſecunda ſuprà. De cauſis morborum in compoſitione deinde agendum, à morbis in formatione partium initiũ ſumentes. *Cauſa morborum in formatione.* De morbis conſiſtentibus in formatione eſt deprauata figura, hanc autem deprauari contingit, aut in vtero, aut in partu, aut poſt ortum, & oſſibus adhuc mollibus aut etiam iam obduratis. In conformatione, aut ob imbecillitatem facultatis formatricis, aut ſeminis inopiã, aut abundantiam, aut eiuſdem malam qualitatem, aut lentorem, aut nimiam tenuitatem, ſiue ob tenuitatem, formationem & conſiſtentiam effugiat, aut ob craſ-

betur autem à cauſis externis, aut internis, externæ ſunt, quæ autem conſtipant, & adſtringunt, de quorum numero ſunt infrigidantia, & ſiccantia, & quæ vtruoque efficere valent, vt aër frigidus, aqua frigida, & aqua aluminoſa, & medicamenta ſimilis facultatis. Verùm hæ cauſę inter exteriores recenſentur, ſed ex accidenti calefaciunt. Sunt autem calida effluuia quæ cohibentur, per ſe morborum calidorum cauſæ, ac ſunt in numero excernendorum. Cohiberut quoq; calidum effluuium ab internis cauſis, cùm in venia & reliquis meatibus continentur multi, aut craſſi, aut lenti humores, probibentes excrementorum effluxum: hæc enim retenta putrent, & ſuccos in coſenſum ducunt. Hoc eſt cauſarum calefacientium genus à putredine otium, & à prohibitione calidi effluuij, quamuis aliquaudo à cauſis calidis calorem diſſoluentibus natiuum, incipete poſſit putredo, ſine effluuij cohibitione. Adhæſna verò rerum calefaciẽtium cum cauſis exterioribna anoumeratur: exteriores namque cauſæ adhæreut, & appropinquant corpori: hæc ſunt, Sol, ignia, medicamenta, & balnea calida. Adiectio tamen calidæ ſubſtantiæ, partem habet quæ attinet ad ea quæ aſſumuntur, partem ad ea quæ excernuntur. Vinum namque calefacit, & calidos infert morbos, & alimenta ac medicamenta validè calefacientia, & ſimiles potiones. Quæ autem iam ingeſta ſunt, & ſecundum naturam excerni deberent, ſi non excernantur, calidos pariunt morbos, veluti ſi poſtquam alimẽta & potus plus bilis, aut ſanguinis quàm par foret generarũt, retineãtur, cùm deberent excerni, & bilis ipſa quæ ſecundum naturam eſt purgãda, ſi

Morb. frigid. cauſa. retinetur, eoſdem pariet morbos. Sed iam frigidorum morborum cauſas recenſeamus: nam & hæ in agendis exterioribus, & aſſumendis, & excernendis continentur. In agendis eſt motus corporeus, qui quãuis ab initio calefacit, vt diximus, ad finem vbi maior multo fuerit, diſſoluit, & infrigidat: vtrũque ex accidenti; calefacit enim articulos oſſium confricatione, & igneæ ſubſtantiæ ventilatione, & ſanguinia ac ſpiritus diductione, infrigidat verò diſſipato ſubiecto caloris. Id quoque à calidis medicamentis euenire videmus, quæ ab initio calefaciunt: verùm temporis proceſſu humore ſubiectáq; ſubſtantia diſſoluta infrigidãt. Obiicies tamen Galeni ſententiam ex lib. 1. de Simp. medic. facult. cap. 9. qui docet medicamẽta quę per ſe talia ſunt agnoſcere: quoniam agendo ad finem vſque talia perſeuerant, ſed exercitatio, & calidum medicamentum, ad finem (vt diximus) infrigidant: eruor igitur pe eſſe frigida. Cæterùm Galen. id tantùm voluit, ea eſſe talia per ſe, quæ id agendo ab initio ad finem vſque perſeuerant. Quòd ſi non perſeuerant, non perinde ſunt talia ex accidenti. Præter id quòd nemo rectè dixerit, motum ab initio per ſe calefacere, cùm id efficiat ſolidorum cõfricatione & igneæ ſubſtantiæ ventilatione, atque diductione ſanguinis & ſpiritus. Infrigidat quoq; & nimium otium, & in motibus animi mœror calorem quandoque concitat. Sed longa ſolicitudo & mœror melancholicos ac frigidos efficit: infrigidant quoque longus ſomnus, & immodica vigilia. In exterioribus quæ corpori admouentur & eidem adhærent, quædam natura ſua infrigidant, vt aër frigidus, & aqua, medicamẽta, & venena ſtuporem inducentia. Quædam tamen ex accidenti infrigidãt, vt quæ calorem inducentia diſſoluunt internum calorem, vt aër æſtiuus, & Solis calor, qui ſi ventriculum attigerit, poſt cibum, refrigerando coctionem impediet, & medicamenta calida idem faciunt, ſic & frequens balneum. Infrigidant quoque ea quæ aut poros occludunt, aut eoſdem immodicè aperiunt, quæ enim occludunt, ventilationem, & tranſpirationem prohibent: eget autem calidum actu ventilatione modica, extinguitur etenim flãma in anguſto concluſa, & in loco paruo omni ex parte obturato, quod calori noſtro accidit: ia enim vbi nõ ventiletur, extinguitur, vti in apoplexia, & ſimilibus interceptionibus arteriarum, motu earum, aut thoracis ceſſante, vti vinculo adacto gutturi fieri videmus, vt totum refrigeretur: quod ſi parti admoueatur, ipſam quoque refrigerabit. Sic quoque partes refrigerantur ſanguinis prohibita delatione, ſed hæc vbi ob cauſam internam fiant, inter excernenda annumerabuntur. Apertio tamen immodica exhalationem parit, & magnam recipit ventilationem, hæc verò bifariam refrigerat, tum per ſe, quia frigidus aër interna attingit, copioſior iuſto, tum per accidens, quoniam mundificatione magna, materiam quoq; calefactioni aptam ſecum defert, eam videlicet quæ ad fouendum calorem eſt neceſſaria. Hæc etiã alia ratione de excernendis ſunt. In excernendis namque annumerantur, quæ excernuntur, cùm retineri deberent, qualia ſunt quæ diximus plus iuſto tranſpirare, & immodicæ omnes bilis aut ſanguinis euacuationes: ſunt etiã quę retinentur cùm excerni deberent, vt pituita quæ corpus ſua præſentia refrigerat, & eius atque aliorum tanta copia vt calorem extinguant. In eodem genere ſunt fumi craſſi, & bilis ipſa, vt immodico calore calorem diſſoluat, aut eundem copia opprimat: quod in morbis ab ipſa atque etiã à ſanguine factis palam conſtat: ad finem namque ægri refrigerati moriuntur, aut diſſoluto, aut extincto calore calidi humoris. Aſſumenda verò ſunt quæ aſſumuntur, & quæ non aſſumuntur: nã inedia, ſiue alimẽtorum defectus inter calidas cauſas ex accidenti annumeratur ab initio, quoniam ea ratione qua cibus non aſſumitur, calor inflammatur, eo modo quo flamma ignis, dum lignorum humorem vincit, ſe ipſam auget: ſed diutius alimento deficiente, idem ſubiecti ac materiæ defectu diſſoluitur, ac perinde morbi oriuntur frigidi. Frigida tamen quæ aſſumuntur, euidenter corpus refrigerãt, quædam per ſe, vti lactucæ ſuccus, mandragora, & cicuta, & largus frigidæ potus, & alimenta refrigerantia, & nimia alimentorum quantitas, vti lignorum viridium congeries flammam extinguit: calida quoque alimenta, aut medicamẽta, vbi quis eiſdem ſæpius vtatur, refrigerant. Talia ſunt alimenta aromaticis condita, aut eiſdem in obſoniis mixta, & mellis longus vſus, atque vinorum antiquorum & valentium aſſiduus potus. Hæc enim quamuis ab initio calefaciant, ad finem calore diſſoluto, morbos frigidos inducunt, vti paralyſim, apoplexiam, tremorem, grauedines, & diuturnas diſtillationes in oculos, nares, & fauces, atque thoracem. Morborum præterea ſiccorum cauſas, eandem ſequentes *Morborũ ſiccorum cauſa.*
diuiſionem, venabimur. Nam quædã ſunt exteriores, quibus vires inſunt exſiccandi, cùm corpori adhærent, quorum valentiſſima ſunt, quæ ſimul calefaciunt, quandoquidem calefacientia humorem diſſoluunt. Omnium exempla ſunt aër æſtiuus, ignis, & balnea aluminoſa, ſulphurea, & quæ pororum efficiũt magnam apertionem, & aqua ſalſa, & medicamenta exſiccantia, & frictiones ex oleis exſiccantibus, & ſine ipſis magnæ appellatæ frictiones, & vinculum parti adactum. In agendis ſunt exercitationes longæ, quæ corpus diſſoluunt, & duræ. Et nimium otium exſiccat, dicente Platone, exercita- *Sententia Platonis notãda.*
tio roborat, quies verò colliquat & cõtabefacit. Ex

animæ

Ex animæ qooque actionibus omnes ferè exſiccant, vti ira, mœror, ſolicitudo, vigilia, dolor. In aſſumendis ſunt alimenta calefacientia, quæ ea accidenti exſiccant, & exſiccantia, vt ſalſa, amara, acria, & acerba, & alimenta quæ diſſoluun: pluſquam reficiant, & alimentorum inopia, ac fames, talia quoque ſunt vina valida & medicamentorum potiones, & aër calidior iuſto, qui inſpiratur. Eacernenda verò ſunt, quæ non eacernuntur, vt bilis retenta, & quæ adſtringunr, & obſtrunnt meatus, ne ſanguia ad ſingulas partes diducatur, quod à craſſis humoribus ſæpè fit, quandoque etiam adnato tuberculo in via. Hac autem ratione eoenit, vt nonnullæ partes areſcant, & contabeſcanr, ſic etiam vbi plus æquo excernatur, vti multo ſanguine digeſto ob pororum raritatem, aut multo ſangúine manifeſtè vacuato, aut multa pituita, aut magna ſeroſorum humorum portione, aut etiam carne, & reliquis partibus abſumptis, ob ſenſum effugientem vacuationem. Hæc autem eſt potiſſima & maxima ſiccitatis cauſa, cùm loco diſſoluti aut alio modo vacuati, non ſuccedit copioſa refectio. Qui verò exiſtimat, caloris naturalis actionem, quæ ad mortem ducit, morbos ſiccos efficere poſſe, fallitur quammaximè. Eattema enim ſiccitas, aique mors hæc citra morbum euenit, ac naturalis eſt. *Morb. humid. cauſa.* Humidorum morborum cauſæ in eaterioribus ſunt, quæ admouentur, & accedunt, vt aër humidus, & medicamenta talia, & frequens balneum, præſertim non longè à cibo, & quæ poros occludunt ea accidenti retêto humore, humectant, talia quoque medicamenta & mollis frictio, & mediocris. Ad animæ & corporis actiones attinene quies longa, & ſomnus, & aoimi tranquilliras. In aſſumendis ſunt alimenta bumectantia, & abundè ſanguinem generantia, & vini dilutioris potio, & aquæ potio, quãuis hæc ſolidas partes non reficiat, & aër humidus, qui inſpiratur, & tranſpitat. De excernendis ſunt magnæ bilis eacretiones, & quæ immodicè refrigerant, quoniam ea accidenti humectant, & calida quæ diximus diſſoluto calore morbos frigidos inferre: nam & hi cum humoris abundantia fiunt. Retentio quoque multi humoris, vti pituitæ, aut ſanguinis qui aliàs manifeſtè vacuari ſolebat, aut ſenſim per cutem digerebatur: vbi enim non euacuetur, corpus humectatione ægrotare cogit. Ab his 4. membris in quibus omnia cauſarum genera apud Galen. continentur, ſunt morbi: nam hi vbi in parte præcipua conſiſtant, aut magni fuerint, alios efficient morbos vel ſimilis, vel diuerſi generis. Verùm morbi non ſunt in aſſumendis, eacernendis, agendis, aut exterioribus, quamobrem *Morbi morborum cauſa.* hæc cauſa addenda erit. Abſoluta inuentione cauſarum morborum conſiſtentium in ſimplici intemperatura, non erit difficile inuenire cauſas compoſito- *Morborum compoſitorum cauſa.* rum morborum, hi tamen vbi cum humore fiant, quamuis poſſint à 4. cauſarum generibus euenire, vnum tantùm habent cauſarũ genus immediarum, quod ſpectabit ad ea quæ excernenda ſunt: quæ enim in exteriotibus conſiſtunt, & animi actiones, ac corporis, atque ea quæ aſſumũtur, valde mediatæ cauſæ ſunt. Intemperantiæ itaque quæ ſine humoro fiunt, & compoſitæ ſunt, cauſas etiam habent compoſitas de his quas retulimus, cum humore tamen in genere continentur tumorum præter natoram, quamuis & ſine tumore humor copioſus parti inſitus compoſitam pariat intemperiem. Ex tumoribus itaque efficientibus intemperantias compoſitas, & inæquales, eſt phlegmone: hæc enim calorem & humiditatem habet, & humorem adiunctum: œdema verò frigiditatem & humiditatem cum humore, eryſipelas calorem & ſiccitatem cum humore, & cancer frigiditatẽ cum ſiccitate, & humorem. Cùm autem intemperantiarũ dictarum cauſæ præſentes adſint, & cognita eorum morborum natura cognoſcantur, tumorum ipſorum generationis cauſas diſquirere erit hoc in loco apprimè vtile. *Tumorum cauſa.* Tumores verò præter naturam bifariam generantur, congeſtione, aut defluxione, fit etiam vt quandoque mixtim generentur. Congeritur ſanè humor multus in parte quapiam, aut quoniam improbè coctus non tranſit in ſubſtantiam partis, aut quoniam eacrementũ quod abundat ex proba coctione non eacernitur. Quòd verò improbè tranſmutetur fit ob imbecillitatem nutritoriæ facultatis, aut quoniam quod trahitur, ineptum eſt altitioni, aut adeò multum, vt nec à valente facultate ſuperati queat. Quod fit quoniam ſenſim aliunde mittitur, aut à parte trahitur: id verò ad calorem referendum eſt. Fit autem vt excrementum ſuperetur ab altrice facultate, ſimul cum alimento, ſed deinde non excernatur, aut ob imbecillitatem expultricis, aut excrementi craſſitudinem, aut multitudinem, aut lentorem, aut ſenſus partis hebetudinẽ, aut ob meatuum obſtructionem, aut eorundem conniuentiam, aut malum partis ſitum, aut ſi plures ex prædictis cauſis ſimul iunguntur. Si tamen tumores defluxione generentur, cauſa erit in membro recipiente, aut in tranſmittente, aut in vtroque. In membro tranſmittente eſt facultas quæ generat excrementum, & copia ipſius, aut acredo, & malitia, aut omnia ſimul robore expultricis: ſed meatuum amplitudo, viæ procliuitas, atque reſpondentia & rectitudo maximè parant ad fluxionem: caput enim facilè mittit in palatum eacrementa, & ventriculus vapores in caput, & iecur per narem dextram ſanguinis redondantias: accedit ad hæc partis mittentis acris ſenſus. In parte verò recipiente, fluxionis cauſæ ſunt calor, dolor, & imbecillitas. Calor enim vim habet trahendi manifeſtam, atque cùm pars incaleſcit, ſtatim ſanguine ipſam impleri videmus, & in ſumma omnis tractionis quæ à naturalibus cauſis fit & per ſe, inſtrumentum eſt calor: dolor verò non quidem trahit, ſed concitat fluxionem, commotis partibus aliis ob dolorem, atque trudentibus ſanguinem & ſpiritum, vt auxiliares copias ad partem dolentem. Imbecillitas quoque partis ea ratione fluxionis cauſa fit, quoniam facilè admittit quod aliunde trãſmittitur. Accedunt autẽ partis laxitas, & ſitus decliuis, & meatuum per quos fit tranſmiſſio, amplitudo. Conducent etiam ad idem imbecillitas expultricis, quæ in aliam partem transfundere recepta excrementa nequit, & meatuum ad idem deſtinatorum anguſtia. In vtriſque itaque eſt robur tranſmittentis, imbecillitas recipientis, ſitus partium, & earundem rectitudo: ex meatibus verò latitudo eorum qui ſunt inter membra ipſa, & anguſtia eorum per quæ purgari debet membrum recipiens. De cauſis verò tractionũ, & ea quæ fit (vt aiunt) à vacuo, in comment. in lib. 2. de Differ. febr. abundè diſputauimus, & parte ſecunda ſuprà. *Cauſa morborum in formatione.* De cauſis morborum in compoſitione deinde agendum, à morbis in formationo partium initiũ ſumentes. De morbis conſiſtentibus in formatione eſt deprauata figura, hanc autem deprauari contingit, aut in vtero, aut in partu, aut poſt ortum, & oſſibus adhuc mollibus aut etiam iam obdutatis. In conformatione, aut ob imbecillitatem facultatis formatricis, aut ſeminis inopiã, aut abundantiam, aut eiuſdem malam qualitatem, aut lentorem, aut nimiam tenuitatem, ſiue ob tenuitatem, formationem & conſiſtentiam effugiat, aut ob craſ-

Cauſæ morborum in figura.

ſitudinem non extendatur. Iam etiam conſormato fœtu figuram deptauari contingit, ob cauſam aliquam externam comprimentem. In partu quoque cùm aut ob magnitudinem, aut viæ anguſtiam prodire nequit, niſi obſtetrix manibus ipſum euellat: tunc enim figuram depr auati contingit. Poſt natiuitatem quoque ob cauſam externam, aut obſterricum aut nutricum negiigentiam, quia partes quaſdam validiùs ligantes comprimũt, alias laxiores permittunt & in ligatura diſtorqueut, ac inæqualiter faſcias tẽdunt, aut manibus malè formant. Figuram etiam vitiant infantis ante tempus, mollibus adbuc membris incedere tentantes aut ſtare volentes, aut brachiis & manibus validiùs quidpiam apprehendentes. Diſtorquentur enim crura, aut intrò, aut extrà, intrò quidem vergentibus genubus diſtractis pedibus, vacij fiunt: vbi tamen coniunctis pedibua ſeiungantur genua, vari dicuntur, grauitas quoque corporis ſiue ob carnium copiam, ſiue ob plenitudinẽ crura diſtorqueri cogit ſic, vbi brachiis & manibus quidpiam quod grauius ſit, leuare conentur. Dum verò membra adbuc mollia ſunt, externæ cauſæ facilè mutant figuram eorum: quo tempore non erit valdè difficile eandem reſtituere. Obdutatis tamen oſſibus, ſi quod ipſorum frangatur, niſi à chirurgo debitè conformetur, natiua figura membri vitiabitur, aut etiam ſi luxatam partem imprubè reducat. Tumores quoque præter naturam figuram vitiant, & plenitudo, vt in elephantiaſi, & malo habitu, & per inflammationem, aut ſcirrhum, & relaxationem, qualis in facie, & conuulſionem, & morbus articolaris antiquus manuum, & pedum, figuras deformat, & nimia extenuatione oculi excauantur, & aurium lobi inuertuntur, & naſus in extremis gracilis fit. Quibus quoque tabes aduenit, humeri alati fiunt. Vitiatur quoque figura à cauſa externa vulnerãte cum partis abſciſſione, aut diminutione, & ſimili ligamenti vulnere, aut tendonis, aut nerui, per tranſuerſum diſcindente totum ipſum. Et cicatrices magnæ figuram deturpant, vti & calli oſſa agglutinantes.

Cauſa morborum in cauitatibus & meatibus.

Meatus tamen & cauitates ob ſimiles cauſas in morbos incidunt, cauitates autem appellantur, cauæ corporis partes per quas nihil defertur ſecundum naturam, aut vbi defertur, ingreſſus & egreſſus habet anguſtiores reliquo conceptaculo. Exemplo ſunt, thorax, & venter: per has enim partes nihil defertur, ſed conceptacula ſunt, alterum pulmonis & cordis, alterum ventriculi, inteſtinorum, iecoris, lienis, renum, & vteri, atque vtriuſque veſicæ: tales ſunt oſſium cauitates, & cerebrum. Exemplum reliquarum ſunt ventriculus, & cor veſicæ ac vterus, quę membra cauitates habent, ſed anguſtiores ſunt ipſis ingreſſus, & egreſſus capacitate. Reliquæ corporis cauitates viæ ſunt, vti venæ, arteriæ, inteſtina, pori, nares, os, guttur, gula, & ſimilia, vitiatur horum natura, aut defectu, aut abundantia, aut anguſtia, aut nimia patentia. Abundant enim meatus, vbi pori fiant in parte plures: deficiunt, ſi plures ex naturalibus claudantur, ab ipſa namque natiuitate vidimus infantem coi anus non patebat, hic non vltra diem vixit. Comprimuntur autem à cauſis quæ ſunt extra eoſdem, aut ab his, quæ in ipſia continentur, aut conniuent ab his quæ extrà ſunt cauſis, vt laqueis, & faſciis ab inflammationibus, & tumoribus præter naturam, aut adnata carne, aut callo, aut multo humore extra cauitatẽ ipſam fuſo, aut etiam lapide, à quo prægnantis vterum, & infantem valde comprimi nouimus, & inflammatio, aut ſcirrhus iecoris comprimit ſeptum tranſuerſum, & minorem efficit cauitatem thoracis, & inflammatio vteri comprimit rectum inteſtinum. Similis eſt longus ſuper membrum aliquod decubitus, & præſertim in lecto duro, & frictio dura, & aqua balnei iuſto calidior, aut frigidior, & ſimilis aër, & medicamenta vires adſtringendi habentia, aut infrigidantia. Hæc verò cauitates quoque reddunt anguſtiores, quæ ſunt extra læſam partem: contraria tamen latos reddunt meatus. In externarum cauſarum numero ſunt calefacientia, quæ etiam ſiccant, & medicamenta omnia quæ à Galeno anaſtomatica, & areotica appellantur, quia meatus aperiunt, & poros rarefaciunt, laxant etiam humida, & quæ imbecillam reddunt retentricem facultatem. In actionibus ſunt motus, & exercitationes partium, quæ meatus & cauitates ipſarum amplificant, & valida expulſione frequenti per eoſdem facta, ſicuti otium, & motuum, atque expulſionum priuatio, tabem infert, & anguſtiam efficit. Conſtringuntur quoque meatus facultate expultrice validiſſimè ad excernendum commota. At verò inſufflatio & vociferatio amplas reddit vias pulmonis, & cauitatem thoracis, & otium partes reddit tabidas. In aſſumendis ſunt, multus cibus, & potus largus, quæ ventriculum extendunt, atque inteſtina, ſicuti ob contrariam cauſam cauitates, & meatus anguſtiores fiunt, & vehemens ac magna inſufflatio thoracem & pulmonem attracto aëre amplificat, ſicuti & copioſa ſanguinis diſtributio dilatat venas: ſed hæc in agendis eſt. In excernendis verò ſunt quantitas, craſſitudo, & lentor eorum quæ continentur in cauitate, aut meatu, ſed quantitas prima ratione, veluti & lapis, pus, ſanguis concretus, & callus, & tuberculum, meatus occludunt: conniuent autem meatus nimia ſiccitate, vt in his qui tabe premuntur, aut vetuſtate areſcunt. Sunt autem morbi quidem morborum cauſæ, vt diximus: ex vulneribus namque partibus coaleſcentibus, aut poſt alia vlcera, meatus clauduntur, aut minores redduntur, ſicuti ob nimiam contractionem, veluti in conuulſionibus, aut vbi pars diſtorqueatur: vaſa enim quæ non rectà procedunt, omnino comprimuntur, & latera appropinquant, flatus verò meatus & cauitates dilatant, & humores acres & humidiores contenti aut procedentes: tumores verò omnes quamuis annumerati ſunt in cauſis extra patientem partem, cum humoribus extrà fuſis, in numero excernendorum ſunt. In ſumma Galen. inquit, cauitates aut meatus partium pereunt, aut vitiantur, ob diuerſas cauſas: nam aut coaleſcunt, veluti in vlceribus carne nata, aut parte alteri adhærente, aut conſtipantur, aut à tumore penetrante cauitatem, aut meatum, aut obſtruuntur, vti in craſſis aut lentis humoribus, pure, aut ſanguinis grumo, aut conſtringuntur à tumore in parte proxima, aut lapide, aut laqueo, aut adiacente corpore ſolido, & duro, aut cauſia refrigerantibus & adſtringentibus occurſantibus, aut in ſe reſident ob humiditatem relaxata, aut nimia ſiccitate rugoſa facta & contracta.

Cauſa morborum in ſuperficie.

Superficies quoque vitiata de morbis eſt in formatione, vitiatur autem vbi immodicè exaſpereretur aut læuis fiat: exaſperantur autem partes, quæ læues futurę eſſent, ab humoribus quibus valida ineſt detergendi vis: tales ſiquidem humores aut ſimilia medicamenta quandoque deterſione abradunt, & exulcerant, & inæqualem efficiunt ſuperficiem. Aſpera igitur manent oſſa improbè curata, aut carie exeſa, & ab acribus humoribus exaſperata, ſicuti à cauſis externis, vti fumo, aut puluere, oculi, aut pulmonis arteria, & guttur: lenti autem & pingues humores immodicè læuigant ſuperficiem internam membri in quo continentur,

aut

ant per quod defluunt. Morbi in numero fiunt aut deficiente parte quapiam, aut abundante, deficit autem pars à prima ipſa conformatione, aut poſt. A prima ſanè conformatione ob defectum ſeminis, aut eiuſdem ad extenſionem ineptitudinem, aut prauam alicuius naturam, aut ob facultatis formatricis imbecillitatem, aut alicuius de naturalibus facultatibus. Aut ob putredinem quæ parti alicui adueniat in vtero quæ ipſam generari non permittat, aut genitam corrompat. Idem facit humorum erodentium occurſus, qui partem exedere poſſint. Poſt ortum quoque ob putredinem, & eroſionem corrumpuntur & minuuntur partes, aut arte chirurgica ſecantur, aut quapiam occaſione occurrentibus quæ partem abſcindant. Aucti numeri cauſæ quædam ſunt quæ augmentum partium quæ ſunt toto genere præter naturam efficiunt, quædam partium ſecundum naturam. Partium quæ ſunt toto genere præter naturam cauſa in materia conſiſtit, & efficiente, vti in lapide & ſuffuſione, & prauis abſceſſibus, vti atheromata, ſteatomata, & melliceride: in his enim omnibus materia omnino præter naturam eſt: verùm aliquando ſecundum naturam exiſtens, à calore vitiatur, aut frigore, & fit præter naturam, aliquando vtrumque ab initio accedit, vti cùm lapis in renibus gignitur, ex craſſis humoribus à valido & exſiccante calore tenuium, ſic in tumoribus prædictis humor deprauatus à partis temperatura, aut aliunde talis efficitur, aut vtrumque accidit. Cùm verò morbus in numero ex genere ſecundum naturam eſt, materiæ ſignificat abundantiam, & robuſtam facultatem fuiſſe in cauſa: materia quidem vtilis eſt ex qua quod ſecundum naturam eſt conformatur: vires quoque robuſtæ ad eam conformationem exiguntur, vbi tamen numerus additus toto genere præter naturam eſt, materia vitioſa abundat, & in quibuſdam eorum, virium robur exigitur, non conformantium, ſed extrudentium. Neque putandum Galen. In omnibus quibus pars toto genere præter naturam addita eſt, voluiſſe afferere robur virium (quamuis vtrobique validas eſſa vires dixerit) ad lapidis enim generationē non opus eſt eiſdem, ſed vbi id quod abundat extruditur in partem quampiam: vt in atheromate, ſteatomate, & melliceride: de quibus Galen. exempla ſunt lib.

Cauſa morb. in magn. de Cauſis morb. cum morbis in numero virium robur accedere dixerit. Magnitudinis cauſæ ad materiam & facultatem referuntur: nam vbi ſeruata naturali & debita figura, mēbrum aliquod increuerit, copiam ſignificat vtilis materiæ, & virium robur, quòd ſi inualidæ eſſent vires, membrum iuſto maius ſolius materiæ quantitatem oſtenderet, quod capitis magnitudo docet, quæ cum bona figura, à valente facultate facta eſt, cum mala, à copia materiæ nequeunte facultate ipſam ſuperare. Hæc à prima conformatione talia ſunt, ſed deinde ob tumores præter naturam vitiatur partis magnitudo à copia humorum bonorum, aut malorum, quos non ſuperat probè natura, & in vlceribus caro excreſcit, ob vtilis materiæ abundantiam, quam natura ſuperans in id quod melius eſt, & naturæ vim magis refert, commutat. Quantitas autem partis minuitur ob plures cauſas, quas ſicuti & magnitudinis auctæ facilè quiuis ad quatuor genera cauſarum, quibus ad inuentionem vtimur, reducet: omnes tamen ad facultatis naturalis imbecillitatem, & materiæ aut malitiam, aut abundantiam, aut inopiam attinent. Facultatis naturalis coctricis & altricis imbecillitas cauſa eſt, ne alimentum quamuis vtile ſit, in alendum membrum tranſeat: idem facit imbecillitas trahentis, vbi non traxerit, quod reponendum foret. Hæc autem cauſa materiæ inopiam habet adiunctam. Idem efficit retentricis imbecillitas: vbi verò expultrix excrementa non expellat, nutritio & auctio impediuntur. Ad inopiam materiæ pertinet alimenti defectus, ſicut ad malitiam, eiuſdem malitia. Deficit autem alimentum, quoniam non aſſumitur, aut quoniam non coquitur, aut quoniam non deducitur ad partem: quod obſtructiones quoque faciunt, vti facultatum trahentium, & expellentium imbecillitas: cauſæ verò immodicè diſſoluentes & exſiccantes, humorem minuentes, membra minora reddunt, ſicuti quæ ſecant, & putrefaciunt, ſed hæc figuram mutant, ac perinde ad numerum attinebunt. Sunt aliqua quæ comprimunt, refrigerant, & adſtringunt, aut concluſam partem continent. Situs quoque partium vitiatur *Cauſa morb. in ſitu.* ob improbam ſtructuram natiuam, aut ob cauſam morbificam, à prima namque generatione quidam habent oſſiū patua ſupercilia, aut latas capacitates, qua ratione aut facilè exiliunt oſſa à loco ſuo, aut in eodem latiùs vagantur, quod pari ratione laxitas ligamentorum facere poteſt. Bobus namque hyberno tempore coxendix facilè excidit, tum ob humoris abundantiam, tum carnium defectum & oſſium patua ſupercilia, vt Hippocr. teſtatur lib. 1. de Articulis, & comprobat Homeri ſententia. A cauſa verò morbifica fit, vt ab his quæ contundunt, frangunt, ſecant, aut erodunt, aut putrefaciunt, parte corrupta, aut dempta, aut contuſa, pars altera è loco ſecedat. In vulneribus namque ventris, omentum excidere videmus, & rupto peritonæo, omentum decidit in ſcrotum, & quandoque inteſtina, ſiuntque enterocele, & epiplocela, appellati morbi. In magna etiam concuſſione corporis, & caſu, viſcera ſitum mutare videmus, & anus laxitate decidit, ac vterus procidit, & quandoque in coxam vergit, ob humiditatis redundantiam, aut conuulſionem, vehemens quoque corporis motus membra è loco ſecedere facit. Continuitatis ſolutæ cauſæ ſunt, animi *Cauſa vnitatis ſoluta.* actiones, vt motus vehementes, vociferatio, & inſufflatio, quæ venas & arterias pulmonis rumpere ſolent, ſicuti & magna pondera leuare, aut geſtare, quæ partes diuellendo aut comprimendo diſrumpunt: quæ verò aſſumuntur, ſunt in medicaminum numero, aut eorum quæ dicentur. Alia ſunt quæ retinentur, aut excernuntur, vti biliosa excrementa: at verò in cauſis externis ſunt, quæ ſecant, vt enſis, gladius, quæ pungunt, vt acus, quæ mordent, vt canis; quæ contundunt, vt lapis, ſi corpus pulſet, aut à corpore pulſetur, ſimiles autem ictus cùm ad oſſa peruenerint, eadem frangunt. Talia ſunt contundentia omnia, vt validè prementia, vti ligaturæ fortes, fibras quoque neruorum & muſculorum auellunt, quæ vehementer diſtendunt, ſicuti & ligamenta diſrumpunt: erodunt autem medicamenta, quæ erodendi vim habent, quæ aut ſeptica à putrefactione, aut cauſtica ab vſtione dicuntur, ſic etiam ignis, ſoluunt quoque continuitatem quæ poros valde aperiunt, aut meatus plus iuſto dilatant. Quæ aſſumuntur medicamenta, ſunt calore, aut ſimul calore & ſiccitate erodentia, aut cum humiditate putrefacientia, aut aſperitate & duritie inter deglutiendum, aut pòſt vulnerantia. Quæ verò retinentur, ea ſunt, aut medicamenta cùm vaſa penetrant, aut alimenta in prauam verſa naturam, & vim vrendi, exedendi, aut putrefaciendi nacta, quæ carnem exulcerant, neruos putrefaciunt, aut ariditate diſrumpunt, aut oſſa carie abſumunt, quandoque parti hærentia, quandoque per ipſam procedentia,

Non

Non erit tamen difficile ex his quæ diximus, compoſitorum morborum ex diuerſis generibus cauſas inuenire. Neque etiam difficile erit, inuenire cauſas ſpecierum morborum, quas accidentarias diximus.

Cauſa accidentalium ſpecierum.

Nam ſi morbus magnus dicitur ex affectus magnitudine, qui nouerit cauſas quæ affectum ipſum facere poſſunt, intelliget quoque magnam cauſam magnum facere poſſe eius generis affectum. Si enim ſolutio magna eo dicitur, quod magnum locum occupat, ea erit magnæ ſolutionis cauſa quæ magnam partem diuidit, ſic etiam ſi magna intemperies, morbus magnus eſt, cauſa quæ intemperiem efficit, vbi magna fuerit, magnum morbum in ea ſpecie gignit. Cùm itaque febris continens inter magnos cenſeatur morbos, atque is cauſam babeat ſanguinem, plurimum ſanguiné eum efficere poſſe putandum eſt, quantus vaſa omnia & potiſſimùm magna occupare valeat, paruum verò contrariæ cauſæ efficient. Quòd ſi morhi breuis aut longi cauſas inuenire velis, hac via eas facilè aſſequeris. Morbus breuis aut longus eſt, qui breui, aut tardè ducit hominem ad mortem, aut à natura & arte vincitur, quod ad celeritatem morhi attinet. Ille igitur qui facilè & breui vincit aut vincitur, hreuis, contrarius, longus, ac ſi cauſam adhuc hahuerit præſentem, ille erit breuis aut. longus, cuius cauſa facilè aut difficilè vincit, aut vincitur. Quòd verò facilè vincatur, aut non, ad virium robur & imbecillitatem, & ea quæ ipſam iuuant aut eidem obſunt, & ad cauſæ magnitudinem, & paruitatem, & præparationem, ac rebellionem, referri debet. Corporis quoque diſpoſitio ad cauſæ diſſolutionem facit, nam ratus corporis habitus parat, & denſus impedit. A facultate tamen ſimul & morbi cauſa, ſi morbus lethalis eſt, & facultas valida, diutinus erit: quoniam tardè ſuperabitur cauſa, ſic vbi facultas imbecilla eſt, & morbus ſalubris, quoniam tardè ſuperahit cauſam. Contraria fient, ſi facultas valids ſit cum morbo ſalubri, aut imbecilla cum morbo letbali: hæc enim morbos efficient breues.

Benigni & malig. morb. cauſa.

Benigni autem & maligni morbi cauſas habent, quæ praua ſymptomata ac pernicioſa efficiunt, aur ſecus. Sanguis namque ex natura ſua henignus humor eſt, & benignos ſolet parere morbos: hilis verò præſertim atra & exquiſitè talis, malignos & pernicioſos. Sunt autem morbi quidam maligni, quorum tota malignitas ex parte oritur patiente, non ex natura cauſæ, veluti vulnus inflictum parti præcipuæ, aut iuxta articulos, inflammationes ac vlcera partium præcipuarum, maligni morbi ſunt: verùm ob cauſæ naturam magis aut minùs tales fient. Nam inflammatio cerebri à ſanguine facta, minus maligna eſt quàm à hile. Communia autem & ſparſim inuadentis morbi cauſæ facilè inueniuntur.

Communes morbi & ſparſi quas habent cauſas.

Nam cauſæ quæ omnibus communes ſunt, morbos efficiunt communes: quæ verò non, minimè: cauſa verò communis eſt aër qui inſpiratur & tranſpirat, & cœli aſpectus, & aquæ quæ bibuntur, aut alimenta quæ eduntur. Peculiares verò cauſæ ſunt in ſingulis temperatúris, ætatibus, habiribus, & viuendi norma, quæ morbos diuerſos afferunt hominibus.

Morborum factorum & fientium cauſa.

Morborum præterea factorum, & fientium cauſæ longè diſſident, nam factorum nulla eſt cauſa antecedens, ſed præfuit, ac morbum perfecit. Fientium tamen cauſæ ſunt morbificæ, quæ nondum morbum in habirum perduxerunt. Morbi proprij aut ſine cauſa ſunt, aut cauſam habent internam, aut externam, ſed quæ parti morbum inferat per ſe, ita vt morbus ipſius, ab alterius partis morbo non pendeat. Per conſenſum namque morbi cauſas habent, magnitudinis affectus partis primario affectu laborantis; aut præſtantiam ipſius, connexionem, & propinquitatem. Siquidem magnæ inflammationes ventriculi ſeptum tranſuerſum comprimunt, & delirij cauſæ ſunt, non tamen paruæ. Iecore verò laborante inflammatione aut obſtructione, non traducto alimento, partes corporis contaheſcunt: quoniam non tranſmittitur, quod à nobili illa particula tranſmitti deberet, ſic etiam vbi multam hilem mittat, quam mittere non deberet, ſic vbi neruis opticis ad cerebrum obſtructis lęditur oculorum videndi facultas. Connexione partium laborat cerebrum, ventriculi morhis conſentiens, & neruo digiti puncto, conuellitur totum brachium. Fiunt autem morbi tales in vniuerſum à cauſa morbum alteri parti prius inferente, aut inſtrumentis quarundã partium: at verò quantum agat propinquitas notum eſt. Quòd verò morhi continui ſint, aut intermittant, id copia cauſæ facit, & ipſius præparatio, & locus in quo continetur, aut diſpoſitio partis à qua mittitur. Vbi enim materia morbi tota in parte laborante contineatur, nec difformis fuerit, morbus continuos erit, intermittet autem, vhi aliunde inæqualiter deferatur, aut non ſimiliter affecta fuerit, ſic vhi pauca ſit, ita vt citius diſſoluatur, quàm alia ad morbum faciendum accedat. Diſpoſitio quoque partis à qua generatur, & mittitur, quæ non generat, aut mittit perpetuò, nec ſimili copia ſemper aut ſimili diſpoſitione, ſed ad tempus aceruat, intermittentes efficit morbos, ad quos non parum conducit victus deterior, aut melior: nam deterior cauſam auget, à qua membrum materiam morbo ſuppeditat, & debita victus ratio eandem minuit. Quoniam verò morhi intermittentes acceſſiones babent, cauſas intermiſſionis, & reditus acceſſionum dicemus conſiſtere in membro mandante, generante, & in ſuſcipiente, ad quæ accedunt cauſæ externæ augentes, aut minuentes, & quæ aſſumuntur, & quæ retinentur, excernenda, & animi motus: nam ſubitus terror aliquando quartanam ſanauit.

Exquiſiti morbi.

Exquiſiti verò morbi à nothis ſimplicitate cauſæ, & affectus diſtinguuntur. Tertiana etenim exquiſita à ſola hile flaua fit, notha verò à bile mixta alteri humori: ob affectus verò compoſitionem morbi potius compoſiti, quàm nothi appellantur, contrarij ſimplices, vti phlegmone commixtum hahens eryſipelas aut œdema: qualis affectus phlegmone eryſipelatodes, aut eryſipelas phlegmonodes appellatur. Cauſis ita commixtis ſimplicium morborum, commixti ſiue compoſiti oriuntur morhi, aut ex diuerſis morbis in vno genere, aut ex morbis diuerſorum generum. Morhi verò qui temporum conſtitutionem ſequuntur, cauſas hahent temperaturas naturales, aut aduenticias temporum, quæ in ambiente aëre conſiſtunt, ſeauum morbi in maribus & fœminis ſimiles ſunt, in partibus patientibus diuerſi. Qui verò ætates ſequuntur, à temperaturis ipſis ortum habent, & à victu quo homines per eaſdem ætates vtuntur, & ab excrementis à prima generatione contractis: ex morbis namque infantium & puerorum, quidam naturalem temperaturam ipſorum ſequuntur, vti febres, calore nequeunte humorem vincere, & conuulſiones ob neruorum imbecillitatem. Quidam ſequuntur malum victum, vti oris vlcera ob lactis acrimoniam, & lapis veſicæ ob cruditates ortas ex intempeſtiuis exercitationibus, & ciborum aſſumptionibus, variolæ autem excrementorum à prima generatione contractorum copiam & malitiam ſequuntur magna ex parte. Diurni tamen morhi cauſam oſtendunt calidam, nocturni frigidam.

Digitized by Google

frigidam. Morbi tamen ſalubres & lethales cauſas habent: vehemens namque cauſa quæ vires ſuperat, morbum efficit lethalem. Quæ verò talis eſt, vt à facultate aliqua, via & ratione ſuperari poſſit, ſalubris eſt. Rurſus ſalubris ſigna habebit, quæ docebunt facultatem morbum tandem ſuperaturam: lethales verò ſigna habebunt, quæ oſtendent cauſam ſi quæ adſit, ſuperaturam morbum. In ſumma, cauſæ validiſſimæ atque malignæ, lethales patiũt morbos, contrariæ ſalubres: grauiſſimæ verò, aut ſecus ad facultatem conferri debent, vt tales dicantur. Siquidem ex collatione facultatis & morbi magnitudinis, & malignitatis præſagia ſperandæ ſalutis, aut mortis elici debent. Morbi verò qui ex additione fiunt, cauſam habent, ſubſtantiam, quantitatem, aut qualitatem additam. Quòd ſi nihil horum additum fuerit, morbus omnino ex ablatione factus dicetur, quoniam nulla facta additione ſola bona ipſa conſtitutio ablata eſt, quam reſtituere oportet, aut ſimul etiam ablata eſt ſubſtanria aut quantitas. Hac diuiſione vſus eſt Hippocr. cùm lib. de Flatib. dixit: Medicina eſt appoſitio & ablatio: ablatio quidem eorum quæ excedunt, appoſitio verò eorum quæ deficiunt: qni autem iſtud optimè facere poteſt, is optimus medicus cenſebitur, quantúmque quis ab hoc præſtando deficit, tantùm deficit quoque ab ipſa arte. Cùm autem dixiſſet contraria contrariorum eſſe remedia, ſi morbus aliquis neque additione, neque ablatione fieret, non eſſet in adiectione, & ablatione tota ars comprehenſa, nec in eis actionibus complementum artis medicæ factiuæ. Cùm enim pars locum ſuum amittit, aut membrum ſimplicem vnitatem, hæc ablatio eſt, non ſubſtantiæ aut quanritatis, ſed naturalis conſtitutionis, quam medicus adiicere & reſtiruere tenetur: diminuta autem magnitudine præter natiuam conſtitutionem, quantitas aufertur, atque ambo hæc à medico ſunt adiicienda.

Vnde petenda ſint ſigna ſalutis & mortis.

De generibus Symptomatum.

CAPVT III.

SYmptoma vox Græca eſt, quæ caſus Latinis, aut concaſus, aut accidens dicetur. Quod igitur ad aliud ſequitur, aut ex alio cadit, ipſius Symptoma iure appellabitur. Sed inualuit vſus, vt tãtùm id appellauerint medici Symptoma, quod præter naturam in humano corpore continetur, atque comprehendit vox hæc morbos, cauſas morborum, & eorum accidentia, ſed deinde magis propriè, & vt Galen. dicere ſolet, ſpeciatim, Symptoma id ſignificat, quod præter naturam continetur in humano corpore, & neque morbus eſt, neque morbi cauſa. Nam conſtitutio corporis præter naturam à qua actiones per ſe vitiantur, morbus eſt: quod morbum infert, ipſius cauſa: quod verò morbum ſequitur, Symptoma, quod verò cauſam morbificam ſequitur, aut morbus eſt, aut Symptoma, vt probabimus, vti ſi humor bilioſus in caput raptus inflammationem efficiat ſiue eryſipelas, quam delirium ſequatur. Humor ſanè cauſa eſt intemperantiæ calidæ, hæc verò delirij. Nec tamen putes, omnia morbis ſuperuenientia Symptomata eſſe: nam bilis porraceæ de venis excretio morbo accedit, non tamen ſequitur ipſum, neque Symptoma eſt, ſed naturæ opus, ſi opportunè excernatur, nempe coctionis ſignis apparentibus. Quamuis tamen ipſa excretio bilis porraceæ, naturæ actio ſit, excreti ratione, Symptoma accedit, nempe excrementi mutatio in id quod præter naturam eſt: verùm vbi expultrix impetu quodam immodicè ſanguinem vacuaret, eſſet ſanè excretum præter naturam quantitate, & excretio Symptoma morbi. At verò in iis quæ menſtruæ non ſunt, vbi oſculorum venarum apertione fiant: quamuis naturæ functiones ſint in tempore factæ, partis tamen cuius meatus aperiuntur, morbus accedit, & excrementum toto genere præter naturam eſt, quæ nunquam ſanguinem excernit bene valentibus nobis. Quæ igitur morbos ſequuntur, Symptomata ſunt ea ratione: nam & bilis porraceæ excretio in tempore facta, quamuis à natura fiat, qua parte ad actionem attinet, quantum ad id quod euacuatur, ſpectat, Symptoma eſt, nempe excrementi mutatio tota ſubſtantia, & colore: verùm excretio ipſa quæ Symptoma non eſt, morbum non ſequitur. Mutatio verò excrementi, quæ Symptoma eſt, morbum ſequitur. Rigor autem tuſſis, ſternutamentum, naturæ opera, ſiue functiones ſunt, ſed à Galen. 2. de Cauſis Symptom. inter Symptomata recenſentur, non ſui ratione, ſed cauſarum irritantium, quæ præter naturam ſunt. Sequuntur quoque morbos quandoque morbi alij, qui Symptomata priorum morborum appellantur, vti diminutio corporis per atrophiam, quæ obſtructionem iecoris ſequitur. At verò ex his morbis qui alios ſequuntur, illi nondum facti ſunt, ſed adhuc fientes, ita vt primo morbo ſublato, ſtatim auferantur, meritò inter Symptomata recenſentur: quoniam morbis ſublatis auferuntur, vti obſtructio venarum iecoris, quæ ſequitur compreſſionem, ab inflammatione ipſius factam. Qui tamen ablato morbo adhuc manent, hos non propriè Symptomata appellari volumus, veluti abſceſſus, qui poſt febres fiunt: nam finita febre adhuc manent. Quæ enim propriè Symptomata morborum ſunt, eoſdem vt vmbra ſequuntur. Sunt autem Symptomatum in vniuerſum tria genera: aut enim læduntur actiones, aut mutantur excrementa, aut corporis qualitates: ex his autem ſola actionum læſio, inſigne Symptoma eſt, & immediatè morbum ſequitur, atque eſt morbi propria differentia, quæ morbum à ſanitate ſeparat: quoniam morbum diximus eſſe conſtitutionem corporis præter naturam, quæ actiones primò lædit. Quòd autem excrementorum mutatio morbum ſequatur, læſa actio eſt in cauſa, qua interueniente, alia duo Symptomatum genera ſequuntur. Deiectio etenim quæ multam continet pituitam, in morbis cruditates ſequi ſolet, ac diminutas coctiones. Diminuta verò coctio læſa actio eſt, quæ intemperiem frigidam ſequitur. Sic etiam in leucophlegmatia color totius albicans alteratricis facultatis actionem læſam ſequitur, hæc verò frigidam intemperiem. Ac perinde fit, vt actio læſa primum Symptoma ſit, ad quod alia ſequuntur, atque meritò dici debere excrementorum mutationem, & qualitatum corporis, Symptomata Symptomatum, potius quàm Symptomata morborum. Nec tamen quoties actio læditur, excrementa aut qualitates mutantur, vt læſa viſoria facultate ob defectum viſorij ſpiritus, viſio læditur non mutatis qualitatibus aut excrementis. De actione itaque læſa primo loco agamus, tum quòd ipſa dignior aliis ſit, tum quod ad ipſam aliæ ſequantur, aut ad morbum, ſed ipſa interueniente. Actiones autem in humano corpore quædam ſunt animales, quædam naturales. Animales quædam ſunt ſentientes, quædam

Sympt. tria genera.

Actio læſa primum ſymptoma.

Actionum differentia.

quædam loco mouentes. Sentientes rurſus quædam ſunt internæ, quædam eaternæ. Naturales verò ſunt pulſatilis, atque itaſcibilis, altria, & generatiua. Auctrix verò vis eadem cum altrice Symptomata patitur. Interiores ſennentes ſunt, imaginatiua, cogitatiua & memoria, exteriores ſunt, viſiua, auditiua, odoratiua, guſtatiua, & tactiua. Motiua vuum tantùm habet genus, quod vatiis inſtrumentis eaerceri valet. Vitalis facultas duplea eſt, altera quæ diſtendit cor & arterias, altera quæ eadem contrahit. Altria quatuor vtitur facultatibus, attrahente, retinente, coquente, & eapellente, quæ ſingulis inſunt membris humani corporis, atque in quibuſdam biuæ ſingularũ ſpecierum. Generatiua ſiue procreatria facultas teſtibus inſidet, ac ſemini demandatur: quemadmodum verò intellectus voluntatem habet adiunctam, ita ſenſus voluptatem, ſiue appetitum ſenſitiuum, & vitalis facultas habet iram & manſuetudinem, & naturales facultates appetitum proſequutionis, aut fugæ: ſiquidem omnes animæ facultates, per ordines animatorum, appetitum habent immiatũ, in quo ſingulas actionum læſiones

Læſionum differentiæ. de quibus agemus, reperire fas eſt. Has omnes & ſingulas earum, vno trium modorum lædi contingit, vti Galen. vult, aut quoniam eaerceri non queunt, vti in omnimoda priuatione, aut quoniam difficulter: id verò eſt aut diminutè lædi, aut depranatè, vti in coctione: quædam omnino non fit, vt coctionis defectus, Græcis ἀπεψία: quædam verò fit, ſed remiſſa: atque id quoniam tardo motu, aut quoniam nunquam finem aſſequitur; primum motum appellant βραδυπεψίαν, id eſt, tardam coctionem: ſecundum dicemus deficientem, aut diminutam coctionem. Quòd ſi id quod coquitur, corrumpatur, aut vſtum, aut putrefactum, aut in prauam aliquam naturam verſum, ea erit actio corrupta, quam Galen. δυσπεψίαν, appellat. Sunt itaque actionũ læſiones in triplici differentia, aut enim omnino aufertur actio,

Obiectiones contra Gal. aut diminuta exercetur, aut deprauatur. At verò ſi quis his tantùm tribus læſionum ſpeciebus vtatur, non omnes læſiones actionum reperiet, ſed aliquas prætermittere cogetur. In tractrice enim facultate, ſi omnino non trahat, ablatio erit, ſi remiſsè trahat & tardè, diminutio actionis erit, ſi verò inter trahendum palpitet membrum, ac veluti conuellatur, depranata actio erit. In his tamen tractio iuſto vehemẽtior, per quam plus quàm decet trahitur nullo modo comprehenditur. Rurſus generatio plurimæ bilis naturalis, quæ poſſit nutritionem manifeſtè lædere læſa actio eſt, ſed non ablata, aut diminuta, neque corrupta; ſi quidem non tranſit chylus in ea actione in aliquam prauam naturam, & à natura noſtra alienam, quod in Galeni exemplis videtur ad corruptam actionem neceſſarium. Præterea ſomnus longior debito in nullo generum læſionum actionum comprehenditur. Præterea pulſus iuſto frequentior læſa actio eſt, non tamen ablata, diminuta aut corrupta. Rurſus ſternutamẽtum inter Symptomata numeratur à Galen. ſed neque eſt actio ablata, diminuta, neque corrupta, ſed de genere motionum quas natura ad excremẽta pellenda inſtituit, in qua

Actionum læſarum generalis inuentio. nullus adeſt error. Decet igitur viam aliquam inuenire, qua in generali diuiſione omnes actionum læſiones comprehendantur. Actio verò omnis à debito modo deflectere poteſt ob vitiũ intrinſecum, aut extrinſecum. Intrinſeca motioni ſunt tempus, & modus, extrinſeca obiectum, & ſpatium, ac terminus in actionibus quæ per ſpatium fiunt. Tempus actionis diuiditur in celeritatem, & tarditatem, longitudinem, & breuitatem, continuitatem, & interruptionem, modus in contentionem, & imbecillitatem. Obiectum aut eſt quod mouet, aut quod mouetur, ſpatium aut in quo fit motus, aut per quod fit motus: terminus eſt ad quem finitur motus. Eaempla omnium, in celeritate, aut tarditate, ſi cibus è ventre ante tempus trudi incipiat, & trudatur, aut tardiùs iuſto trudi incipiat, & trudatur. In longitudine & breuitate, vt in longioribus, aut breuioribus ſomnis, & vigiliis, & pulſuum quietibus. Interrumpitur quoque localis motus in tremore, & quidam ſunt pulſus, quorum diſtentio interrumpitur, aut quiete, aut conſtrictione. In modo delinquitur ob imbecillitatem, vti ſi ad limites debitos non pertingat ob languorem viſus, ad quod etiam vitium in ſpatio accedit, aut coctria moderatam alimenti quantitatem non ſuperet, aut aliter ſe ſine robore moueat. In vehementia verò an actio aliqua vitioſa eſſe poſſit, non ſatis conſtat. Gal. namque lib. 2. de Cauſis Symptom. rigorem, tuſſim, & ſternutamentum, naturæ functiones eſſe dixit, ſed reduci ad ſymptomata, & eiſdem annumerari: quoniam à cauſa irritante procedunt, quæ præter naturam eſt, & vitium extrinſecum eſt in obiecto. *An vehemẽs actio ſit vitioſa.* Maniacorum verò & phreniticorum motus, vitio carere notum eſt, quandoquidem eos valentiſſimos eſſe teſtatur Galen. lib. 3. de cauſis Symptom. In quibuſdam verò omnino peccatur contentione, vti cùm retentria validiſſimè retinet, & plus iuſto, & eapultria impetu excernit, vſque ad vaſorum compreſſionem, & plus quàm pro ratione cauſæ excitante ad expulſionem. In obiecto præterea mouente vitium adeſt, cùm carbones appetuntur, & cùm quidpiam imaginamur per deliria, & cùm vapores oculis immiſſos videmus, per ſuffuſiones & ſimiles diſpoſitiones, & cùm ſonitus auditur intra aurem. Peccatur autem in obiecto moto, ſi coctione alimentum vitietur, aut ſi trahatur malum & vitioſum, aut ſi bonum eacernatur, aut malum, ſed ante coctionem. Fit autem aliquando magna humorum excretio, atque vitium id ad obiectum mouens & irritans referendum eſt, quod mouens eſt, atque deinde motum. In ſpatio delinquitur in quo motus fit, vt in magnis, aut paruis pulſibus, aut reſpirationibus. In ſpatio per quod, ſi ſanguis in inflammationibus lienis per narem dextram excernatur, aut ſi bilis quæ per inteſtina excerni debet, ad vrinam transferatur, aut in dyſenteria bilis multa ad inteſtina pellatur. In termino verò delinquitur, ſi excrementa trudantur in partem aliquam nobilem, quod ſæpe fieri videmus, aut aliàs læſam. Fit autem quandoque vt actio omnino pereat, vt in apoplexia ſenſus & motus, & in caro imaginatio, & in quibuſdam lienteriis coctio. Nullus tamen iure hanc noſtram methodum inueniendi læſas actiones omnes temeritati adſcribet, quam non eo animo induimus, vt aut quidpiam à Galeni auctoritate detraheremus, qui nobis eſt omnis bonæ doctrinæ magiſter & auctor, aut lectores à lectione libri de different. Symptom. auerteremus: ſed quoniam nobis ea via ab actionum eſſentia, quæ motus eſt, deſumpta facilis viſa ſit ad omnea læſas actiones comprehendendas: liberum autem eſt & mihi quæ vera videntur, affirmare, & lectoribus ſingulis probè perſpectis meliora eligere. Sed iam læſionum genera per ſingulas actiones facultatum perſequamur, exemplis euidentibus, ex quibus procedemus ad cognitionem paſſionum, atque patientium partium, ab internis animæ actionibus eaorſi. Imaginatio ſiquidem læditur, cùm omnino non valet munus ſuum efficere, vt in ea diſpoſitione

quam

quam earon appellant. Aut in modo delinquit, ſi imbecilla fuerit, vt in veterno, aut in obiecto delinquit, cùm imaginatur quæ non ſunt, vt in delirio, ſicuti cùm phrenitici mouent manus ad venandos culices, quos adeſſe imaginantur. Si verò quis validius imaginetur, & diutius imaginando perſeueret, læſio ad tempus referetur & ad obiectum mouens, quod vel nolentibus ſe offert. Hanc autem actionem nemo dicet ablatam, diminutam, aut corruptam. Duo priora nota ſunt, poſtremum autem hinc conſtat, quòd Gal. læſionem corruptam imaginatione & cogitatione appellat delirium. Is verò qui validis imaginationibus, aut cogitationibus diutius vel nolens detinetur, veluti in literarum ſtudio, & eorum quibus inſudauit aliquando, nullatenus delirat. Neque tamen eſt à ratione alienum, vt in eadem actione bifariam erretur. Apud Galen. enim diminuta atque corrupta læſio erit, vbi quis patitur veternum, atque delirat. Cogitatio verò quandoque ablatione læditur, quæ amentia dicitur, aut imbecilla exercetur, vt in ſtultitia, quod vitium eſt in modo. Aut vitium circa finem contingit, vt in delirio, ſi quis filium ſuum cognitum innocentem interficere decreuerit. In tempore autem & obiecto peccatur, ſi quis vehementibus cogitationibus implicitus diutius detineatur. Memoria quoque aliquando deletur, vt in lethargo, vitium autem eidem accidit in modo, vbi ob retentionis imbecillitatem pauca retineat, aut breui rerum ſimulachra ab eadem deleantur, quod peccatum in tempore quoque alia ratione continetur, quoniam breuior iuſto eſt eius actio. Ad potiſſimum & primum ſenſiriuum, quod ſenſum communem appellant, & nos non alium quàm cerebrum eſſe ſupra ſtatuimus, attinent ſomnus & vigilia, in quibus defectus ſiue priuatio accidit, & vitium temporis, ſi plus iuſto quis vigilauerit, aut dormierit, aut minùs, vitium quoque in tempore aderit, ſi quis inter vigilandum feratur impetu quodam in ſomnum, ita vt vigilia ſomnum & ſomnos vigiliam interrumpat, vti per ſomnia. Docuit autem Galen. lib. de Different. ſymptom. harum internarum actionũ vitia diſtinguere exemplis. Theophilus namque medicus læſa imaginatione, ſaluam habebat cogitandi vim: is enim alioqui prudenter diſſerebat, & præſentes agnoſcebat exacte: tibicines tamen imaginabatur in angulo cubiculi, quoſdam ſtantes, quoſdam ſedentes, canentes atque pulſantes, quos expelli clamabat. Erat autem id probæ cogitationis indicium, cùm noxia propulſare contenderet, & prudenter diſſereret. Is verò qui cum lanifici puero domi continebatur reſeratis ianuis, ſingula vaſa cognoſcebat, & ſuis nominibus nuncupabat, quod indicium erat, ſanam eſſe in ipſo imaginationem. Cæterùm ob læſioné cogitatiuæ, cuius munus eſt prudentia, & quod melius eſt eligere, eadem vaſa per feneſtram proiiciebat, alioqui vtilia ſi ſeruarentur. Memoriam verò ſine his lædi Thucydidis teſtimonio probat, ex libro ſecundo belli Peloponneſiaci deſumpto, qui ex peſte magna ſeruatos multos dixit, rerum omnium immemores, ita vt neque ſuos ipſorum familiares agnoſcerent. Si verò peritus philoſophus Galen. exempla conſideret, apertè reperiet læſæ imaginationis indicia ex læſis ſenſuum externorum functionibus deſumi. Nulla etenim alia ratione imaginandi vim Theophilo medico læſam eſſe probabat, quàm quòd tibicines in angulo cubiculi eſſe arbitraretur, quod auditum lædi per conſenſum palam oſtendit. Præterea inquit, ſe ipſos videre putabat: ad viſoriam igitur facultatem

An læſa imaginatione, ſenſus aliquis exterior neceſſariò lædatur.

læſio perueniebat, ac perinde cùm læditur imaginatio, læſio alicui ſenſui externo communicatur, & vapores a cerebro ad ipſum deducuntur. Atque impoſſibile putamus, lædi poſſe imaginandi vim, quin ſenſus aliquis exterior aut plures conſentiant. Hæc etiam fuit in expoſitionibus libri primi Prognoſtic. noſtra aſſertio. Ad quam comprobandam accedit quod Galen. lib. 4. de locis pati. de ſeipſo refert, deliraſſe quidem, ſalua cogitandi facultate, & delirij ſpeciem ad imaginandi vim referre volens, feſtucas atro colore narrat ſe putare ex cubili eminere, quam læſionem ad viſum perduci conſtat. Præterea eodem loco diſtinguens phrenitidem quæ oritur à læſione cogitatiuæ facultatis, ab alia quæ oritur ex læſione imaginatiuæ, inquit: Quippe ſunt phrenitici quidam qui de eis quæ oculis offeruntur, rectè (quantum ad ſenſitiuam notitiam pertinet) iudicant. Alij rurſus cogitatione quidem falluntur minimè, ſenſibus tamen difformiter mouentur: ſunt præterea qui ſimul & ſenſus cogitationis vitio laborent. Vides quo loco ex ſenſuum difformi, & vario motu imaginationem lædi agnoſcit Gal. perpetuum reputans ſenſuum deprauatos motus læſam imaginationem cõcomitari: nam in ſecundo membro huius ſententiæ de læſa imaginatione loquitur. Rurſus nulla alia ratione quis ſuadere valebit imaginandi vim lædi, niſi ſenſationes ſenſuum exteriorum adeò læſas eſſe probet, vt cogantur ea de cauſa ægrotantes in actiones aliquas prorumpere, quæ & ſenſus externos & imaginationem lædi ſimul oſtendant. Cùm enim Theophilos clamabat, ſe audire ac videre quæ non erant, exiſtimabat: & Gal. feſtucas colligens eas ſe videre reputabat, quoniam per phrenitidem vapores à cerebro ad oculos feruntur, qui ſpeciem ferunt externorum viſibilium, quæ tamen non ſunt, ſed veluti per ſuffuſiones cryſtalloidi humori offeruntur, & per ventriculi cruditates, & pulmoniam, & febres acutas. In capitis autem doloribus & phrenitidibus, libro primo Prognoſticorum comment. 19. inquit Galenus: At per vehementem capitis dolorem, quemadmodum & per phrenitidem, præ capitis repletione perueniens aliquis humor in oculos, eadem accidentia committit. Nullibi itaque inuenies ſignum traditum apud Galenum læſæ imaginationis, præter ea quæ à ſenſuum externorum actionibus læſis deſumuntur, ſiquidem hi imaginationi ſtatim conſentiunt. Sed fingamus modò momum aliquem contradicentem, ſitque ex noſtris auditoribus, qui citra omnem contumeliam, vt par eſt, nobiſcum de hac re diſſerat. Hic dicet, dubiam ſibi videri aſſertionem, nec ſatis tutam. Nam ſit aliquis dormiens, qui interim delira inſomnia patiatur, & ſanus adhuc, tibicines intra cubiculum imaginetur, huius imaginandi vis aberrat, non errante viſu, neque vt cauſa accedente viſus errore, ſiquidem is clauſis oculis & dormit, & ſomniat, non ergo perpetuò verum, quod læſa imaginatione ſenſus alicuius externi actio lædatur. Præterea delirare phreniticos ſæpe videbis, clauſis oculis, circa viſibilia. Quod ſi fuligines ad oculos miſſæ errandi cauſam præberent, nihil tale eis eueniret clauſis oculis: nam & ſuffuſionem patientes à muſcarum viſione liberantur clauſis oculis. Præterea phrenitici nonnulli vitam amittunt amiſſa viſoria facultate, qui adhuc quaſdam referunt viſiones, quæ tamen poteſt quis pati ſine viſu, patietur abſque viſus læſione. Ad quod accedit quòd cùm anima vehementibus imaginationibus diſtrahitur, non ſentit dolores: nil mirum igitur ſi non ſenſerit imaginatio affectua

Digitized by Google

oculorum per phrenitidem. Præterea ſenſibilia exteriora primùm à ſenſibus externis percipiuntur, deinde imagines rerum mittunt in phantaſiam, ſed non contra: igitur phrenitici non ſentient ſenſu externo, quæ in phantaſia ſunt, & non extra: quæ omnia quamuis indigna ſint vt nos ab hoc docendi curſu retardent, coacti tamen, vti in ſimilibus abſoluendis dubiis dicere aggredieniur. Ariſt. lib. de Inſomniis dixit, phantaſma in ſomno, inſomnium eſt, igitur phantaſiæ opus, inſomnium eſt, phantaſia verò eſt motus factus à ſenſu actu, ſenſus igitur exteriores conſentire in ſomno actu neceſſe eſt Licet enim non videant aut audiant, vt in vigilia, nonnihil tamen perpetiuntur, dicente Ariſtotele loco iam citato: at in ſomno poſitum neque videri quicquam, neque audiri, neque omnino ſentiri: non igitur quamuis nihil tunc cerni atque ſentiri verum ſit, tamen nullo modo ſenſum affici verum non eſt, ſed & viſum & cæteros ſenſus pati aliquid contingit: nam ſinguli horum in ſomno principem ſenſum haud magnopere ſecius quàm in vigilia, non ſic autem vt in illa, formis ſenſilibus impetunt, feriunt, & laceſſunt. Plane Ariſtotel. hoc in loco in ſomniantibus ſenſus externos phantaſiam commouere affirmat: fit autem quoniam vapores & ſpiritus ſimul cum ſenſoria facultate ad organum ſenſus deducuntur, & imagines rerum prius ſenſatarum perferunt, quas imaginatiua ſeruauit: nunc verò & ſenſibus exterioribus ipſas tradit, & ſe ad eas conuertit. Perperam igitur errat, qui putat in ſomno ſenſus externos omnino feriari in ſomniantibus: ſed exiſtimet ab externis cauſis non mutari actu, aut ſi mutentur non eſſe hęc ſomnia, per quæ externos ſenſus phantaſiam ad præcognita mouere actu neceſſe eſt, neque ſi aliter fieri eueniret, læſio foret imaginatiuæ, ſed cogitatiuæ facult. aut eiuſdem opus. Quod etiam eodem loco Ariſtoteles teſtatur cap. 3. dicens: ſimul autem ac reſedit ac diſcretus ſanguis eſt, in his quæ ſanguinem obtinent, incolumes ſenſorum motiones, quæ à ſingulis ſenſibus tranſmittuntur grata ſomnia faciunt, & apparere quidpiam ac per ea quæ à viſu deferuntur, videre, per ea quæ ab auditu, audire, & pati modo per ea quæ à cæteris ſenſuum officinis mandantur, ſentire: eo enim quòd motiones à ſenſibus ad principium ſentiendi perueniunt, videre, audire & ſentire neceſſe eſt. In phreniticis autem de quibus modò loquimur, id intelligere oportet, quod modò Ariſtoteles docet palam, facultatem ſentientem à cerebro ſenſibus externis mitti cum ſpiritu, & vapore ita confuſis, vt imaginatio circa ſenſibilia illius ſenſus aberrare cogatur, imaginibus rerum oblatis in vaporibus: clauſis autem oculis phrenitici aberrant, ſed minus quàm apertis, quoniam apertis magis conuincuntur ad putandum res viſas exterius eſſe, & perinde commouentur ad eas colligendas, aut venandas, clauſis autem cùm ad cryſtallinum humorem perducantur vapores cum animali ſpiritu, imagines rerum interius fiunt, quæ actu, vt Ariſtot. dixit, imaginatiuam facultatem mouent, ſic etiam ſi ad auditum deferantur vapores cum animali ſpiritu & facultate auditoria, audient internorum ſonitus, quos cùm exteriores putent, & imaginatio valde læſa ſit, commouebuntur validè, niſi cogitatiua reſiſtat, prudentia & iudicio continens hominem ne in falſa ducatur, & eis ſuccumbat. Hæc ſatis nota ſunt, ſicuti & quòd ſuffuſiones patientes clauſis oculis non liberantur à viſionibus, ſed non tantùm offenduntur: nam & pueros videmus in tenebris clauſis oculis terreri ob viſa quæ in oculis fiunt, ſic & melancholici, ob nigrorum vaporum copiam qui in cerebro phantaſiam lædunt, & ad oculos tales ducuntur, quamuis neque ſimile ſit, nam in ſuffuſis imaginatio læſa non eſt, quæ in phreniticis ducit oculos adhuc clauſos in conſenſum. Quòd ſi aliquem ſenſu priues, vt viſu, viſoria tamen facultas per neruos deducta ad oculos, cum vaporibus, viſiones ſuſcipiet & phantaſiæ eas demãdabit. Imaginatio quoque non diſtrahitur interim dum homo delirat, ſed ad ſenſus externos, & eorum immutationes ſe conuertit. Vltimo loco adducta ratio facilè ſoluitur: nam ſecundum naturam ſe habentibus ſenſibus, atque in vigilia ita fit, vt ſentiantur quæ extrà ſunt, & a ſenſibus externis primò: verùm in ſomno phantaſia poteſt ſenſus externos mouere, cùm eis rerum ſenſibus ipſis perceptarum imagines mittit, quas rurſus vt præſentes concipit, tanquam externas atque præſentes. In phrenitide verò phantaſia idem poteſt facere quod in dormientibus per inſomnia, idem quoque in aliis imaginationis læſionibus. Adde firmiſſimam comprobationem. Nam in ſomnio quæcunque concipiuntur, tanquam præſentia ſe offerunt imaginatiuæ facult. & phrenitici quorum imaginatio læſa eſt, ſingula vt præſentia fingunt, cùm tamen vere abſentia ſint. Cuius rei vnica tantùm cauſa eſt, atque ipſa euidens: quoniam cùm ea quæ imaginantur, omnia ſenſibus externis communicentur, & quæ ipſis offeruntur, vt præſentia ſint, fit vt veluti præſentia ſint, quæ ſomniamus, & ea circa quæ phrenitici læſa imaginatiua delirant. Quòd ſi quando dormientes, veluti collecto animo, ſomnient ſe ſomniaſſe, aut quidpiam tale, id opus cogitatiuæ facult. eſt, diſcernentis ac iudicantis. Præter hæc in ſenſibus exterioribus læſiones reperies, nempe priuationem, vt in ſuffuſionibus amborum oculorum, & cæcitate, aut læditur viſus in modo, cùm imbecillus eſt: quoniam verò non pertingit debitam diſtantiam, in ſpatio peccat actio. Peccat verò circa obiectum, aut quoniam quæ interius ſunt, veluti exteriora concipit, aut quoniam prope ſita confusè agnoſcit. Auditus tamen quandoque aboletur, quandoque in modo delinquit ob imbecillitatem, quandoque in cognitione obiecti aberrat, aut internos ſonitus exteriores iudicans, aut propinquos ſonitus confundens. Olfactus ſimili modo quandoque aboletur, quandoque imbecillus eſt, & in modo deliquit, quandoque in obiecto, cùm internos concipit odores, aut eoſdem confundit internos externis. Siquidem in naribus internum habens odorẽ fœtidum, externa adhuc odorata fœtida iudicat. Guſtus tamen quandoque in modo læditur, ob imbecillitatem guſtatoriæ facul- *Guſtus læſiones.* tatis, quandoque in obiecto errat, & decipitur iudicans omnia vno ſapore prædita eſſe quem continet, vti amarum, vbi bilis ad linguã defluxerit, quæ aliquando deguſtatur nulla cauſa externa accedente, quod fit vbi lingua non ſit omnino infecta: nam vbi talis fuerit, aliquo externo egebit commouente. Ac perinde nonnulli vinum dulce, amarũ iudicant, etſi ante vini potum amaritudo non ſentiatur, quoniam agebat commotione bilis. Tactui verò læſiones accedunt, petit enim aliquãdo, vti in apoplexia, *Tactus læſiones.* omnia tamen membra tactu priuari, ita vt tangendi vis pereat viuente animali, fieri nequit. Sed fiet vt læſo inſtrumento non ſentiat animal: quoniam animal tactu definitur, ſiue ſentiendi potentia: omnes autem ſenſus perire continget, tactum autem minimè: læditur autem in modo, quoniam imbecillus eſt, vt in ſtupore: circa obiectum verò quan-

doque errat, vti cùm calidum frigidum iudicat, & contrà, quod ſit tactus inſtruméto valde in aliquod extremorum labente. Qui enim valde calidus eſt, parum calida indicat frigida, & qui valde frigidus eſt, parum frigida iudicat eſſe calida, & neruus carne & cuti nudatus à moderatæ qualitatis obiectis exaſperatur & dolet.

Dolor an ſit læſa actio.

At verò de dolore nondum conſtat, an inter læſas actiones ſenſus tactus recenſeri debeat. Nam Galen. lib. de Simplic. differ. poſtquam læſiones ſenſuum omnium ablatas, diminutas, & corruptas de more narrauit, tactum dixit inſigne quoddam ſymptoma pati, præter reliquos ſenſus, nempe dolorem, quamuis etiam dolor in aliis ſenſibus fieri ſoleat, vbi à vehementibus ſenſibilibus organum ſenſus alicuius exterioris moleſtetur. In viſu namque vehementes ſplendores viſum offendunt, & triſtitiam inferunt, in auditu ſonitus rauci, graues, inæquales & validiſſimi, vt tonitru: In olfactu odores praui, & acredinem quandam præ ſe ferentes: in guſtu ſapores amari, & acres, atque mordentes: in tactu verò notiſſimus eſt dolor, qui & aliis ſenſuum organis communicatur. Dolor itaque nulla actio læſa eſt, quarum Galen. meminit. Sic & libro ſecundo de Locis pati. cap. 3. dolorem à reliquis læſis actionibus ſeparauit. Præterea dolor non eſt actio diminuta, aut ablata, non etiam corrupta apud Galen. qui actionem corrumpi docet, vbi in diuerſam naturam mutetur, vt cùm appetitus ad carbones conuertitur, quod tamen in dolore non fit, quo nullum diuerſæ naturæ à tangibilibus deprohenditur, ſed calidum, aut frigidum, aut aliquod tale, aut ex noſtra docendi via, neque peccatur in obiecto mouente, neque in motu, neque etiam imbecillitate aut vehementia delinquit, aut in tempore peccat, aut omnino deletur. Præterea nullum peccatum ineſſe videtur illi actioni, qua obiectum oblatum, quale eſt tale deprehenditur omnino, & quale ab organo temperati ſentiri debet. Sed in dolore cauſa calefaciens, aut infrigidans, aut vrens, aut ſecans, vbi offerantur, tales iudicantur, quales ſunt. Nulla igitur læſio in dolore adeſt. Præterea in appetitu canino, in obiecto peccatur, quoniam plus iuſto appetitur: & in tractione vbi plus æquo trahatur, at in dolore quod vehemens eſt, & intenſum, tale iudicatur: non erit igitur in intenſione vitium. Nos quidem parte prima doloris naturam explicuimus latè, atque eiuſdem cauſas retulimus. Cùm autem ibidem dictum ſit, dolorem actionem ſenſus eſſe, & notum ſit eam ſanis hominibus non adeſſe, ſed à morboſis cauſis excitari, erit quidem præter naturam, non autem morbus aut cauſa: igitur ſymptomatis annumerabitur. Non eſt tamen affectus corporis, neque excrementum: cogemur igitur ipſum inter læſas actiones collocare. Quidam hoc dubium ſoluentes dixerunt, dolorem non attinere ad ſenſum, ſed ad appetitum ſenſitiuum, atque eſſe triſtitiam, quæ ſequitur ſenſum rei contriſtantis. Cùm autem hæc modum excedit, læſa actio dicetur, veluti & fames canina, quamuis per ipſam nihil præter naturam appetatur, læſa actio eſt, quia iuſto vehementior, ita triſtitia, quæ dolor eſt apud ipſos, quia maior eſt multo per dolores quàm eſſe debeat ſanis hominibus, morboſa erit, & morbos indicabit, ac dicetur actio læſa intenſione. Hæc autem in læſa actione eſt, qua intenſione peccatur, veluti diminuta. Quamuis enim Galen. præter ablatam actionem, & corruptam, ferè ſemper diminutæ in alio membro exempla apponat, intenſione aut remiſſione vitium accidere intelligemus. Verùm cùm ipſi Galeni ſententias ſaluare conentur, & ad eiuſdem mentem ſingula pertractare, longiſſimè aberrant: vt enim parte prima docuimus, Galen. dolorem triſtem ſenſum appellat, non ipſam triſtitiam. Quòd ſi, vt ipſi volunt, dolorem triſtitiam quis exiſtimare velit, adhuc dubium indiſſolutum relinqueretur. Nam de eadem triſtitia quærerem, in quo genere læſarum actionum ipſam conſtituent, cùm per eam fugere tantùm contendat, qui dolore afficitur, atque id pro ratione doloris: qui verò pro ratione cauſæ triſtitia inferentis triſtatur, & fugere cupit, nihilo magis læſam edit actionem, quàm qui cauſa non valde contriſtante accedente parum triſtatur, & parum fugere cupit, præter id quòd de ſenſu rei dolorem inferentis idem omnino dubium relinquitur. Nam is ſolutæ continuitatis aut malæ temperaturæ ſymptoma eſt, quapropter ipſum collocare teneris in aliquo ſymptomatum genere, non tamen in alio quàm genere læſarum actionum. Bifariam igitur errant, tum quòd dolorem dicunt eſſe triſtitiam, tum quòd ipſum non ſeparant à læſis actionibus, ſequentes Galen.

Dolor actio læſa non eſt, ſed ſymptoma in actione conſiſtens.

Quòd ſi quis omnimodo Galen. mentem ſeruare voluerit, dolorem vt ipſe à læſis actionibus ſeiunget, atque dicet, dolorem non eſſe actionem læſam, ſed ſignum atque ſymptomata ſequens morbum, quod ab actionibus deſumitur: ſiquidem dolor à morbis fit, & morbus ipſos oſtendit, eſtque actio, ſiue paſſio ſenſus, ac perinde ſignum morborum, aut ſymptoma eorundem, quod in actione conſiſtit, non læſa actio. Ea quoque ratione Galen. dolorem à læſis actionibus ſeparaſſe dicemus. Quidam etiam aduerſus hæc obſtrepit dicens: Si dolor ſymptoma eſt, quod morbum ſequitur, & morbus omnis lædit actiones, erit hæc læſa actio. Nam actiones quæ morbos ſequuntur, læſæ ſunt. Fallitur tamen, quoniam non omnes actiones quæ morbos ſequuntur, læſæ ſunt: quamuis omnis morbus actiones lædat. Intemperies namque iecoris inæqualis, valde calida, dolorem efficiens, ſanguinis lædet generationem, quod ad morbum eſt ſatis, quamuis dolor non ſit læſa actio: dolor autem oſtendet intemperiem eam habere magnitudinem, vt actiones lædere valeat, & in morborum numero reponi debeat. Idem intelliges ſi muſculus tali intemperie laborauerit: læderur enim nutritio, quod ad morbum eſt ſatis.

Dolor læſa actio eſt.

Nos tamen noſtram ſequentes diuiſionem læſionum actionum, dicemus, dolorem, ſenſúmve cauſæ contriſtantis, in numero eſſe læſarum actionum & in tempore conſiſtere: peccat etenim in tempore, celeritate, dicente Platone, Pathos præter naturam ſubitò & affatim ingruens dolorem infert, hoc eſt triſtem ſenſum: eſt igitur actio vitiata in tempore, ſic etiam in vehementia, nam hac ratione omnem naturalem ſenſionem excedit, quoniam affatim occurrit obiectum. Neque obſtat quòd ſenſus cauſæ doloris efficientis fiat pro ratione cauſæ doloris, & quoniam cauſa celeriter imprimit, celeriter ſentitur. Nam ſenſatio quæ celeriter fit, & pluſquam pro naturæ modo, quamuis cauſæ reſpondeat, læſa eſt. Excretio namque alimenti mordentis à ventriculo ante tempus coctionis, ſiue ob acredinem alimenti, ſiue ob ſenſus partis acrimoniam facultas expultrix concitetur, eiuſdem læſa actio eſt, quamuis pro ratione mordentis cauſæ fiat. Sic etiam quãuis dolor ſenſus celer ſit, & rationi cauſæ mouentis reſpondeat, læſa nihilominus actio eſt, celeritate peccans. Præterea doloribus omnibus ineſt peccatum in obiecto, quod actioni extrinſecum eſt: actiones enim quæ à cauſis præter

naturam irritantur, ſymptomatis annumerantur. Sed obſtrepet ſic aliquis, ſi cui ſtuporem patienti cauſa dolorem excitans admoueatur, tardè ac lentè ipſam ſentiet, pro ratione cauſæ, quapropter quamuis ſenſatio hæc naturalibus tardior non ſit, inter læſas actiones recenſebitur. Quòd ſi minus celeriter ac vehementer quàm pro ratione cauſæ ſentire malum eſt, contrarium erit bonum: id verò eſt, celeriter admodum cauſam doloris ſentire. At vtrumque eorum malum erit, quorum alterum à facultate oritur, nempe tardè ſentire, alterum ab obiecto: id verò eſt celeriter ſentire, & cum magna contentione. Cuius rei exemplum adhibere placet. Si cui offeratur lucidum valde ſplendens, id remiſsè videre, & tanquam parum immutans malum erit: Videre tamen id quale eſt, non caret noxa. Turbabis fortè noſtram diuiſionem, quoniam ipſius membra confundi videntur, ſiquidem dolorem diximus eſſe læſam actionem in tempore & in obiecto, non igitur duo illa membra, læſio in tempore, & læſio in obiecto ſeiuncta ſunt: verùm nos tempus cum obiecto non confundimus. Cæterùm in eadem actione vtrumque vitium reperiri poſſe fatemur, vbi actio eadem eſt, vitia verò diuerſa. Eandem tamen actionem multifariam vitiari poſſe Galenus quoque concedere tenetur. Poſſet enim quis imbecillam habens videndi facultatem, incidere in phrenitidem, aut ſcotomiam, cuius viſio diminuta erit, atque corrupta, & coctio ventriculi poteſt vitiari intenſione, & in prauam naturam mutare cibum. Sic & iecur bilem multam celerrimè generare, & ipſam porraceam, aut æruginoſam. Fit etiam vt trifariam peccetur apud nos, vti ſi quis cauſa dolorifica accedente in obiecti cognitione decipiatur: erit enim vitium in tempore, modo, & obiecto. In actionibus verò facultatis ſecundum locum mouentis vitia fiunt, vt ablatio, & in tempore ob tarditatem, in modo ob imbecillitatem: tremor verò ad temporis intermiſſionem ſpectat. Conuulſionem ego ſanè morbum in figura dicerem, & ſymptoma mouendi impotentiam, non corruptam actionem, motus autem conuulſiuos in temporis intermiſſione vitiari. Galenus tamen contrarium docet. In facultatis vitalis functionibus pulſus adeſt abolitio, quædam ſimpliciter, vbi pulſatilis vis pereat: quædam non ſimpliciter, vti cùm intercidit: tempore verò peccatur, vbi celerior fiat, aut tardior pulſus. Quòd ſi in quietibus peccetur, vitium erit longitudinis, aut breuitatis, qui pulſus frequentes aut rari dicentur. Si peccatur in modo, imbecillitate cognoſcetur, & pulſus obſcuritate. In ſpatio verò vitium eſt magnitudinis, & paruitatis: pulſus enim magnus & paruus ad ſpatium conferuntur: vitia tamen inæqualitatis, & perturbationis ordinis ad eaſdem referemus læſionum differentias. Nam inæqualitas aut erit in magnitudine, & attinebit ad ſpatium, aut in vehementia quæ attinet ad modum, aut in celeritate & tarditate, quæ attinebit ad tempus, ſicuti & inæqualitas temporum quietis, à quibus ſumimus longitudinem & breuitatem. Pulſus autē tremulus peccat intermiſſionibus temporum: ſyncope tamen ſubitus virium caſus eſt. Eaſdem ferè differentias in reſpirationibus inuenire licet, quæ animalis facultatis loco mouentis ſunt actiones. Iraſcibilis facultatis actiones vitiantur, ſi quis plus iuſto iraſcatur, aut triſtetur, aut alio animi pathemate corripiatur: vehementia namque ad modum, facilitas incidendi in eadem, & perſeuerantia ad tempus attinent. Tardiùs verò in eadem incidere & parum affici, aut mores cōpoſitos & rationis conſtantiam oſtendet, aut vitiatam actionem. Eiſdem autem animi perturbationibus modicè affici contra Stoicorum opinionem vtile eſt, & à natura datum. In naturalibus verò facultatibus læſiones prædictis generibus comprehendes. Sunt autem, vt parte prima docuimus, naturales facultates quatuor: attractrix, retentrix, coctrix, & expultrix, quibus appetitus adiunctus eſt. Hunc autem in ventriculo manifeſtè cognoſcimus, atque ad ipſum attinentes noxas, in aliis tamen partibus quibus appetitus naturalis ſolus ineſt, eius munus coniectura aſſequimur, non euidentia: agnoſcimus tamen euidenter aliarum facultatum functiones. In ventriculo itaque appetitus alimenti quandoque perit, quandoque celeriter concitatur, quandoque tardè: quod vitium ad tempus attinet, quemadmodum vbi incœpta actio celeriter aut ſenſim exerceatur, aut vbi actio breuis, aut diuturna fuerit. Peccat etiam in modo, vbi vehementior fuerit, aut imbecillior: circa obiectum verò vbi carbones, aut gipſum appetat. Cùm enim eidem inſit appetere quæ reficiant, decipitur appetens ea, quibus nulla ineſt reficiendi vis: deceptionis tamen internam habent cauſam à qua commouentur ad appetendum ea quibus à praua affectione præſenti leuantur. Hanc diſpoſitionem appellant picam, aut malaciam, qualis prægnantibus accidit: vehementem verò appetitum, caninam appetentiam. Tractricis tamen ventriculi munus aufertur quandoque, nonnunquam tempore vitiatur, vt celeritate & tarditate, quia ſegnius exerceetur, aut quia tremulis motibus, atque interruptis, quandoque in modo, vt ſi languida tractio fiat, & ſine contentione, aut debito vehementius, ita vt quæ contraria & noxia ſint trahat, quod in aliorum membrorum tractionibus ſæpe fit, atque in obiecto peccabitur. Retentricis facultatis munus aut perit, vti in lienteriis, aut tardè ſe ad retinendum aut comprimendum cibum colligit, aut pauco tempore aut plus iuſto retinet, & in apprehenſionibus ciborum quæ cum ſaltu, aut tremore fiunt, in tempore peccatur. Aut in modo delinquit, quoniam cum vehementia, aut imbecillitate retinet iuſto maioribus: aut in obiecto peccat, quoniam pro bono malum retinet pertinaciùs. Coctricis verò munus aliquando omnino deficit, vbi alimentum crudum deſcendat. Tempore delinquit, ſi tardè coctio perficiatur, in modo verò ſi cum contentione maiori, aut imbecillitate fiat. At verò ad contentionem & imbecillitatem actionis ſequitur, vt actio tempus mutet celeritatis, & tarditatis: quoniam in naturalibus actionibus, vbi alia paritatē ſeruauerint, celeritas actionis ſequitur exceſſum agentis facultatis, & ipſius vigorem, ita vt porportio celeritatum in motibus ſequatur proportionem proportionum potentiarum agentium ad obſiſtentias. In obiecto vitium coctricis ſe oſtendit, quoniam corrumpitur, & loco chyli generandi prauus aliquis, & à natura alienus ſuccus generatur. Expultrix quoque peccat, ſi non excernat omnino, ſed poſſet id vitio retinentis fieri, quoniam hæ duæ facultates vitia habent conſentientia. Peccatur præterea in tempore ſi celerius aut tardius iuſto, & ſi pauco tempore excernat, aut diutius excernendo tardetur, aut cum tremore & intermiſſione: frequens enim deiectio vigilias, & febres affert. In modo, ſi cum magna contentione, ita vt extremè comprimatur, aut imbecilla fuerit expulſio. Ad ſpatium per quod pertinet ſi excrementum quod deorſum mittendum foret, ſurſum vomitu mittat, aut per læſam partem, ſuperiorem

Læſio mouentis facult.

Facult. vitalis ſympt.

Iraſcibilis ſymptom.

Facult. natu. ſymptom.

aut inferiorem. Ad termioum verò, ſi excrementa *Læſæ actiones ſingulorum membrorum.* ad caput mittat, aut partem aliam oobilem. in functiooibus naturalium facultatũ ſingulorum membrorum læſiones fiunt, ſimiles eis quæ dictæ ſunt de ventriculo, atque ipſi ventriculo nihilominus eueoiunt, vti ſimilari parti, cùm igitur ſingulæ partes ali debeant, vbi noo fungantur muneribus ad id neceſſariis, atrophiam patientur. Sunt autem neceſſariæ alimeoti attractio, retentio, alteratio, & expulſio. Quòd ſi facultas tractrix quæ ſingulis partibus inſita eſt, alimentum non trahat, membrum non aletur. Sed io modo peccat, ſi trahat languidè, & ſine contentiooe. In tempore ſi trahat intermiſſo motu, aut etiam tardè: in obiecto, ſi prauos quoque ſuccos trahat, ob hanc autem cauſam cacotrophia ſequetur, ſi ſuperentur: ſi verò non, atrophia. Quòd ſi alimentum attractum non retineatur, aut in modo peccetur, ita vt imbecilla fiat retentio, ſicuti vbi iuſto vehementius, & diutius retineat, in tempore & modo peccat, aut in tempore, interrupto motu, atque atrophia ſequetur, & conſumptio, aut tarda & debilis nutritio: ſi tamen alteratricis, ſiue nutricis facultatis lædatur actio, aut omnino peribit: eſtque atrophia, & tabes, aut improbè alimentum mutat, idque tardè, quod ad tempus ſpectat, aut cum languore quoque, quod attinet ad modum. Qoamobrem non integrè aſſimilatur, & ſequuntur vitiligines & alphi, aut peccat in obiecto, quoniam ipſum corrumpit: inde verò ſequitur, vt non alatur membrum, ſiue ob prauam partis temperaturam fiat, ſiue ob ſucci tracti malitiam. Fiet autem quandoque, vt pars iis de cauſis malè alatur, eritque cacotrophia. Fieret quoque atrophia, vbi alimentum quod traheretur, bonum eſſet, & quantitate moderatum: verùm expoltrix ipſum excerneret antequam mutaretur: læſa enim expulſio eſt in tempore, ſi celerius aut tardius fiat, & diutius expellendo perſeueret, aut interrupto moto id faciat, vt in rigore, qui etiam contentione peccat. Aut peccatur imbecillitate, aut in via, quia excrementa acria per læſam partẽ mittuntur, aut ſeroſa per ventrem, aut ſanguis redundans in liene per narem dextram, aut abundans in iecore per ſiniſtram pellitur. In termino verò ſi excrementa mittantur in aliquam nobilem partem, vt cùm poſt febres fit phrenitis, aut hæc poſt pleuritidem. Peccatur itaque in nutritione vbi deſit, aut vbi tarda & imbecilla fiat, aut vbi obiectum corrumpatur, ſiue praua caro generetur in partibus carnoſis, in quibus Galen. aduertere præcipit, an calor mutetur, vt in leucophlegmatia, & leuce, ac vitiliginibus. Nam ſi id ob humorum malitiam eueniat, expultricis læſio eſt in cauſa. Sed licebit quoque id ad attrahentis errorem in obiecto referre. Si tamen ſine vitio humorum color partis mutetur, ad cuctricem membri referri debet. Hæc altrix ſiue alteratrix eſt, quæ nutritionem efficere valuit, noo tamen aſſimilationem. Generandi vis quandoqoe deeſt, veluti cùm noo demandatur ſemini à teſtibus, aut traditur quidem, ſed ob imbecillitatem omnino actione priuatur, aut operatur, ſed cum languore & tardè. Ac peccat in obiecto, ſi loco embrij carnem informem confecerit, *Sympt. in cor. affect.* quam molam appellaot. Secundum ſymptomatum genus attinet ad corporis affectus mutatos, qui ſenſibus exterioribos obiiciũtur, vt viſui, auditui, olfactui, guſtui, tactui, & figura in his, vt commune ſenſibile recenſetur à Galeno ad finem libri de cauſis ſympto. A viſu colores mutati deprehendontur, vti in leuce, vitiligine & morbo regio, & in tumoribus partium exteriorum. Nam phlegmone partem reddit rubeam, œdema albicantem, eryſipelas pallidam, cancer nigram, vti & quidam abſceſſus à quibus extremæ partes denigrantur, ad auditum ſpectant ſonitus, & ſtrepitus, qui fiunt commotis flatibus, & ructibus, aut eiſdem excluſis ab inteſtiois & vẽtriculo, & voces mutatæ, vt raucæ aut clangentes, aut inæqoaliter intentæ, aut tremulæ, & murmurili, & ſtridores morbos ſequuntur. Ad olfactum attinent praui odores qui ex corpore manant, aut exſpiratione, aut trãſpiratione, quæ per cutim fit; & flatus, qui ructu excernuntur, corruptionem oſtendunt, in acidum, aut fuliginoſum odorem, aut aliquem alium, cuius naturã qui laborat, refert, ipſum rei alicui fœtidæ conferens. Si verò per inferna flatum demiſerit, eidem committet medicus odoris exactam cognitionem. In ſaporibus verò ſunt quidam, qui occaſione ſentiuntor ab eo qui laborat, veluti cùm ſudanti gutta aliqua in os delabitur, quam iudicat dulcem, aut ſalſam, ſic & ſapores linguæ: ſentit enim in ipſa dulcem, aut amarum, aut ſalſum ſaporem. Ad tactum qualitates illæ ſpectant, quæ à temperamento qualitatum, aut earundem diſtemperie manant, vt durities, & mollities: ſic vbi cutis aut laxa valde, & rugoſa, aut dura & intenta reddatur. In tertio genere ſymptomatum ſunt *Symptom. tertium genus.* quæ excernuntur aut retinentur, vbi à debito modo deflectant, quantitate, qualitate, aut tota ſubſtantia. Hæc eſt generalis excrementorum habenda ratio, quæ ex cognitione eorum quæ ſecundum naturam ſunt, pendet. Nemo enim agnoſcet excrementum à natura deflectere, niſi prænouerit naturale. Deinde verò quod io vniuerſum de excrementis dicitur, in ſingulis excrementorum generibus conſiderandum, vt in deiectionibus, vrinis, ſudoribus, vomitibus, & ſanguiois menſtrui vacuationibus, & ex naribus profluuio, quamuis ex his quædam toto genere præter naturam habeantur, & alia ratione naturæ functionibus adſcribantur. Quantitate itaque deflectit deiectio, cùm copioſa admodum deſcendit, aut cùm vel non deſceodit, vel pauca, pro ratione ciborum aſſumptorum. Quæ verò in criſibus bonis ſuccedit abundans, ſymptoma eſt, non quidem excretio, ſed quod excernitur. Excretio namque cùm intempeſtiuè fit, opus naturæ eſt: quod verò excernitur, ſemper eſt præter naturam quantitate, ſi quantum diximus fuerit. Qualitate deiectio vitioſa eſt ſi valde flaua, aut alba, aut valde fœtida, aut calidior & acrior, aut frigidior. Sic etiam ſi craſſior multo, aut tenuior: tota verò ſubſtantia peccabit, ſi humor aliquis corruptus à natura valde alienus excernatur, vti porracea bilis aut æruginea, aut ſi ſanguis, aut pingue, aut inteſtinorum ramentum. Verùm mollities, durities, craſſitudo, & tenuitas deiectionum, ad qoalitatem referentur, vel ſi craſſitudinem, & tenuitatem, ſubſtantiam, vt medici dicas, ſubſtantiam cooſiderandam ſtatues, præter quantitatem, qualitatem, & quam dicont totam ſubſtantiam. Solent enim & Galenus & reliqui quod tenue aut craſſum eſt, appellare ſubſtantia tenue, aut craſſum. Quapropter melius erit, hæc ad qualitatem excrementi in diuiſione Galen. reducere. Sed ſimile exemplum in vrinis apponamus. Vrina qualitate mutatur, cùm colorem mutat, in album, aut nigrom, aut alium medium, à natora alienom: ſic etiam ſi longè craſſior, aut tenuior fuerit, aut calidior, & mordens, vt in qoibuſdam vrinæ difficultatibus. Quantitate verò, ſi pauca, vti in febribus quibuſdã, & obſtructionibus, vt lapide obſtruente, aut quantitatem excedat, vt in diabete, ſiue vrinœ profluuio. Quòd ſi pingue, aot pus

mingatur, tota ſubſtantia mutata erit, quemadmodum in ſanguinis mictu: Iſchuria verò, ſiue vrinæ retentio, læſio actionis eſt expultricis facultatis, quæ docet ſymptoma eſſe alterius ſymptomatis cauſam, & morbum quædam ſequi ſymptomata, non immediatè, ſed aliis ſymptomatis interuenientibus. Nam lapis obſtruens munus expultricis lædit: læſionem hanc ſequitur vrinæ motatio in quantitate. Rurſus iecoris frigida intemperies vitiat coctricem, hæc craſſos humores generat, quorum diſtributio eſt difficilis, ac vitiatur expulſio: hac vitiata, tertium ſequitur ſymptoma: nempe atrophia, hanc quandoque ſequitur coloris corporis mutatio. Videbitur autem alicui differentias excrementorum non omnes contineri in quantitate, qualitate & tota ſubſtantia: nam ſi ante coctionem humor pituitoſus in febre quotidiana excernatur, & quantitate & qualitate moderatus, pro morbi & humoris peccantis ratione, non erit peccatum in quantitate, aut qualitate, aut tota ſubſtantia: ergo cum in tempore vitium ſit, id aliis tribus addendum erit. At verò cùm humor aliquis ante coctionem excernitur, duplex adeſt vitium, alterum in actione, quod attinet ad tempus, ſiquidem excernit facultas quod excerni non deberet, & eſt peccatum in excremento, quod attinet ad hoc tertium genus ſymptomatum, id verò peccat qualitate: vt enim in expoſitionibus lib. 2. Progn. docuimus, cum Hippoc. dixit: Si qualia oportet purgari purgentur, qualitas coctionem quoque comprehendit, quod igitur coctum non eſt, qualitate vitioſum erit. Eſſet quoque ſymptoma quamuis id excrementum coctum foret, quatenus quantitate à naturæ modo deflectit, non tamen ſymptomatica vacuatio, ſed naturæ opus. Cùm autē crudus humor excernitur, ſymptoma eſt, in excremento conſiſtens, & ſymptomatica vacuatio. Non itaque functionem à ſymptomate omnino ſeparare oportet: quandoque enim coincidunt, veluti in decretoriis ſanguinis vacuationibus: illæ enim functiones, & naturæ opera ſunt: ſymptomata verò quæ non ad læſam actionem attinent, ſed ad excrementi naturam: nihil autem impedit excretionem eſſe opus naturæ, & excretum eſſe ſymptoma toto genere præter naturam. Quin & Gal. lib. 2. de cauſis ſympt. cap. 3. tuſſim, ſternutamentum, & rigorem, naturæ functiones appellat, & eadem inter ſymptomata recenſet, vti & vomitum, cap. 4. non ſui ratione, ſed cauſæ irritantis & cogentis ad motum. Et lib. de Different. ſympt. ad finem, non ſatis aptè colligit, cùm conaretur probare excremēta quantitate, qualitate aut totà ſubſtantia à natura varia, non perinde inter ſymptomata recenſenda, neque aliquam functionem eſſe læſam, ſi prædicta vacuatio excrementorū in tempore fiat. At verò quid vetat actionem ipſam functionem eſſe, & excrementum eſſe ſymptoma, cùm peccet quantitate, aut qualitate, aut tota ſubſtantia? nihil ſanè. Cùm igitur aliquod mutatum in tempore excernitur, ipſum ſymptoma eſt, & excretio, naturæ functio.

Excrementorum vitium à quibus ſumatur.

Symptomatica vacuatio differt à ſymptomate.

De cauſis ſymptomatum.

CAPVT IV.

ANtequam ſingulorum generum ſymptomatum cauſas referamus, expedit generali methodo perquirere, à quibus cauſis ſymptomata procedere poſſint, vt vniuerſalibus inuentis, facilè ad eorum, quæ inferiora ſunt, cognitionem deueniamus: cùm igitur ex dictis conſtet ſymptoma corpori præter naturam euenire, & id quod præter naturam à cauſa ſecundum naturam non fit, ſymptomata omnia à cauſis præter naturam procedere palam fiet. Sunt autem præter naturam in humano corpore, morbus, cauſa morbifica, & morbi ſymptoma, ab his igitur ſymptoma omne naſci neceſſum eſt. Sed nondum ex hac ratione conſtat an ex omnibus procedere poſſit, an ex his quidem, non tamen omnibus. Gal. enim lib. de Differ. ſympt. cap. 4. & rurſus quinto, omnium ſymptomatum cauſas morbos eſſe teſtatur. Qui probat eam ſententiam, quòd læſa actio omnis à morbo procedit: læſam autem actionem ſequuntur alia duo ſymptomatum genera, ac perinde omnia ſequuntur morbos. Verùm huic Galen. ſententiæ quædam obſtare videtur, quæ experimentum docet. Qui enim valido incutitur terrore, is tremit ſpiritu vitali ad ſcaturiginem reuocato: ſed tamen nullum morbum ibidem adeſſe fateberis. Præterea ſi ſpiritus diſſoluatur, aut afficiatur praua qualitate, ſyncope ſequetur, & functionum abolitio, ſed citra morbum: ille namque cuius ſpiritus diſſoluuntur, nullum morbum inſtrumentorum patitur, non etiam vitiatur temperatura. Simplicium namque temperatura, in ſolidis conſiſtens partibus, ab ſpiritu atque eius temperamento longè diuerſa eſt. Præter id quòd ſi ſyncope intemperiem ſequeretur, cùm magnitudo affectus cauſæ magnitudinem ſequatur, ſyncope non niſi poſt maximam intemperiem ſequeretur: quæ tamen non apparet in prædictis affectibus. Rurſus ſtomachi dolor, & ſingultus ſenſus eiuſdem partis acredinem ſequuntur, vt Galen. quoque teſtatur lib. 1. de Cauſis ſymptom. ſed ſenſus acrimonia morbus non eſt, non igitur omnia ſymptomata ſequuntur morbos. Rigor quoque à cauſa mordente, & irritante fit ſæpe, nullo morbo accedente, ad quem referri poſſit, ſed ſolo humore acri per ſenſibiles partes impetu delato, aut frigido quopiam ſubitò occurrente. In vertigine quoque ſpiritus in gyrum fertur, quod ſymptoma nullum ſequitur, aut ſimplicium, aut inſtrumentorum morbum. Illi verò qui amore correpti, nec dormiunt, nec aſſueta peragere valent, neque cibos coquere, hæc ſymptomata & alia ſine morbis patiuntur: neque enim in ſimplicibus aut inſtrumentariis morbum inuenies, nam ille contrariis curari poſſet: quo autem dices, quæ ſunt ea quibus morbo illi medendum eſt. His tamen rationibus Galen. ſententiam integram ſeruare volentes, facilè reſpondebimus, referentes morbos, à quibus omnia ſymptomata prædicta oriuntur. Nam is qui terrore incutitur, duos morbus patitur, quorum alter in temperatura conſiſtit, nempe extremorum refrigeratione, quæ non parum ad tremorem efficiendum conducit, alter attinet ad temperaturam cerebri, quod pariter refrigeratur, recurrente ad cor ſpiritu, qui ſolet delatus ad cerebrum ipſum calefacere. Accedit ad id ſymptoma generandum defectus ſpiritus & animalis facultatis, quæ duo ſolent per neruos in membra deduci, quibus deficientibus actiones aut perire, aut deteriores fieri neceſſe eſt. Quod pariter ſequentem rationem ſuperius adductam ſoluere valet. In magnis namque ſpirituum diſſolutionibus corpus refrigeratur. Neque tamen putamus eas fieri poſſe in perpeſſis præcipuis partibus, quas neceſſe eſt diſtemperari. Sequitur quoque ſpirituum diſſolutionē refrigeratio, quam ſequuntur ſymptomata reliqua. Sequitur autem magnitudo ſymptomatis, affectus magnitudinem, nam in ſyncope quæ ſequitur

An omne ſympt. naſcatur à morbo.

ſequitur diſſolutioocm ſpiritoum, oon ſola præcedit drſtemperies, ſed etiam defectus inſtrumeori ad actionem neceſſarij: is verò defectus magnus eſt, ad quem ſyncope ſequitur. Quod verò de ſenſus acredine diximus, notum eſt, acrem ſenſum dolotem nō efficere, niſi cauſa mouens accedat: ipſa verò accedente, quamuis adeò valida oō ſit, vt aliis dolotem infetre poſſet, huic tamen cui dolotem ipfert, adeò vehementee imprimir, vti quæ validiſſima ſuot, aliis qui mediocri ſenriendi acumine præſtāt. Quæ tamen validiſſimam vim immutandi habent, talibus oblata, inferunt inæqualem intemperiem, aut contioui ſolutionem, ſubitò, & affatim: igitur quæ modicè alterate poſſunt aut continuum ſoluere, ſi eis qui acetrimum ſenſum habent, offerantur, pariter aot inæqualem intemperiem, aut ſolutionem vnitatis ſubitò & affatim ioferent. Hæc verò motbi ſunt, quaproptet non fiet ſymptoma id ſine morbo. Rigoe vetò à cauſa mordente, aut ſubitò ẽefrigeraote factus, cauſam etiam habebit ioreaperiem, quæ à cauſa fit. Vertiginem prætetea patientes aut frigidam Intemperiem cerebri parientut, aut meatuum obſtructiooem, aut vtrunque, à craſſa pituita & ſimilibus vaporibus. Si tamen à ventriculo ſymptoma id originem trahat, ibidem motbus aderit. Is verò qui amore æſtuat, primùm calore immodico cordis affligitue, deinde quoq; exuritur ſanguis, qui ad cerebrum cnm fuligine ductus ipſum diſtemperat, & in melancholiam morbum deducit. Hæc autem contrariis cutantur, maximè verò his quæ animi efficinnt ttanquillitatem, & ipſum ab omor cura laxant. Quamuis tamen horum ſymptomatum motbos inuenire, à quibus procedant non ſit difficile: quædam alia ſunt quæ nullatenus ad morbos reduci queunt, veluti ventris fluxus qui fit expoltrice facultate tedundantiam malorum humorum excernente, ſine dolore aut læſione alia, quod ſæpe ſine aliquo morbo fit. Nam & medici, ineunte vere, ſimiles redondantias purgate præcipiunt, oe ſic affecti in morbos ioeidant. Illi igitur oondum ægrotant, dum id ſymptoma ſponte ageote natura patiútut quod ad excrementi mutationem attinet. Quin & ſi medicamenti vi idem humor ducaror, ſymproma in excrementi mutatione conſiſtet, nullo moebo præſente. Præterea ſi quis non valde robuſtus aut ſenex, centum paſſuum curſum celerrimè peragat, ad finem nec ſtare, nec ſe mouere valebit, nullo morbo præſente. Pręterea ſi cui cibus cortumpatut io ventte, quoniam aptiſſimus eſt eottoptioni, ſine ventriculi ptauo affectu, ſymptoma fiet ſine morbo, quod non morbum, ſed moibificam cauſam ſequitur. Id mihi ipſi euenit ſardinas ſalitas edenti. Sic etiam ſi craſſus, aut frigidus cibus aſſumatur, qui à moderato venttiauli calore vinci nequear, hæc diminuta, aut ablata coctio erit, abſq; ioorbo, quæ cauſam morbificam, ſiue ptæter naturam ſequetur, non aliquem affectum morboſum, haud aliter, qui rhabarbarū bibit, vrinam valde mutatá colore mingit, abſque morbo. Adde quod Galen. ipſe quāuis aliàs ſæpe dixerit omnia ſymptumara morbos ſequi, lib. de Symp. cauſis cap. 1. inquit: E contrario autem ventriculo ipſo haudquaquam affecto, animaos oon concoquit, aut propter ciborum potionúmq; immodicam quaotitatem, aut prauá qualitatem, aut quia intempeſtiuè, aut non recto ordine ingeruntut, aut excrementū ioutile, aut ſomnum breuem. Quo in loco vitiatæ coctionis cauſas reddit. Sunt igitur, ſi velimus veritatem ipſam amplexari, ſymptomatom cauſæ, morbi, aut caoſæ præter naturam, aut ſymptomata, & hæc aut præcedente morbo, aut etiam ſine ipſo, ſed nō abſq; cauſa morbifica. A motbis ſanè ſymptoraata procedere notius eſt, quàm vt noſtra egeat demooſtrarrone. A cauſis morbificis, hoc eſt, quæ morbos efficere ſoleot, conſtat ſymptomata fieri, vti ciborum io veotriculo ingeſtorum quantitate, aut qualitate, aut naturæ, ſiue totius ſubſtantiæ malitia, à quibus cruditates, aut corruptiooes proceduot: ſic & ab humore irritante nares internas, ſine morbo ſteenutamenta excitantur. Præterea ſiquis ſanus adhuc ſanguinem redundantem habuerit, atque ipſum aut per nares excernat, aut per vētrem, id ſymptoma erit, ad excrementa attinens, ſed ſine morbo. Io excretione per venttem oemini dubium eſt. Quod verò ad fluxum ex naribus attinet, quamuis dicas apertionem vaſorum eſſe neceſſariam, nihil refert: nam hæc non eſt morbus, quem ſequatur expulſio ſanguinis: quandoquidem antecedebat omnino expultricis actio eius quæ in venis reſidet, ſaoguis verò motus vaſorum ora aperuit, vomitus præterea dulcis pituitæ, ſymptoma eſt, quod ſola antecedit pituitæ redundantia citra morbum: eſt autem hæc cauſa præter naturam apud Gale. 3. de Cauſis ſymptom. Seqnuntur quoq; ſymptomata quędam ad alia ſymptomata, & morbo præcedente, aut etiam ſioe ipſo. Præcedente morbo, vti color albicans in leucophlegmatia, qui ſequitor nutritioois vitium, hoc autē morbum, in carne frigidum. Atrophia verò ſymptoma eſt, quod ſequitur defectum digeſtioois alimenti, qui fit ratione obſtructionis vaſorū. Vomitus verò ſequitur cruditates ciborum, quas fieri diximus citra motbum, ſed non citra morbificam cauſam. Haud ſecus ſi quis intetdiu apud pulchtas fœminas laſciuè confabuletur, deinde dormiens nocturnam pollutiooem & inſomnium patietur, quę duo ſymptomata ſuot, ſed ambo ſine morbo fient, frequens quoq; ſternutatio, immiſſione penoæ aut cuiuſuis titillationem efficientis intra nares concitata, poſt cibum, ipſum commouendo coctiooem impedit, & aliquando ad vomitum docit, ae ſequitor vomitus aut cibi cruditas ad ſternutamentum, & ſine morbo excitaotur. Diximus tamen ſymptomatum tria eſſe genera, quorum cauſas ſeiunctim tefeere oporter, poſteaquam omnium eorum geoerales cauſas ttadidimus, à læſis actionibus initiū facientes. Sunt autem cauſæ lęſarum actionum in eis, à quibus cùm ſecundum natotam ſe habent, perficiuorur. Cùm enim hæc ſecundum naturam ſe habuerint, probè procedent actiones, atq; eiſdem à oatura deflectentibus actiooes lædentut. Procedūt aotem actiunes probè à facultate, ioſtrumenro, & obiecto: facultas animam indicat, & temperamentum ſolidorū membroıom. Inſtrumeorum quoddam eſt vniuerſale, quoddā peculiare: obiectum finem indicat, & ſcopum. Horum exempla notiſſimam efficiunt doctrinam. Animalis faculras tactum in extremis digitorum perficit. Facultas ſanè in cetebro exiſtens, ab anima initium habet, & natiuo cerebri temperamento. Hæc ad neruum mittiror, vtitor autem ad actionem ſpirito animali, vt inſtrumento pręcipuo, & vniuerſali, & neruo vt minùs pręcipoo ac peculiari, deinde ad tactionem accedit obiectum, quod ſenſum ractus mutat, neq; adeò ſenſim, vt mutatiò ſenſum effugiat, neque adeò ſobitò & affatim, vt dolorem efficiat. Sed dubitabis: non enim hęc tria tantùm ad actionem vidētur neceſſaria, neq; etiam ab eis tantùm procedent delicta, aut ab eiſdem deſumentur. Nam pręter facultatem, inſtrumentum, & obiectum, pariter accedit medium, quo vitioſo exiſteote, vitiari continget actionem, veluti in pręs

Symptomata alia ſymptomata generant.

Actionū læſarum cauſa.

dicta tactione, ſi caro aot cutis externa diſtemperẽtur, aut alia ratione prauè afficiantur, lędetur tactus, & viſus actio læditur in aëre nebuloſo. Pręterea cauſę ſine quibus oon, ad actiunem ſunt neceſſarię: nam coctio nou exercebitur, niſi alimenti tractiu pręcedat: eiborum quoque pręſumptio ad ſomnum eſt ordinata, ſine qua vitioſus erit ſomnus. Vſus pręterea ad actiones exigitur: nam pulſus diſtenſio non fieret, niſi vſu refrigerationis præcedente: nec conſtrictio, niſi præcedat fumurum mordentium copia. Accedunt tempus & ſpatium, & modus, quibus fiunt actiones, & ſine quibus fieri nun valeut, nam actio omnis io tempore fit, & quædam quoq; in ſpatio, & cutis raritas ſudoris cauſa eſt, quæ nun eſt facultas, inſtrumentum, neque ubiectum. Hæc tameu facilè quiuis agnoſcet cõtineri in vno trium generum cauſarum, quæ actiones efficiunt, & vitiant. Nam ſpatium, per quod tactus exercetur, internum eſt medium, atque id ad inſtrumentum attinet, quo tactio fit. Sicuti in oculis cornea membraua medium internum videndi eſt, per quud ad cryſtalloidem deferuntur colorum ſimilitudines: eſt tamen videndi organom. Dicemus quuque ad tangendum mediũ quod inter tangibile & neruum io corpore exiſtit, organum eſſe minùs præcipuum: magis præcipuum verò ex membria inſtrumentariis, ad tangendum quidem neruum, ad videudum cryſtalloidem. Quamuis tamen dictum ſit neruum & cryſtalloidem ad prædictas actiones eſſe inſtrumenta præcipua: Galenus animalis facultatis præcipuum inſtrumentum eſſe ſpiritum dixit libro tertio de Locis pati. cap. quinto, & lib. de Cauſis reſpirationis inquit: oportet omnino ſpiritum aut animæ ſubſtantiam eſſe, aut primum vtique ipſius inſtrumentum. Veruntamen noſſe oportet, quod ex inſtrumentis quædam mouentur & mouent, quædam mouentur, ſed non mouent, veluti io curru, equi mouentur ab aoriga habenas compeſcente, aut laxante, ſed deinde mouent: currus tamen mouetur omnino, non tamen mouet, ſic & oſſa humani corporis inſtrumenta ſuot, ad incedeodum neceſſaria, quæ mouentur, non tamen mouent: moſculi verò mouentur & mouent. Ad localem igitur motum accedunt facoltas, ſpiritus, moſculi, & oſſa, facultas eſt præcipuum agens ex inſtrumentis & mouentibus: ſpiritus eſt magis præcipuum, miaùs verò muſculus, oſſa inſtrumenta ſunt mota, non mouentia: ſic in viſione facultas eſt præcipuum agens, inſtrumentum mouens & motom eſt ſpiritus viſorius, qui magis præcipuus eſt quocunque inſtrumento moto non mouente, quoniam vim habet efficiendi. Ex inſtrumentis verò motus non mouentibus præcipuom eſt cryſtalloides humor: minùs pręcipua ſuot, cornea, & humor aquoſus, in pupilla contentus. In tactu quoque facultas, vis præcipua agendi eſt, inſtrumentum præcipuum agendi vniuerſale animalis ſpiritus, ad certum ſpatium delatus, ex ioſtrumentis motis non mouentibus, neque coagentibus: præcipuum eſt neruus, reliquum caro & cutis. In viſu tamen pręter medium intrinſecum, eſt aliud medium extrinſecum, oempe aër: verùm id à Galen. videndi inſtrumentum appellatur, quod tale eſſe dicit, quale neruus tactioni. In auditu tamen & olfactu medium externum exigitur, ſed id non valet actionem vitiare, niſi quoniam vitiat obiecti actionem, ſiue immutationem, quod ad obiectum ſpectat. Si namque medium eſt longum, aut craſſum, aut nebuloſum, faciet vt obiectum non valeat, aut malè, immutare facultatem, ſed hæc obiecti ſunt defectus, aut proprij aut acceſſorij. Nemo tamen læſam actionem viſus dicet, quoniam non videt, aut malè videt colorem poſitum in aëre nebuloſo, aut loco diſtantem: idem in percipiendo ſono dicemus. In guſtu ſaliua medium eſt, quod ſecundum naturam ſe habens uon mutat, uec vitiat actionem: præter naturam verò ſimul cum ubiecto mutat, & obiecti rationem babet, veluti ſaliua amara, quæ amara facit omnia apparere. Attractricis facultatis opus cauſa eſt ſine qua non ad coctiunem neceſſaria, verùm cùm hæc læſa actio fuerit, ſi oon trahat, læſiones eius in facultate, inſtrumeuto & obiecto inueniemus. Coctricis tamen læſio in obiecto conſiſtit, ub ipſius defectum, ſine cibo quuque præaſſumpto aut ſumnus non conciliatur, aut male. Sed cùm ſomnus verè actio non ſit, non omnino eaſdem habebit læſiunum cauſas. Verùm hunc defectum ad obiectum referimus: nam alimenti vapor ſuauis cùm offertur, animalis facultatis viaa obſtruit & ſomni cauſa fit. Pulſuum verò diſtenſiones & contractiunes vſum exigunt tanquam obiectum, in quod contendunt, atque ſcopum, & finem, quod abiicere conantur, aut quud adiicere contendunt. Nam in diſtenſione facultas conatur calorem abundantem amouere, ac frigiditatem inducere, in contractione verò fumos prauos à corpore pellere, & à moleſtia leuari. De ſpatio diximus, in obiecto, aut inſtrumento contineri. Tempus verò non eſt de cauſis quæ actiones vitiant, quamuis vitia in tempore fiant, & circa tempus, ſed ob cauſas alias quas tribus membris comprehendimus. Quòd autem cutis raritatem ſudor ſequatur, vitium inſtrumenti eſt, quod ad retentiuoem minùs laxum exigitur, omnes itaque cauſas lęſionum in actionibus, ad tria tantùm genera reduci, & in eiſdem collocari fateri oportet, nempe ad facultatem, inſtrumentum, & obiectum. At verò operæpretium mihi videtur exemplis oſtendere, cauſas quas diximus actiones vitiare. Coctio ventriculi aliquando vitiatur, quod fieri non aliter contingit, quam læſa facultate aut inſtrumento, aut obiecto. Facultas naturalis eſt, atque ventriculo inſita, quæ in qualitate temperamenti ventriculi ſita eſt. Hanc autem lædi contingit, variata temperatura, quo in loco ſuccedit cognitio cauſarum morborum. Temperatura namque à cauſis internis, aut externis mutatur. Nec tamen coctio ſimili modo læditur ad omnes mutationes temperamenti, licet ad finem omnis diſtemperies vitiet propriam functionem: cùm enim mutatur ad frigiditatem, valde coctio lædetur & faciliùs: quòd ſi ad calorem mutatio fiat, non adeò facilè vitiabitur coctio, ſic etiam mutato temperamento ad humiditatem, non adeò facilè læſio accedit, vti mutatione facta ad ſiccitatem. Inſtrumentum verò læſum non paruas affert coctioni læſiones. Eſt autem præcipuum inſtrumeorum & generale (qooniam ad omnes coctiones expoſcitur) ſpiritus vitalis, & natiuus calor, qoibus deficientibus coctio deficiet, ventriculus quoque ipſe inſtrumeotum eſt peculiare coctioni deſtinatuo. Spiritus vitalis & natiuos (geoeralia & commonia omniũ natoraliom actionum) vitiantor, vbi non perueniant ad veotriculum aut in parua quantitate: id verò quoniam generantur in corde, ſed in panca qoantitate, ita vt non ſuperſiot, qui ad veotriculum tranſmitti debeant, aut corrumpaotur: aut generantur abũdè, ſed nun mittuntur, aut quooiam via eſt impedita, aot quoniam recurrunt, vti in doloribus & animi deliquiis, & aliis pathematis, & ſolicitudine, & literarum ſtudio, impediunt autem ſpiritus & caloris tranſitum cauſæ morborum in via. Minùs præcipuum inſtrumeotum

Spiritus eſt primum & præcipuum animæ inſtrumentum.

Cauſarũ lædentiũ actiones.

Ventriculus.

mentum,ſed pe culiare eſt ventriculos ipſe, qui coctioo em vitiabit, vbi læſus ſit: læditur tamen vt organicum membrum: nam vt ſimilare vitia patitur, ad temperaturam attinentia, quæ facultatem mutant, aut præcipuum inſtrumẽtum, nempe natiuom calorem & ſpiritum: organicum verò morbos patitur in compoſitiooe, à quibus actiones ventriculi lædi valent, quos impræſentiarum referre eſſet inutile, idem vnitatis ſolutiones efficere ſolent. At obiectum ventriculi coctionem ſæpiſſimè vitiat, ſine læſiooe facultatis aut inſtrumenti, ac ſine morbo quopiam, vti probauimus, aut etiam cum ipſo. Etenim ſi cibus copioſior ſit multo, quàm vt à facultate modicè ſe habente ſuperari queat, coctio vitiabitur, quandoque omnino ablata, atque fiet ab obiecto læſio. Sic vbi quis nullo ordine ſeruato cibos ingeſſerit, aut intempeſtiuè, aut vitioſi ſint, aut excrementum eoſdem corrumpens aliunde accedat; obiectum coctionem lædet. Quòd verò coctio ſine retentione fieri nequeat, ad obiectum eſt referendum, quòd cibum facultas non coquat, ſi non admittat coctionem, quiete: vigilia nihilominus coctionem impedit, ſed id facultas efficit, quæ per ſomnum validior eſt, & eo deficiente imbecillior. Attemperatus enim venter ſomno, & inſtrumentum vniuerſale, quod eſt ſpiritus, & natiuus calor in ſomno accedunt ad perficiendam coctionem ventriculi, & in vigilia diſcedunt. His ſanè cauſis ſimul accedentibus maximæ læſiones fient, & functionum abolitiones. Nec tamen ad læſiones actionum in diuerſis generibus pares habent vires morbi omnes: nam naturales functiones quàm maximè vitiat temperaturarum mutatio, præſertim ſi facultatem offendat, nam coctio, tractio, retentio, expulſio, & generatio, temperamentum ſequuntur partium in quibus exercentur, & à quibus manant. Animalis verò facultatis actiones quàm maximè vitiantur ob inſtrumentorum vitia, non ſic mutatione temperamentorum (quamuis hac de cauſa variari concedamus cum Gale. libro tertio de loc. pa.) Notum etenim eſt, functiones animales parum læſas eſſe in hecticis, in quibus temperamentum valde mutatum eſt, ſpiritus tamen diſſolutionem ſtatim ſequuntur animi deliquia, & caſus animalis facultatis, ac eiuſdem functionum abolitio, hoc eſt vitium inſtrumenti præcipui. Pariter quoque ſi inſtrumenta non præcipua ſua ratione laborent, vti ſi nerui obſtruantur, aut per tranſuerſum ſecentur, functiones animales eius partis omnino peribunt, aut totius ſi præcipuæ partis fuerint meatus qui obſtruuntur, viſoriæ quoque facultatis actio læditur, læſa ipſa facultate, aut eiuſdem inſtrumento: aliquando verò obiecti ratione. Facultas quandoque deficit, aut quoniam non valet in origine, languente cerebro, vti in ſenibus & quibuſdam ægrotis, in quibus ob morbos cerebri in temperatura, aut compoſitione, aut continui ſolutione, facultas animalis læditur & ſpiritus diſſoluitur ac minuitur, qui eſt ſentiendi præcipuum inſtrumentum, aut quoniam quamuis in cerebro vis animalis abũdet, non mittitur in oculos obſtructis neruis viſoriis. Aut læditur viſoria facultas diſtemperato oculo, præſertim cryſtallino humore, hoc eſt vitium in organo præcipuo videndi: diſtemperies verò octo generibus continentur, aut fortè humor prædictus ſedem mutat, aut minuitur quantitate, quæ diſpoſitio defectum ſequitur vitrei humoris, deinde ariditatem, & atrophiam ipſius. Læditur tamen quandoque viſio non læſa cerebri facultate, aut eiuſdem ſpiritu, neque læſo primo organo, ſed læſa via, nempe foramine rhagoidis, vbi immodicè claudatur, aut dilatetur, aut diſrumpatur, aut vitietur humor qui natura ibidem continetur, craſſior factus, vti in ſuffuſionibus, qua ratione viſorij radij non facilè penetrant, aut diminuatur, quo fiet vt concidat cornea ac comprimat rhagoidem, & cryſtalloidem: fiet quoque vt minori interuallo viſibilia pertingat viſus, aut externa alterent cryſtalloidem. Cùm autem cornea membrana facultati & obiecto ea parte quę pupillæ reſpondet interiaceat, expedit vt naturalem ſeruet perſpicuitatem, qua amiſſa viſus læditur: amittit autem ipſam ob intemperiem areſcens & rugoſa facta, aut ſi craſſus aliquis humor ſubſtantiæ ipſius infarciatur (quod in albuginibus fit) aut vngula adnaſcatur. Obiectum autem actionem vitiat, vbi ſplendidiſſimus color, aut alter multo ſplendore ſuffuſus oculis offeratur, nullo morbo inducto in oculo. Hinc fiet vt oculus lædatur in eſſentia, aut ex accidenti: in eſſentia, vbi diſtemperetur ita vt vitientur actiones. Ex accidenti verò, aut propter cauſam quæ continetur in ipſo, vt craſſo aliquo humore, aut ſuffuſione, aut ex accidẽti propter cauſam quæ non continetur in ipſo. Atque id bifariam, aut quoniam non tranſmittitur ad ipſum quod tranſmitti deberet, vt cùm non tranſmittitur à cerebro facultas oculo: aut quoniam tranſmittitur quod tranſmitti non deberat, vti cùm à ventriculo, aut aliunde mittitur vapor in oculos, ac efficit viſiones, eis quæ in ſuffuſionibus fiũt ſimiles. Priorem magis propriè læſionem per conſenſum & abſolutam appellat Galenus, quoniam maximè propriè conſenſus fit ſola compaſſione: quod verò ab alio membro aliquid ſuſcipit, iam quodammodo laborare per ſe dicetur, non compati alteri ſolummodo. Conſtat autẽ omnino vitiatarum actionum, veluti & ſymptomatum omnium cauſas eſſe morbos, aut cauſas præter naturam, aut ſymptomata, quæ morbos ſequuntur, aut ſine morbis fiunt: læſas autem actiones vitium accipere à facultate, inſtrumento, aut obiecto. Habemus etenim præter iam dicta familiare exemplum in ſenſu tactus: ſiue enim omnimodo auferatur, ſiue imbecillus fiat, ſiue celeritate & contentione eius actio vitietur, vt in dolore, neceſſum eſt in aliquo trium dictorum vitium conſiſtere: ſi enim facultas non tranſmittatur, aut imbecilla, tactus lædetur. Non mittitur tamen ob vitium cerebri, quod multis modis vitiatur, vt temperatura, aut compoſitione, aut vnitatis ſolutione. Quòd ſi læſa actione tactus vitium in cerebro non conſiſtat, diſquirendum, an inſtrumentum vitium patiatur. Præcipuum tamen animæ inſtrumentum eſt ſpiritus, qui non mittit, aut paucus, & ad pauciſſimum ſpatium. Aut vitium eſt in inſtrumento non mouente, atque ex eiſdem præcipuo: id verò eſt neruus tactorius, qui multifariam læditur, aut intemperie, aut ſoluta continuitate, abſciſſo neruo, aut ipſo patiente obſtructionem, aut compreſſionem, aut conſtructionem: hoc verò aut ab humore infarcto, aut inflammatione, aut callo, aut ſcirrho, aut quouis tumore iuxtà ſito. Quod facit etiam laqueus comprimens, aut ſuper partem decubitus, aut à re quapiam dura aut graui facta compreſſio. Læditur autem quandoque actio ſine his, quæ læſio inſtrumento minùs præcipuo, quod medij rationem habet, reſpondet, veluti cùm cutis externa, aut caro diſtemperatur, aut obdutatur & calleſcit, aut dempta eſt, ita vt ſine medio neruus à tangibilibus immutetur, aut pori plus iuſto rareſcant. Ex his enim fit vt ſenſus hebes reddatur, vt in ſtupore, aut ſenſus acrimonia ſuperabundet, & ob leues admodum

Actiones non vitiantur ab omnib. morbis pari modo.

Sympt. fac. anim.

Viſus læſi cauſa.

Viſus generales læſiones.

Actionũ vitiatarũ cauſæ generales.

Tactus læſi exempla.

modum cauſas dolore afficiatur: læſio itaque ob ſenſus acrimoniam ad inſtrumentum referri debet. Læditur autem tactus obiecti ratione in doloribus: per eos enim tactio celerior, & vehementior iuſto fit, ob vehementiam obiecti mouentis. Eſt autem obiectum propinquum, quod immediatè ſentitur in doloribus, nempe intemperies inæqualis, aut ſolutio vnitatis, dum fiunt. Remotum verò obiectum eſt, quod intemperiem efficit, aut vnitatem ſoluit. Vehementia igitur obiecti imprimentis id efficit ſymptoma, quod nos in læſis actionibus ſuprà locauimus. Sed putabimus doloris obiectũ actioné non vitiare, niſi vitiato prius inſtromento, ac perinde eam læſionem actionis ad inſtrumentum eſſe referendam. Verùm quamuis læſio inſtrumenti mediet inter cauſam remotam doloris & ſenſum, quoniam tamen obiectum propinquum generationem & celeritatem mutationis habet ab obiecto remoto, cuius actione ceſſante ſtatim ceſſaret dolor, etiam ſi obiectum propinquum præſens maneret: tota mutatio dolórq; ipſe, & actionis vitium, ad obiectum refertur, quod extra inſtrumẽtum conſiſtit. Quamuis tamen inſtituerim generalia tantummodo in hoc loco docere, illuſtrioris doctrinæ gratia exempla apponere decreui, vt in eis lectores exerceantur: atque vnum hoc in functionibus pulſatilis facultatis. Hæc ſanè in corde & arteriis exercetur: atque medicus arteriam tangens, vbi pulſum vitioſum reperit, id vitium inquirere tenetur, quod in facultate, inſtromento, aut obiecto reperiet. Sunt enim tres cauſæ quæ pulſum continent, quæ ſecondum naturam ſe habentes pulſum complent: his verò vitiatis aut aliqua earum pulſus à naturali variabit, & vitioſus fiet. Si ita pulſus efficiatur à naturali varius, vitium id omnino manabit à facultate, aut inſtrumento, aut obiecto à debito modo declinantibus. Facultas vitalis ſiue pulſatilis à corde manat, inſtrumenta ſunt arteriæ, obiectum ſiue vſus eſt duplex, alter diſtentionis, nempe refrigerare calorem qui perpetuò accreſcit, niſi ventiletur: conſtrictionis vſus eſt fumos prauos in arteriis & corde genitos à corpore pellere. Facultas actionem exercet, inſtrumentum conſentit, vſus vrget. Quòd ſi pulſum aliquem naturali minorem reperias, & vſus non eſt diminutus, calore videlicet aut moderato manente, aut aucto vitium ad facultatem referendum, aut ad inſtromentum. Quòd ſi inſtrumentum, nempe arteria dura non fuerit, aut intenta, aut vehementer laxa, facultatis vitium erit, aut quoniam non valet, vt in languoribus, & diſſolutionibus, & alimenti inopia, & magnis exercitationibus, & syncope: hæc verò ob intemperiem cordis. Aut non deeſt quidem in origine, verùm non effunditur, aut pauca & imbecilla, atque id propter ſpirituum paucitatem, non enim effunditur facultas vitalis ſine ſpiritu & natiuo calore, quamuis ipſa per arteriarũ ſubſtantias procedat, aut malè traducitur, aut meatus impeditus eſt obſtructione, compreſſione, conſtrictione, aut conniuentia, aut ſectione. Horũ cauſæ ſunt multitudo, & craſſitudo humorum, adſtrictio, refrigeratio, tumores, calli, tubercula, & laquei, & grauia ac dura opprimẽtia: aut recurrit is in animi pathematis, aut trãsfunditur in partem dolentem, ſi quæ dolet: fiet tamen in facultate vitiom, aut in eſſentia, aut quoniam grauata eſt: eſſentiam mutant temperamentorum mutationes, grauant ipſam multitudo, & craſſitudo, ac lentor. Quòd ſi valente atque tranſmiſſa abundè facultate, pulſus iuſto minor fuerit, vitium ad inſtrumentum, aut vſum ſiue obiectum referendum erit, ſi tamen vſus manet, vitium eſt in inſtrumento, quoniam durum eſt, aut immodicè laxum, aut oppreſſum. Durum fit ſiccitate, aut refrigeratione, aut vtroque, aut tenſum eſt inflammatione, aut ſcirrho, laxatur nimia humiditate. Opprimitur carne, aut tumore quopiam adiacente, aut multitudine humorum. Si tamen pulſu exiſtente paruo, facultas conſtauerit, & inſtrumentum vitio careat, obiectum vitiatum erit, nempe vſus diminutus. Talis autem fit diſſoluto calore natiuo, & ſpiritu, quod multis cauſis fieri conſpicimus, quas retulimus inter cauſas frigidorum morborum. Quòd tamen cauſæ internæ aut externæ pulſum mutent, fieri nequit, non mutata vna harum trium cauſarum. At verò hæc omnia latiſſimè traduntur à Galen. lib. de cauſis pulſuum. Non tamen videtur à ratione alienũ exercitationis gratia quorundam ſymptomatum peculiares cauſas diſquirere, & iam inuentas docere, à ſyncope initium facientes. In ſyncope ſanè vires non tantùm deſunt, ſed ſubito cadunt. Quod fieri nequit ob temperaturæ, ac facultatis mutationem, quemadmodum neque apoplexia: mutatur enim facultas in eſſentia, mutato temperamento: cùm autem ſubitò cadant vires, ac rurſum breui reparentur, notum eſt nec ſyncopem, nec apoplexiam à mutato temperamento oriri, ſed ob vitium in inſtrumento. Nos tamen hac in re veritatem ipſam ſectamur, non aliorum placita. Concidunt autem vires, aut animales, aut vitales, ob morbum, aut damnum in inſtrumento potiſſimo animæ, aut in minus præcipuo. Præcipuum autem inſtrumentum ſpiritus eſt, quem diſſolui aut corrumpi ſubitò contingit, magna aliqua facta euacuatione ſanguinis, aut ventris fluxu, aut ſudore, aut ob alimenti inopiam, quo accedente reparatur, aut corrumpitur ob veneni occurſum, aut peſtilentis aëris, aut fœtidi, aut ob corruptionem humoris, aut excrementi, aut partis corporis in veneficam naturam, has omnes virium conciſiones appellant medici, quoniam per eas facultas à potiſſimo priuatur inſtrumento, concidunt quoq; vires ſubitò in animi turbationibus, quod accidens non niſi ad ſpirituum diſſolutionem, aut eorundem ſuffocationem reducetur. Inſtrumento verò non præcipuo læſo ſubitò concidere vires notum eſt, facta obſtructione, ſic etiã arteria per tranſuerſum ſecta. Cùm autem humor obſtruens partem aliquam, vti neruorum originem, ſubitò dimoueri poſſit, aut ſi alter initio arteriarum includatur, ſubitò concidere vires, ac ſubitò reparari contingit. Fiunt autem huiuſmodi obſtructiones à craſſis, & lentis, & multis humoribus, aut compreſſis vaſis ipſis, à cauſis quas compreſſiones, & obſtructiones facere poſſe diximus. Tuſſis tamen, ſternutamentum, horror, rigor, vomitus, nauſea, ructus, ſingultus, pandiculatio, oſcitatio, læſæ actiones ſunt, à cauſa præter naturam ſiue obiecto concitatæ, natura verò conante quod præter naturã eſt excernere. Tremor immixta actio eſt animæ facultatis, & cauſæ præter naturam, veluti & quidam alij motus interrupti & torpidi, de quibus eſt pulſus tremulus. Conuulſio tota à cauſa præter naturam pendet, ſicuti & palpitatio. Tuſſis à cauſa fit grauante ſiue comprimente partes thoracis & pulmonis, aut eaſdem mordente, aut ab inæquali intemperie partium earundem, in quibus eſt aſpera pulmonis arteria. Eſt autem omnibus excretionibus commune, vt facultas excernens ad eas excernendas commoueatur, quoniam grauant, aut quoniam mordent, aut quoniam à natura ſunt alienæ. Nam ſternutatio à cauſa concitatur interna narium membranas irritante, & titillationem

Pulſus læſionum cauſa.

Nota.

Syncopes cauſa.

Spiritus noxa.

Symptomata à cauſa præter naturam orta.

Tremor.

commu

Rigor. commouente. Rigor verò à cauſa mordente celeriter mota per ſentientes corporis particulas, quam calidam aut frigidam eſſe contingit. Differunt tamen rigor, inæqualis ſenſus, & horror motu & magnitudine cauſæ. Humor enim paucus, ſed quietus inæqualem ſenſum efficit, motus autem, horrorem, copioſus verò ac motus, rigorem, qui eſt totius corporis inæqualis concuſſio, ac conquaſſatio. Concuſſio autem hęc naturalis facultatis expultricis eſt munus. Accedunt autem ad rigorem efficiendum humor mordens, & motus, & ipſius humoris copia, & facultatis robur, aut imbecillitas, à quibus vehementiſſimi rigores concitantur, ſi acceſſerint ſimul excrementi mordacitas, & copia, & celer motus eiuſdem, atque virium imbecillitas, contrariæ cauſæ aut non efficient rigorem, aut minimum, mediæ verò medium. *Vomitus.* Vomitus à cauſa concitatur mordente, aut grauante, aut à quibuſdam cibis ingeſtis, aut ſuccis, qui à tota ſubſtantia ventriculo aduerſantur. *Nauſea.* Nauſea vomitum antecedit, vti tuſſim κέρχνος: eſt autem hic, motus faucium ad ſcreationem cum raucedine. *Nauſea cauſa.* Cùm igitur cauſa mouens ventriculum continetur in cauitate antecedente nauſea, vomitus ſequi ſolet: cùm verò excrementum internæ membranæ ventriculi hæret, nauſea fit commoto ventriculo ad expulſionem, ea non ſequuta, concitatur quoque nauſea ſæpiſſimè his qui pingue aliquod ingeſſerunt, iam ſinita coctione. Tunc etenim pingue hærens interius ventriculi ori, talem inducit affectum, qualem ſatiatis pinguia oblata inducere ſolent: id itaque ſex aut ſeptem horis à cibo experientur, maximè ſi interim ventriculus refrigeretur. *Ructus.* Ructus fit excernente natura ſubſtantiam flatuoſam quæ in ventriculo continebatur. *Singultus.* Attinet enim his ad naturalem expultricem ventriculi ſingultus, vehementer ipſa commota ad expellendum cauſam nocentem, fitque omnino conuulſionis modo, aut ab humore copiam concitante facultatem ad excretionem, aut tali flatu fibris ventriculi infarcto, éſtque ſingultus à repletione procedens. Altera tamen ſpecies fit, areſcente ventriculo, vti & ſicca conuulſio in neruis. Accedit tertia ſingultus ſpecies, quæ à mordentibus cauſis concitatur, vti pipere, & vino, aut à cauſis non valde mordentibus ex natura ſua, ſed quæ in ventriculum acri ſenſu præditum, aut abraſum, exeſum, aut vlceratum, inciderunt. *Pandiculatio.* Pandiculatio fit commotis muſculis ad excludendum flatum, ſiue excrementi vaporem, fit quoque natura conante celeriorem & vehementiorem alimenti deductionem per corpus, qua in re membrorum tractrix ab animali facultate muſculorum iuuatur. *Pandiculatio febricantium.* Sic etiam incipientibus acceſſionibus pandiculantur ægri, vt animali facultate cooperante iuuentur ad excrementorum pulſionem extra vaſa: quòd ſi vapor in muſculis temporalibus & maſticatoriis contineatur, oſcitatione mouebit. *Tremor.* Tremor in laborantibus à facultate & morboſa cauſa fit, non aliter quàm ſanis & valentibus hominibus, vbi pondus magnum geſtare conentur humeris ſuperpoſitum: hi enim inter incedendum tremunt, conante facultate onus geſtare maius quàm pro viribus, dum tamen vires contendunt pondus ferre à pondere grauatæ vincuntur, ſed rurſus receptis viribus, ad actionem redeuntibus pondus vincunt. Quod ſenibus ipſis in ſuorum corporum delatione contingit. In ægrotis verò id ſymptoma conſpicitur, contendente animali facultate loco mouente, partem aliquam tranſponere, aut in loco aliquo pendente firmare: tunc etenim grauitate ſuperante pars deorſum fertur, ſed rurſus receptis viribus, atque ad membri tranſpoſitionem aut in loco fixionem redeuntibus, eam mouent, aut firmant, & eleuant. Erunt igitur potiſſimæ tremoris cauſæ quæ facultatem languidam reddunt, & quæ grauitatem addunt, ita vt membra mouere nequeat veluti ſani ſolent. Imbecillam verò reddunt facultatem frigida intemperies qualis ſenibus adeſt, & cauſæ grauantes, vti ſuccorum nimia redundantia, aut craſſi humores, aut lenti, & impedientes delationem facultatis animalis, qui ipſam minorem reddunt. Quod etiam facit nonnunquam nimia humiditas neruos laxans, quam diſpoſitionem ſequitur ſtupor, & quandoque paralyſis. Conuulſio talis membri contractio ad originem eſt, nobis inuitis facta, qualis valentibus aliquando fit. *Conuulſio.* Nolentibus tamen tales fiunt membrorum ad originem contractiones, quales in cithatæ fidibus: hæ verò ſi intentæ diutius permaneāt, cùm conuelli nequeant, vtrinque ligatæ, ſiue ob aëris humiditatem, ſiue nimiam ſiccitatem, diſrumpuntur. Muſculi tamen & nerui, cùm non ſint ita oſſibus alligati, vt collateralis cogi poſſint, non rumpuntur, ſed ad originem deducuntur, ſiue à nimia humiditate impleantur, ſiue à vehemētiori ſiccitate corrugentur. Nemo autem eſt qui non nouerit tertiam conuulſionis ſpeciem neruis aduenire ſimilem ſingultui, *Conuulſionis 3. ſpecies.* venienti ob morſum, partibus ad originem vſque conſentientibus. Quemadmodum comitialem morbum ſæpe concitatum videmus, non primaria ipſa in capite affectione, ſiue per eſſentiam laborante, ſed ſecundaria & per conſenſum, ſunt autem horum affectuum cauſæ quæcunque neruos implentes, ipſos reddunt breuiores, de quorum numero ſunt tumores præter naturam, & craſſi humores, ſiccæ tamen conuulſiones ab his proueniunt cauſis, quæ morbos ſiccos efficere valent. Tertia tamen ſpecies à cauſis mordentibus fit, & ab his quæ cerebro tranſmittere valent craſſos vapores, aut acres & mordentes, aut à nerui punctura. Palpitatio à *Palpitatio* craſſo vapore fit implente partem aliquam, quę diſtenſionem & motum diaſtole ſimilem pati poteſt, quales ſunt genæ, palpebrę, aut membranis circumſepta loca, vti veſica, inteſtina, & ventriculus, flatus itaque craſſúſve vapor interclusus ipſam diſtendit, quæ ſtatim concidit, & rurſus diſtenditur, idque fit donec vapor in cognatum aërem expiret, interim tamen pars dilatatur vapore ingrediente: ſed in partem proximam ipſo tranſmiſſo fit contractio, & rurſus ipſo redeunte diſtenſio. Hinc nota erit cauſa, & ſymptomatis generatio. Secundum ſymptomatum *Symptomatū ſecundi generis cauſa.* genus ſuprà ſtatuimus corporis affectus, quos à morbis mutari contingit interuenientе actionum læſione, ſed vitiantur quandoque ſine morbis, non tamen ſine læſis actionibus, quas ſuperius docuimus nonnunquam abſque morbis lædi. Quòd ſi affectus corporis vitiati læſas actiones ſequuntur, qui generali methodo inuenire voluerit cauſas vitiatorum affectuum, eas omnes reperiet in cauſis læſarum actionum, has tamen contineri diximus in facultate, inſtrumento, & obiecto, quas modò pariter cauſas vitiatorum affectuum ſignamus. Cùm enim corporis color vitiatur, vt in icterico morbo, bilem redundantem intelligemus, ſanguinem, ſi rubeus fuerit color, pituitam, ſi albus, melancholiam, ſi niger. At verò ſi color albidior appareт, vitium aderit in obiecto: quoniam humor pituitoſus vbi copioſior ad membra deferatur, ſuperari à facultate nequit. Aut erit vitium in facultate partis, nequeuntis ſuperare quod iuſtum eſt, ſed id inconfectum relinquit.

Digitized by Google

linquit. Aut aderit vitium in inſtrumento, ſi refrigerato babitu corporis, ſanguis intrò recurrat extremis eaanguibus relictis. Color etenim pallidus in eute apparet, aut multa bile ad curem transfuſa, quod vitium in eapultriee contingit: eſt namque error in termino: foret enim hæc per ventrem excernenda. Aut vitium eſt in inſtrumento, vbi ob cutis cunſtipationem, quæ refrigeratione, aut alia cauſa facta eſt, excrementum id nun tranſpirat. Aut eſt vitium in facultate altriee coquente, quæ ſanguinem corrumpit, aut vitium in obiecto, qoonıam bilis multa domari, ac ſuperari, & diſcuti nequit. Licebit autem volenti in ſingulis eaercert, inuenire affectuum omnium vitiatorum cauſas in tribus prædictis generibus. Fœtor etenim à corpore expirans, vitium in obiectu ſignificat, ſi exerementum vitioſum ſit, & quod naturam ea cibis contraxerit ad putredinem aptam. Aut fiet ob vitium in inſtrumentu, ſi membrum in quo ſuccus, aliàs bonos contioetur, meatoum anguſtiam, aot obſtructionem patiatur, ſine his quoque ob vitium facultatis putredo incipit, nequeunte natura ſuccos gubernare digeſtione, & coctione. Sonus quoque mutatur, cùm flatus per inteſtina deuoluitur & cohibetur, aut ob copiam ipſius, aut imbecillitatem facultatis eapultricis, aut inſtrumenti anguſtiam.

Excrementorum vitiatorum cauſa. Sed iam ad tertium ſymptomatum genus tranſeamus, quod in exerementorum vitio conſiſtit, quod læſas actiones ſequi ſupra diximus, & ad læſarum actionum cauſas omnino eas quæ vitiant exerementa reducemus, eruntque eacrementorum vitiatorum cauſæ generales inuentæ, quas ſeiunctim licebit in omni genere eacrementorum inuenire. Nec tamen has tantùm generales cauſas eaercitatus aſſequetur. Sed peculiares ſingulorum veluti à Galen. ſummo medicinæ parente in libris de cauſis ſymptomatum miro modo inuentæ ſunt.

Corizæ exemplum. Porrò eapedit vnico coriaæ exemplo eacrementorum mutationem in eauſas generales deducere, deinde verò quaſdam alias excrementorum mutationes, ad peculiares, & proprias eauſas vſque percurrentes tradamus. Si namque à capite per nares eacrementum pertenue, ac multum diſtillauerit, vitium erit in obiecto, vbi humor in eaput aſcendat tenuior iuſto, & copioſior, ita vt vinci nequeat à facultate natorali, adhuc conſtante. Quod alia ratione ad læſam actionem membri tranſmittentis referri poſſet. Aut id excrementi genus ſequetur læſionem in inſtrumento, vbi videlicet caput refrigeratum ſit, nondom tamen facta diſtemperie: frigiditas verò humorem ante coctionem eaptimat, & cuti adſtricta impediatur ſeroſi & aquoſi homoris tranſpiratio: quod etiam remiſſo calore ſeqoitur. Neutra tamen harum cauſarum accedente, vbi eerebri facultas concoctrix imbecilla fuerit, idem continget. Nec tamen negamus plures ea his cauſis adiungi poſſe, ac ſimul accedere, multo ac ſeroſo eaeremento aſcendente, eapite refrigerato, & languente coctrice facultate ipſius. Quoniam tamen ab initio diximus, ſymptomata omnia generaliſſimas cauſas habere morbum, cauſam præter naturam, & ſymptoma: notum eſt in præſenti eaemplo, tenuis eacrementi cauſam aut eſſe caoſam ipſam quæ ſuperari non potoit, aut morbum eerebri: is verò fiens erat intemperies, eùm nondum vitiare valebat facultatem, cùm verò ipſam vitiare valebat ac imbecillam reddere, facta aeceſſit quoque meatuum anguſtia. Expedit præterea, vt exemplis quibuſdam doceamus, eacrementorum mutationem ad poſtremas, & minimas vſque cauſas deducere, ac primum in deiectionibus.

Deiectionum vitiatarum exemplum. Mutari ſanè contingit deiectiones quantitate, qualitate, aut tota ſubſtantia, ſicuti & exerementa omnia, & hæc aut læſa facultate, aut inſtrumento, aut vitiatu obiectu. Fit itaque vt deiectiones tempus anticipent, aut poſtponant, aut frequentius, aut rarius ſolito deſcendant, aut quantitate variæ ſint à naturæ, ſuperabundantes, aut diminutæ, aut erunt qualitate vitioſæ, aut tota ſubſtantia variæ, vti cruentæ, aut pingues, aut ramentoſæ. Diximus tamen in excrementorum mutationibus conſiderandum opus, ſiue excretionem, & id quod eacernitur. Quamobrem ea differentiis prædictis, quæ ſumuntur à celeritate, & tarditate, & frequentia, ac raritate, inter læſas actiones reponuntur, ad tempus attinentes, vitiantur enim actiones celeritate, & tarditate, longitudine, ac breuitate, continuitate & intermiſſione: id tamen quod excernitur quantitate, & qualitate, aut ſubſtantia. Hæc vbi quis in deiectionum mutationibus probè nouerit, ſimilia in reliqois exerementorum generibus facilè aſſequetur. Quod ſi deiectio tempus anticipet, læſa actio erit, quæ vitiom aſſumet ex facultate, inſtromento, aut obiecto. Facultatis etenim retinentis actio vitioſa eſt, ſi alimentum non retineat ad complementom coctionis, atque ſi diutius retineat, ſic etiam ad læſam actionem attinere notiſſimum eſt, ſi deiectio tempus anticipet, quoniam ab expultriee ante tempus eacernatur. Galenus porrò libro tertio de cauſis ſymptom. deiectionem, quæ tempus anticipat, aut poſtponit, & frequentem, ac raram inter ſymptomata attinentia ad excrementorum mutationem recenſet. Cùm tamen ipſe de Different. ſymptom. cap. 4. inter læſas actiones expultricis facultatis ventris, ſymptoma id annumeret, dicens: Motus verò quaſi deprauatus eſt, quum vel properat ad actionem, antequam perfecta ſit coctio, vel tardat, vel ceſſat etiam perfecta coctione, & rurſus lib. eodem, capitulo quinto, inquit: At ea quæ præter naturam vel retinentur, vel excernuntur à corpore, per tres differentias prima ſectione diuiduntur. Vel enim tota ſubſtantia, vel qualitate, vel quantitate, à naturali habitu recedunt. Conſtat autem eam deiectionem quæ tempus anticipat, aut poſtponit, aut qoæ rariùs, aot frequentiùs ſuccedit, hac ratione nullum tale vitiom quantitatis, qualitatis aut totios ſubſtantiæ oſtendere: poſſent enim ob vitium facult. euenire. Quod itaque tempus aut anticipet, aut tardet, ſiue à facultate, ſiue ab inſtrumento, ſiue ab obiecto ortum habeat, ad actionis læſionem referri debet, ſic & quæ frequentiùs, aut rariùs ſuccedit. Vitia verò in quantitate aucta, aut diminuta, aut qualitatis deprauatione, aut totius ſubſtantiæ mutatione, in ipſis ſunt excrementis. Aot teneretur quidem Galen. conſiderare in excrementis præter quantitatem, qualitatem, & totam ſubſtantiam, tempus, quinimo & locum per quem eacernuntur.

Ciborum deſcenſus celeris & tardi cauſa. Cùm itaque celeriùs deſcendit deiectio, aut ventriculus à cibis grauatur, & id aot quoniam qoantitate abundant, aut quoniam qoantitas maior eſt, quàm pro viribus ventriculi, aut quoniam ventriculus mordetur, & id aut ob ciborum acrimoniam, aot ventriculi ſenſum acrem: morſu namque accedente, protinus facultas eapultrix alimentum excernit, non expectata coctione: quòd verò mordetur aut ad obiectum, aut ad inſtrumentum attinet. Ciborum quoque natura, celeris deiectionis eauſa eſt, vbi cibi viſcidi ſint, & humidi, maximè ſi motus corporis accedat: nam is alimenta deſcendere facit, niſi vehemens adeò fuerit,

Digitized by Google

rit, vt in corpus ipſum digeti cogat. Efficit autem viſcidus cibus prima menſa aſſumptus, vt lubticitate inteſtinis inducta, alij etiam cibi coſdem ſeqoantur. Tardatur autem ſupra conſuetum excrementorum deſcenſus per venttem, propter tobur retentricis facult. aut imbecillitatem eapultricis ventris, & inteſtiuorum, aut ob ſenſum bebetem eorundem. Tum etiam ob ciborum paucitatem: qui enim pauci ſunt, cùm non grauant, non etiam pelluntur ea ratione. Præterea ciborum natura idem efficit vbi fuerint acetbi, aut auſteri. Accedit ad tardam deiectionem efficiendam, præſertim ſi dura fuerit, imbecillitas muſculorum abdominis: idem quoque fit ob dolorem in eiſdem partibus, aut conſentientibus: nam & hac ratione minimè audent muſculos comprimete ad deiectionis eapulſionem. Pari ratione in doloribus ad thotacem & ſeptum tranſuerſum attinentibus, cùm non audeant ægri magnas efficere teſpirationes, deiectio deſcendit tardè, quoniam motu teſpitationis conſtitutione ſepri tranſuerſi & abdominis, toto vitæ decutſu fæx venttis & inteſtinorum deorſum pellitur. Quam cauſam demiſſionis fæcum potiſſimam eſſe, minùs præcipuam verò compreſſionem, per fibras inteſtinorum factam, exiſtimare decet. Frequentius ſolito deiectio ſuccedit, aut ob imbecillitatem, quæ intemperiem ſeqoi ſolet, aut ob morſum. Morſus autem fit à qoalitate ciborum, aut qooniam medicamentum cibis miſcerut, aut quoniam corrumpuntot in ventre, aut quoniam venter ſenſu acri præditus eſt, aut inteſtina, aot ob vlcus eorundem, aut excrementorum aliunde venientium, aut ibidem genitorum actimoniam. Relaxatio quoque muſculi claudentis anum frequentes & inordinatas efficit deiectiones. Ratius deſcendit deiectio ob alimentorum paucitatem, & magnam diſtriburionem, & diſſipationem alimenti, aut ſenſum bebetem. Paucæ tamen & quantitate diminutæ pro quantitate eorum quæ aſſumpta ſunt, d ſecudunt deiectiones, quoniam vehemens fit diſtributio, ita vt totus ferè humor alimenti aut diſſoluatur, aut in ambitum corporis digeratur, aut quoniam aliqua eius pars in cæco inteſtino concluſa retinetur. Deiectio verò copioſior quàm pro ratione ciborum aſſumptorum, ſuccedit, tum ob paucam diſſolutionem ac diſtributionem, tum etiam ob confluxum eacrementorum ea vniuerſo corpote, aut aliqua parte in ventrem. Mutantur etiam à naturalibus deiectiones qualitate, vt colore, odore, & caliditate, aut frigiditate, tenuitate, & craſſitudine, mollitie, & duritie: hæc verò aut ob naturam ciborum, aur ventris & inteſtinorum temperaturam, aut ob humores & exctementa, aut aliunde confluentia, aut in ventre & inteſtinis genita, ſed hæc intra ſpeciem naturalium deiectionum intelligenda ſunt: nam quæ tales non fuetint, alienæ tota ſubſtantia dicuntur, quales ſunt porraceæ, nigræ, pinguès, tamentoſæ, cruentæ, aut putulentæ. Porraceæ ſine febre generantur in ventre, ea corruptione ciborum eius naturæ: cum febre in venis generatur bilis porri colorem teferens, ex bilis flauæ vſtione. Nigræ ab atra bile fiunt, quæ ſi exquiſita fuerit, toto genere præter naturam erit, & bilis aut ſanguinis aſſationem ſignificabit, atque calorem vrentem. Pingues colliquatione fiunt. Ramentoſæ ab acribus excrementis per ventrem deſcendentibus procedunt, quæ inteſtina abradunt: eruentæ verò fiunt quandoque natura ſanguinem excernente, indieatrionis modo, cùm abundat per intetualla temporis, quod fieri ſolet dimiſſo diutius aſſueto exercitio, aut parte quapiam mutilata. Aut eacetnitur ſanguis ſplendens ad nigredinem tendens, qui vſtionem oſtendit, & ſplendore ſubnigricante agnoſcitur. Aut ſimiles ſunt deiectiones loturæ carnis, quæ indicant ſanguinem aquoſum inconfectum, qui ob iecoris imbecillitatem talis redditur. Fit quandoque vt natura validè commota à cauſis mordentibus, eacernat expultrix teliqnos bumores, ac deinde ſanguinem ipſum, ſicuti & vbi biberit qnis ſupeteapurgãs medicamentum, hic autem ſanguis probè coloratus eſt, & aliquando ſolus, aliquando cum reliquis humoribus eaire conſpicitur. Succedunt nonnunquam cruentę deiectiones, cum dolore, pauca quantitate, mordacibus eacrementis miaæ, & ramentis, & pinguedini inteſtinorum & quandoque puri, aut ichori, quæ vera ipſa dyſenteria eſt, nobis inteſtinorum difficultas. Eruntque quinque deiectionum cruentarum geneta. Purulentæ verò fiunt aut genito pute in inteſtinis, aut aliunde tranſmiſſo, & hæc aut ab vlcere, aut tupta ſuppuratione.

Reſpiratione fæx deorſum per ventrem nititur.

DE GENERALI MORBORVM NOTITIA, ET MEDENDI METHODO,

PARS SECVNDA.

De generali morborum notitia.

CAPVT I.

EX bis quæ à nobis de motbis, caoſis, & ſymptomatis dicta ſunt, non paucam vtilitatem ad morbos agnoſcendos colligemus, neque ad hoc tantùm, ſed etiam ad inueniendas patientes particulas. Nec tefert dicere quàm vtilis ſit hæc doctrina his qui ad artem corandi ediſcendam ſe accingere volunt, nec quàm fuerit hæc generalis pars artis à multis omnino prætetmiſſa, qui ab initio ſuorum operum nulla vniuerſali conſidetatione habita morbotum, cauſarum, aut ſignorum, ſtatim nobis morbos partium ſingularum curandos proponunt. Quidam verò quamuis non propoſuerint morbos partium in initio ſuorum operum cotare, nihil tamen genetale ad eam tem neceſſarium præfari, quod peculiare eſt, aggrediuntur docere; quamobrem coguntur ſæpe in oſtendendis morbis ſigna confundete, nunc quidem diuerſis morbis communia, nunc verò vnius motbi propria, communibus, quod non parum lectores confundit, & turbat, deinde verò curationem aggreſſi vniuerſali medendi via incognita, omnia ſibi obſcura & difficilia videntur, & probatione carentia. Nos ſanè hac de eauſa ſignotum generalem doctrinam tradere inſtituimus antequam curationem generalem, aut particulatem perſequamur. Signum autem ex omnium philoſophorum conſenſu id appellatur, quod ſenſui oblatum ducit in rei obſcutæ cognitionem, veluti in medicina rubeus color faciei ſanguinem ſubeſſe demonſtrat. Docuerunt autem medici cotporibus ſigna ſuæ denominationis impartiri, vt ex ſignis corporum naturas aſſequerentur. Cùm autem corpora quædam ſint ſana, quædam ægra, quædam neutta, ſic etiam ſigna appellauerunt ſana quæ corpus ſanum oſtendunt, ægra quæ ægrũ, neutra quæ neutrum. De ſignis ſanis & neutris ſu-

Signum quid.

Signorum differ.

pra non pauca tradidimus, nunc verò ſigna ægra percuttere eſt in animo. Sunt tamen ex ſignis tam ſanis, quàm ægris, quàm neutris quædam demonſtratiua, quæ docent præſentem corporis ſtatum, ſanum, ægrum, aut neutrum: quædam prognoſtica, quæ oſtendunt futurum ſtatum, quædam memoratiua, quæ docent præcedentem: quamuis artis prognoſticæ munus ſit non tantùm futura prædicere, ſed præſentia, & prætetita nondum ſenſu cognita. Decet autam non modò morborum naturam ex ſignis tenere, ſed etiam patientes partes, & morbi cauſas, & effectus, & fines, & tempora, & magnitudinem, & morem. Morbi namq; natura ex propriis notis agnoſcitur, veluti phlegmone ex dolore, calore, tumore, pulſu, rubore & tenſione. Pars laborans agnoſcitur, quoniam dolor puoctorius membranas affici docet, & furfures qui cum vrina minguntur ſine febre, in veſica morbum eſſe. Cauſæ morborum deprehenduntur, ſi quis cognita febre repetente per tertium, bilẽ eſſe morbi cauſam agnouerit, & morſum oris ventriculi, à bile procedere intellexerit. Fines quoque morborum aſſequetur ex notis quæ oſtendent ipſos eſſe ſalutares aut lethales, quæ ex pulſibus, & vrinis præcipuè ſumũtur, in quibus enim vrina cocta eſt & pulſus conſtans, agnoſcimus futuram ſalutem, contrà verò in quibus hæc longè à natura abſunt. Effectus ſunt, læſæ actiones, excrementa, & qualitates. Rurſus ſigna notanda, quæ docent quòd morbus cum criſi aut ſine ipſa finem eſt habiturus, aut quòd coctione ſenſim finietur, & qua via criſis futura. Nam morbi magnitudo & motus celeritas etiſim docent, locum verò morbi natura, & pars patiens, & imminentia ſymptomata, quorum omnium latam fecimus expoſitionem in libris Prognoſticorum. Tempora morborum notæ quædam oſtendunt, vti quòd morbus in principio exiſtit, aut in augmento, in ſtatu, aut inclinatione: cruda enim excrementa principium, parum cocta augmentum, probe & integrè cocta ſtatum, & quantitate diminuta inclinationem demonſtrant. Morbi quoque eſſentia ſeipſam, ſuámque magnitudinẽ & magnitudinis tempora pandit: ad quod accedit ſignorum propriorum magnitudo. Longitudo ac breuitas ex notis temporum morborum venantur: nam qui morbi in ſtatu, aut inclinatione ſunt, non longè abſunt à fine, nec longi deinde ſunt futuri, ſed ad longitudinem morbi aſſequendam ex cauſæ natura procedimus, & ætate, temperatura, & anni tempore. Morem morbi, ſiue benignitatem & malignitatem ex ſignis ſalutaribus & lethalibus (quæ ſigna coctionis non ſunt) agnoſcemus, quorum non pauca in libris prognoſticorum ab Hippocrat. tradita ſunt, vti quæ à facie ſumuntur, reſpiratione, mentis turbatione, & extremorum refrigeratione, aut liuore. Sunt etiam morborum ſigna quædam communia, quædã propria, quædam inſeparabilia, quædam propria & inſeparabilia, communia pariter, aliqua inſeparabilia ſunt. Signa communia ſunt quæ in morbis diuerſæ naturæ reperiuntur, vti dolor capitis, aut vrina alba. Propria verò ſunt quæ vni tantùm generi affectus conueniunt, vti reſpiratio magna & frequens, quæ calorem indicat in partibus thoracis: ſed tamen ſigna propria quædam ſeparari poſſunt, vti pulſus ſerratus inflammationum eſt proprius, verùm ab ipſis quandoque ſeparatur, vt in pulmonia. Dolor autem lateris pungenti ſimilis morbo laterali proprius eſt, & inſeparabilis: adiungimus autem plura ad vnius ſigni conſtitutionem: nam dolor pungenti ſimilis communis eſt membranoſis partibus, vt autem ipſum proprium efficeremus, addidimus, lateris: nam & Galen. vbi ſignum aliquod proprium inſeparabile facere voluit, dixit febrium putridarũ ſignum proprium & inſeparabile eſſe vrinam ab initio crudam, aut obſcurè coctam, ſic etiam dolor lateris morbo laterali eſt proprius: cùm verò additur pungenti ſimilis, inſeparabilis redditur. Súntq; hac eadem ratione communia quædam, ſed inſeparabilia ſigna, vti dolor, is enim communis eſt multis morbis, ſed à morbo laterali, & quacunque inflammatione inſeparabilis. Propria ſigna morbo coapparent, ſed communia poſt apparent quædam, quæ ob id mox apparentia dicuntur, veluti in morbis venenoſi generis vrinæ coctio. At verò ex eiſdẽ communibus ſignis quæ mox apparent, ſunt hæc ἐπιγινόμενα, quædam ſunt veluti propria morbo, quædam omnibus morbis communia, quaſi dicas quædam eſſe quæ peculiariter in eo morbo conſiderantur, quædã quæ in omnibus aduertenda ſunt: in morbo namque laterali ſputum, ſignum commune quidem eſt, verùm vt peculiare conſideratur: vrina verò non tantùm communis nota eſt: ſed neque peculiaris nota habetur ex ipſa in laterali morbo. Sunt etiam ſigna quædam παθογνωμονικὰ, id eſt, paſſionis ſignificatiua, quæ paſſionem indicant, & ex pluribus coniunctis paſſio exquiſita conſtituitur, vti ardor & ſitis incompeſcibilis: hæc enim ſimul non tantùm indicant febrem ardentem, ſed etiam exquiſitam, quod neutrum per ſe faceret, ſic & dolor lateris pungenti ſimilis, cum difficultate reſpirationis, febre continua, & pulſu ſerrantis ſpeciem referente, & tuſſi, ſigna ſunt pathognomonica, paſſionem exquiſite conſtituentia, ſigna verò συνεδρεύοντα morbo aſſident, veluti quòd ad iugulum dolor aſcendat, aut ad hypochondria deſcendat. Quamobrem coguntur medici ad conſtituendam & oſtendendam aliquam paſſionem exquiſitè, ſignis propriis & communibus vti: præſertim cùm non tantùm paſſionem docere conantur, ſed paſſionis ſpeciem, & partem patientem: inde enim fit vt euidentior habeatur morbi notitia: non enim indicarent communia ſigna certum aliquod, niſi propria adiungerentur. Id profectò nos in ſingulis morbis oſtendendis faciemus, vbi prius ad inſtitutum reuerſi generali docendi via referamus, à quibus genera omnia ſignorum deſumenda ſunt, vt nullum eorum quæ ad morborum cõſequutionem & integram notitiam ſunt neceſſaria, nos fugiat. Porrò quæ nobis aliqua ratione aliàs occulta erãt, deinde patent, aut ex ſeipſis, quoniam ſeſe nobis offerunt, aut ex aliis. Ex ſe quidem idem eſt quod ex propria ſubſtantia, ſiue eſſentia, ſiue natura, vti ſextus digitus, cuius cognitio ex ſubſtantia propria habetur, magnitudo namque eius, color atque figura, ſe offerunt viſui, itaque non ex aliis quàm ex ſibi inſitis accidentibus rem ipſam agnoſcimus. At verò (ea) quorum ſubſtantia non patet ex ſe, ſed ex aliis ipſam aſſequi opus eſt, veluti humorum qui in intimis corporis partibus concluduntur, atque omniũ morborum internarum partium, quorum naturas & ſedes Galen. in libris de locis patientibus docere contendit, ex duobus generibus ſignorum inueſtiganda veniunt. Duabus ſiquidem viis, atque iis tantùm Ariſtot. vſus eſt ad quoduis demonſtrandum, à cauſa nempe & effectu. Incognitos igitur morbos & patientes partes inueniemus, aut ex ſemetpſis, nullo ſignorum genere adiuti: quod enim ſeipſo cognoſci valet, non eſt cur aliunde veniat perquirendum, præſertim cùm ſigna ſenſibus externis oblata, rei obſcuræ faciant cognitionem, &

ad in

In morbis conſideranda.

Signa propria & communia.

Signorum generalis inuentio & agnoſcendi via.

ad incognita nos ſignis vtamur, ſigna verò ad occultorum aſſequutionem ſumemus ex cauſis, aut effectibus, quamuis ex aliis quæ minorem fidem quàm hæc facere poſſunt, quandoque medici ad morbos & partes ægrotantes inueniendas procedant, hæc ſunt ſimilia, & diſſimilia, quibus vtitur Hippoc. libro primo prorrheticorum. Talia quoque ſunt quæ admota iuuant, aut nocent. Summatim igitur dicemus viam omnẽ ad morbos & morbidas partes aſſequendas, ſumi ex eſſentia, aut cauſis, aut effectibus, ex ſimilibus & contrariis, ex iuuantibus & nocentibus. Ex propria ſubſtantia ſeipſam oſtẽdit phlegmone, manus aut cruris, ex cauſis, vti ſolis ardor: is enim oſtendit caput præcipuè offenſum, & in prima acceſſione redundans bilis oſtendit tertio die futuram ſimilem acceſſionem tertianam. Ex effectu calor mordens atque acris bilis oſtendit abundantiam, & linguæ nigredo febrem ardentem, & tinnitus aurium flatum. A ſimilibus: nam tertiana exiſtimatur febris quæ æſtate aduenit aut iuueni, quoniam in hoc tempore, & hac ætate febres tertianæ fiunt, veluti vbi ſimiles morbi populariter graſſentur. A diſſimilibus, ſi tempore calido generantur morbi calidi, diſſimiles erunt qui generantur tempore frigido, & facies ſanis valde diſſimilis, eſt valde mala. Ex his quæ iuuant aut nocent, qui enim à calido iuuantur, calidi non ſunt, ſed frigidi morbi, & qui à calido noxam ſuſcipiunt, frigidi non erunt, ſed calidi, dum ægrotant: dum verò ſani ſunt, ſi calidis modicè oblatis iuuantur, ſunt calidi: frigidi verò, qui à frigidis modicis quoque. Medicus itaque ad ægrum videndum accitus, cuius morbus intimas occupet ſedes, hunc ſeruabit ordinem. Morbi genus conſiderabit imprimis, deinde ſpeciem, deinde locum affectum, deinde magnitudinem affectus, & morem, deinde tempora, & fines. Hæc autem aſſequetur ex cauſis & effectibus, & ſimilibus ac diſſimilibus, iuuantibus & nocentibus: veluti ſi morbus lateralis ei offeratur, primùm agnoſcet inflammationem eſſe, non quidem ex ipſa re quæ ſenſui occulta eſt, ac perinde tota res agenda eſt coniectura, ſed ex cauſis, & aliis dictis. Cauſæ quidem tumorum congeſtio, aut fluxio: hæc verò inflammationis, ſi à ſanguine fiat, ex quibus genus & ſpecies conſtabunt. At verò fluxionem efficiunt membra mittentia robuſta, & recipientia imbecilla, mittunt autem membra, quæ redundant quantitate, aut qualitate moleſtant: redundant autem ob præcedentem victum, in toto corpore, in parte tamen ob partis generantis prauum affectum: accedunt ad hæc tempus, ætas, ſexus, naturalis temperatura. Ex effectibus inflammatio dignoſcitur, calore, & dolore: febris namque accedit, & quoniam pars dolet, ob dolorem difficilis reſpiratio, tuſſis ob pondus illatum, & pulſus durus, denſus, & ſerratus ob partis diſtenſionem. A ſimilibus cognoſcetur, quoniam is morbus endemius eſt, aut talis eo tempore per populum graſſatur, aut æger quotannis eo morbo laborare ſolet. A iuuantibus verò, quoniam vt Hipp. docuit libro primo de Ratione victus acutor. fomentis tentare decet: ſi namque ipſis iuuatur, indicat aut flatũ eſſe, aut paucum humorem ſubeſſe. Si verò talia nocent, inflammatio ſignificatur. Partem verò patientem ex dolore facilè medicus aſſequetur & ex doloris natura, quoniam punctorios membranas indicat patiẽtes: dolor verò effectus eſt inflammationis. Nec tamen notitia cauſarum affectuum parum ad partis affectæ cognitionem conducet: nam diſtillationes à capite ſolent in membranas thoracis deferri, & calidæ potiùs quàm frigidæ, & quòd partes ſupernæ aut infernæ conſenſiant, membranam eſſe partem quæ laborat, indicat. Quòd verò febris morbum ſequatur, indicat partem laborantem prope cor ſitam: ſimilia quoq; conducunt: nam ſi æger ſimili morbo laborare ſolet, idem tunc putandum erit. Magnitudo affectus ex cauſarum & affectuum magnitudine conſtabit, magnæ enim cauſæ, vti copioſus ſanguis, magnos efficiunt effectus, veluti inflammationis. Accidentia verò quæ effectus morbi ſunt, hocidem magnitudine ſua indicabunt: quod facit magna inſpirandi difficultas, & magnus dolor, ac magna febris. Morem autem pariter oſtendunt cauſa: nam ſi ſputum fuerit nigrum, quod humore miſtũ cauſam eſſe inflammationis docet, mali moris morbũ indicat. Sed hæc per effectus maximè agnoſcuntur. Effectus verò ſunt, ſymptomata ſuperuenientia, attinentia ad faciem, & extremas partes & decubitũ, appetentiam cibi, & mentis conſtantiam, & pulſus bonitatem, aut malitiam, quorum omnium magnã partem Hippoc. in prognoſticis & aphor. edocuit. Tempora quoque ex cauſis dignoſcuntur: nam morbi qui fiunt frigidis temporibus, ætatibus, & regionibus, longiores ſunt, contrarij breuiores. Præterea effectus hæc eadem docent: ſi namque excrementa cocta fuerint, præſertim ſputum, morbus citò ad ſtatum & finem perducetur, ſin minùs, tardè: ſingula quoque tempora conſtabunt, nam dum ſputum aut non excernitur, aut crudum eſt, initium morbi lateralis habetur, dum parum coctum apparet, augmentum, dum valdè coctũ, ſtatus, dum cum coctione quantitate minuitur, inclinatio. Eadem ſuis mutationibus indicant febris & dolor. Conducit quoque ad tempora cognoſcenda natura morbi cùm iam cognitus fuerit acutus: is enim 14. diebus iudicatur. Ad finem autem attinent longitudo & breuitas, ſalubritas & inſalubritas, an etiam cum criſi finiendus morbus ſit, an ſine ipſa, quæ etiam futura ſit criſis ſpecies, quo die, quáque diei hora. Longitudo & breuitas ex morbi natura conſtabũt, temperatura ægri, anni tempore, & circuituum incrementis, præterea & ex mox apparentibus ſignis, quæ omnia Hippoc. recenſuit Aphoriſm. 12. ſectio. prima. Agnoſcimus tamen ſalubritatem ex ſignis ab Hippocr. traditis in libris Prognoſt. In eorum numero ſunt notæ coctionis: coctiones enim criſis celeritatem & ſecutam ſanitatem oſtendunt. Ad ſalutem quoque prænoſcendam vires morbo conferre conuenit, atque coniicere an ſint ſupra morbum, an contra, vires autem ſunt vitalis, quę ex pulſu cognoſcitur, naturalis ab excrementis, deiectione, vrina, & ſputo, animalis ex ſenſu & motu. Conducit præterea non parum ad ſalutem prædicendã cognitio moris morbi, & magnitudinis cauſæ facientis ipſum, ſiquidem cauſam morbi, quam præcedentem appellamus, ſuperare debet natura antequam ad ſalutem æger perducatur. Multa deinde ſunt, quæ poſſunt cauſarum magnitudinem oſtendere, de quibus nonnulla diximus ſuprà. In eorum numero recenſenda venit morbi congruentia, per morbos enim congruentes minus periclitantur ægri, quàm per minimè congruentes, quod ad magnitudinem cauſæ tanquam ad ſignum referri debet: ſignificat enim morbus non congruens maiorem cauſam acceſſiſſe ad eius generationem: maior namque cauſa eſt quæ poteſt frigidam temperaturam in febrem deducere, quàm quæ calidam. Ac proinde Hippocr. Aphoriſm. 34. ſectione ſecunda, rectè dixit: In morbis minùs periclitantur quorum naturæ, aut ætati, aut conſuetudini, aut anni tem-

Via omnis perquirendi incognitum.

Ordo in cognoſcendis morbis.

Morbi congruentes an ſint minus periculoſi.

Quid per naturam intelligat Hippo.

pori magis congruit morbus, quàm vbi nulli iſtorum congruit. Per naturam autem, inquit Galenus, intellexit eam quæ ex primis elementis oritur temperaturam. Ipſe quoque eodem loco obiicit aduerſus Hippocratis ſententiam. Nam à ſimilibus concitantur morbi, ſoluuntur autem à contrariis: tertiana igitur hyberno tempore genita faciliùs ſoluetur, coadiuuante aëris temperatura eiuſdem ſolutionem. Cæterùm quod Hippocrates ſcripſit ſignificationem habet, generari enim tertianam hyberno tempore maiorem cauſam acceſſiſſe ſignificat, quàm ſi æſtate genita foret, in ratione tamen cauſæ non eſt dubium, ambientis frigiditatem prodeſſe poſſe ad curationem magis, quàm eiuſdem caliditatem: foret autem minime periculoſa tertiana, ſi calido tempore fieret, deinde mutato tempore, breui accederet frigiditas ipſis ad curationem. Obiicit deinde quod Hippoc. dixerat libro eodem Aphor. 40. raucedines & grauedines in valde ſenibus non maturari, cùm tamen morbi hi videantur congruentes ſenibus. Ac reſpondet, valde ſenes imbecillam habere facultatẽ, ac perinde non maturari in ipſis grauedines, aut raucedines. Præter id quòd non eſt idem morbum aliquem non admittere maturationem, & periculoſum eſſe: ratio eſt, quoniam ſunt nonnulli morbi quibus ægroti temporis curſu commoriuntur. Tertiò obiicit quod ab Hippo. dictum eſt libro primo de Morb. popul. in praua aëris conſtitutione. Et maximè moriebantur, quibus natura vergebat ad phthiſim, illis enim, vt conſtat, magis congruere videtur phthiſis, quibus natura vergit ad ipſam. Neque id obſtat ſententiæ Hippocrat. quem diximus per naturam intellexiſſe primam ex elementis temperaturam, non corporis conſtitutionem & formam, de qua loquitur lib. 1. de Morb. pop. Sed rurſus dicet aliquis, non eſſe neceſſarium Hippocratis ſententiam adſtringere, nam de morbis in compoſitione verum etiam habet: vbi enim in homine parato ad phthiſim, & non parato, æquè graues morbi fierent, in parato facilius curaretur, quoniam à minori cauſa fieret. Hæc verè repugnant, hos morbos eſſe æquè graues, & in corpore parato faciliùs curari: quoniam morbi curatio fit ſpuitione, & quamuis in prædicto cauſa ſit minor, ea tamẽ ratione æquè grauem efficit morbum, quia difficilius expurgatur thorax, id verò eſt difficilius curari. Quapropter fieri nequit, quin morbi qui æqua facilitate curentur, æquè graues ſint, & æquè graues æqua facilitate curentur. Rectiùs tamen diceres ex paratis ad phthiſim plures mortuos quã ex aliis, quoniam omnibus erat vna cõmunis cauſa, nempe aër ambiens, non ergo ſignificabat, in paratis fuiſſe minorem cauſam, quod ad leuandum periculum erat neceſſarium. Præterea dices in phthiſi eſſe vlcus & intemperiem, quorum neutrum congruit anguſtiæ thoracis & prauæ compoſitioni, à quibus toto genere differunt. Sed rurſus obiiciet aliquis: Si æger incidat in ſiccam conuulſionem, quæ neruorum paſſio eſt, magis per ipſam periclitabitur quàm per humidam, & ſicca magis neruis congruit, quoniam neruorum temperatura ſicca eſt. Idem dubium eſt de pulmonia: nam calida magis congruit pulmoni, ſed difficilius curatur quæ fuerit bilioſior. Dubium hoc apertè diſſoluimus in annotationibus noſtris in comment. 34. lib. 1. Prognoſt Quo in loco oſtendimus Hippocr. & Galen. in commen. præcitati Aphoriſm. non velle conferre naturam vnam duobus contrariis morbis, ſed vnum morbum duabus contrariis naturis: conferebat enim febrem ardentem hyberno & æſtiuo tempori, & raucedines ac grauedines valde ſenibus, & in aliis ætatibus conſtitutis. Non igitur neruus vnus ſicco & humido morbo laborans conferendus, periculi ratione, ſed neruus ſiccior & humidior natura, ſiccæ conuulſioni, ac inuenies ſiccam conuulſionem in ſicco neruo minùs malam, & à minori cauſa factam, & pulmoniam bilioſam in pulmone bilioſo minùs malam, quàm in pituitoſo. Hãc fuiſſe mentem Hippocr. & Galen. nos patefecimus iunioribus medicis, qui eiuſdem ignorantia & multa verba inutilia effundebant, & à veritate longè aberrabant, nec inde magnam gloriam meruiſſe putamus, ſed quantum res parua expoſcit, qui multa his meliora, & ſummopere ad artis propagationem & ſtudioſorum vſum conducentia ſcripſerimus, & publicè docuerimus, & eos ipſos qui nos turpibus verbis prouocare conantur, ſed fruſtra. Rurſus addes, neque hanc diſtinctionem eſſe neceſſariam; quoniam quamuis natura vna diuerſis conferatur morbis, vera erit ſententia Hipp. vbi reliqua æqualia fuerint, nempe morbi magnitudo, & virium conſtantia. Si ergo duo morbi fuerint magnitudine æquales, natura æque periculoſi, cum eadem virtute, tutius eſt in ſimili quàm in diſſimili eſſe conſtitutum. At verò cùm contrarij morbi non ſint æquè periculoſi, vbi fuerint magnitudine æquales: ſiquidem calidi ſunt magis frigidis, & ſicci magis humidis natura periculoſi, fiet vt hæc in caſſũ dicta ſint, & rurſus ſit ad noſtram expoſitionem redeundum pedibus manibuſque: nam ea eſt quam Hippocrat. & Galen. voluerunt. Supernacaneum tamen erit plures paginas implere verbis tum turpibus, tum ſententiarum vacuis: neque enim deeſſent nobis verba, niſi deeſſet animus, quem compoſuiſſe prius decet eum qui munus inſtituẽdi adoleſcentes ſuſcipere decreuerit. An tamen morbus criſi ſit finem habiturus, ipſa morbi magnitudo oſtendet, quæ ex cauſis & effectibus apparebit, & motus celeritas, qui effectus eſt morbi, his deficientibus, ſi ſalutaris morbus habetur ex aliis, coctione finietur. Sin minùs, tabe ſenſim peribit æger: ſpecies tamen criſis ex accidentibus vt effectibus cognoſcitur, his videlicet quæ imminentem oſtendunt iudicationem: fluxum etenim ſanguinis narium oſtendent, capitis dolor, viſus hebetudo, & pulſus temporum, reliqua à Galeno libro tertio de Criſibus habentur. Quòd ſiquis diem ipſum finis conſequi voluerit, id ex motus celeritate & acceſſionum repetentia aſſequetur: horam autem ex hora vehementioris afflictionis, omnia verò ex cauſis & effectibus, & morbi ſenſui ſubiecti ex ſubſtantia, ſiue eſſentia innoteſcent. In natura ſiue eſſentia morbi conſiderandum temperamentum, compoſitio partium, & vnitas, quoniam in his tribus generibus omnes morborum ſubſtantiæ continentur. In cauſis conſiderantur externæ, vt aër, tempus anni, cœli ſtatus, & regio, & quæcunque externa corporis ſtatum mutant, vt venena & medicamenta, & balnea, quæ aſſumũtur, vti aquam frigidam bibiſſe, refrigerationem indicat ventris, & inteſtinorum. Internæ verò cauſæ ſunt morbi, cauſæ morbificæ, & animæ actiones, aut paſſiones. In effectibus ſunt ſymptomata omnia vti læſæ actiones, à quibus procedit medicus ad cognoſcendam paſſionem, & patientem particulam: ſi namque mouendi actio vitiatur aut in parte fient, aut in toto corpore, ſi in parte, illius partis vitium erit, aut nerui deferentis facultatem ad ipſam: ſi in toto corpore vitium motionis adfuerit, originem neruorũ læſam eſſe neceſſe eſt: idem in facultate vitali fiet, ſi in pulſu vitium reperiatur. Dolores verò euiden-

tem

tem notitiam præbent patientis partis, tum ex ſe, tum etiam ex proprietate. Affectus præterea corporis viriati, morbos docent, & partes laborantes: tinnitus namque aurium, aures laborantes monſtrar, & rubedo maxillarum, pulmonis inflammationem, & ructus vt ſonitus, ventriculi vitium, & fœtor reſpirationis, viriũ io pulmone, aut ore, aur naribus, & expitatio exſufflando emiſſa, calorem partium rboracis, & cordis. Durities quoque ac mollities, vti ſi durum ſe uffetat hypochondrium, phlegmonem, aur ſcirrhum oſtendet, idem docet apparens rumur in eis partibus. Excrementa quoque quantitate, aut qualirate, aut tota ſubſtantia vitiuſa paſſionem docent, vti vrina nigra vſtionem aut refrigerarionem, & ſubtubra ſetum ſanguinis teduudare. Partem verò patientem docet excrementi proprietas: nam cùm carunculæ minguntur, virium in renibus eſt, nempe vlcus. Cùm furfures ſine febre, aut cocta vrina, à veſica deſcendunt. Hæc eſt excrementi ſubſtantia. Quanritas idem ducet. Nam ſi mulrus ſanguis mingitut, in renibus vena tupra ſignificarur. Ita ab excremenro deſumimus quantitatem, ſubſtantiam & lucum in quo aut natura, aut præter naturam contineri ſoler. Tempus quoque partem indicat parienrem: nam vbi præcedenre dolore inteſtiuorum, paulò pòſt ſequatur deiectio, morbus in inteſtinis inferiuribus iodicarur, vbi maioti inrerpoſito tempute ſequatur, indicabitur in ſuperioribus. Mudus quoque nuu parum iodicat: nam ſi pus cum vrina valde ſubactum deſcendat, à renibus erit, ſi parum, à veſica: & ſi raméta, pns, aut ſanguis cum deiectione valde mixta excernantur, in ſuperioribus inreſtinia labor adeſt, ſi parum, in inferioribus, & ſi pus ſiue vrina mingarur, ſignum eſt vlceris veſirę Rurſus ſi ſanguis vomitu excernatur, à ventriculo exit: ſi tuſſi, ex rhoracis, & aſperæ arteriæ, & pulmonis partibos, ſi excreatu, ex faucibus. Locus præterea indicat: nam ſi fæx ore vomatur, tenuiorum inteſtinorum uſtendit inflammationem, atque obſtructiunem, & ſeroſi excrementi copia per curem emiſſa, in ambitu corporis adeſſe virium oſtendet: vbi verò per thoracis vulnera aër emittarnr, vulnus penetrare membrauas agnoſcimus: & vbi per venrris vulnus chylus exierit, agnoſcimus vulnus ventticulum penetraſſe: docet id non tantùm locus, ſed excrementi ſubſtantia, & proprieras. Ordo quoque excernendi, locum patientem oſtendit: nam ſi pus ante vrinam exeat, in pene labot eſt, & ſi ſanguis anre deiectionem exierit, in recto inreſtino eſt paſſio. Excrementorum præterea retenrio indicat in ea parre morbum conſiſtere, à qua excerni debetĕt. Sic enim vrinæ retentio laborem ſigoificat in veſica, aur renibus, & fæcis retentio labotem inreſtinorum. Qualirarem quoque excremenri cooſiderare monuimus, vti colorē & odorem. A ſimilibus ſic agnoſcemus parienres partes, ſi alter qoi boc victu vſus eſt, tertiana laboraoir, aur idemmet præterito anuo, tertiana indicabitur. Rurſus ſi alrer ſimilem dolorem in illis paſſus tandem lapidem cum vrina miſit. Rurſus ſi mortuo homine, atque ſecto qui antè labotabat, eum morbum præcedenribus cerris ſignis patiebatur, ſignum eſt hunc, qui talia habrt ſigna, ſimilem morbum pati. A iouanribus ſi qui dolorem patitur, in partibus lumborum & ventris, deiectione iuuatut & ſanatur, in ventte labor erat, ſi multa craſſa vrioa micta, aot tandem lapide, & arenulis excretis liberatur, renalis erit morbus. Præterea ſi qui pus mingir iniectis in veſicam per ſyphonem iuuarur, in veſica vlcus eſt. Quòd ſi is qui tuſſit, ſputi reiectione iuuatur, in partibus thoracis morbus eſt, ſi verò aut non ſpũat, aut non iuuetur ſputo reiecto, In partibus circum thoracem quibus rhorax conſentit, labot erir.

De generali morborum curatione.

CAPVT II.

HAbita prius ſigoorum notitia, ac deinde integra morborum, cauſarum, & ſymptomatum cognitiona; medicus duas hypotheſes imprimis ſibi proponet ad murborum curationem exequendam. Prima eſt, ea tantùm ſeruanda eſſe, quæ ſecundum naturam ſunt, quæ verò prætet naturam, abiicienda. Secunda eſt, quæcunque abiicienda ſunt, contrariis egete: quæ verò ſeruanda, ſimilibus: quoniam contraria contrariis curantur, & ſimilibus conſeruantur. Corruptio enim morus eſt, qui de conttario fit, & in contrarium, & ſimile ſetuat, ac mlnimè murat. Prupierea rectè Hipp. dixit. Medicina eſt adiectio, & ablatiu, adiectiu eorum quæ deſunt, ablario eurnm quæ abundant. Approbat hanc ſententiam Gal. 11. lib. de method. meden. Hæc medicina curatiua eſt, quæ contrariis exercetur: cùm itaque omnia artis actio, curatióve, additione, aut ablatione fiat, omnes morbi fient adiectione, aur ablarione: aur minùs rectè Hippoc. lib. de Flatibus dixiſſet, medieinam eſſe adiectionem, & abiationem, ac curatiunem fieri per contraria: nam morbi, qui nec addirione, nec diminutiune fierent, nec adiectiune, nec ablatione curarentut. Eſt itaque partis artis cutatiuæ potiſſimum dogma, contraria contrariis curantur. Torius verò arris primum atque potiſſimum eſt: A ſimilibus, & diſſimilibus, à maximis, & à facillimis, & his quæ omnibus omnimodu nota ſunt: hoc enim dogma eſt primum patris artis diagnoſticæ, ſed diagnoſtica prima eſt totius arris: primum igitur dogma ipſius, torius arris erit principlum. Sed cunaretur aliquis *Contraria an curentur contrariis.* probare nun omnia curari contrariis. Nam febris ardens curatur bilis euacuatione, verùm bæc non eſt contraria febri. Rorſus febris lenta vbi vehementiùs accendirur, curatur; ſed magnus ardur non eſt minuri contrarius: prærerea ſubitus terror cnrar quartanam. Præterea Hippoc. dixit 4. ſectio. aphor. 58. Febre ardenti laboraoti, rigore ſoperueoiente ſolurio: rigor autem non eſt febri ardenti cuntratins. Rurſus dolor magnus curat minorem, cui contrarius non eſt: rurſus vomitus curat vomitum, & fluxus ventris fluxum. At verò Hippocr. per conrraria ea inrellexit, quæ ab Ariſtot in prædica- *De quibus contrariis loquantur Medici.* mentis appellantur oppoſita, qoalia ſunt quæcunque morbis curandis proficiunt: nam bilis euacuatio abundantiæ bilis, à qua fir febria ardens, contraria eſt. Febris quoque vehemens concirar naturam ad coctionem, & euacuationem bomorum facientium febrem: quinimo nulla febris à materia corarur, oiſi materia ablata aut correcta, ac deinde accedente calore natiuo, qui conrrarius eſt calori prærer naturam, vt medium extremis, & euacuatio repletioni conrraria eſt. Terror quartanam curar, accenſo inrerius calore, ac deinde diſſoloto, aut euacuato humore. Rigor verò non curaret febrem ardenrem, niſi humoris ſequeretur euacuatio ſudore, aut alia via, & magnus dolor minorem curat, in contrarium diſtracto humore faciente dolorem, atque ipſo animo. Fluxus item fluxum curat, copia cauſæ ablata. Summatim itaqoe cum Gale. 11. Meth.

dicemus, morbos quoniam affectus cōſiſtentes ſunt ablatione contrariorum curari: ſymptomata verò quoniam in fieri habent eſſentiam, curari ſublatis morbis, aut etiam in contrarium facta mutatione, vti in potentia mutata in potentiam, & fluxu in retentionem, & in cauſis abundantia in defectum, & contrà: nihil enim modo refert, contrarium aut oppoſitum dicere. Cùm igitur quæ præter naturam ſunt, abiici debeant, ſunt autem hæc morbus, cauſa, & ſymptoma, hæc omnia contrariis egebunt. Curantur autem hæc quandoque à natura, quandoque ab arte, quandoque ab vtroque, ſiue morbi, ſiue cauſæ, ſiue ſymptomata fuerint. Morbi quidem à natura curantur, vbi parui admodum fuerint, neque egeant ope medici, vt Gale. ait libro primo de locis pat. Quidam etiam magni ſunt, quibus valde vtile foret medici auxilium, ſed adhuc ſine ipſo liberantur: ſunt autem tales qui coctione egent, & alteratione. Docent id bruta, & plantæ quorum morbi ab interna facultate curantur. Quoſdam autem morbos curat ars, natura nullatenus adiuuante, vti oſſium exarticulationes, quandoquidē ſola manus opera valet os in locum ſuum reducere, lapidem quoque magnum de veſica ſola ars educere poteſt, & ſola artis opera labia vulnerum valde diſtantia coniunguntur, ligatura, & ſutura, carnem quoque vlceribus ſupercreſcentem ſola ars curat. Efficit prætereа natura quædam opera, ſed iuuatur ab arte, vti carnis in vlceribus generationem: hoc enim naturæ opus eſt, ſed iuuatur ab arte, ſarcoticis medicamentis. Ad oſſium verò fractorum conſolidationem accedunt ars, & natura: ars quidem ligatura, medicamentis, natura calli generatione. Cauſæ quoque morborum adiiciuntur, & quandoque emendantur à natura, aut arte, aut vtroque: crudi namque humores ſæpe à natura ſuperantur, & coquuntur, aut ſemiputridi corriguntur, aut putridi ſuperati, & victi à corpore pelluntur, ſine artis adminiculo. Ab arte ſimiliter cauſæ externæ ſemouentur, vti ſagittæ, & ſpicula, & laquei, & pus ex tumoribus ſuppuratis cùm non rumpuntur à natura, ars ſectione educit, aut vſtione, & partem demortuam in gangrena abſcindimus arte. Quaſdam autem cauſas curant ars & natura, vti humores crudos, qui à natura coquuntur, & iuuatur ab arte modicè calefacientibus, atque ſimul pellunt prauos humores coctos, vti adhibito purganti medicamento trahente, & irritante naturam, ipſa verò expellente. Symptomata prætereа curantur quædam à natura, vti capitis dolor à cauſa frigida, ſanguine & ſpiritu calidis in ipſum tranſmiſſis, & ſomnum conciliat, qui dolorem ſedat, & validè trahentia membra fluxum ſanguinis reuocant in partem aliam, & ipſum curant. At verò dolorem curat inducto ſtupore, & fluxum ſanguinis reuulſionibus, & adſtrictionibus, ſic ſecta magna vena, adacto laqueo & quandoque ſubitò incuſſo terrore: ambo tamē curant ſtuporem ab obſtructione, ars his quæ deobſtruunt adhibitis, natura verò ad partem mittente facultatem motricem, aut tactoriam. Antè verò quàm medicus morborum curationem aggrediatur, nonnullas quæſtiones ſibi in animo proponat oportet: nec enim decet temerè & inconſultò (quamuis præcognito morbo) eius curationem tentare, ſi enim morbum, aliàs leuem, remediis curandum ſuſcipiat, quem ſola natura nullo ferè labore curaſſet, iniurius naturæ fit, & quandoque opus eiuſdem impediens, maioris morbi aut alterius cauſa erit, ſic etiam vbi lethales morbos ſibi curandos proponit, remedia, & artem ipſam infamat. Quamobrem vt plures ſibi proponat quæſtiones ante omnia oportet. Prima eſt, an agere debeat aliquid medicus, an ſecus: nam paruiſſimi morbi medici ope non egent, & lethales ſolis præſagiis ſunt relinquendi. Secunda deinde ſequitur quæſtio circa quam medicus conſiderat, quid agendum ſit, an videlicet quidpiam addendum, aut detrahendum: nam ſi id quod præter naturam accedit, ex redundantia fiat, detrahendum erit, ſi ex defectu, addendum quod deficit. Sequitur autem conſideratio generis, & ſpeciei detractionis, aut additionis, veluti quòd qualitas, aut quantitas, aut ſubſtantia addenda, ſic & detractio eius quod abundat fiet, aut alteratione, aut euacuatione, aut manus opera, ſpecies quoque euacuationis hoc in loco conſideranda, an ſang. miſſione, an purgatione, ſudore, vrina, menſtruis, aut hæmorrhoidibus. Habito genere atque ſpecie eius quod agendum eſt, tertia ſuccedit quæſtio: nempe qua materia id ſit agendum, quibuſve inſtrumentis. Cùm enim detrahendum eſt aliquid ſudore, ſcire oportet, an balneis, aut medicamentis epotis eliciendum, ſi verò purgatione, ſcire oportet, quibus medicamentis fieri poſſit, quod volumus, an his quæ bilem, an his quæ pituitam, aut alium humorem purgant, & ſi repellendus qui in partem decumbit humor, quibus medicamentis, & ſi pus educendum ab inflammatione, an ferro ſecanda, aut igne. Quæ enim per alimenta non curantur, medicamenta curant, quæ medicamentis non curantur, ferrum curat, quæ ferro non curantur, ignis curat, quæ igne non curantur, immedicabilia eſſe exiſtima, & ſi virium ſubitus lapſus reparandos, an per ſolida, aut per liquida alimenta, & vbi ſomnus conciliandus, an alimentis, an medicamentis, & aut bibitis, aut exterius admotis. In his igitur genus & ſpeciem conſiderabimus, in quibus eſt qualitas remedij, nempe remedium calidum eſſe debet. Succedit deinde quæſtio quarta. Hæc eſt de quantitate remedij. Decet enim ciborum quantitatem definire, vbi per cibos aliquem defectum reparare inſtituimus, & vbi alterandum, quantitas vitium medicamentorum metienda. Forma remedij quinto loco ſequitur: nam cauteria quædam ſunt oblonga, quædam lata, quædam alia figura: & linamenta quædam cōcerpta, quædam contorta, & ſuperponenda ſunt vnguenta, cerota, emplaſtra, aut embrocæ, & purgatoria quædam ſunt ſolida, quædam liquida. Sexta deinde quæſtio aduertenda, de modo quo remediis vti oportet, an ligatura validiùs ſit comprimenda, an corpus confertim, an ſenſim vacuandum, an ſubitò calefaciendum, aut infrigidandum, aut humectandum, aut exſiccandum. Dicente Hippoc. ad extremos morbos extremè exquiſita remedia optima ſunt. Quam ſententiam libro 5. de Meth. med. Gale. explanat, & confirmat. Ad quæſtionem de remedij quantitate ſpectat vires noſſe remediorum, ad hanc verò modus quo vires ſint admouendæ, an ſimul omnes. Deinde ſeptimo loco occaſio ſiue opportunitas (quam Hippoc. καιρὸν appellauit) accipienda, quoniam hæc præceps eſt. Etenim ſi cùm ſanguinis miſſio conuenit, omittatur, interim verò vires deficiant, peribit occaſio mittendi ſang. & Hipp. incipientibus morbis ſi quid videtur mouēdum, quoniam turget, mouere præcepit, iam verò conſiſtentibus abſtinere, & in febribus intermittentibus, occaſio adhibendi alimentum eſt iam finita acceſſione, aut longè ab initio ſequentis. Octaua quæſtio eſt, qui ordo ſeruandus, tum remediorum, tum etiam curandorum morborum: ſi namque ſanguis mittendus, venter

verò

Cauſæ quæ morbos omnes curant.

Quæſtiones conſideranda ad medendi rationem.

Hæc ex Hipp. deſumpta ſūt lib. 7 Aphor.

Digitized by Google

verò purgandus, à ſanguinis miſſione incipiendum, ſi repellentia admouenda ſunt fluente ſanguine, atque mittendus ſanguis, à ſangu. miſſ. inchoandum, & vbi vniuerſalibus & particularibus remediis vti opus eſt, vniuerſalia præcedant oportet. Quod ſi diuerſi morbi curandi ſunt, intelligere oportet à quo curatio incipiēda, & cui prius remedia adhibenda. Nona quæſtio locum quærit cui admouenda remedia, veluti delirante homine, anteriori capiti repellentia admouemus, & in febribus ardentibus refrigerantia thoraci, & ſuppuratos tumores parte decliuiore ſecamus, & fluente ſanguine in partem inflammatam, venam in diuerſo loco ſecamus, & quæ redundant vomitu, fluxo ventris, aut alia via euacuamus. Quatuor ex his quæſtionibus animaduertendas docet Gal ad initium lib. de Arte curatiua ad Glauc. eam ſcilicet quæ inquirit quantitatem, qualitatem, modum, & occaſionem: & lib. Artis med. c. 89. in materia cuius euacuatio facienda eſt, conſiderat quantitatem, qualitatem, & modum. lib. verò 3. de meth. med. admonet medicum vt citò, iocundè, & tutò agat, quæ ad modum attinent. Sed rurſus hæc paucis quibuſdam capitibus comprehendamus. Omnes ſanè agendorum indicationes à quatuor deſumuntur, nempe ab affectione, corpore affecto, parte effecta & cauſis exterioribus, cùm perſeuerant. A quibus tanquam à fontibus tota medendi ratio manat. Neque difficile futurum exiſtimo, vt artifex omnium morborum remedia catholica conſequatur, ſi fontibus his adinuentis, per ſingulos aquæductus (quos docebimus) diuiſionibus artificioſis, ad finem vſque procedat. Nulla etenim via eſt ad inuentionem rerum, aut vbertate fœcundior, aut claritate perſpicacior, aut facilitate propenſior ea, quæ diuiſione peragitur. Quamobrē ſingula capita proſequamur per membra ſecantes, ab affectione auſpicati. Corporis conſtitutio ſana eſt, ægra, aut neutra, quæ verò inſunt, aut ſecundum naturam afficiunt corpus, aut ſecus, & hæc aut ſunt non naturales affectiones, aut præter naturam. De morboſis affectionibus, & indicationibus, quæ ab ipſis ſumuntur, prius agamus, acturi deinde de his quæ inſunt naturaliter, aut à natura recedentes, morboſæ nondum ſunt, cùm eas quæ ab affecto corpore ſumuntur indicationes tradentus. Sunt in numero actionum præter naturam, morbus ipſe (qui magis propriè affectus eſt) cauſa, atque accidens, ſingula membra percurremus, ſi prius de indicationibus, coindicationibus, & repugnantiis, quædam breui comprehendamus: nam hæc ab affectione, corpore affecto, & parte affecta ſumuntur. Præterea & à cauſis internis, & ab externis, & ab accidentibus morborum. Dicuntur autem indicantia, quæ per ſe docent & inſinuant, quid agendum ſit. Coindicantia ſunt, quæ idem ex accidenti docent, ac commonſtrant. Repugnantia ſunt quæ indicant contrarium per ſe, & immediatè docent. Correpugnantia ſunt quæ ex accidenti indicanti repugnant, quatenus repugnanti accedunt. Indicat porrò ſangui. eſſe mittendum plethora, coindicat tempus veris, repugnat imbecilla facultas, correpugnat ætas pueritiæ. Sed quomodo ab affectione indicationes ſumuntur, deinde dicamus. Indicat porrò affectio ſua natura & per ſe ſui ablationem, ſicuti cauſa, quæ affectionem producit: aut quæ ipſam producere proximè parata eſt, ſic & ſymptoma. Affectio verò genus, ſiue ſpeciem, ſiue naturam dicit & magnitudinem comprehendit, ac periculum. Hæc autem affectio aut morbus in ſimplicibus ac primis particulis, aut in compoſitis ex

Indicationes omnes quatuor capitibus comprehenſa.

Indicantia & coindicantia. Repugnantia & correpug.

Affectio conſideranda ad med. method.

eiſdem, aut in vtriſque conſiſtere poteſt. Si morbus ſimplicium eſt, aut eſt ſimplex aut compoſitus, & aut ſolus, aut cum alio complicatus. Simplex morbus in temperatura facilem habet curandi viam, contraria adhibita qualitate, numeris in vtriſque conſideratis, quandoquidem morborum curationes quas per contrarium fieri diximus, æquis numeris exerceri debere Gal. teſtatur, vti ſi membrum à ſua naturali temperatura decem numeris labatur ad frigiditatem, medicamentis egebit decem numeris ad calorem labentibus, & ſi lapſum fecerit corpus à naturali temperatura ad caliditatem numeris 10. medicamentis egebit ad curationem 10. numeris labentibus ad frigidum, ſic & in omnibus lapſibus intelligendum eſt. Nihil autem prohibet, vbi compoſitæ fuerint diſtemperaturæ, pari modo fieri, vt ſi corpus ad calorem & ſiccitatem 10. numeris labatur, medicamenta offercuda ſunt ad frigiditatem & humiditatem decem numeris labentia. Quòd ſi decem numeris labatur corpus ad calidum, quatuor verò ad ſiccum, medicamenta erunt decem numeris frigida, & quatuor humida admouenda. Hæc ex Galen. Sed dubitabis fortè quare curationes præcipit Gale. contrariis æquis numeris perficere: cùm tamen quæ paris numeri ſunt, aut non ſe ipſa mutabunt, vbi agendi & patiendi vires habuerint æquales, aut vbi ſe inuicem mutent, neutrum deducet reliquum ad perfectionem, ſed ambo ex actione debilia manebunt, & minora quàm ab initio, quapropter fiet vt medicamentum decem numeris calidum, corpori decem numeris frigido admotum, ita à corpore repatiatur, vt ad finem nequeat corpus ſanitati reſtituere. Præterea vbi corpus decem numeris ad frigidum labatur, optimè curatio perficietur medicamentis duodecim numeris ad frigidum labentibus, hæc enim validiora ſunt corpore, & quæ ipſum ſanare promptè valebunt. Nec refert quòd hæc aliquando valeant in contrarium lapſum ducere corpus, quoniam lapſu eiuſdem ſunt maiora: artifex enim peritus, cùm aſſequutus fuerit finē, non eſt cur amplius prædictis medicamentis vtatur. Poſſet quoque cùm corpus iuxta ſuam deduxerit temperiem, ſtatim vti paulò minoribus, & morbo æqualibus: ſic enim fiet citò, iocundè, & tutò curatio: quas optimas curandi rationes teſtatur Galen. lib. 12. de Methodo medēdi. Quinimo nihil prohibere videtur, qòd minùs morborum curationes per minores numeros perficiantur: nam & ſi medicamentum minoris numeri ſit, poterit tamen maius repaſſionis ratione mutare: ſiquidem dum validiùs agit in id quod minùs eſt validum, ab eodem quoque repatitur, & ita ſæpe repetito eo medicamento fiet, vt corpus ſanitati reſtituatur. At verò in curationibus non tantùm contendunt medici ſanitatem reſtituere, ſed cum modo, & citò. Cum modo ſanè: nam plurimum atque repentè vacuare, aut replere, aut quouis modo alterare, & omne nimis naturæ eſt inimicum. Et quoniam quæ validè alterant, periculum eſt ne contrarium inducant affectum: citò tamen multis de cauſis deſideratur, nam qui curari cupit, citò quoque curari cupit, & vt ſanitate fruatur, & breui à morbo liberetur, præſertim ſi cum dolore morbus eſt, aut cum periculo. Ex his nota euadit Galeni mens, nempe curationem quæ adactis partibus numeris exercetur, optimam eſſe. Quæ nec adeò tardè fit, vt quæ per minora, neque adeò vehemēter, & ſubitò, vt quæ cum maioribus numeris. Prior enim valde tarda eſt, & poſterior iuſto celerior, cùm verò ſimilia potentia & numeris admouemus, quāuis interim à corporis

Morborum curationes an debeāt æquis numeris fieri.

Digitized by Google

affectibus vires amittant, reiterabimus medicamentum, quod cùm recens accedat, vires integras habens, & affectum paulò minorem inueniat, ipſum deinde mutans ad finem perducet. At quamuis hoc ſit vnum ex Gal. placitis, nihil vetat quominus (cum reuerentia tanti viri, à quo ferè omnia artis præcepta diligentiſſimè elaborata accepimus) quæ nobis ad artis propagationem vtilia videntur, reſecemus. Aſſerit itaque Galenus libro tertio de Methodo medendi, & lib. Artis medendi cap. octuageſimooctauo, morborum in temperatura conſiſtentium curationem contrariis eſſe exercendam, quæ paria numero graduum ſint cum morbo, ita vt diſtemperies calida quatuor numeris, medicamentis frigidis quatuor numeris curetur, & ſic in reliquis omnibus. Atque libro tertio de Simplic. med. facul. cap. 12. probat curationem diſtemperantiarum non eſſe exercendam aliis, quàm medicamentis paribus numeris in contrarium labentibus. Quæ enim temperata ſunt, nec magnopere iuuant, nec lædunt, calidos, aut frigidos morbos. Quæ verò contraria ſunt, ſed minora, iuuant quidem, ſed non perſanant, nec ad temperamentum ducunt, vti cùm tepida frigidis affectibus admouentur. A maioribus autem læditur affectio: nam ſi affectio parum calida ſit, & ad tepiditatem incline, omnino à frigidis læditur: ſperandum enim eſt à talibus medicamentis corpus non tantùm ad temperamentum deducendum, ſed etiam in contrarium, ac refrigerandum. At verò quæ æqualia fuerint ad temperamentum deducent corpus, ac morbum curabunt. Exemplum autem adducit. Si enim aquæ frigidæ tepidam admiſceas, non efficies eam temperatam, ſed frigidæ calidam ſimili menſura admiſcere debes, ſi aquam facere contendis temperatam. Docet itaque eo modo ad temperamentum deduci corpus paribus numeris, quo aqua temperata fit, ex frigidiſſima, & calidiſſima. Nos verò de ſententiæ vtilitate, & exempli vi diſſeramus. Quod enim præcipit curationem per æquos numeros fieri, ſi ſemper ſeruandum foret, omnes curationes æqua celeritate complerentur, vbi namque paria paribus conferantur, pares erunt agentium & patientium proportiones, & pares immutandi celeritates. Quod ſi auctis numeris minui proportiones obiicias, fiet vt maiores morbi minori celeritate curentur, verùm vtrumque eſt à ratione alienum, ſiue æqua celeritate morbos maiores & minores, ſiue maiori celeritate minores curandos inſtituas, ſiquidem morbi maiores celeriùs curari expoſcunt, à quibus maius imminet periculum, & qui plus ægros moleſtant. Dices fortè, in morbis celerem curationem deſiderantibus, ſatis fieri ſi remedia frequentius repetantur, aut maiori quantitate adhibeantur, verùm duo obſtant, primum, quòd ſi idem aut ſimile medicamentum millies offeras, neque proportionem cauſæ, nec motus celeritatem augebis. Secundum, quoniam, vt dicemus, ex Galeni doctrina ſequitur, nullum medicamentum eſſe bis admouendum, nec ſimile. Præterea quæ paria numeri ſunt, ſed quantitate maiora, vel celeriùs ſanant, ita periculum afferunt lapſus corporis in contrarium affectum, quod quàm maximè vitare contendit Galenus. Sed rurſus dicet aliquis, non ſequitur, paribus numeris exerceantur curationes, ergo pari proportione, ac motus celeritate: nam pares numeri lapſus facti, magis obſiſtunt, quàm ſimiles fientes, ac perinde ſi frigidam intemperiem factam, & fientem paribus numeris cures, celeriùs fientem mutabis. Quantum autem valeat ſolutio

Morborum curationes diſparibus numeris.

hinc accipies, ſume duas diſtemperantias fientes, alteram magnam febrem ac vehementiſſimam, alteram paruam, & remiſſam: has verò ſublata prius cauſa ſanare tentabis, oblatis frigidis aduerſus id factum, hoc eſt productum, quod remanſit. Nonne maiorem calorem maiori celeritate mutare contendes à quo maius imminet periculum? id verò fortè conuenire negabis, ac dices naturam non ferre ſubitas mutationes, neque ad naturalem diſpoſitionem. At contrarium Gal. exercet, qui lib. 9. de Meth. med. in continentibus febribus ad animi deliquium ſanguinem mittere præcipit, vt inde corpore ſubitò refrigerato reſtituatur ſanitas. Deinde ſi paribus celeritatibus magnum & paruum morbum cures, maiorem tardiùs curabis, maiores autem & acutiores morbos tardiùs, lentos verò citiùs ad ſanitatem perducere, nequaquam conuenit. Præterea omnes factas diſtemperies æqua celeritate curabis: nam ratione facti eſſe pariter obſiſtunt, & gradibus ſimiles gradus oppoſita. Rurſus ſi non liceret diſtemperiem frigidam magnam & factam maioribus numeris curare, id eſſet aut quoniam celeres mutationes non fert natura, aut quoniam immineret periculum tranſitus in contrarium lapſum. Primum autem non obſtat, quoniam ſi à paribus numeris intra menſem curatur, ſi à maioribus curetur intra viginti dies, nemo iure dicet hanc repentè factam mutationem. Secundum autem non fiet: nam ſemel ad ſanitatem deducto corpore, abſtinebimus à medicamentis, aut iuxta ſanitatem deducto, æqualibus vtemur numeris. Sed rurſus dices non licere ante tempus præfinitó morbos curare, ſed longos morbos diutius ſpectare, breues citius mutare, verùm id longè abeſt à rerum notitia: nam in morbis materialibus in quibus coctio ſperatur, decet ſpectare ſtatum veluti præfinitum tempus. Hi tamen morbi non ſunt qui propriè curantur, ſed potius præſeruatione, & cauſæ ablatione egent. Nos de morbis in temperatura loquimur, factis aut ſaltem productis, quos nemo dicet præfinitum tempus habere. Hectica etenim quod habet tempus quo ipſam amouere ſit opus, & in quo ſit auxiliis parcendum? Aut fortè dicet aliquis incommodam eſſe curationem hecticæ febris, quæ hebdomada præcedenti primum factū eſſe habuit, ſi medicus tentauerit ipſam omnino ſanare ſex dierum ſpatio, quo nondum acutas febres ſanare ſolemus, aut ſi hecticam quæ quatuor menſibus vexat, tentaueris viginti diebus abiicere. Nullum ſanè limitem habent definitum morborum in temperatura curationes: nam febres fientes ardentiſſimas ſi intra diem ſanaueris, nihil obeſt. Hecticas celerrimè curare expedit, dum tamen vires obſiſtant lapſui in contrarium, quod eſt in refrigerando periculum: id verò fiet, ſi cùm ſenſim mutas (ſic enim fieri debet) ſemel ad temperamentum reducto corpore, à refrigerando abſtinueris. Sed rurſus ad inſtitutum redeamus. Apud Hippocratem ſanè ad extremos morbos extrema exquiſitè remedia optima ſunt: quæ verò extrema ſunt, breui ſanitatem efficiunt, in aliis autem morbis qui lento motu incedunt, lib. 5. de Method. med. Galen. permittit à leuioribus inchoare. Præterea eodem autore lib. 3. de ſanitate tuenda, qui longo tempore generantur affectus, longo tempore curari debent, qui verò breui, breuiter. Non igitur omnes æqua proportione cauſæ curari, & æqua celeritate deſiderant, ſed maiores & periculoſiores, & natura acutiores, citiùs aliis. Præterea lib. 7. de Method. med. maius eſſe in infrigidando periculum, quàm in calefaciendo refert: quod non alia ratione verum eſt, niſi quoniam

Nota.

ex re

ex tafrigeratione timetür magia lapſus in contrarium,& frigidam diſtemperiem, caloris natiui extinctione. Quod ſi ita eſt, expediet profectò, vbi duo æquales diſtemperies factas paterentur, aut fientes; alter calidam, alter verò frigidam, minoribus numeris,& minus validè refrigerare, quàm calefacere, & minori celeritate, vt tutius ad finem perducatur alteratio. Præterea loco eodem exſiccandi,& humectandi tempora maiora eſſe, quàm refrigerandi & calefaciendi, dicit. Quapropter expediet ſanè maiori proportione cauſarum humectare, aut exſiccare, quàm calefacere,& infrigidare, vt decenti temporis interuallo corpora ad temperamentum deducantur: non enim ſperabitur deductio corporis in contrarium, cùm motus adeò lentus ſit, vt medicus adhuc parum exercitatus agnuſcat opportunitatem abſtinendi à remediis, iam curaio morbo. Præterea ſi omni intemperantiæ æqualia remedia ſunt adhibenda, non completa curatione remedium primò adhibitum, ſecundò aut tertiò admouendum non erit. Sed deceret, quoties accedis ad viſendum ægrum, medicamentum in aliud mutare. Cùm enim medicamentum primò admotum aliquam efficiat morbi diminutionem, medicamentum ſuperius manebit,& maioris numeri, ac perinde aliud æquale morbo ſubrogare loco eius opus erit, & id perpetuò, ac ſine mora facere, quod eſt abſurdum: dum enim verſus ſanitatem mutatur temperatura, cùm non maneat in eodem ſtatu, neque remedium erit idem adhibendum. Decet igitur primùm periculi magnitudinem metiri, atque ea ratione remedia maiora, aut æqualis numeri, aut minoris admouere. Cùm enim ex mora periculum imminet, maioris numeri remedia competent. Cùm verò tempus concedit, æqualia, aut minora ſatisfacient. Atque cùm ex maioris numeri admotione nulla mutationis celeritas iuſto maior, periculoſa, ac naturam perterrens ſperatur, maiora numero adhibebimus, quod maximè alterandi ratione morbis humidis,& ſiccis curandis conuenit: vbi tamen ſingula ad vnguem examinare velles, quid prohibet corpora diſtemperata, cùm morbo ſui generis ægrotant, maioris numeri contrariis vti? Quamuis enim ſupra ſuam naturalem diſtemperiem parum in contrarium ducerentur, id non tantùm malum non eſſet, ſed vtile ſatis, ad temperamentũ propius accedere. Si namque calidum corpus in primo ordine febre corripiatur, deinde ex vſu medicaminum frigidorum maioris numeri, quàm febris ſit, non tantùm curetur, ſed etiam calorem ſupra temperamentum amittat, quid inde mali ſequatur, tu ipſe dixeris; mihi namque vtiliſſimum videtur. Quòd verò Galenus voluit à minoribus non ſanari morbos, non omnino conſtat. Si namque calido morbo quatuor numeris frigida medicamenta duobus numeris admoueantur, aliquem calorem corrumpent, atque efficient morbum tribus numeris calidum, admoueatur igitur ſecundo,& minuet rurſus morbum ad ſecundum,& ita ad finem morbus ducetur, reperito medicamento. Quin & natura, ſiue temperatura corporis ſani, morbos paruos ſanat, quoniam temperamentum diſtemperantias paruas curat, & ſanitati corpora reſtituit, nedum medicamenta, quæ in contrarium labentia, valentiora ſunt. Exemplum autem quo Galotus vtitur ad idem probandum, inualidum eſt: dixit enim aquam frigidam calidæ mixtam non ipſam attemperare, niſi paris numeri fuerit: verùm aliter ſe res habet, nam ſi aquæ calidæ ſex numeris, vnciarum octo, miſceas aquam eiuſdem quantitatis, tribus numeris frigidam, eam efficies minus calidam, ſit iam quinque numeris calida, adiiciatúrque rurſus par quantitas aquæ tribus numeris frigidæ, ſietque minus calida, ac tãdem ſimili aqua frigida adiecta, totus calor abundans aquæ calidæ, corrumpetur,& temperata manebit. Quòd ſi deinceps frigidam adiiceres, in frigidam temperaturam eandem deduceres. Fiet igitur pari modo in laborantibus: quamuis enim ſi diſtẽperantiæ calidæ ſex numeris medicamentum frigidum tribus admotum, ipſam non attemperet, ſæpe tamen repetitum ad finem non tantùm attemperabit, ſed corpus in contrarium deducet. Probè igitur morborum curationes quas lentè perficere conamur, per minora fient, in calidis & frigidis diſtemperantiis, in humidis verò & ſiccis æqualibus,& paulò maioribus. Erit autem in his permutationibus hoc præ omnibus conſiderandum, an morbus celerem expoſcat curationem, & pro ratione vrgentiæ,& periculi numeros plures, aut pauciores contrariæ qualitatis adhibebimus, vt citò, ac cum modo curatio fiat. Per modum autem nihil aliud volumus, quàm quod in adagio habetur, *σπεῦδε βραδέως*, hoc eſt, feſtina lentè. Magnus etenim affectus magna eget reparatione, quæ magno remedio fit, magnum autem remedium dicitur, quod in ſpecie ſua magnum eſt, vti magnus calor, magna ſiue pluris numeri frigiditas. Dicitur quoque magnum remedium, quod magnas habet vires, qualia ſunt quæ parum alterant, quoniam ſæpe repetita magnam curant affectionem, quamuis ſui generis affectionem magnam create non poſſit, quoniam morbus non puſtulas magnam affectionem contrariam generari, ſed magnam præſentem demi atque id, dum magnis, & paruis,& æqualibus auxiliis fieri poſſit, an cum maioribus, aut in minoribus, aut æqualibus fieri debeat, non docet morbi magnitudo, ſed periculi magnitudo. Sed obiicies Hippocratis ſententiam qui ſecunda Aphoriſm. Sectione inquit: Quæ longo tempore extenuãtur corpora, lentè reficere oportet, quæ verò breui, breuiter. At quæ longo tempore extenuantur, in maiori periculo ſunt abſumptis non tantùm ſpiritibus & carne, ſed ſolidis ipſis particulis, vt Galenus in commen. teſtatur, verumtamen quamuis magna conſumptio, & periculoſa ea ratione celere remedium expoſcat, facultas id non permittit: vbi namque ſimplici alteratione corpus ſanitati reſtitui deberet, maiora adhiberemus auxilia, & quæ citò ſanitatem reſtituerent, cùm tamen non tantùm alterata ſit opus, ſed ſubſtantiam deperditam reficere, virium actione opus erit: hæ verò cùm per lõgas extenuationes, & morbos factos languidæ ſint, non niſi longo tempore refectionem perficere valebunt: hæc tamen non eſt à morbo indicatio, ſed à viribus: vires autem & partis principatus,& eius ſenſus conſideranda ſunt, an conſentiant, repugnent, aut correpugnẽt. Quoniam verò compoſiti morbi magna ex parte cauſam habent,& cum humore ſunt, vbi morbi cauſam habuerint, qua ratione curari debeant, dicere expedit. Cauſa namque vt vnum eorum quæ præter naturam ſunt, ablationem deſiderat, ac indicat, ſicuti & morbus primum ſui ablationem, deinde contrariorum oblationem, deinde potentiam oblati, deinde modum quo offerri debet. Quemadmodum & ſymptomata, vbi moderationem,& ablationem expoſtulant, adhuc præſente morbo, ob ipſorum magnitudinem. Hæc etenim tria, vt quæ præter naturam ſint, ablationem,& curationem indicant. Morborum autem cauſas habentium curatio, natura

Morbi quibus numeris curari debeant.

Morborum compoſi. curatio.

Morborum cauſas habentium curatio.

tura rerum id docente, à cauſæ ablatione eſt incipienda. Quòd ſi ipſa ablata, nihil effatu dignum productum relinquatur, opus naturæ permittendum, quæ paruos affectus vel ſeipſa ſola perſanat. Si tamen aliquid mentione dignum relinquatur, id adhibito contrario curandum eſt. Cauſæ verò curatio (liceat modò curationem, ipſam cauſæ correctionem, præparationem, aut euacuationem appellare) euacuatione, coctione aut correctione fit: cruda enim cauſa coquitur, & deinde alit, ſemicorrupta corrigitur, valde corrupta, ſemel ſuperata à natura, deinde pellitur, fluxu ventris, vrina, ſudore, vomitu, fluxu mẽſtruorum, aut hæmorrhoidibus, aut inſenſibili diſcuſſione, ſed fit quandoque vt morbum curantes augeamus cauſam, aut vt cauſam curantes augeamus morbum, veluti ſi à frigidis humoribus & craſſis oriatur febris. Qua in re quid agendum ſit intelliges, ſi enim morbus non valde vrget, cauſa primùm dimouenda, quamuis cum morbi augmento. Sublata namque cauſa facile erit deinde morbum in totum auferre. Quòd ſi morbus valde vrgeat, ac velis ipſum curare aucta cauſa, quamuis morbum interim minorem reddas, ad finem aucta cauſa, ad portionem morbum efficiet. Si verò à cauſæ curatione inciperes cum morbi augmento, demeres quidem cauſam & morbum, atque hominem de medio tolleres. Quamobrem optimum conſilium erit, ab eo incipere, quod cauſæ rationem habet: nam quod vrget, atque id ſine quo alterum curari non poteſt, rationem habet cauſæ ſine qua non, nec tamen reliqua negligenda. Vbi verò multæ cauſæ eſplicantur, quæ non eandem poſtulent curationem, ab ea incipere oportet, quæ natura prior eſt, & quæ fuerit inuentione reſolutiua poſterior. Quæ enim poſtremò inuenta ſunt, prius exequi debent. Sunt autem cauſæ quandoque eius naturæ, vt nihil prohibeat eas ſimul auferre. Si tamen duo affectus cõplicentur, vbi ſeiuncti fuerint, ac minimè conſentiant partes laborantes, nihil prohibet ſimul vtriuſque perſequi curationem, veluti ſi phlegmone in pede conſiſtat: & in oculo ſuffuſio, aut vulnus in capite, & ſcirrhus in liene. Sunt autem quandoque morbi iuxtà poſiti ac conſentiẽtes, ita vt remedia vni morborum adacta, alterum moueant neceſſariò, & mala inuicem compatiantur. Quandoque verò ſunt morbi compoſiti, & eandem omnino partẽ infeſtantes. Quòd ſi iuxtà poſiti ſunt, aliquando curatio vnius nihil nocet alteri, atque poterunt ambo ſimul curari, aut etiam ſe iuuant, & remedia vtriq; adhibenda erunt. Si remedia vnius alteri nocent, & non poſſunt admoueri vni, ſine alterius læſione, vti ſi ventriculus frigidus eſt, iecur vero calidum, & ambo expoſcunt curationem, calida frigidis miſcenda erunt, ſicuti ſi iecur obſtructionem patiatur, & ventriculus cœliacũ morbum: adſtringentia etenim, quæ ventriculus expoſtulat, iecori nocent: immiſcenda itaque erunt adſtringentia cum his quæ ab obſtructione liberant, quæ nulli eorum ſatis valida erunt, vbi affectiones magnæ fuerint, ac perinde difficile admodum curationem admittẽt. Minores tamen affectus curantur, quoniã cùm extremè contrariæ vires medicaminum miſcentur, ad medium ducuntur: medium verò valde ſiccam diſpoſitionem humectat, & valde humidã exſiccat: quod extremis affectibus valde imbecillum erit auxilium. Hac medicamentorum mixtione vtemur in morbo laterali cum ſputo ſanguinis. Quòd ſi affectus compoſiti fuerint, ſiue eandem partem infeſtantes, nonnunquam eiſdem remediis iuuantur, atque eorum curationem

Indicationes contraria à cauſa & morbo.

Affectuum complicatorum curatio.

Affectuum compoſi. curatio.

ſimul aggredimur, vti ſi in parte quapiam adfuerint vlcus & intemperies humida: medicamenta namq; exſiccantia vtrique arunt ex vſu, ſi tamen vlcus cum phlegmone carnem infeſtet, vlcus quidem exſiccationem expoſcit, phlegmone verò ſuppurationem, & humectationem, & attemperamentum. Cùm igitur morbi duo ita componuntur, remedia contraria expoſtulantes, hæc duo aduertenda ſunt, quod alter ſine altero curari non poteſt: vbi enim quiuis ſine alio curari poſſit, incipimus ab eo qui magis vrget, ea in morborum, & ſymptomatum compoſitionibus admouemus, quæ Galen. apertè docuit lib. 3. & 7. de Method. med. Vti ſi cum vlcere coniungatur fluxio, aut phlegmone, aut intemperies, vbi aliquod horum diuerſum ab vlcere expoſcat remedium, ab eo inchoandum, quoniam ſine eius curatione vlcus curari non poteſt. Semper autẽ incipimus à cauſa, vel efficiente, vel ſine qua non, vel ab vrgenti. Sicca enim exiſtẽte intemperie, nequit vlcus curari ante eius curationem. Neque ſi cum phlegmone iungatur, ante curationem phlegmones, ſordes vlceris detergendæ, habent enim rationem cauſæ ſine qua non: conuulſio vulnus ſequens vrget, ita vt neruum per tranſuerſum ſecare cogamur. Ex vrgẽtibus eſt morbus à quo maius imminet periculum: id verò oritur ex morbi magnitudine & partis affectæ præſtantia: & cum partibus maximè præcipuis conſenſus. Ex ſymptomatis verò vrgentibus ea ſunt quæ præcipuis partibus & viribus earundem valde nocent, vt magnus dolor à cauſa frigida, quem curamus ſtuporem inducentibus, & animi deliquium cum febre, vini potu. Quæ de morbis compoſitis & iuxta poſitis diximus, in omni morborum genere vera ſunt. Vbi verò morbus partium inſtrumentariarum fuerit, is oppoſitione curabitur. Morbus enim in numero partium quæ ex ſanguine ortum habuerunt, reparari poteſt, ſi diminutio ſit, ſi tamen ex ſemine fuerint ortæ, non reparantur, aut portio parua de venis paruis. Aucta verò pars, aut medicamentis, aut manus opera demetur. Magnitudo quoque emendari poteſt, paruitate procurata, vti paruitas, procurata magnitudine, alimenti copia, frictionibus, & balneis. Situs verò reſtituitur, arte reducto oſſe in locum ſuum, & inteſtinis ab ſcroto in peritoneum. Superficies quoq; aſpera læuiganda, & læuis aſperior reddenda, & figura læſa emendanda, & meatus valde laxi adſtringendi, & valde adſtricti laxandi, & obſtructi deobſtruendi. Conceptacula præterea plena vacuanda, & valde vacua implenda. Morbus verò vnitatis ſolutione conſiſtens, ſi ſimplex fuerit, ſola eget partium ſeparatarum vnione, ſi compoſitus eſt cum morbo in numero, aut in temperatura, is prior ſanandus. Si namq; pars deſit, ſiue caro, ſiue cicatrix, addenda erit, ſi intemperies, mutanda. In carnoſis itaque partibus coaliturs ſimplici exiſtente vulnere. Quòd ſi ſolutio magna fuerit, primò labia ſunt adiungenda, ſecundò talia ſeruanda, tertiò cauere ne quid interueniat, quartò temperaturam partis ſanam ſeruare oportet. Quòd ſi cum partis amiſſione fiat, caro reficiẽda, & cicatrix obducenda, & interim, ſi fluxio, tumor, aut intemperies accedat, primò curanda, ſi ſordes, detergenda. In oſſibus tamen, fracturæ interueniente callo agglutinantur, ſi deſit pars, non reparatur in adultioribus: in pueris verò fit vt partes ſine alterius ſubſtantiæ interuentu coaleſcant, & vt paruiſſima pars reſtituatur. Nerui per tranſuerſum ſciſſi non aſſolidantur, & punctura ſedantibus dolorem eget, & his quæ tenues ichores à neruis purgant, & educunt, nẽpe aperientibus,

Morborum partium inſtrumentariarum curatio.

Vnitatis ſoluta curat.

tibus, & exſiccantibus,& vulnus dilatandũ, ſi vires ferant,quandoque ob dolores,& conuulſiones, ſemidiſciſſos neruos, & punctos per tranſuerſum ſecamus.Hi etiam affectus omnes,vt de temperaturis diximus, ex magnitudine oſtendunt remediorum vim,& ex periculo citum expoſtulant auxilium.Ex his manifeſtum quantum conducat affectus cognitio ad quæſtiones abſoluendas, quas medicus conſiderare debet ante morborum curationẽ. Si namque affectus cognoſcitur ſua ipſius ſubſtantia, ſtatim oſtendet, an quidpiam agendum ſit, & quid agendum,& qua materia,& quantitas oſtendet potentiam remedij,& ex vtroque reliquæ quæſtiones ſoluentur.Quòd ſi affectus non conſtauerit ſe ipſo, ad eius cognitionem & inuẽtionem ſignis vtemur, quæ ſumentur,vt diximus,à cauſis,effectibus, & ſimilibus,& iuuantibus,& horum contrariis. Quoniam autem morbus per ſe agendi præbet inſinuationẽ,indicans appellatur apud Gal.a.lib.de Meth. med.dicẽtem,indicationem eſſe agendi inſinuationem,lib.tamen de optima Secta,indicatio eſt,comprehenſio iuuantis,ſimul cum comprehenſione nocentis, non expectato diſcurſu, aut ratiocinio. Et lib.9.de Meth.med. primam & maximam indicationem ad curationem dixit contrarietatem,ac ſi diceret,primam eſſe,qua morbus indicat contrariorum exhibitionem:nam ex indicationibus aliis,prima à viribus deſumitur, quæ curatrix non eſt, vt Galenus ibidem inquit,ſed conſeruatrix, quoniam à viribus hæc eſt inſinuatio deſumpta,vt eas ſeruemus, quibus ſeruatis vita permanet,& ſine ipſis perſeuerare nequit,vires autem præcipuę alibi à nobis ſunt abundè relatæ. Curatrix itaque indicatio prima à morbo deſumitur,qui cùm præter naturam ſit, auferri debet,ablatio verò cõtrariis fit, vt per ſimilia conſeruatio.Cõtraria igitur indicat morbus,vt tale expoſcens remedium. Genus tamen morbi oſtendit remedij genus,ſpecies verò ſpeciem, & quantitas quantum efficere debet remedium, ſiue quanta eſſe debeat remedij potentia. Quod verò cum hac aut illa celeritate, non ad morbi magnitudinem ſpectat,ſed ad periculum,& virium firmitatem,hæc enim eſt de modo ſuprà habita quæſtio. Febris etenim,quæ diſtẽperies eſt,ſi ſex numeris caloris conſtet,quoniam diſtemperies eſt, remedium alterans expoſcit,quatenus verò calida eſt diſtẽperies, indicat frigidum debere eſſe remedium.At verò quatenus ſex numeris conſtat, remedium expoſcit quod ſex numeros caloris demere valeat. Sunt autem ad id valentia remedia quæ numero maiora ſunt, & quædam minora,atque æqualia:quo autem horum vti deceat, periculi magnitudo indicabit viribus conſideratis: quibus accedunt partis principalis & ipſius ſenſus.Quòd enim celeriùs aut cum mora curari debeat morbus,ex periculi magnitudine menſuramus.Huic autẽ curationi, vti & aliis plurimis, aliquando vires repugnare & contraindicare notum eſt,vt valdè celeribus refrigerationibus, quæ non ſine periculo exercentur.Præterea alia eſt quæſtio de remedij quantitate, hoc eſt,quanta eſſe debeat remedij potentia,ab ea quæ quærit,quomodo. remedium ſit aſſequendũ,quáve celeritate: ab alio igitur quantitas indicatur,ab alio modus:quantitas autem remedij eius quod eſt præter naturam, ſiue quantitas eius quod agi debet, ſiue quantitas potentiæ agendi, ex morbi quantitate ſumetur primò & immediatè: quoniam magnus morbus magnum eſſe id quod auferri debet, primò & per ſe indicat: docet quoq; ſecundò quantitatem potentiæ auxilij. An tamen magnum debeat eſſe remedium in ſuo genere,ad modum attinet,quod ex periculo agnoſcimus.Id quidem eſt, an id quantum quod auferri debet, citò an tardè auferre opus ſit.An ve potentiã commutandi in ſanitatem totam ſimul offerri an ſenſim conueniat.Ac perinde magnitudo morbi potentiam auxilij,quantúmque demi quantúmque ad ſanitatem vſque ſit reponendum,indicat,quantum autem medicamentum, cuiúſve numeri ad id aſſequendum offerri debeat,periculum monſtrat. Sed neque id tantùm,verùm etiam partis ſenſus,& partis principatus, vbi aliquid ab ea vacuari debeat, oſtendunt,an confertim id faciendum ſit,an ſenſim, & cum minoribus medicaminum numeris. Morbus porrò cùm ſe offert,vnum per ſe,& potiſſimum indicat,idque primo loco,deinde alia ſecundo, quoniam plurimas continet rationes. Prima itaque eſt qua quidpiam præter naturam exiſtit,cui ſtatim accedet prima hypotheſis ſuprà habita, quæ inſtituit quod ſecundum naturam eſt,ſeruari debere,auferri verò quod præter naturam:ptimum igitur ſui indicat ablationem,ſecunda hypotheſis ſequitur, quæ docet contraria contrariis iuuari,ac perinde contraria eſſe offerẽda.Deinde ex genere morbi indicatur genus cõtrarij,& ex ſpecie ſpecies, ex magnitudine vis remedij inuenitur,ex periculo verò numerus adhibendus,ſiue modus conſiderãdus,deinde accedet conſideratio formæ remedij,temporis,loci,& ordinis, quæ ex tempore, & loco morbi ſumuntur, ex ordine morborum,aut eorum quæ cum morbo iunguntur,ordo agẽdorum,& forma morbi,qua forma remediũ adhiberi debeat,vti in vlceribus linamẽta,& fiſtulis liquida ſunt iniicienda. Idem quoq; in cauſis morbificis & accidentibus agendum indicatur,tanquam ab his,quæ corpus præter naturam afficiunt.Quæ verò præter naturã ſunt corporis conſtitutiones,ſui indicant ablationem,ſed diuerſa quidem ratione:læſæ namq; actiones per ſe primò & ſua ratione.Morbus per ſe,ſed tamen ea ratione qua per ſe actiones lædit,per ſe itaq; indicat ſui ablationem,id eſt,ex natura ſua,ſed non primariò:cauſa verò per ſe ipſam indicat,quid agendum eſt,hoc eſt,ex ſua natura,non tamen per ſe,id eſt primò,ſed ea ratione qua morbũ efficit,qui actionem lædit.Quemadmodum enim ſanitas ob actionum integritatem expetitur,ita morbus ob earundem vitium propulſatur,lib.14.de Meth.med. Corpus autem affectum ſecundo loco conſiderandum venit, in quo ſecundum naturam multa ſe offerunt,quæ quoniam talia ſunt,ſeruari poſtulant.Hæc ſunt,vires ægri, temperatura,ætas,ſexus,conſuetudo, quæ vitæ quoq; inſtitutũ comprehẽdit,& habitus.Quæ omnia ex propria ſubſtantia agnoſci debent,& ex cauſis, & effectibus oſtendentibus ſtatum naturalem corporis. Naturalis verò ſtatus ſuam poſtulat conſeruationem,vti is qui præter naturam eſt, de quo diximus, curationem,atque remedia.Pari quoq; ratione media corporis conſtitutio quæ neutra dicitur,partim cõſeruationem,partim curationem:qua parte enim pro naturæ modo ſe habet,ſeruari debet, qua verò extra naturæ modum conſiſtit,curari his quæ cauſam auferũt.Præcautio ſanè neutris corporibus atq; ægris communis eſt,ſed diuerſam partem artis habent adiunctam.Neutra corpora quæ in morbos incidere parata ſunt,cauſæ egent ablatione,ne incidãt in eos.Hæc quatenus cauſam quæ præter naturam eſt aufert,curatio nõ ſatis propriè dicitur,quatenus verò id quod futurum eſt præcauet,præcautio, aut præuiſio dicetur,ſequitur hanc cuſtodia natiuæ diſpoſitionis. Præſeruatio igitur, & conſeruatio eis debetur,ſed nõ ſimiliter affectis:nam præſeruamus corpora

Morbus, cauſa, & ſymp. per ſe indicant.

Læſæ actiones per ſe primò indicant ſui ablationem.

Corporis affecti conſideratio.

Præcautio quibus debetur.

corpora ſana,ſed ægrotare parata, conſeruamus ſana nõ parata ægrotare. Ægris verò per morbos fientea præſeruatio couenit, ſed hæc cum curatione coniuncta eſt,non cum conſeruatione cunſtitutionis corporis. Nam morbis fientibus ablatio cauſæ propria eſt,vt præuiſione hac, futurũ prohibeamus ne fiat, reliqua verò corporis conſtitutio non ſeruanda,ſed contrariis curanda venit,niſi à natura curetur: vtrobiq; eſt ablatio cauſæ,ſed in neutria cum conſeruatione, in ægria cum curatione, quoniam neutra diſpoſitio in ſanam mutatur,& fiens præcedit factam,quæ remanet.De præſeruatione corporũ neutrorum decidentiæ & refectione eorum quæ reualeſcunt,ſuprà diximus,nunc verò de indiciis ſumendis ab his quæ ſecundum naturã ægrotantibus inſunt,agamus. Primum verò locum tenent vires, vitalis,naturalis, & animalis, ſed inter has vitalis prior:cùm potiſſima medici intentio ſit vitam ſeruare, hanc præcedit nutritio, ſequitur ſenſus & motus. Vires & naturalis conſtitutio corporis, non tantùm plus aliis,quæ ſunt ſecundum naturam ſeruari expoſcunt,ſed per ſe id indicant: reliqua verò horum ratione: ita vt non propriè indicantia dici debeant,ſed coindicantia.Indicant ſanè vires per ſe ſuam conſeruationem:verùm ætas,ſexus,conſuetudo,quæ vitæ inſtitutũ comprehendit,quoniã vires oſtendunt quantum valcant,quantumq; ſeruari debeant.Præterea Indicant vires ſecundò alimentorũ exhibitionem, quando conſeruatio aliter fieri non poſſit.Prima enim artis hypotheſis docuit, quæ ſecundum naturam ſunt ſeruare,& ſecunda ſimilibus id fieri debere, ſimilia ſunt & familiaria nobis,alimenta.Neq; aliter morbus primam præbuit indicationem ablationis,ſicuti & cauſa, & ſymptoma, & ſecundò contrariorum oblationem, virtus verò ſui conſeruationem primò, ſecundò ſimilium oblationem:ſiquidẽ ſi indicantia coindicantibus conferas, primum locum indicantia habẽt dignitate, coindicantia ſecundum.Si vires indicantes,cum materiali morbo indicante cõferas, contraria indicare agnoſces,ſed vincit indicatio quæ à viribus ſumitur indicationem quæ ſumitur à morbo,dignitate,quæ ſi conferas, appellabis indicantes vires conſeruationem,contra indicantem morbum,ſic ablationem & remedia indicare morbum,vires cõtraindicare,atq; naturalem conſtitutionẽ,dices. Indicant vires conſeruationem,ac perinde Gal.9.meth. indicationem à viribus conſeruatricẽ,ac vitalem,non curatricem eſſe dixit,à morbo verò indicationẽ,curatricem,ſed indicant vires alimentorũ exhibitionem,repugnãt, ſiue contraindicant remediorũ oblationi, quæ non ſine virium læſione fit,indicat morbus remediorum oblationem,repugnat,ac contraindicat exhibitioni ciborum,ratione cauſæ. Quæ ſecundum naturam ſunt,alia à viribus eiſdem coindicant, morbis verò correpugnant,quandoque, ſed vbi conferantur ea quæ à viribus ſumitur indicatio,& ea quæ à morbo, longè dignior eſt quæ à viribus ſumitur,& reliquis omnibus indicationibus præferenda.Nã in ſummis morborum vigoribus,& in acceſſionum initiis, in quibus maximè morbus contraindicat, cibos exhibemus, vt viribus indicantibus ſubueniamus, ſed tamen per ſanitatem omnes indicationes vnâ conueniunt in virium tutela, quibus vita conſtat: per morbos tamen non ita,ſed ab ipſis indicationes remedia expoſcunt,quæ multum,aut parum,aut nihil ferè lædunt:proinde aut eas amplexabimur, aut fugiemus,aut modum ſeruabimus. Cùmque vires cibis ſeruari poſtulent, morbus autem alimentorum exhibitioni repugnet,fit quandoq; vt vincente dignitate indicatione quæ à viribus ſumitur,quantitate vincat ea quæ ſumitur à morbo contraindicatio, ita vt eam ſequi debeat medicus, veluti in ardentiſſima febre, ac ſummo vigore ipſius, viribus non valde deiectis, minus dignam indicationem quæ à morbo ſumitur, quoniam quantitate maior eſt,ſequimur alia prætermiſſa.Numerus quoque indicantium, & coindicantium aduertendus: nam multæ indicationes minores dignitate,& quantitate,eas quæ pauciores ſunt,digniores tamen, atque maiores,aliquando vincunt,atque ſingula in ſingulis perpendenda. Fit enim quandoque vt morbus indicet refrigerationem, ſed non valde: quoniam magnus non eſt,erit quidem hæc indicatio dignior contraindicationibus & correpugnantiis, quæ ab ætate,temperatura, & anni tempore ſumentur, verùm hæ aliquando cogent,vt temperatis vtamur,vt Galen.lib.8.de Meth.med.dixit:nam & hæc ſeruata natura morbũ curando proficient:temperatura prætèrea vt naturalis conſtitutio ſeruari expoſcit, atque genus temperamenti, genus eius quod ſeruare ipſam debeat indicat: calida namque temperatura ſana non tantùm indicat ſui conſeruationem, ſed ea ratione qua calida eſt,calida indicat eſſe offerenda,humida verò temperatura naturalis, ſui conſeruationem indicat,quod verò in ſpecie humida eſt, humidis eſſe ſeruandam inſinuat,& ſic reliquæ temperaturæ. Cauſæ quoque ſanitatis eadem ratione indicant conſeruationem, vt cauſæ morboſæ ablationem, & naturalia accidentia ſui indicant conſeruationem, vti praua ſymptomata moderari per ſe poſtulant. Decet autem naturalem temperaturam diligenter examinare, quoniam per morbos quantum alterare opus ſit,aut quando ab alterando ceſſare, nunquam medicus aſſequetur, niſi ipſam quanti ſit caloris,frigoris, humiditatis,aut ſiccitatis agnouerit,ne fortè lapſum vnum curantes, corpus in contrarium lapſum ducamus.Cæterùm parte prima docuimus temperamentorum omnium notas. Naturalis verò corporis habitus non indicat,ſed indicationi quæ à viribus ſumitur, coindicat,vbi rarus habitus,quoniam per ipſum vires facilè diſſoluuntur, coindicat ciborum exhibitionem, viribus indicantibus, & correpugnat cauſæ morbi indicanti euacuationem. Eandem ſeruat rationem ſexus. Maſculi ſiquidem natura calidiores, ac ſicciores fœminis ſunt. Hæ verò humidiores & laboris impatientes, & poſt decimumquartum annum multo ſanguine abundantes. Ætas quoque naturalis eſt, & quoniam per eam quandoque facilè vires diſſoluuntur, viribus coindicat ſimilium oblationem,& alimentorum exhibitionem. Ab ætatis verò temperatura natura indicatur alimentorum,quatenus ea naturalis eſt conſtitutio corporis, quam ſeruare contendimus. Repugnant autem hæc morbo, à quo alterationes indicantur, & aliquando coindicant,veluti cùm morbus & refrigerationem expoſcit, & ætas eſt frigida,& indicationibus quæ à cauſis ſumuntur, quæ euacuationem poſtulant, correpugnant viribus repugnantibus,quatenus habitus & ætas quæ facilè diſſoluantur,natiuam habent euacuationem, & non facilè ob vires admittunt aliam. Conſuetudo quoque aduertenda: nam qui potui aquæ frigidæ aſſueuit, faciliùs fert per febres frigidæ potum, & quæ conſueta ſunt paruam, aut nullam inferunt alterationem, & quæ euacuant purgantia medicamenta,vbi conſueta ſunt,minus euacuant, aut corpus mouent. Quòd ſi conſuetudo diſpoſitionem oſtendat,quæ ex cauſæ alicuius vſu frequenti reli-

cta

Indicia quæ ſumuntur ab his quæ ſunt ſecundum naturam.

Vires morbis in indicando conferuntur.

Indicatio à tẽperatura.

Ætatis indicatio

Conſuetudinis ratio habenda.

Digitized by Google

ſta eſt, vti temperatura aſcititia indicabit ſui conſeruationem, ea ratione eam quæ ſumitur à conſuetudine indicationem, aut repugnantiam dicemus: ſi tamen nihil aliud præter cauſarum vſum nos docet non indicat, ſed coindicat ſanitati, vti aliquādo coindicat morbis, veluti conſuetudo parcè viuendi, correpugnat viribus expoſcentibus alimentum, quibus repugnat cauſa morbi, éſtque conſuetudo hac ratione, idem quod vitæ inſtitutum. Sed etiam conſuetudo lautè epulandi, coindicat viribus expoſcentibus alimentum, & correpugnat cauſæ morbi. Atque vt Hippo. inquit, Victus humidus omnibus febricitantibus competit: maximè verò pueris, & qui tali victu vti conſueuerunt. Quo in loco à morbo indicationem ſumpſit ad curationem quæ per contraria exercetur, ac quoniam morbus ſiccus eſt febris, humectantia præcepit, ætas quoque coindicat, quooiam humida eſt, & quæ ſecundum naturam ſunt, ſeruari debent. Eſt quoq; ſecundum oaturam conſuetudo, atque ſeruatur ſimilium oblatione. In febribus itaque ætas humida, & conſuetudo humectantium ciborum, coindicabunt febri humidorum exhibitionem. Sed morbum dicit Gal. lib. 8. de Metho. meden. ſemper indicare contraria: conſuetudinem ſimilia: ætatem & temperaturam non ſimpliciter ſimilia, ſed vbi temperata fuerint: vbi verò diſtemperata, non niſi cum conſuetudine. Itaque ſi quis puer & natura humidus, ſiccis aſſueuerit, ſicca expoſcet, ſi humidis, humida, in eis nihil indicante temperatura. At verò nos naturam indi-

Temperatura & ætas ſine conſuetudine indicant, contra Gal.

care ſimilium exhibitionem, ętatem, & conſuetudinem coindicare dicemus, ac nihil prohibere, quo minùs ætas & temperatura naturalis, quamuis temperata non ſint, ſimilia deſiderent, etſi conſuetudo non accedat, adhuc interim dum homines ægrotant. Nam conſuetudo aſcititiam inducere ſolet diſpoſitionem. Sed aſcititia diſpoſitio naturalem non vincit indicandi potentia: quamuis igitur nō conſentiat conſuetudo, nihil vetat temperaturam ſibi ſimilia expoſcere. Pręterea quamuis indicium ſumptum à conſuetudine vincere debet id quod ſumitur ab ætate, & natura, non ob id ætas & temperatura naturalis ſuam amittent naturam, appetitum, & inclinationem, quæ ad ſimilia eſt. Quamuis enim præſente febre cum temperatura ſicca, humida exhibenda ſint, neglecta indicatione quæ ſumitur à temperatura naturali, adhuc tamen temperatura ipſa ſimile expoſcit; ſic etiam quamuis conſuetudo contraria naturæ ſit, & conſuetudo indicando vincat naturam, nihilominus temperatura ſimilium præbebit indicationem. Præterea ſi puer febricitet, aſſuetus tamen ſiccis alimentis, notum eſt huic deberi victum humectantem, vincente indicatione, quæ ſumitur à morbo, repugnantiam, quæ ſumitur à conſuetudine, atque eo dato nemini dubium eſt, puero illi victum deberi humidiorem, quàm iuueni febricitanti aſſueto ſiccis alimentis, vbi pares fuerint febres. Cæterùm ea humectantia maiora, non febris ratione, ſed ætatis ei debentur: igitur ętas indicat repugnante conſuetudine. Adde quòd ſi ætas pueritiæ, repugnante conſuetudine, non indicaret ætatis ratione humectationem, pares expoſcerent humectationes iuuenis & puer dicti: quapropter cùm puer ad humiditatem ſimilem illi quæ à iuuene poſtulatur, perductus foret, amplius humectandus non eſſet, quod non conuenit. Quamuis igitur non conſentiat conſuetudo, ætas & temperatura ſi-

Dubium.

milia expoſcent: dubium tamen videtur, vbi corpus calidum & corpus frigidum naturali temperatura ſimilibus febribus corripiantur, & reliquis omnibus paribus, cui debeantur remedia frigidiora. Dubium autem eſſe poſſet, vbi calidus & frigidus paribus febribus vexarentur, quantum tactus indicare poſſet: quod fieri nequit, niſi frigidus maiori vexetur febre, quoniam longiùs aberit à naturali temperie. Si namque calorem præter naturam æqualiter excedentem temperaturam mediam in vniuerſa ſubſtantia qualem temperaturam tactus indicantia eſſe decet, patiantur, longè maior morbus frigidi corporis quàm calidi erit. Aut dubium erit de calido & frigido corpore æquali menſura labentibus à natiua & propria temperie. Has duas febres diſpares tactus indicabit, & calidi corporis maiorem: atque erit ſanè, ipſis à temperamento proprio ad calidum pariter labentibus, maior febris calidi corporis: quoniā parua latitudo caloris addita calido corpori, ipſum in febrem deducit, frigidum verò non niſi magna: quapropter dum pari mēſura labuntur, maior erit febris calidi corporis, minor frigidi, & tactus eas diſpares indicabit. Tertiò conferri poterunt, vbi verè pares febres patiantur, quod fiet, vbi frigidum corpus à proprio temperamento longiùs ſecedat: vt enim diximus, non quiuis calor corpori additus, febrilis eſt, ſed qui ad læſionem actionum ducere valet, læditur autem pauciſſimo addito calore corpus calidum, ita vt ferè omnis calor additus febrilis ſit, corpori verò frigido multus calor addi poteſt, abſque febre, ac longè maior, ſi ad æqualem febrem cum calido corpore deduci debeat. Gal. lib. 8. de Metho. med. duo propoſuit corpora diſparis & contrariæ naturæ, febricitantia paribus febribus, quas intelligere oportet pares eſſe lapſus à naturalibus & propriis temperaturis, quoniam à febribus communē ambobus corporibus vult eſſe indicationem: non eſſet autem cōmunis indicatio, niſi pares eſſent lapſus. Calido igitur & frigido corpore paribus lapſibus vexatis, frigidiora frigido debentur, coindicante tēperatura morbo: idem etiam dicemus de conſuetudine, ætate & anni tēpore coindicantibus, aut ſingulis, aut omnibus. At verò contrariū ratio probare videtur: nā ſi calidus & frigidus pares lapſus patiūtur, pares diſtēperantiæ erunt abiiciendæ, atq; æqua celeritate: paria igitur expoſcent remedia. Id verò non confutat aſſertionem, nam calidū corpus tribus numeris, ſi aliis tribus labatur ad calorem, temperatis reſtitui debet apud Gal. quamuis aliis fieri poſſet, vt diximus: verùm corpus frigidum tribus numeris, ſi in febrem incidat, aucto calore tribus aliis numeris, aut paulò pluribus, medicamentis egebit, ſed numeris frigidis: pari ſempe menſura in contrariū labentibus à natiua corporis tēperie: frigidiora itaq; frigido deberi notum eſt, & Gal. ſententia vera eſt in prædicto ſenſu. Si verò calidū corpus & frigidū ita febricitent, vt tactus calores pares iudicet, vera quoq; in ea diſpoſitione erit Gal. ſententia, frigidiora deberi frigido corpori: magna enim eget caloris corruptione, & magna frigoris reſtitutione corpus frigidum à natura non adeò calida, quod paruo lapſu in magnā incidet febrē. Poſtremò febres calidi & frigidi corporis æquales dicemus, vbi pares fuerint calores febriles, quod fiet in lapſibus diſparibus: nam ſi ad pares calores febriles deduci debent calidum & frigi. corpus, maior erit lapſus frigidi, quamuis tactui pares non ſint, quoniam ſi frigido corpori paruus calor addatur, non ſtatim calorem febrilē patietur: calidum autem ſtatim febri corripietur. Vbi igitur calores febriles pares fuerint, maior eſt lapſus frigidi corporis. Quòd ſi plus eſt quod corrumpi debet, maiori opus eſt emendatione, & reſtitutione, & valentiore auxi-

Febrientibus calido, & frigido, cui debeantur frigidiora.

Indicationes à viribus, & morbo.

lio,ad curationem frigidi,quàm calidi corporis.Interim itaq; dum æger laborat copia,indicatio ablatioois à morbo ſometur,appellamus aotē morbum, quandoq; ipſam morbi cauſam,quemadmodū Gal. qooq; dicere ſolet morbū crudum,aut coctum,cùm tamen ſola morbi cauſa ſit quę coqoitur.Huic verò contraindicant vires,qoę ſui indicant conſeruationem. Temperatora quoque ſuam indicat conſeroatiooem,atq; aut coindicat,ant cōtraindicat morbo, ætas quoq; & conſuetudo,ſexus,& vitę inſtitotum coindicant, aut correpugnant motbo, ſicuri & aët ambiēs,cæli ſtatus,& ats,de quibua dicemus. Cùm autem coindicant hæc aogent indicationem quæ à morbo ſumitor , cùm verò contraindicant aut correpugant eandem minuont, in quibus, vt diaimus, numerus, magnitudo, & dignitas indicationū perpendenda ſunt,vt id quod teliqua vincit,ſequamur, reliquis poſthabitis, noo tamen omnino neglectis, quandoquidem vbi à reliquis vincantur , adhuc ab eorum poteotia aliquid detrahere valent.A viribus etenim indicatio ciborum eahibendorum ſumitur, repugnat morbus:quapropter quamuis cibus ęgrotanti offerendus ſit , is minori quantitate offertur, qoàm ſi morbus nō adeſſet.Pręterea indicat morbus ſanguinem eſſe mittendum,repugnāt vires:ſed non adeò valide vt vincant indicationem quæ à morbo ſumitur.Mittemus porrò ſanguioem,verùm minori quantitate quàm ſi vires non repugnarent,idem de ætate dicemus : hæc enim qoanduque eotrepugnat aduerſus morbum,quatenus indicat facultatem nō poſſe ſatis ferre miſſionem ſanguinis, atqoe fiet, vt quamuis viocat indicatio morbi,noo tamen ea copia ſanguinis mittatur , quæ morbi tatione experitur.

Cognitio naturalis conſtitutionis qualitum confert.

Conducit autem cognitio cōſtitotionis,ſecundum naturam corporis patientis , ad cognitionem quantitatis morbi , ſiquidem eò morbus maior eſt, quò longios ab eo quod eſt ſecundum natutam ſecedit,vel etiamſi non totus lapſus morbus ſit,totus tamen ſe offert auferendus.Inde verò fiet vt conducat ad inuentiooem potētiæ remedij:facultas enim ſępe ferre non poteſt eam remedij potentiam,quam eapoſcit morbus. Indicant autem vires ſui conſeruationem ea naturali corporis cōſtitutione,ſeruantur aotem alimento,agnoſcimúſq; inde alimentum eſſe adhibendum , & ea quantitate lapſus virium, quantitatem alimenti:occaſio verò à facultate indicatur,ſed interim plus aut minùs repugnat morbus: nam cùm vires languent,non valde,quāuis in ſummo morbi vigore póſtulent alimeotum, repugnaote morbo declinationem eligimus ad alendum,quo tempore minùs repugnat morbus.Quo modo fit,vt indicante morbo purgandū eſſe corpos aut ſanguinem eſſe mittendū,ægro verò ob alimēti inopiam, ſpirituum diſſolutionē,& virium languotem id non pariente, reficiamus priùs corpus,deinde reparatis viribus purgemus, aur ſanguioē mittamus:ſunt aotem quædam quæ ſecūdum naturam ſunt,ſed coindicant viribus,aur coindicant morbo,aut correpugnant viribus,aut correpugnant morbo.Cùm enim vires alimentom expoſcunt,ętas puerilis coindicat, habitus durus correpugnat morbo. Morbus autem humidus indicat eaſiccationē,ætas verò ſicca coindicat:habitus antē modis correpugnat. Magni igitur intereſt noſſe corporis affecti vires, temperaturam,ętatem & conſuetudinem,ſeaum,& victū.

Partis affectæ cognitio habenda.

Partis quoq; affectæ conſideratio habenda ad morborum curationē,& victus inſtitutionem,tertio loco, quam Gal.lib.9.de Meth.med.in corporis temperamento comprehendit:& rurſus eius meminit. Para autem affecta oſteodit nobis temperaturam, principatum,formationem,ſitum,& ſenſibilitatem. Temperatura quidem partis patiētis ſui indicat conſeruatiooem,dom ægrotāt homines.

Temperaturā lapſam inter ægrotandum, in meliorem mutare nihil nocet, contra Gal.

Quòd ſi inter curandum paolùm ipſam in meliorem transferas ſtatùm , nihil mali feciſſe putato. At hæc quandoque morbo coindicat,quandoq; eidem repugnat,veluti vbi pars qoæpiam natura ſicca,vti cutis,aut neruus vlcus patiatur,morbua exſiccationem indicat,partis verò temperatuta coiodicat,ſi tameo vlcos in carne conſtat,morbus eapoſcit eaſiccationē,repugnat tamen partis temperies,ſit quoque vt ex his quæ ſunt ſecūdum naturā,aliquod coindicet morbo, aliquod verò correpugnet , vti cum corpote ſicco eaiſtente natura ſua,caru vlcus patiatur,tonc enim vlcus poſtulat exſiccationem , coindicar naturalis corporis temperies,correpugnat tempeties partis.Temperies itaq; partis quatrum alterare deceat oſtendit, nēpe donec talis ſtatus reſtituatur parti,qualis præfuerat in ſanitate.

Partiū principatus conſiderandus.

Partis verò principatus inde ſumitur, quòd officium ipſius plutibus ſit commone, aot ſibi tantùm proficuum. Quæ enim officium cōoune habet, magna eget conſeruatione,multo ſpiritu, & copioſo calore natiuo,ac perinde, ſi vti deceat medicamentis relaxantibus,& diſcutiētibus humorem contentum io parte pręcipua,ea cū bia immiſcenda ſunt,quę vires habeant roborandi partem,veluti cū humorem in corde contentō diſcotere opos eſt,aut in iecore,aut in ventricolo,quorū functiones commones ſunt, & in totius animalis vſum. Sed inter hæc cordis virea primo loco ſeruādę,ſecundo iecoris,tertio ventriculi,& poſtremo cerebri,cuius virea ad vitā non alia ratione neceſſariæ ſuot, oiſi quatenus reſpirationē efficiunt. Venarum qooq; & arteriarum,thoracis,cordis,tenū & vtriuſq; veſicæ,munus cómune etiam eſt & ad vitam neceſſarium.Pulmonis tamen & aſperæ arterię,& fauciū miniſteriū potius eſt,quā officium , atq; perinde ab his, & muſculis,& carne quaotū opus fuerit vacuabimus,non omnino neglectis partiū viribus,ab aliis verò quātum ſine manifeſta læſiooe fieri poſſit , ita ſenſim vacuabimus. Quòd ſi partes aliis quoq; facultates tribuant,tantùm eas ſeruare oportebit,qoantùm ad diſtributionem facultatū operibus conuenientem ſint ſatis.Partis igitur principatus oſtendit,an conſertim fieri debeant euacuationes , an alter modus habendus.

Partium formatio conſideranda.

Verùm cùm intēperiem curare proponimus,nihil obſtat quominus parti præcipuę,ſicuti & non præcipuæ remedià ad portionē corrigeodę intemperantiæ admoueamus.Formatio verò partium non parum condocit ad curatiooē : nam ipſa docet quàm habeat pars facilē paratam ad euacuationem excrementorum viam. Veotticulus namq; vomitu prompré vacuatur,pręſertim eius ſuprema pars,nec difficilè per inteſtina totus venter,& pręſertim pars ima,ſicuti & ioteſtina omnia , & iecoria pars caoa: gibba verò promptiùs per vrinā,niſi magoa craſſorum humorū copia id impediat,tūc etenim facilior erit euacuatio per veotrē,& ioteſtina.Idē de teoibus euacuandis dicemus , quāuis promptiùs adhuc per vrinā,quàm gibbæ partes iecoris vacuentur , veſica verò vnicam tantùm habet manifeſtæ vacuationia viam,quæ per vrioam ſit,quāuia copioſi admodum ſint humores in ipſa recepti. Quod verò Gal. lib.7. de meth.med.veſicā multo humore refertā per vē-

Veſica multo vitioſo ſucco referta purgationem non indicat, contra Gal.

trem purgandā eſſe voloit,ſi de homote in ipſa cōtento loquatur,id noo probamus,quioimo fieri neqoit,vt humor veſica contentus,ad renes,& ventrē dedocatur,ſi tamen de redundante humore in iecore & toto corpore,interim dū veſica humore redūdat,Gal.ſermo fuit,rectè quidē is purgatiooe docetur,

tur,

tur, antequam veſicæ euacuationem tentemus. Verùm hæc purgatio à partis formatione nullatenus oſtéditur, aut indicatur, vt Gal. dixit: Cerebrum hac ratione per nares & palatũ, & pulmo per aſperam arteriam expurgantur. Docet itaq; partis formatio locum, & formam, quoniam liquida eſſe oportet, quæ in veſicam, inteſtina, & vterum iniiciuntur, & ordinem: nam clyſteria non ſunt à cibis adhibenda.

Situs partiũ. Situs autem partis comprehendit connexionem & rectitudinem: conducit autem eius cognitio ad inuentionem vehementiæ remedij, formæ remedij, & loci. Partes etenim in ſumma ſuperficie ſitæ, facilè aut attemperantur, aut euacuantur. Quum verò in profundo ſitę ſunt, aut lógè à loco cui medicamenta ſunt adhibenda, non decet parum valentibus remediis vti, ſed longè valérioribus, ac coniicere quãtum amittere debeát de virium robore in itinere, atque id totum addere viribus medicamenti, veluti ſi ventriculi calefactio medicamento ſuperpoſitu fieri deberet, cuius vis duos numeros contineret, vnũ tamen in via amiſſurum putamus, tribus numeris calidum ipſum admonebimus: ſi tamẽ medicamentum bibendum detur, nihil tale addere opus eſt: ſed vbi aut iecur curare proponimus, aut pulmonẽ, per ebibita id faciemus. Pręterea ventriculo accommodata ſunt quæ bibuntur, inteſtinis quæ clyſteribus iniiciuntur, locum autem cui admoueri debeant remedia partis, ſitus oſtendit: iecore namq; laborante, remedia admouemus dextro hypochódrio, laborante liene, ſiniſtro. Formam quoq; medicamẽti ex partis ſitu deſumimus: cùm enim parti alicui in profundo ſitæ admouere volumus medicamentum aliquod, liquidum ipſum paramus, vti quæ in vterum, veſicam, aut inteſtina ſunt iniicienda.

Partium connexio conſideranda. Connexio verò partiũ docet qua parte vacuandum. Iecoris enim gibbas partes per vrinã euacuamus, ſimas per ventrem, ſic etiam iecore laborante, aut aliis ventris & thoracis partibus, ſecamus venam cubiti internã, laborantibus renibus, veſica, vtero, pudendis, venas quæ ſunt in malleolis: laborãte autem capite, externam cubiti venam incidimus.

Partium rectitudo conſideranda. Rectitudo ſimili modo methodum medẽdi docet, quandoquidẽ dextris partibus laborantibus, venas dextri lateris ſecamus, & laborantibus ſiniſtris, ſiniſtri. Secus verò partis acrimonia medicamẽtorum vires docet, atq; eorundem naturam, & modũ.

Partis ſenſus conſiderãdus. Pars etenim acri ſenſu prædita non fert ſubitam alterationem, ſiquidem quæ validè abradunt, detergunt, aut exedunt, magnos inferentia dolores, vires imbecillitãt: vires igitur talibus medicamentis repugnant, correpugnant autem partis ſenſus. Ad hæc cùm deceat curationem citò, tutò, & iocundè fieri, decet vitare quæ dolorem inferunt, vt iniocũda. Quòd ſi partis ſenſus hebes fuerit, acria medicamenta facilè, & ſine moleſtia feret, ita vt confertim detergere eam, & rodere liceat. Ex his quę à partibus patientibus habentur conſiderationes quædam coindicant morbo, quædam correpugnant: nam partis principatus, cùm non admittit confertã euacuationẽ ob vires, quę neceſſariæ ſunt, morbo correpugnat, coindicat autem viribus. Temperatura partis quandoq; repugnat morbo, quandoq; coindicat ipſi. Formatio nó coindicat morbo, aut repugnat, ſed morbus cauitatis iecoris ex humore indicat vacuationẽ: craſſus autem & multus humor exigit, atq; indicat, vt morbi cauſa, purgationem, ac locus morbi indicat locũ, non curationem, aut vacuationem, ſed locum curationi & vacuationi aptum. Sic & veſicæ formatio non indicat euacuationem humorum contentorum in ipſa per vrinam, medicamentis vreticis, ſed medicamenta euacuantia à cauſa morbi expetuntur, indicátq; cauſa morbi euacuationem: locus autem ſiue forma loci indicat locum. Situs verò, ſi in partib. proximis ſit, morbo neque coindicat, neq; repugnat, ſi in diſtantibus, coindicat morbo, ſi namq; morbus calefactionem indicat, quod vehementius calefaciendum ſit, coindicat atque docet. Præterea ſitus locum remedij indicare valet, ſicuti connexio & rectitudo. Partes autem intermediæ quandoque repugnant, quæ non ferunt auxiliorum violétiam. Partis ſanè ſenſus acris de correpugnantibus morbo eſt: nã vbi morbus magnam deterſionẽ expoſtulet, aut roſionem, ſenſus autem acris partium fuerit, vires non admittent remedium, ac morbo repugnabunt, ſenſus autem acris partium correpugnabit. Sed iã ad quartum conſiderandum accedamos.

Exteriora cõſideranda ad curationem. Decet quoq; eorum quæ extrinſecus accedunt ſingularem habere conſiderationem, cùm perſeuerant, quoniam hæc quandoq; coindicãt viribus, quandoq; morbo. Gal. profecto ſolius aëris nos ambientis conſiderationem habendam admonuit nono lib. de Methodo medendi, quo in loco tria conſideranda dixit, nempe morbum, naturale corporis temperamentum, quod naturam appellat, & aërem ambientem. Nos de morbo & corporis temperamento, & his quæ corpori natura inſunt, diximus, modò de aëre ambiente, & his quæ exterius accedunt dicemus: de quibus omnibus ſolum aërem conſiderandum duxit Gal. & rationem adiũxit, ſi quidem alias omnes materias in noſtra poteſtate eſt eligere, aut fugere, neceſſum eſt autem præſenti cæli ſtatu vti, aliquam igitur præbet coindicationem: ſi namque morbo ſimilis fuerit, morbo coindicat, atque docet ablationem ſui, & correctionem: ſi tamen morbo contrarius, talis erit ſeruandus, temperatus autem aër ſimilium exhibitionem deſiderat, diſtemperatus contraria ex ſe coindicat, ſed qui ſimilem habet morbo temperaturam, materia morboſa erit, ſi contrariam, materia medicamentoſa. Si igitur aër ambiens frigidus fuerit, & morbus calidus, minùs per medicamenta refrigerare opus erit, coadiuuante frigiditate aëris eorum actionem, ſi verò aër calidus ſit, remediis opus erit adhuc maioribus, vt non tantùm morbo offeramus contraria, ſed etiam aëri, à quo ineuitabiliter mutamur. Ab aliis tamen, vti balneis, medicamẽtis, cibis & potibus, neque indicationes, neque coindicationes, aut repugnantiæ, aut correpugnantiæ ſumuntur: quoniam ea omnia fugere licet, nihilominus cauſas omnes non naturales quàm maximè decet conſiderare, vt fugiẽdas, aut ſequendas, & ſeruandas: aëris autem temperies quantum valeat morbos curare, aut augere, docuit Hipp. cùm dixit; Mutationes temporum potiſſimùm pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes, frigoris, aut caloris, & alia pro ratione eodem modo.

Cauſa nõ naturales conſideranda. Quòd ſi tempora morbos pariunt, poterunt partos augere, comprehendit autem aër nos ambiens, anni tempus, cæli ſtatum, & regionem, & habitationem, ab his enim aër mutatur, atq; hæc mutato aëre corpus mutant. Sed obiicies, non tantùm aërem eſſe ineuitabilem, ſed & cauſas quæ inopinatè accurrunt, vt caſus, ictus, vulnus, ab enſe, gladio, lapide. Præterea aër nos ambiens vitari poteſt, vbi calido tempore æger ſe ad ſubterranea transferat loca, & aër habitationis emendari facilè poteſt. Præterea cauſas omnes non naturales ineuitabiles eſſe dixit lib. Artis medicinalis cap. 85. quoniam nolla eſt ratio vitandi aërem, cibum, potum, ſomnum, vigiliã, motum, quietem & animi ſymptomata: ſiquidem ſine his vita ſeruari nó poteſt. Sed intereſt, quoniã cauſæ

Digitized by Google

Cauſæ vel naturales an omnes ſint ineuitabiles. aliæ ab aëre in genere ineuitabiles ſunt, in ſpecie tamen euitari poſſunt: nam hic aut ille cibus, hic aut ille potus, vitari poſſunt, ſi quidem à nobis ipſis offeruntur: verùm cibus omnino vitari non poteſt, nec potus, nec ſomnus, & reliqua, aërem autem hunc aut illum vitare non poteſt per regiones, & cæli ſtatus, nam temporis temperiem mutare nequimus, nobis etenim nolentibus occurrunt. Emendatur porrò domicilij aër, qui ægrum alterat. Sed id eſt quod aër agendum expoſcit, ſine quo neceſſariò mutaſſet, atque ea ratione de coindicantibus aut correpugnantibus eſt. Præterea ſomnus, vigilia, motus, & quies, de cauſis externis non ſunt, neque animi accidentia: potus autem & cibus mutari poſſunt, etſi non corrigantur, quia ex cauſis externis ineuitabilibus toto genere, quæ nobis volentibus offeruntur, nobis etiam volentibus mutabuntur, aër tamen mutari in alium nequit, ſed potius is corrigendus, aut remediis adhibitis, aut in alium locum tranſlato ægro. Transferre autem ipſum in aliam regionem, aut non licet, aut ſi liceat hæc eſt aëris indicatio, & loca ſubterranea aërem habent inſalubrem, & qui non tranſpirat. Quia igitur aër ſeipſo occurrit, vel nolentibus nobis, cibus autem & potus volentibus nobis, ab aëre indicationem ſumendam dixit: quoniam aliquid agendum oſtendit: cibus autem & potus ex ſe nihil indicabunt, qui vbi non offerantur à nobis, non etiam mutabunt nos: cauſæ verò quæ inopinatè occurrunt, vitari aut mutari non poſſunt, & ita earum non eſt diſciplina. Pendet itaque tota medendi methodus, atque quæſtionum omnium præhabitarum diſſolutio, ex præcognitione quatuor horum quæ diximus. Sed iam ad minus generalia hîc tranſeamus, in quibus primum locum tenebunt pulſuum & vrinarum conſiderationes, ſequuntur febriũ curationes. Ante verò quàm febrium curationẽ aggrediamur, generalem victus inſtitutionem trademus. Cùm enim pars artis factiua comprehẽdat medicamentorum exhibitionẽ, victus inſtitutionem, & manus operam, pars hîc tradita generalis medendi methodus eſt, quæ medicamentis perficitur, generalis victus inſtitutio quæ per alimenta fit, tradetur ante curationem febrium peculiarem, & loco ſuo, tertia quę manus opera perficitur. Modò verò morborum ſingularum corporis partium curationem tradamus ordine, auſpicantes à capitis morbis. Quę enim ad febres, pulſus, & vrinam attinent, partim ſcripta à nobis in aliis operibus ſunt, partim etiam Deo ſummo maximo concedente ſcribentur.

DE CVRATIONE MORBORVM SINGVLARVM PARTIVM CORPORIS,

PARS TERTIA.

De morbis capitis. *Sectio I.*

PRÆFATIO.

Morborum differentiæ quædam à partibus patientibus ſumuntur, qua ratione phrenitis, pleuritis, ophthalmia & colica diſtinguuntur: & quãuis diſtinctio hæc in generalibus, & eſſentialibus morborum differentiis comprehenſa non ſit, nulla tamen videtur ad compendium accommodatior, & ad euidentiorem aſſequutionem omnium corporis morborum. In quibus ob loci ſitum primum quoque locum capitis morbi ſortientur. Horum quidã in externis, quidam in internis ipſius partibus ſunt, in externis puſtulæ, achores, vulnera, atque tumores, quibus accedunt furfures, pediculi, & capillorum vitia. Quidam ſunt oſſium capitis morbi ad compoſitionẽ, temperaturam, & vnitatis ſolutionem attinentes. Quidam membranas quæ intra, aut extra caluariam ſunt, occupãt, quidam ipſam medullam, quam encephalum, noſtri verò cerebrum appellant. Præterea ex his quidam conſiſtũt in temperatura cali. frig. humi. aut ſicca, & facta, aut fiente, cum humore, aut flatu, aut ſine ipſo, & humor aliquãdo mordet, aliquando grauat, aliquando vnitatem ſoluit, quãdoque obſtruit, & flatus diſtẽdit. Morbi verò in compoſitione tumores ſunt, obſtructione venarum, arteriarum, aut ventriculorum cerebri, partium & totius magnitudo, & numerus, capacitas, & figura, aut totius capitis aut partis. Vnitas ſoluitur à cauſa interna, aut externa, ex quibus ſunt vulnera, vlcera, cõtuſiones, membranarum diſruptiones, oſſium fracturæ, colliſiones, conquaſſationes, cerebri concuſſiones. Quidam etiã ex capitis morbis ſunt per eſſentiam, quidam per conſenſum. conſentit autem maximè ventriculo, iecori, lieni, & vtero, & toti corpori. Indicia verò ſumentur à temperaturis, coloribus, doloribus, tumoribus, animalibus actionibus, & excrementis quæ per os, nares, aures, & oculos excernuntur. Ad horum curationem ſicuti & aliorum omnium procedemus, primò eſſentiam morbi, de quo agendum eſt, exponentes, deinde cauſas, deinde ſigna, quæ morbum atque morbi ſpeciem oſtendant, deinde curationem trademus.

De Alopecia.

CAPVT I.

Alopecia. CALVITIVM, alopecia, & ophiaſis voces ſunt à cauſarũ diuerſitate, aut figura depilationis deſumptæ. Nam ſi pili decidant ob alimẽti inopiam & ariditatem, caluitium dicitur, ſi verò ob humorum vitium, alopecia. Quòd ſi partes gla- *Ophiaſis.* breſcant, ſerpentum modo, ophiaſis dicetur. Alopecia verò ea ratione dicta eſt, quoniam vulpes quas Græci ἀλώπεκας nominãt, in eum morbum frequẽter incidunt: decidunt autem pili vna duarum cauſarum, aut ob alimenti defectum, aut ob eius malitiam: quemadmodum & plantę omnes, ſiquidem ad earum alitionem nihil penè refert, vel alimentum deficere, vel prauum ſuppeditari. Perpetuò autem ita euenit vt plantæ non irrigatæ humore areſcant, contabeſcant & pereant: idem autem patientur ſi vrina, lixiuio, aut muria irrigentur. Caleſcunt quoque homines in ſenectute, & per atrophiam, ob alimoniæ penuriam: cùm autem prauis ſuccis imbuti fuerint, alopeciã, aut ophiaſim patiuntur. Cùm igitur vitioſus humor in cauſa fuerit, eius naturã agnoſcere conuenit colore partis: nã ſi pituita fuerit, pars albicans reddetur, ac ſi hæc ſalſa fuerit, furfures à parte decident, & pruritus accedet, ſi bilis abundat, pallidior reddetur, ſi nigrior, melancholia excedit. Accedit ad eorundem humorũ dignotionem victus præcedens, & naturalis tẽperatura, & ætas. Collocabitur æger in aëre tẽperato, cibos accipiet boni ſucci, vt carnes gallinarum, perdicum, phaſianorum, caponũ, aut etiam veruecis, elixas. Calidis ſuccis redundantibus abſtinebũt, ab his quæ calefacere poſſunt, vt melle, pipere, & à ſalſis, eiſdem, aut ſalſa redundante pituita, ſic etiam ab omnibus acribus abſtinebunt. Potus erit aqua aut vinum album valde dilutum. Frigida verò exiſtente cacochymia, calida admiſcere cibis, quæ prædiximus licet, & cibis reeitatis vti. Potu tamen vini, aut meracioris, aut natura validioris. Vtentur exercitationibus, aut frictionibus poſt corporis purgationem, ventris etiam deiectio procuranda, & clyſteria iniicienda validiora & acriora. Somnus moderatus procurandus. Curatio *Alopecia curatio.*

Digitized by Google

verò incipiet ab his quæ humores ad purgationem parant, vti aqua mulſa, & ad tenaces humores acetum mulſum cum decocto radicum apij valet. Ad bilioſos humores ſyrupus acetoſus cum decocto eupatorij conuenit. Ad melancholicos ſyrupus de fumaria, & aqua inſtillaticia lupulorũ. Bilioſos rurſus humores purgabimus pilulis aggregatiuis, aut dictis ſine quibus, pituitoſos per hieram diacolocynthidos, non eſt autem hæc hiera Archigenis, vt quidam putat, ſed hiera Rufi, vt Paulus lib. 3. cap. 15. dixit, cuius deſcriptionem habet Aëtius lib. 1. ſer. 3. Melancholicos verò purgabimus cum confectione hamech, aut pilulis de fumatia. Poſt purgationẽ verò apophlegmatiſmi, ſiue maſticatoria ex vſu erunt, ex ſinapi & maſtiche, aut ex maſtiche, macere, & ſtaphide agria, aut cõformatis paſtillis, quorum vnum maſticandum ſuſcipiat, aut in linteo obuoluta eadem maſticet, & ſaliuam expuat, deinde topica admouenda quæ detergant, ac diſcutiant. Abradendum tamen in primis caput, deinceps linteo aſperiore fricandum, ſi namque pauca frictione præcedente cutis rubeſcat, ſperanda ſalus futura propè, ſi verò non niſi poſt longam frictionem rubeat, difficilè ſanitatem aſſequetur. Poſt frictionem verò linienda pars oleo laurino, & pice liquida, aut ſulphure, ſpuma maris, & oleo laurino, aut puluis baccarum lauri, ſeminis naſturtij, & adianti inſpergatur. Allium quoque agreſte prodeſt, ſi eo pars fricetur. Validius remedium eſt ſinapi cum aceto mulſo & erucæ ſemen, & ſinapi pari menſura cum melle. Validius adhuc thapſiæ ſuccus cum cera & oleo, aut cera & roſaceo, & adhuc magis validum puluis thapſiæ, qui ſi cutem exurat, & exulceret, cum adipe anſerino excipiendus & liniendus, aut cum cera & roſaceo, vehementius medicamẽtum eſt euphorbium cum oleo laurino aut oleo antiquo. Sed cauere oportet cutis vlcera, & eroſiones & magnas exuſtiones: vidimus enim non paucos ex vſu medicamentorum validorum deductos in perpetuum caluitium, & ad mortem vſque remanſiſſe imberbes, cùm hiſce remediis vtimur, in aëre calido æger collocandus eſt. Valet ad alopecias ſtercus muris cum melle aut pice liquida, & puluis radicis veratri albi & nigri, & ſemen naſturtij pari menſura, cum pice & oleo laurino, & arundinis radicis cortex vſta cum axungia leonis, aut ipſa axungia per ſe, aut axſigia pardali, aut hienæ, aut vulpis pinguedo, cinis quoque radicum & foliorum ficus accommodantur, & veratrum album cum aceto. Præterea radix cyclaminis elixa in aceto malaxata & illita, aut ſicca & vſta inſpergatur, & ſuccus cepæ, ſuccus raphani cum melle, & aſphodeli radix vſta poſt frictionem partis inſpergenda, & cepæ cortice integenda: aut ſcilla pars ſcalpenda, aut myrrha, & ladanum cum oleo veteri miſcenda, & pars eiſdem perfricanda. Aut recipe ſucci cepæ, ſucci ſcillæ, vtriuſque vnc. ſemis, olei laurini vnc. 3. axungiæ anatis vnc. 1. bulliant ad conſumptionem ſuccorum, & ad finem adde cineris radicum ficus, & ſeminis naſturtij, pulueris vtriuſque drach. 1. abraſam partem atque ſcalptam hoc medicamento linire conuenit.

Pilorum decidentia curatio. Decidunt autem pili caluitij modo ob alimenti inopiam, & cutis raritatem, cui malo bifariam ſubuenitur, nempe corporis refectione, & cutis denſatione, reficitur autem corpus non tantùm alimentorum exhibitione quæ bonos ſuccos generant, & abundè, ſed etiam adhibitis frictionibus, quæ alimentum ad cutem deducant. Quæ tamen vim denſandi cutem habent, modicæ facultatis eſſe decet: nam quæ validiora ſunt, non tantùm alimenti tranſpiratum inhibent, ſed repellunt compreſſione, atque membri conſtrictione humorem exprimunt. Euenit ſæpius morbus hic his qui è morbo conualeſcunt, præſertim autumno. Poſt Galen. tamen à quo ſententiam deſumpſit Aëtius inquit: itaque neque expertus ſum, neque mente concipere poſſum aliud præſtantius fore medicamentum ad defluos pilos, eo quod ex ladano, & oleo lentiſcino paratur. *Optimum remedium in pilorum decidentia.* Si tamen lentiſcinum non adfuerit, immaidro oleo vtendum eſt. Cinis quoque ſambuci cum roſaceo & cera capillos deciduos reparat, & verbenaca recta viridis cum radice infundatur in oleo omphacino, ac pluribus diebus inſolidetur, deinde coletur, & oleo pars liniatur. Quòd ſi viridis non adfuerit, ſicca cum radice trita ac cribrata oleo inſpergenda. Præterea ſi cimolia terra oleo miſceatur, ad ſordium ſpeciem præſtantiſſimum erit medicamentum.

Vt pili decidant.

Penitus pilos ſtirpat, hepar thynni putrefactum, rurſus lachryma hederæ cum ſucco brioniæ liquata, & vrticæ ſylueſtris ſemen cum oleo, ſanguis veſpertilionis, ſanguis ranæ, ritbymali ſuccus cum oleo & vino in balneo, & ſuccus ſarmenti qui diſtillat dum vtitur. Rurſus radix bulboſa hyacinthi cum thure & amygdalis amaris, addito oleo malaxanda & linienda.

De Furfuribus & prurigine.

CAPVT II.

Prvritvs capitis concitatur, & furfures in eodem abundant ob prauorum ſuccorum redundantiam, ſæpius tamen ob ſalſam pituitam, & feroſos humores: appellant eum morbum Greci pytbitiaſim. Quamobrem curatio eiuſdem morbi poſt debitam victus inſtitutionem, quæ bonis alimentis, & vini diluti potu albi, aut de Illana conſtat, corpus purgandum, pro ratione peccantis humoris, & præparatione habita, vt in præcedenti capite ad alopecias conuenire diximus. Deinde diſcuſſoriis medicamentis loco admotis, vtemur frictionibus, & reuulſionibus auertentibus humores malos in partem aliam, & adſtringentibus mixtis digerentibus, ac diſcutientib. vt humorum fluxum inhibeant, roborata parte. In eũ vſum prodeſt ptimum caput abluere lixiuio ex cinere ſarmentorum viris, tertio autem die ſequenti abraſo capite, farina hordei, farina lupinorum cum decocto radicum cucumeris ſylueſtris admoueãtur, aut cimolia, ſulphur, argenti ſpuma cum aceto liniantur, aut farinæ ordei, farinæ fabarum, farinæ lupinorũ ſingularum vnc. 1. fellis bouini aut ſuilli vnc. s. aceti vnc. 4. miſ. aut ſuccus ſcillæ aſſatę cum oleo & aceto, aut ſulphuris & cimoliæ vtriuſq; drac. 2 ſucci betæ vnciæ 2. miſce. aut detonſo capite ſatisfacient decoctum lupinorum & radicis brioniæ, aut decoctum radicis cucumeris ſylueſtris. *Furfuribus cap. victus.* Victus autem conuenit ex alimentis boni ſucci minimè flatulenti, nec craſſi. Abſtinebunt itaque à carnibus bubulis, ceruinis, caprinis, bulbis, fungis, tuberibus, bellariis & oleribus: mel & cuminum conditurıs addenda: non eſt cur vinum nigrum & dulce concedatur, vbi copia adfuerit albi tenuis. Modicæ congruunt exercitationes, & ſomnus, & animi tranquillitas, & lotiones potius in frigida, quàm in calida aqua.

Digitized by Google

De morbo pediculari.

CAPVT III.

Pediculorum curatio.

PEdiculi ex calida & humida materia generantur, putreſcente in poris cuti, vbi igitur humores eius naturæ ad cutem trahantur non diſciſſi, in pediculos tranſibunt. Quod faciunt caricæ,

Caricæ pediculos procreant.

quæ calore ſuo deducunt ſuccos dulces & putredini paratos, cutem, & pediculorum materiam augent. Quamobrem medicamenta quæ huic morbo accommodantur vires diſcutiendi habere debent, & altius inuadendi cutis poros, vt in profundo collectos ſuccos diſſoluant, validiora quoque erunt, quàm quæ ad furfures tradita ſunt. Quãuis ea quæ ad furfures valentiora ſunt, his quæ humores ex quibus pediculi generantur, diſcutiunt, æquiparentur. Habent hæc vires exſiccandi, adſtringendi, & diſcutiendi. In quorum cenſu eſt ſtaphis agria, cuius accipienda pars vna, ſandarachæ pars media, nitri ſexta pars cum aceto linienda, aut ſtaphidis agriæ vnc. 1. ſulphuris vnc. s. olei vnc. 1. s. aceti vnc. 1. s. aut ſucci foliorum hederæ vnc. 2. mellis vnc. s. fiat linimentum, aut veratri albi drach. 1. aluminis vnc. s. dilue in oleo & aceto, aut ſtaphidis agriæ & aluminis vtriuſque vnc. s. ſeminis tamariſci drachm. 2. fellis bouis drachm. 3. aceti & olei laurini vtriuſque vnc. 1. s. Partes in quibus pediculi affatim generantur linendæ, & ſi pilos habuerint prius tondendi, aut radendi. Idem faciet decoctum lupinorum & foliorum hederæ cum aceto, ſale, aut nitro, ſulphur quoque his & aliis medicamentis immiſcendum. Succus etiam mercurialis cum aceto, & oxylapathi radix in oleo elixa.

De achoribus ſiue vlceribus capitis manantibus.

CAPVT IV.

Achores.

VLcera capitis manantia, quæ Græcis achores dicuntur, ſatis nota ſunt, quæ puſtulas ſibi quandoque adiungunt, ac comprehenduntur in genere tumorum præter naturam, in quibus foramina multa ſunt continentia humorem lenem, viſcidum non craſſum, ſed fit quandoque à biliosis ſuccis, & acribus, quandoque à ſalſis, & ſæpe ſubſtantia mediocribus, & ſi quandoque fiat vt retenti

Tinea quare ita appellata.

craſſeſcant, adſunt pruritus & inflammatio. Hunc affectum appellant Hiſpani tinna: quoniam foramina ipſi adſunt, vti & pannis à tinea perforatis, & exeſis: victus eis conuenit, ex alimentis boni ſucci, carnibus pullorum, gallinarum, pauonum, veruecis, cum ſucco arancij, aceto, aut petroſelino ſalſamento, potus aqua cinnamomi, aut vinũ album aquoſum. Abſtinebunt autem à ſalſis, acribus, & his quæ craſſos ac glutinoſos generant ſuccos. Modicis vtentur crurum frictionibus, & exercitationibus, & ſi venter retineatur mollibus vtentur clyſteribus,

Achorum curatio.

& ab ira abſtinebunt. Decet etiam ante aliam curationem corpus præparare aceto mulſo, deinde purgare pilulis aggregatiuis, aut ſine quibus, aut ſero lactis cum epithymo ſæpe ſumpto. Sunt autem non pauci quibus ante purgationem conuenire ſanguinis miſſionem nouimus, qui eo auxilio in ſanitatem reſtituti fuerunt. Localibus deinceps adhibitis remediis, ſed ſine his magnis remediis non multi liberati ſunt ſolis topicis, vbi paſſio parua eſſet. In magnis itaque achoribus ſi opus fuerit imprimis ſangui. mittemus, deinde purgatione vtemur, per ea quæ diximus, & per os & nares pituita purganda. Topica verò remedia facultatem habere debent

Medicamenta localia ad achores.

diſcutientem, detergentem, & reprimentem, quæ abraſo capite ſunt admouenda: de quorum numero ſunt ſpuma argenti, ſulphur, cimolia terra, pompholyx, myrrha, acacia, thus, malicorium, cortex pini, folia myrthi, folia lauri, baccæ lauri, ſuccus rubi, folia eiuſdem, loliacea farina, lentes, fœnugræcum, adiantum, roſæ, folia rutæ, lupinorum farina, aut eorundem decoctum, ſuccus plantaginis, oleum roſaceum, myrthinum, vinum myrthites, acetum, ladanum, ſeuum, pix, & ſimilia. Quoniam verò cum vlceribus capitis manantibus nonnunquam adiungitur inflammatio & dolor, expedit dolores mitigare ante vſum eorum quæ digerendi, ac reprimendi facultatem habent, veluti farina fœnugræci cum roſaceo, aut farina fabarum cum vino & roſaceo. Mitigata tamen inflammatione admouebimus medicamentum quod recipit ſpumæ argenti, thuris, vtriuſque drac. 3. ſulphuris drac. 2. roſacei vnc. 3. aceti vnc. 6. bulliant donec ſordium ſpeciem conſequantur. Nuces quoque manſæ & ſuperpoſitæ valent, aut cum aceto tritæ. Aliud vnguenti pompholygos vnc. 2. olei myrthini vnc. 1. s. cimoliæ drac. 3. liniatur caput, & linteum aceto madefactum ſuperponatur. Aliud vnguenti litargyrij, vnguenti pompholygos, vtriuſque vnc. 1. pulueris roſarum, myrthi, acaciæ, ſingulorum drac. 1. aceti acerrimi & olei myrthini, vtriuſque vnc. 2. miſce lẽto igne. Aliud optimum. Nucum rancidarum vnc. 1. ſepi hircini, picis, vtriuſque vnc. 1. s. ſulphuris, foliorum rutæ, vtriuſque drac. 2. olei myrthini vnc. 2. omnia lento igne miſceantur, poſtquam in mortario probè malaxata & mixta fuerint, deinde hoc medicamine caput vnguendum, aut in ſacculo ex linteo detrito mittendum, & calefaciendum ita vt eſudet è linteo, & eodem fouendum caput, hoc ſæpe probaui. Aliud probatiſſimum, quo innumeros ſanaui præcedente purgatione, olei myrthini vnc. 6. aceti acerrimi vnc. 2. pulueris foliorũ myrthi drac. 4. ſulphuris, lithargyrij, vtriuſque drac. 1. miſce: ante id verò oportet caput abradere, & abluere lixiuio, aut decocto lupinorum. Aliud ſucci foliorum myrthi, ſucci plantaginis, vtriuſque vnc. 3. farinæ lentium, pulueris myrthi, acaciæ, thuris, ſingulorum drach. 2. olei laurini & aceti, vtriuſque vnc. 3. miſce, & abraſo capite linies.

De dolore capitis.

CAPVT V.

CApitis dolor ſymptoma eſt in læſa actione conſiſtens, obiectum habet immediatum, intemperiem inæqualem, aut vnitatis ſolutionem, ac proinde intemperies facta dolorem non efficiet in parte in qua eſt: quoniam non mouet, neque alterat, partem verò proximam mouebit, non tamen efficiet dolorem. Fiens autem intemperies cauſam habet externam, & euidentem, aut abditam. Cauſa prægreſſa eſt ſol, refrigeratio, ebrietas, ictus. Abditæ ſunt aut plenitudo, aut bilis, aut pituitæ, aut melancholiæ redundantia. Aut etiam fiet per conſenſum à ventri-

 culo,

Digitized by Google

culo,aut iecore,aut liene,aut toto corpore,& quandoque eſt febris accidens, de quibus agendum, à dolore incipientes, qui ab intemperie calida oritur ſine cauſa abdita.

De capitis dolore à calore.

Dolor capitis Græcis κεφαλαλγία dicitur, atque eſt morbi ſymptoma: morbus autem eſt aut vnitatis ſolutio,aut intemperies,aut vtrumque. Intemperies aut eſt calida, aut frigida: humida autem & ſicca dolorem non efficient: quoniam affarim ingruere non poſſunt, niſi calor ſiccitatem inferat: fiunt autem calida & frigida cum humore, aut ſine ipſo. Calida intemperies ſine humore magna ex parte à ſolis ardore oritur, hic enim caput imprimis calefacit, & animalem ſpiritum agitat, turbat & confundit. Græcis ἔγκαυσις appellatur: his caput tactu ſtatim ſentitur calidum, & frons, atque in oculis ariditas, & ſqualor, oculi rubent,& iuuantur ægri frigidis medicamentis. Id namque ad affectuum cognitionem non parum conducit, his qui aliis notis nondum abundè cognouerunt morbi naturam: quam nos agnoſcendam docuimus ſuprà, à cauſis,effectibus, iuuantibus, & nocentibus,& à ſimilibus. Huius morbi curationem facilè aſſequemur victus ratione refrigerante & medicamentis eiuſdem generis admotis capiti. Aërem itaque calidum vitabunt & ſolem,eligent autem frigidum qui natura talis ſit, aut arte talis paretur ventilabris, fontibus machinatis & euripis, & aquarum frigidarum inſperſione, vt aquæ inſtillatitiæ roſarum, & aceti, & aquæ puteanæ frigidæ, inſpergantur roſæ, violæ, & nimpheæ flores, & eadem naribus admoueant: deuitent motum, iram,& omnem animi turbationem & ſtrepitum,& clamorem,coitum, balneum, & vini potum atque lactis,ſomno,quiete, tranquillitate vtentur, & alimentis refrigerantibus vt lactucis, intybo, portulaca, hordei ptiſana,ouis tremulis,cum ſucco limonis, aut arancij, aut pulli carne elixa cum eiſdem ſuccis, columbarum verò carnem, neque pullorum ſuorum laudo in hac doloris ſpecie, quamuis in calore cap. de ebrietate Galen. columbarum pullos concedat, cùm melius habent,& Alexander alas eorum. Intellexi namque experimento harum auium carnem tardè coqui, & prauum ſuccum præſtare,& capitis dolorẽ efficere, vt lib. 2. diximus. Ventris onus aſſueto deponant tempore,ne fumi aſcendentes caput impleant. Medicamenta refrigerantia anteriori capiti admoueantur, ſincipiti nempe, quæ à radice pilorum vſque ad commiſſuram coronalem pertingant, qua parte facilè vires medicamẽtorum intra caput penetrant, poſteriori tamen capiti admota inutilia ſunt,& frigida, neruos lædunt, temporibus quoque admoueantur. Eſt autem ab omnibus primo loco laudatum roſaceum probè paratum. Optimum autem eſt quod ex omphacio fit,valentius eſt quod ex roſaceo & aceto paratur, quod recipit roſacei partes quatuor, aquæ inſtillatitiæ roſarum partes duas, aceti partem vnam,quod ſi acetum cum roſis prius paretur infuſis per aliquot dies antè, adhuc validius erit. Valent ad idem ſuccus violarum,portulacæ, & nimpheæ,& his magis ſuccus ſolani, ſed is ſpeciem infert ſtuporis. Quòd ſi vaporum aſcenſum pertimeſcat, ſuccum polygonij, mali punici acidi, vuæ acerbæ admiſcebis, aut emplaſtrum ex mica panis, & roſis, mentha, & pulegio, cum poſca. Ea verò quæ ſtuporem inducunt, vti opium & mandragora, vitabis, niſi vigiliæ valde inſtauerint, tunc etenim compoſitis narcoticis vteris. Ceratum quoque parat Alexander magni momenti ad eos capitis dolores, qui à calore orti perſeuerant, ex cera ſæpe lota & roſaceo additis inter conficiendum aceto & ſucco portulacæ, aut ſolani, aut perdiciadis, eſt id ſimile cerato refrigeranti Galen. id verò vti & alia cerata & emplaſtra, ſiue quæcunque ſolidiorem formam habent admouenda ſunt abraſo capite, calui tamen facilem admittunt refrigerationem, etiam ſi vis refrigerantium magna non ſit, liquida verò ad cutem detonſo capite admouenda. *Caput abradere.* Si tamen ardore ſedato dolor cum grauitate quadam relinquatur, chamæmelinũ oleum ex vſu erit, aut ſolum,aut roſaceo mixtũ,aut ad portionem refrigerationis, & diſcuſſionis plus chamæmelini aut roſacei addentes. Compoſita medicamenta in Epithematum forma hæc erunt, cùm parum refrigerare velis roſacei vnc. v. aceti roſarum vnc.j. aquæ inſtillatitiæ roſarum vnc.ij.cùm modicè refrigerandum eſt roſacei vnc.iiij.ſucci portulacæ vnc.ij.aceti roſarum vnc.j.ſi plus roſacei vnc.iij.ſucci portulacæ vnc.ij.ſucci ſolani,& aceti roſarum vtriuſque vnc.j. ſi ſtuporem inducere velis, roſacei vnc.ij. vnguenti populeonis vnc.j. iniunge tempora & nares: aliqua omnia ab ſtupefacientibus infrigidata admouenda: infrigidentur verò aut in aqua frigida puteorum, aut fontium, aut in niue.

De dolore capitis à refrigeratione.

Habet dolor capitis à cauſa frigida, ab ambiente nos aëre ortum, ferè ſemper, docet hunc affectum tactus,nam caput frigidum ſentitur ab ægro,quandoque etiam à medico, & dolor acrimoniam non habet adiunctam,neque grauitatis ſenſum,quamuis non longè pòſt impedita excrementorum diſſolutione, & cruditatibus ſequentibus, grauitas ſequatur, facies aut albicans eſt, aut ſubpallida,& aucta excrementis facies impletur, vt in ſolis vſtione calor, ſqualor, & collapſus accedunt. Hic morbus rarò fit ſine pororum conſtrictione & meatuum anguſtia. In eius curatione aër ab initio attemperandus, ſi frigidus fuerit & hyberno tempore ligna odorifera, & herbæ in cubiculo comburantur, vt calendula,roſmarinum, ſabina, & cupreſſus,& odoratis igni admotis ſuffumigetur. Sunt autem odorata ſtyrax, & belzuinum. Poma quoque odorata parantur ex ſtyrace, ambra, & moſcho, alimenta ſint boni ſucci, vti gallinarum caro aut perdicum, turturum, & auium paruarum,& carnes cum melle & aromatibus paratæ, quem cibum Hiſpani appellant adobado, vinum ſit tenue aquoſum. Motu vtantur non valido & frictionibus, & ſomno moderato, ad vigiliam potius declinantes. Medicamenta calefacientia eiſdem admoueantur exterius, vti oleum irinum calidum, aut rutaceum. Quòd ſi opus fuerit eidem addendum euphorbium, aut potius oleo de euphorbio vtendum, aut irino addendum piper. Accommodatur ab initio quod recipit olei laurini vnc.vj.olei nardini vnc.iij.ſerpylli triti vnc. ij.validius eſt, olei rutacei vnc.ij. laurini vnc.ij. ſtyracis drac.ij. validius adhuc, olei rutacei,& laurini, vtriuſque vnc.iiij. euphorbij ſcrup.ij. odoratis prætera dictis internas nares linire decet.

De dolore capitis cum plethora.

Prædicti dolores ab intemperie orti cauſam abditam habent, aliquando ſanguinem, aut omnes humores auctos ad portionem, quæ diſpoſitio plethora dicitur,aut vnus tantùm abundat,vti bilis *Capitis dolor à plethora.*

aut

aut pituita. Plethora verò ſolius capitis dicetur, ſi ſolum caput eam omnium humorum redondantiam patiatur, quemadmodum totius, ſi in toto corpore fuerit. Cauſæ plenitudinis illæ ſunt, quæ bonos ſuccos ac multos congerunt. Agnoſcitur rubore faciei, & oculorum, & temporum pulſu, & venarum tenſione, redundante quidem ſanguine, aut omnibus ſimul humoribus. Aër attemperandus ad frigiditatem & ſiccitatem arte paratis fontibus, inſpergere quoque oportet aquam frigidam, & acetum, & violas, ac roſas, & vitis folia, & hederæ capreolos. Erit autem cibus lactuca, iurybum, portulaca, & ius pulli cum ſucco arancij, aut limonis. Potus ſit aqua hordei, aut aqua fontis feruefacta. Quieſcant ita vt animo & corpore otientur, & omnem ſtrepitum, & importunas deuitent confabulationes, ventrem habeant lenem, aut clyſtere paretur, ex decocto maluarum, violarum, hordei & ſaccaro. Somnus ſit moderatus, & à ſomno ſequantur frictiones. Si prædicta plethora totum corpus teneat, ſanguinem quamprimùm mittemus, ſecta vena cubiti media pro plethoræ magnitudine, & virium robore. Si tamen ſolum caput occupauerit, venam cubiti externam ſecare decet, ac deinde exterios medicamenta adbibere, capitis calorem attemperantia, quibus vis diſcutiendi ſit mixta, ex roſaceo & aceto cum menthæ ſucco, aut ex roſaceo & chamæmelino, & pauco aceto, neque his valde frigidis, & quæ in capite de dolore à ſolis æſtu dicta ſunt. Si verò poſt ſanguinis miſſionem humor aliquis redundans relinquatur, præſertim bilis, vt in ſequenti curabitur cap.

De dolore capitis ab humore bilioſo.

Doloris capitis à bile curatio.

Quemadmodum in generali medendi methodo diximus, vbi intemperies cauſam habuerit à cauſæ ablatione incipere oportet curationem: vbi igitur capitis dolor à bile procedit ipſam prius ad purgationem parabimus, interim quoque expectabimus à natura factam coctionem: coquitur autem faciliùs ſi per medicamenta eius feruor attemperetur, cui negotio aptiſſima erunt medicamenta quæ vnà ipſum attemperent & attenuent, ſiquidem omnium humorum præparatio ad purgationem attenuatione fit. Cauſæ ſunt quæ bilem augere valent: ſigna verò ſunt ardor capitis, & pallor faciei, & extenuatio ipſius, quandoque oris amaritudo, & vigiliæ magnæ. Præparetur imprimis aër refrigerantibus, fontibus, aquarum inſperſionibus, & herbarum & florum, vt violarum, roſarum, nimpheæ. Potus ſit aqua fontium, cibus ſit lactuca elixa cum aceto, aut indiuia, aut cucurbita, aut piſces, vti troctæ, aut barbuli, aut ex marinis oſtrea, aut ſaboca cum ſucco arancij. Quòd ſi vires roborare ſit opus, olera cum carnibus elixanda, & poſt olerum eſum parum pulli edet cum ſucco arancij, aut limonis. Somnus longus concilietur, & quies ſeruetur, & à purgatione frictionibus vtatur: clyſteribus opus habebit, niſi venter largiùs fluat. Clyſteria conficiantur ex maluarum, violarum & hordei decocto cum ſaccaro & oleo violaceo, aut roſaceo. Præparabitur humor ſyrupo acetoſo: in fœminis, ſyrupo de endiuia cum aqua inſtillatitia cichorij aut eiuſdem decocto. Purgabitur deinde bilis aſſumptis à leui cœna, quinque tranſactis horis, pilulis aggregatiuis, ponderis drac.j. aut ſcrupul.ij. aut ſummo manè potionem bibent, quæ recipiat electuarij de ſucco roſarum vnc.s. aut paulò plus, diſſoluti in decocto prunorum, violarum & hordei, aut rhabarbari drach.j. infundantur in aqua endiuiæ per noctem, manè verò coletur, & in expreſſione diſſoluantur elect. de ſucco roſarum drach.ij. Bolum autem ſic parabunt, Medullæ caſiæ fiſtularis, & elect. de ſucco roſarum vtriuſque vnc.s. cum ſaccaro, fiat bolus, aut boli duo, aut ex ſolo elect. de ſucco roſarum, cum ſaccaro bolus vnus.

De dolore capitis ab humore pituitoſo.

Dolor capitis à pituita.

Si capitis dolor à pituita ortum habuerit, cauſæ præcedent ipſam augentes, vti alimentorum frigidorum vſus, & cruditates, ſomnus longus, & otium. Aderunt frigiditas capitis & ſenſuum hebetudo, & motuum pigritia, & grauitas capitis, & oculi intumeſcent, ac ſimiles fient facie & oculis, iis qui malum corporis habitum patiuntur, & quandoque excrementorum narium & oris natura & copia idem oſtendet: à calidis iuuabuntur. Ad horum & aliorum morborum cognitionem non paruo conducunt tempus & ætas. His parandus eſt aër calidus, vti in dolore à refrigeratione capitis diximus, cibi erunt carnes aſſæ, præſertim paſſerculorum, & turturum, atque hæ cum pipere & ſale edantur. Potus ſit vinum album tenue, modicè dilutum: ſomnus ſit moderatus, nam longus auget pituitam, & breuis cruditates, & excrementa. Modicè exercitentur, & fricentur, clyſteribus validioribus vtantur, vt decocto betæ, & mercurialis, cui addatur mel & hiera picra & ſal. Aut ſic. Decocti mercurialis, pulegij, & ſtœcados lib.j. s. mellis vnc.ij. hieræ picræ vnc.s. ſalis ſcrup.j. fiat clyſter, aut loco hieræ recipiat pilularum aurearum drach. s. aut elect. indi minoris drac.ij. Deinde ante purgationem vtatur ſyrupo de ſtœcade, aut ſyrupo de quinque radicibus cum aceto, & fœminæ eo vtentur ſine aceto, & aqua inſtil. ſtœcados, aut fœniculi, veluti ſyrupi ſtœcados vnc. ij. aquæ fœniculi vnc.iij. deinde caput purgetur cum pilulis cocchiis ponderis ſcrup.ij. aut drachm.j. Sic etiam cum pilulis aureis, vbi non velis adeò valenter purgare. Aut purgetur bibito ſummo manè pharmaco, quod recipiat electuarij indi minoris vnc.s. in decocto ſtœcados, origani, & pulegij. Purgabitur autem non ſemel, ſed ſæpius. His peractis, frictionibus brachiorum & crurum, ac totius corporis, à capite incipientibus vtatur, & gargariſmatis ex aceto mulſo, & aqua fœniculi, aut ſyrupo ſcillitico, cum aqua inſtil. ſtœcados. Maſticatoria verò ſint qualia in capite de Cephalæa dicentur. Per nares errhinis appellatis vtatur, quorum leniſſimum eſt aqua mulſa abſorpta per nares, validius eſt aqua mulſa cum ſucco betæ, validius quoque eſt ex ſolo betæ ſucco, aut mercurialis. Capiti quoque ſacculi parentur ex floribus ſtœcados, camomillæ, maioranæ, & roris marini, moſcho, & ambra additis, & odorabuntur calida illa odorata quæ in cap. de dolore capitis à refrigeratione diximus. Tranſacta quoque purgatione conuenit ſumere aromaticum roſatum, aut pliris arconticon, cum pauco vino parum diluto.

De dolore capitis ab humore melancholico.

Doloris capitis ab humore melancholico curatio.

Homo melancholicus ſua frigiditate ac ſiccitate capitis dolores efficit diuturnos: agnoſces affectum ex colore faciei ſubnigro, capitis grauitate, & paucis excrementis, & corporis extenuatione, & vigiliis & triſtitia, ac ſolicitudine, & quoniam præceſſit vſus eorum quæ aceruare poſſunt humorem eum, & talis temperatura, & ſubſiſtendi ætas. Conueniet

aerem

Digitized by Google

autem calidum parare, ſed non valde: cibus ſit caro veruecis, aut imbecillioribus caro gallinę elixa, cum borraginis foliis, & abſtineant à carnibus ſalitis, & melancholicis. Potus ſit vinum album modicè dilutum, non vetuſtum, nec vinoſum, quale eſt vinum album à ſancto Torcario, aut vinum arcopa vnius anni album. Dormiant diutius, & modicè fricentur & exerceantur, & excrementa vrinæ, & ventris probè expellant, aut clyſteria eiſdē iniiciantur ex maluarum decocto, aut iure carnis, & oleo & ſaccaro. Humor purgationi paretur aqua mulſa, aut ſyrupo borraginis & ſtœcados, cum aquis inſtil. eorundem: deinde caput purgabitur pilulis aſſaieret appellatis, aut pilulis de fumaria, aut pharmaco ſequenti, confectionis hamec vnc.ſ. in decocto prunorum, ſenæ, & glycirrhizæ, aut ſenæ & florum epithymi: ei verò qui aſſueuit caput per interualla abluere, conducet ipſum irrigare decocto capitis arietis cum chamemelo, & floribus borraginis, & ſtœcados. Quædam alia in hunc vſum capite de melancholia dicentur.

De dolore capitis per conſenſum à iecore.

Doloris capitis per conſenſum curatio. Conſentit caput partibus inferioribus, ac fiunt dolores tranſmiſſis vaporibus à iecore, aut ventriculo, aut liene. Si à iecore ortum habuerit, quoniam iecur calidum eſt, ſanguinis, & bilis fumum tranſmittit capiti, ſigna aderunt, quæ oſtendent iecoris calidam intemperiem, & caput tenſionem ſentit, aut acredinem cum dolore, vbi ſanguinis redundantia adfuerit, venam cubiti dextri internam ſecabimus. Redundante tamen bile, ipſam purgabimus rhabarbari, aut tamarindorum infuſione. Decet tamen ad iecur totam conuertere curationem adhibitis refrigerantibus. In cibis erunt lactuca, & endiuia, & cichoreum & cucurbita, & deſuper miloplacerota ſine aromatibus, & ſuccus mali punici parum acidi, & caro pulli cum lactucis elixa, addito ſucco arancij aut vuæ acerbæ, poſtrema menſa parum mali citrei. Bibet æger aquam frigidam, quam ſi ferre nequeat, vino pauco miſcebit. Exterius tamen ceratum refrigerans Galen. apponatur iecori, quod ſæpius mutetur, aut vnguentum roſaceum ſuperpoſito epithemate, ex aquis inſtill. endiuiæ & cichorei, cum pauco aceto, & vbi plus refrigerare opus fuerit, ſantalorum puluerem addemus. Clyſteria quoque refrigerantia eiſdem iniicienda.

De capitis dolore per conſenſum à ventriculo.

Frequens admodum eſt capitis dolor ortus à ventriculo: magnus etenim eſt horum duorum membrorum conſenſus, tum per communes neruos, tum poſitu ac rectitudine, vbi itaque humor aliquis vitioſus præſertim acris in ventriculo contineatur, qui à ſe vaporem mittat, is caput ſtatim offendet. Aderit autem in ventriculo morſus, nauſea, inappetentia, atque ex inedia morbos deterior reddetur. Quandoque etiam oris amaritudo accedet, præterea oculorum tenebroſitas, ex vſto humore, & ante oculos fient apparentiæ. Cùm igitur is in ore ventriculi conſiſtit, vomitu ducetur, ex aqua tepida, aut aceto mulſo tepido, aut ſimul addito ſeminis raphani decocto. Si in ima parte fuerit, tum clyſteribus, tum etiam potu caſſiæ fiſtularis, ex eius medulla bibita vnc. j. in decocto prunorum. Si tamen fibris ventriculi fuerit infarctus, cum pilulis de hiera purgabitur. Qui pituitam admixtam habuerit ſic etiam hiera purgabitur, aut ea quæ ad clyſteria paratur, cuius drachm. iij. in decocto ordei & violarum diſſoluantur, aut in abundantia pituitæ diſſoluantur in ſex vnc. aquæ mulſæ. Deinde vero oleo melino, aut etiam nardino roboretur venter. Cibus ſit beta elixa cum aceto, aut lactuca, ſic etiam parata. Aut panis in iure pulli, addito ſucco vuæ acerbæ, aut arantij, aut vbi vires exigant, caro pulli elixa, deinde inſperſo ſucco arantij, aut limonis: ſint alimenta boni ſucci, ſed paucæ quantitatis. Potus autem ſit aqua ordei, aut vbi æger ipſam non ferat, vinum modicè auſterum, probè dilutum. Frons verò & facies poſca lauentur. Galen. lib. 2. de *Palmulæ in capitis dolore.* Comp. medic. per locos, in dolore capitis vitio ventriculi cōcedit palmulas: cum tamen ante ad capitis dolores ab ebrietate denegauerit eaſdem, quoniam habent efficacem proprietatem inferendi capitis dolorem, quamuis in vtroque dolore vaporem aſcendentem ſupprimere oporteret: quamobrem damnandæ mihi videntur. Galen. autem dices eas non ſolas, ſed cum pane conceſſiſſe, panis autem earum noxam emendat: aut dulces negauit, auſteras non ſatis maturas conceſſit.

De capitis dolore à vini potu, & ebrietate.

Vinum ſuapte natura in caput rapitur in vaporem verſum: quapropter quod vinoſum fuerit, & in calidum ventriculum inciderit, capitis efficiet dolorem: & quandoque turbata mente, ebrietatem. Præſertim id accidit, quibus caput imbecillum eſt, & quibus paruum, & quibus anguſta eſt anterior ipſius pars. Vinum tamen dilutum magis inebriare *Quare vinum dilutum magis inebriet quàm non dilutum.* teſtatur Ariſt. 3. Probl. ſectione, quoniam magis obſtruit & tardius diſſoluitur. Quòd verò vult aquam attenuare vinum & ipſum citiùs deferre, non placet, non enim aqua deducit vinum, ſed contra, vinum quoque dilutum copioſiùs ingeri à quibuſdam, verum eſt. Deceret ſanè hos abſtinere omnino à vini potu, minimè verò potare vina valentiora, præſertim vinum à ſancto Martino, quod omnium eorum, quæ noui citiſſimè & validiſſimè caput tentat, neruos, & articulos, qui cinnamomi bibant decoctum. Quòd ſi à vino abſtinere nolint, procurandum vt capita eorum à dolore præcaueantur, & ipſi ab ebrietate, aut curandi erunt cùm in ipſam inciderint. Præcauentur, ſi vino bibito braſſicæ caulem viridem ſuperelitent, aut ſuccum mali punici, aut cotonei acidioris & acerbioris. Eſt quo- *Ebrietas præcauetur.* que præſtantiſſimum ad præcauendam ebrietatem, præbibere olei vnc. ij. licet enim deinde citra ebrietatis periculum, vel integrum vini dolium bibere. At verò poſteaquam in ebrietatem & capitis dolorem inciderint, cauſa facilè agnoſcitur: nam ſi æger capite dolens mente adhuc conſtat, ipſe refert vini potum præceſſiſſe, ſi tamen non conſtat, ipſum delirium cum motus imbecillitate, & tremore, & eiuſdem circumactione, & præſentium relatu deprehendetur. Oportet autem præ aliis vinum vomere, niſi prius coquatur, deinde hederæ corymbos malaxatos fronti ligare, aut braſſicam elixam edere, aut eandem calidam malaxatam fronti & temporibus circumligare, aut roſaceo aceto, & ſucco braſſicæ frontem & tempora madefacere, deinde dormire, & à ſomno carnem pulli elixi, aut eius alas, cum ſucco arancij edere, aut vitellos ouorum cum ſucco limonis, ac deſuper ſuccum mali punici, aut mali cotonei; turdus quoque bonus cibus eſt eiſdem, non tamen laudo pullos columbinos, *Pulli columbini ebrietati nocent.* quòd prauum ſuccum generent ac capitis dolorem.

Alexan

Alexander tamen colombarum coocedis alas, & Galen. culumbarum pullos. Pyra quoque in bunc vſum accommodantur, & poma auſtera, & ex piſcibus ſaxariles. Bibent aquam, aut cinnamomi decoctum. At verò eùm melius habuerint, & eorum ventriculos aquam ooo fert, vinum pauc:ſerum hibent, album, aquoſum. Cùm autem innaleſcunt, frontem & tempora vngoentis odoratis linient, veluti oleo de ſtyrace, & belzuino, & gallia.

De capitis dolore ab ictu.

Capitis dolor ab ictu.

Capitis dolor ab icto quandoque concitatur: is verò aut ſimul vuloos efficit, aut ſolam cõtoſionem, ſed contuſio quandoque læſionem intulit perieraneo, ob quam timetur inflammatio, aur malum ad ſotimas perueoit membranas, aut ſola ipſa caro patitur. Si ictus cum vulnere factus eſt, volnus carandum labiis commiſſis & agglutinantibus adhibitis, arque his quæ ioflammatiouem prohibeant, & dolorem mitigent. Quando igitur inflammatio membranæ timetur, atque hæc non parer, ſanguis mittendus eſt, ſecta vena eaterna cubiti patientis lateris, & earo ae petieraneum ſecanda, & ſi ſanguis ibidem effuſus, aut eoneretus fuerit, craneum detergendum, & ſi cuutuſio anr fractura in eraneo ſe oſtendat, curanda, veloti ſi ab initio ob ictum membrana vulnerata eſſet. In quem vſum laudatur roſaceum cum farina milij arida, aut calaminthæ ſuceus inſtillatus, deinde roſaceum & adeps ſuilla ſine ſale, aut roſaceum cum voguento tetrapharmaco, aut melle, & caput ac neruos cuſtodire valde. Hi verò à carnibus, & vino abſtineant, præſertim ſi febris aceeſſerit. Potus ſit aqua hordei, aus cinnamomi, ſi ventriculus ſit imbecillus. Cibus verò pauci nutrimenti & boni ſucci, vt vitelli onorum, aus lactueæ eliaæ, aut cueurbita, aut panis lotus, aot panis in iure pulli, aut pyra aſſa in eineribus, aut ignis verratur, & eius loco pyra apponãtur in foeo, & eooperiantur olla, aut ſartagine ærea, deinde ſartaginl aut ollæ ignis aceruetur moderatus: ibidem namqoe veluti in paruo elibaoo probè aſſabuntur. Si tamen contuſio ſine vulnere fiat, ae velimus præcauere inflammationem membranarum, roſaceum paueo aceto immixtum admouebimus: vbi tamen non timetur inflammatio, contuſam earnem oleo dulci tepido fouebimus, aut etiam chamæmelinum miſcebimus, lana & oleo calenti fooentes partem. His omnibus conuenit aërem attemperare, ventrem lenem habere, quieſcere quoqoe loco parum lucido & dormire, & crurum frictiooibus vti.

De dolore capitis in febribus.

Capitis dolor cum febre, aut eſt ſignom decreſorium, aut ſymptoma cunſequens febris magnisudinem, & vehementiam. Vbi ſignum ſit decretorium, oullo opus eſt remedio: nam quæ ipſi medentur, futuram impedient indicationem, ſi ſanguinis fluxus è naribus ſperetur: nam ſi dolor capitis adfuerit in febribus cum morſu oris ventrieuli, & oculorum tenebroſitate, quamuis frigida admoueamus & repellentia capiti, non impediemus vomitum: ſi tamen adfuerit capitis grauitas, & vaſorum tenſio, & pulſus temporum, & oculorum hebetudo, abſtinebimur ab bis quæ refrigerant capnt, & repellont, præſertim ſi præfuerint coctionis notæ: ſi tamen ob febris vehementiam, & malitiam vapores peecantium humorum in caput ferantur, coadiuoanse capitis imbecillitate, prærer eorporis euacuatiooem, pro ratione peccantis bumoris, fronti & temporibus, & commiſſuræ coronali roſaceum admouendum cum pauco aceto, aut etiam addita aqua inſtillatitia ſemperuiui, aut portulacæ. Quòd ſi vigiliæ acceſſerint, timebitur futura phreniiis aut paraphrenitis: quamobrem prædicto remedio inſtandum, & decoctum papaueris miſcendum, interim cordis calor temperandus. Aër quoque attemperãdus & venter leniendus. Placet porrò hoc in loco meminiſſe eorum quæ capiti noxia ſunt, quorum catalogum Galenus ſcripſit. Nocent quidem non tantùm io capitis doloribus, ſed in omnibus affectibus in ipſo ſubortis viticis ſemen, abſynthij ſnecus, lactis potio, glandes querciuæ, oliuæ nigræ, arbuti fructus, eruus, myrrha, thus, hederæ capreoli. Mentem quoque turbant iuoci odorati ſemen, croens, peucedanum, cyclamioum ſiccum, vino potom, ſtyrax: modicus potus moroſitatem ſoluit, moltus autem turbulentos ſomnos efficit.

Capiti noxia.

De dolore capitis antiquo, ſiue cephalæa, & hemicrania.

Cephalæa.

Cephalæa capitis dolor eſt inueteratus, qui aut perpetuo & ſine intermiſſione affligit, aut repetit per interualla, & quibuſdam ordinatè, aliis nullo ſeruato ordine: vexat autem validè ægrotantem, & non paruũ periculum minator, & vigilias affert, & ea doloris diuturnitate virium diſſolutionem. Commouetur cephalæa, aut iam eommota eacandeſcit, audito ſtrepitu, & vini potu, odoribos, & locis ſplendore. Oritur id malum ea inflammatione membranarũ capitis, præſertim perieranei & fibrarum quibus appenſa eſt eerebri craſſa membrana, ant obſtructione impediente humorum per caput liberam delationem: aut diſtentione quæ à flatu fit, aot acrimonia vaporũm & humorum aſcendentium ad caput, ant ibidem genitorum ob malam qualitatem quæ in eapite conſiſtat: aut oriſur ab intemperie calida capitis trahente ad ſe ab imis partibus eacrementa, aut ab imbecillitate, frigore, aut calore contracta, qua cogitur caput aliorum membrorum excrementa ſuſcipere. Si inflammatio fuerit, grauitas aderit cum tentione, & pulſu, & ardore, erit aotem inflammario non exquiſita, aliàs non foret diuturna cephalæa. Obſtructio à craſſis fit humoribur, atque hi eùm dilasantur, incaleſcentes & putreſcentes dolores efficiunt pariter, quoniam alios in putredinem ducunt, quamuis ipſi nou putreſcant, quooiam eorum ductum & digeſtionem impediunt: humores autem qoi non gubernantur à natura, facilè putreſcunt. Ac ſentitur grauitas diſtentione mixta: flatur verò diſtentionem efficit ſine grauitate. Quòd ſi diſtentio ab acri fiat vapore, cum diſtentione morſus & acrimonia ſentietur. Si verò calor capitis ad ſe deduxerit excrementa, ardor capitis aderit, & acria excrementa aut aliunde deducentur, aut deducta corrumpentur, ac ſentietur panca grauitas, morſus autem, & acrimonia vehemens, præſertim ſi malum membranas iouaſerit, quæ ſi internæ fuerint, radicibus oculorum malum impartietur, externę tamen malum eatra ealuariam oſtendent, & ad frontem & ſupercilia extendetur, & ſiue cephalæa, & ſiue hemicrania in ea parte fuerit, tactu vel leui dolor augebitur, & ſæpe extra humores, aut puſtulæ erumpent. Si tamen imbecillitas ſeqoatur frigidam intemperiem, ſenſim excremeota frigida aecreſeent, & grauitatẽ cum ſenſu frigoris inferent, atque bi à frigidis lędentur, faciem autem habebunt

Cephalææ cauſæ.

Cephalææ ſigna.

decolo

Digitized by Google

decoloratam, & oculos ſubtumidos, & linguam albicantem. Hemicrania verò dolor capitis eſt per interualla repetens, mediam capitis partem occupans, ſicuti & ouum aut clauus à partis patientis figura & magnitudine nomen aſſumens. Hiſpani omnes has differentias appellant vno nomine, axaqueca: fit ſanè hemicrania ab eiſdem ferè cauſis à quibus cephalæa, vbi cauſa dolorem efficiens vnam capitis partem moleſtauerit. At verò hæc magna ex parte oritur per conſenſum, frequentiùs ſanè quàm cephalæa. Per conſenſum autem facta hemicrania oritur à ventriculo, aut iecore, aut liene, aut in fœminis lactantibus ab ipſis mammis, vbi lac aut retineatur, aut putreſcat. Ab his enim partibus aſcendens vapor capitis membranas diſtendit, & quandoque mordet etiam. Siue igitur humor, ſiue vapor, ſiue flatus partem infeſtet, eis notis deprehendetur, quas cephalæam oſtendere diximus. In cephalææ curatione decet aërem attemperare pro ratione cauſæ facientis ad calidum aut frigidum, & pari ratione in cibis victum inſtituere boni ſucci alimentis, & quæ facilè coquantur, & aquam bibent, cum cinnamomo, aut fœniculi ſemine feruefactam. Quieſcent autem in loco obſcuro. Quòd ſi in toto corpore ſanguis redundauerit, ſanguinem mittemus, ſecta vena media, deinde manente copia in capite, ſecabimus externam, & ſi pars vna patiatur dolorem eius partis. Perſeuerante verò huius generis malo, frontis venam ſecare, aut narium internam, erit vtile. Interim quoque clyſteribus vtemur validioribus, ex decocto betæ, & mercurialis, cum hiera picra, & ſale, aut etiam electuarij indi drachm. iij. Frictiones etiam conuenient & capiti admotum roſaceum, cum camemelino, aut camemelinum ipſum cum ſucco menthæ aut ſerpilli, aut eiſdem tritis. Si tamen in vniuerſo corpore bilis redundauerit, euacuandus erit humor, & coctione apparente purgandus pilúlis aggregatiuis, aut cocchiis, aut electuario de ſucco roſarum in decocto prunorum, & florum violarum, clyſteria erunt refrigerantia, & capiti roſaceum cum camemelino admouebitur: & ſi amplius diſcutere velis, addes ſuccum menthæ aut ſerpilli. Craſſis autem ſuccis & excrementis cephalæam aut hemicraniam efficientibus, humorem in primis parabimus ſyrupo de ſtœcade, & aqua mulſa, aut etiam aceto mulſo, niſi malum membranas moleſtauerit, cũ aqua inſtillatitia fœniculi, aut ſtœcados, aut eorundem decoctis. Deinde caput purgandum pilulis cocchiis, aut aureis, aut bibent electuarium indum diſſolutum in decocto aniſi, fœniculi, & ſtœcados. Apophlegmatiſmi ficot ex aceto mulſo cum decocto origani & pulegij, aut ſyrupus ſcilliticus cum decocto origani & thymi gargarizandus. Errhina fient ex aqua mulſa & ſucco betæ, abſorptis per nares. Maſticatorium fiet ex melle toſto & puluere maceris, & pyrethri, aut ex ſucco porri, caput quoque leniendum oleo camemelino, & anethino, & ſucco pulegij, aut ſucco menthæ, aut ſerpilli, aut pulegij coma in oleo anethino fricta, & emplaſtri forma appoſita. Si verò à flatu oriatur malum, euacuato humore, à quo flatus leuatur, bis in die medicamentum diaciminum, aut dianiſum, aut pliris arconticum ſumendum, & paucum vinum, nec validum, ſuperbibendum, aut ſaccoli ex ruta, aut ſtœcade, aut cumino, & aniſo tritis, calidi admouendi capiti. Quòd ſi imbecillitas ab aliqua intemperie oriatur, intemperies contrariis curanda, & deinde caput roborandum alimentis boni ſucci, & amygdalato, & ex auellanis toſtis in iure carnis pulte facta dormituris ingerenda, aut ſi manè ingerantur, ſuperdormiant. Cæterùm hemicrania vbi à plethora naſcatur, ſanguinis miſſione curanda, vt de cephalæa diximus, latere patiente conſiderato, aut ſi prauus humor redundauerit, is quoque purgandus, deinde capiti admouenda remedia, ſed orto morbo à ventriculo vomitus ſolet ſponte ſuccedere, aut arte prouocetur ex decocto ſeminis raphani tepido. Si iecur in cauſa fuerit, curatio procedet, vt diximus de dolore capitis per conſenſum à iecore: ſi à liene id vacuandum & curandum: capiti verò admouentur oleum anethinum cum ſucco ireos, aut oleum irinum cum ſucco menthæ, quoniam decet per hæc remedia caput roborare, atque vbi valde frigidus fuerit morbus, poſt humoris vacuationem conueniet anethini olei vnc. vj. ſucci ſerpilli vnc. ij. euphorbij drachm. j. liniatur pars dolens calente medicamine. Laudatur etiam ſtercus columbinum cum melle, oleo laurino, & pauco aceto. Præterea radicis cucumeris aſinini minutatim inciſæ vncia vna, & abſynthij vnciæ duæ, bulliant in aqua & oleo, deinde caput decocto foueatur: abſynthium verò & radix cucumeris malaxata parti admoueantur. Maſticare autẽ conueniet pyrethrum, aut nucem aromaticam, cum ſtaphide agria & pauca cera, & ſaliuam emittere, & gargariſmata conficere ex aceto mulſo cum puluere pyrethri, & ſtaphidis agriæ. Si ex lactis corruptione naſcatur, lac emulgendum, & camemelinum oleum admouendum mammis, quod excrementa diſſoluet, & attemperabit partem: & victum inſtituemus, & redundantia euacuatione curabitur, & intemperies contraria. Id quoque non prætermittendum, nos quandoque cephalæas & hemicranias inexpugnabiles curaſſe ferro candenti, ſimul tribus exuſtionibus factis in commiſſura coronali.

De Phrenitide.

CAPVT VI.

PHrenitis vox Græca eſt, Latinis vſurpata ob inopiam vocum, neque enim alia voce exquiſitè eius morbi eſſentiam poteris oſtendere: eſt namque membranarum cerebri inflammatio, hæc autem tumorem, diſtemperiem, & accidentia comprehendit: ſiquidem non ſolam mentis læſionem ſignificat, aut delirium, ſed eum qui ab inflammatione membranarum cerebri fit, Paulo & Aëtio teſtibus. Galen. in comment. 5. libri prorrhet. inquit: Hippocrat. lib. 3. de Morbis pop. omnes eos phreniticos appellat, qui perpetuò delirantes febricitant. Hæc autem ſententia duo ſignificat: nempe perpetuò delirare, & perpetuò febricitare. At verò vti Galen. lib. 4. de Præſagitione ex pulſibus docet, cerebrum & eius tenuis membrana ita compatiuntur, vt altero inflammato, reliquum inflammari ſit neceſſum. Itaque ſiue intemperiem ſolam, ſiue etiam cum fluxione patiantur, alterum alteri omnino conſentit, id quod craſſæ membranæ ob diſtantiam non conuenit, quamuis & per magnas diſtemperantias, & fluxiones hæc etiam cerebro conſentiat ſæpe, cerebrum quoque inflammari poſſe eo loco concedit. Vidimus tamen in capitis vulneribus ad membranas cerebri peruenientibus, craſſam membranam inflammatam, & ob tenſionem non pulſare, nec tamen delirare ægrotum, quoniam non compatiebatur cerebrum. Habet

ſanè

Phrenit. cauſarum differentia.

ſanè phrenitis differentias, quarum quædam ſnmuntur ex cauſis, quædam ex effectibus, à quibus morbi omnes deprehenduotur, præſertim vbi eſſentia non patet, vti in generali ſignorum doctrina tradidimus. Cauſæ quæ inflammationem efficiunt, ſunt ſanguis, bilis flaoa, aut atra vſtione genita: mitior eſt, quæ à ſanguine fit, quam riſus comitatur, deterior quam bilis flaua generat, cum tiaa & iracundia: peſſima omnium quæ ab atra bile, veluti & humor humore eſt deterior, atque habet hæc furorem implacabilem comitem. Paulus has tantùm tres cauſas phrenitidis ſcribit. Galen. tamen libro 3. de Locis pat. capite 5. ſicuti & Alexander, cap. de phrenitide, tres cauſas ſcribunt. Hæ ſunt, bilis pallida, bilis flaua, & flaua præaſſata: quam Paulus dixit in atrā degenerare. Præterea vt Paulus mitiorem ſtatuit eam quæ à ſanguine fit, ita Galenus & Alexander eam quæ à pallida bile fit. Verùm Galenus lib. 4. de Præſagitione ea pul. à pallida cerebrum non perinde inflammari ob tenuitatem aſſerit. Quamorbrem quatuor ſtatuemus phrenitidinis cauſas, ſanguinem, pallidam bilem & flauam, & atram ea flaua vſtione genitam. Galenus quoque lib. 4. de Præſagitione ex pul. cap. 8. à ſola intemperie cerebri calida delirium fieri teſtatur, & lib. 3. de Locis pat. cap. 5. inflammatis neruis, vel ſolo calore in cerebrum aſcendente, ſeqni delirium affirmat, libro tamen 7. Aphoriſm. comment. 9. ad imbecillitatem facult. ſequi delirium affirmat, verùm hæ omnes παραφροσύναι ſunt, non veræ phrenitides, ſiue cerebri inflammationes, ſicuti neque deliria, quæ ſequuntur febrium magnitudinem & vigorem, aut pulmoniam, aut ventriculi inflammationem. Cùm autem delirium perpetuò accedat phrenitidi, veluti ipſius effectus, delirium autem contingat læſa imaginatione, aut cogitatione, inde phrenitidis ſumentur differentiæ, tanquam ab effectibus oſtendentibus affectam partem, aut facultatem. In quibuſdam itaque phreniticis læditur imaginatio, in aliis cogitatio, in aliis vtraque. Exempla harum differentiarum habentur à Galen. vt enim refert lib. de Different. ſympt. Theoph. medicus prudenter diſſerebat, atque præſentes exactè cognoſcebat, quæ oſtendebant adhuc cogitationem conſtare: verùm tibicines in angulo cubiculi tibia canentes, atque pulſantes eſſe putabat: quod læſionem docuit imaginationis, quam delirij ſpeciem ſibi ipſi eueniſſe teſtatur Galen. lib. 4. de Locis patientibus. Cùm enim æſtate ardenti febre laboraſſet, feſtucas atro colore in cubili, & floccos in veſtibus eminere putabat, quos tentabat colligere, audiuit autem amicos id dicentes, atque intellexit ſe facere quod alij referebant: cùm autem conſtaret in ipſo rationalis facultas, hoc eſt cogitandi vis, rectè, inquit, dicitis, quapropter auxilio eſtote, ne me phrenitis arripiat: ex quibus verbis intelligere licet Galen. nondum phrenitide laborare, ſed prædicta delirij ſpecie: erat autem ob febrem paraphrenitis orta, auxilium enim expoſtulaſſe refert, ne in phrenitidem incideret: non igitur laborabat phrenitide.

Delirium lædis & occupat tripliciter ſenſus interiores.

Lædi autem cogitationem non læſa imaginatione contigit ei qui Romæ cum lanifici puero domi obſeratis ianuis continebatur, vt locis citatis Galenus retulit: is enim ſingula vaſa ſuis nomenclaturis probè nominabat: interrogabat autē tranſeuntes, an iuberent vt ea proiiceret, atque ipſis plaudentibus, omnia proiecit, ac deinde puerum: is ſanè læſam habuit cogitandi vim, ſalua imaginatiua, qua ſingula cognoſcebat, & propriis nominibus nuncupabat, quod pariter ipſum ſanam habere memoriam teſtatur, ſicuti & quod Theophilus ſingula quæ acta erant ab aſſiſtentibus inter ægrotandum, reualeſcens narrabat. Sunt autem innumeri phrenitici qui læſam habent vtramque facultatem, quas non contingit lædi niſi memoriæ læſio accedat, veluti magna exiſtente cerebri læſione.

Phrenitidis ſigna.

Sunt autem diuerſa ſignorum genera, quædam enim antecedunt, quædam ipſam comitantur, & paſſionem præſentem oſtendunt, in diuerſis temporibus diuerſa. Gal. etenim lib. 5. de Locis patientibus, phrenitica ſigna eſſe dicit, quæ phrenitidem oſtendunt, antequam inualeſcat. Patiuntur ſtatim febrem continuam: nam eſt acutus morbus, ex his qui exquiſitè tales ſunt apud Hippocrat. lib. 1. de Ratione victus acutorum, vigiliæ quoque antecedunt: cùm verò dormiunt, manifeſtis imaginibus turbantur, ita vt ex eis quidam clament, & exiliant. Quibuſdam adeò magna accedit obliuio vt matellam petentes, deinde meiere obliuiſcantur, aut iam excitari poſtquam minxerint non reddant matellam miniſtro: reſpondent præterea cum tumultu, & temeritate, præter conſuetum. Dolor quandoque occiput infeſtat.

Ratio quare phrenitici ſint βραχυπόται.

Paruo vtuntur potu, & multi ex eis vinum expoſtulant: rapitur enim calor in caput, atque perinde ventriculus refrigeratur: is verò parum amat bibere, atque potius vinum quàm aquam. Galen. ſanè lib. Prorrhe. comment. 16. exponens ſententiam auctoris, qui dixerat, phrenitici βραχυπόται, hoc eſt parum bibentes, citat ſententiam ex 3. de Morb. pop. quo in loco parte prima in hiſtoria Hermocratis Hippocr. inquit, ſiticuloſus non admodum, quem dixerat habere linguam exuſtam, & Gal. in com. inquit. Ea tali autem lingua, talique febre, ſi non vehementer ſitinerit, ex duobus alterum indicat, vel læſam ægri mentem, vel naturalem ventris facultatem, qua maximè cibos appetimus, cadaueratam. Eſt quoque eorum reſpiratio magna & ex longis interuallis, atque hæc non omnino præſentem oſtendit phrenitidem, ſed iuxta phrenitidem, vti Hippocr. primo lib. Progn. dicit, & nos latè ſententiam expoſuimus: inquit enim, Magna reſpiratio, & ex longis interuallis, παραφροσύνην δηλοῖ, hoc eſt, iuxta phrenitidē ſiue paraphroſynem oſtendit. Eſt autem nota hæc delirātium propria, quoniam ſi reſpiratio magna eſt, & ex longis interuallis, mens turbatur, non tamen ſi mens turbatur, atque præſente phrenitide, ſtatim decet magnam eſſe reſpirationem, & ex longis interuallis: etenim, vt loco citato abundè docuimus, ſi pleuritis accedat, & phrenitidi coniungatur, reſpirationi eis affectibus complicitis ſuccedet pro ratione vincentis, ſiquidem vincente phrenitide fiet magna reſpiratio & rara: vincente tamen pleuritide, fiet parua & frequens, ipſis tamen ſimili modo infeſtantibus, fient nunc pro alterius ratione. Non etiam omnes talem habentes reſpirationem phrenitici ſunt, ſed delirant tantùm, quamobrem id ſignum neque proprium eſt, neque inſeparabile phrenitidis. Proximè verò ad phrenit. accedentes oculi ſqualidi vehementer fiunt. Alter eorum fundit lachrymas, intentè aſpiciunt, & lemæ in oculorum angulis apparent, venulæ eorundem implentur, & ſtillæ ſanguinis narium ſequuntur: per id ſanè tempus nihil ſani habent, quod ad prudentiam ſpectet, floccos euellunt, & feſtucas colligunt, febris non continua modò, ſed etiam arida eos infeſtat, quæ nullam effatu dignam recipit mutationem, qualem in deliriis ſine phrenitide fieri videmus: in illis namque febre ad vigorē deueniente, delirant homines: febre verò

Digitized by Google

decliuaote reſiplunt, io quibus repentè delitia eueniunt, non vti vera phrenitis, quæ ſenſim aduenit, & augetur. Hæc eadem perſeuerant cum phrenitide, & liogoa ſalebroſa fit, & procedente oialo pro ita & furore, mœſtitia ſuccedit, & mente ferè priuantur, vix reſpondentes, aut ſentientes, ob neruorum imbecillitatem tremunt. His febris minor redditur languente calore natiuo, & oculi valde prominent, & pulſus paruus, durus, eordoſus & languidus fit. At verò quoniam inflammationem, quæ in ſepto tranſuerſo continetur, delitium ſequitur vehemens, & eootinuum, decet hunc affectum à vera phreoitide ſeparare: in phrenitide namque vigiliæ, dolor capitis, atque ardor vehementiores ſunt quàm in ſepti tranſuerſi inflammatione. Præterea oculorum venolæ rubent, & guttæ ſanguinis inſtillant in phreoitide, non tamen in ſepti tranſuerſi inflammatione, neque in hac adeò perpetoū eſt delitium, vti in phrenitide, ſicuti & io ſepti tranſuerſi inflammatione hypochondria calent magis, dolent ac coouelluntor, & reſpitatio non ſemper eſt magna, & ex longis interuallis, ſed quandoque parua, & frequens, ſi tamen pituita bili aut ſanguini admixta fuerit, noo exquiſita erit phrenitis, & cuoi vigiliis ſomnus immiſcebitur, ita vt vigilantes in ſomnum vehementius agantor. Arabici dixerunt ſuber ſahari, vigil coma, ſiue coma non ſopotiferum appellatur. In victus inſtitotione aërem domicilij parare ita oportet, vt temperatus ſit: nam nimis frigidus diſſolutionem excrementorum impedit, & calidus caput implet. Aëtius æſtate frigidū præcipit parare. Neque etiam vaporoſus eſſe debet, oon valdè lucidos, minimè tamen tenebroſus: nam lucidus valde, aot picturis variegatus mētem diſtrahit, & ſpiritum diſſoluit, obſcurus tamen rerum cognitionem ſuſpendit. Areteus cooſiderare præcipit, nam ſi in luce efferuntur, & quæ oon ſunt cogitant, & cernunt, & nouas imagines accipiunt, in obſcuro locandi ſunt: ſi verò non, in lucido: ſolent enim io luce reſipere, & inſaniam placare. Ingrediaotur quoque ad ipſum viſendum amici, qui cum eo conuerſentur, com qoibos delectetur, & quos reuereatur, qui ipſum quandoque amicè hortentur, quandoque violentius obiurgent. Quietos manebit æger, aut vi coërcebitur à familiaribus & miniſtris, aut in horum inopia ligandus lecto blandius quo fieri poſſit, eum tamen eius motus cohibeantur, qui imbecillitaot vires. Somnos eiſdem procuretur tum alimentis, tum etiam medicamentis. Sed ignorandum non eſt, ea quæ propriè ſomnifera dicuntur ſtuporem inducentia, non eſſe admouenda, niſi magno vrgente vſu, & calore natiuo nondum languente: ſolent enim hæc mortificare, & immedicabiles inducere affectus, ſomnus tamen quàm maximè eorundem ſedat deliria, & calorem capitis, & ſqualorem humectat & attemperat, omnem animi turbationem immodicam fugient, ſolum gaudium modicum valet eorum laxare furorem. Clyſteribus vtentur ventrem lenientibus & refrigerantibus, ex decocto maluarom, violarum, & hordei cum violaceo, aut roſaceo. Alimenta ſint lactuca elixa, aut etiam conſtante calore ventriculi ad vigilias & ardorem, cruda, & endiuia, & cucurbita, & pepo elixus, & pyra aſſa, & panis lotus, aot in aqoa calida infuſus, aot panis cum ſyrupo roſato, aut hordei cremore, & imbecillioribus, aut longioribus morbis ptiſana, aut loco eius auenæ ſuceos exhibeant, aut ex virenti tritieo ſorbitio, aut ſimilia ex virenti hordeo, mala ponica verò concedūtor. Potus verò ſit aqua hordei, aut decoctum prunorum. Amant ſanè ipſi parum bibere, ſed expedit vt potus oon ſit manifeſtè frigidus, præſertim vbi in ſepto tranſuerſo foret inflammatio: vini præterea potio morbo iam cocto & inclioante non erit oocua aſſuetis præſertim, & qoi vioom ſummopere cupiunt. Siquidem per id tempus vires roborat, & ſomnum conciliat, & mitigat furorem pro quo lætitiam infert, & quod reliquum eſt diſſoluit: ſit autem vioum album pauciferum. Curatio incipiet à ſaoguinis miſſione, vbi vires conſtauerint ſecta vena externa cubiti, & copioſè ſanguis detrahatur: cauere tamen oportet diligenter ne inordinatis motibus ligaturam ſoluant, per magnas tamen ſangoinis redundantias non erit Aëtij cootemnenda doctrina, qoi venam mediam ſecare præcipit, ſicuti & qoòd non expediat ad animi deliquium ducere ægrum, vt motus, & agitationes deinde ferre poſſit. Deinde ſi opus fuerit ob mali perſeuerantiam, & cauſæ facientis redondantiam, aut quoniam ab initio manum præbere detractauit æger (aut timet medicus ne deinde delirās & validè mouens brachia ligaturam ſoluat, & ſanguis profluat) vena frontis ſecanda erit, vt parte 2. docuimus, collo faſcia leuiter compreſſo, atque ſanguis, ſi alia venæ ſectio non præceſſerit, abundè ducetur, ſi tamen præceſſerit, redundantia erit conſideranda. Expedit etiam nonnunquam nares internas ſecare, & ſanguinem ducere, ſed ſolet natura ea via ſæpe in phrenitidibus ſalubribus eas efficere iudicationes: eſt enim is morbus de numero eorum qui iudicatione finiuntur, ſanguinis è naribus profluuio, & quibos hæmorrhoidarom vacuatio natura aut arte prodeſt. Neque impedit qoominus ſanguis mittatur, quod phrenitis ſæpe à bile fiat, nam hæc per venas tendit cum ſanguine ad inflammationis generationem, reuellitur quoque vterque homor ſanguine miſſo. Deinde verò ſi bilis copia adfoerit, venter purgabitor rhabarbaro infuſo in aqua endiuiæ, aut prunorum, violarum, & hordei decocto, aut in eodem decocto infundentur tamarindi, quo porgabitur, aot bibet infuſionem myrobalaoorum pallidorum, ſitque eorum drachm.j.s. interim quoque ſi opus fuerit & facies rubeat, cucurbitulas occipitio & ceruici admouebimos, ſine ſcarificatione, aut etiam cum ipſa, ſi non iaorùm auellere, ſed etiam vacoare velimus. Capiti verò detonſo oxyrrhodinum admooebimus, qood recipiet roſacei vnc. iiij. aceti vnc.j. id ſupra cōmiſſuram coronalem, non frigidum, idqoe inter initia: oam procedente morbo, & ſummum vigorem attingente, cum roſaceo miſcebimos camemelinum cum ſucco menthæ, aut ſucco ſerpylli, roſacei vnc.iiij. aceti vnc.s. ſucci menthæ vnc.j. aliud roſacei vnc. iiij. camemelini vnc. ij. ſucci menthæ vnc.j. aceti vnc.s. atque hæc tepida admouenda: vigiliis verò valde infeſtantibos licebit camemelino miſcere decoctum capitum papaueris, & tepidis fouere caput. Quæ enim frigida admouētur, humorem & vaporem compingunt, & qoæ validè ſtuporem ioducunt, vti mandragora, cicuta, & opium, in contrarium dedocunt affectum, & immedicabilem efficiunt paſſionem. Vidimos enim quoſdam, qoos medici immodica refrigeratione perduxerūt in veternom, lethargicos periiſſe. Medebimor præterea vigiliis, crurum blanda frictione, manibus oleo vnctis, qoibos totum ipſum corpus vngere licebit, & leuiter fricare, vbi ſqualidum fuerit. Somnum pariter adducemos, fontibus machinatis intra cubiculom, odore decocti papaueris, eo vapore inſpirato: bibere etiam conoeniet ſyrupom de papauere pauca quantitate, ne ventriculus refrigeretur: refrigeratus enim nec ſyrupum ſuperabit, nec vaporem

Nota diſtinguentes phrenitidem ab inflam. diaphragmatis.

Phreniticorum victus.

Phrenitidis medela.

ipſius

ipſius in capnt mittet. Nares quoque & tempota linire voguento populeone ſomnum euncilia, id quod attemperamus quandoque roſaceum immiſcentes, ſed hæc & ſimilia quæ valde refrigerant, atque ſtuporem ioducuot omni rempore ſuſpecta ſuor, præſertim in ſommo vigore, & inclinatione, quibus temporibus amygdalato vtimur pro cœna, addito ſemine papauetis albi. Ante cœnam verò caput fouebimus decocto papauetis, florũ violarum, & camemeli, aut oleo papauetino. Inclinante etiam morbo coquendi bumoris & diſſoluendi ratione pullum columbinum euiſceratum & calidum capiti admouete licet, ſed duabus horis tranſactis reooandus: fœtet enim, & purret breui, præſertim æſtatis tempore. Pulmo quoque arietis calidus, vt ab animali extrahitur, aut vbi frigeat aqua calida immerſus, & ſic admorus, prædictũ præſtat vſum. Ego verò hotuoi loco camemelinum cum maioranæ decocto magis laudo. Diutius quoque perſeuerante morbo oleo calenti caput fouebimus, io quo ſerpyllum decoctũ fuerit, aut maiorana. In quem vſum Galen. lib. 13. & 11. de method. meden. procedente phlegmone cerebri & membranatum, caſtorco vti præcipit, cùm morbus incliuauetit, quamuis aliis inflammatiouibus inclinantibus non conueniat: decet eoim validioribus vti medicamentis, quàm pro ratiooe diſſoluendi hnmorer, quoniam per magna interualla medicamẽrum intta caluariam vires traoſmittere debet. Quam medendi rationem à ſitu partis ſumptam, ſeruandam eſſe in generali medendi meth. præcipimur. Nor tamen caſtorco non vtimur, oiſi phrenitir notha ſit, & declinaore morbo pituitæ nonnihil diſcuriendum remaneat: aliàs ſatisfacete puto camemelinum in quo maiorana, aut ſerpyllum fuerit coctum. Conualeſcentea verò, vt Paulus inquit, virabunt ebtietatem, iram, ciborum corruptiooem, & Solis æſtum.

De Lethargo & caro.

CAPVT VII.

Lethargus. LEthargus cerebri morbus eſt phrenitidi contrarius: ſiquidem phrenitia à calidis humoribus fit, lethargus à frigidis, lentis, & craſſis: quod ex dicendis notis conſtabit. Cùm igitur pituitoſus humor cerebrum occupauerit, atquo ipſum madefecerit, & putreſcens febrem induxerit, morbus lethargus dicetur, ac ſi diceres obliuio
Lethargi cauſa. otioſa, id enim λήθαργος Græca vox ſignificat. Hiſpani dicunt modorradormida, quoniam phrenitidem, modorra, ſine additione dicunt. Galen. lib. 4. de Præſagitione ex pulſ. ab bumida intemperie cum febre lethargum fieri dixit, & à potrida pituita lib. 1. Prorrhet. comment. 1. lethargum fieri dicit, cùm pituita bumectauerit ac diluerit partem in qua princeps animæ pars reſider, eandem quoque putreſcere vult libro 13. Meth. med. Erit ſanè talis obliuio, ſi ab bumida intemperie naſcatur, cum humore tamen magis propriè lethargus dicetur. Sed fit quandoque nullo præcedente morbo, quandoque poſt phrenitidem notham diſſoluto tenui humore, aut cerebro inter curandum immodicè refrigerato, aut tranſlato bumore aliunde, aut à pulmone, aut ſepto tranſuerſo inflammatis, aut ex toto corpore per febres, præcedeote caro, ac tan-
Lethargi ſigna. dem humore io capite firmato, ſequitur etiam nonnunquam comitialem morbum. Signis ſequentibus lethargus deprebendetur, dormiunt inexpugnabili ſomno. Lentam febrem patiuotur, ſed continuam. Perpetua obliuiooe laborant, ita vt vocati præ ſomno non reſpondeant, excitati, vel reſpondere non tentaot, vel tentantes eorom quæ dicere conabaotur obliti, media actione deſiſtunt. Oſcitant ſæpiſſimè, & ore hiante permanent obliti claudere ipſum, vtinam quoqoe deponere obliti, ſi excitentur accepta matella oon mingunt, aut poſtquam miuxerint ipſam reddere obliuiſcuntur, deſides fiunt, & ſegnes, & ſenſuum omnium hebetodinem patiuntur, & ſi loquantur, delira loquuntur. Pulſus eorum ſuot magni, vndoſi & languidi, raros quoque eſſe Paulus & Alexander ſcribunt: reſpiratio rara eſt, & cum langore facta, vtinam mittunt iumentotum ſimilem: oculis itaque clauſir cubant ſupini, & dormiunt inferna oris maxilla reſoluta, & toto corpore deci-
duo. Hic victum inſtitoemur aërem calidum paran- *Lethargicorum victus.*
tes, lignis accenſis odotatis & thymo, ac pulegio ſparſis in cubiculo, quod decet lucidum eſſe. A ſomno excitandi omni arte & diligentia, his quæ caput calefaciant quæ dicemus, & punctionibus & pilorum euulſionibus: fricanda autem ſunt ipſorum brachia & cruta calentibus oleis, vt irino, & rutaceo, ac frequenter commouebuntur eorum corpora, clyſteribus quoque vtendũ quæ fient ex decocto mercurialis, camemelini, & meliloti cum melle, addito ſucco betæ, aut mercurialis, & hiera & ſale, aut loco hieræ apponemus ex pilulis cocchiis drac. 1. aut electuarij indi drachm. iiij. Procuraodum etiam eſt vt vrinam deponant romentis ex rutaceo pubi adhibitis. Cibus ſit aqua mulſa, aut ptiſana ordei, aut puls ex auena, addito aceto mulſo, & ſale, & amygdalatum cum melle, aut paois in iure pulli, & cicerum, & porri cum aceto. Si ob virium imbecillitatem alimeota validiota expetantur inclioante morbo, paſſerculorum & turdorum caro, aut etiam turturis erit vtilis: ſed hæ pipere, aoiſo, & cumino inſpergendæ. Cappatis cum accto, aut aſparagi extenuandæ pituitæ proficient: ſed iuſtandum, vt deglutiant. Potus ſit aqua mulſa, aut cum origano ferueſacta, aut etiam vioũ aquoſum pauciferum prædicta aqua dilutũ, quæ vaſe anguſti oris præbenda ſunt: à cibis
verò frictiones ſunt opportunæ. Curatio tameo hac *Lethargi curatio.*
methodo procedit, vbi vires conſtaueriot & oihil obſter, ſanguis erit mittendus, ſecta vena externa cubiti, aut vbi ipſum vires non ferant, clyſteribus vtemur validiotibus, ſanguine tamẽ miſſo, & malo perſeuerante cucurbitulæ occipitio, aut primis ceruicis vertebris admouendæ, aut multa flamma, aut etiam ſcarificatæ. Præterea vbi pituitæ teduodaotia adhuc maneat, extenuanda erit potu aceti mulſi cũm decocto origani & calameoti, aut etiam ſyrupo ſtœcados, & aceto mulſo, & decocto pulegij, & thymi, deinde ad purgatiooẽ exhibebimus pilularum cocchiarum, & aureaũ vtriuſque drach. s. io aquæ mulſæ vnc. iiij. aut electuarij indi drach. vj. in aqua mulſa ex origani decocto. Alexander, caſtoreum cum oxymelite in potu præbet, & purgandi ratione, ſimul cum ſcammonio, vti ſcammooij ſcrup. j. caſtorei ſcrup. 2. hæc verò immodica quantitar eſt, medium ſanè pondos ſatirfaciet. Quamuis Paulns quoque pondus ſcrup. j. præcipiat de ſucco ſcammonij. Capiti verò admouebimus ab initio roſacei vnc. 4. camemelini vnc. ij. aceti vnc. j. deiode verò camemelioũ cum ſucco ſerpylli, aut puluere pulegij triti, aut polij. Aliud, camemelini vnc. ij. roſacei vnc. iiij. aceti vnc. j. vbi verò validius calefacere eſt io animo medicamento caput vngemus, quod recipit camemelini vnc. vj. nitri & pyrethri vtrinſquo drach. j.

caſtorei ſcrup.ij.aut loco camemelini,linum apponamus. Interim quoque ſomno excitati admotis naribus thymo & pulegio in aceto elixis, aut ſulphuris fumo, aut bituminis, aut picis,aut funiculo lucernæ ſebaceæ extinctæ. In eundem vſum conuenit faciem ſæpe abluere poſca in qua pulegium fuerit madefactum. Sternutatoria naribus inſufflentur ex ſtrutio,pipere,caſtoreo,aut ſucco cyclamini, aut pyrethro. Apophlegmatiſmi fiāt ex ſinapi, melle & aceto,aut tenui linteo inuoluantur pyrethrum, thymum, & pulegium,quæ aceto madefiant,deinde his palatum fricetur, & pituitam extrahat miniſter digitis ipſis: id verò ſæpe facientes, mirum quantum caput leuetur. Cogemus quoque ipſum clauſo ore, per nares aquam mulſam ex pulegij decocto, aut acetum mulſum ex decocto calaminthæ trahere. Sacculi præterea ex pulegio, calamintha, pyrethro & caſtoreo capillis calidi admouendi,& emplaſtrum ex pice,pyrethro & euphorbio, ceruici & occipitio affigendum, deraſo capite, ſinapi verò cum melle ad idem valet:atque interdum non prætermittenda clyſteria quæ ſcripſimus. Danda verò opera eſt, vt ligaturis,frictionibus & punctionibus,à profundiori, & quieto ſomno arceantur. Auertunt etiam humorem à capite,& à ſomno excitant, quæ ruborem efficiunt in brachiis,& cruribus.

Sternutatoria.

Carus.

Caros autem à lethargo differt,non tamen exigit ab eo longè diuerſam curationē:eſt enim ſimilis omnino cauſa,nempe pituitoſus humor caput occupans, & ſomnum inferens inexpugnabilem,ſed intereſt, quoniam lethargus antecedit,deinde febricula ſequitur: caros verò ſequitur magnas & vehementes febres, & earundem ſummos vigores, & declinat eiſdem inclinantibus, incipientes quoque acceſſiones febrium comitatur ſæpius,& vigentibus recedit.Neque perpetuum eſt carum debiles febres comitari, quod voluit Aëtius.Fit etiam caros,vbi per vulnera capitis cerebrum ab oſſe fracto comprimetur, aut à meninge cuſtode. Præterea in lethargo excitati & interrogati reſpondent, non omnino ſine voce iacentes: qui tamen caro laborant clauſis oculis iacens, quos non aperiunt, nec vocati reſpondent. Humor qui carum efficit, craſſior eſt, quàm qui efficit lethargum, cuius magna pars in febrium habentium acceſſiones principiis in caput mittitur, & declinante acceſſione diſſoluitur.In huius craſſi humoris extenuatione, & corporis purgatione, & reliquiarum diſcuſſione tota medendi ratio conſiſtit: hæc verò vti de lethargo diximus, agenda ſunt.

De Typhomania, ſiue comate non ſoporifero.

CAPVT VIII.

Typhomania.

TYphomonia appellata eſt à quibuſdam, vt Galenus inquit, media diſpoſitio inter phrenitidem & lethargum,quam etiam aliquando coma non ſoporiferum appellant, Hiſpani diuermiuella, Arabes ſubet ſabari, hanc lib. de Pul. ad tirones dicit nomine carere. Paulus eam appellat catochon, ſed, vt ipſe quoque nouit, catochos cum catalepſi conuertitur, & nos has vocum ſignificationes ſeruabimus. Typhomia ſigna habet media & immixta ex ſignis phrenitidis, & lethargi: nam hoc morbo laborantes neque vigilant, nec dormiunt, ita vt apertis oculis impetu in ſomnum deferantur, & quandoque oculos aperire & palpebras diſpeſcere nequeant, vigilantes quoque mentem alloquentibus applicare nequeunt, & dormientes inſomnia patiuntur vehementia, & delira loquuntur: oculi rubent: facies verò intumeſcit, & liuet, ſed quandoque rubet. Eorum palpebræ ſuperius conuelluntur:liquida deglutire nequeunt, ſed ad nares ea repellunt.

Subet ſabari.

Typhomania curatio.

In morbi huius curatione à ſanguinis miſſione incipiemus, præſertim ſi oculus & facies rubeant, ſecta vena externa cubiti, & validis vtemur clyſteribus, quæ recipiant betæ & mercurialis decoctum, cum hiera picra, aut etiam cum electuario indo, & melle, ac ſale,& vbi opus fuerit ægrotantem cum eodem electuario in decocto prunorum purgabimus. Alimentum erit, ius pulli cum ciceribus, aut origano: potus verò aqua hordei cum origano: capiti quoque admouebimus oxyrrhodinum, cui additus ſit ſuccus ſerpylli, aut camemelinum cum aceto, & puluere ſerpylli triti, deinde verò toto corpore vacuato, apophlegmatiſmis ſupradictis ad lethargum, vtemur.

De Catocho, ſiue catalepſi.

CAPVT IX.

CAtochos cerebri paſſio eſt, quæ poſteriora ipſius magis vexat, congelatio dicta: quoniam per eam homines detinentur veluti concreti, aut congelati, & ea ratione κατοχὴ, vel κατάληψις dicitur, quaſi deprehenſio, aut comprehenſio. Inuadit ſanè morbus hic ſubitò magna ex parte, ac tales detinet ægros, ac in eadem figura, qua ipſos inuaſit. Paulus vult vbi morbus ſubitò inuadat, eos ſeruare, clauſis aut apertis oculis, & ſtantes, ſedentes, aut iacentes: cùm igitur palpebras habent apertas, tales ſeruantur, nequaquam conniuentes, ſed intentè inſpicientes, immotis palpebris & oculis, ita vt ſi manum admoueas, eos claudere non tentent. Galen. tamen ſemper palpebras apertas eos habere ſcribit lib. 4. de Locis patient. cap. 4. hac enim in re catalepſin à ſopore diſtinguit. Et lib. de Pul. ad tirones, dixit eos qui mediam diſpoſitionem patiuntur inter phrenitidem & lethargum,aliquando inconniuentibus oculis aſpicere, vti catalepſi deprehenſi. Euidentiùs idem affirmat lib. 2. Prorrhet. comment. 56. nempe catocho laborantes oculos ſeruare apertos, atque id voluiſſe Archigenem, & Philippum. Prædicti neque audiunt,neque reſpondent, raram habent reſpirationem,ſed ipſam magnam quandoque efficiunt, pulſus eorum magnus, tardus, & rarus,ſed æqualis. Similis eſt paſſio lethargo, ſed in lethargo corpus tumet, in catocho conſtrictum eſt. Habet hoc malum ortum à frig. aut ſicca, aut vtraque intemperie, aut à ſanguine craſſo caput occupante, ibidem concreto, aut ab humore melancholico, hoc etiam craſſo, & refrigerato, non etiam ſequitur quod Argenterius voluit, ſi ab humore melancholico fit catalepſis, melancholicos omnes debere catalepſi laborare: nam melancholicus humor lædit aliquando corpus, aliquando animam, vt vult Hippocr. & Galen. lib. 3. de Locis pat. A ſanguine verò, quamuis natura humidus ſit, cùm fuerit craſſus, ac deinde refrigeratus, catalepſim fieri nihil vetat. Cùm igitur facies rubet, & æger adoleſcens,aut vtcumque ſatis valens fuerit, ſecta vena cubiti externa ſanguinem pro plenitudinis ratione & virium conſtantia detrahemus:

Catocho laborantes oculos ſeruant apertos.

Catochi curatio.

hemus:

hemus : verùm quoniam humores ſecta vena non facilè fluunt, nos ante venæ ſectionem caput, ceruicem,& dorſum fouere præcipimus oleo irino, & eodem brachia fricare, vt fluxilis ſanguis reddatur. Si tamẽ melancholicus humor redundare videatur, ſi per morbum liceat,medicamẽta extenuantia præbebimus, & deinde corpus purgabimus. Extenuat aqua mulſa,aut ſyrupus de ſtœchade. Purgant in hoc morbo pilulæ cocchiæ,aut fœtidæ in prunorum, & glycirrhizæ decocto. Caput verò oleo camemelino calido perfundendum,aut ſi frigiditas vigere videatur,id fiet oleo anethino aut irino,& ex eodem ceruix ac vniuerſum corpus fricetur : clyſteria erunt valida,atque omni via excitãdi his,quæ in caput de lethargo dicta ſunt. Cibus ſit aqua mulſa,aut etiam ius pulli gallinacei cum ciceribus,aut amygdalatum cum melle & ſale : vbi verò conualeſcere incipiant, alas auium boni ſucci edere nihil vetat,à potu aquæ abſtinebunt, ſed aut aquam mulſam bibent, aut fœniculi decoctum, intemperantiæ verò ſuis contrariis curentur.

De memoriæ iactura.

CAPVT X.

Memoria læſio.

MEmoria multifaram læditur. Læſiones autem omnes ad tempus tenent, aut omnino abolitiones ſunt : perit enim memoria in quibuſdam morbis inter ægrotandum, ſed curato morbo reſtituitur. Sunt autem qui inter ægrotandum memoriæ labem patiuntur, neque tamen reparatur ſoluto eo morbo, aliis verò accidit, vt morbus finiatur, & memoriæ labes incipiat, ac talis perſeueret. Vidimus namque religioſum quendam Franciſcanum, qui acuta febre laborauerat, & ſoluto morbo ipſe ſine memoria ferè ſubitò factus eſt, ita vt cùm ipſe aliàs peritus eſſet Theologus, nec literas agnoſceret, neque nomina rerum, quæ ſibi aſſiduè in vſu erant, memoria teneret, quatuor autem integris menſibus ſic affectus primas literas addiſcebat, adhibitis tamen remediis, mira quadam celeritate prædicto elapſo tempore, in priſtinam ſuam eruditionem fuit reductus. Sunt autem plurimi qui de memoriæ imbecillitate conquerun tur, aliàs integra ſanitate fruentes. Cauſæ læſionis memoriæ, aut ſunt ſimplices intemperantiæ, aut habent humorem adiunctum, intemperantia verò aut eſt calida tantùm, aut habet adiunctam ſiccitatem, aut humiditatem. Aut eſt frigida intemperies, & cum humiditate, aut ſiccitate, aut his humor aliquis adiunctus eſt : præterea fit vt ſimul cum mamoria lædatur cogitandi vis, quam diſpoſitionem,fatuitatem dicunt,aut ſola perit, aut delabitur memoria. Frigiditas in memoriæ læſionibus primum locum habet, ſi enim grauiter læſa fuerit, frigida adeſt intemperies, quæ ſi humiditati iungatur,lethargos,caros,& ſtupores efficiet, cũ ſiccitate vigilias,calor cum humiditate ſomnos,non quidem profundos, ſed longos, & facies tuber,& calor in capite ſentitur : cum ſiccitate verò vigiliam efficit, atque delirium:ſola autẽ humiditas ſomnos longos & profundos,ſed ſi humores abundant, eoſdem excrementa docebunt, quæ in ſiccis affectibus minimè apparent. Cauſæ quoque præcedentes, victus, ætas,& temperatura,ad cauſarum cognitionem non parum conducent, in omnibus tamen ſomnos aduertere oportet,Galen.& aliorum conſilio : is enim temperaturam dominantem oſtendit. Si ſanguinem abundare intellexeris, imprimis venam ſecabis cubiti externam,ſi pituitam,ipſam extenuabis,& pilulis cocchiis purgabis, aut leuius cum pilulis appellaris,ſiue quibus. Deinde apophlegmatiſmis vteris: capiti verò admouebis oleum laurinum,aut anethinum, poſteriori parti, aut olei anethini vnc.iij. caſtorei drach.j.s. his calefactis caput fouendum. Aut etiam ſinapi cum melle admouendum, aut irinum oleum cum nitro : naribus quoque infundemus aquam mulſam, cum puluere pyrethri, deinde ſex continuis diebus ieiuno ventre huius pulueris drachmam vnam cum vncia vna vini albi deglutiet, aut cum aquæ mulſæ vnc. ij. origani,pulegij, calaminthæ,ſingulorum drac.iij.maceris & cinnamomi, vtriuſque drach.ij.piperis, galangæ,zingiberis, caryophyllorum carpeſiorum, ſingulorum drachm.s. caſtorei ſcrup.iij. omnia in puluerem tenuem redacta miſceantur. Huius quoque pulueris ſcrup.ij. decem diebus continuis,ſani qui de memoriæ iactura conquerentur, accipient puluerem cum condito de ſtœcade, miſcentes conditi de ſtœcade vnciam s. pulueris prædicti ſcrup. ij. cum quibus aquæ fœniculi inſtillatitiæ vnc.j.s.bibent. licet quoque, ac miro modo prodeſſe experimento pluſquàm centies probaui,poſt corporis purgationẽ præbere in potu, confectionis anacardinæ ſcrup.ij. trib. alternis diebus, hanc verò confectionem in aqua inſtillatitia fœniculi, aut ſtœcados diluere præcipio. Quòd ſi calor humiditati cõiunctus fuerit,roſæ,myrthus, & lentiſcus cum camemelino miſceatur, ſi frigus cum humiditate iungatur, laurinum oleum, & irinum,cum calaminthæ,& pulegij puluere mixta,capiti admoueantur, ſternutatoriis vtemur, & apophlegmatiſmis. Siccitate verò redundante,potiſſima curationis ratio in humectatione cõſiſtet. Hæc verò per alimenta bonum ſuccum præſtantia perficitur, & vini albi pauciferi potu. Expedit autem fouere caput decocto capitis arietis, cum ſemine lini, fœnugræco, & camemelino. Curaui non paucos adoleſcentes in hac acadamia, qui memoriæ labem patiebantur,quibus præcepi,vt carnem perdicis,aut turturis, aut pulli gallinacei aſſam pranderent, & paſſulas cum amygdalis cœnarent,& vinum pauciferum à ſancto Torcatio biberent ruſi coloris,& 20. diebus continuis cum eodem pulueris ſupraſcripti drachm. s. acciperent, & bis in hebdomada caput abluerent lixiuio ex decocto ſtœcados & maioranæ, & cinere vitis.

Hiſtoria. *Memoriæ læſæ cauſa.* *Memoriæ læſa curatio.*

Peſſulum errhinum, quod naribus inſertum memoriam labentem reparat,& amiſſam reſtituit.

Peſſulum ad memoriam.

MEnthæ ſiccæ, pulegij,euſi aſiæ,verbenæ,ſeminis coriandri præparati,calitrici, ſingulorum drachm.j. floris roriſmarini drachm.j.s. calami aromatici, & cinnamomi vtriuſque drachm.ij. caryophyllorum drachm.j.s. moſchi, & galiæ vtriuſque grana vj. mellis anacardini, & ſtyracis,calaminthæ vtriuſque drach.s.quæ ex his triturationem patiuntur,in puluerem tenuem redigantur, & omnia cum aqua inſtillatitia fœniculi in paſtillos conformentur, ex quibus peſſuli fient, ad formam nuclei palmulæ,cùm opus fuerit. Qui voluerit vti hoc medicamine,hunc ordinem ſeruabit, purgato prius corpore:quinquaginta noctibus nihil aliud præter paſſulas cum amygdalis paucis, & pauco pane cœnabit, prandium autem erit caro aſſa gallinæ, aut pulli gallinacei, turturis,aut perdicis : potus,vinum album vnius anni, modicè dilutum, ſingulis autem

Digitized by Google

noctibus prope horam ſomni, peſſulum ſiniſtræ nari inſeret, & narem coto obtorabit, ac ſic ſeruabit, non vltra quàm decem carmina Vergilij recitet, iis elapſis diebus, peſſulum vnum recens confectum nari ſiniſtræ inſerat, & ipſam coto obturet, deinde legat attentè, quæ voluerit addiſcere per integram horam, aut etiam duas, deinde ſecluſo peſſulo dormiat, manè namque ſingula quæ legit, memoria tenebit, ita vt memoriæ tenacitate neminem parem inueniat. Abſtineat qui his peſſulis vti voluerit, aut omnimodo memoriam ſeruare, ab ebrietate, venere, cruditate ventriculi, & omni ſatietate, à fructibus viridibus, & oleribus, à lacte, caſeo, & carnibus ſalitis, & omnibus flatum generantibus, à piſcium fluuialium eſu, anguillarum præſertim. Licebit tamen troctas deguſtare, nocent eiſdem aquæ potus, & vini copioſus. Poſtrema menſa coriandri ſemen præparatum accipiet.

De vertigine.

CAPVT XI.

Vertigo. QVos nos Latina voce vertiginoſos appellamus, Paulus σκοτωματικοὺς nominat, & paſſionem ipſam πάθος σκοτωματικὸν, hoc eſt ſcotomaticam paſſionem, ſiue tenebricoſum affectum, quemadmodum & Galen. lib. 3. de locis patientibus. Hippocr. tamen Aphoriſm. 17. lib. 3. ἴλιγγον hunc affectum appellauit. Et Gal. in comment inquit, ἴλιγγος γὰρ ἡ σκοτοδινία. hoc eſt, ἴλιγγος eſt tenebricoſa vertigo, quæ fit humore cum craſſo ſpiritu in capite moto: ſed tamen Hippocr. lib. 4. de ratio. vict. acut. ſect. 45. δῖνον nominat hunc affectum, & Gal. in comment. inquit; Cùm caput circumagi videtur, δῖνος, id eſt, vertigo appellatur affectus: cùm autem & tenebricoſa ſimul fuerit viſio, σκοτόδινος, id eſt, tenebricoſa vertigo appellatur. Exponit quoque abundè eo loco morbi cauſam, poſteaquam morbi ſubſtantiam patefecit, addens: Fit autem ob inordinatam ſpiritus flatuoſi motionem, qui vel in capite localem habet generationem, vel ſurſum ex infernis fertur partibus. Hiſpani morbum hunc appellant vaguidos. Excitatur vertigo ob plures cauſas, quæ omnes ſpiritum animalem agitant, & in gyrum deuoluunt: cùm enim is à flatu mixto agitatur, quamuis caput quietum ſit, imaginem efficit, ac ſi corpus totum circunduceretur, aut ipſo quieto omnia alia circumferrentur. Quod enim bis qui in circulom moti ſunt, ſæpius ſine morbo accidit, id morbi ratione vertiginoſis euenit, aut ob internam cauſam, ac ſi ſemel tantùm circumagantur. Fit morbus per eſſentiam cerebro multa pituita repleto, à qua flatus leuatur, qui ſpiritum circumagit, aut ortum habet à ventriculo, à quo ſpiritus vaporoſus leuatur in caput, & cùm aut is qui in cerebro generatur, exitum non reperiat, circumducitur, & eo motu ſpiritum agitat. Cauſa in cerebro eſt humor pituitoſus incaleſcens: in vẽtriculo verò aut bilis pituita mixta, aut pituita putreſcens. Externæ tamen cauſæ ſunt aſpectus rerum quæ in gyrum mouentur, & aſpicere aquarum fluenta, aut per trabem incedere, aut à Sole æſtiuo caput incaleſcere, aut aër nebuloſus inſpiratus, aut magnus ſtrepitus, aut vini meraciotis potus, aut in ventriculo cruditates, & vehementes animi perturbationes, & vigiliæ & longum ſtudium. *Vertiginis ſign.* Agnoſces paſſionem in cerebro fieri prima affectione: quoniam ipſam antecedunt, ac deinde permanent, tinnitus aurium, & hebes auditus, atque viſus obtenebratio, imbecillitas olfactus, capitis magni dolores & aſſiduæ grauitates, ſi à ventriculo oriatur, tinnitus quoque præcedere ſolet, ſine grauitate capitis, ſed cum morſu oris ventriculi, & nauſea, aliquando etiam cum hypochondriorum diſtenſione: ſolet autem is morbus cùm valde augetur, in morbum comitialem tranſire. Aër præparandus, ita vt ſerenus ſit, minimè nebuloſus, ſit etiam lucidus. Frictionibus & exercitationibus moderatis vtatur ante cibum: ſit tamen locus in quo deambulet longa porticus, ne cogatur ſæpe reiterare, ac circumuoluere corpus. *Victus vertiginoſi.* Alimenta ſint boni ſucci, aut auium carnes aſſæ, veluti turturum, gallinarum, caponum, phaſianorum, perdicum, & turdorum. Piſces quoque ſaxatiles edere licet, ac vinum album aquoſum bibere, his qui vini potui non aſſueuerunt, aniſi, aut cinnamomi decoctum conuenit, à cibis omnibus flatum generantibus abſtineant, bellariis, & viridibus fructibus. Dormiant noctu capite abundè linteis obuoluto, aut caput purpurea induant, interdiu tamen à ſomno abſtinebunt. Ventrem mollem habebunt, aut arte parabunt. Ab omnibus animi perturbationibus, longiſque ſtudiis abſtinebunt: neque aſpicient flumina, nec rotas circumactas. Ab acceſſione leoantur frictionibus, & odoramentis bonis admotis naribus. *Vertiginis cura.* Curatio vertiginis à ſanguinis miſſione incipies, ſi adfuerint ſigna ſanguinis abundantis: ſecabimus tamen duobus continuis diebus duas externas venas brachiorum ſanguinis quantitatem menſurantes. Hic enim concidunt quauis occaſione. Deinde vbi opus fuerit cucurbitulæ occipitio admouendæ cum ſcarificatione, purgatio quoque capitis conuenit, humore prius parato, cum aceto mulſo, & decocto origani, aut aqua mulſa bis in die, tribus continuis diebus, deinde caput pilulis aureis, aut ſine quibus, purgandum, interim quoque validis clyſteribus vtamur, & frictionibus, & apophlegmatiſmis, & maſticationibus pyrethri, aut nucis aromaticæ, & caput ſæpè ante cibum fricare, & pectine ſcalpere, & decocto pulegij & calendulæ cruta abluere bis in hebdomada conuenit ieiuno ventre. Si tamen malum à ventriculo oriatur, ipſe purgandus hoc medicamento, maſſæ pilularum de hiera drachm. j. pilularum de aloë & maſtiche drachm. ſ. formentur pilulæ vij. aut prouocãdus vomitus cum aceto mulſo, & raphani decocto, deinde ventriculus oleo nardino & maſtichino roborabitur, & poſtrema menſa ea quæ vaporum cibi aſcenſum prohibent, accipient, vti diacotoneum, quod miloplacunta appellare ſolent, aut coriandri ſemen præparatum, aut ex ipſo, & aniſi, & fœniculi ſemine, cum ſaccaro facta drageta. Aut accipiet amygdalas, aut auellenas toſtas. Arteriarum verò poſt aures ſectio nonnullos ſanauit, quibus ſpiritus flatuoſus ab inferioribus in caput aſcendat, cum pulſu, & arteriarum impulſione, ac ſaltu.

De morbo comitiali.

CAPVT XII.

MOrbus comitialis Latinis dictus eſt is quẽ Græci ἐπιλήψιαν vocant, quoniam ſi quem in comitiis prehenderet, comitia ſoluebantur. *Comitialis morbus quare dictus.* Appellant etiam morbum eum, Herculeum: non quoniam Hercules eum morbum paſſus eſt, ſed

ſed quòd is vehementia & fortitudine Herculi ſimilis ſit. Noonulli etiam eum appellant ſacrũ morbum, vt Hippocrat. qui lib. titulum fecit, De ſacro morbo: quoniam magna, & inſignia ſacra dicere ſolent, vti è corporis oſſibus maximum, ſacrum appellant, atque ea ratione dicta eſt aoti ſacra fames. Dicitur etiam morbus caduceus à cadendo: quoniam ægros cadere cogit, qood nomen in ouibus, eo morbo frequenter laborantibus vſurpant. Hiſpani morbum eum ouncupant gota coral, quooiam ægrotantes ferunt in acceſſionis principio, cum thoracis motus vitiatur animali facultate non tranſmiſſa liberè, veluti guttam aquæ frigidæ à capite deſcendere io cor, cùm tamen nihil aliud ſit, quod ſentiunt, præter impedimentum diſtenſionis thoracis, & refrigerij cordis. Arabes verò Alferetia dixerunt. Eſt autem morbus comitialis (vt Gal. lib. 3. de Locis patient. cap. 5. inquit) omnium partium corporis conuulſio non perpetua, com mentis oblæſione. Idem etiam Paulus. Hæc autem ſymptomatum explanatio eſt, noo definitio, motos namque & ſenſus læſiones ſymptomata ſunt, morbi tamen eſſentia io diuerſis generibus conſiſtit: quandoque enim obſtructio eſt, quandoque alteratio. Tria etenim ſunt morbi comitialis genera autore Galen. 3. de Locis patientibus. Primum genus eſt per eſſentiam in cerebro, cùm ipſum à craſſis humoribus impletur, meatibus obſtructis non in totum, ſubſtantia verò occupata, ſed noo adeò vt ventres, vt deinde lib. 4. cap. 2. dixit. Humores autem hi, aut ſunt pituitoſi, aut melancholici, dicente Galen. lib. 3. de Locis patienti. cap. 6. Quippe non ſolùm atra bilis, ſed etiam pituita morbum comitialem committit. A quibus ferè in totum animalis facultatis tranſitus per neruos impediatur. Secuodum genus eſt, cùm per conſenſum ſimiles conuulſiones accidont, vapore quopiam à ventriculo in cerebrum aſcendente. Is enim cerebri membranas mordens, conoellit, & in conſenſum ducuntor nerui partium omoium, quam affectioné qoibuſdam eueoire videmus inediam fereotibus, aut iratis, aut valde exercitatis, quibus os ventriculi læſum erat. Tertiom genus comitialis morbi fit, cum ab aliqua parte corporis vapor leuatur in caput, veluti à pede, aut manu, in prædictas conuulſiones ducens, qui morbus puero cuidam contigit, & adoleſcéti alteri, qoorum mentionem habuit Galen. lib. 3. de Locis patientib. cap. 7. Neque tamen à ratione alienum eſſe videtur, fieri poſſe vt humor aliqois in parte illa corrumpatur, deinde in caput vis eius venefica transfundatur. Quod veneficis animalib. vel ſolam eutem inficientibus euenit, ea enim deinde in totum corpus effundunt ſuam qualitatem. Et ſemen retentum, atque corruptum animi deliqoia affert, & vteri validas præfocationes: pari modo rationi conſonum videtur, vbi humor aliqois in digito pedis, aut manus corrumpatur, deinde per cõſenſum cerebrum compatiatur, vel ſimplici alteratione tranſmiſſa, aut ſimul ſubſtantia quadam ſpiritali, qood ſemine retento, aut menſtruo, fœminis eueniet. Primum genus à craſſis fit homoribus obſtruentibus cerebri ventres, ac impedientibus tranſitum facultatis animalis, ſed oon in totum, ac perinde hæc eſt obſtructio non integra, inde verò ſequitur conoulſio impletis neruis in origine. Verùm in hoc genere, & aliis ſemper conoolſio fit, cerebro conante expellere cauſam nocentem, ita vt viderim comitiali laborantem, quoties motum aliquem conuulſiooom validum comitabatur, ſpumam ore mittere, & noo alias: conuulſiui ſanè motus omnem comitialem comitantur, qui à repletione fiunt, aut caoſa cerebrum irritante, & commouente ad expulſionem. Qui tamen per eſſentiam fiunt à craſſis humoribus oriuntur, nunquam tameo ab intemperie: quoniam, vt Gal. teſtatur lib. 3. de Locis pati. cap. 5. conuulſio hæc ab ariditate oon procedet: etenim fieri non poteſt, vt vel cerebrum, vel tenuis ipſius membrana ad tantam perueniat ariditatem, vt ſimile quippiam pati videatur. Non igitur ab ariditate vel vacuatione, ſed à craſſo humore fieri putandum: quoniam ſubitò accedit, atque ſubitò ſanatur, quod ſiccæ intemperaturæ noo euenit. At verò pari ratione probari poſſet contra Gal. comitialem non fieri à craſſis humoribus: nam craſſi humores nequeunt facilè diſſolui, igitor morbus qui facilè diſſoluitur, nõ fiet à craſſis humoribus, ac perinde Auerrois morbum comitialem non ab alio fieri poſſe teſtatur, quàm à fumo genito in cerebro, aut aliunde veniente, lib. 4. collectionum cap. 41. Verumtamen id non defraudat veritatem ſententiæ Galeni: Humor namque craſſus comitialem efficiens per eſſentiam non coqoitur, aot diſſoluitur in ſpatio vnius acceſſionis, ſed potius transfertur à cerebri meatibus per palatum, & nares, aut ſpinalem medullam inferius, atque ea ratione finitur acceſſio, non humoris diſſolutione. Secundam ſpeciem ab humore bilioſo os ventriculi occupante ortum habere, iure teſtatur Auerrois loco citato: quoniam ſame,* aut ira excitatur, & quooiam citò finitur, & qooniam per hieram humor purgatur. Fit autem hæc atque tertia ſpecies vel aſcendeote vapore acri mordẽte à ventriculo, vel aliunde ſimili ſubſtantia, aut ſimplici alteratiooe, à ſubſtantia corrupta, in veneficam naturam degenerante, cerebrum comprimente, ac conſtringente validè, eo modo quæ io ſingultu à cauſa mordente cogitur ventriculus. Ad eam autem cerebri compreſſionem ſeqoitur, vt tranſitus facultatis animalis impediatur, & nerui ad origioem conuellantor. Eſt is morbus per interualla repetens, cuius acceſſiones vehementes & validæ ſunt, ſed finita quacunque non ob id putandum eſt, hominem integrè liberatum: ſiquidem repetere ſolet per acceſſinoes. Euenit ſæpe infantibus, & frequentiùs ætate minoribus, ob homorum copiam, & neruorum imbecillitatem, præſertim his quibus nun naſcuntur puſtulæ in capite, deinde aduenit pueris, & adoleſcentibus: quibuſdam verò accedit in iuuentute, & aliis in ſenectute. Cùm igitur magna ex parte ætatis mutatione euentor, ex Hippoc. ſententia lib. 2. Aphor. 45. & lib. 5. Aphor. 7. humida temperatura, & humorum redondantia exſiccatis & abſumptis, illi qui ante vigeſimomquintum annum hoc morbo laborant, ſpem habent ſalutis, qua earent poſt id tempus, ſed non omnino. Pueri itaq; mares cùm ſemen fundere incipiont, fœminæ menſtruis purgationibus ſuperuenientib. liberantur. Antequàm in hunc morbum incidant, quidam triſtantur, in quibus malum ſolet ſeqoi melancholiam morbum. In aliis antecedit incubo: is enim magnam habet com morbo comitiali affioitatem: qood enim per morbum comitialem excitatis euenit, id ferè dormientibus per incubonem. Antecedit inſueta obliuio, & intempeſtiua iracundia, ſomnus grauis cum turbulentis inſomniis, capitis dolores valde grauantes, viſus obtenebrationes, membrorum tremores, & linguæ inarticulatæ motiones, & mordent ipſam qoæ pallida apparet. Cùm verò morbum pationtur, cadunt, ſternentes, conuelluntur omnia membra, & extenduntur magna violentia, & ſpumam ore mittunt, quæ ex vehementi motu generatur,

Comitialis tria genera.

Comitialis morbi cauſa.

** Vide quid dicat Galen. in hanc rem de Grammatico qui fame & iracundia in inſultum epilepticus incidebat. vide inquam lib. de loc. aff.*

Comitialis ſigna.

Quidam capilla vocem inarticulatã emittunt in paroxiſmo epileptico.

tur, apud Gal.lib.2. Aphoriſ.comment. 43.ſubmurmurant,& vocem non articulatam mittunt. Quidam etiam conuulſis & compreſſis internis partibus,fæcem,vrinam,& ſemen fundunt. Si malum ex ventriculo oriatur,ex inedia, aut ciborum repletione & cruditate, ſtatim excitabitur, ſentient ante id in ore ventriculi morſum, dolorem, nauſeam, & quandoque cibos auerſabuntur. Si ex parte alia naſcatur,morbus eius partis ſe oſtendit, ac æger referet,ſe inde ſentire exortum, & in caput aſcendere. Excitant eum morbum ſuffitus bituminis, lapidis gagatis,corno capræ,iecur bircinum comeſtum,aut eiuſdem toſti odor, ſicuti & apium. Infantium curatio facilis non eſt, quamuis ex bis plurimi liberentur conuenienti victus inſtitutione, quæ potius nutrici quàm ipſi infanti debetur, præſertim ſi ſecundum ætatis annum nõdum impleuerit:eis namque qui duorum annorum ſunt, aut maioribus, ſi copia ſanguinis abundat, ſanguinem mittimus ſcarificatis cruribus, & euidentem afferimus vtilitatem,deinde caput oleo laurino inungimus,& cyperi puluerem inſpergimus, & peoniæ radicem collo ſuſpendimus,vt ſtomachum attingat, atque eidem interim lingendum damus mellis deſpumati vnc. vj.pulueris peoniæ drach.j.s.hoc põdus in duorum dierum ſpatio accipiat.Nutrix verò bonis cibis alatur,vinum vitet, aut aquoſum panca quantitate bibat,à coitu abſtineat,& ſi conceperit, alteri lactandus committatur.Sic etiam ſi lac eius ſelectum non fuerit:craſſum enim & plurimum caſei habens, aut nidoroſum comitialem generat morbum. Expedit quandoque nutricem purgare, vt deinde lacte infans purgetur. Adultioribus tamen in cauſis non naturalibus hæc erit victus inſtructio, comitialibus debita. Aër ad calidum & ſiccum inclinet,ſiquidem humiditatis abundantia morbus oritur:ætatis namque mutatione ſanantur,& mutatione victus,& regionis in ſicciorem. Alimenta ſint panis ſelectus qui furfuris partem habeat,& auiſum,per diem ante coctus, caro perdicis optima eſt, & laudantur turtures, turdi, paſſerculi quos appellant de bonceieras,alaudæ,capi,attagenæ, & pauonea indi, diu macerati. Areteus ex volatilibus anatis carnẽ damnat,concedit tamen leporinam,& porcorum pedes. Piſces pauci conueniunt,hi verò ſunt troctæ,ſoleæ, & plaiciæ,oſtrea omnia mala eſſe dixit Galen. ſaxatiles verò piſces laudat, vitellos ouorum tremulorum edant, in ſaccato verò cocti meliores ſunt, lac & caſeus ſummè vitanda, fructus omnes viridea praui ſont, & palmulæ, & nuces, niſi quis pyri aut cotonei parum poſtrema menſa fumorum ſupprimendorum gratia edat, quamuis Areteus concedat virides ficus, & vuas maturas, ſicci tamen fructus non multi competunt,vt paſſæ,amygdalæ,auellanæ toſtæ,piſtacia,cappatis frequenter,& caricæ. Olera mala ſunt,præſertim cępa, porrum, allium,eruca,ſinapi, ſed Galenus modicè deguſtare permittit betam,braſſicam,maluam,lactucam,attriplicem. Potus ſit vinũ aquoſum,ſi ei aſſueuerit,non antiquum, non nouellum,non nigrum,non craſſum. Sin minùs aqua mulſa,aut aqua cinnamomi, dum eos curare proponimus.Vinum album odoratum Areteus concedit,ſed eius odorem non laudo. Poſtrema verò menſa vtentur his quæ capite de vertigine diximus,ſomnus ſex aut ſeptem horarum ſit nocturnus, ſed dormire incipient duabus horis à cœna,diurnus tamen ſomnus omnimodo vitandus. Exercitentur moderatè ante cœnam & ante prandium, deambulationibus modicè celerato gradu,ſed depoſitis manè ventris excrementis,nullo ludo aut exercitatione vtantur, in quo opus ſit caput inclinare, aut in gyrum vertere frequẽter corpus.Frictiones eiſdem vtiles ſunt linteo aſperiore factę,caput quoque pectine ſcalpent, & frictiones eidem poſtremo loco adhibendæ: incipient enim à brachiis, deinde ad pectus perueniendum, deinde ad crura, & poſtremò ad caput veniendum, vt Galenus docet in conſilio, puero morbo comitiali laboranti tradito, fæces quotidie deponet, aut glans ſummittenda, aut iniiciendus clyſter, qui acredinis particeps ſit. Sic itaque omnem repletionem vitabit, atque cruditates, & inediam, & venerem frequentem. Omnia præterea animi ſymptomata fugiet, præſertim iram & terrorem. Vidi enim pueros quibus per iocum incuſſus eſt terror, qui deinde morbo comitiali premebantur, & alium qui cùm attentè inſpexiſſet eum qui in comitialem inciderat, ſubitò eo malo correptus cecidit.

Curatio epilepticorum infantium.

Comitialium victus.

Eum qui in morbum incidit comitialem, ex doctrina Celſi, vt acuto morbo laborantem vſque in 14.diem curabimus,deinde vt diutinum, quem ab acceſſione reuocabimus, partes has quæ conuelluntur,oleo fouentes,& blandè fricantes: occiput autem vnguibus ſcalpere plurimos excitat, ita vt præſentibus admirationem moueat.

Nota.

Membrorum vehementes agitationes cohibendæ, ſed cum moderatione, nonnihil ipſis concedentes, ne interim contendentes valide fibras neruorum & muſculorum diſrumpant, aut neruos ab origine diuellentes in paralyſim incidant, vinciendæ quoq; ſunt extremæ partes, ſed neque violentiùs, nec ad articulos vſque, ne omnino motus eorum compeſcamus:nam & hi vtiles ſunt laborantibus,ſiquidem per eos humores à capite in extrema tranſponunt. Ruta admouenda naribus,aut pulegium aceto madefactum.Tardante verò acceſſione, piperis aut euphorbij parum naribus infundendum, & ſternutatio prouocanda. Aut ſetis porcinis titillatio intra nates mouenda. Sacculus præterea paruus,ex ſaluia & pulegio,aceto mulſo madefactis, ori inſerendus, tum vt pituitam extrahamus,tum etiam ne ſibi linguam amputet, aut mordeat. Perſeuerante quoque acceſſione cucurbitulas ſine ſcarificatione hypochondriis admouebimus. Et caſtori grana 6.in vnciis iij.aceti mulſi ori infundantur. Paulò poſtquàm ab acceſſione leuatus fuerit,condito diacitron, aut de floribus buglofſi,aut radicibus eiuſdem conditis recreandus,& parum aquæ cinnamomi bibet,deinde verò conſtantibus viribus & morbi cauſa id expetente, & ſanguine caput obſidente, accedente quoque frequentia acceſſionum, venam externam cubiti ſecabimus, verùm ſi malum futurum ſperetur,ineunte vere præſeruationis ratione, comitialibus & vertiginoſis ex præcepto Gale.lib.de Sangu. miſſione,venas ſecabimus quæ in malleolis ſunt.

Sang miſsio in comitiali.

In fœminis tamen in quibus menſea ſperantur,aut cohibiti ſunt, prædictas venas ſine mora ſecamus, & in quibus malum inueteraſcit.Ego ſanè tres fœminas à morbo comitiali liberaui,quarum duabus venas malleolorum ſecare præcepi: quoniam menſes ſuppreſſi erant,ſed ſectis venis deſcenderunt,tertiæ verò cura ſcarificauimus,& menſes prouocati ſunt, quos numquam fuerat experta: erat enim 54. ferè annorum. Cùm verò æger acceſſionum frequentia & magnitudine moleſtatur, venã cubiti ſecare cum Paulo ſoleo, niſi menſes retineantur. Atque vbi opus fuerit cucurbitulas ſcarificatas occipitio, & ceruici admouebimus,deinde verò humores craſſos purgationi parabimus, in quem vſum acetum mulſum optimum eſt,cum origani,aut pulegij decocto: toto autem curationis tempore aquę potu vtantur:

ſed

Digitized by Google

ſed cocta ſit. Purgatio verò optimè ſuccedet per pilulas cocchias ponderis drach.j. aut bibet pharmacum, quod recipiat alectuarij indi drachm. v. in decocto origani, pulegij, & aniſi, aut ſapæ vnc.ij. in colocynthide extracto ſemine, ſed medulla relicta pernoctare faciunt: manè verò ſapam bibendam præbent, qua modicè purgantur comitiali laborantes. Aut bibent agarici drachm. ij. in aceto mulſo, aut aqua mulſa, aut electuarij diaphœnicon drach. v. in aqua mulſa ex origani decocto. A purgatione apophlegmatiſmis vtantur, aceto mulſo cum calaminthæ decocto, naribus infundimus ſuccum betæ, aut cyclamini, cum aqua mulſa, deinde capite abraſo, ipſum oleo irino fricare præcipimus, aut laurino, & ſucco calaminthæ, aut anethino & puluere radicis ireos, aut apponatur emplaſtrum ex melle & rutæ foliis tritis, aut melle & oleo rutaceo. Id quidem pluribus diebus, quibus omnibus poſt frictionem bibendam præbemus aquam mulſam ex decocto pulegij, aut acetum mulſum addito decocto calaminthæ, aut acetum mulſum ſcilliticum, cum origani decocto. Et rurſus ipſum purgare præcipimus per pilulas fœtidas, ponderis drach.j. aut ellebori nigri corticis drach.s. teratur, & cum melle deſpumato præbenda.

Comitialis à ventriculo orti curatio.

Si tamen malum à ventriculo oriatur, ſummopere cauendæ ſunt cruditas, & ebrietas, & fames, præſertim ſi calidus fuerit humor. Alimenta erunt boni ſucci, & facilis coctionis, in prandio aſſument carnis turturis, aut turdi parum cum pane, aut pulli gallinacei iecur aſſum, aut ouorum vitellos coctos ſorbiles, cum ſaccaro & ſucco arancij. Poſtrema menſa accipient aliquid eorum quæ in capitulo de vertigine in eum vſum diximus. Bibent aquam cinnamomi. Cœna erit mel roſaceum cum pauco pane. Parabitur humor aceto mulſo, & purgabitur pilulis de hiera, aut hiera picra, quæ cum melle ad clyſteria conficitur, ex 16. medicamentis, hæc cum aqua mulſa bibenda, aut hiera Rufi, ſiue diacolocynthidos, aut ſi pituita in cauſa fuerit, agarico purganda. Ventriculus deinde roborandus oleo melino, & nardino. Frictiones præterea crurum frequentes fieri debent.

Comitialis orti à parte quapiam curatio.

Si tamen morbus ea parte quapiam, vt manu, aut pede oriatur, parti ipſi ſubueniendum, paulò etenim ſuperiùs membrum validè vinciendum, corpus purgandum, & parti admouenda quæ corruptum humorem inde diſcutiant, vti cantharides cum melle, aut ſinapi cum melle & aceto, aut igne pars leuiter exurenda, atque vlcus diu apertum ſeruandum. Proſunt comitialibus balnea naturalia, & poſt purgationem vſus theriacæ. Caueant autem omnes ebrietatem, cruditatem, inceſſum per trabem, inſpectionem ex alto loco, & decliui, diutius in balneo morari, aut ſub æſtiuo Sole, aut in iram vehementem incidere, aut quamuis aliam ſubitam animi motionem, ſiue triſte, ſiue lætum nuntium, & terrorem quàm maximè. Nec prætermittenda ſunt hoc in loco quædam, quæ comitialibus accommodata ſunt, & quamplurimos ab eo morbo liberarunt, quorum quædam à nobis experimento probata ſunt, non ſine magno famæ, & nominis incremento, pyrethri, abrotani, zinziberis ſingulorum drachm. vj. ſeminis rutæ, ſtaphidis agriæ, cardamomi, dauci ſingulorum drach. iiij. croci, piperis vtriuſque drach.j. omnia in puluerem redigantur, & ſex diebus ieiuno ventre pondus drach.j. cum aqua mulſa ſumatur. Aliud, raſuræ cranei humani drachm.ij. peoniæ, pyrethi, ſtaphidis agriæ ſingulorum drach. iij. piperis, dauci, vtriuſque ſcrup.ij. pondus drach.s. ſumendum cum aceto mulſo.

Celſus.

Aliud præſtantiſſimum, ſtaphidis agriæ, ariſtolochiæ rotundæ, vtriuſque drachm.v. radicis peoniæ, pyrethri, raſuræ cranei humani ſingulorum drach. iiij. terantur ſimul omnia, de quibus ſcrup. ij. pondus cum aqua mulſa decem diebus continuis accipiet. Aliud, radicis peoniæ, & pyrethri, vtriuſque drachm. s. cum aceto mulſo ſcillitico bibatur, & ſi adhuc malum perſeueret, ferro candenti duobus locis vrere conuenit, in occipitio, & infrà, qua parte ſumma vertebra cum capite committitur, & vlcera diu ſeruanda.

De Incubone.

CAPVT XIII.

INCVBO à Græcis ἐφιάλτης dictus eſt, quoniam qui hoc morbo laborant, ab alio incubari, & opprimi, & ab eo inſiliri imaginantur. Themiſionem quoque Paulus refert morbū eum appellaſſe πνιγαλίωνα, ab eo quòd hominem ſuffocet: apparet namque ægrotis ſe ab aliis ſuffocari, quin & nonnunquam ſuffocantur, vi morbi impedita reſpiratione. Hiſpani morbum hunc appellant lapeſadilla. Euenit is morbus dormientibus, ſimilis ferè morbo comitiali, qui vigilantibus accidit, & eo deterior comitialis, quo potentia maior eſt eius morbi qui vigilantem opprimit, quàm eius qui dormientem: is enim à ſomno non parum opprimitur. Sunt quibus eueniat cùm dormituri accedunt, nondum dormientes, qui medio modo malus eſt, ſed facilè is tranſit in comitialem morbum, nec longè abeſt, qui dormientem corripit. Nonnulli præterea in apoplexiam incidunt eorum qui id malum frequenter patiuntur, ac perinde nonnunquam pueri moriuntur dormientes, nimio vapore craſſi lactis oppreſſi, & ſuffocati ac ſi collo fuiſſent ſuſpenſi. Quin & nōnulli nutrices immeritò accuſant, quòd eos inter dormiendum ſuperiecto brachio, aut crure oppreſſerint. Hi non curati ad melancholiam tranſeunt. Cauſam habet internam, craſſum humorem & vaporem, qui animalem ſpiritum cerebri opprimit, & eiuſdem obſtruit meatus, ita vt reſpirationem ipſam liberam non permittat, quam laborantes magno conatu exercent. Prægreſſæ verò cauſæ ſunt, ebrietas, nimia ciborum repletio, & frequens ventriculi cruditas. Signa ſunt, difficilis motus, hebes ſenſus, imaginatio rei opprimentis, magna difficultas excitandi à ſomno, vbi non ab alio vocatus æger, aut commotus excitetur: vocem præterea mittunt querulam ex alto pectore, nihil ſignificantem. Hanc quidem, ſi quis propè cubet, audiet, reliqua ipſe referet excitatus. Veluti & quod incubantem vidit, & alloquutus eſt, & ſubitò effugit, cùm eum manibus attrectaſſet.

Incubone laborantium victus.

Victus eiſdem inſtituendus, veluti his qui morbo comitiali laborant, ſupra ſcriptus eſt, ſed id magnopere ſeruandum, vt cœna parua contenti ſint, veluti melle roſaceo cum pane toſto, vel ſatisfacient auellanæ toſtæ, aut paſſulæ cum amygdalis, aut capparis cum aceto & ſaccaro, aut duo ouorum vitelli tremuli, & parum vini aquoſi bibent, aut ſi id ferāt, aquam aniſi. Id præterea admonendum, ne in cubiculo dormituri ſoli concludantur, in manibus bonos odores aſſiduè ferant, ab importuno, frequenti, & aſſiduo literarum ſtudio abſtineant, præſertim à cœna. Et caput multis pannis obuoluant.

Curatio.

In quibus venę latæ apparuerint, & facies rubea, & vires conſtant, à ſanguinis miſſione curatio incipienda, ſecta in cubito vena media,

Digitized by Google

media, ſi magna affoerit corporis plenitodo, aliàs tamen externa ſecetur, deinde humores craſſi extenuandi aqua mulſa ex origani decocto. Aut ſi craſſior ac tenacior putarur bumor, aceto mulſo cum decocto calaminthæ: corpus verò purgandum pilulis aoteis, aut pilulis ſine quibus. Atque ſi humorem melancholicum ſubeſſe exiſtimaueris, confectione dicta, hamec. Si pituitam, electuario indo: diluantur tamen in decocto ſennæ. Probè purgantur hoc medicamento, Agarici drach. j.s. infundantur in decocto origani per noctem: manè verò colaturam bibat. Frictionibus poſt hæc vtatur, quibus comitiali laborantes vti præcipimus, & perſeuerante malo, caput radendum, & fouendum oleo anethino, & laurino, & aqua mulſa com pulegij decocto naribus ſorbenda, & apophlegmatiſmis vtetur, ex aceto mulſo, & decocto calaminthæ: roborabimus tamen caput eoodito de floribus ſtœchados, aut roris marini, cnm puluere pliris arcoticon, aut eodem puluere in tabellis, ex ſaccaro, aut mellis deſpumati inſperſo, aut pulueris radicis peoniæ recentis ſcrup. ij. in vnc. iij. aquæ mulſæ accipient.

De Melancholia.

CAPVT XIV.

Melancholia morbus.

MELANCHOLIA morbus frigida cerebri intemperies eſt, ab humore vel vapore melancholico eius ſubſtantiam alterante, & occupante procedens, quam deliria ſine febre ſequuntur. Cùm enim humor melancholicus cerebrum occupat, & infeſtat, ſi noxa ab eo prouenicns in corpus vergat, morbum comitialem efficiet, ſi verò in animam, mutationem temperamenti, melancholiam morbum generabit. Ac perinde vt Galenus teſtatur lib. 3. de Locis patientibus, cap. 6. rectè Hipp. lib. 6. de Morb. popul. morbo comitiali laborantes dixit fieri melancholicos, & conuerſo: nam facilè melancholicus humor cerebri ventres obſtruens, alterat ipſum, & qui alterat, facilè ventres occupabit: alterans verò, imaginationem & cogitationem vitiat, ad quæ deliria ſine febre ſequuntur. Quapropter morbum hunc, delirium ſine febre, ab humore melancholico, appellant. Fit autem is morbus bifariam, aut per eſſentiam in cerebro, & primaria affectione ipſo laborante, aut à ventre orto malo, conſentiente cerebro. Primum rurſus bifariam fit, aut enim ſimul cum cerebro, totum corpus melancholia redundat, aut in cerebro tantùm continetur, in quo melancholiam generari contingit, bile, aut ſanguine ſenſim calcfactis, & tenui parte diſſoluta, terrena, & melancholica ſeruata. Prima ſpecies fit ab humore melancholico cerebrum, & vniuerſum corpus occupante, ſecunda ab eodem humore ſolum cerebrum obſidente. Tertia ab inflãmatione partium quæ ſunt ad imum ventriculum, & venas meſeraicas, vapore nigro, melancholico, aut etiam humoris melancholici portione in caput aſcendente, quæ melancholia hypochondriaca, ac flatuoſa dicta eſt. Vidimus melancholiam ortam à ſanguinis putredine in vaſis ſeminariis & vtero, in caput deinde ſublato ſanguine & ibidem aſſato, fit quandoque morbus hic à liene tranſmittente in ventriculum melancholicum humorem, quod vnam ex maioribus cauſis huius morbi eſſe teſtatur Auerrois 3. collect. cap. 40. *Obiectio.* Sed obiiceret aliquis (vt inquit) ſi namque ex inflammatione earum partium melancholia fieret, non adeſſent ructus acidi, qui fiunt à cauſa frigida. Rurſus ſi inflammatio cauſa eſſet, non fieret ſine febre. *Solutio.* Soluit autem dubia, quoniam ſapor acidus non tantùm à frigore, ſed etiam à calore fit, vt nos quoque probauimus. Quod autem de febre diximus, cùm incipit inflammatio, febris neceſſariò adeſt, ſed non cùm inueteratur, & tenuis pars diſſoluta eſt. Quoniam autem abdomen Arabes mirac appellabant, ipſi atque Hiſpani morbum eum mirachiam nominant. *Melancho. cauſa.* Melancholiam tamen quæ cum redundantia humoris in toto corpore fit, victus generat, qui eum humorem parit, & ex nimia ſolicitudine generatur, & alimentis melancholicis, vti lentibus, caſeo, carnibus ſalitis, & cochleis, & vino nigro, & aliis quæ in facultatibus alimentorum, parte ſecunda à nobis dicta ſunt. In cerebro melancholia augetur nimia ſolicitudine, mœrore, & vigiliis præcedentibus. Quando morbus in capite tantùm conficitur, cauſam habet cerebri calidam intemperiem exurentem, & ſanguinem ac bilem flauam in melancholiam mutantem, ſæpe tamen ſequitur capitis ardores, phrenitidem, vigilias, ſolicitudines. Si verò morbus à partib. ventris oriatur, cauſa eſt ardor earum partium, qui cibos exurit, & in melancholiam vertit: aut ab humore vſto in inflammatione lienis, aut melancholia ibidem exuſta fit. Ex metu quoque fieri inſaniam teſtatur Celſus. Quam ſpeciem raro fieri dicit: à nobis tamen non rarò viſa eſt in pueris & fœminis, quod malum à corde oritur per arterias transfuſo humore vſto, & læſa imaginatione. *Signa melancholiæ.* Signa quędam ſunt communia, quædam peculiaria ſingulis ſpeciebus, communia ſunt metus, & mœſtitia, dicente Hipp. Apho. 23. lib. 6. Si metus & mœſtitia longo tempore habent, melancholicum ſignificatur. Longo itaque tempore timor & triſtitia melãcholicos infeſtant, & vt Galen. dixit 2. de cauſis ſympt. ſine manifeſta cauſa. Læditur quoque omnibus imaginatio, & ſe videre aut audire ferunt, quæ non ſunt extra, ſed in humore & vapore cerebri conſiſtunt, vt enim aliàs diximus, imaginationis noxæ ſenſibus externis ſtatim traduentur. Quamuis diuerſas imaginationes patiantur. Quidam enim mortem timent, quidam eam cupiunt, atque eamdem ſibi conſciſcunt, quidam ſe gallum exiſtimauit, alter cæli timebat ruinam, alius ſe vas fictile eſſe putabat Quidam in fletu, quidam in riſu vitã degunt. *Varia & rara exempla melancholicorum.* Sed qui rident, paulò pòſt mœſti & tetrici redduntur. Notus eſt in hac academia qui de veneni potu conqueritur, & quotidie à me remedia expoſcit. Noui melancholicum, qui ſe regem clamabat à regno expoliatum. Alterum qui ſe Theologum exiſtimabat, & is in diuerticulis & plateis perpetuò concionabatur, alius diem iudicij magnopere timebat, & ſe laqueo ſuſpendit. Amant ferè omnes ſolitudinem, & hominum conſortium fugiunt, quidam etiam futura prædicunt. Peculiaria verò ſigna eius qui in toto corpore habet melancholiam redundãtem ſunt ſequentia, colore ad nigredinem tendunt, graciles & hirſuti ſunt. Tales quidem natura, aut tempore facti, accedentibus vigiliis, ſolicitudine, & mœrore, victu melancholico, aut etiam retentione menſtruorum, aut hęmorrhoidarum. Cùm autem ab hypochondriis morbus oritur, in ipſis ardorem ſentiunt, & inflammationem: rurſus hæc eadem tenduntur cum grauitate, accedentibus acidis ructibus, vigiliis, inſomniis turbulentis. Præterea pariuntur ſubitos quoſdam tremores, capitis dolores, aurium tinnitus, ventris excrementa areſcunt, & retinentur, vomunt

nonnun

nonnunquam acidum humorem, bis omnibus accedit triſtiria, circa thoracem & cor anguſtia, & ab his & reliquis ructu & flatu miſſo, aut acido bumore vomitu vacuato, ſiue deirctione leuantor. Quòd ſi timor & triſtitia perſeuerantes adfuerint, ſine notis quæ oſtendunt melancholiam in toto corpore redundantem, & ſine illis quæ docent, ab hypochondriis oriri eandem, colligemus ſolum caput melancholia vexari. Portò omnibus ſpeciebus timorem & triſtitiam adiungi ſine manifeſta cauſa (vt Gal. lib. 2. de Cauſis ſympt. dixit) experimentum docet, cauſa tamen nō eadem ab omnib. tradita eſt.

Timor & triſtitia melancholicorum vnde oritur.

Gal. namque lib. 3. de Locis patient. cap. 6. inquit: Terrentur vt in tenebris pueri, & ex adultis indocti. Sanè quemadmodum externæ tenebræ omnibus ferè hominibus pauorem inducunt, niſi vel audaces admodum, vel docti fuerint, ſic atra bilis colore, mentis ſedem tenebris ſimilem reddens, timorem efficit. Etenim ſummis tum medicis, tum philoſophis in cōfeſſo eſt, & bumores, & omnino corporis temperaturam, animi actiones variare poſſe. lib. tamen 2. de Cauſis ſympt. poſteaquam metum & mœſtitiam ſine ratione, dixit eſſe melancholiæ ſigna, addit, Quòd verò atra bilis rationalis animæ arcem occupans timorem, mœſtitiam, & mortis expectationem inducat, nihil mirandum eſt, cùm videamus in rebus externis, nihil magis quàm tenebras nos perterrefacere, ſi igitur quippiam tenebris ſimile, rationali parti animæ circumfundatur, bominem ſemper timere eſt neceſſe, vtpote qui ſemper timoris cauſam in corpore circumfrtat. Quod enim nobis extrinſecus accidit, cùm ambiens nos aër, vaſtiſſimis tenebris fuerit obſcuratus, id melancholicis ab intimo corpore erumpere videtur, occupante cerebrum, vel ipſamet atra bile, vel vapore quopiam melancbolico, vt in eo morbo, quem inflantem & hypocondriacum appellant, euenire videmus. Ex quib. colliges cauſam triſtitiæ ferè perpetuæ eorum qui melancholia laborant, qui verè nullam externam ſui mœroris caoſam habent. Noſſo tamen oportet, iram, gaudium, triſtitiam, timorem, & pudorem, paſſiones eſſe iraſcibilis facultatis in corde ſitæ, vti parte prima docuimus. At verò hæ paſſiones non concitantur, niſi obiectorum cognitione, aot apparentia præcedente, ac perinde neceſſum eſt, ante paſſionis cordis commotionem præcedere imaginationem eius quod delectet, aot contriſtet, aut gratom ſit, aut odio habeatur. Quod in melancbolia morbo ad triſtitiam generandum notiſſimum eſt. Præcedit enim in imaginatione cognitio nigredinis humoris cerebrum occupantis, aut ſimilis vaporis, niger autem color tenebras offundit, tenebræ verò imaginatione deprehenſæ, timorem concitant, & triſtitiam: ſi quidem radius viſorius ex oculis procedens tenebræ confuſus, imagines & phantaſmata rerum aduerſarum efficit, quibus conceptis pueri, & indocti & puſillanimes timent & triſtantur, neque aliter qui nigrum humorem in capite aut ſimilem vaporem continent, mixtione ſpiritos animalis, quem ſplendidum aliàs ſtatuimus, cum tenebra aot homoris nigredine imagines concipiunt rerum aduerſarum, & quæ lædere eos magnopere poſſint, quarum cauſa triſtantur & timent. Eſt itaque horum ſymptomatom cauſa humorum & vaporum nigredo, quæ ab imaginatiua deprehenditur, non alitrr quàm in phreniticis muſcæ, aut culices, aut flocci & pili, læſa verò imaginatiua læditur iraſcibilis vis, in qua timor & triſtitia generantur. Cùm igitur humor melancholicus frigidus ſit & niger, ob frigiditatem diſtemperat cerebrum, ac lædit facultatem imaginatiuā, vnde plures actiones læſæ procedunt, vti cùm futura prædicant, & ſe reges eſſe putant, qui non ſunt. Cùm autem timent, & triſtantur, tenebra ſuffuſa ob humoris nigredinem, imaginationes falſæ formantur, hæ tamen læſæ actiones vitium ſequuntur in obiecto. Illæ imaginationes ſeqountur morbum, hæ verò caoſam morbificam. Auerrois tamen 3. lib. collect. cap. 40. Galen. aduerſatur, probare contendens timorem melancbolicorum non ſequi nigredinem humoris, quoniam corruptio imaginationis non fit eſſentialiter à colore quopiā, ſed ab intemperie, ac ſi diceret, læſiones actionum non ſequuntur colorum mutationes, quæ qualitates ſunt, ſiue affectus, atque ſymptomata, ſed ſequuntur morbos, veluti malam cerebri temperaturam, ad quam deberet Gal. referre imaginationum læſionem.

Auerrois de melancholicorū timore.

Præterea in tenebris nihil aliud accidit animæ præter defectum cognitionis viſibilium: is verò non lædit imaginationem. Sed ſequentur timor & triſtitia naturam humoris melancholici, vt gaudium naturam ſanguinis non moto ſplendore vi ſanguinis, neque tenebra vi melancholiæ. Has autem rationes facilè ſolueret Galen. Nigredo namque humoris melancholici immediatè mouet imaginatiuam tenebras ſuffundens animali ſpiritui, nigredo tamen effectus eſt humoris melancholici, qui cauſa morbifica eſt, & efficit morbum, nempe frigidam cerebri intemperiem. Sed diceres adhuc ſequi imaginationem læſam eſſe ſymptoma, & non ſequi morbum, qooniam non ſequitur ipſam frigiditatem cerebri immediatè, nos id libenter concedimus, non boc tantùm, ſed alia plura, vt de cauſis ſymptomatum diximus fieri, quę non procedunt à morbis, qnod Auerrois quoque concedrte tenetur: ſi namque, vt inquit, timor & triſtitia ſeqountur homorem melancholicum, vt lætitia ſanguinis naturam, & natura melancholiæ non eſt morbus: non igitur ſequentur morbum, ſed cauſam. Si qoidem frigus, & nigredo humoris, intemperiem frigidam cerebri antecedunt. Idem quoqoe tenetor Galeous concedere qui à nigredine humoris timorem & triſtitiam procedere dixit. Quod autem dixit tenebram nihil aliud efficere præter defectum cognitiona viſibilium, falſum eſt: nam qui timent, phantaſmata ſe videre ferunt: ſunt autem hæ apparentiæ quædam ante oculos ex mixtione radiorum viſualium cum tenebra: ex interna ſiquidem oculi luce & externa tenebra mixtis, viſiones ſe offerunt diuerſæ. Ita quoque fit in melancholicis: mixtione ſiqoidem luminis interni animalis ſpiritus, & tenebræ ſuffuſæ ab humore melancbolico, viſiones & pbantaſmata excitant, quę terrorem incutiunt, & triſtitiam generant. Quantum autem ad victum attinet, aër attemperandus paruin ad calidum & humidum inclinans, in quo modicè excitentur: frequenter autem fricentur, & vt Celſus inquit, regionem mutent: ſed non ſint inter ignotos, & balneum ingrediantur aquæ dulcis ſæpe: nam debita victus inſtitutio cum balnearum frequenti vſu, vt Gal. teſtatur, nōnollos ſanauit, quorū humor non erat valde rebellis.

Victus melācholicorum.

Somnus longior accōmodatus eſt, & moderatus veneris vſus. Alimentis vtantor, quæ bonum ſuccum generent, & facilè coquantur, humidioris naturæ, aut attemperatæ, vti pullis gallinarum, & perdicum, non tamen ipſis perdicibus quæ annum attigerunt, gallinæ verò, & capi, & phaſiani & attagenæ, optima ſunt alimenta, & caro vetuecis ſelectiſſima probè macerata, & ex piſcibus tructæ, barbelli, & ſaxatiles reliqui, & ouorum vitelli ſorbiles. Ex oleribus bora-

go

go eligatur, & bugloſſi radices conditæ cum ſaccaro. Vitent carnes bouinas, caprinas, porcinas, leporinas, & ſalſas omnes carnes, aut piſces ſimiles, & caſeum, & legumina. Et ex fructib. poma odorata vſui ſunt quæ anethina dicuntur, & quas camueias appellant, cum pauco aniſo, & pruna paſſa, & vuæ paſſæ ſine vinaceis. Vitent & vinum nigrum atque etiam craſſum: bibent vinum album pauciferum. Quamuis ipſum Celſus omnibus inſanientibus deneget, præterquàm in ea quæ ex metu oritur inſania. Potum autem omnem atque cibum, & condimenta, quæ acrem, ſalſam, aut amaram facultatem habent, vitanda omnino ſunt. Gaudium & animi tranquillitatem omni modo procurabunt, viridia prata, & hortos perluſtraures, cantilenas & muſica inſtrumenta audiant, & fabulas, & quæ ſani audire cupiebant, cum amicis conuerſentur qui eos hortentur, & blandis ſermonibus increpent, & à falſis imaginationibus auertant. Cùm autem opus fuerit, eos acerbiùs increpabunt, & terrores ab animo remouebunt, & eorum opera laudabũt, quæ ante oculos proponẽt, cogendi ſunt aliquid addiſcere, & memoria tenere, terrore quoq; incuſſo terrorem alium excutere non eſt à ratione alienum: nam inde fiet, vt à perpetuo illo timore, aut terrore ſoluantur. Ventrem lenem procurabunt, ſi opus fuerit, clyſteribus, quæ ea maluarum decocto, & oleo conficientur. Si in vniuerſo corpore ſanguinem melancholicum redundare intellexeris, curationem à ſanguinis miſſione incipies, ſecta vena cubiti media, quæ cum vena interna & externa copulatur, niſi fœmina fuerit cuius menſes retenti ſint, cui vena tali ſecanda. Verùm ſi medicus non ſatis perſpectum habet, an in toto corpore ſanguinis melancholici copia ſubſit, pauco ſanguine educto, eius naturam contemplabitur; atque vbi is melancholicus fuerit, rurſus pro viribus, & corporis habitu ducetur, ſi bonus reperiatur, ſiſtenda erit vacuatio. Quòd ſi in ſolo ipſo capite ſanguis melancholicus abundauerit, non oportet à ſanguinis miſſione incipere, eius affectus ratione, quamuis ob alias cauſas mitti poſſit, vti ſi ſanguis multus in vaſis redundauerit. In his itaque in quibus ſanguis peccans in capite tantùm continetur, atque in aliis poſt ſanguinis miſſionem victus cõmodè inſtituendus in omnib. præſertim in alimentis quæ humectãdi facultatem habent & modicè calefaciunt & bonum ſuccum pręſtant, ac facilè coquuntur, & flatus ſunt expertia. E quorũ numero ſunt carnes prædictæ elixæ, potius quàm aſſæ. Balneis quoque dulcium aquarum vtentur frequentibus: his enim vbi mitis, nec diuturna fuerit paſſio, plures viſi ſunt ſanitati reſtituti. Quib. verò vel ſanguinis miſſione non egentibus, vel vbi eguerint, ſanguine iam miſſo, malũ perſeuerat, purgatio neceſſaria eſt, purgabitur autem humor melancholicus non ſemel, ſed ſæpe, vbi prius paretur, parum calefacientibus, ſed humectantibus & attenuantibus, in quibus primum obtinet locum aqua mulſa, bis in die manè & ſerò bibita, quãtitate vnc. x. pro ſingulis potionib. Paratur quoque per ſyrupum borraginis, aut fumariæ cum decocto radicum bugloſſi aut fumariæ, aut lupulorum. Deinde purgabitur pilulis aſſaieret, aut pilulis de fumaria, quib. deuoratis ſuperbibet huius decocti vnc. vj. Prunorum, glycyrrhizæ vtriuſque vnc. s. floris borraginis, & bugloſſi vtriuſque pugillum s. lupulorum m. s. bulliant in libris duabus aquæ ad conſumptionem tertiæ partis. Rurſus epythymi, ſennæ, paſſularũ, ſine vinaceis, ſingulorum vnciam ſemiſſem, aniſi, fœniculi vtriuſque drach. j. ſemis, myrobalanorum nigrorum drac. j. s. bulliant in lib. 2. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, & colaturæ accipiet vnc. vj. in quib diluatur confectionis hamech vnc. s. Interim verò à purgatione caput abluent decocto maluarum, camemeli, fœnugræci, florum borraginis & bugloſſi, nonnunquam etiam ipſa ſola aqua dulci calida. Deinde pluribus diebus bibent ieiuno ventre huius decocti vnc. x myrobalanorum nigrorum drach. vj. paſſularum ſine vinaceis, glycyrrhizæ, florum ſtœchados, florum borraginis & bugloſſi, epithymi, ſennæ, ſingulorum vnc. j. polypodij, turpeti vtriuſque drachm. iij. fumariæ, lupulorũ vtriuſque manip. aniſi drach j. bulliant in lib. vj. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, reſiduum coletur & ſeruetur. Idem etiam decoctum facimus ex ſero lactis caprini, atque habet magnam in purganda melancholia efficaciam: in aqua mulſa verò nihilominus vtile erit. Odores quoque bonos naribus admouebũt, vti flores borraginis, bugloſſi, camemeli, arancij, & violarum quæ vino & aqua naphæ irrorẽtur. Ex aquis præterea ſtillatitiis horum florum, cum vino albo odorato, puluere diambræ, & croco, epithemata apponentur cordi. Et rurſus caput roborandum cõdito de ſtœchade cum aqua borraginis, conditum etiam in hunc vſum accommodatur ex foliis meliſſæ cum ſaccaro, & ſyrupus de ſucco pomorum anethinorum, cum ſaccaro: hoc enim cerebrũ, & cor roborat: & eſt is qui appellatur ſyrupus de pomis. Præſtantiſſimum eſt conditum de corticibus radicum bugloſſi, in vino albo odorifero ſæpius madefactis & Sole ſiccatis, deinde cum ſaccaro conditis. Purgandum autem corpus rurſus perſeuerante malo, ſero lactis quantitate vnc. xij. in quo per noctem infuſum fuerit epithymum, ſenna, & polypodium ſingulorũ vnc. s. manè coletur & potui detur. Clyſteribus quoque vtentur ex decocto maluarum, fumariæ, violarum, florum bugloſſi cum melle, oleo, & pauco ſale. Aut ea decocto maluarũ, epithymi, ſennæ, in quo diluantur caſſię fiſtulæ vnc. j. s. mellis & olei vtriuſque vnc. iij. ſalis ſcrup. j. Aëtius inquit, conducit & lactis ſero aluum ducere, ſed non de caſeis dandum eſt ſerum, præſtat quod à lacte per eocturã ſeparatur. Sic autẽ lac equinum, aut ſi non poſſit haberi, bubulum. Lac ipſum in ollam nouam mittatur, & fici ramulo agitetur. Poſtquam autem ter aut quater ebullierit acetum mulſum irroretur. Deinde percolatum in potu detur. Et primum quidẽ admiſcendum eſt mel, cùm autem venter ſubire inceperit, non amplius addatur mel. Accipiat autem æger per heminas hoc ſerum, non infra quinque heminarum menſuram. Ab omni verò euacuatione vtendum eſt maluæ ſemine leuiſſimè trito, duarum drach. pondere, cum aquæ cyathis tribus. Decet quoque à purgationibus caput tondere, & ipſum abluere decocto maluarum, capitis arietis, camemeli, fœnugræci, violarũ & florum bugloſſi. Quibus verò melancholia hypochondriaca, ſiue flatuoſa fuerit, ventriculo & hypochondriis cura adhibenda his quæ humorem euacuent, & flatum diſcutiant, in medicamentis & alimentis. Parabimus tamen humorem & vias aqua mulſa, aut ſyrupo de fumaria cum decocto lupulorum, & pauco aniſo. Deinde purgabimus hiera quæ ad clyſteria conficitur ex his medicamentis, cuius bibet vnc. j. in decocto origani, aniſi, fœniculi, corticum radicum capparorum. Poſt purgationem, ſerum lactis prędictum cum epithymo, aniſo & fœniculo bibet, ieiuno ventre, cui etiam ante potionem cucurbitulæ ſunt affigẽdæ cum multa flamma partibus hypochondriorum tenſis, aut dolentibus. Fomenta quoq;

fient

Vinum omnibus inſanientibus noxium ex Celſo, præterquàm melancholicis, quibus albũ & pauciferum confert.

Terror melãcholicis incutiendus ex Celſo.

Melancholia flatuoſæ curatio.

Digitized by Google

fient ex decocto quod admittit rutę, anethi, pulegij, ſingulorũ manipulũ ſ. aniſi, fœniculi, carui, cumini, ſingulorum drach. ij. aluminis vnc. ſ. bulliant in aceto, & ſpongia partes dolentes & diſtentę foueantur. Et ſtercus bubulũ aridum cum aceto mulſo admoueatur. Pix quoque ad emplaſtri formam, cum oleo laurino & puluere cumini addito, ventri & dorſo, è regione ventris admouenda. Bibent hi aquam mulſam ſæpe, in qua comæ abſinthij per noctẽ maduerint, aut hierã Rufi fabæ magnitudine ſingulis diebus accipiãt, vt docet Aëtius in eius compoſitione. Præter purgationem quæ cum hiera picra fit, aut cũ pilulis aſſaieret, perſeuerante malo, vomitus per interualla mouendus, cum aceto mulſo & decocto ſeminis raphani, vel vt Paulus docet, elleborus, vel potius, ipſius vis ad vomitũ paretur, raphano arundine compuncto, diſſectóque, ellebori albi optimi radicum præſegmina inferuntur: ac vbi vna nocte in eo permanſerint, proiiciuntur, raphanus minutatim conciſus, cum aceto mulſo in dictum modum ægro exhibetur, nimirum vomitionibus aſſueto, & horis duabus interpoſitis ad vomitum cogendus.

De Mania, ſiue furore.

CAPVT XV.

Mania. MAniam Latini inſaniã, & magis propriè furorem appellant, quod eo malo correpti furibundi, & temerarij fiant: eſt inſania & deliriũ ſine febre ab humore calido cerebri mẽbranas mordente, & ſubſtantiam calefaciente, & exurente, quamuis ab intemperie fieri poſſit, ſed ſine febre cõſiſtit. Inquit enim Gale. lib. 2. de Cauſis ſympton. Porrò omne delirium deprauatus eſt principis facultatis motus, à prauis ſuccis, aut cerebri intemperie ortum habens: ac phrenitis nominatur, ſi febris acceſſerit: mania verò ſi citra frebrem accidat. Hæc interim mordaces ſequitur ſuccos, qualis eſt præcipuè flaua bilis, interim verò à calida cerebri intemperatura naſcitur. Cauſa eſt ſanguis qui in cerebro aſſatur, & putret, aut bilis ſimili modo affecta, ita vt in nigram degeneret, vt inquit Paulus, præterea à multo ſanguine fieri poteſt, puro non putrido, aut ab eodem cum bile mixto, vt vult Aëtius: attamen purus ſanguis non efficit eum morbum citra caloris incrementum. Quòd tamen febrem non efficiat ſanguis, aut bilis, quamuis ſuperincaleſcant, aut putreant, eo fit, quoniam ſenſim accedit humor qui efferueſcit, & ad melancholiam vſtione ſenſim quoque degenerat, ita vt nunquam adeò copioſus accedat vapor, vt febrem concitare poſſit. Cùm autem ſanguis aſſatur, & cerebri membranis hæret, validè pungit, & mordet, & in ferina ducit deliramenta. *Maniæ ſigna.* Antecedunt hoc malum capitis dolores, & vibrationes, inſomnia terribilia, & vigiliæ immodicæ, & riſus intempeſtiuus, & ira ſine cauſa, & cura pertinax, & ſplendores ob oculos, ad venerem promptitudo, & ſæpe nocturnæ pollutiones. Cùm verò iam morbo premuntur, agitantur & in diuerſas admodum deliriorum ſpecies incidunt: quidam enim rident, quidam iraſcuntur, omnes importunè. Quidam eorum loquuntur quæ imaginantur, quidam eadem aggrediuntur agere: at hi validius morbo occupantur. Temerarij ſunt & iniurioſi, ita vt familiaribus inſidias parent, & eos vulnerent, & quandoque occidant. Quidam per feneſtras exiliunt, quidam ſe ipſos dilacerãt & veſtes, quidam cibos deguſtare nolũt, ita vt tractari, & curari nequeant, niſi ligentur, & flagellentur. Carpentarius quidam, teſte Aretæo, in officina ſapere videbatur, ſed extra concitabatur furore. Inuadit hic morbus ex ætatibus iuuenes frequentiùs calidos, & vafros, & irriſores, & viros potiùs quàm mulieres, & eos quibus manifeſta aliqua vacuatio ſuppreſſa eſt, vt in fœminis menſes, & qui inediam tolerant æſtiuo tempore, aut ſub ardenti ſole iter agunt, & acrioribus alimentis vtuntur, & vinis validioribus, & ſalſis alimentis, & ſalſamentis ex pipere, zingibere, melle, & ſimilibus. Ea his deſipientiæ quæ cum riſu fiunt, minus periculoſæ ſunt, teſte Hippocrat. Aphoriſ. 53. lib. 6. Aër ad frigidum & humidum inclinet. An tamen lucidus, an obſcurus eſſe debeat, à iuuantibus deſumemus, quibuſdam enim lux, quibuſdam tenebra magis imaginationẽ vitiat, & turbat. *Maniacorum victus.* Alimenta eis exhibeantur liquida, quæ facilè coquantur, paucum ſanguinem generantia, atque eum frigidum & humidum, vt puls ex hordeo aut ptiſana, aut borago elixa cum iure gallinæ, aut ius pulli cũ hordeo elixi, aut piſces ſaxatiles pauca quãtitate, aut mica panis in iure pulli, aut mica panis lota. Potus ſit aqua hordei, aut aqua ſola elixa, & à vino abſtineant, ſomnum omnimodo procurent odoribus violarum, & nimpheæ. Quieſcant omnino, aut ligati coërceantur, ſed moderatis vtantur frictionibus. Ventrem habeant lenem, aut clyſteria iniiciantur ipſis, ex decocto maluarum, violarum, hordei, cum oleo violaceo, & ſaccaro, quibus etiam addemus caſiam fiſtularem, aut hieram picram. Vitabunt omnem animi turbationem, & amici cum eis conuerſentur, qui eos hortentur, aut etiam obiurgent, & vbi opus fuerit, flagellis cædãt. Et quamuis nonnunquam ſapere videantur, credendi non ſunt: eſt enim is maniacorum dolus, qui cupiunt à vinculis, & flagellis euadere. His præhabitis ſanguis *Maniacorum curatio.* mittendus eſt, ſecta vena externa cubiti, aut ipſa non apparente, media ſecabitur, aut pro ipſa interna. Aut vbi ea non appareat, ſecabitur vena aliqua in malleolo, aut aliqua ex his quæ ſunt manifeſtæ in pedis pollice, aut in manu inter indicem & pollicem. Educemus autem ſanguinem pro virium ratione, & corporis habitu. Plures enim ſunt qui facilè ferũt valde copioſam miſſionem ſanguinis, quam ſi videatur æger ferre, impartienda eſt vacuatio, & bis, aut ter venam aperiemus. A ſanguinis miſſione, admouebimus capiti detonſo roſacei vnc. vj. aceti roſati vnc. j. ſ. ſucci polygonij vnc. ij. Aut roſacei, violacei, vtriuſq; vnc. ij. aceti vnc. j. ſomnus verò conciliandus vapore elixationis capitum papa. aut vnguẽto populeon. naribus admoto, quod poſt horam ſemoueatur. Aut dormiturus ſyrupi de papa. bibet vnc. j. ſ. per interualla dierum. Nam ſi ab his quæ dicta ſunt vigilię ſequantur, pernicioſus reddetur morbus. Quòd ſi accepto prædicto ſyrupo dormierit, non amplius eo vtetur. Deinde Aëtius venam rectam in fronte ſecare iubet. Quantitas autem ſanguinis ſit prope libram. Si tamen facta ſanguinis vacuatione, bilis redundans apparuerit, corpus purgabitur accepto prius ſyrupo de boragine, & aqua bugloſſi. Purgatio verò optimè ſuccedet cum pilulis ſine quibus. Aut cũ hiera picra in aqua mulſa, aut cum pilulis fœtidis deſuper bibito decocto ſennæ, & epithymi, pilularũ fœtidarũ drac. j. decocti ſennæ & epithymi vnc. v. Si tamẽ hæc deglutire detrectent, cibis inſerenda erunt, vt caricis, aut palmulis, vt eos fallamus. Rurſus à purgatione ſomnus conciliandus fomẽto capitis ex decocto violarum, nimpheæ, capitum papaueris, aut lacte & violaceo

lana infundenda,quæ ſyncipiti applicetur. Et perſe-nerãte malo ſanguiſugas capiti vniuerſo affigemus. Per nares quoque purgare excrementa capitis conuenit, attracta aqua mulſa: iuuant interim non parum clyſteria ex maluarum,violarum & hordei decocto,cum violaceo, & ſaccaro. Inclinante autem morbo,balneum aquæ dulcis, quod caput non tangat vtile erit, calido admodum ſenſato capite frigida ſæpius irrigandum. Poſtquam tamẽ leuati fuerint, præſeruationis gratia ineunte vere eis ſanguis mittendus,& venter ab humore bilioſo purgandus, cùm verò ab vtero furor oritur, ad vterum conuertere oportet curationem. Tradit eius curationem Aëtius capitulo de furore vterino,pariter & dignotionem.

De Lycanthropia.

CAPVT XVI.

LYcanthropia morbus capitis ab humore bilioſo, aut melãcholico fit,cùm exuruntur. Atque eſt maniæ ſpecies, per quã homines lupis ſimiles morib. fiũt,id quod vox ipſa indicat: torue inſpiciunt, vlulant,ſingulos homines fugiunt,cùm eis occurrerint,ſimiles quibuſdam animalculis, quæ in aquæ ſuperficie currentia ſe tangunt & ſtatim refugiunt. Hi auctore Paulo, atque Aëtio (qui de hac re eadem omnino ſcripſere)circa deſunctorum monumenta tota nocte ad lucem vſq; morantur. Quorum facies pallet,oculi imbecilli ſiunt,& aridi,& lingua adhuc magis, ſiti vexantur, & crura vlceribus ferè immedicabilibus ſcatent: cùm enim occaſione fiant ipſis inconſideratè incedentibus, humorum malitia occurrẽs eadem ſanari non permittit. Cùm morbus accedit,qui per interualla euenire ſolet, vti & mania quibuſdam, ſingulis lunæ circuitib. ſanguis mittendus ad animi deliquium. Nos verò abũdè mittemus ſanguinem,id quod ſatisfaciet, educentes,atq; ſanguinis miſſionem,ſi opus fuerit,repetemus. Deinde victu humectante,balneis,& theriacæ potu eoſdem curabimus,interim maniacorum inſtar eoſdem purgantes. Præbendum quoq; pluribus diebus ſummo manè in potu ſerum lactis, eo modo paratum quo ſupra ad melancholicos ex Aëtio: in ſero autem per noctem ſennæ,& epithymom madeſcant, & quantitas colaturæ ſit vnc.xij.

De iis qui amore inſaniunt.

CAPVT XVII.

AMoris affectus, animi motus eſt & ipſius conflictatio,cuius naturam & generationem nos in oratione de amore publicè habita patefecimus latè. Eſt enim amor animi ſolicitudo perpetua, & cura pertinax,ſpei,timoris,triſtitię & lætitiæ plena: hæc verò cùm diu perſeuerat,cerebrum exſiccat, & hominẽ euigilat,& delirare cogit, & omnia præter vnum amatum odio proſequi,oculi excauantur, nec tamen lachrymas fundunt, voluptate pleni apparent, & palpebras continenter mouent, pallet etiam facies: fiũt enim(vt Gal.inquit in comm. præfationis in lib.progn.)decolorati,& inſomnes, graciles quoq; fieri teſtatur, cui ſententiæ experimentum ſubſcribit. Quamuis Paulus dixerit, nulla ex corporis partibus collabente, ſolos oculos collabi. Niſi dixeris,collapſum intellexiſſe ſegnem motum,

Signa amantium.

& decidẽtiam. Pulſus autem eorum qui amore correpti ſunt,nullus eſt peculiaris, ſed qualis in animi conturbationibus,& conflictationibus,verùm amato præſenti, inæqualis fit, aut vbi eius mentio fiat, ſubitò præſertim. Eraſiſtratus namque filium regis nouercæ Stratonicæ amore correptum intellexit, quoniam ipſa præſente mirum in modum pulſus fuit immutatus. Et Gal. fœminam Pyladis amore captam agnouit, vt lib. de prænotione teſtatur, quoniam eùm Pyladis mẽtio habita fuiſſet, pulſum variis modis agitatũ inuenit. Ipſo verò abſente pulſus paruus fit & imbecillus,& tẽporis proceſſu durus. Sed non id tantùm amantibus accidit, verùm etiam cùm amatum vident,aut eius mentio corã fit, oculi exhilarantur,rubore ſuffunduntur,& niſi prudentes fuerint, & animi affectũ validè compeſcant, de amatis verba facientes animum ſuum pandent. Suſpirant, quoniam validis imaginationibus occupati, vt phrenitici reſpirationis obliti, deinde ad ſe recepti magnas illas efficiunt inſpirationes, ob magnum calorem cordis. Sunt quidem admonendi virtutis, religionis, & ſanctimoniæ, & diſtrahendi, & in diuerſa reuocandi, & quandoque increpandi acerbius,& flagellis cædendi. Ad balneũ mittendi, & ludos,& cõpotationes, & amœna loca,& virẽtia prata,atq; in aliam regionem. Præterea pro pulchra amatą,pulchrior alia ob oculos offeratur,& pro viro alter elegantior,quibus nubere poſſint. Vitia quoque & turpitudines amatorum coram amãte referri debent, niſi amantes valde abiecto animo fuerint: qui enim tales ſunt, ſimiles concupiſcũt: quamobrẽ eis præſtantia,dignitas, & perſonarũ diſparitas opponenda. Sũma totius curationis duobus capitibus cõtinetur,nempe vt animum in diuerſas cogitationes modis omnibus diſtrahamus, & corpus cibis, potibus,balneis & ſomno humectemus.

Amantium reſpiratio.

Amantium curatio.

Vide ſuper hac re Ouid. de remedio amoris acutiſſimè diſſerentem.

De Apoplexia.

CAPVT XVIII.

APoplexia Gręca vox, Latinis percuſſio eſt: quare qui hoc morbo laborãt,percuſſi appellãtur: ab aliis verò ſiderati, & attoniti. Eſt autem apoplexia, vẽtriculorum cerebri integra obſtructio, à craſſis,lentis, & frigidis humoribus, quam ſequitur ſubitò ſentiendi atque mouendi omnimoda impotentia: ſaluatur autem in quibuſdam eorum reſpiratio. Ac perinde cùm ſola reſpiratio ex animę functionibus ſaluetur in quibuſdam, Galen. ex læſione reſpirationis, periculi magnitudinem coniicere docet libr. 3. de Locis pat. cap. 7. vbi cauſam quoque eum morbum efficientem explicat dicens. Apoplexiæ autẽ,quòd ſubitò euenit, aut frigidum, aut craſſum, aut viſcidum quodpiam quod cerebri ventriculos affatim implet, non totius eſſentiæ intemperiem, cauſam eſſe manifeſtũ eſt: veluti ẽtiam lethargi,phrenitidis,maniæ, melancholiæ,ſtultitiæ, amiſſæ memoriæ, ſenſuum hebetationis, reſoluti motus,in omnibus his affectibus,in quorum numero apoplexia continetur, periculi magnitudinem ex reſpirationis nocumento coniicere oportet. Sanè quemadmodum dormientes ſpirant,quamuis nulla alia accedente actione quæ à conſilio prodeat, vtpote qui ſupini iaceant in cubili,ita in ſoporoſis affectibus omnibus, quamquã neque ſentiat corpus, neque moueatur,tamen ſola reſpiratio quæ muſculorum pectus mouentium munus eſt,ſaluatur. Hoc in loco à viſcidis & craſſis humoribus apoplexiam

Apoplexia cauſa & ſpecies.

fieri

Digitized by Google

fieri dicit. A melancholia verò fieri cum Hippo. docet, ſexta Sectio. Aphoriſm. commentar. 56. Præterea humor craſſus per hanc affectionem non tantùm ventres cerebri occupat, ſed etiam eius ſubſtantiam, vt Galen. lib. 4. de Locis pat. cap. 2. docet, dicens: Verùm & in ſopore & morbo comitiali ventres cerebri magis, corpus minùs, in apoplexia corpus magis affici ſolet. Quæ ſententia eadem omnino eſt cum ea quæ habetur 2. Sect. Apho. comment. 42. Vbi apoplexiam fieri dixit aut ob diſpoſitionẽ ſimilem inflammationi, quæ in cerebro conſiſtit, aut ventriculis ipſis oppletis humore pituitoſo. Quòd enim corpus cerebri affici dixit, idẽ eſt quod pati diſpoſitionem ſimilem inflammationi. Sunt autem ex apoplexiis quædam inſanabiles omnino, quæ difficilem admittunt curationem, dicente Hippocrat. Aphoriſm. citato, Apoplexiam fortem ſoluere impoſſibile eſt, debilem verò non facile, quo in loco ſicuti & lib 3. de Locis pat. Galen. periculi magnitudinem docet diſtinguere ex reſpirationis læſione, vt inde quoque notum euadat, quę incurabilis ſit, & quæ maiori aut minori cum difficultate curetur. Si namque reſpiratio omnino cohibeatur, maximus & acutiſſimus morbus eſt, per quẽ viuit adhuc animal ſine reſpiratione, ſola tranſpiratione manẽte, quæ per cordis & arteriarũ motum exercetur. Si verò fiat, ſed magna cum vi, adhuc fortis adeſt & incurabilis apoplexia: ſunt qui reſpirationem efficiunt, non intentam, nec violentam, ſed inæqualem & inordinatam, & intermittentem. Hæc quoque apud Gale. inter fortes apoplexias recenſetur: at verò Hipp. Apho. 51. lib. 6. ſtertorẽ dicit eſſe apoplexię ſignum, & Galen. in Comm. eam eſſe fortẽ dicit, quam tamen Hipp. febre ſuperueniente ſanari aſſerit. Illæ verò apoplexiæ in quibus reſpiratio nõ tantùm violenta non fit, ſed & ordinem ſeruat, debilis eſt, & adhibita diligẽtia citò curatur. Infeſtat ſanè morbus homines natura pituitoſos, pingues, in otio degentes, eos qui frequenter inebriantur, accidit quoque his qui magnos ictus capitis ferunt. Inuadit ſenes, & iuuenes quandoque, ſed non niſi ob magnã cauſam, quæ docet deterius malum: nam vt commentario citato Galen. dixit, morbi magnitudo cauſæ magnitudinem ſequitur:

Apoplexia magnitudo ex reſpirat. aſſequenda.

Signa apoplexiæ.

Antecedunt magni capitis dolores, qui ſubitò inuadunt, & grauitates, ſomni profundi, incubo frequens, tinnitus aurium, ſplendores ob oculos, & confuſio viſus, hebes odoratus, ſtertores dormientibus, atque ſtridores, ad motũ pigritia, venę iugulares intumeſcũt, proueniunt ventris cruditates, vrinę ad æragineum colorem tendentes, quandoque nigræ, pauca apparent in ipſis ſedimenta referentia ſpeciem farinæ craſſioris. Præſentem affectionem oſtendunt ſubitus caſus, vocis priuatio, ſicuti ſenſus omnis, atque motus citra febrem. Iacent demortui, clauſis oculis, & quidam eorum ſtertunt, atque ſpumam ore mittunt, in quibus comitialis morbus, præ vehementia, in apoplexiã tranſiuit.

Apoplexia curatio.

Huius morbi curatio magnis & validiſſimis tentanda remediis. Sed decet prius an curabilis ſit intelligere: nam in letalibus curationem aggredi infamat artem. An tamen apoplecticus omnino reſpiratione careat, agnoſcemus ſpeculo chalybeo terſiſſimo naribus admoto, aut lanę carminatæ hapſo: hunc enim mouebit, illum verò inſicìet reſpitans. Aut vas vitreum aqua plenum thoraci ſuperponendum: qui enim reſpirat id mouet. Quòd ſi facultas & corporis habitus ferant, ſanguis mittendus eſt abundè, ſectis venis externis duorum brachiorum, perſeuerante autem malo, cucurbitulæ admouendæ occipitio, cum ſcarificatione, & ventri cum multa flamma, deinde naribus admouenda ſternutamenta ex pipere, euphorbio, & pyrethro, & ſagapenum, galbanum, & euphorbium odoranda dentur, crura & brachia valde vincienda & fricanda oleo rutaceo, aut de caſtoreo, clyſteria iniicienda ex ſucco betæ, ſucco mercurialis, cũ melle, ſale, & oleo rutaceo, & irino, alia verò recipient decoctũ mercurialis, pulegij, & amaraci, in quo diluantur hieræ picræ vnc. s. elect. diaphœnicon drac. ij. mellis vnc. ij. ſalis ſcrup. j. in quem vſum ſal foſſile vtilius eſt, glandes præterea in eum vſum formantur, ex melle toſto, & addito puluere colocynthidis, aut granis 6. ſcammonij, aut ex hiera cum ſcammonio, aut ex hiera langodij: ſint tamẽ longitudinis digitorum 6, & appendantur filo, vt eùm velimus eaſdem educamus. Expedit interim acceſſione perſeuerante, aperto ore pituitam ducere cum aceto mulſo & origani, ac thymi decocto, & potui deglutiendum dare decoctũ pulegij, & ſtœcados, in quo diluatur electuarij indi vnc. ß. aut in aqua mulſa diluatur pilularum cochiarum drach. j. Veſica fouenda oleo laurino, & de caſtoreo, aut etiam addito oleo ſcorpionum. Deinde caput abradendum, & fouendum oleo irino, aut laurino, & oleo de caſtoreo valde calentibus, aut ex pice, cera & puluere euphorbij, & piperis, fiat emplaſtrũ: aut ex melle & puluere piperis, & pyrethri. Aut emplaſtrum ex melle & ſtercore columbino, aut ex ſinapi & melle. Rurſus ad ea quæ per nares infunduntur redeundum eſt, & cucurbitulas cum multa flamma occipitio agglutinatas, & vbi alia non ſatisfaciant, ſartago, vel galea calidiſſima capiti veſtienda. Superuenit his febris quandoque & ſanat eos, quibus commodè excitabitur. Remittente morbi vehementia aqua mulſa præbenda, deinde ius pulli cum melle, aut puls ex auena cum melle, & aniſi puluere, & amygdalarum cum ſale & melle. Sit autem lac eductum ex dulcibus amygdalis, cũ paucis amaris mixtis. A vino ſummopere abſtinebunt, & diminuto morbo in lectica, aut curru geſtabuntur.

Vt febris intenſa apoplecticos iuuat, ita mitis prorſus inutilis eoſdem iugulat.

De Paralyſi.

CAPVT XIX.

Paralyſis.

Paralyſis Latinis reſolutio, aut relaxatio dicitur, quamuis tamen omnem reſolutionẽ ſignificet, medici eam tantùm quæ totiua corporis medietatem occupat obſtructionẽ, cum immobilitate, & ſenſus priuatione, paralyſim appellant. Ea tamen quæ vnam tantùm particulã illius paralyſis dicerunt: fit tamen à craſſis & lentis humoribus, mediã partem ſpinalis medullæ occupantibus & obſtruẽtibus, à quibus facultatis animalis tranſitus impeditur in illius lateris membra, quorum ſenſus ac motus perit. Sed fit quandoque à frigida intemperie, vel à frigida & humida, atque hæc erit conſtrictio, aut conniuentia, quæ contrariis facilem admittit curationem.

Paralyſeos cauſa.

Cæterùm in quibuſdam ſolus motus perit, quoniam cum minori facultate ſenſus ſaluatur, quæ tamen efficere motum non valebit. Quandoque tamen ſenſus perit, motu ſeruato, vti de Pauſania Syro ſophiſta Galen. retulit, cuius duos digitos minores & medij partem mediam ſenſum amiſiſſe dixit. Quoniam nerui ſenſus læſi erant, non tamen motus. Antecedit hunc morbũ apoplexia, comitialis, capitis grauitates, ſtupor, & ad motum pigritia, colicus morbus, vteri præfocatio, retentio alicuius purgationis capitis aſſuetæ, victus humectans,

Fernelius vult aliquãdo febres tertianas in paralyſim mutari.

Dd a

Digitized by Google

ctans,profectio per loca frigida,& niuoſa,& occurſus aëris frigidiſſimi,præſertim ab exercitio, & ſudore,præcedit etiam vulnus aut ictus. Euenit quoque his qui imprudentes ſedét in lapidibus,& locis humidis,& iuxta fluuiorum ripas, & his qui ſæpe inebriantur. Signa notiſſima ſunt, nempe impotentia ſentiendi,aut mouendi,aut vtriuſque, in altero

Paralyſeos nota.

latere,quod ſi pars paralyſi laborans non extenuetur,ſanari poteſt,ſi verò pars contabeſcat,ferè nunquam ſanatur.In huius morbi curatione quàm primum ſanguis mittendus, ſecta vena media aduerſi lateris, quantitas verò non multa ſanguinis educenda, quoniam oportet ad frigidorum humorum coctionem & morbi longitudinem ſanguinem & calorem ſeruare. At verò vbi ob frigidam fiat intemperiem,ſanguinis miſſio dimittenda. A ſanguinis miſſione purgatio ſequetur humorib. prius attenuatis,& calefactis,ſyrupo de ſtœcade,cum decocto origani,aut aqua mulſa ex decocto pulegij.Purgatio verò commoda fiet per pilulas cochias, aut pilulas aureas, aut epoto pharmaco, ex electuario indo in decocto epithymi,pulegij,calaminthæ,cum aniſo.Partes autem laborantes lanis integantur infuſis in oleo laurino,rutaceo,aut ſycionio,& in his qui duriore ſunt carne, oleo de euphorbio, & de caſtoreo,nonnunquam etiam ieiuno ventre fricandæ eiſdem oleis,atque oleo vulpino. Cucurbitulæ quoque affigendæ frequentes eiſdem partibus & dorſo: deinde dropax dorſo affigendus qui recipiat picis,reſinæ terebinthinæ vtriuſque vnc.ij. s. pyrethri,piperis vtriuſque ſcrup.ij. caſtorei, euphorbij, vtriuſque ſcrup.j. s. ſagapeni, galbani, oppoponacis ſingulorum drach.j. omnia lento igne miſceantur,& in pelle longitudinis dorſi extendantur. Cædere quoque partes vrtica,aut eaſdem picare, & picem ſæpius euellere conuenit. Rurſus pars fricanda oleo laurino & vulpino cum ſale,aut oleo de ſcilla, in quo liquefiat ſagapenum. Emplaſtra verò apponantur ex ruta,calamintha,artemiſia incoctis ad totius aquæ conſumptionem. Aut fiat emplaſtrum ex farina ſeminis lini, ſemine roris marini, vtriuſque vnc.j.ſagapeni,galbani,vtriuſque drach.ij. euphorbij drachm. s. olei laurini vnc.iiij. olei de caſtoreo vnc.ij. Quædam etiam in hunc vſum bibenda ſunt, quæ neruos roborant, è quorũ numero eſt ſyrupus de ſtœcade compoſitus,aut ſyrupus de calamintha, aut ſagapeni, & belanini vtriuſque drachm. s. in aquæ mulſæ vnc. iiij. idque non ſemel, ſed ſæpe. Præterea potiones duæ,quarum alteram claream, alteram Hippocras nominamus, ſed confici debent cum aqua,vini loco,valet ad idem pliris arcoticon, cũ melle deſpumato,ſi quis pulueris drach.s.in vnc. ij.mellis ſex diebus acceperit, deinde vulpinis pellibus membra veſtiantur,& cucurbitæ capiti, cum ſcarificatione ſi opus fuerit,& vires ferant,aliàs verò ſine ipſa,deinde membris patientibus affigantur, copioſa flamma. Rurſum corpus purgandum,& à purgatione bibent theriaces drach. j. cum decocto pulegij aut mithridatij drach. j. in decocto thymi. Aëtius decoctum pampinorum vitis,ieiunis aſſiduè potum valde prodeſſe partibus reſolutis affirmat. Acorum conditum experimentum probauit, viribus ipſius atteſtantibus. Vngimus tamen partes hoc

Paralyſeos curatio.

Vnguentum ad paralyſim.

valenti medicamento (nam à leuioribus incipere, vbi morbus non inſtat, præceptum eſt in generali medendi methodo) olei laurini, rutacei, & de caſtoreo ſingulorum vnc.ij.pyrethri, piperis euphorbij, ſagapeni, oppopanacis, galbani, ſingulorum drac.j.ceræ parum,fiat vnguentum molle.Quod capiti abraſo admouere conuenit, atque ipſum ſæpe abradere.Emplaſtrum verò ex ſinapi & melle parti admouendum,ſed attendere oportet,ne partes ſenſu priuatas valde lædamus & exulceremus. Præcipiunt quidam eos exurere in occipitio, & vertice pluribus in locis,vt Aëtius facit,neque eſt à ratione alienum, ac diutius vlcera aperta ſeruare, licebit quoque brachium,aut crus reſolutum æſtatis tempore calenti aëri exponere præſertim oleo vulpino illitum. Victus eiſdem conueniens calefacere & extenuare debet,& minimè humectare,aërem attemperabimus ad calidum & ſiccum,veluti in curatione lethargi diximus.Membra ipſa patientia vulpinis pellibus veſtiemus. Alimenta eiſdem conuenientia ſunt,aqua mulſa & ius pulli cum pipere,& cinnamomo, vſque in tertium diem, ſed perſeuerante malo eligent auiculas montanas, turtures, turdos,perdices, quæ aſſentor,& omnes fœniculo & petroſelino inſpergantur ac ſale. Amygdalas, grana pini,& auellanas toſtas edere licet, & piſtachia condita.Piſces vitandi,& lac,& potus vini, & aquæ frigidæ, aqua mulſa bibenda,aut decoctum cinnamomi aut fœniculi,aut aniſi,ſed pauciſſimum, quoad geri poſſint,bibant,ſaluiam, & nucem odoratam in ore frequenter teneant:frictionibus vtantur,geſtationibus in lectica aut curru,& balneas naturales ſolphureas, aut aluminoſas ingrediantur. Somnum diurnum fugient. Vomitus eiſdem conueniet à cœna,idque non ſemel, ſed ſæpe, ex aceto mulſo,& raphani decocto.

Caput abradere.

Paralyticorum victus.

De relaxatione partis alicuius.

CAPVT XX.

EX partium reſolutionibus quaſdam curare docebimus,vt inde aliis mederi difficile non ſit, ac primo loco cynicam,ſiue caninam conuulſionem, ſic appellatam, quoniam canes mordera minantes, dum eſcam defendunt, naſum in latus conuertunt,atque alterum oculum,ſic itaq; per hãc relaxationem facies,oculus, labia ac naſus,in alterum latus deflectunt. Cùm enim muſculi faciem vtrinque trahant,animali facultate per tertiam neruorum coniugationẽ, quæ à media cerebri regione oritur deriuata,ſi altera pars laxatur, altera pro ratione trahens, etiam ſi nullo morbo laboret, laborantem ad ſe conuellit. Quamobrem fit,vt pars quę turpis apparet, ſana ſit,altera verò quæ in contrarium ducitur,ægrotet,cuique medicamenta ſint admouenda. Vultus totus faſciis ligetur,ſiue appellato capiſtro,quæ in contrarium modicè ipſum inflectant,& in naturalem ſitum dirigant,in ſpeculo faciem inſpiciant, perinde enim conabuntur ipſum reducere. Victus is erit qui ad paralyticos in præcedenti capite ſcriptus eſt,ac ſi ſanguis redundare videatur,venam cubiti externam ſecabimus, deinde eas quæ ſub lingua ſunt,& primis ceruicis vertebris cucurbitulæ cum ſcarificatione,aut etiam ſine ipſa, pro ſanguinis redundantia affigendæ: venter pilulis cochiis, aut aureis purgandus. Pars autem reſoluta vngenda oleo laurino,vulpino,rutaceo, & blandis frictionibus, & manus compreſſionibus reducenda. Apophlegmatiſmis vtentur, ex aceto mulſo, cum decocto calaminthæ, aut aqua mulſa ex decocto pulegij & thymi. Maſticabũt ſæpius nucem aromaticam,aut ſaluiæ radicem, aut folia, aut ſtaphidis agriæ & pyrethri,maceris, ſingulorum drach.j. maſtiches & reſinæ terebinthinæ vtriuſque vnc. s. fiant paſtilli quorum vnum ore teneat. Rurſum pars

Cynica conuulſionis curatio.

affecta

Digitized by Google

affecta ſequenti medicamento linlenda olei laurini, vulpini, rutacei, ſingulorum vnc. j. Caſtorei drach. s. ſagapeni, galbani, pyrethri ſingulorum drach. i. miſceantur,& calidum admoueatur. Relaxatur nónullis lingua ob dictas relaxationis cauſas, & quibuſdam poſt comitialis morbi acceſſionem finitam, his ſanguis mittendus, ſi redundauerit, ſecta vena externa cubiti, & deinde venæ ſub lingua ſecandæ, lingua commouenda, & fricanda, ſacculis in ore miſſis in quibus folia ſaluiæ, rutæ, & macer, ac ſinapi contineantur, madefiant autem in aceto mulſo,& os colluant aceto mulſo cum decocto pulegij, calaminthæ, & thymi. Méto cucurbitulas admouere præceptum eſt,& occipitio admouéda, quæ ad paralyticos valent ex oleis & linimentis, ex irino oleo & vulpino, cum galbano, & belzuino. Sed & corpore euacuato, ſternutamenta prouocanda, narium titillatione, aut iniecto pipere, ſorbeant quoq; per nares aquam mulſam, cui ſuccus betæ miſceatur. Clyſteribus vtantur acrioribus. Victus ſit qualis paralyticorum.

Lingua relaxata curatio.

Veſica quandoque relaxatur, aut fibris reſolutis, qua ratione vrina non expellitur, aut muſculis qui oſculum ipſius claudunt, quo fit vt non retineatur. Hic pubes,& perineon oleis calentibus fouendum, vti laurino, irino,& ſcorpionum, & aliquod horum per ſyphonem, quem catheterem vocant, infundendum in veſicam,& ſi vrina cohibeatur, per fiſtulam vrinariam educi debet, quam nos argaliam dicimus. Deinde oleo irino & de caſtoreo cum galbano & ſagapeno, perineon, quod nos interfemineum dicimus, liniendum, & aliquid eorum quæ vrinam mouent bibendum dabimus.

Veſicæ relaxatæ curatio.

Si tamen colis relaxetur, eiſdem vnguentis & oleis quæ dicta ſunt, vtemur, lumbis admotis, & vertebris inferioribus, atque coli,& interfemineo. Carnes erinacei,& polypi edendæ, & pudendum cerui femori ligandum, ad zonæ formam. Quòd ſi pars quæpiam abſciſſo per tranſuerſum neruo paralyſim pariatur, immedicabilis morbus eſt.

Colis relaxati curatio.

De Conuulſione.

CAPVT XXI.

Conuulſio, inquit Galen. lib. s. de cauſis ſympt. ea eſt quæ neruos & muſculos in eum cogit affectum, in quem ab animali facultate, cùm naturalem habitum ſeruaret, ducebantur. At verò docuerat nos Hippo. Aphoriſmo 39. Sectio. 6. duas tantùm conuulſionis ſpecies dicens: Conuulſio fit vel ex repletione, vel inanitione, ſic etiam & ſingultus. Verùm non contemnenda videtur tertia ſpecies, quæ conſenſu fit,& compaſſione, quam experiuntur quibus neruus punctus eſt,& qui valido motu acres humores vomunt. Quod Galen. lib. 3. de Locis pat. capitulo ſeptimo nouit, dicens: Atque acrem quoque humorem, non ſingultum modò, verùm etiam conuulſionem per totum corpus efficere ſæpenumero conſideramus. Verùm vomitu reiecto eo quod mordebat, illico quieſcere. Conſtat autem hanc conuulſionem non fieri ex plenitudine: ſiquidem nerui conuulſi per eam non implentur, neque inanitione, quoniam ea ferè incurabilis eſt, vt Galen. vult commen. 26. Sect. 2. Aphor.& Paulus cap. de conuulſionibus. Ea verò quæ ab acribus humoribus in ore ventriculi excitatur, facilè ſanatur, excreto nempe humore. Erit igitur tertia conuulſionis ſpecies.

Conuulſionis tertia ſpecies.

Præterea libr. 5. Aphoriſm. Comm. 1. de conuulſione loquens inquit, Fit enim non ab initio purgationis quando periculum eſt ne homo ſuffocetur, ſed quando vomentes vehementius vellicantur propter ipſam quidem maximè quæ fit in vomitibus diſtentionem, laborantibus neruis ob illam quam habent cum ore ventriculi in patiendo ſocietatem. In quo & alias vidimus vbi fortius morderetur, fieri conuulſiones, ſicuti iuueni, qui æruginem euomuerat: præſtat enim æruginem non æruginoſum vomitũ nominare. Præterea Aëtius ad hos vomitus ſequi cõuulſiones per conſenſum nouit, cùm cap. de conuulſione dixit. Fit etiam conuulſio in his qui vehementer ob vomitus lancinãtur, & ſedatur, vbi quæ moleſta ſunt, per vomitum fuerint reiecta. Paulus quoque inquit: Fit etiam conuulſio, cùm vomentes vehementius turbantur. Quin & Galenus commentar. Aphoriſmi citati, Hippocratem hanc conuulſionis ſpeciem non ignoraſſe aſſerit, dicens, Fit autem, vt dixi,& propter compatiendi ſocietatem conuulſio, quã non debemus exiſtimare fuiſſe ab Hipp. prætermiſſam. Sũt igitur duæ ſpecies per eſſentiam laborantibus neruis, quarum meminit Hippoc. ac tertia quæ compaſſione fit. Niſi quis diceret eam quæ à mordacibus ſuccis fit, quoniam exſiccandi vim habent, à ſiccitate fieri, vt inquit Galen. Verùm id falſum eſt, quoniam tamen ea ſiccitas non peruenit ad omnes neruos conuulſos, tum quoniam inſanabilem ferè putat conuulſionem ſiccam,& hæc excreto humore curatur. Præter id quòd eam quæ ex nerui punctura fit, non dicit ſiccam eſſe. Qui itaque hoc noſtro ſeculo hanc tertiam conuulſionis ſpeciem negant, longè à veritate aberrant. Fit conuulſio à repletione, repletis muſculis & neruis craſſis,& lentis humoribus, aut ob inflammationem. Cùm enim implentur latiores fiunt, ac perinde breuiores: inaniti verò abſumpta natiua humiditate corrugantur, ac ad originem cõuelluntur. Abſumitur autem aut in magnis euacuationibus, aut ardentioribus febribus. Vtraque ſpecies fidibus citharæ confertur à Galeno, quæ ab humore implentę, flante auſtro, aut areſcentes in aëre calido ac ſicco contractæ, rumpuntur. Conuelluntur autem nerui ac muſculi ad anteriora, ac dicitur *ἐμπροσθότονος* paſſio, aut ad poſteriora *ὀπισθότονος*: quæ verò omni ex parte contractio fit, *τέτανος* appellatur, Latinis tenſio aut rigor, per quem affectum nec ceruicem, nec caput, nec membra alia torqueri, aut moueri valent. Facilè ſanè conuulſio à repletione ab ea quæ inanitione fit, diſtinguitur apud Galenum, qui comment. 26. lib. 2. Aphoriſm. conuulſionem à repletione fieri agnoſcit, ſi ſanus homo repentè conuellatur: ſiquidem ſicca intemperies, & præſertim adeò valida vt conuulſionem faciat, non eueniet abſq; magna quapiam vacuatione. Paulus verò, cùm non multum poſt morbi initium, inuenientes conuulſiones, longius protogantur, à repletione fiunt. Quòd ſi magnis euacuationibus præcedentibus, aut ſanguinis profluuio, aut ventris, aut vomitus, aut menſtruorum conuulſio ſequatur, eam à ſiccitate & inanitione fieri dicemus, ſicuti & ſi vehementes ſequatur febres. Si verò per conſenſum fiat, dolor, morſus, punctura, aut aliquod ſimile accedet, quod ab ægro accipiemus.

Signa conuulſionum.

Quando itaque conuolſio à repletione fit, curari poteſt, quando ex inanitione, ferè incurabilis eſt. Ac perinde Hippocrat. 2. Aphoriſ. Sectione dicit, febrem in conuulſione fieri melius eſt, quàm conuulſionem in febre,& Aphoriſ. 1. Sectione 5. conuulſio ex elleboro lethalis. Et rurſus, conuulſio ex vulnere lethalis. Sed tenſio adhuc acutior,& grauiſſimus morbus eſt, dicente Hippocr. Aphoriſ. 6. Se-

Digitized by Google

ctiòne 5. Qui à tenſione deprehenduntur, quatuor diebus pereunt: ſi verò hos effugerint, ſalui fient. Quod ad victum attinet, in conuulſione orta à repletione, omnia ad calidum & ſiccum inclinabunt. Aërem itaque talem parabimus, vbi talis non fuerit. Somnus moderatus erit, frictionibus multis & magnis vtētur. Alimenta erunt ad ſeptimum vſque diem, aqua mulſa, ius pulli cum ſaccaro, amygdalatum cum melle: potus aqua cinnamomi, aut aniſi. His verò tranſactis, caro turturis, aut perdicis, aut turdi, aut paſſerculorum montanorum, aſſa verò ſit. Venter leniendus clyſteribus ex aqua mulſa, & ſucco mercurialis, aut decocto pulegij, & calaminthæ cum hiera diaculocynthidos, quæ Rufi appellatur, & melle, ac ſale, quibus in curatione quoque vtemur. Ex animæ accidentibus ira commoda eſt, ſi moderata fuerit, ſicut & gaudium: triſtitia verò & timor vitanda. Deinde ſi vires conſtauerint, ſanguis mittendus eſt in conuulſione ſimplici, ſecta vena media lateris ſani, aut in tenſione, vtriuſque lateris ſecabitur, primum dextri, deinde ſiniſtri, præterquàm ſi menſtruis retentis id accidat: tunc enim venæ quæ in malleolis ſunt, ſecandæ veniunt. Impartiri autem oportet ſanguinis miſſionem, ne corpus magna & confecta euacuatione refrigeretur, & validiùs conuellatur. At verò tota ipſa euacuationis menſura citra repletionis quantitatem fieri debet, dicente Gal. lib. 1. de Arte cur. ad Glauc. Sed neque ſiquis ſimul & diſtēſione neruorum laborauerit, & ſanguinis eguerit miſſione, nec huic tantum mittere oportet, quantum exigit morbus, ſed aliquid etiam accidenti eſt relinquendum, cuius cauſa ſæpe ſudores eueniunt, & vigiliæ moleſtant, & vires ægro debilitantur. A ſanguinis miſſione corpus parandum ſyrupo de ſtœcade cum aqua inſtillatitia amaraci, aut decoctu eiuſdem, aut pulegij, aut calaminthæ, aut cum aceto mulſo ſcillitico, & ſyrupo de ſtœcade paris menſuræ, addito decocto betonicæ, & origani. Corpus autem purgabitur cum pilulis fœtidis, aut aureis, ponderis drach. s. aut cum hiera diacolocynthidos in aqua mulſa. Aut electuarij indi drach. vj. bibendæ in decocto origani, pulegij & amaraci. Cucurbitulæ partibus conuulſis admouendæ cum ſcarificatione, ſed in contraria membri conuulſi facie, veluti ſi brachium ad pectus conuellatur, muſculis externis ipſius ad dorſum vſque, ſi contrahatur crus ad nates, femori & oſſi ſacro. Præterea clyſteria conuenient ex decoctu amaraci, betonicæ, anethi cum melle, hiera diacolocynthidos, & oleo rutaceo, & ſale. Aut ex decocto calaminthæ, & anethi cum melle, & ſale, & electuarij indi drach. ij. Membra tamen conuulſa, ac dorſum & caput ipſum, ſequentibus oleis & vnguentis potentia, & actu valde calentibus vngenda, & fricanda ſunt. Vnguentum marciaton, in oleo liquatum, aut oleo de caſtoreo, aut oleo de euphorbio & laurino, aut ipſum oleum de caſtoreo, aut olei irini, laurini & rutacei, ſingulorum vnc. ij. Vnguenti Agrippæ vnc. iij. Aut vnguenti Agrippæ, vnguenti marciati, olei laurini ſingulorum vnc. iij. galbani, oppopanacis, belzoini, ſingulorum drach. s. caſtorei ſcrup. ij. valet etiam oleum vulpinum, & cati elixi pinguedo. Nos ſanè brachij conuulſionem ſanauimus, rene arietis aſſo calenti ſatis per medium ſciſſo & parti conuulſæ admoto. Purgandum autem corpus iterum præparatum, vt diximus, atque prædictis medicamentis, & membra conuulſa oleo calenti immergenda, & ad balnea aluminoſa, & ſulphurea ducenda: theriaca præterea in potu aut mithridatium diebus pluribus ſumpta, diluta in decocto betonicæ, aut pulegij, valet. Hippocrat. Aphor. 26. Sectione 4. dixit, Melius eſt fieri febrem in conuulſione quàm conuulſionem in febre. Siquidem febris conuulſioni ſuperueniens humorem, qui morbum efficit, diſcutere poterit. Neque eſt à ratione alienum, febrem excitare, ſi fieri poſſit, diariam, præſertim ex Celſo, qui lib. 3. cap. 9. inquit: Sed eſt circumſpecti quoque hominis, & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere: quia curationem, vbi id quod eſt, non recipit, poteſt recipere id quod futurum eſt. Poſſet autem ipſam concitare, medicamenti diatrion pepereon drach. s. in aqua amarici, aut in melle deſpumato, aut confectionis anacardinæ drach. j. in aqua inſtillatitia amaraci, aut eiuſdem & pulegij decocto. Tetanus, ſiue vtrinque facta contenſio, congelationi ſimilis eſt; corpus enim rigidum manet, muſculis impletis craſſo humore, aut vapore nebuloſo. Hi ceruicem torquere nequeunt. difficilè reſpirant, pulſum habent rarum & paruum, & vigilant, dolent, ſingultiunt. Riſum ſardonicum referunt, qualem efficit ſardonius ranunculus, ſiue apium riſus. Oritur malum poſt laſſitudinem phlegmonis ſpeciem referentem aut tenſiuam. Victus qualis conuulſorum ſit. Potus autem ſenſim ſumendus: nam aliàs fit vt ipſum per nares reiiciant, & laborantes validius contendantur. Hipp. Aphoriſ. 21. Sectione 5. inquit: Eſt autem vbi in diſtentione, ſine vlceratione, iuuene quadrato, æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſio calorem reuocat, calor verò hæc ſoluit. Quam ſententiam de conuulſionibus quoque intellexit Galen. ac rationem reddit, quoniam humor morbum faciens à calore diſcutitur. At verò Paulus hanc aquæ frigidæ perfuſionem damnat, dicens: frigidæ perfuſionem (vt Hipp. ait) cùm maximè temeraria ſit, eóque à poſteris, credo, vituperata, & nos damnamus, vitamúſque. Quamobrem curatio optimè perficietur ſanguinis miſſione, vti diximus, & purgatione & cucurbitulis frequentibus ſcarificatis, & lanis infuſis in oleo de caſtoreo, aut de euphorbio, & vulpino ſuperpoſitis, & ceruici obuolutis, aut medicamento diatrion pepereon, aut pliris arcoticon cum melle deſpumato, aut etiam caſtorei ſcrup. j. cum mulſa accipiet, aut belzoini & oppopanacis vtriuſque ſcrup. j. cum aqua mulſa ex decocto pulegij, aut amaraci: vngere quoque partes tenſas, aut conuulſas vnguento Agrippæ, marciati, & dialtreæ, magnam habet in curatione efficaciam, præſertim ſi aliquod horum oleo de caſtoreo, aut laurino liquetur. Immittere quoque expedit corpus vniuerſum in oleo, non frequenter tamen, nec diu immorari. Siccam autem conuulſionem curare non eſt facile. At curationis ratio humectatio eſt, quæ balneis aquarum perficitur, & vnctione quæ fit per vnguentum appellatum reſumptiuum, & vnguentum confectum ex oleo violarum & cera, aut ex aqua & oleo tepentibus. Alimenta ſint, ptiſana ordeacea, amygdalatum, lac mulieris, aut aſinæ, ius pulli, aut gallinæ, & caro ipſa elixa, aut lactuca cum carnibus prædictis elixa. Et vini aquoſi albi potus, vbi non adfuerit febris magna: tunc enim bibent aquam ordei. Cùm autem fit ex vulnere, aut ictu, aut conantibus magna pondera leuare, aut humi & loco duro dormientibus, veluti ſicca conuulſio, curandi ſunt. Si verò conuulſio ab acribus humoribus ortum ducat, vomendi ſunt, aut purgandi, & pars morſa attemperanda & roboranda.

Victus conuulſorum.

Conuulſionis curatio.

Conuulſis non totus ſanguis confertim mittendus.

Quomodo poſſit excitari febris in conuulſione.

Tetanus.

Riſus ſardonicus.

Conuulſionis ſiccæ cura.

Conuulſis ab acribus humoribus, vt curetur.

De

Digitized by Google

De Tremore.

CAPVT XXII.

Tremor.

TRemor ſymptoma eſt ad animalem facultatem ſecundum locum mouentem attinens, cum enim imbecilla facultas in eſſentia, veluti in ſenibus, aut robuſta, ſed copia grauata, membrum leuare nititur, aut leuatum firmare, contendcnte grauitate deorſum ipſum ducere, tremor accidit, conſtitutus motus, ex eleuatione & depreſſione frequentibus. Notus ſatis eſt morbus qualis languidis accidit, ſenibus & conualeſcentibus, aut febricitantibus, præſertim commiſſo errore aliquo, vt multa aqua frigida epota, aut his quorum nerui craſſis implentur humoribus, partim grauiore reddita particula, partim impedita tranſmiſſione animalis facultatis. Oritur hoc ſymptoma ex magnis euacuationibus & refrigeratione corporis, ex potu aquæ frigidæ, coitu, ebrietate, magno vſu vini atque immodico, & à frigidis & craſſis humoribus implentibus neruos. Victus febricitantibus & trementibus erit pro febris ratione, niſi diu perſeuerauerit, ita vt morbus frigeat: tunc enim alimentis calidioribus vti licebit.

Trementium victus.

Abſtinebit æger ab ebrietate, coitu, aquæ frigidæ potu, ab aceto & acidis omnibus: bibet autem decoctum aniſi, aut cinnamomi, aut vinum album aquoſum paucum. Vtetur carnibus & iuribus boni ſucci, & quæ facilem coctionem admittant: verùm cum reficere vires oportet, liquida alimenta meliora ſunt: cùm morbus tamen à craſſis fit humoribus, ad calidum inclinabit. Carnes aſſæ eligentur, vti montanarum auicularum: clyſteribus venter lenis ſeruetur, ex decocto maluarum, anethi, amaraci cum melle, & ſale, & frictionibus vtetur, quæ rubeam efficiant particulam trementem.

Tremoris curatio.

Curatio eorum qui ætate, aut languore facultatis tremunt, refectione corporis completur: hæc verò alimentis ſelectis moderatè aſſumptis fit. Si corpus tremit ex potu frigidæ, pliris arcoticon cum melle lingatur, aut diatrion pepereon, cum aqua mulſa. Si ab ebrietate malum oriatur, à vino abſtinebunt. Si craſſi humores obſtruentes in cauſa ſunt, parentur ad euacuationem ſyrupo de ſtœcade cum aqua amaraci, aut aqua mulſa ex decocto amaraci, ſtœcados, & calaminthæ, deinde purgetur per pilulas fœtidas, aut cocchias, aut aureas, aut per hieram Ruſi. A purgatione membra trementia fricentur oleo de caſtoreo, aut vulpino, aut vnguento quod recipiat olei laurini, olei irini, vtriuſque vnc.ij. galbani & oppopanacis vtriuſque drach.ij. caſtorei drach.j. ceræ parum: fiat vnguentum molle. Vbi malum perſeuerauerit, in oleo calenti pars immergenda, & totum ipſum corpus vbi opus fuerit, ſed non ſæpe, nec diebus continuis. Deinde partes pellibus vulpinis obuoluendæ. Bibent etiam caſtorei ſcrup.j. in aqua mulſa, duobus aut tribus diebus. In hunc vſum commendatur à Paulo cerebrum leporis comeſtum. Valet ad roborandas partes, & earum neruos, acorus conditus, ſyrupus de ſtœcade compoſitus. Plitis arcoticon, in tabellis, cum ſaccaro, & melior adhuc erit puluis cum melle deſpumato. Flores roris marini conditæ

Panatela ad tremorem.

cum melle. Nos gallinam in panatela paramus cum pipere, cinnamomo & caryophyllis, & floribus roris marini, & in furno aſſamus. Ius autem panatelæ ſorbendum ægro damus, duabus horis ante prandium: id verò ter, aut quater fiat. Non minus vtile experimento probauimus ius galli veteris elixi cum anetho, polypodio, & ſale.

De palpitatione.

CAPVT XXIII.

Palpitatio.

PAlpitatio Græcis παλμὸς, ſymptoma eſt, quod omnino à cauſa morbifica excitatur, nulla animali facultate cogente, ſed patiente. Per hoc enim ſymptoma partes muſculoſæ & membranoſæ diſtentionem & contractionem patiuntur, ob craſſum flatum implentem particulam, qui tandiu palpitationem efficit, donec in ambientem aërem tranſpiret prædictus craſſus vapor. Fit autem à craſſis ſuccis à quibus caloris vi leuatur, aut à refrigeratione membri impediente vaporum diſcuſſionem, atque eoſdem incraſſante. Accidit frequenter his qui inebriantur, & otio ac longo ſomno vtuntur, & cruditatibus ventris moleſtantur, & in partibus faciei magis, & his qui ſæpius rident. Victus his conuenit qualis trementibus, præterquàm quòd vino validiori vti licet. Medicamenta eis conferunt, quæ flatum diſcutiant, verùm ſi à multa pituita oriatur malum, purganda eſt, vbi prius cum aceto mulſo & decocto pulegij paretur. Purgabitur tamen agarico, aut pilulis aureis: ventris cruditates emendandæ aqua mulſa, & victu extenuante. Flatus diſcutiendus per ſyrupum de ſtœcade cum puluere pliris arcoticon, aut diacumino cum pauco vino parum diluto, aut partibus ipſis palpitantibus illitis oleo de caſtoreo, aut rutaceo, aut oleo irino in quo frigatur cuminum.

De morbis oculorum.

SECTIO II.

COnſtitutio oculorum ex partibus ſubſtantia & natura diuerſis cauſa eſt, vt ipſi in valde diuerſa morborum genera incidant. Quoniam autem oculorum munus præſtantiſſimum & hominibus gratiſſimum eſt (ſi quod aliud eorum quæ à nobis exercentur) ad pulchritudinem verò non parum conducit, eorum maxima cura habenda eſt, atque omni diligentia præcauere oportet ne morbis occupentur, & cùm occupantur, curandi. Accedit ad idem, quòd vel paruiſſimi tumores, vlcera, nebulæ, & aliorum generum morbi, magnos dolores, & graues læſiones oculis inferunt, tum quòd acerrimo ſenſu præditi ſunt, tum quòd perſpicuitas, quæ ad videndum eſt neceſſaria, leuibus offenditur occaſionibus.

Oculi conſtructio.

Conſtituitur autem oculus ex membrana adnata, quæ à pericraneo oritur, & oculi album tegit, & malas, ac perinde in magnis inflammationibus oculorum, hæ rubent, ſubſternitur quoque palpebris. Sequitur hanc cornea membrana perſpicua, totum oculum deuoluens: apparet autem in ea parte quæ extra adnatam prominet, hæc à dura cerebri membrana oritur. Rhagoides ſiue acinalis, quæ acino ſimilis intra hanc continetur, anteriori parte perforata, qua pupilla oculi eſt. Hæc à tenui membrana cerebri, quæ chorion Græcis dicitur, oritur. Tenuis quoque quarta membrana telæ araneæ ſimilis de neruorum opticorum filamentis texitur. Humores verò tres ſunt à po-

ſteriori parte, vitreus, vitro fuſo ſimilis, qui alimentum, & refectionem præſtat cryſtallino perlucido humori, potiſſimo videndi organo, in pupilla tertius continetur, albo oui ſimilis pertenuis, qui cryſtallinum humectat, & ne cornea cõcidat, impedit: prodeſt quoque ne ab extrinſecis cryſtallinus humor propè mutetur. Accedit animalis ſpiritus, qui oculum implet & illuſtrat, natura lucidus.

Morborũ oculorũ differen. & cauſæ generales.

Morbi autem oculorum quidam ſine materia fiunt, vt intemperantiæ quædam, quidam cum materia, præterea ſolutionis vnitatis. Intemperantiæ materia carentes ſunt calidæ, frigidæ, humidæ, aut ſiccæ, ſimplices aut compoſitæ: cauſæ quæ has efficiunt externæ ſunt, puluis, fumus rerum acrium, vapor, ſolis æſtus, aëris frigiditas, inſpectio lucis, aut colorum valde ſplendentium, & lectio paruarum literarum. Internæ ſunt, cerebri aut cordis diſtemperies, aut relictæ ſunt ab humoribus, qui iam non adſunt. Cum materia verò fiunt oculorum morbi, multorum generum: materia verò eſt aut flatus qui in oculo generatur, aut aliunde mittitur, aut humor excrementúmve, atque id fluxione deductum, aut congeſtum: fluunt autem à toto corpore, aut à capite miſſi: aut ab ipſo oculo concitatur fluxio, idque aut ictu, aut vulnere, aut dolore, aut calore: procedunt autem ab his tumores, vlcera, dolores, tenſiones, obſtructiones, partium incrementa, numerus additus, aut minutiones, figuræ, aut ſitus mutationes, videndi noxæ. Eadem fiunt à congeſtis excrementis: congeruntur autem excrementa ob intemperiem oculi, aut alimenti prauitatem, quæ breui oculum diſtemperat.

Morborũ oculorum curãdi methodus.

Ad curationis rationem generalia quædam conſideranda, quorum in generali medendi methodo meminimus. Quorum primum ſumitur à partis temperatura, id quod omnibus commune indicium eſt: alterum verò à partis ſenſibilitate in oculorum morbis curandis præſtantiſſimum indicium, & quod valde curationis viam, atque remedia variare valet. Nam ſi acres humores ad oculos confluant, & incipiente morbo adſtringentia medicamenta admoueris quæ valde refrigerent, cohibito effluxu, membranæ vehementiùs erodentur cum magnis doloribus, cuius rei teſtis eſt Gal. 6. Aphor. ſect. com. 31. Et ſi magno vrgente dolore, narcotica adhibeas, ſpiritum animalem extingues, viſum hebetabis, & poſt non minores dolores redituros ſperabis. Si medicamenta quę detergunt, aut acredine participent, aut aſpera fuerint, valde oculi exaſperabuntur. Ac perinde decet medicamenta ocularia mitigatoria eſſe lenia, concoquentia, & morſus expertia. Expedit autem ante omnia vniuerſi corporis redundantias demere, & in magnis doloribus & ictibus mediocritatẽ etiam minuere, deinde caput, ſi inde mala oculis communicantur, euacuare, atque ipſum vbi opus fuerit, attemperare.

Oculorum localia medicam.

Poſtremo autem loco topica admonemus remedia, quorum quædã mitigatoriam habent facultatem, vti liquor qui ab albo oui ducitur, & pompholix, ſiue tutia: eius generis eſt ſpodium ſiue cinerula, eſt tamen hæc pompholige ad omnes vſus longè inferior, lac mulieris inſtillatum in oculum, aut in cote ad commiſcenda medicamenta. Sed liquor oui & lac humectant, & refrigerant, pompholix & ſpodium exſiccant, ſed parum calefaciunt. Eſt ſanè pompholix eorum medicamentorum quæ ſine morſu deſiccant præſtantiſſimum: fœnugræci verò decoctum mitigat, & lenit, ſed parum calefacit, ac digerit. Amylum totum in hoc cenſu eſt: nam mitigat ſine morſu, aut adſtrictione, aut toſione. Adſtringunt autem roſa & eius ſuccus, ericæ fructus, ſpica nardi, crocus, lycium, & hypociſtis. Acatia verò, omphacium, balauſtium, & ſuccus gallæ immaturæ adhuc valentiùs. Sunt etiam nonnulla quæ ad concoquendos humores oculorum adhibentur, vti crocus, myrrha, thus, & fœnugræci decocti mucilago. Acredine tamen participant ſuccus cyrenaicus, quem nos belzuinum appellamus, ſagapenum, & euphorbium, ſed minus acria ſunt, fel gallinæ, fel perdicis, barbeli adhuc minus, atque hæc acredine & calore citra morſum digerunt, & viſum acuunt, ſarcocolla verò citra morſum exſiccat. Detergunt ſquama æris, calcitis vſta, æs vſtum, & flos æris ſoluta in aqua inſtil. fœniculi, aut chelidoniæ, miſy, aut ſory, aut ſtimmi. Minus his detergit mel roſaceum, & adhuc minus mel deſpumatum. Deterget etiam cum pauca adſtrictione plumbum vſtum. Excedunt flos æris, calcitis, alumen vſtum non valde, validiùs tamen arſenicum, & ſandaraca.

De ophthalmia.

CAPVT I.

Ophthalmiæ cauſa.

Ophthalmia oculorum morbus, Latinis lippitudo, inflammatio eſt membranæ adnatæ. Cauſa huius morbi eſt ſanguinis copia implentis venulas, quæ in prædicta membrana ſunt. Id verò fit aut ſanguine ſolo affluente, cum redundantia ipſius in toto corpore aut ſolo capite. Aut affluentibus etiam cum ipſo acribus & mordacibus humoribus, aut craſſis & lentis, aut etiam copioſo ſpiritu flatuoſo venas eas dilatante, quam dilatationem dolor & fluxio ſequuntur. Cùm igitur ab adeò diuerſis cauſis inflammationes has fieri contingat, rectè Hippoc. Aphoriſm. 31. ſect. 6. dixit: Dolores oculorum, meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit.

Ophthalmiæ ſigna.

Sanguinis redundantia agnoſcitur ex tumore & rubore venarum adnatæ membranæ, cum oculi dolore, & lachrymarum effluxu, atque calore. An tamen in toto corpore ea plenitudo ſit, ſigna plenitudinis oſtendent. Si ab acribus humoribus fiat cum dolore morſus aderit, & ardor & lachrymarum valde acrium frequens effluxus, & rubor atque tenſio venarum oculi non erit magna, aderunt autem cacochymiæ ſigna. Craſſos humores indicant oculorum tumor, non valde rubens, cum quo ſæpius palpebræ intumeſcunt, dolor non magnus, ſine morſu, ſine lachrymarum copia, & his ſine morſu fluentibus, quibus accedit oculi grauitas, & palpebrarum. Percurrenda quoque erunt ſigna redundantiæ craſſorum humorum, ex his quæ adſunt, aut præceſſerunt. Flatum oſtendit dolor diſtendens, ac veluti diſrumpens membranas oculorum, ſiue magno rubore, ſine morſu, paucis effluentibus lachrymis, nec his rodentibus.

Ophthalmicorũ victus.

Victus tenuis erit, tum ob inflammationem, tum ob dolorem, quibus fluxio accedit in principiis, & ad vigorem vſque cum abſtinentia à carnibus, & vino quoque, niſi à craſſis humoribus morbus fiat. Sed cœna valde imminuenda. Aër ad frigidum inclinet in calido affectu, & obſcurus ſit, ſed vt ab aëre ac lucis ſplendore tueamur oculos, taffetanum coram appendemus. Cibus ſit beta elixa, aut borrago, aut lactuca, aut cucurbita, aut poma, aut pyra aſſa, aut amygdalatum, & inclinante morbo hepata gallinarum, ius pulli, aut etiam ipſius alæ. Quantum autem lædant lac, caſeus, fructus recentes, & carnes ſalitæ, & ſalſamenta,

menta, ac aromatica, & quæcunque fumos acres capiti & oculis mittunt, quid refert dicere? Potus ſit aqua hordei, & in frigido affectu aqua fœniculi, ſomnus mediocris ad coctionem inflammationis valet, & quies, loco tamen exercitationis brachia
Ophthalmiæ curatio. & crura fricentur. Clyſteribus venter leuiatur, & omnimodo animi tranquillitas procuretur. in huius morbi curatione, vbi ſanguis redundauerit, ſanguinem mittimus, copioſè pro plenitudinis, & doloris ratione, ſecta vena externa cubiti patientis lateris. Quòd ſi acres & biliſoſos humores, aut ſalſos abundare intellexerimus, eos commodis medicamentis purgabimus, veluti pilulis aggregatiuis, aut ſine quibus appellatis. Nos ſanè ingentes dolores oculorum incipientibus inflammationibus adhibita purgatione viginti horarum ſpatio ſanauimus. Placet tamen vnius eorum mentionem facere.
Hiſtoria. Cùm enim Gilius de Andrade, nobilis adoleſcens 22. annorum, medicum Metincuſem, cuius aliàs meminimus, omnis bonæ literaturæ expertem, vocaſſet, retulit ſe vehementem dolorem alterius oculi pati, cum acrium lachrymarum effluxu. Medicus verò collyrium album, quod opium recipit, oculo inſtillare præcepit: verùm eo remedio adhibito, dolor fluxione recenti augebatur. Ego verò accerſitus ac re intellecta præcepi, vt pilularum ſine quibus drachm. j. ea nocte aſſumeret, ſolum autem oui album inſtillaret: cùm autem manè ad ipſum viſendum acceſſi, eum profectò ſine dolore, fluxione, & inflammatione inueni purgatum. Sed ad inſtitutum redeamus. Corpore vacuato cucurbitulas admouemus occipitio cum ſcarificatione. Interim humores ad inferiora reuellimus frictionibus & ligaturis crurum, & clyſteribus ventrem mollientibus: horum enim cura ſemper habenda. Fronti & temporibus cataplaſmata petiis aut ſtupis excepta imponimus, ex albo oui & thure, aut aqua roſarum inſtillatitia, & ſantalis, aut poſca, thure, & bolo armeno, oculis autem ipſis inſtillamus lac ab vbere mulctum, aut in core ad medicamentorum confectionem. Præterea liquorem ab albo oui eductum: educitur autem vbi oui album diu agitetur, donec in ſpumam tranſeat, fœnugræci verò decoctum, ad leniendas aſperitates, dolores ſedandos, & digerendos humores vtiliſſimum eſt, pompholige verò diluta in lacte, aut albo oui, non vtimur vſque in poſtremam vigoris partem, in declinatione verò, in aqua fœniculi, ceſſante oculi ardore ipſam diluimus. Valde tamen vrgentibus doloribus, vacuato corpore pomum acoris particeps aſſatum, deinde cum puluere thuris malaxatum, calidum ſuperponimus, bis aut ter, aut vtimur collyrio albo cum lacte, aut decocto capitum papa. & fœnugræci & croci. Quòd ſi vacuato corpore acres fluxiones perſeuerent, balneum eas auertet, & effundet. Craſſos autem humores attenuat, & diſcutit fomentum ex decocto fœniculi & fœnugræci, & meliloti ſpongia madefacta: ſingula autem horum abluenda diligenter ſunt, ne fomento adacto, pilus, aut terra, aut puluis in oculum incidant. Quin vapor decocti fœniculi, fœnugræci, ſeminis lini, & croci, dolores ſatis magnos ſedare viſus eſt. Vini autem potus his qui à craſſis humoribus eum morbum patiuntur, poſt purgationem conuenit, ſicuti & flatuoſis doloribus, quibus ex vino fotus accommodatur; atque aquæ rutæ inſtillatitiæ, corpore vacuato & fluxione ſuppreſſa.

De lachrymarum effluxu.

CAPVT II.

Lachrymarum fluxus. PRætermittamus modò fluxum lachrymarum qui à cauſa ſit prægreſſa, vt fumo, puluere, pilis palpebrarum, ictu, inflammatione, dolore, vlcere, & ſimilibus: quoniam ex his quidam cauſæ prægreſſæ ablatione curantur, quidam morbo prædicto curato, qui cauſa eſt. Prætermittamus quoque tanquam incurabilem eum lachrymarum fluxum, qui ſequitur carnium lachrymalium abſumptionē. Doceamus modò curare fluxum lachrymarum, qui ſequitur redundantiam excrementorum in capite, aut ſolo, aut etiam cum redundantia in toto corpore. Manant autem & defluunt in oculos, aut à partibus extra caluariā, aut ab his quæ intra ipſam ſunt, & rurſos aut calidæ, acres, ſalſæ & erodentes, aut
Fluxus lachrymarum ſigna. aquoſæ, & frigidæ. Si à partibus extra caluariam manauerint, frons & palpebræ implentur, & venæ frontis intumeſcunt, & videntur ægro conuelli muſculi, ligari & contrahi, & iuuantur exſiccantibus ſupra frontem poſitis. Si tamen à partibus intra caluariam manauerint, narium pruritus aderit, & ſternutatio accedet, & in palato morſum ſentiet, & quandoque interni aderunt capitis dolores. Qui deinde copioſè fluentibus lachrymis leuantur. An tamen aquoſæ ſint lachrymæ, agnoſces, quia morſu vacant: nam acres & ſalſæ mordent, irritant, & calidæ ſentiuntur, & palpebras exedunt ac valde
Victus lachrymarum effluxu. exaſperant. Victus eorum quibus lachrymæ manantes acres ſunt, aut ſalſæ, erit qui ad ophthalmiam dictus eſt. Aquoſis autem exeuntibus lachrymis, oculos ab aëre & luce cuſtodient, cibos edent areſacientes, & carnes turturum, perdicum, turdorum & auium montanarum: cœnam minuent, quibus ſatisfaciet amygdalatum, aut vuæ paſſæ cum amygdalis. Vinum aquoſum bibent, aut aquam cinnamomi: ventrem lenem habeant, frictionibus vtentur, animo & corpori trāquillitatem
Curatio lachrymarum procurabunt. Tota curationis ratio comprehenditur in euacuatione corporis & capitis, reuulſione excrementorum ad oculos fluentium, & partium firmitudine. Si excrementorum redundantia cum ſanguine fuerit, à ſangui. miſſi. auſpicabimur, ſin minùs corpus purgabimus prius paratum. Acribus abundantibus excrementis præparatio fiet per ſyrupum de endiuia, aut acetoſum. Purgatio per pilulas ſine quibus, aut per electuarium de ſucco roſarum in decocto prunorum, paſſarum ſine vinaceis, & florum violarum. Aut prædictum electuarium in decocto florum violarum, in quo myrobalani lutei per noctem infuſi fuerint, diluatur, eritque potio hæc ad ophthalmiā optima. Deinde cucurbitulæ occipitio admouendæ, & initio ceruicis, quos appellant ſetones transfigendi, & diu ſeruandi: totius corporis frictiones proſunt. Fronti verò repellentia admouebuntur, quæ tempora quoque apprehendent, ex albo oui, thure, & balauſtiis, aut ex albo oui, aqua inſtillatitia roſarum, gallarum, & roſarum puluere. Rurſus aquæ inſtillatitiæ roſarum vnc. iv. acaciæ; & lycij vtriuſque drachm. ij. in quibus lintei madefiant & oculis ſuperponantur, oculis verò ſiccum collyrium admoueatur, ex ſarcocollæ partibus duabus, amyli parte vna. Aut liquidum hoc inſtilletur, aquæ roſarū inſtillat. vnc.
Optimum collyrium. iij lycij, ceruſæ lotæ vtriuſque drachm. j. optimum autem eſt ſuccus mali punici acidi feruefacti, ad

medie

medietatis conſumptionem. Bis aut ter admouendum. Tuemur quoque ab exeſione palpebras ſeuo bœduli liquato & ſæpe loto linientes hora ſomni.

Lachrymarum frigidarum effluxus.

Si verò lachrymæ fluentes aquoſæ frigidæ fuerint, corpus ad purgationem parabitur ſyrupo de ſtœcade, aut aqua mulſa: purgabitur pilulis aureis: fronti imponentur cataplaſmata ea albo oui, thure, & maſtiche: oculis autem ipſis admouemus collyrium ex melle deſpumato & thure, aut ex ſucco mali punici acidi, ſucco fœniculi, ad medietatem ferueſactis. Aliud optimum, ſucci fœniculi, mellis deſpumati, vtriuſque vnc. iij. thuris, myrrhæ, aloës, ſarcocollæ, ſingulorum drachm. j. hoc medicamento dormituris palpebræ inunguntur: manè verò abluantur aqua frigida, & interdiu collyrium ſiccum apponatur, ea cortice radicis buxi, & antimonio æquis partibus, in tenuiſſimũ pollinem redactis. Aliud, ſucci fœniculi aut mali punici depurati vnc. iiij. tutiæ, antimonij, ſarcocollæ, ſingulorum drach. s. Fit etiam non parum vtile collyrium ex fumo piceæ, in olla aut ſcutella collecto: conueniunt etiam his frictiones, cucurbitulæ & ſetones. Cùm fluxio per partes extra caluariam procedit, quæ fronti apponuntur magis proficiunt: aliis tamen ea quæ oculis ſuperponuntur, & ſternutatio, & apophlegmatiſmi.

De Vngula.

CAPVT III.

πτερύγιον.

VNgula oculorum morbus duplex eſt, altera quæ à Græcis πτερύγιον dicitur, id eſt ala, ab alæ ſimilitudine, altera ὄνυξ, id eſt vnguis nuncupatur, ſiquidẽ albæ radici vnguis ſimilis eſt. Pterygium neruoſa excreſcentia eſt, quæ ab angulo oculi interno procedit & adnatam membranam tegit, & corneæ partem reſpondentem, & vbi augeatur, pupillam, hæc alam aula refert, à craſſis humoribus generatur, & calore valido, præcedentibus ophthalmia, aut ſcabie & prurita, aut vlcere, atque cicatrice oculi. Dicta verò vngula quæ ὄνυξ dicitur, puris intra corneam collectio eſt, ob nominis tamen affinitatem, vtriuſque morbi curationem vno capite tradémus.

Pterygij curatio.

Pterygio laborans victu vtatur extenuãte & calefaciente: verùm ſi obduruerit, & magnum fuerit, nõ niſi manus opera curabitur. Reliqua corporis purgatione ab initio egent, præparato corpore aqua mulſa, aut aceto mulſo. Purgabitur autem pilulis aureis, aut cochiis. Parti verò collyria admouebimus, ex felle barbelli & ſale, aut felle porcino, aut caprino & melle. Aliud, æris vſti drach. j. croci drach. s. Aliud, æris vſti, calcanthi vſti vtriuſque drachm. j. ſalis ammoniaci, ſpumæ maris vtriuſque drach. s. conformentur paſtilli cum ſucco rutæ, de quibus vnus in aqua fœniculi diluatur, aut aridus pterygio aſpergatur. Expedit tamen poſt horas ſex oculum fouere decocto camemeli & fœnugræci.

Vngula ſeu puris collectio intra corneam.

Alia vngulæ ſpecies quæ puris collectio eſt intra corneam membranam nunc ſuperficie tenus, nunc verò profundiùs infeſtat: nam & membrana cornea plures continet tenues mẽbranas, intra quas colligi pus valeat. Habet malum ortum ex fluxione aut opthalmia, vbi ſanguinis copia corneã quoque reſudatione infeſtet, & diſcuti nequeat: fit etenim empyema. Decet autem pus digerere, ſi fieri poſſit, aut rupturam ſuppurationis parare: quæ verò digerent, non ſint valde calida, ne tenuem tantùm partem diſcutiant, ſed emolliendi vires adiunctas habeant: vbi tamen ſuppuratio rupta fuerit, valentioribus vti licebit. Ante rupturam valet aqua mulſa, aut decoctum fœnugræci cum melle deſpumato, aut aqua mulſa ex decocto fœniculi per diſtillationem educta, aut vapor decocti fœnugræci, ſeminis lini, fœniculi & croci. Puris prædicta collectio ſi cum inflammatione fiat, redundante ſanguine, ſectione venæ externæ egebit, & fotu decocti fœnugræci. Si verò cum vlcere, rupta iam ſuppuratione validiùs detergi expoſcit, quem vſum præſtant, quæ ad pterygia dicta ſunt. Præterea ſuccus raphani cum melle æquis portionibus, præterea collyrium ea thure, quod recipit ceruſæ drachm. viij. opij, ſarcocollæ vtriuſque drachm. j. tragacanthi, gummi arabici vtriuſque drachm. iiij. thuris drachm. j. cum ſucco fœniculi fiat collyrium, aut cum aqua inſtillatitia eiuſdem, cui ad maiorem deterſionem addunt quandoque euphorbij ſcrupul. j. aut calcanthi & croci vtriuſque drach. s.

Ad Corneæ Phlyctænas, & eiuſdem rupturas.

Phlyctænæ oculorum.

Acacia cum ſucco foliorum oliuæ, aut ſuccus foliorum virgæ paſtoris per ſe, aut cum ceruſa, aut ſuccus foliorum mali cotonei cum oui liquore. Aliud, hæmatitis lotæ in aqua roſarum drachm. ij. ceruſæ lotæ, lycij vtriuſque drach. j. amyli, gummi arabici, tragacanthi, æris vſti, antimonij, ſingulorum drach. s. opij ſcrup. j. formentur paſtilli cum ſucco foliorum oliuæ, deinde cum ſucco fœniculi in oculum inſtillentur. Comitatur ſæpe inflammatio & vehemens dolor phlyctænas, quibus prodeſt hypociſtis & acacia, cum aqua inſtillatitia roſarum & malum cotoneum elixum, aut pomum auſterum calidum, emplaſtri modo applicitum, non valde compreſſum, ne grauans dolorem augeat.

De vlceribus oculorum.

CAPVT IV.

Oculorum vlcera.

VLcera oculorum fiunt in adnata, aut in cornea membrana, aut palpebris, aut angulis eorundem, aut parua, aut magna, aut munda, aut ſordida, aut boni moris, aut exedentia & canceroſa: Præterea, aut à cauſa prægreſſa, à cauſa interna, vt ophthalmia, aut poſt vngulam, aut pterygium; aut lachrymas, aut calidam & acrem fluxionem. Differentiæ hæ facilè cognoſcuntur relatu ægrotantis, aut oculis ipſis conſpiciuntur, ea morbis qui adſunt, aut præceſſerunt. Conuenit victus ex boni ſucci alimentis, & aquæ potus, ventrem habere lenem, aut clyſteribus vti ad idem. Conueniunt quoque brachiorum & crurum frictiones.

Oculorum vlcera curantur.

Abſtinere quàm maximè oportet à ventris repletione, ebrietate, & vini potu, omni corporis valida motione, præſertim partium ſuperiorum, ſi ſanguis in corpore toto, aut capite redundauerit, venam externam cubiti ſecabimus: ſi verò cacochymia adfuerit & acrium humorum copia, eoſdem purgabimus pilulis ſine quibus. Vlceris autem curatio à deterſione incipiet niſi mundum fuerit, quem vſum præſtat aqua mulſa: validiùs autem deterget mel roſaceum, valet ad idem fœnugræci decoctum, pauxillo melle addito. Decoctum autem, ſiue ſuccum fœnugræci Aëtius parare optimè docet, ſi tamen acceſſerit inflammatio, ac dolor, fluxio cobibenda reuulſionibus, & fronti repellentia adhibenda: oculis tamen album oui inſtillandum, aut etiam aqua roſarum inſtillatitia

titia

titia additur, aut fœnugræci decoctum inſtilletur. Mundificato vlcere ea medicamenta oculo admouenda ſunt, quæ cicatricem obducant, de quorum numero eſt tutia præparata, deinde diluta in decocto fœnugræci, aut antimonium, aut plumbum vſtum, & ſquamma æris vſta in aqua chalybeata, valet quoque collyrium ſuprà traditum ad phlyctænas. Vlcera verò cancroſa cum magno dolore ſordida, cicatricem non recipientia, Aëtius curari non poſſe putat, ſed dolores mitigandi ſunt, infuſo frequenter albo oui, aut lacte muliebri tepido.

De Nebulis & cicatricibus oculorum.

CAPVT V.

Nebulæ. FIunt in membrana cornea nebulæ, ſiue nubeculæ, Græcis νεφέλια, tenuibus nubibus ſimiles, craſſiores autem, cicatrices dicũtur, & albugines, Græcis ὖλαι, & λευκώματα. Quoties etenim cornea membrana craſſeſcit, impedita naturali perſpicuitate, & tranſparentia, color albus ſuccedit, ſiquidem à ſemine membrana habuit generationem:
Albugines. ſemen autem album eſt, niſi nimia tenuitate ſubſtantiæ tranſpareat, & colorem occultet, quod eo albidius redditur, quo craſſius. Idem faciunt craſſi humores intra corneam perſpicuitatem impedientes, qui ſi parum craſſi fuerint, nubeculas efficient, ſi craſſiores, albugines, ſed ex his maiores & albidiores cicatrices ſunt. Humores aut ibidem congeruntur, aut aliunde fluxerunt, ſæpiſſimè quidem in ophthalmiis, & lachrymis, & ictibus, atque doloribus. Cicatrices ophthalmias ſequuntur, & vlcera, & pterygia & vngulas. Victus conuenit extenuans, & qualis præcedenti capite traditus eſt. Decet quoque oculos ab aëre frigido tueri, & à ſolis & luminis ſplendore. Craſſos humores extenuare & purgare conuenit, & nubeculas extenuare, ac diſſoluere, valent ad id ſuccus chelidonij, ſuccus fœniculi, mel roſaceum per alembicum eductum, per ſe autem adhuc validius eſt. Aliud, mellis deſpumati vnc. ij. ſucci fœnic. ſucci centaurij vtriuſque vnc. j. s. in patuo vaſe æreo breui bulliant, & in oculum calidum collyrium inſtilletur, idem validius efficies, ſi addideris ſalis drach. s. aut tutiæ tantundem. Aliud, fellis barbelli & ſucci fœniculi vtriuſque vnc. s. ſaccari rubei drac. ij. tutiæ drach. s. Aliud ad albugines, ſucci fœniculi, ſucci chelidonij vtriuſque vnc. s. ſpumæ maris, ſtercotis lacerti, tutiæ præparatæ ſingulorum drach. j. croci ſcrup. j. in aqua euphraſiæ agitentur intra vas æreum. Aliud, ſpumæ maris, ſarcocollæ, ſæpiæ, tutiæ, ariſtolochiæ, ſingulorum drach. s. fiat tenuiſſimus puluis, aut in aqua inſtillatitia fœniculi diluatur, aut cum ſucco centaurij, hæc eadem cicatrices attenuare, & extetere valent.

De Sugillatione.

CAPVT VI.

Sugillatio. SVgillationes ſiue ſugillata Græcis ὑποσφάγματα appellantur, ſunt tamen maculæ in oculis rubeæ & quãdoque liuẽtes, & nigreſcẽtes, genitæ ob oculi contuſionẽ, ob quam paruæ venulæ fuère diſruptæ, & ſanguis transfuſus intra oculi membranas, morbus notus eſt. Curatio tamẽ ab initio facilis, proceſſu verò temporis humore concreto & incraſſato atque obdurato, curatio ferè impoſſibilis redditur. Incipimus tamen ipſam dempta redundantia ſanguinis, aut alterius humoris: cæterum ſi dolor adfuerit, vel ipſam humorũ mediocritatem minuere conueuit fluxionem præcauentes. Deinde duplex accedit curationis ratio. Altera ad diruptio- *Sugillationum curatio.*
nem vaſorum conuertitur, ob quam ſanguis è venis compreſſus exiliuit: altera ad humorem iam excluſum è vaſis. Primam intentionem aſſequemur partis conſolidatione, confirmatione, ac reſtitutione: hæc verò adſtringẽtibus perficitur. Secunda calidis eget ac diſcuſſoriis medicamentis, quæ redundantem in parte humorem digerant in halitum, vtramque intentionem perficiunt quædam mixta medicamenta, & quædam quæ quamuis ſimplicia ſint, immixtas habẽt vires. Ab initio itaque oculo inſtillamus ſanguinem turturis, aut columbæ calidum. Nos pulli columbini plumas tenetas euellimus ab alis, quæ adhuc ſanguine plenæ ſunt, & eas exprimere in oculum præcipimus, aut lac muliebre calidum, ab ipſo vbere inſtillare iubemus, ſuperponimus deinde lanam, vino ex decocto meliloti imbutam, valet in eum vſum ſuccus roſæ, aut ſuccus ſolani cũ melle ab initio. Deinde myrrha cum vino fuluo, aut foueatur oculus ſæpe ſpongia in decocto abſinthij, aut hyſſopi. Præterea luteum oui aſſum, deinde vino albo liquatum, & oculo inſtillatum, aut decoctum fœnugræci & croci, quod in oculum inſtilletur, aut eius vapor recipiatur, aut admoueatur ſuccus foliorum raphani cum ceruſa. Inueterato affectu diſcutiendum validius ſine adſtrictione, decocto meliloti cum ſucco foliorum raphani, aut aloë in vino fuluo, aut ſucco foliorum raphani cum melle.

De Staphylomate.

CAPVT VII.

DVæ ſunt ſtaphylomatum ſpecies; nam *Staphyloma.*
quædam corneæ membranæ extenſio & eleuatio eſt, tota mole alba apparẽte: quædam autem fit rupta cornea membrana & laxata vuea, in qua quod prominet liuidum, aut ſubnigrũ apparet, acino vuæ nigræ ſimile, atque ab vuæ ſimilitudine omnia ſtaphylomata dicta ſunt, ex eis quædam magna adeò ſunt, vt palpebris minimè cooperiri poſſint. Fiunt autem à craſſis humoribus intra corneam membranam contentis, aut intra tunicas ipſius, à quibus mẽbranæ quod prominet & eleuatum eſt, ſuſtinetur, ſine vlceratione: verùm puſtulis, aut variolis præcedentibus fit, vt membranæ tunicæ quædam rumpantur, & vuea procidat intra reliquas tuniculas. Morbus hic viſum impedit, & oculum deformat, viſum ſanè reparare impoſſibile eſt, cùm obdurue-rit (Paulus clauum appellat) deformitatem chirurgia curat, qua in re Aëtij præcepta ſeruãda ſunt, qui nõnihil addit his quæ apud Paulũ habentur: incipiẽte quidem morbo inflammatio, & dolores infeſtãt, ac perinde curationis ratio ea adhibẽda eſt, quæ inflãmationibus oculorum conuenit: itaque album oui inſtillandum, fœnugræci decoctum adhibendum cum aqua mulſa: inclinantibus tamen doloribus farina fabacea cum ſemine lini, aqua ſubacta, emplaſtri forma admouetur.

De

De Suffuſione.

CAPVT VIII.

Suffuſio. Vffuſio Græcè ὑπόχυμα, & ὑπόχυσις dicitur, Hiſpanè catarata, ſic barbara voce dicta. Morbus in numero à Gale. appellatur, addita parte toto genere præter naturam, & eſt ſanè morbus in via à craſſo humore factus, qui partem eam quæ eſt inter corneã membranam & cryſtalloidem humorẽ, quæ oculi pupilla dicitur, occupat: is glaciei modo ibidem cõcreſcit, & viſum aut omnino impedit, aut rerum viſionem confundit, ita vt non ſatis diſtinguere poſſit earundem colores, figuras, & magnitudines. Antecedunt capitis dolores, & imbecillitates, catarrhi, & lachrymarũ effluxus, & quandoque ictus & violentus vomitus, ætas quoque ſimilis frigiditate & craſſitudine humorum & ſpirituum id mali adferre ſolet. *Suffuſionum ſigna.* Signa ſunt, incipiẽte morbo, viſa quædam ob oculos verſari, culices, aut muſcæ, aut feſtucæ, lanarum fila, araneorum telæ, & circuli circa lucernas apparent. Cùm à ſomno excitantur, viſus interturbatur, & ſplendores ſe offerunt, quales compreſſis oculis videri ſolent: interim verò oculus inſpicientibus non admodum diligenter, videtur perſpicuus, & pura pupilla, ſed proceſſu temporis colorem maris refert, & deinde albicantem, dum humor concreſcit & craſſeſcit magis, quo tempore homo viſum omnino amittit, & dicta augẽtur ſymptomata. Suffuſionum autem color eſt qualis apparet aër cœlo ſerenò, aut vitreus, aut ſimilis eſt aquæ maris, aut plũbo, aut albicans eſt, aut glaucus, duæ poſtremæ ſuffuſionum ſpecies non curantur, aliæ curari poſſunt. At verò cùm viſa ſimilia his quæ per ſuffuſiones apparent aliquando oculo nullam affectionem patiente conſpiciantur, nempe cerebro, aut ventriculo patientibus, oculis autem conſentientibus, Galen. lib. 4. de Locis patientibus, cap. 1. hæc diſtinguere docet. Primò à ventriculi affectibus, ſi incipientibus apparentiis, in vtroque oculorum ſimili modo appareant, ſignum eſt à ventriculo oriri viſa: nam veræ ſuffuſiones neque in vtroque oculorũ, neque ſimiliter incipiunt. Ex tempore ita diſtinguuntur, ſi tribus, quatuórve, aut pluribus menſibus tranſactis, oculorum pupillæ puræ ac nitidæ appareant, à ventriculo procedunt viſa: quòd ſi non adeò diuturnus morbus fuerit, ſingulis diebus cõiiciendum eſt, an ſine intermiſſione ſemper ſimiliter moleſtetur æger viſis, an non, cùm enim numquam aut remittit, aut intermittit malũ, vera ſuffuſio eſt: aliàs malum à ventriculo procedit, præſertim ſi vbi probè concoxerit cibos æger, nihil tale apparuiſſe teſtetur, aut etiam vbi moleſtetur viſis, dixerit mordentem aliquem humorem in ore ventriculi ſentire, atque reiecto humore vomitu mitigata fuiſſe ſymptomata. Hæc interroganda ſunt à prima die, vbi in oculis nulla appareat turbulentia, ſed ſecundum naturam ſe habeant: nam ſi in altero tantùm tenebroſitas apparuerit, ſuffuſionis initium eſt. At ſi oculos à natura habuerit turbulentos, & pupillas non puras ambas, & non multum temporis pertranſierit à quo viſa ſentire dixerit, præcipiendum vt minus cibi, atque boni ſucci accipiat, & ſequenti die finita, ac probè perfecta coctione, ſi nulla viſa, aut pauciſſima apparuiſſe fateatur, à ventriculo proceſſerunt, ſi tamen ſimilia permanſerint, ſuffuſionis accidentia ſunt, præſertim ſi purgato per hieram ventriculo adhuc perſeuerent. Cùm autem à cerebro viſa procedunt, phrenitide laborat æger. Phreniticorum verò viſa quomodo, & qualia fiant, libro 1. Prognoſt. in expoſitionibus noſtris latè percurrimus. Cognita tamen vera ſuffuſione incipiẽte, ſanguinem mittemus, niſi aliquid obſtiterit, ex vena cubiti externa, craſſos quoque humores purgabimus, prius extenuatos aqua mulſa, aut ſyrupo de ſtœcade cum aqua inſtillatitia fœniculi. *Suffuſionum curatio.* Ad purgationem accommodantur pilulæ ſine quibus, aut pilulæ lucis, clyſteria acriora iniiciãtur, frictiones fiant in cruribus & brachiis, cucurbitulæ cum ſcarificatione occipiti affigantur. Gargariſmatis vtantur, quæ pituitam educant, & errhinis ſimilibus, quorum copia ſupra tradita eſt ad frigidos capitis morbos cum humore: oculis verò rõducũt, aqua chelidonij, fœniculi, & rutæ, cum tutia, bis in die, & ſuccus fœniculi cum vino. *Suffuſorum victus.* In victu alimenta boni ſucci, & quæ parum humectare valeãt, conferunt, à vino abſtineant, & aqua aniſi, aut cinnamomi vtantur, abſtineant ab oleribus, fructibus viridibus & piſcibus, poſtrema menſa accipient miloplacentam ſine ſpeciebus, aut dragetam ex aniſo, fœniculo, & curiandro præparato. Partes inferiores corporis moueant & exerceant, & frictionibus vtantur, ſed à balneis abſtineant, & animi accidentibus, ventrem lenem ſeruent, & ventris plenitudinem, ebrietatem, & literarum lectionem deuitent. *Suffuſionum curandarum manus opera Galen. & Paul. ſententia.* Quotidie ieiuno ventre caput anterius retrorſum pectine ſcalpant. Ex antiquis verò ſuffuſionibus, quædam manus opera curari debent, quædã verò eandem non expoſcunt, quod ea ratione diſtingues, qua Gale. lib. 1. de Cauſis ſympto. Si altero oculorum clauſo, alter ſplendidior euadat, ſpes habetur viſum reparari poſſe: ſi verò non, neque augetur aut dilatatur pupilla, viſus ob ſpiritus defectum reparari nequit. Paulus verò patientem oculum digito comprimere præcipit: quòd ſi poſt compreſſionem ſuffuſio dilatetur, nondum concreuit, ac perinde non debet manus opera curari: ſi verò non dilatatur ex compreſſione, diſtinguere oportet: nam quæ parum & quæ multum concreuerunt, non dilatantur, neque tamen omnes curari debent manus opera. Quamobrem earum ſuffuſionum quę non dilatantur colorem conſiderare conueuit: ſi namque qualis aquæ marinæ fuerit, aut ferri, aut plumbi, curanda eſt: ſi verò colorem habuerit gipſi, aut grandinis, non decet eam curare: ſiquidem immodicè concreuit: manus præterea operam Paulus probè docet libro ſexto.

De pupillæ dilatatione & conſtrictione.

CAPVT IX.

Vpilla quantitatem naturalem euariat dilatatione quæ μυδρίασις dicitur, aut diminutione, ac tabe, quæ Græcis φθίσις nominatur. *μυδρίασις.* Dilatatur pupilla nimia humiditate occurrẽte ac relaxante vueam membranam. Vidimus quoque ipſam vſque ad iridem diductam ab oculi ictu valido. Nota paſſio eſt, per quam viſa minora apparẽt, vti per tabem maiora. Viſio namque ab oculo procedens diſpergitur, & circulos maiores quàm per bonam valetudinem ad æquã diſtantiam efficit. Ac perinde amplitudo circuli cum ſuperficie corporis menſurata eandem ſuperat. Ob anguſtiam verò pupillæ corpora maiora apparent, quoniam viſionum

ab oculo

ab oculo procedentium poſt pupillæ conſtrictionem ſuperficies, ad parem diſtantiam minor eſt, ac perinde corpora maiora quàm antè & quàm verò ſint, apparent. *Pupilla dilatata curatio.* Pupillæ dilatatio breui expoſcit auxilia, ne interim obduretur, & reſtitutioni inepta permaneat. Victus itaque conueniens exſiccans eſſe debet, & tenuior, à vino abſtinebunt & balneo; cæterùm frictionibus vtentur partium inferiorum, & deambulationibus, & lenibus clyſteribus. Reliquis conſentiẽtibus ante alia ſanguinem mittemus, aut ventrem purgabimus, deinde cucurbitulas ſine ſcarificatione occipiti affigemus. Oculo verò admouebimus medicamenta exſiccantia, quæ non valde calfaciant, neque ſupra modum refrigerent, ne illa humorem aliunde trahant, hęc verò eundem compingant, quæ verò valde exſiccant, obdurant membranas roſa, crocus, ioria, acacia, thus, cortex radicis buxi, vtilia ſunt, & quæ ex his & ſimilibus componuntur, de quibus eſt collyrium de thure, & fotus ex aqua marina. *Pupilla tabida curatio.* Tabes verò oculi, ac pupillæ anguſtia, à nimia cerebri ſiccitate fit, & animalis ſpiritus defectu, victus conuenit humectans in carnium iuribus, vini fului potu, aut nigri dulcis, & ſomnus à cibo, atque etiam meridianus, frictio capitis, & faciei, & fotus ex aqua calida, & reſpirationis retentio, & exufflare, & inflare buccas. Digitis etiam oculos comprimere. His conuenit quàm maximè à coitu & fletu abſtinere, & fœnugræci decocto fouere oculos.

De viſus debilitate.

CAPVT X.

Viſus debilitas. VISVS debilitas, Græcis ἀμβλυωπία & ἀμαύρωσις dicitur, quamuis ἀμβλυωπία minor læſio ſit, nulla tamen lęſio oculi conſpicua in his eſt, ſed ſenſui latet: hæc verò euenit à craſſis humoribus, & lentis oculum, & humorem ipſum cryſtallinum occupantibus, aut opticum neruum. Præcedunt autem ebrietates, ciborum repletiones, capitis morbi, diſtillationes, lachrymarum magna effuſio. Euenit quoque ſenibus id malè, humoribus oculorum diminutis, & corrugatis membranis: hi verò non curantur. Fit autem hoc ſymptoma quibuſdam repentè ob neruorum opticorum obſtructionem, aut relaxationem, quem affectum barbari & oculiſtæ appellant guttam ſerenam, ob quam obſtructionem nonnulli integrè obcæcantur. Præcedente capitis ictu, aut morbo aliquo pituitoſo diuturno, aut ebrietate, & meri potu, aut magna ſpiritus retentione, & inflatione fit. Antecedere etiam ſolent coitus immodicus, vomitus vehemens, ſolis occurſus, aut venti valde refrigerantes, balnea, lectio aſſidua minutarum literarum, terræ effoſſio quæ depreſſo capite fit, & magni ponderis eleuatio. Cauſas prægreſſas ex relatu accipiemus. Craſſi humores grauitate cognoſcuntur, & præcedenti victu. Neruorum relaxatio ex motus oculi tarditate. *Viſus debilitatis curatio.* Omnibus his conuenit cibus boni ſucci, facilis coctionis, & aquæ potus, partium inferiorum frictio, & deambulatio, ventris lenitio & abſtinentia ab animi accidentibus, balneis, vini potu, & venere. Præterea lectione, ſcriptura, & vomitu: & cruditates vitent, & ſolis occurſum, atque frigidi aëris. Curationis ratione ſanguinem ab initio mittemus ſecta vena externa cubiti, aut media, deinde venis quæ ſunt in angulis internis oculorum, prius deligato collo, ac rurſus ſoluto bis, aut ter, ita vt concuſſione ſanguinis, & agitatione ipſius & capitis facta, humor craſſus obſtruens paretur ad exitum, cùm in nerui optici cauitate continetur, ita viſum intercipiens, vt craſſus humor, qui obſtruit cerebri meatus in apoplexia, eſt enim hæc affectio viſus interceptio, & quadamtenus apoplexia eius. Ventrem deinde purgabimus per pilulas lucis, aut ſine quibus, aut cocchias, in longiori & ſenſim facto morbo pilulas de hiera, & terebinthinam aut abietinam reſinam deuorandam dabimus, cucurbitulas cum ſcarificatione occipiti affigemus, atque ſanguiſſugas. Deinde medicamentis errhinis, & apophlegmatiſmis vtemur, oculis autem admouebimus mel deſpumatum, aut mel cum ſucco fœniculi, aut ſucco chelidonij, aut ſpicam nardi cum ſucco fœniculi, aut hæc eadem in vaſe æneo agitata, aut aqua inſtillatitia euſraſiæ, cum croco, & ſpica, aut aqua marina. Obſtructione tamen in opticis exiſtente, vbi reliqua non profuerint, ſinapiſmus capiti imponetur. Ad viſus hebetudines & ſuffuſiones incipientes valet cinis lumbricorum terreſtrium cum melle. Aliud, mel, oleum antiquum, & ſuccus fœniculi, in vaſe æneo miſceantur & feruentur.

De Nyctalopibus.

CAPVT XI.

EOS qui nocturnam cæcitudinem patiuntur, Græci nyctalopas appellant, *Nocturna cæcitudo.* quoniam etſi interdiu videant, inclinante ſole obſcurius conſpiciunt, noctu verò nihil. Mali cauſa craſſus humor eſt, qui pupillam obſtruit, & album humorem incraſſat, atque viſorium ſpiritum offuſcat, ita vt non ſine magna luce ad opus ſufficiant, idem facit imbecillitas ex frigiditate orta. Morbus ægri relatu conſtat. Victus eis conuenit extenuans & exſiccans, membrorum inferiorum frictio, & deambulatio, & caput pectine retrorſum ſcalpere, & faciem vino albo abluere. Prima menſa origanum, aut hyſſopum accipere, aut cortices citri melle conditas. Ad finem verò coriandrum præparatum, aut drageam ex aniſo & fœniculo, aut pluribus diebus ſummo manè ad capitis languores curandos vitellos ouorum tremulos cum coriandro præparato ſorbere, aut ferculum, ex auellanis tuſtis, pane toſto, coriandro, & fœniculo cum iure carnis confectum. *Nyctalopum curatio.* Curatio perficitur ſanguinis miſſione ex vena externa, & angulis internis oculorum, & purgatione per pilulas lucis. Oculis verò admouemus mel deſpumatum, aut idem cum ſucco fœniculi, aut fel barbelli, aut fel perdicis cum ſaccaro, aut ſuccum fœniculi, aut ſtercus lacerti cum ſucco chelidonij, aut ſuccum qui inſtillat ex hircino iecore dum aſſatur, aut eiuſdem vapor oculis obiiciatur. Vbi etiam malum non deleatur, rurſus conuenit & errhina adhibere medicamenta, ac rurſus ad prædicta topica redire.

De oculi expreſſione.

CAPVT XII.

Oculorum expreſſio. EXPRESSORVM, aut exilientium cauſæ ſunt quæ eos relaxant, aut exprimunt, ita vt ſupra modum promineant, aut exiliant à locis propriis, & ad malas vſque procidant. Partus vehementia id efficit, & vehemens colluctatio, & magni ponderis eleuatio, & caſus ſuper caput, aut magnus ictus, aut vlcera & carbones, aut humorum craſſorum copia, qui neruos oculos mouentes, & confirmantes occupant. Notus morbus eſt, cui reliquis conſentientibus ſanguinis miſſio & purgatio conueniunt. Præterea oculos reducere conuenit, & eiſdem linteolis duplicatis leuiter comprimere. Deinde eoſdem decocto roſarum, aut vino in quo cupreſſi pilulæ, & pſidiæ, & acacia, atque hypociſtis bullierint, foueant: his verò non proficientibus cucurbitulæ cum ſcarificatione occipiti affigantur. Vidimus nobilem fœminam cuius oculi partus violentia exilierunt, & quatuor tranſactis diebus menſtruis purgatis reducti fuerunt ſponte. Iuueni verò cuidam cùm ab alto cecidiſſet, exilierunt oculi extra palpebras, quos reduximus ſenſim, & eiſdem admouimus linteolos duplicatos madefactos decocto roſarum & balauſtiorum, inſperſos acacia, & intra duas horas à caſu ventris onere depoſito, ſanguinem miſimus de externa dextri cubiti vena, is liberatus eſt topico remedio repetito, decenti adhibito victu. Cùm autem oculo procidenti inflammatio accidit, integrum ouum cum vino & roſaceo lana exceptum ſuperponendum eſt, aut folia hyoſcyami in vino elixa atque contuſa, aut papaueris capita ſic parata. Remittente verò inflammatione collyrium fiet ex roſis & acacia, cum albo oui, ſed interim dum inflammatio adeſt, emplaſtra octo horis interpoſitis permutanda, ne putreant.

De Ægilope.

CAPVT XIII.

Ægilops. Anchilops. AEGILOPS inflammatio eſt in angulo magno oculi, cùm verò poſt ſuppurationem in abſceſſum migrauerit, Anchilops dicitur. Eius generatio ſimilis eſt generationi aliarum inflammationum, & eaſdem in genere habet cauſas. Notus morbus eſt, ſiquidem oculis ipſis conſpicitur. Non habet ſanè facilem curationem, ſiquidem os ſubiectum ob propinquitatem & carnis loci inopiam, & oculus, ob propinquitatem & connexionem ſtatim compatiuntur. Quamobrem incipiente morbo ſanguinem mittere conuenit ſecta vena externa cubiti lateris eiuſdem. Medicamenta verò repellentia parti admouemus, quale eſt quod recipit ſucci ſolani vnc. vj. rhuris drachm. ij. Aliud, ſucci ſemperuiui, ſucci perdicij vtriuſque vnc. iiij. glauci, croci, vtriuſque drachm. ſemis. Hæc ſæpe repetenda & immutanda, ne inflammatio ſuppuretur. Deinde diſcuſſoriis reſolutio tumoris tentanda, quod fiet per medicamentum quod recipiet ſtaphidis agriæ, ammoniaci, thymiamatis, vtriuſque drach. j. Valet ad idem farina erui cum melle, aut perdicium elixa & malaxata cum pauca myrrha. Si verò in ſuppurationem tranſierit, ſi non rumpatur ſponte, auro candenti aperietur. Poſt rupturam medicamenta abundè reſiccantia adhibemus, antequam malum os ſubiectum inficiat, & pars temperaturam amittat: fit enim inde perpetua anchilops. Quem vſum præſtat aluminis tenuiſſimè triti drachm. j. reſinæ terebinthinæ vnc. j. hoc vlceri immittendum eſt, & paruum ſplenium ſuperponendum: id enim mundificat & incarnat vlcus. Valet ad idem radix ireos elixa & contrita ac ſuperpoſita, aut puluis eius inſperſus, aut farina erui cum melle, & myrrha, ac thus cum melle. Huius morbi chirurgia à Paulo traditur lib. 6. nam cùm os ſemel affectum fuerit, fiſtula lachrymalis candenti auro aut ferro opus habet.

De Encanthide & Rhiade.

CAPVT XIV.

CARO quæ ſecundum naturam in magno angulo oculi continetur, quandoque augetur, quæ affectio encanthis *Encanthis.*
Græcis appellatur, aut imminuitur, & appellatur Rhias, cauſa augmenti *Rhias.*
eſſe ſolet ſanguinis affluentis copia, & reſtitutio vlcerati anguli oculi: conſumptio verò fit nimia humorum acrium defluxione, aut vſtione, aut vlceratione ægilopis. Carnis augmentum curabimus alumine vſto ſuperſparſo, aut cum vnguento de tutia ſuperpoſito. His non proficientibus auro candenti per calamum modicè vritur, & album oui ſuperponitur. Diminutio carnis reſtituitur, aloë, & croco ſæpius admotis, ſed rarò curatur.

De pruritu & ſcabricie palpebrarum.

CAPVT XV.

PALPEBRÆ oculorum pruriunt, & acrem defluxionem, aut ſalſam reci- *Palpebrarum pruritus.*
pientes exaſperantur, appellatur hæc affectio τράχωμα, quandoque tempo- *τράχωμα.*
ris diuturnitate obdurantur atque calleſcunt, quod malum τύλωσις dicitur. Agnoſcitur malum, quoniam pruritus adeſt, & rubent palpebræ, & exaſperantur, & lachrymæ frequentiùs defluunt, & ferè ſemper. Ante aliam curationem, acres, aut ſalſi humores purgandi ſunt, deinde ſingulis diebus ſummo manè oculi abluendi aqua inſtillatitia fœniculi, & aloë cum ſucco fœniculi, aut ſucco chelidonij, aut aloë cum melle in pixide ænea agitetur, & liniatur. Aliud, ſucci radicis rumicis vnc. j. mellis vnc. j. ſemis. Aliud, æris vſti, myrrhæ, vtriuſque drach. j. fiat tenuiſſimus puluis cui adde croci grana viij. diluantur in aqua pluuiali, & liniantur palpebræ. Aut ſarcocolla cū ſucco fœniculi. Aliud, vini albi vnc. iij. ſucci rumicis vnc. j. aloës, & ſarcocollæ vtriuſque drach. ſemis, aut lapis hæmatites in aqua pluuiali diluatur. Si verò palpebræ obdurentur, & calloſæ fiant, inuerſæ abradendæ ſunt pumice, aut ſepiæ teſta, deinde prædictis liniendæ medicamentis.

De

De morbis aurium.

SECTIO III.

De aurium dolore.

CAPVT I.

Aurium dolor.

AVRIVM dolor quandoque cum inflammatione, nonnunquam ſine ipſa fit, atque id ab intemperie calida aut frigida, aut flatu, aut aqua medicata incluſa, aut re quapiam extrinſecus occurrente, vt pulice, cimice, capite aciculæ, aut ſimilibus. Rurſus à calida intemperie nuda, aut cum mordentibus & acribus humoribus, à frigida quoque aut ſola, aut cum craſſis humoribus. Calida intemperies ardore agnoſcitur, ſine grauitate, & victu præcedente, ætate, temperatura, & anni tempore, & regione, & quoniam iuuantur à frigidis auxiliis. Si materia acris acceſſerit, morſus aderit, & calentis ac mordentis excrementi effluxus, frigida intemperies lento dolore agnoſcitur, ſine grauitate, & relatu ægri qui cauſas refert refrigerantes, quæ acceſſerunt, aqua medicata ægri relatu agnoſcetur, ſicuti & exteriora reliqua. Humor autem pituitoſus pondere agnoſcetur & victu præcedente, tempore, ætate, & temperatura, quæ pituitam augere valeant, flatus diſtentionem efficit ſine grauitate, & ſine ſenſu ardoris, aut frigoris, inflammatio dolorum habet adiunctum calorem, pulſum, & diſtentionem, quibus accedit febris continua, victus conuenit omnibus boni ſucci cibus, & facilis coctionis, flatus expers, in calido dolore refrigerans, vti lactuca, & endiuia, potus aquæ hordei, in frigido calefaciens ſit, admiaris melle, pipere, & caryophyllis. Potus vinum album tenue, aut aqua cinnamomi, dolore à flatu facto aniſum, & cuminum addantur.

Aurium inflammatio.

Cùm inflammatio adfuerit, præter refrigerantia victus conuenit valde tenuis, ſiquidem morbus iuuenibus præſertim periculoſus eſt, & intra ſeptimum, auctore Hippocrat. interimit, niſi pus album ab aure effluxerit, locus etenim fallax eſt, ventrem lenire conuenit, ſomnum procurare, it enim non paucos integrè liberauit. Curatur dolor auris à calida intemperie nuda, infuſo lacte muliebri tepido, aut albo oui cum roſaceo, aut roſaceo cum ſucco perdicij, vel ſucco ſolani, aut oxyrrhodino tepido, vel ſucco coriandri, vel haſtulæ regiæ.

Aurium dolentium curatio.

Dolor ab intemperie frigida curatur oleo nardino infuſo, aut irino, aut rutaceo, aut de euphorbio, aut caſtoreo. Valet etiam olei veteris vncia 1. euphorbij obulus 1. & oleum in quo cæpa bullierit, aut cæpæ ſuccus, aut allij ſuccus cũ oleo anethino, acres humores purgandi ſunt, & affectus, vt capite ſequenti de vlceribus dicemus, curandus, aqua medicata ſi pauca fuerit ſpecillo auriculari, coto obuoluto educetur, & altero pede auri reſpondenti ſubſiliet, inclinato in eam partem capite. Deinde lac muliebre, aut album oui inſtillabitur, aut oleum roſaceum: ſi tamen multa fuerit, per eadem curatio tentanda, & per ſyringam exugenda, aut per auricularem clyſterem, aut per calamum. Si verò animal incidat, aceto & ſcammonio occidetur, aut ſucco abſynthij, ſi ſemen aliquod incidat, deinde ita intumeſcat vt extrahi non poſſit, ſpecilli mucrone diuidatur, & id, aut lapillus educetur per ſpecillum lana obuolutum, & terebinthina, aut melle illitum, adhærebit enim, atque extrahetur. Quòd ſi maius adhuc fuerit & extrahi nequeat chirurgia opus habet. Flatus dolorem efficiens curabitur, vt dicemus de ſonitu aurium. Craſſi humores per acetum mulſum, aut ſyrupum de ſtœcade attenuandi, & purgandi pilulis aureis, aut cocchiis, deinde ſuccus porri cum melle inſtillandus, aut ſuccus cæpæ cum melle, aut aqua mulſa in qua iris, aut ariſtolochia bullierint, aut oleum amygdalarum amararum, aut oleum de abſynthio cũ adipe anſerino, aut vulpino, aut oleum de ſtirace. Inflammatione verò incipiente venam externam cubiti ſecare conuenit, aut bis, aut euacuationem interpellare. Intra aurem verò inſtillabimus ſenſim vnguenti baſilici vnciam 1. roſacei vnc. 2. gallinæ, & anatis adipem, aut adipem anſerinum, cum roſaceo, aut oxyrrhodinum. Hæc quemadmodum & alia omnia tepida ſunt inſtillanda. Interim quoque frictionibus vtemur, & clyſteribus. Exterius verò oleo amygdalarum dulcium, aut camemelino, & anethino aurem, & adiacentia loca fouebimus, mitigandi doloris gratia, & coquendi humoris. Sed ſi dolor vehemens adhuc fuerit, ita vt vigilias, & mentis turbationes inferat, vt ſolet, lac muliebre rurſus inſtillandum aut album oui, aut ſtuporem inducentia admouebimus: doloris namque particeps cerebrum nerui auditorij conſenſu fit, ſtupefacit aurem caſtorei grana 8. opij grana 4. in oleo camemelino inſtillatum, aut in vino dulci. Rurſus medicamenti Philonis drac. 1. diluatur in ſapa & inſtilletur. Blandè verò admodum attingantur dolentes aures. Quòd ſi humor dolorem efficiens interim non diſſoluatur, ſuppuratio procuranda decocto maluæ, ſeminis lini, aut fœnugræci, tepentibus, additis oleo camemelino, & gallinæ adipe aut vnguento baſilico liquato in adipe anſerino. Rupta verò inflammatione vlcus vt dicemus, curandum. Mihi ſanè cum iuuenis adhuc eſſem 25. annos natus, vehemẽs auris inflammatio fuit oborta, verùm intra quartum diem ad ſummum peruenit vigorem, & pus erupit album.

De aurium vlceribus.

CAPVT II.

Aurium vlceratarum remedia.

AVRIVM vlcera magna ex parte poſt inflammationes ſuppuratas ſequuntur, quandoque humorum erodentium effluxus. Conferunt autem eis auxilia quæ detergere valent, & ob loci aridam temperaturam abundè exſiccant. De his eſt crocus & glaucium pari menſura in aceto trita, aut tutia cum aceto. Aliud, ferri ſtomoma in aceto teratur & ad æſtiuum ſolem reſiccetur, aut igni admotum donec areſcat, bulliat, deinde cum aceto & ſapa, aut ſolo aceto inſtilletur. Præterea vinum in quo myrrhus & malicorium bullierint. Aut fel bubulum, aut porcinum, aut barbelli cum oleo roſaceo, aut hæc eadem in cortice mali punici tepefacta admoueantur. Aliud, aluminis drach. 2. ſucci polygoni vnc. 3. Aliud, aluminis drach. 1. croci, & myrrhæ vtriuſque ſcrup. 1. cum vino, aut mulſo. Si verò vlcera ſordida fiant, & pus fœtidum ab aure manauerit, abluenda erunt aceto mulſo. Deinde infundendum collyrium quod recipit thuris, myrrhæ, vtriuſq; drac. 1. croci, glaucij vtriuſque drachmam ſemis, atramenti ſutorij ſcrup. 1. cum vino in quo myrrhus bullierit. Aliud, aluminis vncia ſemis, vini albi vnc. 3. bulliant, ad ſordium craſſitudinem, deinde cum aceto liquentur, & in

autem tepida fundautur. His & ſimilibus vtitur Gal.lib. 5. de Meth.med. vbi Theſſali quendam ſectatorem repiehendit, quòd relaxantibus vteretur, cùm id neque in vlcere auris cum phlegmone liceat.

De aurium ſonitu.

CAPVT III.

Aurium ſonitus.

SONITVS aurium quandoque ſeqoitur intemperiem ſine materia; nōnunquam verò cauſam babet præter naturam. Intemperies ſicca, aot calida ſimul & ſicca acrem ſenſum auditus efficit, ita vt ipſos naturales vapores aſcendentes in caput, ant ex coctione bumotum capitis leuatos, cum ſonitu, aliàs imperceptibili, agnoſcat. *Nota.* Qnod euenit his qui ex morbis febrilibus reualeſcunt,& poſt phrenitidem, & calidos capitis dolores. Cauſa præter naturam omnino vna eſt, flatos intta autem concitatus non inueniens exitum. Is tamen aut in capite generatur, aut aliunde tranſmittitur, magna ex parte à ventriculo. In capite generator ob frigidam, aot calidam intemperiem, veluti cauſam, aut ob craſſos humores, qui copiam materiæ præſtant, eriam ſi calor ant parum, aut nihil à natiuo tecedat. A ventriculo aſcendit per cruditates, ebrietates, & repletiones ciborum. Sæpe etiam ad frigidam intemperiem capitis accedunt cauſæ externæ tefrigerantes, vti aër, balneum, & medicameotorum refrigeraotium vſus. Ad calidam, ſolis æſtus qui vaporum concitatione, aurium ſouitum ſæpe facit. Iotemperies calida, atque ſieca cetebri ab excrementorum defectu agnoſcuntur, & quoniam caput non grauatur, & quod victus præcedens non acernauit craſſa excrementa, & morbi calidi præeeſſerunt, & vigiliæ. Ex his cognoſcitur ſenſus acrimonia, & quoniam ieiuno ventre magis vexat. Flatus à ventriculo aſcendit per cruditates, ex quibus agnoſcitur, & ebrietatibus, & ventriculi per id tempus dolore, nauſea, & vomitibus, & inappetentia, & quod ſubitò accedit. In cerebro genitus à cauſa prægreſſa ex relatu ægri agnoſcitur. Craſſam pituitam docet grauitas capitis, faciei decolorario, victus præcedens pituitam augens,& grauis ſomnus, & iuxta ſomnum augetur, ſed ſenſui malum accedit. Si malum per febres eueniat, febres curandæ ſont, ſi febre ceſſante calor relinquatur, aut ſenſus acrimonia, ad quam ſequatur prædictus ſonitus. *Aurium ſonitum curantia.* Victus conueniet humectans, vti ptiſana, amygdalatum, aues elixæ,& pedes porcorum, ſomnus longus, quies, vini dulcis potus. De medicamentis eſt oleum violatum, in autem inſtillatum, vapor decocti violatum, aut corticum papaueris, aut olei roſati vnc.j. opij grana 2. Si flatus à ventriculo oriatur, omnis repletio, cruditáſque vitanda, & venter liniendus, & frictiones crurum fiant. Acetum molſum bibant, ac deinde purgentur biera diacolocynthidos, aut pilulis de agarico, venter verò oleo de abſynthio, aut nardino liniatur. Si à cauſis externis flatus generetur, eas ſemouere expedit. Si tamen morbus à frigida oriatur intemperie, cum materia craſſa & lenta, aqua mulſa, aut acetum mulſum, aut ſyrupus de ſtœcade præbibenda ſunt, & caput purgandum pilulis aureis, aut cocchiis. Proſunt etiam gargariſmata, & errbina pituitam educentia. Frigida verò intemperies ſi relinquatur, aut ab initio conſtiterit, curanda contrariis. De quorum numero eſt oleum amygdalarum amararum inſtillatum, aut oleum vetus, in quo bullierit cuminum, nam & hæc, flatum diſcutiunt, aut ſuccus raphani cum oleo rutaceo, aut oleum irinum cum ſucco rutæ, aut oleum de abſynthio cum ſucco rutæ, aut oleum de euphorbio: aut vaporem recipiat decocti rutæ, aut anethi & ſtœcados, & maioranæ: aut ſacculi ex eiſdem herbis calidi admouendi. Valet euaporatio aceti per calamum, & oleum laurinum, & ſuccus rutæ qui in cortice mali punici bullierit.

De ſurditate & graui auditu.

CAPVT IV.

SVRDITAS, aut grauis auditus, cùm à natiuitate contrahitur, & diutius durat, curari nequit: ſed ſuperuenit quibuſdam, aut ob intemperiem ſine materia, qoæ occupat neruum auditorium, aut propter obſtructionem: hæc verò à cauſa extrinſecus occurrente, vt lapillo, aut cimice, aut nucleo, aut ob cauſam internam, vt inflammationem, aut ſcirrbum, aut verrucam, aut ſordem, aut callum, aut carnem adnatam, aut ob humorem calidum bilioſum, aut ob craſſos & lentos humores. *Surditas.* Intemperies calida cognoſcitur, vt præcedenti capite diximus, frigida partim tactu, partim faciei decoloratione, partim à iuuantibus & nocentibus. Obſtructio à cauſa externa, ægri relatu agnoſcetor, interna cauſa, ſi fuerit inflammatio, ex ſignis inflammationis ſuprà traditis. Scirrhus præcedente inflammatione generatur, aut craſſis humoribus ibidem congeſtis, qui grauitate & obturatione cognoſcetur, ac diuturnitate, ſordes poſt vlcera magna ex parte accedunt & à capite tranſmittuntur capitis dolore præcedente, adeſt quoque in aure morſus, aut pruritus. Callus aut caro adnata poſt vlcera ſequitur, & ſpecillo tangitur, & quandoque viſu deprehenditur, vti & verruca. Bilis proprias haber notas ex calore & acredine, & his quæ præceſſerunt morbis, atque victu. Pituita frigidat & grauat, & victus accedit qui pituitam generet. Si criſis * ratione ſurditas eueniat, morbi capitis, aut partium inferiorum præceſſerunt, adueniente verò ſurditate aut omnino euanuerunt, aut in melius fecère mutationem. Curatur intemperies remediis calefacientibus aut refrigerantibus, & quibuſdam calidis infrà tradendis, & ſuperius traditis. Inflammationis quoque curationem ſcripſimus, ſicuti & modum extrahendi quæ in aurem extrinſecus inciderunt. Scirrhus,& callus, & verruca curantur oleo amygdalarum amararū cum medulla colocynthidis, aut ſucco cucumeris aſinini, cum melle, aut curati nequeunt. Sordes aurium ſpecillo mundantur, ſi craſſæ fuerint & paucæ: ſed multæ & tenues aqua mulſa inſtillatitia egent, aut aceto mulſo, aut melle & ſucco foliorum raphani. Sordium verò influxus reuellendus. Sed ſi cauſa ſurditatis fuerit humor bilioſus, qualis indicationis ratione ad aures quandoque transfunditur, ventris fluxu ſuperueniente curabitur, humore in contrarium tranſmiſſo, id quod Hippocr. Aphoriſm. octauo Sectionis quartæ indicauit dicens: Quibus bilioſæ accidunt deiectiones, ſuperueniente ſurditate ceſſant: & quibus ſurditas fit, ſuperuenientibus alui deiectionibus ceſſat.

**De ſurditate critica vide multa apud Hippoc. in Aphoriſ. in Coac. & alibi paſſim.*

ceſſat. Verùm vbi hæc non ſuperuenerint, medicamentis quæ ventrem purgent procurandæ ſunt. Surditate à craſſis humoribus prouenieute, purgatione opus eſt. Acetum itaque mulſum præbibendum, aut ſyrupus de ſtœcade, cum aqua amaraci. Purgabitur autẽ pilulis aureis, aut cocchiis. Gargariſmata deinde adhibenda ex aceto mulſo cum ſtaphide agreſti, aut cum decocto ſaluiæ & amaraci. Aliud, hyſſopi, origani, calaminthæ, ſingulorum drach. 2. ſinapi drach. 3, mellis vnc. 4. miſce, & cùm vti volueris dilue drac. 3. in decocto ſtœcados. Sternutatoriis quoque vtantur: auribus verò inſtilletur oleum amygdalarum amararum, aut oleum nardinum, aut oleum de euphorbio. Aliud, ſuccus haſtulæ regiæ cum melle deſpumato pari menſura miſceantur, aut ſuccus cepæ cum oleo amydalarum amararum, aut ſuccus foliorum raphani cum melle, aut oleum laurinum, oleum amygdalarum amararum, oleum irinum pari menſura miſceantur, in quibus ellebori radix bulliat, & in aurem inſtilletur. Aut oleum rutaceum, cum felle tauri, aut oleum laurinum cum felle accipitris. Aliud, fellis capræ & vrinæ capræ vtriuſque vnc. 1. galbani drac. s. aut caſtoreum cum oleo anethino. Aliud, cepas duas minutatim ſecabis, & in alembico poſitis miſcebis mellis vnc. 4. ſucci porri vnc. 8. aut tantundem ſucci abſynthij, aqua inſtillatitia ex his in aurem tepida infuſa, miro modo ſurditatem & aurium ſonitum curat. Victus verò conuenit, qui bonum ſuccum præſtet, & facilè coquatur: vitent olera, & fructus virides, & vinum nouellum, & lac, & quæcunque vapores capiti mittunt, & caſeum, & piſces craſſæ ſubſtantiæ: bibent aquam cinnamomi, aut aniſi, aut vinum antiquum non odoratum, aniſum & cuminum cibis admiſceant. Aërem eligent calidum & ſiccum, & capitis vtantur frictionibus, poſt purgationem.

De Parotidibus.

CAPVT V.

Parotides. PAROTIDES inflammationes ſunt in carnibus adenoſis, quæ iuxta aures ſunt factæ. Cauſa eſt ſanguinis in eam partem influxus, aut ſolius; aut cum abundante bile, aut pituita, aut melancholia. Confluit autem, aut abundante in toto corpore ſanguine, aut à capite tantùm, & id ſymptomatis, aut iudicationis ratione. Malum cognoſcitur viſu: tumor enim eſt ſenſu perſpicuus: æger verò dolorem referet. Præterea ſi à ſanguine fiat, rubet, grauat, dolet, pulſat, ſi bilis abundet, pallidior fit, & ardor maior accedet, ſi à pituita laxior eſt tumor cum maiori grauitate, & ardore minori. Melancholia abundante, magna grauitas aderit pro magnitudine tumoris, durities maior, dolor non magnus. Si à capite tranſmittatur, priùs dolebit, & tranſmiſſione facta leuabitur, non aderit autem totius corporis plethora, aut cacochymia. Quibus præſentibus ab ipſo corpore tranſmiſſio fiet. Iudicatio per febres longas fit, craſſis humoribus redundantibus, aut per acutas febres, tenui humore, *Parotidum curatio.* ſed languente facultate. Victus conuenit tenuis, & eo tenuior quo morbus fuerit maior, & terminus breuior, facultate conſtante. Si parotides fiant, indicationis ratione, ſi abundè effluat humor, ita vt æger manifeſtè leuetur, increſcente tumore, opus naturæ permittendum, aut ſola axungia gallinæ liquata pars liniatur ad dolorem ſedandum, aut butyrum, aut ſemen lini cum mulſa, aut fœnugræci farina, cum oleo camemelino. Si humor pauca quantitate decumbat, iuuanda eſt natura his quæ extrahant è venis humorem, fotu olei irini, & anethini, aut melle & pipere, aut cucurbita loco affigatur, præſertim cùm humores fuerint capiti infixi: vtcunque tamen incipiente inflammatione repellendus non eſt humor, ne in caput recurrat, ſi humor malignus non eſt, neque copioſus, minimè omnium ſi iudicationis ratione eueniat. Aliàs autem ſi fiat, mitigatoriis eget, & his quæ diſcutiant, cùm factus fuerit tumor. Ab initio itaque ſi ſanguis in toto corpore abundare videatur, ſanguinem mittemus, deinde admouebimus vnguentum dialtheas, aut œſypum cum axungia gallinæ liquatum, aut farinam ſeminis lini cum mulſa, aut fœnugræci, & ſeminis lini, & altheæ decocto partem fouebimus, aut adipe, butyro, & cera partem liniemus. Quum autem parotides non diſcutiuntur ſuppuratio tentanda, cum farina frumenti, & ficuum decocto, & oleo, aut foliis maluarum elixis, & cum axungia porci ſine ſale malaxatis, & ſi non rumpantur, ferro candenti pus ducemus. Aut medicamenta admouebimus quæ diſcutiant & ex alto trahant, vti mel cum radice iridis, aut galbano & oleo laurino: cùm autem pars reliqua ad duritiem inclinauerit, digerentibus miſcebimus emollientia: at ſi parotides ſine magno dolore fuerint, itaque materiam referant pituitoſam, mutia fouendæ ſunt, aut liniendæ emplaſtro diachylon liquato in oleo camemelino.

De Morbis narium.

SECTIO IV.

De narium vlceribus.

CAPVT I.

Narium vlcera. NARIVM vlcera ozænas appellant, ab humoribus acribus ortum habent, quibus facultas erodendi ineſt: quibuſdam verò præter acredinem putredo accedit, & fœtor è naribus ex- *Ozænæ.* pirat. Quidam ſola ea vlcera quæ ſordida in naribus ſunt, ozænas appellari volunt. Notus morbus eſt tum ex his quæ de naribus manant, tum etiam viſu, accedit dolor: præſertim ſi cruſtam violentiùs euellant. Mali huius curatio à capite incipere debet: cauſam etenim vacuare oportet ſanguinis miſſione, ſi is abundauerit, & reliqua conſentiant, aut purgatione per pilulas ſine quibus, deinde caput ipſum roborandum, ne aliunde aſcendentia excrementa ſuſcipiat: quem vſum præſtat oxyrrhodinum, cui etiã addimus myrthi puluerem, aut gallarum, aut oleum myrthinum, & acetũ roſatum miſcemus; cui addimus roſarum & acaciæ puluerem; hæc enim repellunt & adſtringunt. Naribus deinde curationem adhibemus. Primò admouentes ea quæ cruſtam decidere faciant, de quorum numero eſt mel, aut gallinæ axungia, aut butyrum, aut oleum violatum, cum gallinæ axungia, & ſternutatio prouocanda, paucis iuterfectis horis. Poſtquam cruſta deciderit, rurſus ſi ſordidum vlcus relinquatur, melle liniendum deſpumato. Si dolor adfuerit, axungia gallinę cum oleo violaceo, & pauca cera liniendum, hoc enim medicamentũ dolorem ſedat, & impedit quo minus fluxio hæreat naribus. Deinde ei-

Digitized by Google

lychnium immittendum ex lino, aut coto cum vnguento de tutia, aut mali punici ſuccus in vaſe æreo ad medietatem coctus inſtilletur, aut malum punicum dulce in vino elixetur; & malaxatum naribus eatrà admoueatur. Valet etiam calaminthæ ſuccus inſtillatus, sut vnguentum de lithargirio, cum puluere gallarum, aut boli armeni, aut puluis myrrhæ, aluminis vſti, & gallarum æquis portioonibus inſuffletur.

De fluxu ſanguinis narium.

CAPVT II.

Sanguis ex naribus. SANGVINIS ex naribus fluxus vna trium cauſarum fit, quarum Galenus libro 3. de Cauſis ſympto. meminit, fluit etenim ſangois vaſe rupto, ant eroſo, aut vaſorum oſculis adapertis. Rumpuntur vaſa vulnere, aut cootuſiooe. Eroſio ab acredine fit, aut humorum, aut externæ cuiuſpiam cauſæ. Aoaſtomoſis, hoc eſt orificiorum venarum apertio, fit à multitudine, aut tenuitate humorum. Præterea ſanguis fluit ex naribus, à cauſa interna, aut eaterna & interna, aut indicationis ratiooe, vt in ardentibus febribus, & tertiaois, & phrenitidibus, noris coctionis præcedeotibus, & humore tantùm abundante expulſo. Hic autem fluxus curatione non eget, ſi verò à cauſa exteroa accidat, ipſa ſemooenda, vt ſol, aut medicameotum calidum: ſi tamen quidpiam reliqueriot cauſæ prædictæ eaternæ io naribus factum, id deinde curari debet, & vlcera narium curanda, ac vuloera. Si tamen ſanguis fluat ea naribus ſymptomaticè, ſiue accidentis ratione ob internas cauſas erodentes, curari debet, vti narium vlcera cap. præcedeoti. Si verò apertis oſculis venarum à multitudine, aut tenuitate, interim dum copia ſanguinis adeſt, pariter prætermittenda eſt fluxio, donec aut quod bonum eſt vacuetur, aut vires languere iocipiant. Cauſæ externæ notæ ſunt ex ſe, aut ægri relatu: ſanguinis copia agnoſcitur faciei rubore, temporum pulſu, ætate, habitu, temperatura, & ægri victu. Sanguinis tenuitas ea propria ſubſtantia, quæ aquoſa eſt, depreheoditur, atque ex ægri temperatura, & victu, tum faciei, tum etiam totius corporis albieante colore. Victus conueoit tenuis, cúmque ſanguis tenuior fuerit, his quæ incraſſant vtentur, & cùm calidior, his quæ infrigidant, & potus conuenit aquæ chalybeatæ, aut maſtichinæ: nocet autem ex cinnamomo, quoniam odor cinnamomi in caput ducit ſanguioem. Adhibenda eſt ventris linitio, inferiorom partium frictio, & ligaturæ, quies corporis & animi. Quantum verò attinet ad decubitum, ſunt qui dixerint partes infra caput ſublimes ſituandas eſſe, & caput deorſùm ſpectare, quod Galen. ſententiæ ex lib. 5. de Method. meden. contrarium eſt, & maoifeſtam infert ooxam: talis etenim ſitus non taotùm ad floxionem ſiſtendam non accommodatur, ſed ipſam commouet.
Fluxus ſang. narium curatio. Itaque cùm ſanguis ex naribus fluxerit, euacuatione opus eſt, reuulſione, repulſione, & adſtrictione: vacuamus redundante ſanguine, & viribus omnioo id ferre valentibus, miſſo ſanguine de vena exteroa cubiti lateris, à quo ſanguis manat, idque per interualla horarum bis, aut ter, aut appoſito digito, aut adacta interim ligatura, deriuatio ſine vacuatione fiet, frictionibus, & ligaturis crurom, & brachiorum, illitis manibus aliquo calefaciente, & magna cucurbitula affixa eiuſdem lateris hypochondrio, & aliæ occipiti conueniuot. Repellunt fronti & temporibus admota medicamenta, quæ refrigerent, & adſtringant, vti album oui cum thure, linteolis aut ſtupis madefactis. Adſtringentia medicamenta naribus immitteoda, verùm oeque hæc, neque ea quæ repellunt, naribus, aut proximis partibus admouenda ſunt, antequam ſanguiois miſſiooe, reuulſione, & frictiooe, ac ligaturis & cucurbitulis vſi fuerimus, tum his quæ hypochondriis, tum his quæ occipiti admouentur, reuulſionis ratione: aliàs ſanguis in capite compingeretur, & maiorum malorum cauſæ forent, Galeno id atteſtante lib. 5. de Method. meden. Præter adſtriogentia medicamenta ſolent medici ſcarotica, quæ videlicet cruſtas inducuot, naribus immittere: verùm hæc non oiſi valde vrgente malo, & vbi alia non profecerint ſunt admouenda, quoniam carnem proximam iu ſcaram vertunt: fit autem ſæpe vt hac decidente vlcere & venarum apertione maioribus factis, ſanguis copioſiùs fluat. Fronti ſanè, temporibus, & commiſſuræ coronali ſoperpooimus ſuccum plantagiois, aot lactucæ cum aceto, aut ſpongiam aceto imbutam naribus admouemus, aut aqua roſarum inſtillatitia cum aceto, aut gypſum in aceto liquatum frooti impooatur, aot idem ellychoio exceptum indatur, aot Galen. medicamentum ex libro quinto de Method. medendi, quod compooitur ea parte vna aloës, thuris partibus duabus, cum albo oui, liquentur ad mellis craſſitudinem & cum molliſſimo pilo leporis excipiantur, atque indantor. Aut idem cum linamento contorto fiat ad ellychnij formam, aut pollen cum albo oui ſubigatur, & linamento contorto eaceptum indatur, ſoccus quoque polygonij idem efficit, & ſuccus foliorum vrticæ, & cochleæ cum teſtis in aceto tritæ, & fronti ac temporibus applicitæ, & bolus armenus cum albo oui. Epithemata quoque refrigerantia iecori impooimos, vt ſanguinis feruorem compeſcamus. Nos paſtillos de ſuccino pondere ſcrup. s. dormituris dedimus, in aqua plantaginis: & opere ipſo oſtendimus medicum arte ſua admirabilem fieri, & talem apud homines haberi meritò. Valet ſaccarum roſaceum cum bolo armeno, aut ſyrupus myrthions, roſaceus, & nymphææ. Paulus ſtercus aſini aridum inſpirare præcepit, & teſtæ oui vſtæ partes duas, gallæ partem vnam, vel molaris lapidis aceto extiocti vaporem recipere, ex medicamentis ſcaroticis moderatiſſimum eſt, ac valde probatum, ellychnium ex contortis linamentis, aut coto, io atramento ſcriptorum infuſum & naribus ioditum. Prætereà ſubſiò faciem frigida inſpergere iuuat, & terrorem incutere, & pudenda aqua frigida irrigare. Hippoc. lib. 6. de Morb. pop. par. 7. dixit, ſaogoinem ex venis ſiſtunt, animi deliquium, altera figura, interceptio, linamenta contorta, appoſitio, & ligatura. Si ſanguis in ventrem labatur, & concreſcat, aceto mulſo bibito liquabitur.

De

De morbis oris & gutturis.

SECTIO V.

De grauedine, diſtillatione & raucedine.

CAPVT I.

κατάῤῥοος. KΑτάῤῥοος Græca vox tres comprehendit morborum ſpecies, excrementum enim quod à capite deſcendit, ſi ad intimas nares decumbat, ſiue in eis figatur, ſiue per eaſdem diſtillet, κόρυζα appellatur, Latinis grauedo: ſi verò in fauces & palatum decumbat malum, nomen generis ſortitur, & κατάῤῥοος ſiue κατάῤῥους dicitur, Latinis diſtillatio: cùm verò ad guttur, & aſperam pulmonis arteriam deceſcendit, eas exaſperat partes, atque appellatur βράγχος, Latinis raucedo. Nos in noſtris expoſitionibus in lib. 2. Prog. quædam ad hunc locum attinentia diximus, & diuerſum vſum vocum apud Galen. & Paulum, compoſuimus. Oritur ſanè morbus à capitis plenitudine, atque excrementorum redundantia, ſimul etiam toto corpore *Catarrhi cauſa.* quandoque patiente, quandoque ſolo capite. Impletur aliquando caput calida intemperie trahente à partibus aliis, & liquante excrementa, quandoque frigida intemperie impediente tranſpiratum & humorum diſſolutionem, & exprimente humiditates ad imas partes. Remotiores cauſæ ſunt ſol, aër ambiens calidus aut frigidus, plethora, cacochymia, cruditates ventriculi, ebrietas, exercitatio partium ſuperiorum non aſſuetis, & ablutio capitis, *Signa catarrhi.* atque vſus aromatũ in cibis. Catarrhus à cauſa calida eueniens ex his quæ præceſſerunt cognoſcetur, & ægri temperie, & humorum in ipſo redundantia, & faciei robore, & frontis ardore, & ex natura diſtillationis quæ calida & acris ſentitur, aut ſalſa, ſiti & inappetentia. Preterea calidas diſtillationes febris ſæpe comitatur, frigidæ verò diſtillationes frigidæ ſunt tactui, inſipidæ, grauãtes, ac diſtendentes frontem, & cauſis prægreſſis cognoſcuntur, vt aëre, cibis, ſomno, & otio. Aër eis attemperetur, ita vt nec calidus, nec frigidus valde ſit. Auſtrales præterea venti caput implent, & boreales exprimunt humi- *Victus catarrhis commodus.* ditates. Alimenta facilis coctionis ſint, vt caro pulli, aut turturis, aut turdi aſſæ, oua ſorbilia, amylum, & poſtrema menſa cotiandrum præparatum, & diacotoneum, & tortellæ bis coctæ, aut oliuæ duæ, aut tres hiſpalenſes, aut cordubenſes. Sit autem cœna parca admodum, veluti mel roſtum cum pane in cauſa frigida. Deuitent autem lac, carnes ſalitas, & aromatica omnia. In cauſa frigida verò ſinapi cum carnibus edere licet in declinatione: vitamus quoque allium, porrum, cæpas. Potus ſit aqua hordei in morbo calido: in frigido tamen, & inclinante morbo vinum album aquoſum. Somno & vigilia moderatis vtentur, nam ſomnus coquit, ſicuti & corporia quies: vigilia verò purgationi & diſcoſſioni accommodatur. Diurnus ſomnus vitandus, & in latus cubent, leui crurum frictione vtantor: à balneis ſummè abſtineant. Ventrem ſeruent lenem, aut lenibus vtantur elyſteribus, ex maluarum decocto & oleo, aut glans ſuppoñatur, ex tosto melle omnem animi turbationem vitent, & litera- *Catarrhi curatio.* rum ſtudium, ac lectionem. Simplices intẽperantiæ quæ in cauſa fuerint, contrariis curandæ, veluti de capitis doloribus ab intemperie diximus, oleis caput inungentes, in diſtemperie calida roſaceo, adhibitis odoratis, vt roſis, violis, & papaueris decocti vapore: frigida verò exiſtente intemperie, oleo vngemus laurino, & odorata calida naribus admouebimus, vti ambram, moſchum, & ſuffumigium ex belzoino, aut ſtyrace. Capitis verò ablutionem nullatenus laudo, præterquam inclinante morbo materia diminuta. Valent autem ſacculi ex milio calidi, & ex floribus camemeli, vbi plenitudo non adſuerit, aut ipſa iam vacuata, idem de cacochymia intellige. Nam ſi redundantia excrementorum in corpore adſuerit, aut etiam ſanguinis, à ſanguinis miſſione, aut purgatione curationem auſpicabimur. Vulgus timet ſanguinis miſſionem in catharrhis. Nos verò vbi ſanguinem redundantem intelligemus, ſanguinem copioſè mittimus, quod quàm vtile ſit in aliis, & me ipſo non rarò expertus ſum. Si verò bilem redundantem agnoſco, & acrem diſtillationem, corpus purgare præcipio pilulis aggregatiuis, aut ſine quibus, aut potione ex tamarindorum decocto, & electuario de ſucco roſarum: ad finem verò aquam mulſam in cauſa etiam calida ad coctionem & excreationem exhibeo bis in die. Catarrhi omnes quibus fluxio tenuis & cruda aſſidua eſt, & copioſa non coquuntur, quoniam quæ coquuntur quiete egent, atque perinde decet curſum ſiſtere, quoad fieri poſſit: ſiſtemus autem coryzam calidam odore roſarum, myrrhi, & ſantalorum, aut etiam vapore aceti irrigati ſuper ignitum lapidem, præſertim ſi in aceto prius elixæ fuerint roſæ, aut myrthi folia. Profunt etiã ad idem cibus ex lentibus excorticatis cum iure carnis paratis, & ſyrupus violatus, aut de papauere. Si tamen in os aut guttur deſcendat catharrus, gargariſmata fiãt ex ſyrupo myrthino & aqua plantaginis, aut ſyrupo roſarũ & aqua capitum roſarum inſtillatitia, aut etiam ex ſola frigida aqua, quod ſum ſæpe expertus. Cùm verò iam coctum excrementum, aut per nares, aut ex ore, aut *Nota.* thorace excernitur ad facilem purgationẽ prodeſt aqua mulſa: pectori verò ſyrupus capillorum veneris, ſiue adianti. Tunc quoque caput lixiuio abluere *Lixiuio caput abluere & ſapone.* licet aſſuetis, & detergere ſapone, & pectine ſcalpere frequentiùs ieiuno ventre. In catarrho verò frigido cum redundantia excrementorum, victus qualis dictus eſt, ſeruetur, & ſyrupum de ſtœcade bibant cum decocto ſtœcados, aut amarici, & purgentur pilulis aureis, aut electuario indo, aut hiera diacolocyntidos. Naribus deinde odorata admoueant, vti ambram, moſchum, ſtyracem, baſilicum, ozimum, aut iridis radicem aridam. Aut ſuffitus fiat, ex belzoino, aut ſtyrace, aut thure. Melanthium verò ſuffitibus optimũ eſt, & quod omnium maximè prodeſt ſiſtendis catarrhis, & calefaciendis, & maturandis. Galen. lib. 6. de Simplic. med. facult. cap. de peunia, inquit: Et melanthium frictum palam catarrhos, & coryzas deſiccat, ſi quis id in calidum linteum rarum liget, aſſiduéque calorem ex eo per inſpirationem in nares trahat. Valet ad idem cumini toſti fumus: & ſi magnam ſenſerit in capite frigiditatem, ſacculus fiat ex milio, aut melanthium eidem miſceatur, & calidus capiti ſuperponatur, aut fiat ex puluere baccarum lauri, ireos, amarici, ſtœcados, maceris, caryophyllorum. Sic etiam aqua mulſa bibenda ad coctionem & excretionem, & ita inclinante morbo caput fricare, ſcalpere, & abluere, vt diximus, licet. Quòd ſi raucitas catarrho ceſſante permanſerit, ſyrupus dulcis radicis lingendus, aut ſapa cum puluere origani, aut puluis ex ſaccaro condito, & radice dulci, & origano, aut hæc melli deſpumato miſceantur,

aut caricæ cum ſapa elixæ, aut caricæ aſſæ, bibita aqua calida deſuper, aut ſapa cum puluere radicis dulcis aſſumantur. Sont autem defluxiones multorum malorum cauſæ, pro ratione partis in quam decumbunt.

De dolore dentium.

CAPVT II.

Dentium dolor.

DEntes dolore moleſtari Galen. teſtatur lib.4. de Compoſit. medic. per locos, vbi dentium dolorem ſe paſſum fuiſſe refert, cum pulſu, qualem caro ſentit cùm inflammatur. Diuerſum autem eſſe dolorem ab eo qui gingiuas vexat, agnouit dolorem gingiuarum paſſus, qui ex vicinitate dentis augebatur. Aliàs quoque ſe dolorem paſſum fuiſſe refert, qui dentis non erat dolor, ſed nerui qui ad radicem dentis inſeritur. At verò dolor talis notitiam ſui præbet confuſam, & exerto dente remiſſior manet. Nos ſanè, vt aliàs diximus, conſtantiſſimè affirmamus, ſolum neruũ ſenſus participem eſſe: vt enim hominem videre dicimus, non quòd quæuis eius pars videat, ſed ſolus oculus, ita caro tãgit, non quod ipſa tangat, ſed pars quæ in ipſa eſt, ſic etiam dens dolet, quoniam eius pars, quæ ipſum aliqua ex parte penetrat, doloris cauſam ſentit: ſentire quoque videtur dens, quoniã ipſo patiente neruus compatitur, idque puto Galen. ſenſiſſe, cùm dentem doluiſſe dixit. Intereſt tamen: nam carni omni ferè ex parte neruus inſeritur, denti tamẽ affigitur tantùm, parúmque penetrat: verùm enimuerò non ſatis noti ſunt prædicti dolores, qua videlicet parte conſiſtant. Alios tamen affectus dentium facilè deprehendi atque euidenter agnoſci refert, vti roſiones, coloris mutationes, quidam etiam referunt ſe ægrè admodum ferre calidorum, aut frigidorum occurſum. Dolores qui à cauſa calida fiunt cum punctione & inflammatione ſunt, facies rubet, & in toto corpore ſe oſtendet ſanguinis aut bilis redundantia, aut euacuationis ſanguinis ſupreſſio, qua ratione ſupreſſis menſtruis fœminæ frequenter eum patiuntur affectum. Sunt præterea huiuſcemodi dolores à calido humore vehementiores quàm à frigido, vtroſque tamen grauitas concomitatur ſenſata in eis partibus, atque proximis. Quantum ad victum attinet, abſtinebunt ab his quæ valde calefaciunt, aut infrigidant actu, præſeruationis ratione: minimè verò faciendum quod multi faciunt, cibos calidiſſimos edentes, bibentes tamen frigidam aquam, aut vinum, id enim magnos concitat dolores, & dentes corrumpit, & ruinam parat. Alimenta dulcia, vti mel, aut ſaccarum vitanda, & pinguia, & lac, ab his verò & aliis dentes detergere, & abluere vino albo conuenit. Sint autem alimenta quæ facilè coquantur, & leui, aut nulla egeant attritione, ventris lenitas procuranda. Si dolor ab humoribus oriatur, qui ſanguini mixti fuerint, aut ab ipſo ſanguine, curationẽ à ſanguinis miſſione incipiemus, reliquis conſentientibus: ſecabimus autem venam cubiti externam patientis lateris, niſi menſtruis retentis id mali accidat. Si humor bilioſus abundauerit, breui arrepta occaſione acetum mulſum bis in die præbebimus, cum decocto lupulorum, aut ſyrupum acetoſum cum aqua inſtillatitia cichorij: ſequenti autem nocte purgabimus corpus cum pilulis cocchiis, aut ſine quibus, aut elect. de ſucco roſarum, in decocto myrobalanorum luteo-

Dentium doloribus victus.

Curatio doloris dentium.

rum: os deinde colluendum aceto in quo decocta fuerint folia myrthi, aut halicacabi radix, aut ſuccus lactucæ in ore tenendus, aut portolacæ, aut plantaginis cum pauco aceto, aut acetum in quo gallæ decoquantur, idque acerrimum, quod dentes ob duritiem, & neruorum profunditatem expoſcunt, aut teneat in ore acetum ſcilliticum, aut acetum acerrimum, in quo teda bullierit. Extremis tamen doloribus euigilantibus ægrum, conuenit theriaca denti dolenti ſuperpoſita, aut Philonis medicamentum, aut huius drach. 1. in vino albo teneatur, verſus dolentem partem, aut alterci ſeminis in aceto acerrimo calido vaporem per infundibulum recipiant, aut idem theriaca, aut cera malaxatum, denti dolenti ſoli ſuperponendum. Exterius verò facies ad partem dolentem illinienda oleo anethino, & axungia gallinæ, aut anathis: expedit namque tam in calidis, quàm in frigidis humorum redundantiis humores ad exteriora ducere, nullatenus eos compingere: cùm enim foras tranſmeant, breui admodum dolores ceſſant, partibus faciei inflammatis, & intumeſcentibus: ſed erunt calidiora quæ adhibebuntur, frigida exiſtente affectione, frigidis tamen humoribus abundantibus, ſyrupum de ſtœcade in potu præbemus, cum aceto mulſo, addito decocto amaraci, aut betonicæ. Deinde corpus purgamus pilulis aureis, aut electuario indo, in decocto paſſarum ſine vinaceis, radicis dulcis, & origani. Deinde dentes colluimus aceto acerrimo in quo fructus cupreſſi, & alumen decoquantur. Eſt optimum medicamentũ, piperis, pyrethri, vtriuſque ſcrup.s. theriacis drach.2. miſce in formam paruorum paſtillorum, quorũ vnum denti dolenti ſuperpones, aceto in quo bullierint cinnamomum & maceris. & fructus cupreſſi os colluant. Quòd ſi fluxio moleſta eſt, huic addes alumen, & putamina mali punici: conueniunt tamen declinante fluxione & copia humorum diminuta, cinnamomum, macer, nux odorata, myrrha, zingiber, ciperus, quæ pariter conueniunt ad frigidam intemperiem ſine humore, & ad calidos dolores cum materia, cùm inclinant. Doloribus igitur à cauſa frigida conuenit linteum calidum, ſæpe maxillæ dolenti applicandum, aut etiam ſacculus ex foliis amaraci, betonicæ, cupreſſi, maceris, qui calidi, & vino albo inſperſi admouebuntur, valet etiam ad frigidam intemperiem aqua vitæ ore detenta, quam nos aquam ardentem, vulgari voce, nuncupamus. Aliud, pyrethri, caphuræ, partes æquales, reſinæ terebinthinæ, quantum ſatis eſt, miſceantur, & dens eo medicamento vngatur. Aliud, theriaces, mithridatij, vtriuſque drach. 1. pyrethri, aluminis, myrrhæ, ſingulorum ſcrup.1. denti ſuperponatur bis in die. Maſticatorium hoc fiat, maſtiches, ſtaphidis agriæ, vtriuſque drachm. 2. therebintinæ vnc. s. piperis, pyrethri, aluminis, ſingulorum ſcrup.1. fiant paſtilli, quorum vnum maſticandum accipiet. Acetum quoque in quo bulliant cinnamomum & radix cucumeris aſinini, dolorem ſedat, valet à proprietate & rei ſubſtantia acetum in quo ſerpentis ſpolium decoctum ſit. Si verò dentium dolor cum eorundem carie & eroſione fiat, aut dentem extrahemus, aut remediis vtemur quæ dolorem ſedent, & eroſioni proficiant, decet autem denigratam & eroſam partem ad ſanam vſque abradere, ne ſana inficiatur, & dentes etiam proximi: ſana autem pars optimè ſeruabitur hoc decocto, aceti acerrimi lib. 1. corticis interioris mori vnc. 3. zingiberis vnc. 2. aluminis vnc. s. bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, hoc valde à putredine & eroſione præſeruat dentes.

Doloribus dentium remedia externa.

Caries dentium.

dentes. Aliud, ciperi, myrrhæ, melanthij, ſingulorum draebm. ſ. piperis drachm. ſ. gallarum viridium, ſi baberi poſſint, vnc. ſ. bulliant in lib. i. ſ. aceti acerrimi ad conſumptionem tertiæ partis quo os colluant. Radicem quoque pyrethri infigare parti dentis exeſi dolorem maximè ſedat. Si verò velis dentem ſponte decidere, farinam, inquit Paulus, cum liquore tithymali miſce & denti admoue, deſuper autem hederæ folium ſuperpone. Sed dentes altos cera conteges, inquit Actuarius, qui pyrethrum in aceto acerrimo quadraginta diebus maceratum, tritum apponere ducet, reliquis cera illitis, & poſt horam dentem extrahere.

De dentium defœdatione, & eorundem inſtabilitate.

CAPVT III.

DEntes pallent, aut liuent, aut denigrantur, ob prauos ſuccos qui ad eoſdem deferuntur, & in eorum ſubſtantiis immerguntur. Deducuntur autem hæc excrementa aut à capite, aut ab ſtomacho, ob cruditates, & ciborum prauam corruptionem. Fit etiam vt alimentum quod dentes ingreditur, ibidem putreſcat, non autem diſſoluatur ob imbecillitatem natiui caloris eorũm, vti in ſenibus frequenter accidit. Abſtineant igitur ab his quæ in ſtomacho corrumpuntur, & cruditatibus, præſertim à cœna. Deinde acetum mulſum cum decocto amaraci bibant, & purgentur, ſi à capite malum deſcendat, quod ex dolore, grauitate, & aliis capitis malis agnoſcemus, cum pilulis ſine quibus, ſi à ventriculo oriatur, cum hiera diacolocynthidos, vel cum pilulis de hiera Gal. non ſemel, ſed ſæpius. Poſt hæc collutionibus, ac frictionibus dentium vtantur. Myrrhæ, pumicis, cornu cerui vſti, radicis cannæ vſtæ, ſingulorum drach. i. fiat puluis, quo dentes fricentur. Deinde os colluatur vino albo, in quo roſmarinus bullierit. Aliud dentifricium, aluminis vſti, radicum cannæ vſtarum, oſſium, myrobalanorum vſtorum ſingulorum draebm. i. cinnamomi drac. ſ. ſpongiæ, pumicis, vtriuſque ſcrup. ii. fiat puluis, quo bis in die dentes fricentur. Sunt nonnulli qui dentes fœdatos perfricant teda ad ſpecilli formam, cuius extremum madefaciunt aqua forti, qua vtuntur aurifices, cauentes ne gingiuas tangant: reddunt ſanè albos dentes, ſed id frequenter facientes, neruum ſubiectum areſaciunt, & ruinam parant. Laudo tamen eos fricare linteo aſperiore, donec calorem manifeſtè ſentiant: id enim validè diſcutit, & natiuum reſtituit colorem. Inſtabiles verò fiunt dentes ob carnium gingiuarum defectum, aut laxitatem, & humorum curſum ad ipſas, nerui firmantis ariditatem, aut dentis extenuationem. Si malum ex dentis tabe, aut nerui ſiccitate eueniat, ferè incurabilis morbus eſt, præſertim ſi ætatis proceſſu id fiat, egent enim refectione, & humectatione membrorum ſolidorum areſcentium. Si tamen caro gingiuarum diminuta fuerit, eius generatio & auctio procurari debent, ſi ob laxitatem, & humorum influxum, adſtringendæ gingiuæ ſunt. Valent ad hæc oris collutiones, & medicamenta quæ in pulueris, aut emplaſtri forma eiſdem ſuperponuntur. Scire autem decet immundis dentibus non ſupernaſci carnem, ac perinde in primis ſordes omnis mundanda, aut tophus abradendus. Fiat deinde oris collutio hoc decocto, foliorum myrthi, roſarum rubearum, menthæ ſiccæ, ſingulorum pugil. ſ. foliorum cupreſſi, pilularum cupreſſi, vtriuſque vnc. ſ. bulliant in libris tribus vini ad conſumptionem tertiæ partis, hoc carnis generationem iuuare poterit, & dentes firmare: ſi tamen huic addas rhu, balauſtium, aut etiam mali punici putamina, magis adſtringes ac roborabis, non tamen generabis carnem. Tunc quoque ex albo vino decoctum efficies, non vt quidam ex nigro: nam id vbi rhu, & putamina mali punici recipit, validè denigrat dentes. Puluis ad dentes firmandos & firmandas gingiuas, roſarum, balauſtiorum, vtriuſque drachm. ſ. margaritarum, corallorum rubeorum, pumicis vſti, aluminis vſti ſingulorum drachm. ſ. ſanguinis draconis drachm. i. ſ. moſchi, & ambræ vtriuſque grana ſeptem. Dormituris, dentibus inſpergantur & gingiuis, manè verò os colluant vino albo in quo teda, & roſmarinus bullierint. Conficimus ex puluere prædicto, & maſtiche, ac terebinthina reſina, petias quas dentibus & gingiuis ſuperponimus, & eiſdem hærere facimus.

Dentium defœdatorum curatio.

Dentium inſtabilium cauſa.

Ad dentium ſtuporem.

Dentium ſtupor. Dentibus ſtupentibus prodeſt portulaca commanducata, & oleum omphacinum, & olei fæx cum oleo cocta in vaſe æreo, ad mellis craſſitudinem.

De oris, gingiuarum & tonſillarum vlceribus.

CAPVT III.

Oris vlcera. FIunt non rarò vlcera intra os, quædam in gingiuis, quædam in palato, quædam in tonſillis, partibus nempe quæ glandularum naturæ ſunt, in ore iuxta linguæ radicem, quibus ferè eadem curatio conueniet, ſed gingiuæ natura ſunt laxiores & molliores reliquis partibus, & minus eas ſiccare conueniet. Oritur hoc malum acrium, & ſalſorum alimentorum ratione, aut à capite defluxione rodente, & vlcerante. Quoniam tamen parte ſecunda aphthas puerorum curare docuimus, impræſentiarum de his quæ adultos moleſtant, agemus: conſiderabimus autem an vlcera alba ſint, quæ à pituita fiunt ſalſa, an pallida, quæ à bile, & an ſerpentis ſint, & an profunda, aut ſuperficie tenus, & an cruſtam habeant. Aëtius oris vlcera quæ in putredinem vergunt, dicit non appellari aphthas. Expedit autem primùm corporis abundantiam conſiderare, atque ſi opus fuerit ſang. mittemus, ſecta vena cubiti media, aut externa, aut vena quæ in malleo eſt, ſi menſtrua retenta fuerint: ſi verò biliosorum acrium ſuccorum & excrementorum redundantia adfuerit, ventrem purgabimus caſia fiſtulari, & electuario de ſucco roſarum. Si verò pituitoſa ſint vlcera, electuario indo. Deinde conuenienti victus inſtitutione præcedenti, & clyſteribus: topicis vtemur remediis. Leuiora vlcera oris ſanat ablutio ipſius cum ſucco plantaginis, aut ſuccus foliorum oliuæ, aut præcipimus oliuæ folia maſticare, & ſaliuam ſpuere, aut colluimus os aqua inſtillatitia plantaginis, & media parte mellis roſacei. Profundiora verò curat mel roſaceum ſolum, aut etiam cum puluere aluminis vſti. Aliud, roſarum, balauſtiorum, foliorum myrthi, ſingulorum pugillum i. aluminis, cumini toſti, vtriuſque vnc. ſemis, bulliant in libris 3. aquæ ad

conſum

conſumptionem tertiæ partis, & colaturæ adde mellis roſacei vnc.3. Serpentibus vlceribus alumen vſtum ſuperponimus, aut melli roſaceo mixtum, aut puluis in hunc modum fiat, aluminis vſti, iridis ſiccæ, acaciæ, ſanguinis draconis, ſingulorum drac.1. ſemis, rhu drach. 2. adarce ſcrupul.2. miſce. Valet ad idem cornu cerui vſtum, collutio accommodata profundis oris vlceribus, gallarum, cortium mali punici, corticum glandium, corticum radicum rubi, cupreſſi fructus, ſingulorum drachm.ſem. bulliant in lib.4. aquæ inſtillatitiæ plantaginis, ad conſumptionem tertiæ partis. Si verò vlcera cruſtam habuerint, hæc decidet collutione facta ex decocto fœnugræci, aut decocto radicis dolcis, aut ſuperpoſitis melle & alumine vſto, butyro vaccino, & puluere aluminis, & nulla vi procurandum vt cadat, aut euellatur: id enim dolores & vlcera commouet, & alias cruſtas exigit. Prodeſt quàm maximè vlceribus tonſillarum malignis vnguentum ægyptiacum in petia ſuperpoſitum: cautè tamen curandum ne quidpiam delabatur in œſophagum, ac deglutiatur, quoniam veneficum eſt. Quibus in locis ſi vlcera conſiſtant, per medicamenta quæ ad oris collutionem ſcripſimus, gargariſmata fiant. Præteres ad tonſillarum vlcera medicamentum diamoron gargarizandum: vbi verò ſerpere ceſſauerint, lac cum bolo armeno gargarizandum, aut cum acacia.

Vlceribus oris ſerpentibus remedia.

De tonſillarum inflammatione.

CAPVT V.

Carnes illæ glandoſæ quæ ad radicem linguæ ſunt vtrinque, Græcis παρίσθμια dicuntur, Latinè tonſillæ, has cùm ex inflammatione obdurantur, Græci dicunt ἀντιάδας. Oritur malum hoc frequenter à ſanguine pituitoſo. Victus his conueniens eſt ex cibis liquidis, qui facilè deglutiantur, & coquantur, vti Ius pulli, vitelli ouorum tremuli. Potus autem ſit in febre, aqua hordei: ſine ipſa verò decoctum fœniculi, aut aniſi, aut radicis dulcis. Deinde curationem à ſanguin.miſſ. incipiemus, vena externa cubiti ſecta per interualla. Præterea acetum mulſum in potu præbendum, cum decocto amaraci, & corpus purgabitur electuario indo. Gargariſmata verò fiant ex medicamento diamoron, aut diacarion, hoc eſt, de nucum corticibus, cum aqua plantaginis inſtillatitia, aut ſucco plantaginis, aut fiat decoctum ex roſis, palmulis, lentibus, mixtis. Tepida tamen gargarizentur ex Aëtij præcepto. Emplaſtrum autem exterius admoueatur, quod recipit farinæ hordei, ſeminis lini, & fœnugræci, ſingulorum vnciam 1. olei camemelini vnc.6. non enim admittunt loca hæc repellentia exterius admota, ſed quæ extra ducant, ſuperponendus quoque roſarum puluis, aut myrthi foliorum, & partes hæ leuiter admodum tangendæ. Paulus verò & Aëtius damnât quod quidam empirici noſtro etiam ſeculo faciunt, comprimentes tonſillas valde, & eas exprimentes, donec excernant quam continent pituitam, ſed hi magnas inflammationes & dolores concitant, quapropter leuiter admodum tangendæ. Quòd ſi partes medicamentorum acerbitate exaſperentur, lacte colluendæ, aut decocto radicis dulcis. Deinde verò inclinante morbo fient gargariſmata ex aceto mulſo calido cum origani decocto, & ſale, aut aqua mulſa, & ſale. Cùm verò obdurantur, ſucci mali punici dulcis expreſſi cum cortice vnc. 2. mellis vnc. 2. lento igne coquantur ad mellis ſpiſſitudinem, deinde tonſillæ liniantur. Aliud, mellis deſpumati, ſucci radicis vtriuſque vnc.1. ſem. aluminis vſti drachm.ſemis. Quòd ſi remediis adhibitis non curentur tonſillarum inflammationes, ſperanda eſt ſupporatio, ſi non obdurantur, quod rubore agnoſcimus perſeuerante, & rigoribus, & febribus, quæ accedent. Quibus conuenient collutiones ex aqua mulſa, in qua ficus aridæ, & hyſſopus bullierint, calida. Foris verò imponetur emplaſtrum ex caricis, farina ſeminis lini, & melle, aut fiat ex farina fœnugræci, cum decocto caricarum, radicis althææ, & melle. Facta verò ſuppuratione, lingua aperto ore inſtrumento ad id accommodato, deprimatur, & ferro tumor ſecetur, niſi ſponte erumpat. Educto pure fient oris collutiones ex mulſa, & ad finem roſarum & lentium decoctum miſcebimus. Experimentum autem docuit tõſillarum tumores ceſſare compreſſione & perſtrictione paulò ſupra brachiale facta in externa brachij parte, id verò prodeſt reuulſionis ratione. Linum verò ex purpura marina, quo illaqueato viperæ collo ſtrangulata fuerit, ſi collo & tonſillis alligetur, earundem partium morbis medebitur, teſte Galen.lib.6. de Simplic.medic.facult. cap. de Peonia. & Plinio lib.30. natu. hiſtor. cap.5. & Paulo in huius morbi curatione. Nos lino vtimur coco tincto, & viperæ caput collo laborantis, eodem appendimus, ita vt carnem tangat, atque id prodeſſe miro modo experimento nouimus.

Tonſilla.

Tonſillarum inflammatarum curatio.

Tonſillarum ſuppuratio.

Experimentum populare.

De oris fœtore.

CAPVT VI.

Foetor oris oritur quandoque à putredine vlcerum oris, aut dentium, & gingiuarum eroſione, qui curari debet eorum curatione, quæ dicta eſt, tenere autem decet interim in ore cinnamomum, aut caryophyllos, & eorum decocto os colluere: coquantur autem in vino. Oritur autem malum à pulmonis vlcere, aut humorum in ipſo contentorum putredine nonnunquam, quo tempore pulmo curandus, & quæ prædiximus in ore tenenda, ac acetum in quo bullierint cinnamomum, caryophylli, & macer, aut nux ipſa aromatica, cum foliis lauri, cum myrrha, aut hæc in vino albo bulliant, & eo colluant os. Oritur quandoque malum à ventriculo, vbi corrupti aliqui humores contineantur, indicant id inappetẽtia, ructus fœtidi, & quandoque ſitis. Hos autem præaſſumpto aceto mulſo cum aqua fœniculi, aut amaraci decocto, purgare conuenit, hiera diacolocynthidos, aut pilulis de hiera, deinde ſeptem aut pluribus diebus continuis ieiuno ventre bibere ſyrupum ex ſucco malorum anethinorum cum ſaccaro, aut ex ſucco malorum perſicorum cum ſaccaro: id enim efficit oris odorem, aut ſyrupum de mentha compoſitum ſi frigiditas acceſſerit, aut frigidorum humorũ corruptio, quibus zingiber conditum conuenit, pauco vino albo ſuperbibito, aut mala perſica areſecta, quæ Hiſpanis oreiones dicuntur, in vino macerata, prima menſa edantur, & os ſæpe colluant vino in quo zingiber, cinnamomum & caryophylli bullierint. Alimenta horum ſint boni ſucci, & quæ facilè coquantur. Somnus diurnus damnatur, & lactis vſus atque ouorum, præſertim ſi oleo frigantur. Potus ſit vinum album odorum, aut aqua cinnamomi.

Fœtor oris.

Curatio fœtoris oris à ventriculo.

Sunt

Sunt quibus optimum faciat oris odorem pytum, aut pomum recens, poſtrema menſa, vino ſuperbibito.

De gargareonis inflammatione.

CAPVT VII.

Gargareon. QVid gargareon appellet Galen. ipſe nos docuit lib. 6. de Compoſitione medic. per locos, dicens: Carnoſa quædam particula, in ſumma oris parte ſuſpenſa apparet, ſi quis toto ore latiſſimè adaperto linguam deprimat. Hæc caruncula à veteribus Græcis duobus nuncupatur nominibus γαργαρεὼν, & κίων, hoc eſt gargareon, & columna. His poſteriores medici ferè omnes non ita, ſed κιονίδα, hoc eſt columellam, ipſam nominant. Ex Paulo verò lib. 6. Pars ipſa gargareon dicitur, cùm prorogatur columella, cùm verò ima eius pars craſſeſcit ad vuæ ſimilitudinem σταφυλὴ, hoc eſt vua, dicitur. Si verò membranæ iuxta gargareonem afficiantur, veluti veſperrilionum alæ apparent, appellat id malum Areteus lorum: cùm autem columna in tenuem deſinit membranam, craſpon, hoc eſt montis radicem, nominat, ſed frequentiùs accidit gargareonem inflammari, ob calidos humores ſanguini mixtos, in ipſum decumbentes à capite, qua parte alimentum gargareoni defertur, quàm vuam fieri. Hanc inflammationem oſtendunt dolor, rubor, tumor, calor partis, & difficultas deglutiendi: febris autem magna ex parte ſequitur. *Victus gargareoni inflammato.* Victus quod ad alimenta attinet, ſit ea liquidis cibis, vt amygdalato, & hordei cremore, & ius pulli cum hordeo elixi, aut lactuca, aut portulaca conuenit. Potus ſit decoctum prunorum paſſorum, aut aqua hordei, aut radicis dulcis. Quieſcant, dormiant ſuper latus capite leuato plus humeris, ventrem mollem ſeruabunt, & frictionibus vtentur. Curationem à ſanguin. miſſ. incipere oportet, ſecta vena externa cubiti, ſed partiatur quantitas. In fœminis verò retentis menſibus, venam malleoli interioris ſecamus. Purgamus deinde corpus electuario indo diluto in decocto prunorum, vuarum paſſarum ſine vinaceis & radicis dulcis, & medicamentis localibus vtimur. Incipiente tamen inflammatione repellimus, pro fluxionis copia & impetu. In repellendo verò inflammationem generalia dogmata curationis ſeruamus, primò repellentes, deinde repellentibus medicamentis immiſcentes diſcutientia, parua quantitate in augmento, maiori in ſummo vigore, in quo repellentia ferè nulla erunt, ſed aut erunt diſſoluentia, morbo tendente in diſſolutionem, aut ſuppuratoria, ſi eò tendat morbus. Vbi igitur fluxio non fuerit valida, ac valde copioſa, ſatisfacient repulſionis ratione, diamoron gargarizatum, aut in cochleari applicitum, aut ſuccus mali punici parum acidi expreſſi cum cortice, cuius vnc. 4. pulueris roſarum & radicis dulcis vtriuſque drach. 1. miſceantur. Aut ciperi, myrrhæ, acaciæ ſingulorum drac. 2. miſce, & in cochleari cum decocto palmularum admoueantur, aut gargarizentur, aut idem cum ſucco cotoneorum, aut pampinorum vitis, aut eorundem, corticúmve internorum radicum mori fiat. Quibus omnibus modicè tangi ac minimè comprimi debet gargareon. Valentiora remedia ſunt galla, thus opſoniorum, rhus ſyriacum, ſiue coriarium, cortices malorum punicorum, aut ribes, aut prunorum immaturorum ſuccus, & balauſtium, & cortices glandium, quorum quædam in pulueris formam, aut cum diamoron admouentur, quædam decocto ad tertiam. Fit autem vt nonnunquam gargareon & partes proximæ, ex validè adſtringentium vſu exaſperentur, ac perinde decocto balauſtiorum, roſarum, & myrthi admiſcemus tragacanthum, aut ſuccũ radicis dulcis, aut lac & amylum gargarizandum damus. Morbo verò iam ad ſummum vigorem tendente, corpore vacuato, & vbi opus fuerit purgato, medicamento diamoron miſcemus ciperi, & maceris decoctum, aut origani decoctum, cum croco & roſis. In declinatione verò colluent os & gargarizabunt hoc decocto, origani foliorum pugillũ. ℞. maceris, ciperi, myrrhæ, ſingulorum vnc. ſem. radicis dulcis vnc. 1. bulliãt in lib. 3. aquæ ad conſumptionem quartæ partis, reſiduum coletur, & colaturæ adde mellis vnc. 3. fiat aqua mulſa. Si tamen gargareon prorogetur, & fiat columella, ea medicamenta vacuato corpore pro humoris peccantis ratione valent, quæ ad incipientes eiuſdem inflammationes valere diximus. Si tamen morbus prorogetur, & rubor & inflãmatio ceſſant, ſed gargareon extenuatur ſumma parte: infima verò ad vuæ ſpeciem craſſior fit, & appendet, decet manum admouere curationi, ea Hippo. ſententia lib. 3. progn. quam nos tranſtulimus, & latè eo loco enarrauimus. *Gargareonis prorogati curatio.* *Vua ſectio.* Pars itaque illa quæ vuam refert abſcindenda, nec tamen radicitus ſecandus gargareon, ne inde aër inſpiratus pulmonem validè refrigeret. Arte verò partem eam ſecare Paulus probè docet, vbi ſangui. miſſ. purgatio, & topica remedia non proſunt. Imminet autem docente experimento, ſuffocationis periculum. At verò citra inflammationem (ne inde ſanguinis fluxus ſequatur) manus opera curari debent. Quæ igitur contractæ ſunt (inquit) rotundæ, non oblongæ, cruentæ, vel ſubnigræ, non attingi ſcalpello debent. Tenues autem oblongæ & per ſumma graciles, mutis caudæ modo remiſſæ, ſanguinolentę non admodum, ſed albicantes, eæ curandæ ſunt: hæ ſiquidem protinus inflammationa liberantur: id verò ex vna præceditur, quod naturæ modum excedit. Rurſus inquit, Itaque figuratus ægrotus in ſedili contra ſolis lumen, iubetur magnum hiare, deinde volſella, aut forfice quod ſuperuacuum eſt prehenſum, inferiorique parti adductum, ſcalpello vuis, aut ſuturis accommodato præcidimus: inde quæ in vaſorum ſectione dicta ſunt, agemus. Conueniet ſanè hæmorragiæ præuidere, adſtringentibus medicamentis, qualia ad incipientes inflammationes gargareonis dicta ſunt, quæ apponi debent, aut gargarizari.

De Angina.

CAPVT VIII.

ANgina Græcè κυνάγχη apud Hippocr. *Angina.* teſte Galen. lib. 4. de Locis patien. cap. 5. omnis affectus appellatur, qui in faucium, aut gutturis partibus exiſtens, quoquo modo reſpirationem reddit deteriorem. Inualuit autem vſus vocum apud medicos, ac 4. eius differentias ex loco diſtinctas, 4. nominibus nuncuparunt: nam ea inflammatio quæ in muſculis internis gutturis conſiſtit, appellatur κυνάγχη: ea verò quæ in exterioribus παρακυνάγχη, ea quidem quæ in faucium internis muſculis fit συνάγχη, quæ in externis παρασυνάγχη, vox vtique Latina ac Græca, à Græco verbo deſumpta eſt, nempe ἄγχω, quod

Digitized by Google

quod ſtrangulo ſignificat, ab eo quòd morbus ſtrangulat, ac ſuffocat. Vno tamen nomine comprehenſas tres ſpecies anginæ percutrit Hippoc. lib. 3. Prognoſtic. magnitudine periculi eas ſeparans, atque inquit: Anginæ autem grauiſſimæ ſunt & celerrimè intertmunt, quæcunque nihil conſpicuum faciunt in faucibus, neque in ceruice. Plurimum verò dolorem inferont, atque orthopnœam. Hæ enim eodem die ſtrangulant, & ſecundo, & tertio, & quarto: quæcunque verò dolorem alioqui alteri ſimilem inferunt, attolluntur autem, ac in faucibus ruborem efficiunt, valde quidem lethales, cæterùm præcedentibus diuturniores, ſi magnus fiat rubor: quibus verò fauces & ceruix ſimul rubent, hæ ſunt diuturniores, & maximè ex ipſis liberantur, quibus ceruix & pectus ruborem traxerint, niſi ſacer ignis intrò recurrat. Hoc loco tres ſpecies ordine periculi tradit Hippocr. & ſigna refert quibus cognoſcentur.

Cauſa anginæ. Cùm igitur inflammationes ſint, omnes ex affluenti ſanguine fient, aut ſolo, aut alteri humori calido, aut frigido, craſſo, aut tenui mixto, etſi mediatas cauſas multaa habere poſſint, quæ ſoleât ſanguinem augere, ac ipſum in eum locum transferre.

Anginarum ſigna. Species deprehendantor: nam vbi inflammatio in gutture exiſtit, cum magno dolore & difficili reſpiratione, ita vt orthopnœa accedat, difficilè quoque deglutiunt, ita vt potum quandoqoe ad nares vertant, & nihil conſpicuum fecerit in faucibus aut ceruice, ea erit in prima ſpecie, cui febris accedit

Quid guttur, quid fauces. conſentiente corde, magna ex parte. Appellamus tamen guttur, ſummam partem aſperæ pulmonis arteriæ, & fauces, partes quæ interiacent gutturi & gulæ. Cùm verò dolor magnus eſt, difficultas tamen reſpirationis non adeò magna, quoniam ſe oſtendit inflammatio in faucibus non parua, ſigna ſunt ſecundæ ſpeciei, cui febris quandoque accedit, ſolet autem ad ſeptimum, aut quartumdecimum diem finiri. At cùm in faucibus & ceruice rubor adeſt, minor erit difficultas ſpirandi, ac minus periculum: hæc eſt tertia ſpecies, cui quartam adiunxiſſe videtur Hippocr. cùm dixit: & maximè ex eis liberantur, quibus ceruix & pectus ruborem traxerint, niſi ſacer ignis intrò recurrat. Id enim nobia videntibus contigit aliquando, vt recurrente eryſipelare ad pulmonem periret æger. Sed ſi velis, hanc cum tertia annumerabis, & difficultate reſpirationis, & doloris vehementia periculi magnitudinem conicies. Nec tamen prætermittenda eſt quarta ſpecies anginæ, cuius Hippoc. meminit lib. 2. de Morb. popul. parte ſecunda, dicens: Erant autem anginoſorum affectiones hæ: Colli verticula intrò vergebat, quibuſdam amplius, quibuſdam prope, & collum forinſecus conſpicuam cauitatem intrò habebat, & hac parte ad tactum dolebat. Erat autem & cuidam infra os dentis appellatum, non ſimiliter acuta, quibuſdam conſpicua maiore circunferentia. Eius quoque meminit Aphoriſm. 35. Sectio. 4. dicens: Si à febre habito collum peruertitur, & vix poſſit deuorare, ſine vllo tumore, lethale eſt. De hac anginæ ſpecie ſcire decet & lethalem eſſe, & à ſiccitare fieri poſſe. Ex his verò quæ inflammatione fiunt, vt Gal. docet lib. 4. de Locis patientibus, quędam fiunt vertebris in latus conuerſis, quas paralyſis ſequitur, ex quibua ſuperueniente febre, neminem fuiſſe liberatum refert Hippocrat. Ex his tamen quibus vertebra ad anteriora conuellebatur, neminem vidit mortuum.

Morituros non oportet curare. Priores ſunt quos Paulus admonet non eſſe curandos, tanquam curationem non recipientes. Sunt etenim iure irridendi qui ſumma imperitia, atque ignorantia eorum quæ præſentia ſunt, nedum futurorum, artem infamare non veriti, morituris remedia anginæ procurant, ſalute omnimodo deſperata, qualis ea eſt de qua Galen. lib. 11. de Methud. med. inquit: In his quorum ſalus omnino deſperata eſt, imprudentis conſilij fuerit apud vulgus infamare præſidia, quæ multis fuere ſaluti. *Nota.* Præterea ſecunda Sectio. Aphoriſm. Comment. 29. deploratos (inquit) non oportet curare. Preterea cùm artis ſcopus ſit ſanitas, ſi ſalutem deſperatam habes, dicas ô impudentiſſime, quò tendit hæc tua remediorum copia? quis eſt tibi agendi ſcopus? qua vteris methodo, quibua artis præceptis, quave incedis? Nullo ſanè ordine iactaris, & furore correptus es. Quid igitur (dices) in omnino deſperata ſalute agendum eſt? victus ſanè inſtituendus, venter leniendus, ſomnus opportunus procurandus, dolores demolcendi, & mors futura pronuntianda. Idque ſeruandum quod Celſus lib. 5. cap. 26. dixit: Eſt enim prudentis hominis, primùm eum qui ſeruari non poteſt, non attingere, nec ſubire ſpem eius, vt occiſi, quem ſors ipſius peremit. At verò qui artem medicam perfricta fronte infamare non dubitant, indigni ſunt artificis nomine, quos iam diu Aſclepiadarum chorus cum dedecore excluſit.

Anginæ victus. Victus eorum qui angina laborant, quantum ad cibos attinet, in diuerſis ſpeciebus diuerſus eſſe debet, nam cùm prima ſpecies autore Hippocr. intra quartum diem ſoleat ſtrangulare, decet cum virium conſtantia hominem, vt in exactè peracutis morbis ſumma inedia ſeruare, aut aquam mulſam ſolam eidem præbere, aut viribus expoſcentibus, hordei ſuccum ab hordeo elixo intumeſcente expreſſum, cum pauco aceto & ſaccaro. Aliis autem ſpeciebua, conſtante facultate prædictus hordei ſuccus, aut etiam pulli ius: inclinantibus verò & faciliùs deglutientibus, vitelli ouorum ſorbiles, cum ſaccaro, aut amylum in iure pulli cum pauco aceto, & ſaccaro, & offa panis ſæpe in aqua lota ad idem valet, aut in iure pulli madeat & molleſcat. Quo tempore potus erit aqua hordei, aut decoctum prunorum, in vigore & declinatione potus non ſit valde frigid. Somno vtentor breui, & crurum frictione, & ligaturis brachiorum, & crurum reuulſionis ratione, & mollibus clyſteribus, niſi ob aliorum remediorum maiorum defectum, ægro non ferente eadem opus fuerit acrioribus vti, quorum plura habentur ſuprà ad lethargum ſcripta.

Anginæ curatio. Tota curationis ratio continetur ſanguinis miſſione, & quandoque leni purgatione, cucurbitulis, repulſione, coctione, & extractione, ac diſſolutione, aut ſuppuratione. Ab initio itaque, vbi vires conſentiant, ſanguis mittendus, ſecta vena externa cubiti, aut ipſa non apparente, media, aut in fœminis, præſertim quibus menſes ſuppreſſi ſunt, ea quæ in interno eſt malleolo. Decet autem ſanguinem impartiri, & ſectionem repetere, ne ægri animo linquant, atque deinde refrigerato ægro, ſanguis ad pulmonem ex faucibus traducatur, & periculum incurabile fiat, vt inquit Aëtius. Non fiat tamen anguſta venæ apertio, ne ſanguis percoletur, & craſſior, qui hanc efficit affectionem, relinquatur. Decet tamen ne vena diutius perfricetur, ne interim animo linquant. Secabis itaque venam externam dextri brachij, & tranſactis horis duodecim, ſecabis eam quæ in ſiniſtro, niſi malum ad alterum inclinet latus: tunc enim ſemper eiuſdem lateris venam ſecabis, ac repetes tertiò, ac quartò, ſi opus fuerit, miſſionem ſanguinis. Deinde venas ſub lingua ſecabimus, & ſi opus fuerit eodem die ex Alexandro. Parum autem comprimes ceruicem

faſcia,

Digitized by Google

faſcia, vt venas eminere facias. Cucurbitulæ deinde cum ſcarificatione mento adhibendæ, ſi fauces morbus vexaoerit: ſi verò ſolum guttur, ceruici affigentur. Si lingua inflammatur ac prominet, ipſa quoque ſcarificanda, extrema vinciantur, & valde fricétor. Si craſſa pituita abundare videatur, acetum mulſum bibant bis in die, & ſequenti præparato humore, corpus purgetur electuario iodo, aut diaphœnicon io decocto prunorum, & radicis dulcis, id tamen eadem die ex Alexandri præcepto. Nos verò præparationem ſpectamos. Quòd ſi in ventre tantùm excrementa abundare videantur, ſi in infima parte fuerint, clyſteribus educentur, ſi in ſuprema, caſia fiſtularis in decocto radicis dulcis, prunorum, vuarum paſſatum ſine vinaceis bibenda, ſit autem medullæ eius vnc. 1. hæc vbi deglutire valeāt, vtilia ſunt. Deinde repellentia medicamenta ex vſu erunt, quæ nulla venenoſa natura participent, ne ſi quidpiam deglotiatur, lethale ſit, quorum primum locum habet diamoron, optimè à Galen. compoſitum, aut loco eius medicamentum diacarion, hoc eſt ex nucibus, fit autem ex ſucco corticum earum & melle, ſucci partibus quinque, mellis parte vna, quæ tam diu lento igne bulliant, donec mellis craſſitodinem conſequantur. Idque præſtantius putat Galen. quàm medicamentum diamoron. Vtroque autem vti poteris toto morbo: in principio namque dum opus eſt omnino repellere, coiois eorum admiſcebis adſtringentia, veluti ſi inter conficiendum medicamentum, quinque librarum ſocci, adderes mala ponica duo, contuſa, non expreſſa, quæ non integram maturitatem eſſent aſſequuta, ſed propè. Decet autem repellere, ſed noo in extremo, ne partes exaſperentur, & valde comprimantur, & humorem in pulmonem exprimant. Quòd ſi eidem ſimplici, dum paratur, crocum & myrrham admiſceas, vigori vtile erit, ad coctionē, & diſcuſſionem, cum adſtrictione, addentur autem, vt Paolus docet libro ſeptimo, in compoſito diamoron, ſuccus vuæ acerbæ, & alumen. In declinatione verò ſi origanum, hyſſopum, pulegium, aut thymum miſceas, diſcuties quod reliquum eſt, ſic etiam ſi poſt confectionem miſceas ſulphur, aut alumen. Tendente autem morbo in ſuppurationem, crocus, & caricarum decoctum valebunt. Medicamentum ad anginas incipientes, diacarion vnc. 6. decocti balauſtiorum & roſarum voc. 4. gargarizetur. Aliud, diamoron vnc. 6. decocti balauſtiorum, & roſarum, aut decocti rbus vnc. 4. Deinde morbo tendente io ſummum vigorem, aut vbi non fuerit angina in prima ſpecie, gargariſma fiet ex medicamento diamoron, aut diacarion, cum croco & aqua plantaginis inſtillaritia, aot decocto roſarum, aut ipſum ſolum medicamentum admouebitur. In ſtatu verò fiet gargariſma ſeqoens, diamoron vnc. 6. decocti croci, & myrrhæ vnc. 5. bullient autem croci, & myrrhæ vtrioſque drachm. 1. in lib. 1. aquæ ad conſomptionem medietatis. Morbo tamen ad inclinationem tendente, myrrhæ plus addes decocto. Quòd ſi inter conficiendum medicamentum myrrham & crocum admiſceas, compoſitum diamoron efficies, & optimum erit. In declinatione verò medicamenti diacorion vnc. 2. decocti origani & hyſſopi voc. 8. aut diamoron compoſiti vnc. 10. decocti pulegij & hyſſopi lib. 1. ſemis, aut etiam aqua mulſa ex decocto origani, & hyſſopi gargarixetur, aot pauco alumine addito, aut fiat gargariſma ex decocto hyſſopi, origani, & radicis dolcis, cui addes ſapæ quartam partem, aut ex aqua mulſa ex decocto gentianæ, hyſſopi, calaminthæ, & iridis. Tendente

Angina curanda ordo.

morbo in ſuppurationem gargariſma fiat ex decocto caricarum, aut aqoa mulſa ex decocto caricarum. Rumpitur inflammatio, porro guttori immiſſo, aut ſcalpello, ſi appareat io faucibus rupta aqua mulſa gargarizanda: ad finem verò cum mulſa & roſarum decocto. Exterius lanæ ſuccidæ collo circumuoluantur oleo camemelino madefactæ, aut oleo irino, aut etiam admixta axungia gallinæ, aut empiaſtrom ex farina ſeminis lini & fœnugræci elixis in oleo camemelino & anethino, admoueantur. Areteus emplaſtra repellentia exterius admouet, vt palmulas, & oleum ex oliuis immaturis. Inflammatione præterea in ſtatu exiſtente, aut inclinante, diſſolutionis ratione ſtercus canis, qui biduo ante ſolis oſſibos nutritus fuerit, cum melle illinendum, neque enim fœtore participat, nec nauſeam concitat: diſcutit aotem optimè, ſic etiam ſi pulvis eius ſolus admoueatur. Valet ad idem ſtercus pueri lopinis notriti. Pullus quoque hirundinis vſtus in vaſe fictili, & in puluerem redactus. Is cinis admotus ioflammationem diſcutit ac ſiccat, & perſanat. Syluestrem autem hirundinē præcipit Aëtios. Apud nos tamen hirundines omnes domi nidificant: ſed quæ in præcipitiis habitant & præruptis locis, à nobis appellantur auiones. Valent ad idem cinis centaurij minoris, cum melle, & puluis myrrhæ, & iridis cum melle.

Stercus canis.

Cinis hirundinis.

De his qui ſtrangulationem effugiunt.

Quidam ſtrangulationem effogiunt, aut collo ſuſpenſi, aut aqua immerſi, aut in loco iotraoſpirabili prauo vapore, aut fumo pleno cōcloſi. Si igitur collo ſuſpendūtur, ſoluto laqoeo cogendi ſunt, vt acetum cum pipere deglutiant, aot pulegium tritum & leuigatum cum aceto molſo, & penna oleo madefacta procurandum vt vomant, & collum lana circundandom in oleo calenti infuſa, ſit autem irinum. Hippocr. verò Aphoriſm. 43. Sectione ſecunda inquit: Strangulati, ac diſſoluti nondum mortui, non referuntur, quibus ſpuma circa os fuerit. Non tamen in vniuerſum verum habere ſentētiam exiſtimandum, vt Galen. in Comment. aſſerit, nam nonnolli viſi ſunt liberati, ac nos tres vidimus liberatos, qui eòm ſtrangulationem paterentur, ſpumam ore mittebaot. Vnus eorum ſe collo ſuſpendit, cui amici laqueum ſubitò abſciderunt, & vixit, bibito aceto mulſo cum pipere, per hæc enim extinctus calor reſtituitur. Duo alij ſentinas, & cœnoſos puteos mundantes, præ fœtore ſtrangulati ſpumam mittebant ab ore, quos ſocij qui ei muneri miniſtrabant, extra puteos demortuos, & ferè extinctos eduxerunt. Erat ſanè affectus hic apoplexia, facta corruptione ſpiritus animalis impletis cerebri ventribus fœtido vapore ſpiritum corrumpente. Ego verò ambos ſanitati reſtitui, alterum bibito aceto, & pipere, alterum bibito aceto, & pulegij ſicci puluere, adhibitis quoque naribus bonis odoribus, ex ambra, & moſcho, quæ ſi ad manum non fuerint, ſatisfaciet odor polegij, aot thymi. Qui verò immerſi io aqua ſuffocationis periculum poſt multam aquam bibitam effugerunt, veluti ex naufragio, eam imprimis vomere debent, ſurſom conuerſis pedibus, capite deorſum, ac cogendi ſunt, niſi ipſam ſponte vomant, pennæ, aot digitorum in os immiſſione, & venter manibus roborandus, & comprimendus, & poſt vomitum, caro gallinæ, aut pulli eſui paretur, cum melle & pipere: parum autem bibent, idque vinum meracius. Euenit quoque ſtrangulationis alius modus non ventilato calore

Strangulatorum curatio.

Explicatur Hippocrat.

Aqua immerſi & naufragium paſſi curantur.

Fumus carbonum. cordis, nec refecto animali ſpiritu. Vidi enim non paucos qui in cubiculo concluſi cum carbonibus nuper accenſis, cœnam vomuerunt, cum magna mentis turbatione, & ſyncope: quorum quidam ſtatim obierunt antequam aut ipſi, aut medici mali conſcij fierent. Alios inueni adhuc vomentes, qui apertis feneſtris & ianuis, ſolo aëris libero ingreſſu, & reſpiratione eius, fuere liberati, quibuſdam febris remanſit ceſſante ſymptomate, quibuſdam verò capitis dolor, qui ſponte deinde ceſſauit, aut appoſito roſaceo.

De ſpinis deuoratis, tonſillis, aut œſophago, aut gutturi, aut aſperæ arteriæ infixis.

Spinarum euulſio. Si ſpinæ faucibus aut tonſillis figantur, adaperto ore inſpiciendum: quòd ſi conſpici poſſint, forcipe extrahi debent, ſi promineant, (hoc inſtrumentum ab officio Græci appellant ἀκανθοβόλον) ſi verò non prominent, liquidis alimentis vtantur, & aqua mulſa, & offa panis oleo madefacta: tonſillis autem & collo lana oleo imbuta obuoluenda, ſuppurabitur enim pars, ac deinde ſpina ſecedet. Quòd ſi decidat aliquid in guttur, aut aſperam arteriam, tuſſis prouocanda acidis ſenſim deuoratis, aut lingendo ſumptis, & ſternutatio moueatur pinnis naribus inditis: ſic enim excludetur. Si verò in œſophago quidpiam tale infigatur, caricæ non ſatis comminutæ deuorandæ, aut offa panis craſſior, aut ſpongia magnitudinis nucis magnæ illita reſina terebinthina filo valido probè liganda ac deuoranda, poſtea verò filo extrahenda: idem facere ſolemus carnis crudæ portiuncula ſimili modo ligata ac deuorata. Sic enim fit vt ſpina, aut os, aut acicola infixa trahantur.

De morbis partium thoracis.

SECTIO VI.

De tuſſi.

CAPVT I.

Tuſſis. TVſſis ſymptoma eſt ad animalem attinens facultatem, quæ loco mouet, excitatum à cauſa præter naturam, inſtrumenta reſpirationi ſeruientia moleſtante. Peccat autem contentione actio, atque ea ratione læſa eſt, ſiquidem eſt expiratio contentioſa ad mouendum, & iuſto vehementior. Huius ſymptomatis cauſæ ſunt aut morbi, aut *Tuſſis cauſæ.* morbificæ cauſæ. Morbi ſunt frigida intemperies, aut ſicca, aut aſperitas gutturis & aſperæ arteriæ. Cauſæ morbificæ ſunt fluxiones à capite deſcendentes in guttur & aſperam arteriam, obſtruentes & grauantes pulmonem, vt in pulmonia, aut mordentes guttur, aſperam arteriam, & thoracis membranas, vt in phthiſi, & morbo laterali. Tuſſim quoque excitat ventriculi repletio, aut acres ſucci in eodem contenti, aut corrupti cibi mordentes os ventriculi, & œſophagum, conſentiunt enim morſui & repletioni inſtrumenta reſpirationis compreſſa, aut condolentia, & commorſa. Lumbrici quoque ea ratione ſtomachum infeſtantes tuſſiculas paruas excitant, autore Aëtio, & experimento atteſtante. Iecur verò ac lien cùm inflammantur, aut ſcirrhoſi fiunt, ſeptum tranſuerſum comprimunt, ſicuti & aqua in aſcite: inde verò per conſenſum tuſſicula excitatur: conſtat autem ſi vel granum milij in guttur, aut aſperam arteriam inciderit, validiſſimam tuſſim excitari, nullo morbo præſente. Si tuſſis à frigiditate oriatur, facilè agno- *Tuſſis ſigna & curatio.* ſcetur, quoniam non erit magna, nec per eam excernetur aliquid mentione dignum, & frequens inſpiratio eis nocebit, præſertim frigidi aëris. Retenta verò reſpiratio, & aëris calidi inſpiratio manifeſtè iuuant. Huius tuſſis meminit Hippoc. lib. 6. de Morb. popul. par. 2. Sect. 21. atque inquit. Quapropter & ante nares veſtimentum quidam apponentes reſpirant, tuſſes acerbari experti, cum vniuerſim frigidus externus aër partes tum exaſperatas, tum refrigeratas contigerit, ſiti nulla vexantur, apud Hippocrat. ibidem. Quibus victus conueniet ex his quæ calefaciant, & mel ac piper cum carnibus & iuribus miſceant, vinum autem bibent, aut radicis dulcis, aut prunorum decoctum. Eos quoque in calida domo collocabimus, & naribus admouebimus ſtyracem, aut moſchum, aut ambram, aut flores camemeli, aut betonicæ altilis, & ceruicem, collum, ac thoracem lanis fouebimus, infuſis in oleo anethino, & irino: lingendum autem dabimus ſuccum radicis dulcis, aut eius ſyrupum, aut ſapam, aut mel deſpumatum, cum puluere ireos, qui recipiet mellis deſpumati vnc. 6. pulueris radicis dulcis drach. 1. ſem. Si tamen à ſicca intemperie tuſſis excitetur, in qua nihil excernitur, & cauſæ areſacientes præceſſerunt, vt febres, & æſtus, puluis, & fumus, guttur & aſperam arteriã linire ac humectare conuenit tragacantho madefacto in decocto capillorum veneris, aut oleo amygdalarum dulcium cum ſaccaro, aut ſucco radicis dulcis, aut penidiis, aut butyro vaccino ſæpe loto, addito ſaccaro. Hæc autem & alia quæ in arteriã aſperam & pulmonem tranſcolari volumus, lingendo ſumi debent, parum ad poſteriora inclinante capite, & laxatis faucibus, & ore modicè aperto: ſunt autem hæc omnia arte- *Arteriacorum medicamentorũ aſſumptio.* riaca appellata medicamenta à Galen. valent quàm maximè pilulæ bechicæ hoc modo compoſitæ, ſaccari albiſſimi & ſucci radicis dulcis, vtriuſque drach. 8. amylli, tragacanthi, amygdalarum dulcium, ſingulorum drach. 4. cum mucilagine ſeminis malorum cotoncorum, formentur pilulæ, quarum vnam ore teneat. Potus erit vinum dulce, aut decoctum radicis dulcis. Tuſſis autẽ quæ ab acri oritur diſtil- *Tuſſis ab acri diſtillatione.* latione, agnoſcitur quoniam æger morſum & acredinem ſentit in gutture, & tuſſi nihil ferè excernitur, tenuitate flatum circumfugiens: quòd ſi quidpiã excernatur, id tenue erit, præſertim inter initia. His conuenient alimenta refrigerantia, boni ſucci. Potus verò aqua hordei, aut prunorum decoctum. Quies conueniet, ac ſomnus moderatus, parum leuato capite. Deinde corpus purgabimus pilulis ſine quibus, & medicamentis vtemur incraſſantibus ac refrigerantibus, qualis eſt ſyrupus de iuiuba, & de papauere, & ſyrupus violaceus, ſyrupus de nymphæa. Ego ſanè quandoque ſolo ex aqua frigida gargariſmate compeſcui acrem in guttur fluxionem, & validiſſimam tuſſim inde exortam, in quem vſum proderit aqua plantaginis inſtillatitia, aut ſuccus eiuſdem, aut ex diamoron gargariſmata, & potus aquæ calidæ dormituris. Valet etiam ad hoſce humores acres obtundendos, ac incraſſandos, diatragacanthum, in tabellarum forma. Si verò à craſſis humoribus guttur, aſperam arteriam, pulmonem, aut thoracem impleri, & tuſſim concitari contingat, attenuantibus vti decet, ſiquidem quæ flatus impulſu trudi debẽt, craſſitudine, & tenuitate moderata eſſe oportet. Sunt autem quæ lingendo ſumuntur,

Digitized by Google

ſumuntur,ſyrupus de dulci radice,quam Græci glycyrrbizam vocant,aut ſuccus eiuſdem, aut acetum mulſum,cum ſyrupo capillorum veneris pari menſura mixtus. Verùm tamen ſi copia eorundem in toto corpore adfuerit, purgari debet, prius parato corpore, aceto mulſo, aut aqua mulſa ex decocto origani (ſi fœmina fuerit laborans) & deinde purgetur electuario diaphœnicon, diluto in decocto prunorum, & radicis dulcis. Sed non decet exiſtimare,vt quidam ex Salmanticenſibus medicis putabat, humores in cauitatibus thoracis,aut pulmonis contentos, aut membranis immerſos extra venas, purgari poſſe viribus expurgantium medicamentorum, nam hi nullatenus ad venas à medicamento trahentur. Quod tamen vidimus nonnullos tumores quorum Hipp. quoque meminit in prognoſticis, repentè euaneſcere, id non fit quoniam humores extra venas ad eaſdem recipiuntur,ſed quoniam tumores non tantùm ex humoribus qui extra venas ſunt,molem aſſequuntur,verum etiam ex his qui in venis minutis carni inſeruntur, euenire putandum: hos autem cõtingit intrò recurrere,& medicamentorum viribus trahi. A purgatione verò rurſus medicaméta lingenda quæ humores craſſos attenuent, & lentos diſſecent,de quibus eſt ſyrupus cap. vene. & ſapæ vnc.6. pulueris radicis iridis drachm.1.pul. foliorum origani drachm.2.penidiorum drach.ſem. miſce. Valet ad idem diaircos in tabellis cum ſaccaro.Præterea eclegma ex nucleis pini,atque eclegma ſanum & expertum. Valentes quoque vires habent ſyrupus de calamintha, & ſyrupus de praſſio, ſiue marrubio. Valent quoque caricæ aſſæ cum puluere origani. Aut confice pilulas bechicas, quæ recipiant amygdalarum mundatarum, nucleorum pini,vtrinſque drach.2. ſucci radicis iridis drac.1.s. cum ſapa fiant pilulæ, quarum vnam in ore teneat. Tuſſis tamen quæ oritur à lumbricis, iecore, aut liene, aut ventriculo, propriam partis habet curationem.

De aſthmate ſiue ſuſpirio.

CAPVT II.

COgimur ſæpe aliorum ſententias in hoc opus transferre, aut ob eorum auctoritatem, quæ poſſit noſtra confirmare placita, aut quoniam vſus vocum,& earundem ſignificationes ab his qui nos ætate præceſſerunt, mutuandæ ſunt, neque eſt cur vereamur quæ alij dixerunt, quandoque repetere: non enim nos prædeceſſoribus, ſed ipſi nobis iniurij fuerunt, qui ante nos noſtra dixerunt. Id verò quod ab initio huius curatiuæ partis artis fecimus, inuiolatum ad finem vſque ſeruabimus, nonnulla referentes eorum quæ ab antiquis bene dicta ſunt, reſcindentes, quæ aut modò parari non poſſint, aut vbi parentur moleſta, & ſupra humanas vires viſa fuerint, addentes multa à nobis probata, cognita & paratu facillima, ſerie à generalioribus & maioribus remediis ſeruata. *Aſthma.* ἆσθμα quidem vox Græca, ſuſpirium Latinis dicitur, & ἀσθματικοὶ ſuſpirioſi, de quibus Paulus hunc in modum ſcriptum reliquit: Eos qui ſine febre frequenter reſpirant, quemadmodum hi qui celeri curſu fuere agitati,à ſymptomate, aſthmaticos appellant. Eoſdem tamen ab eo quòd rectam ſeruant ceruicem, ſuffocationem timentes, appellant orthopnoicos. Difficultas autem reſpirationis commune ſymptoma eſt, has & plures alias conſequens paſſiones. Tres itaque expoſuit voces, aſthma, orthopnœa, & dyſpnœa, hoc eſt difficultas reſpirandi. Aſthma ſine febre fit, quæ propriè talis eſt, cùm autem humores qui morbum faciunt putreſcere cœperint, febrem efficiunt, atque tunc aſthma, paſſionem appellamus: morbus verò abſceſſus ſpeciem ſeruat. Recta autem ceruice reſpirare, in angina accidit, & pulmonia, & empiemate, & aſthmate. Cauſa huius morbi eſt craſſus humor ac lentus *Aſthmatis cauſa.* pulmonis arteriis infarctus, ſiue ibidem ſenſim congeſtus fuerit,ſiue ab aliis partibus,à capite præſertim effluxerit, aut crudum tuberculum. Impleto autem loco quem aër inſpiratus refrigerij ratione ſubire ſolebat, paucus trahetur, ſed frequenter, atque erit magna hæc reſpiratio, non ſimpliciter, ſed quæ ab Hippocr. ſublimis appellatur, quoniam per omnes thoracis muſculos exercetur. Cùm à *Aſthmatis ſigna.* craſſis humoribus fit, ac lentis, febris non adeſt, ſed grauitas in partibus thoracis, morbus diutinus fit, ac per interualla repetens,dum videlicet humor fuerit aceruatus. At verò ſi ad ſpeciem abſceſſus fiat, febris accedit, & putredo humoribus ineſt, & grauitas minor: hunc affectum præcedere ſolent diſtillationes à capite, acres, ſalſæ, & mordentes, oris & faucium vlcera,& eroſiones,& ſigna diſtillationis antecedunt, ſiquidem hæc repentè ſano homini euenit, ſine febre. In vero autem aſthmate quamuis ſæpius congerantur lenti & craſſi humores, quandoque eorundem à capite defluxus antecedit, omnibus autem cum ſonitu fit contentioſa inſpiratio, niſi à crudo tuberculo fiat: tunc enim difficilis reſpiratio accedet morbo inualeſcente, cum contentione ſpirant, ſed parum aëris trahunt, neque exufflant, vt inquit Galen. quarto libro de Locis pat. cap. octauo, ſentiunt pondus in thorace, reſpirant ſine ſibilo, aut ſonitu,& pus aliquando ſuppurato tumore ſpuunt. Galen. nonnunquam grandini ſimilia ſpui refert libro quarto de Locis pat. Alexander verò libro quinto cap. quarto verum calculum excretum vidiſſe refert. Victus *Aſthmaticorum victus.* propriè aſthmaticis conueniens, ex attenuantibus, calefacientibus, & diſſecantibus eſſe debet. Aër calidus erit, minimè frigidus, aut nebuloſus, hyeme itaque à lecto ſurgent, & domum exibunt, non ante tertiam horam. Alimenta ſint, ius pulli cum ciceribus elixi, & amygdalatum cum melle, quod etiam amygdalas nonnullas amaras recipiat, & ouorum vitelli, & carnes auium elixæ, nam aſſæ ſputum retinent, apparantur autem optimè cum melle, ſinapi quoque conuenit, cum carnibus. Potus erit aqua mulſa, aut vinum, ſit autem largus, vt validius humectet, & fluere faciat ſputum (aliàs craſſum) autore Aëtio. Qui verò tuberculum patiuntur parum bibent, exercitatio parua conuenit. Exufflent validè, flammam ignis ventilantes, aut carbones, acrioribus vtantur clyſteribus & erecto capite dormiant, non ſic vbi à diſtillatione morbus oriatur: iram maximè vitent. Curatio à ſanguinis *Aſthmaticorum curatio.* miſſione incipit, vbi multus ſanguis redundauerit, ſecta vena cubiti interna: verùm rarò ſanguinis miſſionem conuenire inuenies. Mulier quædam quadragenaria ſuppreſſis menſibus aſthmate laborauit, quam ſecta in malleolo vena curaui. Diſtillatio à capite in pulmonem, ab initio repellenda gargariſmatis: & deinde iam fluxum ad excreationem parare. Expedit autem humorem in corpore pituitoſum ad purgationem parare: nam qui in pulmone & aſperis arteriis continetur, ſolo educetur ſputo. Parabitur autem aqua mulſa, bibita bis in

Digitized by Google

dic,quantitate vnc. xiij. præſertim ſi ex origani decocto conficiatur, in quem vſum acetum mulſum accommodatur,quod non valde acidum eſſe debet, ne ſputum reddat magis viſcidum,autore Hippocr. lib. 3. de Rati. vict. acu. ſectione 26. Purgabitur autem corpus electuario diaphœnicon,diluto in aqua mulſa, in hunc modum compoſitis, electuarij diaphœnicon drach. v. dilue in vnc. vj. aquæ mulſæ ex origani decocto. Caſſiam fiſtulam verò nónunquam cum ſaccaro ad boli formam deuorare, aut dilutam in aqua mulſa,bibere expediet: nam ventrem mollit, & thoracem ac pulmonem lenit. Hæc quoque præſeruationis gratia conuenient. Pectori verò admouendum oleum irinum cum hapſolanæ,aut laurinum,cum axungia gallinæ, & anatis, aut fiat emplaſtrum quod recipiat caricas vj. farinæ loliaceæ vnc.s. cachryos drach. ij. mellis quantum ſatis eſt. Ad idem emplaſtrú filij Zachariæ, aut olei laurini, olei anethini, axungiæ gallinæ, ſingulorum vnc. j. ceræ vnc. ſem. fiat vnguentum, vrticis quoque pectus cædendum, aut ſcilla excorticata fricandum, deinde oleo leniendum calido, cùm ruborem traxerit. Rurſus acetum mulſum ſcylliticum accommodatur, aut lingendo ſument, mellis deſpumati vnc. iiij. ſucci ſcillæ drachm. j. ſem. pulueris iridis, & calaminthæ vtriuſque drach. j. Aut aqua mulſa hoc modo paretur, origani, calaminthæ vtriuſque manipulum j. radicis iridis vnc. ſem. piperis ſcrup. j. ariſtolochiæ, ſeminis vrticæ, vtriuſque drach. ij. bulliant in libris tribus aquæ ad conſumptionem quartæ partis, colaturæ adde mellis vncias quatuor, fiat aqua mulſa: looch verò de ſcilla, & looch de caulibus, quæ elegmata appellant, præſtantiſſima ſunt, ſi manè, & dormituris ſumantur, & ſyrupus de radice dulci, de praſſio, ac de hyſſopo, & acetum mulſum cum decocto origani & hyſſopi, nigella quoque aut in decoctis, aut cum melle in elegmatis miſcenda. Quòd ſi morbus abſceſſus rationem habuerit, & putreſcentes humores ex pulmone excernantur, Galen. lib. 4. de Locis pat. cap. vltim. eos qui abſceſſu ſimilem diſpoſitionem patiuntur, curare docet theriaca, athanaſia, & bonis odoribus: erunt autem hi moſchus, ambra, ſtyrax, & ſimilia. Alexander verò hanc curationem damnat libro 5. cap. 4. tum quòd neminem ſanitati reſtituerit Galen. vt ipſe fatetur, qui omnes eos periiſſe dixit, tum quòd refrigerantia contrarietate prodeſſe poſſunt, ac curationem complere. At verò Alexandri curatio rationi conſonat, & experimento, ſed Galen. medendi meth. nobis optima videtur. Quòd enim ex illis nemo liberatus fuerit, nihil refert, ea morbis enim adeò periculoſis plures moriuntur. Proficit autem curandi ratio apud Galen. quoniam quæ exſiccant valde ſupprimunt putredinem, & odorata animalem & vitalem ſpiritum reficiunt, qui à putridis fumis extinguitur. Quòd tamen ſicca magis frigidis impediant ne putredo ſerpat, experimentum docet: nam caro putredini proxima, ſi aſſetur parum, & modicè areſcat, diutius ſine putredine ſeruatur. Præterea longè magis impedit putredinem ſiccitas quàm frigiditas: nam diutius ſeruantur carnes ſalitæ æſtate, ob ſiccitatem, quam eædem non ſalitæ hyberno tēpore ob frigiditatem. Hæc itaque duo aſſerimus, curationem Gal. eſſe vtilem, & methodicá, quamuis Alexandri damnanda non ſit, quæ per ſe valet. Tum etiam exſiccantia, putredinem magis quàm refrigerantia inhibere. Tuberculum autem durum ſi fieri poſſit ſuppurari debet, & vti ſuſpirium ex abſceſſu curati, quod ſi ſuppurari nequeat, remediis ad id accommodatis, vt caricis cum aqua mulſa vtemur.

Acetum mulſum aſthmaticis prodeſt.

Alexander contra Gal.

Siccitas longè magis impedit putredinem quàm frigiditas.

Tota victus ratio ſimilis eſſe debet ei quæ ad ſuſpirioſos ex craſſis & lentis humoribus ſcripta eſt, vt docet Galenus lib. 4. de Locis pat. ad finem.

De peripneumonia.

CAPVT III.

PEripneumonia, quæ Latinis pulmonia dicitur, pulmonis inflammatio eſt cum acuta febre. Oritur malum poſt alios morbos, vt poſt longam diſtillationem in pulmonem irruentem, aut poſt anginam, aut pleuritidem, humore in pulmonem tranſlato. Agnoſcitur malum his notis, in thorace pondus ſentit æger, & vbi morbus membranam vexat, dolorem quoque, & febrem cótinuam patietur, cum magno thoracis ardore, inſpirandi difficultate, ſpiritus autem calidus & exufflando mittitur, quem frigidum ſpirare cupiunt, & ab eo magis quàm à frigidæ potu recreantur, facies rubet, & quadantenus intumeſcunt maxillæ, & prominét oculi, & cornea in pinguedinem langueſcit, id non quidem incipiente morbo, ſed iam finiente, & pernicioſo, naſus verò depreſſior apparet: ſputum cohibetur ad initia præſertim: nam procedente tempore ſi non ſpuant, inter ſigna mala recenſebitur. Morbus autem ſolet ad 7. diem iudicari. Si verò ardor vehementior fuerit, & aëris frigidi appetitus magnus, & ſitis, & lingua ſcabra, aut nigra, & non adeò magna grauitas, totius corporis æſtus, morbus eryſipelatis naturam ſeruat: ſi tamen præter hæc quæ paſſionem indicant, ſputum procedente morbo poſt 4. diem non appareat, aut id viride, liuidum, aut nigrum, aut bilioſum, ſyncerum, aut ſpumoſum, extrema frigeant, liueant, vngues curuentur, & vigiliæ accedant, & quandoque ſyncope, hæc omnia lethalia ſunt: ſed fit quandoque, vt magna aliqua ſuperueniente vacuatione à natura liberentur, & ſuppurata inflammatione viſa eſt per vrinam purgata, autore Galen. lib. 6. de Locis pati. Victus peripneumonicorum pertenuis eſſe debet, vti cremor hordei, amygdalatum ex dulcibus & amaris, aut etiam ptiſana hordeacea cum origano eam expetentibus viribus, aut etiam inclinante morbo, quo tempore ius pulli præbebimus, aut amygdalatum, cum melle, aut amylum & nuclei pini ſaccaro conditi conueniunt: potus ſit paucus ea aqua hordei. Frictionibus vtentur, & lenibus clyſteribus. Aër qui inſpiratur frigidus ſit, non valde, ne impediatur humoris in aſperas arterias tranſfuſio: ſomnus moderatus procurabitur. In curatione Paulus docet ſang. non eſſe mittendum, quando allum morbú ſequitur, præſertim ſi ſanguis in præcedenti miſſus fuit, aut diutius in eo fuerunt ſtatu. Nos ſanè ob aliquá harum duarum cauſarum non mittemus ſang. verùm ſi primis ſtatim diebus conſtante facult. non miſſo ſang. ex laterali, aut angina pulmonia fiat, ſang. miſſio conueniet, in aliis autem pro ipſa clyſteribus vtemur acribus. Si verò ſano homini peripneumonia ſuperueniat, curationem à ſang. miſſio. incipiemus, ſecta vena interna cubiti dextri, deinde ea quæ in ſiniſtro ferentibus viribus, non tamen ad animi deliquium, ne ſtranguletur æger, & vt alias, ſi conueniant ferre poſſit. Deinde cucurbitulas admouebimus thoraci, & lateribus plures ſcarificatus, quibus linimenta, & emplaſtra apponentur, ex oleo irino, aut laurino, aut fiat emplaſtrum quod recipiat butyri, medullæ ceruinæ

Peripneumoniæ curatio.

vtriuſque

vtriuſque vnc.j. ſem. ceræ, & reſinæ terebinthinæ vtriuſque drachm.ij.œſypi vnc.s. iridis ſiccæ drac.j. Alitd, œſypi, olei irini, butyri vaccini, ſingulorum vnc. ij. farinæ loliaceæ, farinæ hordei, vtriuſque vnc.ſem. liogendo autem accipier, ſyrupum radicis dulcis, ſyrupum de calamintha aut mel deſpumatum cum puluere iridis, mellis nempe vnc.ij. iridis drac.j. aut aquam mulſam bibet ex decocto hyſſopi, aut diatragacanthum in tabellis, aut inclinante morbo, medicameotum diaridis in tabellis.

De ſputo ſanguinis.

CAPVT IV.

Sanguin. ſputum.

SAnguinis ſputum Græcis αἱμοπτύη appellatur, euenit tamẽ non aliter quàm aliæ ſanguiois emanationes. Manat nãque ſanguis è venis, aut ruptis, quæ diſpoſitio ῥῆξις dicitur, aut ob apertionem orificiorum venarũ, quam appellant ἀναστόμωσιν, aut ob vaſorum exeſionem, quam dicunt ἀνάβρωσιν, aut διάβρωσιν. Fit ruptura vaſorum, vulnere, ictu, caſu, conatu, ſaltu, vociferatione, aut plenitudine, vſu calidorum, dicente Hippocr.8. Aphoriſm. ſect. Calidũ vbi quiſque eo ſæpius vtatur, hæc mala affert, carnium effœminationem, neruorum inconrioentiam, mentis torporem, profluuia ſanguinis, animi deliquia hæc, ad quæ mors. Frigiditas qooque venas rumpit, autore Hippocr. lib.6. de Morb. pop. part.3. Aperiuntur ora vaſorum humectatione, ob frequens balneum, & cibos humectantes, & otium, ad quod accedit ſanguinis copia, aut eiuſdem tenuitas & ſeroſitas. Exeſione verò manat ſanguis vbi diſtillatio acris, & mordax & ſalſa partem aliquam diutius moleſtauerit: præterea ſi intra venam acres ſucci cootioeantur, apertis oſculis venarum ſaoguis ſeroſus manat ruptis venis multus, & putus, ab eroſione paucus, ſed proceſſu tẽporis aliquando fit, vt ſubitò multus erumpat, ſed hi ioterim pus expuont, interim verò ſanguinem. Hæc de paſſione. Particula verò patiens ſic agnoſcetur: Sanguinis namque ſputum aliquando procedit à capite, deſcendente ſangoine in os, & palatum, nonnuuquam à faucibus, quibus accedit κέγχρος, ſonitus quidam qui concitatur faucibus ad exereationem commotis. Nomen verò apud Iones à milio tractum eſt, quod κέγχρον appellant. Per hunc namque affactum aſpera quædam milij modo parua in faucibus ſeotiuntur. Aut procedit ab ore & gingiuis ſimplici ſcreatiooe: hæ omnes αἱμοῤῥαγίαι appellantur. Aut vomitione à ventriculo, aut gula, aut tuſſi, à partibus thoracis, pulmonis, & aſperæ arteriæ, appellantur ab Areteo ἀναγωγαί. Notis verò quæ ſequuntur ſingulas partes laborantes, agnoſces: nam ſi quis ſimplici ſpuitione ſanguioem ſine tuſſi, ſine vomitu, ſine labore excernat, ab ore, faucibus, aut gurgulione procedere notum eſt. Si verò vomitiooe excernatur, paocus admodum erit è gula, multus autem è ventriculo, quandoque ex iecore, aut liene in ventrem delatus vomitus, quod indicant intermiſſiones: adde quòd iecur aut lieo aotè granatũ, leuius redditur. Si verò ſanguis emungatur ex intimis naribus, & culatorio io os ductus, à capite ortum habet. At verò ſi tuſſi excernatur, diſtinguere ac ſcrutari huiuſcemodi oportet: nam cùm à capite ſanguis delabitur in guttur, tuſſi excernetur, ſed non ab inſtrumentis reſpirationis. Præterea tuſſi excernitur ſanguis, à pulmone, & thorace, à pulmone in pulmonia, aut rupto pulmonis vaſe, à thorace ſi in ipſum ſanguis effundatur, & in morbo laterali. Quòd ſi leui tuſſicula ſanguis ſpuatur, atque ea pertinaci, cum titillatione palati ſanguis à capite in guttur diſtillat, præſertim ſi aliquando per nares deſcendat, aut emungendo ad os trahatur, accedat ad eius dignotionem, ſi nullum dolorem, aut grauitatem in partibus thoracis ſenſerint, neque ex alto pectore tuſſis educatur, & ſi caput aliàs cum grauitate, tenſione, & rubore exiſtens ſanguinis expulſione leuetur. Quandoque tamen ſeroſus ſanguis ſpuitur à partibus capitis, & palati, vbi ſanguiſuga colatorio, aut ioternis naribus hæſerit, cui ſcreationi tuſſis quoque accedit, ſanguine in guttur delapſo, ſanguiſuga quoque ventriculo hærens aliquando ſeroſum ſanguinem expui vomitione fecit. Sed ſanguis à ventriculo excretus ſi ex iecore & aliis mẽbris in ipſum delatus fuerit, craſſus, globoſus & niger erit. Qui verò ob ſanguiſugam, ſemper aquoſus & tenuis. Sed omnis qui à ventriculo aut gula procedit, vomitu reiicitur. At verò ſi cum excernitur ſanguis tuſſi, tenuis fuerit & ſpumoſus, ſine dolore, à pulmone exit: accedit ad id, ſi portio aliqua pulmonis ſimul tuſſi excernatur, vt broncus, aut vaſis membrana, aut caruncula: id quod fieri videmus rupto vaſe, aut exeſo, ſputum autem ſanguinis à thorace agnoſcemus craſſitudine & nigredioe, & quoniam dolore partes ipſæ vexantur magis quàm pulmo. Io morbo verò laterali ſanguis ſpuitur, ſed notus ipſe morbus eſt. Diſtingues præterea an à veoa, ao ab arteria ſanguis maoet, quoniam ſanguis è vena craſſior, & nigrior eſt, & facilè coocreſcit, & vena ipſa agglotinatur: cùm verò ex arteria manat, tenuior eſt, & flauior, & tardiùs concreſcit, & difficiliùs curatur. Ex his nota euadet particula, atq; ipſa particulæ paſſio. Nos impræſentiarum trademus primò curationem ſputi ſang. à capite, deinde eius qui procedit à partibus oris, deinde eius qui procedit à vẽtriculo, deinde eius qui à pulmone, & thorace. Cùm igitur ſanguis à capite ſpuitur, ſi multus in capite abundauerit, aut etiam in toto corpore, ſecanda eſt vena externa cubiti, & per interualla ſanguis ducendus, & narium emunctione procurandum, vt per eaſdem educatur, ſuccus autem plantaginis gargarizandus, aut in ore tenendus, aut decoctum roſarum & balauſtiorum frigidum: calida enim fluxiooem augebunt, & vbi opus fuerit, perſeuerante malo per nares ſorbeatur ſuccus plantaginis, ita vt deinde per os excernatur: ſi tamen pus ſimul cum ſanguine exeat, aqua mulſa ſorbenda per nares, & ablutione præcedente atque emundatione, ſucco plantaginis ventur. Victus eiſdem erit, caro pulli perdicis, aut turturis aſſa, potus autem aqua pluuialis. Cum ſanguis ab ore manauerit, faucibus, palato & gurgulione, quod agnoſcetor, quoniam excernitur cum κέγχρῳ, conuenient oris collutiones ex decocto balauſtiorum, aut roſarum, aut ſucci plãtagiois ſatisfacient, validius autem eſt decoctum rhus. Cùm ſanguis è ventriculo vomitione reiicitur, ſi à capite diſtillauerit, caput curandum, & fluxio ſiſtenda, & ſyrupus acetoſus bibendus, ne quid concretum in ventre remaneat. Si tamen craſſus fuerit ſanguis, & è partibus iecoris & venarum io ventrem delatus, pauco cibo & parum adſtringente vtentur, oon actu frigido, nec valde refrigerante, vt carne pulli, aut perdicis aſſa, aut elixa cum malis cotoneis, aut lentibus, aut lẽtes ipſæ excorticatæ cum aceto ferculo ſacto, & oryza cum iure carnis. Potus ſit aqua pluoialis, aut chalybeata, nempe in qua chalybs ignitus fuerit aliquoties extioctus. Quòd ſi ſanguis in

Curatio ſputi ſanguin. à capite.

Sputi ſanguis à ventre curatio.

veotre concreſcat, praua admodum adfert ſymptomata, & animi deliquia, quibus accommodatur acetum mulſum, aot theriaca io aqua mulſa, aot acetum mulſum cum decocto pulegij, aut ſatoreiæ, aut coaguli leporis ſcrup. j. in aceto mulſo, aut decocto ſatureiæ. Si tamen copioſè ex partibua adiacentibus ſanguis in ventrem confluat, & vires conſtent, ſanguis mittendus eſt, ſecta vena interna cubiti: Aëtius tamen ex Archigene venam externam ſecare præcipit, ſi ſangois à iecore in ventrem coocedat: ſi tamen à liene deferatur, quód lienis morbi oſtendent & tumores, venam qoæ inter annularem digitum & mioimum eſt in ſioiſtra manu.

Sputi ſang. à pulmone curatio.

Prodeſt quoque aſſidua crurom & brachiorum frictio, vbi ſanguis ex pulmone reiiciatur, quod tuſſi fieri videmus: aot fiet ob diſtillationem à capite in pulmonem, qoæ cùm acris fuerit & ſalſa, diutius perſeuerauerit, pulmonem dilaniat. Aut fiet ob nimiam frigiditatem, quæ conſtringit validè pulmoois arterias: has verò deinde diſrompi cogit diſteotio thoracis: quæ enim dura ſunt, ſi contentioſè diſtendantur, omnino rumpentor. Fit autem nonnuuquam vt ob ſanguinis copiam, cooatum, vociferationem, aut validam tuſſim, & ſimiles caoſas, vena aliqua pulmonis rumpatur: hæc tamen mala ordine curare docebimus.

Sputum ſang. ex diſtillatione.

Si diſtillatio acris non valde cauſa fuerit, ſanguis mittendos eſt ſecta vena externa cubiti per interualla, pro virium conſtantia, & crura, brachia & vniuerſum corpus præter caput frificandum, calido aliquo oleo vnctis manibus, ligare quoque extrema membra conueniet, & acribus vti clyſteribus, & infuſio rhabarbari, aut decoctum myrobalanorum, aut etiam electuarium de ſucco roſarum in poru præbendum, ac venter leois ſeruaodus. Siſtenda autem fluxio eſt gargariſmate ex decocto roſarum & foliorum myrthi. Galen. verò præcepit capiti abraſo ſoperponendom emplaſtrum ex ſtercore ſylueſtrium columbarum, quod poſt boras tres tollendum eſt, & calido pileo caput tegendum, dormituro tamen theriaca potui exhibeatur: noo ſit autem antiqua, nec valde recens, ſed quatuor ante menſibus coofecta, vt Galen. lib. 5. de Meth. med. docuit: tuoc enim opij facultatem habet valentem.

Alexãder aduerſus Galen.

Alexander autem lib. 7. cap. 1. hanc Galen. ſententiam damnat, oam in calidis fluxionibus non oporter cum ſtercore columbioo, & tapſia calefacere, ſed porios refrigerare capot roſaceo, aqua aut oxyrrhodino, ſi tamen recrementa acria abuodauerint, ea commodis medicamentis porgare, & vti collutiooibus oris ex alterci radice, ſolano, roſis, & ſemperuiuo. Nos ſanè vtramque curationem experti ſumus vtilem eſſe, medicameota namqoe calida trahentia exterius, fluxionem in pulmouem ſiſtunt: proficiunt aotem ex accidenti, frigida verò per ſe catarrhom refrigeraotia attemperant, & iocraſſatione retinent. Theriaca tamen quæ à Galen. exhibetur non calefacit maoifeſtè. Cibus aotem auſterus præbendua, vt lentis ferculum cum aceto, quale nobia præcipientibus ad dyſentericos, parare noſtis. Sequeoti aotem die frictionibus vtantur, deinde quieſcant, & theriacam bibant dormituri: tertio verò die mel deſpumatom lingant, ad excretionem eius quod in pulmone relictum eſt, & frictionibus dictis vtantor, cibus ſit amygdalatom, amylum, priſaoa hordeacea, ius polli eum lentibus, aot pullos cum malis cotoneis elixerut, & ios ſorbendum dabitur, licebit quoque alas edere, & aquam chalybeatam, aut plooialem bibere. Verùm ſi valde acris fuerit fluxio ſanguin. miſſione prætermiſſa, altis vtemur auxiliis, quæ dicta ſunt. Galen. lib. 5. de Meth. med. vlcera pulmonis a ſalſa fluxioue orta inſanabilia affirmat, quoniam is ſuccos longo tempore ad correctiooem eget: interim verò ſi exſiccantibus vtamur callum inſanabilem qooque contraher pars, ſi verò non, interim putredo ſerpet & pulmooem putrefacier. Eiſdem tamen conducent purgatio, medicamènta ſtuporem indocentia, & capitis præſidia dicta & ſanguin. miſſ. vbi is abundare videatur. Præterea lactis potus. Si verò medicus intellexerit ob frigiditatem pulmonis venas ruptas ac ſanguioem ſpui, ſanguis detrahendus eſt ſecta veua interna cubiti, bis aut ter in duobus primis diebus, reuulſionis ratione: membra verò fricanda, ac liganda. Deinde cum decocto cinnamomi, paſtilli trigionis, ſiue de tribus ſeminibus, in potu præbeantur dormituris, ponderis ſcrup. j. aot drach. ſem. aut theriaca 4. menſium, aut paulò antiquior, rurſus membra perfricaoda, & quatuor tranſactis boris tollenda, aut ſequens apponetur emplaſtrum mellis vnc. ij. galbani, & iridis vtriuſque drachm. j. aut olei laurini, & irioi, vtriuſque vnc. ij. iridis, ſtyracis, galbani, ſingulorum drachm. j. cibus erit caro pulli, aut turturis aſſa, aut trocta elixa, aot plaida, aut ſolea, aut oryza elixa in iure carnis, addito cinnamomo. Potus ſit aqoa chalybeata.

Sput. ſangui. ex vena rupt. aut eroſa.

Ad finem tameo repurgandus eſt pulmo, melle deſpumato lincto, aut aqua mulſa, ſi tamen polmonis vena, ſanguinis abondantia apertis venarum oſculis, aut eroſione ab eodem facta, aut quaois alia occaſione, rupta fuerit, collocandus erit æger in aëre temperato, in quo nec valde reſpiret, oec magoam vocem edat, ſed io omni ſilentio quieſcat, cibis vtatur adſtringentibus, vt ferculo ex leotibos, oryza cum lacte elixa, pyra edat, aut poma auſtera, cotoa, meſpila, ſorba, cotonea mala, ſed quæ fuerint auſteriora com pane edantur: licet quoque edere pullorum carnes aſſas, aut perdicum, aut turdorum, aut cichorium, aut intybum elixum cum aceto & oleo adſtringenti. Bibent autem aquam chalybeatam, aut pluuialem. Quieſcaot omnino, ſed fricentur validè, ac ligentur extrema, modicè dormiant, ventrem lenem ſeruabunt. Abſtioebunt ab omni aoimi ſymptomate, præſertim ab ira & à venere. Curatio à ſanguinis miſſione iocipiet, ſecta vena interna cubiti vtriuſqoe, ita vt ſanguis per ioterualla ducatur, reuulſionis ratione: noo tamen copioſè ducendus, ſi multus reiectus fuerit. Vbi tameo acrimonia ſanguiois acceſſerit, purgabitur corpus rhabarbaro, aut electuario de ſucco roſarum. Perſeuerante malo cucurbitula ſine ſcarificatione dextro hypochondrio affigenda, & extrema validè fricanda.

Lapis hematites.

Deinde portulaca mandenda & ſuccus deglutiendus, ſaccarum roſaceum antiquom pariter valet, aut zuccari roſacei vnc. ij. boli armeoi drachm. j. Deir. de aqua inſtillatitia plantagiois ſuperbibatur, lapidis tamen hæmaticis magna vis eſt, ſi tritos in panno lineo ſuſpendatur, in aqoa plaotaginis inſtillatitia, deinde bibatur aqua, aut in aqua plantaginis inſtillatitia duo lapides hæmatites perfricentur, donec drachmæ voius poodus in aqua diluatur: bibatur autem aqoa, aut pulueris eiuſdem accuratè leuigati drachm. j. vſque ad ſcrupul. iiij. cum prædicta aqoa aut decocto roſarum. Valent ad idem cortices mali punici, & glandiom balanſtia, ſuccus mali cotonei, aut gallæ immatoræ, & rhus, terra quoque ſamia, ſiue ſamius aſter, id idem valet cum ſocco mali coronei, aut compoſitum quod recipiat ſyrupi myrthini vnc. 6. pulueris boli armenici,

ſymphi

ſymphiti, corallorum rubeorũ ſingulorum ſcrup.ij. balauſtiorum,hæmarites,vtriuſque drach.ſem.præſtantiſſimi ſunt in hunc vſum paſtilli ea electro, non qui modò habentur in vſu, & in officinis parantur,ſed quos parat Galen.lib. 7. de compoſitione medicamentorum per locos, qoorum hæc eſt cōpoſitio, Pſyllij puti drachmæ quadraginta quinque,iridis illyricæ,maſtiches,electri ramenti, croci ſingulorum draebmæ triginta,opij drachmæ quindecim, pſyllium in aquam calidam coniectum ſiniro maectari:vbi verò glutinoſa viſcoſáqoe euaſerit aqua,eaprimito liquorem, ea hoc præparato medicamentum paſtillos conficiens, datóq; obolos tres dormituro,hoc eſt drac.ſem.ſint autem aquæ ſcatarij tres,in quibuſdam eaemplaribus habetur,macerato pſyllium per tres dies, deinde coquito donec ter ebullierit,poſtea ab igne mo:ueto,rurſúſque per tres dies ſinito, atque tunc liquor ad medicamenti confectionem ſeparatur. Hoc medicamento vſus, quàm plurimos breol admodum curaui. Quædam namque fœmina 25. annorum magnam copiam ſanguinis non paucis diebus reiecit,cui ſanguinem miſi,& hoc bibito medicamento,duobus diebus in aqua plantaginis,hora ſomni,integrè fuit liberata. Altera ſeaagenaria intra duorum dierum ſpatiom ſupra quatuor ſanguinis libras reiecit, hæc ſemel tantùm bibito medicamento hora ſomni, liberata eſt,quam ſequenti die interrogaui,noo paocis præſentibus eorum qui nobiſcum ægrotos frequentabant, an ſanguinem poſt medicamentum epotum reiectaſſet,quæ inquit,nec ſaliuam ſanè reieci,adeò impetum ſpuendi coërcere valuit id porteorum quod mihi propinaſtis.Nec expedit modò innumeros alios referre nephriticos, ſangoinem mingentes,& dyſentericos,veluti miraculosè curatos prædicti medicamẽti potione,ante ſomnum.Valet pręterea ſuccus plantaginis, ac ſuccus ſanguinariæ ſi trium vnciarum menſura bibatur.Decet auté prius corpus vacuare, & reuellere ab initio, ne interim pulmo inflammetur, & deinde neceſſum ſit ſuppurationem & mundificationem præcedere vlceris conſolidationem : nam præter id quòd difficilè ſaneſcunt, callũ cōtrahit vlcus,quod deinde diſrumpitur ob leues occaſiones,aut vociferationem, aut ſaltum,aot vehementem reſpirationem,aut tuſſim, reditque ſanguinis ſputum.Thoraci quoqne ſuperponere expedit emplaſtra ea vino auſtero,cum puluere ſymphiti, ſanguinis draconis, ſucco poligonij. Aliud qood recipit ſucci cotoneorum, ſocci plantaginis, vini auſteri, aut ex decocto foliorum myrrhi,ſingulorum vnc.iij.pulueris corallorum rubeorum,balauſtiorum, boli armenici ſingulorum drac. j. Quòd ſi æſtas fuerit,& citra tuſſim validam ſanguis reiiciatur,& fuerit corpusægri validum & bene habitum,recipiet ſucci plantaginis vnc. vj. aceti vnciam j. pulueris corallorum rubeorum, & ſymphiti vtriuſqoe drach.j.ſem.hæc ſpongia ea cipientor ea Aërio, priora lana. Valet etiam oleum myrthinum cum puluere myrthi & roſarum.

Paſtilli ex electr.

De laterali morbo.

CAPVT V.

MORBVS lateralis πλευρῖτις Græcis dicitur, atque ampla voce omnem lateris dolorem comprehendit, ſiue is à flatu, ſiue ab homore fiat, & in membrana ſubcingente coſtas,ſiue in carne & muſculis coſtis ſuperiacentibus. Hinc notæ eruot eius morbi differentiæ : nam quidam eſt verus & exquiſitos, quidam nothus, verus eſt, inflammatio membranæ coſtas ſubcingentis, qoam appellant ὑπεζωκότα, & quidam ad clauiculam & iugulum extenditur, quidam ad hypochondria deſcendit. Spurius autem eſt qui à flatu oritot interceluſo, vel qui quamuis ab humore fiat, muſculos occupat intercoſtales, aut carnem ſuperiacentem. Notæ veri & exquiſiti morbi lateralis ſuot, dolor lateris pungenti ſimilis, difficilis reſpiratio, febris continua ex conſenſu orta,toſſis,& pulſus ſerratus. Dolor ſanè excitatur ab inflammatione, quæ vera phlegmone eſt, atque morbus ipſe lateralis : hæc enim eſt morbi eſſentia:loci autem naturam ſequitur, vt dolor punctorius ſit, quoniam membranæ patiuntur,ac perinde ſequitur vt ſuperiores,aut inferiores partes eidem conſentiant,difficilis reſpiratio lateralem morbum ſequitur, & plures alios qui partes ad thoracem attinentes moleſtant, ſed in laterali volentes magnitudinem inſpirationis cohibemus, quoniam per magnas ſit vt comprimatur pars laborans,& vehementius doleat.Continua febris omnibus acutis morbis,qui propriè tales ſunt, eſt communis : huic verò, ob loci propinquitatem, conſentiente corde. Tuſſis conciratur, natura conante quæ moleſtant pellere. Pulſus autem ſerratus, durus nempe & in vno ictu inæqualis ſub diuerſis digitis ſit ob duritiẽ arteriæ,& vſum auctum, ob qoem facultas conatur ipſam arteriam diſtendere,retinente duritie, hinc autem ſequitur vt pluribus in locis veluti confracta, ſpeciem ſerræ referat. Prædicta ſunt huios morbi pathognomonica ſigna. Hęc ſignorũ congeries morbum omnino docet, ſed ſine aliquo eorum conſiſtere poteſt. Cùm morbus hic inter initia eſt, tuſſi nihil excernitor, aut id parum & crudum,tenue & aquoſum, deinde parum coctum,deinde probè coctum in ſummo vigore, in declinatione tamen coctum quidem, ſed quantitate minus. Quando igitur ſputum excernitur,ex colore docet Gal. lib.5.de Locis patien. cap. a.& 6.lib.de Morb.popu. part.3.comment.ſectionis quæ incipit : ob inclinationem humoris peccantis naturam agnoſcere : nempe an ſanguis inflammationem efficiens ſit purus; nam apparebit ſputum rubrum, ſi bilis copioſa fuerit miſta, flauum,ſi pituita, album & ſpumoſum, ſi melancholia, nigricans.Sunt præterea ſigna quædam ſalutis, aut mortis, in quibus coctionis notas comprehendimus, quorum veluti propria ſunt quæ ab ſputo ſumuntur,de quibus multa ab Hippo.lib.2.de Progno. dicta ſunt, & à nobis abundè expoſita, non pauca quoque Galen.tradidit lib.1. de Criſibus. Si igitor primis tribus diebus morbi ſine labore, aut multa tuſſi ſputum coctum reiiciatur, ſaluberrimus morbus eſt: eſt autem coctum quod flauum valde commiſtum ſputo habet,& qood album eſt, non glutinoſum, nec globoſum, nec valde ſpumoſum : nam hæc mala ſunt, veluti & nigrum, vel liuidum, vel viride, vel ſyncerum, vel coloribus variegatom.& quod tardè ſpuitur, & magnam infert tuſſim. Eſt enim de numero morborum acutorum qui quartodecimo die finiontur, ac decet in his coctionis notas apparere breui, nempe quarto,aut ſeptimo. aut vndecimo die : nam autore Hippo.qui morbo laterali laborantes quatuordecim diebus non repurgantur,in ſuppurationem vertontur. Facilè quoque reſpirare,parum dolere,aut ſine dolore eſſe,dormire, conſtare mente, bene ſe habere ad oblationes, bonus accubitus,bona ſunt. Qood ſi morbus is ad ſuppurationem tendat, febris maior quàm antè

Lateralis morbi notæ.

fiet,& rigor accedet, & pro dolore pondus: ſed de empyemate deinceps dicemus. Illud tamen Galen. admonuit inter peſſima huius morbi ſigna lib. 4.de Præſagit. ex pulſibus dicens:Ac maximum ſane indicium exitialis pleuritidis eſt,ſi pulſus ſit magnopere durus, itaque paruus etiam, & ob ambo hæc, calorémque creberrimus. Cognoſces tamen dolorem à flatu fieri, quoniam diſtendit,ſed non grauat, & tuſſi nihil excernitur,febris non adiungitur, niſi ob aliam cauſam adſuerit, & calidis ac ſiccis valde fomentis iuuantur,quibus hæc tentare Hippo.præcipit libro de Victu acutorum. Si verò in muſculis

Pleuriticorũ victum.

externis conſiſtat,agnoſcetur,quoniam tactu dolet, non tuſſit, aut ſi pauca tuſſi infeſtetur æger, nihil ſpuet, & pulſus durus non eſt. In curatione verò primum locum habebit victus inſtitutio, aërem inſpirent non frigidum,quia lędit manifeſtè. Alimentorum qualitas & quantitas variantur pro morbi vehementia, & morbi tempore, nam morbus lateralis nonnonquam adeò acutus eſt, vt æger validus cum ſolo iure lentium,aut amygdalato ad vigorem vſque perduci poſſit, morbo autem prolixiore exiſtente, manè ante meridiem accipiet ius pulli, cum mica panis, dormiturus tamen amygdalatum, cum ſaccaro. Cùm verò os madeſcit, & coctum excernitur ſputum, dolores pleuriticorum remittere incipiunt,quo tempore ius pulli cum hordeo elixi propinandum, & ſi viſum fuerit cum micis panis hora pomeridiana:noctu verò amygdalatum,aut cremor hordei, ſine priſana colata. Præterea inſtituendus eſt cibus ab initio in declinationem vnus,& ab initio vſque in vigorem minuenda quantitas. Cùm verò dolor minui incipit, augenda, & quo ſputum copioſius excernitur, ſic etiam cibi quantitas maiorandą. Potus autem ſit aqua in qua hordeum bul-

Aqua hordei non eſt flatuoſa.

lierit,quam nõ oportet flatuoſam putare,ſiqoidem flatuoſam dixit Hipp. priſanam non probè coctam. Non tamen loquutus eſt de aqua,ſiue hordei elixatione, quæ communis potus eſt. In morbo tamen pituitoſiore erit potus aqua, mulſa, aut decoctum radicis dulcis,aut prunorum:ſomnus & vigilia moderata conueniunt. Quieſcant,ſed leuibus frictionibus vtantur, ab initio tamen validioribus: ventrem clyſteribus mollem ſeruent, & vitent omnem

Pleuritidis curatio.

animi turbationem. Curationem à ſanguinis miſſione ordiri oportet, vbi ſanguinis abundantia in corpore fuerit, ita vt adhuc decumbat humor in partem, aut decurſus timeatur ex calidoru fomentorum admotione, ſecabitur autem vena interna cubiti patientis lateris, reuulſionis & vacuationis ratione,hac autem vena non apparente ſecanda erit media,aut etiam externa,ita vt nullo modo ſanguinis miſſio prętermittatur,ſiue dolor ad clauiculam, & humerum & mammam ſe extendat,ſiue ad hypochondria deſcendat, ex Galeni documentis, quamuis Hippo.2.lib.2.de Ratione vict.acutorum,in doloribus aſcendentibus pręceperit,ſangu.miſſ.in deſcendentibus purgationem. Tutius enim eſt in omnibus à ſang.miſſ. auſpicari. Impartimur magna ex parte ſang. eductionem, & bis aut ter ſanguinem mittimus, ſecta eadem interna vena, donec ſanguis colorem mutet,ita vt rubidior multo, aut pro puro rubidóque liuidus appareat. Is verò in duobus vaſis,aut tribus excipietur ad mutationem intelligendam. Colligitur autem de more in vaſis argenteis, aut ex cupro,aut ſtãno elaboratis,aut cruſtatis apud figulos antimonio,plumbo,& lithargirio, quamuis neque hæc admouere apud Hiſpanos eſt opus,quibus numquam adeò aduerſa contigit fortuna, vt coacti eſſent in terreis non cruſtatis vaſis cibos, aut fercula guſtare,aut ſanguinem colligere, quamuis Luſitanus quidam falsò affirmet,ſanguinem in peluiculis apud Hiſpanos omnes colligi, quod ego ſanè 25. annos medicinam exercens, in diuerſis Hiſpaniæ plagis,nec vidi,nec audiui. Sic autem exceptus ſanguis palam oſtendit humorem inflammationi proximum iam educi, aut etiam eum qui in venis inflammatæ partis cõtinebatur, aut indicium ſanè erit, eundem in latiores venas recurrere. Ea namque ratione ſecamus eiuſdem lateris venam, quoniam,vt inquit Gal.lib.2.de Ratione vict. acut. Comm.12. venam eam ſecare oportet,quę citiſſimè tum reuellat,tum etiam euacuet. Nos tamen ſuprà parte ſecunda de venæ ſectione in morbo laterali abundè diſputauimus, quapropter modò ſuperſedendum duximus. Si verò plenitudo non adfuerit,

Fomenta ad pleurt.

fomentis vtemur, quæ calida & ſicca flatibus diſcutiendis accommodantur, ac curant lateris dolorem flatuoſum, qualia fiunt ex milio, ſale, furfuribus,in ſacculis, ſiue marſupiis, quibus etiá accommodatur cucurbitula cum multa flamma ſine ſcarificatione. Humida verò fomenta admouebimus tentandi ratione cum Hippoc. quæ aut iuuant, aut non magnopere lædunt: iuuant autem vbi morbus vera inflammatio eſt,ſed parua ac ſine totius plenitudine,tunc enim humorem diſcutient. Sint autem fomenta, ſpongia in aqua calida infuſa & expreſſa, aut veſica plena oleo camemelino,anethino,& decocto camemeli,& meliloti,aut ſacculus fiat ex floribus camemeli, vino calenti inſperſus, aut ſimilis ex furfuribus. Eis autem,quibus ob ſang.redundantiam venam ſecare præcepimus,poſt ſectam venam conuenit cucurbitulas admouere parti dolenti cum ſcarificatione: ſemota autem cucurbitula pars ſale inſpergenda, aut linteum ſale & oleo madefactum ſuperponendum: ſequenti verò die rurſus cucurbitula eidem parti admouenda, vt ichorem ibi contentum extrahat. Hæc curatio doloribus qui in externis & intercoſtalibus muſculis conſiſtunt optima eſt, & ſtatim ab initio vbi non admodum plenum corpus fuerit. Hoc etenim auxilio innumeros ſanaui breuiſſimo tempore, qui ingentes dolores perferebant. Ad morbos autem laterales legitimos quammaximè poſt corporis vacuationem prodeſt, ſiquidem morbi cauſam aliqua ex parte detrahit, & diſcutit. In quibus autem humorem alium à ſanguine abundare intelligimus, vtimur quoque purgatione hac, Medullæ caſię fiſtulæ,& electuarij diaphœnicon vtriuſque vnc.ſem. in decocto prunorũ & radicis dulcis,quandoque etiam vtimur ſola caſia fiſtula quę emolliet ventrem & thoracem,quandoque ſolo elect.diaphœ. Parti verò laboranti admouemus exterius oleum amygdalarum dulcium cum axungia gallinæ, aut ambobus addimus œſypum: repellentia verò omnimodo vitanda ſunt. Aliud, olei amygdalarum dulcium, camemelini,& axungię gallinæ ſingulorum vnc.j.œſypi vnc.s.cerę vnc. ſem. vtimur autem vnguento ad pleuritidem optimè compoſito, quod appellant vnguentum ad pleuritidem, aut vnguentum Sabor regis: deſuper autem valde vexante dolore imponimus veſicam ſemiplenam aliquo dictorum decoctorum & oleorum. Lingenda verò damus medicamenta quæ ſputum expulſioni parent: ſed aduertere oportet an craſſum,an viſcidum, an tenue ſit:nam omni modo ad mediocritatem deduci debet: craſſum namque non cedit impulſioni, viſcidum hæret tenaciùs, & tenue circumfluit circiter flatum: craſſo itaque exiſtente ſputo ſyrupus capillorum Veneris conuenit, aut de radice dulci,aut etiam de praſſio, aut de calamintha,

laminchæ, aut aqua mulſa, prę́ſertim ex decocto origani, aut calaminthæ. Incidendi autem viſcidum ſputum vim habet acetum mulſum, non valde acidum, aut mixtum ſyrupo capillorum Veneris. Incraſſant autem ſyrupus de ziziphis, aut violaceus, aut de papauere. Contendimus autem vt breui ſputum procedat, & ad ſtatum morbus perducatur cum facili ſputo, ne morbus tranſacto die 14. ſuppuretur, ac perinde ſequatur empyema, aut etiam phthiſis. Quod ſi fieri nequeat quin ad ſuppurationem vertatur, quod ſignis præhabitis agnoſcemus, ſuppurationem adiuuabimus decocto caricarum, aut aqua mulſa ex earundem decocto, aut decoctum id cum melle ad craſſitudinem mellis deductum, & caricæ elixæ cum croco paneo, exterius admouebũtur. Iam verò rupta ſuppuratione, pus aqua mulſa educetur, in quem vſum valet eclegma ſanum & expertum, & bibet æger decoctum radicis dulcis aquæ loco, & ius carnium elixarum cum ciceribus, aut micam panis in eodem iure maceratam edet.

De empyemate, ſiue pectoris ſuppuratione.

CAPVT VI.

ἐμπυικοί.

Ἐμπυικοὶ apud Gal. lib. 2. Progn. Com. 60. omnes hi appellantur, qui pus in partibus quibuſuis corporis habent, ſiue effuſum, ſiue collectum. Magis propriè tamen, qui pus effuſum continent in pulmone, aut in cauitatibus thoracis, inter membranas & pulmonem. Omnes hos Latini ſuppuratos appellant. Suppurationes autem fiunt in laterali morbo, cùm non expurgatur 14. diebus, vt Hippo. quinta Aphoriſ. Sect. dixit: quicunque morbo laterali laborantes in 14. diebus non repurgantur in ſuppurationem vertuntur. Pulmonis quoque inflammatio, niſi facilè ſputo excernatur ſuppurabitur, præſertim ſi poſt anginam ſuccedat, dicente Hipp. loco citato Aphor. 10. Quicunque ab angina liberantur, his ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus pereunt: ſi verò hos effugerint, ſuppurantur. Suppurationes quoque frequenter ſequuntur ad ſanguinis reiectiones diutius perſeuerantes, inde quoque & tabes. Poſt diſtillationes tamen acres à capite notum eſt ſequi ſuppurationes in pulmone, & deinde nonnũquam in cauitates thoracis erumpere. Expedit autem notis diſtinguere ſuppurationem quæ incipit, & iam factam, & cum rumpi properat, & cum effuſum eſt pus in cauitates thoracis, & ſuppuratos ex longo tempore. Cognoſcemus itaque pus confici in inflammationibus ex Hippo. ſententia lib. 2. Progn. Sectio. 58. dicentis: Conſiderare autem oportet, principium ſuppurationis fore, ratiocinantes à prima die qua homo febricitauit, ſi quando rigor ipſum prehendit, & ſi dixerit in parte quę dolore vexabatur, pro dolore pondere Ipſum grauari. Hæc enim in principiis fiunt ſuppurationum. Quo in loco tres ſcribit notas incipientis ſuppurationis, nempe febrem maiorem quàm antè, & rigorem, & pondus pro dolore. & 2. Aphor. Sect. inquit: dum pus conficitur, dolores, & febres magis accidunt, quàm iam confecto pure. In Prognoſticis verò præter dicta coniicere docet tempus rupturæ, quoniam ex ſuppurationibus quædam citò, quædam etiam tardè rumpuntur. De quibus Progn. 62. inquit: Quæ verò ex eis celerius, aut tardius rumpuntur, his ſignis cognoſcere oportet, ſi dolor ab initio fiat, & difficultas reſpirandi, & tuſſis, & exſcreatio perſeueret, rupturam ſperare oportet 20. dio, & adhuc antè. Si verò dolor mitior fuerit, & reliqua omnia ſecundum rationem, in his poſterius ruptura ſperanda eſt. Præcedere autem neceſſe eſt ante puris eruptionem, dolorem, difficultatem reſpirandi, & ſcreationem. Si verò velis agnoſcere ſuppurationem nuper ruptam, id te docebit Hippocra. loco citato. Progn. 61. de Ruptis ſuppurationibus, ſiue veris ſuppurationibus, quę puris ſunt effuſiones in thoracis, aut pulmonis ſpatia, dicens: Quæcunque verò recentes ſunt, per hæc innoteſcent, & ſi quid apparuerit eorum quæ in principio fiunt, ſimul autem & ſi difficiliùs ſpirauerit homo. Rupturam itaque recentem oſtendent, pondus pro dolore, aut febris maior, & difficilior reſpiratio, & oculorum cauitas, defectus appetitus, aut tale aliquod ex his quæ antiquam puris eruptionẽ oſtendunt. Agnoſces tamen in quam eruperit partem, ex Hippo. ibidem Progn. 59. dicente: Si verò empyema in altera tantùm parte exiſtat, hos conuertere ac diſcere oportet, doleatne quidpiam in altero latere, & an alterum altero calidius ſit. Atque cubantem ſuper ſanũ latus interrogare, an videatur ſibi onus aliquod deſuper ſuſpendi. Si enim ita eſt, in quodcunque latus pondus inſit, in altero ſuppuratio eſt. Quòd ſi ſuppuratio in pulmone fiat, vtrinque rumpi poteſt, & vbi pus in pulmone effundatur, in vtrũque latus pulmonis defluere ſolet. Docet quoque Hipp. eodem lib. Progno. 60. ex longo tempore ſuppuratos, qui iam contabeſcunt, agnoſcere dicens: Huiuſmodi ſignis omnes ſuppuratos dignoſcere conuenit. Primum quidem, ſi febris non dimiſerit, ſed interdiu tenuiter afficiat, noctu verò plus: & plurimi ſuperueniunt ſudores, atque tuſſiendi cupiditas eis ineſt, & nihil excreant effatu dignum, oculi fiũt caui, malæ verò rubent, vngues manuum incuruantur, digiti incaleſcunt, & potiſſimum ſummi: in pedibus fiunt œdemata, cibos non appetunt, & phlyctænæ per corpus erumpunt. Hæc Hippocr. Si tamen omnium horum enarrationem latiorem accipere volueris, legas noſtras in lib. Progn. Hipp. expoſitiones. Qui itaque ſuppurati ſunt, cum multa tuſſi parum ſpuunt, purulentum, febrem patiuntur continuam, non magnam, & quidem hecticam, qui ex longo tempore ſupporati ſunt, difficilè ſpirant, & loquentes contremiſcunt, partes thoracis graues ſentiunt, & rupta ſuppuratione conuerſo copore pus fluctuare ſentitur, & auditur. Quibuſdam ad ſuperiora tranſmittitur ſputo, quibuſdam deſcendit ad ventrem, & quibuſdam ad renes & vrinam. Præterea Gale. lib. 4. de Locis patien. cap. 8. de ſuppuratis inquit: Sic etiam iis quibus inter thoracem pulmonémque magna puris quantitas collecta eſt, quos ſuppuratos vocant, totus thorax attollitur, ſed neque calidus eſt ipſorum ſpiritus, neque etiam exufflando mitti ſolet, niſi ardens fortaſſe febris acceſſerit: verùm ij celerrimè ſuffocãtur, tum ob affectum ipſum, tum quòd vires omnibus ſuppuratis ex neceſſitate imbecilliores redduntur: hæc eſt eorum reſpiratio. Aërem Inſpirabunt calidum parum, ſed valde ſiccum. Cibis vtentur qui facilè coquantur, & bonum præſtent ſuccum, vt pullis, gallinis, turdis, turturibus, & iure galli, aut gallinæ cum cicerib. & in cibis vtentur origano. Potus ſit aqua mulſa, aut aqua hordei cum origano, aut radicis dulcis decoctum, aut vinum album probè dilutum, in omni quiete ſeruentur, præterquàm ſi pus ad renes ſe conuertat: tunc enim leuis deambulatio puris expurgationem adiuuat. In huius morbi curatione tria hæc procuranda ſunt, primum vt pus collectum

Suppurationũ nota.

Ruptura ſup. pu. nota.

Phlyctænæ.

Suppuratorũ victus.

Suppuratorũ curatio.

collectum perficiatur, ſecundum, vt pus erumpat, tertium, vt rupta iam ſuppuratione, pus excernatur ſputo, niſi natura aliis viis excretionem moliatur. Suppuratio verò ad integritatem ducitur ſuperpoſito emplaſtro ex ficubus & melle, aut etiam terebinthina, aut ex farina fœnugræci, ſeminis lini, caricis & oleo chamemelino: deinde tameo rumpetur cum iure pulli, quod multum ſalis recipiat, aut cibus erit caro cum ſale & origano, & alliis condita, ſit autem alliorum pauca quantitas, hanc præparationem ſiue condituram Hiſpani appellant adobo, aut aquam mulſam cum ſale bibent, clamorem, aut vocem validiùs mittent. Valet ad idem hiera picra, aut hiera diacolocynthidos, cum aqua mulſa bibita, aut in forma pilulari ſumpta, & in ore retenta. Poſt puris eruptionem, ſi ad vrinam tédat, ſyrupum de quinque radicibus, ſine aceto bibat, cum decocto apij, ſi vergat in ventrem is molliendus eſt, cum aqua mulſa iniecta per clyſteria, quibus etiam caſiam fiſtulam addemus. Excernitur tamen pus frequentiùs ſputo, cuius excretionem adiuuant ſyrupos de hyſſopo, & de dulci radice, aut aqua mulſa ex hyſſopi decocto, aut mel deſpumatum cum radice iridis, & ſuccus marrubij cum melle deſpumato, & loc de pino, & loc de pulmone vulpis. Suppuratis verò extremum remedium eſt, vſtio multis in locis non penetrans thoracem: nam ſectio aut vſtio penetrans, quæ inter quintam & ſextam coſtam fit, membrana ſecta ad pus vſque mortem affert, ex Paulo lib. 6. quo loco vſtionis loca definit.

De Phthiſi, ſeu tabe.

CAPVT VII.

φθίσις. PHTHISIS, Græca vox à verbo φθείρω, hoc eſt corrumpo, aut abſumo dicta eſt, quoniam phthiſici conſumuntur, & ea ratione à Latinis morbus dictus eſt tabes, hoc eſt conſumptio: quamuis vox hæc non ſatis explicet morbum ipſum, ſed vſurpatur hac tempeſtate, ac ſignificat tam Græca quàm Latina vox pulmonis vlcus cum febre, quoniam ad ipſum homines breui contabeſcunt. Oritur id mali à diſtillatione acri à capite deſcendente pulmonem erodente, aut ſequitur pleuritidem, aut pulmoniam, quæ in ſuppurationem verſæ fuère, verùm pus non opportunè purgatum fuit, dicente Hippocrate, Quicunque ex morbo laterali ſuppurati 40. diebus non repurgantur à die qua fit eruptio, in tabem tranſeunt, & omnem venatum pulmonis rupturam, quæ tardè ad coalitum *Phthiſicorum ſigna.* ducitur. Agnoſcitur tabes ex ſputo purulento cui aliquando ſolet ſanguis miſceri, ex febre continua, quæ tendit ad naturam hecticæ, & tandem in hecticam tranſit, interdiu minore, noctu vehementiore, oculi excauantur, nares extenuantur, facies & vniuerſum corpus areſcit, genæ liueſcunt, expirationem fœtidam mittunt, cibos auerſantur, ſputum quod extuſſiunt, fœtet carbonibus iniectum, & humeri alantur, ſi verò capilli de capite effluant, aut etiam ventris profluuium accedat, lethale eſt apud Hippoc. Aphoriſm. 11. & 12. Sectio. 5. Proceſſu temporis vngues incuruantur, & phlyctænæ per corpus naſcuntur. Ex his pauci liberantur, quoniam medicamenta ad pulmonem difficilè perducuntur, & pus quod ad ſalutem excerni debet, tuſſi eget, tuſſis verò pulmonem dilaniat, præter id quòd pulmo perpetuo mouetur, quod pariter impedite valet vlceris aſſolidationem. Inſanabilis autem redditur morbus, ſicuti & omne vlcus pulmonis, ſi phlegmone teneatur, lib. 5. Method. Moriuntur autem plures ex eis autumno, quoniam is tabidis malus eſt, apud Hippocrat. Collocabitur ante omnia æger in aëre temperato ad ſiccum inclinante, in *Phthiſicorum victus.* quo quieſcet, præſertim à cibo, ſed ante ipſum ſi vires ferant, & febris valida non fuerit, licebit parum deambulare, ſomnos nocturnos procurandus, & diurnus vitandus, neque dormient ſtatim à cœna, ſed duabus horis tranſactis: ventrem lenem ſeruabunt, aut clyſteribus vtentur ex decocto maluarum, hordei & ſaccaro. Cibus ſit ptiſana hordeacea, aut puls ex hordeo cum ſaccaro, & amygdalatum, & carnes edent gallinarum, perdicum, turturum, phaſianorum, & hœdulorum lactantium: ſint autem aſſæ, niſi coctricis languorem patiantur. Ex piſcibus edent troctas, rubeculas, barbellos, plaicias aut ſoleas. Ex fructibus amygdalas, pini nucleos, vuas paſſas, piſtachis, palmulas: fiunt etiam eiſdem commodæ placentæ, ex nucleis pini, aut amygdalis cum ſaccaro, maſſapanes appellant, lac eiſdem optimum eſt humanum, deinde caprinum, deinde aſininum, deinde ouillum, ſiquidem in lacte pars eſt quæ detergat vlcus, pars quæ aſſolidet, præter id quod refrigerat & optimum præſtat alimentum: mulgetur autem ab vbere, aut capra in cubiculo intromittatur, & lac in vas calidum mulctum ſtatim bibatur antequam refrigeretur, aut ab ambiente aëre corrumpatur. A lacte tamen nec dormire, nec moueri, nec alium cibum accipere conuenit. Minimè tamen conuenit lac exhibere eis qui validè febricitant, aut diſtillationem à capite patiuntur, aut ventrem tumidum habent, aut inflammata viſcera, aut ſcirrho affecta. Potus ſit decoctum radicis dulcis, aut hordei, aut vinum aquoſum. Deuitent omnem animi turbationem & venerem. Ad curationem verò imprimis diſtillatio ſi à capite deſcendat, curanda, veluti in capite de ſputo ſanguinis diximus, donec capiti emplaſtrum ex ſtercore columbarum ſyluestrium apponamus. Verùm ceſſante ipſa, curationis ratio eadem erit, quæ in aliis ſordidis vlceribus, nempe mundificatio, & agglutinatio, & recreatio partis, ſi fieri poſſit, vbi amiſſa fuerit, ſiue calli contractio procuranda, non neglecta ea quæ à febre & conſumptione ſumitur indicatione. Habendæ itaque erunt contrariæ indicationes, & curatio impartienda: nam quæ valenter detergũt, & mundificant, calida & ſicca ſunt: hæc autem febri & cõſumptioni nocent, quę etiam agglutinant, mundificationem prohibent, quæ verò reficiunt humida ſunt & vlceribus nocua. Præterea ſi non tuſſiunt, non expuunt, ſi verò tuſſiunt, pulmonem dilaniant: in his itaque omnibus medium tenendum & remedia immiſcenda, aut vbi quædam ex eis præceſſerint, alia ſtatim ſequentur. Quamobrem vſus lactis maximus eſt, & vſus ptiſanæ hordeaceæ, & vſus ſaccari roſacei, aut per ſe, aut etiam cum pane, ſed cum maiori deterſione eſt opus, id erit recens: cum maiori conſolidatione antiquum: ſic etiam cùm pus detergere volumus lac aſininum eſt melius: cum plus aſſolidare, vtimur lacte ouillo. Mediam naturam ſeruat caprillum, & adhuc magis humanum. Abſterſio itaque præcedere debet cum ſyrupo de radice dulci, aut capillorum veneris, aut decocto radicis dulcis & origani, ac hyſſopi, cum ſaccaro: ſalubrius enim eſt his ſaccarum melle, quoniam * hecticis mel atque aqua mulſa aduerſantur, dicente Gale. lib. 10. de Metho. med. cæterùm abſtinendum (quoad fieri poteſt) in hecticis febribus à melle eſt, atque idcirco etiam

Tabis curatio.

** Mel hecticis malũ eſſe, per menſ. aliquot aſſerere, vt poté qui adhuc infans mellis vſu plus quã anno à febre verò hectica & lenta liberatus fuerim. verum tamen non eſſe arbitror certo ſcio.*

etiam à muiſa. Diariis quoque in tabeilis prodeſt, & diatragacaothum, deinde agglutinãtia exhibemus, de quorum numero ſunt ſaccarum roſaceum antiquum, aut recens cum puluere boli armenici, aut conditom capil. Vene. cum puluere ſymphiti, ita vt conditi ſit vnc. j. pulueris drac. j. & ſyrupus myrthinus, valet rurſus ſaccari roſacei vnc. j. loc de pulmone vulpis vnc. iij. miſceantur, aut eclegma ſanum & expertum, quod nominant. Ab initio pectori admoueatur vngueotum reſumptiuum appellatum, quod bis quotidie abſtergatur, ne retentum putreſcat, & rancidum fiat, aut apponatur emplaſtrum ex butyro vaccino & farina ſeminis lini, & farina hordei. Sed poſt muodificatiooem cùm iam aſſolidare volumus vlcus, oleum myrrbinum admouebimus thoraci, aut etiam addito puluere roſarum, aut myrthi, aut ſymphiti.

De cordis palpitatione.

CAPVT VIII.

CORDIS affectiones quemadmodum omuium aliarum corporis partium, quædam primogeniæ ſunt, quædam per conſenſum cordi accidutr: ſunt autem omnes in temperatura cum humore, aut ſine ipſo, aut fiunt à multitudine grauante & obſtruente, ioflammante, aut tumorem alium efficiente, aut ſunt vnitatis ſolutiones. Si à cauſa quapiam cordis vnitas ſoluatur, & volnus non penetrauerit cor, hominem mori neceſſe eſt: verùm poterit quandoque viuere per diei ſpatium, quamuis neque id ſatis compertum habeamus: ſi tamen penetrauerit vulnus facta ſanguinis larga effuſione, morietur ſtatim. Ex intemperie nemo ſubitò moritur. Ex obſtructione & oppreſſione fit vt homo repentè moriatur, vt Hippoc. dixit Aphoriſ. 41. lib. 2. Qui frequenter ac fortiter ſine manifeſta cauſa exoluuntur, derepente moriuntur: nempe copioſo ſanguine cor occupante ſubitò, aut oatura conante expulſionem eius in aliam partem, errante tamen, aut veluti in ſubito terrore: nonnulli quoq; exhalante ſpiritu ob inſtrumenti defectum egerunt animam, veluti qui ex nimio gaudio diſſoluti ſubitò perierunt. Inflammatiooes verò & eryſipelata lethalia ſunt, atque incipiunt, ſed antequam augeãtur, interimunt. Poteſt quoque obſtructio meatuum per quos animalis defertur facultas hominẽ ſubitò interimere, vt in magna apoplexia: verùm morbi iecoris, aut cerebri non ſolent mortem afferre, oiſi malum ad cor deferatur, quod eſt vitæ fons & origo, quamuis iecur omnimodo ceſſet à nutritionis munere per aliquod tempus, donec malo conſentiat cor, ſic etiam vbi cerebrum omnem animalem amittat functionem, ſalua reſpiratione, nondum tamen moritur animal: morietur autem conſentiente corde, deficiente reſpiratione, qua cor ventilatur, vt de magna apoplexia diximus. Cùm igitur cordis palpitatio, ab iotemperie non facta, aut humore obſtruente, aut grauante ortum habuerit, curationem admittet. Agnoſcitur autem calida intemperies palpitationem efficiens, ex pulſus magnitudine, celeritate, & crebritate, ex calore thoracis, ex frequenti & magna reſpiratione, & quòd aërem exufflando mittunt, ac ſitiunt, & quoniam aëre frigido gaudent. Frigida coorrariis notis ſe oſteodit, nam pulſus rarus fit, & paruus, ac tardus, ſic etiam reſpiratio, & gaudent calido aëre, & ſiti carent. Quòd ſi præter

Cordis intemperies neminẽ ſubitò interimit.

Palpitationũ cordis nota.

hæc grauitas acceſſerit, copia ſignificatur humorum, ad quam ſignificandam pulſus accedit inæqualitas. Inde verò patiente corde palpitatio oritur, quæ inæqualis, & intempeſtiua cordis dilatatio eſt, veluti quidam ipſius ſaltus. Hanc autem fieri contingit ob aquoſum humorem in pericardio, hoc eſt in membrana cor obuoluente, cootentum, cùm modum exceſſerit (oam paucus ſecundum oaturam ibi cootinetur,) in hoc morbo apparet ac ſi cor in humore moueatur, vt inquit Gale. lib. 5. de Locis pat. cap. 1. quod in ſimia diſſecta expertus eſt, cor nempe in humore aquoſo contineri, qui infuſus erat in pericardio. Hunc affectum patiebatur D. Sanctius à Velaſco, filius comitis Niueoſis, qui palpitationem cordis patiebatur, adeò validam, vt à me & reliquis præſentibus talis ſonitus audiretur, ac ſi lapillus in vas aqua ſemiplenum proiiceretur, cui nos ſacculum admouere præcepimus, quod recipit pulueris aromarici roſati & diambræ vtriuſque drac. ij. pul. maceris, caryophyllorum, folij, ſingulorum drach. j. florum bugloſſi, & naphæ vtrioſque vnc. s. fiat ſacculus, qui vino albo odoriferato aſpergatur. Quo appoſito, factum eſt vt intra horam palpitatio ceſſauerit, & ſacculo remoto rediret, donec victu decenti, & hoc ſacculo ac odoratis medicamentis, tum cibis admixtis, tum per ſe adhibitis, fuerit ſanitati reſtitutus. Affectus hic eam habet ad cor relationem quam aſcites ad iecur, in quo victu quidem extenuante vti decet, noo tamen ſanguinis miſſione, quæ nullatenus ſeroſum humorem ibi contentum minoere valebit, neque Galen. aut alius auctoritate dignus illud præcepiſſet. Verùm ſi palpitatio humorem in corde abundantem oſtendat, victu extenuaote vti decet, ex carnibus pullorum elixatis cum ciceribus, borago quoque elixa vtilis eſt, & vini albi aquoſi potus, & modica exercitatio, & ab animi perturbationibus omnimoda abſtinentia. Curatio ex Galeni præceptis accommodata eſt miſſio ſanguinis: ſecare autem oportet venam internam cubiti dextri, pro redundantiæ ratione, aut parum citra, ſummè caoentibus animi deliquium: manu interim pulſui admota, neque erit à ratione alienum, perſeuerante malo, ſioiſtri cubiti veoam internam deinceps ſecare. Hoc auxilio non tantùm curationis, ſed & præſeruatioois gratia vtebatur Galenus. Quod ſi intemperies aliqua relicta fuerit, contrarietate curabitur, calida ſanè cordis intemperies, palpitationem efficiens curabitur conditis & epithematibus. Cooditum refrigerãs fit hoc modo, cooſeruæ roſarum, boraginis, & bugloſſi ſingulorum vnc. j. pul. diamargaritoo frigidi, & trium ſantalorum vtriuſque drach. j. ſaccari quantum ſatis fuerit. Puluis quoque vtilis eſt trium ſantalorum, aut diamargariton frigidi, in tabellis cum ſaccaro, cum quibus aqua bugloſſi bibi poteſt, aut decoctum radicum bugloſſi, epithema autem fiat, quod recipiat aquarum roſarum, boraginis, & bugloſſi, ſingulorum vnc. iiij. aceti voc. s. pulueris diamarg. frig. drach. j. ſantalorum rubeorum drach. j. croci grana iiij. fiat epithema, quod linteo madefacto ſuperponatur thoraci, prius tamen manibus retentum tepeſcat. Cibus his conueniet caro pulli, aut gallinę elixa cum granis hordei, aut lactucis, aut boragine, & poſtrema mẽſa miloplacenta, quam Hiſpani laleam nominant, ſine ſpeciebus. Potus erit vinum aquoſum, aut etiam aqua hordei, aut decoctum radicis bugloſſi, in eum vſum accommodaotur lactucarum caules cum ſaccaro conditæ. Palpitatio verò cordis quæ à frigida intemperie oritur, victu eget attemperante ac calefaciente, aëre calido, carnibus galli-

natum,

Palpitatio cordis.

Palpitationis curatio.

Palpitatio à cali. intemperie.

Palp. à frigid. intemp. curatio.

natum, perdicum, caporum, phaſianorum, cum melle, ſaccaro, & aromatibus, vt catyophyllis, pipere, croco, & macere, vinum bibent antiquum, ſed non valde potens, aut vinoſum: nam vina valida non tolerant, qui cor languidum habent, ob ſubitum quem faciunt occurſum. Modica vtentur exercitatione, & frictionibus, ſicuti & qui cum humore palpitant ventrem lenem ſeruabunt, ſomno vtentur moderato, animi turbationes vitabunt, epithemata eiſdem apponentur calida, quorum vnum placet componere. Aquarum boraginis, bugloſſi, & meliſſę, ſingulorum vnc. iiij. vini albi odoriferi vnc. ij. pul. diambræ, & aromatici roſati vtriuſque drac. j. croci grana v. id cum ſerico tincto ex purpura aut cocco admoueatur. Conditum hoc modo conficies, conſeruę boraginis, & bugloſſi vtriuſque vnc. j. pul. diambræ, & aromatici roſati, vtriuſque drach. j. cum ſaccaro, poſt quod bibet decoctum radicum bugloſſi, aut eiuſdem aquam inſtillatitiam. Valet in hunc vſum radix bugloſſi condita, aut cortices citri conditæ cum ſaccaro, aut melle.

De ſyncope.

CAPVT IX.

Syncope. GALEN. lib. 12. de Meth. med. ſyncopē appellat ſubitum vitium lapſum, verùm Aetius lib. 5. ſyncopen ab animi deliquio diſtinguere docet, quoniam animo linquentes, ſubitò in eum affectum incidunt, ſenſu & motu priuari, ſine ſudore. Syncope tamen dormientes, aut vigilātes corripit, ſed cum ſudoribus ſyncopticis, de quibus nonnihil diximus in expoſitione præfationis in librum prognoſticorum Hippocrat. *Nota.* ſed eſt ſanè deliquium animi, facultatis animalis paſſio: ſyncope verò vitalis. At verò ſyncope multis de cauſis oritur: fit enim ob abundantiam aut defectum: abundant quandoque acres & bilioſi humores, qui ventriculum obſidentes ſyncopis cauſæ ſunt, abundantiam autem hanc comitatur celeris ac prompta ſpiritus diſſolutio, & defectus, aut erunt ſucci craſſi, frigidi & crudi, vitales vires opprimentes. Ex defectu tamen oritur malum, veluti ex ſanguinis profluuio, vndecunq; fiat, aut ventris fluxu, aut vomitu, aut ſudore, aut inſenſili vacuatione, fit etiam ob magnam aliquā mentis turbationem, vti gaudiū, aut terrorem, quod etiam facere valet peſtilens aër, aut valde fœtidus inſpiratus, aut ſimilis vapor à pulmone, thorace, ventre, aut vtero, in cor delatus. Nos hoc in loco duas tantùm ſyncopes ſpecies curare docebimus, quas probè admodum curare docuit Galenus lib. duodecimo de Method. medend. quarum altera à tenuibus, altera à crudis & craſſis humoribus ortum ducit.

Syncope ob acres humores. Cùm igitur tenues, bilioſi, & acres humores ventriculi os infeſtauerint, fit vt compatiente corde ſpiritus vitalis diſſoluatur, & attenuatus tranſpiret, & hominem ſyncope arripiat. Appellatur hæc cardiaca ſyncope, ſiue cardiaca ſtomachica. Eius affectus notæ ſunt, morſus oris ventriculi, ſudores multi, pallor faciei, oculorum cauitas, temporum collapſus, & naſus in extremis gracilis. Illi præterea qui ſyncope ab humorum tenuitate & ſpiritus prompta exhalatione capiuntur, facilè ob inediam, vigilias, fluxum ventris, nimiam exercitationem, dolorem, mœrorem, & itam hoc ſymptomate corripiuntur. Quod parum mali ſignificat, cùm à cauſa quapiam de his prouenerit, facile quoque eſt malo ſubuenire. Verùm ſi nullo horum præſente ſyncope eueniat, ac talis facies apparuerit, malum ab acribus & tenuibus humoribus procedit, & pernicioſum eſt, præſertim ſi intra primos tres morbi dies eueniat, vt Hippocrates docuit libro primo Prognoſt. Horum autem præcipua curationis methodus in nutritione conſiſtit, & refectione virium: minùs præcipuæ ſunt, cutis adſtrictio, humorum coctio, & eorum attemperamentum: vires frequenter reficiendæ ſunt, vbi multum cibum ſemel ſuperare nequeant: nam vbi valeant copioſius erunt alendi, immedicabilem tamen exiſtimare oportet ſyncopen, quæ languentem ac imbecillum inuadit, cum viſceris alicuius inflammatione, nempe ventriculi, iecoris, aut lienis: nam is quatenus languidus eſt, ſæpe nutriri expoſtulat: inflammationi verò cibus ſummè aduerſatur. Qui verò aliàs valentes ſunt, per inflammationes rarius, ſine ipſis tamen adhuc frequentius ſunt nutriendi. Sint autem alimenta ſucci conſtantis, & quæ non facilè in ambientem aërem tranſpirent, ſed adſtringendi quoque vires habeāt. Collocabitur itaque æger in aëre ad frigidum inclinante, in quo aſpergantur roſæ, myrthus, cannarum folia, & violæ. Cibus erit cerebrum ſuis probè aſſum, aut elixum cū porro & anetho, gallorum teſtes, mica panis in ſucco mali punici, aut ſucco mali cotonei, aut in iure gallinæ elixæ, cum malis cotoneis, aut vitelli ouorum ſorbiles cum ſucco arancij, aut mali punici, alæ quoque auium eis conuenient: ab aqua verò mulſa abſtinebunt. Procedente autem malo, ſed non adeò affligente, nec inflammato viſcere quopiam, carnes pullorū, & nouellarum perdicum eis conuenient, & poma odorata anethina, & mali cotonei parum, poſt cibum, aut miloplacenta, quam diacotoneum appellant. *Syncope affectorū victus ad acres ſuccos.* *Quid ſit miloplacenta.* Bibent autem vinum album aquoſum modicè auſterum, aut vinum de yellana, eiſdem cum cibis præbebitur, ſomnus procurandus, & quies eligēda, & animi tranquillitas. Extra acceſſionem hæc agenda, & clyſteria ex aqua hordei & oleo violaceo, ac ſaccaro iniicienda. Præterea cutis conſtipanda inunctione corporis ex oleo roſaceo, aut myrthino: ventriculo verò admouebimus oleum melinum, & ſuccum vuæ acerbæ, & thoraci aliquod ex epithematibus refrigerātibus, quale eſt ex aqua roſatum inſtillatitia cum puluere diamarg. frigidi, & ſantalis rubeis. Attemperabitur autem acredo humorum ſyrupo de aceroſa, aut de ſucco vuæ acerbæ, aut de ſucco limonum: nam & attemperati humores facilius coquuntur, & natura ipſa attemperatis roboratur ad coctionem molliendam. Verùm ſi medicus præſens fuerit acceſſioni, aquam frigidam faciei inſperget, in quem vſum inſtillatitia roſatum eſt optima, roſas aceto inſperſas naribus admouebimus, & miuam cotoneorum cum pauco vino rubeo in os inſtillabit, aut ius polli cum ſucco vuæ acerbæ, aut mali cotonei, aut offam panis in vino valentiore: nares adſtringendæ, & extremæ partes. Confert quoque ventriculi os perfricare, & alta voce acclamentur propriis nominibus.

Syncope à craſſis humoribus. Diuerſam ac ferè omni ex parte contrariam curationem expoſcit ſyncope à craſſis & frigidis ſuccis opprimentibus, & tranſpiratum prohibentibus, ac proinde extinguentibus calorem natiuum. Quos in ventriculo & toto corpore contineri agnoſcimus notis ſequentibus. Facies enim albicat, & plumbei coloris efficitur, & intumeſcit, ſic etiam & hypochondria, & corpus vniuerſum. Pulſus eorum ſunt parui, tardi, rari, ac imbecilli, & omni genere inæqualitatis inæquales, nempe collectiua & ea quę in vno eſt pulſu. Hi ſanè euacuatione egent,

egent,non outritione vt prædicti: at verò ea ratione in periculo conſtituti ſunt, quòd euacuatione curari debeant,quam minimè ferunt,non enim tolerant ſanguin.miſſio. aut purgationem. Alimenta verò coſdem opprimuor, & eadem offerre eſt neceſſum,collocabitur æger in aëre calido,non humido,& lucido, atque tempus ſomno & frictioni impartiendum, nam ſomnus coctionem iuuat, vigilia digeſtionem, reliquo autem tempore à ſomno quo humores coquuntur, & vires reparantur, corpus fricandum, incipere autem oportet à cruribus frictionem cum linteis paulò aſperioribus:nam decet cutem frictionibus abradere,vt probè digeſtio ſuccedat, incipiemus tamen ipſam à cruribus supernè deorſum,deinde ad brachia perueniemus,incipientes ab humeris ad manus: verùm ne incidant in laſſitudinem veluti contuſa carne ex longa & aſpera frictione: membra prædicta ad finem vnguenda ac fricanda oleo antiquo, aut anethino, deinde dorſum ſupernè deorſum linteo fricandum, & ad finem prædicto oleo vngendum. Ruſus ad initium redeundum,& crura primò,deinde brachia, deinde dorſum fricare oportebit,ac totum tempus ſomno, & frictionibus impartiendum, ſed decet ſomnum eſſe moderatum in hac affectione, ad quem conciliandum non parum frictio conducet. Qui verò cruditatibus laborant,pauciſſimo egent cibo,ſiquidem crudi humores coctione alere poſſunt, valente ſanè facultate, quod ex pulſus conſtantia,æqualitate, & ordine agnoſcemus, aquam mulſa in quartum vſque diem ſatisfaciet; deinde verò vſque in ſeptimum, aut eiſdem imbecillioribus, vſque in quartum, aquam mulſam manè & veſpere præbebimus: in meridie verò, ius pulli elixi cum ciceribus,ſi etiam æger id non admodum ęgrè ferat,mellis parum iuri addemus, atque micam panis, in eodem madefactam, aut vitellos ouorum tremulos cum melle, & deſuper vinum bibent potens, quale eſt à ſancto Martino, duorum annorum, aut vetuſtius,aut vinum à ſancto Torquatio,ſubflauum,aut à cacalla, aut à cantalapetra, ſed poſt cibum à frictionibus vſque in quartam veſpertinam horam abſtinebunt,neque erit à ratione alienum ob hominum noſtri æui conſuetudinem, poſt quartum diem alas auium edere elixas cum ciceribus, & deinde cum ſalſamento ex petroſelino, quod parant ex mica panis cum aceto,petroſelino,& allio ac pipere,cui addatur mel. Quæ verò in potu prębentur, æſtate parum frigida ſint,vt aqua mulſa,aut acetum mulſum,quod eiſdem vtiliſſimum eſt: hyeme verò calida. Præſtat quoque in hunc vſum ſyrupus de quinque radicibus cum aceto, & aqua mulſa ex hyſſopi decocto,aut calaminthæ. Clyſteribus autem vti conueniet ex decocto mercurialis & melle, ac ſale,aut ex aqua mulſa cum hiera diacolocynthidos & ſale,aut ex decocto calaminthæ,pulegij, cum caſia fiſtula,melle & ſale. Si tamen præſentem habueris acceſſionem vt hominem excites, frictionibus vteris, ex Galeni præceptis, ſimilibus hi quibus vſus es ante acceſſionem, & micam panis præbebis in vino flauo,valido,antiquo, & odorato, quod auſteritatis nihil habeat:nam quæ auſtera ſunt, etiam in corpus digeſtionem coërcent,quod quàm maximè cupimus præſente acceſſione, tale eſt vinum à ſancto Martino, trium aut quatuor annorum, aut vinum à yepes,aut à lilio,duorum annorum,aut vinum à cantalapetra,duorum annorum,aut à cacalla eiuſdem ætatis,non ſint tamen vetuſtate amara,nec auſtera, ſed ſi quæ ab initio auſteritate participabant, qualia ſunt vina quædam cæſarauguſtana,

Vt nutriendi ſint ſyncope affecti ab humoribus craſſis.

quędam luſitana,& apud nos quę à Corpa deferuntur,decet vt vetuſta adeò bibantur,vt auſteritatem amittant, ſi huic morbo profutura ſint. Inſtillabimus autem in os vinum id, æſtatis tempore parum frigidum, hyeme verò calidum:nam & caliditas ad etiam digeſtionem proficiet. Odores autem boni, calidi,vti moſchi,ambræ,maceris,caryophyllorum, ſtyracis, & ſimilium naribus admoueri debent per ſe, aut in ſacculis vino odorato aſperſis, non tantùm in acceſſione,ſed citra ipſam:nã odores quamuis nec ſanguinem, nec carnem reficiant,ſubitò tamen reparant vires,recreato animali ac vitali ſpiritu:nam quandoque vidimus imminentem acceſſionem ſyncopes, bonis odoribus naribus admotis propulſatam. Fotus ventri & hypochondriis admouendi,ex oleo nardino,oleo de abſinthio, oleo laurino,aut anethino, cum lana calenti. Manus vino odorato abluont,atque faciem. Quòd ſi in ore ventriculi quidpiam ſupernatauerit, & nauſeam induxerit, bibito aceto mulſo tepido, penna oleo intincta ori immiſſa vomatur, ſiue fuerit craſſus, ac pituitoſus,& crudus humor,ſiue acris & bilioſus; id verò extra acceſſionem procurandum.

Vomitus in ſyncope.

De mammarum inflammatione.

CAPVT X.

MAMMIS inflammationes accidunt, quemadmodum & aliis corporis partibus ex nimio ſanguinis affluxu, quandoque verò lacte copioſo ibidem retento,deinde verò putreſcente. Cauſæ manifeſtæ ſunt, nempe ſanguinis copia, aut craſſitudo,aut copia lactis cum calore mammarum. Omnibus ferè mammarum inflammationibus adiungitur * febris, omnes comitantur dolor, calor, grauitas, & durities. Cùm à lactis copia fit, tantùm iis accidit quæ partui proximæ ſunt, aut pepererunt, & rubor eis eſt minor, atque calor: illæ etiam quæ à ſanguine malum patiuntur, prius dolores in dorſo, ſpatulis, & axillis ſenſerunt,aut menſes, ſi fluere ipſis lactantibus ſolebant, fuere ſuppreſſi. His omnibus victus erit tenuis,& qui ſanguinem, atque lac minuat, veluti beta elixa cum oleo & aceto, aut poma aſſa, ouorum vitelli tremuli, cum ſucco arancij, mica panis lota: à iure carnium abſtineãt. Potus ſit cinnamomi decoctum, aut cum febre vehementiore, aqua hordei, clyſteribus venter leniatur. Crurum vtantur frictionibus, ſomnus moderatus procurandus: nam ex eis quædam præ dolore, & calore vigilias patiuntur, quædam ob ſanguinis vaporem immodicè dormiunt, omnem animi turbationem vitabunt. Ex maioribus remediis eſt miſſio ſanguinis, ſiue malum ex ſanguinis affluentia oriatur, ſiue ex lactis collectione ac putrefactione. Menſibus ſuppreſſis ſecabitur vena interna malleoli lateris patientis: in aliis verò vena interna cubiti eiuſdem lateris, ſanguis autem pro virium robore & ſanguinis copia mittetur. Repellentia verò medicamenta admouenda ſunt ſtatim ab initio, quæ non valde repellant,quoniam in mãmas deponunt ſanguinis abundantiam partes cordi proximæ, in quas non expedit repellere ipſum, ne morbus lateralis, aut pulmonis inde ſequantur: ne tamen accumulatim influat, repellere oportet, quem vſum præſtat ſpongia poſca imbuta, & loco inflammato admota, & ſolani folia cum butyro vaccino & oleo contuſa,

Mammarum inflammationes.

** Immo & aliquãdo furor, referente Hippo. lib. 5. Aphor. 40.*

Mammarum inflammationum curatio

aut palmulæ in poſca & oleo ellaæ, deinde malaxatæ. Aliud, farinæ hordei, farinæ fabarum vtriuſque vnc.j.aceri mulſi vnc.vj.roſacei vnc.j.miſce: leuius remedium eſt ſuccus foliotum coriandri cum roſaceo, linteo madefacto applicitus, & quod mammas non grauat, vti & vapor decocti fœnugræci, aut hydrelæum calens admouendum cum hapſo lanæ. Morbo præterea in diſſolutionem tendente, conueniet farina fabarum cum melle, aut emplaſtrum molle, quod recipiat farinæ ſeminis lini, & fœnugræci vtriuſqne vnc.j. farinæ fabarum vnc. s. ſapæ quantum ſatis fuerit, aut ex eiſdem com butyro & oleo camęmelino fiat emplaſtrum: hydrelæum quoque calidum ſuperfuſum prodeſt. Parietatia cum ſapa, aut melle malaxats & calida admota valer. Quòd ſi fieri nequeat quin inflammatio ad ſoppurationem perducatur, folia maluarum elixa in hydrelæo ſuperponenda. In eodem etiam elixantur maluarum folia, maloauiſci radix, deinde eum axungia porci malaxara admouentur, ant erocum etiam addes. Perducuntur autem facilè mammarum inflammationes ad ſupputationem, ita vt farina tritici com hydrelæo intra quatuor horarum ſpatinm ſæpe tumores hos ad ſuppurationem integram & rupturam perduxerir. Pure aotem genito, ſi id profundum non fuerit, tumoris ruprura parahitur, vbi cum emplaſtro quouis ſuppurante parum ſtercoris columbarum ſylueſtrium cum melle miſceatur. Pure autem profundiore exiſtente, candenti ferro pars vrenda eſt, ſemper ramen papilla ſeruanda, ferrea lamina circulari ſuperpoſita, & quoad fieri poſſit apertio ſecus papillam procuranda. Deinde linamenta contorta cum melle deſpomato & thure, aut etiam myrrha intromittenda ad puris eductionem. At verò iuxta partum ſæpe, & non rarò reliquis lactantibus inflammationes mammarum fiuor, ob lactis copiam & corruptionem, quas Hiſpanæ fœminæ appellant pelo. Quam appellationem in hominum opinionem falſam, ac ſuperſtitioſam tradnxit Ariſtot. libru 7. de Hiſtor. animalium, cap. 11. dicens: Vbera enim rota fungoſa ita ſunt, vt ſi in poculo pilum fortè hauſerit mulier, dolor moucatur iu mammis, quod malum, pilare appellant, nec ſedatur donec pilus, vel expreſſus exeat ſponte, vel cum lacte exugatur. In hoc affectu ſummopere contendendum eſt, ne lac concreſcat & obduretur, quod probè cum repulſione fluxionis faciunt poſca & roſaceum, ſi in eiſdem madefacti linteoli ſuperponantur, aut acetum mulſum cum farina fabarum & hordei, aut petroſelinum malaxatum com acero mulſo, aut eum poſca, ſed hoc diſcutere quoque valer: falſum autem eſt quod ferunt petroſelinum admotum funditus lac ſtipare. Optimum autem remedium eſt ad mammarum ioflammationes, & duritias, ſine multa fluxione, quod recipit butyri vaccini vnc. ij. axungiæ gallinæ & anatis & terebinthinæ vtriuſque vnc. j. ceræ vnc. s. hæc liquefacta linteo excipiantur, quod mammæ inflammatæ ſuperponatur. Valer id quoque ad lactis ſuperabundantiam, & incraſſationem, & concretionem ipſius. Si verò inflammatio ad ſupputationem contendat, curabirur vt dictum eſt. Caoendum autem ne in hoc affectu (vt Paulus inquit) mammæ eaugantur, ne trahatur ſanguis copioſior.

Pelo quod malũ appellant Hiſpanæ.

Mammarum duritias emolliens.

De lactis redundantia.

CAPVT XI.

Lactis redũdantis cura.

CVM lac plurimum in mammis abundat, præter id quod moleſtum eſt, & quandoque ſponte defluit, & grauat, periculum imminet ne concreſcar, aut inflammationem in mammis efficiat. Quamobrem tenui vtentur cibo quæ laboran vt oleribus, & fructibus, & aquam hibent: ſanguis qooque mittatur eiſdem, ſecta vena malleoli interioris: crura quoque fricentur manihus & brachiis: oullum aggredientur laborem, & venter leniatur. Mammis autem apponentur lintei poſca madefacti, aut portulacæ folia cum aceto trita, aut apium tritum cum aceto, & roſaceo. Aliud, farinæ faharum, farinæ lentium, vtriuſque vnc. j. ſucci plantaginis vnc. iij. roſacei vnc. ij. aceti vnc. j. Valer ad id proſelinum cum poſca tritum. Aliud, ſucci plantaginis, ſucci menthæ, vtriuſque vnc. j. s. farinæ hordei vnc. j. aceri vnc. s. linteis excipiantur, & mammis admoueantur frigida.

De lactis concretione.

CAPVT XII.

Lactis concretione.

CONCRESCIT autem lac aut nimio calore exuſtum, aut ſi copioſum fuerit, vhi aquoſior & tenuior pars effluat: reliqua verò craſſior maneat & caſeoſa. A frigore autem concreſcere poſſe lac, nullatenus exiſtimamus: quoniam nec mammæ viuente animali adeò magnam ferent frigiditatem, vt concreſcat lac in ipſis, neque ſolet lac frigiditate concreſcere, ſed potius ſereſcere & liquari. Hoc vnumtamen fieri videmus vt lac pituitoſum & viſcidum retineatur in meatibus anguſtis. Cauſæ ſunt mammarum caliditas, lactis craſſitudo, & longa in mammis mora, quod accidit vbi lac non exugitur opportunè. Quando à calore concreſcit, id tactu deprehenditur, & febris magna ex parte accedit, & frigidis iuuantur, ſi à craſſitudine concreſcat neceſſum eſt calorem accedere, quem agnoſcemus, vt dictum eſt, aut diutius retineri, quod fœmina ipſa refert: nam ſi retentum eſt, non fuit opportunè eauctum, lactis frigiditas & lentor ea natura fœminæ deprehendetur, & frigore mammarum, & lactis poſt eductionem ſubſtantia, quæ viſcida erit & tenax, & pituitam colore referet. Vbi à calore ſanguis in grumos concreſcat, victus erit refrigerans ea lactucis, aut per ſe, aut cum carnibus elixis, & potus aqua, aut cum hordeo elixa. Mammis autem apponentur ſuccus ſolani, cum aceto, aut ſuccos portulacæ cum aceto, aut farina hordei cum aceto mulſo, aut eadem cum poſca. Præterea ſuccus herbæ quam appellant morſum gallinæ, cum roſaceo in linteis exceptus: ſi verò ob lactis copiam concreſcere contingat, aut quia non emulgetur opportunè, id ſenſim emulgendum, non tamen ab infante, quoniam id in ventre ipſius corrumpetur & caſeoſum fiet, ſed catulus canis admouendus, aut miniſter qui probè id facere nouerit, nec tamen id ſæpius faciendum, ne lactis copia occurrat, vt docet Aëtius

ex

Soranus de lactis ſuctione.

ex Sotani ſententia, quam noo omnino ſeruamus, ſed lac ſugere concedimus, oon tamen frequenter, nec copioſè: ad abundantiam verò remedia ſuprà dicta ſunt. Mammis antem ſuperponenda quæ diximus valere ad lactis redundantiam. In quem vſum valet lentium decoctum cum oxyrrhodino: aut lentes in poſca bulliant pauco croco addito, & decocto mammæ foueantur. Si tamen lac ob craſſitudinem uoo defluat mammas implebit, & retentum aliquando concreſcet, tenui parte diſflante, & effluente. Quibus conuenit victus extenuans, vt ius carnis elixæ cum cicerib. & anetho, & potus vini albi aquoſi, totum antem corpus purgabitur elect. diaphœnicoo. Mammis verò apponemus emplaſtrum ex farina ſeminis lini, fœnugræci, cum oleo camemelino & aceto, aut fiat fomentum ex decocto fœnugræci, ſeminis lini, ſeminis apij cum ſpongia, aut vnguenti dialthęas vnc. j. olei camemelini vnc. ij. fiat linimentum.

Fomentũ ad dolores & duritiei mammarum.

Duritias mammarum ex lactis copia, atque lactis ab ea cauſa concretionem, & mammarum dolores curat fomẽtum ex decocto qnod recipit aquæ lib. 4. ſeminis lini, fœnugræci, vtriuſque vnc. j. s. camemeli manipulum j. bulliant ad conſumptionem quartæ partis, & colaturæ adde ſepi hircini liquefacti, & axungiæ gallinæ vtriuſque vnc. ij.

De lactis vitioſi emendatione.

CAPVT XIII.

Lac vitioſum.

LAc vitioſum id appellamus quod cacochymum eſt, quódque ſolet acredine mammas erodere & vlcerare: id verò notum eſt ex praui ſucci ſanguine genetati, aut in mammis corrumpi, nec refert dicere quàm prauum infantibus ſuecum pręſtare poſſit. De hoc vitio in præſenti capite agemus, nam de vitio ob frigiditatem & craſſitudinem in præcedenti diximus. Cauſæ eædem omnino ſunt quæ cuiuſuis cacochymiæ, nempe prauus victus, & prauorum alimentorum vſus: mammarum verò diſtemperiem notum eſt lac corrumpere poſſe, præſertim calidam. Signa redundantiæ prauorum ſuccorum in toto corpore, ſecunda parte à nobis abundè tradita ſunt:

Lactis vitium agnoſcere.

ſi verò demptis notis quæ oſtendunt in toto corpore cacochymiam, adhuc lac cacochymum fuerit, vitium mammarum eſt: vitioſum autem lac mammas exulcerat, & nomas, ſiue depaſcentia vlcera, ac ſerpentia infert: cuius naturam, & in quam partem degeneret, Aëtius probè agnoſcere docet, an videlicet ſubalbidum, nigricantem, flauum, ſubfuluum, an viridẽ referat colorem, dicens: Tenuia ac candidiſſima linteolorum fruſta eo lacte imbuta in vmbra ſiccabimus, & in bis quátum lac à natiuo colore diſceſſit, ſpeculabimur. At verò vitioſum ne ſit, aut aliàs fœtidum, olfactu cognoſcemus, ſicut ſalſedinẽ, aut amaritudinem, acorem, inſipiditatem, guſtu dignoſcimus: tenuitatem & craſſitudinem ac lentorẽ ex vngue probabimus. Has ſubſtantiæ probationes oos parte ſecunda retulimus.

Lactis vitia emendantur.

Hæc omnia vitia corrigemus victus ratione, contrariis adhibitis. Aëtius purgationes vitandas præcipit, præſertim ſi fœmina eo vitio laborare ſolet quandiu lactat. Nos tamen aut infantes aliis lactandos tradimus, ant eas purgamus animaduerſa humoris peccantis natura: ita enim ſæpe fit vt in bonum ſtatum lac reducatur, & infans, ac nutrix bene valcant: nam & Hippocr. lib. 6. de Morbis popul. non tantùm ad emendandos prauos ſuccos nutricum, ſed infantium eas purgare docuit, quod medicis adhuc in vſu eſt. Deinde nutricem alimus boni ſucci cibis, & in omnibus rectam victus rationem inſtituimus. Mammas verò ſi diſtemperatæ fuerint, contrariis attemperamus.

De lactis defectu.

CAPVT XIV.

Lactis inopia curat.

DEFECTVS lactis, aut inopia, magna ex parte ſequitur defectum ſanguinis boni, & corporis ariditatem. Quandoque verò infantis debilitatem, qui nequeat ſugere lac, nam ad validam ſuctionem ſequitur tractio: quandoque etiam ſequitur mammarum morbum. Sanguis etiam vitioſus lactis generationi eſt ineptus, aut lac vitioſum generat, pituitoſus tamen coctione & calefactione eget. Primùm autem lactis inopiam quæ ſanguinis defectum ſequitur, reparare docebimus. Decet autem totum corpus humectare, & bonis cibis alere, qui multum ac bonum ſanguinem generent, & nonnullis, qui præter id quòd alere poſſunt, augendi ſanguinem facultatem babent, calidam, & humidam, neutra qualitate valde excedente: lac itaque ab ſanis animalibus deſumptum optimum alimentum eſt, caprillum, aut etiam ouillum, & lac elixum cum vitellis ouorum & ſaccaro, vt in Hiſpania paratur, & pulmentum ex oriza prius in aqua, deinde in lacte elixa, & amylum cum lacte & melle, carnes gallinarum, caponum, phaſianorum, pauonum, præſertim eorum quos indos appellamus, veruecis, & ſuccus earundem carnium aſſarum, & caro hœduli, aut agni, & caro porcelli aſſa, cum pane autem bæ carnes edantur, & cum ſalſamento ex eruca & melle. Ex piſcibus barbelli, troctæ, murena, lautax, belſuccus, ſalmo lac augent. Præſtantiſſimus autem cibus eſt, qui à nobis cibus albus dicitur, ex gallinarum pectoribus elixis, cum farina orizæ, lacte, & ſaccaro confectus, Hiſpani frequentem habent in menſis diuitum. Placentas quoque formamus ex ſeſamo cum melle, quas nouimus abundè lac præſtare, ſi poſt cœnam exhibeantur, proſunt etiam interdiu. Laudatur à quibuſdam lac ſcrofæ. Valent etiam amygdalæ dulces, vuę paſſæ, & amygdalatum optimum eſt, valent etiam piſtacia, nuclei pini, eruca, paſtinaca aſſa in cineribus. Potus vinum nigrum non auſterum, ſed potius dulce, aut vinum album aquoſum. Mammas quoque ac pectus fricare conuenit, & lac ſugere validiùs, à totius corporis exercitatione & frictione abſtineant, & à venere, vitioſus ſanguis, vt diximus, emendandus ſicuti & lac, ſanguis quoque pituitoſus autore Galen. lib. 5. de Simplic. med. facultat. medicamentis calidis, non multum, neque vltra primum aut ſecundum ordinem, non exſiccantibus, eget, vt apio, ſio, polio, & hisquæ ſimul ſunt alimenta, vt eruca, fœniculum, anethum.

Ad mammarum eroſiones.

Mammarum eroſionis curatio.

Si quis mammarum eroſiones curare voluerit atque ſerpentia vlcera, eo medicamento probatiſſimo vtetur, quo vſus eſt Archigenes, & à Paulo traditur, vini Adriani boni ſextarij viginti, rhus quo coriarij vtuntur, libra, cupreſſi pilularum tantundem, gallæ omphacinæ nigræ ſelibra, caſiæ tantundem, contuſa diebus decem commadeſcant vino, deinde co-

Digitized by Google

quuutur agitata cupreſſi radicula, donec dimidia ferè pars fuerit abſumpta, atque tunc herbæ proiiciootur, ſuccus coquitur dum mellis ſpiſſitudo fiat, deinde vitreo vaſe recondirut, in vlceribus depaſcentibos mero vtitor: ſin aotem craſſius fuerit medicamẽtum vino liquari debet, vt applicetur mammillis depaſtis, auribus ſuppuratis, gingiuis ex humiditate putridis, inteſtinorum torminibus, idem verò dolores etiam leuit lacte dilutum.

De morbis ventriculi & inteſtinorum.

SECTIO VII.

De ciborum auerſione & inappetentia.

CAPVT I.

PRæTER natnrales facultates quæ ſingulis corpotis patticulis inſunt, nẽpe attrahentem, retinentem, coqueotem, & expellẽtem, quibus ſe ipſa gubernant, reparant, & cõſeruant præcedente appetitu, aliæ quatuor ioſunt ventriculo generales, & communes quibus alimentum toti corpori miniſtrat, non aliter quàm terra plantis, quarum ſtomachus eſt. Hæ ſunt, attractrix, retentrix, coctrix, & expultrix, quas antecedit appetitus: quibus vitiatis, corpus probè gubernari nequit: vitiantur autem, vitiata temperatura à qua actiones omnes procedunt, aut ob morbum aliquem partium inſtrumentariarum, vti obſtructionem, tumorem, cauitatis amplitudinem aut anguſtiam, aut ob vnitatis ſolutiooem, vitiatnr autem temperatura cum humore, aut ſine ipſo. Qoontam verò actionum vitia ipſis morbis ſunt notiora, ſingularũ vitiatarom actionũ curationes trademus, deinde morbos quoſdam curare docebimus. De functionum oris ventticuli numero prima eſt appetitus, quem quatuor alij motus antecedunt, vt parte ſecunda docuimus. Præcedit namq; membrorum inanitio, deinde natotalis ipſorum appetentia, tertiò tractio membrorum à ventriculo, quartò triſtis ſuctionis ſenſus, quintò ſequitur appetitus auerſionis, à cauſa contriſtante, quem ſeqnitur appetitua ad conſequẽdum alimeotum. Appetitus autem, aut perit, aor remiſſus admodum eſt, aut plus æqun intenſus & vehemens, aut in prauam ciborum qualitatem conuertitnr. De appetitus deperditinne, & ciborum auerſione quam Græci ἀνορεξίαν appellant, primùm agemus. Huius cauſæ proximæ ſunt abſentiæ cauſarum quæ immediatè appetitum excitant, hæ verò ſunt ſuctionis defectus, & ſenſus priuatio: ſi namq; ventriculus ſuctionem non patiatur, nec ſenſus excitabitur, nec appetitus, quòd ſi ſuctio fiat, ventriculus tamen ſuctionem non ſentiat, minimè etiam appetitus commouebitur. Noo fit ſuctio, quoniam non fit abſumptio membrotum, aut alimenri adeſt in venis copia, aut ob caloris imbecillitatem, qui attractionis eſt inſtrumẽtum, aut propter venarum meſeraicarum & iecoris obſtructinnem, aut nimiam ventriculi caliditatem, ob quam laxatur ipſius os, atque ea ratione ventriculus calidus ad appetendum eſt minus bonus, apud Gal. lib. Artis medic. Idẽ efficit humor bilioſns os ventrieuli occupans, idem in febribua fieri videmus. Si namque continentes circa putredinem fuerint ob multi ſanguinis redundantiam, tractiones non fiunt: ſi verò putredo adfuerit, prauos ac putreſcentes ſuccos membra abhorreot: noo igitur eoſdem trahent à ventriculo. Præterea in ventriculi inflammationib. tum ob plenitudinem, tum ob calorem, nnn excitatur appetentia. In vlceribus quoque ob morſum, dnlnrem, & irritationẽ, commotus ventriculus ad excretionem, non appetet ad ſe trahere. Eadem diſpoſitio ſequitur ad fluxum ventris, pręſertim bilioſum, & ad colicos dolores, & vteri morbos quoſdam. Senſus autem hebes redditur ob intemperiem frigidam mortificantem, ſed nihil obſtat quin ab omni intemperie procedere poſſit, ſiquidem ad ſentiendum probè bona temperatura benefacit: mala igitur oberit, quamuis frigida & humida magis hebetet ſenſum, calida & ſicca minus: intemperantiæ verò quandoque ſine humore ſunt, & quandoque cum ipſo. Vbi appetitus deiectio aliarum partium morbos ſequatur, propias habent morbi curationes, alibi traditas: vbi tamen inflammationes aut vlcera ſequatue, eas quæ dicentur curationes admittet. Modò verò eam appetitus labem curare docebimus, quæ ventriculi ſequitur intemperiem, cum humore, aut ſine ipſo, intemperies calida ardore, & ſiti deprehendetur, & corruptione ciborum io nidorulentam naturam, frigida contrariis, nempe frigiditate, ſitis defectu & corruptione eibotum in acidam natutam, quando cum humore conſiſtit, calidus humor ac bilioſus calidam efficiet diſtemperiem, & ſigna prædicta ſequentur, ac nonnunquam vomitus bilis, & morſus oris ventriculi, & nauſea, & oris amaritudo. Frigidi humores ſi in ventriculi ore conſiſtant, frigidam intemperiem efficient, & notæ accedent frigoris, & grauitas, & nauſea, ac vomitus quandoque pituitæ, & corruptio ciborum in acidam natoram. Si à ſimplici intemperie quę ſine humore eſt, appetitus deiiciatur, contrariorum exhibitione curari debet, tam ciborum quàm medicamentorum, quorum quædam dicentur in hoc capite, quędam etiam in curanda ventriculi imbecillitate, & cruditate ciborum. Quando verò ciborum auerſio cum bomoris redundantia fit, ſi bilioſus fuerit, bilis imprimis vomitu euacuãda, cum aceto mulſo præbibito, aut ſyrupo acetoſo, deinde digitorum aut pennæ immiſſione: aut per aluum ducenda, cum pilulis de hiera ſimplici appellata, præſertim vbi bilioſus humor fibris ventriculi incuneatur. Quando tamen craſſi humores, & tenaces ſymptomatis cauſa ſunt, præparari debent aceto mulſo, aut ſyrupo de quinque radicibus cum aceto, deinde vomendus eſt homor, cum aceto mulſo & ſeminis raphani decocto tepido, vometur etiam probè, ſi cibis prius impleat ventriculũ æger, vt beta, & raphanis, deinde biberit aceti mulſi tepidi libram vnã: aut etiam venter electuario diaphœnicõ in aceto mulſo, aut aqua mulſa purgabitur. Intemperies autem relicta poſt humorum vacuationem, ſi calida fuerit, attemperabitur his quæ præter id quod frigida ſint, ventriculo fuerint accommodata: de quibus eſt miua cotoneorum, & ſyrupus de ſucco vuæ acerbæ: exterius tamẽ apponetur oleum melinum. Alimẽta ſint poma auſtera, aut pyra talia, aſſa, & carnes aſſæ, deinde inſperſo ſucco arancij, aut limoois, & miloplacenta, & diuerſæ carnium præparationes cũ ſucco vuæ acerbæ, aut cum aceto, & mica panis in poſca, & hæc acidum. Potus aqua, aut vinum album modicè adſtringens, ſed abũdè dilutum. Ad frigidam intemperiem, & ventriculi imbecillitatem, proficiet ſyrupus de mentha compoſitus, ſyrupus de abſynthio, & inunctio ex oleo nardino, oleo de abſynthio, aut oleo de mentha: cibis verò aniſum & mentha erunt immiſcenda, & diacitron, præſertim ex corticibus. Potus verò

Appetitus deficientis cauſa.

Ventriculi diſtemperantiarum notæ.

Curatio deiecti appetitus ventriculi.

Digitized by Google

verò erit vinum album non valde potens, nec valde dilutum, ſed quale vinum à ſancto Torcatio, ſubrufum, aut aurei coloris, duorum annorū, quod aquæ mediam partem, aut paulò minùs ſuſcipiat: verùm hac in re non parum aduertenda conſuetudo: nam ſunt qui vinum meracius bibere aſſueuerūt. Diuerſa autem condimenta, & præparationes carnium cum caryophyllis, pipere, cinnamomo, aniſo, & melle cum pauco acido immixto valde conducunt ad alliciendum appetitum. Quamobrem in omni ciborum auerſione poſt ventriculi vacuationem nihil magis præſtat, quàm diuerſa apparatio carnium, & herbarum, ex quibus eſt communis crudarum carnium pręparatio, cum allis, origan. caryophyllis in aqua & aceto, quæ deinde aſſæ eduntur, ab Hiſpanis dicitur adobo, & farcimina ex carnibus pręguſtanda, quæ appellant longanizas. Experimētum docuit abſinthium intra calceos pedibus ſubſtratū appetitum demortuum excitare: valet autem caloris ratione, & frigidis ventribus pituita vacuis, aqua mulſa in qua abſinthij coma maduerit per noctem, ieiuno ventre bibita. Odoramenta pręterea naribus admota cibi appetentiam excitant. Sunt autem odores qui ex alimentis exhalant, vt odor mali cotonei, odor panis recenter extracti à furno, & carnis elixæ cum petroſelino & mentha, & odores alimentorum quæ cum aromatibus parantur. Expedit autem alimenta ita parare & comminuere, vt facilè degluciantur, & ſi aliquis cibus ex eis gratus fuerit, non decet in eius eſu modum excedere, ne nouum afferat faſtidij genus. Neque erit à ratione alienum, cibos non adeò laudabiles eis exhibere, appetitus reuocandi gratia: parum enim deterior cibus, aut potus delectabilior, melioribus, indelectabilibus, magis eſt appetendus, auctore Hippocrate.

Faſtidiſtium cibor. remedia.

Experimentū hoc ſuſpectum eſt.

De canina appetentia.

CAPVT II.

Canina appetentia.

APPETENTIA canina ea ratione dicta eſt, quòd per eam homines canum more, vehementi appetitu in cibos feruntur, quos ad ingluuiem deuorantes, deinde reuomunt, & rurſus ad cibos redeunt. Huius appetentiæ duas cauſas Galenus ſcripſit lib. 1. de Cauſis ſymptomatum, dicens: Igitur caninæ appetentiæ cauſa vna eſt acidorum humorum vitium. Altera verò, vt dictū eſt, per totum corpus inanitio, ſiue ipſam caloris vim, ſiue retentricis facultatis imbecillitatem ſequatur. Accidit autem per primum quidem affectum, vt eorum quæ fuerunt ingeſta, multa fiat deiectio: per ſecundum verò, vt ob exactam habitus inanitionem cibus per corpus digeratur. Conſtat autem à frigida intemperie oriri quandoque caninam appetentiam. Quando ab acida pituita malum oritur, quæ ventriculi os deterſione & morſu ad appetendum vehementer commouet, ructus acidi fiunt, nonnunquam verò deiectiones copioſiores, quàm pro ratione alimentorum, ac liquidę, quoniam venter ad excretionem ab acida pituita irritatur, quandoque etiam acidum vomunt. Frigida intemperies ex cruditatibus agnoſcitur, & magna grauitate quam ex ciborum aſſumptione ſentiunt, & quoniam calidis iuuantur, & ſiti vacant. Famem verò caninam quæ ex diſſipatione ſuccorum excitatur, agnoſcimus ex calore, corporis ariditate, deiectionis paucitate ac duritie: vbi verò calor vehementior non fuerit, pororum ſequetur apertionem, & retentricis facultatis imbecillitatem. Quando appetentia canina frigidam ſequitur intemperiem, eis remediis curabitur quæ calefacere poſſint abſque adſtrictione, quorum quædam dicentur. Si verò acidos humores ſequatur qui in ore ventriculi continentur, aquam mulſam bis aut ter in duobus diebus bibet æger, deinde hiera picra purgabitur quantitate vnc. ſem. in aqua mulſa, aut vino diluto, non auſtero, aut pilulis de hiera picra, illitis cocto ac inſpiſſato melle, quantitas ſit à drachma vna vſque ad tres. Deinde calefacientibus vtemur quæ non adſtringant, vt aniſo, petroſelino, porro, origano, cum melle, aut ſapa. Summa præterea curationis in id contendat, vt ventriculi os laxetur, & appetentia deiiciatur, quod fiet per alimenta quæ pinguia valde ſint, & ſimiles ventris inunctiones. Panis ſit recens cum pauco fermento, & aniſum recipiat, aut cum butyro, aut porcina axungia piſtatus. Iura etiam valde pinguia abſorbeant, carnis veruecinæ, aut bubulæ, aut panem in eiſdem madefactum edant, aut pultem ex farina triticea, melle & axungia gallinæ, aut porci. Aut pilulas duas aut tres ponderis ſcrup. j. deuorabunt ex cera & butyro vaccino, aut etiam melle addito. Aues quoque pingues admodum domi altæ & earum axungiæ cum carnibus edendæ, & porci pinguis pars elixa, & cerebella animalium aſſa. Piſces etiam pinguis carnis eis conueniunt, vti anguillæ magnæ pingues, & thunni partes pinguiores, & malua cum oleo multo elixa, & lac, niſi in ventrib. eorum aceſcat, & recocta, & quæ ex pinguiori lactis parte conficiuntur rotulæ, quas appellant Hiſpani mantequillas; & oryza cum lacte. Potus autem ſit vinum flauum & validum, quale eſt à ſancto Martino, aut ſancto Torcatio, duorum aut trium annorum. Hæc etenim famem auctore Hippoc. thorexis, hoc eſt vini potio, ſoluit; ſiue poſt cibum, ſiue ieiuno ventre. Ventriculus autem oleo ſeſamino liniatur. Qui verò in caninam incidunt appetentiam ex corporis diſſolutione & humorum diſſipatione, infrigidatione & adſtrictione egent. Collocari autem debent in aëre frigido. Cibis vtentur, quorum ſuccus non facilè diſcutiatur, vt carne ſuilla, & bubola pingui, & pedibus animalium elixis, vt arietis, porci, & bouis probè elixi, atque ventribus eorundem, vtentur quoque piſcibus tenacis ſubſtantiæ, vti cochleis, & oryza cum iure carnis bubulæ pinguis elixæ. Panis ſit albiſſimus, cum pauco fermento, & qui antequam coquatur, parum fermentatus eſt, ac parum intumuit, priorem Toletani appellant candeal, reliquum poſt cocturam, appellant oliuado, & oua elixatione obdurata. Potus ſit aqua, aut decoctum prunorum, cui ineſt facultas molliendi ventrem & mollificandi deiectionem. Cauere autem oportet ne nimio vſu horum quæ refrigerant & appetentiam obtundunt, in contrarium deducantur: nempe in bulimum, aut ciborum omnimodam auerſionem, ac perindeeùm melius habere incipiunt, pinguia & quæ validè coctioni obſiſtunt moderanda. Interim etiam corpus liniatur oleo omphacino, aut roſaceo ex omphacio, aut oleo myrthino, aut oleo roſaceo cum puluere acaciæ, aut olei omphacij & myrthini vtriuſque vnc. ij. pol. acaciæ, hypociſtidos, roſatum, ſingulorum drac. j. ceræ, quod ſatis eſt, fiat vnguentum, quo corporis moles liniatur.

Appetentiæ caninæ ſigna.

Caninæ appetentiæ curatio.

Digitized by Google

De bulimo.

CAPVT III.

BVLIMOS magnam famem ſiguificat, quæ bouis magnitudini confertur. Magna vtique fames eſt, ſed quæ non diu perdurat: nam deiode animo linquuntur, extremorum refrigeratione, & defectu ſpiritus laborantes. Hanc verò Galen. lib. 1. de Cauſis ſymptom. à frigore fieri teſtatur, dicens: Accidit ad hæc bulimos, ita enim vocant. Eſtque huius particulæ ſymptoma, cum ſimul & peouria, imbecillitate, & refrigeratione laborat. Eandem tranſtulit ſententiam Aëtius, dicens: Bulimos ex ſtomachi frigiditate oboritur, indigentiáque ac virium imbecillitate, & ab externo frigore ferè in totum ioitium capit. Alexander tamen à calore morbum huoc fieri docet, cùm inquit: Fit autem vt ratio ſubindicat, ab immoderato calore oris veotriculi, & imbecillitate, vnde niſi alimentum immodicè aſſumant ægri animo deficiunt. Hoc quoque eodem loco curare docet, adhibitis refrigerantibus, & alimentis quæ ægrè conficiantur. Nos ſanè vtramque vidimus, nempe ex refrigeratione totius corporis, quæ ad ventriculum penetrauit, & in febrientib. & aliis ob oimiam caliditatem, famem celeriter excitatam, ſed breui admodum cum animi deliquio ceſſantem. Tunc autem membra validè trahunt à ventriculo: ſeotit quoque ventriculus ſuctiooem, à qua vehemens excitatur appetentia: ſtatim verò animo linquuntur, atque ſenſu ſuctionis priuantur, ac perinde fame, ſed non longè pòſt reuocato laborante, ac ſenſu reuiuiſcente, redit ciborum appeteotia. Agnoſcitur itaque affectio, quoniam ægri referunt ſe valde cibos appetere, & magnopere deſiderare, qoos inſtanter expoſtulant, ſed niſi celertimè ſubueniatur, eoſdem animo linquentes auerſantur cum extremorum reſtigeratione. Si igitur facies eiſdem intumeſcit, albicat, & ſiti carent, frigoris occaſione fit, ſi tamen ſitiant, æſtuent, & extenueotur, à calore procedit. Tota medendi ratio in his tribus cooſiſtit: oempe refectione virium, & vt celertimè reficiantur, & vt attemperentur. Si igitur fame excitata ſtatim animo linquant, reuocandi ſunt odoribus, vti bolo armeno, aceto madefacto, & naribus admoto, aut eius loco terra quauis alia oon putrida, aut pulegio in aceto macerato, aut calida præſente intemperie, puluis ſantalotuio cum aceto odoretur. Panis verò recens ac odorem à ſe mittens, omnibus accommodatur, veluti odor carnium aſſarum, præſertim veroecinæ, porcinæ, aut capi. Mica verò panis vino odorato madefacta naribus admouéda, & laborandum eſt, vt eam deglutiant, ore aperto, & diſtractis maxillis: deſuper verò vinum inſtillabitur flauom, aut fuluum, atque odoratum, cùm reuiuiſcere incipiunt. Io ipſa quoque acceſſione pili euellendi, & extrema perfricanda, & aures vellicandæ. Vbi verò ad ſe redierint, calida exiſtente intemperie, citra febrem, carnes adhibebimus capotum aſſas, aut gallinarum, aut pauonum Hiſpanorum, aut Indorum. Bibent aotem vinum valde dilutum, præſertim nigrum: ventriculo verò apponetur emplaſtrum ex palmulis, & malis cotoneis elixis, & cum oleo melino ac vino. Ad frigidam verò iotemperiem valent vitelli ouorum ſorbiles cum ſaccaro, & mica panis in ſucco carnis, & polenta cum melle, & caro pulli elixa cum mentha, ciceribus, & petroſelino. Potus verò ſit vinum fuluum aut flauum odorum: veotri tamen ſuperponetur emplaſtrum ex palmulis elixis in aqua & oleo anethino, aut in vino. Quãdo verò fames hæc io febriom ſit acceſſionibus, in principio ipſarum ſolis odoribus aromatum, vt diambræ, aut aromatici roſati cum vino, aut odore panis, aut caroıs aſſæ, ſunt reuocandi, quod fieri poſſit vſque in ſummum vigorem. Si verò neque per hæc reficiantur, ſorbitiones eiſdem ſunt offerendæ, vt polenta cum melle, aut mica panis liqnata io iure pulli, ad quę ſorbeoda cogendi erunt: vinum etiam deſuper bibent, ac ſine mora agendum vt aliquid deglutiant: eiſdem quoque vtemur io acceſſionum declinationibus, quo tempore liberalius eiſdem vti licebit, & alis auium elixis, & pedibus bœdorum, & arietum. In botum ceoſu eſt ventriculus gruis, & aoſeris.

Bulimos à calore & frigore.

Bulimi notæ.

Bulimi curatio.

De vitioſo appetitu.

CAPVT IV.

INTER reliquos morbos ad appetitum oris ventriculi attinentes eſt, qui Græcis μαλακία, & κίσσα: dicitur autem pica ab aue cui id nomen eſt, quooiam hæc auis in eam incidit affectionem, aut quoniam, vt Aëtius ioquit, vti hæc auis diuerſis arboribus inſeritur, ita qui eo ſymptomate laborant, diuerſa ciborum genera appetunt, nec tamen eos cibos appello, dum vocibus ſecurate vti volo. Eſt id ſymptoma attinens ad animalem facultatem appetentem, quæ in ore ventriculi reſidet, nempe appetitus corruptus, quem nos actiouem læſam in obiecto appellamus. Per eam enim cibi appetuotur varij admodum, aut extremarum qualitatum, vti terra, teſta, gypſum, ſal, acetum, aut acria & validè mordentia, quæ aut nullatenus à ſanis appeti ſolent, aut condimeoti tantùm ratione. Huius læſæ actionis cauſa in inſtrumento eſt. Euenit hoc accidens fœminis vtero gerentibus, à ſecundo in quartum menſem, nonnullis etiam abſque conceptione, ob menſium reteotionem, pueris quoque oon paucis, quibus ab infantia in conſuetudine fuerit terram edere. Cauſa eſt humorum in ore veotriculi conſiſtentium praua qualitas: inſunt autem vtero gerentibus copioſi, quemadmodum & io quibus menſes fuêre detenti, & nonnullis pueris, viſi etiam ſunt ſenes eo malo laborantes. Cæterùm quemadmodum ventriculus temperatus ac ſanus ſimilia appetit, ita præter naturam habens appetit contraria, ac perinde putandum prauos ſuccos io ore ventriculi contentos, veotriculum commouere ad appeteoda contraria, & quæ poſſunt noonihil prodeſſe ad eorundem humorum malitiam & corruptionem emẽdandam. In huius affectionis curatione imprimis admonendi, & coërceodi ſunt adultiores: pueri verò obiurgandi, ac flagellis cædeodi. Si in eum inciderint affectum fœminæ ob meoſium retentiooem, ſangu. mittetur ſecta vena, quæ eſt interna in malleolo, aut vena poplitis: deinde decoctum radicum apij, fœniculi, & aſparagi bibent bis, aut ter, atque venter purgabitur per pilulas de hiera Galeni, aut per hieram diacolocynthidos, menſes deinde prouocandi cionamomo lincto cum melle deſpumato. Mares quoq; io eum affectum incidentes pari modo purgandi ſunt, præparato humore, quibus oon

Appetitus vitioſus.

Appetitus corrupti curatio.

parum

parum conducit per rhabarbarum purgatio. Exhibeatur autem eis puluis cumini, ameos, maceris, carpeſiorum, ſingolorum drach.j. cuius drach.ſem. accipiét cum vino albo, parum auſtero. Cùm autem malum vtero gerentibus acciderit, ſperandum eſt nonnullas ſponte ſanari, quoniam craſſi ac lenti, & corrupti humores proceſſu temporis ciborum parcitate abſumuntur, & fœtus auctus ſanguinem abſumit in ſuam alitionem. Interim tamen probè gubernandæ, ac ſi opus fuerit, purgandæ. Victus itaque earum erit exercitatio, quam probè ferre poſſint. Alimenta ſint carnes pullorum, aut perdicum, aut gallinarum elixæ cum ciceribus & petroſelino; atque cum falſamento ex petroſelino, & cicorium, & endiuia, & portulaca, ex quibus optimum fit inſalatitium, cum petroſelino & mentha viridi, pauco aceto & ſaccaro. Actius commendat pedes, roſtra; & ventriculos porcorum. Vitabunt autem pinguia & carnes ſaginatas, & valde dulcia. Bibent vinum vetus fuluum aut flauum & odoratum: quæ verò vinum non deguſtarunt, decoctum fœniculi, aut aniſi. Quòd ſi debita victus ratione ſeruata, intra quartum à conceptione menſem non liberentur, aut interim ægrè admodum ferant ſymptoma, præparandus eſt humor, vt diximus, deinde verò per rhabarbarum & ſpicam nardi purgandus: ſit autem rhabarbari pondus à drach.j. vſque ad ij. Aut purgentur per pilulas de hiera, quam vocant pictam. Vomitum quoque procurabunt per decoctum ſeminis raphani, aut per acetum mulſum, in quo raphanus per noctem maceretur, ſed non ſunt ad vomitum valde cogendæ, ne concuſſione ventris abortiant. Languente autem ventriculo emplaſtrum ſuperponetur ex palmulis in vino albo parum auſtero decoctis, deinde cum oleo de abſynthio malaxatis. Aut miloplacenta cum oleo de abſynthio, aut nardino & puluere menthæ ſiccæ malaxata ſuperponatur.

Vtero gerentes cùm malacia laborant, vt curanda.

Emplaſtrum optimum pro languentes ventriculo.

De ſiti valida.

CAPVT V.

Sitis.

Sitis appetitus eſt oris ventriculi qui ad fugam primùm mouet animal, cui alter ſuccedere ſolet qui ipſum ad conuenientis proſequutionem mouet, cui adiunctus eſt triſtis ſenſus qualitatis quæ in ore ventriculi imprimitur à circunſtantibus membris, vt iecore & corde, aut ab humore calido in ipſo cõtento, aut calido ſimul & ſicco, aut ſiccitatem ſolam inducere valente. Si namque aliqua harum qualitatum inducta iam foret, atque ori ventriculi facta æqualis, nec mutaret ipſum, neque ſitim ob ſenſus triſtitiã moueret. At verò cùm medici intemperiem aliquam ſine humore agnoſcunt, ipſam factam abſque cauſa faciente reputant: ſed res aliter ſe habet: nam aliorum membrorum actione qualitas valida induci poteſt, ad quam valida ſequetur ſitis, aut alterius qualitatis ratione non minor fames. Sitis itaque à calore excitatur in febribus, & citra ipſas ob calidam iecoris intemperiẽ, aut humores calidos in ore ventriculi contentos. Hæc quoque ad ſiccam intemperiem deducitur. Ab initio verò ob ſalſam pituitam ſicca intemperies & ſitis fit, & ob febres aridas, & nimiam abſumptionẽ humiditatis, & exercitationes, & vſum alimentorum exſiccantium generatur. Sitis quoque fit à corruptione ciborum in ventre, cibúſque grauaos quandam ſitis imaginem præbet: aliquando fit ob vini potum, aut etiam ob pulmonis calorem. A calore tamen, adiuncto humore multo, fit ſitis in his qui aſcitem patiútur. Ex alimentis ſiti conuenientibus, quæ à calore fit, ſunt lactuca quæ calorem attemperat, & portulaca, & melopepon, & panis lotus aqua frigida, & aqua frigida, & mucilagines pſyllij, in ore detentæ, & oris frigida ablutio, ex ſeminibus melonis, cucumeris & cucurbitæ, pari menſura addito ſaccaro candito, cochleare vnum ore ſumptum, & ſenſim ingeſtum. Ventriculo verò ſuperponimus perſeuerante ſiti, ceratum refrigerans Galen. caput quoque roſaceo frigido irrigare conuenit. In febribus præterea ardentibus, ſi tuſſes ſiccæ leuiter irritantes fiant, non admodum ſiti infeſtabuntur, ex Aphoriſm. 54. Section.4. Si verò à calore & ſiccitate fiat, poſca potus optimus eſt, nam acetum refrigerat: aqua verò infrigidat & humectat, in quem vſum vinum valde dilutum actu frigidum optimum eſt, & ſyrupus violaceus cum tripla aquæ frigidæ menſura. Valet quoque ceratũ Gal. prædictum. In ſicca tantùm intemperie ſitim efficiente, radix dulcis cum aqua accommodatur, & vinum dilutum valde, & lac, & ius pulli cum hordeo elixi validum eſt, & lactuca elixa. Sitim quoque ex ariditate & gutturis ac faucium aſperitate, miro modo emendat diatragacanthum in tabellis, vti modò in officinis paratur. In ſiti calida cum humore, acetum epotum valet. Sed vbi bilioſi humores, aut ſalſi in ventriculo cõtinentur, vomendi ſunt, aut deorſum facilè purgandi. Si ob ciborum copiam ſitis imago generetur, nullum melius remedium eſt quàm vini diluti potio, ſenſim autem bibendum, ne coctionem impediat, aut ipſum fluctuare faciat. Conuenit omnibus quies, ac ſomnus, præterquam his qui ciborum copia premuntur, quibus leuis deambulato erit melior. Quibus autem cibus corruptus eſt, vomi quàm primùm debet. Si ex vini potu ſitis oriatur, & valida fuerit, aquæ potu moderabitur: Si verò non adeò magna fuerit, ſuperdormire erit bonum, apud Hippocr. Aphoriſm. 27. Sectio. 5. Quomodo autem ſitis curari debeat in aſcite, ex eius morbi curatione conſtabit. Si à calore pulmonis fiat, aëri frigidi inſpiratione, potiùs quàm frigidæ potu curabitur.

De nauſea & vomitu.

CAPVT VI.

Nauſea.

Nauſea ſymptoma eſt ventriculi attinens ad expultricem ipſius facultatem, per quod commouetur venter ad expulſionem, non tamen ſequitur expulſio: in vomitu tamen manifeſta expulſio ſequitur. Peccat autem in modo & ſpatio: in modo, quoniã vehementius quàm ſecundum naturam concitatur: in ſpatio verò, quoniam cõmouetur ad excretionem per ſuperiores partes: id verò contra naturam eſt. Nonnihil etiam peccatur circa animalem facultatem, ad quam attinet diſplicentia, & auerſio, eſtque appetentiæ vitium, conſiſtens in obiecto quod ventriculo infert nauſeam: cauſa verò eſt in inſtrumento. Fit autem nauſea atque vomitus à morbis ventriculi, aut aliarum partium. Morbi autem ventriculi quidam ſunt facti, quidam fientes. Nam diſtemperies quandoque antecedit, ipſa verò cibos corrumpit, & prauos ſuccos generat nauſeam inducentes, quandoque ciborum prauitas antecedit, deinde ſequitur corruptio eorum & nau-

Digitized by Google

ſea, quorum cauſa intemperies quoque ventricoll naſcitur, ſed fit nonnunquam vt ventriculus à iecore, lieoe, aut capite, aut toto corpore excrementa ſuſcipiat, quæ deinde ventricolum diſtemperent, & oauſeam inducant. Prætetea ſucci qui in ventre generantur, aut aliunde decumbunt in ipſum, quandoque craſſi ac lenti ſuot, quandoque tenues ſeroſi, rurſus aut in vantre natani, aut in ſumma ſuperficia adhærent, aut ſubſtantiæ ipſius infarciūtur immerſi.

Nauſea peculiaris cauſa.

Euenit ſæpe ventris ſupinitas, nauſea, atque faſtidium, bis qui pinguia alimenta aſſumpſerunt, cùm iam cocta fuerint ac deſcenderint: relinquitur namque pingue hærens ventriculo, & faſtidium ac diſplicentiam inferens. Vbi calida intemperies ventriculi cauſa fuerit, ſic agnoſcetur. Sitis enim aderit, & calor ſentietur, & alimenta corrumpentur ad nidoroſam naturam, etiam ſi ipſa ea ſe talia non fuerint, vt piſces ſaliti, & ous in ſartagine fricta, & obſonia ex melle, & pipere parata. Præterea qui calidam patiuntur intemperiem, frigidia iuuantur, & qui frigidam, calidis, & ſiti vacant, & ardore, & cibos corrumpunt in acidam qualitatem, etiam ſi eius naturæ non ſint, vt acidi & frigidi, & cum aceto & acidis parati. Accedit autem diſtemperantiis temporis proceſſu excrementorum copia, eius naturæ, quæ non parum docere valent diſtemperantiæ naturam: nam calida diſtemperies calida generat excrementa, & frigida ſimiliter frigida. Cùm itaque aliquod excrementum vomitu reiicitur, id oſtendet diſtemperantia, calore & temperatura. Humorem in ventriculo natare & in ſpatio ac cauitate contineri cognoſcemus, quoniam ab ipſo cibi corrumpuntur, & vbi euomantur, ſecum deferent aliquam portionem ſucci nauſeam facientis. Si tamen tunicis ventris hæreat craſſus & lentus, ſitim extinguit, & appetitum auget, ſed quandoque ipſum minuit, quoniam ſenſum ſuctionis hebetat. Per nauſeam verò interim nihil moueri ſentitur, nec quidpiam excernitur, niſi magna cum violentia & cemediis detergentibus præaſſumptis. Si verò is humor qui hæret tenuis fuerit, non fluctuabit, nec difficilè vometur, ipſe quoque excretus ſuam oſtendet naturam, adiungetur tamen ipſi ſitis, quandoque & morſus oris ventriculi: ſi tamen infarctus talis ſuccus tenuis & ſeroſus fuerit, cum magna nauſea & inappetentia, nihil excernitur, & ſitis aderit, & cibi in nidoroſam naturam corrumpentur. Qui etiam adhærent, aut infarcti ſunt, ante cibum nauſeam mouent: qui verò innatant, ante cibos & poſt cibos nauſeam inducunt. Decet quoque coniicere an aliunde humor prauus cibos corrumpens & nauſeam efficiens traducatur, & vnde: quod maximè deprehendemos, quoniam per interualla traductio fit, & cùm ventris ſymptoma augetur, pars à qua ſuccus traducitur, melius habet, & cùm vēter melius habet, pars à qua traducitur, laborat magis, & omnino partium aliarum à quibus prædicta excrementa traduci poſſunt, atque totū ipſum corpus conſiderandum, quomodo valeant, & quando deterius ſe habeant: nam cùm membrum aliquod in ventrem transfundit excrementa, vt exoneretur, ita melius habet, & aliud qood recipit, deterius, id quòd per interualla euenit, quoniam interim excrementa aceruantur, & non antè.

Nauſea curatio ab humorib. aliunde transfuſis.

Quando excrementa nauſeam facientia ex toto corpore transferuntur, toti corpori ſubueniendum. Quando verò ex iecore, aut liene, eidem tum vacoatione, tum attemperamento & debita victus ratione ſuccurrendum, ſed interim quoque ventri præuidendum, his quæ iam receptum euacuant, & deinde his quæ ipſum roborant, ne rurſus quod traoſmittendum eſt recipiat.

Nauſea à diſtemperie curatio.

Vbi nauſea ab intemperie calida cibos corrumpentes procedat, ventriculum refrigerare oportet ſyrupo de malis cotoneis & lactocis, & carnibus gallinarum, & pullorum elixis cum lactucis, aut hordeo, aut endiuia. Potus erit aqua hordei, aut vinum nigrum probè dilutum, iungetur tamen oleo melino, aut addito ſucco vuæ acerbæ. Si frigida fuerit temperies, contrariis curanda, vti ſyrupo de mentha, & alimentis quæ parata ſint cum aromatibus, & melle: liniendus tamen eſt venter oleo de abſynthio. Potus ſit vinum album, aut ruffum. Vina verò fulua aot flaua ſæpe fit vt in languente ventriculo * corrūpantur, ſed de his quæ ventriculum attemperant in ſequentibus dicemus. A pinguibus tamen abſtineant, qui nauſeam patiuntur. At verò ſi ex pinguium eſu quis in nauſeam inciderit, vti diximus, potus vini albi parum diluti ſatisfaciat, aut mica panis in poſca, aut in ſucco mali punici, aut oxyſaccharum: iuuat quoque ventriculum ſupernè deorſum fricare.

** Vina vinoſa imbecille ventriculo noxia.*

Nauſea ab humoribus ventriculo innatantibus.

Quibus nauſea concitatur ab humoribus ſeroſis ventriculo innatantibus, vomitus conducit per acetum mulſum tepidum, aut beta elixa in hydrelæo & paoco aceto edenda, deinde bibito raphani decocto vomendum. Rhabarbarum autem pondere drach. ij. eoſdem deorſum purgabit, ac roborabit ventriculum adſtrictione. Vbi tenues & bilioſi humores in tunicis ventris infarcti contineantur, bis aſſumendus ſyrupus acidus, deinde purgabitur pilulis de hiera picra, aut pilulis de aloë & maſtiche: poſtea verò venter oleo melino roborēdus. Craſſis autē humoribus innatantibus vomitus procurandus aceto mulſo, & raphani decocto, aut betam elixam ex hidrelæo & aceto edent, deinde decoctum ſeminis raphani tepidum bibent, & penna aut digitis intromiſſis voment. Frequentiùs autem fit vt craſſi ac lenti humores ventris tunicis tenacius hæreant, qui præparandi ſunt aceto mulſo, aut etiam decocto origani, aut calaminthæ cum aceto mulſo, deinde purgandi ſunt per agaricum in aceto mulſo, quod medicamentum vomitum etiam mouere ſolet: ſed purgantur probè admodum prædicti craſſi ac lenti humores bibito medicamento, quod recipit hieræ diacolocynthidos vnc. ſem. diluatur in vnc. vj. aquæ mulſæ. Poſt purgationem accommodatur ſyrupus de abſynthio, aut pulueris aromatici roſati drach. s. in vino albo modicè auſtero, tribus diebus, ieiuno ventre.

Vomitus curatio.

Cùm autem vomitus hominem moleſtauerit, cohibendus non eſt interim dum talia vomuntur qualia vomi debent, nempe quæ toto corpore redundāt, & fœtida, nigra, liuida, ſyncera, & vtcunque naturam iuuantia fuerint. Nec retinendus vomitus corruptorum ciborum, ſed ne corrumpantur, præuidendum. Cùm verò vomitus ad imbecillitatem perducit ægrum, & ob eius impetum alimenta non contineantur, atque ea de cauſa vires languere incipiant, humorum confluxus in ventrem reuellendus, & venter roborandus. Aër ad frigidum attemperabitur, qui inſpiratur. Humores confluentes reuellentur frictionibus brachiorum, & crurum, & eorundem calefactione, & ligatureis, venter quoque leniēdus clyſteribus & peſſolis. Aromatica odoranda, & deguſtanda, ac cibis immiſcenda, vt cinnamomum, caryophylli, aniſum, macer, & poma odorata auſtera, & mala cotonea, carnes erunt aſſæ pullorum, aut perdicum nouellarum, ſine pinguedine, aut prauo odore, vuas paſſas prima menſa accipient, poſtrema miloplacentam, quæ diacotoneum appellatur, à nobis verò ialea, & coriandrum præparatum, aut puluerem ipſius & aniſi

in dta

in drageia, aut oliuas duas cordubenſes, aut tres: ventriculus oleo nardino linietur, aut de abſynthio, aut melino, pro temperatura conſiſtentis humoris, curat etiam humorum vomitum fluxus ventris, & econuerſo.

Vomitus ciborum curatio.

Quòd ſi cibi reuomantur, ac perinde corpus vniuerſum alimento priuatum langueat, ſi corruptus iam fuerit, vt vomatur neceſſum eſt, verùm vt non corrumpatur præuidendum aut attemperato ventriculo, aut vacuato, aut fluxione in ipſum prohibita, aut emendato cibo, & aſſumpto cum aliquo ex ſalſamentis quæ appetitum excitant, & ventri amica cùm ſint, ipſum cogunt ad cibos amplexandos, vt ſuccus arancij, ſalſamentum ex petroſelino, aut quod ex iecore gallinæ faciunt coqui, aut ex ſucco mali punici cum ſaccaro inſpiſſari ebullitione. Aſſumpto autem cibo manus aqua frigida immittendæ: id enim maximè ſedat animam, & emplaſtrum quod ſequitur ſuperponẽdum ventriculo, quod nec ieiunis nec cibatis ſemouebitur, pulueris abſynthij, maſtiches, menthæ ſingulorum drach. j. cinnamomi, caryophyllorum, vtriuſque drach. ſ. ladani & reſinæ terebinthinæ, quantum ſatis eſt, fiat emplaſtrum ſcutiforme.

Vomitus remedia.

Cibo præterea aſſumpto vbi alia non profecerint, cucurbitula cum multa flamma ventriculo affigenda, & ibidem dimittenda donec ſponte decidat, & poſtrema menſa quæ diximus ſumenda: vinum verò odoratum & auſterum bibendum. Valet ad vomitiones emplaſtrum è miloplacenta cum puluere thuris & menthæ, & oleum de mentha cum puluere abſynthij. Aliud, olei de mentha, olei de abſynthio, vtriuſque vnciæ duæ, pulueris maſtiches, aluminis, cinnamomi, maceris, caryophyllorum, ſingulorum drachma vna. Fiat linimentum.

Remedium experiſtum ad vomitum.

Ad frigidam ventriculi intemperiem, vomitum, & nauſeam abſynthium viride intra calceos calcatum prodeſſe ratio, & obſeruatio inuenerunt.

De ventriculi imbecillitate & ciborum cruditate.

CAPVT VII.

Ventriculi coctio læſa.

Coctio ciborum in ventriculo læditur, læſa facultate, aut inſtrumento, aut obiecto, facultas naturalis eſt ad quam attinet coctiones perficere, inſtrumentum præter ipſum ventriculum, cuius munus eſt cibos coquere, eſt ſpiritus vitalis & natiuus calor eiuſdem, atque circumſtantium membrorum obiectum eſt cibus. Facultas in eſſentia mutatur, & impeditur coctio, mutato temperamento partis, quamuis mutatione facta ad frigiditatem maior læſio ſequatur, quàm ſi ad calorem fiat: lædunt quoque vires coquendi, humiditas, & ſiccitas modum excedentes. Inſtrumentum vitioſum eſt ſi prauè compoſitum ac conformatum fuerit, aut vnitas diuiſa, veluti per inflammationes, tumores reliquos & vlcera, & alias natiuas vitiatas conſtructiones. Alimenta vitiant actionem, etiam ſi venter nullam affectionem pateretur, quoniam debitam quantitatem excedunt, aut mala qualitate prędita ſunt, aut ordinem non ſeruant, aut tempus aſſuetum euariat aſſumptio, aut tota ſubſtantia ſunt aliena, aut inuſitata. Cùm verò prauus aliquis humor aut excrementum in ventre continetur, bifariam coctionem vitiare ſolet, tum quoniam ventriculum alterat, & temperamentum mutat: nec tamen in eſſentia mutata facultate, tum quoniam alimenta ipſa vitiat & corruptioni parat, quod nonnunquam citra læſionem manifeſtam ventriculo illatam fit, vbi cibus ipſe coctu difficilis fuerit. Prætermiſſis tamẽ tumoribus, vlceribus, & prauis conformationibus ventris nos impræſentiarum coctionum vitia, & cruditates, quæ ab intemperantiis ventriculi, quæ cum humore, aut ſine ipſo proueniunt, aut obiecti vitio, curare docebimus. At verò ſigna calidæ intemperantiæ ventriculi ſunt, ſitis, ardor, prauus appetitus ciborum, & à calidis lædi: à frigidis verò iuuari, Frigidam diſtemperiem oſtendit ſitis defectus, appetitus maior, & à calidis iuuari.

Ventris intemperantiarum nota.

Corruptio quoque ciborum in nidoroſam qualitatem vbi ipſi non fuerint eius naturæ, oſtendit calorem, & corruptio in acorem, vbi cibi non fuerint frigidæ naturæ, oſtendet ventris frigiditatem. Siccitatem oſtendit ſitis, ſaliuæ defectus, corporis extenuatio, & ventris præſertim. Alimenta ſicca non appetunt, & aſſumpta ægrè ſuperant, ſed iuuantur ab humidis. Humida verò temperatura ſine ſiti eſt, & pauco potu ſatiatur, multam ſaliuam in ore habent, & ab humidis læditur, & oculorum palpebræ quandoque intumeſcunt. Appetunt ſicca, quoniam præter naturales affectus ventriculi contraria appetunt, apud Galen. lib. Artis medicinalis. Intemperantiæ verò quæ cum humore ſiunt, agnoſcuntur ex his quæ vomuntur, aut deiiciuntur, aut etiam ex linguæ affectibus: nam cùm humores adſunt bilioſi, lingua redditur amara, ſicca, ſcabra, ructus ſunt nidoroſi, & in eam naturam cibi mutantur, ac ſitiunt. Quorum humores frigidi ſunt, tales vomuntur aut deiiciuntur, & lingua albicat, non ſitiunt, cibi corrumpuntur in acidam qualitatem, taléſque ſunt ructus.

Calida intemperantia ventris curatio.

Præterea bilioſus ventriculus inediam difficilè tolerat, pituitoſus facilè. Ergo bilioſi ventres ante cibos, plus quàm pituitoſi, & magis quàm poſt cibos læduntur. Vbi prauus aliquis ſuccus in ventre continetur, qui ventrem diſtemperat, & cibos corrumpit, is vacuari debet, vti de nauſea diximus: intemperies tamen ventris contrariis curatur, calida frigidis, vti lactuca elixa, & portulaca, & peponibus elixis cum iure carnium, endiuia, & cichorio, cum acero, & ſaccaro, & pane hordeaceo, aut ptiſana, aut iure carnis cum hordeo elixæ, & carnes ipſæ edendæ cum acidis ſuccis. Potus ſit aqua, vel aqua hordei. Exterius admouendum oleum melinũ, aut idem cum ſucco vuæ acerbæ, aut palmolæ cum aceto elixæ, aut ſcrotum refrigerans Galen. Frigidæ verò intemperantiæ probè curantur his quæ calefaciunt, vt carnibus elixis cum mentha, & inſperſione piperis, cinnamomi, caryophyllorum, maceris, zingiberis, carpeſiorum. Potus ſit vinum odoratum, quale eſt à Sancto Tortatio duorum annorum. Deſuper ex oleo nardino illinire conuenit, & de abſynthio, & pannus purpura tinctus ſuperponendus ventri. Humida intemperies quandoque ſola adeſt: ſæpe verò frigidæ accedit, quam curamus victu exſiccante: vt carnibus aſſis, & ſale, ac cinnamomo & aniſo additis, & potu vini calidi, præſertim ſi frigida fuerit intemperies ſimul & humida. Nos pilulas ex puluere corticum aranciorum & caryophyllorum, aut ex aloë, & caryophyllis deglutiẽdas damus. Quibus conuenit piper, & caryophyllos cibis addere, & mentham, & bibere quam appellamus claream, atque eſt œnomeli, cum aromatibus, & ſyrupus de mentha compoſitus, & ſyrupus de abſynthio, zinziber conditum, diatrion pipereon, & mel roſaceum ad cruditates, quæ inde ſequuntur valent. Confert autem ventri illitum nardinum, oleum de mentha, & emplaſtrum, quod recipit menthæ aridæ, abſynthij,

thij, maſtiches ſingulorum draeb.ſem. macetis, caryophyllotum vtriuſque ſcrup. j. cum ladano & reſina terebintbina fiat emplaſtrum ſcutiforme. Sicca intemperies curatur iure earnium,lacte bibito calido, vt mulgetur ab vbere mulieris, aut capræ. Et lac elixum, cum amylo, & lac elixum additis vitellis ouorum,& farina triticea ad coagulationem conferunt, & nuclei pini cum ſaccaro, & bibent aquam hordei,aut decoctum prunorum, aut vinum album dilutum. In eum vſum valent priſana, aut puls ex hordei farina. Fiunt autem cruditates ac ſequuntur præſertim frigidam intemperiem, ſed cibos crudos aut corruptos vomere oportet, aut ſubducere. Si ciborum cauſa noxa ſequatur,ſi multi ſunt, moderanda quantitas, & ciborum diuerſitas vitanda, quoad fieri poſſit, & vbi plures cibi ſumantur,ordo ſeruandus,ita vt qui faciliùs ſubducũtur primo loco ingerantur,& tempus aſſuetum ſeruetur, & temperatiores eligãtur,ne mala eorum qualitas ſuæ corruptionis, aut cruditatis cauſa ſit. Non ſint etiam cibi minimè aſſueti,aut tota ſubſtantia contrarij,niſi quis voluerit omnibus aſſueſieri, & Hippocr. præceptum ſeruare: id verò citra morbum. Si ſomni defectus noxam coctioni intulerit, is quoque conciliandus eſt opportunè, ſicuti exercitij tempus ſeruandum,& hora deponendi excrementa. Nullam autem conſuetudinem perpetuò ſeruare mihi optimum eſſe videtur ad ſanitatis tutelam. Verùm vbi cibus corrumpatur, aut incrudetur, vomendus cum aqua tepida, & pennæ immiſſione in os, aut deſcenſus ipſius procurandus ventris calefactione, manibus calidis ſuperpoſitis, aut puero, aut catulo admoto ventri, ex documentis Galeni libr. 5. de ſimplicium medicamentorum facultatibus. Deinde cibo excluſo vomitu, aut ad inteſtina tranſlato, venter roborandus fotu lanæ ex oleo nardino, & maſtichino, & vbi flatus relinquantur, aniſum ſumendum, aut fœniculus, carui, cuminum ad flatum diſcutiendum, aut aromaticum roſatum, aut in maioribus frigiditatibus medicamentum diatrion pipereon & ſimilia, ante cibum duarum horarum ſpatio, aut cum cibo, non tamen poſt cibum, vt Galen. lib. 4. de Sanit. tuen. docet, ne cibus intempeſtiuè diſtribuatur (cùm ferè coctus fuerit, aut propè diſtribuendus,) cum cibis enim coctionem adiuuant eorum, ferè coctos autem ante tempus coctionis diſtribuunt. Poſt fotum & medicamenti calidi aſſumptionem quieſcent, ac dormient, & poſt ſomnum cibos accipient boni ſucci, coctu faciles, & parum bibent, eritque vinum album auſteritatis particeps, aut flauum odoratum, & in frigida intemperie ad emendandas cruditates valet œnomeli, & quod appellamus Hippocras, parum bibitum poſtrema menſa,& zinziber conditum, & drageta ex ſemine fœniculi, aniſo, & dauco, & coriandri ſemine præparato, cum ſaccaro facta. Mel quoque roſaceum per horam ante cœnam, quantitate vnc. ij. futuræ præuidet cruditati.

Cruditates ciborum.

De ventriculi inflatione.

CAPVT VIII.

Inflatio ventriculi.

INflatio ventriculi, diſtenſio ipſius eſt, à copia flatus proueniens: is autem aut in ventris capacitate continetur, aut intra ipſius membranas. Cauſa generationis ipſius duplex eſt, aut calor parum excedens, aut materia craſſa ac lenta. Calor ſanè immodicus adeò validè extenuat, vt diſcutiat potius quàm generet flatum extenuato vapore, remiſſus admodum calor ſiue frigiditas valida conficere flatum nequit,nec leuare: erit itaque calor flatum generans moderato proximus, ſed à natura alienus. Vbi tamen is validior fuerit, ciborum autem natura flatulenta, flatum conficiet, Galen. exemplum lib. 3. de Cauſis ſympt. eſt aëris ambientis temperies: nam aërem ſerenum reddunt, aut nimis calidæ, aut nimis frigidæ temporis conſtitutiones: mediæ verò nebulas gignunt.

Flatus cauſa.

Qui hunc affectum patiuntur, dolorem ſentiunt in ventriculo, & diſtentionem, & aliquando iuxta enſiformem cartilaginem, tumorem. Dolor præterea non tantùm in ea parte diſtendens ſe offert, ſed ſimilis in dorſo è regione, qui quandoque ad thoracem aſcendit & ad iugulum,& ciborum appetitus ceſſat. Noui hominem cui flatus intra membranas ventriculi continebatur, qui à ventriculo per gulam aſcendebat, & minimè excernebatur ructu, ſed ſpeciem præbebat ægro ſuffocationis futuræ, immorabatur quoque ibidem nonnunquam vnius horæ ſpatio,& deinde ad ventriculum recurrebat. Flatu autem ſurſum aut deorſum excluſo leuantur, & quandoque ſolo cibi deſcenſu, flatui relicta capacitate ampliore. Rurſus qui excluſo flatu, ac leuato dolore ſtatim cibos accipiunt, ſtatim inflantur, diſtentiones redeunt, & capitis dolor accidit.

Inflationis nota.

In curatione ſi flatus ab alimentis pituitoſis ortum habuerit, pituita genita extenuanda eſt aqua mulſa, aut melle roſaceo, aut decocto origani & aniſi cum melle deſpumato, & deinde ab eorum ciborum vſu abſtinendum. Si tamen à caloris natura, quoniam alienus eſt flatus generetur, vbi dolor vexauerit alimento parum antè deſumpto id vomi debet, glans autem ſupponenda, ex melle toſto & puluere cumini, aut ex hiera picra, & puluere rutæ ſiccæ, deinde venter lana ex oleo anethino, aut laurino fouendus, aut venter oleo anethino liniendus, deinde puluis cumini, & apij ſeminis inſpergendus. Perſeuerante dolore cucurbitula magna cum multa flamma ſuperponenda. Longè autem à cibo concitato dolore venter oleo anethino, & rutaceo fouendus, aut emplaſtrum ſuperponendum ex ſemine lini, cumino, aniſo, tritis & oleo anethino commixtis. Aut imprimis ventris onus deponat per clyſterem ex decocto calaminthæ, pulegij, & cumini, cum melle toſto, oleo anethino, & ſale, deinde aſſumet diacumini tabellam ponderis drachm. ij. aut pulueris eiuſdem drachm. ſem. cum vino pauco meraco, aut ſimile ex medicamento dianiſo accipiet, aut caſtorei ſcrup. j. cum poſca, aut ariſtolochiæ rotundæ drachm. ſem. cum vino. Deinde præuiſionis ratione, ſi excrementum aliquod in ventre redundat, id præparandum ac purgandum, & venter roborandus fotu olei de abſynthio, aut anethini,& nardini. Victus autem optimè inſtituendus ex alimentis minimè flatuoſis: ſunt autem flatuoſa olera & fructus virides, & potus vini dulcis. Ordo quoque ciborum quàm maximè ſeruandus, & moderata quantitas. Potus erit vinum antiquum, album aut fuluum, odoratum, aut non aſſuetis aniſi decoctum, pauca erit potus quantitas. Somnum autem diurnum vitabunt, & ventrem ante & retro pannis purpureis obuoluent, & à cibo lenta vtentur deambulatione.

Inflationis curatio.

De

De Singultu.

CAPVT IX.

Singultus.

SIngultus motus ventriculi vehemens eſt, quo tentat cauſam nocentem excutere, perſimilis conuulſiooi, de qua ſexta Aphoriſm. ſect. Hippocr. dixit: Conuulſio quædam fit à repletiooe, quædam ab inanitiooe, ſic etiam & ſingultus. Sed tamen eius ſymptomatis cauſas quatuor generibus ſeionxit Galen. lib. 8. de Compoſ. medic. per locos, prima eſt, repletio. Cùm enim fibræ ventriculi humore, aut etiam flatu, impleotur, ventriculus conoulſioni diſpoſitionem ſimilem patitur, ac concutitur conoulſorio modo, quod humor melancholicus acerbæ qualitatis, præ omnibus facere valet. Perſimile ſymptoma oritor à ſecundo genere cauſarum, vbi ventriculus ex nimia vacuatione arefactus contrahitur, & contractorios ac concuſſorios patitur motus. Ad hoc caoſarum genus reducuntur alimenta & medicamenta, quæ acerbam habentia naturam validè comprimunt ventriculum. A cauſis quoque mordentibus ſingultus excitaaor: quod fit vbi acres humores os ventriculi momorderint, aut ibidem geniti, aut aliunde confluentes, aut cibi in eam naturam corrumpantur, aut ciborum ea ſit oatura, quemadmodum ſi quis piper & mel, aut piper & vinum ingeſſerit. Idem omnino ſymptoma euenire videris, ſi vlcus in vētre exiſtat, tunc etenim, quãuis cibus aut ſuccus parum valentem facultatem mordendi habuerit: mordebit tamen, ac venter exeſus vel temperatum calorem alimentorum non feret. Quartum genus cauſarum eſt frigus, nimia etenim frigiditate riget ventriculus, & compreſſionem validam non ferens, cōmouetur ac ſingultit. hoc ſympt. pueris ſæpe accidit vētriculo refrigerato, per ſe, aut pedum frigori conſentiente.

Singultus ſigna.

Intenſum frigus poteſt excitare ſingultum.

Signa repletionis ſunt, grauitas, ſi non fiat à flatu, diſtentio, dolor, & victus præcedens, & defectus ſignorum, quæ inanitionem oſtenduot. Inanitionem autem docent inedia præcedens, fluxus ventris, vomitus, fluxus ſanguinis, & ſimiles vacuationes. Similem diſpoſitionem oſtendet victus ex alimentis acerbis præcedens, vti ſorbis, & cotoneis malis. Cauſam mordentem agnoſcimus ex ructu nidoroſo, ex vomitu bilis, aut cuiuſuis acris & mordentis excrementi, aut innoteſcet ex victu præcedente, cùm æger retulerit aliquod medicamentum eius generis iogeſſiſſe. Vlcera ventriculi proprias habent notas quæ dicentur. Frigiditas agnoſcitur ex his qoæ præceſſerunt, quæ interius aſſumpta, aut exterius admota refrigerare valuerunt, de quorum numero eſt pedum, aut capitis refrigeratio: his enim facilè conſentit ventriculus. Si à flatu ſingultus oriatur, eum diſcutere oportet his remediis quæ ad ventriculi inflationem capite ſuperiori à nobis tradita ſunt, in quibus cucurbita cum multa flamma recenſetur. Si à craſſo procedat humore, vbi in ventris cauitate contineatur, vomi debet potu aquæ mulſæ, aut aceti mulſi, aut deorſum ducēdus clyſteribus, quæ ex decocto calaminthæ fiant cum melle, & hiera picra, aut ex decocto origani, cum benedicta & ſale, ac melle. Si verò fibris ventriculi infarciantur, præparari debent aceto mulſo, & origani decocto, deinde hiera Ruſi purgandi. Venter oleo anethino, aut nardioo fouendus, & emplaſtris calidis ad id valentibus, & curſus humorum auellendus frictionibus brachiorum & crurum, ac victus corrigēndus per ea qoæ extenuant, & validior exercitatio & vociferatio, & ſternutatio, auctore Hippocr. Aphor. 15. lib. 6. conferunt. Plato quoque in cōuiuio ſingultus remedia ſcribit, ſpiritus cohibitionem, ſternutationem, & multæ aquæ potum: ſed hoc poſtremum ad ſingultum à cauſa mordente profectum valet, alia duo ad calefactiooem, & flatuum, ac frigidorum humorū excuſſionem. Singultus ab inanitione, refectione & humectatione curatur: corpus autem ac venter ipſe reficitor probè his alimentis quæ bonum ac multum ſuccum præſtant, & facilè coquuntur in ventre, è quorum numero ſunt amylum cum lacte, & ius gallinæ, vitelli ouorum, & carnes gallinarum, caponū, pullorum, & veruecis duorum aut trium annorum elixæ. Potus ſit vinum album aquoſum, & venter oleo amygdalarū dulcium linendus, & dorſum è regione. Aut ceratum vtrinque admouebimus ex violaceo & amygdalino oleo, & cera. Si acerba medicamenta ſingultum concitauerint, dulcia, & pinguia remedio erunt, vt ius gallinæ pinguis, aut mellis diſpumati cochlearia duo, aut penidiæ, aut nuclei pini cum ſaccaro, aut ſuccus radicis: acerbus autem humor purgandus, paratus antè potu aquæ mulſæ. Vbi ſingultus à mordentibus, & acribus ſuccis, aut cibis in eam naturam corruptis, aut talibus medicamentis oriatur, hæc eadem vomere potu aquæ tepidæ oportet, aut bibita aqua hordei tepida, deinde ea quę ſenſum hebetant, & acredinem obtundunt accommodantur, & ſtuporem inducentia. Theriaca igitur noua bibenda in aqua endiuiæ, aut Philonis medicamentum. Attemperant & obtundunt acredinem ſyrupus violaceus, & de nymphea, & medicamentum diarrhon ſantalon, & lactuca cruda, aut elixa, & portulaca, & pepo, & ſemen cucumeris tritum, cum aqua potum, & ſemen lactucæ, & ſuccus endiuiæ cum ſaccaro, ſint ſucci vnc. iiij. ſaccari vnc. j. & ſyrupus de ſucco vuæ acerbæ, & de ſucco limonum, niſi exulceratus ſit ventriculus, tunc etenim ab acidis abſtinebimus. Potus ſit aqua hordei.

Platonis remedia in ſingultu.

Singultus ex uſu ciborum curatio.

De Inflammatione ventriculi.

CAPVT X.

Ventriculi inflammatio, & cauſa.

INflammatio ventriculi ex effluenti ſanguine generatur, vti & omnes aliæ inflammatiooes, quamuis ex eis quædam magis eriſypelatoſæ, quædam magis œdematoſæ, aut ſcirrhoſæ fiant. Agnoſcitur affectus, quoniam pondus ſentitur, dolor, febris, ſitis, æſtus, nauſea, inquietudo, nonnunquam animi deliquium, & extremorum refrigeratio. Victus pertenuis eſſe debet, ac omnino liquidus, vt facilè ſuperetur, veluti ptiſana hordeacea, ius pulli cum lactucis elixi, aut cum endiuia, aut cum malis cotoneis incipiente inflãmatione, aut ius pulli cum ſucco arancij, aut ſucco vuæ acerbæ. Potus ſit aqua hordei, aut aqua ex vaſe maſtiche ſuffumigato, aut illito: erit autē potus omnis parū frigidus. In aëre attemperato collocentur, aut parum frigido. Quieſcent, ſed frictionibus brachiorum, & crurum vtentur, & clyſteribus ventrē emollientibus, ſomno moderato, & animi tranquillitate. Curatio à ſanguinis miſſione auſpicabitur, ſecta vena interna cubiti lateris dextri, ac ſanguis pro morbi magnitudine & virium robore mittendus. Neque erit à ratione alienum excrementa quæ ab inflammatione in ventris cauitates reſudant (quod fit in omnibus inflammationibus

Inflammationis ventr. curatio.

rionibus quæ membrana teguntur tenniore) purgare medulla caſiæ fiſtularis in decocto prunorum, aut pari modo ſero lactis, aut decocto tamarindorum. Parti verò laboranti admouenda ſunt medicamenta quibus inſit adſtringendi vis, & neque in principio, neque in alio quopiam morbi tempore, ea quæ relaxāt admouebimus, ſine miſtione adſtringentium, ſeruata illa generali medendi methodo, quam ſupra tradidimus, quæ ſumitur à principatu partis, ob quam partes quarum munus toti corpori commune eſt, omnino ſeruare oportet. Admouebimus itaque vnguentum ex roſaceo, melino & cera, aut farinam hordei cum oleo de abſynthio, & melino, aut palmulas elixas in aceto, deinde malaxatas cum oleo de abſynthio, aut miloplacentam malaxatam aum copioſo oleo de abſynthio, & nardino. Vbi autem validiùs repellere ſit opus, cum oleo melino & de abſynthio, addemus roſas, acaciam, & rhu obſoniorum. In ſummo tamē vigore farinæ hordei, farinæ ſeminis lini, vtriuſque vnc.j. roſarum drac.ij. maſtiches, aloës, vtriuſque drach.j. olei melini vnc. iiij. aut farinæ hordei vnc.j. olei nardini, & melini quantum ſatis eſt, fiat puls. Inclinante morbo, fiet linimentum ex farina ſeminis lini, cum ſucco abſynthij & oleo camæmelino, aut ea floribus camemeli, meliloti, & farina ſeminis lini paribus menſuris, cum oleo camæmelino & nardino fiat linimentum. Si verò ventriculi inflammationes in duros conuertantur tumores, mollire ac laxare conuenit oleo camæmelino, cū adipe anſeris & gallinæ, addito oleo nardino. Aliud, olei camæmelini, axungiæ gallinæ, œſipi, ſingulorum vnc.ij. ſpicæ nardi, ciperi, myrrhæ, ammoniaci, ſingulorum drach.j. ceræ vnc.j.s. Aliud optimum, emplaſtri de meliloto vnc.ij. myrrhæ drach.ij. maſtiches drach.j.s. ammoniaci drach.j. olei

Emplaſtri de meliloto vis.

de abſynthio vnc.ij. miſce lento igne. Valet etenim emplaſtrum de meliloto ad duritias ſtomachi, iecoris, & lienis, ſed ad ſtomachum cum maſtiche & abſynthio, & nardi ſpica, ad iecur cum medullis, adipibus, labruſca, & caprino ſtercore, & nardino oleo, ad lienem, cum eupatorio, tamariſco, & baccis lauri. Verùm ſi inflammatio ad ſuppurationem tendat, puris generatio procuranda, atque tumoris eruptio.

Ventriculi vlcera.

Vlcus autem ventriculi diligenti eget curatione, quoniam alimenta venter ante coctionem excernit, morſu concitatus, quamuis ea ex temperatis ſint, & quæ ſanos ventres mordere non ſoleant. Agnoſcitur vlcus ventriculi, morſu quem ex cibis ſentiunt, præſertim ſalſis, acidis, & acribus. Quod ſi inter degluciendum hoc ſenſerint, in gula vlcus eſt. Accedit vlceribus ventriculi ructus fœtidus, vomitus puris, & ramentorum ventriculi, & quandoque ſanguinis, & ſyncopis vbi puris adfuerit copia. Communis vlcerum curatio eſt exſiccatio, ſed vbi vlcera ſordida fuerint, prius mundificanda veniunt. Mundificantia ſunt, aqua mulſa, & aqua hordei, & mel roſatum colatum. Purgant autem pus caſia fiſtula cum aqua mulſa, aut decocto prunorum, aut hiera picra, quæ præter puris vacuationem vlcera aſſolidare valet. Poſt mundificationem valet ad vlceris aſſolidationem, aloës drach.j. in vnc.iij. aquæ plantaginis, aut aquæ capitum roſarum, aut pilulæ de aloë, & maſticha, aut ſyrupus de malis cotoneis, aut myrthinus, aut decoctum roſarum & foliorum myrthi, aut paſtilli ea ſuccino, in aqua plantaginis. Probatum medicamentum eſt quod recipit ſarcocollæ, thuris, maſtiches, tragacanthi, ſuccini, ſingulorum drach.iij. fiant paſtilli cum ſyrupo malorum cotoneorum ponderis drach.j. quorum tres in dia ſumet, per interpoſitas horas. Alimenta eiſdem offerentur, carnes pullorum aſſæ valde commanſæ, perdicum nouellarum; turdorum, ouorum vitalli, & amygdalatum craſſiuſculum. Potus ſit ab initio aqua hordei, cùm verò aſſolidare volumus, aqua cinnamomi, aut aqua ex maſtiche, modo dicto parata.

De cholera morbo.

CAPVT XI.

Cholera.

CHolera, morbus hic appellatus eſt, ob id quòd per eam affectionem bilis copioſè effunditur. Symptoma tamen ad expultricem ventris & inteſtinorum facultatem attinet, per quod ſimul ſurſum per os, & infrà per ventrem bilis, & excrementa, ac cibi corrupti impetu pelluntur, iam crudi, nonnunquam nidoroſi, interim acorem referentes. Eſt ſanè morbus hic acutus & valde periculoſus.

Cholera nota.

Notæ ſunt ventriculi, & inteſtinorum morſus, quem ſequitur fluxus ventris, & vomitus excrementorum variorum, quandoque cum ſyncope, ſudore, pulſu inæquali, & paruo, cum conuulſionibus crurum & brachiorum. Sitis quoque accedit, quando morbus tandiu perſeuerat donec ſtercus per os excernatur, & facies reddatur ſimilis ei quam depinxit Hipp. parua ſpes ſalutis habetur, victus eis conueniens non eſt vnicus, ſed diuerſus admodum pro morbi temporibus, nam incipiente morbo permittendum eſt opus naturæ, dum quæ corrupta ſunt & deprauata excernit, & æger melius habet, quinimo (vt dicemus) leuiter iuuanda: ſed cùm euacuatio modum excedit, non tantùm medicamentis, ſed etiam alimentis ſupprimendæ ſunt vacuationes.

Cholera curatio.

Curationis itaque ratione incipiente morbo, & natura operante, atque ea quæ praua ſunt, corrupta & maligna excernente, cúmque per vacuationes iuuatur, decet aquam tepidam bibere, ac vomere putrida, quæ à natura cum labore non ſatis vomuntur: id eſt quod maiores dicere vomitu curari vomitum. Damnat autem Aëtius aquam mulſam, quoniam mordet & torſiones efficit, & oleum aqua mixtum, quoniam fluxionem auget. Morſum quoque inteſtinorum mitigamus, & excrementa educimus clyſteri ex aqua hordei iniecto: aut etiam addito roſaceo. At verò cùm corpus collabi, & facultas ægrè ferre cœperit vacuationem, & iam ſtrigmenta, ac inteſtinorum raſuræ, & colliquamina excernantur, humorum impetus in contrarium vertendus, crurum & brachiorum frictionibus, illitis manibus oleo anethino, aut irino: per hæc enim præter auerſionem, curantur conuulſiones, ob quas quandoque eiſdem miſcemus oleum de caſtoreo, ligaturæ quoque ac compreſſiones extremorum iuuant. Ventri verò imponatur emplaſtrum ex palmulis elixis in aceto, malaxatis deinde oleo melino, & addita acacia, vel linteum madefactum in ſucco mali cotonei, cum puluere rhu. Aliud, olei melini, & myrthini vtriuſque vnc.ij. hypociſtidos, acaciæ, rhu abſoniorum, ſingulorum drac. ij. pulueris corallorum rubeorum drach.j. Aliud, olei nardini & maſtichini vtriuſque vnc j. olei myrthini vnc.iij. calentibus venter lana foueatur. Aliud, ſucci malorum cotoneorum, ſucci pampinorum vitis, vtriuſque vnc.ij. ſucci menthæ vnc.j. pulueris malicorij & acaciæ vtriuſque drach.j. linteum madefactum ventri imponatur. Aut aſſumet ſyrupi myrthini vnc.2. aut ſucci malorum punicorum modicè acidorum vnc.j.s. aut ſucci pampinorum

norum vitis tantundem, aut ſyrupum de malis cotoneis ſenſim deglutiet, aut amylum cum ſucco mali punici, aut valido exiſtente ardore, ſyrupus de vua acerba ſenſim ſorbendus frigidus. Valent in eum vſum paſtilli de electro Galeni, cum aqua plantaginis inſtillatitia, aut cum ſucco mali punici, dormituto. Hæc autem quæ adſtringendi ratione adhibentur, ſi reuomātur, nihil vetat quominus eadem rurſus accipiat, nam vel in ipſo tranſitu nonnihil iuuatur venter, & tandem manifeſtè auxiliantur. Sedant hæc eadem ſitim, ſicuti & puls ex hordeo cum ſucco mali punici, cucurbitula quoque vrgente vſu ventri affigenda. Dum itaque excrementorum purgatio ea vſu eſt, ius pulli cum ſucco arancij conuenit: cùm autem eadem modum excedit, caro perdicis, aut turturis, aut turdi, aut pullorum columbinorum, aut ſi febris non adeſt, pauonis indi, aſſa, ſucco arancij, aut vuæ acerbæ inſperſa, & pampini vitis commanſi ſucco denorato, & lentes elixæ in iure pulli, excorticatæ, & inſperſo aceto, & mica panis in ſucco mali punici: valent etiam ſorba, & miloplacenta; pyra, & poma auſtera, & ſiti vexante atque ardore lactuca, aut endiuiæ cum aceto elixa vtilis eſt. Potus ſit aqua cinnamomi aut aqua chalybeata, aut vinū nigrum auſterum, eadem aqua dilutum. Frigidum ſenſim degluticndum. Quies procuranda, atque ſomnus præſertim à cibo, & aër attemperandus ſi calidus fuerit, aut frigidus ſeruandus: clyſteria quoque ex decocto roſarum, capitum papaueris & acaciæ fient. Ea anim ſomnum conciliant, aut vrgente vſu amylum cum decocto capitū roſarum ioncienddum. Per magnas imbecillitates, & ſingultus, licebit vinum modicè bibere, ſed auſterum, & aqua chalybeata dilutum.

De Lienteria & cæliaco morbo.

CAPVT XI.

Lienteria.

Lienteria, ſiue læuor inteſtinorum, ſiue læuitas inteſtinorum appellatur, quoniam per eum morbum inteſtina læuia reddita cibos non retinent: atque eſt facilis & celer deſcenſus ciborum per ventrem, qui parum aut nihil mutati fuere, ſuam ſpeciem adhuc referentes. Aut ſic, eſt exitus velox eorum quæ comeduntur & bibuntur, quæ talia deiiciuntur qualia fuere deuorata, auctore Galen. lib.4. Aphoriſm. comment. 12. & lib.6. comment. 1.

Cæliaca paſſio.

Non longè abeſt morbus quem cæliacū appellant, ſed per eum quamuis citò cibi deſcendant, ac liquidi, quoniam non diſtribuuntur, cæterum non oſtendunt propriam ſpeciem. Oritur id malum à ventriculi & inteſtinorum vlceribus, & cicatricibus: vlceratus enim venter, & inteſtina talia, facilè irritantur ad excretionem ante coctionis tempus: cicatrices verò poſt dyſenteriam contractæ impediunt digeſtionem ciborum occluſis meatibus venarum meſeraicarum, & retentionem impediunt: quoniam egent ad retentionem inteſtina natiua quadam aſperitate.

Lienteriæ cauſa.

Efficit hunc morbum nimia humiditas, & relaxatio inteſtinorum, quæ cum tenui humiditate, aut craſſa pituita fit, quam ſequitur retentricis facultatis imbecillitas in ventre & inteſtinis. Accedit imbecillitas coquentis facultatis ventriculi, fluxus ventris bilioſus qui abradere poſſit inteſtina. Dyſenteria, ingeſtio ciborum prauorum, corruptorum, fœtidorum, acrium, mordentium, aut ſupra modum humidorum, vſus medicamentorum ventrem purgantium, vel quæ lenificare ipſum poſſint, ſequitur quandoque expurgationem aſcitis. Accedit nimia frigiditas, vehemens ardor, excellens humiditas, interna, aut etiam ciborum, potionum, & aëris ambientis, aut loci habitationis. Mihi verò ipſi ex equitatione frequēti poſt cœnam lienteria ſequuta eſt. Inde fit frequens ac celer ciborum deſcenſus ante coctionem, & liquida deiectio, & facies albicat, corpus extenuatur, & creſcente malo in malum corporis habitum incidunt. Quòd ſi ructus aliqui acidi ſuperueniant, qui prius non aderant, bonum ſignum eſt, auctore Hippocr. Aphor. 1. lib.6. ſignificat enim iam cibos aliquandiu retineri. Morbus hic quandoque continuus eſt, quandoque intermittit, ac per interualla repetit. Appetitus ciborum quibuſdam perit demortua facultate appetente, aut cibos ipſos corruptionis ratione faſtidiente, aut nimium relaxato ore ventriculi, aut quoniam non fit per venas ſuctio: quādoque augetur, vti cùm acida pituita fit morbi cauſa.

Lientericorum victus.

Victus inſtituendus eſt cauſa prius cognita: nam ſi hæc fuerit motus corporis, aër ambiens, vſus alimentorum prauorum, hæc omnia imprimis vitāda, & cibus bonus eligendus, adſtringens, ſed non valde acerbus, neque coctionis & diſtributionis difficilis, vt caro pulli aſſa, aut gallinæ, turturis, turdi, pulli columbini ſylueſtris, vt caro veruecis aut hœduli elixa. Alexander cæliacis concedit carnem leporinam, & ferinam, qualis damarum, ceruorum, & cuniculorum eſt. Immiſcemus tamen elixationibus, quæ medicamentorum ad id valentem habent qualitatem. Redundante namque frigitate, aut humiditate, miſcemus cinnamomum, aniſum, piper, caryophyllos, nucem aromaticam. Sed accedente bilioſa fluxione, & inteſtinorum ac ventriculi abraſione, miſcemus thu, mala cotonea cum carnibus elixamus, aut perſica mala, aut poma auſtera, aut vuam acerbam, aut myrthi baccas. Ante prandium quoque ac cœnam miloplacentam præbemus. Abſtineant quàm maximè ab oleribus: omnia enim prauum præſtant ſuccum. Verùm nonnunquam cōcedimus eiſdem braſſicam bis coctam, aut ſimili modo paratam betam, rarò cichorium, paſtinacam quoque in cineribus aſſam & vino madefactam, & ex leguminibus lens bis cocta, vti & à nobis ad dyſentericus paratur, optima eſt, & oryza cum lacte elixa, & lac ipſum, præſertim in calidis fluxionibus, aut calidum vti mulgetur, aut ſi in ventre corrumpatur, cum pauca addita aqua elixandum, aut inter elixandum addemus paucam farinam triticeam, & oui vitellos ſine ſaccaro, aut melle, & vitelli ouorum aſſi, aut in aceto elixi conducunt: licet etiam edere palmulas, amygdalas, nuces tamen ventrem mordent. Panis parum furfuris recipiat, ſed aniſum ei miſceatur, aut cum carnibus & reliquis bis coctum panem edant. Impartiendus eſt cibus, ita vt bis aut ter in die cibum modicum accipiant. Potus erit vinum modicè auſterum, vinoſum, niſi cauſa calida accedat, aut febris: his enim melius eſt modicè potens, probè dilutum, & non aſſuetis aqua maſtichina, aut chalybeata, elixa tamen cum cinnamomo ad finem addito. In vniuerſum potus ſit pauciſſimus, quoad fieri poſſit, multus enim potus ex omnium ſententia in ventris quibuſuis laxitatibus pernicioſus eſt. A cibo leniter deambulandum, abſtinendum à ſomno diurno, non longè à cœna dormiendum, à ſomno frictionibus vtantur, aliquo linteo aſperiore: incipient tamen à cruribus, deinde ad brachia, deinde ad dorſum, deinde ad pectus & ventrem accedemus, & ſinapiſmis ac dropacibus

Digitized by Google

vtemur in extremis particulis,& animi tranquillitatem procurabunt. Si humor aliquis calidus ad ventrem confluxerit is reuellendus eſt,atque ventriculus roborandus, reuellitur frictionibus crurum & brachiorum,ac vomitione quæ per acetum mulſum exercetur, aut per decoctum ſeminis raphani cum pauco aceto: ventriculus verò roborandus interius aſſumptis,& exterioribus admotis. Aſſumitur ſyrupus de malis cotoneis, & miloplacenta, & oxyſaccarum quod ex ſucco malorum punicorum & ſaccaro fit, cui addenda acacia, aut rhu obſoniorum, valent ad idem paſtilli de ſuccino in aqua plantaginis dormitoris. Sint autem ex Gal. compoſitione. Exterius tamen admouemus emplaſtrum ex palmulis in aceto elixis cum ſemine lini, aut emplaſtrum ex miloplacenta malaxata cum oleo melino aut myrthino,quibus addere licet acaciam,& hypociſtidem. Aut ceratum fiat quod recipit olei myrthini,olei melini, vtriuſque vnc.s. pul.rhu, acaciæ, hypociſtidos ſingulorum drach.j. ceræ quantū ſatis fuerit,fiat ceratum. Aliud,olei myrthini vnc.iij. vini auſteri vnc.xij. foliorum rubi,foliorum lentiſci, foliorum myrthi,ſingulorum vnc.s. bulliant,& deinde ſimul omnia malaxentur,& in emplaſtri forma ventri parum calentia admoueantur. Id quoque memoria dignum, quod ſæpe fluxiones adeò copioſæ ſunt,vt cohiberi nequeant, niſi bilis purgetur, quibus conuenit ante vſum eorum quæ valde adſtringant, purgatio cum rhabarbaro, in aqua bugloſſi, aut decocto prunorum, aut aceto mulſo diluto, fit etiam probè purgatio per myrobalanos luteos in aqua inſtillaritia cichorij,aut decocto prunorum: ſit autem rhabarbari,aut myrobalanorū pondus drac.j. in drac.ij. Si tamē frigidi humores in cauſa fuerint, attemperandi,& per acetum mulſum detergendi,& per hieram diacolocynthidos aut elect. diaphœnicon. purgandi. Remanente tamen imbecillitate retentricis,& coctricis,cum frigore & humiditate,pari modo curanda interius aſſumptis & exterius admotis, ſed noſſe oportet valde adſtringentia lædere & fluxiones concitare,autore Aetio,intus aſſumuntur ſyrupus de mentha compoſitus, & aqua mulſa cum decocto origani, & aniſi quæ diſtributionem

Obſonium ad lientericos.

adiuuant. Nos obſonium parare præcipimus ad cæliacos,& lientericos,quibus imbecilla eſt retinendi facultas, gallinæ aut capi elixi pectus minutatim ſcindere iubemus,deinde duos ouorum vitellos elixos duros,& folia pauca petroſelini,deinde ius gallinæ ſuperfundimus, & ſemen coriandri,& cinnamomum,& vbi febre vacant,piper,prætereà arancij ſuccum,quæ deinde lento igne miſcentur & inſpiſſantur. Cùm autem cibus è ventre deſcendit,ſupradictis frictionibus vtimur & dropaciſmis:ſuperponimus tamen ventri emplaſtrum quod recipit olei nardini, & de abſynthio,& de mentha,ſingulorum vnc.ſem. pulueris menthæ aridæ,abſynthij,maceris, maſtiches,ſingulorum drachm.j. ceræ quant.ſuff. aut ea puluere maceris, caryophyllorum, carpeſiorum, & menthæ cum pauco oleo de mentha, & ladano, ac reſina terebinthina conficimus emplaſtrum ſcutiforme. Valet in hunc vſum emplaſtrum de baccis lauri. Quòd ſi in malum corporis habitum & ventris inflationem inciderint, venter liniendus oleo de abſynthio,& pul. cumini, ac rutæ inſpergendus. Valent ad cæliacos,venter gallinæ aridus cum vino bibitus, & rumicis ſemen, & cornu cerui vſtum, & thus fabæ pondere in vino nigro,aut ſucco ſanguinariæ. Theriaca verò optimum auxilium eſt. Laudat Aëtius poſtremo loco vſtiones, quæ in ſupremo ventre fiunt,interuallo duorum digitorum aut amplíori,& vlcera multo tempore aperta ſeruare,fient autem cruſtæ aut candenti ferro, aut cauſtico medicamento. Si cicatrices ciborum impediunt digeſtionem, detergentibus vtemur validis, cum Galeno.

De diarrhœa.

CAPVT XII.

Diarrhœa.

DIarrhœa fluxus ventris humoralis copioſus eſt, & naturali maior: is verò quandoque functionis, & operis naturæ rationem habet: quandoque ſymptomatis annumeratur. Cùm enim natura quæ praua ſunt,& naturæ aduerſa excernit,atque coctionis notis præcedentibus, naturæ functio eſt,& confert,& bene fertur:itaque hanc conſeruauamus & approbamus vacuationē, quoniam ſi ſenſim fiat, tandem ad ſanitatē ſolet deducere ægrum: ſi ſubitò,inter bonas iudicationes recenſetur, atque eſt alia ratione ſymptoma quod conſiſtit in excrementi mutatione. Quòd ſi id quod excernitur, bonum eſt,ſed à natura irritata pellitur,ac modum excedit vacuatio,bifariam ſymptoma erit, tum in excrementi mutatione,tū in actionis læſione,ſic etiam vbi malum fuerit quod vacuatur,ſed tempus coctionis non ſpectet. Eueniunt itaque ventris fluxiones quibuſdam in febribus, quibuſdam citra febres,in quibus cum febre fiunt,naturæ actio attendenda,& bonam ac vtilem præſentem vacuationem ſeruabimus, quandiu enim modum non exceſſerit,& notæ coctionis præceſſerint,vtilis erit: vbi tamen retineatur, magnos capitis morbos afferre ſolet, phrenitidem,lethargum & prauos abſceſſus:neque tamen ipſam iuuare oportet,ſi indicationis ratione affatim fiat, dicente Hippocrat. Quæ iudicantur & iudicata ſunt integrè,non mouere,nec nouare, nec medicamentis aut aliter irritanda,ſed ſinere. Cùm verò ſenſim fit,ipſam quoque prætermittere,neque eam iuuare Galen. præcipit lib.1. de Arte cur. ad Glauc. dicens: verùm neque ſi febris cum diarrhœa fiat,opus erit alia vacuatione, ſed hæc ſatisfaciet, quamuis non ſit pro redundantiæ ratione. Nihil tamen vetat in longis diarrhœis, cùm humores diutius deſcendentes hominem moleſtant, & ciborum appetitum lædunt, & inteſtina laxant,ac mordent,vacuare quod retinetur, aut perficere eam quæ nondum perficitur vacuationem, per ea medicamenta quæ ſimul vacuationem perficiant, & ventrem roborent, de quorum numero eſt rhabarbarum, & myrobalani lutei parum toſti, vt finita vacuatione febris declinat,& venter roboretur. Sine febre verò fit diarrhœa, aut ob ventris imbecillitatem, aut ciborum prauam naturam, aut humorum ex capite fluxum in ventrem,aut ex vniuerſo corpore eiſdem confluentibus. Ex eiſdem verò quædam ſunt bilioſæ,quædam pituitoſæ, quædam diuerſorum humorum, quædam colliquamentu ſecum deferunt: ſi ex ciborum natura ortum habuerit, ex relatu innoteſcet. Si à capite defluxerit humor in ventrem,augebitur hora ſomni,& inter dormiendum deglutient, & capitis dolor antecedet, ac grauitas, & ſpumoſa deiectio: ſi ventris ſequatur imbecillitatem, notæ aderunt quæ oſtendent ventris imbecillitatem ſuperiùs traditæ,quæ in diſtemperie conſiſtent, & diſtemperantiæ notis:ſi oriatur malum è toto corpore,aderunt cacochymiæ notæ,quas ſequatur cognitio peccantis humoris, aut excrementi, ab his quæ

deiiciun

deiiciuntur, colore & conſiſtentia, & cum billoſa deiectione adeſt ventris calor, ſitis, & amaritudo oris, ac cùm retinetur, capitis dolores ſuccedunt naturam humoris referentes. Pituitoſa quoque diarrhœa ex pituita excreta dignoſcetur, ventris ſtigore, & ſitis defectu, & nonnunquam faciei & ventris inflatione. Colliquaméta quoque cognita ſunt, quæ pinguedinem liquatam referunt cum fæce mixtam, aut cum prædicta bile.

Diarrhœa curatio.

Diarrhœa quæ bilis fluxione fit adſtringentibus, & attemperantibus eget, atque vbi opus fuerit, cauſæ potius quàm ſymptomatis ratione, euacuatione vti decet. Cæterum cùm adſtringemus, ſenſim agendum, potiſſimùm vbi diutina fuerit paſſio: bilis namque in ventrem confluens, ſi ibidem retineatur, dolores, roſiones, & capitis morbos efficiet, ac ciborum corruptiones. Natura præterea quæ diu miſit in ventrem aliunde genitum excrementum, corrigenda prius eſt, ac ſenſim in contrarium habitum mutanda, & interim roborandus, atque aſtringendus venter. In primis itaque bilis purganda cum rhabarbaro, aut electuario diacatholicon, aut myrobalanis luteis, aut thamarindorum decocto. Valétque maximè ad fluxionem ſiſtendam bilioſam, quæ ſine febre eſt, lac calidum ab vbere mulctū, aut chalybeatum, aut cum lapillis, quos κόχλακας appellant, ignitis paratum. Sic enim ſeroſa pars diſſoluitur, ad tertiam tamen partem abſumendum, & interim quod ſupernatat cochleari expurgandum. Quòd ſi febricitantibus ipſum exhibere velis, auctore Alexandro, atque Aëtio, aquæ quartam partem adde, deinde ipſum ad medietatem elixabis: verùm ſi in eorum ventribus corrumpatur in nidorem, aut in acidum ſaporem, melius eſt ab eius vſu abſtinere. Rurſus ſi per diarrhœas bilioſas medicus intellexerit bilem in ventre & inteſtinis contineri, clyſteribus facilè ipſam educet, quæ recipient hordei & violarum decoctum, caſiam fiſtularem, & oleum violaceum. Adſtringentibus poſt hęc vtemur, exterius oleo melino, aut myrthino, deinde acaciam & malicorium, & hypociſtidem addemus, cùm vehementius adſtringere volumus.

Clidium epithema.

Emplaſtrum quoque clidium, quod apud Alexandrum habetur, optimum eſt, appellatur autem epithema clidium Mnaſæi, quod in hunc modum conficitur, Gallæ omphacinæ, hypociſtidos, aluminis rotundi, acaciæ, rhus culinarij, malicorij ſicci, apij ſeminis, ſingulorum vncia: viſci quercini, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum drachm. iiij. picis ſiccæ, ceræ vtrinſque, vnc. ij. olei myrthi, aut lentiſcini vnciæ duæ. Gallam & malicorium contuſa cribratáque in vini cyathis nouem decoquito vſque ad tertias, aſſiduè agitans, deinde in mortarium coniecta terito, ac reliqua ſimiliter in puluerem redacta inſpergito. Ammoniacum verò aceto diluito: viſcum cum modico oleo emollito, deinde pici ac ceræ ex reliquo oleo liquatis, ab ignéque ſublatis adiicito, ac in vnum cogito, necnon iis quæ contriueris affundito, tunditóque fortiter ac vtitor: anum quoque fouere expedit decocto roſarum & myrthi. Diarrhœa verò pituitoſa pariter vbi in corpore redundauerit pituita, purgatione eget, per agaricum in aqua inſtillatitia cichorij, aut endiuiæ dilutum, aut per electuarium diaphœnicon, pauca quantitate, clyſteria iniicienda ex betæ aut mercurialis decocto cum melle & ſale, diſtrahenda ac deriuanda pituita eſt per vrinam decocto radicum apij. Aut ſeminis apij, cumini, aniſi ſingulorum drachm. ij. cinnamomi vnc. j. caryophyllorum drachm. ſem. omnia in tenuem puluerem redigantur, de quo vnc. s. accipiet, cum vino albo. Venter autem foueatur lana inadefacta in oleo de abſynthio, oleo nardino, oleo de mentha, inſperſis etiam ventri puluere maſtiches, menthæ, rhu obſoniorum, cumini toſti. Valet in eum vſum emplaſtrum de baccis lauri, & ſacculus de abſynthio & mentha aridis, calentibus, & inſperſo vino odorato, ac puluere cinnamomi, robuſtioribus addemus acaciam, malicorium & hypociſtidem. Bibent autē paſtillos ex ſuccino, cum vino auſtero, aut aqua chalybeata, aut puluerem trium ſantalorum, aromatici roſati, aut paſtillos diacoral. Mora quoque immatura bifariam miniſtrātur, arida prius ac trita, & bibita pondere drach. j. cum vino auſtero, aut inſperſa vētri, poſtquam oleo myrthino fuerit illitus, in quem vſum valentiora adhuc ſunt rubi mora.

Dyarrhœa laborantium victus.

Conueniunt diarrhœa laborantibus carnes pullorum aſſæ, & turturum, perdicum nouellarum, & paſſerculorum, ac pullorum columbinorum, quibus in bilioſa fluxione addimus ſuccum arancij, aut ſuccum vuæ acerbæ, in aliis rhu obſoniorum, cinnamomum, & mēthám, ac caryophyllos. Licet quoque eaſdem aues elixare vētribus impletis rhu obſoniorum, fruſtis malorum cotoneorum, & granis mali punici. Pani aniſum addimus & furfuris parum admittimus, oryza quoque elixa in iure carnis, aut in lacte conuenit, & lens parata vti ad dyſentericos, & lac coctum vt diximus, & obſonium quod parauimus capite ſuperiori. Potus ſit aqua chalybeata in bilioſis fluxionibus, in pituitoſis vinum nigrum auſterum, & venter faſcia purpurea tegendus.

De dyſenteria.

CAPVT XIII.

Dyſenteria.

DEiectio èruenta quæ ab inteſtinorum vlcere procedit, dyſenteria appellatur, atque ipſum vlcus, cùm accuratè nominibus vtimur Latinis inteſtinorum difficultas, aut inteſtinorum tormina dicitur, quoniam per eum morbum inteſtina dolore torquentur. Ampla tamen ſignificatione omnem cruentam deiectionem appellant dyſenteriam, vt inquit Galen. lib. 3. de Cauſis ſymptomatum: ſanguis ſiquidem à ventre ſecernitur, aut bonus, iſque per temporis interualla, ac ſignificat dimiſſum exercitium, aut aſſuetam vacuationem, aut membrum aliquod mutilatum. Excernitur quandoque ſanguis ſeroſus & loturæ carnis ſimilis, qui oſtendit iecoris imbecillam concoquendi facultatem. Aut excernitur craſſior, nigrior ſanguis atque ſplendens, qui oſtendit aſſationem ipſius & mutationē in melancholicam naturam. Quarto etiam ſanguis excernitur inteſtinis exulceratis, quæ propriè dyſenteria dicitur. Nos quoq; aliis de cauſis ſanguinem deiici, vt medicamenti expurgantis ſuperexpurgatione, & ob imbecillitatem retentricis facultatis, ſupra docuimus. Modò vero de inteſtinorum vlceribus & propriè dicta dyſenteria agemus.

Dyſent. cauſa.

Cauſæ dyſenteriæ ſunt frigidæ potus, vſus ciborum calidorum, vt ſinapis, mellis, piperis, & eorum quæ abradendi facultatem habent, & vſus medicamentorum purgantium frequens, aut eorundem magna vis, delapſus humorum per ventrem, & acrium humorum & abradentium longum profluuium: ſolet enim antecedere fluxus ventris bilioſus, aut atrabiliarius, quem ſequuntur excretiones pinguedinis inteſtinorum, & deinde ramentorum, & membranarum eorundem

Dyſenteriæ ſigna. inteſtinorum,deinde ſanguinis & puris. Hæc etiam indicant dyſenteriam, per quam vbi perniciosa fiat, virus excernitur, & ichor,qualis è corporibus mortuorum, & gangræna laborantibus partibus manare viſus eſt: nigra autem bilis ſi incipiente dyſenteria excernatur, lethale ſignum eſt apud Hippocr. 4. Aphor. Sectione,& eam quæ à ſalſa pituita fit,lib. 3. Aphor. Comment. 12. Galen. deteriorem eſſe dicit ea quæ fit à bile,quoniã diutius hærens magis exulcerat. Antecedit quibuſdam teneſmus,accedit ſitis, ciborum faſtidium, dolor inteſtinorum, & quibuſdam adeò vehemens, vt eos perducat ad animi deliquium, & ſudoris euacuationes,vigilias, & imbecillitatem. Refert etiam non parum noſſe an in ſupernis,an inferuis inteſtinis vlcus conſiſtat: cùm enim ſuperiora vexat inteſtina, ebibitis medicamentis potius curatur: cùm tamen inferiora, per clyſteria. Conſiſtit autem in ſuperioribus,vbi dolor ſupra vmbilicum fuerit, & nauſea & ciborum faſtidium,& vomitus,& deiectionum cruditas,cum quibus ſanguis valde ſubactus deſcendit:& longè antè quàm deiiciatur ſentitur dolor, quem quandoque ſequitur animi deliquium, & magna virium imbecillitas: in dyſenteris verò quæ craſſa moleſtat inteſtina, dolor infra vmbilicum ſentitur, & is non longè ab excretione concitatur, deiectio copioſa eſt,& ſanguinem habet ſuperfuſum,& minimè ſubactum. Quando vlcera in cæco fuerint inteſtino carnes excernuntur longiores, maiores,& rubicundiores, & grauiùs olentes auctore Aretæo. Has dyſenterias vidimus ſæpe finiri ſuperueniente teneſmo. Quædam etiam dyſenteriæ fiunt ſine ſanguine aliquo temporis ſpatio, cùm videlicet vlcus inteſtini adeò ſordidum eſt effectum, vt pus tantùm ab ipſo manet. Victus cis conueniens eſt,aëris

Dyſentericorum victus. attemperamentum, quies, ſomnus & animi tranquillitas. Alimenta ſint boni ſucci & quæ facilè coquantur, ſed aliquam habeant adſtringendi vim admixtam, & paucæ exhibeantur quantitate. Erunt igitur cibi, carnes pullorum, gallinarum,& hepata earundem, & carnes perdicum, & pullorum columbinorum, turdorum, paſſerculorum, aſſæ, & carnes damarum, leporum, cuniculorum, ſi febre vacent. Aëtius à carnibus abſtinere præcipit, niſi morbus longior fuerit. Ex fructibus, punica mala, meſpila, ſorba, pyra,aut poma auſtera, præſertim ſuccus deuorandus, craſſa eorum ſubſtantia proiecta, nam pars hæc exaſperat inteſtina, & palmulæ, & malorum cotoneorum ſuccus, ac miloplacenta.

Remedium dyſenteriæ experiſſum. Omnibus tamen eduliis lac elixum anteponendum, elixandum autem, aut lapillis, ſed vnus poſt alium iniiciatur,vt vult Alexander, aut candenti ferro in ipſo extincto, aut inter elixandum addatur vitellus oui & pauca farina hordei toſti: lac autem elixum melle addito ab initio adhibetur, quoniam vlcus detergit, deinde affuſa quarta aquæ parte elixatur ſine melle ad conſolidationem, & vitelli ouorum

Lentium præparatio. elixorum in aceto. Puls ex lentibus quæ in hunc modum paratur,lentes in aqua elixantur,aqua proiicitur, & lentium cortices, lentes ipſæ rurſus elixantur in iure gallinæ, addito ſemine coriandri & ſucco arantij, aut mali cotonei, aut pauco aceto. Aut micæ panis cum aqua & ſepo hircino lento igne miſcentur,ad pultis formam,& ante reliquos cibos ientaculi loco ſumũtur. Aut fruſta tenuia lata panis per diem antè aſſi, iure gallinæ aut pinguis arietis irrigamus,deinde caſeum veterẽ pauco ſale inſpergimus, appellatur à nobis prior cibus, migas enſebo,poſterior autem,ſopas enqueſo, aut micæ panis toſtæ ſucco vuæ acerbæ irrigentur. Oryza quoque in lacte elixa eiſdem accommodatur, & ius gallinæ elixæ cum fruſtis malorum cotoneorum, carnibus autem ipſis inſpergimus rhu obſoniorum, aut acaciam, aut ſuccum granorum mali punici valde expreſſorum, aut ſuccum vuæ acerbæ, aut vbi febris non adſit puluerem menthæ ſiccæ,aut cumini toſti. Amygdalatum etiam coctum ad ſpiſſitudinem vtile eſt,& ex viridibus frumẽti ſpicis ſuccus expreſſus & exſiccatus, cum lacte paratur, valet etiam lens cum plantagine elixa, & plantago ipſa elixa aut braſſica bis cocta,addita poſca,& endiuia. Potus ſit aqua pluuialis,quæ plumbum nõ tetigerit, aut aqua calybeata, aut vinum auſterum nigrum, non validum, eadem aqua modicè attemperetur. In dyſen-

Dyſente. curat. teriæ curatione locum & vlceris naturam attendere oportet: ex loco namque agnoſcimus an medicamenta per ſuperiora ſumenda ſint, an per clyſteria iniicienda. Ex natura vlceris,nam quæ ſordida ſunt deterſione egent, & quandoque cruſtæ generatione. Egent autem dyſenterici adſtrictione, mitigatione doloris, attemperatione cauſæ & reuulſione, aut deriuatione eiuſdem. Cùm igitur ſanguis plurimus excernitur, & vires conſtant, ac ſanguinis redundantia apparet,ſanguinem mittere decet. Aëtius externam venam, aut mediam ſecat, nos tamen internam cubiti, quæ iecori reſpondet, & ab ipſo ſanguinis redundantiam haurit. Deinde ſi vlcus in tribus inferioribus inteſtinis conſiſtat, clyſteria iniicere præcipio,in vlceribus ſordidis,ex aqua mulſa, aut ex decocto betæ cum melle,aut recipiunt aquæ mulſæ lib. ij. ſucci roſarum vnc. ij. Aut aquæ mulſæ lib. ij. ſucci betæ vnc. iij. ſalis drachm. ſem. Aliud, decocti betæ & mercurialis libram j. ſem. mellis roſati colati vnc. ij. Si verò attemperare ſit opus, ex decocto hordei & violarum cum ſaccaro fient clyſteria. Quòd ſi vlcera ſerpentia fuerint, & ichores ab eiſdem manauerint, & tenuia ac praui coloris excrementa,valde exſiccare oportet, in quem vſum clyſteria conuenient ex decocto roſarum,balauſtiorum cum acia hypociſtide, & thu. Aliud, lentium pugillum,corticum mali punici, caliculorum glandium, balauſtiorum, ſingulorum vñc. ſem. bulliat in debita quantitate aquæ,& colaturæ adde acaciæ, boli armeni,pulueris foliorum myrthi, ſingulorum drac. j. Si ardor vehemens accedit,hordeum miſcendum in elixatione,& roſaceũ addendum,aut ex ſucco plantaginis & roſaceo clyſteria componenda. Proſunt etiam in clyſteribus paſtilli de ſpodio cum ſemine acetoſæ. Quòd ſi acris acceſſerit fluxio, ſepũ hircinum clyſteribus miſcendum,aut adeps gallinaceus,aut anſerinus:hæc enim inteſtinis illita excrementorum deſcendentium adhæſum prohibent. Talis eſt clyſter qui recipit decocti roſarum, balauſtiorum,& foliorum myrthi lib. j. ſem. roſacei,& ſepi hircini,vtriuſque vnc. ij. Si verò cãcroſa fiant vlcera in inteſtinis inferioribus,difficilè admodũ curantur, in ſuperiorib. immedicabilia ſunt. Vbi dolor vehemens vexauerit,Philonis medicamẽtum immiſcendum clyſteribus. Cùm autem in ſuperioribus inteſtinis vlcera conſiſtunt,ſummopere proficiunt,quæ ore ſumuntur, & quæ ſuperponuntur, niſi fuerint valde ſordida ac putrida. In bilioſis & acribus fluxionibus dyſenteriam efficientibus Aëtius damnat

Aëtij ſententia non probatur. cataplaſmata & fomenta, quod non approbamus. Superiorum itaque inteſtinorum vlcera alimentis prædictis curantur, & his quæ ſequuntur remediis. Interim ſanè dum vlcera ſordida fuerint, aqua mulſa erunt mundificanda, cuius vnciæ decem manè & rurſus ſerò aſſumuntur, aut par quantitas aquæ hordei cum ſaccaro rubeo, deinde lac vt ſupra

paratum

Digitized by Google

paratum eſt propinandum, aot amylum cum lacte & adipe gallinaceo, aut tragacanthum miſcendum: hæc enim mitigant fluxionum morſus & dolorem, deinde adſtrictionis ratione ſaccarum roſaceum antiquum adhibendum, aot etiam bolus armenus addendus, & pauca aqua plantaginis ſuperbibenda. Bibendi præterea paſtilli de ſpodio cum ſemine acetoſæ, & paſtilli de terra ſigillata: optimi verò ſunt paſtilli de ſuccino cum aqua plantaginis dormituris exhibiti, valet etiam naſturcij ſemen toſtum cũ lacte acido, ſyrupus myrthinus, ſyrupus de malis cotoneis, & myrobalanos luteos toſtos, aut rhabarbarum roſtum quandoque præbemus eum aqua inſtillatitis plantaginis, adſtringũt enim miro modo. Aut baccarum myrthi nigrarum vnc. j. ſem. roſarum ſiccarum, œnanthes, acaciæ ſingulorum vnc. s. huius drach. ſem. ſumatur cum aqua plantaginis inſtillatitia, aut eum decocto rhus, aut prædictus puluis cum carnibus palmulatum ſubigatur, & ſumatur quantitas palmulatum duarum bis in die. Aliud, malicorij, rhus, acaciæ, radicis ſymphiri, radicis rubi, ſingulorum drach. j. aniſi toſti, tragacanthi vtriuſque drach. ij. miſce, & drach. j. cum cum aqua plantaginis inſtillatitia ſumatur, aut cum decocto balauſtiorum, aut puluis acaciæ & rhu obſoniorum cibis inſpergatur, cornu autem cerui vſtum miro modo exiccat. Emplaſtra verò ſuperponantur ex puluere roſarum, balauſtiorum, ſymphiri, boli armeni, terræ ſinopidis, caliculorum glandium, cum palmulis, aut cum roſaceo & myrthino, aut eiſdem oleis liniantur, & inſpergatur puluis roſarum, acaciæ, & hypociſtidos. Aut fiat emplaſtrum ex malis cotoneis elixis, deinde cum bolo armeno, puluere ſymphiri & gallarum, addito ſucco plantaginis malaxatis, interim quoque clyſteribus abluenda inteſtina, & aliis adſtrictio eorundem conuenit. Vomitus cum aqua mulſa, aut aqua hordei tepida, reuulſionis gratia prouocandus, & vrina deriuationis ratione, bibito puluere qui recipiat aniſi, fœniculi, ſeminis apij, ſingulorum parem menſuram cum decocto radicum apij, valet enim id ad fluxionem derivandam per vrinam. Si venenum dyſenteriam effecerit, vomendum prius eſt cum aqua hordei & oleo, aut butyro liquato, deinde theriaca in potu ſumenda, & priſana hordeacea, & amylum cum lacte, aut decocto ſeminis lini. Si medicamenti purgantis vi eueniat, aqua hordei abluenda inteſtina, deinde theriaca in potu præbenda cum aqua inſtillatitia bugloſſi, aut ſemen naſturcij toſtum cum lacte acido.

De Teneſmo.

CAPVT XIV.

Teneſmus. TEneſmus inteſtini recti paſſio eſt, per quam perpetua ac implacabilis vrget egerendi cupiditas: eam verò pauca admodum ſequitur deiectio, atque cruenta mucoſa. *Teneſmi cauſa.* Cauſa etenim quæ ſymptoma concitat ſpeciem præbet grauantis, aut mordéris deiectionis, quam ſtatim inteſtinũ deiicere conatur. Cauſæ ſunt frigiditas externa aëris, aut aquæ, aut lapidis cui æger imprudens inſedit frigido tempore, aut fæx in cæco inteſtino retenta, aut bilioſus, aut ſalſus humor recto adhærẽs inteſtino, aut vlcus, aut inflammatio eiuſdem œdematoſa. Frigiditaté agnoſcemus ex relatu ęgri, qui referet ſe ingreſſum fuiſſe aquam frigidam, aut ſe aëri frigido expoſuiſſe, aut ſediſſe ſuper frigidum lapidem, aut quidpiam tale paſſum. Fæcis retentio agnoſcetur, quia dolor infeſtat ventrem infra vmbilicum, verſus dextram partem, in qua grauitas ſentitur, nec tamen perinde ſanguis excernitur, nec propriè teneſmus dicetur, niſi ex magno conatu excernendi ſequator aliqua sãguinis gutta, & pituita viſcida, aut inteſtini ramentum ob ſquibalarum duritiem & aſperitatem. Bilis morſus deprehendetur & colore ac ſubſtantia excrementi, ſic etiam & ſalſa pituita, quæ cinerea eſt, & parum viſcida. Vlcus pure deprehendetur, & ſanguine, ſicuti & phlegmone, calore, pondere, copioſa ſanguinis & pituitæ excretione. Sequitur autẽ poſt teneſmum dyſenteria: nam ſi ob vlcus in recto inteſtino fiat, malũ aliis impartitur, ſi ob calidam fluxionem, hæc quoque inteſtina exedere & vlcera eiſdem inferre valebit: ſi phlegmone præcedit, vlcus ſequetur, & ardor inteſtinorũ, atque perinde vlcus. *Teneſmo laborantium victus.* Victus talis debetur teneſmo laborantibus, qualis his qui dyſenteria laborant, ſed clyſteribus, ac fotibus præcipuè curatio perficietur: *Teneſmi curatio.* inclinabunt autem omnia quæ eis adhibentur ad frig. aut calorem pro cauſæ facientis ratione. Si igitur malum à frigore ortum habuerit, vinum album meracum in quo ruta, aut pulegium bullierint bibendum detur, & fomenta fiant inguinibus & perinæo, atque ipſi ano, ex oleo laurino rutaceo, & irino, aut ladano & ſtyrace in oleo laurino & irino liquatis, aut vnguento marciato appellato, glomerem quoque ex furfuribus, aut camemeli floribus calidum, ac vino albo odorifero inſperſum perinæo & ano admouebimus. Suffumigia quoque fient ex pice, ſemine coriandri, & ſtyrace: vaporem quoque recipiet, incidens vino nigro in quo bullierint roſæ, folia myrthi, & rubus, aut fructus cupreſſi, & malicorium, aut aceto in quo bullierint furfures, & camemeli flores. *Optimum remediũ Aëtij in cauſa frigida.* Aëtius laudat, quod nos quoque experti ſumus in non paucis ægris, laterem perquàm vetuſtum & fumo denigratum vnà cum paleis tuſum, deinde aceto feruenti ſubactum, & linteolo ſedi alligátum, laterem hunc Hiſpani appellant adobe. Hæc ſtatim à deiectione admouenda, præſertim ſi dolor infeſtat. Clyſteria verò fient ex decocto camemeli, anethi, amaraci, pulegij, calamenthæ, & ſimilium, aut aliquo horum cum melle, & oleo anethino, irino, rutaceo. Si ob fæcum retentionem teneſmus euenerit, molliendæ ſunt atque educendæ clyſteribus: nam quæ ore ſumuntur grauia admodum ſymptomata & colicum morbum afferre ſolent. Conficiemus tamen clyſteria ex decocto violarum, maluarum, fœnugræci, ſeminis lini, cum adipe gallinaceo, oleo camæmelino, & amygdalarum dulcium. Aut in prædicto decocto dilues caſiæ fiſtularis vnc. ij. olei violacei vnc. iij. addes quoque clyſteribus hieram picram. Herbas autem elixas, contuſas, calentes ſedi admouebis. Aut eaſdem herbas cum butyro vaccino, & oleo camæmelino contuſas perinæo & ſedi alligabis. Vbi bilis deſcendens mordens & abradens teneſmum effecerit, attemperanda eſt ſyrupo de endiuia, & violaceo, & clyſteribus ex decocto hordei, violarum, & fœnugræci, cum roſaceo, & violaceo oleo. Cùm verò bilis pars inteſtinis adhæreſcit, caſiam fiſtulaté clyſteribus addimus, & clyſteria conficimus ex decocto violarum & hordei, cum ſepo hircino, & roſaceo: ſi pituitoſus humor adhæreat recto inteſtino, ſi is ſalſus fuerit, aqua hordei abluẽdus, & decocto maluarum cum ſaccaro, & oleum violaceum addendum attemperandi cauſa: ſi tamen viſcida fuerit pituita, clyſteria fiant ex aqua mulſa cum melle roſato colato. Aut ex decocto betæ &

mercurialis cum melle & ſale. Aut ex decocto calamenthæ, & origani cum melle, & hiera picra: herbæ tamen deinde contundendæ cum oleo irino, & anethino, & ſedi admouendæ. Si flatus, vt fieri ſolet, adiungatur, aniſum addendum, & cuminum: ſi ab vlcere malum procedat, id abluendum aqua mulſa, aut aqua hordei, ſi ardor adeſt, cum ſaccaro, deinde vnguentum de tutia admouendum, aut vnguentum de plumbo. Dolor verò ſitu ex decocto roſarum & camęmeli mitigandus. Si tamen inflammatio malum efficiat, à ſanguinis miſſione curationem incipiemus, ſecta vena interna cubiti, & perſeuerante malo, malleuli interni venam ſecari præcipiemus. Deinde ſedem fouebimus decocto roſarum, foliorum myrthi, & balauſtiorum, in quo filtrum madefiat, & calens admoueatur ſedi, idque ſæpe, & interim clyſteria iniicienda ex hordei & violarum decocto cum roſaceo, ſint autem clyſteria tepida aut parum frigida. Philonis verò medicamentum linitum dolores eorum ſedare ſolet. Morbo autem in ſummo vigore exiſtente cum refrigerantibus admiſcebimus, quæ mitigent dolores, & coquant, ac diſcutiant humores, de quorum numero ſunt camæmelum, ſemen lini, fœnugræcum, melilotum, ex quorum decocto cum roſacco & anethino oleo conficimus clyſteria, & in eodem decocto ſpongiam madefactam ſedi admouemus. Glomerem autem paramus ex furfure, ſemine lini, & fœnugræco, quem calidum vino madefacimus, & ſedi ſupponimus. Scire quoque oportet frequentem ſurrectionem ad aſſellam vires frangere, & febres concitare, quamobrem ſalubrius exiſtimamus in lecto deiicere paucam eam quantitatem quæ cum labore excernitur, quàm toties ſurgere à lecto.

De volulo.

CAPVT XV.

ἰλεός. ILeόs Græcis, Latinis voluulus appellatur, ab ἰλεῖν, quod eſt voluere, ſcribenda autem eſt vox per ι. ἰλεός, vt Galen. docet lib. 3. de Morb. pop. parte 2. Com. hiſtoriæ mulieris in Tiſameno, vbi eos qui dictionem per υ. ſcripſerunt, reprehendit. Inteſtinorum tenuium paſſio eſt, quam chordapſum

Chordapſus. quoſdam appellaſſe Galen. teſtatur lib. 6. de Loc. pa. cap. 2. ſi tumor aliquis in prædictis inteſtinis ſe oſtendat, & videatur inteſtinum ad chordæ ſimilitudinem conuolutum. Huius morbi cauſę ſunt, aſſidua ciborum corruptio, maximè pinguium, & eorum quibus non aſſueuimus: aut fit à vulnere, aut ictu, aut fæcum durarum multitudine, aut frigidæ affatim ſumptæ potu, præſertim, vt inquit Aëtius, ſudantibus, aut ob delapſum inteſtinorum in ſcrotum, & violentum eorum reditum, aut ob veneni potum, aut ob inflammationem inteſtini tenuis alicuius, magna ex parte fit hic morbus ob inflammationem aut ob fæcum retentionem, id quod Galen. inſinuauit lib. 6. de Loc. pat. cap. 2. lib. autẽ 6. Aphor. Com. 44. inflammationem aut obſtructionem, eum morbum facere poſſe teſtatur, non tamen craſſos ac tenaces humores. Morbus hic frequentiùs accidit ætate minoribus, & ea ratione ab eodem faciliùs liberantur pueri adultioribus. Plurimi autem ab eo morbo pereunt, præ accidentium magnitudine, ac

Voluuli ſigna. malitia. Signa ſunt, dolor vehemens circumuolutus ſupra vmbilicum, ructus inanes, cohibitio flatos, ructus, & deiectionis, cum murmure, ſed perſeuerãte atque increſcente malo, vomitus bilis ſuperuenit, & in lethalibus fæces ipſæ vomuntur, ſuperueniunt ſudores, extremorum refrigerationes, & ſpirandi difficultas. Morituris præterea, inquit Aëtius, ſuperuenit ſudor frigidus, vrinæ difficultas, & podex ita aſtrictus, vt neque ſpecilli acumen capere poſſit. Quam ſententiam immeritò damnat Argenterius

Argen. lib. 1. de ſign. mo. cap 7. ignorans cauſas horum ſymptomatum, quas non eſt ſanè difficile inuenire: nam qui dolorem validum patitur in ſuperioribus inteſtinis ob inflammationem, ex diſtentione ſepti tranſuerſi, magis dolet compreſſa parte inflammata, atque ea ratione difficilè ſpirat, vt dixit Aëtius ibidem. Quod autem attinet ad vrinæ difficultaté, conſtat ipſam non fieri difficilem, quoniam non defertur ſerum per renes in veſicam, vt ipſe Argenterius fingit, ſed quoniam ad vrinæ expreſſionem iuuant muſculi abdominis: hi verò ceſſant à munere ſuo ob vehemẽtiam doloris inteſtinorum, qui compreſſione augetur. Quòd verò attinet ad podicis clauſuram, verum ſane eſt: nam muſculus anum claudens præ dolore partium ſuperiorum conuellitur, & membra omnia inferiora ſurſum trahuntur, impetu quodam expellentia excrementa ventris per ſuperiora, & vomitu ad fæcum vſque expulſionem. Incipit namque nonnunquam ab inferis partibus impetus excretionis compreſſis ipſis. Etenim hunc excretionis modum annotauerat Galen. lib. 3. de cauſ. ſymptom. dicens, Quum enim ſecundum naturã ſe habuerit ventriculus, è ſupernis partibus ad ſe trahit, atque per inferiores deiicit: quum verò præter naturam affectus eſt, etiam ab infernis aliquid aſſumit. Quippe nonnullis clyſteres adeò aſcenderunt, vt vomitione reiicerentur, quemadmodum & ſtercus per lethales voluulos. Atqui ſatius fuerit per huiuſmodi affectus, vt dicamus ventriculum non trahere, ſed ſuſcipere duntaxat ea quæ ob inteſtinorum compreſſionem violenter ſurſum feruntur. Nam quòd inteſtina (etenim de his aliquid dicere operæpretium fuerit) conſtringuntur, id ipſis ſecundum naturam conuenit, id quod in aliis libris iam diximus, atque conſtrictionis auxilio adiuta, cibum ad inferas partes deiiciunt: verùm per affectus quoſdam quum conſtringi inceperint, ea quæ in ipſis continentur, ab infernis ad ſuperiora ferũtur, ita ſolet euenire nonnullis, quibus non licet ventris onera deponere, quia verſantur in foro, vel in alio loco, vel negotio, vt humor quiſpiam acris ad ſedem vſque deſcendat, ibíque violenter retentus, rurſus ad ſupernas partes referatur, atque tum & ventriculum rodat, & caput vaporibus impleat. Incipit enim motum à podice animalis potentiæ inſtrumento: deinde quodlibet inteſtinorũ ipſum à ſe expellit ad proximum quod loco ſuperiore ſitũ ſit, aut aliter quàm antea, quum deorſum trudebatur. Atque ad hunc modum flatus interdum retentus recurrit: itaque non mirum videri debet, ſi per tam violentas inteſtinorum conſtrictiones aliquando tum clyſter, tum ſtercus ad ventriculum præter naturam referatur, atque ſic vomitionis impetum excitet. Hæc Galen. ex quibus manifeſtum eſt, experimento id docente, in lethalibus ileis, & in aliis in quibus inteſtina ab ima parte validè mordentur, ab ea impetum conſtrictionémque incipere, & ad ſuperiora inteſtina traduci ex imis partibus excrementa, in his autem conſtrictionibus podex quoque conſtringetur, imis partibus in lethalibus ileis conſtrictis & ad ſuperiores partes pellentibus. Conſentientibus tamen omnibus inferioribus inteſtinis, & impetum iuuantibus, ipſo quoque ano. Sed iam ad voluuli curationem redeamus.

Volulosorum victus.

ſedeamus. In victus inſtitutione id tantùm ſeruandum, vt quieſcant, & dormiant, & alimento vtantur pauciſſimo, ac facilis coctionis, quale eſt ptiſana hordei colata, aut liquidum amygdalatum, aut ius pulli cum melle, ſi à cruditatibus acidis malum ortum habuerit. Has verò ab initio vomere oportet, bibita aqua mulſa, aut etiam cum raphani decocto, obtundemus autem morſum excrementorũ ſi acria fuerint, ſuperbibita aqua calida: hæc verò hordeacea ſit. Cùm verò cruditates è ventriculo fuerint expulſæ, flatus, & fæces ab inteſtinis deorſum trahemus glandibus longioribus, de quibus ea quæ conficitur ex hiera picra, cum cumino, aut melle toſto cum puluere rutæ. Clyſteria verò iniicienda ex decocto maluarum, ſeminis lini & oleo rutaceo. Aliud, decocti radicis cucumeris ſylueſtris lib. j.s. mellis vnc. ij. hieræ picræ vnc. s. ſalis drach. s. Aliud, decocti betæ & mercurialis lib. ij.s. olei laurini, olei rutacei vtriuſque drach. j.s. hieræ Rufi drach. iij. ſalis drach. s. Aliud, decocti maluarum, fœnugræci, & anethi lib. j.s. ſucci centaurij vnc. s. mellis vnc. ij. ſalis drachm. s. aut centaurium cum reliquis elixare præcipies, & vaccinum butyrum addes. Deinde fomenta podici admouenda ex decocto centaurij, rutæ, cumini, anethi, ſpongia in eis madefacta. Fit nõnunquam vt duræ fæces retentæ hoc malum efficiant, quibus id tantùm ex vſu erit vt fæces modis omnibus emolliantur, ac deſcendant, quod fiet per decoctum maluarum, fœnogræci, & caricarum, addito melle & oleo anethino, & camæmelino, ac ſale, quibuſdam etiam caſiam fiſtularem addimus, nos hieram ad clyſteria paratam, ex 16. medicamentis compoſitam iniicimus, hæc quidem ante cibum, verùm, vt Aëtius inquit, malo vrgente adhuc poſt cibum, ventrem quoque ipſum fouere oportet oleo anethino, & butyro, aut vnguento dialtheas. Expedit etiam eiuſdem vnguenti drach. ij. cum reliquis clyſteribus admiſcere. Quoſdam etiam in ſolium ex decoctu maluarum, altheę, ſeminis lini, & fœnugræci deſcendere præcipimus, & per quartam horæ partem ibidem immorari, deinde ventrem oleo calenti, infuſa lana fouere. Oribaſij remedium, Anethum in aqua & oleo decoquatur, atque ita bibatur, deinde fruſta panis ex aqua feruenti præbeantur, mirum in modum iuuantur, inquit, etiam ſi iam ſtercus vomatur. Pariter rutæ & cumini etitorum drac. j. in potu præbeatur, aut aniſi & piperis pares portiones in aceto mulſo. Quod verò quidam ſtercore duro in inteſtinis exiſtẽte medicamẽta expurgantia propinant, non laudo, magnam enim inferunt violentiam aliunde trahentia humores: valde quoque implent inteſtina, ac perinde valentiùs vomere cogunt, admitto tamen vſum caſiæ fiſtularis cum decocto maluarum, quæ ventrem lenient. Bile tamen ac pituita citra inflammationem Voluulum efficientibus, ventrem purgare conuenit hiera Rufi, aut elect. diaphœnicon in aceto mulſo, clyſteria eiſdem conuenient ex decocto maluarum & mercurialis cum melle, ſale, & hiera ex 16. medicamentis. Nihil etiam nocebit bibita hiera prædicta, niſi facilè deorſum cedat: non pauca enim pituita ac bilis ſimul purgabitur. Si ab inflammatione malum procedat, cum febre aderit anguſtia magna, dolor & vomitus vehemens, & ardor, in quibus ita affectis ſanguinem mittere conuenit, ſecta vena interna cubiti, deinde ſequentur localia remedia, de quibus eſt fotus ex roſaceo, & anethino, aut ex oleo nardino, deinde lana ſuccida oleo calenti, & vino immerſa, ac deſuper emplaſtrum molle apponendum ex hordeacea farina cum aqua & oleo, cui ab initio roſaceum addendum, deinde camæmelinum. Breui tamen tendit inflammatio in ſuppurationem, ſiquidem intra tertium diem cum fæcum vomitu ſolet interimere hominem. Aëtius tertiam aut quartam horam non excedere dixit, niſi ad ſuppurationem tendat, aliàs tamen longior morbus fiet: clyſteria verò fiant ex decocto maluarum, radicum altheę, ſeminis lini, cum butyro & oleo violaceo: deſuper verò cucurbitulas ſcarificatas affigere tutum eſt, & inclinante morbo theriaca diluta in aqua inſtillatitia fœniculi, aut papaueris rubei. Si ex veneni potu voluulus cõcitetur, vomitu eiiciendum venenum bibita multa aqua tepida, oleo ſuperaddito, deinde ius carnis pingue, aut butyro ibidem liquato, bibendum: ac rurſus vomendum, deinde theriaca in potu præbenda, cum aqua inſtillatitia bugloſſi, aut pauco vino diluto. Quòd ſi malum euenerit ex delapſu inteſtinorum in ſcrotum, corpus ſupinum ſituandum, & inteſtina ſenſim oleo calenti illitis manibus in ventrem reducenda, deinde ligatura compreſſa adiicienda. Si verò ex violento reditu inflammatio ſequatur, vt diximus curanda veniet.

Oribaſij remedium.

Voluulo ab inflammat. remedia.

De coli dolore.

CAPVT XVI.

Coli dolor.

COLON inteſtinorum dolor nonnunquam exercet, quẽ coli dolorem, aut colicum morbum appellant, cuius cauſas prægreſſas modò annumerare foret importunum, niſi cum Gal. lib. 2. de Loc. pat. diximus, colicos nominatos affectus magna ex parte præcedere cruditates, ſpiritus flatuoſos, vomitus & nauſeas multo tempore inanes, & in præcordiis morſus, faſtidium, & ciborum indigentiã. Cauſæ tamen quæ in ipſo inteſtino contentæ dolorem prædictum efficiunt, ſunt craſſa ac lenta pituita inteſtino pertinaciter hærens, aut flatus qui non inuenit exitum, aut acres humores inteſtinum erodentes, atque ipſi infixi, aut inflammatio, aut fæcum durarum retentio, à quibus colicum dolorem ortum vidimus, ſicuti & non pauci ex noſtris prædeceſſoribus, atque ſanatio morbum oſtendit. Si morbus à craſſis & frigidis humoribus oriatur, dolor grauis infeſtabit partes quæ ad vmbilicum attinent, ita vt inteſtinum terebro perforari videatur, & ructus, & flatus omnis, atque fæcum excretio cohibebitur, ſed vomunt quandoque varia ac pituitoſa. Cùm verò aliquid deiiciunt id bubulo ſtercori ſimile eſt, & aquæ innatat ſpumoſum, & pituita ac fæce commixtum: quandoque etiam fit vt vitrea pituita excernatur, ac morbum ſedet. A cibis moleſtantur, & grauantur, & deiecto excremento, leuantur, ita vt tum hac nota, tum fæcum natura, tum loci mutatione, colici à nephriticis diſtinguantur. Nephritici namque vna in parte firmatum ſentiunt dolorem: colici verò circumactum, & ſæpe ſupra renum regionem, præterea nauſea, & excrementorum retentio colicis maior eſt & vomitus excrementorum corruptorum. Verùm vt colici frigido ac craſſo humore excreto iuuantur, & leuantur, ita nephritici micta craſſa vrina, arenulis, & lapide. At quamuis ab initio difficile videatur hos morbos interſtinguere, non magni refert, ſiquidem clyſteria ventrem lenientia & dolorem mitigantia, vtriſque ſunt ex vſu, antecedant tamen quæ cruditates efficiunt, & pituitam augent. Flatum doloris

Colici morbi ſigna.

cauſam eſſe, vehemẽtia diſtentionis inteſtini agnoſces cum pauca grauitate, niſi pituita ac flatus ſimul moleſtent. Vehementia præterea doloris docet in craſſis potius quàm in tenuibus ipſum conſiſtere, teſte Gal. lib. 2. de Loc. par. cap. 1. Mitior autem fuerit, aut cauſæ paruitatem oſtendet, aut quod in tenuioribus conſiſtat inteſtinis. Acres humores coli dolorem efficere agnoſces ex doloris natura, ardore, ſiti, vigiliis, & bilioſis excrementis, & vrinæ fœditate, & vt Gal. lib. 1. de Loc. patiẽtibus dixit, à calidis tum cibis, tum medicamentis irritantur, & ab omni calorifica victus ratione. Inflammationem comitatur ſitis, ardor, febris, dolor vehemens & ſæpe pulſus, & nauſeæ vehementiores, ac vomitus, fæcis, & flatus retentio, & omnimoda cubibitio inter initia. Fæcum duritiem oſtendunt grauitas magna inteſtinorum, diſtentio tanta, vt diſrumpi videantur inteſtina. Anteceſſit vſus adſtringentium, vehemens exercitatio, & calor iecoris adeſt: præterea ſolitus eſt æger fæces tardè excernere. Sequitur autem excretio ſquibalarum & mucorum, craſſis itaque ac pituitoſis humoribus coli dolorem efficientibus, victus conueniet calefaciens & pituitam extenuans. Panis ſit non aridus ac durus, neq; recens extractus à furno, bene fermentatus, & modici furfuris. Ex carnibus gallinæ nouellæ eligantur intra annum, & nouellæ perdices, & turtures, turdi, & palumbi, & gallinæ montanæ, quas ceeas appellant Hiſpani, & pauones Indi. Aues tamen in aquis degentes omnes vitandæ. Ex quadrupedibus, hœduli, ac cuniculi, qui annum non attigerunt, conducunt. Ex piſcibus, laurax, aſellus, mulus, nõ frequenter, ſolea, plaicia, ſcarus, turdus, gobius: legumina vitanda, niſi rarò lentem cum beta ad liquationem elixam præbeas, & ex oleribus apium, aſparagus, fœniculum, petroſelinum. Alliorum autem vſum, vti ruſticorum theriacam, Galen. laudat, quòd calefaciat, & flatum diſcutiat, citra ſitim. Potus vinum album anni vnius, non dulce, non acidum, ſed modicè adſtringens præſeruationis gratia. Cùm autem in morbum inciderint, nulls participer adſtrictione, quale eſt vinum à ſancto Torquatio ſufflauum, aut vinum perſimile à Corpa, aut Yepes, aut Lilio ad nos delatum. Summa curationis his perficitur quæ humorem extenuant, coquunt, & euacuant. Quæ verò extenuãt, ſi calefaciant, validiùs humorem in flatum vertunt, atque inflant, dolorem diſtentione augent. Conuenient itaq; clyſteria, glandes, & quandoque purgatio, & fomenta, ac cataplaſmata, quæ hos vſus implere poſſunt: inſeſſiones verò, cucurbitulæ, & illitiones eorundem loco ſubrogantur. Clyſterem optimum ex vino albo, & melle conficimus, aut ex vino, & oleo rutaceo, aut ex melle & oleo anethino, ac vino. Aliud, decocti anethi, origani, polij, rutæ lib. j.s. olei anethini vnc. ij. olei rutacei vnc. v. Aliud, decocti pulegij, meliloti, rutæ lib. j. s. hieræ ex 16. medicamentis, aut hieræ Rufi vnc. j. olei rutacei aut irini vnc. v. ſalis drac. j. Aliud, decocti anethi, fœnugræci, ſeminis lini, mercurialis, quantum ſatis fuerit, olei anethini & mellis vtriuſque vnc. iij. ſalis drachm. j. Aliud, decocti radicum cucumeris ſilueſtris & fœnugræci lib. j. ſemis, olei irini & rutacei vtriuſque vnc. ij. ſalis ſcrup. 3. Glandes ex hiera parantur cum puluere cumini & ſale, aut ex melle toſto & puluere hieræ Rufi, & ſale, aut ex hiera ex 16. medicamen. cum puluere rutæ ſiccæ & ſale: ſint autem longitudinis ſex digitorum, vt muſculum qui anum claudit excedant. Fomenta ventri fient ex oleo irino, laurino, anethino, & rutaceo calidis, cum lana, quibus & clyſteribus

Colica à pituita craſſa curatio.

adipem gallinæ, aut anatis addere decet. Anethum autem, ruta, melilotum, polium, pulegiũ, lini ſemen, & ſimilia in vino elixanda, deinde cum oleo anethino aut rutaceo malaxanda, & ad emplaſtri formam admouenda. Ex elixatione earumdem herbarum & ſeminum inſeſſiones facimus. Aqua mulſa aut ſyrupo de quinque radicibus, & melle roſaceo colato præparato humore ipſum purgare cõueniet, cum elect. indo, aut hiera Rufi, aut pilulis aureis, conuenient purgato corpore cucurbitulæ abdomini affixæ cum multa flamma, & caſtoreum quantitate ſcrup. ij. cum vino, aut melle roſaceo, nõ ſemel, ſed ſæpe valet in eum vſum quammaximè ſtercus lupi, præſertim quod ſuper herbas ceciderit, cũ vino, aut aqua mulſa, drachmæ vnius pondus in ipſa acceſſione, aut ſi morbus per interualla repetat in ipſo interuallo, præuiſionis gratia. Aut illis alligetur eũ ceruina pelle, ac valebira muleti nomine, Galerita, ſiue corydalus, Hiſpanis cogugata elixa in ſimplici iure: ipſa edenda, ius autem bibẽdum. Nos eandem cum anetho elixare præcipimus in eum vſum. Vinum præterea mulſum mirificè eiſdem auxiliatur, & quam nos clareá appellamus. Optimum verò remediũ eſt vinũ abſynthites, quod fit comis abſynthij, in vino albo modicè valenti elixis, accipies tamen abſynthij. vnc. ij. vini albi à ſancto Torquatio lib. 3. bullient ad cõſumptionem quartę partis, & colaturæ accipiet vnc. vj. ieiuno ventre, fiet etiam probè, vt nos facere præcipimus, ſi muſti acceperis libras centum, abſynthij lib. ij. & muſtũ ſuapte natura bullire permiſeris, deinde abſynthium proiicimus & vinum ſeruamus in annum, & duos annos, quo vtimur, & antiquiori: nihilo enim deterius redditur antiquitate & theriaca in vino diluta. Ea tamen quæ ſtuporem inducunt, vti Philonis medicamentũ, & theriaca recens, & reliqua, niſi extremè vrgente malo, vitanda ſunt, etenim quamuis dolorẽ demortua facultate ſentiente ſedent, is deinde maior quàm antè redit: frequens verò eorũ vſus ad immedicabiles affectiones ſæpe deduxit. Si verò dolor colicus à flatu ortũ habeat, alimenta aniſum, cuminum & carui habebunt immixta & inſperſa, clyſteria iniicienda erunt ex decocto anethi, camæmelini, meliloti cum ſeminibus aniſi, carui, cumini, addito oleo anethino, & rutaceo, ac laurino. Emplaſtra ex eiſdẽ herbis elixis fient, & cum prædictis ſeminibus trituratis & oleis de abſynthio, laurino, & rutaceo malaxatis, & ex eiſdem oleis fomenta conuenient, & potus diacumini cum vino, aut dianiſum, aut cuminum, aut carui. Allium eũ pace ruſticis præſertim citra ſitim, vtiliſſimũ eſt ad flatum diſcutiendum, & caſtoreum cũ vino, aut aqua mulſa, ſit eius pondus ſcrup. ij. & cucurbitulæ tum magnæ, tum etiam frequentes, cum multa flamma abdomini affigendæ: id enim incãtationis modo prodeſſe nouit antiquitas. Verùm vbi craſſa ſubeſt pituita, non eſt tuta hæc curationis ſpecies, vertitur enim pituita in flatum à calore ignis & malum augetur. Ab acribus humoribus colon inteſtinum erodentibus notum eſt ſæpe morbũ eum fieri. Quibus alimenta conueniunt quæ non corrumpantur facilè, aut à calore mutentur in prauam naturã, vti carnes gallinarum elixæ cum lactucis, aut hordeo, aut auium extrema, atq; etiam quadrupedum, vt hœdorum, & veruecum anteriores pedes, tenuis alimentum eſt ptiſana hordeacea, ſi verò intellexeris à iecore mordaces confluere humores, cum carnibus pullorum vuam acerbam, aut malum cotoneum elixabis, ſed purgatio contentorum in ventre præcedat. Potus verò ſit aqua hordei, aut decoctum

Colica à flatu.

Colica ab acribus humoribus.

pruuorum.

prunorum. Præcipua tamen curationis ratio in purgatione conſiſtit, verùm humores acres inteſtinis pertinacius hærentes, purgantur probè hiera picra, aut cum melle, aut in pilularum forma, quantitate drachm. ij. ſumpta. Aut purgabitur per decoctum prunorum, aut tamarindorum, aut myrobalanos luteos toſtos. Expedit autem non tantùm in ipſo afflictionis tempore, ſed etiam præuiſionis gratia, ita purgare ventrem. A purgatione verò conueniet mica panis in ſucco mali punici, aut panis cum oxyſaccaro, aut ſyrupus de acido limonum, aut ſaccarum roſaceum cum aqua hordei, aut panis in ſucco vuæ acerbæ, dolore autem validè infeſtante, Philonis medicamentum, & quæ modicè ſtuporem inducunt vtilia ſunt, in hac potiſſimum colici doloris ſpecie. Si verò inteſtinum inflammationem patiatur, victus conueniet qualis ad voluulum patientes ex inflammatione dictus eſt. Curationem autem incipiemus à ſanguinis miſſione ſecta interna cubiti vena, ſi vrinæ adfuerit difficultas non hæc, ſed quæ in malleolo ſecanda, autore Paulo: præmiſſo tamen clyſteri ex aqua hordei & oleo roſaceo. Ab his quæ validè purgant ventrem abſtinebunt, ſed ventrem fouebunt oleo melino ab initio, deinde eidem mixto oleo camæmelino, ceratum fiet quod recipiet farinæ fabarum vnc. s. vitellos ouorum duos, olei camæmelini, & roſacei vtriuſque vnc. ij. ceræ vnc. iij. Hoc idē mollius efficies, ſi olei quantitatem auxeris, & ceræ minueris, aut mucilaginem ſeminis lini miſcueris. Cucurbitulæ quoq; abdomini affigendæ ſunt cū ſcarificatione. Reliquum

Colicæ à fæcum duritia curatio. eſt vt curationem doloris coli à fæcum retentione tradamus, cuius curatio in fæcum detractione conſiſtit, vnica verò ratio medicamentis ad id valentibus eſt communis, nempe emolliendi vis. Emolliuntur autem fæces clyſteribus & bibitis, & ventri illitis. Victus tamen omnimodo ſit humectans, vt ius carnis, cum prunis, aut pruna ipſa cum ſaccaro, & potus ſit decoctum prunorum, aut aqua hordei cum ſaccaro, clyſtere fæcem emolliens, maluarum, radicum althææ, vtriuſque manip. j. ſeminis lini, & fœnugræci, vtriuſque p. j. bulliant in libris tribus aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, de quo accipe lib. j. s. olei violacei vnc. iiij. ſaccari vnc. ij. Aliud, decocti maluarum, prunorum & violarum lib. j. s. olei violacei & camæmelini vtriuſque vnc. ij. caſiæ fiſtularis vnc. j. s. ſaccari vnc. ij. Bibant decoctum prunorum, aut caſiæ fiſtularis vnc. ij. in eodem decocto, aut in decocto violarum & radicis dulcis. Quibuſdam etiam profuit bibere decocti prunorum

Nota. vnc. vj. mellis vnc. ij. olei vnc. iij. venter etiam foueatur medicamēto dialthææ, aut oleo camæmelino, & butyro vaccino, aut oleo & axungia gallinæ liquatis. Apponimus nonnunquam peluiculam butyro plenam vmbilico, quod penetrare ventrem, ac fæces liquare & emollire experimento nouimus.

De vermibus inteſtinorum.

CAPVT XVII.

**Lumbricorū differentia.* LVMBRICI * inteſtinis generātur, ex craſſa, lenta, ac putri materia, quidam longi ac teretes, quos appellant, ἕλμινθες στρογγύλαι, quidam lati, qui ex interna inteſtinorum membrana putreſcente generantur, dicti ταινίαι, ſiue ἕλμινθες πλατεῖαι, ſemini cucurbitæ ſimiles, ſed ſæpius longiores ac latiores, quidam parui ſunt ἀσκαρίδες

ἀσκαρίδες. dicti, ſimiles iis qui in caſeo generantur, atque in quibuſdam putridis vlceribus, & in carnibus occiſorum animalium, in quibus magnæ muſcæ fæcem depoſuerunt, quam Hiſpani appellant quereſa. Generantur in pueris vermes magis quàm in adultioribus, quoniam in eorum inteſtinis excrementa craſſa, pituitoſa, ac putreſcentia abundant, atque etiam cruditates incaleſcentes. In his autem ſæpe cum febribus fiunt, incipientibus, aut in vigore exiſtentibus, aut inclinantibus: ſæpe verò fit vt vermes antecedant, qui deinde febres concitent, agitatis in ventre putrefacientibus excrementis, & conſentientibus reliquis corporis ſuccis, aut ob inediam & inopiam alimenti languentibus, deinde ſuccis improbè gubernatis. Aut quoniam cum ſuccis ex alimentis genitis, excrementa quæ cum vermibus putrent, procedunt ad vaſa. Ex omnibus peiores ſunt maiores, & rubei, aut rufi, & multi. Longi in inteſtinis continentur, & ad ventriculum aſcendunt, & os, & nares, & iecur ingrediuntur: ſæpe vomuntur, aut deiiciuntur mortui, quandoq; viui, lati in colo inteſtino & cæco generantur: & deiiciuntur, non vomuntur. Gal. 3. Aphor. ſect. commen. 26. raram dicit eius generationem & longiſſimam eſſe, & ſæpe per tota extendi inteſtina. Aſcarides in recto inteſtino generātur frequentiùs, & natura deiiciuntur, aut arte educuntur. Cauſæ ſunt, quæ poſſunt craſſos, lentos, pituitoſos, ac putres humores aceruare. Hippo. lib. 4. de Morb. dixit, lumbricos rotundos in inteſtinis infantium gigni in vtero matris, & cauſam adiunxit, humorem dulcem putridum diu retentum. *Lumbrici pueris ab vtero matris.* Signa eorum qui teretes lumbricos continent in ventre, ſunt, morſus inteſtinorum, & ventris, tuſſes ſiccæ, ſomnus longus, in quo ſæpe expaueſcunt, quandoque exurgunt, & rurſus oculos claudunt, ſtrident dentibus, & os deglutientium modo conformant, infantes præſertim cibos abhorrent, venter eiſdem inflatur, ac ſimilem tympaniæ affectum patiuntur, contabeſcente corpore. Quibuſdam euenit fames quædam inſatiabilis, quoniam vermes eorum alimentum arripiunt: quidam ex morſu ventriculi compatiente corde animo linquuntur, tremunt, & pulſum habent nunc intercidentem, nunc recurrentem, febricitant ſine ordine, extrema refrigerantur, & frigidum ſudant, & nares frequenter ſcalpunt, & os ac lingua humeſcit, vertiginem, & oculorum turbationem patiuntur. Pruritum ſentiunt in ano, ob aſcarides, & ſi vermem aliquem aut vomant, aut deiiciant, id euidentius indicium eſt, non tantùm affectionis, ſed ſpeciei vermium, à quibus afficiuntur. Victus omnibus conueniens extenuās eſſe debet, ex alimentis *Victus aduerſus lumbricos.* calefacientibus & extenuātibus, ſed hæc moderāda ſunt pro febrium ratione, ſi adfuerint febres. Sint itaque alimenta boni ſucci, quæ acetum habeant admixtum in conditura, aut ſalſamento: exercitatione vtantur ſi febris non adeſt, ante cibum, ſed inediam non ferent: ſiquidem per alimenti defectum morſus vehementiores ſentiunt, laudatur beta viridis cum aceto in cibis. Bibant vinum album parum auſterum, aut febris ratione, aquā cinnamomi, ventrem autem lenem ſeruent, quibus *Lumbricorū curatio.* clyſteria frequenter ſunt vtilia, ad morbi curationem. In curatione tamen detergentibus vti decet medicamentis, deinde purgantibus materiam ex qua generantur lumbrici: quòd ſi per expurgans ventrem medicamentum non educantur ſimul cum materia, eoſdem occidere oportet amaris medicamentis. Quoniam tamen fugiunt amara, decet prius dulcia ipſis adhibere in potu, & deinde ama-

ta,

ra, vt ineſcati capiantur, & amarorum ingeſtione pereant. Quod etiam facimus, pauca dulcia cum multis amaris, ac validæ amaritudinis miſcentes, ſemper etiam cauentes ne validas febres irritemus. Extenuamus itaque humorem aceto mulſo cum decocto origani, aut calamēthæ, deinde ipſum purgamus bibitis drachmis duabus agarici, in decocto pulegij, aut in aceto mulſo, aut bibita hiera Rufi, quantitate drac. ij. in decocto origani. Ea quoque quæ per rhabarbarum fit purgatio vtilis experimento cognita eſt, quin & rhabarbarum quamuis non purget ventrem, ſolet lumbricos occidere, quamobrem eoſdem, aut rhabarbarum, aut quoduis aliud purgatorium medicamētum faciliùs educet. Si verò purgatione non educantur vermes, occidere decet, bibitis amaris medicamentis: & ſi interim ad ventriculum aſcendant, nihil obſtat dulcia iniicere clyſteria, vt eos auocemus, & in potu præbere amara: nam ſi hæc proſequamur, morientur, ſi eadem fugiant deſcendent. Occiſos autem vermes facilè clyſteribus educemus. Vbi æger febre vacat lumbricos interimes ſyrupo de abſynthio, ſyrupo de mentha, abrotono, aut puluere foliorum perſici, cuius ſit drachm. s. in aceto mulſo, aut ſyrupo de mentha: aut tantundem pul. dictamni accipiet, cum decocto myxarum, aut decoctum myxarum & pulegij, aut accipiet farinæ lupinorum vnc. s. pul. foliorum rutæ, menthæ, abſynthij, & gentianæ, ſingulorum drach. j. cum ſyrupo de abſynthio, aut decocto myxarum & melle formentur pilulæ paruæ, quarum deglutiet decem, aut in boli forma bolos duos ponderis vnc. j. Si tamen febricitauerit, decoctum myxarum valet aut cornu cerui vſti ſcrup. ij. in aceto mulſo, aut aqua mulſa, aut ſeminis braſſicæ drach. s. cum ſyrupo de mentha, aut ſeminis portulacæ ſcrup. ij. cum decocto dictamni aut pulegij, aut ſyrupo de mentha, aut ſyrupo de radice dulci. Clyſteria verò conficimus ex decocto pulegij & abſynthij in aqua mulſa, dulcedo namque mellis ad lumbricos capiendos eſt neceſſaria, aut ſimile decoctum fiet ex minori centaurio, aut ex herba lumbricorum, quam appellant Hiſpani lumbriguera, cum hiera picra, aut fient ex deco-
Nota. cto abſynthij, centaurij minoris & cumini addita benedicta, hiera tamen medicamentum omnibus proficuum eſt, & aloë in clyſteribus, aut bibitum cum aqua mulſa, clyſtere optimum ac probatiſſimum fit ex lacte ſeminis canabis, cum hiera picra, aut hiera diacolocynthidos: nam colocynthis vermes occidit. Ventrem quoque lenire præcipimus felle taurino, & deſuper aſpergimus aloë, aut addimus puluerem herbæ lumbricorum, aut liniendus venter felle ac melle, addito puluere pilularum de hiera, aut abſynthium & centaurium in vino diluto elixentur ad vini conſumptionem, & herbæ cum aloë, & felle taurino malaxentur, & ſuperponantur ventri: valet ſi febris magna non adeſt. Si tamen fluxus ventris acceſſerit, decoctum foliorum perſici ad clyſteria commodum erit, addito puluere eorundem, & acacia & malicorio, aut ex decocto corticum mali punici; cum prædictis adſtringentibus eadem conficiemus, aut etiam addemus oleum melinum. Nos hoc ordine non paucos curauimus, qui ſeptimum ætatis annum excedebant. Ieiuno ventre eos excitari præcipimus, depoſitis excrementis ventris & veſicæ: deinde hora qua prādere aſſueuerunt, dedimus eis drach. ij. pilularum de hiera, aut paulò minùs, & deſuper aquæ mulſæ
Nota. vnc. ij. Quibus adeò præſentaneum fuit auxilium vt intra quatuor horarum ſpatium, & quandoque trium inedia ſeruata, defecerint vermes omnes, & magnam eorum copiam intra vaſcula quædam membranacea. Latos tamen lumbricos prædictis remediis curauimus. Verùm aſcarides infantium clyſteribus ex muria & oleo de abſynthio curamus, aut ſucco canabis, aut adultioribus iniicimus clyſterem ex decocto centaurij cum hiera picra, & ſale, aut decocto abſynthij addemus hieram picram, aut aloëm. Aut ex petaſone glans longiuſcula formetur & ſupponatur filo alligata, quandiu retinebunt, deinde enim extracta non paucos vermiculos adhærentes ſecum trahet. Præterea glans ex melle toſto & aloë valet: rurſus verò prædicta clyſteria iniiciantur. Lumbricos præterea & aſcarides extrahit vinum in quo elixetur radix mali punici arboris, bibitum, aut iniectum. Eoſdem occidit vapor aceti in quo elixum fuerit melanthium, aut eiuſdem vſti fumus.

De hæmorrhoidibus.

CAPVT XVIII.

HÆMORRHOIDES à Græcis, & La- Hæmorrhoides.
tinis appellantur ſanguinis fluxiones, quæ apertis orificiis venarum quæ ad anum ſunt, fiunt, ſed affectionum communione placuit hæmorrhoides appellare tumores qui ibidem fiunt ex ſanguinis influxu, intumeſcentibus extremis venarum quæ ſunt ad anum: ſed nominant eas cum additione hæmorrhoidas cæcas, quoniam non mittunt à ſe ſanguinem, aut pauciſſimum. Appellant eaſdem Latini ficus, & mariſcas ob ſimilitudinem: quoniam ficus quaſdam mariſcas nominant. Cauſa huius mali eſt, ſanguis multus, craſſus, fæculentus, & melancholicus, qui à iecore truditur, aut ex vniuerſo corpore redundat, aut poſt dimiſſam aliquam euacuationem ſanguinis narium, aut menſtruorum, ſanguis qui vacuari ſolebat, in eam partem decumbit. Quamobrem eo morbo laborare nouimus fœminas ſuppreſſis menſibus, aut poſt partum ſanguine ad eas partes compulſo: aut viros poſt quadrageſimum annum, cùm ſanguis ad auctionem non eſt neceſſarius, & is aſſatur, & craſſus redditur. Idem facit vſus ciborum melancholicum ſanguinem generantium, & diuturna ſolicitudo, ac mœror. Signa ſunt dolor ani cum tumore vno, aut pluribus, cum punctione, & ſanguinis manatione, aut etiam ſine ipſa. Vbi verò non manat, ſi arte prouocetur, morbum leuat, ſi verò manauerit immodicè, malum corporis habitum, refrigerationem, & hydropem afferre ſolet & facultatis naturalis languores ac mortem, ſi tamen fluentes hæmorrhoidas ſiſtere importunè velis, non minora induces mala, vti obſtructiones iecoris, febres quartanas, hydropem, maniam, aut melancholiam, ac perinde ſi fluentes curare velis, cautè agendum. Victus itaque eis con- Hæmorrhoi-
ueniens erit ex alimentis bonum ac paucum ſuc- dibus laborā-
cum præſtantibus, non melancholicis, neque im- tibus victus.
mixtam habentibus facultatem calefacientem: abſtinere namque decet à melle, & aromatibus, præſertim ſi fluxerint: cùm tamen fluxus modum excedit, auſteris & acerbis vti conuenit, vt iure carnium cum quibus mala cotonea, aut pyra acerba elixentur, & oryza, & ſuccus aranei, ſuccus vuæ acerbæ cum carnibus, & cichorium, & endiuia, & aqua maſtichina bibenda, aut vinum album auſterum. Infeſtantibus autem cæcis, à vino abſtinendum, & aqua

cinna

aqua cinnamomi, aut radicis dulcis bibenda, atque ſi punctio in parte ſentiatur, aqua hordei, ventrem lenem ſeruabunt, aut clyſteria eiſdem iniiciantur, ne fæces duritie eas partes lædant. Ab exercitationibus abſtinendum, dum malo premuntur, ab equitatione verò maximè. Cæcarum hæmorrhoidarum *Hæmorrhoidarũ curatio.* curatio bifariam impletur, doloris mitigatione, & earundem apertione. Mitigatur dolor attemperantibus calorem, aut reſoluentibus, ſiccãtibus & euacuantibus humorem, aut ſtuporem inducentibus. Attemperat mica panis cum lacte elixa & malaxata, deinde applicita, rurſus emplaſtrum ex violarum floribus & hordeo elixis & malaxatis. Præterea olei roſati vnc. I. ceruſæ vnc. ſ. tragacanthi ſcrupul. I. liquoris albi oui drac. 2. ceræ drach. 2. miſce, hoc medicamentum miro modo dolorem & calorem mitigat. Attemperant quoque calida anodyna appellata, vt fœnugræcum, malua, melilotum, ſemen lini, radix althææ elixa, aut fotus ex eiſdem, cum lana aut ſpongia, & euaporatio, & inſeſſio in decocto prædictorum, aut brancæ vrſinæ, aut emplaſtrum ex eiſdem, & butyro vaccino, & cæpa elixa cum butyro. Hæc quoque nonnihil reſoluunt. Exſiccant autem tutia, & vnguentum ex eadem confectum, & vnguentum de plumbo, & puluis tormentillæ, & decoctum radicis verbaſci, & cornu cerui vſtum. Præterea floris æris ſcrup. I. aluminis vſti drach. I. cum vino fiat veluti ſordes. Omnium tamen præſtantiſſimum remedium eſt, quod multitudinẽ vacuat, nempe ſanguinis miſſio, præuiſionis gratia, aut etiam incipiente morbo, in his qui aliàs eo morbo non laborarunt, vena tamen interna cubiti ſecanda venit. Quibus tamen humor partem obſedit, & quibus cõſuetus eſt morbus, vena poplitis, aut malleoli ſecanda. Stuporem autem inducit theriaca recens illita, aut Philonis medicamentum, aut roſacei vnc. I. croci grana 6. opij grana 4. Aperit autem eaſdem ſuccus ciclaminis, aut emplaſtrum ex ſtaphide agria, farina lupinorum, & felle bouis, aut glans ex melle toſto & puluere colocynthidos, aut glans ex hiera Rufi, aut liniantur oleo amygdalarum amararum cum medulla colocynthidis, & ſuccus centaurij cum melle, & ſtercus columbinum cum melle, aut ex prędictis emplaſtra conficiantur, & frictio cum foliis ficus: ſed hæc non ſine dolore fit, aut ſanguiſuga arundini includatur, ita vt caput tantùm exerat, & hæmorrhoidi aperiendæ admoueatur. Si verò hæmorrhoides immodicè manauerint, ſiſtenda fluxio eſt, atque claudendæ ſunt omnes, etiam ſi antiquæ fuerint: dum tamen æger deinde probè regatur: id enim ſenrio cum Aëtio, atque idem Hippocr. voluiſſe autumo, cùm dixit, Hæmorrhoidas ſananti antiquas, niſi ſeruetur, periculum eſt hydropem, aut tabem fieri (quamuis intelligam Galen. voluiſſe ex Hippo. ſententia, vnam eſſe ſeruandam, atque prædictum periculum imminere, niſi vna aperta ſeruetur. Sic quoque legiſſe literam Hippocratis.) Aliàs non liceret antiquam aliquam fluxionem ſanare, ne humor qui fluere ſolebat, in partem aliquam ex præcipuis irreperet. Periculum ſanè imminere nemo dubitat, id tamen præcautione fugimus, ſi æger & probè regatur, & ſtatutis temporibus euacuetur ſangui. miſſi. aut purgatione, pro humoris redundantis natura, & in reliquis ſalubris victus ratio ſeruetur. Clauduntur autem hæmorrhoides, ſi immodicè manauerunt, ita vt languor facultatem naturalem ſequatur, aliàs id minimè tutum erit: nam hæmorrhoides à multis liberant morbis, nempe melancholia & quartana. Rurſus autore Hippo. lib. 6. de Morb. pop. liberant à morbo laterali, pulmonia, vlceribus depaſcentibus, terminthis, formiculis, lepra, & vitiligine. Remedia verò quæ eaſdem occludere poſſunt, adſtringendi & ſiccandi vires habent: verùm generalis medendi ratio præcedere debet: auertendus etenim ſanguis eſt, ſi facultas ad id conſtat, ſecta vena interna cubiti. Sin minus, affixis cucurbitulis hypochondriis, & frictionibus ac ligaturis brachiorum. Bibuntur autem ſyrupus de ſucco malorum cotoneorum, ſyrupus myrtinus, paſtilli de terra ſigillata, præſtantiſſimi ſunt, & nobis in vſu frequenti paſtilli de ſuccino, præbemus etiam ſaccarum roſaceum antiquum cum bolo armeno, & lapidem hæmatitem cum ſucco plantaginis. Admouemus autem emplaſtrum ex aloë, thure, pilis leporis & albo oui, aut cinerem pilorum leporis cum tela aranei & albo oui, aut inſpergatur puluis acaciæ, malicorij, boli armeni, cum pauco calcantho. Aut fiat fomentum ex decocto balauſtiorum, roſarum, myrthi, meſpilorum, & ſorbarum, & aluminis: bulliant autem in vino auſtero, aut ex eiſdem malaxatis in linteo compreſſis fiat ſacculus, qui ano applicetur, aut ſimilia decocta infundantur.

De rhagadiis ani.

CAPVT XIX.

RHAGADIÆ Græcis dicuntur, quæ *Rhagadia.* Latinis rimæ, & Hiſpanis grietas, quæ tales ſunt in ano ſciſſuræ, quales in labiis, ſæpe etiam in intermediis digitis pedum & manuum fieri ſolent. Nota admodum paſſio eſt, ita vt conſpici oculis poſſit. Cauſæ tamen ſunt, calor cum ſiccitate, aut ſola ipſa immodica ſiccitas, aut cum humore acri ac mordaci, qualis eſt bilis, aut ſalſa pituita, aut ob circumiacentes tumores ad ſe diuellentes cutim & carnem muſculi claudentis anum. In victu alimenta boni ſucci, & humectantia ſunt eligenda, vt caro gallinæ, aut arietis elixa, & ſpinachia, beta, aut etiam malua, amygdalarũ liquidum, & oua ſorbilia. Potus ſit vinum album pauciferum: vitabunt autem carnes ſalitas, & ſalſamenta omnia, & aromata, ventrem autem lenem ſeruabunt, ne fæces duritie ſua impediant rimarum aſſolidationem. Curatio tamen, in quibus ſanguis redundat, à ſanguinis miſſi ne incipiet, & à purgatione, in quibus ſeroſi abundant humores bilioſi, aut ſalſi. Valet autem deinceps vnguentum de ceruſa quod caphuram recipit, aut fotus ex decocto foliorum oliuæ, polypodio, & alumine, fiat vnguentum quod recipit ceruſæ, lithargiri, plumbi vſti, ſingulorum drac. I. roſacei vnc. 2. liquoris albi oui vnc. I. caphuræ ſcrup. I. omnia ſimul in pila plumbea agitentur cum plumbeo piſtillo, donec in vnum coëant. Aliud, lithargiri, ceruſæ, plumbi vſti, aluminis vſti, thuris, ſingulorum drach. j. axungiæ gallinæ, anatis, axungiæ porcinæ ſine ſale, olei amygdalarum dulcium, olei de papauere, ſingulorum vnc. ſem. lento igne miſceantur, & addita cera fiat ceratum liquidum, ad vnguenti formam, quo bis aut ter in die liniantur rhagadiæ. Aliud, olei roſacei, & myrthini, vtriuſque vnc. 2. maſtiches, myrrhæ, mannæ, thuris, aluminis vſti, ſingulorum drachm. I. vitellus oui aſſi vnus, ceræ vncia ſemis.

***

De

De procidentia ani.

CAPVT XX.

Ani procidentia. PRoccidit anus non aliter quàm relaxato & humectato muſculo anum claudente, atque eis qui anum ſurſum retrahunt: ac fit morbus hic veluti aliarum partium paralyſis. Cauſæ ſunt quæ poſſunt pituitam augere, & nimia refrigeratio ani, qualis natantibus in aqua frigidu euenit, & his qui pedes continent diutius nudos, aut in humido & frigido loco, aut in lapidibus ſedent frigidis, & frigido tempore. Raró quoque ob inflam- *Ani procidentis victus.* mationem ani. Quibus victus ratio exſiccans eſſe debet, & carnes aſſæ offerendæ, & oryza cum iure carnis, & lentes ſic paratæ, & ſuccus vuæ acerbæ, & mali punici, & vinum auſteritatis particeps. Fæx veró emollienda clyſteribus, ſi dura fuerit, ne deſcendens ſecum anum pellundet. Inflammatio ſanguinis miſſione curanda eſt, ſciſſa vena interna cubiti incipiente morbo: ſed iam partem obſidente ſecabitur vena quæ eſt in poplite, aut malleolo in- *Ani procidétis curatio.* terno. Repellemus autem ſanguinis impetum decocto roſarum, balauſtiorum, malicorij, cum acacia, & hypociſtide, aut cum roſaceo, & decocto gallarum & myrthi. Procedente autem morbo admiſcebimus camæmelum & anethum, maluam, fœnugræcum, & ſemen lini. Verùm ſi plethora non præceſſit, non opus erit à ſanguinis miſſione incipere, ſed ſtatim vti fomento ex roſarum, myrthi, camæmeli, & fœnugræci decocto, & illinite anum oleo camæmelino, & anethino, immixtis roſaceo, aut myrthino. Si tamen relaxatio ani ab humore irrigante muſculos procedat, is purgandus erit, ſi in toto corpore redundauerit, aut ab inteſtinis detergendus veniet clyſteribus, aqua mulſa, cum decocto origani, polij, calamenthæ, mercurialis & ſimilium, cum ſale copioſo, aut ex ſola muria clyſter iniciendus, & anus muria abluendus. Deinde anum aſpergemus puluere acaciæ, & hypociſtidos, aut eundem fouebimus vino in quo ebullierint roſæ, balauſtia, cortices glandium, folia oliuæ, malicoriũ, rhus, myrthus, & quæ acerbam facultatem habent: deinde manibus oleo myrthino illitis intra mittatur anus, & rurſus pari modo cum ſpongia aut lana foueatur prædicto vino calenti, & clyſteribus eius facultatis vtemur. Oſſi tamen ſacro emplaſtra calefacientiu & exſiccantia admouebimus.

De morbis iecoris & lienis.

SECTIO VIII.

De iecoris imbecillitate.

CAPVT I.

Hepatici. HEpaticos Gal. nominat, ſicuti & reliqui artis medicæ patroni, eos qui iecoris imbecillitatem patiuntur, quique ad functiones naturales iecoris inualidi ſunt, nullo alio apparente morbo, nec tumore, nec vlcere, nec putrefactione, quemadmodum & cæliacos nominant qui ventriculi languorem ſentiunt, citra tumorem, aut vlcus. Facultates ſanè iecoris naturales ſunt omnibus membris natura inſitæ, iecori veró maximè, quod naturalium facultatum eſt origo. Naturales facultates ſunt, tractrix, retentrix, coctrix, & expultrix, quarum robur in temperamento membri ſitum eſt. Quod etiam mutato temperamento in facto eſſe mutatur, ac perinde languorem iecoris diſtemperantiæ ſunt cauſæ. Diſtemperantia veró omnis eſt calida, frigida, humida, aut ſicca, aut ex eiſdem compoſita, & hæ omnes aut cum humore, aut ſine ipſo. Intemperantiæ autem morbi ſunt, imbecillitates veró inſignia quædam ſymptomata, quæ ſublatis intemperantiis ſtatim auferuntur. Harum omnium curationis communis ratio eſt contrariorum adhibitio, & peculiaris proprij contrarij admotio. Calida itaque intemperies agnoſcitur ardore hypochondrij dextri, ſiti, & quandoque febre, & ciborum auerſione. Humores liquantur, veluti in febribus peſtilentibus, & vruntur, ac billioſi & craſſi deſcendunt, & excreti prauum referunt odorem, nonnũquam & caro ipſius iecoris liquatur, & corpus vniuerſum tabeſcit, & vrina ruffa redditur. Frigida autem ſuperante intemperie, nec febricitant niſi ob cauſam aliam, vt humorum craſſitudinem, & obſtructionem cum putredine, nec cibos auerſantur, ac longus morbus fit, nec tabeſcit corpus, ſed ſæpius in malum deducitur habitum. Quæ veró excernuntur liquamina non ſunt, nec fœtent adeò, & ventrem non irritant frequenter, ſed ad tempus excrementa accumulantur & pelluntur, & quandoque ad atræ bilis ſpeciem, quæ talis non eſt, ſed potius fæx ac limus ſanguinis: aliquando veró ſimilis loturæ carnis, ſi tamen cum calida intemperie, aut frigida, humida iungatur, humidior erit deiectio, ſi ſicca, ſiccior. Decet quoque diſtinguere cuius facultatis ſit imbecillitas ex notis: ſi namque trahens imbecilla fuerit, ventre non laborante, deiectio chyloſa erit & liquida, alimento mutato, ſed non diducto. Si tamen deiectio fuerit ſimilis loturæ carnis, deductum fuiſſe alimentum ſignificat, ſed non ſuperatum à facultate coctrice iecoris. Victus *Hepaticorum victus.* calida laborantibus intemperie ex alimentis ſit, caro gallinæ, aut pulli, cum lactucis, aut ipſæ lactucæ, & endiuia, & cucurbita, & cichoriũ, & priſana hordeacea cum aceto, & carnes cum ſucco limonum, aut vuæ acerbæ, & panis hordeaceus, & vuæ paſſæ in calida intemperie acidiores, in frigida dulces, ſed vinaceos comminuere & edere oportet. Potus veró ſit aqua hordei, aut aqua fontana feruefacta. Eis veró qui frigidam patiuntur intemperiem, conuenit caro gallinæ, aut pulli, turturis, aut perdicis, cum aromatibus, præſertim ſi humiditas accedat, quod frequentius fit: itaq; obſoniis addemus origanum, fœniculum, aniſum, cinnamomum, caryophillos, & zingiber. Potus autem vinum album parum dilutum, quale eſt vinum à ſancto Torcatio, aut à Yepes. Tale eſt vinum ſubpallidum à Copa, & ſimile à Cantalapetra: valentiora tamen vina alimenta ante coctionem diſtribuunt. Curatur autem ca- *Hepaticorum cura.* lida iecoris intemperies his quæ refrigerãt ad menſuram, dum tamen celeritas periculi magnitudine metiatur, & omnem ſubitam mutationem quoad fieri poſſit vitemus, minus etenim ſecuru eſt refrigeratio calefactione. Quæ veró refrigerant, quædã ore ſumuntur, quędam exterius admouentur, ſumitur medicamentum de tribus generibus ſantalorum, cum aqua inſtillatitia cichorij, diarrhodõ abbatis, ſaccarum roſaceum, aut violaceum, & ſyrupus de acido limonum, & oxyſaccarum, dextro hypochondrio admouemus vnguentum roſaceum, & in magno ardore ceratum refrigerans Galen. & in calida

Digitized by Google

calida ſimul atque humida intemperie ceratum ſantalinum,& vnguentum,quod conficitur ex oleo violaceo, roſaceo,& nimpheæ, ſingulorum vnc. 1. ſem.ſucci violarum,ſucci roſatum,vtriuſque vnc.ſe. bulliant ad conſumptionem ſuccorum:reſiduo addes pulueris trium ſantalorum drac.1. a.ceræ quartam partem. Epithemata quoque ſuperponuntur, hyeme calida : æſtate tepida, ex aquis inſtillatitiis, endiuiæ,cichorij, cum puluere trium ſantalorũ, & pauco aceto.Frigidam verò intemperiem curamus aſſumpto aromatico roſato,cum vino albo, & cinnamomum ſaccaro conditum,Hiſpani dicunt canelones,& radices pimpinellæ conditas,& dianiſum: cum bia autem bibent decoctum cinnamomi , aut aniſi,fœniculi,origani,& byſſopi , aut vinum quod appellant Hippocras. Aut accipient zingiberum conditum, aut acorum conditum , aut ſyrupum de abſinthio. Liniemus autem hypochondrium oleo nardino,aut de abſinthio,aut vnguento quod recipiet olei de abſinthio,olei nardini,vtriuſque vnc.2. ſucci eupatorij,ſucci abſinthij,vtriuſque dra.2.bulliant ad ſucci conſumptionem , & oleis adde pulueris caryophyllorum,cinnamomi,ſpicæ nardi ſingulorum ſcrup.1.ceræ drach.ij.Humidam intemperiem exſiccatione curamus citra magnam calefactionẽ , ex decocto eupatorij, aniſi,cinnamomi,aut cum fœniculi decocto,aut cum dialacca,commoto ſudore,aut oleo de abſinthio illito,aut nardino , & victu exſiccante,ex carnibus ſupradictis aſſis,& potu vini fului parum diluti. Si tamen ſicca adfuerit intemperies humectabimus, ſed non citra aliquam adſtrictionem. Humectant autem iura carnium, cum fœniculo, aut cinnamomo,& cremor hordei, aut ptiſana hordeacea cum ſpica nardi , quies quoque humectat. Abſtinebunt autem à melle , & aromatibus calidioribus. Laudatur iure hepar lupi arefactum & tritum , drachmæ vnius pondere cum vino dulci diluto.

De iecoris obſtructione.

CAPVT II.

Obſtructio iecoris.

OBſtructiones in iecore fiunt aut à flatu craſſo nebuloſo,quem diſcutere non eſt facile: aut à craſſis & lentis humoribus infarctis in vaſis iecoris, præſertim in his quæ ſunt à ventriculo in iecur, per quæ alimentum diducitur, & ſimas iecoris partes penetrat. Antecedunt otium, vſus ciborum adſtringentium & craſſæ ſubſtantiæ,retẽtio menſtruorum,aut hæmorrhoidarũ : ſi flatus fuerit, diſtenſio ſentietur , & dolor ſine aliqua grauitate.

Obſtru. iecoris ſigna.

Craſſi tamen ac lenti humores grauant , dolorem inferunt,& alimenti diductionem impediunt , qui nonnunquam putreſcunt & febres generant. Præterea ex motu poſt cibum moleſtantur valde,ac dolent vehementiùs,nec tamen à dolore facilè leuantur. Concitatur quoq; dolor flatuoſus ex motu poſt cibum,ſed ſine grauitatis ſenſu fit,& facilè recedit. Accedit amiſſio coloris vitalis,pondus ventris , inualidi quoq; redduntur ad exercitationes:nam ſtatim reſpiratio frequentior multo fit,cõpreſſo ſepto trãſuerſo,redditur pariter vrina eorum decolorata. Summa curationis eſt deobſtructio, & meatuum apertio,& in aliis flatus diſcuſſio, quãuis redũdante humore,flatum diſcutiẽtia ſequi debeant eorundem purgationem. Medicamenta ab obſtructione liberantia iecur,quædam extenuant,& vrinam mouent,quædam ventrem purgant:quæ enim in ſimis iecoris continentur,per vẽtrem extenuata purgantur:quæ verò in gibbis, per vrinam. Quam ob rem alimenta eis conuenient elixa,vti carnes perdicum, gallinarum,cum ciceribus,& aſparagi,& berula, & folia raphani. Vinũ erit album,aut ruffum,nec dulce,nec auſterum,quale eſt vinum ſubpallidum , ac ſubruffum à Ycpes,& ſimile à Cãtalapetra. Reliqui aquam cinnamomi bibent, aut aquam fœniculi:vitabunt autem carnes bubulas,porcorum,& aues paluſtres,ac piſces natura magnos,& polypum , & ex leguminibus lentem,oryzam,& panem azymum,& fructus acerbæ facultatis,vt pyra,& quædam poma, & mala cotonea,ſorba & corna,palmulas,& vinum nigrum,& vina dulcia , exercitationes à cibis, aut poſt cruditates. In curatione præterea aduertere oportet:pleno enim iecore purgatio præcedere debet,deobſtructio ſequi. Hora verò accommodatior ad eorundem medicamentorum exhibitionem eſt iam coctis cibis in ventre , atque diductis , neque decet hæc omnino nuda eſſe à facultate roborandi iecur. Ea verò quæ ventrem ſoluunt,in decoctis radicum,& herbarum, aut ſeminum deobſtruẽtiũ diluì debẽt. Deobſtruunt ſanè frigida, vti endiuia,cichoriũ,ſoncus,ſcariola,acetoſa , ſyrupus acidus,& ſyrupus de endiuia,& quem ex cichorio cõficiunt. Calida ſunt,aſparagus,fœniculus, anethum,apium, petroſelinum , bruſcus, eringium , byſſopus, calamenthum,polium,pulegium,origanũ , aſarum,ariſtolochia,achorus , cinnamomum , ſpica, gramen, ſcolopendra , carpeſia, capparis , rubea tinctorum, lupinorum decoctum , ac cicerum , chamædrya, & centaurium:omnium præſtantiſſimum eſt eupatorium,adiantum temperatum eſt. Valet in eum vſum acetum mulſum,aqua mulſa ex apij decocto, & ſyrupus de quinque radicibus, dialacca , ſyrupus de calamẽtho,& oxymel ſcilliticum. Vnguenta ex horum facultatibus conficimus & cerata,olei anethini,olei de abſinthio,olei nardini ſing. vnc. 1. ſucci eupatorij,ſucci endiuiæ,ſucci graminis , ſucci apij, ſing.drac.2.bulliant ad conſumptionem ſuccorum, & reſiduo addemus ceræ quantum ſatis fuerit ad vnguenti confectionem. Ex ſuccis autem & oleis prædictis calentibus fouere conueniet iecur. Purgant tamen agaricus cum zingibere,aut caryophyllis,& rhabarbarum cum ſpica nardi,& electuarium indum,in decocto origani : liberat miro modo iecur à craſſorum humorum obſtructione agaricus in ſucco eupatorij,aut in aceto mulſo. Flatu autem diſtendente iecur,cũ his quæ deobſtruũt miſcebimus aniſum,carui,aut cuminum : ſuperponimus autem dextro hypochondrio & medio etiam ventri ſupra vmbilicum (id enim ſpatium occupat iecur , vt ex diſſectione nobis ſæpe conſtauit) olei de abſinthio, olei anethini,& nardini ſingulorum vnc.2.pulueris aniſi,& cumini vtriuſq; drac.2. Pernicioſum autem eſt quod quidam faciunt chalybem,ſiue eius ſtomoma,vt de lienis ſcirrho dicemus,in aceto tritum & ſole arefactum in potu præbentes fœminis obſtructionem patientibus ex menſium retentione.

De iecoris inflammatione.

CAPVT III.

IEcoris inflãmationes non aliter quàm aliorum membrorum fiũt,ſanguine ad ipſum confluente , aut ſolo,aut ſimul cum bile , aut pituita , à ſola etiã bile eryſipelas fieri poteſt : œdema tamen *Iecoris inflammatio.*

non generatur in iecore, neque in thoracis partibus, autore Gal.4.de Præſagit.ex pulſibus: de ſcirrho verò dicemus. Cauſæ inflammationum iecoris notæ ſunt, nempe quæ poſſunt efficere in partem quampiam fluxionem.

Iecoris inflãmati ſigna.

Signa verò, dolor cum grauitate in dextra hypochondrij parte, qui ad iugulum vſque extenditur: cuius cauſam Gal.lib.2.de Loc. patient. cap. 2. potius ad venæ cauæ quàm membranarum tenſionem refert, in magnis ac duris iecoris inflammationibus id euenire dicens: tuſſis exigua, per quam nihil effatu dignum excernitur, difficilis reſpiratio, ſitis magna, lingua arida, ab initio rubra, deinde nigra, faſtidium, vomitus bilis vitellinæ, & deinde porraceæ. Dura redditur deiectio, niſi ob iecoris imbecillitatem liquida deſcendat, eodem non trahente ſuccum, aut ipſum non deducente ad perfectionem. Vrina mingitur praſea, aut ſubuiridis, color totius corporis pallidior fit, ictericorum inſtar. Fit itidem inflammatio iecoris aut in ſimis, aut in gibbis ipſius partibus, quamuis fieri nequeat altera ex ipſis inflammata reliquam non conſentire, ob venarum communionem, teſte Galen.lib.5. de Locis patient. cap. 6. Diſtingues tamen atque agnoſces partem vehementius afflictam, ſiquidem vbi partes ſimæ vehementiùs infeſtantur, ſymptomata quæ conſenſu ventriculi fiunt, vti nauſea, vomitus bilis, & ſitis, maiora reliquis erunt: vbi verò gibbæ, iuguli retractio, tuſſis, & inſpirandi difficultas ſe magis oſtendent, ſicuti & notarum coſtarum conſenſus. Præterea ex tactu deprehendi poterit inflammatio ac locus afflictus, niſi æger fuerit valde carnoſus, aut aqua intercutem laborare incipiat, aut parua, aut parum dura ſit inflammatio, aut æger ob doloris vehementiam minimè admittat manus compreſſionem. Quòd ſi adhuc ignota fuerit inflammatio, præſertim ob paruitatem præcipiendum eſt vt laborans magnam edat reſpirationem: ſentiet enim in ea parte dolorem. Aderunt præterea febres ardentes, ſed ardentiores erunt quæ cum eryſipelate fient, & ſæpe malignæ. Expedit autem inflammationes iecoris ab his quæ in muſculis abdominis fiunt interſtinguere, non paucis etenim medicis impoſuerunt duri tumores in ventris muſculis facti, ac ſi in internis ſedibus fierent. Quæ igitur inflammationes in iecore conſiſtunt ad circumſcriptam magnitudinem finiunt, muſculorum autem prorogatæ ſunt, & in anguſtum vergunt, veluti & ipſa muſculorum figura, præterquam vbi muſculi obliqui & tranſuerſi ſimul implentur.

Iecoris inflãmati victus.

Victus huic morbo conueniens tenuis admodum eſſe debet, vti ius pulli elixi cum endiuia, aut amygdalarum, aut ptiſana hordei colata, cum decocto apij, aut ius pulli cum ciceribus. Potus aqua hordei.

Iecoris inflammati curatio.

Curatio verò à ſanguinis miſſione incipiet. Cæterùm ſi deiectio dura deſcendit, clyſter antecedet ex decocto maluarum, violarum, & hordei cum oleo violaceo, & ſaccaro. Sanguis autem ducetur ſecta vena interna cubiti dextri, aut ea non apparente, media, aut vbi hæc non appareat externa. Nos cum magna laborantium vtilitate eam venam ſecamus quæ in medio eſt anularis digiti & minimi dextræ manus, vbi aut alia præceſſerit, aut non fuerit magna ſanguinis redundantia, aut vires non admodum conſtent. Quantitas metienda pro morbi magnitudine & virium robore. Quòd ſi ab initio clyſtere non fuit opus, ſanguine miſſo eodem vtemur: interim verò bilis vomitus nec ſiſti, nec iuuari debet, niſi æger difficilè admodum vomat: tunc enim licebit aqua hordei bibita aut aceto mulſo repentibus vomere. Id enim præter id quòd vomitum iuuat, minus acrem reddit ipſum humorem vomendum, neque etiam medicum perterrere debent quæ vomuntur, etſi vitelli, aut porri colorem referant: ſunt enim hæc morbi ſymptomata veluti propria. Cucurbitæ deinde dextro hypochondrio cum ſcarificatione affigendæ, non ſemel, ſed bis, ac ter ſi opus fuerit. Cataplaſmata deinceps ſuperponemus quæ emolliendi, & adſtringendi vires habeant, nec tamen validè repellere in hoc morbo oportet, ſed iecur quadantenus roborare. Conficimus emplaſtrum ex palmulis elixis in aceto & oleo melino & anethino, aut myrrham cum palmulis miſcemus, aut ex farina hordei, ſeminis lini, fœnugræci cum oleo melino, & roſaceo, aut diacotoneum, ſiue miloplacentam cum puluere abſinthij, & oleo roſaceo malaxamus, ſi vehemens fuerit ardor. Fomenta autem cum lanis ſuccidis fient ex decocto fœnugræci, camæmeli, & anethi, cum oleo maſtichino, & anethino, additis roſaceo; & melino. Remittente autem calore cum farina ſeminis lini & fœnugræci miſcebimus anethum, melilotum, polium, & aſarum, aut myrrham & ſtyracem pari menſura miſce cum vino antiquo auſtero, quo hypochondrium fouebis, aut cum vino auſtero, in qua liquata ſit myrrha, atque ſtyrax, malaxabis palmulas. Si tamen obduretur, quod agnoſces tactu, & doloris diminutione, radicem althææ, & ficuum decoctum, cum lolij farina, & ſeminis lini miſcemus, addito oleo camæmelino & nardino. Aut folia braſſicæ elixæ trita cum melle, aut farinam ſeminis lini cum radice althææ, & oleo laurino, & camæmelino admouebimus. Aliud, ſtyracis, myrrhæ, maſtiches, caſiæ, ſingulorum drac. 1. carnium palmularum vnc. 2. olei maſtichini, & nardini, vtriuſq; vnc. 1. ſem. liberat ab inflammationibus iecoris inclinantibus, aut cùm indurantur. Quo tempore valet emplaſtrum quod recipit thuris, croci, ammoniaci, ſtyracis, maſtiches, ſpicæ ſing. dra. 2. reſinæ terebinthinæ vnc. 1. olei camæmelini vnc. 2. ceræ drac. 1. his etiam addimus ſtercus caprinum, & medullam cruris bouis, & adipem anſerinum. Aëtius verò cucurbitulas cum ſcarificatione affigere præcipit. Vehementes autem dolores, qui inflammato iecore adueniunt ſanant, aut leuant, decoctum radicum cichorij, cum radice dulci, aut decoctum eupatorij cum aqua mulſa, aut ſyrupus de endiuia cum aqua inſtillatitia cichorij: nam hæc meatus quoque iecoris aperiunt. In eum vſum valet ſyrupus de fumaria, cum aqua inſtillatitia lupulorum.

Iecoris ſuppurati medela.

Tendente tamen inflammatione in ſuppurationem, quod agnoſces, quoniam pro dolore pondus magis quàm antè grauat, & rigor ſuperuenit, & febris maior, & ſitis, ac difficilis reſpiratio, cataplaſmata ſuperponemus ex caricis cum farina fœnugræci, & ſeminis lini, aut ex farina fœnugræci, radice althææ elixa ac malaxata cum ſtercore columbino, aut ex folijs maluæ, radice althææ, reſina, & ſpica, aut fotus cum decocto fœnugræci abſinthij, & centaurij fiat. Emplaſtris verò prædictis addemus piper, & zingiber cum ſtercore columbino prædicto, & radicem ireos, ſi rupturam inflammationis cupimus, ſtercus autẽ caprinum hæc iuuat. Apertione ſuppurationis facta, vlcus detergere & mundificare oportet, bibita aqua mulſa, aqua hordei cum ſaccaro, ſero lactis caprini. Mercurialis autem herba omni ferè tempore morbi elixa edenda: nam iecur ab initio per ventrem expurgat: nunquam enim per hunc morbũ ichores deſunt: aperta autem ſuppuratione extergit & mundat iecur: clyſteria quoque ex mulſa, & ex hordei decocto cum ſaccaro, & caſia fiſtulari vtilia ſunt. Neque eſt à ra-

tione

Digitized by Google

tione alienum,cum cibis miſcere ea quæ leuiter iecur expurgant: non tamen aliunde trahunt: hæc enim cum cibis & ſine ipſis pernicioſiſſima ſunt laborante iecore,in hunc vſum tranſacto morbi ſummo vigore, ius pulli cum caſia fiſtulari, aut agaricum in iure pulli cum ciceribus elixi præbemus,& electuarium diacatolicon in eodem iure diluimus. Sunt qui & elect. diaphœnicon inclinante morbo exhibeant. Toto tamen morbi tempore clyſteribus vtimur ex decocto hordei & maluarum cum ſaccaro,aut ex ſero lactis cum ſaccaro aut melle. Ad finem autem pure expurgato oleo de abſinthio inungimus dextrum hypochondrium, aut nardino cum puluere caryophyllorum & maſtiches, & ſyrupum de abſinthio,aut ſyrupum de malis coroneis,aut decoctionis eupatorij, cum ſpica nardi in potu præbemus.Aut decoctum cinnamomi, ſpicæ,caſiæ,ciperi,in vino auſtero, niſi calor abundet, atque ita iecur firmamus & aſſolidamus.

De lienis intemperie.

CAPVT IV.

Lienis morbi. LAborat lien diuerſis morborum generibus:nam aut diſtemperatur,aut eius continuitas ſoluitur,aut tumor præter naturam ipſum inuadit. Diſtemperies eſt calida, frigida, humida,aut ſicca, aut ex his coniugata, atque hæ, aut cum humore, aut ſine ipſo.Ex diſtemperantiis frequentior eſt frigida,ſiquidem lien à bile flaua deſtituitur,& atram habet abundantem, cauſæ diſtemperantiarum lienis communes ſunt cum reliquis partibus internæ & externæ, in aſſumendis, excernendis agendis & exterioribus. *Lienis calidi ſigna.* Calidam intemperiem oſtendit calor ſiniſtri hypochondrij, & vbi os ventria compatiatur,ſitis,ciborum auerſio, & noxa quæ ex vſu calidorum ſequitur, ſiue interius ſumantur, ſiue exterius accedant, ex vſu tamen frigidorum iuuantur: ſolent etiam maiores lienis calores cor in conſenſum ducere, & ſpirationem ac pulſum celeriores reddere. Ab ira tamen & triſtitia dolor concitatur in liene calido. *Lienis frigidi ſigna.* Frigidam intemperiem oſtendunt cauſæ refrigerantes,à quibus manifeſtè læditur lien frigidis,veluti aquæ potu,& aëris frigidi,aut frigidarum rerum contactu, circa ſiniſtrum hypochondrium.Moleſtatur præterea à cibis frigidis, & acido ſapore præditis,inde quoque cor compati ſolet, & pulſus ac reſpirationes redduntur minores,& inteſtina compatiuntur,in quibus flatus excitantur,& murmura:ſitis deeſt compatiente ore ventriculi, & ciborum appetentia conſtat. *Lienis ſicci ſigna.* Siccam intemperiem docet lienis moles diminuta,quod manus compreſſione agnoſces, & quandoque totius corporis arefactione: læduntur ab his quæ arefacere poſſunt. Præceſſerunt tamen cauſæ arefacientes, vti cibi tales,& exercitationes,ac vigiliæ. *Lienis humidi ſigna.* Humida intemperies agnoſcitur ſitis defectu,lienis incremento,corporis laxitate,ſi conſentiat: noxa verò ſequetur ex humidorum vſu, iuuantur autem ſiccis, & pauco potu. Atque oritur malum ex otio, & morbis humidis præcedentibus,& balneis & cibis humectantibus,fructibus & oleribus.Calida intemperies ſiccam facilè adducit,& frigida humidam, ſicuti & in aliis omnibus corporis diſtemperantiis,aut diuturnis,aut magnis. Si verò diſtemperies cum humorum copia fiat,bilem agnoſces ſiti, oris amaritudine,linguæ pallore, atque totius corporis, vomitu bilis,& tertianis acceſſionibus lien moleſtatur magis,iracundi fiunt. Atra tamen bile infeſtante triſtitia,timor,& ſolicitudo accedent,ciborum appetentia aderit,aut etiam augebitur,& linguæ color ſubniger fiet,atque totius corporis,& repetentiæ morbi erunt quartanæ.Redundante tamen pituita, totius corporis color & linguæ albicat,ſiti vacant, & cibos appetunt,niſi ſalſa reddatur pituita, & acceſſiones aderunt quotidianæ:ſi redundauerit ſanguis, ſomnus accedet,id docente experimento,longus:& media ciborum appetentia, & venarum plenitudo in toto corpore,vrinæ verò coctæ,& ſubrubræ. Curatur lien diſtemperatus cum humore, eiuſdem humoris vacuatione,deinde attemperamento. *Lienis curatio.* Humor bilioſus purgatur probè per rhabarbarum cum ſpica,in ſero lactis caprini,aut per rhabarbarum dilutum in decocto epithimi,& polyponij,aut cum ſero lactis caprini,in quo infundantur per noctem, ſenna,epithimum, & polypodium. Pituita purgatur electuario indo diluto in decocto prunorũ, ſennæ, epithimi,& radicis dulcis. Atra bilis purgatur pilulis de fumaria, ſuperbibito decocto vuarum paſſarum,ſennæ,& radicis dulcis,aut cõfectione hamec, in decocto ſcolopendrij,fumariæ,& radicis dulcis. Sanguine redundante vena interna cubiti ſiniſtri ſecabitur,deinde purgabitur,vti ad bilis redundantiam diximus. Intemperiem verò lienis deinde curabimus, calidam quidem epithematibus ex oleo roſaceo,cum aceto,aut ex melino & roſacco addita quarta aceti parte.Aliud,ſucci portulacę,ſucci pampinorum viris vtriuſque vnc. j. olei roſati vnc.iv. aceti vnc.j.s.Aliud,poſcæ,roſacei,melini olei, ſucci portulacæ,ſucci vuæ acerbæ,aquas partes miſce.Ex prædictis oleis & cera conficimus cerata. Frigidam intemperiem curabimus oleo de abſinthio, & anethino,aut oleo de radicibus capparorum. Humidã, eiſdẽ addito ſale,aut alumine vſto,aut puluere corticum radicum capparorum, cum aceto:hæc autem cum frictione admoneantur. Siccam verò balneis dulcium aquarũ, & inunctione ex oleo amygdalarum dulcium, per ſe,aut cum cera facto cerato, aut etiam addita axungia anatis, & gallinæ curabimus.

De lienis inflatione.

CAPVT V.

FRequens admodum morbus eſt lienis inflatio,ſiue flatuoſus tumor,quamuis eius in tumorem eleuatio non ſatis omnibus nota ſit,nec facilè tactu moles deprehendatur. *Lienis inflatio.* Verùm tãgentibus cedit flatus compreſſa manu,& tenſio abſque grauitate in ea parte ſentitur,& ventriculus ſæpe conſentit,& ructus ſequuntur, quandoque cõpreſſo liene. Victus conuenit qui calefacere poſſit, & flatum diſcutere, ita vt panis aniſum habeat admixtum, & obſonia cuminum,carui,& anethum recipiant. Potus ſit vinum antiquum à Sancto Torquatio, aut à Yepes,aut à Sancto Martino trium annorum. Poſtrema menſa drageta ex aniſo, & anethi ſemine confert. Ex medicamentis ad idem accommodatis eſt dianiſum,aut diacuminum,ſion quoque, & petroſelinum. Superponuntur autem emplaſtra ex aniſo,cumino,ſemine viticis toſto, cum oleo anethino, & oleo de radicibus capparorum, addimus etiam rutæ ſemen, aut ſouemus ſiniſtrum hypochondrium poſca in qua bullierint pulegium, thymus,ſerpyllum,& ruta.

De lienis inflammatione.

CAPVT VI.

Lienis inflammatio.

Lienis inflammatio bifariã generatur, aut ex ſanguinis affluxu qui breui impetum faciens partem replet, tum ob vaſorum amplitudinem, tum ob membri laxitatem: aut ob facultatis expultricis imbecillitatem, ob quã ſanguis melancholicus detentus atque putreſcens inflammationẽ generat. Verùm cùm omnibus melancholia immixta ſit, ſæpius in ſcirrhum, rarò in ſuppurationem huiuſcemodi inflammationes perducuntur. Agnoſcimus morbum ex dolore & pondere in ſiniſtro hypochondrio abſque muſculorum inflammatione. Accedit pulſus, febris continua, quæ ſolet per quartum inſultum facere atque incrementum. Cùm prorogatur malum, os fœtet, gingiuæ exedunt, & vlcera in cruribus fiunt, quæ tardè ad cicatricem perducuntur. His victus conuenit paulò minùs tenuis quàm quibus adeſt inflammatio in iecore, itaque ius pulli cum mica panis conuenit incipiente morbo, deinde alas auium elixas edere licet inclinante morbo, & proceſſu temporis ſi morbus prorogetur, aues ipſæ conuenient, quæ boni ſucci ſint, & piſces ſaxatiles, & vuæ paſſæ & amygdalæ. Potus autem aqua hordei, in febrium vehementia, quibus remittentibus, conueniet aqua cinnamomi, aut vinum album aquoſum. Clyſteribus vtentur ventrem mollientibus.

Lienis inflam. curatio. *Quas venas ſecare conueniat in iecoris & lienis morbis.*

Curatio verò incipiet à ſanguinis miſſione ſecta vena interna cubiti ſiniſtri, vel extremæ manus, vt maiori interuallo fiat reuulſio autore Paulo. Cæterum Gale. lib. de ſang. miſ. venam in manu quæ ſecari debet, explicuit, dicens: Sic igitur & patiente liene, ſectio venæ quæ eſt iuxta medium digitum in ſiniſtra manu, iuuit, quemadmodum & ſi internam cubiti venam ſecueris. Id quoque in vſu eſſe medicorum, venam, nempe mediam inter annularem digitum & medium ſecare refert lib. 3. de Anatomicis adminiſtrationibus, dicens: Reliqua verò pars quæ paruum digitum adit, dum obliquum cubiti tuberculum perreptat, ramum quendam exilem ad poſteriora medij digiti tranſmittit, mox bifariam ſciſſa altera parte mediam magni digiti & annularis regionem ingreditur, quam venam nonnulli in ſiniſtra manu ſecantes, ſinentéſque ſanguinem ex ea fluere quouſque vltro ſiſtatur, lienem ex tali vacuatione iuuari aſſerunt. Hanc eandem venam Auicenna de diſſectione venarum manus loquens, appellauit ſceilen, & cap. de phlebotomia dixit: De ſceilen verò dicunt, quòd quæ dextra in doloribus hepatis confert, & quæ ſiniſtra doloribus ſplenis, & quòd ſanguis fluere dimittatur donec per ſe ſtringatur, & fen. 22. lib. 3. venarum quarundam manus ſectionem, quas appellat ſaluatelas, magis quàm earum quæ in brachio ſunt, iuuare dixit in morbis iecoris & lienis. At verò Alexander præcipit internam cubiti ſiniſtri ſecare, & ea nõ apparente mediam, aut loco ipſius externam, aut quæ in manu eſt iuxta minimum digitum. Secta autem vena ſanguinis naturam conſiderare, & purum ac ſincerum ſiſtere, impurum & liuidum educere. Deinde ventrem purgare vomitu & deiectione. Hanc opinionem narrat Galen. libr. de ſangui. miſ. paulò ante citatam ſententiam dicens: Quemadmodum putant qui lienem curari aiunt à venæ ad ſecundum & paruum digitum ſectione. Paulus verò quamuis in lienis inflammatione curanda non explicuerit quam venam manus ſecare ſit opus, cap. de morbo regio ipſam annotauit dicens: Nonnulli verò tum his, cùm illis qui ex iecore inflammato arquatũ contraxerunt, venam prope minimũ dextræ manus digitum incidunt. Et lib. 6. eandem ſecare præcipit in iecoris & lienis morbis, reuulſionis gratia. Aretæus quoque Cappadox lib. 2. de curatione diuturnorum morborum cap. 2. in eadem eſt ſententia dicens: Sin à liene ſanguis fertur, ſiniſtræ manus venam illam quæ inter minimum, annularémq; digitum ſita eſt reſcindito. Hac præterea tempeſtate omnes ferè medici hanc eandem ſecare præcipiunt, & Aretæus eam medicos nõ multos ad lienem attinere voluiſſe ſcribit, idem Galen. Paulus & Alexander citatis locis. Nos tamen experti ſumus ſectiones has, & vtráque probamus. Deinde partem fouebimus vino auſtero & oleo roſaceo, aut ſi ardor fuerit maior, acetũ in quo bullierint oliuæ folia, miſcebimus cum roſaceo & lentiſcino oleo. Procedente autem tempore fotus fiet ex poſca in qua bullierint lentiſcus, pulegium, & abſinthium, aut eadem in vino auſtero elixentur. Emplaſtra verò ſuperponentur ex farina ſeminis lini, farina hordei, cum poſca. Aliud, farinæ ſeminis lini, farinæ loliaceæ vtriuſque vnc. s. olei laurini, adipis anſerini vtriuſque vnc. 1. poſcæ, & ſapæ vtriuſque vnc. 2. Aliud, furfuris vnc. 2. pulueris pulegij, origani, thymi, & abſinthij ſing. vnc. s. ſapæ, olei capparorum, vtriuſque vnc. 1. omnia ſimul in poſca bulliant. Aliud, folia lauri, artemiſiam, & pulegium in poſca elixamus, & oleum addimus camæmelinum, & lentiſcinum. Si inflammatio ad ſuppurationẽ inclinet, ea cataplaſmata admouebimus, quæ ad iecoris ſuppurationes dicta ſunt, ſed omnia admoueri debent tepida, & locus frigori nullatenus nudus exponatur.

De ſcirrho lienis & eiuſdem obſtructione.

CAPVT VII.

Lienis ſcirrhus.

Lien facilè induratur, ac ſcirrho laborat, vel vbi ex inflammatione præcedente non probè curata, vi infrigidantium medicamentorum concreuerit humor, aut vbi medicus valde calefacientibus vtatur, & tenui parte diſſoluta, craſſa fæculẽta remaneat. Fit etiam ſæpe ſcirrhus nullo commiſſo errore, ſed calore vehementi diſſoluente tenuem partẽ humoris in liene contenti, fæculenta relicta, aut ob imbecillitatem non purgato melancholico ſucco. Agnoſcitur morbus ex grauitate, & tumore ſub abdomine in ſiniſtro hypochondrio, & ſenſu doloris, aut pauco, aut nullo: inde ægri redduntur decolores, aut ad nigredinem vergũt, difficilè ſpirant, præſertim ſi exerceantur, & temporis proceſſu iecur refrigeratur, & vniuerſum corpus, & in aquam intercutem incidunt. Quod fit refrigerato iecore, aut nõ expurgato ob imbecillitatem facultatis trahentis lienis. Decet autem humorem ſcirrhum facientem attenuare, diſſoluere, & emollire: interim quoque & lienẽ roborare, tum amaris, tum auſteris, vt craſſi humores extenuentur, & lienis facultas expultrix roboretur: hæc enim dum valet, excrementum melancholicum à iecore tractum per ventrem expurgat. Sunt præterea medicamenta lieni accommodata valentiora, multò quàm quæ iecoris ſcirrhis debentur. Nam humor eſt craſſior, membrum minus

nus vitæ neceſſarium, & ſi quid ore ſumatur, lõgius deduci debet. Victus cõucoit ex alimentis quæ bonum ſuccum generent, & extenuent. Alieniſſima ſunt quæ melãcholiam augent. Potus ſit vinum album, nec valde potẽs, nec dulce, aut decoctum cinnamomi, aut ſcolopẽdrij, aut aqua chalybeata. Exercitatio conuenit moderata, decenti tempore, & ventrẽ lenem habere. *Lienis ſcirrhoſi victus.* Præſtantiſſima medicamenta lieni obſtructo, aut ſcirrbo affecto ſunt, capparis & ſcolopendrium, quibus alia duo iecori accommodata conferuntur, nempe abſinthium, & eupatorium: ab his eſt tamariſcus dicta myrica, hederæ cacumina, polytricum, anchuſa, ſalicis folia & radicis cortex, ac cynogloſſum, & limonij ſemen, appellant autem herbam hãc, terræ tintinnabulum, quoniam florem habet tintinnabulo ſimilem. *Lienis ſcirrhoſi curatio.* Sunt his valentiora, radix eringij, aſarum, acorus, ſcordium, trifolium, calamintha, pulegium, gentiana, peoniæ radix, & ciclaminis, centaurij minoris ſuccus, & elaterio, brioniæ radix, viticis ſemen toſtum, hypericum, chamæpitis, polium, ammoniacum, thymiama, myrrha, ſtœcas & abſinthium, & lupinorum decoctum. Ex his ſimplicibus compoſita fiunt medicamenta, quorum quædam ore ſumũtur, quædam fomentis, & emplaſtris deſeruiunt, vbi ſcirrhus exquiſitus non fuerit: nam exquiſitus nunquam curatur. Si igitur in toto corpore mali ſucci melancholici redundauerint, purgari debent, deinde in potu accipiet æger drach. j. pulueris ſequentis, corticum radicum capparorum, ſcolopendrij, aſari, acori, polij ſingul. drach. j. rutæ, ariſtolochiæ, coſti, ſing. drac. s. piperis ſcrup. j. aut dicti pulueris drachma vna aſſumetur cũ vnc. ij. mellis deſpumati, aut pulueris drac. j. aſſumpta ſuperbibet æger poſcæ, in qua radices capparorũ bullierint, vnc. iiij. aut pulueris corticũ radicum capparorum drac. j. cum aceto mulſo. Potio alia, foliorum hederæ, tamariſci, vtriuſque p. j. radicum eringij vnc. j. aſari, cinnamomi, coſti, ſing. drach. ij. bulliant in libris tribus vini albi modicè diluti ad conſumptionem tertiæ partis, & colaturæ bibet vnc. viij. Fomenta fient ex aceto acerrimo in quo bullierint cortices radicum capparorum, ſcolopẽdrium, myricæ radix aut cacumina, calamintha, pulegium, & aſarum, in hoc decocto calenti filtrum madefiat & ſuperpoſitum ſeruetur, aut ſpongia pars foueatur. Emplaſtrum quo ſæpe vſus ſum cum magno ægrotantium cõmodo, caricarum vnc. ij. bdellij, oppopanacis, vtriuſque vnc. j. s. ſtercoris caprini, farinæ fœnugræci, vtriuſque vnc. ij. pulueris radicũ capparorum, & pentaphylli, vtriuſque drach. iij. caricæ, bdellium, & opopanax in aceto acerrimo madefiant, deinde reliqua addãtur. Aliud, emplaſtri de meliloto, emplaſtri diachylon, vtriuſque par menſura, extendantur in linteo, & ſuperponãtur. Aliud, emplaſtri de meliloto, vnguenti dialthæas, olei de radicibus capparorum, ſingulorum vnc. ij. quo inungatur pars ſingulis diebus poſt fomentum ſupradictum. Aliud, ariſtolochiæ, acori, gentianæ, corticum radicum capparorum, & cacuminum myricæ, ſcillæ, corticum radicum ſambuci, ſingulorum vnc. ij. rutæ viridis, pentaphylli, ſcolopendrij, ſingulorũ vnc. j. s. infundantur in aceto acerrimo per noctem, manè incidantur in parua fruſta, deinde bulliant lento igne, & acero pars foueatur: medicamẽta verò malaxentur & ſuperponantur. Malagmata quoque vtiliſſima ac probatiſſima habentur apud Paulum libr. 7. alterum citrinum, alterum ex fimo caprillo, quæ cutim vlcerare valent, & facilè parantur. Aliud, ſaponis mollis, dialthæas, vnguenti Agrippæ, vnguenti aragon. ſingulorum vnc. j. olei capparorum, olei laurini, vtriuſque vnc. j. axũgiæ gallinæ, & anatis, medullæ cruris bouis, ſingulorum vnc. j. ammoniaci in aceto acerrimo diſſoluti drach. ij. ceræ vnc. j. Valet in eum vſum ammoniaci, oppopanacis vtriuſque drac. ij. in aceto acerrimo diſſoluãtur, & liniantur. Idem faciũt galbanum, ammoniacum, myrrha, ſi in aceto madefiãt, & cum reſina terebinthina excipiantur. Bibere decoctum radicum ſcolopendrij in vaſe tamariſci, curat lienis ſcirrhos, idem ſi vinũ bibatur in eo vaſe, Aëtius. Conueniẽtiſſimũ autem lieni in ſcirrhum indurato remedium exiſtit ferrum aqua, aut vino, aut poſca extinctum: ea ipſa enim aqua, aut vinum, aut poſca in principio exhibita, & iucunda & vtiliſſima exiſtũt, & per plures ex ordine dies dantur: itaque febrientibus aquã, aut poſcam dilutam præbeto: eis verò qui teneram carnem habent ac febre carẽt, vinum: ſit autem ferrum quod in ipſis extinguitur, ſtomoma, ipſius autem ſtomomatis ferri ſquãma, (quam in fabrilibus officinis ferrũ dum ignitur, & malleo tunditur abiicit) poſtea agreſtioribus hominibus vtiliter exhibetur: præclarè enim hæc lienem liquefacit, vtpote quæ conſumendi facultatem præſtet, quare aliarum rerum cõplexu opus habet, ne inde ſtomachus malè afficiatur. Hæc Aëtius, quæ medici Toletani, aliàs in arte medendi experimentis, & remediorum copia, & vtilitate præſtantes, frequenter in vſu habent, & in fœminis quibus lien ob menſium retentionem obduratur. *Toletana medica.* Nos tamen ſtomomatis vſum non probamus, quamuis Alexander id probet lib. 8. de ſanguinis miſſione loquens: nullum enim integrè ſanatum vidimus: nam aut omnino non ſanãtur, qui ſtomoma acceperunt, aut deinde in grauiores inciderunt morbos. Ex Archigenis ſententia venam in ſiniſtro cubitu ſecare oportet, & ſanguine lienem fricare. Præterea cucurbitulas cum ſcarificatione ſuperponere, quod Paulus quoque præcipit. Ad obſtructiones verò lienis valent ea medicamenta, quorum decoctum bibendum diximus ad duritiem lienis, & fomenta quæ ex eiſdem radicibus & herbis dicta ſunt, quorum non pauca comprehendimus ſuprà capite ſecundo, quæ cum radicibus capparorum, & ſcolopendrio miſcebimus. Quæ verò diximus ad lienis duritias emolliẽdas, vti bdellium, & ammoniacum, galbanum, & myrrha, ad obſtructiones quoque valẽt: nam humores obſtruentes terreni & craſſi emolliti faciliùs purgantur, diducuntur, & diſcutiuntur.

De Ictero.

CAPVT VIII.

ICterus morbus à ſimilitudine nomen accepit quoniam ægri colore ſimiles fiunt aui eius nominis, quæ galbula dicitur: alij dicũt eo malo correptos eius auis inſpectione ſanari. *Icterus.* Areteus Cappadox icterum appellatũ refert à ſimilitudine animalium quadrupedum in ſpecie ſyluestrium muſtellarũ, quas ictidas appellãt, Latinè viuerras, quarum oculi prædicto afficiuntur colore. A quibuſdã morbus regius dicitur, ab aliis arquatus à colore arcus cœli, & eadem ratione auriginoſos eo morbo laborantes nominant, ab auri colore. Eſt ſanè totius corporis defœdatus color in pallidum, viridem, aut herbaceum, aut nigricantem mutatus, ita vt non tantùm cutis vniuerſi corporis, ſed & albæ oculorum membranæ eo tingantur colore. Pertinet mor-

hus ad corporis affectus:nam à ſymptomate nomen accipit, quamuis id ſymptoma cauſas habeat, quæ morbi ſunt,quas præcipuè curare oportet. Suut autem cauſæ huius mutati coloris oon paucæ,nam iudicationis ratione natura hilioſum etsſium humorem ad cutẽ transfundit,quandoque ſymptomatis, vti in iecoris inflãmationibus,aut ſcirrhis. Horum ratione Hippo.4.Aphor.Sect.dixit:Quibus in febrihus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo,vel quartodecimo ſuperuenit,bonum,niſi dextrũ hypochondrium obduruerit: ſi verò nõ,minimè bonum,in præfatis namque diebus indicationis ratione euenire ſolet, ſed panlò antè dixerat, Quibus in febrihus morbus regius ante diem ſeptimum accidit malum,nouit enim tunc ſymptomatis habere rationem. Quandoque oh iecoris ohſtructiones nõ purgata bile fit, aut ob intemperiem calidiorem ipſius, ſanguine hilioſo effecto, fit etiam ob veſicæ fellis imbecillitatem, minimè iecur purgantis à hilioſo excremento, vt ſolet, aut oh ipſius plenitudinem, oh quam amplius trahere, aut ſuſcipere nequit,aut oh imhecillitatem tractricis facultatis: aut oh meatus ad inteſtina à fellis veſica tendentis obſtructionem. Cùm enim hilis per inteſtina nõ purgatur,in iecur & vaſa regurgitat,cuius meminit Galen. libro primo prorrhe. Commen.13. aut oh imbecillitatẽ expultricis fellis veſicæ.Aut oh animalis alicuius venefici morſum,velnti viperæ, cuius Gal. lib. 5. de Locis pat.hiſto.retulit, aut oh potum venefici medicamenti, aut ob calidam ſolidorum membrorum intemperiem, quæ ſanguinem alimentitiũ in hilis naturam mutat, quemadmodum & in anaſarca totius corporis refrigeratio carnẽ albicantem reddit,ſed id malum ſenſim naſcitur: ſiquidem ſenſim accidit alimentum quod corrumpitur. Signa ſpecierum ſingularum cauſarum ſunt,ſi iudicatione fiat,quamuis naturæ fũctio ſit totius corporis, cuti ſymptoma fit, in coloris mutatione conſiſtens. Agnoſcetur autem quoniam ſigna coctionis præceſſerunt, & morhus leuior redditur. Iecoris inflammatio, ſcirrhus, aut obſtructio ſi præceſſerint regium morhum, agnoſcentur ex notis in peculiatihus capitihus ſcriptis. Si igitur ardor & fehris, & grauitas adfuerint, inflãmatio erit cauſa: ſi ſine grauitate ardor adſit,cauſa erit intemperies calida. Obſtructio non ſemper cum febre fit, verùm vhi ohſtruatur meatus à iecore in veſicam fellis, vrina flaua,& ſæpe virens reddetur: idem fiet ſi imbecillitas tractionis adfuerit,ſed id ſine grauitate,quæ tamen cum ohſtructione ſentietur. Quòd ſi meatus obſtruatur qui à veſica fellis tendit ad inteſtina,pręter flauam,aut virentem vrinam, deiectio reddetur alba,& ſæpius qualis canum dura. Paulus albam deiectionem apparere dicit veſicæ fellis meatihus obſtructis,aut eius tractrice,aut expultrice languentihus. Si tamen regius morbus fiat cum cutis nigredine, lienem laborare notum eſt,ac minimè purgare ex iecore melancholicum ſuccum: aderit autem grauitas in ſiniſtro hypochondrio, & triſtitia, & nigra in vrina ſubſidẽtia, & qualis fæx vini nigri,aut ima ſanguinis venæ ſectione educti pars. Victus ſit extenuans atque deobſtruens, panis furfures abundè recipiat,carnes ſint gallinæ, pulli gallinacei, turtures,perdices nouellæ,paſſerculi,elixentur autẽ cum fœniculo,anetho,ciceribus,& petroſelino,ſic etiam & ſaxatiles piſces cõferunt. Pręterea,endiuia,cichorium,& raphani folia cõuenient,& aſparagus,eringium,capparis cum petroſelino, & berula,carduus, allia cruda,atque elixa. Vinum bibent album paucifeum, aut decoctum aniſi, ventrem lenient clyſteribus vbi non fluat abũdè, ieiuno ventre frictionibus & exercitationibus vtẽtur,ad ſudorem vſque. Balneum quoque ingredientur ex decocto herbarum quæ calefaciendi ac diſſoluendi facultatem habeant. Quando morbus regius iudicationis ratione fit,opus naturæ permittendum,& icteriosus abſceſſus,vt Hippo. dixit, curandus balneis aquæ calidæ, aut ex oleo anethino, & camæmelino. Si morbus à iecoris inflãmatione fiat,eum ſanguine miſſo curabimus,& reliqua adhibebimus, vt ſuprà de iecoris inflãmatione diximus, ſcirrhus verò vti de ſcirrho iecoris diximus, & obſtructiones deobſtruentihus. Hic ſanè morbus regius qui ab obſtructione fit,frequentior aliis eſt, cuius curationẽ aggediemur, depoſita copia redũdãtis humoris in vniuerſo corpore,quod fiet ab initio miſſo ſanguine,ſecta vena interna cubiti. Purgatio verò eiſdem conueniet, ſed prius craſſitudine hilis flauæ, aut atræ extenuata: alioqui difficiles admodum & inutiles fient purgationes: nonnunquam verò vomitiones conueniunt, ſi natura humorum impetum ad ſuperiora inclinauerit. Præparatur hilis flaua obſtruens, aut implens fellis veſicam, aceto mulſo cum decocto radicum apij,aut ſyrupo de quinque radicibus cum aceto,addito decocto radicum aſparagi. Bilis deinde purgabitur electuario de ſucco roſarum in decocto prunorum,violarum,hordei,& radicis dulcis,aut elect. roſato,in decocto radicũ apij,aniſi & fœniculi, aut electuario diaphœnicõ in ſyrupo de quinq; radicibus,aut rhabarbaro in decocto ſpicę,aniſi,& radicũ apij,aut pilulis aggregatiuis. Ab his rurſus ad ea redeũdum,quæ meatus aperire poſſint, & ab ohſtructione liberare,in quem vſum bibitur graminis decoctum. Valent etiam aſparagi, roſmarinum, chamæpytis, rubeæ radix,ſpica, abſinthium,pulegium, polium, calamintha, apij decoctum,& adianti, ariſtulochia, & verbenaca recta, eupatorium, & endiuia,ac cichorium,gentiana,iridis radix,& cutis balneis calidis arefacienda, & humor extenuandus ac diſcutiendus, ſucco raphani cum vino deterſa cuti, aut ſucci eiuſdẽ vnc.s. in vino alho paucifero bibatur,aut ſuccus anagalidis cum mulſa naribus trahatur, id enim oculorum colorem natiuum reſtituit. Seruetur autem æger in loco calido pannis obuolutus,& ſudor prouocetur,quod fiet decocto fœniculi bibito. His qui febre carent,frigido tempore purgato corpore conducit vinum mulſum quod à nobis clarea appellatur. Dextrum autem hypochondrium nardino,& anethino fouebimus. Si verò calida iecoris intemperies cauſa fuerit,aut hæc eadem purgata bile remanſerit, iecur attemperabimus,vti de iecoris intemperie diximus, vnguento roſaceo, aut ſantalino,aut cerato Gal. refrigerante,aut accepto medicamento trium ſantalorum in tabellis. In quem vſum quàm maximè valent refrigerantia clyſteria ex decocto violarum & hordei, cum roſaceo & violaceo oleo, & caſia fiſtulari. Vbi ab imbecillitate veſicæ fellis eueniat, hæc roboranda fotibus ex oleo nardino & melino mixtis, clyſteribus autẽ acribus vtemur, quæ bilem ad inteſtina deducant. Si à morſu animalis venefici,theriaca, & mithridatium accommodata ſunt medicamenta. Nigra tamẽ bile cutem afficiente expedit ipſam quæ in corpore toto ac liene, ad purgationem parare aqua mulſa, aut ſyrupo de fumaria, cum aqua lupulorum,& deinde ipſam purgare confectione hamec dicta, in decocto fumariæ,lupulorum, & florum borragin is, aut pilulis fœtidis,aut pilulis de fumaria, ſuperbibito decocto ſcolopendrij,aut aqua mulſa ex decocto lupulorum, & fumariæ. Fouere autem oportet

Icteri ſiue regij morbi cauſa.

Ictericorum curatio.

Icterorum victus.

lienem

Digitized by Google

lienem oleo de radicibus capparorum, aut nardino, & camæmelino, & de abſinthio. Cutis deinde rarefacienda, & humor in ipſa contentus diſcutiendus balneis, & frictionibus prædictis. Si verò ex vniuerſi corporis calore oriatur morbus regius, corpus attemperandum balneis aquæ tepidæ, & inunctione oleorum & ſuccorum infrigidantium.

De malo corporis habitu.

CAPVT IX.

καχεξία. MOrbus qui à Græcis *καχεξία*, à Latinis malus corporis habitus dicitur. Nos tamen eos qui eo malo laborát, abuhados appellamus. Eſtque habitua vniuerſi corporis emollitio ac relaxatio, quam conſequitur palpebrarum oculorum œdematoſa inflatio, & quandoque pedum, id verò à ſomno apparet, aut eo tempore magis. *Malus corporis habitus.* Cauſæ ſunt, longi morbi, vti febres pituitoſæ, & aliæ perducentes ægros ad iecoris, & vētriculi lāguorem, vti diarrhæa, & dyſenteria atque cæliacus morbus, & iecoris aut lienis ſcirrhi, & reretę euacuationes aſſuetæ, & in ſumma quidquid poteſt ventriculi, aut iecoris coctionem imbecillam reddere, ita vt ſanguis frigidior & aquoſior fiat: vapor verò humidus ab ipſo leuetur, qui extrema & frigidiores impleat partes. *Cachexia nota.* Signa, corporis color ſubliuidus fit, aut plumbeus, pedes intumeſcunt, & oculorum palpebræ, à ſomno palpebræ, ante ſomnum pedes, ſed manè à ſomno detumeſcunt, coctio impeditur, ſed appetitus ſeruatur, & deiectiones variæ deſcendunt. Ex ætatibus ſenes & pueri facilè in malum corporis habitum incidunt: autore tamen Aëtio, ſenes liberantur magna ex parte, pueri facilè pereunt. Quod alienum foret à ratione, nempe in morbum aliquem facilè incidere, quod ſignificat cauſę paruitatem, & vi eius interire facilè, niſi cauſam adhibuiſſet aliam: ea eſt vitalis facultatis puerorum languor, & facilis trāſpiratus ſuccorum. Sed rurſus inquit: At verò qui in vigore ætatis ſunt, rarò incidūt, & facilè ſe inde extricant, cuius rei cauſa eſt, quoniam iuuenes cutem habent denſiorem pueris, ac perinde vapores non adeò facilè tranſpirantes inflāt palpebras, & pedes, & laxant corpus, quod rarò euenit, ob caloris eorū vehementiam, ſed cùm ſemel ob cruditatē aliquam ciborum euenerit, validus & acris calor facilè arefacit membra & flatum diſcutit, accedentibus victu ſicco qualis eis conuenit, & exercitationibus. Curatio huius morbi ſtatim aggredienda, ſiquidem malus corporis habitus ab aqua intercutem non longè abeſt, ſed facile in ipſam tranſit, & perſimiles habent cauſas. *Cachecticorum victus.* Victus itaque conueniet eis exſiccans, ex alimentis quæ facilè coquantur & bonū ſuccum præſtent, qualia ſunt turtures, perdices nouellę, turdi, & paſſerculi: capparis vero, & aſparagi per vrinā ducunt humiditatem redundantem. Conuenit vinū album potens, à bellariis abſtinebunt, & his quæ craſſos ſuccos generant. Accedant quoque exercitationes, & frictiones ex oleis calefacientibus, vt camæmelino, anethino, laurino, & ſale. Balnea quoque aquarum ſponte calidarum, quales ſunt aluminoſæ & ſulphureæ. *Mali corporis habitus curatio.* Cùm malus corporis habitus ex certa quapiam euacuatione euenerit, ipſa reuocanda, aut ſi euacuatio ſanguinis erit, ſanguis mittendus, ſecta vena interna cubiti per interualla, primo, ſecūdo, aut etiam tertio die, niſi cauſa aliqua id impediat, tunc enim ventrem purgare conuenit, ſicut & ſi ab initio cōſueta aliqua euacuatio bilis, aut pituitæ foret ſuppreſſa, aut cacochymum fuerit corpus. Purgabitur autem præaſſumpta aqua mulſa, cū elect. indo, aut diaphœnicon, aut cum hiera diacolocynthidos, aut pilulis de agarico. Ventrem autem roborabimus fomentis & medicamentis ore ſumptis, de horum numero ſunt, aromaticum roſatum, conditum de floribus roris marini, pliris arcōticon, & aqua mulſa in qua abſinthij coma per noctem maduerit. Fouemus ventrem oleo nardino, oleo de abſinthio, oleo anethino, & de baccis lauri, calentibus. Partes autem inflatæ aut ſine alio remedio ſanantur, aut fotu vini in quo elixetur camæmelum addito ſale, aut alumine.

De hydrope ſiue aqua intercutem.

CAPVT X.

HYdropis tres ſunt ſpecies, quarum nomina apud authores habentur Græcos, quæ etiam nos abundè retulimus lib. 12. Prognoſt. in expoſitionibus noſtris. *Hydropis ſpecies.* Eſt ſanè prima ſpecies aſcites dicta, ſecunda tympania, tertia leucophlegmatia, poſt has quarta addita, eſt anaſarca. Aſcites ea eſt per quam aqua intra peritonæum continetur, etſi flatum aliquem adiunctum contineat, atque ea ratione ab *ἀσκῷ ἀσκίτης* dicta eſt, quaſi ab vtre, vtrina. Tympania verò à tympano dicta eſt, quoniā per eam tympani modo venter pulſatus ſonat. Eſtque tumor ventris flatuoſus, à flatu intra peritonæum contento, ſed non abſque humore ibidem flatui adiuncto. Leucophlegmatia eſt totius corporis pituitoſus tumor per carnem diſperſa pituita multa, ita vt totius corporis temperaturam efficiat frigidiorem, & habitum pituitoſum. Areteus Cappadox probè admodum leucophlegmatiam ab anarſaca diſtinxit: *Leucophlegmatia ab anaſarca diſtincta.* leucophlegmatiam appellans, quando totum corpus alba, craſſa, ac frigida pituita impletur. Anaſarcam verò cùm caro in cruētam ſaniem colliquatur, ad ſpeciem eius quæ ab vlceribus inteſtinorum manat. Cauſa communis eſt, iecoris imbecillitas, vel primogenia, vel per conſenſum laborante iecore. Primogeniæ ipſius affectiones ſunt, intemperaturæ, & tumores iecoris confectricem ſanguinis imbecillam reddentes. Conſentit autem iecur lieni, ventriculo, ſepto tranſuerſo, vtero, & inteſtino colo, & tenuibus inteſtinis, ac renibus. Nullum autem horum aquam intercutem efficere valet, niſi iecur cōpatiatur. Ducitur quoque iecur ad eam affectionē ex aquæ frigidæ potu, nimia euacuatione ſanguinis menſtrui, aut hæmorrhoidarum. Sic etiam à malo corporis habitu in hydropem tranſitur, & à lienteria, dyſenteria, & cæliaco morbo, & lōga diarrhœa. Sequitur quandoque pulmonis, aut thoracis ſuppurationes. Peſſima eſt anaſarca, deinde tympania, tertium locum habet aſcites, quartum leucophlegmatia. Incidunt in hunc morbum viri frequentius quàm fœminæ. Concomitantur hanc affectionem, ſpirandi difficultas, ſitis, inappetēiia, corporis grauitas, & coloris totius mutatio. Communis victus hydropicorum ex his eſt quæ reſiccandi facultatem habeāt, & humores extenuent, aut diſcutiāt, ex carnibus, fructibus, potibus, exercitationibus, frictionibus, vnctionibus, & inſperſionibus, expurgantibus medicamentis, & vrinā mouentibus vti decet. Nos ſingularum ſpecierum curationem ordine perſequamur.

De Aſcite.

CAPVT XI.

Aſcites aquoſa hydrops eſt, in qua intra peritonæum aqua plurima continetur ipſum diſtendens, dolores inferens vehemẽtes, difficilem reſpirationem, ſitim, & inappetentiam: quòd ſi vẽter pulſetur, vtris aqua pleni modo ſonat, & cùm non valde diſtenditur ac impletur venter, ſi agitetur, ac de latere in latus commoueatur, ſonitus ſimilis fit fluctuantis aquæ. Extenuantur interim reliqua membra, quamuis aliquando malæ, oculorum palpebræ, & pedes intumeſcant, ob vaporum copiã qui ab aqua eleuantur. Victus exſiccans eſſe debet, vti panis cum aniſo ſubactus, qui fermentum abundè ſuſcipiat, aues montanæ, perdices nouellæ, turtures, turdi, pulli gallinacei, & vitelli ouorum, liquamen erit, ſinapi cũ melle & aceto, aut ex petroſelino, mica panis in aceto & melle, pipere, ac ſale. Inſperſiones erunt ex cumino, aniſo, & ſale, cum caryophyllis, & pipere: amygdalas edere licet, & auellanas toſtas, & vuas paſſas, ac piſtacia, præſertim melle condita. Abſtinebunt autem à cibis frumentaceis, & oleribus & fructibus viridibus, ſed in cibis accipient raphani folia, apium, petroſelinum, aſparagos, mentham, cichorium elixum. Carduum edere non permittimus ob fibrarum duritiem, & aquoſæ ſubſtantiæ copiam: radix autem valde dura eſt, & coctionis difficilis. Potus erit vinum album antiquum, aut fuluum tenue: acetum verò quàm maximè ſedat hydropicorum ſitim: erit autem pauciſſimus potus, quoad fieri poſſit, quantum frangere ſitim tantummodo poſſit, autore Aëtio. Quantum autem conferant exercitationes, præſertim in arena calida, & ipſius inſperſiones ventri factæ, equitationes, deambulationes, & frictiones aridæ, non opus eſt dicere. A balneis abſtineant, niſi natura calidi ac ſicci fuerint, neque horum eſt vſus apud nos in hac affectione. Ventrem autem lenem ſeruabunt, aut clyſteribus vtentur, niſi ſponte profluat, nã cum hac in re modum ſæpe excedãt, ſupprimi fluxio debet.

Aſcitis victus.

Curatio à ventris vacuatione orditur (præparato corpore aquæ mulſæ potu) quæ probè fit cum pilulis aureis, pilulis de rhabarbaro, cum hiera diacolocynthidos, aut accipiet ſucci radicis ireos drac. ij. aquæ mulſæ vnc. ij. purgat autẽ valide ſuccus hic: quam ob rem non longè à purgatione ob calorem & ſiccitatem quam infert, decet ius gallinæ pinguis bibere. Sic etiam purgabitur probè pilulis appellatis fœtidis; aut ſucci cucumeris ſyluſtris aridi ſcrup. s. cum aqua mulſa bibet. Braſſicæ quoque marinæ ſuccus, quam ſoldanellam vocant, optimè aquam purgat: ſit autem pondus à drach. j. vſque ad ij. cum mulſæ vnc. ij. idem facit coccus gnidius. Deinde medicamenta adhibebimus, quæ vrinam moueant; ea enim quàm maximè cõueniunt in aſcite, de quibus eſt decoctum radicum apij, aſparagi, calaminthæ, pulegij, origani, addito cinnamomo. Aut ex decocto graminis iringij, cum aniſo, cinnamomo, & eupatorio. Aliud Aëtij poſt purgationem ita validum, vt niſi quis modicè eo vtatur periculum ſit, ne poſſit cohibere vrinæ fluxionem: itaque cùm vrinam profluam videris, non amplius eo vteris. Seminis apij drac. xj. myrrhæ drac. vij. dauci drac. vij. croci dr. vij. mei drach. vij. phu drac. vij. acori drac. iiij. floris iunci rotundi odorati drac. iiij. fœniculi drach. iiij. aſari drach. vj. ſpicæ nardi, caſiæ, cinnamomi, ſeſeli, ſabinæ, ſingulorum drach. j. s. excipe vino odorato, & paſtillos quoſdam triobolares, quoſdam diobolares, quoſdam obolares formato, eóſque pro viribus præbeto. Valet in eum vſum theriaca, mithridatium, & dialacca. Aliud, acori, ireos, vtriuſq; vnc. s. centaurij, origani, pulegij, ſingulorum vnc. ſpicæ, aſari, gentianæ, ſingulorum dra. iij. bulliant in libris ſex aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, præterea decoctum rubeat cum aniſo, fœniculo, croco, & pipere: Interim clyſteria adhibebimus ex decocto ireos, centaurij, pulegij, rutæ, origani, cum hiera picra, aut benedicta, aut hiera Ruſi, oleo irino, laurino, anethino, rutaceo, & ſicyonio, quibus addimus mel, aut mel roſaceum, ſuccum betæ, ſuccum mercurialis cum ſale. Aliud, decocti rutæ, polypodij, & mercurialis libr. j. s. benedictæ vnc. j. mellis & olei rutacei vtriuſque vnc. ij. ſalis drach. s. Roborare verò oportet iecur, à quo malum orditur, potionibus, linimentis & emplaſtris. Bibendum damus vinum, aut aquam mulſam in quibus maduerit per noctem abſinthij coma, præterea decoctum eupatorij cum ſpica, dianiſum, aromaticum roſarum. Præterea fiat puluis cinnamomi, ſpicæ, abſinthij, menthæ, carpeſiorum, caryophyllorum, æquis partibus, ſumatur drac. s. in vino albo, aut tantundem iecoris lupi, cum vino, aut decocto eupatorij, aut abſinthij. Linimenta fient ex oleo de abſinthio, nardino, rutaceo, aut irino, laurino, anethino. Superinſpergemus tamen puluerem cumini, aniſi, abſinthij, caryophyllorum, ammoniaci, & galbani. Valet in eum vſum vnguentum Agrippæ, dialthæas, cum ſucco cucumeris ſylueſtris, hoc purgatoriam facultatem habet. Aliud, ex ſtercore caprino, oleo irino, & aceto. Aliud, ſtercoris bubuli vnc. iiij. ſulphuris vnc. s. bulliat in libr. ij. aceti mulſi. Aliud, ſtercoris bubuli, ſtercoris caprini, vtriuſque vnc. ij. ſulphuris vnc. s. pulueris abſinthij drac. ij. ſucci ebuli vnc. ij. aceti mulſi vnc. xx. bulliant ad conſumptionem medietatis. Aliud, ſucci ebuli, ſucci abſinthij, ſucci cucumeris ſylueſtris; ſingulorum vnc. ij. ſpicę, aſari, carpeſiorum, caryophyllorum, ſingulorum drac. j. fœminis verò quãdoque peſſulum immittimus ex aniſo, cumino, cardamomo, ariſtolochia, & pulegio cum medulla ficuum vino ſubactis: vidimus quoſdam paracenteſi, hoc eſt punctura ventris, in quinque partibus facta, non penetrante, ſanaſſe, ijs partibus purgata aqua. Pauci tamen liberãtur apertione, quam non licet exercere, niſi vbi alia remedia non profuerint, atque decet eo tempore conſtantem habere facultatem, & ſenſim aquam educere, facta ſciſſura prius in abdomine: parum autem ſupra hanc fiat peritonęi ſectio, vt abdomen operiat ipſius ſectionem. Interim tamen vires iecoris oportet roborare.

Aſcitis curatio.

De Tympania.

CAPVT XII.

Tympania.

Tympania ventris tumor flatuoſus eſt, per quem intra peritonæum flatus cõtinetur, & ipſum diſtendit, ſuperuenit morbus hic longis febribus, languoribus ventriculi, & eiuſdẽ ac inteſtinorũ inflãmationibus, & ſcirrhis iecoris, ventriculi, vteri, ac peritonæi. Accedunt ſtatim dolores vehemẽtes, vigiliæ, difficilis reſpiratio, ructus & flatus retẽtio, ſæpe etiam febris: quoniam magna ex parte à cauſa calida morbus oritur, vti ex ventriculi calida intemperie,

perie, poſt ipſius, aut iecoris inflammationes. Victus talis conuenit qualis capite ſuperiori ad aſciticos traditna eſt, decet enim eiſdem exſiccantia, & vrinam mouentia admouere. Curatio itaque à purgatione incipiet.

Tympania curatio.

Vitare autem præcipit Paulus de purgantibus, ea quæ vniuerſum corpus emaciant, & colliquant: ex vrinam mouentibus verò, quæ efficaciora ſunt. Probè itaque purgationem perficimus per pilulas de agarico, aut per pilulas de rhabarbaro, ſi quidē non ſit tympania ſine humoris cum flatu mixtione. Deinde clyſteribus vtemur quæ flatum validè diſcutiant, ex decocto aniſi, cumini, centaurij, cū oleo anethino, & rutaceo. Aliud, decocti centaurij, anethi, meliloti, rutæ, lib. j. s. benedictæ vnc. 4. mellis & olei anethini vtriuſq; vnc. ij. ſalis dra. j. Aliud, rutæ, anethi, pulegij, ſingulorū manip. s. aniſi, dauci, cumini, carui, ſingulorū drac. j. bulliant in libris tribus aquæ ad conſumptionē medietatis, reſiduum coletur, & colaturæ adde olei rutacei vnc. iij. ſalis drac. j. Glandes immittendæ ex melle toſto, cumino, & ſale, aut ex hiera picra, ſucco cucumeris ſylueſtris arido, & ſale: quæ verò vrinam mouent vtilia ſunt, vti decoctum, quod recipit aniſi, fœniculi, ameos, ſing. drac. ij. dauci, cumini, aſari, ſpicæ, ſingul. drach. j. bulliant in lib. ij. aquæ ad conſumptionem medietatis, & colaturæ accipiat vnc. iij. aut decoctū calaminthæ, origani, pulegij & aniſi: bibant, vbi non fuerit magnus ardor, hæc in vino facere expedit. Liniatur venter oleo anethino, & inſpergatur puluere cumini, aut oleo rutaceo, niſi magnus fuerit calor, deinde fricetur linteis aſperioribus, longa frictione. Emplaſtra verò ſuperponantur ex ruta, anetho, camæmelo, meliloto, cū aniſo, cumino, & carui elixir & malaxatis cum oleo rutaceo, aut ex ebulo, centaurio elixis, & melle malaxatis. Valent in eū vſum aromaticū roſatum cum vino, diacuminū aut dianiſum, aut diatrion pipereon. At verò ſæpe morbum hunc vidimus à calida iecoris intemperie natum, quem refrigerantibus curauimus, iecori ſuperponentes ſuccum endiuiæ & cichorij cum pauco aceto & vnguento roſato linientes, ſuperponimus aquam inſtillatitiam endiuiæ, cum aceto, & cichorium edendum damus, atque endiuiam.

De Leucophlegmatia.

CAPVT XIII.

Leucophlegmatia.

LEucophlegmatia carnis totius corporis tumor eſt pituitoſus. Cauſæ ſunt quæ iecur infrigidāt, & ſanguinis craſſi ac pituitoſi generationi parant, ex cibis, potibus, & reliqua viuendi norma refrigerāte. Signa ſunt totius corporis tumor, color albicans, mollitudo, ac laxitas, ita vt ſpongiæ modo humorem imbibiſſe videātur. Talis autem redditur caro temporis proceſſu pituita deducente carnē in ſui naturam.

Leucophlegmatia victus.

Victus his conuenit, qui exſiccet & extenuet, panis ſit probè coctus, & cortices meliores ſunt ipſius mica, recipiat autē aniſum cū ſubigitur. Carnes ſint aſſæ turturum, perdicum nouellarum, turdorum, paſſerculorum, & pullorum gallinaceorum, cuniculi, & ouorum vitelli. Olera & legumina vitanda, præter petroſelinū, apium, mentham, borraginem, paſtinacam, aſparagos, folia raphani, cichoriū, allia cocta, porra, & cicera. Fructus ſint amygdalæ adhuc amaræ, vuæ paſſæ, piſtacia, auellanæ toſtæ, caricæ, nuces. Inſperſiones fiant ex aniſo, cumino, ſale, pipere, zingibere, caryophyllis: liquamen ſit ex petroſelino, aut ſinapi, aut acetum & piper. Vinum ſit antiquum, & colore flauū, atque odoriferum. Parcè bibant, & ab aqua abſtineant, & in lecto paulò duriori dormiant. Exercitationibus vtantur validis, & ſub æſtiuo ſole, & talibus frictionibus, & in arena calida.

Leucophlegmatia curatio.

Curatio incipiet à ſang. miſſione, præſertim ſi aliqua ſāguinis vacuatio fuerit ſuppreſſa, veluti hæmorrhoidarū, aut mēſtruorum, aut ſanguinis narium, atque tunc vena tundenda quæ euacuet redundantiam ab oppleta particula, deinde plenitudo & vires conſiderētur. Nos fœminis crura ſcarificare præcipimus, cui nullum auxilium cōfertur. Hydropicis talos ſcarificare Gal. ex Archigene præcepit lib. 9. de Compoſi. medica. per locos, & Celſus idem lib. 3. c. 21. Hoc remedio malum corporis habitū ſæpius curauimus. Paulus à ſanguinis miſſione abſtinere præcipit, vbi antè miſſus fuerit cùm æger malo corporis habitu laborare cœperat: ſed in omnibus redundantia ac vires conſiderari debēt. Eiuſdem quoſque præceptum eſt per interualla ſanguinem ducere. A ſanguinis miſſione corpus ſyrupis extenuantibus parādum, vti ſyrupo de quinque radicibus, cum aceto maribus, ſine aceto fœminis, quibus addes decoctū radicū apij, aut origani, aut calaminthæ. Aut fiat ſyrupus ſequēs, calaminthæ, pulegij, origani ſing. manip. j. ſpicæ, aſari, cinnamomi, ſingulorum dra. ij. aniſi, cumini, carpeſiorum, ſingul. drac j. s. bulliant in libris ſex aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, reſiduum coletur, & melle addito fiat ſyrupus. Corpus autem purgetur pilulis aureis, aut de agarico, aut de rhabarbaro, aut electuario indo, aut diaphœnicon, aut rhabarbaro cum ſpica infuſo in decocto radicum apij, & eringij. Purgat etiā eoſdem optimè ſyrupus acetoſus diarrhodon cum rhabarbaro, cuius quātitas ſit vnciarū iiij. his in tribus diebus. Poſt hæc conueniunt quæ vrinam mouent, quorum copia præcedentibus duobus capitibus habetur, & decoctum abſinthij, & cinnamomi. Frictiones verò vtiliſſimæ ſunt, quæ fiunt cum oleo irino, & ſale, aut oleo laurino, aut anethino cū pauco aceto, & ſale, aut ſulphure tenuiſſimè trito: hæc frictio vniuerſo corpori adhibetur, & ventri. Simili frictione & validis exercitationibus vti præcepi ſub æſtiuo Sole, in calida arena, adoleſcenti, quē ex magna leucophlegmatia ad ſanitatem reſtitui quinque dierū ſpatio, probè iā purgato corpore: is ſanè ſe Soli æſtiuo exponebat, recto capite, quatuor horarum ſpatio iuxta meridiē, quas frictioni & exercitationi inſumebat: frictio autē cū oleo irino & ſale fiebat. Alios ſolemus in calida arena prædictis temporibus ſepelire, & eoſdem oleo irino, & anethino fricare, addito ſulphure: ventri emplaſtra admouentur ex ſtercore caprino, aut bubulo, cum ſulphure elixis in aceto mulſo, aut liniatur oleo irino, ſulphure & ſale. Decet autē iecur roborare externis auxiliis, vti oleo de abſinthio, aut nardino, & anethino, puluere abſinthij, mēthæ, eupatorij, & baccarū lauri, cum aniſo, cinnamomo, & caryophyllis. Ore tamen aſſumētur paſtilli diarrhodon, & de rhabarbaro, & aromaticum roſatum, atque iecur lupi præparatum cū vino aut aqua mulſa.

Anaſarca curatio.

Anaſarcā autē quæ à feroſis colliquationibus procedit & corporis habitum occupat, agnoſces colore inter pallidum & viridē, carnis mollitudine, virium collapſu, ſomno graui, & ciborum inappetentia, & totius corporis refrigeratione, & liquidis deiectionibus decoloratis. Horum curatio difficillima eſt: ſiquidem totius naturæ euerſionem emendare oportet, exſiccatione, calefactione iecoris, ventris & totius habitus, per ea quæ dicta ſunt ad leucophlegmatiam, citra ſanguinis miſſionem,

nem,aot purgatio[illegible]m,ſed frictionibus , & vnctionibus,& vrinæ prouocatione,& potu exſiccantium vti conuenit.

De morbis renum & veſicæ.

SECTIO NONA.

De renum imbecillitate.

CAPVT I.

Sanguinis mictus.

RENES imbecillitate laborant, citra vlcus aut inflammationem.Imbecillitas verò quæ maximè nota eſt , ad retentricem attinet facultatem , quæ retinendo ſanguinem percolat,ac vrinam putam & natutalem cōficit:ſic quidem & renes ob laxitatem ſanguinem delabi permittūt, atque ea ratione vrina redditur cruenta,ſicuti & ob laxitatem vaſorum ad renes deducentiū vrinam, ſic etiam vbi ſanguis in toto corpore redūdauerit,& ea via natura abundantiā deponat,cruenta vrina per interualla ſuccedet.Mingitur quoq; vrina cruenta,ob venæ alicuius rupturā. Acres autē humores per eos meatus tranſmiſſi, exulceratis meatibus cruentæ vrinæ

Vrina cruētæ cauſa.

cauſa fiunt.Renes rurſum imbecilles redduntur,ob intemperiem præſertim frigidam, cui etiam humida adiungitur:ſanguis verò qui mingitur , aquoſus atque ſeroſus eſt,& qui hoc malo laborant , ſiti carent,atque dolore,& à calidis auxiliis iuuantur,pariter atque ſiccis.Si verò ſanguis ob vaſorum laxitatem mingatus,is craſſus erit:verum cùm ſubſederit, cruentum erit ſedimentum , vrina verò parum colorata.Sępe verò non ſubſidet,ſed turbata manet, colore pertubra,& dolor quidam ſentietur ac ſi renes ſuſpenſi eſſent. Quòd ſi ſanguis mingatur per interualla , ſtatutis temporibus grauitas in renibus ſentietur,& à mictu melius habebunt. Cum autem talis excretio cohibetur , mala grauia inde ſequuntur,qualia ſunt ophthalmia,vertigo,lumborum dolor,& renum grauitas , ac lapidis in eiſdem generatio:conſentiente autem iecore, malus corporis habitus,& aqua intercutem , ſi mictus ſanguinis vena rupta fiat , antecedet violentia magna in leuandis ponderibus grauibus , aut oneribus geſtandis, aut longus & frequens veneris vſus, aut celerrima , & inæqualis,& diſpar equitatio:tunc verò ſanguis affatim mingitur,ac ſine interuallis. Cùm autem mictus ſanguinis erodentes ſequitur humores,dolores antecedunt acres,& vrina flaua,& interim pus quoque cum vrina mingitur, & quandoque carunculæ.

Imbecillitatis renum victus.

Competunt his aues montanæ,vti turtures,palumbi,perdices,turdi,oryza cum lacte, aut iure carniū, & palmulæ:& lentes eo modo quo ad dyſentericos paratæ, & aqua chalybeata,aut vinum nigrū eadem aqua dilutum,aut aqua pluuiali. Abſtineant funditus ab omni exercitatione , & venere , & decubitu ſuper dorſum,& vſu rerum calefacientiū cum acredine, præſertim vbi ab acribus oriatur humoribus. Vitabunt præterea omnia vrinam mouentia.Tuſſis quoque ſanguinis mictum deregit,& vociferatio & ira.

Mictus ſang. curatio.

Curatio eorum qui ſanguinem mingunt ob imbecillitatem retentricis facultatis renum,aut meatuum,tota ad renes & meatus adſtringendos & roborandos conuertitur. Prohibitis itaque cōtrariis, nempe coitu,exercitatione,labore crurum,& vrinā mouentibus,præbebimus eiſdē in potu paſtillos de ſpodio cum aqua plantaginis,aut in eadem boli armeni ſcrup.ij.aut ſymphyti radicis drac.ſ. cum decocto balauſtiorum , aut lapidis hæmatitis ſcrup.ij. in aqua inſtillatitia plantaginis. Aliud, corallorum rubeorum,acacię,balauſtiorum,ſing.ſcrup.ſ.in vnc. vj.decocti ſanguinariæ,aut bibat æger ſucci ſanguinariæ vnc.iij.Renibus verò emplaſtra admouemus ex maſtiche,acacia,thú,& ſucco ſanguinariæ,aut ex palmulis elixis in aceto, deinde malaxatis,addita acacia,& oleo myrthino.Aliud,olei myrthini , olei melini,vtriuſq; vnc.j.pulu.maſtiches, cinnamomi, acaciæ,balauſtiorū ſing.ſcrup.j.cum reſina fiat emplaſtrum.Si verò ſanguis mingatus per circuitus , à ſanguinis miſſione incipere oportet curationem,ſecta vena interna cubiti,per diem,aut duos dies ante acceſſionem,cùm ſanguinis copia aceruata iam eſt. Nullum autem tempus ſpectandum ſi ſanguis rupta vena manauerit , ſed ſtatim fundendus ſecta vena prædicta per interualla , vt natura in partem aliam aſſueſcat.Conferunt aiſdem cucurbitæ lumbis affixæ cum ſcarificatione,& frictio brachiorum valida, atque eorundem ligatura. Medicamenta verò ore ſumet quæ prædiximus,aut lapidem hæmatitem in ſucco polygonij,aut ex radice ſymphyti,thu,& acacia cum ſucco polygonij & ſanguinariæ fiat emplaſtrum. Vidi familiarem collegij diui Bernardi , qui

Hiſtoria.

ſanguinem copioſum & ſyncerum pauca vrina mixtum mingebat, quem ad ſanitatem perduximus ſemel bibitis paſtillis ex ſuccino cum aqua inſtillatitia plantaginis,hora ſomni.At verò ſi ſanguinis mictus eueniat ab humorum acredine, hos purgatione ducemus per ventrem cum electuario roſato, & caſſia fiſtulari,in decocto prunorum, & radicis dulcis,aut electuario diacatholicon,in decocto prunorum,violarum,hordei,& radicis,deinde ſi vlcus remanſerit,detergendum & aſſolidandum,& in ſumma ea via curandum , quæ à nobis tradetur ad renum vlcera.

De renum inflammatione.

CAPVT II.

Renum inflammatio.

INflammantur renes ſanguine ad ipſos confluente , & eoſdem diſtendente, cuius morbi cauſæ ſunt , dolor , ictus, ſaltus , equitatio celeris & vehemens, compreſſio , & multi ſanguinis in eas partes transfuſio.Signa autem accedunt dolor lumborum ea parte quæ ventriculo è regione retro reſpondet , & ardor , febris pro morbi magnitudine magna,ſitis , bilis , vomitus , capitis dolor,mentis turbatio , vigiliæ , nonnunqaam procedente malo animi deliquia,& extremorum refrigerationes,vrina cohibetur,aut redditur pauca,& flaua,aut ruffa, aut rubra,ab initio tenuis,procedente morbo craſſa,& mucoſa,frequenter mingunt , & cum labore, dolore,& calore,ac morſu , tuſſi, aut ſternutatione vehementios redditur malum.Deiectio dura excernitur,& pauca,ſe ipſos erigere nequeunt , minimè tamen progredi,crus eiuſdem lateris ſtupet. In vi-

Inflammatarum renum victus.

ctu conueniunt alimenta quæ facilè coquuntur & parum alere poſſunt,vt lactucæ elixæ, aut endiuia, aut cucurbita,& vbi vitium ſobus exigatur hæc in iure pulli elixanda venient, amygdalarum præterea eiſdem conuenit.Magna verò ciborum abſtinentia

Nota.

nocua eſt,ſiquidem per ipſam vrina acrior redditur, quod Rufus Epheſius libro de renum & veſicæ affectibus affirmauit.Potus ſit aqua hordei,ſed inclinante malo panis in iure pulli adendus , & alæ auium elixæ , & parum carnis pulli parui elixi, aut perdicis nouellæ,troctas quoque, & fluuiales tubeculas,

Digitized by Google

culas, ac ſoleas edere licet, ac paſtinacam aſſam in cineribus, aut elixam, aut ſiſer, & oui vitellos, cum ſaccaro: cum carnibus autem & piſcibus petroſelinum, aut fœniculum, & amygdalarum accipient cum ſeminibus melonis, & cucumeris inclinante morbo. Venter clyſteribus molliendus ex decocto violarum, hordei, & ſaccaro. Sanguinis miſſio eſt optimum remedium eſt.

Renum inflammatorū curatio.

Verùm Galen. libro de Sanguinis miſſione, renes ambigere dixit, quoniam in medio corporis ſiti ſunt, ac perinde iuuantur venis brachiorum, aut crurum ſectis. Quamobrem incipiente inflammatione ſanguinis impetum reuellemus, ſecta vena interna cubiti patientis lateris, ſiétque cum Aëtio repetita. Sed cùm ſanguis partem obſederit, deriuationis ratione, venam malleoli interioris eiuſdem partis aperiemus. Hanc autem repetere non decet, ſed ſemel ſecta vena totum ſanguinem euacuandum educere: cucurbitulas verò cum ſcarificatione lumbis affigemus, vbi per cataplaſmata quæ ſequuntur non ſedetur dolor. Clyſteria rurſus iniicienda ex decocto hordei, violarum, ſeminis lini, & ſaccaro, & pinguedine gallinæ liquata, aut ex decocto maluarum, ſeminis lini, & fœnugræci, cum oleo roſaceo, & axungia gallinæ, & anatis, aut ex decocto hordei, oleo roſaceo, & caſia fiſtulari, addimus autem ſaccarum, alij mel. Cataplaſmata verò ſuperponemus ex farina ſeminis lini, farina hordei, & roſaceo, aut ex farina fœnugræci, farina hordei, ſantalis rubeis cum oleo camæmelino, & roſaceo incipiente morbo, aut fiat linimentum ex vnguento roſato & ſantalino pari menſura. Dolore verò valde aucto addemus oleum de papauere, aut parum medicamenti Philonis: aut recipiet vnguenti roſati vnc. j. vnguenti populeonis vnc. s. olei camæmelini vnc. ij. Morbo tamē inclinante, aut humore iam obſidente partem, fient emplaſtra ex farina ſeminis lini, aſaro, chamæpyti, & eruo, cum paſſo. Licet quoque addere polium, abrotonum, iuncum rotundum odoratum. Eodem tempore emplaſtra conficimus ex farina ſeminis lini, erui, ireos, paribus menſuris cum oleo laurino, aut irino, & galbano. Bibet interim æger decoctum cichorij, cum puluere ſeminum melonis & cucumeris, aut ſyrupum de endiuia cum oxyſaccaro, aut ſyrupi violati vnc. ij. aquæ hordei vnc. iv. aut ſyrupum de endiuia cum aqua inſtillatitia melonis: vitanda autem ſunt quæ cum acri calore vrinam cient. Tranſit quandoque

Scirrhus renum.

inflammatio in ſcirrhum, atque obdurantur renes nimium refrigerati, aut tenui inflammationis parte diſſoluta, quod ex pondere agnoſcimus, & doloris hebetudine, & quoniam renes ſuſpenſi videntur, & cruris perpetuus accidit ſtupor, maior quàm ante, & vrina minor redditur, & facilè inde malus

Scirrhi renū curatio.

corporis habitus ſequitur. Curabitur autem emplaſtris, linimentis, clyſteribus, atque his quæ vrinam mouent. Emplaſtra conficimus ex farina ſeminis lini, oleo anethino, & axũgia gallinæ, aut ex caricis, farina fœnugræci, decocto radicum althææ, & medulla cruris vituli, clyſteria iniiciemus ex decocto maluarum, caricarum, & melle, addito oleo camæmelino, & de lilio albo, aut ex decocto radicum althææ, ſeminis lini, oleo camæmelino, axungia gallinæ liquata, & ſale. Vrinam mouebimus aqua mulſa ex decocto radicum apij, aut decocto capillorum Veneris, aut ſyrupo de quinque radicibus ſine aceto. Tranſeunte tamen inflammatione in ſuppurationem, eandem agnoſcemus rigore febre maiori, & pondere. Cæterùm fient inordinati rigores, & febres per acceſſiones augmentum recipient, veſperi potiſſimum. Cùm ſuppuratio iam facta eſt, dolores & febres fiunt minores, pondus magis manifeſtum. Cùm rumpitur, pus mingetur, & nonnunquam renum carunculæ, & ſordes atque excrementa, & pondus minuetur. Coadiuuare tunc oportet ſuppurationem & eruptionem, iuuatur optimè ſuppuratio clyſteribus ex decocto caricarum & radicis althææ, cum oleo amygdalarum dulcium, & axungia gallinæ, aut ex decocto maluarum, radicis althææ, oleo camæmelino, & butyro vaccino. Emplaſtra quoque ſuperponentur ex ficubus cum radice althææ, & oleo elixis & malaxatis. Cùm verò rupturam ſuppurationis cupimus, emplaſtra conficiemus ex caricis, foliis maluarum, ſtercore columbino, melle, aut ex caricis, radice ireos, terebinthina, adipe gallinæ, & oleo laurino, & humorum prauitate vrgente, eruum & baccas lauri addemus, mulſum quoque cum rutæ decocto rupturam accelerat bibitum. Clyſteribus verò oleum irinum & ſal copioſum addemus. Rupto abſceſſu vlcus mundare expedit, & carnes renum reficere, roborare, & malignam putredinem coërcere. Abluit renes aqua mulſa, ſyrupus capillorum Veneris cum decocto radicum fœniculi, & cichorij decoctum cum melle deſpumato, aut decoctum pulegij, aut origani cum melle. Vlceris benignitas agnoſcitur, quoniam pus album, læue, & æquale, ac quamminimè fœtidum cum vrina mingitur. Malignum verò, quoniam pus fœtidum eſt, aut liuidum, & muſcoſum. Prædicta mundare valent vlcera. Sed lac aſininum optimum eſt: deinde caprinum, cum melle & endiuia, aut cichorium elixum, & cucumis. Reficietur autem caro renum per mundificationem lacte ouillo, aut bubulo. Bibendum autem calidum, aut ab vbere mulgendum. Quibus etiam amylum cum lacte elixum, & ſimilago ſic etiam parata vtilis eſt. Verùm eroſiones renum & praua ipſorum vlcera non facilè curantur, ſed eadem mundare ac validè ſiccare decet, cum medicamento diaireos in tabellis, & aqua mulſa ex iride, & eruo, aut ex iride & erui farina cum melle, & reſina terebinthina confectis emplaſtris. Sed ad renes exulceratos ſunt quæ ſequuntur.

De renum vlceribus.

CAPVT III.

Renū vlcus.

EXulcerantur renes præcedente inflammatione ſuppurata, aut rupta vena, aut humoribus erodentibus diutius per renes tranſeuntibus. Inflammatio cognita eſt, & venæ ruptura ex his quæ capitibus præcedentibus diximus. Humores erodentes dolore, & calore renum, atque vrinæ acredine agnoſcuntur, quibus vrinæ color accedit ruffus, aut flauus, non ab his tantum renes exulcerantur, ſed à lapidibus qui ibidem generantur. Renibus exulceratis pus mingitur, quod cum vrina valet ſubactum deſcendit, nec facilè ſubſidet. Pus autem agnoſcitur fœtore percolatum, præſertim ſi ignitis carbonibus fundatur. Vlceratis præterea renibus minguntur nonnunquam carunculæ: his accedunt loci dolor, & calor, & ea quæ præceſſerunt, vt venæ in renibus ruptura, aut eorundem inflammatio. Quibus vlcera renes infeſtant, ob inflammationes, aut venæ rupturam, remedia capitibus præcedentibus tradita conueniunt. Acribus tamen infeſtantibus humoribus alimenta conuenient quæ refrigerent humores, & renes attemperent, vti lactucæ,

Digitized by Google

lactucæ, endiuiæ, pepones elixi, & cichorium, aut endiuia, aut cucurbita, aut rumex elixa, aut pepones elixi cum carnibus pinguibus. Carnes quoque auium montanarum, aut perdicum, turturum, & turdorum, gallinæ, & capi nouelli, ſquammoſi piſces, & ſaxatiles, & amylum cum lacte, & ſimilago, & hordeacea ptiſana, & ſuccus hordei viridis, panis bene fermentatus ac paratus, lac præterea aſininum, ac ſerum lactis cum melle confert, cùm mundificare vlcera inſtituimus, deinde lac ouillum cum melle, aut lac bubulum, conuenit. Potus aqua hordei, aut vinum ſubnigrum modicè auſterum, probè dilutum, quale eſt Yllanũ, & aqua radicis dulcis, ſed ſit potus paucæ quantitatis. Quies conuenit, & ſumma abſtinentia, & ab equitatione, ſaltu, venere, & ira, & alimentis ſalſis, acribus & acidis, & vrinam mouentibus calidis. *Vlcerum renum curatio.* Curatio verò incipiet à purgatione acrium humorum: reuulſionis ratione vomitum mouere decet, bibito agarico in aceto mulſo, aut decocto ſeminis raphani. Purgabitur verò per inferiora deriuationis gratia, per electuarium roſatum, cum medulla caſiæ fiſtularis. Deinde vlcus mundabitur aqua mulſa, cum decocto capillorũ Veneris, aut cum decocto cichorij, & radicis dulcis, aut cum aqua mulſa in qua bullierint radix dulcis, & vuę paſſæ ſine vinaceis. Aut ſeminis melonis, cucumeris, cucurbitæ, peponis ſing. vnc.s. ſucci radicis dulcis, & ſaccari, vtriuſque vnc.j. cochleare vnum ſumatur ieiuno vẽtre cum aqua inſtillatitia cichorij, aut decocto ſeminis maluæ. Poſt mundificationem conſolidandum vlcus eſt, bibito bolo armeno cum aqua cichorij, aut paſtillis de alicacabo, hoc eſt diaphyſalidos, cuius ſint ſcrup.ij. in aqua mulſa, aut in aqua inſtillatitia cichorij. Aliud, ſeminis melonis & peponis, vtriuſque vnc.s. ſucci radicis dulcis drac. ij. tragacanthi, myrrhæ, gummi arabici, boli armeni, thuris, ſing. drac.j. cum ſyropo roſaceo, aut myrthino, conformentur paſtilli, ponderis drac.j. quorum vnum aſſumet cũ aqua mulſa, aut aqua inſtillatitia cichorij, aut bibat aquæ mulſæ vnc.iv. ſucci ſaluiæ vnc.s. myrrhæ, & tragacãthi, vtriuſque drach.s. aut coralli, tragacanthi, ſuccini ſing. ſcrup.s. cum decocto cichorij. Emplaſtra ſuperponentur ex farina hordei, farina erui, myrrha, & reſina terebinthina. Aliud, myrrhæ, thuris, maſtiches, boli armeni, ſing. drac.j. ſucci plantaginis aridi drach.j.s. picis & reſinæ quantum ſatis eſt. Vlcera verò ſi ſerpentia fuerint, & ichores, ac liuidam ſaniem à ſe mittant, aut difficilè, aut nunquam curantur, ſed tamen prædictis remediis conandum id efficere.

De diabete.

CAPVT IV.

Διαβήτης. DIαβήτης à verbo διαβαίνω, hoc eſt, pertranſeo dicitur, quia vrina in hoc morbo citò pertranſit: hæc eſt renum paſſio quæ à quibuſdã vrinæ profluuium, ab aliis dipſacos, ab aliis marcella intercutem appellatur. Qui hunc morbũ patiuntur ſtatim aſſumptum potum per vrinam emittunt, adhoc quantitate maiorem, ſiquidem non tantùm potus celerrimè trahitur, veſicã implet, ac mingitur, ſed à vaſis trahitur humor. Rarus morbus & peregrinus eſt, renum ſignificans calidam intemperiem, *Diabetis cauſa.* & magnã imbecillitatem: calida enim intemperies cauſa eſt adeò validæ attractionis, ob imbecillitatẽ autem retentricis fit, vt ſtatim defluat in veſicã, qua impleta rurſus mingitur ſine mora. Contulit Gale. miro modo morbum hunc caninæ appetentiæ oris ventriculi cum læuore inteſtinorum: per eam namque cibi validè appetuntur, ſed ſtatim tracti ob imbecillitatem ventriculi non retinentur. Deficiente rurſus alimento alterum appetitur, quod tractum deiicitur, nequeunte ventriculo præ imbecillitate cibos retinere, ſic etiam renes vehementi calore trahunt potum à iecore, & iecur à ventriculo, tractus autem potus minime retinent, ſed ſua grauitate delabitur in veſicam: hæc verò non trahit, ſed recipit, ſicuti neque inteſtina trahunt cibos à ventriculo, ſed ab ipſo per lienterias præ imbecillitate delabuntur in inteſtina, hæc verò grauata contentos cibus excernunt celeriter. Abſente quidem alimento, redit ſtatim fames, quæ ob ventriculi frigiditatem valida eſt, atque canina: & in renibus ob calorem trahitur potus celeriter. Cum verò ob imbecillitatem retentricis delabatur, rurſus renes appetunt aquam valido quodam appetitu. *Diabetis ſigna.* Significabunt itaque diabetem valida ſitis, calor renum, & mictus celerrimus ac valide copioſus, totius corporis tabes ac colliquatio, vrina alba & aquoſa, venter aridus. *Diabetis victus.* Alimenta eis conueniunt quæ refrigerent, humectent, & ventrem lenientia, ad ipſum conuertant fluorem vrinæ, vti lactucæ, portulacæ, cucurbitæ, endiuia, carnes veruecis, porcorum, gallinarũ, elixæ, & pedes porcorum & boum, & piſces ſaxatiles, & ſuccus mali punici, aut arantium, cum ſaccaro. Valet ptiſana hordeacea, & amylum, & ſimilago cum lacte elixa, & carnes cum mali punici granis edendæ, aut arancij ſucco, aut limonis, & caſeus recens ſalis expers, & pyra & mala cotonea elixa. Decet abſtinere ab acribus, & ſalſis omnibus, ab exercitatione, & cutis refrigeratione, aut adſtrictione, & brachia oleo camæmelino fricare, & clyſteribus vti, quæ refrigerent, humectent, & leniant ventrem. *Diabetis curatio.* Curationis ratione Paulus inter initia ſanguinis miſſionem non alienam eſſe dicit, confert autem vomitus multo cibo ac potu præaſſumpto, ventrem lenire conuenit clyſteribus ex decocto hordei, violarum, prunorum, & tamarindorum, cum oleo violato, addita hiera picra: confert ſyrupus roſatus, aut myrthinus, cum aqua inſtillatitia cichorij. Cataplaſmata verò fient ex farina hordei cum roſaceo & aceto, quæ lumbis & illis admouebuntur. Præterea emplaſtrum ex baccis myrthi, oleo roſaceo & ſucco plantaginis, aut ex farina hordei, acacia, hypociſtide, cum ſucco portulacæ, & oleo myrthino. Aliud, ſucci plantaginis, ſucci virgæ paſtoris, vtriuſque vnc.ij. pulueris myrthi drach. iij. paſtillorum de ſpodio drach.ij Lumbi quoque vnguento roſato, aut cerato refrigerante Galen. liniantur, aut vnguenti roſati vnc.j. vnguenti populeonis vnc. s. miſceantur, aut viris pampini cum aqua capitum roſarum malaxentur, & lamina tenuis plumbi perforata lumbis alligetur. Sudorem verò elicere eſt ex vſu aquæ impetu in contrarium conuerſo, id fiet ſi in laconico balneo ingrediantur, aut pedibus admoueatur intra lectum triticum elixum madidum adhuc.

De lapide renum.

CAPVT X.

Lapis renum. IN renibus & veſica lapides generãtur, aut geniti continentur: nam lapides in renibus geniti in veſicam tranſlati augentur, ac retinentur. Cauſæ lapidis in materia & efficiente cõſiſtunt, materia eſt craſſus ac lentus humor, aut terrenus ad renum

ventres

ventres delatus, ex cibis eius naturæ, & cruditatibus genitus. Efficiens eſt calnr acris qui tenuem humoris partem diſſoluit, craſſa relicta dnra & concreta. Lapides in renibus ſenibus & adultis magis fiunt, pueris magis in veſica, ſiquidem poetntum ſucci magis fuſi ſunt, ac proinde à renibus in veſicam delabuntur, ſennm autem retinentur in renibus vbi concreſcunt. Sunt variæ lapidum differentiæ. Nam quidam ſunt longi, quidam rotundi, qnidam læues, alij aſperi, nonnunquam vnus, quandoque plnres gignuntur, & hi aut albi, aut pallidi, aut ruffi, aut rubei, aut nigri. Falluntur qui putant, albos in veſica, rubeos in renibus generari: omnium enim colorum prædictorum fiunt in renibus lapides pro diuerſitate materiæ & efficientis, nam à ſanguine fiunt rubri, aſſati, deinde nigri, & à pituita fiunt albi, bile mixta flaui. Qui læues ſunt, faciliùs, aſperi difficiliùs excernuntur. Concreſcunt primùm arenulæ multæ, deinde viſcidus humnr eaſdem congregat & compingit: calor verò omnia nbdurat, non aliter quàm in fluuiorum litoribus arennſis lapides vi ſolis genitos videmus. Sed & tophi iuxta canales & aquarum fluenta generantur, fæce nbdutata, quod pari mndo fieri in renibus & veſica exiſtimandum eſt.

Lapidis in renibus generatio.

Signa lapidis renum ſunt, dnlnr præfixus in lumbis, pondus, difficultas vrinæ, hæc verò cùm mingitur ab initio aquoſa eſt & ſyncera, deinde ſabuloſa quæ dnlnrem leuat, & morbum ſæpe ſanat, nam fit quandoque vt præter arenas mictas lapis remaneat. Incipiente acceſſione, ac natura ad excretionem lapidis commota, nauſea accedit, ructus, & vnmitus præſertim à cibo, & deiectin cohibetur, ſed egerendi cupiditas frequens mnleſtat. Teſtis lateris renis patientis contrahitur, & crus patitur ſtuporem. Deinde cùm lapis deſcendit, dnlor acrior ſentitur in meatibus vrinariis, maximè cùm lapis aſperior aut magnus fuerit, hic dolnr in iliis ſentitur. Cùm verò in veſicam delabitur, dolnr ceſſat, verùm vbi non mingitur paulò pòſt, vt lapis veſicæ curandus erit. Quoniam tamen morbus hic per acceſſiones inuadere ſolet, victus diuerſus conuenit in acceſſione, & præſeruationis ratione. In acceſſione ſanè conuenit ius pulli ciceribus elixi, aut beta, aut boragn, aut lactuca, aut pepn in iure gallinæ.

Lapidis renũ victus.

Ante acceſſionem verò præuiſionis ratione, carnes gallinarum, pullorum, caponum, faſianorum, turdnrum, turturum, & trnglodytũ, perdicum, attagenarum, & ex quadrupedibus, veruecis, hœduli, & cuniculi. Ea piſcibus troctas, ſnleas, plaieias, ſabocam, & ſalmonem, & lauracem, & nuorum vitellns tremulns edant. Ea leguminibus ius cicerum, & priſanam hordeaceam. Ex fructibus, amygdalas, piſtacia, nucleos pini, vuas paſſas & cappares, & melones, ac pepones. Ea nleribus endiuiã, cichorium, petrnſelinum, apium, folia raphani, paſtinacam, & ſiſer, aſparagos, berulam, & carduum, liquamen ſit petrnſelinum, aut eruca. Panis ſit prnbè fermentatus & aſſus in furnn, recipiet autem aniſum dum ſubigitur. Potus ſit vinnm album, non antiquum, nec validum, quale eſt vinum à ſancto Torcatin, aut à Yepes, aut à Lilio, ſubpallidũ, vnius aut duorum annnrum, idque modicè dilutum, aut aqua mulſa, & qnandoque pnſca. Aquæ verò tepidæ potum ante cibos laudat Alexander. Vitent autem vina nigra, & craſſa, valida & antiqua, & aqnam turbidam, ac cœnoſam, ſed tenuiſſimam pellucidam, aut per mortarins lapideos culatam bibant. Eſt ſanè aquæ porus adeò vtilis, niſi vẽtriculi temperies obſiſtat, vt plures lapide renum laborantes exclusſo ſemel lapide, abſtemij nunqnam iterum id mali ſenſerint.

Nota.

Panem quoque azymum, aut pauci fermẽti, aut malè paratum, aut in cineribus aſſum deuitent: pręterea carnes bubulas & porcorum, ac ceruorum. Vitent lac, & caſeum omne, & oua dura, atqne frixa, & piſces omnes craſſæ ſubſtantiæ, vt polypum, thynnum, anguillas. Exercitationibus moderatis vtantur, & cnnuenientibus anni temporibus pro humorum peccantium natura, aut ſanguis eis mittatur, aut venter purgetur, quibus vomitus à cibo vtilis eſt. Vbi morbus cum ſanguinis redundantia fiet, ſanguinem mittemus ſecta vena interna cubiti eius lateris, ex Aëtij documentis, nec tamen totum ſanguinem redundantem vacuabimus, ſed partem ſeruabimus ad morbi longitudinem. Idem autor in teſtium inflammationibus ſi ſanguis fuerit multus, venam cubiti ſecare præcipit. Si verò non multus, venam tali. Quod in renum lapide & inflammatione ſeruandum videtur.

Sang. miſſ. in lapide renũ.

Cæterùm Hippn. lib. 6. de Mot. popu. Sectione 1. venam poplitis ſecare præcipit, & Gale. idem confirmat, & ratione ſuadet, ſiquidem partes quæ infra iecur ſunt, ſectione venarum quæ ſunt in poplitibus, aut in malleolis curantur. Neque alienum à ratione videtur, quod cum diſtinctione præcepit autor libri de renum affectus dignotione & medicatione, is enim languente facultate venam brachij ſecare iubet, conſtante verò, eam quæ in poplite. Præcedant tamen lenia clyſteria quæ tradentur. Prauis ſuccis redundãtibus, purgatione eſt opus. Purgantur verò renes clyſteribus, vomitibus, & inferiori ventre. Sumant autem in potu electuarium indum in decocto radicum apij & fœniculi, & radicis dulcis, aut caſiam fiſtularem liquatam in oleo amygdalarum dulcium, aut elect. diaphœnicon, in decocto apij, fœniculi & calaminthæ, aut in decocto vrticæ, capillorum Veneris, & pulegij. Clyſteribus rurſus vtantur, quæ ventrem emolliant, & dolorem mitigent, quale eſt quod conficitur ex decocto furfurum, maluarum, fœnugræci, ſeminis lini, cum oleo anethino, melle, & ſale. Aliud, decocti anethi, meliloti, camæmeli, lib. j. s. olei camæmelini, anethini, & laurini, ſing. vnc. j. mellis vnc. ij. ſalis drac. j. Aliud, decocti maluarum, radicum althææ, & fœnugræci lib. j. s. mellis, vini albi, olei anethini, ſing. vnc. ij. ſalis drac. j. Quidã id bibendum præbent cum minori ſalis quantitate, & maximè iuuat. Nos ſæpe cum magno ægrotantium auxilio præbuimus medullæ caſiæ fiſtularis vnc. j in olei amygdalarum dulcium, & vini albi vtriuſque vnc. iij. dilutam.

Nota.

Exterius quoque linimenta & fomenta admouemus, quæ emolliant, ac laxent meatus & dolorem ſedent, quorum eſt oleum camæmelinum, anethinum, laurinũ & amygdalarum dulciũ, & ex eiſdem cum cera, oleo ſeminis lini, axungia gallinæ, anatis, & cera, cerata liquida conficimus, quibus renes ac ilia linimus: fouemus etiam eaſdem partes decocto camęmeli, meliloti, anethi, aut ſeminis lini, fœnugræci, & croci, aut decocto maluarũ, radicum althææ, fœnugræci, & ſeminis lini, quibus addimus pulegium & calamintham, & vermes terreni in oleo camæmelino friati valent, & mica panis in oleo anethino & aqua, inſeſſiones fient ex decocto pulegij, origani, calaminthæ, meliloti, maluę, althææ, fœnugræci, ſeminis lini. Decet quoque medicamentis ore ſumptis lapidem frangere, ſunt autem hæc moderati caloris: nã quæ his ſunt calidiora lapidem obdurant. Dimouent itaque ac frangunt lapidem, acetum mulſum cum decocto radicum apij, aut ſyrupus de quinque radicibus cum aceto, cum decocto rubeę, aut decoctũ radicũ tribuli, aut eringij, aut aſparagorum, aut fœniculi, & adiantum, hoc

eſt capillus Veneris vtilis eſt,& decoctum radicum maluæ agreſtis,aut corticis lauri, & lithoſpermon, radix capparorum,ſaxifraga,betonica, ius cicerum, radix graminis,& brioniæ, & peucedani. Ex compoſitis ſuot dialacca, diaeucurma, theriaca,lithontripum,mithridatium : dianiſum verò arenulas repurgat à renibus & veſica , ſi tamen lapis in meatibus vrinariis infarciatur, & deſcenſum remoretur, cucurbitulas leues affigemus , paulò infra locum doloris , vt ad veſicam trahentes pluribus affixis cucurbitulis per ilia ad veſicam deducamus lapidem. Verùm hæc remedia, & quæ vrinam mouent, & lapidem frangentia , non conueniunt ante corporis purgationem , & clyſteriorum ventrem lenientium vſum, ne eorum vi excrementa ad anguſtos meatus confertim ferantur. Doloribus autem vehementibus perſeuerantibus ſtuporem inducere conueniet biblto Philonis medicamento , aut recenti theriaca. Delapſo lapide in veſicam dolor ceſſat: verum quandoque magnitudine figitur in meatu veſicæ,atque impedit vrinæ exitum. Procurandum igitur ſtatim cùm in veſicam deciderit,vt expellatur. Corpus imprimis coneuriendum leuatis coxis & ſupino corpore , & lapis ad collum veſicæ ducendus: ſi verò ibidem figatur,rurſus ſupino corpore in cauitatem veſicæ tranſponatur , & vrina excluſa rurſum commoto corpore deducatur , donec promptè permeet : nam quandoque ob id figitur quòd longior ſit,& tranſuerſim accedat. Quòd ſi neque tunc lapis expellatur , catheter quem Hiſpani argaliam appellant,immittendus, aut maluæ cauliculus,aut ſcirpi pars tenera alba, quæ ad radicem eſt,atque excluſa vrina,tentandum lapidem in veſica contentum conterere: ſi verò in penis meatu infigatur,multa vrina prius retenta conandum impetu compreſſione facta ipſum excernere, ſi neque ſic pellatur lapis , periculum eſt ne iſchuria pereat æger, ſicuti & Philagrius ſcriptum reliquit: conandum itaq; eſt medicamentis vrinam cientibus ipſum pellere,aut volſella trahere,aut iuxta glandē in ea parte ſectione facta ipſũ extrahere. Nos Theologo cuidam apprimè perito , lapidem iuxta glandem firmatum,volſella eduximus. Erat ſanè triginta quatuor annorũ , ſed ipſum ad ſenectutem vſq; bona victus inſtitutione à morbo liberũ duximus, qui tamen ante id ſingulis annis lapides in renibus multos gignebat. Excluſo lapide aſperitatem in renibus & meatibus vrinariis relictam curamus, bibito lacte aſinino,cum ſaccaro,aut diatragacantho cum aqua inſtillatitia cichorij. Arenulas verò quæ in renibus generantur emittimus bibito decocto aſparagorum,aut eringij. Dianiſum idem facit,ſuperbito decocto graminis,aut vino albo.

Lapidi renũ cucurbitulæ proſunt.

Lapidem frangens ex Martiani teſtimonio.

LEPORIS pellem in ollulam iniice, & in furnum demitte , atque vbi vſta fuerit,ita vt conteri poſſit ,acceptam tere , & ex ipſa cochleatium vnum cum vino ieiunis in ſolij calidæ aquæ inſeſſu præbe. Si verò velis experimentum pharmaci ipſius accipere , ex eo in vinum coniice , & in vinum item lapidem ex flumine acceptum iniice, & contectum per paucas horas ſine , & in grumos lapis diſſoluitur. Quod verò ſequitur maximè probo , Achori , phu , hyperici ſingulorum drach. vj. ſeminis porri drachm. xij. ſpicæ nardi drachm. x. caſiæ, lithoſpermi , ciperi , ſingulorum drachm. xxv. excipe melle , & exhibe fabæ magnitudinem. Sanguis præterea hircinus miro modo frangit lapidem in renibus aut veſica , & dolorem mitigat. Paratur optimè ab Aëtio , & ab Alexandro , & cochlear vnum exhibetur cum paſſo , eſt adeò probatum medicamentum, vt appellatum fuerit iure deorum manus. Verùm ad eius odoris prauitatem emendandam Aëtius folium , aut amomum ſanguini miſcet. Alexander verò odoratas herbas edendas hirco porrigit. Accommodatur quoque in eum vſum auis parua quæ troglodytes appellatur , ab aliis cauda tremula , à nobis bizbita , hæc edenda eſt cruda , non ſemel , ſed ſæpe prius ſalita. Aut cinis eius ſumendus cum vino albo , & melle : ſed vnius cinis totus ſumendus cum pipere & folio. Bifariam itaque paratur paſſerculus , aut deplumis viuus ſale obrutus , ſic enim præſtantior putatur à Philagrio, tum ob ſanguinis , tum ob ſtercoris auis vim , quæ imbecillitantur vſtione. Aliter non deplumis paſſerculus in ollulam coniicitur , ac deinde operculo addito vritur , licétque cinerem cum melle cocto ad vſum ſeruare. Aëtius paſſerculum agnoſcere docuit. Paulus τρωγλοδύτην ipſum nominauit , atque Andernacus paſſerculum nomine Troglodytem intellexit , quem præcipit Paulus cum pennis integrum comburere , & cinerem bibere cum pipere, phyllíque momento ex vino, Aëtius quoque Troglodytem paſſerculum depinxit vti Paulus. Cæterùm Alexandri codices Græci mendoſi ſunt, in quibus poſt ſanguinis hircini commendationem ſcribitur τρωγλῖτην κεκαυμένην, & Andernacus myrrham troglodyticam vſtam tranſtulit, perinde deceptus , quòd myrrha troglodytica omnium optima ſit apud Dioſcoridem : nouerat autem interpres ipſe , Paulum paſſerculum intellexiſſe, cui conſentit ex Aëtio adducta ſententia. Vbi igitur Alexãdri codices habent τρωγλῖτην, ſcribendum videtur τρωγλοδύτην,& paſſerculus intelligendus , qui vſtus,aut ſalitus huic accommodatur morbo,teſtibus etiam barbaris medicis, quibus id experimento conſtitit , Aëtio atque Paulo idem affirmantibus.

De lapide veſicæ.

CAPVT VI.

LAPIS veſicæ frequentius in pueris generatur, crudis ſuccis in veſicæ amplam capacitatem delapſis, accedente calore aeri , eædem namque ſunt horum lapidum & eorum qui in renibus generantur cauſæ,idem generationis modus. Signa verò lapidem in veſica oſtendentia ſunt , dolor infra os pubis , grauitas , mingendi difficultas , & quandoque retentio vrinæ , nonnunquam vrinæ ſtillicidium, pudendi erectio, pruritus genitalium, teneſmus apparent , & ſimilis diſpoſitio poſt mictum ſenſata in colo veſicæ. Victus eis conueniens ſimilis eſſe debet victui ad lapidem renum capite ſuperiori ſcripto , ſed magnopere contendendum ne pueri ſtatim à cibo nullo ordine moueantur , nec cibos intempeſtiuè , aut peruerſo ordine ſumant. Curabitur tamen eiſdem ferè remediis , quæ ad frangendum renum lapidem tradita ſunt , quibus addes cicadas arefactas , detractis pedibus & alis , è quibus duas exhibere conuenit in puluerem redactas cum media ſpicæ parte. Et lapis iudaicus , qui tecolithos dicitur

Lapis veſicæ.

Lapide veſicæ labor. victus.

dicitur, auxilliatur eiſdem, & acetum mulſum ſcilliticum, cum graminis decocto. Valent in eum vſum troglotydes, & ſanguis hircinus, compoſitum quoque medicamentum, quod ſequitur optimum eſt, lithoſpermi, ſeminis apij, fœniculi, ſeminis peoniæ, ſingulorum drachm. iij. adianti, corticum radicum capparorum, radicis graminis, ſing. drach. j. gummi pruni voc. s. omnia in tenuem puluerem redigantur, & miſceantur mellis deſpumati lib. ij. accipiet ſingulis diebus ieiuno ventre voc. j. s. ſi dolor valde moleſtat, oleo ſcorpionum, aut vnguento Agrippæ pubes & perineum linienda ſunt, & ventri clyſteria iniicientur ex decocto fœnugræci, maluæ, radicum althææ, melle, oleo anethino & ſale. Si vrina ſupprimatur cathetere educenda, aut cirpo dimouendus lapis, aut totius corporis concuſſione leuatis femoribus. Nos lapidem quem in collo veſicæ cõtinebat fœmina quædam religioſa, qui etiam vrinam omnino cohibebat, cum vehementi dolore, admoto ſpeculo matrici patefecimus & volſella eduximus: erat ſanè magnitudinis ferè nucis regalis. Sed vidi lapidem quẽ obſtetrix à collo veſicæ fœminæ cuiuſdam vtero gerentis, iam prope partum, manibus, eduxit magnitudinis parui oui gallinæ. Quòd ſi prædictis remediis lapis non excernitur, ſectione opus erit, quam non exercemus niſi conſtantibus viribus. In ſenibus verò rarò fit vt veſicæ vlcus conſolidationem admittat.

De inflammatione veſicæ.

CAPVT VII.

Veſica inflãmatio. VESICA inflammatione laborat ex ſanguinis effluxu, cuius cauſæ ſunt ſuppreſſæ hæmorrhoides, aut menſes, ictus, lapis magnus, ſaltus, longa equitatio, frequens veneris vſus. Signa ſunt, dolor vehemens inter os pubis & anum, febris continua, mentis turbatio, bilis vomitus, vrinæ ſuppreſſio, egerendi cupiditas qualis in teneſmo. Victus eis conuenit qualis morbis acutis, ius pulli, amygdalatum, lactuca elixa, mica panis in iure pulli, ſed inclinante morbo licebit alas auium elixas edere. Potus aqua hordei, aut decoctum radicis dulcis. Curatio à ſanguinis miſſione incipiet, ſecta vena poplitis, aut malleoli, deinde clyſteribus & linimentis venter mollietur, & dolor mitigabitur, ac relaxata interim parte conceder vrinam, clyſteria itaque iniicienda ex decocto maluarum, violarum, & hordei cum oleo roſaceo & camæmelino, aut ex decocto maluarum, fœnugræci, & hordei cum roſaceo & axungia gallinæ. Caſiam quoque fiſtularem clyſteribus iniicere conuenit. Fouemus partem oleo anethino, & camæmelino, aut nardino, & de ſcorpionibus, aut vnguento Agrippæ, aut marciaton, liquatis in oleo camæmelino, & axungia gallinæ, aut decocto fœnugræci, ſeminis lini, & camæmelini, cum oleo ſcorpionum, & anethino. Veſica porci, aut bouis ſemiplena oleo camæmelino & decocto maluarum tepidis admouenda pubi & perinæo, talia decet eſſe auxilia omnia: calida namque ac frigida eos manifeſtè lædunt, tales etiam fient inſeſſiones. Si verò neque ex horum vſu vrinam dimiſerit æger, roſaceum intra veſicam iniiciendum, & cucurbitula cum ſcarificatione parti affigẽda. Et in extremo periculo ex vrinæ retentione imminente, vrina per catheterem prolectanda, prius manibus compreſſa modicè veſica: nam & id ſatisfacere ſolet. Sunt quoque dolores nonnunquam adeò vehementes, vt cogamur ſtuporem inducentibus vti, epoto Philonia medicamento, aut recenti theriaca, aut ſotiris, aut aliquo horum in veſicam iniecto.

De veſicæ vlceribus.

CAPVT VIII.

VLCERA in veſica fiunt à cauſis externis vulnerantibus, & à lapide, & ab acribus & ſalſis humoribus, atque excrementis cum vrina tranſmiſſis, qui abradunt, & ad finem ipſam exulcerant, aut ob ruptam ſuppurationem, accedunt alimentorum acrium, & ſalſorum vſus, atque medicamenta eiuſdem naturæ. Signa ſunt, mictus ſanguinis & puris, quæ non valdè commiſcentur vrinæ. Veſicæ vlcera. Gal. lib. 6. de Locis patientibus inquit. Sæpe verò pus ſolum excernitur ſine vrina, id tamen manifeſtè oſtendit in veſica exulcerationem conſiſtere. Paulus ſi ſanguis aut pus ſine vrina excernatur, pudendorum vlcus ſignificare dixit. Verùm vtrumque ſignificare poſſe, non eſt dubium. Pus autem à veſica excretum fœtidum eſt, ſquãmulæ etiã excernuntur, in vlceribus veſicæ maiores, in vlceribus meatuum vrinariorum minores, ſquãmæ quoque à vaſis excerni ſolent, verùm cum febre: adeſt autem vrinæ tenuitas, ac perinde Hippo. Aphor. 77. Sectione 4. dixit: Quibus cum vrina craſſa furfurea quædam ſimul exeunt, iis veſica ſcabie laborat, vt per craſſam coctam ſignificaret, cum non ſquammæ non exibunt à vaſis. Præterea ardor, & dolor ſub pectine, & vbi ad veſicæ collum attingat, dolor ad perinæum attinet, & mictus tempore augebitur, niſi adeò ſordidum fuerit vlcus, vt ab vrinæ acredine non tangatur. Aliàs verò frequenter mingere & cum dolore coguntur. Scire etiam conuenit ſenes non liberari ab hoc morbo, & paucos ex reliquis, ſed in omnibus tentanda curatio cùm non omnino ſalus deſperata eſt. In victu alimẽta cõuenient quæ bonum ſuccũ generent, & calorem, ſi quis abundat, attemperent, veluti cùm ab ardore vrinę malũ oritur. Tunc autem conuenit lactuca, cucurbita, pepo, & lac præſertim aſinæ. Abſtinebunt autem ab acribus & ſalſis, & vreticis omnibus, quæ propriè talia ſunt. Bibẽt aquã hordei, aut decoctũ radicis dulcis, venter lenis ſeruandus, & motus leuis corporis cõueniet (ſi febre vacãt) veluti deambulationes ad excernendum pus, exercitatio tamẽ, vigilia, & inedia, & potus copioſus, aut meracior & alimentorũ varietas nocet. Curationis itaque ratione humorũ redundantia purgari ab initio debet, cum electuario Vlcerum veſicæ curat. roſato, & caſia fiſtulari, aut cum elect. indo, deinde in potu accipient ſyrupũ de andiuia, aut ſuccũ radicis dulcis cũ decocto cichorij, aut paſtillos diaphyſalidos, hoc eſt ex veſicaria herba, quam alchechengi, & alicacabũ appellant, horum enim ſcrup. ij. aut drac. j. cũ aqua inſtillatitia endiuiæ miro modo curant renum, veſicæ, & meatuũ vlcera conſolidatione. Bibitur etiam in eũ vſum lac aſininũ, ſed mundificatione perfecta, lac etiam caprillum. Præterea lac de ſeminibus frigidis cum ſaccaro mundificat vlcera, veſicæ iniectum. Idem facit aqua mulſa ſola, aut cum ſucco radicis, quæ ad ſcabie infectam veſicam conducunt. Valet quoque ad vlcera veſicæ tutia præparata cum lacte iniecta, & collyrium de ceruſa, cùm magnis doloribus anguntur, iniiciendum

eſt, aut lac cum decocto papaueris. Si verò vlcera ſerpentia fuerint, quod ex ichoribus manantibus tenuibus conſtabit, atq; coloris prauitate, & ſquammularum cum pure mixtione, & magno fœtore, ea quæ adſtringendi vires habeant iniicienda ſunt, veluti acacia cum lacte, aut ſero, aut bolus armenus, aut paſtilli de ſpodio, aut diaphyſalidos, horum enim vis maxima eſt aſſolidandi vlcera renum & veſicæ, aut iniectis, aut bibitis, ſed interim ſordida vlcera mundare conuenit lacte ſeminum frigidorum cum melle, aut lacte aſinæ cum melle, & vires roborandæ, ſiquidem doloribus, & puris vacuatione vires languent, & ægri contabeſcunt, & dolores mitigandi fotibus ex decocto ſeminis lini & fœnugræci, & inſeſſionibus ex eiſdem. Pubi verò & perinæo ſuperponuntur œſypus lota, anſeris axungia, butyrum & ſtyrax.

De ſanguinis mictu à veſica & grumis.

CAPVT IX.

Sanguinis mictus. AB vlceribus veſicæ & à venis in ipſa ruptis ſanguis manare ſolet, ſed interim in ipſa concreſcit in grumos & craſſam pituitam, quod euenit ſanguine in aquam calidam fuſo, vel in ſanguinis miſſionibus quæ fiunt ex pedibus, aut manibus: idem fit ſanguine craſſo aut copioſo in veſicam effuſo ſimul cum vrina, grumi itaque & craſſa ac lenta pituita meatum obſtruunt vrinæ, & hi quandoque ex ſanguine à renibus delapſo gignuntur. Sequuntur autem praua admodum ſymptomata, nempe deliquium animi, vigiliæ, mentis turbationes, faciei pallor, extremorum refrigeratio, vrinæ retentio. Curatio huius morbi diuerſa conuenit ſanguine affatim fluente, aut iam in veſica concreto: cùm enim fluit ac manat, adſtrictione opus eſt, & victus ac medicamenta talia eſſe debent, qualia mictui ſanguinis à renibus conuenire diximus: adde quòd quædam eiſdem ſimilia in veſicam per ſyringam argenteam iniiciuntur, de quibus eſt lac ouillum cum bolo armeno, aut ſuccus plantaginis cum acacia, aut decoctum polygoni & balauſtiorum, aut paſtilli de electro, cum aqua caprum roſarum inſtillatitia. Aut ſucco polygoni cum acacia fouere conueniet, & membra extrema fricare, ac ſi copia adfuerit ſanguinis ipſum mittemus, ſecta vena interna cubiti, & ſuperponemus pubi bolum armenum & acaciam in poſca. Cùm ve-

Sanguinis grumi. rò ſanguis concretus in grumos in veſica continetur, bibēdum dabimus acetum mulſum, aut aquam mulſam cum decocto radicum apij, aut ſyrupum de quinque radicibus cum aceto, aut coaguli leporis ſcrup. j. in aceto mulſo, aut in aqua inſtillatitia foliorum raphani, aut acetum mulſum ſcilliticũ præbemus dilutum cum lixiuio ex cinere ficus, ligni. Aliud, radicis peoniæ, ariſtolochiæ, radicis ſabinæ, ſingulorum drach. j. belzoini drach. ſ. conformētur pilulæ tres cum ſucco foliorum raphani, de quibus vna ſumatur cum aceto mulſo, aut iure cicerum, aut artemiſiæ decocto. Theriacam præterea in decocto radicum apij bibēdam damus, in veſicam verò iniicimus lixiuium ex cinere ficus cum aqua mulſa, aut acetum mulſum, aut aquam mulſam, cum coagulo leporis, aut decoctum radicum apij cum ariſtolochię puluere, aut decoctum cicerum rubeorum, aſari, ſpicæ nardi, cum ſcrup. j. belzoini, additis etiam aceti guttis. Inſeſſiones autem fiunt ex decocto rubeæ, calaminthæ, pulegij, origani, & cētaurij. Quòd ſi vrina diutius retineatur, catheter immittendus, quo vrina educatur, & rurſus prædicta admoueātur medicamenta, & pubem linιemus oleo ſcorpionum, anethino, & camæmelino. Extremum autem remedium eſt, vbi alia non profuerint, ſectione vti: qualis accommodatur his qui lapide veſicæ laborant.

De vrinæ ſtillicidio.

CAPVT X.

SYMPTOMA id quod Græci στραγγουρίαν dicunt, nos vrinæ ſtillicidium appellamus. *Stillicidium vrinæ.* Sequitur autem ad imbecillitatem facultatis retentricis muſculi claudentis collum veſicæ, aut cauſam mordentem veſicam. Imbecillitas ſequitur humidam ac frigidam intemperiem, ad quam conſequitur veſicæ relaxatio. Morſus autem veſicæ ſequitur acredinem vrinæ, aut vlcus veſicæ. Vrina acris fit ob bilis mixtionem, aut pituitæ ſalſæ, aut puris aliunde manantis. Mordetur quoque, atque ad excretionem irritatur veſica, vlceris ratione, ſiquidem pars vlcerata nihil minus mordetur ab vrina naturali, quàm veſica aliàs ſana, à biliosa, ſalſa, aut purulenta vrina. Præterea omne quod à parte mittitur, id partem grauat quantitate, aut qualitate mordet, niſi à ventriculo excretio fiat. Sed rurſus quemadmodum de qualitate vrinæ diximus ipſam mordere, quoniam acris, aut ſalſa eſt, aut quoniam veſica exulcerata facilè à quibuſuis cauſis mordetur, ita vrina quantitate grauat, quoniam multa eſt, aut quoniam facultas ob imbecillitatem ipſam non fert, ac perinde vrinæ ſtillicidium ſæpe ſequitur ad imbecillitatem facultatis retentricis veſicæ. Ob hanc namque fit vt vrina ſenſim delabatur, & inſtillet vel nolentibus nobis, ita vt aliquando pauca adhuc vrina in veſica contenta cogamur ipſam excernere, aut ob acrimoniam, aut quoniam facultas ipſam continere nequit. Cauſæ diſtillationis vrinæ ob acrimoniam ſunt, bilis, aut ſalſa pituita, aut pus cum vrina micta, aut vlcus veſicæ, aut eiuſdem excoriatio & exeſio. Cauſæ ſtillicidij vrinæ ob imbe- *Stillicidij vrinæ cauſa.*
cillitatem ſunt, quæ refrigerant, & humectant collum veſicæ, atq; paralyſim inferre valent. Signa eius ſtillicidij vrinæ quod oritur ab acrimonia ſine vlcere veſicæ trademus, nam quæ cum vlcere adſunt, ea ſunt, quæ de vlceribus veſicæ diximus. Acris tamen vrina ſi purulēta fuerit, pure agnoſcetur, quod cum vrina ſubactum eſt, aut in ima parte ſubſidet, accedit fœtor, pręceſſerunt ſigna vlceris renum, aut meatuum vrinæ, aut inflammatio in parte alia ſuppurata, quæ per vrinam purgatur. Si verò ob bilis redundantiam acris reddatur, ſigna bilis accedent, vrina erit ruffa, aut flaua, & corpus extenuabitur. Salſa pituita agnoſcitur, quoniā vrina alba eſt, & ſedimentum cinereum in imo matulæ reſidens fæcis modo. Relaxatio veſicæ agnoſcitur ex redundantia pituitæ, vrinæ craſſitudine, & albedine, vrina deſcendit ſine dolore, aut acredine & morſu, & cauſæ præceſſerunt refrigerantes & humectantes, de quibus eſt otium, potus aquæ frigidæ, & tale balneũ, & ſeſſio in lapidibus frigidis, aut tēpore frigido. Qui patiuntur vrinæ ſtillicidiũ puris ratione, aut vlceris veſicæ, curari debent, vti de vlceribus veſicæ diximus, & curatione aliarum ſuppurationũ. Eos verò qui vrinæ ſtillicidium ob eius acrimoniam patiuntur, curabimus ab initio humorē biliosum, aut ſal-

ſam

ſam pituitam per ventrē purgantes, vt bilis, aut ſalſæ pituitæ copiu minuatur, & per ventrem deriuetur. *Stillicidij vrinæ curatio.* Sunt qui audeant in hac affectione poſt corporis purgationem vrinam mouentia adhibere: quidam verò id denegant, vrinam acrem nullatenus ad veſicam deducendam eſſe aſſerentes. Sed nos vretica medicamenta negamus, non tamen in vniuerſum quę vrinam moueant: frigida namque conuenient vrinam attemperantia, & meatus ipſos excalefactos, cum bile iam purgata, parum eius reliqui fuerit, aut ſalſæ pituitæ. In victu itaque conueniunt lactucæ, cucurbitæ, endiuia, cichoriū, puls ex hordei farina, & ptiſana hordeacea, & carnes pullorum (cùm pullos abſolutè profero, gallinaceos intelligo) aut gallinarum cum eiſdem elixæ, pepones quoque crudi, aut elixi, frequenter accepti vrinæ ardorem, & ſtillicidium caloris ratione ortum, ſæpe ſanant. Potus ſit aqua hordei. Præterea puluerem efficiemus ex ſemine melonis, cucumeris, cucurbitæ, peponis, cum ſucco radicis dulcis, aut puluere ipſius & ſaccaro, cuius cochlear vnum exhibemus, cum aqua inſtillatitia endiuiæ. Renes autem linire oportet vnguento roſaceo, aut immixto cum cerato refrigerante, eodem remedio linire decet iecoris regionem, atque veſicæ, aut etiam oleo violaceo, roſaceo, aut nymphææ. Clyſteria eidem viſui accommodantur ex decocto violarū, & hordei, cum oleo violaceo, roſaceo, nymphææ, & ſaccaro. Hæc autem clyſteria diutius retinere conētur, ſiquidem vrinæ ardori valde conducunt. Si verò vrinæ ſtillicidium à relaxatione oriatur, pubem & perinæum calefacere & ſiccare conueniet, foueantur itaque oleo nardino, aut irino, aut terebinthino, & laurino, ac rutaceo, quibus addimus caſtoreum. Glomerem quoque ſemine anethi, & floribus camæmeli, & foliis rutæ plenum, vino calenti madefactum perinæo, & ano applicamus. Frictiones partibus eiſdem adhibendæ. Conueniunt quoque ſinapiſmi & malagmata ruborem inducentia. Relaxatis neruis, & hebetudine accedente vrina ſupprimitur. De hac tamen affectione cap. ſequenti dicemus. Quòd ſi vrinæ ſtillicidium eueniat ob laxationem vertebrarum ſpinæ, vt fieri ſolet (cuius affectionis Galenus meminit) immedicabile malum ſit. Victus autem ipſis conuenit calefaciens & exſiccans.

De vrinæ difficultate ac ſuppreſſione.

CAPVT XI.

Dyſuria. DIFFICVLTAS vrinæ quæ δυσουρία dicitur, eaſdem in genere cauſas habet cum ἰσχουρία, id eſt, vrinæ ſuppreſſione, ſola maioris & minoris ratione diſſidentes. Cauſæ etenim quæ vrinam impediunt, atque eam cum difficultate emitti cogunt, vbi augeantur, ipſam omnino cohibebunt. Hę verò ſunt, quę impultricem imbecillitant, & ſenſus hebetudo, & quæ viam obſtruunt. Serum præterea ſanguinis ſupra renes detinetur, aut non tractum, aut non colatum, quandoque vreteras penetrat, ſed non veſicam. Imbecillitant refrigeratio, & relaxatio veſicæ, & vrinæ retentio, donec veſica nimium diſtenta languida ad excretionem reddatur, obſtruunt meatum, lapis, pus, ſanguinis grumi, & craſſa pituita, inflammatio, caro adnata meatui. Si à malum refrigeratione ortum habuerit, cauſæ præceſſerunt refrigerantes. Huic affectui ſolet accedere ſenſus hebetudo: at verò cùm veſica vrinam non ſentit, retinetur, aut tardius iuſto excernitur, ſenſum autem hebetem refert æger. Cæterùm cùm hebes ſenſus eſt, atque vrinam non ſentit æger, detenta implet veſicam, ſicuti dormientibus euenire ſolet, & his qui in concione, oratione, aut forenſibus negotiis, aut curam præſtantioribus aſſiſtere coacti ſunt: fit enim vt vrina veſicam diſtendat, & meatus à multitudine vrinæ comprimatur, & anguſtior reddatur, & vt fibrarum comprimentium vis ſoluatur, quo tempore veſica vrinam exprimere nequit, vel nobis ipſis conantibus. *Dyſuriæ ſigna.* Lapis obſtruens agnoſcitur atque curatur, vti ſuprà docuimus. Pus agnoſcitur, quoniam vlcus præceſſit in veſica, aut renibus, aut partibus ſuperioribus. Sanguinis grumi agnoſcuntur ex fluxu ſanguinis qui præceſſit, & notis ſuprà traditis. Inflammatio ex notis inflammationis, caruncula agnoſcitur, quoniam vlcus præceſſit in ea parte in qua ſuperexcreuit caro, immiſſo quoq; cathetere tangitur, & rumpitur, ac deinde ſanguis manat, & ſimul caruncula & vrina ſecernuntur. Craſſa verò pituita agnoſcitur, quoniam cauſæ præceſſerūt ipſam augentes, vti otium, aquæ potus, cruditates, & alimenta craſſam pituitam acervantia. Signa lethalia ſunt, ſi adusq; quintum diem retinet vrina odorem eius ore, aut naribus emitti. Præterea ſingultus prope mortem aduenit, & quibuſdam ſerum ſanguinis per ventrem ſecernitur. Vbi vrina difficilè excernitur, aut omnino continetur, ob veſicæ relaxationem, aut ſenſus hebetudinem, calidis fotibus medebimur, pubem & perinæum linientes & fouentes oleo laurino, aut irino, ac ſicionio, aut oleo ſcorpionum, aut vnguento Agrippæ, aut oleo irino & laurino æquis portionibus cum pauxillo caſtoreo, aut vino in quo calamintha, & pulegium bullierint. In veſicam autem inicimus oleum ſcorpionum, inſeſſiones quoque fient ex decocto pulegij, calaminthæ, cum ſale, & ſulphure, titillatio commouenda, & pediculus immittendus vrinario meatui. Huic vrinæ retentioni atque imbecillitati, quę ſequitur ex diſtenſione fibrarum veſicæ à multitudine vrinæ, prodeſt manibus veſicam comprimere, & conari eandem expellere, & catheterē immittere, & inſidere prædictis decoctis herbarum quæ emolliant ac laxent meatum, à copia preſſum, vitanda verò ſunt quæ vrinam mouent. Quando vrina retinetur obſtructo meatu à lapide, corpus concutiendum, & femoribus leuatis ſupino corpore, vrinam mittere tentabunt: ſi neque eo remedio cedat, per catheterem dimouendus eſt lapis, & per eundem vrina prolectanda, ventre manibus preſſo, aut etiam ſuctione miniſter ipſam trahet, aut ore, aut ſyringa. Si à pure obſtruatur meatus veſicæ, aqua mulſa iniicienda, & vbi opus fuerit, catheterē immittemus. Si verò obſtruatur à ſanguinis grumis, medela ſuprà tradita eſt capite nouo. Inflammatio quoque, vt ſuprà diximus, curari debet, ſi caro meatui adnaſcatur, aut tuberculum, ſi ſuppurationem admittat, ſuppurabitur: ſi verò non ſuppuretur, cathetere immiſſo euelli debet ac rumpi, aut immiſſo cirpo, aut ex cera ſimili confecto inſtrumento. Quòd ſi vrina cohibeatur à craſſa pituita, acetum mulſum bibendum, cum decocto eringij, aut aſparagorum radicum, aut dialaca cum decocto apij. Per ſyringam verò aqua mulſa iniicienda, & vbi alia non profuerint, catheter immitti debet. Fotus quoque accommodantur ex oleo irino, amygdalarum amararum, oleo ſcorpionum, aut oleo ſicionio, aut laurino. Inſeſſiones fient ex decocto herbarum calidarum, quales ſunt pulegium, origa-

num,calamintha,anethum,& melilotum. Quòd ſi in renibus, aut meatibus vrinariis obſtructis coërceatur,deobſtructio & relaxatio erunt ea vſu.

De mingentibus in lecto.

CAPVT XII.

Mingentes in lecto.

SVNT qui vrinam dormientes emittant, atque id vna duarum cauſarum, aut ob nimiam vrinæ acredinem, ob quam veſica mordetur, & ad excretionem cogitur, aut ob imbecillitatem muſculorum veſicam claudentium, ob quam facilè ab vrina grauatur, vtriſque tamen accedit ſomnus inſomniis plenus, atque grauis, ſomniant etenim ſe vigilátes quærere quo in loco vrinam deponere honeſtius poſſint, ſibique ipſis loca diuerſa proponunt, è quibus vnum cum labore & ſolicitudine conquiſitum eligunt. At verò interim tam vehementer ab vrina premuntur, vt totum animum, totámque phantaſiæ actionem, ad veſicam applicantes, minimè ad externa agnoſcenda conuertantur. Quòd ſi ab vrinæ acrimonia malum procedat, faciliùs curabitur, bile purgata, & iecore refrigerato, atque renibus, & aquæ hordei potu, & peponum eſu, & ſeminum eorundem, atque lactucarum vſu. Si tamen ob laxitatem muſculi claudentis veſicam eueniat, pueris id frequentiùs accidet, cruditatum ratione. Mel itaque roſarum colatum ante cœnam ſumendum, id enim cruditates emendat. Bibent præterea ante cœnam myrrhæ ſcrup. s. pulueris calaminthæ ſcrup. 1. in vino albo, aut in aqua mulſa, aut ſeminis rutæ triti drach. s. in vino, aut gutturis galli veteris vſti ſcrup. 1. cum vino, aut teſticuli leporis abraſi in vino odorato ſumentor. Foueantur autem pubes & perinæum oleo irino & laurino, aut oleo anethino & myrrha. Aut oleo vulpino & caſtorei momento, partes quoque perfricandę prædictis oleis, & cymolia cum vino cataplaſmatis modo pubi & perinæo admouenda.

De morbis pudendorum & vteri.

SECTIO X.

De teſticulorum inflammatione.

CAPVT I.

Teſtium inflammatio.

TESTES aliquando inflammantur citra ſcroti inflammationem, quandoque verò ſcrotum ſine teſtibus, quandoque ambo ſimul patiuntur. Habent in vniuerſum eaſdem cauſas cum aliarum partium inflammationibus, ſanguinis nempe impetum ac defluxum, & ictum, aut vulnus. Si teſtis inflammetur ſine ſcroto, pars colorem nō mutabit, & interior erit dolor, non exterior, & ad lumbos vſque aſcendet, atque ob copiam ſanguinis grauitas febris quoque accedet. Si ſcrotum inflammetur ſine teſte, rubore pars afficietur & extimus erit dolor, ſine febre, aut lumborum conſenſu. Ambobus laborantibus, cum dolore, pondere, & grauitate, febris aderit, & coloris mutatio. Grauis morbus eſt, & qui celeria expoſcit remedia, ne ſuppuretur interim aut in ſcirrhum vertatur. Victus itaq; inflammationi teſtium competens tenuis eſſe debet, vti lactuca, cucurbita, aut poma aſſa, aut ius pulli. Panis paucus probè paratus, qui furfuris bonam partem accipiat. Potus aqua hordei, aut cinnamomi. Quieſcat æger, & clyſteribus eius venter leniatur. Curatio à ſanguinis miſſione incipiet, ſeruato Aëtij præcepto, vt in magna copia ſanguinis venam cubiti internam ſecemus: ea verò non accedente, venam malleoli internam. Nos quoque vtramque ſecare præcipimus, incipiente quidem inflammatione, venam cubiti, & ipſa iam partem obſidente, eam quæ in malleolo. Emplaſtra verò & linimenta parti admouebimus, quæ ab initio parum quidem repellant, attemperent autem, atque roborent partē. Liniatur igitur roſaceo & aceto, aut farina hordei cum roſaceo & aceto obducatur. Sit farinæ pars vna, roſacei partes duæ, aceti pars quarta. Tráſacto principio emplaſtrum ſuperponemus, quod recipiet farinæ hordei, farinæ fabarum, vtriuſq; vnc. 1. camæmelini & roſacei, vtriuſque vnc. 2. aceti vnc. s. *Teſtium inflammatorum curatio.*

Cùm verò inflammationem diſſoluere tentamus, hoc admouemus emplaſtrum, furfuris vnc. 3. olei camæmelini vnc. 3. ſapæ vnc. 4. vini vnc. s. Aliud, farinæ ſeminis lini vnc. 3. aquæ mulſæ vnc. 12. bulliát lēto igne. Aliud, furfuris vnc. 3. mellis vnc. 6. Aliud, farinæ fabarum vnc. 2. farinæ ſeminis lini vnc. 1. ſapæ & vini, vtriuſque vnc. 15. bulliant ſimul. Aliud, ſtercoris vaccini, farinæ fœnugræci, vtriuſque vnc. 2. vini quantum ſatis fuerit. Tēdente inflammatione in ſuppurationem, eam adiuuare conueniet radice althææ elixa, & oleo camęmelino addito. Suppurato autem ſcroto, aut teſte, eius apertionē procurabimus antequam corrūpatur, aut medicamentis, aut candenti ferro. Si in ſcirrhum tráſierit, mollientia conuenient, nempe radix iridis in oleo anethino & vino elixa, aut radicis cucumeris ſylueſtris tritæ drach. 3. farinæ loliaceæ vnc. 2. bulliant in libris duabus vini, cui mellis addantur vnc. s. Aliud, farinæ ſeminis lini, farinæ loliaceæ, vtriuſque vnc. s. ammoniaci diſſoluti in aceto drach. 1. s. vino calenti miſceantur ad poltis formam.

De hernia.

CAPVT II.

Hernia.

HERNIA Græcis κήλη dicta eſt, Latinis etiam ramex, cuius plures ſunt differentiæ à loco & materia tumoris huius deſumptæ. Quædam enim fit ab aqua, quæ aquoſa appellatur, Græcis ὑδροκήλη, quædam eſt carnoſa, dicta σαρκοκήλη, quædam fit prolabente omēto in inguen, aut ſcrotum, quæ ἐπιπλοκήλη dicitur, quædam prolabente inteſtino, dicta ἐντεροκήλη, facto autem in inguine tumore, malum βουβωνοκήλη nomen habet. Omnium cauſæ ſunt, ictus, ſaltus, vulnus, vociferatio, exufflatio, & vehemens quiuis conatus. Aquoſa verò fit ab aqua ſcrotum implente, aut vaſa quæ ad alendos teſtes deducūtur, quæ κιρσοκήλη, hoc eſt, varicoſa hernia dicitur. Cauſæ herniæ aquoſæ ſunt, quæ imbecillitant facultatē iecoris concoctricem, quemadmodum in aſcite fit, nam & eſt quidā aſcitis modus hernia aquoſa, cùm intra ſcrotum aqua continetur, nam & ibi intra peritonæum eſt. Cùm autem vaſorum erythroidis membranæ per quæ alimentū ad teſtes diducitur, naturalis facultas languet, ſereſcit ſanguis, & vaſa aqua implētur. Agnoſcitur autem tumore, grauitate, & pauco dolore. Si aqua multa fuerit, parum cedet tactui tumor, magis cedet in pauca. Varicoſa hernia agnoſcitur,

ὑδροκήλη. σαρκοκήλη. ἐπιπλοκήλη. ἐντεροκήλη. βουβωνοκήλη. κιρσοκήλη.

quoniam

quoniam in ſcroto non tangitur aqua, ſed ſupra teſtem, ipſum tegens continetur, quo minus tactu diſtingui ab aqua poſſit, & oblongus atque oualis tumor eſt. Hernia carnoſa poſt ictus, vlcera, & vulnera ſequitur, ac durus tumor eſt, cum naturali colore ac ſine dolore, ſi ſcirrhoſa ſit hernia. Si fæculentus humor continetur, color rubicundus, aut liuidus in ſcroto apparebit. Inteſtinalis verò fit relaxato meatu ad ſcrotum ex peritonæo tendente, aut rupto, quo fit vt in ſcrotum inteſtina prolabantur, aut in inguen, atque prolabitur aliquando ſolum omentum, vbi ad inguina relaxatio non magna, aut ruptio talis fiat. Locus cognitus eſt. Inteſtinorum autem prolapſus agnoſcitur doloris vehementia, ſonitu, tumoris quoque magnitudine, & fæcis interclusione, ſi omentum tantùm decidat, minor dolor accedet, & minor moles, & ſine ſonitu. Si ob relaxationem peritonæi fiat, ſenſim malum accedet, & ſigna aderunt redundantis humiditatis, & ſine dolore eueniet malum, quamuis omento, aut inteſtinis prolabentibus dolor ſuccedat. Cùm verò ruptura herniæ cauſa fuerit, dolor præcedet, & ictus, ſaltus, aut vulnus, aut vociferatio, aut exufflatio, aut oneris magni eleuatio, aut equitatio antecedet. Fit hernia quandoque duplex, ſi carnoſa aut inteſtinalis fuerit, aut ex omenti prolapſu, aut aquoſa intra erythroidem. Carnoſa hernia non aliter quàm manus opera curari valet. Aquoſa verò medicamentis eget, quæ aquam diſcutere, ac diſſoluere valeant, de quibus eſt oleum rutaceum, irinum, & laurinum, cum puluere cumini, aniſi & rutæ. Iuuantur corporis purgatione, nonnunquam verò inciſione, quemadmodum & qui aſcite laborant. Sectionis formam Paulus lib. 6. docet, ſicuti & eam quæ herniæ carnoſæ, aut ſcirrhoſæ accommodatur. Omenti delapſus in inguen, aut ſcrotum curamus compreſſa parte, & medicamentis validè adſtringentibus cum ligatura eidem morbo accommodata. At verò qui hanc herniam, aut inteſtinalem patiuntur ex ruptura & fibrarũ ſeparatione, faciliùs curantur quàm qui id mali ex relaxatione ſentiunt. Medicamenta conducentia herniæ inteſtinali, ſimilia ſunt eis quæ ad omenti prolapſum valent, ligatura quoque valida eiſdem ſuperponenda, ſed prius inteſtinis in locum priſtinum reductis. Æger itaque ſupinus iaceat leuatis femoribus, & reductis cruribus donec calcanei natibus appropinquent. Miniſter tamen manibus calentibus, atque oleo camæmelino & vino illitis ſcrotum tangens, inteſtina ſenſim reducat, emplaſtrum autem adſtringens pube & ſcroto abraſis, ſi ætate adultus fuerit, ſuperponet, neque ipſum detrahet donec per ſe decidat. Emplaſtrum fit ex maſtiche & reſina, aut ex maſtiche, pice, puluere cumini, & ſymphyti, quo pueros plures incipiente hernia inguinali ſanaui. Aliud Aetij; ſymphyti lib. 2. mannæ thuris vnc. 3. candida ouorum recentium vnà cum vitellis numero ſex, ſymphytum tritum ac cribratum in fictile vas coniicimus, eique thuris mannã, ſeu pollinem, cum ouis ſubactam addimus, deinde ſuillo adipe veteri adiecto, ad emplaſtri formam redigimus, atque hoc inteſtino prius reducto adhibemus, deinde alligamus. Aliud optimum in vſu habitum, picis naualis vnc. 3. colophoniæ vnc. 3. litargyri, gummi, ammoniaci, oppopanacis, bdellij, maſtiches, terebinthinæ, ſingulorum drach. 1. boli armeni, thuris, ſanguinis draconis, ſarcocollæ, aloës, centaurij, ſymphyti maioris & minoris, oxyachãthæ, pilularum cupreſſi, gallarum viridium, putaminum mali punici, vermium terreſtrium ſingulorum drac. 2. glutinis piſcium, viſci quercini, galliæ muſcatæ, telæ araneorum, ſingulorum drac. 1. s. glutinis pellis arietinæ madefactæ, & dilutæ in aqua chalybeata & aceto vnc. s. miſce lento igne ad emplaſtri formam. Loco glutinis pellis arietinæ, licet tauri collam ſubrogare. Poteris tamen vbi hæc non ſatisfecerint, manua opera vti, ex præceptis Pauli libro ſexto.

Herniæ curatio.

De ſeminis profluuio.

CAPVT III.

Seminis profluuium Græcis γονόῤῥοια appellatur, ſymptoma eſt retentricis, aut expultricis facultatis teſtium & vaſorum quæ teſtibus aſſiſtunt ſemen continentia, à Galeno ſic definitur, Eſt ſeminis aſſidua excretio cole haudquaquã intento. Sequitur autem aut à ſemine factam irritationem, aut retentricis imbecillitatem, ob quam vel nolentibus nobis ſemen perpetuò defluit, ſine veneris appetitu, incitamento, tentigine, aut delectamento, niſi quando vniuerſim & accumulatim excernatur, calidum ac multum ſemen occurrens, tunc etenim ſeminis acredinem ſequitur: aliquando etiam conuulſione fit expreſſio, vt in comitialibus morbis. Cauſæ ſunt quæ ſemen calidum ac mordax efficiunt, & quæ vaſa continentia humectant, atque relaxant. Seminis acredinem agnoſces, ſi tentigo accedat, ſi pudendum erigatur, aut intumeſcat, ſi accumulatim & cum aliqua delectatione fundatur, & ſi fœtidum ſit. Imbecillitas retentricis agnoſcitur, quoniam ſenſim defluit aquoſum ſemen nullam inferens tentiginem. Curatur ſeminis incontinentia quæ ab acredine fit, victu refrigerante, lactucis, endiuia, cucurbita, lentibus & aquæ potu, ſit autem aqua chalybeata, ac clyſteribus, quæ refrigerandi vim habeant, quiete & animi tranquillitate, balneis aquæ dulcis, & decubitu ſuper altero latere. Vitandus autem decubitus ſuper dorſum & puluinarium copia, ac lectus valde mollis, & imaginatio, atque occaſio omnis cogitandi de rebus venereis, fugiant etiam vinum, & oleum. Præterea conducit ab initio ſanguinem mittere ſecta vena interna cubiti, ſi ſanguinis adfuerit abundantia, & veneris præceſſerit inſueta abſtinentia. Deinde ventrem purgare facilè cum caſia fiſtulari, & elect. roſato, in decocto hordei, violarum, & prunorum, & deinde lumbos ac renes fouere oleo nymphææ, oleo violaceo, & roſaceo, præterea vnguento roſaceo. Lamina quoque plumbi perforata multis in locis lumbis alliganda. In lecto tamen violas ac roſas inſpergere oportet, & nymphææ flores, viticis germina, & myrthi folia, frictiones ſuperioribus membris adhibendæ validæ, & ſi æger iuuenis, ac conſtans fuerit, & calido anni tempore, non erit alienum frigidæ balneum ingredi. Si verò ſeminis incontinentia ob vaſorum laxitatem, & retentricis imbecillitatem eueniat, victus exſiccans eſſe debet, lentes præbendæ elixæ cum aqua & aceto, & beta conueniet, & lac ſeminis cannabis, & ſemen ipſum, cum ſale toſtum, & pyra aſſa, & auellanæ toſtæ. Carnes pauca quantitate edantur aſſæ. Potus ſit aqua cinnamomi, aut chalybeata. Lumbi quoque roſaceo oleo & vnguento liniantur. Exercitationibus vtantur & frictionibus validis, & balneis aquarum ſponte calidarum, aut arte paratarum. Inſeſſiones quoque fient ex decocto roſarum, myrthi, rubi, balauſtiorũ, lumbis autem & iliis iuxta os pubis emplaſtra admo-

γονόῤῥοια.

Seminis profluuij cauſa.

Seminis profluuij curatio.

uebimus,ex palmulis in roſaceo & aceto elixis, aut ex oleo roſaceo, & nymphææ, cum acacia, hypociſtide, & rhu. Hæc verò his etiam qui ob ſeminis acredinem laborant,conueniunt: verùm valida refrigeratio renes lædit. Conducunt quoque omnibus ea quæ ſemen facultate ſua extingnunt, & quæ corrumpunt,extinguũt quæ refrigerant,vti lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, pepones, & cucumeres. Hæc ſemen incraſſant & extinguunt, ſed non corrumpunt:quæ verò ſiccant id corrumpunt, quamuis calida ſint, vt ruta & vitex,& eius ſemen, & nymphæa, quæ frigida eſt: hæc à tota ſubſtantia autore Galen. Rutam itaque eduliis miſcemus, & ſemen eius,& ſemen viticis in aqua portulacæ præbemus bibendum. Diacumioom ſimiliter, & dianiſum, & diachalamintha valent, & puluis ſequens. Seminis lactucæ, portulacæ, ſeminis viticis, ſingulorum drachm.2.aniſi, cumini, foliorum & ſeminis rutæ, ſingulorum drach.1. calaminthæ drach.1. ſem.huius drach.ſem.cum aqua inſtillaticia lactucæ bibitur in ſeminis fluxu ob acredinem, ob relaxationem verò cum aqua cinnamoni. Eiſdem ferè remediis curantur,qui nocturnas pollutiones patiuntur: nam ab eiſdem cauſis malum oritur.Rarò perit aliquis ab hoc morbo, interim tamen hominem reddit effœminatum, mollem, ſegnem, timidum, extenuatum, incuruum, & imbecillem, quorum contraria continentia, & à venere abſtinentia facit.

Pollutiones nocturnæ.

De priapiſmo.

CAPVT IV.

Priapiſmus.

CVm genitale membrum validè omni ex parte tenditur, ſine veneris appetentia, morbus priapiſmus appellatur, à Priapo nomine ſumpto, quem poëtæ fabulantur natura talem habere colem. Quod non tantùm viris,ſed fœminis euenit, quibus vteri collum rigidum fit ſæpe ſine veneris appetentia, non aliter quàm dum venerem appetunt.Gal.lib.2.de Method. med. ſatyriaſin & priapiſmum pudendorum morbos eſſe dixit. Verùm Ariſt. lib.4. de Gene.anima.cap.3. quibus facies inflatur, ſatyriaſin pati dixit. Cauſa eſt flatus à craſſis humoribus ortus,vi caloris acrioris, aut à ſemine retento, fœminis verò ob eaſdem cauſas, & ob menſium retentorum flatuoſam ſubſtantiam. Flatulentus verò ſpiritus generatur in his qui acribus cibis vtuntur, à venere abſtinent, aut lumbos cinctura comprimentes calefaciunt, aut ſuper lumbos cubant. Tunc etenim arteriæ quæ ad colem ex lumbis deſcendunt, quibus à natura ora ſunt, quàm aliarum patentiora, ſpiritum copioſum admodum effundunt in fiſtuloſum neruum, qui etiam natura diſtenditur & flatum recipit. Incipit ſanè malũ.vel fiſtuloſo neruo diſtendente,ſequente verò ab arteriis ſpiritu multo, aut ab ipſis arteriis calefactis patẽtibus oſculis,& in fiſtuloſum neruum flatum fundentibus. Flatum autem cauſum eſſe, breuis detumeſcentia docet.Euenit id malum maribus,& notum eſt,euenit quoque fœminis: agnoſcetur autem, quoniam vteri ſtomachum diſtentum ſentiunt, cum dolore iuxta os pubis,ſine pondere, ſine febre, ſine vteri præfocatione, cum veneris appetentia, cum quadam colli vteri palpitatione. Areteus Cappadox ſatyriaſin cum priapiſmo confundit, ac negat fœminas in ſatyriaſin incidere, ſed fallitur. Huius ſanè morbi curationem, cùm mulieribus accidit, ſcripſit Aëtius. Victus eis conueniens infrigidans eſſe debet, qualis ſupra ad gonorrhæam traditus eſt, quamuis inclinante malo aut attemperato calore expediat calidis & ſiccis medicamentis, quæ flatum diſcutiant, vti, ptiſana hordeacea, & puls ex hordeo eis conuenit, & puls ex lentibus. Potus ſit aqua hordei, aut aqua chalybeata: venter clyſteribus liniatur quibus etiam aliqua inſit acrimonia, quæ recipient mercurialis decoctum, & mel, ac ſalis nonnihil. Exercitationes eis conducunt, & vbi humor aliquis redundauerit, vomitus, autore Galen. nullo modo ventris purgatio, teſte Paulo. Quòd ſi ex retentione ſanguinis, aut ſeminis non conſueta euenerit, multum ſanguinem mittere conueniet, ſecta vena interna cubiti, aut etiam media: retentis verò menſibus ea quæ eſt in malleolis interna. Lumbis frigida admouenda ſunt, veluti roſaceum, cum pauco aceto, aut oleum nymphææ,aut ſuccus portulacæ, ſolani, & lactucæ, aut vnguentum roſatum, aut ceratum refrigerans Galeni, aut epithemata fiunt ex aqua roſarum inſtillatitia cum puluere ſantalorum rubeorum & pauco aceto, ceruſa quoque cum aqua inſtillatitia roſarum vtilis eſt, & ſemen peponis, & cucurbitæ,& ſucco portulacæ, & ſolani,caphura miſceatur, & lintei madefacti lumbis ſuperponantur. Attemperato autem calore, aut excuſſo ſemine, ſi præter conſuetudinem retentum fuerit, calida ac ſicca conueniunt remedia,quæ ſpiritum diſcutiant à neruo fiſtuloſo, de quibus eſt rutæ ſemen, & folia, aut ſemen viticis potum, & germina lumbis & pudendis admota in vino elixa, & decocto rutæ & viticis calido genitalia foueantur. & folia rutæ & vitex in aceto macerata,deinde elixa & malaxata lumbis & pudendis emplaſtri modo ſuperponantur.

Priapiſmus fœminarum.

De his qui venere vti nequeunt, quos impotentes appellant.

CAPVT V.

Veneri inepti.

NOuimus quamplures matrimonij lege coniunctos vxoribus,qui eiſdem debitum reddere nequeuntes,ad nos remedium expoſtulantes acceſſerunt, aut vxoribus grati eſſe cupientes, aut legem adimplere volentes,aut prolem habere deſiderantes, quibus remedia & curationem adhibuimus. Quidam etiam pellicibus auſcultantes ſuam impotentiam & ad venerem infirmitatem confeſſi, fruſtra perfricuerunt frontem,nullo ad malè agendum accepto auxilio. Putant autem nonnulli, maleficas vetulas incantationibus eos (vt aiunt) ligaſſe,& ad venerem inualidos feciſſe, & quoſdam ad proprias vxores aggrediendos, quoſdam ad omnes fœminas. Hos autem maleficiatos Iuriſconſulti nominant. Frigidi verò ſunt, à naturali cauſa tales. Sunt etiam nonnulli generationi inepti ob virilis membri breuitatem, nonnulli quoque quoniam ſemen, recta iacùlari nequeunt, qui ὑπασπάδιαιοι, hoc eſt, ſubuuiſi dicuntur. Breuitas membri non curatur, ſubuulſi curantur manus opera, eos qui dæmonum iniuria fuerint affecti (quod ego rariſſimum puto) ad religioſos & exorciſtas remitto: reliquos autem coniugatos curandos ſuſcipio. Eſt hæc affectio, teſtium refrigeratio,& vaſorum ſeminalium, & relaxatio fiſtuloſi nerui coli inſiti. Ad teſtium refrigerationem ſequitur ſeminis paucitas, & aquoſitas,

Subuuiſi.

& flatuoſi

& flatuoſi ſpiritus inopia. Ad nerui fiſtuloſi relaxationem ſequitur impotentia erigendi membrum genitale. Cauſæ ſunt quæ infrigidare & humectare poſſunt colem ac teſtes, de quibus eſt otium, & nimia veneris pinguedo, ſiue omenti moles, potus aquæ frigidæ, & vſus medicamentorum refrigerantium, qualia in renum inflammationibus & teſtium, atque priapiſmo admouere ſolent medici. Seminis inopia agnoſcitur, quoniam conantes cum labore paucum emittūt, & id cum animi deliquio, & facultatum omnium animalium intercidentia. Præterea ex notis quæ oſtendunt cordis frigiditatem, ac teſtium, quarum meminimus in ſecunda huius operis parte. Seminis frigiditas agnoſcitur ex eius tenuitate & aquoſa ſubſtantia, & infœcunditate nerui fiſtuloſi relaxatio agnoſcitur, quoniam ſemen emittunt ſine erectione, ſine qua venerem appetunt, & tentiginem ſentiunt. Seminis defectus & tenuitas curatur his quæ ſemen generant, quorum natura calida parum eſt, ſed humida & flatuoſa, ſiquidem ſemen natura flatuoſum eſt, ac perinde venerem Aphroditim, hoc eſt, ſpumoſam antiqui dixerunt, in quem vſum quædam à tota ſubſtantia valent, quæ dicemus. Relaxatio nerui curatur his quæ calefaciunt, ac ſiccāt, quæ exterius coli & perinæo, hoc eſt interfœmineo, admouentur. Alimenta itaque ſemen augentia bene nutriunt, calida & flatuoſa ſunt, vti bulbus, paſtinaca, faba, cicer, cardui radix, amygdalæ dulces, grana pini, polypus, teſtes gallorum. Medicamenta ſunt, ſcincus, ſiue ſtellio, & ſatyrion, naſturcium, orchis, & vrtica. Alimenta medicamentoſa ſunt, ſemen lini, & eruca. Hæc itaque quædam per ſe, quædam cum pane, & carnibus edenda ſunt. Sint autem carnes perdicum, turturū, coturnicum, paſſerum, phaſianorum, caponum, pauonum, præſertim indorum, cum quibus nullus acidus ſuccus miſcendus: acetum etenim, & acida omnia ſemen extinguunt, & flatus generationem coërcent. Vinum nigrum ac dulce bibant, in mollibus lectis cubent, ac ſuper dorſum, lumbus cingant modicè comprimentes faſcia panni tincti coco. Exercitentur moderatè, equitatio eis magis conuenit. Odorent moſcum & ambram, & galliam, de rebus venereis confabulentur, & cum fœminis colluctentur, quæ tamen ſua pulchriores non ſint, ne alias cupientes propriam contemnant, aut minimè delectentur eiuſdem illecebris. Horum curationem aſſequemur abſtinentes ab omni ſanguinis miſſione, aut purgatione, niſi alio morbo laborauerint: cor autem calefaciemus linimento ex gallia, & ambra in oleo de ſtyrace, aut belzuino. Teſtes verò & genitale eiſdem linienius, aut oleo de ſcinco, aut vulpino, aut irino, cum myrrha, & caſtoreo. Vinum mulſum poſtrema menſa bibent, & pliris arcoticon accipient cum vino, aut diatrion pipereon, diagalanga, aut medicamentum diaſatyrion, drachmæ vnius aut duarum pondus cum vini vnc. 4. A proprietate ſubſtantiæ valent, teſticulus vulpis ſiccus, tritus & bibitus, atque genitale cerui. Nos ſequenti victu quendam validum fecimus. Præcepimus ei vt ſex integris diebus ab vxore extra vrbem ſecederet, deinde nocte poſtrema accedens, iter equeſtre trium horarum perageret, & cū vxore cœnaret caponum aſſum, & carnis veruecis elixæ partem cum eruca, vinum autem nigrum biberet, ad finem verò vinum mulſum, hoc autem peracto, vt ſe ad ſomnum reciperent, atque vxor mariti lumbis hæreret, ad mediam vſque noctem, & interpellaret ad hora ſomnum, & rurſus media hora tranſacta aut paulò plus ad ſomnum rediret, manè verò cum vxore congrederetur. Qui mihi retulit omnibus his peractis, valuiſſe ſatis non tantùm ea, ſed pluribus aliis noctibus, quibus id remedium tentauit. Quamobrem placuit idem in aliis experiri, qui etiam voti compotes euaſerunt. Paucos etiam inuenies qui interpellato ſomno, ac rurſus dormientes, non appetant venerem contentiorē. Aliis præcipimus dragetam ſumere aut poſtrema menſa, aut ieiuno ventre, quam conficimus ex puluere ſeminis naſturcij, ſeminis vrticæ, erucæ atque zingiberis. Valet in eum vſum paſtinaca melle condita, addito zingibere, pipere, & caryophyllis.

Curatio inualidorū ad venerem.

Impotentiæ hiſtoria.

Veneris appetitus cauſa

De menſium ſuppreſſione.

CAPVT VI.

Menſes non omnibus fœminis deſcendunt ſecundum naturam, ſed eis tantùm quibus ſanguis natura abundat: incipiunt etenim menſtruæ purgationes cùm incrementi celeritas reprimitur. Quod quibuſdam ad decimumtertium annum, quibuſdam ad decimumquartum accidit: ſiquidem iecur copioſum ſanguinem generat, qui non totus in membrorum alitione & incremento abſumitur, quo tempore eadem omnino ratione ſemen in maribus generatur, atque mas & fœmina apti fiunt procreandæ proli eodem tempore. Vis autem generandi ſanguinē adeò copioſum languet, quibuſdam quinquageſimo anno, & quibuſdam 45. aut paulò citius, aliis quinquageſimoquinto, aut paulò tardius, ad quod accedit tenuitas, atque craſſitudo ſanguinis, nam quibus ſanguis tenuior, & calidior eſt, etſi copioſior non fuerit, menſtruæ purgationes citius euenient & tardius finientur: quibus tamen ſanguis eſt craſſior & frigidior, tardius euenient, & citius finientur. Expurgatur ſanguis abundans atque vitioſus ſingulis menſibus, niſi conceperint. Si igitur alicui menſes non appareant, quo tempore ſecundum naturam deſcendere ſolebant, meritò eidem ſuppreſſos menſes dicemus. Supprimuntur autem, aut ob ſanguinis inopiam, aut plethoram, aut ſanguinis vitium, aut vteri affectum, aut animi ſymptomata. Sanguinis inopia accedit ob aliquam manifeſtam & copioſam ſanguinis vacuationem, fluxum ſanguinis narium, aut hæmorrhoidarum, aut vulnus, aut ſanguinis miſſionem, aut magnam purgationem, aut ſudorem, aut vomitum, aut ob phymatum & puſtularum erumpentium multitudinem. Inſenſili quoque vacuatione, vt alimenti inopia, & nimia exercitatione, balneis & calore ambientis ſupprimuntur, ad quod accedit pororum nimia apertio, & ſanguinis tenuitas, aut ob febres, aut calidam corporis, aut ſolius vteri intemperiem. Iecoris verò intēperies atque imbecillitas inopiam ſanguinis efficit. Plethoræ ſigna alibi tradita ſunt. Vitium ſanguinis in tenuitate conſiſtit, ob quam non purgatur, aut in craſſitudine, & lentore, qualis etiam in pinguibus admodum adeſt, in quibus tenuitate ſæpius peccat, aut calore, aut frigiditate. Vteri affectus ſunt meatuum anguſtia, frigiditas, pinguedo, membrana à natura data quibuſdam, quæ clauſæ appellantur, aut non perforatæ, carnoſitas, cicatrix quæ generatur poſt vteri vlcera, aut partum violentum, aut aborſum ſanguinis menſtrui purgationem cohibens. Animi ſymptomata ſunt metus, ira, ſolicitudo. Cauſæ quoque prægreſſæ quæ ad prædictas reducuntur, accedentes menſtruum

Menſium ſuppreſſio.

Menſium ſuppreſſorū cauſa.

ſangui

Digitized by Google

ſauguinem cobibuerunt, hæ ſunt, in aqoam frigidam ingreſſus, out crutum in eadem lorio, eius lactis, aceti aut retum acidarum, interim dom menſes porgantur, dolor, ictns, flagella, quoniam in partem aliam auertunt. Dum menſtruus ſanguis deficit, inopiam teparamus alimentis & corporis refectione, qua ad conualeſcentes vtimur parte ſecunda operis. Si ob vteri affectionem, cicatricem, carnoſitatem, aut membranam, hæc alibi curare docebimus.

Menſium ſuppreſſorum ſigna.

Menſium ſuppreſſio cum ab aliqua de prædictis cauſis eueniat, & ob conceptionem, vtrom eorum in cauſa fuerit, in his quæ viris ſe miſcuerunt, non erit facile agnoſcere alterum eorum, primis menſibus: ſiquidem eis euenit cibi faſtidium, corporis totius ad motum ſegnities, horrores, inæquales ſenſus, ventris tumor, vitioſus appetitus, lumborum grauitas, vrina quibuſdam craſſa, cœnoſa, ruffa, ſubcruenta, quibuſdam aqooſa, & ſobpallida ac tenuis, nonnullis cum difficultate emittitur. Calidam intemperiem agnoſcimus, & bilis abundantiam corporis calore, pallido colore, extenuatione, ſiti, vrinæ ruffedine, vbi ſanguis aliquando purgetur tenuitare, calore, & acredine, & morſu inter purgandum illato. Frigiditas ac ſanguinis craſſitudo agnoſcitur corporis frigiditate, nimia pinguedine, ſubalbido colore, intumeſcentia œdematoſa, vrina tenui, aqnoſa & ſubpallida.

Menſium ſuppreſſorum [illegible].

Calida intemperies quandoque ſanguinem diſſoluit, & corpus extenuat, cuius refectio & attemperamentum ad curationem adbibendum: fit autem nonnunquam vt bilis quoqoe abundet, ac perinde ad ſanitatis reſtitutionem, bilem purgare, & corpus ad bonam ducere temperaturam oportet. Bilis quidem per electuarium roſatum purgatur: corpus verò infrigidantibus reducitur, ac reſtituitur, & humectantibus, ſi interim caloris vi inaruerit, aut ſanguis à cauſis præhabitis diſſoluatur. Quibus carnes gallinarum & caponum conueniunt, & veruecis elixæ, & agnorum & porcellorum cum peponibus, boragine, lactuca, & hordeo. Potus ſit aqua, aut vinum aquoſum modicè dilutum. Conuenit eiſdem otium, & animi tranquillitas, per hæc enim humectato & attemperato corpore, ſanguis accreſcet, & menſes ſponte ſuccedent, niſi aliud impediat. Si menſes à frigore, aut humorum craſſitudine ſupprimantur, victu extenuante vtemor. Panem paucum edent & probè paratom, addito aniſo, carnes elixæ erunt com ciceribus, & petroſelino, ouorum vitelli tremuli, piſces ſaxatiles, carduus, paſtinaca, obſonia melle parata, cum cinnamomo & caryophyllis. Abſtineant autem ab his quę acidam, ant acerbam facoltatem habent, vinum bibant valde vetuſtum, odorum, colore fuluum, aot aquam mulſam, aut cinnamomi decoctum. Exercitentor opportunè, partes inferiores fricentur, balneis crurum vtantur. Curationis ratione craſſos humores imprimis parabimus ad purgationem aqua mulſa, aut ſyrupo capillorum Veneris cum decocto radicum apij, aut aqua inſtillatitia fœnicoli, aut artemiſiæ, aut ſyrupum de quinque radicibus, ſine aceto bibent cum aqua apij. Corpus verò purgetur pilulis de agarico, aut hiera diacolocyntidoa, ane electuario indo, aot diaphœnicon, aut eleſcoph. Præcedente purgatione exercitationes conuenient, & crurum frictiones.

Menſium ſuppreſſorum remedia.

Quatuor autem diebus ieiuno ventre ante præfinitum purgationis menſtruæ tempus, bibet aquam mulſam ex decocto rubeæ tinctorum, aut ex decocto calaminthæ, aut ſyrupi de artemiſia vnc. 4. cum decocto calaminthæ, aut dictamini, aſari, & pulegij, aut accipiet pulueris calaminthæ tenuiſſimi drach. 1. s. cum mellis deſpumati cochlearijs tribus. Præſtantiſſimũ auxilium, & quod nunquam fallit, vbi ob humorũ craſſitudinem menſtrua purgatio cohibetur, purgato corpore. *Nota.* Paſtinacæ condiantur melle, addito pipere, zingibere, & caryophyllis, mellis autem cocti & deſpumati eiuſdem cõditi accipiet vnc. 2. pulueris cinnamomi tenoiſſimè triti & cribrati drach. 1. ſumatur quatuor diebus ante diem purgationi definitum. Aliud, calaminthæ, artemiſiæ, abſynthij, pulegij, origani, thymi, ſingulorum manip. ſem. acori vnc. ſem. croci drach. 1. bulliant in libris ſex aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, reſiduum colatur, cui adde mellis vnc. 4. & rorſus bulliant, donec omnem euomuerit ſpumam, huius decocti bibet vnc. 8. valet etiam myrrhæ ſcru. 1. cum aqua mulſa, aut caſtorei ſcrup. ſem. cum decocto origani, aut decocto ſabinæ, aut ipſum ſabinæ decoctum per ſe, ant cum melle, aut aſari, & iridis decoctum. Abluere quoqne crura decet decocto calaminthæ, origani, & pulegij. Aut ioſidere ad vmbilicum vſqoe in decocto artemiſiæ, polij, pulegij, & origani. Aut per infundibulum ſuſcipiet vaporem decocti ſabinæ, rubeæ, acori, calaminthæ. Liniantur autem imus venter, lumbi, & perinæum, oleo de ſtyrace, belzuino, oleo laurino, & anethino, addita myrrha, & galbano. Præterea per clyſterem quem mitrinchitam appellant, in vterum fundetur oleum ſuſinum, aut laurinum, ant decoctum calaminthæ, & origani cum myrrha, & croco, & oleo de ſtyrace.

Suppreſſis menſibus frictio crurum.

Fricare verò interim cõuenit crura, quod quibuſdam menſes qui iam deſcendere cœperunt, ſuppreſſit, quoniam pauca aderat abundantia: vbi verò magna adfuerit copia, profuit crurum frictio: ſuppreſſis quoque menſibus confert crura ſcarificare ante tempus præfinitum, & puluerem calaminthæ, aut cinnamomi modo dicto tribus continuis diebus adhibere. Suffitus verò aromatum muliebria educit, autore Hippocr. vti ſtyracis, aut belzuini, aut lauendulæ, aut iunci triangulati: frigidas autem vteri diſtemperantias hæc curant, quæ diximus. Peſſulus optimus, reſinæ terebinthinæ vnc. ſem. myrrhæ drach. 1. croci ſcrup. ſem. ſtyracis, & galbani vtriuſque drach. ſem. mellis vnc. 1. ſem. cum coto, aut carpta lana fiat peſſulus craſſitudinis digiti medij, longitudinis paulò maioris, aut fiet ex melle, myrrha, & ſucco abſynthij, aut melle, galbano, belzuino, & oleo irino, aut laurino. Plethora verò ſi adfuerit, venam poplitis ſecare conuenit, aot venas quæ ſunt in malleolis, aut crura ſcarificare. Quod remedium pinguibus & obeſis fœminis optimum eſt, ſiquidem præter id quòd redundantiæ partem demit, ad vterum ducit humorem vacuandum, & menſes aduocat, ſed magnis his euacuationibus præcedentibus, ad remedia ſuprà dicta redeundum, & vbi non adfuerit frigida intemperies, quæ minus calida fuerint eligentor, vti crocus, cinnamomum, aqua mulſa ex origani decocto, oleum ſuſinum, & de ſtyrace, aſari, & iridis decoctum, aot dictamni, & pulegij. Expedit verò huic morbo curationem diligenter adhibere, ne fœminæ incidant in grauiſſimos morbos, vti aquam intercutem, molam, aſthma, pulmoniam, iecoris inflammationes, obſtructiones, & maniam.

Ad vehementes ante purgationem dolores.

Sunt plurimæ quæ iuxta purgationis tempus validos patiuntur dolores in lombis, imo ventre & pube, quibus ſubuenitur mollientibus medicamentis, quæ humorum craſſitudinem extenuent, aut calorem

Digitized by Google

calorem actem attemperent, in vniuerſum tamen meatus laaant, ventrem linire præcipimus oleo laurino, anethino, irino, ſuſino, aut amaracino calentibus. Aut cerarum conficimus ex oleo anethino, ſuſino, ſtyrace, & pauca cera, & panno lineo hæc excipimus. Aut ventrem fouemus decocto fœnugræci, meliloti, anethi, camæmeli, cum oleo anethino & camæmelino. Aut inſidere præcipimus in decocto fœnugræci, meliloti, anethi, amaraci, & croci. Aut in vterum infundimus oleum anethinum, aut ſuſinum, aut de ſtyrace. Aut vitellos ouorum tres cum oleo ſuſino & anethino calentibus confundimus, & imo ventri ſuperponimus.

De menſium ſuperflua purgatione.

CAPVT VII.

Menſium profluuium.

MEnſes immodicè fluunt, aut ob eorundem naturam, aut ob vteri affectum: menſtruus ſanguis acredine, aut tenuitate, aut copia peccat. Vteri vitium eſt venæ ruptura, aut eroſio, aut anaſtomoſis: vena rumpitur partu, aut aborſu, exeditur fluentibus menſibus acrioribus. Aperiuntur ora venarum vteri, ſanguinis tenuitate, aut copia. Agnoſcuntur immodica ſanguinis profluuia temporis longitudine: ſiquidem fœminæ quędam purgantur trium dierũ ſpatio, quædam quatuor, aut ſex, quædam 8. atque aliæ vndecim integris. Copia verò ſanguinis fluentis, tum ex his agnoſcetur, tum etiam facultatis lãguore qui inde ſequitur. A partu verò quædam ſeptem, quædam vndecim diebus, quædam integro menſe purgantur. Sanguinis acredo agnoſcitur dolore, ardore, & febre, quæ quandoque concitantur, & acrimonia fœtore, & pallido, aut flauo colore. Tenuitas agnoſcitur, quoniam ſine dolore manat, aut calore, eſtque ipſe ſanguis ſubſtantia tenuis, & decoloratus, ſicuti & fœmina ipſa, cuius naturalis temperies, aut aſcititia frigida eſt. Copia ſanguinis agnoſcitur ex notis plethoræ, & quoniam copioſè fluentibus menſibus ab initio nihil mali inde ſentiebant, nec languebat facultas. Partus & aborſus noti ſunt. Verùm vaſis ruptura ex impetu ſanguinis fluentis conſtat: ſiquidem affatim erumpit. Eroſione verò fiente dolor & acrimonia ſentiuntur; & ſenſim ſanguis manat, & pus miſcetur, & ichores fluunt, cum fœtore, & coloris prauitate. Anaſtomoſis agnoſcitur, quoniam ſine dolore ſanguis manat, paucus, tenuis, & ſeroſus, & ſigna ſanguinis abundantis adſunt, aut ſeroſitatis ipſius: ſi ſanguis vitioſus calore & acredine fuerit, ob bilis mixtionem, hæc purgari debet derivationis ratione, iecur attemperandum his quæ modicè refrigerent, vti cerato ſantalino, vnguento roſaceo: deinde quæ dicemus adſtringentia admouebimus. Victus itaque conueniens exſiccans eſſet debet atque adſtringens: ſint autem aues montanæ aſſæ, turtures, columbæ, perdices, turdi, paſſerculi, lac coctum, & oriza cum lacte, aut poſca, & poma auſtera, & pyra, & cotonea, & ſorbæ, ac meſpila. Potus vinum nigrum, aut aqua chalybeata. Quieſcant, & brachia earum fricentur, atque crura autore Aëtio. Præterea cucurbitulam quàm maximam mammis affigere Hippocr. præcepit. Remedia ſtatim adhibebimus, ſaccarum roſaceum antiquum, cum puluere boli armeni, aut poſcæ vnc.iiij. balauſtiorum, & hypociſtidos, vtriuſque drach. ſem. aut corallorum rubeorum drach.j. aquæ inſtillatitiæ plantaginis vnc. iij. aut paſtillorum de ſpodio drach.j. cum aqua inſtillatitia plantaginis, aut decocto radicum rubi, aut paſtillorum de ſuccino ſcrup.ij. cum decocto balauſtiorum, dormituræ. Optimum auxilium eſt lapis hæmatites drach.j. in decocto radicum rubi, aut balauſtiorum, ſyrupus roſatus, ſyrupus myrtbinus, ſyrupus de malis cotoneis, & ſyrupi myrthini vnc. iij. ſucci vuæ acerbæ aridæ drach. j. ſem. Curat imprimis vteri vlcera, eroſiones, & venarum rupturam, ſuccus plantaginis in vterum infuſus, aut decoctum roſarum, balauſtiorum, caliculorum glandium, cum acacia, & hypociſtide. Emplaſtrum etiam apponatur ex balauſtiis, roſis, foliis myrthi elixis, deinde cum oleo myrthino & melino malaxatis, aut palmulæ elixæ in poſca pubi admoueantur, aut eiſdem addes acaciam & hypociſtidem. Liniantur etiam pubes & lumbi oleo myrthino, melino, & roſaceo. Inſeſſus quoque fient ex decocto roſarum, balauſtiorum, corticum mali punici, caliculorum glandium, & myrthi foliorum. Peſſi autem fient ex acacia & hypociſtide, & alumine, ac thure, cum ſucco plantaginis aut ſanguinariæ.

De fluxu muliebri.

CAPVT VIII.

Muliebris fluxus.

QVando excremẽta ab vtero longo tempore fluunt alia à ſanguine, muliebrem fluxum appellamus. Eſt is ruber, aut albus, aut pallidus, aut liuidus, pro humoris mixti natura, ſcrutabimur tamen hoſce colores, ſi linteola in ipſis madefacta ſoli exſiccanda exponamus, color enim inde patebit. Cauſæ ſunt maiorum humorum redundantiæ in toto corpore, aut vteri exulceratio. Ex toto autem corpore quandoque per interualla accedit, & copioſior eſt. Vteri partes per hunc morbum madent, corpus extenuatur, niſi aqua intercutem, vt ſolet, ſuccedat, pallent, & intumeſcunt oculi, cibos faſtidiunt, & cùm retinentur, dolorem in lumbis & ſpatulis ſentiunt. Victus exſiccans conducit, & qui vires abundè reficiat, ac boni ſucci cibus, quales ſunt carnes gallinarum, perdicum, turturum. Bibent aquam aniſi, aut vinum auſterum, frictionibus brachiorum & partium ſuperiorum vtantur, atque quiete. Vbi quidem fluxus fuerit ruber, conſtantibus viribus ſanguinem mittemus, ſecta vena interna cubiti, ſed ſanguis reuulſionis gratia per interualla mittetur. Vbi verò fluxus fuerit albus, pituitam abundantem oſtendit, & corpus egere purgatione, parato prius ipſo per aquam mulſam. Pallida fluxio bilem flauam, cœnoſa atram oſtendit, & purgationem eorundem humorum conuenire. Purgato autem corpore in albo fluxu conferent quæ vrinam moueant, quoniam & hæc fluxionem auertunt. Deinde medicamenta adſtringentia adhibenda ſunt, quorum copiam præcedenti capite tradidimus, quæ bibuntur, aut in vterum funduntur, de quorum numero eſt vinum dulce calfactum in cortice mali punici, & ſuccus poligoni, & plantaginis, & oleum ſuſinum prædictis mixtum, & vti inſeſſionibus decet, ex his quæ cap. præcedenti diximus, & ſyrupum pretioſum appellatum bibent, ex ſucco ſtercoris aſinæ, id enim Aëtius commendat. Eadem remedia aliis conducunt fluxionibus, & cucurbitulæ lumbis, dorſo, & ſub alis affixæ, & interim linteolis detertis mundentur loci, ne

Muliebris fluxus curatio.

Quid ſit ſyrupus pretioſus apud Aëtium.

à fluxio

á fluxioue exulcerentur, atque roſaceo & ſuſino liniantur: aur poſt mundificationem, cum vino & decocto balauſtiorum, aut roſarum foueantur. Adſtringunt vteruſn, ita vt virgiuitatem recuperaſſe videantur, quæ diximus, atque medicamen Aëtij: Gallas pet octo dies in aqua macerato, deinde lanam mollem & purá tingito & non exprimito, ſed ſiccatam ſubdito. Aliud, ſemen rumicis acuti viride terito & ſubdito, aut ſuccum aqua ſubigito, & ſubdito.

De vteri præſocatione.

CAPVT IX.

Vteri præſocatio.

VTeri præſocatio, grauis admodum morbus conuulſionis modus eſt, quo vterus ad ſuperiora conuellitut: nam & ipſæ fœminæ ab imis pattibus ad ſuperiores tractionem ſentire ſe fatentur. Quædam earum ſine ſenſu & motu iacent, & ſioe pulſu, aur paruiſſimo, ita vt vix percipi poſſit. Quædam animi deliquium patiuntur, ſed ſentiunt, & mouentur, ſtupidotum more, & difficilè ſpirant. Quædam præter ſtuporem, & difficilem reſpiratiouem motus quoſdam efficiunt conuulſiouis crurum & btachiorum. Neque tamen adeò graue malum forer vterum conuelli, niſi inde conſentiret cetebrum, cor, & ſeptum tranſuerſnm; & quandoque iecur, ventrienlus & lien.

Vteri præfocationis cauſa.

Cauſæ huins morbi ſunt, ſeminis retentio, aut ſuppreſſio menſtruorum, aut humorum malitia, fibras vteri occupautium. Nec mirum videri debet, & ſi cauſa quantitate parua tam grauia infetat mala, ſiquidem pauciſſimum virus venefici animalis ex morſu relictum lethalem efficit diſpoſitionem, & prauus humor in digito pedis corruptus, morbum efficere comitialem valet conſentiente cerebro, ſic etiam pauca ſeminis, aut ſanguinis menſtrui quantitas, vbi prauam nanciſcatur corruptionem, vniuerſum corpus perfrigerare valebit, & animi deliquia, ſtupores, conuulſiones, & apnœam efficiet. A nimia verò refrigeratione malum oritur, atque euenit frequentius hyeme, & poſt aborſum aut difficilem partum, religioſis & viduis. Occurrit quibuſdam malnm per acceſſiones, antecedunt autem pigritia, faciei pallor, crurum refrigeratio, tremor, ſenſus hebetudo, præcipuè viſus, & lingua contremiſcit, ſubtriſtes fiunt. Iam verò inſtante acceſſione, obmumeſcunt, difficilè ſpirant, & pulſus paruiſſimus & obſcurus redditur, & nonnonquam aboletur, & ſenſu priuantur, & quædam ex ipſis teſpiratione. Ex quibus contingit nonnullas in ipſa acceſſioue perire, accedente polſu intercadente inordinatè, inquit Paulus, nos tamen ordinatè intercadentem deteriorem cum Galen. reputamus. Cùm verò reſtitui cœperint, malæ rubent, palpebræ aperiuntur, ſenſus redit, motus, ac reſpiratio, pulſus augetur magnitudine & vehementia: ab vtero tamen humiditas manat, ore relaxato, & inteſtina murmurant.

Vtero præfocatarum curatio.

Curatio morbi alia competit in ipſa acceſſione, alia verò poſt ipſam, quæ præuiſionis gratia adhibetur: cùm itaque mulier morbo correpta eſt, fricanda ſunt crura & liganda validè, odoratis ſuffumiganda, & naribus fœtida admouenda, quoniam odorata vterum ad ſe conuertunt, fœtida verò fugant. Naribus admouebimus fumnm vſtorum pilorum, aut plumatum, præſertim perdicum, aut cumini vſti fumum, aut lanæ, aut lucernæ ſebaceæ extinctæ, aut piſcis, aut bituminis, galbani, aur caſtorei, inferiùs verò galla locos linimus, aut oleo de ſtyrace, aut moſco, & oleo laurino, aut alipta, aut galla moſchata, aut ſuffumigabitur ſtyrace, aut belzoino: deinde leues cucurbitulæ affigendæ erunt inguinibus, & infra vmbilicum, quibus ſacculos herbarum calidarum calidos admouebimus, vti florum arancij, aut ex pulegio, & amaraco, camæmelo, meliloto, & caryophyllis, & ſtyrace plenos. Digitum quoque oleo ſuſino, aut ſtytacis illitum obſtetrix vſque ad vterum immittet, ac partes eas perfricabit, inde enim lenientur, laxabuntur, & humiditatem, aut ſemen effundet vterus: quo emiſſo leuabitur. Interim acclamandæ ſunt propriis nominibus, digiti comprimendi, atque pili euellendi, & pudenda manibus obſtetricum calentibus leuiter perfricanda. Conferunt ſternutatoria, caſtoreum, aut euphorbium naribus inſufflentur, glandes & clyſteria quæ calfaciant, & flatum diſcutiant, de quibus cap. de colico morbo multa ſunt ſcripta. Sed iam quomodo præuidendum ſit ne in acceſſionem incidant, dicamus, à victus ratione auſpicantes. Conuenit vti alimentis quæ exſiccandi facultatem habeant, cuiuſmodi ſunt turtures, perdices, turdi, aſſæ autem ſint. Abſtineant à piſcibus, lacte, ab amygdalis, nucleis pini, nucibus, eruca, napis. Aquam elixam per ſe bibent, aut cum aniſo. Ventrem leuem ſeruabunt, frictionibus crurum vtentur & exercitationibus, ita vt longius incedant, aut in iumento geſtentur, non tamen incurſu; nam hic motus vomitum concitat, & vteri præfocationem: acclamatio & vociferatio conducunt. Sunt quædam mœſtitiam patientes, quibus læta nuntia ſunt afferenda & cantilenis exhilarandæ, & prata, ac hortos luſtrabunt. Si verò lege conceditur, venere modicè vtantur, vbi ex ſeminis retentione morbus habuerit ortum. Remedij ratione abundante ſanguine, ſecanda vena eſt, retentis autem menſibus ea quæ in malleolo. Præparato verò corpore vomitus commouendus per aquam mulſam tepidam, aut etiam decocto ſeminis raphani addito. Venter verò purgandus, ſi praui redundauerint ſucci, caſia fiſtulari, electuario eleſcopb. aut diaphœnicon, aut hiera diacolocynthidos, aut hiera ſimplici cum aqua mulſa. A purgatione cucurbitulæ inguinibus & femoribus affigendæ leues, aut cum ſcarificatione, & vlcuſcula ſale inſpergenda ſunt. Peſſi ex odoratis immittantur, vti ſtyrace, oleo nardino, & axungia phaſiani, aut oleo ſuſino, & amaracino. Vtentur interim his quæ ſuprà ad ſeminis diminutionem cap. de gonorrhæa tradidimus.

De vteri procidentia.

CAPVT X.

Vteri procidentis cauſa.

VTeri procidentia ratus morbus eſt, nec periculoſus, qui multis de cauſis euenire ſolet. Prolabitur etenim vterus diſruptis membranis quibus ſuperius ligatur, rumpuntur autem ob caſum ab alto, aut ſaltum, aut ob conatum vehementem graue aliquod leuandi gratia, aut ob partum difficilem, aut cùm obſtetrices imprudenter cum violentia extrahunt fœtum viuum, aut mortuum, quod ipſius quoque magnitudo facere poterit, aut eueniet ob relaxationem à pituitoſis & lentis humoribus, id quod vetulis magis euenit.

Graues

Digitized by Google

Graues ruſſus animi turbationes, vti ſubitus timor, aut malum nuntium & ſimile aliquod, ab Hiſpanis appellatum ſobreſalto, vterum prolabi ad os vuluæ faciunt, & quandoque extra, toto corpore, neruis & vtero ſolutis. Cauſæ dictæ ſunt. Notus autem eſt morbus, vitium in ſitu partis. Victus ratio eia conueniens eſt. Mulier quieta in lecto ſeruari debet, ſuper dorſum cubans. Alimentis vtatur exſiccantibus & boni ſucci, & quæ flatum non generent. Potus ſit vinum album aotiquum, & odoratum, aut decoctum aniſi, corporis omnem agitationem & maximè ſternutationem vitabit. Venter modicè liniendus decocto maluarum, & oleo, aut decocto prunorum cum oleo camæmelino & ſaccaro: nihil autem ventrem proritans adhibendum: nam ſi aut proritentur, aut dura fæx expellenda ſit, conantes vterũ propulſabunt: ſi tamen venter plus æquo humeſcat, relaxatio augebitur. Curatio hac via optimè perficietur. Mulier fæcem & vrinam deponet, ne hæc impedimento ſint, & ſuper dorſum cubet ſeiunctis femoribus & genubus leuatis, circumplexis verò tibiis, obſtetrix deinde illitis manibus oleo irino & ſuſino vterum calefaciat, & ſenſim ad ioteriora & proprium ſitum deuoluat, ſimul laneum inſtrumentum linteo obuolutum, figuræ pudendi virilis immittens, id verò in vino auſtero madeſcat prius & acacia, & hypociſtide inſpergatur, deinde exterioribus partibus linteum duplicatum vino madefactũ, aut hapſum lanæ, in quo roſæ & folia myrthi bullierint, calēs admoueatur, pubi autem hapſum lanæ poſca imbutum. Quod ſi vterum non facilè reducant obſtetrices, ipſum prius vino fouebunt, in quo bullierint fœnugræcũ & lini ſemen, aut oleo de ſemine lini, & ſuſino, aut betæ decocto. Præcipiendum autem poſt reductionem, vt crura coniungat extenta, & dextrũ ſiniſtro ſuperponat: ſic enim ſeruabitur ne rurſus procidat. Aut ligabis crura eius molli faſcia à coxis ad genua vſque. Cucurbitula deinde cum multa flamma infra vmbilicum affigetur. Hæc tertio quoque die remouenda erunt, & decocto lauri foliorum, corticum mali punici & palmularum in vino fomenta fient, atque hæc eadem in emplaſtri formam adhibebuntur. Naribus quoque odorata admouebuntur, & partibus inferioribus fœtida, contrario modo his quæ ad vteri præfocationem diximus: & vmbilico emplaſtrum ex ladano, reſina terebinthina, galbano, ſtyrace, galla, macere, & caryophyllis. Aut ex alipta moſchata, gallia moſcata, ſtyrace, & ladano. Si verò vterus humore madeſcens, & à natura minimè gubernatus, & ab aëre externo læſus computruerit, pars putreſcens abſcindetur: neque enim inde mortis imminet periculum, teſte Paulo, ſed & nos cuidam fœminæ ætatis annorum 34. vterum putrefactum abſcindere præcepimus, decem abhinc annis, quæ adhuc viuit.

Vteri procidentis victus.

Vteri procidentis curatio.

De vteri reclinatione.

CAPVT XI.

Vteri reclinationis curatio.

VIdimus quàm plures fœminas vteri reclinatione, aut retractione laborantes, quarum quædam referunt ſe ſentire vterum veluti molem quandam inguini affixam, quædam verò ad ſeptum tranſuerſum aſcendere putant, cùm ad ſuperiora trahitur, & partes ad ſeptum attinentes comprimit, quandoque deorſum & ad os pubis anterius, quandoque poſterius ad os coccigis inclinat. Cauſa eſt ſanguinis redundantia, qualis adeſt menſibus retentis: immergitur autem ſanguis intra vteri venam, dextra, aut ſiniſtra, aut vtraque parte, ac proinde in alteram aut vtramque trahitur conuulſionis modo. Aetius à iecore aut liene morbum oriri dicit, atque agnoſci, quoniam in latus eiuſdem viſceris inclinat. Tunc quoque in eo latere dolor moleſtat, & cruris eiuſdem ſtupor, dolor, refrigeratio. Talis in vtroque crure ſentitur diſpoſitio ſi antè aut retro inclinet, & vrina retinetur, cùm ad pubem vergit: cùm verò retrorſum deiectio, atque flatus, & neque clyſteria admittere poſſunt, niſi genubus innitantur. Cibus his conuenit, ius pulli, & eius caro, & ouorum vitelli, & amygdalatum: ab acidia abſtinebunt. Potus vinum aquoſum, aut decoctum cinnamomi: cubet in latus ſanum, ſi altera parte laborat, venter clyſteribus leniatur ex iure carnis, & ſuſino oleo, aut decocto maluarum & fœnugræci cum oleo anethino, & vrina retenta cum recto ſiphone trahatur. Si morbi magnitudo id admonet, & vires conſtent, vena interna cubiti ſecabitur patientis lateris. Pars autem dolens fouebitur oleo irino, ſuſino, anethino, additis odoratis, ſi inclinauerit ſurſum, aut in latus: ſi verò deorſum, fœtida, conuenient ſuffumigia ex his quæ tradita ſunt ad vteri præfocationem, vt autem vterus humorem aliquem emittat, & ad naturalem ſitum redeat peſſus immittendus ex lana, digiti medij magnitudine imbutus ſuſino oleo, & ſtyrace, ac gallia, niſi deorſum inclinauerit, tunc enim vmbilico odorato ſuperponenda, ac leues cucurbitæ ſunt affigendæ.

De vteri inflatione.

CAPVT XII.

FLatus in vtero quandoque clauditur, & aut in cauitate ipſius, aut in ſubſtantia, vnde fit vt vterus diſtendatur, veluti venter in tympania. Euenit id malum frequentius enixis ſi non ſeruantur, & conteguntur, & obuoluuntur faſciis. Licet nonnunquam grumis ſanguinis retentis eueniat. Agnoſcitur malum vteri dolore, diſtentione & murmurio, grumi verò, quoniam interim fœmina menſium purgationem patitur, & grumus aliquis deſcendit. His victus conuenit extenuans, & flatum diſſoluens, cibi pauci, ſed boni ſucci. Potus verò aniſi decoctum, aut vinum album pauciferum. Siue ſanguinis grumi adſint, ſiue craſſa pituita flatui præſtet materiam, bibita bis aqua mulſa ex aniſi, & cinnamomi decocto, purgabitur ægra per hieram diacolocynthidos, aut per electuarium eleſcoph. in aqua mulſa, deinde clyſteria inijcientur ex decocto pulegij, anethi, cumini, cum oleo anethino, & rutaceo, & melle, & pars oleo laurino, & rutaceo fouebitur. Peſſus quoque ex lana carpta formatus oleo ſuſino, anethino, & ſtyrace imbutus ſupponetur. Hac enim via flatum plurimum ab vtero excuſſum vidi, multo humore deinde ſequuto, in quem vſum galbanum liquatum in oleo laurino & ſuſino cum cumini puluere, aut illitum, aut infuſum. valuit, & medicamentum dianiſum, aut diacuminum, aut pliris arconticum, cum vino ſumptum.

Vteri inflatio.

Vteri inflati curatio.

Nota.

De vteri hydrope.

CAPVT XIII.

Vteri hydrops. EX humorum defluxu, & ſeminis in vterum delapſu veſicæ intra vterũ generatur, quæ viſcido humore, aut aqua implentur, atque exiſtimant fœminæ eſſe conceptum, nam venter intumeſcit, & menſes retinentur: accedit dolor, murmurium, vigiliæ, & inſomnia terribilia, quandoque etiam febricula, corporis grauitas, & ſpirandi difficultas. *Hiſtoria.* Omnia ſanè hæc ſymptomata patiebator Leonor à Sanctaien, quam vidiſtis ſex integris menſibus laboraſſe, atque conſtantiſſimè contendebat ſe in vtero geſtare fœtum viuum, quem moueri dicebat: at verò remediis adhibitis, ſexto menſe excreuit ab vtero varia & admiratione digna, quæ in pelui magna ſuſcepit obſtetria ſupra ſeptuaginta veſicas membranoſas, ac membranis hærentes, aqua pallida plenas, caſtaneæ quantitatis: ſeptem verò fruſta membranis inuolura coloris carnis lienis, quorum quædam medietatem lienis humani æquabant, quædam paulò minora. Aqua verò multa erupit, & tota moles libras Romanas duodecim appendebat. Ante omnia victum inſtituere oportet qui calefaciat, exſiccet, & extenuet, flatum verò diſcutiat, exercitentur, aut in curru, aut lectica, aut iumento geſtentur, totum corpus fricetur & imus venter validiùs: ſudores quoque prouocandi ſunt. Ad curationem tamen conducit vrinam & menſes mouere, hieram diacolocynthidos in aqua mulſa bibendam dare, inſeſſiones efficere ex decocto pulegij, origani, calamenti, & centaurij, aut ex decocto centaurij foueantur loci: aut id infundatur cum myrrha & ſale, aut decoctum pulegij, mercurialis, & origani cum ſale & melle. Aut ſuffiatur myrrha, aut lauendula. Aut peſſulus ſupponatur ex lana imbuta oleo ſuſino cum myrrha, galbano, ſale, & melle, aut oleo ſuſino, cum ariſtolochia, cumino, & ſale inſperſis. Bibendam dabimus aquam mulſam cum puluere gentianæ, aut pulegium & piper cum mulſo.

De mola vteri.

CAPVT XIV.

Mola. MOla à grauitate & motu difficili dicta, vteri morbus eſt, durúſve tumor, qualis obdurata & informis caro, generatur ex ſemine in vterum delapſo, atque mẽſtruo ſanguine pariter ibidem collecto, & ab ardenti calore exſiccato, atque obdurato. Augetur, ac ſi animal eſſet, non ſuſceptione, & nutritione, ſed appoſitione & agglutinatione, ſuppetit autem materiæ copia, tum ob ſeminis delapſum, tum ob ſanguinis qui non purgatur redundantiam. Quamobrem ab initio non tantùm fœminis ipſis, & obſtetricibus, ſed etiam medicis imponit, ſpeciem præbens conceptus, menſes enim retinentur, venter augetur, appetitus læditur, mammæ intumeſcunt, & coloſtra refundunt, & multam ſaliuam ſpuunt, & lumbi grauantur, ſed procedente tempore diſtinguitur: nam mola dolorem efficit in ventre punctorium, nullus motus percipitur, corpus extenuatur, vires languent. Solet hic morbus temporis proceſſu hydropem adducere iecore perfrigerato, aut à ſanguinis copia quæ non purgatur, extincto calore natiuo ipſius. Sed in hydrope tumor tangitur, ac pulſat tympani modo, aut digito comprimenti cedit, nec fluctuat: & quamuis in hydrope ſit tenſio maior, in mola eſt maior durities, quæ in latus decidit recumbente fœmina, veluti lapis. Primis menſibus curatur, procedente tempore, aut nunquam aut difficilè admodum, quoniam vehementius vtero adhæreſcit, & quoniam maior mola ægrius extruditur: verùm curationem aggreſſus voti compos fui, victum adhibens extenuantem, ex boni ſucci alimentis aridioribus, & vini odorati poto, aut aquæ cinnamomi, exercitationibus, geſtationibus, ventris lenitione, & menſium prouocatione. *Mola curatio.* Purgare verò corpus præcepi electuario eleſcoph. in decocto pulegij, & vidi molam excretam in pelui, in qua inſidebat fœmina, vt vaporẽ decocti calaminthæ & artemiſiæ reciperet. Proderant in eum vſum ſyrupus de artemiſia, cum decocto gentianæ, & marrubij, aut decoctum artemiſiæ, centaurij, ariſtolochiæ, gentianæ, pulegij, & thymi in vino, aut inſeſſus in eodem, aut fotus ſimilis, aut prædictæ herbæ in vino elixæ cum oleo rutaceo, & adipe ceruino, & axungia anatis, malaxatæ emplaſtri modo, ventri admoueantur. Peſſi quoque fient qui imbuantur oleo irino, rutaceo, & melle, aut oleo amaracino, ſuſino, axungia anatis, & medulla ceruina. Valet emplaſtrum diachylon, dialthæas, vnguentum Agrippæ, extra aut intra vterum, diacuminum accipiant, aut dianiſum cum vino, aut dialacca cũ aqua mulſa, aut rubeæ decocto, aut ireos & acori decoctum cum melle bibant, & vt ſummatim dicam, quæ menſes prouocant, quorum meminimus, accommodata ſunt, & peſſi proritantes, ſed non valde, nec frequentius, ne vterum exulcerent, & dropaces ex galbano, myrrha, ſtyrace & reſina, aut ex ſinapi, ficubus & melle emplaſtrum, cum ſale. Et ſuffitum ex aqua marina aut decocto pulegij, thymi, hyſſopi, ſcordij, centaurij, & baccarum lauri per arundinem, aut infundibulum recipient.

De vteri inflammatione.

CAPVT XV.

VTeri inflammatio ex affluente ſanguine fit, quemadmodum & reliquæ inflammationes. *Vteri inflammatio.* Atque habet bilẽ nonnunquam, aut pituitam redundantem admixtam: verùm occaſiones ſunt, partus difficilis, aborſus, menſium ſuppreſſio, valida corporis motus, vlceratio vteri, compreſſio ab onere vel dura ſella, aut nimia refrigeratio. Signa quæ ab Aëtio artificioſè tradita ſunt referamus, ſtatim accedit vteri, pubis, imi ventris & lumborum dolor, atque ardor, & ſi digitum immittas, durum, ardens, clauſum & contractum vterum tanges, vbi in ore vteri, aut collo inflammatio fuerit, ſi tamẽ in fundo & cauitate conſiſtat, imi ventris dolor infeſtabit, & vterus non cõtrahetur: verùm retrahetur ad inflammatam partem, atque reclinabit eò. *Vteri inflammati ſigna.* Non eſt ſanè hæc vteri præfocatio aut declinatio: quoniã in hac cum inflammatione adeſt febris ardens, & loci ardor, & proceſſu temporis multa quæ dicentur ſymptomata. Nam ſi inflammatio ad poſteriora vergat, dolor ſpinam moleſtat, & ſtercus cohibetur, & obduratur ex de cauſa, ſi ad interiora, vrina ſupprimetur, aut ſtillicidium accidet, ſi dolor pectus affligat.

Si

Si in latere inflammatio fiat, inguina diſtenduntur, crura grauantur, & difficilè mouentur, & ea cauſa ſtupent. Hæc incipiente inflammatione fiunt: verùm ipſa inualeſcente, febres accedunt, capitis dolor, ſtomachi afflictio, imi ventris tumor, ardor, diſtentio, grauitas coxarum, lumborum, præcordiorum, inguinum, fœmorum, horrores diſcurrentes & pungentes, pedum torpor, genuum perfrigeratio, extremorum exudatio, pulſus parui, ac denſi, animi deliquium, & exolutio. Magis increſcente morbo, ſingultus, dolor tendonum colli, maxillarum, ſincipitis, oculorum in profundo præſertim. Vrina & deiectio ſupprimuntur, delirant, & dentibus ſtrident. Victus eis competens pertenuis eſſe debet, incipiente inflammatione, aut vigente, veluti ptiſana hordei colata, aut non colata pauca, & ins pulli, aut amygdalatum: ad finem verò ouorum vitelli, atque vbi fuerit inflammatio parua, ab initio. Potus aqua hordei, ventris lenificatio, clyſteribus ex aqua hordei & ſaccaro, & roſaceo, aut violaceo oleo, iniectis. Quies præmittenda, præſertim crurum, ſed brachia fricanda. Vbi vires conſentiant, & nulla ingens vacuatio ſanguinis præcedat, vena interna cubiti ſecanda eſt, & ſanguis per interualla ducendus: venarum autem quæ ſunt in cruribus ſectionem, in inflammationibus vteri factis, cúmque iam partem obſederunt, prodeſſe nouimus, non parum autem lædere ſi incipientibus inflammationibus pudendorum & vteri, quis crurum venas ſecaret. Pubem autem fouebimus oleo melino, aut roſaceo, & aceto. Aut palmulas in aceto elixas cum roſaceo, & melino malaxatas apponemus. Aut mala cotonea in aceto & roſaceo elixentur in emplaſtri forma: verùm ſi hæc non tolerat, roſaceum cum aceto ſuperponatur, ſordida lana imbuta. Aut ex ſucco plantaginis, & ſemperuiui cum oleo melino & roſaceo. Fouebimus pubem, vbi notæ eryſipelatis ſe oſtendant, aut ex ſucco ſolani, ſemperuiui, polygonij, vmbilici veneris, aut ex ſucco plantaginis, portulacæ, & pampinorum vitis: feruore verò inflammationis remittente, emplaſtra fient ex fœnugræco, farina ſeminis lini cum camæmelino, aut farina fœnugræci cum farina hordei, in aqua mulſa elixentur, & lana oleo calenti imbuta pectini admoueantur, aut ſuperponatur mucilago ſeminis lini, & fœnugræci cum oleo anethino & cera. Sedato feruore ex butyro, & oleo ſuſino, anethino, adipe gallinæ fotus fiunt, & cum cera, cerata. Peſſi verò ab initio ſubdantur, imbuti oleo roſaceo, melino, & gallinæ adipe, aut in aqua dulci tertiæ elixationis fœnugræci & ſeminis lini, addito anſerino, & gallinaceo adipe liquatis, hic peſſus optimus eſt incipiente morbo & vigente cum roſaceo, finiente cum œſyppo & oleo ſuſino, aut etiam nardino oleo & cera. Tumores vteri nonnunquam obdurantur, aut tales ab initio facti, aut poſt inflammationes, incipientibus, ſi nihil obſtiterit, ſanguis modicè detrahetur ſecta vena poplitis, aut malleoli, niſi magnam intellexeris ſanguinis copiam: tunc enim venam internam cubiti ſecabis. Deinde fotibus emollies duritiem ex oleo anethino, ſuſino, adipe gallinaceo, anſerino & cera alba, præterea fotus & peſſos conficies ex his, medullæ ceruinæ, bouinæ, & olei laurini ſingu. vnc. j. ſucci ebuli, mucilaginis fœnugræci vtriuſque vnc. ſ. olei ſuſini, adipis anſerini & gallinacei ſingulorum vnc. ij. ſimul liquentur & bulliant, ex his peſſos conficies, & partem linies, intus & extra. Idem efficies ex oleo nardino, ſuſino & cera, aut eiſdem addes ſtyracem, & galbanum. Aliud, olei laurini & nardini, vtriuſque vnc. j. adipis anſerini, adipis vrſi, pinguedinis porci, ſing. vnc. ſem. galbani, oppopanacis vtriuſque drach. j. ceræ vnc. j. miſce. Valent dialthææ, & vnguentum Agrippæ. Si verò tumor ſuppuretur, quod agnoſces pondere, rigoribus & febribus, ac pulſu, emplaſtra ſuperponantur ex caricis, reſina, & adipe gallinaceo: liniatur verò pars intus & extra ſuſino, & ſtyrace, atque œſyppo, & myrrha, & fiant inſeſſiones ex decocto pulegij, calaminthæ, & artemiſiæ, vt rumpatur, aut butyrum vaccinum cum adipe gallinaceo, & ſuſino infundatur, aut eiſdem irinum addes.

Vteri inflammati curatio.

Vteri abſceſſus.

De vteri vlceribus.

CAPVT XVI.

VLceratur vterus multis de cauſis, aut enim abceſſus erumpit, aut difficilè peperit, & obſtetricis imperitia, aut fœtus ſua magnitudine vterum læſit, aut in aborſu, aut in extractione fœtus mortui idem euenit, aut fluentibus menſibus acrioribus, ac valde calidis. Signa ſunt, dolor acris, & mordax, punctura, capitis dolores, & oculorum ad radices, qui etiam ad digitos manuum & pedum extenduntur, & ceruicem moleſtant, & in eum punctiones ſentiunt, & ſubitas totius corporis mutationes frigoris & caloris, & diſcurrentes horrores. Manat etiam nonnunquam per interualla fœtidum pus & praua ſanies, quæ exteriores ipſas partes exulcerat & erodit. Victus his conuenit qui exſiccet, & carnes aſſæ boni ſucci. Potus ſit aqua hordei, aut aqua radicis dulcis, aut aqua mulſa, & clyſteria lenientia, & quies. Si inflammatio vlceri iungatur, ſanguinis miſſio conueniet, ſed ſine ipſa corpus parandum aqua mulſa, & purgandum pilulis de agarico, aut ipſo agarico, aut electuario eleſcoph. in decocto origani & radicis dulcis. Deinde cum ſpeculo matricis quod dioptram appellant, vlcera inſpicienda ſunt, qualis, quanta, & quo loco ſita, & aqua mulſa iniecta abluentur, aut decocto Iridis, aut decocto ariſtolochiæ, aut lacte aſinino, aut caprillo: ſuccus verò plantaginis ſolus iniectus plures ſanauit. Quòd ſi dolor vexauerit fœminam, adeps anſerinus liquatus cum pari menſura roſacei inijcietur. Rurſus decoctum roſarum, myrrhi, & aluminis cum croco conuenit, & ſæpe his abluatur vterus, & peſſi ex roſaceo cum puluere ariſtolochiæ immittantur, & linamenta concepta ſæpe munda reponantur oſtio vteri, & aqua roſacea & ceruſa interim eædem partes irrigentur, & linamenta eiſdem imbuta admoueantur. Vlcera verò depaſcentis curat lac aſininum, aut equinum iniectum, & puluis radicis iridis cum lacte, aut inſperſus ſolus: idem facit ariſtolochia cum lacte aut aqua mulſa, aut lupinorum amarorum puluis ſolus, aut cum melle ad peſſuli formam ſubdatur. Vnguenti quoque de tutia parum cum lacte infundere præſtantiſſimum eſt, aut alumen, thus, & myrrham cum lacte aſinæ, aut ſucci plantaginis vnc. x. mellis roſati vnc. ij.

Ab his autem medicamentis quæ validè mordent & eſcaras generant, abſtinendum eſt.

***

Vteri vlcera.

Vteri vlcerum curatio.

Vteri vlcerum depaſcentium curatio.

De clauſura vteri.

CAPVT XVII.

Vteri clauſura.

VTeri clauſura, ſiue oris vteri compreſſio, quam Græci φίμον vel φύμωσιν appellant, aut poſt exulceratio- nem fit, plus æquo adiunctis partibus, aut ob ſcirrhoſum affectum obdurato & calleſcente ore vteri, quamobrem aut vterus ſemen non concipit, aut vbi conceperit mortis fœtus & matris periculum imminet. Notus morbus eſt viſu & tactu. Cuius curatio emollientibus perficitur, tum peſſis, tum inſeſſionibus, tum cataplaſmatis. Peſſi fiant ex lana, aut coto imbuti oleo ſuſino & œſippo, aut axungia anatis, axungia gallinæ, & medulla ceruina, aut medicamento dialthæas cum oleo laurino, & œſippo, aut fiat emplaſtrum ex farina ſeminis lini, fœnugræci, oleo laurino, dialthæas & ſale. Aliud, reſinæ terebinthinæ vnc. j. axungiæ gallinæ, olei ſuſini vtriuſque vnc. ij. bdellij, ammoniaci, vtriuſque drachm. ij. cum melle fiat linimentum, aut cum cera ceratum, inſeſſiones fiant ex hydrelæo, aut ex decocto maluarum, fœnugræci, & ſeminis lini. Si malum inueterauerit, ex odoratis ſuffimenta fient.

De ſterilitate.

CAPVT XVIII.

Sterilitatis differentia.

STerilitas quandoque viri defectus eſt, quandoque fœminæ: vir etenim aut teſtibus caret, aut genitali, aut id ſex digitorum longitudinem non attingit, quæ menſura ad ſeminis intra vterum protectionem ferè ſemper expoſcitur, vel ſunt ὑποσπαδίαιοι, hoc eſt, ſubuulſi, qui ſemen recta proiicere nequeunt. Aut quoniam ob frigidam intemperiem ſemen pauciſſimum & infœcundum generant, aquoſum & frigidum, aut craſſum valde, aut ob nimiam caliditatem torrefactum. Obeſi præterea infœcundi fiunt, & nimium graciles, & qui genitale erigere nequeunt, aut ſeminis meatus occluſus eſt carne, aut cicatrice. Viros ad venerē, & prolis propagationem ineptos ſuprà cap. 5. curare docuimus, ſed teſtium calorem ob quem ſemen torretur, curant refrigerantia lumbis & teſtibus admota. De fœminarum verò ſterilitate modò agemus, fiunt autem ſteriles ob vteri & teſtium intemperiem, calidam, frigidam, humidam, aut ſiccam, & cum humore, aut ſine ipſo. Morbi quoque inſtrumentarij conceptionem impediunt, vti breuitas vteri, aut anguſtia, aut laxitas, aut diſtortio, craſſitudo, aut gracilitas eiuſdem, oſculi anguſtia, aut clauſio, cicatrice poſt vlcera genita, aut membrana obcæcato meatu, aut nimia eius amplitudo: vlcera quoque & tumores, menſium ſuppreſſiones, & profluuia, & aliarum humiditatum, conceptionem impediunt. Violenti concubitus inualidi ad conceptionem ſunt, inquit Aetius: amor verò ad prolem generandam conducit, ſicuti & maris ac fœminæ pulchritudo. Ætas verò puerilis impedit, aut ſi conceperint non ſperatur tutus partus matri, aut proli. Quamobrem ante decimumoctauum annum abſtinebunt puellæ à venere, niſi corporis proceritatem habeant, lumbos latos, pectus anguſtum, nates prominētes, & manus latas: tunc enim 17. anno licebit, talis enim forma ad procreationē aptior eſt. Vteri frigiditas agnoſcitur ex menſium ſuppreſſione, aut eorundem paucitate, aut craſſitudine, aut ſeroſitate, ſi cedat humiditas, pubis ſtupor, de ſignis frigiditatem oſtendentibus eſt, & earum partium frigiditas, atque fœmorum & lumborum. Hæc vbi increuerit, Veneris appetentiam tollit, & vteri os contrahit. Si tamen humiditas accedat, laxabitur, & aquoſi erunt, decolorati menſes, ac copioſi, & contraria ſiccitatem oſtendunt, calor vteri agnoſcetur ex pilorum copia, calore partium ventris inferiorum & lumborum, ſanguinis menſtrui pallore, & calore, & ad venerem promptitudine. Qui itaque voluerint prolem procreare, ante alia conuenienti victus ratione vtantur oportet, boni ſucci cibis, de quibus ſunt turtures, perdices nouellæ, teſtes gallorū, coturnices, paſſerculi, phaſiani, pauones iudi, & gallinæ, vinum ſit dulce, modicè validum, vitēt autem aquam, vtantur in cibis, nucibus, amygdalis, granis pini, eruca, & ormino, vitent quæ vrinam mouent & propriè vretica appellantur, & menthам, & calaminthам, quia ſemen languidum efficiunt, & rutam quæ ſemen corrumpit, ſed ſi non purgentur probè, cibos miſcebimus qui menſes adiuuent attenuatione, vti apium, ſmyrnium, gingidium, ſcandix, & odorata. Paſtinaca verò aſſa, & vino madefacta vtilis eſt, & cardui radix: impinguantia vitent, & extenuantia, & à purgatione menſtrua coëant: id enim aptiſſimum tempus eſt cùm primùm purgata manſerit fœmina. Abſtinebunt à validis motibus & exercitationibus quæ ſanguinem & ſemen abſumunt. Frigidam vteri intemperiem curabimus oleo nardino, anethino, laurino, oleo de ſtyrace, quibus pubes & lumbi liniantur, & fœmina, aut ex eiſdem quædam vtero iniiciantur, & peſſi fiant ex myrrha & galbano, aut fotus fiat ex oleo amaracino, oleo de ſtyrace, cum myrrha, & caſtoreo, aut ex vino in quo calamintha & pulegium bullierint & acori radix. Acorum quoque conditum accipient, aut diacuminum, aut carui, aut dragetam ex ipſo pulegio ſicco, & pauco pipere. Bibere autem caſtorei ſcrup. ſem. cum vino prodeſt. Calidam vteri intemperiem refrigerantibus curamus, lactucis, cucurbitis, portulaca, aquæ potu, aut vini albi pauciferi, balneis etiam aquæ dulcis, ſomno & quiete. Lumbos autem fouere roſaceo, aut oleo nymphææ conuenit, aut vnguento roſato linire, aut peſſum indere ex oleo nymphææ cum ſucco portulacæ, aut ſucco ſolani, lactucæ caules ſaccaro conditæ ſumendæ ſunt. Humida vteri intemperies rarò ſine humore eſt, ac perinde ante alia corpus purgandum eſt, & vomitu à cibo vtantur, exercitationibus & frictionibus, præſertim partium ſuperiorum, aues edent aſſas, vti perdices, & montanos paſſerculos, atque turtures, & vinum fuluum bibent, modicè auſterum. Pubes verò foueatur oleo nardino, & anethino, aut vino in quo bullierint calamintha & pulegium, aut inſeſſiones ex eiſdem fiant, aut quædam modicè adſtringentia in vterum fundantur, vti cumini, carui, aniſi decoctum, cum balauſtiis, & roſis. Sicca intemperies balneis aquæ dulcis curatur, & ex eadem factis inſeſſionibus. & iniectione intra vterum olei ſuſini, aut amygdalarum dulcium, aut lactis, lac quoque bibendum datur, & vini diluti potio. Si verò præter intemperiem malorum humorum adfuerit redundantia, eandem pro cacochymiæ ſpecie purgare conuenit, ante reliquam curationem. De vteri clauſura & reclinatione ſuprà docuimus vt curari debeant, ſic etiam clauſionem curabimus & inflationem:

Sterilitatis ſigna.

quæ

quæ verò hiantem habent vterum, nec ſe ad ſeminia retentionem colligunt, adſtringentibus egent, vti auſtero vino, in quo bullierint roſæ, balauſtium, & myrrhi folia.

De conceptionis notis.

CAPVT XIX.

Conceptionis notæ.

Signa conceptionis ex Aëtio hæc ſunt, ſi à coitu vterus colligitur, clauditur & ſiccus eſt, ſi à pudendo recedit, & ad ſemen retinendum & amplexandum mouetur, ſemen non excludunt, ſed horrores ſentiunt, moderatus quidam dolor circa pudendum & vmbilicum accedit, os pudendi aridum eſt, & vteri os, vt Hippocr. dixit, comprimitur ſine tumore, aut inflammatione, & ſurſum trahitur, veneris appetentia languet, menſes ſupprimuntur, citra moleſtiam, venæ pectoris liuent, & mammæ intumeſcunt, & lac habent, temporis progreſſu pallent oculorum cauitates, nigræ fiunt maculæ in facie, & lentigines, colli pars anterior calidior, poſterior frigidior apparet, ſi appetant acida, ſalſa, & picam pati incipiant, aut ſecundo & tertio menſe ipſam patiantur, ſi os nimium madeſcat. Hæc appellant Hiſpani conchentos. Ad motus torpor, & effœminatus fit aſpectus, color albidior, aut pallidior fit, & circa conſuetum purgationis tempus mammæ intumeſcunt, toto corpore, ac lumbis grauantur: vrinam calidiorem excernunt, & menſium ratione vterus incaleſcit, & vrinæ ſtillicidium quibuſdam euenit ab initio conceptionis. Præter ea Hippocrat. aquam mulſam dormituræ bibendam præbet, atque ſi concepit tormina, inquit, ſentiet: ſin minus, non concepit. Accedunt etiam quibuſdam ſomni grauiores, & longiores, atque inſomnia terribilia, timoris plena, ob quæ excitantur ſubitò, & clamant, atque è lecto exiliunt, & ventrem vulneratum iri ſuſpicantur ſomniantes. Accedit temporum ſaltus, atque arteriarum quæ ſunt in collo, palpebrarum grauitas. Aliis primo menſe nonnihil ſanguinis purgatur ab vtero, aliis minimè.

De pica ſiue malacia.

CAPVT XX.

Pica ſiue malacia.

Pica ſymptoma eſt ad animalem facultatem ventriculi attinens, ſiue vitioſus appetitus. Euenit autem frequentius fœminis vtero gerentibus, ſecundo aut tertio menſe, atque appetunt carbones, terram, gypſum, aut teſtas. Cauſa eſt retentio ſanguinis menſtrui, atque occurſus eiuſdem ad ventriculum, qui mutat eius temperaturam. Cęterùm cùm ſanguis pituitam habeat mixtã, atque hæc cum ſanguine corrumpatur, ſi in ſalſam mutetur, aut aliam corruptionem, & putrilaginem aſſequatur, diuerſarum rerum appetitus fiet, ac perinde pica dicta

Pica quare dicta.

eſt, quoniam quemadmodum auis eius nominis diuerſis arborum generibus inſerit, ita & fœminæ quæ hoc ſymptoma patiuntur, diuerſos cibos appetunt, aut quoniam hæc varios quoque appetit cibos & prauos. Notus morbus eſt ex accidenti prædicto, præterea accedit multa in ore ſaliua, ſtomachi imbecillitas, ciborum auerſio, bilis ac pituitæ vomitiones, quibus melius habent. Victui

Pica curatio.

conuenit exiccans, vti carnes aſſæ & acida liquamina, paucus potus vini fului & auſteri, dulcia vitent, & ciborum copiam. Diuerſitas autem eorum procuranda, tum vt aliquid accipiant, tum vt ex variis cibis aliquem eligant. Exercitationibus vtantur quæ ſibi conueniunt, neque valde laſſentur. Prima menſa olluas ſale, & aqua conditas accipient, aut vti à nobis condiuntur, ſale, aqua, origano, foliis lauri, & corticibus limonum, aut capparis cum aceto & ſale, aut capparorum germina eodem modo parata, aut mala perſica arida, quæ Hiſpani oreiones appellant, aut amygdalas auratas, aut cichorium, aut endiuiam cum aceto, aut ius pulli accipient elixi cum malis cotoneis, aut pyris auſteris, aut eidem iuris ſuccus mali punici, aut ſuccus vuæ acerbæ, aut ſuccus pampinorũ vitis inſpergatur, quæ terram appetunt amylum recens accipiant, valet etiam ſucci portulacæ drachm. ſem. aut ipſa portulaca manſa, aut polygonij ſuccus, aut endiuiæ. Verùm ſi prauorum ſuccorum redundantia magna fuerit, vomitus concitandus aceto mulſo, in quo raphanus per noctem maduerit, aut venter purgetur rhabarbaro cum nardi ſpica. Deinde ſyrupum de mentha compoſitum, cum aceti mulſi parte media bis in die bibendum dabimus, aut ſyrupum de ſucco perſicorum. Ventri autem palmulæ cum aceto elixæ ſuperponentur, aut miloplacenta cum poſca malaxata, aut oleum melinum cum aceto, aut melinum & nardinum cum aceto, aut hæc eadem cum vino auſtero aceti loco. Aquæ verò calidæ non valdè potus humorum prauitatem moderatur.

De aborſu.

CAPVT XXI.

Aborſus cauſa.

Nouimus quàm plures fœminas tertio à conceptione menſe aborſum facere, & rarò, aut nunquam fœtum ad integritatem ſeruare: cuius ſymptomatis cauſæ magna ex parte ſunt mucores laxantes & emollientes acetabula, aut forte nimia humiditas relaxans acetabula, & vteri os, & facultatem retentricem imbecillitans. Quas tutius foret antè quàm conciperẽt præparare, quàm conceptionis tempore eaſdem turbare auxiliis. Cæterùm expedit dum laborant curatione vti & remediis nutrientibus. Victus conueniens exſiccans eſſe debet, qualis cap. præcedenti traditus eſt. Exercitationes conueniunt, & frictiones, & balnea aquarum ſponte calidarum. Curatio verò corpus præparans ad conceptionem à totius corporis vacuatione incipiet, vbi prius aqua mulſa, aut ſyrupo de quinque radicibus ſine aceto paretur. Purgatur autem probè ante conceptionem electuario Eleſcoph. in decoctu origani, & calaminthæ, aut pilulis aureis. Conceptionis tamen tempore agarico purgantur facilè, aut elect. diaphœnicon pauca quantitate. Deinde vterus ipſe expurgandus eſt peſſis, ſuffitibus, & illinitionibus. Peſſi itaque fient ex melle toſto, & cumini puluere, aut ex lana carpta imbuta oleo laurino, aut irino, aut vino in quo per noctem maduerit colocynthis. Suffiatur vterus odoratis ſæpius, & vteri os liniatur oleo irino, nardino, anethino, laurino. Aut fundantur intra vterum vinum & myrrha, aut vinũ in quo balauſtium & roſæ bullierint, ad imbecillitatem retentricis.

Pituitam verò purget vinum in quo agaricus per noctem maduerit. Optimum quoque remedium Aëtius tradidit cùm inquit: colocynthidem magnam ſupernè incidito, & ſeminibus eiectis, ac demiſſa medulla oleum irinum infundito, & cum deſecta particula colocynthidem operito, & per diem ac noctem madeſcere ſinito, deinde feruenti cinere coquito, & oleum excolato, & in vterum inicito, deinde puluis baccarum lauri cum vino, aut oleo anethino vtero admouentur, aut ſuſinum oleum cum myrrha & ſtyrace, aut Galla, cum galbano in irino oleo liquato. Lapidem aquilæ geſtare brachio ligatum conuenit. Experimẽto tamen noui valere lapidem cunei modo inſertum ilici, vbi collo appenſus geſtaretur. Fit autem ſæpe vt fœminæ aborriant ob motum corporis vehementem, & & ſaltum, aut ob ictum, aut cibi alicuius deſiderium, aut ob vteri intemperiem, aut ob alimenti defectum, & magnam aliquam vacuationem, præſertim ab vtero, aut fœtus mortem, aut flatum vtero incluſum. Cauſas ſanè prægreſſas vitare oportet, debita victus ratione vti, & languentes alimento reficere, & morbos vteri, vt ſuprà diximus, curare.

De extractione fœtus mortui & ſecundæ.

CAPVT XXII.

Fœtus mortui cauſa.

FOetum educere ab vtero multis de cauſis ante tempus partus conati ſunt maiores noſtri: nam cum puella, aut adulta, ſed parua concipiebat imminente ex fœtus magnitudine periculo mortis, geſtationis, & partus tempora præueniebant remediis aborſum mouentibus, quod noſtra religio facere prohibet. Neque enim licet interficere quempiam. Verum mortuum iam fœtum arte conandum, vt celerrimè educant. Moritur autem ob alimenti defectum, aut eius malitiam, aut plethoram ob quam ſanguine impletur fœtus, aut ſolutis acetabulis ſaltu, aut ictu, aut tuſſi, aut ſternutatione, aut humiditate nimia laxatis, aut bibitis medicamentis quæ validè menſes prouocent, aut poto amarorum, aut nimia inedia præcedente, ſanguinis miſſione, aut purgatione. Fœtus mortui ſigna ſunt quæ dicemus, fœtus etenim non mouetur, ſed decumbente fœmina in latus, in id deuoluitur ac decidit, grauat etiam plus quàm ante mortem, & mammæ extenuantur, aut altera ſi è duobus alter mortuus ſit, atque eundem abortiet. Humiditates exeunt ab vtero gerentis, languet, & albicat, & molleſcit, & ipſa ſegnis fit, caput dolet, oris fœtor ſequitur, palpebrarum inflatio, viſus tenebroſitas, ciborum inappetentia, & iam putreſcente fœtu ichores manant ab vtero, tempora pulſant, malæ rubent, febres excitantur, & horrores, ſitis, atque turbulenta inſomnia. Similia his accidunt ſi poſt partum aut aborſum ſecunda retineatur. Quod fit ob dolorum vehemẽtiam retracto ac veluti conuulſo vtero, ſic ſecundam colligente, ac comprehendente, vt neque ſecundam expellat, nec eandem permittat extrahere: hæc verò ſymptomata valida ſunt, & breui à partu aut aborſu concitantur detenta ſecunda. In fœtus mortui eductione prodeſt inſeſſio in decocto fœnugræci, maluarum & ſeminis lini, aut ex eorundem decocto pudenda fouere, aut vaporem prædictarum herbarum & rutæ per infundibulum recipere. Aut cum vngula aſini ſuffiatur

Fœtus mortui ſigna.

per infundibulum, aut idem fiat cum capite ſardinæ ſalitæ, aut gagate lapide, atque os vteri inungere oleo ſuſino, & anethino conuenit. Præterea galbani, & belzoini, vtriuſque drach. ſem. in oleo irino liquentur, in quo peſſus madeſcat & immittatur, aut decoctum colocynthidos per metrenchitem infundatur. Præterea ſpicæ nardi, cinnamomi, rutæ, ſingulorum drachm. j. myrrhæ drach. ſem. accipiat drachm. j. ſem. cum decocto ſabinæ, aut rubeæ. Aliud, pulueris ſabinæ, aſari, myrrhæ, ſingulorum drachm. ſem. bibantur in decocto gentianæ, & rubeæ: id verò non tantùm fœtum educet mortuum, ſed etiam ſecundam. Educit quoque ſecundam theriaca diateſſaron, & ſternutatoria, ſed cùm commouentur, nares & os apprehendemus, cum Hippocr. id docente. Aut peſſi fiant madefacti in decocto cucumeris ſylueſtris, aut in oleo irino, & ſucco cucumeris prædicti, aut fiat puluis ex ariſtolochia, ſtaphide agria, elleboro nigro, & colocynthide æquis portionibus, & parum eius inſpergatur peſſis, qui prius imbuantur oleo anethino, aut ſuſino. Aut peſſus infundatur in ſucco cucumeris ſylueſtris, & felle tauri æquis portionibus. Vteri verò os linire vnguento tetrapharmaco confert. At verò ſi ſecunda apparuerit, obſtetrix illitis manibus oleo irino ipſam molliter tractando ſenſim educat, nunc in dextram, nunc in ſiniſtram partem, nũc recta ipſam trahens, cauens ne diſrumpatur. Quòd ſi neque per hæc cedat, non decet cum violentia ipſam trahere: natura etenim ſolet eam excludere, cùm putreuerit, aut cùm flacceſcere & tabeſcere cœperit, ſed interim dum non concedit, femori pars excluſa ligabitur, ne recurrat, & os vteri oleo ſuſino, de ſtyrace, & amygdalarum dulcium liniatur, vt laxatum tractioni cedat.

Nota.

Secundæ eductio.

De partu difficili.

CAPVT XXIII.

Pariendi tempus.

PAriendi tempus fœminis vtero gerentibus naturale eſt, cùm fœtus ad eam peruenerit magnitudinem, vt ei deſit in vtero alimenti copia, ſiue boni ſanguinis abundantia, tum etiam dum cordis calor, qui antè multo humore ſopitus iacebat, in tãtum increuit, vt ventilatione magna egeat, & refrigeratione, qualis inſpiratione frigidi aëris fit. Eo ſanè tempore in lucem exire contendit, ac calcitrat, & acetabula diſrumpit. Per id quoque tempus os vteri aperitur, quod antè concluſum adeò erat, vt neque ſpecilli acumen caperet, accedit etiam vteri facultas expultrix quæ id quod grauat, moleſtat, & dolorem infert, extrudere conatur. Eſt id tempus nouem menſium ſpatium, quo manet ac perficitur fœtus in vtero, & in lucem procedit, ſed id tempus decem mẽſium ab Hippoc. dicitur, qui decem menſes lunares, 28. dierum numerat, quod ſpatium tempus menſtruationis fœminarum eſt, ſequitur autem partus tempora menſtruorum. Decimeſtres autem partus Hippoc. lib. de octimeſtri partu, ſeptem quadragenariis dierũ in lucem edi dixit, atque eoſdem educari, ſunt autem hi ducenti octoginta dies, nouem verò menſes qui à nobis 30. dierum, aut 31. numerantur, ſunt dies ſupra 270. in quibus decimeſtres partus ab Hippocr. dicti, ferè perficiuntur, ac ſunt apud nos nonimenſes partus, ipſius decimeſtres, non enim ſemper attingent vltimum diem de ſeptem quadragenariis. Iam verò naturalis partus

Partus decimeſtres.

accedens

accedens difficilis redditur, ratione matris, aut fœtus, aut ſecundarum. Cùm enim hęc ad partum ſint neceſſaria, vbi aliquod horum à natura receſſerit, partus ea de cauſa vitioſus ac difficilis reddetur, ſic etiam ſi externa cauſa præter naturam acceſſerit. Ex matre quidem ſi ipſa obeſa fuerit, aut languida, aut timida, aut dolorum impatiens, & inexperta, aut anguſtum habet os vteri, aut obleſum inflammatione, aut vlcere, aut rhagadiis, aut in recto inteſtino vlcus, aut tumorem, aut duram fæcem habuerit, aut ob morbum in veſica, aut in muſculis ventris, aut quia conatur ante tempus parere. Fœtus verò partum difficilem efficit, magnitudine corporis aut capitis, aut ob imbecillitatem, aut quia mortuus eſt, aut ob figuræ deſcenſus prauitatem, expedit enim vt manibus ad genua conuerſis, capite recta ad os vteri deſcendat: hæc enim eſt naturaliſſima figura, hanc ſequitur vbi in pedes conuertitur, aliæ omnes præter naturam ſunt, aut ob paruitatem, ob quam non apprehenditur, aut ob fœtuum numerum, vni etenim ſunt quinque & ſeptem, retulit quoque mihi vir fide dignus ſe vidiſſe Valentię fœminam quæ vno partu peperit ɪa. Secundarum autem ratione, quoniam duræ ſunt, & difficile admodum rumpuntur, aut ob mollitiem adeò facilè, vt ſeroſus humor ante partum totus effluat, deinde areſcat vterus pariendi tempore. Cauſa externa eſt nimia frigiditas conſtringens, aut ſiccitas, aut calor diſſoluens, atque imbecillitans. Signa cauſarum externarum nota ſunt, aut ex tempore, aut relatu haberi poterunt: fœmina ſimiliter an obeſa ſit facilè conſtat: languorem oſtendunt præcedentes morbi, aut vacuationes, aut animæ accidētia, ſic & ſi timida, aut impatiens fuerit. Anguſtia oris vteri tactu conſtabit, reliqui autem morbi vteri ex notis, ſuis capitibus traditis. Sicuti & noxæ inteſtini recti, veſicæ, aut ventris. Tempus prætetea definitum eſt partui. Fœtus languidus agnoſcitur ex præcedentibus morbis matris, & ex tardo ac difficili motu: mortuus autem, quia nō mouetur, & ex accidentibus ſupra narratis. Magnitudo ex ventris mole, & parentum magnitudine. Figura ab obſtetrice tactu prehenditur, vt capitis magnitudine. Secundarum duritiès pariter tactu, & quoniam conante fœmina abundè, & fœtu exiſtente ſano, non ſuccedit partus. Areſcit autem vterus delapſa aqua quæ in allantoide continebatur, atque conſtabit facilè an effluxerit. Si fœmina languida fuerit, roboranda eſt alimentis: ſi obeſa, adiuuanda digitis obſtetricis oleo ſuſino calenti illitis. Si morbum aliquem de prædictis vteri, veſicæ, ventris, aut inteſtinorum patiatur, his tempeſtiuè obuiandum antequam partus tempus accedat. Timidæ exhortandæ ſunt, & admonendæ, & adiuuandæ: non tamen ante tempus. Cùm enim dolores primum ſentire cœperunt, deambulatione vtantur, donec os vteri hietat: tūc enim ſedebit, aut in ſede molli, & elatiori, ita vt parum recto corpore ſedeat, aut ſuper genua viri valentis qui eandem firmam teneat, cui etiam ipſa innitatur, aut vt aliæ faciunt, in lecto decumbat parum erecto corpore, aut in ſede anteriori parte caua. Obſtetrix verò nō ſtatim manum admoueat, ſiquidem id ante tempus aggreſſæ dolores cōcitant maiores, & longè à partu. Verùm ſi iam hiante vteri ore, & fœtu ad exitum accedente, ob magnitudinem corporis aut capitis tardetur, linimentis vteri os laxandum eſt, nempe oleo ſuſino, amygdalarum dulcium, & de ſtyrace, quibus illitis manibus obſtetrix leniter os vteri dilatabit, ſic & vbi anguſtum fuerit. His quoque atque ſiccitate laborantibus conueniet fotus ex decocto maluarum, fœnugræci, & ſeminis lini, & intra vterum parum eius cum oleo amygdalarum dulcium, aut ſuſino infundere. Si fœtus vitioſa figura deſcendat, manibus obſtetrix conuertat corpus infantis donec in caput vertat, & digitis comprehenſis humeris ipſum iuuabit, ſine violentia. Si plures fuerint ac ſimul acceſſerint, eum qui propinquior eſt, iuuabit, alterum verò reducet, atque conuertet, & vtrique modo dicto viam parabit. Si ſecunda ob duritiem non rumpitur, digitis lanianda eſt. Si humor effluxerit, & vterus areſcat, humectandus eſt decocto fœnugræci, aut decocto maluarum, & oleo ſuſino: ob cauſas externas expedit aërem attemperate & viam emollire. Partum præterea difficilem emēdant decoctum cinnamomi, aut decoctum cicerum, aut ſabinæ, aut ſedeat in decocto fœnugræci & calaminthæ, vſque ad vmbilicum, aut peſſus ex ſtyrace & gallinę axungia immittatur, aut partes oleo de ſtyrace & ſuſino foueantur.

Partus difficilis cauſa.

Partus difficilis ſigna.

De articulorum morbis.

SECTIO XI.

De coxarum dolore.

CAPVT I.

COXÆ dolorem, aut coxendicis, Grçci ἰσχιὰς, & eo morbo laborantes ἰσχιαδικοὺς appellant, & Hiſpani à dolore coxæ eoſdem nominant coxos, Latinos imitantes, Græcam autem vſurpantes vocem ciaticos. Huius mali cauſa eſt craſſus ac lentus humor in coxendicis articulo infarctus, cuius generationem antecedunt quies longa, cruditates, menſium aut hæmorrhoidarum retentio, aut alterius magnæ aſſuetæ vacuationis, vt fluxus ventris, aut vomitus, frequens quoque coitus id mali ſæpe adduxit, incipit autem à lumbis, ſæpe ab ipſa coxa, & conſentiunt inguina, & femora, & nonnunquam crus, & pes eius lateris in quod ſæpe malum deſinit, humore tranſlato. Morbus notus eſt. Dolor enim vexat partem natis prominentiorem, & reſpondentem in inguine partem, & quandoque femur, & crus. Victus conuenit exſiccans, vt carnes aſſæ, quæ bonum ſuccum, tenuem, non multum præſtent, aqua cinnamomi, aut aniſi, mediocris exercitatio, deābulatio, frictio, balneum aquæ ſponte calidæ. Ventrem verò clyſteribus emollire atque irrigate expedit. Curationem incipiemus conſiderata prius corporis diſpoſitionę, an plethora, an cacochymia adſit. Quòd ſi plethora adfuerit, ſanguinem mittemus ſecta vena interna cubiti, incipiente affectione: ipſa verò inueterata venam poplitis aut malleoli eiuſdem cruris ſecabimus. Hanc eandem ſecare oportet adhuc incipiente malo, ſi menſes retenti fuerint in cauſa, aut hæmorrhoides. Præſente verò cacochymia craſſos ac lentos humores purgationi parabimus, aceto mulſo, aut aqua mulſa cum decocto origani, aut pulegij. Deinde corpus purgabitur pilulis aureis, aut fœtidis, aut de hermodactylis minoribus. Expedit quoque vomitum à cibo frequenter mouere, cum raphani decocto, aut ſeminis eius, aut cum aceto mulſo in quo per noctem raphanus maduerit. Clyſteria acria in hoc morbo vtiliſſima ſunt ex decocto calaminthæ, pulegij, origani, melle, & ſale, qui-

Coxa dolor.

Coxa doloris curatio.

Digitized by Google

bus addemus hieram diacolocynthidos. Aut ex decocto centaurij, abſynthij, & lupinorum cum oleo rutaceo, melle, & multo ſale. Aliud, ſaluiæ, ſtœcados, & chamæpytios, ſing. manip. j. polypodij vnc. j. ſeminis aniſi, fœniculi, & anethi, ſingu. vnc. ſ. bulliant in libris ſex aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, reſiduum ſeruetur ad clyſteria, quæ conficientur addito melle, ſale, & benedicta, aut hiera diacolocynthidos. Aut fiant ex muria piſcium & melle, atque oleo rutaceo, quę valida admodũ ſunt, & breui prodeſſe vidimus in non paucis. Conducunt etiam cucurbitulæ cum ſcarificatione abundante ſanguine in parte affecta: aliàs fiãt cum multa flamma, hæc præuacuato corpore, quemadmodum & reliqua remedia localia. Quæ etenim repellunt, nullatenus conueniunt, quoniam humorem impingunt in loco. Quæ tamen diſcutiunt ante corporis vacuationem ad partem plus adducunt, quàm ab ipſa diſſoluant. Opportunè igitur adhibita quæ humorem diſcutiunt, optima ſunt, quæ pro loci ſitu valentia eſſe debent. De his eſt fotus ex oleo rutaceo adhibitus, aut ex lixiuio & ſale, aut nitro, aut ex rutaceo & galbano linimentum: liquetur autem galbanum acero. Aut calamintha, pulegium, meliloium, ruta, anethum, centaurium, & roſmarinum in aceto bulliant, & eo calenti, ſpongia frequenter pars foueatur. Aut emplaſtrum ſuperponatur, quod recipiet farinæ erui, farinæ lupinorum, cachryos, ſingulorum vnc. j. ſ. radicis ireos, ariſtolochiæ, ſtaphidis agriæ ſingulorũ vnc. j mellis & aceti, vtriuſque vnc. iiij. Aliud, cachryos, radicis ireos, foliorum rutæ, ſing. vnc. j piperis drachm. j. pirethri drach. j. ſ. ſulphuris drach. ij. omnia triturentur, deinde accipe galbani, oppoponacis, ammoniaci, ſing. drac. j. liquantur in aceto, & omnia ſimul cum reſina terebinthina ad emplaſtri formam conficiantur. Ex his quoque dropaces fient, ex reſina, galbano, ammoniaco, additis pipere, euphorbio, & ſulphure, aut loco eius vini fæcem addimus. Validum emplaſtrum fit ex radice cucumeris ſyluestris in aceto elixa, deinde cum adipe porcino malaxata. Fiunt etiam emplaſtra ex ſtercore columbino, ficubus, & aceto mulſo, ſic, ſtercoris columbini vnc. iij. ficuum vnc. j. farinæ cachryos vnc. ſ. mellis & aceti vtriuſque vnc. iij. huic addimus ſtaphidem agriam. Aliud, ſinapis vnc. j. cachryos, farinæ erui, vtriuſque vnc. ſ. piperis drachm. j. cum aceto & melle miſceantur ad emplaſtri formam. Aliud, vnguenti marciati, quod alij appellant marcianum, vnguenti Agrippæ, vtriuſque vnc. j. olei rutacei vnc. ij. galbani in aceto liquati drachm. ij. euphorbij drachm. ſ. pirethri, ſtaphidis agriæ, vtriuſque drachm. j. reſinæ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum. Hæc medicamenta veſicas inducunt, & humorem purgant. Ex adurentibus eſt lepidium, ſiue agriocardamum, quo vtimur ad emplaſtra, in hunc modum, folia agrio-
Nota. cardami, aut radices cum adipe ſuillo contunduntur ad emplaſtri formam, & loco dolenti ſuperponitur, tandiúque permittitur donec pars nigreſcat, aut liueat, deinde ſemoueatur, & loco eius galbanum in aceto liquatum cum oleo irino, aut cyprino ſuperponatur. Poſtremo loco in huius morbi curatione ſuccedit manus opera: candenti etenim ferro cruſtas inducimus tribus in locis circa articulum, & diu ſeruamus vlcera.

De articulari morbo atque podagra.

CAPVT II.

ARTICVLARIS morbus Græcè ἀρθρῖτις dicitur, eſt autem morbus ſic *Articularis morbus.* propriè appellatus, dolor articolos infeſtans, nullum autem ſtatutum habet articulum, quem ſemper infeſtet, ſed nunc vnum, nunc verò alterum, aut plures ſimul. Cùm verò dolor articulos pedis infeſtat, podagra, cùm articulos manuum, chiragra dicitur. Nonnunquam verò incipit à loco vno, & deinde plures deprehenduntur malo, & manus, & pedes, & genua, & cubiti, & genę, & guttur, & ceruicis vertebræ, aut coxendix, quæ iſchias dicitur, de qua cap. præcedenti. Morbus hic ex defluxione generatur, ac *Articularis cauſa.* ſolet per circuitus inuadere, vt vere & autumno frequentius, quandoque etiam aliis temporibus, cùm videlicet in tranſmittente particula ea copia abundans, humor qui morbum facere ſolet, congeſtus eſt, vt cogatur ipſum in partem tranſmittere imbecilliorem. Hæc verò eſt aliquis articulorum corporis, aut plures ex eis. Sunt autem imbecilles, aut ex propria natura, quod euenit his quibus morbus eſt hæreditarius, & aliis non paucis: ſed ſunt quibus tempore tales redditi ſunt, nimio motu, aut longa quiete, aut poſt longas & valentes exercitationes ſubitò ſe ad otium transferentibus, quales ſunt qui in iuuentute laborarunt, accepta verò mercede aut multa conquiſita pecunia, in ſenectute otiantur, plus æquo, cęteri baccho & veneri indulgentes. Has ſanè putamus cauſas eſſe ob quas diuites laborant podagra præ aliis. Morbus hic difficilè curatur, & in quibuſdam curari nequit. Cauſa eſt, quoniam articulorum natiua laxitas, & imbecillitas quorundam emendari non poteſt. Si verò tempore facta fuerit, nonnulli ſanantur, quos ego noui, alij verò, vt Areteus inquit, ab initio referẽtes morbum in cauſam aliquam externam, vt calciamenti attritum, aut longum iter, aut plagam, antequam remedia tentent, morbus augetur, & remedia non admittit. De cauſis eſt vſus ciborum quibus calida aromata, medicamenta, & mel miſcentur, quæ cibos non integrè confectos ad articulos deducunt, vinorum validorum potus, vti vini à ſancto Martino, equitatio frequens, præſertim ſuſpenſis pedibus, frigidæ inaſſuetus potus, regio valde humida, & talis habitatio, dimiſſio vacuationis conſuetæ. Eſt quoque aſſueta ſeminis vacuatio conſideranda. Ictus quoque id mali adduxit, & prolapſus, & animi perturbationes. Generatur itaque morbus vbi aliqua humoralis cauſa in corpore redundauerit, aut ob malam viuendi rationem, aut fortè vbi non multus eſſet humor occaſio id præſtare valuit. Tũc etenim humor in articulum prorumpit, & copulas diſtendit, ac neruis & muſculis proximis dolorem infert. Eſt tamen proxima morbi cauſa ſanguis, quandoque bilis, nonnunquam pituita craſſa ac lenta, quę temporis proceſſu in parte impacta à calore aſſata, tranſit in tophum, ſiue porum, atque pituitam ipſam gypſeam nominãt, quam verum gypſum, cùm ab articulis educitur, exiſtimabis. Rarò etiam à melancholia procedit, ſæpe ab humoribus mixtis. Fit non rarò iudicationis ratione, morbo alio per abſceſſus ad articulos iudicato, de his eſt colicus morbus, à quo humor peccans in articulos trãsferri eſt viſus: ſigna ſanguinei articularis morbi in

Articularis morbi ſigna. in eiſdem generibus cum aliorum humorum morbis continentur apud Galen. Hæc ſunt ex coloribus deſumpta, accidentibus, & vſu medicamentorum, ac ſi diceres à iuuantibus & nocentibus. Rubeus color ſanguinem oſtendit, & tenſio, & pulſus, & ſanguinis in toto corpore redundantia, & tumoris magnitudo, quibus accedunt ætas, tempus & temperatura, & victus, quæ ſanguinem augere poſſint, & retenta ſanguinis aſſueta vacuatio, & quod minimè a calidis aut frigidis auxiliis adiuuantur, ſed vacuatione ſanguinis. Bilis agnoſcitur colore pallido, ardore partis, non magno tumore, acri dolore, vrina roſſa, aut flaua, febris acceſſionem comitatur ætas, temperatura, anni tempus, & victus, bilem augentia eam oſtendunt, & quod ab his quæ refrigerant manifeſtè iuuantur. Accedunt vigiliæ, træ, ſolicitudo, & animi turbationes. Pituitam docent, color tumoris albicans, & eiuſdem laxitas, & doloris paruitas, cum grauedine & diuturnitate. Accedunt tempus, ætas, regio, & temperatura pituitam acervantes, & victus & otium, iuuantur à calidis. Salſa pituita vbi adfuerit, mordaci dolore & acri agnoſcetur, & in vrina cinereum aderit ſedimentum, & color partis albidus. Melancholia rarò, vt diximus, articulos peruadit, quos colore denigrat. Talis autem eſt natura ægri, tale tempus, taliſque ætas, ac victus ſimilis præfuit. *Articularis ſanguinei curatio.* Sanguineus articulorum dolor curatur ab initio ſanguinis miſſione, ſi præſeruationis gratia fiat ineunte vere, aut autumno, quamuis venam corporis ſecare licebit, niſi deſtinatus ſit articulus in quem ſanguis irruere ſolet: tunc etenim à parte diſtantiſſima ducemus ſanguinem, incipiente tamen acceſſione valentibus viribus, laborante pede, vena interna cubiti eius lateris ſecabitur, aut ſi ea non appareat, media, laborante verò manu, vena poplitis aut malleoli eiuſdem lateris ſecanda erit, niſi aut frigidum fuerit corpus, aut debile, aut antiqua ipſa paſſio, his enim frequẽs ſang. miſſ. nocere ſolet. Aëtius eam quæ eſt iuxta plantam pedis ſecare iubet. Edocemus autem ſanguinem copioſè, ſed per interualla, vt fluxionis impetum in contrarium ducamus. Vti autem repellentibus ante corporis vacuationem, periculum affert receſſus humorum in particulas nobiliores, vti iecur, vẽtriculum, cor, maximè verò in pulmonem, id docente experimento, cui ſubſcribit ratio, ſiquidem pulmo, tum perpetuo motu, tum etiam ſubſtantię raritate trahit ac recipit eam redundantiam. Poſt ſanguinis miſſionem medicamenta admouebimus parti repellentia, antequam humor totus in parte figatur. Optimum autem eſt oxyrrhodinum linteolis, aut lana madefacta, & ſuperpoſita, frigida æſtate, tepida hyeme ſint fomenta, tale eſt vinum nigrum cum oleo roſaceo, vinum in quo roſæ & myrthus, & cupreſſi pilulæ bullierint. Deinde conueniẽt quæ coquere ac diſcutere poſſint humorem, de quibus eſt farina fœnugræci, farina hordei cum oleo camæmelino, & vinum cum oleo nardino. Aliud, Galbani, ammoniaci, vtriuſque drachm. j. liquentur in aceto, quibus addes croci ſcrup. j. olei camæmelini vnc. ij reſinæ & ceræ, vtriuſque vnc. s. Aliud, vitellos ouorum duos, croci ſcrup. j. olei camæmelini, & vini vtriuſque vnc. ij. Optimum ad dolores ſedandos eſt ceruſa cum roſaceo. Sedat dolorem & coquit humorem, quod ſequitur, theriaces drach. ij. ceruſæ drach. j. roſacei vnc. s. vini albi vnc. ij. Dolore tamen vrgente valde ſtuporem inducere conuenit, deinde dolore ſedato partem fouere vino albo, & oleo camæmelino, ne impactus aliquis relinquatur humor. Stuporem autem inducit theriaca recens illita, aut Philonia medicamentum, aut requies magna, aut opij grana ſex in vnc. iiij. vini, bis pars liniatur. Si verò fluxio bilioſa fuerit, hæc ab initio purganda eſt, ſemel præbibito aceto mulſo aut ſyrupo acido ſimplici. Purgabitur autem pilulis aggregatiuis, aut pilulis de hermodactylis: quamuis enim nauſeam & perturbationem efficiãt, conueniet his qui negotiis irrepetibilibus ſunt adſtricti, quoniam breui fluxionem cohibent, valet in eum vſum electuarium de ſucco roſarum. Repellentia verò parti admouenda, valentiora quàm in ſanguineo articulari: talia ſunt, ſolani ſuccus, aut ſuccus plantaginis cum pauco aceto, aut etiam roſaceum cum aceto, quod mirius eſt, aut roſas virides cum plantaginis foliis tritas adiungemus, aut lactis & roſacei parem menſuram. Ceſſante fluxione emplaſtra fient ex farina hordei, farina fœnugræci cum vino albo, aut pice, ammoniaco, & oleo roſaceo, aut ex reſina, & cera æquis portionibus liquatis in roſaceo & camæmelino. Conuenit bibere quæ vrinam mouent, vti ſyrupum de quinque radicibus cum aceto, aut ſyrupum de byzantio. Si verò ſtuporem inducere ſit opus, folia mandragoræ ſuperponemus, aut hyoſcyami, aut opij parum cum vino, & ab ſtupefactione pars fouenda decocto origani. Si pituitoſus morbus fuerit, humor ab initio parabitur aqua mulſa, aut aceto mulſo cum origani decocto. Purgabitur autem pilulis aureis, aut cochiis, aut hiera diacolocynthidos. Vomitus frequẽs vtiliſſimus eſt, cum aceto mulſo, & anethi decocto, à cibo verò vtilis vomitus eſt: implemus autem ventres eorum cibis, quales ſunt olera, fructus, lac & aquam tepidam bibendam damus, & intromiſſis digitis vomere præcipimus. Syrupum etiam de quinque radicibus, aut aquam mulſam ex apij decocto, ad vrinam mouendam propinamus. Frictiones etiam fiunt linteolis aſperioribus, & fotus miniſtramus his quæ diſcutiunt calore & ſiccitate, ſpongia madefacta in vino in quo bullierint alumen, & pilulæ cupreſſi, aut cum lixiuio cineris vitis, aut cineris ficus, aut para ceſſante fluxione liniatur galbano, & ammoniaco in aceto ſolutis, & oleo lumbricorum mixtis, & ſtyrax & lixiuium cum ſapone valent. Præterea braſſica viridis ſuperpoſita dolorem ſedat, aut apium malaxatum, aut verbenaca recta, aut cinis caulium & radicum braſſicę cum axungia porcina: valet etiam farina loliacea, & ſtercus bubulum in aqua mulſa elixum. Experimento probauimus valere quàm maximè abſynthij comam in aceto elixam, deinde malaxatam calidam ſuperpoſitam. Finiente autem morbo axungiam porci addimus, ſedat ſanè breuiſſimè dolores, & tumores diſcutit, & chamæpytis elixa ac malaxata cum butyro vaccino. Articularem melancholicum purgant diaſenna, & confectio hamec, & pilulæ indæ. Dolores eorum mitigant medulla cerui, & vituli, oleum camæmelinum, & de ſtyrace, cum cera, hæc eadem humorem emolliendo ac diſcutiendo abſumunt. Tophi verò, duri tumores ac terreſtres ſunt, geniti vna duarum cauſarum, aut nimio calore tenuem partem abſumente, aut ob naturam terrenam congeſti, aut tranſmiſſi humoris. Methodus *Tophorum in artic. curatio.* itaque curationis conuenit per medicamenta quæ humorem emolliant, & aliqua ex parte diſcutiant, emollire enim quàm maximè conuenit: quem vſum præſtant, adeps porcinus ſine ſale, medulla vituli, aut cerui, malua elixa, & oleo camæmelino aut adipe ſuillo malaxata; valent ad idem, bdellium, ammoniacum, & ſtyrax æquis portionibus cum oleo antiquo, & caſeus antiquus, atque accerrimus

cum

cum porci pingui carne malaxatus, & emplaſtrum diaebylon cum pingui porci liquatũ, & emplaſtrum de adipibus, aut eius numinis vnguẽtum. Aut medicamentum διαπτέρνης, id eſt ex calcaneo porci ad emplaſtri formam, apud Paulum. Radix quoque altheæ elixa, cum pice, reſina, & ſtyrace liquatis, in oleo malaxata. Victus annueniens his qui articulari malo vexantur, ex alimentis eſt, quæ bonum ſuccum generant, non valde humidum, neque fluxioni paratum, quales ſunt turtures, perdices, gallinæ, phaſiani, lactuca, & cucurbita in calido morbo, atque endiuia, & ſaxatiles piſces, ij ſanè paucam ferunt inediam, ipſam tamen omnes ſeruabunt, morbo incipiente, quoniam tunc victum tenuem ſeruare debent, dum fluxio perſeuerat, vinum interdicendum eſt, aqua autem vtendum cinnamomi, aut nimium redundante bile, aqua hordei. Pituita verò abundante inedia conueniet, & vinum nigrum, paucum, valde dilutum. Cœnæ aut dimittantur, aut tenues ſint, & omnino parcè viuere debent, nihil enim magis morbum affert, & repetere facit, quàm eiborum plenitudo, cruditates, & ebrietates, ventrem lenem ſeruent, aut clyſteribus vtantur, in pituitoſo morbo acrioribus: animi accidentia valida vitent. *Articulorum auxilium.* Præſeruationis autem ratione in anno eos bis, aut ter purgare conuenit, hiera picta, aut terebinthina cum ſaccaro, trium aut quatuor drachmarum pondere. Quibus exercitationes ante cibum moderatæ conuenient. Omnes à caſeo, lacte, carnibus craſſi ſucci, fructibus & vinis validis abſtineant, & ab aromatibus cibo mixtis. Paulus ſal minutim tritum in oleo articulis affricari præcipit, bis in die manè & veſperi, inclinante inflammatione, toto vitæ curriculo, vt homo ab eo morbo vindicetur.

De pernionum curatione.

CAPVT III.

PErniones qui Græcis chimethla vocantur, bifariam ſolent partes extremas corporis, vti manus & pedes & aures afficere cũ vlcere, aut ſine ipſo. *Perniones.* Cauſa eſt nimia frigiditas ambientis aëris quæ ſanguinem congelat: is verò deinde putreſcens pruritum efficit, quoniam acris vapor non inuenit exitum. Sequitur inde vt valde putreſcens ſanguis ac præter naturam incaleſcens carnem adiacentem exulceret. Perniones qui ſine vlcere ſunt, *Pernionum curatio.* probè curantur, muria calida ſuperfuſa, in qua beta bullierit, aut farina erui cũ ſucco aſphodeli, aut decocto radicis eiuſdẽ, aut liniantur cera liquata oleo in quo allium bullierit. Optimum eſt decoctum raporum valde calens. Aliud probatiſſimum, vini albi lib.j. aluminis vnc.j. bulliant, & vino pars foueatur, aut immergatur. Præterea decocto lupinorum pars foueatur, deinde melle cocto & ſulphure liniatur. Perniones cum vlcere factos curant olei lentiſcini vnc.j. ceræ quarta pars, napus excauetur, & intra ipſum infundantur, deinde abluta parte decocto lupinorum, aut muria, ceratum refrigeratum admoueatur. Probatum eſt roſaceum cum cera in napo elixum, & frigidum admotum. Valet in eũ vſum thuris, aluminis vtriuſque drach.j. minij drac.j s. reſinæ terebinthinę vnc.s. adipis ſuilli vnc.j. lento igne miſceantur. Aliud, thuris & aluminis, vtriuſque drach. s. vnguenti de minio vnc.j. olei lentiſcini vnc.s. Vnguentum empirici cuiuſdam quod vlceratis pernionibus valet, & fiſſuris pedum, manuum, & labiorum, lithargyri thuris, zingiberis, ſingulorum drac. j. ceræ, mellis, & olei quan.s. fiat vnguentum.

F I N I S.

Chriſtophorus à Vega Complutenſis librum de Arte medendi peregit ſuæ ætatis anno quadrageſimoſeptimo, noſtræ ſalutis 1557.

CHRISTOPHORI A VEGA MEDICI, IN COMPLVTENSI ACADEMIA PVBLICI PROFESSORIS

Commentaria in librum Galeni de differentia febrium.

ILLVSTRISSIMO ATQVE CLARISSIMO VIRO DOMINO D. DIDACO HVRTADO A

Mendoça Comiti Mellitenſi, Chriſtophorus à Vega Medicus S. D.

QVAMVIS *ſatis compertum habeam, Comes clariſſime, hoc meum munus parui admodum momenti eſſe, vt magnitudini beneficiorum à te mihi collatorum conferri debeat, aut vt tuæ præſtantiæ iure offerri poſſit: cùm tamen conſidero tuam humanitatem, & erga literarum ſtudioſos propenſionem, timorem excutio, atque libenter inſtituo qualecunque id meum opus ſit tibi dicare: quòd enim à literarum cultoribus maiora his ſperanda non ſint, rectè noſti. Ceterùm præſtat ea tuæ offerre magnificentiæ, vt parua magnifacias, & à calumnia & detrahentium maleuolentia tuearis: nam te fautore proculdubio ſperandum eſt noſtros labores quotidie magna honoris incrementa ſuſcepturos: ea eſt tua apud illuſtriores & ſapientiores viros dignitas & autoritas, & iure quidem, nihil enim magis poteſt autoritatem & dignitatem apud viros inſignes conciliare, quàm virtus & ſapientia, quæ duo in te vnicè vigent, atque mirificè ſplendent. Quamobrem non facilè perſpici poteſt, quid horum te magis illuſtrem reddat, generis claritas & maiorum ſtemmata, an tua ipſius virtus & animi præſtantia. Cùm enim maiores tuos in memoriam reuoco, & præ ceteris vnum admodum illuſtrem dominum Didacum à Mendoça patrem tuum, eiúſque egregia facinora, nullum encomium ſatisfacere poſſe puto, ad prædicandam eius ſapientiam, animi præſtantiam, & in bellis gerendis magnanimitatem, & in Sarracenis oppugnandis & profligandis induſtriam & dexteritatem, quàm etiam ſtrenuè ſe geſſerit cùm ad Neapolim expugnandam, & ad Ferdinandi Regis Hiſpaniæ imperium redigendam profectus eſt. Prædicabant namque Hiſpani, fatebantur quoque Italiæ ciuitates, non ſine magno ciuium ſuorum diſpendio, fortiſſimum ducem, & validiſſimum hoſtem, Scipionem quendam Chriſtianum vel ipſo multis nominibus ſuperiorem à regibus Hiſpaniæ miſſum, qui magnam Italiæ plagam Hiſpanorum imperio ſummitteret, rebelles vinceret & deuaſtaret. Prætermitto modò eius magnificentiam, pietatem, atque innumera ſtrenuè geſta chronicorum ſcriptoribus: tibi namque*

horum

horum omnium conſcio noſtra hæc epiſtola mittitur, qui audiſti eius egregia facta, intellexiſti quoque quibus animi dotibus pollebat, quàm graui cenſura in præcipiendis & agendis vtebatur, cùm in regno Neapolis primus locus iudicandi ſibi fuit commiſſus, & cùm totius regni Aragoniæ generalis Ducis officium exercuit. Quæ omnia, vt à munere meo aliena, prætermitto. At verò illuſtriſſimum genus matris tuæ dominæ Annæ dela Cerda honeſtatis & omnis virtutis exemplar ſingulare, quid ego commemorem? Nemini namque dubium eſt, quàm ſit conſanguinitate coniunctiſſimum regibus Hiſpaniæ, à Sereniſſimo Principe D. Ferdinando dela Cerda recta proſapia procedens, mihi quidem potius tacendum elegi, quàm ab eius magnitudinẽ, celſitudine, & antiquitate quidpiam dicendo detrahere. Verùm cùm conſidero quibus viuendi legibus te addixeris, quod vitæ & morum exemplum reliquis magnatibus præbeas, non poſſum non admirari vehementer, quàm ſis in pauperes miſericors & pius, cum religioſis religioſiſſimus, in oratione & contemplatione bonas horas tranſigens, reliquo vitæ tempore viſitandis monaſteriis, pauperibus, & ægrotis, & gubernandis ſubditis deſtinato. Tuos autem reditus, diuitias, rémque omnem familiarem, non in ludis, aut comeſſationibus, aut inanibus apparatibus perdis: ſed in reparandis monaſteriis, erigendis cœnobiis, ſubueniendis pauperibus ſtatuis, & collas. Inter cætera verò quantum tuis ſumptibus auxeris religioſiſſimum collegium omni laude dignum nomini Ieſu ſacratum, nouerunt omnes quotquot tuam virtutem, pietatem, miſericordiam, vitæ honeſtatem, & ſanctimoniam, cum magnificentia & liberalitate coniunctas venerantur, & colunt. Tales decet eſſe viros, clariſſimo Comes, qui bonis ſtudiis fauere debent, & nos ab his qui noſtros labores calumniari contendunt, defendere. Quapropter tibi, vt pientiſſimo, literarum amantiſſimo, virtutis & ſapientiæ cultori, hos noſtros Commentarios conſecrari decreui, quos medicæ artis profeſſoribus vtiliſſimos fore reor, tum quòd differentiarum febrium notitia medicis eſt apprimè neceſſaria & nunquam non ex vſu, tum quòd liber hic Galeni medicorum omnium primi ac maximi, quem enarrandum ſuſcepimus, multa continet difficilia, & quæ nullus Græcorum autorum aſſecla vſque adeò aggreſſus eſt exponere. Quòd ſi hæ noſtræ lucubrationes tibi gratæ viſæ fuerint, ad maiora perficienda, interim dum in hoc Complutenſi gymnaſio medicinam publicè profitemur, animum excitabis.

Vale virtutis & pietatis perpetuus Comes.

PRÆFATIO.

PRÆFATIO.

EX Galeni libris quos & plurimos, & omnigena eruditione plenos poſteritati reliquit, hic vnus primo loco mihi enarrandus oblatus eſt, cui titulus de Differentia febrium, quod eſt, de febrium diuiſionibus, ac ſingulis differẽtiis, & meritò quidẽ id munus exequi decreui. Nam præter id quod liber difficiles habet ſententias, nullus antehac ipſum exponendum ſuſcepit, qui in Græcis literis & Græcorum documentis fuerit inſtructus. Adde quòd multa in hoc opere breui comprehenſa ſunt admodum neceſſaria, & quæ nullus in compendium ſicuti Galenos redegit. Eſt quoque valde communis & vulgaris morbus febris omnibus ætatibus, regionibus & temperaturis, adeò vt nec recenſeri quidem poſſint febricitantes qui medico occurrũt, cum ex aliis morbis, vnus aut alter ſe offerat curandus peripneumonicus, pauci lethargici, nonnulli pleuritici: quibus ferè omnibus febris adiuncta eſt, de qua dixit Celſus lib. 3. cap. 3. Febris maximè vulgare morbi genus eſt. Docet autem in hoc libro Galenos febrem per ſpecies diſtinguere & ſingulas cognoſcere peculiaribus ſignis, interim etiam cauſas earum ſcribit, ex quarũ cognitione facilè poſſumus febres cognoſcere: eis enim qui nondũ integrè nouerunt morborum eſſentias, non parum conducit cauſarum cognitio. Sequetur autem febrium cognitionem ipſarum curatio lib. de Arte curandi ad Glauconem ſcripta, aut in lib. de Metho. meden in quorum 8. poſtquam dixit ſingulas febrium differentias proprias præbere curationis indicationes, ſubdit: ob hæc vtilius viſum eſt ſeorſum de febriũ differentiis tractare: quò omnibus prius præparatis, ſermo nobis hoc loco citra omnẽ eorum, qui parum rectè de iis ſcripſerunt refutationem abſolueretur: quoniam itaque morbum aliquem rectè curari incognitum eſt impoſſibile, iure dicemus librũ hunc ordine antecedere lib. de meth. med. & de Arte cur. ad Glau. Liber hic in duos à Galeno diuiditur, in quorum primo reprehendit quorundam diuiſiones, ac docet quæ ſint omnium optimæ. Deinde optima & accommodatiſſima diuiſione ſuſcepta, ſingula membra docet ex ſignis propriis & communibus, & ex cauſis. In ſecundo verò de aliis ſpeciebus inferioribus agit, & de ipſarum mixtione, & compoſitione, & ad finem cauſas recenſet acceſſionum, & longitudinis & repetentiæ ipſarum. Idem autem eſt de febrium differentiis agere, & de febrium generibus: nam, vt inquit, lib. 11. de Meth. med. nihil refert ſi quis genus, aut ſpeciem, aut differentiam dixerit.

CL. GAL. PERGAMENI
DE DIFFERENTIA FEBRIVM
LIBER PRIMVS.
CAPVT I.

1 *DIfferentia febrium, maximè quidem propria ac principales, ſecundum earum ſubſtantiam ſunt: alia verò ſecundum aliquod accidens. Quoniam verò & ipſorum accidentium non vna eſt natura, ſed alia quidem propinquiora, magiſque propria diuidenda ſubſtantia ſunt, alia verò remotiora ac magis aliena: idcirco & earum qua hinc ſumuntur differentiarum minimè vnum genus eſt. Itaque maximè quidem peccant, quicunque differentias proprias ac maximè principales omittunt. Deinde verò, quicunque mentione harum facta permiſcent cum eis differentias accidentales aqualiter omnes, minimè diſcernentes vtiles ab inutilibus. Non ſolùm autem peccarunt plerique medicorum in ipſis differentiarum generibus, aut plures quam oportet tradendo, vt inutilium quoque meminerint: aut pauciores, vt nonnullas etiam vtiles omiſerint: ſed etiam diuidendo genera ipſa in proprias differentias ſimiliter errarunt. Ne longius abeas,* 2
quum primum ac maximè proprium differentiarum genus ab ipſa diuidenda rei ſubſtantia ſumatur, videas tamen nonnullos medicos prætermiſiſſe vniuerſum hoc genus, alios verò diuidendo plura quam opus eſſet ſtatuiſſe, aut in primis ſubſtituiſſe, tametſi Hippocrates optime fecerit diuiſionem libr. 6. Epidemion. Dictio autem habet in hunc modum: Febres hæ quidem manu ſunt mordaces, illæ verò mites: quædam autem non mordaces, ſed increſcentes: nonnullæ acutæ, ſed ab ipſa manu deuictæ: quædam ſtatim ardentes, quædam verò ſemper debiles, ſiccæ: aliæ ſalſæ, aliæ inflatæ, aſpectu graues, aliæ ad manum humidæ, aliæ rubicundæ valde, aliæ liuidæ. aliæ præpallidæ, & aliæ id genus modi. Apertiſſimè enim hoc loco ab ipſa rei ſubſtantia, ſimilique ab ipſa dignotione in proprias differentias fecit diuiſionem. Nam eſſentia quidem febrium eſt in genere caloris præter naturam. Differentia vero caloris, & ex eo quòd maioris minoriſque rationem admittat, ſumuntur, & ab ipſa materia, in qua calor ille præter naturam exiſtit, & ab ipſo mouendi modo: quas omnes complicans, cum dignoſcendarum earum ratione ſcripſit, quemadmodum procedente ſermone docebimus. Porrò autem quæ a ma- 3
ioris minoriſque ratione diuenitur, ſunt manifeſta: & in hoc genere differentia, medicis mos eſt magnam, ac paruam febrem nominare, verùm impropriè quidem de rei qualitate quantitatis vocabulum enunciant, ſed ita facere conſueuerunt, non in febre ſolùm, ſed in aliis ſexcentis, quæ in qualitate quidem ipſa eſſentiam habent, cæterùm magna paruáque nominantur. Quæ verò differentiæ a materia ſumuntur, in qua calor ille præter naturam conſiſtit, maximè propria caloris præter naturam differentiæ ſunt: ſiue corpus ipſum cordis prehenderit, ſiue humores conditos in ipſius ventriculis. Reliqua autem ac tertia differentia eſt, vbi aer ea ſubſtantia ſola admodum incaluit, humida verò ac ſolida corpora adhuc quidem incaleſcunt, ſed nondum incaluerunt. Non enim parum differt, incaleſcere aliquid dicas, an incaluiſſe. Sed dicas euidentiſſimè id quod dicitur, ex his exemplis. Finge aquam calidam inditam lebeti frigido, deinde ab ea ipſa aqua calefieri contactu ipſius lebetis corpus, nondum autem totum exquiſitè incaluiſſe, & rurſus finge in calidum, atque ignitum lebetem frigidam aquam inditam, deinde calefieri quidem adhuc, nondum autem incaluiſſe. Ex his exemplis, cum ſecundo quidem prima febrium differentia ſimilitudinem habet, quas corpus ipſum cordis prehendiſſe docuimus: cum primo autem, ſecunda, quas conditos in ventriculis humores occupaſſe diximus. Reliqua autem ac tertia differentia exemplum omnino ſimile non habet: ſed claritatis cauſa, finge fabrilem follem trahere ad ſe aerem admodum calidum: deinde calefieri adhuc ab eo, nondum autem incaluiſſe. Sed exemplum magis indicabit rei declarandæ naturam, ſi finxeris in folle contineri humorem: atque adhuc magis, ſi foramina follis per quæ trahit atque emittit aerem, ita anguſta effeceris, vt humori quidem inuia, aeri verò peruia ſint. Qua ſanè in re potiſſimum diſſident naturæ opera, ab his quæ homines ipſi efficiunt.

Digitized by Google

Etenim ſubſtantia aërea permixta cum ſanguine eſt in omnibus arteriis, per multa foramina pariter ſpirantibus: ac nihilominus in ipſo corde, vt qua per eas omnes conſluat.

COMMENTARIVS.

CApur præſens in tres partes partitor: in prima damnat aliorum diuiſiones, ad quod probaodum hoc logicum theorema ſupponit: quod ex diuiſionibus illæ ſunt maximè propriæ, quæ ſomũtor à ſubſtantia rei diuidendæ. Poſt has verò ſunt quæ ſumuntur ab aliquo accidenti: & ex ipſis accidentibus quædam ſunt magis propioqua ſubſtantiæ rei diuidendæ, quædam minus. Exemplum primi. Febris quædam eſt vehemens, quædam remiſſa; hæc enim febris eſſentiam attingit, hoc eſt, calorem. Aot enim is eſt vehemens, hoc eſt, intenſus, aut remiſſus. Harum tameo differen. vnum tantùm genus eſt. Accidentalium autem, non vnum, ſed quoddam ſumitur à duratione, quoddam ab accidentibus, quoddam ab hora iouaſionis. Exemplom ſecundi: febris quædam eſt continna, quædam intermittens, aut ſic: febris quædam vnica, quædam pluribus acceſſionibus finitur. Exemplom tertij: febris quædam eſt adſtricta, quædam fluens, quædam fit cum ſyocope, quædam abſque ipſa. Hæc enim multum aliena ſunt à febris ſubſtantia, vt conſtabit. Libro namque duodecimo methodi medendi, ad initium reprehendit eos qui febres cùm ſymptomatis diuerſum genus ab aliis conſtituere voluerunt, dicẽs: Non ſunt ſic, vt nõnulli autumant, eæ quæ cum ſymptomatis conſiſtunt febres, aut febrium genus vllum, aut ſpecies differentiáve. Sed veloti tum alius morbus alij morbo, tum ſymptoma ſymptomati vno in tempore eodem in corpore copulatur. Hinc facilè dãnaotor tres diuidendi modi apud antiquos medicos. Primus eorum qui ſubſtantiales febrium different. prætermiſerunt. Secũdus eorum qui accidentales commiſcent omnes, vtiles, inquam, inutilibus citra diſtinctionem. Tertius modus eſt eorum qui non tantùm errarunt vtiles prætermittentes diuiſiones, aut inutiles vtilibus pariter commiſceotes, atque in diuiſionibus ſupra modum abundantes: ſed in ipſis etiam differentiis propriis generum, quas non rectè ſignabant, de quorum numero fuerunt Archigenes, & Agatinus, lib. 2. capite 10. eos namque reprehendens Galen. inquit: Sed cùm neque ſimplicium, neque compoſitarũ omnes ſcripſerint differentias, & ad hæc quaſdam alias ſuperuacuas adiecerint, nihil neque in præſenſionẽ, neque in curationem iuuantes, nos conati ſumus pro viribus diligenter excolere omnem typum longo tempore ex vſu ſimul ac ratione, vtiles in eo differentias peruestigantes. Ex medicis itaque illis quidam primas ac præcipuas differentias febrium quæ ab ipſios eſſentia ſumũtur prætermiſerunt, quidam aut diminuti aut abundantes fuerunt in diuiſionibus, cum tamen Gal. in præſenti ad id maximè contendat, vt omnes febres methodo inuenias, eas autem numero infinitas eſſe conſtet, docet ipſas inueoire per ſingula febrium genera, & generum ſpecies. Generis autem ſpecies inueniontur inuentis generum differentiis eſſentialibus, à quibus cum generis eſſentia, ſpecies conſtituitur, vt animal in mortale, & immortale diuiditur: & mortale in rationale, & irrationale, apud Platonem & Porphyrium. Velle autem animal diuidere in molle, & durum, id eſt, per differ. procedere, quæ ex accidenti ſubſtantiæ conueniunt: qua via ſingulas animalis mortalis ſpecies nunquam inuenies. Errant ergo qui per accidentarias differentias diuiduot genera, ſicuti & hi qui primis differentiis inoentis ibi perſiſtunt: ſpecies quoque inueniſſe putantes, quos pariter reprehendit lib. 1. de Meth. med. Veluti ſiquis (inquit) vocis Græcè elementa perquirens dixerit, quoddam eſſe vocale, quoddam conſonans, omnia elementa comprehendet, verùm nullam adhuc inuenit elementi ſpeciem, niſi prius cõſonantes diuiſerit in mutas, & ſemiuocales, & vocales in longas, breues & medias: deinde longas, η, ω, breues itẽ duas ο, & ε, medias verò α, ι, υ, dixerit. Deinde diuiſerit mutas in tenues, aſpiratas, & medias. Tenues tres, π, κ, τ, tres aſpiratæ, φ, χ, θ, mediæ tres, β, γ, δ. Semiuocales verò, λ, μ, ν, ρ, ζ, ξ, ψ, σ, talem diuidendi modum ſeruat Galen. in hoc opere ad inoeniendas ſingulas febrium ſpecies, in 1. lib. diuiſione febris, in diariã, humoralem & hecticam viens. In ſecundo humoralem in ſiogulas ſpecies diuideos, quæ differentiæ ob id ſaltem eſſentiales dicentur, quod rei diuidendæ ſubſtaotiam attingunt. Plato rurſus in Philebo eodem literarum exemplo vſus, à diis oobis datum eſſe dixit, & diſcere & docere inueſtigare, vnum, & infinita procẽdeotibus ab voo, veluti ab vniuerſali & ingenita idea, & vſque in infinitum abire. Neetamen ab vno ad infinirom venire, oiſi per omoia intermedia. Sic vti & vbi ab infinito incipere coactus ſit, non ſtatim iofinitum in vnum colligere debet, ſed prius ad ea qoæ multa ſunt, & in medio finiti & infiniti conſtituta peruenire tenetur. Hac via diuidendi Socrates Philebum & Protarchum docet diſtinguere ea quæ ſunt vnum & quodammodo non vnum, vt vnum genere, nõ vnum ſpecie. Sic fit quoties febre certa inuenta, ipſam in bilioſam reducimus, & bilioſam ac reliquas in febris ideam. Dioidemus autem vbi idea febris inuenta, in qua febres omnes conueniunt, nos ipſam in ſingula genera diuiſerimus, ac demum genera in ſpecies, & ſpecies in indiuidua, aut numero iofinita diſtraxerimus. Qua via vſus eſt Galen. in præſenti opere. Docuerat id quoque Plato in Dialogo ciuili, ſiue de regno. Vbi hoſpes inquit: quod ſæpenumero ferunt, ô Socrates, ornati viri illi qui magnum aliquid ac ſapiẽs loqui ſe putant dum prædicant dimetiendi facultatem, circa omnia quæ fiunt verſari nunc dictum eſt, quicquid enim artificioſum eſt menſuræ qoodammodo particeps eſſe apparuit. Quoniam verò quidam coolidera re oequaquam per ſingula genera diuiſione eundo ſolent, hæc tam longè inter ſe differẽtia ſtatim conferuot io vnũ ſimilia iudicantes, ſed & contrarium huius faciunt qui quæ diſperſa ſunt per partes minimè diſtinguunt, cùm oporteat, vbi quis primò multorum percipit communionem, non prius deſiſtere quàm differentias omnes io ea qoæ ſpeciebus clauduotur inſpexerit, atque iterum quoties diſſimilitudines plurimas io multitudine ſentit, & ægrè ſentit, non prius ab hac aſpectus moleſtia deſiſtere poſſe, quàm cuncta quæ cognata ſunt intra cognationem vnam, proprietatẽmque concludens, vnius generis eſſentia veſtiat. Et lib. 1. de Arte cura. ad Glau. Gal. cap. 1. excoſat ſe à doctrina diuidendi, quoniam Glauconem intellexit a Platooe ſatis edoctũ (in locis nẽpe allegatis) diuidendi formam. Inde non parum erraſſe refert aliarum ſectarom medicos diceos, quidam enim in primis & ſupremis generibus ſtant, ſolom quæ ab illis ſumitur indicatione contenti: qoidã vero vſq; ad aliquid diuiduot, non tameo vſqoe ad finem perueniunt: nonnulli verò etiam vitioſis vtuntur diuiſionibus.

In ſecunda parte quæ iocipit (Ne longius abeas)

colligit

colligit aduerſus modos diuidēdi eorum qui diminuti aut abundantes fuerunt in diuiſionibus, hypotheſi illa ab initio habita iterum repetita, maximè propriæ febr. differ. ſumuntur à ſubſtantia rei diuidendæ: quam non obſeruarunt, quamuis Hippocr. ipſam obſeruauerit, refert quoque ac laudat diuiſiones quibus vſus eſt Hippocr. lib. 6. de Morb. popol. parte 1. ſectio. antepen. vbi ex febribus quaſdam dixit eſſe mordaces, quaſdam verò mites, quaſdam non mordaces, ſed increſcentes, quaſdam acutas ac manu deuictas. Eſt autem iſta vnica diuiſio, ſed quadrimembris: nam cùm dixit mordaces, eas quæ ſemper tales ſunt, intellexit, vt inquit Gale. commentario eiuſdem partis. Dixit ergo mordaces ſemper à principio mordentes vſque in finem. Erunt etiam mites quæ ſemper tales ſunt. Hæc tamen non implent totam communitatem diuiſi: quod eſt de ratione bonæ diuiſionis. Impletur autem per alia duo membra, quorum alterum eſt, non mordaces, ſed increſcentes: alterū acutæ, ſed à manu deuictæ, eritque integra diuiſio febris, quædam mordax ſemper, quædam ſemper mitis, quædam à principio mitis, deinde mordens: quędā a principio mordens, deinde mitis, quod eſt à manu vinci. Explicuit autem mordacem, manu eſſe mordacem, & poſtcà dixit, à manu deuictam, vt doceret viam cognitionis febris ad tactum attinere. Alia diuiſio ac ſecunda eſt, febris quędam eſt ſtatim ardens, quædam ſemper debilis ſicca, quod idem eſt ac ſi diceret, quædam inteoſa, quędam remiſſa. Tertia diuiſio eſt, febris quædam eſt ſalſa, quædam inflata aſpectu grauis, quædam ad manum humida, eſt trimembris diuiſio, deinde ſequuntur diuiſiones, quæ ſunt poſt primas, & eſſentiales, vt inquit Galen. loco citato. Aliæ enim ſunt perrubræ, aliæ liuidæ, aliæ perpallidæ. Sunt autem omnes præternaturalem diſpoſitionem oſtendentes, liuidæ ſimpliciter, id eſt, in quibus extrema liuent: pallidas verò non dixit, neque rubras ſimpliciter, quoniam tales colores familiares ſunt: ſed dixit, admodum tales, vt perrubras, & perpallidas, id eſt, impenſè rubras, & impenſè pallidas, in quibus tales colores apparent in cute. Quàm bene verò diuiſerit aptiſſiméque febrem ipſam, probat hac ratione: nam diuiſit febrē per differentias eſſentiales, & hæc eſt optima diuidendi via, vt conſtat. Quòd autem vſus fuerit diuiſionibus ſubſtantialibus, aut eſſentialibus, ſic probat, Quoniam ſubſtantia febris conſiſtit in calore præter naturam, & caloris differentiæ rectè ſumuntur vno trium modorum, aut à quantitate caloris, aut à modo motus, aut à materia in qua exiſtit is calor præter naturam. Has autem ſcripſit ſimul cum ipſarum febrium dignoſcendarum ratione, eſt tamen ratio dignoſcendarum ipſarum tactus, ipſum enim tanquam iudicem explicuit ter Hippoc. in ſuis diuiſionibus. Circa hanc literam tria ſunt explanāda, primum an febris eſſentia conſiſtat in calore præter naturam. Secundum an calor præter naturam poſſit diuidi per differ. eſſentiales. Tertium erit coaptare tres caloris diuiſiones, quas Gale. appellat eſſentiales, diuiſionibus quæ habentur ab Hippoc.

Circa primum, quod eſt de febris eſſentia, quidam dixerunt febrem eſſe ſubſtantiam, hac ratione moti quòd calor naturalis eſt ſubſtantia, vt 1. ſect. aphoriſm. comment. 14. & febris contraria eſt calori naturali, ergo febris pariter erit ſubſtantia, quoniam contraria in eodem genere ſunt, contra quorum ignorantiam proceditur, quoniam ſi per calorem naturalem intelligunt ſubſtantiam, conſtat quòd ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, ex Ariſtotele in prædicamentis, præter id quod ſi contrarium habet calor, id eſt frigiditas, & tantùm vnum vni contrariatur, non ergo febris erit calori contraria. Alij dixerunt febrem non eſſe calorem, ſed effectum caloris, hac ratione moti, quòd febris eſt morbus, calor autem non eſt morbus. Primum ſatis conſtat, ſecundum probatur, quia ad calorem eſt per ſe motus, ad ſanitatem tamen & morbum non eſt per ſe motus. Quod probāt ex Ariſt. 7. lib. phyſicorum, cap. 2. vbi ad habitus vitia ac virtutes dixit non eſſe alterationem: ſicut neque ad ſanitatem & morbum, quæ duo cùm in quadam proportione conſiſtant, ad aliquid ſunt. Eſt enim ſanitas debita proportio, vt morbus ab ipſa receſſus. Ad ea verò quæ ſunt ad aliquid, non eſt per ſe motus: ſed tantùm ad quantitatem, qualitatem, & vbi, vt dixit Ariſt. lib. 5. phyſicorum cap. 3. Dicemus autem ad aliquod prædicamentum propriè eſſe per ſe motum, quoniam motus per ſe contendit ad rem illius prædicamēti, quæ per motum ipſum immediatè acquiritur. Cùm autem tantùm ſint tria genera motuum, hæc ſunt localis, augmentationis, & alterationis, & motus localis finitur ad locum, qui eſt vbi, augmentationis ad quantitatem: alterationis ad qualitatem. Ad tria tantùm erit per ſe motus. Nos tamen ſanitatem duplicem intelligimus, alteram quæ de formali ſignificatur per vocem, ſanitas, de qua locutus eſt Ariſt. eſt enim debita proportio. Ob id Galenus lib. artis medicæ cap. 82. inquit: Atque idcirco in eo quod ad aliquid eandem diſpoſitionem ægram, atque neutram appellabimus. Nam pro vigore potentiæ quæ vel facilè ſuſtinet, vel vincitur, vnaquęq; ex his, quas antè diximus, vel morbos eſt, vel neutra diſpoſitio, ecce vbi vult affectionem aliquam ob id morbum eſſe, quoniá ob improportionem, ſenſibilem efficit læſionem. Alterum eſt ipſius corporis affectus qui in quantitate, qualitate, & loco conſiſtit, & ad hunc non negat Ariſtoteles eſſe per ſe motum. Sic & ad calorem febrilem, qui eſt de prædicamento qualitatis: formale namque quod dialectici appellāt, in febre eſt improportio, materiale verò eſt calor præter naturam. Nos itaque hanc opinionem vna communi ratione comprobamus, qua tenemus ex Ariſt. & Galen. locis citatis quòd morbus omnis eſt conſtitutio corporis præter naturam. Quemadmodum & ſanitas eſt conſtitutio corporis ſecundū naturam, quæ duo in quadam proportione conſiſtunt, quę in ſimplicibus eſt elementorum temperamentum, & in organicis ſymmetria. Vnde fiet vt calor non dicatur propriè morbus, ſed improportio qualitatum elementorum, quæ ſequitur calorem auctum. Sic & in ſingulis qualitatibus. Rurſus in compoſitione non eſt morbus pars aucta quantitate, neque in numero, ſed ametria quæ inde ſequitur, quæ in parte vna non conſiſtit. Quemadmodum lapis veſicæ morbus non eſt, ſed morbum affert ob ametriam, & defectus digiti morbus eſt, non digitus ipſe abſciſſus. Sed Galenus tales morbos appellat nonnunquam, quamuis veræ cauſæ ſint morborum. Quoniam vult explicare in quo genere ametria conſiſtat, vt cùm calorem dicit morbum, vult oſtendere in exceſſu caloris ametriam, & intemperiem, ac improportionem conſiſtere.

Tertius modus fuit Fauentini, qui in quadā valde prolixa quæſtione dixit, febrē non eſſe aliquam ex primis qualitatibus, ſed corporis temperaturam, quam appellat complexionem. Morbi namque (inquit ipſe) qui ad temperaturam attinent, non ſunt primæ qualitates, ſed ipſa temperies inclinās in aliquod extremum, cùm inclinat in calidum eſt mor-

bus calidus,cùm autem in frigidum eſt morbos frigidus,& ſic de humido,& ſicco,cogitur quoq; concedere temperaturas poſſe intendi & remitti. Eſt aotem firmiſſimom huius ſectæ fundamentum:nam plus repognat medium cuiuis extremorum, quàm medium alteri medio,ſed vnom medium cum altero non inuenitur, quoniam non poſſunt in eodem ſubiecto exiſtere duæ temperaturæ:ergo noo erunt in eodem temperatura & prima qualitas: ſiquidem primæ qualitates ratiooem habent extremorum,& temperaturæ mediorum,in mixtis itaque qoæ temperata ſunt, vt homo, aut in quouis mixto, cùm tẽperatura aliqua præditum ſit,primæ qualitates ooo aderunt. Quòd ſi febris adeſt, ipſa non erit calor, aut prima qualitas. Iſta opinio aliena eſt ab omni bona philoſophia, negare enim primas qoalitates in mixtis,eſt contradicere ſenſui & intellectui.Nos enim experimur lignum recipere ab igne verum calorem,& manus noſtras à frigore ambientis affici, ſed id hac via facilè probatur,ignis in materiam ligoi ſuam formá iotroducere poteſt,hæc aotem forma in momento temporis indiuiſibili introducitur, vbi præceſſerit diſpoſitio ad ipſam neceſſaria. Iam ergo vbi introducitur, calor admodum intenſus exiſtit in materia ligni,aut oon.Si dixeris ante illam introductionem formæ ignis,calorem non pręfuiſſe,totus igitor calor ad formam ignis inducendam neceſſarios in inſtanti & impartibili tempore producetur,quod conſtat eſſe falſum: quoniam qualitas motu acquiritur,vt ſupra diximus,& motus non fit ſine tempore,quòd ſi dixeris calorem præfuiſſe, erunt primæ qualitates in materiis mixtorum. Argumentum verò ipſius inutile eſt ac oullius omnino vigoris, cùm enim, inquit, medium plus repugnat extremo quàm medio,verum eſt: tamen calor febrilis oon habet extremi rationem, aliàs nec cum ipſo vita ſtare poſſet. Præterea medium medio, & vnam temperaturam alteri pugnare falſum eſt:nam cum temperatura optima quæ ex primis elementis conſtituta eſt, vbi optimæ ad portionem miſceantur,exiſtere poterit varia temperies ex primarum qualitatum impari menſura, quod fit quoties temp ratus Soli aut frigori exponitur.

Quartos modus fuit Gẽtilis,qoi in quarta de ſuis quæſtionibus extrauagantibus dixit febrem non eſſe vniuerſum calorem in homine repertum,ſed ſolum eum qui additus eſt atq; aduẽtitius.Solus enim is calor abundare dicitur,abundat autẽ in intenſione,aut mala proprietate venefica, aut putredinali, vt verbis ipſius vtar,confirmat ſuam poſitionẽ ſic. Solus calor qui nocet actionibus eſt morbus, & ſolus additus nocet,ergo ſolus additus eſt morbus: naturalis namque qui præfuit conſeruat potius ac perficit operatiooes,torſus ille calor tantùm dicetur morbus,quem medicus tenetur,ac intẽdit amouere, is verò ſaoitas, qoem intendit conſeruare, ſed præexiſtentem intendit conſeruate, aduenientem corrumpere,adueniens ergo ſolus eſt morbus, aliis etiam friuolis vtitur argomentis,de quibus eſt illud ineptiſſimum.Calor naturalis cum frigiditate ſuperueniente non facit morbum vnom,ergo calor naturalis cum calore ſoperueniente nõ faciet morbum vnum. Nemo enim adeò eſt in dialecticis parum exercitatus,vt ignoret nihil tale cõſeqoi in hac Gentilis conſequentia:verum ſatis notum omnibus eſt, non poſſe duos calores in eodem ſubiecto ſimul exiſtere,qnin vnum conſtituant, ex aduentitio igitur & præexiſtẽti vnum fiet.Quod ſi ita eſt,nullatenos fieri poterit,vt altero calefaciẽte, alter non calefaciat:aut altero exſiccante,reliquus non exſiccet:aut vt vno eorum impediente actiones,reliquus non impediat ipſas.Et in ſumma fieri noo poterit, vt io actionibus alter ab altero diſſideat,ſed & vterque morbus,& ſanitas ſiot,& totus ille calor viuẽte aoimali vitam conſeruet(hoc eſt,animam)in materia,& celeriter ipſam ad fioem perducat. Prima autem ſuæ opinionis confirmatio procedit ex falſa maiori ẽoũtiatione.Falſum enim eſt ex dictis quòd ſolus ardot ſuperueniens lædit,& ſolus præexiſtens perficit actiones: ſecunda confirmatio in minori fallit enontiato, cùm inquit:Medicus ſolum calorem præexiſtentem nititur conſeruare, & ſuperuenientem adimere. Cùm eoim applicat medicus in febris curatione refrigerantia remedia, non hunc potius quàm illum calorẽ demere conatur,ſed eum numerom,quo dempto,corpus ad ſanitatem priſtinam reſtituatur,quod fiet de præexiſtenti aut ſuperoenienti certa menſura dempta, euenit autem ex naturæ ordine,& exiſtenti in ſubiecto ratiooe, vt vltimò adueniens calor, prius dematur à contrariis admotis,vt putant philoſophi.

Quintus modos fuit Auerrois qui 3.lib.collectionum cap. 3. dixit febrem eſſe totum aggregatum compoſitum ex calore præexiſtenti & ſuperaddito, ac toti huic calori reſpoodere actionum virtutem & vitium,quam non improbo,quooiam vera eſt,& amplius infrà ac fuſius explananda erit.

Vgo Senenſis poſt reliquos renuit febrem eſſe calorem naturalem factum igneum. Calor enim (vt inqoit) omnis habet quandam rationem cœleſtis, vt cùm noſter calor geoerat animal,quà verò auget, coquit & ſimilia facit,naturalis eſt,quà verò exſiccat,extenuat,& reſoluit igneus, calor itaque naturalis,cùm in ſuis actionibos plorimum refert igois naturam exſiccando,ac abſumẽdo,mordax quoque redditur,febris eſt ipſe qui naturalis calor erat.Hoc eſt,inquit,quod voluit Gal.1.ſect.aphor. comment. 16.cùm dixit,Febris eſt calor naturalis motatus ad igneam naturam. Hæc opinio ſic accepta eſt à iunioribus, vt hanc dixerint eſſe Galeni opinionem, febrem eſſe calorem naturalẽ mutatum ad igneam naturam, atque Vgooem rectè interpretatum eſſe Galen. mentem. Cuius contrariom facilè probabitur.Primùm itaque eius diuiſio inutilis eſt,quandoquidem calor naturalis à cœleſti nulla ratione differt,ſiquidem cœleſtis dicitur apud ipſum qui generat,calor autem in generatione non aliter quàm naturalis coquendo ac digerendo concurrit. Gale. verò nunquam dixit febrem eſſe calorem naturalem conuerſum ad igneam naturam, ſiquidem lib. 1.aphot.16.dixit:Febris enim calida & ſicca paſſio eſt,(eſt enim conoerſio natiuæ caliditatis ad igneã) iam ergo lectionem Galeni mutarunt, qui non calorem naturalem,ſed natioam caliditatem dixit:neque tamen ſicut iacet intelligenda eſt præſens litera:non enim eſt conuerſio ipſa febris:nam conuerſio caloris naturalis ad igneum motus eſt,febris verò non eſt motus,ſed affectus corporis.Sic ergo eſt intelligenda Gale.ſententia, vt habetur eodem lib. comment. 14. cùm dixit, κ᾽ ὅτι μάλιστα τροπὴ τῆς κ᾽ φύσιν θερμότητος εἰς τὸ πυρῶδες, γίνεται πυρετός. Hoc eſt, & quoniam maximè conuerſione caloris naturalis ad ignẽ ũfit febris. In his itaque duobus locis febris generationem explicuit Gal. oon tamen ipſius eſſentiam:generatur namqoe febris ex conuerſione caloris naturalis ad igneum, calor aotem iſte qui conuertitur, ſubſtantia eſt,non accidens, ſubſtantiam autem aliquam fieri igneam contingit, vbi immodicè incaleſcat, quemadmodom ſaoguinem dicimus fieri bilioſum,aut frigidũ & aqueum,

ita

ita etiam licet & calotem naturalē (nempe ſubſtantiam ipſam quæ calor natoralis appellatut à Gale. lib. 1. aphot. comment. 14. & ſæpe alibi) igneum appellare: fieri autem talem, eſt febrem generari: oſtendit autem Galen. in dicto commentario per calorem natutalem qui tranſit ad igneam naturam, eſſe intelligendam ſubſtantiam calidam: quoniam hanc exhibet rationem. Quare Hippocr. dixit in eodem aphor. ſenibus non ſimiliter acutas febres fieri, quia febris fit conuerſione caloris naturalis, ad igneum, frigidum verò eorum corpus, id eſt, parum habens calidi innati, de quo multum habere pueros Hipp. dixerat, quod verò multum exiſtit in pueris, calidum innatum eſt, & ſubſtantia, vt à Galeno explicatur in eodem commentario. Hinc fit quòd cùm in humano corpore triplex ſit, calor inoatus, ſanguis, ſpiritus, & ſolidæ particulæ, tria ſint quæ poſſint ad igneam naturam conuerti, ac triplex eſſe genus febrium, quod ſumitur à materia, nempe hectica, humoralis, & diaria, de quibus infra dicemus. Hæc autem ſunt continentia, contenta, & impetentia, cap. ſequ. Aduertendum etiam quòd in his quæ putrent, calor ignis, qui mixtionem conſeruat, corrumpitur, & ſubiectum occupatur à calore extraneo, qui etiam igneus eſt, corpus diſſoluens & ipſam rei mixtionem, & ob id dicemus calorem humoris aut cuiuſuis cōuerti ad igneam naturam, quia calor ſuccedens ignis naturam ſapit. Hæc de febris generatione: nam eius eſſentia verè calor eſt, & accidens de prædicamento qualitatis. De febre enim dixit Ariſtot. lib. 1. problematum, a. problem. Superans enim calor totius corporis febris eſt. Et Aëtius lib. 2. ſermone 1. cap. 3. febrem ſic diffiniuit: Febris eſt calor prætet naturam cordis & arteriarum, vitalem firmitatem lædens. Et Gale. lib. 8. de morbis curandis, inquit: Vnus ex morbis ex intemperie febris eſt, vtique cùm adeò immodicè calor auctus eſt, vt hominem offendat, & actionem lædat. Et 4. de cauſis pulſuum cap. de pulſu ex inflammatione, dixit: Calor immodicus, qui vniuerſum corpus occupat, febris eſt. Optimè verò ipſius eſſentiam definiuit lib. 6. de Morb. pop. par. 1. comment. antepen. dicens: Febris non ſecundum Hippoc. modo, ſed ſecundum omnium hominum intelligentiã eſt præter naturam caliditas, in totum animal extenſa, ſin minus omnino in plurimis & maximè præcipuis particulis eueniens. Calor itaque. i. caliditas, quæ eſt prima qualitas, febris eſt, non tantùm aduenlens, ſed tota in homine exiſtens, tota enim præter naturam redditor ex commercio aduentitiæ. Quod etiã contra Gentilem ſatis probauimus. Explicuit autem Gal. non eſſe neceſſum febrem in toto corpore exiſtere, ſatis eſſe autumans, ſi fuerit in plurimis & maximè præcipuis particulis. Quod tamen lib. de cauſis morb. ſæpe dixit: febrem calore exiſtente in toto corpore dici, non ſemper eſt verũ, ſed vbi non impediatur à cauſis refrigerantibus, aut tanta ſit caloris imbecillitas, vt non poſſit ad extrema pertingere. Secundum propoſitũ eſt docere, an calor præter naturam poſſit diuidi per differētias eſſentiales: Galen. namque vocat differentias eſſentiales caloris tres illas quas explicuimus. Ad cuius explanationem duo ſunt aduertenda. Primum, quòd calor eſt ſpecies atoma apud philoſophos, niſi quis putaret calorem ignis, & aëria ſpecie differre. Hoc tamen verius eſt, calores omnes eiuſdem ſpeciei eſſe, & in eodem ſubiecto facere vnum intenſius. Secundo ſcire oportet multos eſſe diuidēdi modos. Eſt enim diuiſio generis in ſpecies, vt cùm affectus diuiditur in eum qui ſecundum naturam, & eum qui præter naturam, & affectus præter naturam in morbum, cauſam, & accidens. Sumitur affectus largè pro omni diſpoſitione. Diuiditur etiam totum in partes, vt ſi corpus humanum diuidamus in membra ſimplicia, & organica: & ſimplicia in os, neruum, cartilaginem, ſyndeſmum: aut diuiditur ſubiectum in accidentia, vt, corporum quædam ſunt ſana, quędam ægra, quędam neutra: aut diuiditur accidens in ſubiecta, vt, ſanitas quædam eſt in ſimplicibus, quædam in organicis, quædam in vtriſque: aut diuiditur accidens in accidentia, vt, morbus in temperatura, quidam eſt calidus, quidam frigidus, quidam humidus, quidam ſiccus, quidam ex his compoſitus, aut eſt diuiſio vocis in ſignificata, vt ſic, Cancer aut eſt terreſtris, aut marinus, aut fluuiatilis, aut cœleſtis, aut eſt morbus. Vtilis eſt hic diuidendi modus medicis volentibus ſynonymias diſtinguere, ac in vno ſignificatu differentes componere, vt ſi de morbis diſſerendum eſt, primùm diuidemus morbum in actionum læſionem, & affectum præter naturam actiones lædentem, alterutrum namque horum ſignificare poteſt. Ex omnibus his diuiſionibus ſolam eam appellant dialectici diuiſionem per differentias eſſentiales, qua diuiditur genus in ſpecies: differentiæ namq; eſſentiales ſunt, quæ generis amplam ſpeciem diuidentes, ad anguſtiorem ſpeciem conſtituendam contrahunt: vt rationalitas quæ animal amplum genus contrahit ad humanam conſtituendam ſpeciem. Cùm igitur calor atoma ſpecies ſit, non admittet diuiſionem per diuerſas differentias eſſentiales, ad diuerſarum ſpecierum conſtitutionem. Quare igitur Galenus diuiſiones febris optimas dixit fieri per differentias eſſentiales? non ob aliud, niſi, quoniam ſunt diuiſiones circa diuiſum, quod eſt febris ipſius eſſentia, quæ calor eſt. Omnes igitur differentiæ quæ ſumuntur à calore, ſunt febri eſſentiales: quia attingunt febris ipſius eſſentiam, & circa ipſam verſantur. Tales ſunt differentiæ quæ ſumuntur à quantitate caloris, aut modo motus caloris, aut à materia in qua exiſtit calor. Quas ſi quis examinare dialecticè velit, inueniet duas priores, quarum prima eſt à quãtitate caloris. Hæc eſt, Calorum quidã intenſus, quidam remiſſus eſt. Et ſecũda quæ ſumitur ex modo motus: hæc eſt, Calorum quidam hoc, quidam illo modo mouetur, differentias eſſe accidentis in accidentia. Tertia igitur, quæ ſumitur à materia, diuiſio eſt accidentium in ſubiecta, vt calor præter naturam, quidam exiſtit in humore, quidam in ſpiritu, quidam in membro. Tertio & vltimo loco conferendæ ſunt tres iſtæ Gale. diuiſiones cum litera Hippo. vt ipſas Hippocratem docuiſſe conſtet. Gale. autem optimè diuiſiſſe febrem Hippocratem dicit, quoniam illos modos diuidendi per differētias eſſentiales obſeruauit. Fuchſius in accommodãdis his tribus diuiſionibus literæ Hippo. hunc modum ſeruauit lib. 6. de morb. popu. in ſuis commentariis. Prima diuiſio quę ſumitur à quantitate caloris habetur ab Hippo. cùm dixit: Febres hæ quidem manui mordaces ſunt, illæ mites. Secũda diuiſio, quæ ſumitur ex modo motus, habetur in litera Hippo. cùm dixit: Aliæ non mordaces quidem, ſed increſcentes, aliæ acutæ quidem, ſed ab ipſa manu deuictæ. Tertia diuiſio quæ ſumitur à ſubiecto, & materia in qua exiſtit calor, habetur vbi dixit: Aliæ ſalſæ, aliæ inflatæ, aſpectu graues. Salſæ enim humorales nobis ſignificant: nam calor in humore talem ſignificat manui alterationem, qualem ſal linguæ. Inflatæ in ſpiritu ſunt, diariæ appellatæ, aſpectu tamen graues in membris hecticæ, quoniam hectici abſumpti ſunt, & aſpectu horribiles,

Vera febris eſſentia eſt calor præter naturam.

Omnes calores ſũt vnius ſpeciei.

les, ob nimiam conſumptionem, in quibus collationibus molris modis errauit Fuchſius: primò cùm primam diuiſionem quæ attinet ad quantitatem caloris dixit eſſe eam qua diuidirur calor in mordacem & mitem: non enim conuenit cum Gale. qui in commentario eius partis ad quantitatem caloris dixit attinere, quod dixit: Quædam confeſtim ardentes, quædá verò ſemper debiles ſiccæ; inquit enim: Deinceps verò differentias ipſarum ſecundum magnitudinem declarans inquit: aliæ ſtàtim ardentes, aliæ perpetuò debiles. Cur itaque talis tangentibus ipſis fiat opinio, vt vel multa, vel pauca videatur eſſe caliditas, rurſus videbimus. Ecce vbi quantitatem caloris in hac diuiſione ſignificauit Hipp. non in prima, hanc autem Fuchſius cogitur prætermittere tanquam non attineat ad quantitatem, modum motus, aut materiam. Adde quòd (vt ſupra monſtrauimus) prima diuiſio quadrimembris eſt, & tota reſpondet motui caloris, non pars quantitati, & pars motui caloris, vt Fuchſius voluit. Quod autem circa diuiſionem quæ ſumitur à materia dixit Fuchſius, hecticas eſſe quas appellauit aſpectu graues, & diarias pneumatodeis, id eſt inflatas, conſtat Hipp. dixiſſe: πνευματώδεες ἰδεῖν δεινοί. Hoc eſt, ſpirituoſæ videri graues, nec ſeparaſſe has duas partes, ſed ſimul de eiſdem febribus protuliſſe, ſpirituoſas videri graues, præter id quòd hecticas graues aſpectu appellare, eſt gratis dictum: pari namque ratione ardentes febres cùm faciem reddunt qualem Hipp. 1. prognoſticorum depinxit, appellaſſet aſpectu graues, & Fuchſius hecticas. Præterea Hipp. febres ipſas dixit graues ſecundum apparentiam, non homines ipſos qui febrem patiuntur, vt Fuchſius ait. Nos verò ſic rectè accommodabimus tres has diuiſiones, quas Galen. dicit per differentias eſſentiales, literæ Hippoc. Prima quę ſumitur à quantitate caloris eſt quæ ſcribitur apud Hipp. ſecunda, cùm dixit: Aliæ confeſtim ardentes, aliæ ſemper debiles ſiccæ, quod idem eſt ac ſi dixiſſet, quædam ſunt vehementes intenſæ, quædam debiles remiſſæ. Secunda diuiſio quæ ſumitur à modo motus caloris apud Hippoc. quadrimembris eſt: & prima eius diuiſio, vt probaui. Aut enim calor ſemper eſt mordax & acris, aut ſemper mitis: aut à principio mitis, deinde increſcens, aut à principio acris, deinde à manu victus debilis. Ex hac diuiſione non tantùm modum motus caloris, ſed materiam in qua exiſtit calor licet coniectari, vt conſtat ex Gal. lib. 2. cap. 2. vbi ex modo motus caloris docet cognoſcere, an calor ſit in ſanguine, pituita, aut bile. Tertia diuiſio quæ ſumitur à materia, habetur in litera Hippoc. Nam quædam eſt ſalſa, quam appellamus hecticam, calor enim hecticæ ſimiliter mouet tactum, vt ſal guſtum, veluti paruus calor mixtus multæ ſiccitati, talis enim eſt calor hecticæ, ſal quidem ſubſtantia terrenus eſt, & ſiccitate ſua adſtringit, nec tamen multo participat calore. Eſt enim calor ſalſi ſaporis citra calorem amari ſaporis, plus enim excalefactum ſalſum, amarum redditur, vt Galen. vult. lib. 4. de Simplicium medicamentorum facultatibus, cap. 19. & 20. cùm tamen amarus ſapor acri minus calidus ſit, pauco calore ſalſa participant. Sic etiam calor hecticæ in ſolidis particulis exiſtens, magnus non eſt, & ſiccitati coniungitur: non tamen hoc impedit calorem hecticæ eſſe poſſe ab initio mitem, deinde mordacem, vt dixit Gal. infra cap. 11. part. 1. Secunda ſpecies, quæ ſumitur à materia, eſt febris diaria, quæ in ſpiritu conſiſtit. Has febres vocat Hippocrat. πνευματώδεες ἰδεῖν δεινοί. Hoc eſt, ſpirituoſæ ſecundum apparentiam graues. Spirituoſæ quidem, quoniam πνευματώδεες idem eſt quod πνευματώδεες, vt ait Gal. in antiquis dictionibus Hippocr. Quod autem dixit, ἰδεῖν δεινοί, idem eſt quod graues ſecundum apparentiam, quod de diariis optimè dixit. Graues enim apparent eis, qui nondum nouerunt naturas ipſarum, graues quoque apparent eis qui à tactu iudicium ſumunt, tam eſt magnus earum calor: non ſunt tamen graues in re, ſed ſola apparentia. Tertia ſpecies à materia ſumpta eſt humoralis, in humore conſiſtens, eo modo quo pòſt dicemus, quam ſatis manifeſtauit Hippocrates dicens: Aliæ ad manum humidæ: manus enim multum humorem ſubeſſe ex vaporis multitudine & fuliginum iudicat.

In tertia parte quæ incipit (Porrò autem) procedit ad explanandas diuiſiones has tres, quas dixit eſſentiales: de quibus duas prætermittit tanquam notiſſimas, nempe eam quæ ſumitur à quátitate caloris, & eam quæ ſumitur à modo motus. Quantitatem namque caloris, ac modum motus facilè tactus aſſequitur, & ipſæ non egent aliis diuiſionibus ad declarationem, nec multis ſignis, aut cauſis, vt medico pateant. Quæ omnia in differentia quæ ſumitur à materia ſunt admodum neceſſaria, & enarratione digna. De diuiſione quæ attinet ad quantitatem caloris inquit, impropriè dici de his quæ ſunt in prædicamento qualitatis, maius & minus: diceretur namque potius calor intenſior & remiſſior, quàm maior & minor. Sed conſuetudo inualuit. De differentia tamen quæ ſumitur à materia, maximè proprias dicet differentias, vbi calor occupauerit cordis ipſius corpus, aut humores, qui in ventribus ipſius continentur, aut vbi aërea ſubſtantia incaluit. Reliqua verò duo (hæ ſunt corpus & humores contenti) adhuc incaleſcunt, ſed nondum incaluerunt. Differunt autem non parum incaleſcere, & incaluiſſe: quod tribus exemplis oſtendit, ex quibus cognoſces tres febrium differentias ſumptas à materia in qua exiſtit calor præter naturam, humoralem, diariam, & hecticam, & modum exiſtendi caloris in ipſis, quando tales febres conſiſtere dicimus. Primum exemplum eſt, fingamus aquam calidam infundi in vas frigidum, hinc autem vaſis corpus ab ipſa aqua calefieri, nondum tamen incaluiſſe, ſed adhuc incaleſcere. Eſt hæc febris humoralis, aqua enim humoribus comparatur, & vas membris: in humorali verò febre humores calorem habent factum: iam enim incaluerunt, membra verò non, ſed calorem ab humoribus recipiunt, ac fit in ipſis, nondum tamen factus eſt. Aut fingamus (inquit) in calidum vas infundi aquam frigidam, quæ deinde recipiat calorem, ita vt aqua adhuc incaleſcat, nondum tamen incaluerit. Hoc exemplum hecticam febrem repræſentat, in qua membra ipſa calorem factum habent, & incaluerunt. Sunt autem membra ſolidæ corporis partes, vt ab humoribus & ſpiritibus diſtinguuntur: in quibus membra ex ſemine genita, & caro ipſa, atque adeps comprehenduntur. Dum hæc calorem conceperunt, incaleſcunt humores, qui in corpore continentur, nondum tamen incaluerunt. In his duobus exemplis nihil eſt quod febrem diariam oſtendere poſſit, ob id addit tertium exemplum. Verùm claritatis cauſa fingamus (inquit) fabrilem follem trahere aërem admodum calidum, ac follem ab aëre calorem recipere, ita vt incaleſcat, nondum tamen incaluerit. Conſtat autem talem eſſe febrem diariam calefactis ſpiritibus, nondum tamen calefactis membris & humoribus. Quare addit vnum figmentum quod ſeruat in totum cum humano corpore analogiam, & ad dia-

riam

ſiam febrem oſtendendam optimum eſt. Fingamus (inquit) follem continere humorem, trahere verò aërem calidum, vt diximus, deinde follem & humorem incaleſcere, quod contingeret vbi fieri poſſet vt follis foramina adeò parua eſſent, vt aërem admitterent, & exire concederent, non tamen humorem, quod arte fieri non poſſet, factum autem eſt à natura. Nam in humano corpore per poros cutis permeant aër & ſpiritus, humoribus intus ſeruatis: etſi in arteriis & corde humores & ſpiritus mixti ſint. Hoc eſt omnium exemplorum optimum, quamuis exemplum quod afferunt de balneo, ſatis ſimile ſit. In balneo namque ſunt parietes, aqua & aër, in quibus fieri poteſt vt intra calidos parietes effundantur aqua, & aër frigidus, & eſt ſimilis hecticæ febri, aut parietibus frigidis & aëre, infundatur calida aqua; talis eſt humoralis, aut parietibus & aqua frigidis, ſuperueniat aër calidus, & talis eſt diaria febris: comparantur enim parietes membris, aqua humoribus, aër ſpiritibus. Hæc de Galen. litera.

Nos verò in præſenti loco quædam indagabimus, quæ ad Galen. mentem explanandam, & veram ipſarum rerum notitiam aſſequendam ſummopere ſunt neceſſaria. Primum circa mentem Galeni, cùm dixit: Quæ verò differentiæ à materia ſumuntur, in qua calor ille præter naturam conſiſtit, maximè propriæ caloris præter naturam ſunt differentiæ. Secundò diſſerimus, an tantùm ſint tres ſpecies febrium, quæ ſumuntur à materia, & à qua materia ſumunt diſtinctionem. Tertiò, in quo differunt factum eſſe, & fieri caloris.

Circa primum in adducta ſententia dixerũt neoterici Gale. voluiſſe comparare tres dictas diuiſiones, quæ ſumuntur ab eſſentia febris, ac dicere eam quæ ſumitur à materia eſſe magis propriam ea quæ ſumitur à quãtitate caloris, & ea quæ ſumitur à modo motus: quod autem id verum ſit, probant quidã ex ipſis, quoniam illæ differ. caloris febrilis quæ ſumuntur ab ipſo, vt eſt præter naturam, magis propriæ ſunt, quàm quæ ſumuntur ab ipſo, vt eſt calor. Sed differentiæ quæ ſumuntur à materia ſunt differen. caloris, vt eſt præter naturam: & differentia maioris & minoris ſumitur in calore, vt eſt calor. Ergo quæ ſumuntur à materia ſunt magis propriæ. Adde etiam quòd accidentis eſſe eſt ineſſe, & ſumit à ſubiecto diuerſitatem, & ob id differentia à ſubiecto erit magis propria aliis. Hîc malè cõprobauit mentem ſuam, quoniam Gal. cùm diuiſit febrem maioris & minoris ratione, nõ minus loquutus eſt de calore præter naturam, quàm cùm loquitur de calore, vt ſumit à materia differentiam, quod patet, quoniam cùm Hippoc. quem Galenus in ſuis diuiſionibus ſequitur, dixit: Quædam ſunt ſtatim ardentes, quædam debiles ſiccæ. Quam diuiſionem diximus attinere ad quantitatem caloris, conſtat ipſum de febribus loqui, quæ ſunt calores præter naturam, non minus quàm cùm loquitur de his quæ attinent ad materiam. Præterea cùm dixit accidentia ſumere ſuum eſſe à ſubiecto, verum eſt, non tamen ſumunt ab ipſo differentias eſſentiales, ſiquidem calor in humore & in membro non differunt ſpecie.

Alij verò dicunt ob id dixiſſe Galen. differentias à materia eſſe maximè proprias, quoniam medicus conſiderat eas quatenus curari debent, potiſſima verò via & indicatio ad curationem, eſt ea quæ ſumitur à materia: quia curationis via in diuerſis eſt ſpecie diuerſa, alia enim via eſt in ſpecie qua curatur febris humoralis, alia qua curatur hectica, aut diaria. Quod non eſt in differentia maioris & minoris, maior enim calor & minor eadem via in ſpecie curantur. Quantum tamen abſit hæc opinio à veritate manifeſtum eſt, quoniam differentiæ ob id dicuntur eſſentiales, quia attingunt rei diuidendæ eſſentiam, vt ſuprà, modò diuerſa via curationis in ſpecie nõ attingit eſſentiam caloris. Ergo quamuis curationis diuerſa ſpecies ſit, differentiæ caloris poterunt eſſentiales non eſſe. Adde quòd via curationis alieniſſima eſt a febrium differentia, accidentaria enim admodum eſt hæc diuiſio, febrium aliæ curantur ablatione cauſæ, aliæ ſine ipſa.

Quod tamen Galenus voluit ſatis alienum fuit à mentibus Barbarorum, non enim voluit hanc differentiam quæ ſumitur à materia in qua calor exiſtit factus, eſſe magis propriam, & familiarem aliis quæ ſumuntur à quantitate caloris, & à modo motus, ſed inter differentias quæ ſumuntur à materia illam eſſe maximè propriam quæ ſumitur à calore, qui eſt in membro, humore, aut ſpiritu: ac ſi diceret, Maximè propria differentia, earum differentiarum quæ ſumuntur à materia, eſt illa qua diuiditur febris in hecticam, humoralem & diariam, magis enim propria ac vniuerſalior hæc eſt, quàm ſi quis diuideret febrem in hepaticam, ſpleneticam, ſtomaticam, peripneumonicam, aut ſic: Febrium quædam ſunt à bile, quædam ab alio humore, aut quædam ſunt ab humorum putredine, quædam ſine ipſa: differentia verò quam Galen. narrat, vniuerſas febres comprehendit, & à materia quæ in primo febrium ſubiecto exiſtit ſumit differentias, nempe ab eo quod calorem factum habet in corde, quod manifeſtè voluit cùm dixit: *Αἱ δὲ παρὰ τὴν ὕλην, ἐν ᾗ τὸ παρὰ φύσιν τοῦτο θερμὸν, οἰκειόταται διαφοραὶ τῆς παρὰ φύσιν θερμασίας εἰσὶν, ἤτοι τὸ σῶμα τῆς καρδίας αὐτὸ κατειληφυίας αὐτῆς, ἢ τοὺς περιεχομένους ἐν ταῖς κοιλίαις αὐτῆς χυμούς. Λοιπὴ δὲ καὶ τρίτη ἀπ' αὐτῆς διαφορὰ τῆς ἀερώδους οὐσίας μόνης ἐκτεθερμασμένης ἱκανῶς.* Quod eſt, differentiæ verò quæ ſumuntur à materia in qua calor hic præter naturam exiſtit, familiariſſimæ differentiæ caloris præter naturam ſunt. Siue corpus ipſum cordis calor ipſe præter naturam comprehenderit, vel humores in ventriculis ipſius comprehenſos. Reliqua verò, & tertia quidem ab ipſis diff. eſt aërea ſubſtantia ſola quantum ſatis eſt calefacta. Ecce vbi trimembrem hanc diuiſionem dicit eſſe familiariſſimam earum quæ ſunt à materia: non tamẽ omnium earum quę à calore deſumuntur, vt putarunt omnes qui antehac ſcripſere. Circa ſecundum quod propoſui dubium videtur, non enim omnes febrium diff. à materia ſunt hecticæ, aut diariæ, aut humorales: nam vbi humiditates (quas appellant ſecundas) contingat putrefieri, & inde febrem excitari, erit febris in nulla harum ſpecierum contenta. Præterea ſi membrum aliquod putrefiat, & inde vapor perueniat ad cor, & febrem efficiat, iſtæ febres non ſunt hecticæ, humorales, aut diariæ, quandoquidem nec humor, nec ſubſtantia cordis, nec eius ſpiritus ſeceperunt calorem in facto eſſe. Niſi velles dicere eam in qua putret membrum, eſſe hecticam. Quoniam calor factum eſſe habet in membro. Verùm ſi ita eſſet non ſumeret ſpeciem ab eo quòd in corde calorem factum recipit: nam hanc hecticam dicis, in qua calor in cordis ſubſtantia non eſt factus. Præterea in febribus quæ fiunt ex bubonibus ſiue ex inflammatione carnium adenoſarum, aliquando contingit fieri febres diarias, aliquando putridas, vt Gal. inf. c. 7. Si enim inflammatio eſt in parte in qua humor & vapor putreſcens concluſi retinentur, perueniente ſolo calore ad cor, diaria efficitur febris: ſi tamen putridus vapor ad cordis ſinus perue-

 nit,

nit,quod ſit,vbi in viſceribus aut magnis vaſis conſiſtat putredo, febris putrida ſiet. In his itaque putrida febris adeſt, non tamen putreſcunt humores in ventribus cordis contenti. Hæc ergo febris non ſumit ſpeciem ab eo quod in corde calefactum eſt. Ad hæc omnia breuiter dicemus,prætermiſſis multis aliorum nugis, quòd febris ſpecies ſunt tantùm tres,quæ à materia ſumuntur,ſi tamen cōtingat humiditates ſecundas putreſieri,febris humoralis eſt. Et quamuis humiditas de membri ſubſtantia ſit,aut ipſum membrū putreſcat,vbi vapor putridus ad cor perueniens febrem excitauerit, febris putrida erit: putreſcēt enim ſimul humores qui ad alendam particulam perueniunt, & erit febris ſymptoma, niſi ſola alteratio perueniat: eſſet enim veluti diaria ex bubone, non enim ſolum humorem qui in corde continetur putreſcere,aut calorem præter naturam concipere voluit Galenus ad febrem humoralem: ſed quòd calor ipſe ab humore aut vlcere, aut inflammatione veniens, humoralem efficere poteſt, vbi ad cor perueniens febrem excitauerit: idem de fæce putreſcēte,& aliis dicemus. Omnia enim hæc habent rationem contentorum. Tres igitur tantùm ſunt à materia febrium differentiæ, & ab eo quod in corde calorem recipit ſpeciem accipiunt, non ab eo quod in alia parte exiſtat, vt dicemus cap.3.

Circa tertium dicendum eſt, quòd differunt factum eſſe & fiens caloris, ad cuius explanationem intelligendum,quòd vt vult Gale.in præſenti loco, in omni febre aliqua de prædictis tribus ſubſtantiis calorem factum habet, non tamen credere oportet eum calorem febrem eſſe,qui enim in humore factū eſſe habet,aut in ſpiritu febris non eſt,nec morbus, ſiquidem non eſt paſſio viuentis: humores enim non viuunt,neque ſpiritus, licet de ſpiritu quidam falſo id credant,præter id quòd calor humoris non lædit operationes primò,ſed mediāte calore membro impreſſo,ſic de ſpiritu:febris tamen humoralis calor fiens in membro eſt, a calore humoris conſeruatus,in humore tamen factus,neque à cauſa alia dependens. Sic de diaria dicendum, ipſa enim in membro eſt,& à calore ſpiritus pendens, in quo factum eſſe habet,velut in cauſa,omnis tandem febris dependens,in membro talis eſt, in alio verò ſubiecto velut in cauſa facta.Hectica tamen in ipſo mēbro facta eſt, & independens, licet in humore, & ſpiritu recipiatur in fieri. Contra quod ſequi poſſe videtur aliquem morbum eſſe fientem, nempe febrem diariam,& humoralem, quod etiam affirmat Gal.lib.8.de Meth.med.ad initium, vbi dicit, quaſdam febres eſſe fientes,quaſdam factas,quaſdam futuras,quibus diuerſas vias curationis cōuenire docet,& libro artis medicinalis cap.88.inquit:Hic verò prius diſtinguamus quæ omnes ferè medici prætermittunt, alias quidem eſſe ſalubres cauſas eius temperaturæ, quæ iam facta eſt: alias autem illius quæ adhuc fit,ſicuti etiam alias eius quæ futura eſt. Quo in loco eorum qui ægrotant intemperaturas tales eſſe dixit, inter quas annumerauit eam quæ adhuc fit:ſed tamen huius contrarium videtur velle lib.de diff.ſymptomatum,vbi diſtinxit diatheſim, & pathos, quoniam διάθεσις affectum dicit,ac permanentem diſpoſitionem, πάθος verò & πάθημα omne quod procedit ab altero in alterum. Itaque dum quippiam conuertitur,mutatur,alteratur,mouetur, pathos eſt, nempe motus ipſe, quatenus ab agente procedit,actio, qua verò in patiente ſuſcipitur, paſſio & pathema dicitur à Galeno: διάθεσιν verò,id eſt affectus,in corpore permanet, & ſeruatur,licet impropriè Græci permanentem etiam diſpoſitionem pathos appellent. Habet enim pathos in fieri eſſentiam ſuam,vt omnes actiones, & ſymptomata quæ actiones læſæ ſunt, quemadmodum Ariſtot.lib.7.phyſic.cap. 3. dixit:Senſuum omnium actiones motus ſunt Sed Galen. paulum infrà poſtquàm paſſionem ab affectu diſtinxit inquit: Morbus eſt affectus præter naturā actionem impediens; omnis ergo morbus facta diſpoſitio eſt,nam omnis morbus eſt affectus,& vt probauimus, omnis affectus factus eſt ac permanēs.Ergo omnis morbus eſt factus, & nullus fiens.Hinc obiter conſtare poteſt error Copi Baſilienſis, qui titulū lib. περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, tranſtulit, de locis affectis, dicturus potius de locis paſſis.Differunt enim non parum,vt diximus,pathos,& affectus,ſic & πεπονθέναι, διακεῖσθαι,id eſt,pati, & affici:rurſus quòd nulla febris ſit fiens, probatur. Nam in præſenti cap. Galen. ſingulas febrium ſpecies dicit in ſingulis cordis partibus eſſe factas, incaluiſſe ſiquidem decet humores in febribus humoralibus, in hecticis cordis ſubſtantiam, in diariis ſpiritus: nec differunt parum incaleſcere,aut incaluiſſe, quod eſt calefactum eſſe,& calefieri. Pro ſolutione huius dubitationis aduertendum, quòd intemperies fiens à facta hac re differt, quòd fiens nondum corrupit ac deſtruxit naturalem temperiem rei cuius eſt talis intemperies,ſed adhuc ipſam corrumpit,& ſubuertit. Facta verò iam ipſam deſtruxit, & iam naturalem rei temperaturam ſubuertit,nec amplius eſt in ſubuertendo. Exemplum eſt in hectica febre, in qua intemperies febrilis ob id facta eſt,quoniam iam ſubuertit ac permutauit membrorum naturalem temperaturam,nec amplius eſt in ſubuertendo, ac permutando ipſam,ſed naturalis temperatura iam corrupta eſt;& alia præter naturam loco eius ſucceſſit: quam differentiam docuit Galen.lib.1.de præſag.ex pul.cap.4 vbi docet ex variatione tēperaturæ pulſus languidos ſequi in eſſentia, verùm temperaturam contingit,vt ibi inquit, variatam eſſe, aut variari:vbi variata ſit, imbecilla redditur facultas in eſſentia,vbi verò permutatur,non tamen permutata eſt, non redditur facultas in eſſentia languida, quandoquidem facultatis eſſentia in commodo ſingularum partium temperamento conſiſtit. Quandiu igitur naturalis temperatura ex primis elementis manet,quamuis caliditas,aut frigiditas, aut humiditas,aut ſiccitas creſcant, non permutatur facultas in eſſentia,neque pulſus languidus ſit, niſi iam ipſius cordis temperatura fuerit ſubuerſa, & cor iam calefactum ſit,aut refrigeratum, aut alio modo alteratum, id eſt, prima eius elementa fuerint variata manifeſta variatione. Nam in hecticis primæ ſpeciei nondum facta eſt imbecilla:ſiue itaque humores,ſiue ſpiritus,ſiue pulmo, aut pericardium calore ſuo cor alterauerint,nondum dicemus intemperiem factam,aut facultatem in eſſentia imbecillam, donec iam talis temperatura naturalis cordis corrupta ſit:haec enim, ibi inquit, differentiam habent refrigeratum eſſe, & refrigerari. Rurſus lib.3.de præſagitione ex pul. capite 2. in hunc modum ſcripſit: At commemorandum hîc etiam eſt qui fieri poſſit,vt calor cor teneat permultus, & valeat facultas:nam ſi robur temperiem, imbecillitas intemperiem conſequitur, intemperies cor vnà cum immodico calore inuadet, proinde debilitari facultatem oportebit.Qui tandem igitur cùm pulſus pariter,& maximus,celerrimus,& crebèr,vehementérque ſit, non modo calorem in corde amplum,verùm & facultatis firmitatem eſſe diximus, nempe quod cum aliis nos locis, tum in febribus

Quæ differentia inter intemperiem factam & fientem.

digno

dignoſcendis aliud eſſe demonſtrauimus, incaleſcere, & incaluiſſe: nam vbi corpus cordis à ſubſtantia calefiat quam continent eius ventriculi, poteſt firma facultas eſſe, quod etiam eſt in cauſa vt plurimum, celerrimè, & crebettimè illi inſpirent, ac maximè celerrimè, creberriméque pulſent, repugnante adhuc calefacienti ſubſtantiæ corde, & foris alteram quæ refrigeret parem calore alliciente. Quod ſi quando ſuccubuerit, atque in eundem delapſum ſit, in quo eſt ſubſtantia, quam ventriculi continent, calorem: iam tunc incaluit, nec poſthac incaleſcit tantùm, cuius ſequitur intemperiem imbecillitas facultatis, ac ſi largius incaluerit, & per ipſum totum calor febrilis permanauerit, febrem excitat, quam becticam vocant. Placuit totam hanc ſententiam ex Galeu. trauſferre, quia in hac docet manifeſtè differentiam, quam quærimus inter calefactum eſſe, & calefieri, quod enim calefactum eſt, naturalem temperiem amiſit, corrupta prima ex elementis conſtitutione, quod verò adhuc incaleſcit, nondum dimiſit naturalem ex primis elementis temperaturam, reſiſtit quoque ac repugnat cauſis calefacientibus, quia manet. Idem de aliis intemperantiis. Quoniam tamen Gal. cap. 12. infra parte 2. dicit, incipiente hectica nondum redditam eſſe facultatem imbecillam. Dicemus, in hecticæ initio adhuc ſubuerti, & non in totum ſubuerſam eſſe naturalem temperaturam.

Aduertendum etiam eſt, quòd factum dicitur aliquid dupliciter: vno modo vt explicuimus, quemadmodum bectica febris facta dicitur, quia membrorum temperatura corrupta eſt, & alia loco eiuſdem ſucceſſit, quæ non amplius pendet à cauſa faciente, quemadmodum neque naturalis pendebat, quod inde ortum habet, quòd quæcunque talis æqualis eſt, quemadmodum & æqualis eſt ipſa naturalis, vt de hecticis infra docebimus. Alio modo factum eſſe dicimus id quod productum eſt, neque habet ſuum eſſe in fieri, quomodo motus, & qualitas acquiſita diſtinguũtur: nam motus in fieri habet eſſentiam ſuam, qualitas verò facta eſt, in ſubiecto permanens. Eo modo itaque in hoc ſignificato, factum & fiens diſtinguuntur, quo apud philoſophos res permanens, & res ſucceſſiua. Hinc conſtat dubij ſolutio, quando enim Galenus lib. de differ. ſympt. dixit, omnem morbum eſſe affectum, & omnem affectum eſſe factum, intellexit omnem affectum eſſe factum, hoc eſt, productum, & eſſe ens permanens, vt diſtinguatur ab eo quod in fieri habet eſſentiam ſuam, quod conſtat, quoniam in eo loco tantùm intendit morbum diſtinguere à paſſione: nam inter paſſiones annumerantur ſenſuum actiones, quæ ſunt res ſucceſſiuæ in fieri habentes ſuam eſſentiam, non vt affectus, qui in ſubiecto permanent, actione ceſſante, in quo ſignificato accipitur à Galen. loco citato. Nam ampliori ſignificato ſumitur pro eo in quod tranſit naturalis diſpoſitio, ſiue ſit morbus, ſiue cauſa, ſiue accidens. Itaque omne quod eſt præter naturam in humano corpore affectus appellatur, quo ſignificato vtitur lib. de ſangu. miſſ. Ampliſſimo verò vocabulo ſignificat omnem corporis diſpoſitionem, ſanam, ægram, aut neutram, vt lib. de diff. ſymp. ad initium. Nec tamen neceſſium eſt factum eſſe, id tantùm quod permanet ſublata cauſa. Ex morbis enim multi ſunt qui ceſſant cauſa ſtatim ſublata: vt colicus morbus à vitrea pituita, qui ceſſat ſtatim pituita excreta: & lib. 2. de method. med. inquit, Contrarium ſanitati affectum morbum appellamus, ſiue multo tempore, ſiue pauco tempore, ſiue momento temporis duret.

Lib. quoque 1. de meth. med. reprebendit Olimpicum circa definitionem pathos, quod cum morbo conuertebat; dicebat enim: Pathos eſt conuerſio corporis à naturali babitu in eum qui præter naturam, permanens. Oporteret enim addere læſionem actionum, quod omiſit, & demere permanens, quod appoſuit: nam ſiquis ſiue tribus horis, ſiue 4. ſiue horæ tantùm dimidio, toto corpore vehementer ſit arreptus, ſic vt neque ſentiat, neque moueatur, hunc nos attonitum dicimus. Permanentia itaque, vt dicit temporis durationem, non eſt de morbi eſſentia, ſed morbus eſt res permanens, vt ſucceſſiuæ opponitur, & habenti in fieri eſſentiam ſuam. Cùm tamen lib. 8. de meth. med. & lib. artis medicinalis dixit quoſdam morbos factos, quoſdam fientes, idem eſt ac ſi dixiſſet, quoſdam eſſe dependentes, quoſdam à cauſa non pendere, vt febris hectica facta eſt & independens à cauſa: quia in ipſa naturalis temperatura membri corrupta eſt. Fiens verò dicitur humoralis, quoniam partim facta eſt, id eſt, producta, partim futura, id eſt, producenda: illa, inquam, quæ in membro exiſtit, dependens eſt ab humore, partim facta, id eſt, producta in membro, partim in ipſo producenda. Cui ſi obiicias quod in præſenti cap. docuit per exempla, ſingulas febres eſſe factas, non babet verum in ipſo membro in quo ſunt, ſed, vt docuit, in aliqua de cordis partibus, hoc eſt, in membro vt hectica, aut humore vt bumoralis, aut ſpiritu vt diaria. Habet itaque bumoralis febris duplex factum, vnum in membro, quod eſt, habere eſſe productum & permanens. Alterũ factum, hoc eſt, independens à cauſa, non in membro, ſed in humore, neque tale eſſe potuit babere in humore, niſi prius corrupta eſſet naturalis temperatura humoris ea primis ſuis elementis, quemadmodum & in membro hectica. Humor verò qui recipit calorem factum & independentem, alterum in membro producit fientem, cuius pars facta, & producta eſt: pars verò producenda, vi bumoris applicati, & pars producenda præſeruatione eget per cauſæ ablationem: pars verò producta curatione per contrarietatem. Hanc ob rem Galenus lib. 8. de metho. med. ad finem dixit, febrem diariam factam eſſe, quoniam non habet partem futuram, nec partem quæ egeat præſeruatione per cauſæ ablationem. Galenus quoque capite 4. dixit ex ira febrem concitari, non aliter quàm vbi calor in ſpiritu & ſang. permanſerint, ira ceſſante, nec tamen id tollit veritatem noſtræ ſententiæ. Vbi enim calor in nulla de partibus cordis eſſe factum baberet, febris non eſſet, licet vera febris quæ in membro eſt facta non ſit, id eſt, independens. Quòd ſi inſtaueris calorem ita ſenſibiliter actiones lædere, non tamen factum eſſe, dicam ipſum eſſe morbum: quia eſt conſtitutio corporis præter naturam, à qua actio vitiatur, non tamen febrem. Hinc etiam conſtare poterit quàm malè Fuchſins negauerit morbos fientes (vt pertinaciter bæreret ſuo errori, quo negat in morbis cauſam continentem) quos in alio loco conceſſit: quod tamen partem morbi futuram pathema appellat, confundit motum cum qualitate producenda. Præter has diuiſiones quæ in præſenti cap. à Gale. ſcribuntur, aliis duabus vſus eſt in aliis locis: nam lib. 8. de meth. med. diuiſit febrem in eam quæ eſt in affectu facilè ſolubili, & eam quę eſt in affectu difficilè ſolubili: quarum primam appellat ſcheticam, quoniam eſt in ſcheſi: & ſecũdam, quoniam eſt in hexi, appellat hecticam; de hac diuiſione, inquit, dicendum, febrium alias facilè ſolubili affectu eſſe, perinde vt calefactum in ſole lignum, alias difficilè

Digitized by Google

ficilè ſolubili,veluti quod igni eatenus eacalfactum eſt,vt iam accendatur & fumum edat. Hæ ſunt primæ febrium differentiæ. Hanc itaque primam febrium differentiam eſſe dixit libro 2. de criſibus, cap.7.de febribus commiatis agere volens. Febrem verò diuidit in eam quæ cum membri alicuius paſſione fit,& eam quæ citra membri paſſionem. Cuius diuiſionis ſingula membra rurſos ſubdiuiſit,huius diuiſionis meminit 1.de arte curat.ad Glau.cap. 3.& 7.ſect. apho.commen.43.antiquos refert, cùm febris ſequitur ea inflammatione iecoris aut lienis, pulmonis,aut lateris non appellare febrẽ, ſed pleuritim,aut peripneumoniam, febrem verò non morbum,ſed morbi caſum:idem etiam fit vbi ſequatur putredinem humoris qui eſt in vlcere,aut in aliqua magna obſtructione ſignatæ particulæ,licet id non conſtet ea antiquorum vſu vocabuli, niſi tantummodo de febribus quæ paſſiones partium ſequuntur,non omnium,ſed internarum.Hanc etiam diuiſionem omnium primã eſſe dixerat lib. 2. de criſib. cap.8.vbi contra quoſdam ex antiquis medicis inquit: Cùm verò exigunt ſibi aliquid de febribus enarrari, primam ſtatim differentiam non admittunt,quòd videlicet quædam ex locorum paſſione, quædam autem ſine illa conſiſtant. Ecce vbi hanc dixit eſſe primam febrium differentiam: verùm & hæc & præcedens diuiſio primæ dici poſſunt,quoniam nullas alias differentias febrium prærequirũt, neque aliæ ſunt ante has, præter id quòd differentia qua diuiditur febris in eam quæ eſt in habitu facilè ſolubili,& eam quæ eſt in habitu difficilè ſolubili,pariter à materia ſumitur:vt illa de qua Gal. in præſenti cap.Sed tamen illud membrum, quod eſt in habitu facilè ſolubili comprehendit humoralem & diariam,& illa quæ eſt in habitu difficilè ſolubili,conuertitur cum hectica.

Vnum id dicendum reliquum eſt,quod Auicenna ea qua ſolet procedere via conatur probare non rectè diuidi febrem,in febrẽ ægritudinem, & febrem accidens.Aut enim (inquit) febris quæ ſequitur inflammationẽ dicitur accidens,quia ſequitur immediatè ipſam inflammationem,quæ eſt morbus, aut quia ea morbi alterius cognitione venimus in cognitionẽ ipſius.Nõ primum,quoniam aut ſequitur calorem, aut dolorẽ,aut putredinem inflammationis. Si calorem aut dolorẽ,maxima pars diariarum erit accidens, quia ſequũtur dolorem,aut calorem. Si verò ſequatur putredinem,conſtat quòd putredo non eſt morbus, & quæ non inſequetur morbum, neque erit appellanda febris accidens,quia non ſequitur morbum immediatè. Quòd autem ſecundum verum non ſit,probat,quia ſimiliter ea inuentione putredinis venimus in cognitionem febris putridæ,quæ tamen non eſt febris accidens in genere:plurimæ enim non fiunt tales. Hoc argumentum Auic.quàm futile ſit,omnibus conſtat:nam in hac ſecũda parte licet probet ea putredine nos venire in febris cognitionem, putredo tamen non eſt morbus. Non ergo erit accidens febris illa, in cuius cognitionem venimus ex cognitione putredinis.Quoniam igitur locis citatis Galenus vſus eſt hac diuiſione,& ipſam primam appellauit,eam defendemus. Rectè enim totam febris amplitudinem comprehendit,& febris accidens,quæ à Galen.non morbus,ſed morbi caſus appellatur,in rerum natura exiſtit,quæ morbum alicuius particulæ ſequitur, ita vt morbo illo curato facilè curetur,ſicuti & alia ſymptomata morborum, & ita alium morbum ſequitur,vt effectus cauſam. Tales autem ſunt febres quæ ſequuntur inflammationes, aut vlcera,non tamen quæ ſequuntur calorem, qui non eſt alicuius particulæ morbus,aut dolorem, qui ſimiliter accidens eſt, non morbus, vt conſtat. Præter id quod Gal.7.ſect.aphor.commen. citato,antiquorum opinionem ſequitur,& eorum eſſe vſum vocabulorum dicit, qui febrem quæ ſequitur partis inflammationem appellare voluerunt morbi accidens, non tamen morbum: eas tamen quæ ſine loci certi paſſione atque inflammatione fiebant, morbos appellabant,quibus etiã vocibus vti licebit antiquis.Methodicos verò reprehendit Gale.lib.de differ. morborum cap.5.quòd febrem eam morbum appellent, quæ ex intemperie prodit: eam verò quæ cum inſigni aliquo partis affectu fit,non morbum,ſed ſymptoma,reliquas verò, morbos & pathemata, quos maximè dignos reprehenſione eſſe dicit, quod ſi ita eſt,Hippo.ſententiam damnauit 7.ſect.apho. vt ſupra,& ſibi contradicet, qui ea vſus eſt diuiſione febris. Verumtamen noſſe oportet,quòd Gale. febres quæ ſequuntur morbos alios, aut affectas particulas non putat ſymptomata (ſicuti neque antiquiores ipſo)alia ratione,niſi quoniam morbos alios ſequuntur,non quòd ipſi morbi nõ ſint:nam & morbi multi ſunt aliorum morborum cauſæ, methodici verò ſibi ipſis non conſtabant,qui aliquando febrem quæ ſequitur inflammationẽ appellant morbum,aliquando ſymptoma, ac ſi eſſet aliqua febris quæ non eſſet affectus,ſed ſymptoma,quod in totũ pendeat à morbo,vt vmbra, quod nunquam putauit Hippoc.& Gale.lib.2.de arte cur.ad Glauc. non dixit febres ſequentes inflammationes eſſe ſymptomata,ſed veluti ſymptomata. Præterea Galen. lib. de different. morb. ob id maximè eos reprehendit, quòd morbum aliquando appellent ipſam febrem, quæ eſt corporis affectus,aliquando non,ſed actiones læſas:in qua re ſibiipſis diſcordant,nec ſua ipſorum placita ſeruant. Febris itaque partis paſſionem ſequens, licet ad ipſam ſequatur, vt ſymptoma, in eſſentia morbus eſt:nam & morbus alterius morbi eſſe poteſt cauſa.

CAPVT II.

HIC ergo calor præter naturam, quem ap- 1
pellamus febrem: aliàs ex alio de prædi-
ctis incipit. Occupat autem, ac ſimul affi- 2
cit cum eo quod affectum eſt, reliqua duo
genera. Facillimè ergo calor ex humori-
bus ad ſpiritum tranſmeat:humores autem tardiùs ignem
concipiunt à ſuccenſo ſpiritu: atque etiam ſolidum cor-
pus promptius tribuit calorem humoribus, aeri aquè ſub-
ſtantia, quàm ipſum ab illis accipiat, omnis enim ſub-
ſtantia tenuis faciliùs quàm craſſa alteratur. Tenuiſſi-
mus autem aer, craſſiſſima autem corpora ſolida ſunt:
humores medio genere ambigunt. Nec quicquam refert
præſenti loco, ſpiritum vel aerem appellare: nam de his
alibi fuſius diffinitum iam eſt. Nunc verò ſufficiet illud 3
tantummodo ſcire, quod (puto) Hippocrates indicans
dixit: Continentia, ac contenta, & impetum facientia.
Continentia quidem appellans, ipſas corporis partes ſo-
lidas: contenta autem,humores: impetum verò facientia,
ſpiritus. Febrilis enim diſpoſitio aliàs ex alio de prædi- 4
ctis incipit:verùm in eo genere quod primum affectum eſt,
minimè permanet, ſed occupat reliqua duo: ac niſi priùs
ſoluatur proceſſu temporis illa ſimiliter afficit, atque hæc
ſumma ſermonis eſt. Sed oportet ea quæ dicta ſunt,demon-
ſtrare, notáſque vniuſcuiuſque generis febrium percur-
rere. Statim itaque de generatione earum dicere aliquid
opus eſt.

COM

COMMENTARIVS.

IN præſenti cap. boc vnum docet, febres omnes ex aliis accendi poſſe:ac caliditatem præter naturam quæ in vno ſubiecto exiſteus vuum genus febrium efficit, ſtatim reliqua iuficere ſubiecta, & proceſſu temporis aliorum generum febres efficere. Poſſet tamen legi caput præſens, vt pars cap. 1. vt in Leonieeni verſione. Cùm enim ſuprà febrium ſpecies diſtinxiſſet, modo earum ſucceſſum ac permutationem, & ſubiectorum iu calore conſenſum docet. Calor itaque (inquit) præter naturam (is nempe quem febris eſſentiam eſſe dixerat) incipit nonnunquam ex ſpirito, aliqoando verò ex humore, aut membro, vbi tamen id primo loco inuaſerit, deinde duo efficiet. Primum quòd reliqua duo depaſcetur, ἐπινέμεται enim habetur. Secundum eſt, quòd ſimiliter eum eo quod affectum eſt, afficiet reliqua duo: non enim eſt idem depaſci reliqua duo, & ea ſimiliter afficere. Calor enim febrilis qui eſt iu humore nunquam non commuuicatur membris, & ſpiritibus in fieri, quod eſt, reliqua depaſci, aut per reliqua ſerpere, non tamen reliqua ſimiliter afficit, ita vt iu facto eſſe eis hæreat, niſi diu durauerit, quod voluit cùm ad finem capitis dixit. Febrilis euim diſpoſitio aliàs ex alio de prædictis incipit: verùm in eo genere quod primum affectum eſt, minimè permanet, ſed depaſcitur reliqua duo, ac niſi prius ſoluatur, proceſſu temporis illa ſimiliter afficit, ad hoc ergo vt calor reliqua depaſcatur, ſatis eſt io fieri breui eis impartiri: affici autem reliqua ſimiliter non contingit, niſi temporis proceſſu afficiantur, affectus autem factam diſpoſitionem ſignificat, vt ſuprà diximus, quod Græcum verbum συνδιατίθονται, hoc eſt, coafficiunt, docet in vtroque loco. Hanc literam non intellexit Thomas de Garbo, putans Galeuum de ſolo tranſitu caloris in facto eſſe fuiſſe loquutum. Comparat quoque ſingula horum in facilitate, & difficultate tranſitus caloris, facillimè namque permeat calor ab bumoribus in ſpiritus, non adeò facilè ab ſpiritibus in homores, & ab his ad ſolidas partes uon adeo facilè, vt à ſolidis iu humores, & ſpiritus. Ratio buius rei eſt, quoniam omnis ſubſtantia λεπτομερὴς, id eſt, tenuium partium facilius alteratur τοῦ παχυμεροῦς, id eſt, quam craſſarum partium. Habent autem tenuiſſimam ſubſtantiam ſpiritus, ſiue aër: nihil enim refert vt vis nomines. Secundum locum habent humores. Tertium ſolidæ particulæ: neque enim aliud in humano corpore conſiſtere voluit Hippoc. lib 6. de mor. pop. pat. 8. dum inquit, τὰ ἴσχοντα καὶ τὰ ἐνισχόμενα, καὶ τὰ ἐνορμῶντα. Hoc eſt, continentia, contenta, & impetentia: in codicibus verò Hippocratis Aldinis ſic, τὰ ἴσχοντα, ἢ ὁρμῶντα, ἢ ἐνισχόμενα σώματα. Hoc eſt, continentia, impetentia, vel contenta corpora, cuius ſententiæ meminit quoque libro de tremore & palpitatione. Intellexit autem per continentia, ſolida membra, quæ liquida contineut, vt venas, arterias, & oſſa: hæc enim contiuent ea quæ contenta appellat, nempe bumores & medullas: impetentia verò quæ perpetuo fluunt, vt ſpiritus, & aër, qui aut inſpiratur, aut tranſpirat. Quòd dixit facilem eſſe tranſitum caloris à ſolidis membris in humores, & ſpiritus, & non adeo facilè econuerſo, intellige ſiue calor tranſire debeat in fieri, ſiue in facto eſſe, de vtroque enim tranſitu verum eſt quod dixit: Subſtantia tenuium partium facilius alteratur, quàm craſſarum partium, ſiue ſubſtantia tenuium partium recipere debeat calorem in fieri, ſiue iu facto eſſe, quod ignorauit Thomas dicens, intelligendam eſſe Gal. literam de tranſitu in facto eſſe, ad quod probandum id falſum aſſumit, quòd calor in fieri tam facilè tranſit à ſpiritibus iu humores, quàm ab bumoribus iu ſpiritus: facilè euim aut difficilè tranſire inde naſcitur, quod agẽs eſt valentius, & paſſum minus obſiſtit. Hoc tamẽ verum habet, quocunque modo humores ab ſpiritibus calefieri debeãt: ſiue in fieri, ſiue in facto eſſe, nam craſſarum partium ſubſtantia denſior eſt, & plus materiæ primæ contiuet, ſub æquali quantitate, ac deinde plus formæ, vnde oritur obſiſtentia maior, atque agendi vis. Neque verum eſt, vt Thomas inquit, quod oſſibus incaleſcentibus ſtatim & ſanguis, & ſpiritus iucaleſcunt, quamuis paulò pòſt id fiat ac celerius, quàm ſi ab ſpiritibus in reliqua tranſitus futurus eſſet: nam aliquo tempore fiet calorem in aliquo trium exiſtere in facto eſſe, in quo nondum erit in aliis calor in fieri, qui ſit præter naturam, licet id breui perduret, quod ſi diu perduret, in facto eſſe hærebit, quod voluit Gale. cùm ad fin. cap. dixit: Ac niſi prius ſoluatur proceſſu temporis illa ſimiliter affici, ſimiliter autem afficere eſt, ad factum eſſe alterare. Itaque ab iuitio calor erit exempli gratia in ſpiritu factus, paulò poſt in aliis in fieri, multò poſt in aliis iu facto eſſe. Tenuium autem partium & craſſarum corpora diſtinguuntur à Gal. lib. 1. de Simpl. medic. cap. 11. ſic: itaque cùm tenuium partium eſſe dicantur quæ facilè in tenues partes comminuuntur, ſolidarum craſſarumque partium, quæ contra.

Ad finem cap. Gal. colligit calorem iu vno ſubiecto reliqua depaſcere, ac temporis proceſſu ſimiliter ipſa afficere: propouit quoque ſe demonſtraturum ea quæ dixit de febrium ſpeciebus, ac oſtenſurum febrium ipſarum notas: prius tamen ipſarum generationem ſiue generationis cauſas. Poſſem in hoc loco de febrium compoſitione diſſerere, ſed id ad cap. 13. diceudum remittimus.

CAPVT III.

EX laſſitudine ergo, ira, mærore, uſtione, 1
frigore, inſomnio, cruditate, temulentia, ac ſatietate, quoſdam febricitare cunctis hominibus perſpicuum eſt, ab ipſa rei euidentia edoctis. Quin etiam peſtilentem aeris conditionem afferre febrem, minimè ignorant, quicunque intellectu participant, quemadmodum & verſari cum his qui peſte laborant, periculoſum eſſe. Affici enim periculum eſt, quaſi à ſcabie quadam, aut ophthalmia. Periculoſum præterea eſt, conſueſcere his qui tabe tenentur: atque in totum cum omnibus qui putidum adeò expirant, vt domicilia in quibus decumbunt, grauiter oleant. Conſtat præterea ex longo rerum uſu, vt qui conſuetudinem exercitationis omiſerint, vt aliis multis morbis, ita nihilominus febrilibus corripiantur. Et item, vt quæ vocatur plethora generet febres, atque etiam praui cibi, ac medicamenta, & æſtus circa Canis ſideris ortum: & alia huiuſmodi cunctis hominibus (vt ita dixerim) perſpicuum eſt. Quæ verò ab ipſis in corporibus noſtris fiat affectio ex qua febricitamus, minimè ſciunt, neque plerique hominum, neque quidam medicorum. Duplex autem 2
genus ignorantium tale eſt: alterum quidem, quod ipſa experientia tantummodò ducitur, tanquam nulla res cuiuſquam natura ratione poſſit inueſtigari. Alterum autem genus eſt eorum qui ſapientes quidem videntur, ſed cum ignorent æquè quam priores, ſcientia tamen habent exiſtimationem. Ignorare autem eos contingit, quia nullam habent in methodis logicis exercitationem, ex quibus

cogno

Digitized by Google

cognoſcuntur ac diſcernuntur à demonſtratiuis ſumptionibus verſimilia quidem, ſed qua nihil veri aut inuenire, aut demonſtrare poſſunt. Huic autem inſcitia inſolentia acceſſit, ob quam nonnulli ex eis in tantam audaciam atque amentiam deuenerunt, vt nec ea qua omnes homines cognoſcunt, experientia ipſa edocti, febrium cauſas eſſe concedant. De quibus cum libro de cauſis procatarcticis abundè docuerim, nihil opus eſt hoc loco mentionem facere temeraria loquacitatis eorum. Neque enim contradicere, neque ſoluere ſophiſmata hoc libro inſtitui: ſed inſtituere ac docere ſubiiciendo ea qua alibi à nobis ſunt demonſtrata, ac docendo differentias febrium. Subiiciunt ergo caliditatem, frigiditatem, ſiccitatem, atque humiditatem eſſe elementa corporum, ac fieri primas ægritudines ex intemperie horum, è quibus vna febris exiſtit, quoties calor quidam prater naturam in corde extiterit. Differentia autem ſecundum genus caloris, de quibus præſens ſermo tractat, ab ipſa materierum genere triplicium differentia ducuntur, ſuſcipientium igneam caliditatem. Aut enim in ipſo corpore cordis, aut in humoribus prima ipſa accenditur, vt dicebamus, aut in ſpiritu. Præueniunt autem omnium febrium conſtitutionem nonnulla cauſa omnibus manifeſta, de quibus paulò antè docuimus, ex quarum obſeruatione empiricus quidem medicus ad curationem nonnihil iuuatur. Rationalis verò ad ipſam rei naturam accedens, per indicationes ab illa in futurorum præſenſionem, atque inuentionem curationis iuuatur: vtens omnibus quidem experientia ipſa inuentis, adiiciens autem ipſis multa ex docendi via rationali. Quæ ergo ſint per vtramque partem inuenta (experimentum intelligo ac rationem) alio loco docuimus. Quæ verò diſpoſitio ab vnaquaque cauſa procatarctica in corpore conſiſtat accidens febrem, nunc docere inſtituimus.

COMMENTARIVS.

CAput præſens tres partes continet quas autoris mens partitur. Prima recenſet cauſas præcipientes, quas febres diariæ ſequi ſolent, vbi in corpore non fuerit morboſus aliquis apparatus, nonnunquam etiam & humorales, & hecticæ, & cauſas quaſdam tales, à quibus homines in febres incidũt. Cauſæ febrium diariarum ſunt, labor, ira, mœror, vſtio, frigus, vigilia, cruditas, temulentia, ſatietas, à quibus homines febricitare euidens eſt, quas cauſas latius retulit lib. 2. de criſib. cap. 13. vbi de diariis loquens, inquit, Earum autem generationis ſunt occaſiones vigiliæ, cruditas, triſtitia, timor & ira & curæ, deuſtióque ac refrigeratio, labor, ebrietas, & quæcunque ſimilia ſunt. Hoc vltimum addidit, propter dolorem, & ſatietatem, furorem, & adenarum inflammationes ſine vlcere effatu digno. Hæc enim ſimiliter recenſet cum reliquis lib. 1. de arte cur. ad Glau. & Alexander Tra. lib. 5. ca. 1. Sed de his latius c. ſeq. dicemus. Id tamen mentione dignum videtur, quod cauſæ præincipientes, quarum meminit Gal. de ſe nullum grauem morbum efficere habent, neque febrem, præter diariam, niſi vbi in corpore præfuerit apparatus morboſus, vt deinde pariter intelligamos has diariarũ febrium cauſas eſſe. Gal. enim lib. 1. de Mor. pop. par. 3. In commentario Sileni, inquit: Adieciſſe autem præſenti orationi hæc oportet, quòd melius ſit, quæ à nobis & alibi dicta ſunt, quòd vbi quis ex cauſis manifeſtis febricitare cœperit, ſi nullo modo corpus ad morbum paratum fuerit, diaria corripitur febre. & lib. 4. de rat. vict. acu. comment. 114 idem refert, dicens: Corpore igitur noſtro ad morboſam affectionem parato ita, vt probè completa ſit, externum quippiam obueniens eam affectionem manifeſtauit, febrem videlicet accendens, vel capitis dolorem, vel catharrhũ, vel tuſſim excitans, vel aliud quod tale ſit; deinde ex eo continenter ad morboſam affectionis præparationẽ non ſine periculo languent, neque curſu morbũ excitante, vel vehementi omnino motione, vt neq; intẽperantia vel refrigeratione, vel alia quauis ſimili cauſa. Nihil etenim horũ ſuapte naturæ vehementem generare languorem poteſt: nam ſi febris ab horum aliquo fiat, hæc ex diariarum genere erit, aut ſi ſymptoma aliquod fiat, id ſæpius pauco durabit interuallo Et paulò poſt cauſas externas dictas nominaos dixit, Summa autem horum eſt vna quidem: & prima, labores varij, & particulares, curſus ſcilicet, luctæ, pancratia, venerea frictio, æſtuatio, vigilia, ira, mœror, & timor. Hæc Gal. Conſtat autẽ peſtilentem aëris conſtitutionem febres efficere, ac cum his conuerſati qui à peſte correpti ſunt: inficiunt enim ſecum conuerſantes, quemadmodum illi qui ophthalmia laborans, aut ſcabie vexantur, aut phthiſi, & in vniuerſum periculoſa eſt conuerſatio cum his qui putidum ſpirãt, ita vt eorum domicilia grauiter oleant. Peſtilentem aëris conſtitutionem febres afferre docebit cap. 6. ſeq.

Poteſt quoque peſte laborans multos cõuenientes pari modo inficere, vt docet quotidianum experimentum, & ratio ſubſcribit: nam qui febrẽ patitur, peſtilentẽ, putidum expirat aërem, qui ſimiliter inſpiratus inſpirãtem inficiet; qua ratione enim aër ipſe putidus potuit primum inuadere, poterit & alterum, vbi in ipſo fuerit præparatio (id enim exigitur, vt docebit infra capite ſexto) quod ſi aër putidus inſpiratus (ſic enim maximè inficit) potuis id efficere, poterit & is qui ab infecto expiratur, qui priori aëri ſimilis eſt, aut eo deterior. Huius rei cauſa autor retulit in ſumma morbi contagioſi ſpecies, aut enim ſunt morbi qui cutim inficiunt, vt ſcabies, lepra, & variolæ, de quibus ſunt aphthæ, & achores, & alopecia, aut morbi oculorum, de quibus eſt ophthalmia: aut phthiſis. Hi enim ſolẽt per contagium, id eſt, cõuerſationem per homines graſſari, quamuis alterans alteratum non tangat, præterquã phyſico contactu: contagioſi enim morbi ſunt, qui ab ægris cõmunicantur ſanis, quales ipſi ſunt abſq; contactu, qui enim cutis infectione laborant, vbi in eadẽ cubauerint lecto, aut eaſdẽ induerint veſtes, aut vbi diu in paruo domicilio aliis cohabitauerint, eos ſimili afficiẽt morbo: nã quod ab aëre tranſpirante per cutẽ oritur, id inficit medium ac veſtes, & reliqua quæ poſtea alterũ inficient, quare tamẽ aër tranſpirans per cutem ſcabie aut lepra infecti, non efficit in altero, aut phthiſim vbi inſpiretur, aut alterũ morbi genus, non idẽ cum eo qui eſt in primo laborante. Ratio eſt, quia ſi ſcabies putredinẽ pannis aut veſtibus cõmunicat, veſtes ſimiliter tangunt cutem ſani, vt tãgebãt cutem infecti, & in lecto aër ſub ſtragulis cutim cubantis inficiet, potius quàm pulmonẽ. Vbi tamen ex cohabitatione id eueniat, non negarem aliquando fieri vt ſcabie laborãs adeò grauiter vt domicilio inficiat, alteri aut febrem, aut phthiſim inferat: quoniam tamen id rarò fit, inde euenit, vt ſcabie laborans alteri febrẽ inferat, & leproſus leproſum reddat: nec ſemper, ſed vbi in alterius corpore fuerit præparatio, & pueri variolis aliis cutim floridam reddant, ac deturpent. Morbi quoque oculorum oculis communicantur, nõ aliis partibus, neque omnes oculorum morbi tales ſunt. Nam vngula, aut ſuffuſio, aut leucoma, nunquã alteri cõmunicari viſa eſt. Sed de lippitudine Græcè, ophthalmia, ferunt medici, ac docet experimẽtum, homines

Quæ ſint cauſæ febrium diariarum.

Digitized by Google

Quomodo ophthalmia reddatur contagioſa.

homines plutes ex ſola attenta inſpectione oculorum eo morbo laborantium, in eum morbum incidiſſe: maximè vbi paritet à laborante inſpiciantur, quod partim oritur ex imaginatione ſani inſpicientis oculos rubentes, ac ſplendentes, quæ ſimul cum ſplendore poteſt ſaoguinem aduocare, & ad oculos pellere, quod etiam quiſque in ſe ipſo facilè experietur: partim ex vapore infecto tranſeunte ab oculis laborantis, qui potius oculos ſui tenuitate, ac ſimilitudine quam habet cum aliis vaporibus, & ſanguine, qui ſunt in oculis ſani inficiet, quàm aliam ſani partem. Illi etiam qui phthiſi laborant adſtaotes contagio inficere ſolent: non aliter quam in peſte diximus, quoniam puttidum valde ac fœtidum expirant, & à ſanis tale inſpiratur. Plures enim talium vidimus, quos nec nobis, neque iis qui cũ nobis ægros frequentabant adire citra magnum periculum licebat, niſi multis bonis odoribus præmunitis. Ariſt. quoqne proble. 7. ſect. 7. quærit, cur tabe, & lippitudine, & ſcabie capiuntur qui appropinquaueriut. Ab aqua autem intercutem, aut febre, ac attonito morbo, aut aliquo ex numero cæterorum malorum capi nequeunt, & reſpondens eaſdem ferè cauſas quas adduximus de contagioſis teddit. Quare tamen réliqui tales nõ ſunt, inquit, quoniam non proueniunt pet ſumma corporis, aut quoniam ſicci ſunt, & oon euaporant. His morbis contagioſis perſimiles ſunt nonnullæ corporis affectiones, de quibus ab Ariſtotele eodẽ lib. multa ſcribũtur, vt qnod horremus cùm terribilia, ant audimus, aut vidennus, quæ ad imaginatiuam potẽtiam referuntnr. Anima ſiquidem noſtra ſuis imperat inſtrumentis, quod docet motus diuerſus ſpirituum & facultatum in ira, lætitia geſtiente, timore, & ægritudine, vnde talia fiunt in corpore qualia diximus, & alia multa. Verumtamen non ſunt contagia, aut contagioſæ diſpoſitiones, ſed illæ tantùm, quæ ab vno corpore in aliud tranſeunt, ſimiles in ſpecie ſine contactu, & non conſiſtit in primis qualitatibus. Hinc rabiem, & venenatorum morſus à contagioſis morbis excludimus. Nec tamen credo noſtram phantaſiam poſſe aliena corpora immutare, vt delirus Auicena lib. 6. naturalium, qui tãtum eam poſſe exiſtimanit ob magnum cum ſupremis intelligẽtiis cõmertium, vt aliena corpora immutare & hominem ſine matre, aut vteto, aut ſemine, & plãtam ſine ſemine, aut radice generare poſſe: quod tantom ineptiſſimis philoſophis, ac ſuæ claſſis pſeudomedicis imponere poſſet. Sic etiã fit, vt qui alios mingentes, aut oſcitantes viderint, ſæpe ſimiliter mingant, aut oſcitent, quod ob id accidit, vt inqūit Ariſtot. quoniam mentem adhibent his quæ animum non mouebant: oam qui aliis negotiis intentus eſt, obliuiſcitur mictus, aut oſcitationis: neque cauſa alibi intentum mouere poteſt, quẽ monebit attentum, attentns autem redditur alium inſpiciens. Fit quoque ob imaginationem, vt cum inſpicimus eos qui acida & acetba comedunt, dentium ſtupore afficiamur, quem αἱμωδίαν Gal. appellat. Simili diſpoſitione ab imaginatione inducta dẽtibus: vel dices, videntes phantaſiam habere ſtuporis, non verum ſtuporem. Abſit tamen quod Gentilis de Fulgino medicus grauis admodnm, atque moleſtns, de morbis contagioſis Auicenam exponens exiſtimanit, dicens: Canſa huius eſt, quia ſpecies acetoſi perueniens ad imaginationem virtutem habet acetoſitatis, & ptopterea hoc ſimili modo mouet membra. Vnde ſpecies ſecundum plurimum ſunt ſecum deferentes virtutem rei, quia ſpecies calidi virtutem habet, vt calefaciat, & ſpecies frigidi virtutem habet vt infrigidet, ſimiliter ſpecios acetoſi virturem habet vt congelet. Hæc illc. Ecce quem Auiceniſtæ iactant philoſophum; ego verò pertinacem ſophiſtain appello. Cùm enim aliquis aut videt, aut imaginatur calidum, non ob id calidi ſpeciem recipit: nec cùm imagioatur, aut vider frigidum recipit frigoris ſpeciem. Sic etgo non quoties quis acidum, aut ex acerbo acidum (de quo verum eſt problema) videt, ſpeciem recipit acidi, ant acerbi acidi. Malè igitur ac ineptiſſimè putat in virture ac potentia ſpecierum acidi conſiſtere poſſe ſtupidos dentes reddere inſpicientium: teneretur enim concedere, acerbum acido mixtũ ſaporem, per aẽtem medium ſpeciem aut ſimilitudinem ſui tranſmittere, quod bonæ philoſophiæ repugnat, & his quæ videmus. Præterea vnum aliud abſurdum ſequitur ipſum Gentilem, quòd ſiquis ore clauſo inſpiciat comedentem rem acerbam acidam, per ipſius ocnlos ingrediẽtur ſaporis ſpecies. Verùm hęc & multa ſimilia, quæ ſubſtinent ac in contentionibus publicè, & priuatim agitant, pluſquam pnerilia ſunt. Fabuloſum quoque eſt quod ferunt de faſcinatione, credentes aliquem poſſe alterum lædere ſolo viſu, aut ſola imaginatione, quamuis nullnm morbum ipſe faſcinator patiatnr. Corpus enim affici alterius imaginatione non fit, niſi à dæmone forrè, vbi maleficus cum ipſo dæmone pacto conuenerit. Quod ſi diui Pauli Apoſtoli autoritatem, ex epiſtola ad Galatas obiecerit, cùm inquit, ὦ ἀνόητοι Γαλάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; Quod eſt, O inſenſati Galatę, qui vos efaſcinanit nõ obedire veritati? Dicemos, quòd hęc efaſcinatio nõ ad corpus, ſed ad animam attinet, dixit enim, ἐβάσκανε, hoc eſt, calumoiis circumuenit, vt non obediatis veritati, nomine ab eo quo vulgus vtebatur trãſlato per ſimilitudinem. Quod verò Virgilius dixit, Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos: bucoli, ac ruſtici dictũ eſſe cõſtat, tales autem homines ſimnl cum noſtri temporis medicis, aut potius vetulis, in ea eſſe hęreſi ingennè fateor, ſicuti & quos ipſi Alexicacos, hoc eſt, malorum propulſores, appellant: quos ego (ſi mihi res commiſſa foret) conſcientia motus, vt augures, & impoſtores ac præſtigiatores publicè punirẽ. Omnia enim talia à Chriſtiana religione (ſaluo meliori iudicio) ſont aliena, & dęmonis impoſturæ. Obiiciunt etiam contra hanc meam ſententiam imperiti quotidianum experimentum: vidimus enim ſæpiſſimè infantes, ſæpe etiam adultiores, pulchriores ac præſtãtiores quàm antè redditos, ſubitò ægrotare, quod non aliunde eueniſſe credunt, quàm quòd eos vetulæ, aut malefici homines oculo efaſcinauerint. Verùm hi rabulæ qui Cereri, & Baccho, pluſquam Apollini, & muſis Aſclepiadis indulſerunt, non boc tantom, ſed innumeria aliis deliramentis artem medicam prodiderunt, ignorantes Hippocratis ſententiam 1. Aphor. ſect. vbi dixit: Habitus exercitarorum qui ad vltimnm bonitatis peruenerunt, non poſſunt in eodem permanere, nec poſſunt tranſire in melius, relinquitur ad peius. Tales ſont qui præſtantiores aliquãdo redditi, ſubitò ſine euidenti cauſa ægrotarũt, qnod pariter docnit Celſus lib. 2. cap. 2. dicens. Ergo ſi plenior aliquis, & ſpecioſior ac coloratior factus eſt, ſuſpecta habere bona ſua debet, quæ qnia neque in eodẽ habitu ſuſtinere, neq; vltra progredi poſſunt, ferè retrò quaſi ruina quadam reſoluuntur. Hæc de contagio ac faſcinatione obiter dicta ſint ob peſtilentes febres, qnas conuerſantes inficere dixit Gal. Rurſus cauſas febrium recitãs refert omiſſum exercitiũ multos alios morbos ac febres parere. Cauſa

cognita eſt, quoniam ſiquis aſſoetas exercitationes omiſerit, magnam ſuccorum abundantiam aceruabit, pleoitudo quoque ac malorum ſuccorum redundantia febres ſæpe fecerunt: His enim abundaotibus obſtructiones ac putredines, & corruptiones fient, & calor præter naturam ſuperueniens febres efficiet. Præterea calor vehemens circa canis ortum febres efficere medicis omnibus notum eſt: quæ autem ſit corporis affectio ab huiuſmodi cauſis genita, ignorant. Canis ortum magnam habere vim ad excitandas febres conſtat, ob temporis conſtitutionem, maximam verò in mutationibus temporum vim habet ſitius. Hic autem ſidus quoddam eſt, quod exiſtit in maxilla canis, vt apud Gal. lib. 1. de Morb. popu. in primo aëris ſtatu.

Secunda pars quæ incipit (Duplex autem) ignorantiam empiricorum & methodicorum circa cognitionem affectus corporis, qui febris eſt, refert. Empirici namque ſola obſeruatione omnia inueniri poſſe credunt, nulla adiuti ratione: methodici verò ſola vniuerſalium conſideratione cõtenti erant, verum errabant ex eis qui in dialecticis documentis non erant exercitati aſſumentes nonnunquam in demonſtrationem probabiles enunciationes, ex quibus nihil poterat demonſtratiuè concludi. Peruenerunt autem hi ad tantam ignorantiam cum inſolentia, vt cauſas febrium notiſſimas negarent: de cauſis lib. de cauſis procatarcticis egit, nunc verò loquacitatis aliorũ meminiſſe nihil refert, ſed quæ vera ſunt tantum docere ex hypotheſibus in aliis operibus demonſtratis, vbi habetur (neque enim) Græcè, *οὔτε γὰρ ἀντιλογητικόν, οὔτε σοφισμάτων ἐπιλυτικὸν ἐνεστησάμην τὸν δὲ τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπιστημονικὸν καὶ διδασκαλικόν, ὑποθέσεις μὲν ἔχοντα τὰς δι' ἑτέρων ἀποδεδειγμένας.* Quod eſt, non enim conſtitui ſermonem gratia contradicendi, aut ſoluendi ſophiſmata, ſed inſtituendi atque docendi, qui contineat ſuppoſitiones in aliis demonſtratas.

In tertia parte quæ incipit (Subiiciunt ergo) ex his quæ alibi demonſtrauit procedit ad ſpecies & cauſas febrium inueniendas ſic: Quatuor ſunt prima corporis elementa, calidum, frigidũ, humidum, ſiccum: primæ quoque ægritudines ex horum diſtemperantia fiunt: ex ipſorum ergo diſtemperantia ad calidum, morbi calidi fiunt. Morborum autem calidorum vnus eſt febris, vbi videlicet calor cor occupauerit: occupat autem aut ſubſtantiam, aut humores cordis, aut ſpiritus. Iſtæ enim ſunt primæ & potiſſimæ differentiæ attingẽtes febris ipſius eſſentiam, vt diximus. Cùm autem quilibet affectus ab aliqua manet cauſa, neceſſum eſt hanc calidam diſtemperiem, cauſam aliquam pręceſſiſſe. Ecce quo pacto ex neceſſariis concludit febrem, & eius ſpecies, & cauſas. Proderunt autẽ hęc empiricis ad curationem, nempe cognitio differentiarum febrium & cognitio cauſarũ ſuarum. Qui enim rectè nouerit febrem eſſe calidã intẽperiem, & ſubiectũ in quo exiſtit, & cauſam à qua proceſſit, facilè aſſequetur curationem. Rationali autem medico proderit ad prænotionem futurorũ indicationibus habitis, vſus iis quæ experimento inuenta ſunt, adiiciens quoq; rationes quibus nonnulla inueniuntur ac probantur, tam præſentia, quàm præterita, & futura. Quæ ſiut experimento, & quæ ratione inuenta dixit in libris de ſimplicium medicamentorum facult.

Nunc verò quæ ſit diſpoſitio, quæ ſequitur cauſam quãuis prægreſſam, quæ febrẽ antecedit, docere intendit. Vbi legitur (Subiiciunt ergo) Græcè, *αἱ μὲν οὖν ὑποθέσεις αὐτῶν τὸ θερμόν, καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ τὸ ξηρόν, καὶ τὸ ὑγρόν.* Hoc eſt, ſuppoſitiones autem ipſorum, calidum & frigidum, & ſiccũ & humidum. Voluit autem Gal. has eſſe ſuppoſitiones quas in aliis ſermonibus demonſtrauerat. Propoſuerat enim ſe ſermonem habiturum qui contineat ſuppoſitiones in aliis ſermonibus demonſtratas: vt in parte ſecunda correximus, cùm tamen Laurentianus ſermonum nullam fecerit mentionem, reliquum eſt, vt cùm dixit (Subiiciunt ergo) non niſi ad medicos ignorantes prædicta ſua verba referri poſſint, quod non parum confundit Galeni mentem, ſimul cum hoc dixit caliditatem, frigiditatem, ſiccitatem & humiditatem, cùm tamẽ Galenus dixerat calidum, frigidum, ſiccum & humidum. Hæc autem totum humanum corpus cõſtituere, ac ex ipſorum diſtemperie morbos gigni docuerat lib. 1. de elementis ex Hipp. doctrina, qui primus omniũ philoſophorum & medicorum hæc probauit libro de humana natura, eumque fuiſſe primum autorem refert 7. de meth. med. Itaque libro de elementis docet corpus noſtrum conſtitutum ex ſimplicibus particulis, eas autem ex ſanguine & reliquis humoribus, humores autem ex ſubſtantia herbarum, herbas autem ex primis elementis, quæ appellant calidum, ſiccum, frigidum, humidum. Deinde ex horum exceſſibus & defectibus docet morbos fieri: præterea lib. de differentia morborum idem docet, componi nempe corpus noſtrum ex organicis membris, hæc verò ex ſimplicibus, ſimplicia verò ex elementis: eorum tamen diſtemperantias morbos adducere. Inquit enim: Age igitur quatuor ſint prima elemẽta, calidum, frigidum, ſiccum, humidum, quibus inter ſe inuicem temperatis ſanum euadet animans, ſi moderatè miſceantur: ægrotum verò ſi immoderatè, ac quatuor etiam erunt primi morbi. De ſectis medicorum empiricorum, methodicorum, & rationalium multa dixit Galen. lib. de ſect. & de optima ſecta: quorum quædam nos in compendium reduximus in expo. Progno. Hippo. Rationalium autem ſectam, cuius Hippocrates fuit primus, ratione & experientia vti dixit, qualẽ enim facultatem habet ad incedendum vtrunque crus, talem in arte medica ratio, & obſeruatio.

Quoniã verò Gal. ex diſtẽperie calidi, frigidi, ſicci & humidi dixit fieri primos morbos, ac febrem eſſe vnã ex his diſtẽperantiis, vbi calor in corde exiſtat, meritò quæſtio venit agitanda: An febris in eſſentia ſua ſit diſtẽperies ſimplex ad calorẽ, vel ſit diſtemperies calida ſimul ac ſicca. Tamẽ hæc quæſtio aliã ſupponit: An detur aliqua ſimplex diſtẽperies, talis vt in vna tantùm cõtrarietate primarũ qualitatum conſiſtat, corpore temperato in reliquis. Itaque dabile ſit aliquod corpus calidum, tẽperatum tamen in humiditate, & ſiccitate. Auerroës lib. 2. collectionum cap. 1. aſſerit tãtùm eſſe quinq; temperaturas, vnam æqualem, & quatuor inæquales, nempe calidum, frigidum, ſiccum, humidum, quam opinionem ſic probat. Nam ſi dabile eſſet calidum corpus temperatũ in humido & ſicco, eſſet etiã aliquod æquale ad pondus, quod in omnibus eſſet temperatum, ac eſſet æquale ad pondus, quod haberet parem omnium elemẽtorum menſuram, quod eſt impoſſibile, quoniam in omnibus habentibus conſimiles partes, hoc eſt, homogeneas, aqua, & terra ſuperant reliqua quantitate: potentia verò ſuperat calidum, quod coctionem perficere debet. Præterea impoſſibile eſt, vt Galenus putauit, eſſe duo corpora, vt iuuenis & pueri, caliditate paria: quorum alterum ſit humidius. Præterea inquit: Menſuræ duarum primarum qualitatum actiuarum inſequuntur menſuras duarum paſſiuarum: quoniam propriæ & determi

determinatæ formæ certas habent, ac determinatas materias. Sunt tamé actiuæ qualitates vt formę, & paſſiuæ vt materiæ, concedit tamen temperatum corpus intelligi ad iuſtitiam. Hæc Auerroës. Gal. tamen lib. 1. de temperamentis, nonem eſſe temperaturas affirmat, ac demonſtrat, vnam optimam, quam appellat medium in vniuerſa ſubſtantia, calidi nempe, frigidi, humidi, & ſicci: octo tamen diſtemperantias, quatuor ſimpliciter tales, quoniá in vtraq; contrarietate tales conſiſtunt, vt calida, & humida: calida, & ſicca: frigida, & humida: frigida, & ſicca. Quatuor etiam medium locum ſortitæ, quodammodo temperatæ, vt calida tantùm, media in humiditate & ſiccitate: frigida tantùm, in paſſiuis media: humida tantùm, in actiuis media: ſicca tantùm, in actiuis media. Ratio Galeni quæ eius opinionem comprobat, ab eodem ibi ſcribitur. Si namque cum calore excedente, vt in calida temperatura, ſtat ſiccitas excedens, & nonnunquam humiditas exceděs temperamentum, poterit ſtare medium in humiditate & ſiccitate, neq; enim perſuaderi aliquo pacto poteſt calore magis repugnare temperamento inter humidum & ſiccum, quàm ambobus extremis humiditatis & ſiccitatis. Totam ergo humaná temperiem in noué latitudines diuiſit Gale. & eis ſemper vtitur in arte medicinali, libris de ſanit. tuen. & libris de Method. med. maximè. Per temperaturam autem optimam in omnibus locis id intelligere oportet, quod Gale. docet 1. de temperamentis, mediú in vniuerſa ſubſtantia, hoc eſt, ignis, aëris, aquę, & terræ: veluti mixtis aqua feruentiſſima, & niue. Medium enim temperatum eſt, à quo etiam temperati hominis interna cutis manus, nullam alterationem recipiat. Diſtemperatum verò dicetur, quod in aliquo quatuor elementorum exceſſum oſtenderit tactui, aut in duobus compoſſibilibus. Quantum autem aberrauerit Auerroës, manifeſtè conſtat ratione Galeni adducta. Cui accedit, quòd nulla via prohiberi poteſt quin temperatiſſimus homo, quem Auerroës concedit, à cauſis applicitis poſſit vna tantùm qualitate alterari, vbi cauſa alterans valida applicetur, quæ calorem tantùm inducat, ac ſimul aliæ quæ prohibeant lapſum & mutationem ad humiditatem & ſiccitatem. Rurſus quod dixit Auerroës in omni compoſito homogeneo ſuperare aquam & terram, verum eſt pondere, non tamen qualitate ac potentia, à quibus medium ad tactum conſtituitur, ipſe verò index eſt legitimus. Quod rurſum dixit falſum eſt, iuuenem pueru æquè calidum, ſed ſicciorem, id non probat, ſed veritas à Galeno probatur ſecundo de temperamentis. Quod etiam addit omnem formam determinatam exigere determinatam materiam, non eſt ad propoſitam quæſtionem, quoniam humiditas aut ſiccitas non ſunt calori ſubiecta. Nam ſi per ſiccitatem intelligat primam qualitatem, conſtat neque ipſam, neq; humiditatem eſſe alterius qualitatis ſubiectum. Si autem intellexerit per humiditaté, aut ſiccitatem, ſubſtantiam ſiccam, aut humidam, tenetur etiá per caliditatem intelligere ſubſtantiam calidam: modò ſubſtantia non eſt alterius ſubſtantiæ ſubiectú, niſi vbi ſubſtantia altera eſſet pura forma, altera pura materia, quod non eſt in his: alterum enim eſt aër, aut terra, alterum verò ignis. At aër non recipit vt ſubiectum ignem, tanquam formam. Teneretur autem inſulens Auerroës dicere, ſi ita eſt quòd qualitates paſſiuæ ſunt actiuarum materiæ, & actiua, aut paſſiua variata neceſſum eſt reliquam variari: quare contigit calorem cum multa humiditate manere, & humiditate mutata non mutari calorem, quod conſtat, quoniam, vt ipſe cócedit, datur aliqua temperatura calida ſimul & ſicca, & altera calida ſimul & humida. Adde quod neque ſibi ipſi cóſtat Auerroës: poſtquam enim Galenum mordere tentauit, ſubiunxit: Et nos videmus quòd ſi exiremus à publica intentione multitudinis medicorum, eſſet difficile intelligere, & adhuc error, qui accideret ex hoc in hac arte, eſt multum paruus.

Præterea lib. 3. cap. 1. dixit eſſe octo morboſas diſtemperies. Itaque iam reſipere viſus eſt, nec tamen putet quiſpiam Auerroëm fuiſſe primú qui in hunc incidit errorem. Gal. namque lib. 6. de ſani. tuen. reprehendit medicos qui putarunt tantùm eſſe quatuor intemperaturas: quoniam impoſſibile eſt ſimplicem aliquam intemperiem ſolam diu manere. Inquit enim: Sanè dictum à nobis eſt in lib. de temperamentis, fieri non poſſe vt intemperies quælibet ſola diu duret, quando ipſa ſibi ipſi alteram ex neceſſitate aſciſcit, indéq; factum vt pleríque medicorum, quatuor tantùm intemperantias eſſe putarint, eáſq; compoſitas, ſimplices verò ne eſſe quidem. Diu itaque tales manere non credit Gal. intellige multorum annorum ſpatio: nam caliditas, vt inquit, dum humiditates cóſumit, parit ſiccitatem, & frigiditas dum nihil abſumit, ad humoris incrementum agit, id autem lógo tempore fieri conſtat. Hæc de ſimplici diſtemperantia, quæ de ſana, & ægra verum habere conſtat, & non tantùm in humano corpore, ſed in multis aliis mixtis.

Reliquum eſt vt ad id quod ab initio propoſuimus redeamus, an febris ſit diſtemperantia ad calorem tantùm, vel ad calorem ſimul & ſiccitatem. Dubium autem duobus modis intelligi poteſt, aut enim quærit, an ſiccitas ſimul cum calore ſit de eſſentia febris, vel vtrú calor febrilis ſemper habeat coniunctam ſiccitatem, quáuis ſiccitas ex accidenti febri accedat. *Egregia quæſtio.* Primo modo ſiccitas nó eſt de eſſentia febris, non enim eius ingreditur diffinitionem: nam quoties antiqui eſſentiam febris expoſuerunt, ſolius caloris fecerunt mentionem, vt Galenus ſuprà cap. 1. & ex aliis multis quæ adduximus. An tamen ſemper cum febrili calore ſiccitas iungatur, id venit dubitandum, nam Gal. videtur ſentire omnem febrilem calorem habere ſiccitatem coniunctam, prim. Aphor. ſectione commentario 16. vbi reddens rationem, quare Hipp. dixit, victum humidum omnibus febricitátibus competere, inquit: Febri enim quoniam calida & ſicca paſſio eſt, (eſt enim conuerſio caliditatis natiuæ ad igneam naturam) victum humidum conſulit. Præterea, vt diximus ex Galeno lib. 7. de ſanit. tuen. ſimplex intemperies non durat diu, quia aſciſcit ſibi alteram. Si enim naturalis calor proceſſu temporis ſibi adiungit ſiccitatem febrilis ſtatim ipſam adducet, ita vt neque momento temporis quis febricitare dicatur, in quo non adſit cum calore ſiccitas.

Præterea Hippocrat. ſententia non haberet verum, niſi in omni febre adeſſet ſiccitas. Dixit enim: Victus humidus omnibus febricitantibus competit. Sed victus humidus non poteſt omnibus competere, niſi aduerſus ſiccam aliquam intemperiem: aderit igitur omnibus ſicca intéperies. Poſſet etiam contrarium perſuaderi, vt Galen. in commentario citato. Primò, ſi quis febrem patiatur & aquá intercutem, illi non competunt humida: ergo nó abundat ſiccitas, neq; etiam poſſet cum aqua intercutem ſiccitas modum excedere. Rurſus ſi pituitoſus incidat in febré non admodum ardentem, erit febris ſine ſiccitate, quinimò pituita humectabit plus debito membra. Rurſus ſi quis fuerit ex naturali téperie

valde humidus, non ſtatim cùm febrit, tranſibit in
ſiccam intemperiem, cùm non facilè aut breui poſ-
ſet in contrarium ſtatum corpus mutari. Poſſet de-
fendi pars affirmatiua, ac teneri, perpetuò calorem
febrilem babere adiunctam ſiccitatem, ac rationes
aduerſæ ſic poſſent ſolui. Primò ad id quod addu-
ximus de aqua intercutem, quòd quamuis in ven-
tre ſit magna aquæ quantitas, vt in aſcite, poterunt
membra vehementem pati ſiccitatem. Quòd ſi vi-
ctus ſiccus eis competat, non febris, ſed aquæ in-
tercutē ratione fiet. Ad aliud de corpore admodum
pituitoſo febriente dicemus, ipſum pati ſiccitatem
in membris, quoniam celerius diſcutiuntur, & mi-
nus reficiuntur, quàm in ſanitate. Quod ſimiliter
verum eſt de humiditatibus, quæ alimentum ſup-
peditant: quoniam licet pituita poſſet qualitate hu-
mectare, vi febris maior ſequitur exſiccatio, quam-
uis ſit pituita præſens, quæ niſi tranſmutetur, hu-
mectare ac reficere nullatenus poteſt. Ad aliud de
bumido corpore cùm febricitare incipit, dicemus,
quòd quamuis bumiditas modum excedat, quæ eſt
in humoribus aut membris, ipſa tamen membra
celerius quàm par eſt abſumuntur à cauſa febrem
inducente. Vnde fit vt quamprimum calor ſufficit
febrem efficere, perduxerit etiam corpus ad reſolu-
tionem humidi tantam, vt ſiccius corpus reddatur.
Sin minus cùm bomo non nutritur debito modo,
& calor abſumit celeriter humidum, neceſſariò
adeſt ſiccitas, quæ curatione eget, maximè per vi-
ctum humidum. Hęc autem ſiccitas in diariis & hu-
moralibus fiens eſt, in hecticis tamen facta, quem-
Quæſtionis ſolutio. admodum & calor. Nobis verò aliter dicendum
videtur, nempe febrem omnem calidum affectum
eſſe, ſiccum autem non actu, ſed poteſtate. Itaque
omnis febris calor eſt poteſtate ſiccus, qui aliquan-
do ſibi aſciſcit ſiccitatem actu, non tamen ſemper.
Primum videtur eſſe de Galeni mente libro aduer-
ſus Lycum, & in commentario 14. pti. ſect. Aphor.
vbi calorem natiuum ab externo, & febrili diſtin-
guere docet: quoniam natiui caloris ſubſtantia aë-
rea eſt & aquea, & bene temperata, aduentitij au-
tem & febrilis caloris eſſentia ignea, & qui calo-
ris aduentitij ſunt effluxus fumoſi, contra vaporo-
ſi, ſuaues, & bene temperati caloris natiui. Et
rurſus inquit: Eorum verò qui febricitant & præ-
cipuè hecticas febres, aut eas quæ ex putredine
humorum ortum habent, acris eſt, & inſuauis ac
mordax, & noſtrum corpus corrodens tactum. Ec-
ce qua ratione tactu quidem febrilis calor omnis
ſiccus poteſtate eſt, quandoquidem tactum vt ſic-
cus immutat, naturalis verò humidior, & ſuauior.
Quod tamen non ſemper ſibi actualem ſiccitatem
aſciſcat, conſtat rationibus ſuperius adductis, maxi-
mè de corpore natura valde humido, nunc primum
febricitante, cuius humiditas nondum abſumpta
eſt. Rationes verò in contrarium facilè ſoluuntur:
competit enim febricitantibus omnibus humidus
victus, non ob ſiccitatem præſentem, ſed ob eam
quæ aut adeſt, aut timetur. Adde quòd aut ob
morbum alterum complicitum, aut ob indicatio-
nem contrariam ab ætate, temperatura, aut con-
ſuetudine, indicatio febrilis ad victum humidum
obſcurari poteſt, vt Galen. inquit octauo libro Me-
thod. meden.

Ad aliud etiam quod adduximus de potentia ca-
loris febrilis ad exſiccandum, conſtat quòd quam-
uis id breuiſſimo tempore fiat, aliquando calor fe-
brilis erit ſine actuali ſiccitate. Ratio enim vehe-
menter exſiccandi competit ei, quia febrilis calor
eſt. Prius igitur eſt febrilem eſſe calorē, quàm ſibi
ſiccitatem adiungere. Concludimus itaque febrem
ſimplicem intemperiem eſſe ex natura ſua, ex acci-
denti tamen ſibi adiungere ſiccitatem, actu non
ſemper, poteſtate ſemper.

CAPVT IV.

*CVM ergo videamus non vnum modum,
neque generationis, neque auctionis calidi-
tatis (quando ne ipſius quidem ignis modus
vnus eſt) ſed gignitur aut propter motum,
aut propter putrefactionem, aut quia alteri
caliditati conſueſcit, aut propter ſuppreſſionem calidi efflu-
uij, aut propter permixtionem calidæ ſubſtantiæ, tan-
quam de fonte quodam ebullientis aut genitæ, ſcilicet ad
noſtrum ſenſum, aut augentis caliditatem: neceſſe eſt
omnes febrium cauſas in prædictos modos reuocari: qua-
lis ſi lubet, æſtus eſt, ſiue ex ipſo ſole actio talem ha-
beat appellationem, ſiue affectio quæ in corpore efficitur,
ſiue ea quæ iam effecta eſt. Nam & ea ipſa calor eſt præ-
ter naturam: nondum tamen febris, niſi ipſum concale-
fecerit. Sanè totum hoc genus cauſæ ex conſuetudine ef-
ficitur rei calefacientis, ſiue ſol, ſiue ignis, ſiue medi-
camentum fuerit id quod calefacit extrinſecus, quum, aut
attingit, aut propius accedit, aut conſueſcit, vel quouis alio
modo libeat appellare. At verò ira quaſi ebullitio quædam
ac motus vehemens eſt iraſcibilis facultatis, quæ in ip-
ſo corpore cordis ſedem habet. Concaleſcit autem in-
terdum cum ea ſpiritus, atque interdum ſanguis, & ſi
promptè ſe habeant ſuſcipientia corpora ad continendum
diutius caliditatem: quamuis ipſius corporis motus deſti-
terit, hæc permanent calida præter naturam, ſiúncque fe-
bricitare hominem neceſſe eſt. Hæc ergo febris principium
habet, motum atque ebullitionem natiuæ caliditatis. Fe-
bris autem quæ ex mœrore conſiſtit, non etiam ebullitio-
nem, ſed motum tantummodo principium habet. Si autem
ex laſſitudine efficiatur, principium quidem habet mo-
tum ampliorem muſculorum, ac neruorum, & ligamen-
torum, & articulorum, quæ quidem prima caleſiunt: ca-
lor autem continenter cordi diſtribuitur, ac tunc febrici-
tant. Vbi verò febris propter denſitatem cutis accendi- 4
tur: qualis maximè aſtrictis refrigeratiſque fieri ſolet:
collecto in corpore mordaci effluuio conſiſtit. Difflantur
enim ſemper animalium corpora duobus modis, emiſſis
foras quotidiè vaporoſis, fumoſiſque excrementis: attra-
cta autem intrò aërea ſubſtantia refrigerante, atque ven-
tilante naturalem caliditatem. Vbi igitur fortis cauſa
condenſando cutem prædictos meatus aſtringat, ſæpe ple-
thoram inducit quoties vaporoſa ac benigna materia ef-
fluit, interdum febrem committit, quoties acris ac mor-
dax fuerit. Idque maximè quum ex eo augetur calor,
quia refrigerans aër intra corpus non trahitur. Excerni- 5
tur autem excrementum acre, ac mordax, aut iis qui ſunt
natura malis humoribus pleni, aut iis qui malos cibos
ingeſſerunt, aut ſæpe non bene concoxerunt, præſertímque
iis qui præterquam quòd cibis dictis veſcuntur, etiam li-
moſam, aut lutoſam, aut cœnoſam, aut paluſtrem, aut
ſtagnantem, aut alio quouis modo corruptam & putrefa-
ctam aquam bibunt. Eodem modo euenit, vbi immode-
ratè laborent, aut vigilent, aut angore afficiantur, aut
acria medicamenta frequenter ingeſſerint. Cibos autem
malos intelligo, & qui ex natura tales ſunt, vt allia, cæ-
pe, naſturtium, porrum, braſſica, ocymum, vrtica: & alij
quicunque nominantur agreſtes, vt lapſanæ apud nos: at-
que etiam qui boni ſunt ex natura, ſed ob putredinem
quandam prædictis æquale, aut maius ſæpenumero vitium
ceperunt, vt ordeum, ac triticum, & alia omnes fruges:
partim ob temporis longitudinem ad putridam diſpoſitio-
nem deducta: partim ſitu quodam repleta, quia prauè*

Animalium corpora difflantur duobus modis.

repoſita ſunt, partim ex prima generatione ab ipſa rubigi-
ne vitiata. Tales igitur cibos etiam nunc plerique comede-
re coacti præ fame, vel febribus putridis, ac peſtilentibus
6 *mortui ſunt, vel puſtulis ſcabioſis aut leproſis correpti. Vbi*
igitur corpus fuerit plenum talibus humoribus, nulla au-
tem obſtructio in viſceribus fuerit, atque animal in cute
tota liberè diffletur, ac refrigeretur, ſanum quidem exiſtit:
ſed breuem, lubricámque obtinet ſanitatem. Vbi verò exte-
rior terminus aut adſtringatur, aut in profundo meatus
obſtruatur, ſi adſtringatur nunc dictum febrium genus,
7 *ſi oppiletur, id quod paulò dicendum eſt, conſiſtit. Nihil*
Nota. *igitur mirum videri debet, ſi ex cruditate hi quidem fe-*
bricitent, illi nihil eiuſmodi patiantur. Etenim iis qui
malis iam humoribus pleni ſunt, ac malè difflantur, aut
intempeſtiuè laborant, aut lauantur temere, promptum
eſt febricitare. Iis autem qui bonis ſunt pleni humoribus,
ac probè difflantur, & quieſcunt, ac fouent ad iecur, &
ventriculum attinentes partes, impoſſibile eſt febricitare
(in iecore enim ac ventre manet quicquid corruptum eſt,
ac temporis ſpatio paulatim concoquitur atque efficitur
benignum.) Quemadmodum & iis qui motus fortiores
ſuſtinuerint, aut in ſole æſtiuo ſteterint, aut in balneum ca-
lidum dulcium aquarum deſcenderint, cibi corrupti in
vniuerſum corporis habitum tranſſumuntur: ſic eos quibus
corrupta cibaria deorſum deferuntur, febris minimè ſe-
quitur, niſi propter aliquam aliam cauſam: vt ſi ſæpenu-
mero ſurgendo in laſſitudinem inciderint, aut ventrem
ipſum inflammatio tentauerit.

COMMENTARIVS.

POſtquam omnes ferè cauſas procatarcticas narrauit à quibus febres diarias fieri diximus, in præſenti omnes cauſas calefacientes reducit, ac colligit quinque generibus: deinde ſingulorum generum potentias generandi febres explicat, & quibus modis ab eiuſmodi cauſis febres proueniant, caput ſeptem partibus ſecatur. Prima pars quinque refert genera cauſarum, quæ poſſunt calorem humano corpori afferre, ſicuti enim non eſt vnus modus quo ignis generari poteſt, aut augeri, ſed plures, ita caloris non eſt vnus modus, ſed plures generationis & augmenti. Ratio ſimilis eſt, nam ignis generatio quemadmodum generatio caloris fit, ignis tamen generatur, aut augetur ex applicatione alterius ignis, vbi videlicet antè non aderat ignis, aut is erat paruus, aut ex nimio motu, vt in lignis, aut lapidibus valde colliſis, aut ex nimia ſolis caliditate. Sic in humano corpore generatur aut augetur calor multis modis: quinque autem ſunt in ſumma, motus, putrefactio, adhæſus rerum calefacientium, ſuppreſſio calidi effluuij, aut mixtio calidæ ſubſtantiæ, veluti manantis à quodam fonte. Cùm igitur ita ſit, neceſſe eſt caliditatis vel genitæ ad noſtrum ſenſum, vel auctæ (intellige ſecundum rem) cauſas omnes ad prædictas quinque reuocari. Ex lib. de cauſis morborum Gal. eaſdem retulit morborum calidorum cauſas, ac generationem febris ab ipſis. Prima cauſa ibidem explicita eſt motus, aut exercitatio. Secunda putredo. Tertia vſtio, quæ fit applicatione rerum calefacientium. Quarta conſtipatio. Quinta conſiſtit in his quæ intus ſumuntur, vt alimenta acria, & medicamenta, quibus adde aërem qui inſpiratur. Hanc cauſam in hoc loco appellauit calidæ ſubſtantiæ mixtionem, de his tamen refert, tunc febrem efficere, cùm calor totum corpus occupauerit. Prius tamen quàm ſingula membra cauſarum febrium, aut morborum calidorum percurramus, inquiſitione dignum eſt, an omnia genera cauſarum morborum calidorum in his quinque ſint à Galeno comprehenſa, vel quidpiam ſit eis addendum, aut ab ipſis ſubtrahendum. Nam quæ duobus generibus diſtinguũtur, ſcilicet, adhæſu calidorum, & putredine, vnico genere comprehenduntur: quæ enim putreſcunt, ſibi proxima ad putredinem mouent, vt conſtat. Calor ergo putredine concitatus ab ipſis quæ admouẽtur ſiue adhærent, ortum habet. Accedit ad id quòd putredo à calore externo fit apud Ariſtotelem, cùm dixit putredinem eſſe corruptionem propriæ & ſecundum naturam caliditatis, à caliditate extranea, quam dicit ambientis. Rurſus excrementa quæ retinentur calorem augent, vt bilis cùm non excernitur, quæ excerni deberet, & pituitæ magna excretio bilem relinquit effrenem, & caloris augmentum inde ſequitur. Hæc verò non continentur in aliquo generum cauſarũ dictarum à Gal. aut in præſenti cap. aut lib. de cauſis morborum. Rurſus ex vigilia accendi calorem, & febrem diariam ſequi nonnunquam, notum eſt: maximè verò inedia id efficit, & potiſſimùm in quibus abundat amara bilis, & hæc duo pariter non ſunt generibus dictis cauſarum annumeranda. Nos verò horum occaſione non ſolemus Galenum confutare, aut eius doctrinam ſubuertere, ſed ipſam amplificare, exponere, & patefacere. Explicuit namque ſummo artificio cauſas omnes calidorum morborum, & omnia quæ calorem corpori afferre poſſunt. Ita vt ne quippiam addendum, aut detrahendum aliis prætermiſerit, neque ipſi Argenterio, maximo detractori. Quod enim diximus de putredine, ipſam cum adhæſu calefacientium miſceri, falſum eſt: nam non omne calidum, quod admouetur & adhæret, putredinem infert, neque omnis putredo fit ex adhæſu. Primum notum eſt: nam ignis vrendo non putreſacit: & ſecundum conſtat, quoniam omni externo calido amoto putredo in corpore oritur, quod fit in inflãmationibus, & internis obſtructionibus. Quod verò diximus de bile retenta, notum eſt cuiuis in his quæ aſſumuntur contineri, ſunt enim quæ intus ſumuntur libro de cauſis morborum eadem quæ in præſenti cap. dixit, calidæ ſubſtantiæ mixtionem. Cùm verò excernendum non excernitur, notum eſt ſubſtantiam calidam miſceri. Excrementa itaque ex his quæ aſſumuntur ſunt, ſiue ſubſtãtia quæ calori admiſcetur. Talia quoque ſunt quæ effrenia manent, contraria à corpore educto. Nam ſi ſecundum naturam ſe habente homine calori admiſceri debet ſubſtantia aliqua calida, mixta cum frigida ad menſuram, qua inuicem attemperantur: ſi alterum eorum deſit, reliquum vt ſubſtantia non admixta recenſebitur. Quod pariter tertio loco adduximus de vigilia & inedia, conſtat nullatenus Galeni doctrinam variare poſſe: nam vigilia motus eſt. Galenus namque inter motus recenſet iram, quæ quamuis non ſit corporeus, eſt animalis, vt vigilia quæ humores calidos cum ſpiritu agitat, & in corpus deducit, impeditq; ne humeſcat corpus per ſomnum, vt ſolet. Inedia pariter non ſemper calefacit, ſed ſæpe refrigerat. Corpora verò biliofa accendit, tum quia calorem reddit acriorem ob ſiccitatem: tum quia bilem reddit calidiorem. Verùm id ſubſtantiæ calidæ mixtio eſt. Dubitare poſſet quiſpiam, omnis namque putredo coniunctam habet prohibitam tranſpirationem: includetur ergo putredo in prohibitione calidi effluuij. Neq; oportebit putredinum genus aliud à 4. recenſere. Ad quod dicemus prohibitionem calidi effluuij aliquando concitare calorem tantum citra putredinem, quod tale appellauit Galenus. Aliquãdo verò

Calor generatur in humano corpore quinque modis.

adeò magnum eſſe calorem contingit, vt puttedinem concitet, qnod putredinem appellauit. Putredo quoque nonnunquam excitatur antequam prohibeatur calidum effluuium, ob cauſas puttedinem inferentes, quæ ſunt aut alimenta, aut medicamenta, aut venena, aut peſtilens aër. Itaque quinque generibus dictis rectè docuit Gal. omnia cauſarum genera comprehendere, quæ calorem afferant.

In ſecunda parte quæ incipit (Qualis ſi lubet) aſſumit exemplum ad docendum quomodo ex adhæſu rerum calefacientium febres generantur. Exemplum eſt, æſtus ſolis. Poſſumus autem per ſolis æſtum intelligere actionem ſolis, aut paſſionem quæ fit, aut quæ facta eſt à ſolis æſtu in corpore. Paſſionem autem dico, quoniã Græcè πάθος habetur. Quantum autem interſit inter paſſionem & affectum ex dictis in primo cap. conſtat, vbi quis propria affectus ſignificatione, & ſpeciali vtatur. Hæc autem paſſio, inquit, calor præter naturam eſt, non tamen febris, niſi cor concalefecerit. Id genus cauſæ ex his eſt, quæ extrinſecus occurrunt, ſiue talia fuerint medicamenta, ſiue ſol, ſiue ignis, aut qnodcunque tale, vbi attingat, vel accedat, vel conſueſcat. Eſt ergo primum genus cauſarum febrem inducentium cauſa extrinſecus accedens, aut tangens, aut appropinquans, aut frequẽter occurrens. Cuius exemplum eſt ſol, à quo multæ febres euenire ſunt viſæ. Ignis pariter & medicamina calida exterius applicita idem efficiunt. De generatione caloris ab hoc primo cauſarum genere, libro de cauſis morborum inquit: Quòd verò ob calidorum vicinitatem proxima quæque corpora caleſcant, ſatis patere puto iis, qui balnearum, ſolis æſtiui, & flammæ cuiuſlibet vim fuerint experti. Verùm paulò inferius docet quomodo cauſæ exterius occurſantes febrem accendunt, exemplo phlegmonis, aut eryſipelatis. Hæc enim febres concitant partibus proximis calefactis, deinde aliis, & deinde partibus cordi proximis, & tandem fonte caloris (hoc eſt corde) calefacto, vniuerſum corpus cordis percipit paſſionem. Sic etiam vbi qnis in loco aprico nudus diu manſerit, conuerſatione aëris calidi vniuerſum corpus calorem concipiet. Si verò veſtitus, caput duntaxat, à quo ſimiliter cordi traduceretur, qui inde in totum corpus delatus febris eſt. Gratia eius quod Galenus dixit, calorem ſolis eſſe præter naturam: non autem febrem, niſi cor etiam concalefecerit, in dubium vertitur, an detur aliqua febris quæ non habeat ortum à corde. In hoc dubio nonnulli ex iunioribus garrulitatibus totas paginas impleuerunt, diſputantes primo loco, an febris ſit cordis propria paſſio: cùm tamen omnibus notum ſit, proprium ſoli competere. Febricitabile verò, paſſio eſt qnæ toti conuenit corpori.

Ad dubium tamen reſpondemus, qnæſtionem hanc de nomine tantùm eſſe, nempe an tantùm eam liceat appellare febrem, quæ eſt calida intemperies in corde facta, ac inde in totum corpus procedens. Id tamen manifeſtè docet Galenus, quem imitandum proponimus, multis in locis, vbi febrem definiens ac declarans, ipſam explicat per calorem præter naturam, qui à corde toti communicatur. Neque aliter febrem dici, niſi cor ipſam patiatur. Primum in præſenti loco cùm de ſolis calore dixit: Eſt autem hic præter naturam calor, non autem febris, niſi cor ſimul calefecerit. Eſſe ergo febrem aliqnam intemperiem, à corde pendet. Calida enim intemperies à ſole eueniens (aut pari ratione à quauis cauſa) non dicitur febris, antequam cor eam patiatur: qnamuis ipſa actiones læderet partis in qua eſt, ante cordis conſenſum. Poſtea verò corde conſentiente febris appellatur eademmet caliditas partis, non mutata ſua eſſentia. Quæſtio ergo de nominis appellatione eſt, quam à cordia paſſione calores omnium aliarum partium accipiunt. Et cap. ſeq. de inflammationibus loqnens, inquit: At verò ex his omnibus accenditur febris ratione ſocietatis; ſemper enim ſimul cum eo quod incaluit pars continua caleſit, quouſque affectio ad cor ipſum peruenerit.

Præterea libro de ſangui. miſſ. non tantùm ſolam caliditatem à corde manantem docuit febrem appellare, ſed quare ſic ipſam appellet inſinuauit, cùm de calore putredinali loquens, inquit: Eiuſmodi enim eſt qui à putredine proficiſcitur. Ergo ſi pars quæ hoc pacto incaluit inſignis ſit, aut calorem ſuum in cor protendere valeat, ſiue quòd vicina ſit, ſiue quòd ex principalibus, ſiue quòd calida, vnà & ipſum accendet, vt quod natura calidiſſimum ſit. Quod ſi ſemel illud accenſum fuerit, facilè totum ipſius iam corpus ſimul excalefiet, quemadmodum ab ingenti in foco flamma, quæ illam continet domus. Vocant autem id pathema Græci quidem *Nota.*
πυρετὸν, Latini verò febrem. Febris itaque appellatio de calore præter naturam dicitur: non tamen de omni, ſed de illo qui à corde procedit, aut genitus ab ipſo, aut auctus. Licet enim in toto corpore eſſet aliqua calida intemperies, quæ manifeſtè læderet actiones totius corporis, niſi factum eſſe haberet in corde, febris non diceretur, vt ſuprà ſatis eſt oſtenſum. Præter id quòd impoſſibile eſt calorem præter naturam in toto corpore exiſtere, qui actiones lædere poſſit, quin cor eum conceperit, & multò maiorem eiſdem partibus retribuerit, ob vehementiam ſui caloris, ita vt à corde auctus neceſſariò ſit. Quemadmodum flamma ab ingenti foco domui communicatur, vt Galenus dixit. Vnde ſoluetur qnæſtio, qua aliqui quærunt, quare ſolam eam calidam intemperiem, quæ in corde factum eſſe habet, voluerunt medici febrem appellare. Ob id nempe, quòd cùm cor calidiſſimum ſit omnium membrorum noſtri corporis, id aut prius aliis recipit calidam intemperiem, & ipſam reliquis tranſmittit, quemadmodum per ſanitatem naturalem calorem: aut vbi aliæ partes ipſam prius conceperint, cor ſtatim conſentit ac reliquis maiorem caliditatem accepta retribuit. Falſum autem eſt quod quidam ferunt, ob id ſolam calidam intemperiem totius lædentem actiones ſenſibiliter in corde factam dici febrem à medicis, quoniam id membrum quod eſt principale principium temperamenti, quod eſt ſanitas totius, meritò debet eſſe principium diſtemperamenti lædentis totum corpus. Si enim eſſet hæc ratio valida, pariter diceremus cor eſſe principium omnis diſtemperamenti per frigidum. Quo dato cor eſſet principium morborum frigidorum totius: atq; aqua intercutẽ eſſet morbus cordis, contra Gal. oritur enim à iecore. Ratio tamen ſimiliter valet, quoniã cor eſt principium ſanitatis, quæ conſiſtit in calore & frigore. Quòd ſi ob id eſt principiũ calidorum, erit quoq; frigidorum morborum. Diximus ergo quæſtionem eſſe de nominis appellatione, ac tradidimus rationẽ appellationis. Quòd ſi dixeris, ponamus à iecore communicari calorem præter naturã toti corpori lædentem operationes ſenſibiliter: hæc erit febris, & non oritur à corde. Igitur non omnis febris habet inde originem. Dicimus quòd ſi id ſine cordis conſenſu eſſet poſsibile fieri, illa eſſet intemperies calida, & morbus calidus, non febris. Sed tamen id impoſsibile eſt, vt diximus.

In tertia parte quæ incipit (At verò ira) exempla declarat, quo pacto ex motu febres concitentur. Primum exemplum eſt in ira. Secundum in mœrore. Tertium in exercitatione. Ira febrem efficit motu & efferueſcentia: motu quidem ſanguinis & ſpirituum ad extimas partes, vindictæ conſequendæ cupiditate efferueſcens. Ariſtoteles namque libro primo de anima cap. primo, iram aliter à Dialecticis, quàm à Philoſophis definiri dicit: Dialectici namque ipſam definiunt per appetitionem inferendi dolorem aduerſario, aut tale quippiam. Philoſophi verò, per ſanguinis & caloris circa cor ebullitionem. Quòd tamen vtrumque horum in ira fiat conſtat. Primum de motu, lib. 2. de cauſis ſymptomatum, de motu ſanguinis & ſpirituū, in animi pathematis dixit. Per iram verò & diſtenduntur, & effunduntur, & caleſcunt. Dixerat quoque eodem loco, motum omnium primum eſſe motum caloris, tum intro, tum foras, vt in animi pathematis. Efferueſcere ſimiliter calorem per iram conſtat ex Platone in Timæo, vbi vſum facultatis iraſcibilis ſcribit, ac quare locum in thorace ei natura tribuit dicens: Partim igitur animæ fortitudinis iracundiæ, quæ participem contentioſámque capiti propinquiorem fecere, inter diaphragma ceruicémque mediam, vt hæc obediens rationi vnà cum ipſa cupiditatum genus vi illata cohæreat, ſi quando rationis in arce capitis habitantis iuſſa cupiditas reſpuat, cor verò venarum originem fontémque ſanguinis per omne corpus impetu quodam manantis in ſtipatorũ regione ſuſpendere voluerunt. Vt quando iræ vis efferueſcit ratione nuntiante, ſi quid extrinſecus iniuſtè fiat, vel intrinſecus aliqua concupiſcentia turbet, tunc celeriter per anguſtos quoſlibet meatus, quicquid in corpore ſenſus eſt particeps, iuſſa mináſque perſentiat, atque ita obediat obſequatúrque omnino, toleretque in omnibus præſtantiſſimi illius imperium. Hoc in loco efferueſcere dixit iræ vim. Galenus libro de morborum cauſis motum & feruorem in ira accedere ad generationem caloris ſic dixit. Itidem ita quoque quæ caloris, qui circa cor eſt, feruor quidam eſt, idque ob immodicum motum, atque hic interdum per totum corpus diſperſus febrem accendit, hoc eſt, quod impræſentiarum dixit. At verò ira quaſi ebullitio quædam ac motus vehemens eſt iraſcibilis facultatis. Mouetur enim ſanguis cum ſpiritu, & ex motu calor accenditur & feruet ſanguis cum ſpiritu, qui facultati ſeruit iraſcibili: quam in corde ſitam eſſe dixit. Quod voluit Plato in ad-

Galenica demonſtratio. ducta ſententia, & Galen. 8. lib. de placitis id probat hoc ſyllogiſmo, Vbi paſſiones animi manifeſtius corporis membra agitant, ibi paſſionibus obnoxiam animi partem eſſe cenſendum eſt. At cor cernitur in ira & timore, magna motus immutatione. In corde igitur paſſionibus obnoxia animæ pars collocata eſt.

Addit præterea in præſenti, ex ira incaleſcunt ſanguis & ſpiritus, quòd ſi in ipſis fuerit promptitudo ad ſuſcipiendam caliditatem, ita vt diu ipſam continere poſſint, adhuc ceſſante motu cordis, tunc febre hominem corripi neceſſe eſt. Hæc manifeſta ſunt ex his quæ diximus cap. 1. de facto eſſe febris, quod aliud eſt à facto eſſe, quod eſt de eſſentia morbi. Morbus enim eſt factus, id eſt, res permanēs: febris tamen eſt facta in aliqua de cordis partibus, id eſt, independens à cauſa. Febris ergo ex ira non pendet ab ira, ſed eſt calida intemperies ab ira producta, ac adeò fixa, vt ceſſante quouis cordis motu, ſiue agitatione, adhuc poſſet manere diu, id eſt, notabili tempore, vt per ſpatium diei, aut paulò plus, aut minus. Hoc enim tempus diffinitum non eſt, nam temporis perduratio non eſt de morbi ratione, vt ſupra cap. 1. diximus, nec de febris eſſentia: ſed hoc tantum, nempe poſſe ſine cauſa faciẽte manere. Exemplum præſens eſt de febre orta ab ira. Hæc enim ceſſante ira permanet in ſpiritu. (Quod ſi ſanguis eandem haberet præparationem, ſanguinea foret febris.) Quare meritò & hæc & reliquæ diariæ factæ dicentur: ſiquidem cauſis ipſis prægreſſis ceſſantibus, remanet: quemadmodum & hectica remanet in corpore, omni cauſa ceſſante: & in humorali quædam pars facta eſt, quæ manet, ceſſante quauis cauſa mouente, aut alterante. Pars verò futura omnino ceſſat, abſente cauſa prægreſſa. Ergo cauſæ febres inferre poſſunt, manere autem poſſunt febres ſine ipſis. Sunt tamen cauſæ prægreſſæ, cauſæ externæ, aut animi paſſiones, aut actiones: & ſimiliter cauſæ euidentes, vt dicemus cap. 9. Quas omnes Galenus recenſuit in locis cap. præcedenti citatis. Cauſarum ſecundum eſt genus, quæ appellantur antecedentes, ſunt autem hæ cauſæ quæ in ipſo animalis corpore conſiſtunt, ſiue corpora, ſiue corporis affectus. Breuius à Galeno natura duorum generum cauſarum exponitur libro de morborum cauſis, cùm inquit: Eas ſiquidem quæ in animali ipſo conſiſtunt, ſiue affectus, ſiue motiones præter naturam, cauſas nominant morbos antecedentes: quæ verò extrinſecus adueniunt, & vehementer alterant immutántque corpus, eas prægreſſas appellant. Nec tamen omnes comprehendit in hoc loco. Antecedens rectè à Celſo abdita appellatur, quemadmodum prægreſſa euidens. Tales appellant Græci *προηγουμένας*, id eſt, præcedentes, qualis eſt putredo in febribus putridis. Item & humor qui putret, non tamen cauſa coniuncta ſiue continens, vt falſus putauit Auicenna cum ſuis ſequacibus. In febribus enim cauſam coniunctam non eſt inuenire, vbi per febrem, calorem præter naturam intelligamus, vt Galenus, non ipſam ſolam ametriam: neque enim exiſtimamus cauſam coniunctam, illam inter quam & morbum non eſt medium. Nam hoc modo febris putrida immediatam cauſam habet putredinem humoris, à qua intemperies febrilis immediatè fit. Vbi tamen per cauſam coniunctam, ſiue continentem, intelligamus cauſam, qua poſita, ponitur morbus, & qua ſemota, ſemouetur: vt libro definitionum habetur. In febribus conſtanter affirmamus non eſſe cauſam continentem, nam hectica, aut diaria nullam talem cauſam habent. Putrida verò, vt conſtat, ſemota putredine manet, vt docet Galen. in arte medicinali cap. 89. vbi cauſam primùm abſcindere docet, deinde ipſam intemperiem curare. Præterea lib. 8. de Methodo medend. dixit fientem morbum egere præſeruatione per ablationem cauſæ aduerſus id quod futurum eſt, & curatione eius quod factum eſt per contrarium. Quo non egeremus ſi cauſa ablata morbus auferretur. Nos verò qui per febrem intelligimus diſtemperiem eam quæ in calore conſiſtit, febrem dicemus cauſam coniunctam habere, ſiue continentem. Ea verò eſt calor, quo poſito, ſequitur ametria, & quo ſemoto, ſemouetur. Quòd namque Galenus nonnunquã febrem calorem nominet, id eſt, quoniam ametriam febrilem non melius potuit exponere, quàm per calorem. Itaq; ſi de calore quis loqui vellet, is non habet continentem cauſam. In aliis tamen morbis an detur cauſa continens, quam ex libro definitionum declarauimus, dubium eſt. Fuchſius namq; lib. 3. Paradoxorum ſuorum multis modis probare tentat,

Definitio Iræ ſecundū Dialecticos & Philoſophos.

nullum morbum habere cauſam continentem, nam Galenus nullibi de cauſa continenti in morbis meminit. Quod enim lib. 1. de cauſis pulſuum, cap. 1. dixerat pulſum habere cauſam continentem, non eſt ad propoſitum: loquimur enim de cauſis morborum. Quod etiam 7. ſection. Aphoriſmorum commentario 30. cauſam ſcripſerit ſpumæ continentem, non improbat Fuchſij mẽtem, qui in morbis ipſam negat. Ad id verò quod obiiciunt ex libro introductorio vbi dixit: Continens cauſa eſt qua præſente adeſt morbus, & ablata ſoluitur, vt ſpina, & telum, negat librum eſſe Galeni. Ruſus affert Fuchſius autoritatem ex libro definitionum, vbi ſimiliter definiuit Galenus cauſam continentem dicens, συνεκτικὸν αἴτιον, id eſt, cauſa continens, eſt qua præſente præſens ſeruatur morbus, ablata verò aufertur, vt lapis in veſica, negat eſſe Galen. librum definitionum. Præter id quod falſum reputat lapidem in veſica eſſe morbi cauſam. Nam quod primò actionem vitiat morbus eſt, ſed lapis primò actionem vitiat, ergo lapis morbus eſt, non cauſa. Præterea ab Hippoc. Aphor. 26. ſect. 3. lapis veſicæ inter morbos puerorum numeratur. Adde quod Galen. lib. de different. morb. referens morbos in abundantia partium quæ ſunt toto genere præter naturam, recenſet lumbricos, aſcarides, lapidem in veſica. Præterea ratione ſic, Si cauſa continens eſt, qua præſente ſimul adeſt morbus, & qua abſente morbus quoque abeſt, nihil differet ab effectu, quo primum læditur ea, quæ ſecundum naturam eſt actio. Nam Galenus in arte med. cap. 78. vbi docuit futurum morbum prohibendum, & factum curandum, de fiente loquens dixit: Eius verè qui adhuc fit, quod quidem iam factum eſt, curare oportet, quod autem futurum, prohibere ne fiat. Prohibetur autem ſublato eo affectu à quo fieri natura aptus eſt. Nominatur verò talis affectus, cauſa antecedens. Morbus autem iam factus curabitur poſtquàm affectus is à quo primum, quæ ſecundum naturam eſt actio, læditur, ſolutus fuerit, quem quidem & ipſum morbi eſſentiam eſſe dicimus. Si ergo affectus curatur ſublata morbi eſſentia, & ſublata cauſa continenti idem fit, erit cõtinens cauſa ipſa morbi eſſentia, eruntque in morbis cauſa prægreſſa, & antecedens, & ipſa morbi eſſentia. Sic enim & non aliter procedere Fuchſius in ſua ratione videtur. Ruſus ſic probat non eſſe in morbis cauſam continentem. Rerum permanentium non ſunt cauſæ coniunctæ. Morbi ſunt res permanentes. Non habent igitur

Nota. cauſas coniunctas. Res autem permanentes non habere cauſas coniunctas, inde ſatis liquet, quòd non poſſunt ſimul cum ſuis cauſis auferri. Morbum autem eſſe rem permanentem, conſtat ex Gal. lib. de differ. ſympt. vbi docet morbum eſſe affectum, & affectum omnem eſſe permanentem, vt nos quoque ſupra ſatis oſtendimus cap. 1. Hæc eſt opinio Fuchſij loco citato, & in compẽdio, & in Aphoriſm. commentariis, & in comment. lib. de cauſis morborum. Veruntamen ipſe multis modis errare videtur. Primò cùm dixit Galenum nunquam in morbis meminiſſe cauſæ continentis. Nam lib. 6. de morb. pop. part. 3. comment. 20. inquit: Quonam itaque modo quis optimè vniuſcuiuſque ſanandi naturam ex prima generatione ſcire debeat; tum dictum, tum demonſtratum ſæpius eſt, demonſtratum quoque nihilominus, & quæ de affectis locis & cum ipſis patientibus tum ſcire, tum exactè cognoſcere in ægris oporteat. Et de cauſis quas & præincipientes, & præcedentes, & continentes vocant. Hoc in loco de morbis & eorum cauſis loquitur, ac continentium meminit cauſarum. Ruſus ſingula eius dicta percurramus. Adducit contra ſe Galen. lib. introductorio, & lib. definitionum, & negat eo libros eſſe Galeni. Sit ita, concedamus cum Fuchſio, neque introductorium eſſe Galeni, neque veram eſſe ſententiam adductam in exemplo eo libro, dempta nempe ſpina, aut telo morbum ſanari: verùm quod attinet ad librum definitionum, licet is Galeni non ſit, quamuis à multis doctis approbetur, non eſt cur Fuchſius damnet, aut definitionẽ cauſæ continentis, aut exemplum. Dixit namque, cauſa continens eſt, qua præſente ſeruatur morbus, ablata verò aufertur, vt lapis veſicæ. Primum enim nulla ratione impugnat definitionem. Secundum id quod in exemplo adduxit eſt certiſſimum. Nec obſtat quod ipſe probare nititur, lapidem veſicæ morbum eſſe. Quia actionem primò vitiat, aut quia Hippocrates ipſum inter morbos annumerauit, aut quod Galenus, vt adduximus ex libro de differentiis morborum, morbum eſſe dixit. Tenetur enim Fuchſius aduertere, quòd in lapide veſicæ duo morbi adſunt. Alter eſt in formatione attinens ad viam, eſt enim obſtructio, quæ primò impedit vrinæ tranſitum, quæ non eſt perpetuo præſens eis qui lapidem in veſica continent, vbi videlicet dimouetur. Alter morbus eſt in numero, & appellatur addita pars, & abundans, ex his quæ toto genere ſunt præter naturam. Verè tamen morbus eſt ipſa partium ametria, quæ ablato lapide, vt continenti cauſa, ſtatim ſanabitur. In lapide itaque conſideramus morbum in formatione, hoc eſt, in via: is tamen cauſam continentem habet, nempe lapidem, de quo verum eſt quod dixit autor definitionum, ipſo ablato auferri morbum, hoc eſt, obſtructionem, & ipſo poſito in via poni obſtructionem. Quod etiam diximus de cauſa continente ſpumam, quam aſſeruit Gal. 7. ſectione aphoriſmorũ, confutat poſitionem Fuchſij, quoniam ipſe in vniuerſum negat res permanentes habere cauſas continentes: nam ſpuma res permanens eſt. Similiter obſtructio quæ fit ab humore, res permanens eſt: ſed tamen humore poſito ponitur obſtructio, & ipſo ſemoto, ſemouetur. Idem quoque de lumine ſolis & aëre, conſtat enim quòd ſole ſemoto ſemouetur. Nec tamen putandum eſt morbum habere aliam permanentiam, ea ratione qua affectus eſt, niſi quoniam habet plures partes ſimul, vt cap. primo docuimus. Ruſus colicus morbus à frigida intemperie vitreæ pituitæ in inteſtinis ceſſat apud Galenum ſtatim excreta pituita. Non negabit tamen frigidam intemperiem morbum eſſe, & rem permanentem. Humorem quoque conceſſit Fuchſius libro de differẽtiis morborum, eſſe morbum, vt negaret obſtructionem habere cauſam continentem, & morbum aliquem dixit eſſe ſubſtantiam. Quod quàm falſum ſit, maniſeſtiſſimè conſtat. Nam Galenus nulla alia via probat eodem libro morborum differentias, niſi inuenta ſanitate, quam in ſymmetria conſiſtere dixit libro eodem, & primo de ſanitate tuenda: Morbus verò, inquit, nihil aliud erit, quàm ametria, hoc eſt, à debito modo receſſus. Eſtque mala quædam partium componentium proportio. Quam ob rem probè Ariſtoteles dixit ad ſanitatem, & morbum non eſſe per ſe motum, quia ſunt ad aliquid, in debita, aut non debita proportione conſiſtentes, vt pariter in commentario capitis primi docuimus. Præterea Fuchſius in commentariis libri de morborum cauſis, ad argumentum, quod innebit Valeriola dicens: In phlegmone humorem contentum diſtendere partem, & morbum efficere, quo

ſublato

ſublaro aufertur morbus,ac ipſum eſſe cauſam continentem, reſponder,eum humorem eſſe morbum, non cauſam, atque ipſum per ſe viriate actionem: quoniam grauat, mordet, ac feruet. Cooſtat autem eam ſolutionem noo eſſe diguam viro docto. Quooiam quamuis diſtendat humor partem, aut grauet, bæ non ſunt actiones læſæ: neque humor vmquam actionem vitiauit, niſi intermedia intemperie, ac partis incommenſuratione, ſiue intempetie, ſiue mala compoſitione. Nos verò ad quæſtionem facilè reſpondemus, ex bis quæ apud omnes notiſſima ſunt. Nam quemadmodum dūplex eſt ſanitas, vna quæ conſiſtit in ſimilaribus particulis, quæ eſt debita proportio componentium, ſcilicet ipſorum elemantorum: altera verò ſanitas debetur inſtrumentariis partibus, quæ eſt debita partium commenſuratio, quæ conſiſtit in formatione,numero,magnitudinc, & ſitu.Sic quoque duo ſunt morborum genera, quorum alterum ſimplicibus partibus primò debetur, eſtque ametria, id eſt, à debito modo receſſus compoſitionis eius, quæ debetur ſanis corporibus, ex primis elementis, ac qualitatibus ipſorum. Alterum genus morborum ad malam compoſitionem organicarum partium attinet, eſtqoe ſimplicium ipſas componentium, ametria, ſiue à debito modo receſſus. Quibus etiam accedit morbus ad vtrumque genus partium attinens, ſcilicet vnitatis diuiſio, quæ priuatio quædam vnitatis eſt. Hanc conſtat ſubſtantiam non eſſe, nec qualitatem: ſed aut priuationem,aut ſi quis velit, partium numerum, & quantitatem diſcretam dicet. Ametria verò, quæ alia duo genera morborum dicta continet, nec ſubſtantia eſt,nec qualitas: ſed proportio, ſiue diſproportio, ſiue improportio, ſiue à debito modo receſſus. Hanc tamen cauſam habere continentem, nemini dubium eſt. Nam indebita proportio, quæ gratia caloris fit, vt in febribus & morbis calidis, cauſam habet caliditatem:qua poſita, ponitur ametria dicta: & ea ſemota, ſemouetur. Idem de omnibus intemperaturis. Quod ſi dixeris Galenum calorem appellare febrem, & calorem non habere cauſam continentem, dicemus Galenum morbum omnem appellaſſe ametriam, ſic & febrem, intemperiem in exceſſu caloris,lib.8. de Method.medend.Quod ſi quando calorem,aut frigiditatem morbos appellat,non eſt quod ipſos morbos eſſe exiſtimet: ſed quòd eis appellationibus vtitur ad ſignificandum ſpeciem morbi, nempe ametriam, quæ per calorem, & ametriam, quæ per frigiditatem. Sic quoque Hippocrates & Galenus lapidem veſicæ morbum appellant. Non quòd ipſe ametria ſit, ſed quoniam ad ipſum ſequitur veſicæ mala commenſuratio cauitatis, & numeri partium, neque aliter melius potuit eam incommenſurationis ſpeciem explicare, quàm lapidis nomine. Sic itaque in obſtructionibus conſtat humores obſtruentes cauſas eſſe continentes morborum,& ſuffuſionem morbum dici, qui in numero. Eſt tamen cauſa morbi in via, qua poſita ponitur morbus, & ſemota ſemouetur. Et lapis in veſica præter id quòd morbus in numero appellatur à Galeno(quod modo iam dicto intelligi debet) cauſa obſtructionis continens eſt, cùm meatui veſicæ applicatur, qua poſita ponitur obſtructio, & ſemota ſemouetur, vt dixit autor libri diffinitionum. Sextus quoque digitus morbus eſt, non quidem alia ratione, quàm quod ſymmetriam manus viriat, & inde actiones. Eſt ergo cauſa incommenſurationis, qua poſita ponitur, & ſemota ſemouetur. Quod

Sanitas duplex eſt,quemadmodum & duplex morbus.

tamen Galen. raro meminerit cauſæ continentis, ratio eſt,quoniam nomine cauſæ continentis aſſueuit exponere, & enuntiare morbos ipſos, appellans morbum, calidum, aut frigidum, aut humidum,aut ſiccum, aut lapidem, vt diximus. In ſumma ergo dicemus morbos omnes qui conſiſtunt in additione, cauſas habere continentes. De quorum numero ſunt morbi omnes qui conſiſtunt in temperatura. Qooniam omnis morbus in temperatura conſiſtens, additione fit. Ex morbis verò qui pertinent ad partes organicas, qui fiunt ex additione, cauſas habent continentes: qui fiunt ablatione, cauſis continentibus carent. Morbi tamen qui ſunt communes vtriſque, vt continui ſolutiones, quidam ſunt fientes, & qua parte fiunt cauſam habent continentem:qua parte tamen facti ſunt ipſam non habent. Nam diuiſio continui, priuatio quædam vnitatis eſt, modo morbi qui in priuatione conſiſtunt eius quod adeſſe deberet, ſiue in eiuſdem ablatione, cauſas continentes non babent. His omiſſis ad Galeni literam redeamus.

Morbi ex additione habēt cauſas coniunctas, morbi ex ablatione eadem carent omnino.

Secundum exemplum eorum quæ motu calorem generant ac febrem, eſt mœror. Hunc autem moto ſolo efficere calorem conſtat,non ebullitione,vt ira. Lib.2.de cauſis ſympt. Galen.inquit: Per timorem, & ſpiritus, & ſanguis intrò, & ad ſcatebram ſuam reducuntur contrahuntúrque, quo fit, vt algeant partes in ſuperficie poſitæ. Quod ſimiliter teſtatur lib.4. de cauſis pul. dicens: Et triſtitia etiam refrigerat, & calorem intrò concitat. Hæc tamen ſpirituum & ſanguinis reuocatio paulatim fit,vt eodem loco Galen. inquit. Vt in timore confertim, ita in mœſtitia paulatim fit mortus. Concitantur verò febres calore aucto,& aridiore reddito,quod docet experimentum. Homines namque & ſqualidi, & exuſti, ac inde melancholici longa mœſtitia redduntor. Quod ſapientes heruës ac præſtantiſſimi viri paſſi ſunt, vt apud Ariſtor. problem.1. ſect.30. inter quos Bellerophontes ab Homero lib.6.Iliados depingitur,bis verbis.

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ κακεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
ἤτοι ὅ, καππεδίον τὸ ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Quod eſt apud Theodorum:

Aſt hic quando etiam grauior diis omnibus errat,
In campos ſolus latos, inque auia rura,
Ipſe ſuum cor edens hominum veſtigia vitans.

Hæc duo poſtrema carmina Cicero in tertio Tuſculanarum quæſtionum ſic conuertit.

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens hominum veſtigia vitans.

Tertium, quod motu calorem concitat ac febrem, eſt laſſitudo. Hic autem calor principium habet à motu vehementi muſculorum, neruorum, ligamentorum, & articulorum. Hæc enim primùm incaleſcunt, ac inde calorem cordi communicant, quare febricitant homines.Quod autem dictum eſt continenter, Græcè habetur, κατὰ τὸ συνεχὲς,hoc eſt, per continuitatem. Porrò laſſitudo hæc,ea eſt, quæ nimiam ſequitor exercitationem, & non ſpontanea,appellatúrque à Galen.in boc loco κόπος,ſicuti & 4.ſection. Aphoriſm.comment.31.vbi ſimiliter in exercitationibus dixit, articulis propriam ac peculiarem eſſe caliditatem, & lib. de cauſis morborum in ſumma generationem febris ex labore docuit, dicens: Certè ſi ab exercitatione quiſpiam fuerit fatigatus, is immodicum ſuſtinere calorem dicetur: maiorem, inquam, quàm pro naturali habitu, tum in muſculis,tum in articulis.Quippe ad bos in

primis

primis mouendi munus pertinet. Quòd ſi calor non vltra progrediatur, ſed priuſquam per totum animãtis corpus fuerit ſparſus ſoluatur, affectus ita genitus, laſſitudo duntaxat fuerit: ſi verò in totum extendatur corpus, morbus ipſe febris nominari debet: quippe quæ totius animantis calor immodicus eſt. Hæc ergo nota ſunt omnibus: non tamen quo pacto ex exercitatione articulis concuſſis calor generatur. Nam motus res ſucceſſiua eſt: non ergo generabit rem permanentem. Siquidem *nihil ab imperfectiori ſe generatur.* Caliditas tamen res permanens eſt, quæ multas partes intenſionis, & extenſionis ſimul habet. Igitur motus non poterit calorem generare. Rurſus magis conueniunt motus alterationis ad calorem & calor, quàm motus localis & calor. Sed motus alterationis ad calorem, non producit calorem. Ergo motus localis non producet ipſum. Quòd tamen motus alterationis ad calorem, non producat calorem, conſtat: nam motus ipſe via eſt ad calorem, cauſa verò calorem producens eſt ipſum mouens, ſiue alterans. In ſolutione huius dubij quidam dixerunt, quòd motus localis generat calorem, quoniam motus localis eſt præcipuus omnium motuum: & qui talis eſt, meritò generare poterit potiſſimam primarum qualitatum, & hæc eſt caliditas. Generabit igitur caliditatem. Verùm ratio indigna eſt viro philoſopho. Pari namque ratione diceres, dulcedinem generare caliditatem: quoniam dulcedo eſt prima qualitatum guſtabilium, aut ſaporum potiſſimus. Alij dixerunt in motu articulorum adeſſe partium perfrictionem, ex qua aër intermedius rareſit, ad raritatem verò calorem ſequi dicunt. Hæc ratio inualida eſt. Raritas enim non efficit calorem, ſed calor raritatem. Præterea nemo vnquam putauit raritatem eſſe de qualitatibus agentibus. Remanebit itaque dubium, quænam fuit cauſa calorem generans ex motu. Alij dixerunt in motu locali ex perfrictione ſolidorum corporum igneum elementum, quod in ipſis ſolidis corporibus continetur, educi ad ſuperficiem, & maximè repræſentari, ac nonnunquam in tãtum, vt febrem quoque accendat, atque ignem. Verùm iſti non ſoluunt dubium. Quæterem enim ab ipſis, cùm dicunt igneum elementum educi motu, aut intelligunt eum ignem qui mixtus eſt in partibus mixti internis, cum aliis elementis, aut caliditatem ſolam. Si dixerint ignem, ſequitur mixtionem ignis cum aliis elementis, in intimis partibus ſolidi corporis moti, ac colliſi, diſſolui ſecedente igne ab ipſis. Si tamen caliditatem ſolam extrahi dixerint, conſtat id eſſe impoſſibile qualitatem à ſubiecto in ſubiectum migrare. Si verò non migrare, ſed de nouo in exterioribus produci affirment, adhuc quæſtio manet anceps, à quo generabitur dicta caliditas. Aliter tamen nobis dubium videtur explanandum. Conſiderare tamen oportet, in omni mixto quatuor adeſſe elementa, ipſum conſtituentia, apud Hippocr. lib. de humana natura, & Galen. lib. de elementis ſecundum Hippocr. Ignis autem in mixto contentus, ab aliis elementis opprimitur ferè extinctus. Tali modo in anguſto detentus, quaſi parua flamma ſub multis lignis viridibus. Ac quemadmodum hic ignis paruus eget ventilatione, vt accendatur, & flammam magnam edat: ita & is qui in mixtis corporibus continetur, quod docet humanum corpus. Id enim tranſpiratione eget ad ſuam conſeruationem, per quam flamma accenditur, & accenſa conſeruatur. Extingueretur tamen facilè ipſa prohibita. Verùm intereſt, quoniam vbi ignis in corpore mixto admodum denſo exiſtit, aër ambiens, quamuis vehementer flauerit, non ſufficiet flammam accendere: cùm non penetret corpus mixtum ſolidum ac denſum, veluti penetrat in corporibus rarioribus: nam humani corporis calor flabellatione accenditur & ſeruatur, vt in inſpirationibus & tranſpirationibus. Aër igitur exterior nullatenus poteſt in oſſibus flammam accendere, aut in lapidibus, niſi vehementer affricentur. Tunc enim aër vehementer impellitur & penetrat, ac ventilat ignem intus contentum. Inde fit, vt flamma accendatur, & calor ad maiorem gradum perueniat: ac nonnihil de elementis aliis ad ſuam naturam commutet. Maximè verò aëris attenuati, quod fit cùm non tantùm calor maior, quàm antea redditur, ſed accenditur ignis, vt in lapidum colliſione, aut lapidis & ferri: indéque ipſum elementum maius ac validius redditur. Sic fit in exercitationibus, vt oſſa incaleſcant perfricata ac colliſa: muſculi pariter ac nerui & tendones aëre colliſo intus penetrante, & in ignem mutato. Accedit ad id, quòd ex motu ad ipſos muſculos motos ſanguis cum ſpiritu trahitur, quæ calorem augent. Sic itaque ex motu calor ac febris accenduntur. In ſumma verò aut corpora mota animata ſunt, quæ à natura actu calent, aut inanimata, & hæc aut ſolida, aut dura, aut liquida, & tenuia. Quæ tenuem habent ſubſtantiam, quamuis moueantur, non incaleſcunt, vt aër & aqua. De igne tamen, quamuis Galen. dixerit ex motu, ipſius augeri calorem lib. de cauſis morborum mihi aliter videtur eſſe ſentiendum. Non enim motus gratia id eſt, ſed quoniam euentatione fumi, qui flammam extinguunt & ſuffocant de medio tolluntur, ſolida verò corpora atque inanimata, niſi ſolidis collidant, & eis affricentur, calorem nullatenus augebunt. Quod docent lapides, aut ligna in aëre mota: colliſa verò incaleſcunt & ignem quandoque accendunt. Animata tamen corpora ex motu duobus modis incaleſcunt. Partim quia ex motu ſanguis & ſpiritus ab intimis in extimas partes truduntur: partim quia articulorum oſſa perfricantur: ſolida verò colliſa, quamuis inanimata ſint, calorem accendunt.

Quarta pars capitis incipit (Vbi verò febris) in qua docet quo pacto ex cutis denſitate, quam *πύκνωσιν* appellat, calor accendatur ac febris: maximè tamen id fit detento calido ac mordaci effluuio. Nam humanum corpus perpetuò per cutem tranſpirat, emittens fumos, ac trahens ex aëre ambiente refrigerantem portionem. Denſata tamen cute, inhibetur calidorum fumorum effluxus, & ſanguinis euaporatio: retenta ſanguinis & bonorum ſuccorum euaporatione, plenitudo generatur: retentis tamen fumis acribus, ac mordacibus, febris fit. Appellatur hæc ex omnibus febribus aſtricta paſſio, vt lib. 2. de criſib. cap. vltim. inquit: Atque ex denſata cute febres oriuntur (denſatur autem vel frigefacta, vel qualitate acerba ſubitò inuadente ipſam: veluti accidit iis qui aqua aluminoſa lauerant.) Hæ ſolùm ex omnibus febribus paſſio aſtricta ſunt. Hæc ſententia, pariter cum reliquis, circa febres diarias ſcribitur. Cauſæ enim, quæ ab initio dictæ ſunt, febres diarias efficiunt, præter putredinem, quæ efficit febres putridas, de qua in ſequenti cap. vbi ſimiliter de pororũ obſtructione, quæ putredinis cauſa eſt, aget. Quemadmodum modò de cutis denſitate, aut conſtipatione, quæ retento acri fumorum effluuio, diarias generat. Hanc ſententiam ſimiliter ſcripſit lib. 8. de Method. med. dicens: Dictum namque eſt in his corporibus meatuum conſtipationem

febrem

febrem excitare, in quibus quod tranſpitat halituoſum non eſt (ἀτμώδης Græci dicunt) cuiuſmodi viſitur in his qui boni ſunt ſucci, ſed mordax & acre fumo fuliginiſve non abſimile. Et rurſus eodem lib. inquit: *Quibus acre aliquid quotidie tranſpirat, y ſi cutis ſtipetur, promptè febre corripiuntur.* Quo in loco cauſas à quibus conſtipatur cutis refert Galen. Sunt autem in ſumma adſtringentia, vt aquæ abulæ, hoc eſt, aluminoſæ. Ea quæ lentore aut craſſitudine meatibus hærent, quemadmodum vbi quis in balneo œnanthe vtatur, aut largo vino, cum oleo exiguo, aut lentiſcino oleo. Prætetea inſolatio, vehemens frictio, olei omphacij vſus in vnctionibus, quæ ſimiliter craſſos, aut glutinoſos generant ſuccos. Item quæ immodicè ſiccant, qualia ſunt ſol vrens, nitrum, ſal, multa exercitatio, frictio dura, frictio ſicca, calida fomenta, & puluis. Quo in loco ducet nos Galen. cauſas, & cauſarum cauſas. Eundem modum generationis febris ſcripſit lib. de cauſis morburum dicens: Quartum genus eorum quæ inſitum calorem accendere poſſunt, in conſtipatione conſiſtit. Nam ſi immodico algore quiſpiam correptus fuerit, aut in aqua, quæ vel aluminis naturam, vel aliam huiuſmodi facultatem ſeruet, natauerit, conſtipabitur denſiótque reddetur cutis, atque ita vapores quo minus tranſpirent prohibentur. Quod ſi fortè fortuna fuliginis ſpeciem referant ea quæ ibi cùm multa ſunt, febrem ſuccendunt. Duplici ergo de cauſa ex cutis denſitate oritur febris. Prima eſt, quoniam acre excrementum vbi tale in corpore fuerit, retinetur: retentum verò calorem reddit acriorem, ac quantitate maiorem. Secunda cauſa quoniam denſata cute aër frigidus per ipſam non trahitur ad caloris refrigerium neceſſarius. Contingit tamen nonnunquam tranſpirationem intantum prohiberi, vt non tantùm non accendatur calor maior, verùm extinguatur. Quod in reſpiratione Galenus docet. Calor namque naturalis duplici vtitur motu, quemadmodum & flamma lucernæ, ad ſuperiora gratia mundificationis, quod fit expiratione, aut ſimiliter per cutem fumorum emiſſione: aut ad inferiora inſpiratione ab aëre alto ſpiritu animali, aut per cutem aëre ad refrigerium ingrediente. Vterque enim refrigerationis cauſa eſt neceſſarius: quæ duo in lucerna fieri videmus. Flamma namque ſurſum aſcendit, vt ventiletur, ac mundificetur, & infrà, vt à ſepo alimentum capiat deſcendit. Eſt etiam & alimentum omne quodam modo infrigidans, vt de inſpiratione dicimus, & refrigerare, & alere poſſe.

In quiota parte quæ incipit (Cernitur autem) ad clariorem doctrinam ſcribit corpora, in quibus tale acre ac mordax excrementum generatur, atque excerni ſolet. Sunt autem hæc in triplici differentia, aut enim prauis ſuccis plena ſunt: aut prauis alimentis vtuntur: aut ſæpe concoxerunt male. Sunt enim ex his in quibus abundant praui ſucci, quædam quæ natura talia ſunt ob aliquam naturalem intemperiem, de quibus dixit, φύσει κακοχυμοτέροις, hoc eſt, in quibus à natura deteriores ſucci redundant. Hoc fit in vocata cacochymia. Quid autem per cacochymiam intelligamus, diximus lib. 3. prog. in annotationibus 15. commentarij. Illi quoque qui prauis cibis vtuntur, cacochymiam patiuntur ex alimentorum malitia, non quòd eis ſecundum naturam inſit, vt prius dictis. Quòd tamen ab vſu malorum ciborum cacochymia generetur, rectè docet Galen. lib. de cibis boni & mali ſucci ad initium. Generantur tamen nunc maximè in corpore praui ſucci, cùm quis præter id, quod prauos cibos ingeſſerit, aquam quoque biberit corruptam, vt limoſam, lutoſam, cœnoſam, paluſtrem, aut ſtagnantem, aut putrefactam. Vbi (cœnoſam) habetur Græcè βορβορώδες, quod vocabulum apud Dyoniſium, & Numeſianum craſſitudinem ſimul ac fœtorem oſtendit. Hæc nota ſunt, ſicuti & quòd immodicæ exercitationes corrumpunt in ventriculo alimenta, quemadmodum & vigiliæ immodicæ, aut cura, aut vſus acrium medicaminum frequens, talia enim caloris exceſſu corrumpunt alimenta, ipſa exurendo. Alimenta præterea quæ malum ſuccum generant ſcribit, ſunt autem in duplici genere: aut enim à natura talia ſunt, aut vbi à natura bona eſſent putredinem contraxerunt. Natura praua ſunt allia, cæpæ, porrum, naſturcium, braſſica, ozimum, vrtica & agreſtia olera, de quibus ſunt lapſana. Singulorum verò malitiam recenſere longum eſſet modò, & à noſtro inſtituto alienum: hæc enim ad libros de alimentorum facultatibus, & de cibis boni & mali ſucci potius ſpectant. Quòd tamen dixit agreſtia olera, intellige oxylapatum, & agreſtem lactucam, & ſimilia, lapſana verò, inquit Plinius lib. vigeſimo, capite nono, inter ſilueſtres braſſicas, & lapſana eſt, pedalis altitudinis, hirſutis foliis, napi ſimilis, niſi candidior eſſe flore. Quæ verò & ſi boni ſucci ſint putredinem contraxerunt, ſunt in triplici differentia, aut enim putrent ob id quod diu ſeruantur, quod in fructibus & cerealibus quotidie videmus. Putrent enim quædam poſt hyemem, quædam poſt annum, quædam poſt duos annos. Aut quia prauè repoſita ſunt. Putrent namque quæ in locis humidis reponuntur, aut admodum concluſis, aut auſtro expoſitis. Aut quoniam à prima generatione contraxerunt vitium, quamuis à natura praui ſucci non ſint, hoc autem eueniret ob ſolis, aut cœli diſpoſitionem. Addit præterea, quod eo tempore contigit, plurimos, inquam, ob famem, coactos huiuſmodi cibos comedere. Qui aut per febres peſtilentes mortui ſunt, puſtulas ad ſcabiei & lepræ ſpeciem contraxerunt, Græcè, οἱ δὲ ἐξανθήμασιν ἑάλωσαν ψωρώδεσιν καὶ λεπρώδεσι, quod eſt, Quidam verò exanthematis correpti ſunt, ad ſpeciem ſcabiei, & lepræ, ἐξανθήματα namque puſulæ ſunt, quæ ſumma cute floreſcunt, variolæ ac papulæ dictæ, à quibus ſi furfurea decidant è ſumma cute, ſcabioſæ erunt: ſi verò profundius inuadant, & in circuitu, ac inde ſquamulæ quædam decidant, leproſæ dicentur. Quod refert lib. de cibis boni & mali ſucci in annonæ caritate contigiſſe dicens, Annonæ caritas aſſidua, quæ non paucos abhinc annos multas nationes Romano Imperio ſubditas afflixit. Iis qui non omnino rudes imperitíque ſunt, planè ſignificauit quantum vitioſi corporis ſucci (Græci cacochymiam dicunt) ad gignendos morbos vim habebant, vbi pariter recenſet ſingulos morbos, qui ob ciborum prauitatem homines moleſtabant, quorum ſunt & qui impræſentiarum referuntur. In præſenti itaque loco per famem, annonæ caritatem intelligere oportet, quemadmodum & apud Hippoc. 2. de morb. pop. cùm dixit, In oppido Aëno, qui ob famem leguminibus veſcebantur eruta iis debilitata ſunt, & Aphoriſm. 16. ſect. 2. vbi fames, laborandum non eſt. Itaque vbi quis ob inopiam, aut vtcunque cibis quouis dicto modo vitioſis vtatur, acria excrementa per ipſius cutem tranſpirabunt, prohibita verò febres efficient denſata cute diarias. Quod tamen dixit, talia excrementa in his generantur, qui ſæpe malè concoxerunt, intelligi debet, vbi cibi ad nidoroſam qualitatem conuertuntur, nam vbi in acidum ſaporem corrumpuntur

Digitized by Google

tur frigidi halitus eleuantur & pauci, quemadmodum ex ſemiuſtis fumus eleuatur, ex aquea & terrena ſubſtantia mixtus, fuligo verò ex immodicè vſtis, eſt namque terrenæ ſubſtantiæ, ſed ea halitu frigido non accenditur febris diaria: ergo neque à cruditate quam acidus ſequitur ructus, ſed ab ea quam ſequitur ructus fumoſus, ac nidoroſus, quamuis putrida. Corruptis ſuccis in ſaporem acidum tandem fieri poſſit, quod Galen. lib. 8. de Method. medend. docuit, dicens: Hic tantùm earum cruditatum mentionem faciemus, quas febris ſubſequitur, quoniam igitur diaria febris cruditates, quæ cum acido ructu ſunt, non conſequitur, quæ verò ex putredine humorum oritur, ea quandoque ſequitur, non ſine ratione in eam tractationem, quæ de illis inſtituitur diſtuli de his cruditatibus præcipere.

In ſexta parte quæ incipit (Vbi igitur corpus) de eiſdem corporibus, quæ prauis ſuccis plena ſunt colligit dicens: Quod ſi talia nullam habuerint in viſceribus obſtructionem, facilis quoque fuerit tranſpiratus, in ipſis ſana exiſtent, cæterum lubricam poſſidebunt ſanitatem. Ratio eſt, quoniam ſi cutis conſtipetur, genus febrium prædictum efficietur, id eſt, febris diaria, eius enim cauſas vſque adeo ſcripſit. Quæ enim cap. præcedenti & præſenti dicta ſunt de cauſis ad febres diarias attinent, quæ ex eiſdem generantur. Si tamen in meatibus fiat obſtructio, febris putrida accẽdetur, de qua cap. ſequẽti aget. Primum quod dixit ſanos exiſtere eos, qui neque cutis prohibitam habent tranſpirationem, neque viſcerum obſtructionem, notum eſt, interim enim facilè ventilantur, & neque accenditur calor, neque calidorum atque acrium fumorum exitus prohibetur, non ergo fiet diaria quæ ſequitur calidi effluuij cohibitionem, quod ſi non adeſt in viſceribus obſtructio, non putreſcent humores, vt dicemus: non ergo fiet febris putrida. Quod ſubiungit tamen verum eſt, breuem ac lubricam poſſidere ſanitatem, quoniam facilè aut cutis conſtipabitur ob aliquam de cauſis ſupradictis quæ multæ ſunt, aut ob alias quæ ea humorum craſſitudine, lentore, aut multitudine originem habent, meatus obſtruentur, qui ſunt aut vaſa ipſa per totum corpus, aut quæ in aliquo ex viſceribus quæ σπλάγχνα dixit. Cuius vocabuli ſignificationem apud Galen. aperuimus, lib. 2. prog. in annotationibus circa quartum Galeni commentarium (vbi verò exterior terminus aut adſtringatur) Græcè ἐπειδὰν δὲ ἤτοι τὸ ἐκτὸς πέρας στενωθῇ, quod eſt. Cum autem exterior terminus anguſtior reddatur: στένωσις enim Latinis anguſtia dicitur. Hæc verò aut fit obſtructione quam Græci ἔμφραξιν, aut clauſione, quam μύσιν vocant. Vt docuit Galen. lib. 3. de ſanitate tuenda, dicens, στένωσιν, οὕτω δ' ὀνομάζω τὴν βλάβην τῶν πόρων, ἐφ' ᾗ κωλύεται διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα, γίνεται δ' αὕτη διὶ ἔμφραξιν, ἢ πύκνωσιν, ἣν δὴ καὶ μύσιν ὀνομάζουσι τῶν πόρων, quod eſt, στένωσιν anguſtiam, ſic autem nomino meatuum noxam, ob quam excrementa digeri prohibentur. Fit autem hæc propter obſtructionem, vel condenſationem, quam & μύσιν, hoc eſt, meatuum clauſionem appellant. Et libro tertio de cauſis ſymptomatum referens cauſas quibus ſudores cohibentur, inquit, ἢ οἱ πόροι στενωθῶσι, πάσχουσι δὲ τοῦτο δι' ἔμφραξιν ἢ μύσιν, quod eſt, vel meatus anguſtiores reddantur, id verò patiuntur ob ἔμφραξιν, id eſt, obſtructionem, vel μύσιν, clauſionem. His ergo duobus στένωσις eſt communis, vbi legitur, Aut in profundo meatus obſtruatur. Græcè, ἢ ἐμφραχθῇ τὰς ἐν τῷ βάθει ὁδοὺς legerem potius κατὰ τὰς ἐν τῷ βάθει ὁδοὺς, Latinè ſic, aut in meatibus, qui in profundo ſunt, obſtructionem patiatur. Refertur autem tota litera ad animal, de quo loquitur (ſi oppiletur) lege, ſi obſtructiones patiatur, eodem namque verbo vſus eſt Galenus.

In ſeptima parte quæ incipit (Nihil igitur) quoniam ex frequenti corruptione ciborum nonnullos febricitare dixerat, dubium quod ſe offert ſoluit. Quare ex eis quidam febricitant, & quidam non, & referens cauſas quare febricitant dicit. Quoniam qui corruptionem ciborum patiuntur, vbi pleni fuerint malis humoribus, & malè difflantur, aut intempeſtiuè laborant, aut temerè lauantur, hi promptè febricitabunt, in iis enim corrupta alimenta facilè in totius corporis ambitum feruntur, aut vbi ſe ſoli expoſuerint. Qui enim malis humoribus ex frequenti cruditate pleni ſunt, vbi ſimiliter difficilè tranſpirauerint, neque fumi mali excernentur, nec aër ad euentationem ingredietur, reliquis verò, aut ob exercitationem, aut balneum, aut ſolis æſtum, crudi ac corrupti ſucci in totum corpus deferuntur. Quòd ſi propter id quòd cruditates patiuntur bonos ſuccos in vaſis continuerint, facilèque diffleutur, ac quieuerint, ac fouerint partes ad ventrem, & iecur, nullatenus febre corripientur. Ratio eſt, quoniam in ventre retinebitur quicquid corruptum eſt, & ibidem retentum coquetur vi caloris naturalis, adiuti ſimiliter à fotibus. Exercitatio verò intempeſtiua, qualis eſt, quæ fit poſt ciborum corruptionem, corrupta alimenta diſtribuet, & ſolis calor atque aquæ balnei trahunt ad cutem ex intimo corpore corrupta excrementa. Et lib. 4. de ſanita. tuend. recenſet Galenus cauſas quæ crudos humores à ventre in totum corpus deferre poſſunt, dicens: Eadem de cauſa nec exercitare, nec omnino mouere, ſed neque lauare expedit eos qui in primis venis crudorum copiam habent. Siquidem omnes id genus motus ſuccos illos in totum corpus agunt, & rurſus eodem lib. de eiſdem in quibus crudi ſucci in primis venis continentur inquit: Caueri enim in talibus ſatius eſt vtrumque reuulſum, & foras crudorum, & intrò mordacium. Sicuti igitur in ſuperioribus cauimus ne crudi ſucci foras traherentur, ita ne mordaces intrò reuocentur eſt cauendum. Summæ verò eorum, quorum occaſione foras feruntur, hæ ſunt, exercitatio, & frictio, & balneum, & fomenta calida, & vnctio calefaciens, tum ex animi affectibus iracundia, & vno verbo, omnia quæ ſuccos, qui altè in animantis corpore ſunt meuſi ad motum quoquo verſus irritant. Addit præterea ad finem cap. Quòd ſi huiuſmodi crudi ſucci, per ventrem deſcenderint, febrem non efficient, niſi ob vnam duarum cauſarum: vel vbi ob frequentem ſurrectionem in laſſitudinem incidat: aut vbi inflammationem patiatur in ventre. De frequentia reſurgendi notum eſt quantum mali afferre poſſit, vt apud Hippoc. progno. 14. lib. 2. vbi dixit: Laborans enim homo ex frequenti ſurrectione, vigilabit vtique. Itaque qui cruditates ſimul ac ventris fluxum patiuntur, minus aliis febricitant: verùm duabus cauſis ipſos febricitare dicit, aut ex frequenti ſurrectione, ſuperueniente laſſitudine, aut quia inflammationem patiuntur in partibus, quæ ſunt ad ventrem, Græcè ἢ φλεγμήνασι τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, hoc eſt, vel inflammationem patientibus in partibus, quæ ſunt ad ventrem, ſic enim legi debet. Per inflammationem verò roſionem & calorem docuit, vt conſtat lib. 8. Method. med. vbi præſentem ſcripſit ſenten-

riam

tiam dicens : Febricitant autem nonnulli & ex iis, quos diarrhæa poſt cruditates malè habet, quibus vtique non minimè protitatur febris ex deſurgendi frequentia. Quòd ſi etiam roſio, aut dolor, aut calor immodicus in ventre & inteſtinis ſit, huic vtique vel longè magis affectio febrilis inereſcit. Poſſet etiam credi Galenum per dolorem intellexiſſe, quòd hîc per inflammationem, & calorem & roſionem ſcripſiſſe, tanquam caoſas augentes febrem quæ fit ex laſſitudine, orta à reſurgendi frequentia : quam etiam dolor ipſe augere poſſet, adhuc ſine phlegmone. Cauſæ ergo à quibus febricitant, qui cum cruditate diarrhœam patiuntur, ſunt laſſitudo ex reſurgendi frequentia, phlegmone in partibus ventris, aut calor in eiſdem, aut roſio, aut dolor. Aduertendum quoque, quòd ex ciborum cruditate corruptio ſequitur aut in nidorulentam, aut in acidam qualitatem : ex acida nunquam excitatur febris, ex nidoroſa verò fit, maximéque quoties aluus adſtringitur. Sed & febris aliquando puttida, quoties in venis fuerit malorum ſuccorum abundantia, & difficilis tranſpiratus, ac cruditas in totum corpus à cauſis dictis deferatur: diaria tamen, vbi aut in ventre permanſerit cruditas, aut etiam vbi deſcenderit, fiet quoque tunc ob cauſas adductas ex Galeno 8. Method. medendi.

CAPVT V.

CÆterum ſi meatus obſtruantur atque humores ſtipentur (nam de ea re docere diſtuli) animalia putridis febribus tentantur. Promptiſſimè enim putreſcunt, Nota. *quæcunque calida & humida & multa ſunt in locis calidis, niſi diſſlentur, ac refrigerentur. Ergo neque mirum videri debet, quamobrem febres ſequantur plethoram : quoniam per eiuſmodi diſpoſitiones multæ obſtructiones efficiuntur, ac totum corpus difficulter difflatur. Igitur ex plenitudine, quæ eſt ad ipſas vires, humores ipſi citò corrumpuntur, neque euicti, neque concocti probè : quippe quòd vires conficientes eos, debiliores exiſtant. Quocirca quæcunque cibaria glutinoſa craſſáque ſunt, morbos committere magis poſſunt, obſtruere enim atque ſtipare humorem ex illis facilius*

2 *eſt. Sed nonne contraria ſcilicet extenuantia & acria, morbos committere poſſunt ? Videntur enim qui alterutro victus genere frequentius vtuntur, febre ſimiliter prehendi : quia hæc omnia (vt ante diximus) malos humores gignere aſſolent. Hæc ergo, ratione ea quòd malos humores gignunt, febrium cauſa ſunt : alia verò ratione putredinis, quæcunque glutinoſa, craſſáque exiſtunt. Nec ſecus partes inflammatione affectæ ratione putredinis accendunt febrem. Impactus enim in eas, qui influxit humor, vbi fuerit natura calidus, quia non bene difflatur, putreſcit. Vbi igitur decurrens humor fuerit planè biliosus : caliditas ſacro igni ſubſimilis occupat partem, vbi ſanguineus inflammationi ſubſimilis, ex ambobus verò mixtus, vel eryſipelas fit phlegmonodes, vel phlegmone eryſipelatodes : nomen quidem ſumens ab humore dominante, denominationem verò accipiens ab altero. At verò ex his omnibus accenditur febris ratione ſocietatis. Semper enim ſimul cum eo quod incaluit, pars continua calefit, quouſque affectio ad cor ipſum peruenerit. Nam & continua carbunculis partes, cum eis ſimul calefiunt, genitis ex ſanguine perquam calido, ſed magis melancholico propter aduſtionem.*

COMMENTARIVS.

PRæſens cap. circa generationem febrium putridarum verſatur. Dixerat autem in præcedenti, cauſas generantes & augentes calorem in humano corpore, eſſe in quinque generibus. Expoſuit 4. genera cap. præcedenti, quæ febres efficiunt diarias : quintum autem genus quod ſecundo loco ſcripſerat, putredo eſt, quæ febrem putridam habet efficere. Nam vt cap. præcedenti dixit parte 6. vbi corpus fuerit prauis ſuccis plenum, lubricam ſortitur ſanitatem, ſiue enim cutis eis conſtipetur, ſiue meatus obſtruantur, ſtatim febricitant. Si cutis conſtipetur, febris accendetur diaria : ſi meatus obſtruantur, putrida. Nec tamen ſemper : nam vbi lenis fuerit obſtructio, febrem efficiet, quæ vnius diei ſpatio finietur, non aliter quàm quæ à caoſis dictis in præcedenti cap. eueniunt. Quòd ſi adhuc maior obſtructio adſit, continget nondum putredinem adeſſe, (vt Galen. 9. Method. med. inquit) ac febrem multorum dierum fieri, quæ de natura diariarum ſit, nominis rationem non ſeruans, appellatur verò συνόχος id eſt continens, quæ media eſt inter diarias dictas, & putridas, de quibus dicet in præſenti cap. magnam obſtructionem ſequentes, cum humorum corruptione : nam ſynocha ſine humorum corruptione fieri poteſt. Caput in tres partes diuiſum eſt. In prima ex meatuum obſtructione febres puttidas fieri dicit. Ratio autem eſt, quoniam facillimè putreſcunt ea quæ calida & humida ſunt, ac multa & in locis calidis, vbi non refrigerentur, ac difflentur concluſa. Calida namque & humida duo principia putredinis habent, quorum calidum à loco calido iuuabitur ad putredinem efficiendam, maximè vbi id multum ſit & non tranſpiret : eget enim omne calidum tranſpiratione, vt à putredine liberetur, vbi coniunctam habuerit humiditatem. Talis enim eſt natura caloris actualis mixtorum, vt non ventilatus corrumpatur, & putreſcat, ignis verò calor extinguitur. Non igitur mirum eſt, inquit, & ſi putridæ febres ſuperueniant plenis corporibus, aut ea plenitudine, quæ plethora quoad vaſa appellatur, aut ea quæ eſt quoad vires, in plethora quoad vaſa, quoniam quę multa ſunt, ita vt à vaſis capi non ſatis poſſint, meatus obſtruunt, & tranſpiratio prohibetur, ac deinde putredo ſequitur, & febris. In ea verò plenitudine, quæ ad facultatem attinet, febres concitantur, quia humores corrumpuntur non victi à natura, nec cocti, quod etiam confirmat lib. a. cap. 16. dicens : Si igitur adeò debilitet vires, vt exoluantur, nec præterea euincant ea quæ prius vincebant, tunc ſanguinem putrefieri neceſſe eſt, duplici ratione : & quia humor minimè euictus à calore proprio, reliquam habet in putredinem mutationem : & quia ſimul cum excrementis putreſcentibus putreſcit. Ad quod non parum faciunt alimenta craſſos ac glutinoſos ſuccos generantia, ad quæ magis obſtructiones ſequuntur ſtipatis humoribus in meatuum anguſtia. Plenitudinem, quam plethoram vocant duplicem eſſe dixit Galen. lib. de ſang. miſſione ad vaſa, quam appellat κτ̓ τὸ ἔγχυμα, id eſt ſecundum vaſorum capacitatem, altera collatione facta ad vires. Prima verò omnium ſuccorum redundantia eſt ad portionem, quod non ſignificat æquale augmentum, ſed ferè æquale. Nam Gal. lib. de plenitudine quatuor plethoræ ſpecies ſcribit, vno quatuor humorum in vnaqualibet abundante, atque humorem abundantem reliquis colore diſtinguit. In ea plenitudine quæ ad vaſa refertur,

humnres corrupti nnn ſunt: ſed aliquando cnrrumpi contingit, vt traoſpiratinne probibita. In ea pariter quæ ad vires, humores nnndum corrupti ſunt, quod omnes barbari putarunt (eſſet enim cacochymia. Sed paulò poſt, vt inquit Galen. corrumpentur, qunniam neque coquentur, neque regentur à natura, ob id quòd imbecilla eſt, vbi ad eam plenitudinem ſiue mnltitudinem referatur. Quod confirmat Galen. 2. ſect. Aphoriſm. cnmment. 17. dicens: Nunc verò id tantum ſufficiet adiungere iis, quæ prius à nobis ſunt enatrata, quod incipere quidem pnteſt ea quæ ad vires refertur multitudn abſque cnrruptione. Verùm nnn poreſt bona permanere, nam nmnino neceſſe eſt, vt ſecundum qualitatem tranſmutetur & proceſſu temporis cnrrumpatur. Quantum verò faciãt craſſa ac glutinoſa alimenta, ad huiuſmodi putredines, dncet nbſtructio, vbi legitur (igitur ea plenitudine, quæ eſt ad ipſas vires) Græcè ὥσπερ ἂν κατὰ θάτερον πλῆθος τὸ πρὸς δύναμιν, qund eſt, Quemadmndum in altera plenitudine quoad vires, illa enim particula, ἂν ornatus cauſa ſcribitur, vt Græcis mos eſt. Laurentianus verò, & Lennicenus ineptam huius loci ſententiam fecerunt in ſuis interpretationibus. Verùm Leoniceni tranſlatin nec legenda quidem venit, tam ſunt eius innumera errata: nns tamen quam tranſlatinnem aſſumpſimus enarrandam, eam ad Græcorum codicum veritatem prn viribus redncemus.

Circa literam præſentem necurrit dubiũm, an cum omni putredine ſit coniuncta prnhibita tranſpiratio? Videtur enim id nnn eſſe neceſſarium: nam Galen. in præſenti locn, de plenitudine qunad vires diait, humnres citò corrumpi, qunniam non coquuntur à natura, neque vincuntur. Nec tamen ſequitur, vt quoties humnres non vincuntur ſuperueniat nbſtructio, ſine ipſa ergo putreſcent humores. Præterea cnrpnra ſatis latnrum pnrotum à caliditate ambientis ſuperata, febres putredinis patiuntur, qnibus nnn eſt coniuncta prnhibita tranſpiratio. Et in rebus exterioribus videmus carnes in aëre ſuſpenſas, vbi ſatis enentantur putreſieri: non ergo omnis putredo habet coniunctam prohibitam trãſpirationem. Nos in præſenti dubio tantùm Galen. mentem exponemus, aliorum nugis prætermiſſis, in primis verò intelligere oportet, quòd in his quæ putreſcunt, igneum elemẽtum non valet primam mixtionem elementorum, cuius fuit autor, conſeruare, ſed diſſolnitur mixtũ per putredinem, quæ contraria eſt ſimplici generationi mixti. Intellige hanc impotentiam eſſe interni caloris, ſuperante tamen calore externo. Siue enim corruptio naturalis caloris habeat originem à calore, ſiue à frigore, calorem extraneum, ſubiectum occupare neceſſe eſt. Hanc corruptiooem antecedit nonnunquam obſtructio, veluti cùm in humano corpore humorum multitudo, aut craſſities, aut lentor in vaſis infarcitur: aliquando concomitatur, vt quoties ſine aliquo iſtorum hnmor à calnre præter naturam occupatur, quo fit, vt incaleſcens humor non refrigeretur ad portionem, ſed multo minus. Tunc enim ſimul tempore adueniunt calor præter naturam, ſiue externus, rei quæ putreſcit, & minor ventilatio debita. Quod fit in redundantia humorum quoad vires: in ea enim citra craſſitudinem, multitudinem, aut lentorem contingit, vbi ſucci non coquuntur & vincũtur à natura, calorem externum occupare ſuccos ipſos, neque amplius facilè diſſlari adeſſéque obſtructionem, non ſimpliciter, ſed collatione facta ad eam diſſlationem, quæ illi calori foret cõueniens, ac diceremus meritò eſſe humores calidns, atque in loco calidn cnncluſos: vbi enim ipſns qui educeret, & aëri exteriori exponeret, non putreſcerent. Hoc eſt, quod ſnluit dubium. Galen. enim cnnſtante facultate, vt in plethora quoad vaſa, à vaſnrum obſtructinne incipere putredinem docuit: in altera verò quæ eſt ad vires, ob impntentiam calnris naturalis ad coquendos humores. Hanc autem, vt dixi, ſtatim comitantur calnr externus, & difficilis diſſlatio ſiue ventilatio, ad copiam caloris facta collatione. Ratin tamen, qnare quod non vincitur à natura ſtatim corrumpitur, eſt, qnoniam vbi alimentum, quod alteratinnem recipere debet à membro alendo, præſens fuerit, non poteſt membrum nnn alterare ipſum, hæc tamen alteratio non eſt ſecundum naturam, quoniam natura nnn valet finem intentum conſequi, erit igitur præter naturam. Sed id qund præter naturam alteratur, recipit calnrem præter naturam, ergo calnr præter naturam neceſſarin id ſubiectum nccupabit. Quod pariter cnntingit in alimentis à ventriculo alteratis. Cùm enim præſentia fuerint, niſi in chylum committentur, corrumpantur neceſſe eſt, agens enim in paſſum ſibi prnximum perpetuò agit. Quòd ſi ſecundum naturam actio nnn eſt, qualis eſſe ſnlet in bonis commutationibus, erit præter naturam, atque corruptin totius ſubſtantiæ eius, qund alteratnr ab ab extranen calnre. Creſcente tamen calore præter naturam, qui fumoſus ac fuliginnſus eſt in potentia, mainri multò quàm antè npus erit diſſlatinne, ea autem nnn adeſt, ergo prohibetur, ac ſi diceres nnn reſpondet fumnrum & calnris multitudini. Ad prohibitam diſſlatinnem verò calnr augetur amplius, & putredn ſequitur ac inde febris. Omni igitur putredini coniuncta eſt probibita tranſpiratin, vel quæ ſimpliciter talis eſt, vel collatione ad calnrem. Sine tali verò putredinem fieri poſſe non putat Galen. lib. 9. de Methodo. meden. cùm dixit: Debent enim quæ putreſcunt tum calida humidáque eſſe, tum verò difficilem tranſpirationem habere. Lib. quoque 11. quod in præſenti cap. docet confirmat, dicens: Ergo oſtenſum eſt vbi morbnrum cauſas reddidimus, illa tantùm putreſcere corpora, quæ cùm calida humidáque natura ſint, nec perflata, nec peruentilata in calido humidóque loco maneant. Quòd tamen carnes in aëre pendentes putreſcant, inde fit quòd quamuis externæ partes ventilentur ſatis, internæ concluſæ ſunt, & ab externo calore occupantur. Quod ſi quis nobis contradixerit ea Galen. ſententia libro de inæquali intemperie, cùm dicit, Neque enim ea ſolùm quæ inculcata ſunt, & perſpiratu prohibita putreſcunt, verùm celeriter ea maximéque: cæterum putreſcunt & alia multa, quæ putredini ſnnt opportuna. Dicemus quòd in hoc loco negauit ad putredinem eſſe neceſſariam prohibitam tranſpirationem, aut conculcationem talem ac tantam, quanta eſt in tumoribus præter naturam: non tamen negauit aliquam eſſe neceſſariam. Loquebatur enim ibi de probibita tranſpiratione, quæ eſt in inflammationibus, ac dicit, Porrò accendi febrem & citra phlegmonem ex ſolis humoribus putreſcentibus licet: Neque enim ea ſolùm quæ inculcata ſunt & perſpiratn prohibita putreſcunt, verùm celeriter ea maximéqne: cæterum putreſcunt & alia multa, quæ putredini ſunt opportuna. Vbi hæc multa quæ putreſcunt, quæ continentur in vaſis citra phlegmonem intellexit, quæ ob id non conculcata neque à tranſpiratu probibita appellauit, quia non ſic oppreſſa ac in vaſis infarcta ſunt, vt quæ in phlegmone continentur, quamuis debita diſſlatio non adſit eis.

eis. Quod tamen dixit in hac parte, calida & humida eſſe quæ putteſcunt, multis in locis dixerat, vt 11. de Method. medend. & lib. de ſang. miſſ. Et Ariſt. eandem ſcripſit ſententiam lib. 4. Meteorologicorum. De his tamen infrà capitulo octauo plura dicemus.

In ſecunda parte quæ incipit(Sed nonne)occaſione accepta ab eo quod dixerat craſſos & glutinoſos cibos morbos magis committere, obſtructionis gratia,in contrarium dubitat: Nam acria alimenta, & extenuantia morbos inferunt, maximè febres,ex his quæ diximus capitulo præcedenti parte 4. in prohibitis difflationibus febres generari, vt quod difflare ſolet acre & mordax eſt. Non ergo generabuntur febres in quibus craſſi, ac glutinoſi ſucci generantur, qui acribus & mordacibus contrarij ſunt,ſicuti & alimenta quæ ſuccos lentos generant, eis quæ extenuant. Ad quod reſpondet, vtrumque victum, vbi quis eo frequentius vtatur, febres parere, diuerſis admodum rationibus. Extenuantia nempe atque acria, quoniam corruptos prauóſque ſuccos generant, craſſa verò putredinis ratione. Nam vt ſuprà diximus, calor præter naturam accenditur in ſuccis: aut præcedente obſtructione, quæ tranſpirationem prohibet, quam ſequitur caloris intenſio, & inde putredo ac febris, aut quoniam non reguntur ſucci à natura, quod fit quoties ipſi praui ſunt, ſicuti & cùm facultas imbecilla eſt. Corruptis verò ſuccis calor extraneus eos occupat,& inde febres concitantur.

In tertia parte quæ incipit (Nec ſecus) ſimile adducit de inflammationibus in quibus humores calidi concluſi putteſcunt, quoniam & calidi ſunt, & in loco calido concluſi. Quod fieri dicit in partibus,ad quas ſanguis ſolus decumbit,vt in phlegmone, aut eryſipelate, aut phlegmone eryſipelatodes, aut eryſipelas phlegmonodes: quorum omnium eſſentiam explicat Galen. lib.2. de arte curatiua ad Glauconem capitulo primo. Addit præterea Gal. omnes has inflammationes ratione ſocietatis febres efficere, parte videlicet inflammata partem proximam calefaciente,& ipſa alteram,& rurſus ab ipſa reliquas ad cor vſque: ſine eo enim febris nullatenus efficitur. Quod ſimiliter in carbunculis contingit, qui à ſanguine præaſſato ac magis melancholico fiunt. Talem eſſe generationem febrium à partium inflammatarum putredine docuit Galen. lib. de ſanguin. miſſ. dicens: Ergo ſi pars quæ hoc pacto incaluit inſignis ſit, aut calorem ſuum in cor protendere valeat,ſiue quòd vicina ſit, ſiue quòd ex principalibus, ſiue quòd calida vnà & ipſum accendat, vt quod natura calidiſſimum ſit. Quòd ſi ſemel illud accenſum fuerit, facilè totum ipſum iam corpus ſimul caleſit, quemadmodum ab ingẽti in foco flamma, quæ illam continent domus. Vocant autem id pathema Græci quidem πυρετὸν, Latini verò febrem. Et lib.de cauſis morborum docuit quo pacto à partibus putredinem patientibus per conſenſum febres generantur, dixit enim: Iam ea quæ putreſcunt in animantis corpore, calorem quendam immodicum, in his partibus in quibus putrent, efficere poſſunt: id quod in eryſipelate, herpete, carbunculo, phlegmone, & phygethlo facilè videre eſt. Si verò ſimul vniuerſum corpus calefaciant, febrim quoque excitare ſolent. Sed de his fuſius agit infra cap.7.

***

CAPVT VI.

Calidiores præterea ambientis nos aëris conditiones (quales ſunt circa Canis ſideris ortum) potiſſimum per inſpirationem perſpicuè cor ipſum calefaciunt: extrinſecus verò circunfuſa corpori, totum ipſum calidum reddunt, maximéque arterias: vt quæ nonnihil ſubſtantiæ ipſius ambientis aëris attrahant, ex quibus omnibus ſimul afficiatur cor neceſſe eſt, atque ipſam in primis immodicè caleſiat, maximéque febrili diſpoſitione teneatur, atque totiſubinde corpori immittat oportet. Vbi verò peſtilentes ſubeant conditiones, inſpiratio potiſſimum cauſa eſt. Interdum enim efficitur febris propter humores in corpore aptos in putredinem, quoties animal breuem quandam occaſionem ab aëre circunfluente ſuſceperit: ſed magna ex parte incipit ex aëris circunfluentis reſpiratione, quem putida exhalatio infecit. Principium autem putredinis, aut multitudo mortuorum eſt minimè crematorum, quemadmodum in bello fieri ſolet: aut exhalatio paludis cuiuſdam, aut ſtagni tempore æſtiuo, atque interdum immoderatus calor circunfluentis aëris eſt principium, quemadmodum in peſtilentia quæ Athenienſes inuaſit (vt Thucydides ait) viuentes homines in ſuffocatis, nec ita perflatis tuguriis æſtate corruptio afficiebat. Eſt autem initium peſtilentis febris, eo quod humores corporis ex prauo victu ſint in putrefactionem parati. Forſitan autem accidit id propter continuitatem, quod ex Æthiopia fluxerunt quædam mala inquinamenta, quæ iis qui habebant corpora læſioni parata, cauſa febris extiterunt. Huius enim ſemper meminiſſe oportet toto hoc 3 *ſermone, vt nulla cauſa ſine corporis aptitudine efficere poſſit, alioquin omnes, qui in ſole diuerſantur æſtiuo, in febrem inciderent, & qui plus æquo mouentur, aut bibunt, aut iraſcuntur, aut mœrent. Nec ſecus omnes ægrotarent circa Canis ſideris ortum, atque in peſtilentia perirent. Sed (vt eſt dictum) maxima pars generationis morborum eſt, afficiendi corporis præparatio. Subiiciatur ergo pro exemplo in ipſo aëre inhabi quædam peſtilentiæ ſemina, atque eorum corporum quæ verſantur in eo, hæc eſſe variorum excrementorum plena, paratorum quidem ex ſeipſis putreſieri, illa ſine excrementis, ac pura, atque addatur prioribus ineſſe obſtructionem meatuum vndique, ac plethoram appellatam, ac vitam otioſam in multis epulis, & ebrietatibus, & Veneris vſu immodico, & cruditatibus, quæ omnia prædicta neceſſariò conſequuntur. Aliis autem omnibus corporibus puris, ac ſine excrementis inſit vltra ea quæ diximus commoda, quòd omnibus ſpiraculis corporis neque obſtructis neque preſſis anguſtiis bene tranſpirat: exercitatio verò prudenter inſtituta, ac victus ratio moderata, deinde his ita ſubiectis, cogitabis num ſit veriſimile, vtraque corpora conſpiratione putridi aëris affici. Nonne conſonum eſt hæc ſtatim à prima inſpiratione initium putredinis accipere, vnde in maiorem noxam prolabantur, quæcumque verò vacua excrementis & pura ſunt, ea vel nullo modo, vel exigua labe infici, vt facilè ad habitum naturæ recurrant? Itidem quoties aëris temperamentum ab ipſo naturæ habitu immoderatè receſſit ad humiditatem & caliditatem, peſtilentes fore morbos neceſſe eſt: affici autem his maximè eos, qui iam prius pleni fuerint humiditate excrementoſa, quemadmodum qui laboribus moderatis ac victus ratione temperata vſi ſunt, penitus impatibiles permanent per omnes eiuſmodi affectiones. Hic ſermo ſuper vno exẽplo dictus eſt, ſed in omni genere cauſæ verus eſt. Ac cui*

libeat integrè in eo exerceri, legat librum de cauſis procatarcticis, id eſt, externis. Ego vero præſenti libro parcens longitudini, vno capite omnem eum comprehendens, finem faciam. Oportet enim in vnoquoque cauſarum genere ſcrutantem qua potiſſimum facultate morbos committere ſoleat, deinde conſiderare congruentes, & repugnantes ei diſpoſitiones corporum: ſcientem vt congruentibus quidem prompta læſio eſt, aduerſis autem ac repugnantibus, quantam vim habeat & magnitudinem contrarietas, tantùm inuicti permanebunt. Ipſe namque vidi nonnunquàm, eueniente tali conditione, qualem Hippocrates in oppido Cranone fieri dixit, carbunculos graſſatos non paucos, quorum generatio & alia omnia eo quo ille ſcripſit modo, plane fuerunt. Quinetiam quæcunque tertio libro Epidemiων in peſtilenti ſcripſit conditione, ea etiam omnia per aliam ſimilem illi conditionem extiterunt. Summa eorum (vt ipſe Hippocrates dixit) putredo fuit, atque id ipſi cognoſcentes, ſtatim incipiente conditione quæcunque corpora videmus humida, ſtatim quouis modo exſiccare tentamus: quæcunque verò ſicciora, priſtinam naturam in his cuſtodimus: quæcunque verò excrementis plena, purgationibus ſanamus: quaſcunque vero obſtructiones meatuum ſoluimus, atque aperimus. Sed hæc quidem iam quodammodo ad medendi methodum pertinent, & ſcilicet in eo opere fuſiſſimè dicentur. Nunc autem eorum mentionem feci, ſequutus ſermonem docentem quonam modo ab vna cauſa exuperante quidam prehenduntur febre, alij impatibiles permanent. Diſpoſitiones enim corporum diſſimiles, multiformeſque ſunt: & idcirco quidam facilè vincuntur, ac promptiſſimè patiuntur à cauſa agente, alij inuicti penitus & impatibiles ſunt, aut difficulter patiuntur. Ad eius rei demonſtrationem coacti ſumus mentionem feciſſe etiam curationis, perinde vt Hippocrates facientes, qui alicubi eodem quodam modo celebre illud verbum adſcripſit. Id autem ſanatio ipſa indicat. Præcautio igitur ſecundum talem quendam modum ſanatio eſt. Quando & ipſa nomina ſæpenumero confunduntur apud medicos. Vt enim alio libro diximus, omnis medici operatio corporis ipſius vitia corrigit. Sed nihil ad propoſita, huiuſmodi nominum ſubtilitate egemus. Siue enim feceris in duo nomina ceterum id, ſanationem ac præcautionem, ſiue in vnum ambo colligas, ſanationem appellans: non paruo argumento eſt, non omnes ab eiuſmodi cauſa ſimiliter affici, diſpoſitio corporum, quæ prohibita ſunt corripi epidemiis ac peſtilentibus morbis. Vnum enim primùmque conſilium in omnibus commune eſt, vt corpus maxime vacet excrementis & ad tranſpiratum habile ſit, ſecundum verò poſt hoc, vt exuperanti cauſæ repugnet, quoad fieri poteſt. Quibus verò contraria horum inſunt, ocyſſimè patiuntur, maximéque ægrotant.

COMMENTARIVS.

IN præſenti cap. generationem febrium peſtilentium ſcribit, quoniam tamen immediata cauſa earum eſt aër nos ambiens, vbi prauam receperit mutationem: modum alterationis corporis noſtri ab ambiente primum exponit. Caput in tres partes diuiſum eſt: in prima vnam cauſam de his quæ febres generant, de quibus ſuprà dixit: nempe ex adhæſu rerum calefacientium, de quibus eſt aër ambiens, repetit. Aër enim ambiens vbi tantam aſſequitur caliditatem, quantam vbi ſol cum canis ſidere coierit (id enim calidiſſimum eſt) humanum corpus duobus modis calefacit, quia inſpiratur, & quia extrinſecus ambit, adde quòd ambiens ſubingreditur per cutis poros, indéque arterias ipſas quàm maximè calefacit, & inde cor. Vbi ergo aër peſtilentem conſtitutionem ſubierit, ob cauſas quas infra dicemus, inſpiratus febres generat peſtilentes. Sic enim immediatius tangit cor. Cùm tamen omnis affectus ſequatur diſpoſitionem cauſæ agentis, & patientis ſubiecti, vbi corpus humanum magnam ex ſuis humoribus habuerit præparationem ad febrem peſtilentialem, leuis ab aëre immutatio peſtem efficiet: vbi verò talis non fuerit, magna egebit mutatione aëris, à qua maiori parte peſtilentes febres ortum habent, cum videlicet putrida exhalatio aëri mixta inſpiratur. Nam quamuis aqua & terra ſuis immutationibus corpori peſtem inferant, maximè id efficiunt per aërem intermedium, ipſum immutantes: quamuis & aqua bibita id efficere valeat, id autem non adeò validè neque in tot hominibus ſicut vbi ipſius vapor in aëre ſuſceptus id effecerit. λοιμὸς peſtem ſignificat, talis enim fuit decantati verſiculi apud Athenienſes explanatio, Doria cum veniet λιμῷ comitante doellum. Vbi tamen λιμὸς per ι, ſcribatur, famem ſignificat. Hic morbus vnus eſt de populariter graſſantibus, ſunt enim apud Galen. lib. 1. de morb. pop. morbi quidam ſporadici, qui ſparſim inuadunt, quemadmodum vbi nonnulli tertianam, alij quartanam, alij quemuis alium inducunt morbum, qui nec eodem modo in vniuerſum affligũt, nec finiuntur. Quidam communes, qui multos ſimiliter afficiunt: ex quibus quidam ſunt endemij, id eſt, populo peculiares, vt bocium, & quibuſdam morbus lateralis, quidam epidemij, qui per populum graſſantur, inſequentes aeris, aut aquarum corruptionem. Sed ex his, quidam ſunt peſtilentes, qui λοιμώδεις appellantur (ſunt autẽ idem quod epidemiæ pernicioſæ) quod nomen nulli morbo propriũ eſt, ſicuti neque epidemicus, vt Gal. lib. 3. de morb pop. part. 3. comm. ſecundo dixit: Non enim morbo alicui nomen epidemicum, vel peſtilens: ſed qui multis in vno loco fiat, hic epidemicus appellatur. Si verò morbo huic contingat, vt multos tollat, peſtis eſt, quamuis Ariſtoteles prima ſectio. proble. 7. ſatis impropriè vſus fuerit vocabulo λοιμὸς, hoc eſt peſtis, cùm dixit ſolam peſtem eſſe pluribus communem ex morbis, aliqui enim ſunt παγκοινοι, πάνδημοι, id eſt, communes, non peſtilentes. De his tamen fuſius diximus lib. 3. prog. in expoſitione 38. Attende rurſus quòd febris peſtilens, de qua modò agimus, populariter graſſatur & pernicioſa eſt, licet peſtilens febris appelletur ea quæ mali moris eſt, ſiue pernicioſa, quamuis non ſit popularis. De febre igitur peſtilente primo modo præſens ſermo habetur: quæ vnus eſt ex morbis populariter graſſantibus, perniciosiſſimis tamen, maiorem partem ægrotantium interimentibus. Habet hæc originem à cauſa multis communi, aliàs non eſſet de popularibus morbis. Cauſa tamen immediatior aër ambiens eſt, quamuis mediata ſit, aut exhalatio à terra, aut aquarum corruptio, aut cœli prauus aſpectus, & malus aſtrorum concurſus. Cauſa itaque mediata aliquando erit de ſuperioribus, aliquando de inferioribus: & de cauſis inferioribus ſunt corpora peſte infecta, quæ aërem inficiũt & deinde alios homines. Cuius cauſam ſupra diximus peſtem eſſe de contagioſis morbis cap. 3. Qualis tamen diſpoſitio in aëre ſit ea, quæ maximè febres peſtilẽtes efficere poſſit, calidus aër, inquit, quẽ putrida exhalatio inficit, hæc tamen diſpoſitio calida eſt & humida: nam ſub canis ortum peſtis ſæpius euenit, maximè verò vbi præter calorem æſtatis pluuiæ ſuperuenerint multæ, non paucæ, vt vulgus putat. Dicunt enim meliorẽ eſſe multam, pauca pluuia: putant namque multam, calorem extinguere, paucam verò ipſum augere. Sed aliter

fit:

Digitized by Google

fit: nam multa pluuia humidum reddit aërem, qui ex ſe calidus eſt æſtatis tempore: humiditas tameo paucæ plouiæ abſumitur facillimè, ac periode Hipp. lib. 2. de morb. pop. ad initium illius peſtis, inquit: Carbunculi io Craoone æſtioi, pluebat in ardoribus aqua larga, cootingebat hoc per totum, & maximè ab auſtro. Calidæ ergo & humidæ aëris conſtitutiones maximè peſtiferæ ſunt, per eas eoim eueoiunt puttedines, & perniciosiſſimi morbi. Quod ignorabant ij, qoi ver præter id quòd ſaluberrimum ex Hipp. eſſe nouerunt, calidum & humidum eſſe putabant. Cootra quos Gal. lib. 1. de temperamentis vtrumque probat, & ver temperatum eſſe, & calidam atque humidam aëris conſtitutiooem peſſimam, ioquit enim: Ego verò tantum abeſt vt aut ver, aut ſi quid temperatum eſt, calidum atque humidum dicam, vt quod planè contrarium eſt, id affirmem, omnium aëris temperamentorum peſſimum id eſſe, quod humidum eſt & calidum. Quod ſanè temperamentum in quatuor anni temporibus joueoire nequeas, io graui & peſtilenti aëris ſtatu interdum incidit, veluti quodam loco Hippocrat. commemorat his verbis, Pluebat per æſtum imber largus aſſiduè. Id namque eſt humidi & calidi ſtatus proprium, vt io æſtu aſſiduè pluat. Quòd tamen nonnulli ver aëri coaptant, cuius temperies calida eſt & humida, id factum eſſe puto, quoniam quatuor anni tempora, quatuor elementis conferre voleotes, oullum inuenerunt minus abundare frigiditate, & ſiccitate, vere, quæ contrariæ qualitates ſunt eis qoæ aëri debentur.

Io ſecunda parte quæ incipit (Principium) quoniam noo ſemper peſtis habet originem primam ab ambieote, ſed oonnonquam ab aliis cauſis remotiotibus, ſingulas cauſas in genere refert. Nam ipſe aër ſæpe aliunde à cauſis inferioribus recipit infectionem, nonnunquam verò à cauſis ſuperioribus, quo tempore dicemus ab aëre incepiſſe peſtem: quoniam præter aërem nullam cauſam iofernam peſtis cognoſcimus: vbi verò talem aliquam cognoſcimus, ab ea ortam dicemus peſtem, tanquam à priore cauſa, quamuis aëre intermedio humanum corpus alteretur. Cognoſcere id docet Aëtius, ſi enim aër oos ambiēs peſtis cauſa fuerit, volucrium generis prior interitus erit: ſi verò ea prauis de terra exhalatiooibus hoc contigerit, quadrupedum animantium prior corruptio fiet. De cauſis quæ medio aëre immutaoc ac peſtem efficiunt, eſt multitudo cadauerum non crematorum in bello, quod ſæpe fit, vbi enim non cremantur putreſcunt, & multum vaporem fœtidum ac putidum à ſe mittunt, qui aërem inficit, qoemadmodum vbi cremaotur, non fœtent, neque enim vſta putreſcunt. Calida quoque ac ſicca exhalatio peſtem non efficit, ita vt calida & humida. Secuoda caoſa eſt exhalatio ſublata à paludibus aut ſtagois tempore æſtiuo. Per id namque tempus putidos ac multos vapor à lacunis & paludibus exhalat, qui ciuitates & loca proxima ioficere ſolet, quod & Complureoſes experti ſunt, præcedentibus aoois, per morbos epidemios, nonnullos peſtilentes, nonnullos minimè pernicioſos. Nam ex morbis quos paſſi ſunt, quidam non peſtilentes, quidam verò peſtilentes ea eis fuerunt. Haboerunt autem originem ab eo quod Galen. in præſenti loco dixit: Vbi in corporibus magna fuerit præparatio, leuis mutatio aëris poteſt peſtiferos efficere morbos: vbi tamen deſit, non niſi ob magnam aëris mutationem tales fient. Alia cauſa peſtileotiæ, eſt aër ipſe ambiens nimis calidus, vbi non adeſt cauſa inferior cognita, quemadmodum cootigit Atheniensibus, vt oarrat Thucidides lib. 2. belli Peloponneſiaci, vbi ſingula quæ in ea peſte euenerunt narrans, inquit, ἐπίεσε δ' αὐτοὺς μᾶλλον πρὸς τὸ ὑπάρχοντι πόνῳ, καὶ ἡ συγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὸ ἄστυ, καὶ οὐχ ἧσσον τοὺς ἐπελθόντας, οἰκιῶν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν, ἀλλὰ ἐν καλύβαις ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων, ὁ φθόρος ἐγίνετο οὐδενὶ κόσμῳ. quod eſt, Premebat autem eos præter præſens malum, & rerum & ab agro in vrbem reportatio, oihilominus verò, & eos qui ab agro venientes domibus carebant, ſed io ſuffocatis tuguriis tempore æſtatis habitabant. Hi enim ſioe aliquo apparatu moriebantur. Io præhabita ſententia, pro ἔτους, legerem, θέρους. Illa itaque corpora, quoniam non difflabant, putreſcebant & moriebantur. Addit præterea corporis diſpoſitionem, quæ erat præparatio ad peſtem, ob prauos ſuccos io corpore congeſtos, putredini paratos. Vnde tamen habuerit originem, inquit: Fortè id fuit propterea quòd mala coinquinamenta ab Æthiopia effluxerunt, quæ aëre infecto poterant peſtem adferre. Meminerat namque Thucydides eorum ibidem, vbi legitur, propter continuitatem, Græcè κατὰ τὸ συνεχὲς: quod hoc in loco ſignificare poteſt idem, quod per cootinuitatem, aut per aërem intermedium, συνεχὲς enim aërem oos ambieotem ſigoificat, quod tamen ſuprà ſignificare non potuit, cùm cap. 4. parte 3. dixit: Ex laſſitudine febrem ortum habere à muſculis, & articulis, calore communicato cordi, κατὰ τὸ συνεχὲς non enim communicatur dicta febris per intermedium ambientem, ſed per cootinuitatem partium corporis. Hoc io loco dubitant noonolli, An aqua & aër putreſcere poſſint, de terra eoim nemo dubitaret, cum ipſam putreſcere quotidie cernamus, ac fœtorem noo paruum à ſe mittere. Ariſt. 25. ſect. problem. 19. quærit, Quare aqua & terra putrent, ignis verò & aër oon. Reſpondet, quoniam aër multum ignem habet mixtum. Nos verò hanc ſolutiooem non probamus, quoniam ſi multum ignem haberet, ſignificat multam caliditatem, certum eſt calorem non impedire putredinem, niſi ſiccitati iungatur & aër ſub canis ortum maximum habet calorem, putret tamen. Quod ſi intellexerit multum ignis habere, id eſt, tenuitatis, conſtat quidem multo magis putrere vaporem corporum mortuorum, quam aqua ſincera, quamuis ſit aqua tenuior. Neque tamen auderem quidpiam aduerſus Ariſtot. enuntiare, niſi crederem in problematibus multa eſſe ab Ariſtotelis ſapiētia aliena, ac eiuſdem autoritatis indigna. Veruntamen 4. lib. meteorologicorum capitulo primo dixit, omnia putrefieri præter ignem, & quod verum eſt, & Ariſtotele dignum. Poſſemus etiam metitò dicere, nullum elementorum putrefieri poſſe, ſed tamen id de ſolo igne Ariſt. proountiauit: non enim omnium elementorum eadem eſt ratio, nam tria vbi cum aliis miſceantur putreſcunt, igois tamen oeque miſceri poteſt vt putreat, tanta eſt eius vehementia, & celeritas motus ſurſum, & exſiccaodi potentia, vt exhalet & ſiccet ſingula, oeque vnquam putreſcat. Reliqua ſubagi & miſceri inuicem poſſunt, atque putrefieri: ignis verò noo niſi à natura, vt in mixti oaturali generatione commiſceri aliis poteſt. Siocera verò elementa non putreſcuot, nec ipſa adhuc terra, ſed vbi ea ipſis mixta ſint, aut perfecta, aut imperfecta: terra enim commixta aquæ, ſolis calore accedente putret, & aqua commixtis terreis quibuſdam excrementis accedente ſolis calore. Similiter aër putret, ooo quidem ſiocerus, & purus, ſed vbi cum aquæ vaporibus commiſceatur, aut cum aliis vaporibus rerum putreſceotium

Nota.

Præclara quæſtio.

Solutio.

ac humidarum, vt iam non aërem, ſed aëris & vaporis aquæ & terrenæ exhalationis mixturam dicamus eſſe. Simplex tamen elementum putrefieri omnino impoſſibile reputamus, minimè verò ignem. Adde quòd quæ putreſcunt, innati caloris defectum patiuntur & ab externo occupatur, aqua autem & terra ſimplicia, quamuis ſummè refrigerêtur, non corrumpetur ipſarum calor, aqua enim nullum habet, terra quam pauciſſimum, & ſine quo perſeuerat abſque corruptione: aër verò innatum habet multum calorem cum humiditate iunctum, neque vinci ab alio poteſt, niſi à calore ignis, is tamen ſiccus calor eſt putredinem potius impediens. Mixtis tamen vaporibus putridis, aut in ipſis tantùm putredinem conſiſtere dicemus, aut ſimul aërem vaporibus mixtum ipſam concipere. Quod ergo dicit lib. problematum, aërem nõ putrefieri, reliqua verò duo putrefieri conceſſit. Si de puris loquatur falſum eſt quod de aqua & terra putrefieri poſſe affirmauit, ſi de mixtis, falſum eſt ipſum non putrefieri, & contra ſententiam ex quarto libro meteorologicorũ adductam, vbi hoc vnum voluit, ignem nullatenus, alia verò elementa vbi miſceantur, putrefieri. Præterea ignem non putrefieri dicemus, quia humiditatem ad putredinem neceſſariam concipere non poteſt.

Tertia pars incipit (Huius enim) in qua probat meritò dictum eſſe coinquinamenta ex Æthiopia perduxiſſe ad febrem corpora læſioni obnoxia. Pendet tamen probatio ex hoc poſtulato in naturalibus euidenti. Agens non agit ſine ſubiecti diſpoſitione, vt Ariſt. lib. 2. de anima cap. 2. inquit: Actus agentium in eo quod patitur, atque diſponitur, ineſſe videtur. Hanc ſententiam vtia quibuſdam probare contendit Galen. à poſteriori: nam ſi nullo diſcrimine febres inuaderent, aut cauſæ ipſas inducentes, omnes ſimiliter afficerent, quicunque ſub ſole æſtiuo diuerſarentur, aut quicunque pariter mouerentur, biberent, iraſcerentur, aut triſtarentur, pariter febricitarent: cuius contrarium docet experimentum. Ad quod ſimiliter demonſtrandum exemplum adduxit. Poſito enim, quòd in aëre ambiente ſit aliquod peſtis principium, corporum tamen non ſint ſimiles præparationes, ſed quædam ſint prauis ſuccis putredini paratis plena, quæ obſtructionem plurium meatuum ac plethorã patiantur, in vita otioſa, multis epulis, ebrietatibus & venere, quæ omnia cruditates neceſſariò conſequuntur. Quædam verò eis omnino contrario modo diſpoſita, pura, excrementis vacua, facilè tranſpirabilia, quibus rectè inſtitutus ſit viuendi modus. Nemo ignorat hos per aëris mutationes peſtilentes, minus pati, atque alterari, dictis primo loco, quæ ipſa prima inſpiratione febrem incidere poſſent, quemadmodum exercitationibus moderatis, & ſimilem victum ſeruantes forte penitus impatibiles permanebunt. Ad cuius rei cognitionem non parum conducet lectio libri de cauſis præcgreſſis. Quod enim diximus non tantum in præſenti exemplo, ſed in omnibus actionibus verũ eſſe nemo negat. Oportet autem, inquit, non tantùm in his, ſed in omni cauſarum genere noſſe, quàm facilis ſit inter ſymbola commutatio, & alteratio, quámque difficilis inter contraria, inter quæ tantum actio remoratur, quantum durat contrarietas. Hæc eſt præparatio corporis patientis, quæ ortum habet ex temperatura. Inter ſymbola namque facilior eſt mutatio, imbecillitas corporis, id eſt ipſius raritas quæ præparat ad patiendum ab externis, ſicut denſitas ab internis, malus quoque victus in cauſis, quas appellant non naturales, cùm modum exceſſerint, morbos afferet. Quæ omnes præter corporis præparationem tria exigunt ad agendum, apud Galen. lib. de cauſis morborum cap. 2. magnitudinem, tempus, & propinquitatem, ſine quibus neque ignis vret. Refert quoque ſe vidiſſe ſimilem peſtem ei quam Hippocr. lib. 2. de morbis retulit ad initium, in Cranone eueniſſe dicẽs, & illi quam retulit lib. 3. de morbis pop. quarum ſumma fuit ob putredinem. Poſtquam enim annum deſcripſit, addit: Cum annus fuiſſet auſtrinus, humidus, & mollis, omnium ergo harum peſtium cauſa in ſumma putredo fuit. Quod cùm Galen. intelligeret, quoties talis aëris diſpoſitio eueniebat, corpora præparabat, humida exſiccando, ſicca, talia ſeruans, excrementis plena, purgans, & obſtructiones omnes aperiens, ac ſoluens, quod quamuis ad artis curatiuæ partẽ attinere videatur, iure hoc in loco inſertum eſt: nam via curationis oſtendit, qualiſnam ſit morbi natura, quemadmodum & Hippoc. Aphoriſ. 17. ſect. 2. dixit: Vbi cibus præter naturã plus ingeſtus eſt, ibi morbum facit, manifeſtat verò ſanatio. Si namque putredinem prohibet, liberat à peſte, peſtis à putredine ortum habet. Explicat rurſus vocem præcautio, dicens: Præcautionẽ quodammodo ſanationem dici, vbi quis non admodum accuratè vocabulis vtatur. Nam omnem medici operationem licet ſanationem appellare, quatenus omnis talis corporis humani vitia corrigit. Sed tamen quædam ſunt vitia, quæ educunt homines extra limites ſanitatis: quædam non, vtriſque communis eſt præſeruatio. Conuenit enim morbis futuris ac fientibus, vt lib. art. med. c. 88. inquit Gal. Præſeruatio tamen quæ futuris morbis competit, immixta eſt conſeruationi ſanitatis: quæ verò morbis fientibus debetur, immixtam habet curationem. Primam præſeruationẽ propriè ſic appellandam eſſe docet, atque prophylaticem non adeò exquiſitam, cum curatione confundi lib. 11. de Meth. med. dicens: Earum verò quæ ex putreſcentibus excitantur humoribus, vocata curatio, prophylaticem quoque ſibi adiũgit, cuius officium eſt cauſam, quæ morbum creat, adimere. Sanè nominatur hæc ipſa quoque pars artis, curatrix, quæ vtique ab ea quæ pure ſyncereque prophylatice dicitur in eo diſtincta eſt, quòd ſub hac iam ſenſibiliter ex ipſa cauſa morbus gignitur, in prophylatice eſt futurus atque nominibus quidẽ quiſque prout volet vtatur, & 2. ſect. Aphor. commen. 22. de præſeruatione ac curatione, quæ morbis fientibus debetur, inquit: Quapropter cùm mixtæ ſint tales ex præſeruatione, ac curatione, proprio caremus nomine, atque idcirco aliàs alia vtimur applicatione, nonnunquam præſeruari, dicentes, ne morbus, qui iam incipit generari ad complementum perducatur, nonnunquam verò curari morbis: itaque futuris prophylatice pura debetur, quamuis mixtam habeat conſeruationem ſanitatis, morbis verò factis ſola curatio, fientibus tamen mixta ex prophylatice & curatione, quæ etiã vtrumque nomen ſortitur (præcautio) Græcè Καὶ μὲν ἂν ἡ προφυλακὴ λεγομένη κατά τινα τοιοῦτον τρόπον ἴασις, hoc eſt, Eſt namque præcautio ſecundum quendam talem modum dicta curatio. Colligamus igitur modò quod ſi præcautio quodammodo curatio eſt, quemadmodum Hippoc. dixit Aphoriſm. 17. ſect. 2. manifeſtat verò ſanatio, nos quoque dicemus, manifeſtat verò præcautio, nẽpe qualis eſt morbi ipſius à quo præcauemus natura, ipſa præcautionis via docet (vt alio loco diximus) lib. de conſt. art. med. docet medicinã tantummodo ſanitatem collapſam corrigere ac reſtituere, dicens: Eſt igitur medicina vna factiuarum artium, non tamen ſimpliciter,

vt ædi

vt ædificatoria, fabrilis, textoria, ſed veluti, quæ collapſas ædes inſtaurat, & veſtes laceras reſarcit.

Circa literam Gal. duæ ſumuotur dubitandi occaſiones. Prima quæ ſunt corpora ad febres paratiora, quoniam corporis diſpoſitionem dixit moltum agere ad effectus productionem. Secundum dubium erit, quæ ſint corpora paratiora ad febres peſtiferas, anguſtornm, ao latornm pororum: dixerat enim Galeo. præſeruationis gratia quaſcunque meatuum obſtructiones aperuiſſe.

Circa primum aduertendum, quòd agens & paſſum io omni actione quodammodo cõtraria ſunt, quodammodo ſimilia: contraria eis qualitatibus quibus actio fit, ſimilia verò, aut io materia, aot io qualitatibus, per quas fit actio. Nam anima rationalis corpus immotare non poteſt per ſe, ſicutineque corpus animam, qoia in materia non communicãt, quæ verò qualitatibus ſimilia ſunt, non agunt, aut patiuntur, ſicuti neque idem in ſe ipſum agit. Præterea ex ipſis agentibus & patientibus, quæ qnalitatibus contraria ſunt, quædam magis, quędam minus aduerſaniur inuicem. Si omnino contraria fuerint, agent ac patientur, ſed actio lenta ac tarda erit, niſi fortè cum contrarietate æquas habuerint agendi atque repugnandi potentias, quoniam ioter hæc non eſt actio. Quæ verò medio modo contraria ſuot, ea & agunt, & patiuntur, tantò celerius aut tardius, quantò magis agens paſſum ſuperauerit, & id ad portionem fiet. Igitur, vbi quis probè nouerit qualia ſunt agentia, quæ febres ioducere ſolent in geoere, ac corporom diſpoſitiones, facilè oouerit, quæ ſunt corpora ad febres paratiora: id eſt quæ ſint ea, quæ faciliùs alterantur à cauſis febrem inducentibns, & ipſis celerius aſſimilantur. Cùm ergo febris paſſio calida ſit, vt ſuprà docuimos, eront corpora calida ad febres paratiora frigidis. Vbi tamen quis corpora calida & humida, calidis & ſiccis, aut calidis in humiditate temperatis conferat, dubium èſt. Auicenna refert quorundã opinioοem, qui dixerunt corpora calida & hnmida eſſe ad febres paratiora, deinde corpora calida & ſicca, dicit eſſe parata. Sed ille neque ex propria ſententia loqui videtur, neque temperaturas omnes ordine diſponit. Quamobrem eius docendi modus inutilis eſt & imperfectus. Nos verò Galeni doctrinam ſequentes dubium diſtinctione ſoluemus. Aut enim comparatio ſit ad febres diarias, & hecticas, aut ad febres putridas, aot ſimpliciter ad febres, ita vt dobium ſit quæ corpora ad febricitandnm ſint promptiſſima. Si de putridis loquamor, corpora calida & humida paratiſſima ſunt, vt vult Gal. lib. 8. de Meth. med. vbi de hac intemperie loqnens, inquit: maximè enim omnium putridis morbis hæc Intẽperies expoſita eſt, propterea quòd per ipſam ſanitatem proximè ad putredinem accedit, veluti tum ex ſudoribus cõiicere eſt, qni grauiter his olent, tum verò ex vrinis deiectione atq; etiã ipſa reſpiratione: etenim qnalis eſt hircorum, talis eſt harum naturarũ temperies, prompta eſt ex qualibet occaſione aliis morbis, tum febribus corripi. Ratio quoq; adſtipulatur: nam caliditas & humiditas putredinis principia ſunt, quòd ſi ad febres diarias, & hecticas collatio fiat, promptiſſima ſunt ad ipſa corpora calida & ſicca, quod eodem loco docet Gal. de febribus diariis loquens, inqnit enim: Cùm verò octo iotemperies in vniuerſum ſint, vt oſtẽdimus, opportuniſſima ad febres eſt calida & ſicca, ac niſi qois hãc, vt dictum eſt, cibet, ocyſſimè in ea mutatur febris diaria in acutã. Si de hectica loquamur, verũ eſt calidam & ſiccã eſſe paratiorẽ aliis temperaturis. Nam, vt loco

Caliditas & humiditas ſunt putredinis principia.

ſuo dicemus, hectica febris ſicca iotemperies eſt, calori coniuncta: ſicca ergo corpora magis aliis erunt parata ad eas febres. Dicemus quoque corpora calida & ſicca ad febres, reliquis omoibus eſſe paratiora, ac promptius febricitare ipſis calidis & humidis, vbi abſolnto ſermone de febre loquamur. Quamuis enim calida & humida ad febres putridas ſint magis parata, corpora tamen calida & ſicca citius incident in diariam, quàm calida & humida in putridam. Quod ſic probo: corpora calida & ſicca faciliùs incidunt in febres diarias, quàm calida, & humida, & febres diariæ facillimè omnium generantur: ergo corpora calida & ſicca faciliùs incident in febres. Quòd corpora calida & ſicca in diarias faciliùs incidant, fit, quoniam ſpiritus in ipſis faciliùs inflammantur. Quòd tamen febria diaris omnium facillimè generetur, cõſtat experimento in cauſis ipſis prægreſſis, quæ facillimè inferunt febrem aliquam ex diariis, non ſic aliquam ex putridis, & quoniam tennis ſubſtantia faciliùs inflammatur, craſſa. Rurſus febris paſſio calida & ſicca eſt, aut actu, aut poteſtate: ergo corpus ſiccum maiorẽ habet præparationem ex ſe ad febrem quàm humidum: quantum autem faciat corporis præparatio caput præſens docet. In ſumma itaque volumus, quòd minima cauſarum, quæ ſufficit facere febrem in corpore calido & ſicco, eſt minor minima earum quæ ſufficit facere febrem in corpore calido & humido. Ad quod probandum accedit, quòd cauſæ quæ inflammare poſſunt ſpiritum, ſunt multæ & leues, febrem autem putridam fieri ſine obſtructione & putredine, eſt impoſſibile: obſtrui autem corpus ac putredinem pati, difficiliùs eſt, quàm à cauſa quauis accendi calorem. Poſſet contradicere aliquis huic ſententiæ. Nam ſi temperatura calida cum ſiccitate habilior eſt ad febrem, quàm calida cum humiditate, calida in humido & ſicco temperata, magis apta erit ad febres, quàm calida & humida, ex quo fiet Gal. male ſecundo loco appoſuiſſe corpora calida & humida. Dicemus tamen quòd quamuis ex ratione qualitatum, temperatura calida & humida minùs apta ſit ad febrem, quàm calida moderata in humiditate, quoniam tamen calida & humida moltis abundat excrementis, magis altera febribus corripitur. Adde quòd ex inedia magis reſoluitur, & difficiliùs ipſam tolerat, quod docent poeti, qui temperatura ſunt calidi & humidi, & de hac tolerantia famis, & facili tranſitu ob inediam à diariis io plurium dierum febres, loquitur Gale. Nos verò ſimpliciter de facilitate caſus in febrem ob quamuis cauſam. Qua ratione calida temperatura & humida ſecũdum locum habet, ob excrementorum copiam: tertium verò calida in humido & ſicco moderata. Hæc diximus de præparatione ad febres, & facilitate caſua io ipſam à qoauis cauſa. Verùm Gal. lib. 8. de Meth. med. duos ordines ſcripſit temperaturarum: vnus earum qoæ facilè in diarias incidunt febres, & ob inediam facilè ex diariis trãſeunt in febres multorum dierũ; alter eſt ordo aliarum, qnæ & difficulter incidunt in diarias, & maximè inediã tolerant, oeque ob ipſam à diariis tranſeunt in alias febres. In primo ordine corpora calida & ſicca primom locum obtinent. Hæc enim, inqoit, opportuniſſima ſunt ad febres, ac oiſi quis hãc ocyſſimè cibet, tranſibit à diaris in multorũ dierum febrem. Secundum locum habet calida & humida, quod ad febrem attinet, quãuis ad alia ſit deterior, nempe ad obſtructiones & morbos ex putredine. Tertium locum habet ſimplex ad calidum intemperies, moderata in humido & ſicco. Hanc conſtat

Vt corpora calida & ſicca facilè in diariã & hecticam, ita corpora calida & humida in putridas febres incidunt.

tertium locum habere, vbi ſequentibus conferatur. Quartum locum habet ſicca, in calido tamē & frigido temperata, hæc enim quantum ad calorem attinet, non abeſt longè à natura febris. Siccitas verò abuodans non parum agit ad febres ex inedia excitandas, & difficilè tolerandam famem. Quintum locum habent temperata corpora in calido & humido, frig. & ſicc. hęc enim inter iam dicta vltimum locum habent, minúſque participat febrilibus qualitatibus, & minus ab inedia patietur.

Secundus ordo eſt, quatuor aliarum temperaturarum, quæ neque ex inedia facilè febricitant, neq; à diaria tentatæ facilè tranſeunt in febrem plurium dierum, imo quædam ex ipſis vtilitatem ex inedia ſentiunt: maximè vbi humorum redundantiam patiuntur abſque corruptione. Inter quas primum locum habet frigida & humida. Secundum humida, quoniam humor abundans in humida temperatura, vices obtinet alimenti. Tertium locum habet frigida tantum, quæ non abſumit celeriter humorem. Vltimum locum habet frigida & ſicca, quoniā hæc minus aliis tribus tolerat inediam, ob defectum calidi & humidi. Hæc ergo poſt quintam primo ordine conſtitutam meritò ſequetur, deinde quæ ſecunda, ac erit vltima, quæ hic prima.

Secundum dubium fuit, an corpora anguſtorum meatuū ſint ad peſtiferas febres paratiora eis, quæ ipſorum habent amplitudinem. Hoc dubiū paruam habet difficultatem, vbi medicus ſola veritatis inuentione contentus, maximè Galeni autoritate accedente, barbarorum contrarias ſententias omnino contempſerit, quod facientes, facilè dubiū ſoluemus. Aduertere tamen oportet: quòd pororum anguſtia quædam eſt naturalis, qualis eſt in fœminis, & ſenibus: quædam non naturalis, & hæc aut propter cauſam quæ meatus, ſiue poros obſtruit, aut quoniam latera viarum adſtringuntur, quæ μύσις, id eſt, clauſio appellatur. Primum fit ob multos, craſſos, ac lentos humores. Secuodum ob frigiditatem, aut ſolam, aut ſiccitati coniunctam: nonnunquam verò ob ipſam ſolam ſiccitatem, quæ fiūt ab aëre frigido, aut aquis abulis, aut à medicamentis tales vires habentibus, atque in principiis acceſſionum. Quantum autem præparent ad peſtem omnes iſtæ meatuum anguſtiæ, conſtat, primò in his qui à natura talem habent compoſitionem, hi enim facilè ab ambiente inducente peſtem læduntur, & læſi magis periclitantur. Facilè lędi notum eſt, quoniam ſi quo tempore putidus aër per inſpirationem ingreditur, meatus paterent, corporis humores non facilè putrerent, neque à leui cauſa: ipſa verò putredine præſente, fieret vt non longè progrederetur, eſſétque minus periculoſa. Præterea quòd vbi meatuum adſtrictio præter naturam fuerit, vtrumque horum contingat, hoc eſt putredinem peſtilentem citius inuadere, & præſentem eſſe deteriorem: eadem ratio docet, pariter & in his quorum meatus ab humoribus obſtruuntur, maximè quoniam & ipſi humores obſtruentes, putredinē concipient: ad quod probandum accedit, quòd putredo omnis habet originem à prohibita tranſpiratione, & prohibita tranſpiratio à meatuum anguſtia. Rurſus Galeni autoritas hoc idem probat eiúſque experimentum, qui à peſte homines præſeruabat, meatus aperiendo, ac dilatando. Quòd ſi obſtiteris, quoniam corpora latorum meatuum non tantùm inficiuntur ab aëre ambiente inſpirato, ſed & ab eo qui tranſpiratione trahitur, erit igitur in ipſis duplex ægrotandi cauſa: nihil obſtat. Nam corpora quæ latos habent meatus, vt facilè per eos recipiunt aërem peſtilentem, ſic facilè ipſum tranſmittunt, & pariter eum qui inſpiratione attractus a corde tranſit in arterias. Verùm non hos tantùm, ſed & fumum omnem malum, qui ex humoribus eleuatus putredini fauere poſſet. Quòd ſi Auicenna contrariū dixerit, nihil refert. Soluimus enim rationē, quæ ipſum mouere potuit, autoritas verò nulla eſt: quòd ſi pororum anguſtia aliqua ratione laudanda veniret, pariter expediret ipſam procurare adhibitis medicamentis, quod nemo docet, aut medicus concederet faciendum.

CAPVT VII.

SEd quoniam febrium peſtilentium mentionem feci, ex putredine omnium ortum habentium, par eſt incumbentem animo ad hunc ſermonem explicandum hoc loco ſcrutari de antiqua opinione, omnem febrem conſiſtere ex humorum putredine dicente. Videntur enim ita ſentire ij, qui ab Athenæo fluxerunt, non obſcuri quidem viri in hac arte, præſertim in ea quæ eſt de febribus ſcientia: in quibus ego plurimum cum illis ſentio, veruntamen vnum excipio, diarias nominatas febres. Non enim mihi videntur hæ ſubſequi putredinem humorum: ſed qui ob æſtum febricitat, ab ipſo efficiente cauſa calore alterari ſolet. Ob iram verò febricitantis & ei quidem ebullitionem quandam fieri ſanguinis in corde neceſſe eſt, non tamen putredinem. Necnon per exercitationem, caliditatem ampliorem præter naturam ſine humorum putredine accendi, & quiſquis cutem habuerit adſtrictam, per quam acria excrementa euacuabantur, illis collectis febricitauit ſine putredine humorum. Quinetiam febris ex bubone omnis, mala eſt, excepta ephemera, vt Hippocrates dixit: licet etiam bubo ipſe in inflammationum genere contineatur. Atque aſſentio in hoc, ſermoni putredinis, nam ob eam rem ex inflammatione febricitant, non quemadmodum Eraſiſtratus exiſtimauit. Attamen nonnulla ſunt ex bubone febres in genere diariarum, quemadmodum aliæ quædam nunciant non faciles curatu morbos, ex inflammatione, aut vlcere, aut abſceſſu, aut altero quopiam tali in viſcere affectu ortum habentes. Cæterùm diſſident febres ex bubone ab iis, quæ ex putredine humorum conſiſtunt, quæ fit aut in aliquo viſcere, aut in canis, aut maximis vaſis, quoniam vbi febris ex bubone conſiſtit, pars continua ſemper calefit, ac calor quidem vſque ad ipſum cor diſtribuitur: cæterum putrida fuligo vſque ad ipſum minimè peruenit, ſed ibi manet circumſcripta in bubonis loco, per alterationem ſolam continuarum partium ad cor perueniente calore. Quo potiſſimum modo, etiam per æſtum ac per exercitationem ex partibus primò calefactis diſtributio ad ipſum principium vitale fit. Vbi autem putredo fuerit in viſceribus atque in magnis vaſis, velut fumus ex putreſcentibus humoribus ad ipſos cordis ſinus peruenit. Accidit igitur, vt humores in bubone quidem omnes cunctim putreſcant, ſiue vno die, ſiue duobus continenter: vtpotè ſemper inuicem conuerſantes & incluſi vno loco: in viſceribus autem conditi, & in magnis vaſis, vtpotè transfluentes ſemper, ac ſimul putrefacientes quos attigerint, tempore ampliori putidum accendunt calorem. Sed vt vno verbo dicatur quemadmodum in exteris omnibus quæcunque calefiunt præter naturam à quauis cauſa, ſi nequeat putreſcere id quod calefit, velut lapis, aut lignum, aut aliquod aliud tale, eò vſque perſeuerat calidum quoad refrixerit paulatim. Id autem quod putreſcere poteſt, depaſcentem ſemper ſecundum continuitatem habet calorem. Quemadmodum interdum vidi in agro ſtercus pecudum ſimul & columbarum ex parte quapiam ab ipſo ſole

calefa

Digitized by Google

calefactum, ita vehementer, vt multa exurgeret exhalatio, inſtar fumi aſcendens, vehementer mordens atque afficiens, & ſi quis propinquaſſet, oculos & nares lædens. Porrò ſtercus tangentibus erat ita calidum, vt deureret diutiùs impoſitas ipſi manus, aut pedes. Non tamen ſemper id ſymptoma durabat: ſed ſequenti die refrigerabatur quidem quantùm ſtercoris ad ſummum feruorem pridie peruenerat: quod autem continuum ipſi erat, tunc ſuccendebatur, quando primum ſtercus in ſummo feruoris vigore erat: illúdque ipſum (dum hoc inclinabat) rurſus incalebat atque efferueſcebat, ac paulò poſt ſummum feruorem obtinebat, primo refrigerato, atque illud rurſus inclinabat, dum id quod continuum erat, calorem concipiebat: & paulò poſt accendebatur quidem hoc, & ad ſummum feruoris perueniebat, prius autem refrigerabatur. Erat autem hæc circuitio ferè tempus diei ac noctis: ita vt exemplum ſit maximè conueniens febri quotidianæ. Si verò duobus diebus ac noctibus dicta circuitio fuiſſet, exemplum foret ita febris tertianæ, & ſi tribus, quartanæ, & ſi quatuor, quintanæ ſi modò febris vllis quintana eſt, ipſe enim nondum perſpicuè vidi, neque eam circuitionem, neque aliquam aliam vltra quartanam. Sed de febribus repetentibus per circuitionem, pòſt dicetur.

COMMENTARIVS.

PRæſens cap. in tres partes diuiditur, in quarum prima de veritate cuiuſdam antiquæ opinionis diſputat, circa dubium. An febris omnis à putredine humorum fiat. Reddit tamen prius rationem, quare de hac re in hoc loco diſputat, nempe quoniam de febribus agit peſtilentibus, quæ omnes à putredine habent ortum. De aliis tamen omnibus dubium videtur. Medici itaque qui Athenæum ſequuti ſunt, viri in arte medica mentione digni, potiſſimum in his quæ ad febres attinent, omnem febrem à putredine fieri fermè ſentire videntur. Conſentit tamen cum ipſis Galenus in pluribus, non tamen in omnibus, nam licet quam plurimæ febres à putredine fiant, omnes tamen fieri, falſum eſt. Quod de diariis febribus probat, quæ ſiue ab æſtu ſolis, ſiue ab ira, ſiue à motu, ſiue à cutis adſtrictione, collectis acribus excrementis fiant, abſque putredine ſunt. Rurſus id de diariis febribus quæ à bubone ortum habent probat. Sunt autem febres ax bubone in duplici differentia, vt dixit Hippocr. Aphor. 55. ſect. quartæ. Ex bubonibus febres omnes malæ ſunt, exceptis diariis. Nam aut bubones fiunt à cauſa prægreſſa, & febres quæ inde concitantur, diariæ erunt, aut bubones fiunt à cauſa antecedenti, vt vlcere, aut inflammatione, aut abſceſſu in viſceribus, & magnis vaſis, quibus cor ſtatim conſentit. Hæ tamen febres putridæ ſunt nec curatu faciles, neque à periculo alienæ. Quæ igitur diariæ ſunt: inter putridas non connumerantur, quamuis bubo omnis de genere inflammationũ ſit, & quantum ad hoc Galenus Eraſiſtrato conſentit, quòd omnis febris ex bubone habet ortum à putredine. Quoniam bubo inflammatio eſt, & inflammationibus omnibus humor concluſus putret. Verùm quãdo inflammatio à cauſa prægreſſa oritur, humor qui putret concluſus ibidem continetur, neque vaporem putridum ad cor vſque tranſmittit, ſed ſimplicem alterationem. Vbi verò ob abundantiam putredinis in viſceribus fiat, quæ totum putreſcentem humorem non retinent, ſed partem ad glandoſas carnes tranſmittunt, febris buboni iuncta putrida eſt, & vapor putridus in corde recipitur. Tales autem febres ſine periculo non fiunt. Cùm igitur bubo ſine læſione in viſceribus, & magnis vaſis ſit, febris inde concitata diaria eſt, & abſque periculo. Quamuis enim cũ putredine in bubone fiat, quod cum Eraſiſtrato concedit Galenus, putrida febris non eſt, quoniam vapor putridus ad cor non peruenit, ſed ſimplex alteratio: erunt ergo ex bubonibus febres quædam non putridæ. Bubo verò adeſatum carnium eſt inflammatio.

Eraſiſtrati tamen opinio fuit, ſanguinem tranſfundi in arterias ac inde febrem generari: vt refert Celſus lib. 1. in præfatione. Refert quoque Galen. lib. de ſanguinis miſſione aduerſus Eraſiſtratum ipſius opinionem de generatione phlegmonis, & de generatione febris ex phlegmone. Putauit namque Eraſiſtratus ſanguinem in venis tantùm contineri, & in arteriis ſolum ſpiritum, vbi animal ſecundum naturam ſe habuerit. Extremas autem venas extremis arteriis oſculis coniungi, atque vbi ob plenitudinem, aut cauſam quamuis ſanguis exprimitur, ora venarum atque arteriarum aperiri, tranſcolarique ſanguinem, ac transfundi à venis in arterias, deinde cum ſpiritu miſceri ac motum ipſius mutare, cùm fuerit cordi proximus, & ſecundum rectitudinem, idque febrem eſſe dixit. Vbi verò inde ſanguis trudatur, in extremis arteriis conſtringi, & phlegmonem facere. Modò Galen. de febre ex inflammatione loquens inquit: Aſſentio ſermoni putredinis in hoc, quòd ob putredinem humoris qui continetur in inflammatione febris concitatur, non tamen vt putauit Eraſiſtratus, quia ſanguis trãsfunditur à venis in arterias, & vbi proximus cordi eſt febrem facit, illud enim falſum eſt. Quoniam aliquando contingit febrem ab inflammatione fieri, quæ diaria eſt, & per ſolam ſimplicem alterationem ab inflammatione in cor præcedentem, febrem effici, ſine ſanguinis tranſmiſſione.

Eraſiſtrati opinio erronea.

Quoniam tamen Galenus in præſenti loco dixit febrem omnem peſtilentem habere originem à putredine, meritò dubitandum videtur. An febris omnis peſtilens ſit de genere febrium putridarum. At probare quidam conantur, quaſdam ex ipſis eſſe diarias, quoniam aër peſtilens primùm corrumpit ſpiritum, & febris diaria calefacto ſpiritu conſiſtit. Prætcrea non omnis talis eſt putrida, ſiquidem vbi humores putridi continentur, & morbos acutos faciunt, ægri victu tenui ſunt alendi, ſed qui peſte laborant, ſunt ad cibum potius cogendi: non ergo ægrotant ob humorum corruptionem. Non pura enim corpora, vbi magis nutrias, magis lædes. Præterea in pulſu & vrina eorum qui peſte correpti ſunt, non adeſt magna mutatio: vt docet experimentum, ſed in febribus putridis, maximè acutis, magna eſt in his duobus ſignis mutatio: igitur febris peſtilens non eſt de his quæ conſiſtunt in humorum putredine.

In hoc dubio nonnulli ex barbaris tenent, quaſdam ex peſtilentibus febribus eſſe diarias, quod quàm falſum ſit ipſa docet rerũ natura. Sunt enim diariæ febres, & breues, & ſalubres, peſtiferæ verò longiores, ac pernicioſæ. Alij dixerunt omnes eſſe putridas, moti Galeni ſententia in hoc loco. Verùm nos Gal. mentem exponentes dicemus, febres peſtilentes nonnullas eſſe putridas, quaſdam verò hecticas. Nam aër peſtilens quandoque inuenit in humoribus eam præparationem, vt eos facilè inficiat, ac febrem efficiat putridam. Aliquando verò contingit humores admodum eſſe frigidos, corpus tamen cordis valde calidum, quo tempore aër putridus ambiens cor ipſum alterabit, ac febrem efficiet hecticam, quæ in calore cordis facto conſiſtit. Febres quaſdam peſtilentes putridas eſſe, capite præcedenti

Digitized by Google

cedenti docuit, dicens: Interdum eoim efficitur febris propter humores in corpore aptos in putredinem. Id qooque eſt cuius gratia Galenus docuit, humida corpora exſiccare, & obſtructiones aperire: qooniam ab his putridæ febres originem trahere ſolent. Quod tamen quędam ex peſtileotibus febribus ſiot iu genere hecticarum, conſtat ex Gale. lib. 3. de præſagitione ex pulſib. cap. 4. dicente: Etenim ſunt vt docuimus peſtilentes non paucæ inde vſque ab initio hecticæ, diſtántque ab omoibus aliis febribus, quæ ex magna putredine oriuntur. Id autem latius in hunc modum demunſtrauerat, poſito quòd cor & ſanguis ac ſpiritus qui in ipſo cootioentur contrario modo afficiantur: ita vt corde exiſtente frigido, ſanguis & ſpiritus ſint calidi, aut corde exiſtenie calido ſanguis & ſpiritua ſiot iuſto frigidiores: & hoc aut æquis aut diſparibus menſuris labentibus. Tunc enim pulſus fient æquales & moderatis proximi, maximè vbi æquis menſuria labaotur. Exemplum eſt, ſi cor calidius ſit debito non multum, ſanguis verò & ſpiritus frigidiores pari ferè menſota, pulſus paulò remiſſior fiet naturali, & paulò celerior, eritque iſta hectica febris vt Galenus ioquit ibidem. Quæ plurimis imponet medieis, quoniam parua eſt, & in pulſu non adeſt multa mutatio, & calor non multum auctus, qui cordis ſubſtanriam occupat. Decipit itaque medicos, quoniam non eſt in pulſu, aut calore magna mutatio, inæqualitatem verò, quæ ſola moleſta eſſe poſſet, balneis releuare poteſt. Pone etiam quòd neque in vrina mutatio aliqua fiat, quod cootingit: ſed colore & conteoro naturali ſimilis maneat, de his ſexcentos io magna peſte cuius ſæpe meminit, ſe vidiſſe refert, in quorum cognitionem, medici vulgaribus nihilo præſtantiores erant, imò imperi-
Nota. tiores. Vulgus enim eos cognoſcebat ex reſpirationis fœtore, quod vnum eſt de ſignis peſtilentis febris. Rurſus ſi in ore color aliquis eryſipelatoſus, aut herpetibus ſimilis apparuerit. Rurſus calor thoracis id oſtendit, non naturalis, inquam: præterea vrinæ ipſorum, quarum quædam ſunt tenues aquoſæ, quædam turbatæ, eum ſublimamento ad ſpeciem telæ araneæ, ad modum lanæ congeſtæ, quæ ſignificant mortem, ſicuti in aliis color, ſubſtantia, contentum, vt ſedimen album, læue & æquale: ſignum eſt ad ſalurem tendere hecticam peſtilentem. Ex oculia etiam, nam oculi inter lauandum ealidi ac flammei ipſis fiunt, ac tales permanent in peſtiferis febribus. Hæc ſigna ſcribit loco citato, quæ oſtendont peſtilentem hecticam, quæ ex pulſu non deprehenditur, ſed medicis imponere ſolet. In his hecticis febribus nonnunquam fit, quod barbari, vt ſignum peſtiferæ febris ſcribunt, nempe & pulſum, & vrinam noo mutati magna mutatione, quoniam calor oon occupat humores, ob idque non mutatur vrina, niſi fortè ad facultatem ipſam naturalem malum peruenia, tunc enim mutantur vrinæ modo dicto. Pulſor verò ob febris paruitatem, & humorum contrariam temperaturam, non mutantur magna mutatione. Quod barbari oe olfecerunt quidem, ignoraotes id eſſe verum in hecticis peſtilentibus, & io quibus ſalus ſperatur. Ad ea tamen quæ adduximus in contrarium dicemus. Ad primum, quod videtur probare ex febribus peſtilentibos quaſdam eſſe diarias, cooeedimus ſpiritum primò alterari, non tameo pati calorem factum, qoi febris peſtilens ſit. Aut enim in ſpiritu ſolo figitur, & nõ erit peſtilens, aut figitur in membro, aut humore, & erit aut hectica aut putrida, quales ſunt omnes febres peſtilentes vt diximus.

Ad ſecundum, concedimus nonnullas ex peſtilentibus febribus eſſe acutas, & à putredine humorum ortas, concedimus pariter ægros eſſe alendos frequentius, quemadmodum præcipit Celſus lib. 3. cap. 7. dandaque opera eſt quantum fieri poteſt vt inter opportunam abſtinériam cibóſque opportunos obmiſſis cæteris nutriatur. Nam & ij quorum facultas imbecilla eſt, cum humorum corruptione frequenter ſunt alendi, ſed in parua quãtitate, apud Gale. 1. ſect. Aphor. commen. 17. Talis eſt peſtilens putrida, in ea enim facultas eſt languida & humores valdè corrupti. Præter id quòd eorum ſpiritus freqoenter reſoluitur, qoi per alimentum refici debet. Adde quòd qui ciborum magnam auerſionem patiuntur, ad alimenta cogendi ſunt, vbi eis non adhibeatur cibus vltra menſuram. Rurſus ciborum inappetentia vt malum ſignum ſcribitur ab Hipp. lib. 3. de mor. popo. par. 3. ſectio. 57. de peſte illa affectis loquente, cùm ioquit: Omnes autem cibos auerſabantur, atque ex omnibus perſcriptis in qooa aliquando incideram, multi, maximè ij atque alij ex his, & ex aliis qui perniciosè habebant: & Galenus in commen. fortiores itaque, qui ſeipſos eogentes, ingerebant qui adminiſtrabantur cibos, omnes ferè ſeruati ſunt, plorimi verò mori elegerunt potius, quàm aliquid ingererent.

Ad tertium, de mutatione polſus & vrinæ diximus in hecticis peſtilentibus non ſemper adeſſe in his duobus magnam mutationem: beoe tamen in putridis & in quibuſdam ex ipſis hecticis, quæ ſunt pernicioſæ, de quibus ad Galeni mentem diximus. Putatuot enio barbari non eſſe magnam ipſorum mutationem facta comparatione ad malitiam ipſarum febrium. Addiderunt etiam id eſſe intelligẽdum, in principio, id eſt, valdè iuxta principiom, quoniam in proceſſu magna fit in ipſis mutatio. Sed tamen vtrumque eſt falſum. Primùm quod non valde mutari dictum ſit, facta collatione ad morbi malitiam, falſum eſt. Nam nulla facta collatione, & abſolutè, verùm eſt pulſum & vrinam in qoibuſdam ferè nullam recipere mutationem: ita vt nec medici ipſos febricitare putent. Secundum etiam eſt falſum, id eſſe intelligẽdum in ipſo morbi principio. Nam apud Galenũ in febribus quibuſdam, hecticis dictis, pulſus nullam ferè recipit mutationem, & vrina ſedimentom habet album, læue & æquale, naturali ſimile, quando febres tales ſalubres ſuot. Si igitur quia ſalubres tale ſignom habent, ioxta ſummum vigorem id potius apparebit, quàm in principio. Quod ſi in principio, vt dicunt, apparet, noo eſt cur io talibus non appareat in vigore, quo tempore io omni ſalubri morbo apparere ſolet: atque idem indicat, morbum in vigore conſiſtere. Ad id etiam, quod Gale. in præſenti loco dixit: Omnes peſtilentes febres à putredine ortum habere dicemos: verùm eſſe omnes incipere à putredine aëris, & in humano corpore quaſdam eſſe putridas, quaſdam hecticas, pro diſpoſitione corporis patientis, quæ maior eſt in cordis ſubſtantia aut in eius humoribus. Nec tamen negamus fieri poſſe, vt in corde figatur, & humoribus putredinem inferat. Hæc ſimiliter docuit eodem lib. 3. de præſag. ex pul. cap. 3. Galenus. Quo in loco ferè eadem ſigna ſcripſit, quæ Thucidides loco citato, quæ peſtẽ oſtendunt à putredine ortam, licet non ſemper putrida, ſed nonnunquam hectica febris ſit.

Io ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm diſſident febres) diuerſam eſſe dicit generationem febrium ex bubonibus, & ex viſcerom ioflammationibus, ac putredine in vaſis amplioribus. Nam ex buboni-

bus,

bus,id eſt, inflammatiooibus quæ ſuot in carnibus adenoſis , febres diariæ procedunt. Ratio eſt,quoniam humot qui putreſcit , in loco cooclufus contioetur,oullum fumum edens, qui ad cot peruenire poſſit , ob diſtantiam , ac minimam cum cotde connexionem,& per anguſta vaſa, ſimplici tantum altetatione ad cor perueniente: quemadmodum in duobus exemplis adductis oſteudit de ſolis æſtu. Fit enim vt caput primùm incaleſcat , deinde calorem ad cot tranſmittat,febrémque efficiat diatiam. Rurſus in exercitationibus,fit vt ſuprà diximus. Atticuli enim primùm ac muſculi incaleſcunt , dein calor ad cor vſque procedit,& febrem diariam efficit. In ioflammatione tamen viſceris, & puttedinibus magnotum vaſotum, non tantùm calor, ſed & fumus ab humore putreſcēte eleustus, cotdi tranſmittitur. Quod per lata vaſa facilè fit,& à loco proximo,febríſque iode geoita putrida eſt. Thomas de Garbo,fieri poſſe inquit, vt ioflāmatio ſit in membro exteriori,& ſebrem putridam efficiat, vt ſi fuerit in parte cotdi ptoxima, & humor faciens inflāmationem ſit multus , & vaſa intermedia latiora. Sed id falſum eſt. Quoties enim inflammstio in membro externo fit , in anguſtis meatibus bumor concluſus continetur,ac vapot ibidem citcumſcribitur. Quod ſi aliquando contingat cum tali exterua inflsmmatione, aut vlcere, febrē fieri putridam, id non aliter fiet quàm vt apud Hippocratem dictum eſt. Ex bubonibus febres omnes malæ, exceptis diariis. Malæ autem febtes ex bubonibus , illæ ſuot,quæ ab inflammatione, & potredine intrioſeca ortum habent. Sola enim extetna in bubone inflammatio,febrem malam , aut aliam à diaria non efficeret , niſi in viſceribus accederet inflammatio, aut vlcus,aut in magnis vaſis puttedo. Sic etiā modò dicemus,ſi cootingat,cum externa aliqua inflāmatione, febtem putridam fieri, non ob ipſius magnitudinem,aut propinquitatem ad cor eueniet, vt putauit Thomas : ſed quoniam adetit in viſceribos ſimiliter inflammatio,aut in magnis vaſis puttedo, à quo loco fumus ad cor mitretur pottidam febtem faciens qui in extetoa inflammatione concluſua continereтur.

Hæc eſt vna diffetentia inflammationis internæ, ab exietna. Altera ſimiliter ſcribitur à Galeoo in præſenti:nam humot,qui cōtinetut in bubone, totus putreſcit intra diem,aut duos dies,in viſceribus verò panlatim procedit putredo,ſicuti & in his putredinibus,quæ intra vaſa ampla ſunt. Nā putredo, qoæ eſt in exierna inflammatione , tota finitur integrè puttreſcente eo humore , qui cooeluditur in ipſa,ſine eo quòd pars humoris ptoxima inficiatur. Vetùm putredo orta ab interna inflāmatione , non finitur , quamuis totus bumor ioflammationis putreſcat:ſed ab ea puttedine vapor eleuatur, qui humorem proximè exiſtentē putreſcere faciet,& rurſus alterū,altero propè accedēte. Id enim perpetuò fit,dooee humot qui putreſit,in inflammatione ioteroa totus finiatur. Accedūt enim ſemper alij,qui puttedinē recipiūt ampliorem. In magnis ſimiliter vaſis exiſtente putredine, pars putrida humorē quē cōtigerit putrefaciet,& longius protrahetur puttedo , nouo ſemper humore per contractū prioris alterato atque corrupto , donec totus aut coquatur, aut diſcutiatur. Horum exemplum eſt ioter inflammationes internas morbus lateralis , cui non tantùm febris continua accedit , ſed ſæpe videmus repetentias tertianas , nouo bumore per tettium putteſcente, & in magootum vaſorum puttedinibus. Tettiana continua nobis oſtendit alium atq; alium humotem contactu ptioria putrere,& aliam efficete acceſſionem. Præter id quod in cōtinuis ſine aceeſſionibos ſēſim diſcutitur,qui primo putrere cœpit,ſenſim quoq; alius ad puttedinem accedit. Sic etgo io his omnibus putredinis tēpus prorogatur.

In tertia patte,quæ incipit (Sed vt vno verbo dicatur) voum ſimile vniuerſale adducit eorum quæ dicta ſunt de febribus diariis,& puttidis, per quod diſtioguere docet febres puttedinis à diariis. Diariæ namque finiuntur ſemel extincto calore:puttidæ verò ſerpunt ac tepetūt,aut continuæ ſunt. Repetuot,vbi puttcat humot extra vaſa vt de ſtercote docet exemplum in præſenti patte: continuæ ſunt, vbi io vaſis putreſcunt , de quibus cap.ſeq. Simile vniuerſale eſt bimembre: ſingula verò membra particularibus probat exemplis. Simile in externis rebus eſt eorum quæ incaleſcunt. Quędam enim concipiuot calorem abſque putredine. Quædam verò cum putredioe. Exemplum primi membri eſt lapis, aut lignum : hæc enim ſimilē diariis febribus recipiuot caliditatem,quæ ad certum terminum extenditur , nempe donec tefrigeretur , tefrigetatur tamen ceſſante cauſa calefaciente,ſuperueniēte quoque cauſa infrigidante. Sic etiam fit in diariis febribus : vbi enim calefaciens cauſa diſcutitur , hoc eſt, ſpiritus ipſe in quo calor continetut productus à cauſa prægteſſa, aut bubonis inflammatione, ceſſat febtis. Maximè quoniam naturalis temperatuta intemperiem ab ipſo incaleſcente productam corrumpit,& ad priſtinum ſtatū reſtituit. Sic in lignis à ſole calefactis fit : lignum enim reſtituitur ad naturalem temperiem, vbi ſol caleſaciens recedit, accedente aëris temperie frigidiore. Neque enim putate opotter,vt ferè tota philoſopbotum iuniorum ſchola,calorem ligni,aut ferri corrumpi per abſentiam conſeruaotis. Impoſſibile enim eſt rē aliquam permanentem , quæ aut ſubſtantia ſit , aut agens contrarium babeat, cotrumpi per ſolam abſentiam conſeruantis. Si enim calor ferti corrumpitur,ſettum loco caloris recipit frigiditatem:erit ergo cauſa aliqua talem inducens frigiditatem. Cauſa igitur illa poterit oihilominus calorem corrūpere , quàm frigiditatem introducere. Atque proinde dicemus potius à contrario calorem ferri,aut ligoi corrumpi,quàm pet abſentiam conſeruantis. Licebit tamen id tantùm aſſerere , ob abſentiam generaotis faciliùs cottumpi qualitatem à ſuo contrario. Io hoc tamen exemplo noo confertur calor ligni calori bubonis : is enim non tantùm putridus eſt , ſed & totum humorem iotra diem aut duos putrefacit, ſed ad calorem febrilem, vterque enim ſine putredine eſt,& breui ceſſat.

Secundū mēbrum ſimilitudinis adductæ eſt, eorum quæ in exteriotibus calorem cum putredine concipiūt. Talea ſunt ſebres omnes puttidæ. Io illis eoim nō tātùm putret ac iocaleſcit humor,ſed corpora ſuſcipientia ſimul cum calore puttedinem concipiunt,quæ ſerpit per eos bomores, qoos contigerit talis putredinoſus calor. Neque tamē finito in ſubiecto calido, ipſo calore, finitur in totum calor , quemadmodū in primo membro de diatiis diximus, & in exemplo lapidis, aut ligni. Sed finito iam calore in patte quæ primū ipſum ſuſcepit , aut diſcuſſo, aut excreto bumore primum putreſcente, alter iofectus relinquitur,qui putredinē conſeruat, & motbum protogat. Huius membri exemplum ſcribit quod vidit in agro in ſtercore pecudū,& columborum ſimul mixtis, ea tamen à ſole incaleſcebant,atq; fumum à ſe mittebāt, qui appropinquaotiū lædebat nares,erāt quoq; adeo calida, vt manus

ac

ac pedes tangentium deurerent. Nec tamen calor primò in parte aliqua introductus à ſole,perpetuò durabat, ſed quantum primo die ad ſummum calorem perueniebat,id refrigerabatur, tenui & humidiore parte, caloris vehementia diſſoluta, ceſſabat autem calor diſcuſſo ſubiecto caloris. Sequenti verò die pars alia de nouo ſimiliter accendebatur, & ad ſummum feruorem perueniebat: fiebántq; omnia ſicuti & prima die.Sic etiam diebus ſequentibus fieri intellige,quod manifeſtũ exemplum erat quotidianæ febris. Quod ſi idem duobus diebus ac noctibus eueniſſet,exemplum foret febris tertianæ,ſicuti & per tres dies ſimiliter facto, quartanæ, & ſi per quatuor quintanæ. Si tamen aliqua febris eſt quintana.Non enim vidit Galenus febrem aliquam manifeſte,quę aut quintana eſſet,aut ea rarior.Hoc exemplum quantam habeat diſſimilitudinẽ ab his, quæ in humano corpore fiunt, dicet lib.2. cap. 13. An tamen ſit febris aliqua quintana, vel ea rarior lib.1.de morbis popu.par. 3.ſect. 2. & 17. meminit Hippocrates quintanæ,ſeptimanæ, & nonanæ. Vt tamen Gal.in cõmentario refert in progn.& Apho. nunquam harum meminit. Verùm quod hîc negat, ſe vidiſſe apertè febrem aliquam repetentem per maiora interualla,quàm quartana,id neq; Hipp.vidiſſe vnquam conſtat Gal.enim lib.3.de morb.pop. par.3. commentario 63. credit prædictas ſententias Hipp.non eſſe,dicens: Simus itaque etiam memores quod cùm primo epidemiorum & ſecundo,multos ægros memorauit ſeorſum, & conſtitutiones totas expoſuerit, nuſquam tamen quintanã vel ſeptimanam,vel aliam quandam multorum dierum febrem ſcripſit,ſicuti neq; in tertio epidemiorum,neque in ſuperioribus,neque in ſequentibus ad finem vſque. Ex quibus ſubit ſuſpicari de his quæ in lib.1.epidemiorum ſcripta ſunt, quòd inſerta videantur vbi vult & alias quaſdam eſſe plurium dierum, quàm quartana ſit,febres. Promittit etiam ſe dicturum de febribus per acceſſiones repetentibus,id facit libro ſecundo cap.13.& ſequent.

CAPVT VIII.

PVtredo autem humorum,quæ fit in vaſis,ſimilis putredini quæ in inflãmationibus fit, & ab abſceſſibus & alijs phymatis, duplex quidem genere eſt: ex permiſtione autem duorum generum, alia tertia varia ſpecie exiſtit. Siquidem & mixtionis modi,quum alterum genus maioris minoriſque ratione ſuperet & ſuperetur,facilè numerari non poſſunt,ſed ex duobus generibus,alterum quidem fit,ſuperante natura,alterum verò euicta. Superante quidem, vt per inflãmationes & phymateſes tumores omnes pus, in humoribus autem venarum & arteriarum id quod ſubſidet in vrina proportione puri reſpondens. Atque hæc putredo non ſimpliciter putredo cenſetur,ſed etiam habet aliquid concoctionis,manente enim adhuc concoquendi facultate vaſorum, putreſcens tunc humor ad talem alterationem deducitur. Porrò alia eſt putredo concoquendi facultate adeò debili,vt nulla mutatio ad benignum putreſcentis excrementi efficiatur. Quod fit interdum illa extremè debili:quamuis putreſcẽs humor ſit modicè prauus, interdum autem facultas ad extremam debilitatem minimè
2 deducitur:ſed humore extremè prauus exiſtit. Huiuſmodi excrementi putredo,neque conſiſtentiam, neque colorẽ, neque odorem habet vnum: ſed putreſcens humor ſemper ſecundum ſubſtantiam permutatur ac variatur. Altera verò putredo quam & concoctionem eſſe diximus, in vnam ſpeciem puris ſemper mutatur,& colorem,& cõſiſtentiam, & odorem. Vbi igitur natura ipſa omnino ſuperet,pus optimum gignitur,viſu cãdidum ac craſſum,& ſibi ſimile vndique:leue autem tangenti, ac minimè fœtidum. Quod ſi 3
velut ſemiputridum fuerit,tertium genus in tali mutatione(quod paulo ſuprà diximus)conſiſtit. Porrò diximus tale genus maximè multiplex eſſe. Nam quod magis ac minus recipiat concoctionem, innumerabiles differentia eſt. Sæpe enim candidum effectum, aut fœtidum eſt, aut tenue conſiſtentia quandoque verò non candidum, ſed liuidum apparet, atque in omnibus hic magis & minus eſt infinitũ. Cæterùm quot in abſceſſibus putredinis differentiæ ſunt, 4
tot in febribus ex putredine accenſis vrinarum formæ exiſtunt. Optima enim quæ putrido humore ea virtute quæ cõtinentibus vaſis inſita eſt,candidum,leue,æquale,ac minimè fœtidum ſedimẽtum habet. Peſſima vero maximè contraria huic eſt. Ea verò quæ media eſt, quæ magis alteri earum propinquat,tanto melior aut deterior eſt. Sed de vrinarum differentia libro de iudicatoribus docuimus.

COMMENTARIVS.

QVoniam in cap.pręcedenti docuit diſtinguere febres diarias à putridis, & exemplum putredinis,quæ fit extra vaſa adduxit, ſtercoris putreſcẽtis, modo de putredine quæ exiſtit intra vaſa, loquens,ſimilitudinem affert humorũ qui putreſcunt in tumoribus præter naturam.Cap.in quatuor partes diuiditur. In prima comparat putredinem humorum qui ſunt in vaſis ei,quæ fit in tumoribus & phymatis. Verùm quæuis harum duplex eſt: nam quod putret ſiue in inflãmatione,ſiue in vaſis, aut alteratur natura ſuperante,aut ſuperata integrè, hi ſunt duo modi putredinis. Vbi tamen neutrum integrè ſuperauerit,tertia quædam putredinis ſpecies conſurgit,mixta ex duobus extremis,& duorum extremorum actionibus,nempe caloris naturalis,pręter naturam. *Putredinis tres ſpecies.* Vincente igitur integrè natura in tumoribus præter naturã,pus generatur, ſiue ſint inflammationes, ſiue tumores phymatoſi, qui celeriter augentur,ac tendunt ad ſuppurationem.In vaſis tamen integrè vincente natura, ſedimentum generatur,quod ſubſidet in vrina. Hanc autem putredinem,non licet ſimpliciter putredinẽ appellare: habet enim aliquid coctionis,quandoquidem manente ac conſtante adhuc coctrice facultate vaſorum, exercetur. Altera putredinis ſpecies eſt,per quã humor,qui putreſcit nullam mutationem ad bonũ recipit,neque aliquod naturæ opus oſtẽdit. Quod fit aut natura ſummè languida,quamuis humor nõ ſit in extremo prauus, aut humore peſſimo, quamuis natura non peruenerit ad ſummum languorem. Ex his duobus modis intelligenti conſtare poteſt nullã mutationem in humore fieri ad bonum, vbi ambo coniungũtur,ſummus lãguor facultatis,& extrema humoris malitia. Hæ ſunt duæ extremæ alterationes,quæ in humano corpore contingunt, ex quatũ mixtione,vel vt melius dixerim ex cauſatũ efficientium mixtione,medium quoddã confici ſolet,quod neque adeo bonam oſtendit putredinem, ſicuti ea quæ apparet in his quæ integro naturæ dominio fiunt,neq; adeo malã,vt quę ſecundo loco dicta eſt, quę nullã demonſtrat naturæ actionem circa materiam. Cùm tamen dicimus bonam putredinẽ,quam etiam coctionẽ appellamus, cum Galeno alterũ tenere extremũ & integram naturæ victoriam oſtendere,id non ſimpliciter intelligendum eſt,ſed inter eas alterationes, quæ fiunt circa humores, qui putredinem paſſi, in noſtri corporis ſubſtantiam non patiuntur mutationem. Meliorem namque mutationem patiuntur humores vbi actio naturæ verſa-

tur

tur circa bonos ſuccos,aut circa eos,qui ſemipútridi cùm eſſent,ad benignum à natura fuerunt mutati,quod fit vt Galen. docet lib. 11. de method. medend.Quam etiam mutationem dixit lib. artis medicinalis cap.89.eſſe alterationem quæ facit ceſſare putredinem manente ſubſtantia. In his igitur qui boni ſucci non ſunt,neque ad bonum mutationem recipiunt,optima diſpoſitio eſt quæ à natura fit,ſuperante integrè,in tumoribus præter naturam pure genito,in vaſis verò cùm in vrina pars ſecernitur, quæ ſubſidet, eum colore & ſubſtantia quæ dicentur.Qualis etiam eſt in humoribus qui à putredine non occupantur,aut poſtquàm occupati ſunt, fuerunt ad bonum reducti, quando ex ipſis, natura vincente,aut ſemen in vaſis ſeminariis & teſtibus generatur,aut in ſingulis particulis ſimile parti: id tamen eſt, quod agnoſcitur in nutritione & augmentatione.Hæc enim ſunt naturæ opera, ſiue naturalis facultatis,ſiue altricis potentiæ, ſiue nutritoriæ facultatis,quam etiam Galen.altricem appellat, vbi circa bonum operatur ſuccum. Vbi verò circa malum;putredines fiunt occupato ſubiecto ab extraneo calore,tanto minus malæ, quanto magis in ipſis vincit naturalis calor,cum qui præter naturam, ac ſummè vincente minimè mala putredo, quam coctionem appellat,ſummè verò victa peſſima putredo,quæ nihil coctionis habet,medio modo ſe habentibus,medium quoddam fit,quod etiam coctionem & putredinem appellare licebit. Conſtat autem facultas naturalis, vbi particularum agentium temperamentum debitum ſeruatur, languet verò vbi diſtemperatur:diſtemperatur tamen, mutatione facta in aliquo primorum elementorum. Quòd ſi in fieri mutatio ſit, ac in primis tantùm qualitatibus conſiſtat,ex accidenti languor ſequetur:In eſſentia tamen, vbi non tantùm primæ qualitates menſuram excedant, ſed & ipſæ elementorum ſubſtantiæ, quod in facto eſſe mutationes dicimus.Hoc autem, ceſſante cauſa alterante, diu manet:ſed de his ſuprà diximus.

In ſecunda parte,quæ incipit(Huiuſmodi excrementi putredo) explicat qualem naturam habere debet id quod generatur in tumoribus præter naturam,victa facultate,& qualem ipſa vincente. Victa facultate id quod generatur,non habet ſpeciem vnicam,ſed diuerſam colore,& odore,& conſiſtentia.Ratio eſt quoniam vbi natura non vincit humorem,id quod generatur, potius inſequitur naturam materiæ quæ alteratur,quàm cauſæ alterantis.Cùm igitur materia quæ alteratur non ſit vnica, non erit vnicum ſpecie genitum,ſed tam diuerſum vnum ab altero, quàm diuerſa vna materia ab altera. Quàm diuerſa verò ſit,notum eſt. Nam ex humoribus quidam ſunt bilioſi,quidam pituitoſi, quidam melancholici:nonnunquam etiam ſanguis ipſe tanta copia occurrit,vt à natura nullo modo vinci poſſit.Ex particula quoque patiente non paruam recipiet differentiam,quia vbi languida fuerit, maiorem, aut minorem patietur intẽperiem caloris,aut frigoris: vnde diuerſa natura ſequetur eius,quod alteration̄ ſuſcipit.Hoc habet verum in diuerſis tumoribus,& vlceribus:ſimiliter in vnico vlcere, aut tumore.Cũ enim non fuerit vnicus humor, qui ad partem peruenit, non erit vnica ſpecies eius quod generatur. Quòd ſi facultas humorem,qui cõtinetur in tumore præter naturam,ſuperet integrè, id quod generatur vnicam habebit conſiſtentiam, vnum etiam colorem,& odorem,eritq; id pus optimum album, læue,& æquale,ac quàm minimè fœtidum,ſubſtantia craſſum.Tale eſt quod Hipp.progn.vltimo libri primi deſcripſit,dicens:Pus autem optimum album eſſe debet, æquale, ac læue,& quàm minimè fœtidum,huic verò maximè contrarium, peſſimum eſt. In cuius expoſitione nos ſingula, quæ in hac deſcriptione continentur patefecimus latè.

In tertia parte quæ incipit(Quod ſi velut ſemiputridum fuerit) explicat qualis ſit natura putredinis tertiæ ſpeciei,cuius ab initio capitis meminit,quando actiones caloris naturalis & præter naturam immiſcentur,neutro integrè vincente aut victo, cuius etiã innumeræ ſunt differentiæ maioris & minoris, ſumptæ ab eo quòd, id quod medio modo alteratur,plus aut minus ad naturam alterius extremi accedit,aut exactè medium tenere videtur. Contingit enim pus album eſſe,non tamen ſeruare optimi puris odorem, neque in conſiſtentia craſſitudinem debitam:non tenue malum eſt,ſicuti & valde craſſum,nonnunquam etiam colore deprauatum eſt,vt liuidum,ſic etiam de viridi dicemus. Non meminit nigri coloris,quoniam in hac media commutatione non euadet nigrum.Fœtidum tamen eſſe poteſt, quamuis album, quoniam manifeſtam poteſt habere putredinem,hoc medium, quod oſtendit fœtor, niſi pus fuerit actu frigidum aut ob nimium defectum innati caloris partis: fœtor enim eget euaporatione,quæ actuali calore fit:verùm id experiri licebit vbi digitis pus affricetur.Has tres putredinis ſpecies in duas tantùm colligit lib. 1. prog. comm.vltim.Vbi enim calor naturalis extremè languet,peſſimæ fiunt putredines,quæ ad ſecũdam attinent ſpeciem,aut calor non omnino languet,& fit actio mixta ex actione caloris naturalis & præter naturã.In hac actionis mixtione continentur duæ ſpecies dictæ in præſenti capite:in quarum altera calor naturalis omnino vincit,in altera verò medio quodam modo ſe habet. Iſtæ enim duæ ſpecies in hac vna differentia continentur, in qua diximus actionem eſſe mixtam.Nam in ſpecie in qua calor naturalis omnino vincit, in qua pus optimum generatur,actio non ſic optima eſt,vt caloris extranei nullam habeat mixturam,quandoquidem hæc alteratio nõ ſimpliciter optima eſt,ſed inter eas quæ verſantur circa prauos ſuccos non corrigibiles:de qua rectè dicemus eſſe mixtã actionem, atque hanc ſpeciem actionis mixtæ cõprehendere eam in qua pus optimum generatur,& eam qua pus generatur,non tamen optimum,ſed quaſdam habens optimi puris conditiones,& non omnes.Quas igitur in præſenti capite tres ſtatuit ſpecies loco allegato fecit duas, dicens:Si igitur natiuus calor de propria exorbitat temperie plurimum,tanquam in corpore inanimato putreſcit ſanguis:ſi verò vim quandã ſeruet,permixta quædam cõmutatio de cauſa per naturam,& item præter naturam efficitur, ſiquidem cauſa naturalis concoquit,præter naturam putrefacit, vtra earum magis exuperet per eam ipſam neceſſariò ſigna accedunt, tum caloris odoriſque,tum etiam conſiſtentiæ.In actionibus ergo,in quibus calor naturalis & præter naturam miſcentur, quamuis pus optimum generetur,mixta dicetur actio, et òtque omnes actiones quæ circa prauos ſuccos verſantur, aut omnino victo calore,aut mixta actione, naturali calore & præter naturam agentibus Hoc autem membrum licebit volenti diuidere in eam actionem qua maximè vincit calor naturalis, & eam in qua medio modo ſe habent caloris actiones, vt in quibus pus generatur,non tamen optimum.

In quarta parte quæ incipit (Cæterùm quòd in abſceſſibus)ſimiliter fieri dicit in humoribus, qui continẽtur in vaſis,& in abſceſſibus.Quemadmodũ

enim bumor,qui putreſcit in tumoribus præter naturam,vnam triũ recipit mutationem,aut optimam, aut peſſimã,aut mediam:ſic etiam in vaſis ſedimentum in vrina,ſecretum ab bumore putreſcente,aut eſt optimum,puri optimo reſpondens, album,leue, & æquale,& quam minimè fœtidum:aut peſſimum huic contrarium , vt nigrum,valde fœtidum. Aut ſedimentum mediam naturam ſeruabit , vt ſubrubrum,aut album,ſed inæquale.Similes igitur in vaſis & extra vaſa fiunt mutationes:in vaſis quales ſint docet vrinæ ſedimentum:extra vaſa verò pus,veluti in vlceribus & tumoribus præter naturam. Sed de vrinarũ differentiis lib.1.de Criſib.c.12. latius egit.

De natura contentorum in vrina , ac de optimo contento diximus lib.2.prog.in expoſitione 26.An tamen ſit excrementum ſecretum in iecore & venis ab humoribus ibidem contentis : an pars chyli geniti in ventriculo diximus fuſius lib.1.prognoſt. in annotationibus vltimi commentarij , ad quem locum breuitatis gratia placet lectorem remittere.Ibi enim quæ longis ambagibus , & multis paginis ab aliis dicta ſunt,nos breui admodum comprehendimus,& veritatem ac Galeni mentem expoſuimus.

Vbi legitur (vrinarum) in Græcis codicibus omnibus legitur τῶν ἐμφερομένων τοῖς οὔροις , hoc eſt, eorum quæ in vrinis inuehuntur. Quæ litera cum doctrina Gal.ſtare non poteſt:nam in hoc loco ſimiles differentias bonitatis & malitiæ contẽtorum in vrinis vult eſſe,differentiis humorum,qui in tumoribus præter naturam continentur,& in ſedimento vrinæ id ſtatim exemplum apponit : At ἐμφερόμενον, id eſt,quod in vrina inuehitur,tantùm ſignificat appendiculum non nebulam, aut ſedimentum. Non igitur hîc Gal.de his quę inuehuntur ſermonem adſtringit.Quod tamen ἐμφερόμενον, id eſt, quod inuehitur,ſolum appendiculum ſignificet,docuit lib. 2. progn.comment.29.vbi,cùm Hipp.dixiſſet , νεφέλας ἐμφερομένας, id eſt,nebulæ , quæ inuehuntur : dixit, Gal.per verbum,inuehuntur, oſtendit nobis intellexiſſe appendiculum:illa ergo vult Galen.eſſe,quæ vrinis inuehuntur. Legendum igitur, τῶν ἐμφαινομένων τοῖς οὔροις , id eſt, eorum quæ in vrinis repræſentantur.Quæ litera omnibus vrinarum contentis eſt communis,quo modo Leonicenus legiſſe videtur. Cæterùm circa præſens caput de putredine , & coctione nõnulla dicenda ſunt, ad ſtirpãdas quorumdam iuniorum medicorum ſectas.Porrò putredinis naturam explicuit Ariſtot.lib.4.meteorolog. cap.1. dicens:Eſt autem putrefactio proprij naturaliſque caloris in vnoquoque humido exiſtentis,ab externa caliditate corruptio,ea autem eſt quæ in eo quod circunfunditur ac cõtinet exiſtit. Corruptio genus eſt in diffinitione continens putredinem & multas alias corruptiones vt diuiſionem , diſſolutionem & vſtionem.Dicimus tamen ipſam eſſe corruptionem , quoniam per eam mutationem forma à materia ſeparatur,corrumpitur autem immediatius calidum innatum rei quod in bumido exiſtit,forma verò mixti corrumpitur mediatè,& ad corruptioné diſpoſitionum conſeruantium ipſam.Nam calidum innatum,cui humidum ſubiicitur,formam in materia cõſeruat,quod in mixtis animatis maximè conſtat,ſed & in aliis omnibus mixtis,nihilominus verum eſt. Innatus autem calor temperamentum eſt, quod vnumquodque mixtum ex prima compoſitione elementorum adeptum eſt per calorem , diuerſum in ſingulis mixtorum ſpeciebus, ex diuerſa primorum elementorum mixtura.Cauſam efficientem huius corruptionis explicat dicens:Ab externa caliditate;externa vero caliditas eſt,inquit , quæ in ambiente continetur.Exemplum poſuit in aëre ambiẽte,à quo maxima ex parte putredines ortum habent,quamuis in humano corpore,& reliquis animalibus venæ & arteriæ,quæ humores continent, vbi extraneam & non naturalem caliditatem contentis humoribus impartierint , ea ad putredinem moueant.Continentis quoque rationem in humorum putredine habent vapores,qui ab ipſis humoribus eleuantur,& non tranſpirant.Hoc itaque vnum eſt neceſſarium, vt extraneus , & non natiuus ſit is calor qui innatum corrumpere debet:corrumpitur tamen calor à calore,quoniam eum à mixtione educit,& ſeparat,exhalante enim humido exhalat calidum,& humidum à ſicco ſeparatur. Apud Ariſtot. namque per calidum innatum caliditatem intelligimus,non ſubſtantiam. Per bumidum verò ſubſtantiam humidam in qua calor dictus exiſtit.Inde fit vt calidum innatum rei quæ putreſcit in debita mixtione elementa continere non poſſit. Quod multis aliis occaſionibus euenire poſſet,vt à nimio frigore calorẽ natiuum vincente , ita vt ſubiectum deinde ab externo vincatur calore ; ſuperéntque externus calor & interna frigiditas, quorum communis eſt affectio, putrefactio. Quæ verò ab externo frigore occupata nunquàm amplius ab externo calore vincuntur,concreta potius ac gelata dicuntur : ſuccedente verò calore non natiuo,putrefactio ſequetur, ab externo calore natiuo ſuperato.Hæc putrefactio à calore & humiditate ortum habet , quæ ſunt putredinis principia,vt diximus ex Gale. qui hanc lib. 11.de meth.med.explanauit dicens:Quæ igitur eſt *Quæ ſit putredinis natura.*
putredinis natura? mutatio totius ſubſtantiæ eius quod putreſcit ad corruptionem ab externo calore. Appellat autem externum calorem, non proprium, non natiuum,non genuinum.Hæc definitio eadem omnino eſt cũ ea,quam ex Ariſt. explanauimus.Sed tamẽ contrarium verum videtur,nempe aliquã eſſe corruptionem innati caloris ab externo,quę tamen non eſt putrefactio,ſed aduſtio,quæ enim vruntur, innati caloris corruptionem patiuntur ab externo calore. Quidam dixerunt eam eſſe differentiam inter putredinem & vſtionem, quòd putredo eſt motus naturalis,vſtio verò violentus:volentes ea quæ putreſiunt habere factam extraneam caliditatem, quæ tamen vruntur,fientem. Quæ verò externum calorem factum habent , internum habent principium ſuæ corruptionis,ſed quæ ab interno principio corrumpuntur,naturalem patiuntur corruptionem.Erit igitur putrefactio naturalis corruptio,calorem namq; factum internum principium volunt. Id quod Ariſt.voluiſſe ferunt lib.4.meteo.c.1.Vſtionem tamen omnino violentam eſſe dicunt, quòd à principio extrinſeco ipſam in totum fieri conſtet. Quod longiſſimè à veritate aberrare notiſſimum eſt,ipſis quoque philoſophiæ tyronibus.Quæterem enim ab ipſis,an principium aliquod dicatur rei intrinſecum,quia in re ipſa exiſtit,an quia innatum & proprium rei ipſius eſt?Si primum , ſequitur quòd calor vrens ſimiliter erit intrinſecus,quoniam intra rem ipſam vſtam eſt,cùm ſemel ipſa fuerit inflammata,vt in lignis accẽſis.Pręterea qui moritur ex febre,naturaliter moreretur,moritur enim ob corruptionem,quæ fit à calore intrinſeco, qui eſt in ipſo corpore morientis. Quod tã de factis,quàm de fientibus probat.Si ſecundum , conſtat neque putrefacientem neque vrentem calorem eſſe innatum, neque proprium,ſiue factus ſit,ſiue fiens.Præterea illa mors naturalis eſt, quæ à principio intrinſeco fit, *Quænam ſit mors violenta & naturalis.*
paulatim calido humidum abſumente,ac nulla cauſa præter naturam obuiante,ſed proceſſu temporis

agen

agentibus principiis. Quam explicuit Ariſt.lib.de morte & vita, dicens:Obitus atque corruptio violenta quidem caloris extinctio ac marcor (his enim vtriſque de cauſis calor extingui poteſt) naturalis verò, eiuſdem marcor, ob temporis tranſacti longitudinem proueniens. Et Gale.lib.de marcore, latè docet mortem naturalem, quæ caloris naturalis actionem neceſſariò ſequitur, ſicuti & primo lib.de ſanit.tuend. Quod verò Ariſtote. dixiſſe ferunt, falſum eſt:ipſe enim non voluit putredinem eſſe naturalem motum, ſed dixit: Simplici autem generationi contrariũ maximè commune, eſt putrefactio. Omnis enim corruptio quę natura fit, ceu ſenectus, & arefactio, ad eã ducit. Voluit ergo naturalẽ corruptionem ad putredinem deducere, non ipſam putredinem eſſe naturalem. Verùm aliorum nugis prætermiſſis, quod verum eſt id tãtum in præſentia referemus. Calor qui corrumpit mixtum, aut miſcetur humiditati, aut ſiccitati: hæc enim duæ tantum cõbinationes ſunt poſſibiles calori. Humiditas verò aut eſt aquea, aut aërea: ſi aquea, quæ in ipſa alterantur nonnunquam putreſcunt, vt cùm humiditas remiſſo iungitur calori, nonnunquam verò elixantur, vti cùm calor vehemens eſt, & aquam ebullire facit. Cæterùm vbi calor cum aërea miſcetur humiditate, putredinem infert. Si tamen calor ſiccitati iungatur, aut vehemẽter alterat, taliſq; alteratio vſtio, aut aſſatio dicetur, aut leuiter, & erit reſolutio

Putrefactio quid. ſine vſtione. Putrefactio igitur, alteratio eſt, à calore humido, qui innatum corrumpit calorem rei quę putreſcit, ſimul humidum educẽdo. Cæterùm celerius corrumpit calidum quàm humidum. Vnde fit vt calidum innatum proprium humidum regere nõ valeat, ac fiet putrefactio à calore humido, qui non eſt natiuus calor, quamuis ad finem ſingula quæ putreſcunt ſicciora reddantur, & fiant fimus ac terra, vt inquit Ariſtotel. Non vt barbari nulla conſideratione habita dicunt, quæ putreſcunt ad finem in cinerem verti, Niſi ad finem calor ſiccus redditus eſſet, vt dicemus lib.s.cap.16. Cùm tamen calor ſiccitati iungitur, vbi vehementem ac celerem fecerit mutationem aſſabitur, & vbi vehementiſſimam vretur, id quod patitur alterationem calido externo vincente ac ſuperãte calidum, ſimul etiam educente humidum, verùm multò celerius corrumpitur humiditas, caliditate, vel ſaltem æqua celeritate, quod ſatisfacit ad hoc vt calidum non reddatur debile, ad humidum collatum, ipſis pari menſura deficientibus. Talis itaque alteratio à calore ſicco fit, quod ſentent. Ariſtot. confirmat, lib.4.meteo.cap.3.dicen-

Aſſatio quid. tis: Aſſatio coctio eſt, quæ ab arido & alieno calore efficitur, vbi parum infra dixit: Et aſſum per exuperantiam aduſtũ eſt. Si igitur aſſum vſtum redditur, vbi modum exceſſerit, & aſſatio à calore cum ſiccitate fit, fiet quoq; ſimiliter vſtio. De coctione præterea nõnulla dicenda ſunt ex Ariſt. & Gal. doctrina. Ille enim lib.4.meteor.cap.2. coctionem defini-

Coctionis definitio. uit dicens: Coctio eſt perfectio quæ à naturali proprióque calore ex appoſitis fit paſſiuis, quæ ſua cuique materia exiſtunt. Quàm rectè ipſam Ariſt. definierit, hinc conſtat: nam quod dixit, perfectio, motum quendã intellexit, per quem id quod mouetur, perficitur, eo modo quo dicimus calefactionẽ motum ad calorem, & ita perfectionẽ motum ad formam, quæ eſt perfectio. Hæc autẽ forma aut eſt ſubſtantia rei, aut aliud ab ipſa, quapropter dixit Ariſt. coctionis finem quibuſdam eſſe formam, naturam, & eſſentiam: quibuſdam certam quandam formam. Exemplũ 1. vt cum ex ſanguine caro generatur, aut aliqua corporis particula, finis enim illius motus, forma viuentis eſt, & ipſius eſſentia, quæ in materia ſanguinis generatur. Exemplũ 2. in humoribus qui putreſcũt, vbi tales euaſerint, vt ſub forma puris, aut ſedimenti, aut in ſumma, à natura fuerint ſuperati. Coctio igitur ab Ariſt. definita, de ea quæ circa bonos ac malos ſuccos exercetur dicitur, quoniam alimenta per balnea, & id genus alia coqui dicit, licèt principij vicem internus calor occupet, & cap. 3. lib. citati dixit: Alimentum in ventriculo coqui, & in fructibus alimoniam. Quam coctionem, maturationem appellat, quæ circa fructus & fructuum alimenta verſatur, & omnis talis circa bonos ſuccos exercetur. Dicitur quoq; coctio de ea quæ verſatur circa prauos ſuccos, qui vel corrigi poſſunt, vel nõ, prioris exemplũ apud Ariſt. eſt, cùm humor qui putreſiebat, aut incaleſcebat, talis ac tantus euaſit, tũc enim vtilis eſt, & coctionẽ recepiſſe dicitur. Vtilis verò non eſſet niſi correctus foret. Eorum qui corrigi non poſſunt, eſt exẽplum in vrinis, & deiectionibus, & tuberculis coctis. Apud Galenum verò coctio de eiſdem dicitur. Eſt namque genus ad eam perfectionem quæ fit in bonis, & ad eam quæ fit in malis ſuccis, vbi generatim accipiatur: ſpeciatim verò de ea quæ circa bonos tantummodo verſatur, dicitur. In generali ſignificato definitur libro 2. de Rat.vict.acuto.comment.44. vbi Gal. loquit: Sic igitur bilioſorum humorum coctio exiſtit, & ſanguinis qui in phlegmone eſt in pus migrantis, intelligentibus nobis coctionis nomen, in ſuo vniuerſaliori ſignificato. Eſt autem vniuerſalius, cùm natura cauſis fortior fuerit, permutaueritq; eas ſuo robore. Ad hunc modum ea cocta dicentur in vniuerſum, quæ ſunt à natura victa, & ſuperata, quemadmodum loco citato dixerat de bile & ichoribus loquens. Verũtamen quoniam & talia vincit natura, cocta quidem conſueuit vocare Hippocrates excrementa huiuſmodi, quæ à natura ipſa euicta ſunt. Hanc ergo coctionem in vniuerſali voce comprehendi vult. Speciatim tamen accepta, aliquando dicitur tantũ de ea quæ fit in bonis ſuccis, quã definiuit lib.1.de morb.pop.comment.44. dicens, πέψις, id eſt, coctio in coquentis ſubſtantiam deductio quædam eſt, eius quod coquitur. Quemadmodum tertio de naturalibus facul. dixit: Coctio eſt alteratio ad propriam eius quod nutritur qualitatem. Poſſet quoque ſumi ſpeciatim pro ea quæ in malis ſuccis tantùm fit, & hæc πεπασμὸς propriè dicitur, vt lib.1.de mor.pop.par.citata dixit: Nẽpe, Coctio quædam eſt eorum qui præter naturam ſunt morbi, πεπασμὸς, id eſt, maturatio. Talis etiam eſt in eo loco vocabuli πεπασμὸς acceptio apud Hippoc. licet Ariſt. magis propriè ipſam declaret per coctionem quæ fit circa fructus & fructuum alimenta, quæ tũc perfecta eſt, quãdo ex ipſo ſemine ſimile vegetibus poteſt generari. Eam enim Latinè maturationem appellamus, ſicuti & medici non tantùm eam, ſed & illam quæ in prauis ſuccis fit. Alio quoque modo coctio accipitur apud Galen. in arte medicinali, cap.98. vbi dixit: Eſto enim ſi ita contigerit in humoribus putreſcentibus accendi febrem, indicatio in huiuſmodi eſt euacuatio, atque alteratio. Hæc quidem quæ putredinem finit manente adhuc ſubſtantia: euacuatio verò quæ totam ex corpore ſubſtantiam educat, ſed dicta quidẽ alterationis ſpecies cõcoctio exiſtit. Hæc tamẽ coctio circa prauos ſuccos corrigibiles verſatur. Si igitur quis interrogauerit, quando aliquid coctum eſſe dicemus? reſpondemus, quòd ſi coctio fit in bonis ſuccis, coctum dicitur quod in corporis familiarẽ qualitatem, eſt mutatum. Si verò ſucci praui fuerint, aut reducũtur ad

benignum, quod eſt corrigi, & de talibus dicemus coctum, quod eam eſt aſſequutum diſpoſitionem, vt alere poſſit. In malis verò non reducibilibus ad beoigoum, qui à coipore ſunt educendi, coctus aliquis dicetur, quando cſt à natuta ſuperatos, vt apod Atiſtot. loco citato cap. 2. Corporis excrementa cocta dicontur, quòd humorem à natuia vinci ſignificeot, & Galen. lib. 1. de mot. pop. comment. 46. inquit: Vt coococtiones fiunt natura morboſas caoſas ſupetante, ſic & ooo ſupetante contrarium. & 2. de rai. victus acut. comment. 44. Vetuntamen quoniam & talia euioeit oatura, cocta vocare conſueuit Hippo. Hanc victoriam calot natuialis efficit: nam ipſe coctiones omnes perficit, licet ab externo adminiculum accipere poſſit. Ipſum quoque adminiculum temperaium eſſe decet. De his ergo qoæ coctiooem perficiunt, nóoulla dicere hoc in loco viſum eſt mihi, quoniam hæc valde ex vſu ſuoi, & cognitione admodũ neceſſaria. Secludamus primùm coctiooem, qoá diximus facere ceſſate putiedinem manente ſubſtantia, hæc enim perfrigida & ſicca, maximè fit, quæ puttedinis cauſis aduetſantut, ac ipſam inhibeot: Coctio verò quæ io bonis ſuccis fit & io malis non reducibilibus ad beoignum, omnis à calote moderato fit, & à moderatè calidis iuuatur. Primum ex Ariſtot. conſtat 4. meteor. cap. 2. diceote, Atq; perfectionis exordium à nasiuo calore prouenit, quamuis aliquo externotũ adminiculo ad calcem vſque perduci ſoleat, quomodo alimentum per balnea, & id genus alia coquit. Verùm principij vicem inteious calot occupat. Apud Galenum tamen docebimus coctionem omnem talem à moderato fieri calote: nã lib. de cõſtitutione attis med. in vlcetum cutstione, his quæ coqui nequeunt, afferre docet moderatè calefacientia. Præterea 1. de mot. pop. pat. 2. comment. 44. ferè eandem cum Ariſto. loco eitato ſcribit ſententiam dicens: Et manifeſtum qoidem eſt, quòd malorum humorum coctionem mediocriter calefacientia omnia operantur, vt aliméta, fomenta, cataplaſmata, & de eis ſunt frictio moderaia & balneum. Idem lib. 4. de ratio. vict. acut. comment. 45. & 50. & lib. 5. de ſimpl. med. facu. vbi pariter à moderato calore omnẽ coctionẽ perfici, & per moderatè calida medicaméta adiuuari probat. Calidum innarum nãque coctionis priocipium actiuum eſt, non quidem quà calor, ſed qoà moderatus eſt. Quæ igitut ad coctionem iuuandam admouentur, aut calori natorali ſimilia ſunt, aut diſſimilia: ſi ſimilia pariter, vt naturalis calor moderata erunt, ſi verò diſſimilia calori noo erunt adiumento, ſed potius ipſius actiooem impedient, & ipſum à ſuo modetamine diſttahent. Docet quoqoe id quotidianum experimentum, nihil enim maius auxilium ventiiculo laoguenti afferre poteſt manu homiois temperata, aut quàm catulus canis ventri applicitus. Idem de coctionibus humorum, qui in vlceribus & tumotibus præter naturam contioentut probari, pari ratione poteſt.

Hinc conſtare poterit medicis qui ſyrupos, ſiue dulces ſuccos in potu præbent, eos nonnunquam proficere coctiooi, ooooùnquam verò ſolummodo præparatiooi ad expulſionem, & euacuationem per medicamenta purgantia. Si enim tales potiones temperaræ fuerint, vt aqua mulſa, coctionẽ molientur, quę naturali calore vioceote, & medicamento adminiculante perficietur. Si fuerint ſiccæ ac frigidæ, vt oxyzaccarum, proficient coctioni quæ facit ceſſare putrediocm, manente ſubſtantia. Si verò fuerint qualia oxymeli, & ſyrupus aceroſus, & quem de radicibus ouncopant, maximè valebunt ad præparationem humorum, ad expolſionem, ad quã ſummè præparant, quæ attenuant. Neque enim craſſiorem reddete humotem à vaſis, vi medicamẽti expurgantis educeodum, licet, quod medici ex Auicenoa io magoum ægrotantium incommodom exetcent, ſed hos alibi confutabimus.

CAPVT IX.

Ebres autem accenſas ex putredine humorum, alias à diariis eſſe exiſtimare oportet. Atque harum agnitio nequaquam difficilis eſt: quamuis impoſſibilis quibuſdam eſſe videatur, idque re ipſa milies indicauimus prima acceſſione ſedata, lotum ac modicè cibatum ad ſolitas operationes redire præcipientes: ceu poſteà non febricitaturum, & ita accidit. Vnum igitur ac pri- 2
mum indicium febris diariæ, eſt ab aliqua cauſa pregreſſa
Quæ ſit cauſa potiſſima febrium diariarum.
incepiſſe recenti, atque euidenti: quam conſueuerunt omnes
medici iuniores appellare cauſam procatarcticam, id eſt,
pregreſſam. Sed id quamuis inſeparabile ſit ab huiuſmodi
febribus earum proprium minimè eſt: quoniam & alia
nonnulla incipiunt, cauſa quadam euidenti pregreſſa. In- 3
ſeparabile verò & proprium eſt, vrina concoctio ſtatim
primo die: & ad hæc, pulſus in magnitudinem ac celerita-
tem inſignem auctio, ita vt frequentia per exteriorem quie-
tem minimè ſeruet proportionem. Magis præterea pro- 4
prium, atque inſeparabile earum indicium eſt, quòd con-
tractio minimè creſcat in celeritatem, vel ſi creſcat inter-
dum, id minimum eſt, ac cognitu difficile, & paulùm à
pulſu naturali recedens. Quinetiam caloris ſuauitas pro- 5
prium atque inſeparabile eſt talium febrium. Inſeparabile 6
verò & æqualitas & aſcenſus liber tum in caliditate, tum
in pulſibus, non tamen proprium eſt. Etenim quibuſdam
aliis ineſt: quemadmodum & ſtatus clementia. neque enim
id proprium eſt, quamuis his potiſſimum inſit. Ac melius
quidem fuerit hæc quæ communia ſunt, quòd per incremen-
tum ac vigorem diariis præcipuè inſit, inter propria repo-
nere. Sit enim ita, quamuis non res ſpecies, tamen optimum
certiſſimúmque talium febrium proprium ſimul atque in-
ſeparabile indicium: quemadmodum inclinatio quæ cum
ſudore aut madore: aut penitus vapore quodam ſuaui eſt,
quam integritas imperfecta excipiat. Atque his indiciis 7
febres diariæ, promiſcuè cognoſcuntur. Sed de ſingulis ſeor-
ſum ſecundum ſpeciem agetur.

COMMENTARIVS.

NAtraoerat Gale. ſupta caoſas, & modum generatioois febrium diatiarũ, atque puttidarũ, ac docueiat diuerſum modum caloris io diatiis & putridis: prętereà quales fiant pnttedines in vaſis, quales etiá extra vaſa. Iam verò ſigna ſcribit ſiogulorũ geoerum febrium; primò diariarum, quoniam iſtæ omnium ſont facillimæ. Caput ſeptem pattibus ſecatur. In prima reddete voluit cauſam quate de diariarum cognitione primo loco agat, qooniá inquit: Earum cognitio facilis eſt, quáuis oonnullis impoſſibilis viſa foerit. Facilem eſſe probat ſui exemplo, qui ſtatim finita prima acceſſiooe, id eſt finito termioo febris diariæ, lotum ac cibatum modicè ad ſolita negotia mittebar ægrotaotem, cognoſcens eam febris ſpeciem noo rediturá, quod ſic eueniſſe res ipſa docuit. Quamuis tamen de ſe exemplum appoſuit, oon tantùm ſibi facilem fuiſſe eatum febrium cognitionem exiſtimandum eſt, ſed cuiuis probè exercitato in ialibus dignoſcendis. Quod etiam allicete poteſt legentes ad ſigoorum ſctibendorum curam, ſpetantibus nobis facilem futuram earum

febrium

febriom noticiam,ſi ęis ſignis vtamor,quibus ionixus Gal.eas facilè cognoſcebat. Admonuit quoque in huiuſmodi exerceri lib.1.de arte curat.ad Glauc. cap.2.dicens: Sed cura quidem harum febrium in promptu eſt,at earum cognitio maiorem exigit diligentiam, de qua nemo ante nos quantum oportuerit ſcriptum reliquit. Id igitur eſt, quod vult Galen.facilè poſſe cognoſci febrem aliquam ex genere diariarū eſſe,maximè vbi medicus ſignis, quæ ſequuntur,vtatur.Poſſet autem quis inſtare,difficilem probans cognitionem diariarum medicis quoque exercitatis (ſi quis morbus ipſis cognitu difficilis eſt,)& ſimpliciter omnibus.Quoniam morbus omnis curatu facilis medico, eſt cognitu difficilis, ſed diaria eſt curatu facilis, ergo eſt cognitu difficilis medico: maior probatur primo exemplo in hectica,quæ in prima ſpecie, vt difficilè cognoſcitur,ita facilè curatur:& in ſecunda, quæ vt difficilè cognoſcitur,ita facile curatur: & in tertia, quæ vt difficilè curatur,ſic facile cognoſcitur. Sed ratione ex natura rerum monſtratur:nam ex rei natura ſatis conſtat,quod morbus,qui facile curatur leuis eſt,& ab ipſo facilè reſtituitur æger, qui tamen talis eſt, ſigna habet remiſſa ac ſymptomata ipſum oſtendentia leuia,ſed morbus omnis ſuis ſymptomatis deprehenditur,ergo difficilè deprehendetur.Leuia autem ſunt ſymptomata leuium morborum,quoniam per eos corpus parum à ſanitate recedit:per morbos verò magnos,magnus eſt receſſus à ſanitate,magna quoque ſymptomata,ex quibus facilis habetur cognitio morbi,difficilis verò curatio, quoniam per magnos morbos ægri difficilè reſtituũtur.Ad quod reſpondemus,quod cuiuſuis morbi duplex habetur notitia, vna per quam medicus indicat eum eſſe morbum atque hominem ægrotare.Altera per quã cognoſcimus,quòd morbus eſt huius,aut illius ſpeciei.Cum ergo cognitio morbi,qua morbus eſt,pẽdeat ex collatione ipſius ad ſanitatem,morbus paruus,quatenus à ſanitate non longè recedit, facilè curabitur:difficilè tamẽ cognoſcetur morbum eſſe. Quòd tamen huius aut illius ſpeciei ſit,non pendet ex collatione ad ſanitatẽ:facilè igitur cognoſci cuius ſit ſpeciei,nihil agit ad difficilẽ curationẽ Nam reſtitutio ſanitatis facilis,aut difficilis, ex diſtantia maiori aut minori,à ſanitate pendet, non ex ſpecie hac vel illa.Poterit igitur ſimul facilè diſtingui ab aliis ſpeciebus,facile quoque curari,vt tertiana exquiſita,facilè à quotidiana exquiſita diſtinguitur, facilè quoque curatur. Quòd itaque dixit Gale.febrem diariam facile cognoſci,voluit ipſam facilè ab aliis febribus dignoſci & diſtingui, nec tamen ob id ſequitur, ipſam difficilè curari. Difficile tamen cognoſcitur,quòd morbus eſt. Pauca enim ſign & minimè difficilia ſymptomata præ ſe fert diaria febris,& ob id facilè curatur,de hac tamen cognitione non loquitur Galenus.Cùm tamen dicimus difficilè ad aliquid relationem facimus,nempe ad alia febrium genera,quorum collatione,rectè dicemus, difficilius cognoſci hominem ægrotare, cùm patitur diariam,quàm vbi aliam febrẽ pateretur, quòd per ipſam homo minus à ſanitate diſtet.Quãto verò difficiliùs cognoſcitur, tanto æger ad ſanitatem faciliùs reſtituetur,quàm per alias febres.Quemadmodũ per alias febres faciliùs cognoſcimus homines ægrotare,quàm cum diariã patiuntur,difficilius tamen curantur ipſa diaria.Adde quod dicta ſentẽtia,morbus facilior cognitu,eſt curatu difficilior,& morbus difficilior cognitu,eſt curatu facilior, non ſemper habet verum:namque in morbis diuerſi generis aliquãdo fallit,quamuis in collationibus quæ fiunt intra ſpeciem nunquam fallat. Nam in febre tertiana exquiſita propoſita, medicus faciliùs cognoſcit hominem ægrotare,quàm per febrẽ quotidianam lentam,ſed a tertiana faciliùs homo vindicatur,quàm à quotidiana,ſicuti & diaria febris faciliùs cognoſcitur,quàm aqua intra peritonæum,nec tamen difficiliùs ipſa curatur. Vbi tamen diaria,diariæ,tertiana,tertianæ, lateralis laterali morbo confertur,qui faciliùs cognoſcitur,difficiliùs curatur.

In ſecunda parte quæ incipit (Vnum igitur) primum ſignum febrium diariarum ſcribit, quod eſt, incipere a cauſa prægreſſa. Quod ſignum inſeparabile eſſe dicit,non tamen proprium.Eſt tamen ſignũ aliquod proprium,quod conuenit ſoli,inſeparabile verò quòd omni conuenit.Sed poteſt proprium ſignum non omnibus conuenire,quemadmodum inſeparabile poteſt conuenire aliis. Proprium tamen atque inſeparabile ſolis conuenit, atque omnibus. Inueniemus quoque in ſequentibus ſigna propria non inſeparabilia,& inſeparabilia non propria, & propria ſimul & inſeparabilia.Is erit vſus in ſequentibus horum vocabulorum, ſignum proprium, ſignum inſeparabile. Signum tamen,quod in præſentiarum primo loco ſcribit, quod eſt incipere à cauſa prægreſſa,inſeparabile eſt,quoniam omnibus diariis febribus competit, non tamen proprium ſignum eſt. Quoniam conuenit aliis febribus, non diariis tantùm.Inueniũtur namque aliæ febres,quæ à cauſa prægreſſa incipiunt,vt putridæ,quæ ſæpiſſimè excitantur à cauſa prægreſſa vbi in corpore fuerit malorum humorum ſoboles. Eſt autem, vt inquit,cauſa prægreſſa:cauſa recens,ac euidens, quales ſunt cauſæ externæ,atque animi affectiones.Gal. lib.de cauſis morborum dixit: Quæ verò extrinſecus adueniunt,& vehementer alterant, mutántque corpus,eas prægreſſas appellant. Vnde ſequi videtur,non omnes febres diarias fieri à cauſa prægreſſa:nam à bubonibus fiunt diariæ febres,vt ſupra diximus:& hi nõ ſunt externæ cauſæ,ſiue extrinſecus aduenientes.Ad quod dicemus,quòd in lib.de cauſis morb.cauſas illas, dixit prægreſſas, quamuis & aliæ multæ ſint eis annumerãdæ,vt animi pathemata,& dolor,& motus.Et in præſẽti loco cauſas euidentes dixit prægreſſas appellari,de quibus eſt bubo Hæc enim eſt prægreſſæ cauſæ ratio, vt cauſa euidens ſit:nam hæ tantum inter genera cauſarum omnibus patent,ſiue fuerint alimenta,ſiue medicamenta,ſiue venena,ſiue aër ambiens,ſiue animi paſſiones,ſiue actiones,& euidentes cauſæ ſunt, & ſic à Celſo appellantur. Adde quod bubo cùm facit diariam febrem à cauſa prægreſſa oritur. Has cauſas appellant Græci προκαταρχόντας,& προκαταρκτικὰς & προφανεῖς & Galen.in præſenti loco φανερὰς αἰτίας id eſt,manifeſtas cauſas.

In tertia parte ſecundum ſignum febrium diariarum ſcribit,quod inſeparabile ac proprium eſſe dicit,nempe vrinæ coctionẽ, primo die apparentem, ad pulſum in magnitudine ac celeritate auctum, ita vt frequentia per exteriorem quietem minimè ſeruet proportionem. Vrinæ coctio primo die apparens morbum indicat, qui non conſiſtit in humoribus putridis,ſed qui cùm in ſpiritu conſiſtat, nullam manifeſtam mutationem in humoribus inducit.Fiet autem ſæpe,vt talis coctio nõ appareat in vrina,vt in his qui alio morbo aut cruditate, aut obſtructione laborant, verum id quod diximus ad febrem ipſam diariam eſt referendum,vbi nulla alia ratione impediatur. Talis apparebit itaque vrina, qualis per ſanitatem,aut parum colore mutata:non tamen ſubſtantia,aut contento. Continetur autem

vt inquit lib.1.de criſibus,aut ſedimentum, aut appendiculum bonum, aut nebula, vtcunque tamen bene coloratæ ſunt. Pulſus quuque in huiuſmodi febribus inſignem recipit mutationem ad magnitudinem,& celeritatem,& per quietem exteriorem proportionem non ſeruat: nam calor qui fumoſus non eſt,ſolam expoſcit refrigerationem. Talis eſt febris diaria,cuius rei gratia magnitudinem, & celeritatem adauget,vt melius vſui ſatisfaciat natura. Et lib.3.de præſagit.ex pulſ. cap.7. febrem diariam diſtinguit Galen.ab aliis, ab hectica magnitudine pulſus,& vehementia,& à putridis, ſi cum his contractio non properet,properat enim in putridis, in quibus aliquando alia duo inueniuntur,hoc eſt,magnitudo,& vehemétia.Quemadmodum verò constrictio in diaria febre non properat, quia non vrget vſus mundificandi, & excernendi fumos, ita quies externa longior eſt, quàm pro ratione diſtenſionis ipſam præcedentis, quæ minori tempore,quàm in ſanitate fit.Id verò eſt non ſeruare proportionem externam quietem:vel ad internam,vel ad diſtentionem. Ob eandem enim cauſam refrigerij fiunt breuiores,quies interna,& diſtẽtio. Hæc de pulſu nota ſunt,quæ tamen de vrinis dixit,dubia. Quoniam in aliquibus febribus putridis vrina ſtatim ab initio cocta eſt,vt in his morbis qui ſtatim conſiſtunt,vt inquit Galen.lib.1.de criſibus cap. 17. Quomodo igitur in primo die febris ad ſtatum perueniſſe cognoſcetur: quomodo aliter quàm ſi ſtatim habuerit ſigna coctionis? Igitur coctio primo die apparens non eſt proprium febrium diariarum. Dicemus,quòd non ſimiliter apparẽt ſigna coctionis in diariis febribus,& in putridis: nam in diariis ſigna coctionis apparebunt in primo die, & prima diei parte:& ſtatim in prima inuaſione. Sed in putridis non ſtatim in principio,quamuis in prima die poſſint coctæ apparere. Verumtamen vt Galenus inquit capite ſequenti parte 10.in febribus putridis primæ vrinæ ſemper apparent crudæ, aut obſcurè coctæ. Inſignis tamen nota coctionis nondum in ipſis apparebit, niſi à diariis in ipſas fiat tranſitus. Quales ſunt febres quædam continentes,in quibus Gal.quandoq; vidit prima ipſa die coctionis notas. Hæc ſigna quamuis duo ſint,vnius ratione comprehenduntur à Gale.cùm dixit eſſe proprium & inſeparabile.De iis tamen dicemus cap. 10.ſequenti.

In quarta parte tertium ſignum ſcribit,quod proprium & inſeparabile eſt,contractionem minimè in celeritate augeri:quòd ſi augeatur, id minimum & cognitu difficile eſt, & parum recedens à naturali pulſu. Quod dicit eſſe magis proprium ſigno prædicto,hoc eſt,pulſus augmento in magnitudine, & celeritate. Cùm enim in præſenti cap. propoſuerit ſigna ſcribere diſtinguẽtia febres diarias à putidis, nihil magis eas diſtinguere poteſt, quàm celeritas contractionis, quæ maximè coniuncta eſt putridis febribus & minimè diariis,cùm in ipſis aut omnino fumi praui non abundent magis quàm in ſanitate, aut adeò parum,vt augmentum contractionis celeritatis minimum ſit,& ab ea celeritate quæ in ſanitate habetur parum recedat,atque is receſſus ſit cognitu difficilis.Non accelerari cõtractionem,ſimiliter conuenit hecticis febribus. Sed tamen in hoc cap.Gale.de febribus loquitur,quæ à principio inuadunt,quod rariſſimè accidit hecticis atque tunc non niſi præcedẽte diaria fient. Bene igitur dictum eſt,proprium eſſe diariis febribus,contractionis celeritatem minimè augeri, quandoquidem nulli alteri ex his quæ incipiendo fiunt,conuenit. Febrium autem hecticarum adhuc incipiẽtium ſigna ſcribet infrà. Quoniam tamen Gale.in febribus diariis diſtentionem dixit accreſcere in magnitudine & celeritate. Iuniores dubitant, an eo modo, quo pulſus diſtentio celerior eſt contractione in diariis, & in putidis (vt dicemus) contractio celerior diſtentione, ita contingat diſtentionem contractione fieri maiorem,vel minorem.Nos tamen vt importunam prolixitatem vitemus,breuiter dicemus quæ Gale. doctrinam ſapiant ac vera ſint. In quouis augmento caloris ſupra temperatum cum conſtantia facultatis,& inſtrumẽti obſequentia vbi calor purus fuerit,non fumoſus, diſtentio magna fit,contractione non aucta.Atque diſtentio erit magna, id eſt, maior moderata. Contractio tamen non erit magna, hoc eſt,nõ erit maior moderata.Eſſe autem diſtentionem maiorem fit, quoniam naturales terminos diſtentionis excedit, contractione tamen terminos contractionis non excedẽte.Is quoq; pulſus quamuis magnus tyronibus dicatur,qui ſolam diſtentionem nouerunt, abſolutè tamen magnus non dicetur,niſi vtroque motu diſtẽtionis, & contractionis magnus fuerit.Reliquum autem eſt,an diſtentio aliqua ſuam proximam contractionem ſuperare poſſit,ita vt per maius ſpatiũ fiat & non omnino intra eoſdem limites.Id enim videtur impoſſibile.Siquidem quamuis arteria magis excedat limites moderatæ diſtentionis, in diſtentione quàm contractionis in contractione, ſemper intra eoſdem terminos fit.Nam ſi in diſtentione procedit ab a,in b:in contractione procedet à b, in a. Iſta autem ſpatia ſunt æqualia,igitur diſtentio æqualis erit contractioni. Id quod verum teſtatur Galenus in dormientibus, libro tertio de cauſis pulſuum,in quibus cõtractionem dicit eſſe diſtentione maiorem ac inde pulſum eſſe appellandum altera parte paruum. Semper tamen moueri arteriam pari interuallo. Contra quod obiicere poſſet quiſpiam. Nam quo tempore creſcit vſus conſtringendi arteriam: contractio quæ fit,maior eſt præcedenti,ſed præcedens fuit æqualis diſtentioni, ergo hæc erit maior diſtentione. Maior nota eſt, quoniam maiorem vſum contrahendi maior ſequitur contractio, minor autem conceſſa eſt omnibus. Quod ergo intendimus verũ eſt, contractionem eſſe maiorem diſtentione,id eſt, maiori interuallo fieri. Ad quod accedit quod diſtentio ſequens contractionem in ſomno factam,tantum minuit ſpatium,quantum in cõtractione augetur. Itaque cum arteria contrahitur à loco quietis externæ totum diſtentionis præcedentis ſpatium percurrit, & adhuc amplius, quoniam augetur. Eſt quoque maius ſpatium quod ab ipſa contractione tranſitur, quàm quod à ſequenti diſtentione,quoniam à termino contractionis incipit diſtentio,& non peruenit ad terminum à quo incepit,quapropter contractio vtcunque maior erit diſtentione. Maior adhuc obiectio vrget in putridis febribus,in quibus ſimul augentur vſus diſtentionis & contractionis. In illis namque poſt contractionem quæ terminos contractionis naturalis exceſſit:diſtentio non detrahit ſimilem menſuram à diſtentionis naturalis terminis, ſed ipſos quoque tranſgreditur. Quo fiet,vt ſemper motus præcedens ſequenti ſit minor,ſequens verò maior. Cæterùm aduertẽdum eſt,quòd ex vſus mutatione,pulſus inæqualis nunquam fit,ita vt ſequẽs maior ſit præcedenti,vt ſentiri poſſit.Nam vſus ipſe non mutatur ſubitò,caloris namq; augmẽtum ſenſim fit, & fumorum copia ſenſim augetur. Neque tamen quoduis augmentum ſufficit pulſum efficere maiorem in diſtentione, aut contractione. Cùm tamen ad id peruenerit vt pulſum augeat, fiet quidem

dem maior, ſed non inæqualis in diuerſis diſtentionibus, nedum in diſtentione, & ſibi coniuncta contractione. Nam vt Galenus inquit lib. 2. de cauſis pulſ. cap. 5. non eos, quos ratio colligit, impares aut inæquales appellamus, cæterùm quos dilucidè ſenſu comperimus tales eſſe. Vnico tantùm excepto caſu, quem Galenus loco citato explicuit, nempe vbi rhythmum ſubitò immutet pulſus. Aut quemadmodum dixit lib. 4. de præſagitione ex pulſ. cap. vlt. ſi cùm digitos caſu admoueris, repentina fiat mutatio, quod contingit in facultatis oppreſſionibus, & animi affectibus, in his enim ſenties manifeſtam differentiam magnitudinis diſtentionis & contractionis, nec eodem interuallo fieri.

Calor ſuauis & vaporoſus eſt inſeparabile ſignum febriũ ephemerarum.

In quinta parte quartum ſignum ſcribit. Eſt autem caloris ſuauitas, quod proprium atque inſeparabile eſſe dicit. Calor verò ſuauis, calor vaporoſus eſt, vt ipſe libro ſecundo de criſib. cap. 13. ſcribens diariarum febrium ſigna, dixit: Sicuti & in omnibus calor vaporoſus eſt, ſed quibuſdam ſtatim in primo quidem contactu, quibuſdam verò poſterius. Quibus enim cutis rara eſt, ſtatim: quibus adſtricta, poſterius. Suauis autem eſt collatione facta ad eum qui in aliis febribus, in quibus mordax redditur, aut ob ſubiecti ariditatem, vt in hecticis, aut ob fumorum putridorum acredinem, vt in putridis: in diariis tamen vaporoſus, vt in vapore, ac ſpiritu conſiſtens, ſuauis eſt.

In ſexta parte quintum ſignum addit, quod eſt, Æqualitas & aſcenſus, ἄθλιπτος, hoc eſt, liber, & minimè compreſſus, tam in calore, quàm in pulſu. In febribus namque putridis acceſſiones habentibus, calor ab initio ad interiora reuocatur. Qua ratione euenit inæqualitas & aſcenſus θλιπτὸς, hoc eſt, compreſſus, tam in pulſu quàm in calore. Nam poſt primum tempus acceſſionis, in quo manifeſtè corpus refrigeratur, ſanguis ad interiora recurrit, pulſus in conſtrictionibus acceleratur, & in diſtentionibus fit paruus. Sequitur inæqualitas, quæ in aſcenſu adeſt, ea ratione qua in ipſa, vt in aſcenſu calor augetur ac extenditur. Placuit autem medicis id tempus quo nondum calor in totum corpus diffuſus eſt, appellare inæqualitatem, quo tempore pulſus compreſſus eſt, hoc eſt, paruus in diſtentione, & calor ſimiliter compreſſus in viſceribus retentus, nondum effuſus. Hæc autem in aſcenſu contingunt, quoniam inæqualitas hæc dicta augmenti, ſiue aſcenſus pars eſt, vt inquit Gale. lib. de morborum temporibus. In febribus tamen diariis, quoniam calor nec reuocatur, nec opprimitur, nec impeditur ab exitu, vt in putridis, in quibus humorum copia, & craſſitudo opprimit calorem, & exitum ipſius impedit: nulla contingit neque in pulſu, neque in calore oppreſſio, aut compreſſio, neque inæqualitas dicta in calore, ob liberum ipſius incrementum, neque ſimiliter in pulſu. Fit namque pulſus inæqualis ob inæqualem cordis intemperiem, aut vitium in facultate, cum à multitudine grauatur, vel ob vitium inſtrumenti. Id autem obſtructione, compreſſione, aut duritie. Durities verò frigore, aut ſiccitate, aut vtroque, aut ob conuulſiuam diſpoſitionem. Hæc vero ob phlegmonem, aut ſcirrhum, aut conuulſionem. Nullum tamen horum adeſt in vera diaria. Non ergo aderit pulſus inæqualitas, quæ in vna arteriæ compulſione adeſſe non poteſt diariis febribus, vt libro de arte curat. ad Glauc. quoniam & hæc, vt collectiua, cauſas dictas inſequitur. Eſt autem inſeparabile ſignum, non tamen proprium febrium diariarum. Quoniam in aliis ſimiliter inuenitur, quæ ſunt de genere putridarum, vt in continentibus febribus, in quibus calor nunquam recurrit, nec pulſus conſtrictus apparet, neque neceſſariò inæqualis. In aliquibus enim continentibus febribus inæqualis non eſt, & inæqualitas dicta eis non accidit.

Addit præterea, id ſignum pulſus & caloris quamuis aliis conuenire poſſit: quia tamen per incrementum & vigorem diariis febribus id maximè euenit: etſi commune ſit proprium appellare velle. Neque tamen erit rei ſpecies, id eſt, non erit, vt proprium quarto modo, quod cùm conueniat omni & ſoli, oſtendit ſpeciem eius cui conuenit. Hac ratione ſignum, quod ſumitur ex vrinæ coctione prima die apparente, poſſet proprium appellari. Quoniam etſi aliis competere poſſit, rarò tamen, & diariis maximè competit, ac proinde inter propria annumerabitur, etſi non ſit rei ſpecies, id eſt, licet non demonſtret ſpeciem, quamuis alia ratione proprium ſit, vt infra dicetur.

In ſeptima parte ſextum ſignum habetur, id autem eſt, vt quemadmodum inclinatio fit cum ſudore, aut rore, aut madore quodam optimo: ita perfecta infebricitatio ſequatur. Quod ſignum pulcherrimum, & exquiſitum, proprium & inſeparabile eſſe dicit: ſemper enim eis conuenit, atque eis tantùm ad integram infebricitationem peruenire, cum tali rore, aut madore optimo. Dices fortè id ſignum aliis quoque competere: nam tertianæ febres ad integram infebricitationem perueniunt, vt conſtat. Sed tamen duo interſunt. Primum, quòd ſudor in tertiana febre non ſolet ipſam ad integritatem deducere, niſi magnus ſit, neq; ſanorum ſimilis, quem modò optimum ſudorem appellat. Præterea quamuis ad infebricitationem perueniat: non tamen integram, ita vt nullum relinquat veſtigium, id enim tantùm diariis febribus competit. Quod manifeſtè docuit Galenus lib. 1. de arte curat. ad Glaucon. vbi de ægro febrem diariam patiente loquens inquit: Nam arteriarum motus in hoc in totum aſſimilatur huic qui in ſanis deprehẽditur, cùm in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neque ſi multum temporis inter primæ acceſſionis finem, & ſecundæ principium intercidat. Quemadmodum in tertianis atque quartanis, in illis enim febris remanet ſignum, in ephemeris autem in totum aboletur acceſſione ceſſante. Plurimi verò earum & humidi quidam vapores, & quibuſdam etiam ſudores vtiles apparent, aut omnino quædam ecu vaporis copia ex intimo corporis exit. Quòd ſi euenerit, vt febris diaria aliis notis iam cognita, ad integritatem non redeat, ſignum eſt, quòd in aliam febris ſpeciem tranſit, vt capite ſequenti parte 10. verum an poſſit aliqua febris putrida ad integritatem finiri, libro ſecundo, cap. 4. dicemus fuſiùs. Hæc ſunt diariarum febrium generalia ſigna: peculiaria verò ſingulatim ſpecierum capite vltimo huius libri tradentur.

CAPVT X.

ALiud autem genus febrium, quod ex aduerſum diariis diductum eſt, nullum nomen commune omnium habet. Differentia autem prima duæ exiſtunt, non obſcuris ſpeciebus definita, quadam enim ex eis putredine humorum accenduntur, alia verò partes ipſas animalis ſolidas occuparunt: atque appellant eas hecticas febres, vel quia ſtabiles ſunt, ac ſolutu difficiles, quemadmodum habitus, vel quia ipſum corporis habitum occuparunt.

Ita namque ſolent nominare ſolidas partes ex aduerſum
deductas humoribus. Febres igitur humoribus accenſa co-
2 gnoſcuntur ad hunc modum. Primum igitur indicium pro-
prium quidem ſed minimè inſeparabile eſt, quòd nulla præ-
greſſa cauſa tales præceſſit febres: neutri enim aliorum ge-
nerum hoc ineſt: eo quòd omnis diaria ex cauſa prægreſſa
conſiſtat. Hectica autem quoties ſine ea exiſtit, nunquam
ab initio prehendit, quocirca quoties ſine prægreſſa cauſa
quis febricitare cœperit, cauſam huius eſſe in humoribus,
3 ſciendum eſt. Sed interdum cauſa quæpiam euidens præ-
greſſa, diariam febrem, quantum eſt in ſe ipſa, committens,
febrem ex humorum putredine excitauit, quoties affectum
corpus ita ſe habet, id eſt, quoties impurum, excremento-
ſumque eſt. Vbi enim excrementa per diariam febrem plus
æquo calefacta fuerint, deinde initium putredinis inde ſu-
ſceperint, alterum febrium genus accendunt, priore ſedato.
Sed internoſcitur ſucceſſio talis febris indicio proprio ſimul
atque inſeparabili, quòd febris diaria nequaquam deſinat
ad exquiſitam integritatem. Accidit enim interdum, vt
per conſiſtendi vigorem diaria tranſeat in putridam: ac
multò magis per inclinationem, quoties (vt paulo antè di-
ximus) maxima tranquillitas febris abeſt, quæ adeſſe de-
4 beret. Hæc ſunt tranſitus indicia. At verò febrem ex rigore
incœpiſſe, nequaquam prægreſſo eſtu vel frigore forti (qua-
lem maxime patiuntur, qui per niuem faciunt iter, vel alio
modo in vehementi frigore diuerſantur diutius) proprium
eſt & hoc febrium putridarum, ſed haud quaquam inſepa-
rabile. Neque enim omnibus ipſis, quemadmodum nec hor-
ror, ineſt: is enim non ſolùm non inſeparabilis eſt ab huiuſ-
5 modi febribus, ſed nec vllo pacto proprius eſt. Cæterùm pul-
ſum atque etiam calorem inæqualem eſſe, ſiue per initia
acceſſionum, ſiue per incrementa, talium generi febrium
proprium eſt, ſed haudquaquam inſeparabile (multæ enim
etiam ſine inæqualitate ſenſibili incipiunt, atque ad ſtatum
6 perueniunt.) Iam verò multò minus illud inſeparabile eſt,
quod acceſſio multas habeat inuaſiones: quod repetere ac-
7 ceſſionem appellamus. Quemadmodum quòd pulſus arctior
ſit (ita verò dicunt, vbi incipiente acceſſione paruus ad-
modum & inæqualis exiſtat) neque id talium febrium
inſeparabile eſt: non tamen commune eſt alteri vlli generi
febrium, ſed harum proprium, quemadmodum ipſa inæ-
qualitas, vbi alicuius ſymptomatis ratione non accidit.
Sæpe enim in ipſo ore ventriculi collecto quodam prauo
humore ac mordaci vel frigido, paruus ſimul inæqualiſque
exiſtit. Sed vbi frigidus humor ſit, paruitas: vbi mordax,
inæqualitas ipſa exuperat. Sed vomentibus, hæc ambo ſta-
tim deſiſtunt. Vbi verò ventriculus nihil eiuſmodi patitur,
8 prædictarum generis febrium talis pulſus exiſtit. At verò
maximum indicium putridarum, eſt caloris qualitas.
Nihil enim ſuaue, neque moderatum, neque diariis ſimile
habet. Sed quemadmodum optimi ante nos medici dixe-
runt, mordax potius quodammodo eſt, vt offendat, mor-
deátque tactum, veluti fumus oculos ac nares. Verùm inter
initia acceſſionum (dum adhuc ſuffocatur calor, ac ſuccen-
duntur intus excrementa) non ſtatim immittentibus ma-
num dignoſcitur: ſed diutius immorantibus prædictum ca-
loris genus de profundo emergit. Ac (vt mihi videtur)
quum tale aliquid vidiſſet Themiſon proprium atque in-
ſeparabile eſſe omnibus febribus exiſtimauit. Sed de his ſuo
loco rurſus agetur. Prædictum autem genus caloris per-
pungens (vt ita dixerim) aut erodens (veluti medicamen-
tum aliquod acre) impoſitam manum, putredinis humo-
rum ſoboles eſt, perſpicue per incrementa acceſſionum, at-
que vigores febrium apparens: non tamen ſtatim per initia
9 acceſſionum perſpicuè exiſtit. Proprium præterea inſepa-
rabile eſt generi febrium ex humorum putredine infeſtan-
tium, velocitas contractionis pulſus euidentior quidem per
incrementa, ſed minimè obſcura per ipſos vigores, atque
initia acceſſionum. Comitatur autem his per initia paruus
ſimul ac velox pulſus: per vigorem autem magnus ſimul

Calor febriũ putridarum mordax tactũ quemadmodum fumus oculos.

ac velox. Nec ſecus frequentia ipſa per exteriorem quie-
tem perſpicua eſt in eiuſmodi febribus, neque diariis, ne-
que hecticis ſimilis. Maximè proprium præterea eſt ta- 10
lium febrium vrinæ cruditas, atque obſcura concoctio, pro-
prium indicium eſt febrium ex humoribus conſiſtentium.
Neque enim cruda, neque obſcurè concocta in febribus
diariis exiſtit. Atque alterutra quidem earum ſeorſum
dicta proprium eſt febrium putridarum indicium: ſed
ambo ſimul dicta per ipſam enunciationis disiunctionem,
penitus inſeparabilia ſunt. Quoniam primæ vrinæ in tali
febrium genere, vel penitus crudæ, vel obſcurè concoctæ
exiſtunt. Magnum verò, atque inſigne indicium conco-
ctionis in primis vrinis nunquam exiſtit per huiuſmodi
febres, niſi a diariis in has tranſeatur: id quod paulo antè
docuimus. Cæterùm ab his quæ diximus indiciis propoſita- 11
rum febrium, id quoque exiſtit, ſi per ipſum acceſſionis vi-
gorem, ſymptoma quoddam ardentis febris extiterit, quem-
admodum ſi quod epiala, ac lipyria, vel ſemitertiana, vel
typhodis, vel alterius talis febris ſymptoma fuerit: quæ pro-
pria quidem ſunt generis febrium ex putredine humorum
conſiſtentium, non tamen inſeparabilia, & ob eam rem, ſi
quidem hæc minimè adfuerint, ex aliis indicium quæren-
dum: ſi verò adfuerint, non ſolùm genus talium febrium,
ſed & ſpecies vna aliqua ex ipſis ſignificatur. Quòd ſi in- 12
clinatio minimè deſinit ad integritatem, ſiue per ſudorem,
ſiue etiam aliter fiat, alterum è duobus erit, aut indicium
quòd tranſeat in alienam febrem ſi ſuperiora omnia diariæ
fuerint indicia: ſin nullum ex his fuerit, febrem quandam
ex humoribus conſiſtentem ſtatim ab initio prehendiſſe
oſtenditur. Vbi verò pulſus prima die durus exiſtat, conſi- 13
derandum num concretio quædam ex frigore, an ſiccitas, an
tenſio conuulſifica in corpore laborantis, an inflammatio
quædam, an ſcirrhus ſit: ſcientes quod ex his tantummodo
pulſus durus efficiatur. Nam Archigenis errores circa no-
tionem, cognitionémque duri pulſus, in opere de pulſibus
abundè docuimus, in quo verſatus ſit oportet, qui ad hæc
legenda accedet: at potiſſimum in ea parte, quæ de pulſuum
dignotione agit. Etenim pulſuum ipſorum nomina ac ſigni-
ficata ab eis omnia, omnémque numerum vno volumine
indicamus: quod quidem inſcripſimus de differentia pul-
ſuum. Sed quonam modo vnumquemque conueniat di-
gnoſcere, alio volumine diximus in quatuor libros diſtincto,
quod inſcripſimus, De dignotione pulſuum. Quemadmo-
dum alios deinceps quatuor libros, De cauſis pulſuum effe-
cimus: & item quatuor ab iis dictis, De prænotione ex
pulſibus: non ſolùm verbis, ſed etiam re ipſa indicantes
huius ſcientiæ vtilitatem. Et ſi quis nobiſcum vnà acceſſit
ad ægros horum librorum ſpeculationem re ipſa oſtenden-
tibus, cum cætera ei perſuaſa ſunt, tum verò etiam illud,
non eſſe videlicet durum pulſum aut proprium talium fe-
brium, aut inſeparabilem. Sed de hoc nunc non eſt dicendi
locus: nam prædictis libris diximus: & aliis octo libris, qui-
bus expendimus librum de pulſibus Archigenis, abundè
huiuſmodi ſymptomata docuimus: hoc loco quod ſit neceſſa-
rium tantummodo indicabitur. Pulſus durus, neque pro-
prius eſt, neque inſeparabilis cuipiam generi febrium, ne-
que diariæ, neque putridæ, neque hecticæ. Sed hecticæ ineſt
magna ex parte, atque interdum in aliis duobus generibus
ob ſymptoma quoddam exiſtit. In diaria quidem, quoties
febris affligat ob refrigerationem fortem, vel tenſio quædam
neruoſa inſit: atque interdum efficitur ob æſtum fortem, vel
laſſitudinem ſimul, vel inopiam alimenti, vel vigilias im-
modicas, vel euacuationem: quoties ob alimenti defectum
hæc quoque conſtiterint. Per febres autem putridas pulſus
quoque durus habetur, quoties in viſcere inflammatio fa-
tigat, vel ſcirrhus: & ob ſymptoma aliquod coniunctum,
nempe aut neruoſam aliquam tenſionem, aut ſiccitatem,
durus quoque ſic pulſus euadit, velut & iis qui intempe-
ſtiuè frigidam biberunt, aut eadem lauerunt: vel fructus
quoſdam largiter comederunt. Sed pulſus durus nunquam
efficitur

efficitur per ipſam febrem, quà febris eſt: neque per ipſam diariam, neque per ipſam putridam, neque enim quoties ex inflammatione febris affligat, eodem modo febris ac pulſus durities comitatur: ſed febris quidem ſequitur putredinem humorum: durities autem tenſionem ex repletione vaſorum. Nam (vt ſemel dicatur) durities tunicis arteriarum accedit, vel propter concretionem, vel tenſionem, vel ſiccitatem. Concretionem igitur refrigeratio vehemens committit: tenſionem verò inflammatio, ac ſcirrhus, atque etiam neruorum proportionalis inflammationibus diſpoſitio: ſiccitatem verò euacuationes diutina, vel ob alui fluorem, vel leuitatem inteſtinorum, vel difficultatem inteſtinorum, vel vomitum longum, vel aliud iſtiuſmodi, & fames diutina, atque ardentes febres diutina, & (vt in totum dicatur) quæcunque vehementer exſiccant ipſius animalis partes ſolidas, velut & hectica: de quibus nunc dicere fuerit tempeſtiuum, ab earum generatione exorſi.

Quicquid durum eſt, illud aut concretione, aut tenſione aut ſiccitate durum eſt.

COMMENTARIVS.

IN hoc capite primùm diſtioguit in duo genera febres à diariis genere diuerſas, quæ ſont febres multorum dierum. Nullam namque communem rationem habent qua comprehendi poſſint, & deiode alterius generis, quod in humorum putredine conſiſtit notas adiicit. In capitibus verò ſequentibus ſigna hecticarum ſcribet. Caput hoc 13. partes continet, in prima nullum nomen eſſe commune aliis omnibus febribus à diariis, inquit: ſed duas manifeſtas habere ſpecies. Quarum vna eſt putridarum, quæ tales dicuntur, quoniam in humorom putredine conſiſtunt. Altera verò ſpecies eſt earum quæ hecticæ appellantur, ac ſi diceres habituales, aut quoniam manſiuæ ſunt, & difficilè ſoluuntur, quemadmodum habitus difficilè à ſubiecto ſemouentur: aut quoniam exiſtunt in ſolidis particulis corporis, ſolidas namque particulas corporis appellaot homioes, ἕξιν, hoc eſt, habitum, Græcis ergo ἑκτικοὶ, ab ἕξει, Latinis babituales ab habitu dicentur. Galen. 8. lib. metho. meden. diſtinxit febres quæ ſunt in σχέσει quas σχετικὰς appellat, ab his quæ conſiſtunt in ἕξει, quas ἑκτικὰς, nominat, ſcheticæ ſunt in habitu facilè ſolubili, & hecticæ in habitu difficilè ſolubili, primum membrum diarias & putridas comprehendit. Diariarum febrium ſigna ſcripſit, putridarum ſcribet modò.

In ſecunda parte, quæ incipit (primom igitur) ſcribit primum ſignum febris putridæ, quod eſt nullam cauſam prægreſſam eas febres præcedere, quod proprium ipſarum eſſe dicit: quoniam eis tantùm conuenit, non tamẽ inſeparabile, quia quibuſdam ipſarum non accedit. Iuniores medici hanc Galeni ſententiam non intellexerunt, quam ipſi ita exponunt: Incipere morbum aliquem apud Galenum, idem eſt qnod fieri non præcedente morbo altero, ſed aliis febribus, vt diariis, non contingit abſque morbo altero incipere, niſi ob cauſam prægreſſam, ergo putridis tantùm conuenit. Iam ergo aſſumptum probatur, quia diariæ perpetuò à cauſa prægreſſa habent ortum, vt dixit capite præcedenti, hectica verò ratò fit quin febres alias ſequatur. Quod ſi aliis non præcedentibus fiat, ſemper à cauſa prægreſſa fiet. Si tamen altera præcedat, febris non fiet incipiendo. Id ſignum quamuis proprium ſit, inquiunt, inſeparabile non eſt, nonnullæ enim ex putridis febribus à cauſa prægreſſa incipiunt: vbi namque in corpore præfuerit morboſus apparatus, caoſa prægreſſa corporis bumoribus & excrementis putredinem inferet. Et io loco præcedenti exemplũ addit, quod oſtendit modum generationis putridæ febris à cauſa prægreſſa, quæ primum ſpiritum calefacit, deinde febris diaria ad putredinem mouet excrementa corporis, deinde ad putridam febrem procedit ceſſante diaria. Fieri verò poſſet, vt febris putrida inciperet à cauſa prægreſſa, quamuis diaria non præcederet, vbi magna exiſteret præparatio in humoribus ad recipiendam caliditatem febrilem. Sed tamen ſi hæc expoſitio bona eſſet, & ad Galeni mentem, Galenus non doceret, quod intendit. Nam ſi incipere, eſt fieri non præcedente morbo altero, non probat putridam febrem incipere à cauſa prægreſſa, quod tamen probare tenetur Galeous qui hoc ſignum, quod eſt, abſque cauſa prægreſſa incipere, dixit, non eſſe inſeparabile. Quoniam in exemplo Galeni per febrem diariam excrementa corporis plus æquo calefacta ſunt. Febrem igitur putridam anteceſſit diaria. Voluit ergo Galenus proprium ſignum febrium putridarum eſſe, nullam cauſam prægreſſam eas antecedere. Id enim proprium eſt quod ſolis putridis competit, non tamen inſeparabile, quoniam non conuenit omnibus. Solis conuenire, notum eſt. Quoniam nulla febris alterius generis fit cauſa prægreſſa non accedente. Nam diaria ſemper fit à cauſa prægreſſa, vt diximns, & hectica, ſi fit prima die, qua ægrotat bomo, à cauſa prægreſſa fit. Quòd ſi abſque tali cauſa eueniat, non apprehendet prima ipſa die, ſed multis pòſt. Signa verò hæc docent febres à morbi principio, id eſt, primis ipſis diebus diſtinguere, quibus homo ægrotauerit, hæc verò multorum dierum febres ſequetur. Quod ſi quando contingat, vt febres diarias ſequatur hectica, non fiet ſine eo quòd cauſa prægreſſa præcedat. Ipſa verò putrida ex humorum putredine oriri poteſt, nulla cauſa prægreſſa accedente. Quòd tamen minimè ioſeparabile ſit hoc ſignum, ſic probat Galen. Nam aliquando fit febris putrida, cauſa aliqua prægreſſa accedente. libro 1. de morb. pop parte tertia in commeot. Quod fit vbi corpus excrementis abundauerit, vt in hiſtoria Sileni. Cauſa enim prægreſſa poſtquam ſpiritum inflammauerit, & excrementa putredinis initium aſſumpſerit, febrem putridam concitabit ceſſante priore, hoc eſt, diaria. Hæc febris incipiet à cauſa prægreſſa, id eſt, prima die fiet, cauſa prægreſſa accedente, quamuis non fiat ſine eo quòd alia præcedat, diaria namque præceſſit. Vult ergo Galenus febres homorales ſolas fieri poſſe nulla cauſa prægreſſa præcedente, quod eſt, poſſe iocipere abſque ipſa, quod non conuenit aliis febribus. Incipere autem, idem eſt, quòd prima die morbi inuadere: Nam id ſignum dicit non eſſe ioſeparabile, quoniam aliquando fit caoſa prægreſſa accedente, vt in caſu ab ipſo relato. Sed tameo tunc ooo iocipit ſtatim humoralis, ita vt nulla altera præceſſerit, ſed incepit, id eſt, prima die morbi inuaſit, qoamuis altera febris præceſſerit, nempe diaria. Erit igitur id ſignum proprium, ſed non inſeparabile. Hoc ſignum ex parte docet tranſitum diariæ in putridam, tranſit enim in corporibus excrementoſis. Verùm in parte tertia quæ incipit (Sed internoſcitur) vnom ſignum ſcribitur tranſitus diariæ febris in putridam, quod eſt, febrem diariam non peruenire ad perfectam integritatem. Id tamen proprium eſt, & inſeparabile ſignum tranſitus. Fit autem in vigore acceſſionis diariæ febris, in quo ſummus eius febris calor corporis excrementa accendit, magna verò ex parte id contingit in inclinatione ipſius diariæ febris. Vbi enim talis inclinatio protogatur, excrementa accendi ſeoſim ſignificatur, ac febrem in aliud genus tranſire. Id verò deprehendere docet Galen. lib. 8. meth.

meth. med. vbi decliuatio oon ſucceſſerit pro ratione mutationis ab ſtatu in declinationem, ita vt ipſius declinationis partes non ſeruent diminutionis proportionem,quo tempore diariæ febres, vt diximus, ſolent cum ſudore quodam optimo, aut madore ad integritatem perduci.Cùm ergo corpus excrementis abundans in febrem diariã inciderit, periculum eſt ne in putridam ipſa permutetur,cùm ad integritatem non perueniat poſt vigorem,ſed declioatio protogatur.Hæc verò in genere putridarum exiſtit,quamuis oondum in pulſu, aut vrina aliquod ſignum putredinis adſit.

In quarta parte quæ incipit(At verò)aliud ſignom ſcribit febris pottidæ,quod eſt,febrem cum rigore incepiſſe, non præcedente æſtu, aut frigore forti, quod proprium eſt,ſed non ioſeparabile.Proprium, quooiam aliis febribus nulla ratione conuenit, niſi vbi caoſa aliqua de dictis acceſſerit.Non tamen eſt inſeparabile: nam multæ ſunt febres puttidæ quæ ſine rigore incipiunt.Quemadmodum, ioquit,horror, qui non tantùm ioſeparabilis non eſt à febre putrida,ſed neqoe ipſius proprius.De natura rigoris,frigoris,& horroris lib.2.cap.8.diccmus.In præſeoti verò quod Galenus refert verum eſt, rigorem nunquam in diariis incipientibos fieri,neqoe in hecticis febribus. Quooiam rigor inſequitur celerem motum excrementi mordentis per ſentientes particulas,id autem non adeſt diariis, niſi à cauſa aliqua deſcriptis à Galeno excitetur, vt æſtu, aut nimio frigore: minimè verò in hecticis neque in omnibus putridis,nempe in quibus humor lentus eſt ac immotus.Horror verò(media quædam diſpoſitio inter rigorem,& refrigerationem) in quibuſdam puttidis adeſt,quæ mixtam habent cauſam rigoris,& refrigerationis:in quibuſdam etiam deeſt, & in quibuſdam diariis ſimiliter initium cum horrore fit,vbi ab æſtu,aut refrigeratione fiant, quemadmodum & rigor.

Quare rigor nuſquam cõtingat in febribus diariis & hecticis.

In quinta parte,quæ iocipit (Cæterùm) aliud ſignum addit,quod eſt inæqualitas pulſus,& inæqualitas caloris in duobus temporibus febris, hoc eſt, in principio,& augmento. Quod proprium eſſe dicit,non tamen inſeparabile.Proprium quia nulli alteri febri competit. Non inſeparabile verò, quia quædã ſunt ex puttidis febribos quibos id non conuenit,vt continentes febres oonnullæ, & ſimiliter tertianæ exquiſitæ.De quibos Gal. lib. 2.de Criſib. cap.3.dixit, qoaſdam nullam habere in pulſu inæqoalitatem,aut collectiuam, aut quæ in vno pulſu conſiſtit.Huius ſigni ratio eſt,quoniam inæqualitas pulſus inſequitur multitudinem in ea quæ ad vires habetur collatione,aot obſtructionem,aut inæqoalem cordis intemperiem: quorom nullum adeſt in febribus diariis,aut hecticis,quà tales ſunt. Hac ratione ſolis puttidis ſignum hoc conuenit, non tamen omnibus.Poſſet quoq; inæqualitas pulſus ſymptoma aliquod ſequi:aut humorem grauantem,aut mordentem in ore ventriculi, vt dicemos.Sed tamen hæc à febris diariæ, aut hecticæ ratione ſunt aliena.Humor verò grauans in putridis ipſis febribus eſt neceſſarius,vt ſubiectum:inæqualitas quoque caloris,ob inæqualem extenſionem caloris ad partes extimas, proprium eſt febribus, quæ in humoribus conſiſtunt,vt capite præcedenti diximus. Nec tamen omnibus conoenit, vt iis quæ à tenuibus humoribus ortum habent, & calidioribus, & continentibus febribus. In aliis verò inæqualis dicitur calor, quooiam non vnico teoore & impetu extenditur, ſed in ipſo accenſu nunc maior,nunc verò minor tactu percipitur.

In ſexta parte, quæ iocipit (Iam verò) aliud ſignum ſcribit, quod minimè inſeparabile exiſtit, quod eſt, multas inuaſiones habere, quod ἐπιπαρο-ξύνεσθαι, hoc eſt, repetere per acceſſiones dicitur. Id autem non eſt inſeparabile,quoniam multæ ſunt febres puttidæ,quæ non habent acerbationes, aut acceſſiooes, vt ſunt continentes febres. Quædam tamen ſæpe inoadunt ac repetunt, de quibus ſunt intermittentes,& ea non intermittẽtibus, illæ quæ propriè continuæ appellantur. Poteſt quoque id ſignum inter propria recenſeri,quooiam nulli aliarum febrium ſuperuenit. Quamuis nonnunquam febris diaria viſa ſit non vno tantùm die durare,ſed & ſecundo, & tertio. Cæterum non redit, ſed aut perſeuerat, aut vbi cauſam reditus habuerit, non erit de natura diariarom exquiſitarum.

In ſeptima parte,quæ incipit (Quemadmodum) vnum aliud ſigoum ex pulſu narrat, ad febrem puttidam ſignificandam,qood eſt pulſus θλίψις, hoc eſt,compreſſio,ſiue arctatio, qood nomen ſignificat pulſum paruum admodum & inæqoalem. Id tamen euenit io principiis acceſſionom. Eſt hoc ſignum proprium,ſed non inſeparabile:tantùm enim putridis conuenit,vt incipientibus pulſus coarctetur.Quoniam calor cum ſanguine intrò recurrit,in his tantùm febribus, & redditur paruus pulſus ob caloris defectum. Qui à multitudine extinguitur, opprimitur quoque,& ea ratione inæqualis redditur.Quod tamen non omnibus competit, qoia non omnibus putridis febribus calor cum ſanguine recurrit.De quibos Galenos lib.3.de præſagit.ex pul. cap.7.inquit:Quædam febres incompreſſas, vt iſti vocant,iouaſiones faciunt, in qoibus pulſuum prima mutatio in magnitudinẽ & celeritatem fit,mox his ſucceſſit augeſcentibus crebritas. Hanc eandem ſignificationem habet pulſus inæqualitas, vbi non euenerit ratione ſymptomatis, eſt enim proprium ſignum,ſed non inſeparabile:nam inæqualem fieri pulſum,abſque ſymptomate, ſolùm in putridis febribus euenire ſolet, etſi non in omnibos. fieri aotem contingit, vt ſymptomatis ratione pulſus fiat inæqualis,vbi in ore vẽtricoli ioſederit humor,aut frigidus,aut mordax,tunc enim,& paruus, & inæqoalis fit pulſus.Sed vbi humor fuerit frigidus,paruus plus quàm inæqoalis:& vbi acris,plus inæqualis,quàm paruus.Manifeſtat autem ſanatio, vt dixit Hippocrates,eum humorem adduxiſſe paruitatem, & inæqualitatem pulſus. Quoniam vomitus affectionem ſanat, & pulſum reſtituit. Vbi tamen in ventre nullus talis fuerit homor, & adfuerit dicta ioæqualitas,febrem eſſe puttidam exiſtimandũ eſt. Inæqualitas ergo polſos, qoæ in febribus putridis inuenitur,ſine inæquali intemperie cordis,aot vitio ioſtrumentorum,ac ſine malo humore in ore ventriculi,ſeqoitur copiam grauantem, ob quam pulſus inæquales fiunt magnitudine, & vehementia. Cæterùm ſi multi fueriot magni, & pauci parui, non admodum eſt offenſa facultas: ſi tamen multi ſiot parui,pauci magni,valde offenſa eſt:nam lib.4. de præſagitione ex pulſ. Galenus ob dolorem aut copiam grauantem os veotriculi, languidam reddi dicit facoltatem, & pulſus interim languidos,paruos ac crebros,interim etiam inæquales.

Quare in principio febrium putridarum pulſus eſt paruus & contractus.

In parte octaua qoæ incipit (At verò) aliud ſignum habetur quod attinet ad qualitatem caloris, nihil enim habet aot boni,aut ſuauis,aot moderati, aut ſimile febribus diariis;ſed mordax eſt, & acris, tale quid tactui obiiciens quale oaribus, & oculis fomos,aut ipſi tactui acre medicamẽtum. Id tamen non in omni tempore morbi ſe ſtatim tactui offert.

Nam

Nam in principiis acceſſionum ıactum immotari oport.ʒ,vt ſentiat velot,ex profuodo ipſum calorem emergentem,qui in profundis contentus præfocatur. Hoc ſignū Tbemiſon dixit eſſe proprium, ae inſeparabile febrium putridarum. Galenus tamen maximum ſignum eſſe dixit, indiſcuſſum relioquens,an verū ſit quod dixerat Themiſon. Quoniam id ſignum nō omni tempori febtis coouenire videtur,ſed augmento & vigori perſpicuè, non tamen ita inter initia. Separabile igitur id ſignū erit. Adde qoòd id noo viderur eſſe proprium,quoniam omnibus febribus competit,quamuis putridæ non ſint:mordax eoim eſt calor hecticę,quia in ſubiecto arido exiſtit,& io ſumma omnis calor febrilis mordax meritò dicetur,vbi calori ſanorum conferatur, & adhoc intra ſanitatis limites,iuuenum calor mordax dicitur,collatus calori pueri,& calor lapidis aut cuiuſuis ſubiecti ſicci.Sed tamen febrium putridarum calor,omnes ſanos calores, & calorem diatiæ febris acredine ſupetat:hecticā verò febrem multitudine caloris ıactui occurrentis.Eſt eoim calot hecticæ febris aeris,ſed non admodū, eſt quoq; puſillus.In putridis verò calor actıs ac mulıus occurrit. Per qualitatē caloris in præſenti loco intelligimus, quod cap. ɩ.cùm ex doctrina Hip.diximus,febrinm quædam ſunt mordaees, quædam veıò mites:eſſe enim mordacem,aut mitē qualitatı caloris attiner.

In parte nona,quæ incipit (Proprium prætetea) vnum addit ſignum,quod proprium eſt ac inſeparabile febrium putridarum, id eſt, celeritas contractioois pulſus.Quam cooſtat oon exiſtere conſimilem in omnibus acceſſionis tēporibus,ſed in aſcenſu euidentior eſt celeritas contractionis,in ſommis tamen vigoribus,& initiis minime obſcura. Sed in his duobus tempotibus acceſſionis eſt aliqua differentia:nam intet initia,pulſus eſt paruus & velox,in ſummo vigore magnus & velox:habet quoque pulſus in febribus putridis frequētem externam quietem,quod neque in diariis,neque in hecticis reperitur.Ratio quare pulſus celer eſt in contractione, in pottidis febribus ex natura caloris ſumitur, & vſu motus arteriarum, & cordis. Putridarum verò febrium calor,non eſt purus,vt becticarum,& diariarum,ſed fumoſus. Cùm ergo motus arteriarum non tantùm fiaot ad caloris euentationem, ſed ad fumotum expulſionem, vbi calor abundauerit, is verò fumoſus fuerit,pulſus aderit celeritas in conſtrictione, fumoſum verò calorem non aliis febribus eſſe eonuenit, niſi pottidis. Proprium ergo ſignum ipſarum erit celeritas cōtractionis quam ſtatim comitatur frequentia externæ quietis, propter eandem rationem. Nam cauſa quæ cogit arteriam accelerate motum, cogit ipſam parum in externa quiete,quæ motum ipſom contractionis vrgentem antecedit, immotari. Id ſignum non tantùm ipſarum proprium eſt,ſed ab ipſis inſeparabile. Habeot quoque ex natura ſua in diſtentione celeritatem, qua ratione febres ſuot,ſed tamen id ſignum nec proprium eſt,neque ioſeparabile. Non eſt quidem proprium, quoniam diariis, & becticis commune eſt,quà febres ſunt, magnitudinem, celeritatem & crebritatem coniunctas habere, & ſi ob vitium in facultate, aut ioſtrumento contingat magnitodinem,aut celeritatem deficere. Febres verò putridæ non in omni tempore id ſortiuntur,quamuis in vigoribus acceſſionum ſint perpetuæ magnitudo, & celeritas,vbi alia ratione non impediantur. Celeritas verò contractionis perpetua eſt,ita, vt per ipſam facilè poſſis putridam ab aliis diſtioguere:cùm velis febrem eius qui laborare incipit eognoſcere. Erit autem bæc diſtinctio, ſi quo die primùm homo febticitare cœpit,pulſus celer fuerit,in conſtrictione,aut durus eſt,aut non.Si durus,id erit aut ob vini potum,aut aquæ frigidæ, quæ duæ cauſæ oon perſeuerant, aut ob inflammationem bæc perſeuerat,hæc verò duritiem pulſus breui facere potueruot,lib.tamen 1.de præſagitione ex pulſib. cap.4. vini potum,aut frigiditatis aut eiuſdem balneum, aut fructuum frigidorum eſus, cauſas breui inducentes duritiem ootat Galen.Si verò durus noo eſt, febris eſt putrida. Quòd ſi celeritas contractionis non adeſt, febris erit diaria, aut hectica. Diſtinguentur autem ſic,ſi in pulſu adeſt magoitudo, aut vehementia omnino diatia febris eſt: at ſi alterum adſit,hectica noo erit. Cùm ergo febris putrida eſt in omnibus acceſſionis temporibus, celeritas contractionis aderit in principiis: vbi bumores aliqua ratione accendantur, celeritas contractioois generatur.In augmento quoque augetur ad portionem multitudinis fumorum. Vbi verò prope ſummum vigorem febris attigerit,maximè augetur celeritas diſteotionis,permanet tamen celeritas contractionis,qualis erat per ipſum aſcenſum ad ipſius finem. Sed vbi iam vigeat febris diſtentio ad ſummam celeritatem peruenit,diminuitur tamen celeritas contractionis,iam enim minuitur fumorum copia, calor verò ſummè eſt accenſus. Eadem ratione io declinatione celeritas contractionis diſſoluitur, maximè ſi ad integritatem,aut prope ipſam febris peruenerit.Contra hæc tameo obiicitur, non enim videtur ad Galeni mentem, qood in omnibus acceſſionis tempotibus adſit in pulſu celeritas contractionis:nā lib. 12.de meth.med.bis io quibus frigidi ac crudi ſucci abundant,ſi febricitant, pulſus paruus ac tardus fieri poteſt.Quod nō tantùm præſenti loco aduerſari videtur, in quo dixit celeritatem contractionis eſſe proprium & ioſeparabile ſignum febrium putridarum, ſed vt ipſe eodem loco dixit: fieri non poſſe videbitur, vt febricitantium pulſos aut tardior,aut rarior fiat. Duobus modis Galenus illo loco dubium ſoluit.Primo quod euidenter conſtat in acceſſionibus pulſus fieri rariores,& tardiores,quàm pro naturali habitu.Secundo, quòd com dixit pulſus horum ratos & tardos, intellexit comparatis ipſis, tranſacta acceſſione ad alios febricitantes cùm ſunt extra acceſſionem.Illi eoim in quibus crudi ac frigidi ſucci abundant,tranſacta acceſſione pulſus habent rariores & tardiores,quàm alij, qoi cùm quouis modo febricitauerint acceſſiooem prætergreſſi ſunt.Ex quibus cooſtat Galenum ſibi nullatenos contradicere.Quoniam etſi modo dixerit pulſus celeritatem omnibus putridis in contractioue adeſſe,id nō negauit cùm dixit:Illorum pulſus eſſe tardos,& raros,cùm ibidē loquatur de pulſu extra acceſſiooem.Sed tamen qooniam in prima ſolutione recitata, Galenus viſus eſt tanquam euidens affirmare in acceſſionibus pulſus eſſe raros, & tardos,eam euidentiam ſequoti ſoloemus quæſtionem.Pulſus celeritas in contractione, non in omni tempore acceſſionis adeſt,ſed vbi homores ſuccendantur. Nam vbi non ſuccendantur, fumum non edent,neque accelerabitur contractio, nec tamen in primo ipſo inſultu ſuccenditur bumor, maximè vbi fuerit frigidus,aut craſſus, cooſluit namque eo tempore ſanguis ad interiora,& calorem opprimit eo modo quo flammam multitudo lignorum viridiorum. Quo tempore periculū eſt ne extingoatur omoino calor,ac nuſquam ſuccendarur,aut redeat, quo tempore pulſus nullam habeat celeritatem diſtentionis neque cōtractionis.Id eſt,quod Gal.lib. 3. de præ

Digitized by Google

de præſagit.ex pulſ.dixit de celeritate contractionis:Initio acceſſionum generatur, ſi aliqua ratione humores incendantur. Volens indicare id non eſſe neceſſarium,aut incendi aut celeritatem accedere. Quo tempore euidenter conſtat raros ac tardos fieri pulſus,hoc eſt,rariores ac tardiores,quàm pro naturali habitu,id eſt, quàm ſibi ſecundum naturam conueniant.Cùm verò ſemel accendi cœperint humores,quamuis adhuc inter initia exiſtente acceſſione parui fiant pulſus,ac tardi,quoniam in diſtentione tales ſunt,cõſtrictionis tamen aderit celeritas neceſſariò.Quam ſimiliter Gal.teſtatur loco citato dicens:Clariſſimè enim recedit in pleriſque initiis de tota ſuperficie externa ſanguis, confluítque in viſcera,vnde compreſſiones & obſtructiones fiunt, diſtentionéſque arteriarum præcipuarum propter quas initiis talium acceſſionum coniuncti ſunt pulſus inæquales. Quemadmodum etiam languidi ob ſtomachum,& facultatem affectam, ad hunc modum fiunt,& parui ob imbecillitatem facultatis,& ob frigiditatem,& iam tardi quoque ex ingenti frigiditate, verùm contractionem perinde ac diſtentionem nullus horum tardam fecit,& infrà inquit: In ſolis verò inuaſionibus febrilibus, etiam ſi diſtentio interim tardior fiat priore, certè contractio celeritatem nanciſcitur.In hac diſpoſitione vt conſtat,pulſus rarus eſſe non poteſt in externa quiete. Quoniam cùm humores primùm ſuccendi incipiunt,vt contractio celerior fit,ita quies ante ipſam breuior.Celeritas ergo contractionis ſignum proprium atque inſeparabile eſt, & quod in omnibus temporibus acceſſionis adeſt, cùm ſemel febris accendi incœperit.

In parte decima,quæ incipit (Maximè) aliud ſignum habetur,quod eſt,vrina cruda, atque obſcurè cocta.Quod ſignum duas continet partes, quarum quæuis ab alia ſeiuncta,ſignum eſt proprium, non tamen inſeparabile.Proprium,quoniam tantùm putridis febribus competit vrinam oſtendere crudam, aut obſcurè coctam. In diariis namque nulla eſt in humoribus cruditas.Neutrum autem horum ſignorum eſt inſeparabile,quoniam non conuenit omnibus putridis febribus crudas vrinas oſtendere. Neque etiam in omnibus putridis febribus vrinæ obſcurè coctæ ſunt,ſed in quibuſdam ſunt crudæ, in quibuſdam obſcurè coctæ. Qua ratione fiet,vt hæc duo ſigna ſub coniunctione diuiſiua ſignum conſtituant inſeparabile à putridis febribus. Nulla enim febris putrida eſt,in qua à principio non appareat vrina cruda,aut obſcurè cocta, quando ipſa fit alia non præcedente. Nam ſi alia præceſſerit, poſſibile eſt ſignum aliquod manifeſtum coctionis ſtatim apparere, ita vt nunquam appareat vrina, aut cruda,aut obſcurè cocta. Quod fit quoties antecedit diaria febris, ita vt à cauſa prægreſſa febris habeat ortum.Tunc enim cauſa prægreſſa,vt diximus, primùm inflammat ſpiritus,ac deinde vbi in humoribus fuerit præparatio, tranſit diaria in putridam. Quoties ergo à cauſa prægreſſa febris habet ortum, & diaria antecedit putridam, quoniam talis febris ex humorum malitia & ipſorum putredine non fuit inchoata, ſed à cauſa externa ipſos ad putredinem concitante.Id docuit humores ex ſe non fuiſſe ante febrem adeò deprauatos, quin poſſent oſtendere ſtatim aliquam notam manifeſtæ coctionis: talis enim erat ante febrem eorum natura & qualitas,vt non putrerent, neque efficerent putridam febrem, niſi prægreſſa cauſa accedente. Cùm enim humor bonus putrere incipit à calore præter naturam, incipit ſimul cum naturali alterum coctionis modum aſſequi, id verò fieri potuit à calore febris diariæ, ſic enim fit vt putrida febris ab humore cocto incipiat. Tales etiam febres ſunt de quibus Galenus lib.1.de Criſibus cap.17.dixit, Statim ad ſummum vigorem, ac prima ipſa die, peruenire, de quibus ſunt febres omnes continentes citra putredinem,& febres continentes cum putredine,atque aliæ, quas diariæ febres præcedunt, quæ pariter à cauſis prægreſſis potiùs quàm ab humorum malitia habuerunt ortum. Lege etiam quæ cap.ſequ. comment. partis primæ dicentur.

In vndecima parte,quæ incipit(Cæterùm)ſignum quoddam ſcribit proprium, ſed non inſeparabile, quod eſt: Si apparuerit ſymptoma aliquod febris, earum quæ ſunt in genere putridarum, vt ardentis febris,hepialæ,aut lipyriæ aut ſemitertianæ,aut febris tiphodis. Talia enim ſymptomata ſigna quoque erunt, quæ oſtendent non tantùm eam putridam febrem eſſe,ſed genus ipſius.Quod ſymptoma ſi fuerit ex ſignis pathognomonicis talis febris, quamuis proprium ſit febris putridæ,non inſeparabile:illius tamen ſpeciei febris proprium & inſeparabile erit.Veluti in febre ardenti exquiſita lib.3.de morb.popul.par.3.comment. 34. Galen. ſigna pathognomonica ſunt,caliditas perurens, & ſitis irrequieta.Vbi verò hæc in febre apparuerint,notum eſt febrem ardentem eſſe. Eruntque hæc ſigna quæ paſſionem complent, febris putridæ propria, non tamen inſeparabilia, quia ſine ipſis febris putrida exiſtere poteſt:febris tamen ardentis exquiſitæ propria ſimul atque inſeparabilia.Competunt namque ſolis febribus ardentibus exquiſitis, & omnibus ipſis,id eſt quod dixit, non tantùm febrem putridam poſſe oſtendere huiuſmodi ſymptomata, ſed & febris ſpeciem. Quoniam tamen febri putridæ inſeparabilia non ſunt,vbi non adfuerint, aliunde ſigna venari oportet.De febre ſemitertiana, & hepiala,& lipyria,infrà dicemus lib.2. Tiphodis verò ab Aëtio lib.2.ſermone primo,quæ vrens aut fumoſa Latinis appellatur, ea eſt quæ à iecoris inflammatione ortum habet.

In parte duodecima quæ incipit(Quòd ſi)ſignum docet,quod ſumitur ex inclinatione febris,ſi namque non deſinit ad integritatem,aut ſudore,aut alia quauis euacuatione, aut fortè ſine ipſa. Nam ſi ad integritatem non deſinit febris, vnum duorum neceſſariò ſequitur,aut febrem putridam incœpiſſe ab initio,quæ tamen non finitur ea acceſſione,aut diariam febrem ab initio apprehendiſſe,ſed tamen ipſam iam in aliam naturam tendere, & in putridam mutari.Quod autem horum fuerit,diſtinguemus ex his quæ præceſſerunt.Quoniam hoc ſignum in fine & declinatione eſt aduertendum. Quod ſi ab initio,cùm homo febricitare cœpit, ſigna adfuerunt diariam febrem oſtendentia, diaria quidem fuit, ſed iam in putridam mutatur. Si tamen diariæ ſigna non præceſſerunt, ſed talia qualia febrem putridam oſtendere diximus,hæc & putrida eſt, & talis ab initio fuit.

In decimatertia parte,quæ incipit(Vbi verò)pulſus duritiem præcipit conſiderare, vt in notitiam cauſarum perueniamus, vbi prima die talis fuerit. Indicat enim cõcretionem à frigore factam,aut ſiccitatem,aut tenſionem cõuulſiſicam, aut phlegmonem,aut ſcirrhum:ab his namque cauſis pulſus durities fit.Falſum autem eſt durum pulſum, aut propriam,aut inſeparabilem eſſe febrium,aut putridarum,aut diariarum,aut hecticarum notam:ratio eſt quoniam febris,qua febris eſt,cuiuſuis generis ipſa fuerit,calefacit,ex accidenti verò exſiccat. Quod ſi

fieri

ſiccitatem calori coniunctã eſſe in omni febre concedamus. non tamen eam quæ arterias aut reliquas ſolidas particulas poſſit exſiccare, ac pulſum ea ratione durum reddere. In hecticis itaque ſæpe durus pulſus adeſt, non tamen ſemper, ſed cùm ad marcorem prope accedit. In diariis pulſus durus occaſione cauſarum prægreſſarum fieri aliquando poteſt, veluti cùm homo ob vehementem refrigerationem febricitauerit, aut tenſionem neruoſam patiatur: tunc enim ob magnam cordis & cerebri compaſſionem euenit, vt neruoſam tenſionem arteriarum tenſio ſequatur, aut ob exuſtionem, quod fit in his, qui febricitarunt ſub æſtu Solis iter agentes, aut ob laſſitudinem tenſiuam, vel ob alimenti defectum: tunc enim membra omnia areſcunt, quemadmodum vbi febricitauerint ob vigilias immodicas, aut nimiam euacuationem ſimul cum defectu alimenti. Solent enim hæc duo hac ratione arterias areſacere, ac pulſus duros reddere. Per putridas autem febres ſymptoma aliquod ſuperueniens durum pulſum efficere poteſt, vt coniuncto ſcirrho, aut phlegmone, aut ob neruoſam tenſionem, aut ſiccitatem. Accidunt autem huiuſmodi neruorum diſpoſitiones ex potu aquæ frigidæ, aut fructuum autumnalium (quos hoc in loco ὀπώρας, nominant) eſu. Cùm tamen contingit febrem putridam inflammationem coniunctam habere, pulſus durus efficitur. Sed tamen febris alia ratione, alia verò pulſus duros excitatur: febris quidem ex putredine humoris in inflammatione exiſtentis, durities verò pulſus ex arteriarum tenſione. In ſumma inquit, arteriis aduenit durities, aut ob concretionem, aut ſiccitatem, aut tenſionem. Aduertendum tamen quòd concretio, & ſiccitas verè duram reddunt arteriam, tenſio verò potiùs renitentem. Rurſus cauſas horum ſubiungit, nam arteriarum concretionem efficit vehemens refrigeratio, tenſionem phlegmone, aut ſcirrhus, aut diſpoſitio neruorum, qualis per inflammationem, vt in morbo comitiali, & conuulſione, & tenſione. Siccitatem verò multa efficiunt, vt diutinæ euacuationes in ventris profluuio, & lienteria, & difficultate inteſtinorum, & vomitu longo, aut ſimilibus, vt menſium profluuio, aut ſanguinis narium, aut per diuturnam famem, & ardentes febres diu perſeuerantes, & in vniuerſum per omnes cauſas quæ ſolidas corporis partes exſiccant, de quibus ſunt hecticæ febres. Viam dignoſcendi pulſum durum, ac diſtinguendi vehementem ab ipſo Galenus docuit lib. quarto de dignuſcendis pulſibus cap. 1. tactus namque à vehementi pulſu impellitur, ac ſubuertitur eo modo quo & nauis aquarum impetu, aut ventorum: à duro verò preinitur tactus, ac contunditur, vt à lapide lignum, aut ipſa nauis. Eius tamen cauſas ſcripſit lib. 1. de præſagitione ex pulſib. cap. 4 ſunt hæ ſiccitas, conſtrictio à frigore, & tenſio: ſiccitas per ardentiſſimas febres, cùm producuntur, aduenit, & maximè à torrido marcore: fit quoque à febribus quartanis, & morbis melancholicis quibuſdam. Conſtrictio fit ex intempeſtiuo aut immodico aquæ frigidæ potu, aut ipſius balneo, πότε ἰαῖς ψυχήσαις ὀπώραις ἀκαίρως, ἢ ἀμέτρως, hoc eſt, & à fructibus autumnalibus frigidis intempeſtiuis, aut immodicis, ὀπώρα namque autumnum ſignificat, & æſtatis finem, fructua verò ὀπώρας, quòd eo tempore matureſcant, vt melopepones, & vuæ, vocant: nam & lib. 3. Aphor. commen. 14. Gal. tempora diuidens dixit: Ortus Pleiadis principium eſt æſtatis: poſtquam canis ortus operã inchoat, quam & ipſam pro ſecunda parte æſtatis ponunt. Secunda ergo æſtatis pars, & autumni prima, fructuũ eorum quos oporas vocant maturationem perficiunt, & in hoc loco non tempus, ſed fructus ſignificantur, quòd eo tempore ſic propriè dicto matureſcant. Et lib. 2. de alimen. facul. cap. 2. eoſdem fructus ὡραίους, id eſt, horarios appellant, inquit, quòd in annum ſua virtute ſeruari non poſſint. Hos etiam in præſenti capite appellauit ὀπώρας, non tamẽ addidit frigidos, vt loco citato ſuprà, vbi aliorum fructuum autumnalium meminit, quorum eſum delirium ſequi ſolet, ὡς ἐπὶ ταῖς οἰνώδεσιν ὀπώραις dicens, hoc eſt, quemadmodum à fructibus autumnalibus vinoſis, hi namque læſa origine neruorum conuulſionis, aut tenſionis ratione pulſum durũ efficere poſſunt, vt fructus arbuti, frigidi verò dicti durum pulſum concretione faciunt. Fit etiam pulſus durities concretionis ratione, vbi multa pituita vitrea accreſcat, tenſio verò fit aut ob conuulſiuum affectum, vt comitialis & tetanus, & cõuulſio, aut ob inflammationem magnam, aut ſcirrhum, maximè autẽ vbi in iecore aut liene fuerit, quibus accedit vini potus, qui conuulſionis ratione duritiem pariter affert. An tamen verũ ſit, quod in his locis Gal. dixit, pulſum durum ob inflammationem fieri, dubium videtur. Lib. namq; 4. de cauſis pulſuum, inflammationibus, dixit, durum pulſum atque ſerratum fieri: namque tenſionis ratione durus efficitur, propterea quòd inflammatio eſſatu digna arterias ad ſe trahit, ac trahendo diſtendit. Quoniam tamen accedit calor qui cogit ad diſtentionem, non concedente arteria; ſequitur, vt confringatur atque inæqualis in vna diſtentione fiat: durus autem, & in vna diſtentione inęqualis ſerratus eſt, inæqualiter occurrente duro inſtrumento. Verumtamen eodem lib. pulſus lethargicorum, & peripneumonicorum molles eſſe dicit. Ad quod reſpondemus pulſum inflammationis omnem eſſe durum inflammationis ratione, quę partes arteriarum proximas tendit, quod ſi in parte aliqua fiat, quæ nullã arteriam tangat aut tãgendo contrahat, aut ob ſui paruitatem, aut mẽbri naturã, non neceſſario talis pulſus durus fiet. Similiter vbi ab ipſa inflammatione manauerit humiditas multa, quæ arterias irrigando emolliat, tunc enim pulſus fiet mollis, quãuis adſit inflammatio, vt voluit Gal. lib. cit. cap. de pulſu peripneumonicorum. Nota.

CAPVT XII.

Febris igitur hectica nomine efficitur duobus modis, magna ex parte ob febres ardentes, quæ prorogantur adeò, vt conſumant ſpatio temporis humorem corporis cordis, vel etiam ſi adhuc multus permaneat. Illa igitur non ſolùm hectica, ſed etiam maraſmodes iam exiſtit. Hæc verò quæ manente adhuc humore fit, corpus ipſum cordis prehendens, inde maximè accenditur: quẽadmodum lucernarum flamma ex ellychnio. Atque vna quidem eius generatio eſt prodita. Reliqua autem eſt, quoties ſtatim ab initio prehendit primam generationem ſimilem habẽs diariæ ob mœrorem, iram, laſſitudinem magnam cum vigilione contractam. Hanc igitur febrem ſanare nequaquàm difficilè eſt: quæ verò ex eis deuenerit in maraſmum propter inſcitiam eorum qui adhibiti ſunt medicorum, eam ſanare non ſolùm non facilè, ſed etiam impoſſibile eſt, quoties planè iam confirmata fuerit, nec præterea incipiat. Natura enim eius calida ac ſicca exiſtit, ac cor ſimiliter afficitur, vt ellychnium in lucerna, quoties plurimũ crematum fuerit. Etenim ita exuſtum friabile fit, atq; diſſoluitur, perditúrq; continuitas præ ariditate, vt neq; ſi affundas abundè

oleum,

oleum, queat rurſus accendere flammam copioſam. Parua enim atque infirma flammula in ipſo concutitur, ac ſemper minor efficitur vſquequo extinguatur. Atque exactè quidem maraſmodes febris huiuſmodi exiſtit, nec eadem eſt cum affectu marcore. Hic enim in iis efficitur, qui conſenuerunt ſine febre, extincto in illis natiuo calore (quæ potiſſimum mærore vacua mors eſt, ac ſecundum naturam ex ſiccitate conſiſtens) velut & in iis qui emarcent, præter naturam genus illud efficitur, quod Philippus nominat ex morbo ſenectam. In quam multos nouimus non ſenes ſolùm, ſed etiam pueros incidiſſe. Febris autem maraſmodes non ſolùm ſicca, ſed & calida affectio eſt. Extinguitur autē per eam multò celeriùs calor in animali, atque tabeſcit totum corpus inſtar arboris in plenum areſacta, vel ob temporis longitudinem, vel flammæ vicinitatem, vel fortem atq; immoderatum ſqualorē Sed de tota marcoris affectione ſeorſum diximus. Hectica autem febris cùm duplex eius genus ſit, vt antè diximus, indicia deinceps explicabimus.

COMMENTARIVS.

IN præſenti capite incipit Galenus agere de tertia ſpecie ſebrium eius diuiſionis, quam à principio aſſumpſit tractandam, quę ſumitur à materia in qua calor præter oaturam factum eſſe habet. Eſt hęc febris hectica nomine, cuius rationem in pręcedenti cap. tradidimus. Occaſione ſimiliter accepta de marcore mentionem facit. Caput in tres partes diuiditur: in prima duos modos ſcribit generationis febrium hecticarum. Primus eſt vbi febris hæc febres ſequatur ardentes, quæ cùm prorogantur, abſumunt oaturalem cordis humiditatem. Secundus eſt vbi ab initio febris hectica fiat, quemadmodum diaria fieri ſolet à cauſis prægreſſis, vt mœrore, ira, laſſitudine facta eum vſtione magna: com tamē febres ardentes ſequitor, aliquando fit exquiſita ac propriè dicta hectica, cùm videlicet humor qui cōtinetur in corpore cordis, non in totum abſumptus eſt à febre ardenti, ſed adhuc multus remanet. Aliquando verò ardētem ipſam febrem hectica ſequitur, quæ ad maraſmi naturam accedit, quare maraſmodis dicta eſt, cùm videlicet prædictæ febres ardentes humorem cordis à quo alitur abſumpſerint, ita vt eius parum aut nihil remaneat. Humores cordis diſtincti ſunt ab eius ſubſtantia, & hi duplices: nam quidam continentur in cauitatibus ipſius, & in venis, qui humorum formam ſeruāt, hoc eſt, ſanguinis, pituitæ aut bilis alterius. Alij ſunt humores quos humiditates ſecondas appellamus, qui in exilibus venis & poris membrorum continentur, & mēbris ſuperfuſi, vt ionominata humiditas, & ros. Quædam verò continetur in ſubſtantia carnis, aut eſt de ſubſtantia ſolidorum membrorum. Hæc autem partem habet carnoſam, partem etiā fibroſam, aut membranoſam. Sunt ergo quatuor humiditates aduertendæ, vt maraſmum incipientem noremus. Prima eſt quæ continetur in exilibus venis. Secunda membris effuſa, vt ros. Tertia carnoſæ ſubſtantię humiditas. Quarta humiditas ſolidarum partium, quibus quatuor ſiccitates oppoſitę notantur à Gal. 7. de Meth. meden. Prima eſt quæ ſequitor conſumptionem eius humiditatis, quæ in exilibus venis continetur. Secunda quæ ſequitur conſumptionem roris. Tertia quæ ſequitur conſumptionem carnoſæ ſubſtantiæ. Quarta quæ ſequitur conſumptionem ſolidarum partium, interim itaque dum humiditas quæ continetur in venis exilibus abſumitur, & ea quæ membris ad alitionem eſt ſuperfuſa, vt ros, manet autem ipſius quantitas effato digna, hectica erit ſic propriè dicta, quæ eo modo in corpore cordis accenſa eſt, quo flamma lucernæ ex ellychnio. Sed tamen dum ros ferè in totum abſumptus eſt, iam febris de genere maraſmi erit, vel ſienuis, vel facti, in qua cōtinget abſumi aut carnoſam ſubſtantiam, aut ſolidas particulas: & harum aut ſubſtantiam carneā, quæ inter partes fibroſas, & membranoſas ſolidarum continetur, quæ vnicuiq; ipſarum peculiaris, diuerſa ab ea quæ in altera exiſtit: aut ipſam membranoſam, & fibroſam ſubſtaoriam. Cùm verò magna huius pars abſumpta fuerit, ſi remanſerit febris, adhuc erit hectica maraſmodis, id eſt, de genere marcoris. Ceſſante verò ipſa ob caloris defectum marcor verus erit, qui ex morbo ſenium appellatur, & qui in omnibus ætatibus contingere poteſt, ſimilis illi marcori qui extremam ipſam ſenecturem ſequitur, & proximam mortem naturalem antecedit, eam inquam, quæ ſine dolore fit, de his tamen fuſiùs dicemus infrà.

Ob id tamen, quod Gal. dixit, aliquam hecticā febrem ſtatim ab initio inuadere dubitant medici, An aliqua hectica febris poſſit fieri nulla alia febre pręcedente. Nam Galenus ipſe a. lib. de criſibus ad finem, inquit: De hecticis autē non eſt pręſentis temporis ſermo, nulla enim earum in primis diebus, ſed in progreſſu temporis fit. Præterea cauſa quęuis calefaciens id ſubiectum prius calefaciet, quod ex ſe habilius eſt ad recipiendum calorem, ſed ſpiritus & humores ad id magis apti ſunt ſecundum naturam: ergo cauſa quauis accedēre, quæ calorem inducat, facilius inducet ipſam in humoribus & ſpiritibus, quàm in membris, atq; antecedet diaria, aut putrida hecticam. Rurſus caliditas membris inducēda prius eſt in fieri, quàm facta, & fiens eſt diaria, aut putrida: altera ergo harum antecedet hecticam, omnem tamen caliditatem primum eſſe fientem conſtat. Quoniam omne quod in tempore producitur, ante fit, quàm factum ſit. Gal. tamen in præſenti loco ab initio prehendere hecticas dicit, ac diariis ſimilem habere poſſe generationis modum. Quod ſimiliter ita fieri poſſe monſtratur. Ponamus enim aliquem laboraſſe ardenti febre, ita vt paſſus fuerit membrorum ſiccitatem, nunc verò ſine febre refici incipiat, ita vt aliqua ex parte humores refecerit bonos, membra autem nondum refecta ſint, ſed adhuc arida. Quod omnino continget in refectionibus lib. 6. de morb. pop. par. 3. commen. illius. Extenuatio curem elaxat. Si autem tali affectui cauſa valde calefaciens acceſſerit, membra immutabit humoribus non mutatis, aut ſpiritibus, in quibus non eſt ea præparatio ad recipiendam alterationem. Fiet ergo hectica nō præcedente alia. Nos verò ſic dubiū ſoluemus, quemadmodum ab initio cap. præcedentis parte 10. diximus. Incipere febrem aliquam vel ab initio fieri non eſt, vt medici iuniores putant, fieri nulla febre præcedente, ſed fieri primis ipſis ægrotationis diebus. Ad quod comprobandum accedit, quod Gal. lib. 10. de Meth. med. calidas & ſiccas tēperaturas dicit aptas ad febres hecticas, quæ fiunt à cauſis prægreſſis, atq; addit. Maximè tamen (vt dictum ſæpius eſt) ſiccos calidóſque affectus ſtatim à principio hectica corripit: ſicuti mulieri accidit quæ autūno ex triſtitiis, & vigiliis febricitare cœpit, perſeuerauit autem ad plurimum hyemis, hanc quarto die, vt ſcis, vidimus, deprehendimúſq; ſtatim hecticam eſſe febrem, cū alia quam humores excitarant coniunctā. Ecce vbi Gal. hanc febrem hecticam à principio corripuiſſe dixit, quāuis ipſam inuenerit humorali coniunctā, quā tamen, an per aliquod ſpatium tēporis prioſquam hectica inuaſiſſet, minimè nouit. Sequitur inde, quòd à principio fieri

apud

apod Gale.non alius quàm primis ipſis diebus fieri ſignificat, tales autem fieri poſſe nemo negabit: vbi cauſæ acceſſerint quæ calefaciāt ac validè corpus cordis exſiccent,& maximè vbi ex corporis diſpoſitione ad patiendum fuerit præparatio. Gal.verò quòd rarò id eueniat,dixit lib.2.de criſibus,non fieri. Nam & lib.3.de præſagitione ex pulſib.cap.7. ſic mentem ſuam exponit,dicens: At febris hectica rariſſima fit ſtatim à principio,cùm tamen id temporis poſſit naſci,nihil cauſæ eſt,ſed vidimus etiam nonnunquam tales. Quæ verò in contrarium adducta ſunt, facilè ſoluuntur. Ad primum dicemus in ſpiritibus prius induci febres à cauſis prægreſſis, quàm in membris,id verò non impedit quin hectica fiat primis diebus, quos dies ad quatuor extendit Gal.lib.10.de Meth.med.parte citata. Ad ſecundum concedimus omnem calorem prius eſſe fientem quàm factum,prius namque producitur,quàm ſit productus. Sed tamen is dum paruus fuerit, febris non erit: cùm verò magnus,erit alterius generis ab hectica. Hanc tamen febrem cuiuſuis generis fuerit, hectica ſequetur, primis ipſis diebus facta. Vbi habetur laſſitudinem magnam, Græcè, ϗ κόπῳ πόνον. Hoc eſt,& magnum laborē. Laſſitudo verò ipſam quoque diſpoſitionem,quæ relinquitur ex labore ſignificat,de qua non loquitur, ſed de ipſo corporis motu,hic autem vbi fiat cum exuſtione, id eſt,ſub Solis æſtu, febrē hecticam primis diebus afferet. Diuerſus tamen eſt is modus generationis hecticæ febris à præcedenti,nam in priore Galenus docuit febrem hecticam ſequi febres ardentes cùm prorogātur, nūc verò primis ipſis diebus fieri dicit.

In ſecunda parte,quæ incipit(Hanc igitur)hecticam quæ propriè talis eſt, neq; pertingit ad maraſmum facilè poſſe curari:eam verò quæ iam ad maraſmum ſit perducta ob medicorum incuriam, ſiue ob quamuis aliam cauſam,non tantùm difficilè eſſe ſanare, ſed omnino impoſſibile dicit,nēpe vbi iam non ſit in fieri, id eſt, procedat ad maraſmum, ſed peruenerit ad ipſum per membrorum ſolidorum conſumptionem. Quod fit cùm ferè totus roridus humor abſumptus eſt, & calor carneam ſubſtātiam abſumpſerit, & iam ſolidas partes occupauerit. Eo namq; tempore calor in corpore cordis accēditur, eo modo quo flāma lucernæ in corpore ellychnij, ſimul arefaciens corpus cordis, vt flamma ellychnium ſolet arefacere ac ipſum friabilem reddere. Euenit autem vt ellychnium non poſſit magnam flammam ſubſtinere, neque cor magnum calorem, quamuis aut in lucerna multū infundas oleum,aut homini multum adhibeas alimentum. Huius ratio eſt,quoniam interim dum facultas quæ alimentum mutat in ſingulis membris conſtat, nō eſt impoſſibile partes diſſolutas reficere, quod fit in febribus hecticis,& incipiente maraſmo:nam alimenti defectus vt humiditatis quæ continetur in exilibus venis & roris,alimenti copia completur, humidarum verò partium, quæ continentur in ſubſtātia ſolidarum particularum, non niſi alitione, quæ alimenti commutatione fit. Huius verò commutatio à facultate quæ eſt in ipſo membro: ea tamen in hectica maraſmode languet, malè ergo per ipſam fiēt commutatio,atq; refectio, iam languentē, longè deducta temperatura per calorē & ſiccitatem,ab ea quæ membris ineſt ſecundū naturam. Eſt autem hæc maraſmodes febris non ſtatim incipiens: ſed quæ valdè nota eſt,& multum maraſmi habet, cū febre hectica mixtum. Neq; enim putandum eſt maraſmodem febrē incipientem ſtatim incurabilē reddi, nēpe cùm adhuc in carnoſa ſubſtantia conſiſtit, quo tempore nondū valde languet facultas. Nam inter eam quæ facilè curatur, & eā quæ omnino non curatur,aliquod medium eſt:quod difficilè curari poteſt,talis naturæ eſt ea quę nondum manifeſtè facta eſt maraſmodis, ſed adhuc fit,de qua cap.ſeq.dicemus,in qua etiā carnoſa ſubſtantia abſumitur. Inter eam ergo quæ facilè curatur,& eā quæ omnino nō curatur,magna eſt latitudo,earúmq; maioris,minoriſq; ratione diſtinguuntur. Curabilem eſſe eū maraſmū in quo carnoſa pars occupatur, reliquos verò inſanabiles lib.10.de Meth.med.Gal.docuit. Cū enim docuiſſet balneo frigidæ hecticas febres curare,addit: Quē autem maraſmus planè iam occupauit,hunc ſanare ne tētaueris. Eum igitur qui planè maraſmus eſt,non poſſe curari,inquit,neque eius curationem tentare cōſulit. Hunc autem non conſiſtere in carnoſa ſubſtantia,ſed in ſolidis particulis docet,quemadmodū & lib.art.medi.cap.59.dicens: ipſæ enim ſolidæ corporis partes, quæ verè ſolidæ ſūt ac primę,nullo modo poſsūt effici humidiores. At ſatis eſt ſiquis eas celerius exſiccari prohibeat, intercepta autē in ipſis ſpatia hac vel illa humiditate cōplere,poſſibile. Et eū qui occupat carnoſam ſubſtantiam curabilem eſſe voluit 10.de Meth.med. loco cit.vbi de maraſmo febre loquens inquit: Ac ſi quis talū eſt ſeruatus,huic carnoſam portionem maraſmus occupauerat, ipſis verò ſolidis ſiccatis fieri nequit vt homo prorſus perſanetur,ſed omnino vel ſtatim febris ipſa iugulauerit vel poſtquam in eum affectū eſt trāſlatꝰ, quem ſenium ex morbo vocamus. Hæc igitur eſt quam in præſenti loco incurabilem dixit,quæ cùm febris hectica ſit, & ſolidas particulas occupet, planè maraſmus febris appellabitur. Quæ verò ad hanc nōdum peruenit,adhuc curabilis habetur. Voluit etiam Gale.hecticam maraſmodem tres differentias continere. In prima carnem occupari. In ſecūda carnoſam partem ſolidorum membrorum, in tertia fibroſas ac membranoſas partes ipſarū ſolidarū partium abſumi dicit.

In tertia parte,quæ incipit(Atq; exactè)diſtinguit febrem hanc hecticā de genere maraſmi,quam diximus tres ſpecies habere diuerſas à vero marcore, quem ſimiliter exponit dicens: Ipſum eſſe diſpoſitionem quæ euenit iis qui conſenuere ſine febre, calore naturali extincto,ob nimiā ſiccitatem. Quam conſtat antecedere mortē,quæ dolore omni vacat. Non enim dolent qui ſenſim mutātur,dicente Platone: Dolor eſt pathos ſubitò,& affatim ingruens. Siccitas verò hæc à calore naturali agente fit,nulla cauſa præter naturam accedente. Qualis ſimiliter eſt diſpoſitio quam Philippus appellabat ex morbo ſenium. Is enim marcor quidam præter naturam eſt, & ariditas cum caloris extinctione, morbi ratione eueniens,non tantum in ſenectute,& ętatum proceſſu, vt prædictus qui naturalem mortem affert,ſed etiam in pueritia. Febris tamen hectica maraſmodes calida & ſicca paſſio eſt, & quæ celeriter hominem abſumere poteſt, multò celerius marcore,quoniam calor velocius abſumit humidum, quo vita conſeruatur. Cuius cauſa conſulit Gale.vt eos quorum ſalus eſt deſperata, ob hecticam maraſmodem, in verum marcorem refrigeratione perducamus:hic enim tardius hominem interimit.

Definitio doloris ſecundum Platonem.

Μαρασμὸς Latinè marcor,inquit Gale. corruptio eſt viuētis corporis ob ſiccitatem:corruptio tamen non facta,ſed quę fit. Cùm tamen plantis & animalibus eueniat, in plantis cuiuſuis partis corruptionem ob ſiccitatem licet appellare marcorem,in animalibus eam tantùm quæ totum occupat corpus. Solet hæc ſecundum naturam omnibus viuentibus

euenire, adhuc omnibus cauſis præter naturam occurrentibus ſublatis, ſed ſola caloris naturalis actione, vnde mortem ipſam, naturalem dicemus, & quoniam paſſio eſt quæ actionem naturæ neceſſariò ſequitur, quamuis naturæ opus non dicatur: & quoniam ineuitabilis eſt, quamuis quidam id arte fieri poſſe exiſtimauit. Cæterùm cùm calor noſter humidum contractum à prima generatione perpetuò exſiccet, mors ineuitabilis ſequitur, cùm minùs bonum perpetuò ſuccedat ei quod diſſoluitur, nec valeant membra ob ſiccitatem alimentum trahere, vt Gal. ait lib. de marcore. Vnde fit vt calor ſimiliter minuatur diminuto humido, & ſenectus primò, deinde mors ſequi debeat. Senectutis verò finis ſecundum naturam marcor eſt, frigida, & ſicca diſpoſitio, qualis & quæ appellatur ex morbo ſenium, cui contrarius eſt torridus marcor, paſſio ſicca, ſed tamen calida, quæ ſimiliter dicta eſt in præſenti capite hectica maraſmodes, marcori namque ſimilis eſt ſiccitate, hecticæ verò calore. Siccitas autem hęc non quęuis eſt, ſed quæ iam ſolidas partes occupat, quæ tamen de hecticæ febris ratione non eſt, minimè verò eius quæ ſimpliciter hectica dicta eſt. Porrò inter has duas marcoris ſpecies, quarum altera frigida eſt, in qua pulſus eſt paruus, eſt & rarus, & eam quæ eſt calida in qua pulſus eſt paruus & frequens, medius eſt marcor, συγκοπώδης quem ſyncope comitatur, ob imbecillitatem, & is nūc calidus eſt, nunc verò accedente ſyncope frigidus. Eſt quoq; veluti medium quoddam tranſitus à maraſmo torrido, ſiue ab hectica maraſmodi, in exquiſitum marcorem ex morbo factum, qui frigidus eſt.

CAPVT XIII.

*FEbris igitur hectica cum marcore coinci-
dens, promptiſſimè ac faciliſsimè cognoſci po-
teſt. Prius enim quàm tangas pulſum at-
que calorem, oculos ſupra modum cauos
videbis, quaſi in fouea quadam conditos,
ob totius humidæ eorum ſubſtantiæ conſumptionem: ita, vt
oſſa quibus palpebra annexa ſunt, promineant. Quinetiam
lippitudines in eis viſuntur aridæ, ac quædam ſqualida di-
ſpoſitio, qualis maximè ineſt eis, qui per puluerem multum
tota die in Sole calido fecerunt iter. Flos ipſe præterea vi-
uidus coloris periit, atque id toti faciei accidit, & immode-
ratus ſqualor habetur totius cutis circa faciem, maximé-
que circa frontem: ita, vt propter ſiccitatem, ſicca atque in-
tenta ſit, non tamen queunt palpebras ipſas multum attol-
lere, perinde affecti ſemper, vt qui dormituriūt. Quinetiam
conniuent magna ex parte, quemadmodum qui dormiunt.
Eſt autem talis affectio nequaquàm ſomnus, ſed impoten-
tia vigilandi. Carnes præterea conſumptæ ſunt circa tem-
pora, ita vt ea loca collapſa, cauáque appareāt. Nec quic-
quam aliud omnino, quam oſſa, ac cutis ſunt: ita, vt ſi eos
nudos perſpicias, in ventre nullum ſupereſſe inteſtinum,
nec vlla viſcera, atque hypochondria ipſa retracta eſſe ad
thoracem admodum videantur. Quodſi libeat illos tange-
re, cutis quidem perquàm ſicca exiſtit: & vbi attollas ap-
prehendens digitis, quaſi corium quoddam ſtat. Pulſus au-
tem gracilis, durus, debilis, ac frequens habetur. Calor au-
tem in primo quidem occurſu debilis, ſed paulò poſt acer,
atque erodens apparet: maximéque vbi tangendo diutius
immoreris. Sed minimè conuenit reliqua indicia comme-*
2 *morare in re tam perſpicua. Itaque ſatius eſt, vt ad ipſum
marcorem adhuc incipientem veniamus. Marcor ergo in-
cipit, quoties humor inſitus in vnoquoque corpore diſperſus
per loca media partium ſimilarium, ex quo membra pri-
mùm aliūtur, ferè in ipſo corpore cordis nullus amplius ex-
eſt. Quouſque enim aliquid ipſius ſeruatur, hectica febris
tantummodò eſt, nondum tamen maraſmodes. Vbi verò fe-
rè nihil inſuper huius humoris exiſtit, exquiſitus iam mar-
cor conſiſtit. Difficilis ergo cuiuſlibet hecticæ febris diſpoſi-
tio eſt, quoties ipſius principij tempus præterierit. Definitio
autem principium, non dierum vel horarum numero: quem-
admodum neque in cæteris morbis, ſed ipſa qualitate diſpo-
ſitionis: etenim dum corpus ipſum cordis diſcedit ab ipſa
temperie naturali, non ſtatim inſitus humor perit, neque
facultas debilitatur: ſed in primis velut ebullitio quadā ef-
ficitur ipſius humoris, quo tēpore talis febris faciliſsimè cu-
ratur: quippe quòd facultas nihildum perpeſſa eſt. Deinceps
autem conſumptio quædam fit ob ebullitionem, eáque ipſa
amplius iam procedente, ipſa etiam corpora ſimilaria, quæ
velut elementa cordis exiſtunt, ſicciora euadunt, minúſque
alimenti ſentiunt; ac facultas debilis redditur tantum,
quantum ſiccitas ac caliditas in eo exuperat. E quibus
alterum ſufficiens erat, vt exuperās infirmam redderet fa-
cultatem. Talis febris iam quodammodo medio genere am-
bigit, ac media eſt inſanabilis penitus illius maraſmodis,
eiúſque quam paulò antè diximus, adhuc incipientem fa-
ciliſsimè poſſe curari. Atque in ea perquam multa latitudo
exiſtit, quoniam non parua affectionis ipſius permutatio
maioris minoriſq; ratione eſt. Itaq; quoties ab vtraque fe-
bre diſcedit æqualiter, ab exquiſita ſcilicet maraſmode, eá-
que quæ nōdum quippiam eiuſmodi habet, media quodam-
modo eſt, & ad curationem ambiguum habens vtroque
verſus momentum. Quæ autem maraſmodi propior eſt, iam
periculo propinquat, quemadmodum priori alteri propin-
quior, ſpem obtinet non paruam ſanitatis. Sed tempus eſt* 3
*vt ad earum indicia tranſeamus: & primùm quidem il-
lius quam poſſe facilè curari docuimus: niſi in vulgarem
quempiam medicum incidat. Eſt autem, vbi ſola conſiſtit,
nequaquam difficilis cognitu: implexa autem cuipiam
putrida, deprehenſu difficilis iam exiſtit ob permixtionem.
Sed primùm ſubiiciamus ipſam ſolam ex quadam cauſa
prædicta conſiſtere, atque appareant in ea prima die cun-
cta indicia febris diariæ. Simul igitur cum eis apparebit
ſtatim cauſæ prægreſſæ genus, atque id indicabitur proce-
dente oratione. Sed interrogando ægrotum ipſum licebit
diſcas, ſi aliis in rebus non malè affectus, ex ira forte tan-
tummodò, vel mœrore, febricitare incœpit. Quòdſi videan-
tur hæc ita ſe habere, febriſque extendatur vſque in ſecun-
dum diem, nequaquam deſinens ad integritatem, ſed neque
vehementior euadens, ſi ſqualidior quidem appareat, ſuſpi-
cari hecticam fore talem debes. Quòdſi tertio die ſine cibo
tranſmittere volueris ſuſpectas horas acceſſionis, quæ tertio
quoque die deprehendere ſoles, ac neque additio vlla facta
ſit, neque minutio inſignis: ſed prima febris parua reliquia
extendantur, permaneántque cum ſqualido corpore &
calore, miti quidem in primo occurſu manus apparēte, mo-
ranti autem diutius acri, mordaci & ſqualido occurrente,
talem febrem hecticam eſſe exiſtimare debet. At verò ma-* 4
*ximum tibi atque certiſſimum indicium erit natura eius
nutrito homine, quando certiſſimè videtur tranſiſſe om-
nes horas ſuſpectas. Statim enim à cibo poſt vnam ho-
ram vel alteram, omnibus tangentibus ægrum, alterum
incrementum febris ipſa habuiſſe videbitur. Nec de-
erit qui increpet tanquam intempeſtiuè dantes cibum, &
ipſo potiſſimum tempore acceſſionis, & dicat diutius fuiſſe
expectandum, & tardaſſe acceſſionem. Sed res non ita ſe
habet. Cuilibet enim hecticæ febri proprium inſeparabile
id eſt, vt ingeſto cibo calor accendatur, pulſúſque in ma-
gnitudinem ac velocitatem increſcat: ita vt æqualis eſſe
acceſſio videatur. Æqualem autem acceſſionem voco, in
qua nec horror exiſtit, nec frigus extremorū, neque ſomnus,
neque pigritia inſignis, vel inæqualitas quædam penitus, vel
in calore vel in pulſu, imò nec etiam paruitas, neque debi-
litas, neque aliud huiuſmodi quicquam, ſed tanquam alij
cuipiam nutrito pulſus maior ſtatim ac velocior reddi-
tur.*

Digitized by Google

*5 tur. Accidit autem interdum & in aliis quibuſdam febri-
bus incrementum æquale: & quod quidem ex ipſo eſt, vide-
bitur minimè eſſe hecticæ febris ſymptoma proprium inſe-
parabile. Sed non parum differt, ſi ad vniuerſam dictorum
indiciorum collectionem reſpexeris. In omnibus enim aliis
febribus tales acceſſiones æquales exiſtunt, etiam citra ali-
mentum ingeſtum. In hectica autem penitus contrarium
euenit: nullo enim tempore acceſſio prehendit, ſed vna con-
tinua febris eſt, velut ea quæ ſynochos, id eſt, continua pro-
priè nominantur. Sed hæc quidem quaſi flammam quan-
dam permultā occurrentem habet imponentibus manum:
præterea pulſus quoque velociſſimus, frequentiſſimus, ma-
ximúſque ei exiſtit. In febre autem hectica, neque caloris
multitudo occurrit, ac pulſus tantò minor, rarior, tardiórq;
eſt quàm in ſynocho, id eſt, continua, quantò calor ipſe mi-
6 nor habetur. Commune igitur cuiuſuis hecticæ febris eſt,
vt exigua ſit atque æqualis ſemper à primo initio vſque
ad vltimum finem. Proprium autem eius quæ tabi affinis
exiſtit, ſiccitas eſt, quoniam hectica febris ſæpenumero ſine
ſiccitate conſiſtit, nequaquam tranſiens in marcorem, qua-
7 lis etiam nunc multis in magna penuria contigit. Febris
igitur hectica diſſidet à ſynocho, id eſt, continua: quemad-
modum dictum iam eſt. Ab aliis autem habentibus acceſ-
ſiones æquales, eo ipſo maximè diſſidet, quòd inæqualita-
tem quandam illæ omnino habeant poſt alimentum ſub ip-
ſam acceſſionis prehenſionem: hectica autem poſt alimen-
tum velut acceſſio quædam æqualis contingat: quæ (vt pau-
lò antè docui) minimè acceſſio habetur, ſed imperitos cir-
ca talia decipit ob caloris, tum multitudinem, tum ma-
8 gnitudinem, velocitatémque pulſus. Talis autem febris ſe-
quenti die planius cognoſcetur, ſi diligentius obſeruaueris,
quamdiu permaneat poſt cibum ipſa pulſus, calorîſque al-
teratio. Inuenies enim tamdiu permanere omnium quæ
manifeſtè apparent alterationem, donec diſtributio ali-
menti, atque adiectio ſqualorem cordis humefaciat: deinde
rurſus ad priſtinum redire ſtatum, qui erat antequam ſu-
meret alimentum. Si igitur alio tempore nutrias ipſum
ſequenti die, rurſúſque alio tempore ſequenti die, inue-
nies ita fieri, vt dixi, augeri quidem calorem poſt cibum,
pulſumque ipſum, vt dictum eſt, alterari. Conſtat enim
illis id accidere, quod calci ac lapidi calefacto. Si enim
eis affundas frigidiſſimam aquam, multò calidiores ſen-
tiuntur, tanquam calor ſqualidus in eis ab humida ſub-
ſtantia nutriatur. Quæ autem cauſa ſit ob quam ita eue-
niat, quæſtio naturalis exiſtit: ſed quod ita efficiatur,
cuiuis tentare volenti diſcere licet. Vbi enim manibus
ſumas glebulam calcis, contemnes eius caliditatem, ac
minimè ſenties. Vbi verò deponens ipſam humi, affundas
illi aquam, perſpicies ſtatim admodum calefieri, atque
adeò feruere vt lebetes, quoties in multa flamma verſen-
tur. Videbis præterea vaporem ab ea haud exiguum efferri:
ri: quòd ſi audeas tangere, facilè deureris. Ad hunc igi-
tur modum ad ipſum ſenſum humidus calor non paulò ha-
bet vim euidentiorem quàm ſiccus. Cæterùm quòd calor
ſiccus exiſtat, per hecticam febrem cui ſuccedit marcor,
9 hinc diſcat licebit. Nemo ſtatim ab initio prehenſus eſt
tali febre, qui corporis habitum habuerit humidum: ſed
qui ſiccior natura exiſtit, maximéque, vbi calidus quoque
natura ſit, & qui vitam degit in labore, vigiliis, cura, ac
victu tenui, is aſſolet ſtatim ab initio prehendi hectica fe-
bre ex ira, ac mœrore: ac multo magis, quoties æſtas, & con-
10 ſtitutio calida ac ſicca, locúſque eiuſmodi fuerit. Prin-
cipium autem eius terminatur quoties eo tempore
quo diaria per inclinationem mitiorem deducitur ad in-
tegritatem, adeò nihil eiuſmodi ipſi accidit, vt ſiccitas
perſpicuè intendatur: tunc enim primum ſuccedenti dia-
riæ, hectica iam efficitur. Definitur præterea aliter eius
incrementum atque perfecta generatio per acceſſionem ter-
tiæ diei. Si enim (vt paulò antè diximus) eo die alia ac-
ceſſio minimè prehendas, neque æger ſine febre exiſtat, ſed
ſiccitas ipſi conſtanter intendatur, talis febris haud dubiè
iam hectica eſt, ac proceſſu temporis maraſmodes ſine mo-
ra euadet, niſi rectè curetur. Definitur autem abitio eius in 11
tabem, cum primum pulſus debilis ſimul ac durus eſt, con-
tinuóque paruus ac frequens is neceſſariò eſt, non tamen
proptereà maraſmodes exiſtit, ſed propter debilitatem ac
duritiem. At verò debilitas accidit ob fortem cordis intem-
periem: durities autem, ob ſiccitatem: quòd ſi tales affectus
prehendant cor ipſum, maraſmode febre detineri animal
tunc neceſſe eſt. In eandem præterea febrem incidunt ex 12
acuta atque ardenti plerique eorum qui male curantur,
maximéque quicunque vbi frigidam aquam bibere poſtu-
larent, adeò nihil eiuſmodi biberunt, vt nec vllum aliud in-
frigidans remedium thoraci atque hypochondriis adhibue-
rint. Quòd ſi adeò nihil eiuſmodi adhibuerunt, vt inſuper
cataplaſmatis ex melle plurimum vſi ſint, quæ nunc fre-
quenti in vſu ſunt amplius in marcorem incurrere his
promptum eſt ſiue ſolùm febricitēt, ſiue ex iecoris aut ven-
tris inflammatione. Maximè enim his inflammationibus
haud rectè curatis ſuccedit marcor: ita, vt quidam exiſti-
marint non aliter poſſe fieri huiuſmodi affectionem, nequa-
quam ſcientes, quod neutrum horum, nec aliud quodquam
viſcus, aut membrum, neque marcorem, neque penitus he-
cticam vllam febrem committat, priuſquàm (vt diximus)
cor ipſum afficiatur. Talis igitur affectio ei incipit, interdū
ex ſeipſo, vt ex ira ac mœrore forti & longo: interdum ex
febre ardenti: quandoque verò ex affectibus pulmonis, ac
thoracis, maximéque purulentis ac tabidis. Vt autē ex his,
ita accidit ex ventre ac iecore, & vt ſummatim dicatur,
quauis diutina inflammatione in parte principe ſimul cum
ſiccitate totius animalis, maximéque cordis. Ego namque
vidi inflammationi laxioris inteſtini diutina ſuccedere
marcorem, ac ſtomachi, ac veſicæ, ac renum. Fuerūt autem
nonnulli qui affecti erant difficultate inteſtinorum tali fe-
bre correpti, quum ſcilicet laboraſſent inflammatione inte-
ſtinorum. Atque etiam leuitates inteſtinorum & fluores
inteſtinorum diutinos, quoties ſtatim ab initio, aut tempore
procedente febris exigua incidit, marcor ipſo ſubſequitur,
& vt in ſumma dicatur, quoties præexſiccatum cordis ip-
ſius corpus febrilem calorem ſuſceperit ſolutu difficilē. Ma- 13
ximum itaque ſignū febris hecticæ eſt, quoties arteriæ ipſæ
ſentiuntur calidiores quàm corpora, quæ circiter ſunt: quod
per alias febres illis minimè accidit. Fit autem ſymptoma
adhuc euidentius vbi laueris, aut alio quouis modo rarefe-
ceris, ita vt humor quidā profluat, atque calor ipſe perſpi-
ret. Calor enim moderatus in aliis partibus omnibus poſt
talem perſpirationem apparet: in ipſis autem arteriis ne-
quaquam minor eſt priore. Is verò quàm maximè exquiſi-
tè ſentitur per pulſuum diaſtolas, qui minimè mutatur poſt
dictam expirationem, ſed ſimilis penitus permanet. Sola er- 14
go conſiſtens hectica febris perſpicua eſt, ſiue abſoluto ſer-
mone hectica, ſiue etiam maraſmodes ſit. Vbi verò cum alia
quapiam fuerit, difficilius iam cognoſcitur: quemadmodum
quæ nuper mulieri cuipiam accidit, cui non ſolùm die, ſed
etiam nocte nō obſcurè fiebat acceſſio. Latuit enim maraſ-
modes febris omnes qui eam viſitabant Medicos, exiſti-
mantes oportere, neque principium prehēſionis ſenſibile eſſe
hecticæ febris, neque incrementum, neque vigorem, tanquam
minimè contingat hecticam febrē putridæ alicui poſſe im-
plicari, ſed nobis ſtatim primis diebus in hac muliere co-
gnita eſt. Vtraq; enim acceſſio quæ die ac nocte fiebat, bre-
ues efficiebat partes acceſſionis, ac ſæpe cum madore quodā,
aut perſpiratione vaporoſa ſoluebatur iam perſpicuè, vt
corpus ipſum benè temperatum tangentibus ſentiretur. In-
dicia autem in arteriis paulò antè dicta ſemper extiterūt,
nequaquam refrigeratis ipſis ſimiliter aliis partibus, neque
velocitatem aut frequentiam motus amittentibus. Quæ er-
go alio loco ſæpenumerò docuimus, etiam nunc dicimus:
non oportere ſolùm circuitiones, atque proportiones acceſ-
ſionum conſiderare, ſed multò prius ipſam ſpeciem febris:*

ex eáque cognoſcere ipſam febrem, quemadmodum ipſum hominem ex propria forma. Sic ipſi ſæpe prima die ad hunc modum ſpeciem febris cognouimus, minimè expectantes tertianam, aut quartanam, aut quotidianam circuitionem. Sed de his ſecundo libro de iudiciis latius docuimus, atque eo ipſo libro nihilominus diximus, quomodo oporteat diariæ febris cognoſcere differentias. Promiſeram autem (ſcio) me dicturum hoc loco de illis. Sed cùm recordarer pauca in eo libro deſiderari quo in plenum de omnibus præceptũ eſſet alia quidem huc tranſcribere ſuperuacuum duxi, adiiciam verò ea tantummodo quæ intra modum ſunt in eo prodita.

COMMENTARIVS.

POſtqnam Galenus febrium hecticatum generationem ſcripſit, ac diſtinxit febrem hecticam ſimpliciter à maraſmode, & à vero ipſo maraſmo, in præſenti capite procedit ad ſigna vtriuſque generis hecticarũ, vbi ſimiliter docet hecticæ diuerſas ſpecies diſtinguere, ſiue diuerſa ipſius tempora. Incipit autem à ſignis eius quæ maraſmo cõiuncta eſt, non iam fienti, ſed facto: quoniam hæc grauiſſima atque inſanabilis eſt, & cognitu facillima. Caput reliquam totam doctrinam hecticarum febrium continet, diuiſam in xiiij. partes. In prima ſigna ſeptem ſcribit, quæ docent febrem hecticam cum marcore non incipiente, ſed iam facto, coniunctam, quã ineuitabilem eſſe diximus, ac in tertia hecticarum ſpecie conſiſtere dicemus. Facillimè verò hæc cognoſcitur à medico, quamuis ipſe nondum, aut pulſum, aut calorem tetigerit, adeò euidentia ſunt eius ſigna. Quorum primum ab oculis ſumere docet, ſunt enim ipſorum oculi caui admodum, ac veluti in fouea quadam conditi, ita vt oſſa promineant. Euenit autem id ob humiditatis naturalis ipſorum conſumptionem, vnde ſequitur, vt oſſa oculorum promineant, quoniam oculi cauantur. Similiter in ipſis oculorum angulis lippitudines quædam aridæ apparent, quales ſolent apparere in his qui ſub æſtu ſolis & in puluere multo iter egerunt. Hoc ſignum ſatis cognitum eſt in ipſis ægrotantibus, & in iter agentibus. Secundum ſignum à facie ſumitur, à qua florem viuidum amiſiſſe dicit, qui eo morbo laborant, quod non tantùm colorem mixtum ex albo & rubro ſignificat, ſed (quod non ſatis poteſt exponi) viuentis aſpectum, quibus accedit calor, & ariditas circa frontem. Tertium ſignum ex palpebris ſumitur, quas attollere non poſſunt ob imbecillitatem. Quod ſimiliter contingit iis qui dormituriunt, quod enim palpebras attollere non poſſunt, non fit quoniam dormiunt, ſed quoniam vigilare non poſſunt, nam qui vigilant per animalem facultatem operantur, ad quod non valent languidi nimis. Ad ſomnum verò præter impotentiam vigilandi, vapor in cerebro meatus obſtruens exigitur, quo ſimiliter carent maraſmode febre laborantes, magna ex parte. Quartum ſignum ſumitur ex temporum collapſu, concidit enim cutis in oſſa, abſumpta intermedia carne. Id verò non tantùm in fronte, ſed in toto corpore contingit, nam & viſcera abſumpta videntur, & venter dorſum tangere, & hypochondria ad thoracem conuolſa: tam eſt vniuerſum eorum corpus extenuatum. Hæc ſigna latius expoſuimus in noſtris in 1. lib. prognoſt. expoſitionibus. Vbi legitur hypochondria, lege, hypochondrium, vt ibidem docui. Quintum ſignum tactu dignoſcitur, apparet enim cutis valde ſicca, quæ ſi digitis apprehendatur, veluti corium ſtat, nec decidit ſtatim, quoniam non eſt ſubiecta caro quæ implendo ad priorem figuram cutem redu[c]at, & extendat. Sextum ſignum ad pulſum atti[ne]t, eſt is gracilis, durus, debilis, & frequens: durus, ob arteriæ ariditatem: debilis ob languorem facultatis, frequens, quoniam languida facultas arterias non diſtendit pro vſus ratione, febrili exiſtente calore. Maximè verò dura ac debili exiſtente arteria, quod frequentia impleri debet. Gracilis tamen fit pulſus in ipſis, quoniam longus & anguſtus pulſus gracilis eſt. In dicta verò diſpoſitione anguſtus eſt pulſus ob duritiem arteriæ: quæ non conſentit diſtentioni per quam latera à centro vndique diſcedant, vt par eſſet. Paucitas verò carnis cauſa eſt, vt per multum ſpatium, à multiſque digitis percipiatur. In ſania namque carnis copia impedit quò minus longè ab articulo manus percipi poſſit arteriæ motus.

Septimum ſignum ad caloris attinet naturam, quæ tacto ſimiliter percipitur, calor enim debilis (quem etiam puſillum ſiccum appellauit Hippo.) primo occurſu apparet, demum verò ſi tangendo immoreris, calor videbitur acer & erodens. Ipſum eſſe acrem & erodentem certum eſt, calor namque ſiccus talem habet naturam. Quoniam autem ob humoris aut vaporis defectum non repræſentatur tactui validus, tempore egebit ad actionem, quæ enim imbecillam habent agendi potentiam, tardius agunt.

Secunda pars incipit (Itaque ſatius eſt) in qua tres differentias hecticarum ſcribit. Nam quædam ex eis eſt quæ fit ex humiditatum cordis efferueſcentia, potius quàm conſumptione: in hac Aëtius dicit carnem & pinguedinem liquari, & torreri. Hæc facillimè curari poteſt, & maraſmi nihil adhuc continet & eſt hectica incipiens. Secundo loco ſequitur tranſitus in marcorem, id autem eſt, cùm humor inſitus in ſubſtantia cordis abſumptus eſt magna ex parte, ita vt nihil ferè ipſius maneat. hanc circumfuſam humiditatem ad totis ſpeciem dicit Aëtius. Eſt hæc ſecunda ſpecies febrium hecticarum, & marcoris initium. Vbi enim deſinit eſſe exquiſita ac ſola hectica, incipit marcor, cum manifeſta membrorum ſiccitate, & facultatis imbecillitate. Nam dum facultas nondum mutata eſt, & humoris cordis pars effatu digna manet, hectica tantummodo eſt, marcoris nihil habens. Cùm tamen iam manifeſta mutatio eſt ad ſiccitatem & alimenti defectum membra ſenſerint, & facultas imbecillior reddita fuerit, quòd neceſſariò ſequi debet ad alimenti defectum, vel ad intemperiem calidam & ſiccam factam: tunc ſecunda ſpecies hecticarum dici poterit, ſiue marcor incipiens, medio modo curabilis, neque adeò facilè vt hectica pura, nec adeò difficilè vt torridus marcor, cuius ſigna ſcripſit, quẽ ſimiliter immedicabilem ſupra dixerat, cauſam quoque eius nos ſuprà tradidimus. Conſtat etiam, quòd cùm Galenus in hoc loco principium definit, non eſt id maraſmi principium, ſed hecticæ febris, dum cordis humorum fit ebullitio, nõ tamen conſumptio magna. Nam in maraſmo incipiente dixerat, humorem inſitum ferè in totum abſumptum eſſe, ita vt ferè nihil eius in corpore remaneat, cùm tamen in principio dixerit ſolam humoris inſiti in corde fieri ebullitionem. Hoc igitur principium hecticæ febris eſt, illud verò principium maraſmi, eritque maraſmi principium cum ſiccitate, alimenti defectu, & facultatis imbecillitate: quæ ſigna infra à Gale. ſcribentur. Ac erit hæc media quædam ſpecies malitia, & curationis difficultate inter hecticam febrem quæ incipiens dicitur, in qua ebullitio

tio contingit, & quæ hecticę principium appellatur: & maraſmodem quæ iam factus maraſmus eſt cum febre cuius ſigna ſcripſerat, quam etiam omnino incurabilem dixit. In ipſa quoque media latitudine intelligere oportet aliquam magis ad hecticam, aliquam magis ad incurabilem accedere. Et eam quæ magis ab incurabili recedit, magis eſſe curabilem, reliquas verò quo magis accedunt minus eſſe curabiles. Vbi habetur (exquiſitus iam marcor exiſtit) Græcè ὁ ἀκριβὴς ἤδη, μαρασμὸς συνίστα), ſcribendum potius foret μαρασμώδης, quod eſt, exquiſita maraſmodes iam conſiſtit: non enim conſiſtit exquiſitus maraſmus, cuius eſſentiam ſuprà explicuimus, ſed hectica maraſmodes, hanc enim quæ incurabilis habetur, non maraſmum ſed maraſmodem appellat infrà, dicens: Quæ autē maraſmodi proprior eſt, iam periculo propinquat. Dubitant medici in præſenti loco, an febris hecticæ ſint tres ſpecies. Inter quos quidam ad tantam peruenit ignorātiam, vt tres ſpecies eſſe dixerit, quas ex differentia ſubiecti, in quo calor febrilis factum eſſe habet, diſtinguebat. Nam in prima ſpecie, dicebat calorem habere in totida humiditate factum: in ſecunda ſpecie, habere factum eſſe in ea humiditate quæ adhæret partibus, quam appellat cambium: & in tertia humiditate, quæ eſt vera ſolidarum partium ſubſtantià. Ac ſi fieri poſſet vt hectica febris eſſet, quæ non haberet factum eſſe in ipſa cordis ſubſtantia. Dicemus itaque febrium hecticarum tres eſſe ſpecies, in quibus hectica maraſmodes comprehenditur. In quarum prima efferueſcit humor inſitus in corde, à quo cor alitur, abſumitur quoque nonnihil eius, remanente adhuc effatu digna copia ipſius. In ſecunda ferè nihil eius manet, abſumitur quoque carnoſa ſubſtantia, aut concretione genita, aut etiam ea quæ inter ſolidarum partium fibras continetur. Hæc maraſmodes hectica eſt, cui facultatis languor cum ſicca intemperie, & alimenti inopia accedit. Tertia ſpecies ſimiliter maraſmodis eſt, in qua præter id, quod calor ſolidas particulas occupat, vt in aliis duabus ſpeciebus, iam abſumptis carnoſis partibus, ſolidarum partes fibroſæ ac membranoſæ abſumuntur. Prima ſpecies facilè curatur. Tertia nullatenus curari poteſt. Secunda verò difficilè curatur. Quoniam tamen hæc latitudinem habet, nam in ipſa cum iam ferè tota humiditas, quæ alimenti locum habet, conſumpta eſt, aut abſumitur caro concretione genita, aut caro ſolidorum membrorum: inde fiet vt difficilè curari poſſit, & difficilius illa per quam abſumitur caro ſolidorum, quàm illa per quam abſumitur caro concretione genita, quanto magis accedit ad incurabilem illa, in qua calor ſolidorum abſumitur altera. Hæ tres ſpecies hac vna tantùm ratione diſtinguntur, quòd per ipſas diuerſorum ſubiectorum conſumptiones fiunt. Poſſent autem diſtingui facilitate, & difficultate, & impoſſibilitate admittendi curationem. An tamen fieri poſſit, vt tertia ſpecies dicta fiat non præcedentibus aliis: vel neceſſum ſit omnes ordine ſuccedere, ita vt primò prima, deinde ſecunda, & tandem tertia. Facilè dicemus Galenum ſuprà docuiſſe febres hecticas maraſmodes aliquando ſequi febres ardentes conſumentes ferè totum humorem cordis. Ex quo fit vt à febre ardenti ſtatim ſecuta ſit hectica in ſecunda ſpecie, non præcedente prima: nam prædicta febris maraſmodes, iam in ſecunda ſpecie hecticarum exiſtit. Quod ſi fieret vt abſumpto aliqua ex parte humore inſito cordi, alimenti ratione, ceſſaret febris ardens, non maneret hectica in ſpecie prima. Nam humor ille inſitus à febre ardente abſomptus eſt ſine hecticæ generatione, ſic vt fieri poſſit, vt caro ipſa pariter cum humore abſumeretur nōdum facta hectica, ſed febris omnis ceſſaret ceſſante febre ardenti, aut fieri poſſet, vt ad finem ardentis maneret hectica in prima, aut ſecunda, aut tertia ſpecie. Et hæc quamuis eſſet vt terminus febris ardentis, non neceſſariò eſſet ipſa ardente intenſior, interim namque dum ardens ſubiectum abſumit, calorem reddit minorem ac febris multi vaporis, caloris copioſiſſimi, vapore reſoluto, & humore deficiente, redditur puſilla, ſicca, & quæ tactui minor ſeſe offert.

In tertia parte, quæ incipit (Sed tempus eſt) quoddam ſignum febris hecticæ ſcribit, illius inquam, quam facilè curari poſſe ſuprà dixit, niſi in medicum incidat vulgarem, ac imperitum. Quam ſimiliter facilè medicus cognoſcet, niſi cum aliqua putrida coniuncta fuerit, de qua poſtea dicemus. Cùm enim alteri coniuncta eſt, non cognoſcitur facilè: adhuc verò ſola exiſtens quamuis facilè cognoſcatur, vt per ſigna dicenda docebitur, non tamen adeò facilè, vt illa quæ iam in marcorem incidit, cuius ſigna ſcripſerat, quam etiā ex ſolo aſpectu ægri licet deprehendere. Vbi verò ſola inuaſerit nulli mixta, ſic cognoſcetur. Ponamus prima die ægrum febre corripi à cauſa aliqua prædicta, prædixerat autem ſupra capitulo 11. cauſas febris hecticæ, quæ primis diebus fit, quam etiam facilè curari poſſe dixit, iram, mœrorem, & laſſitudinem, quæ ſunt cauſæ prægreſſæ, & adſint ſigna febris diariæ ſupra dicta: poterit autem medicus cauſam ipſam prædicere, vt docebitur capite vltimo huius libri, & Galenus cauſas prægreſſas febrium diariarum 2. de criſibus cap. 13. docuit diſtinguere, & primo lib. de art. cur. ad Glauc. Cæterùm interim ægrotum interrogare licebit, potiſſimum vbi non febricitauerit ob aliam cauſam notam, aut non ſe habuerit malè in aliis corporis diſpoſitionibus: an ira vehementi correptus fuerit, aut mœrore afflictus. Quòd ſi febris extendatur in ſecundum diem, ita vt in ipſo neque perducatur ad infebricitationem, neque amplius febris fuerit accenſa, corpus autem aridius factum fuerit, ſuſpicandum eſt hanc eſſe hecticam febrem. Nec tamen id adhuc certum eſt, niſi prius tertium diem ſperemus, qualiſnam futurus ſit: nam poſſet febris in tertianam ex diaria tranſire. Veruntamen ſi tertio ipſo die ſine cibo tranſierit ſuſpectas horas acceſſionis febris tertianæ, & febris nullum augmentum ſuſceperit, neque minutionem inſignem: ſed primæ febris quædam reliquię ſemper maneant cum corporis ſiccitate, & calore primo tactu miti, deinde acriori, & mordaciori, & ſqualido, talis eſt hectica febris. Signum hoc omnes dictas conditiones ſeruare debet, ex quibus conſtituitur & efficitur ſignum vnum proprium, ſed non inſeparabile. Licet enim aliter febris hectica euenire poſſit, modo tamen dicto eueniens, non erit alia quàm hectica, ſic enim à primis ipſis diebus euenire ſolet, à cauſis prægreſſis incipiens ſqualida, febris puſilla, cuius calor ſtatim primo occurſu mitis iudicatur, tandem verò acris, cui nullum adeſt augmentum aut diminutio prima, ſecunda, aut tertia ipſa die, vt omnem ſuſpicionem febris alterius naturæ tollamus.

In quarta parte, quæ incipit (At verò maximum) vnum aliud ſignum ſcribit proprium ac inſeparabile, quod ſimiliter maximum atque certiſſimum eſſe dicit. Hoc autem eſt poſt alimētum aſſumptum vna aut duabus horis tranſactis tactui repræſentare

maiorem calorem quàm antè, ita vt quiuis tangens putare poſſet nouam acceſſionem ægro ſuperueniſſe, quando omnes horas ſuſpectas pertranſierit. Quod nonnullis impoſuit putantibus id caloris incrementum acceſſionis ratione eueniſſe, qui ſimiliter alios, vt intempeſtiuè ægrum alentes, accuſabant, longius ab acceſſione fore cibum adhibendum cenſentes. Fallebantur autem, omnibus namque febribus hecticis propium atque inſeparabile eſt, cibo aſſumpto accendi calorem. Cui etiam aliud ſignum ex pulſu accedit, quòd calorem auctum ſua ratione ſequi ſolet, nempe augmentum pulſus in magnitudine, & celeritate, ita vt inuaſio non compreſſa ſuperuenire videatur. Exponit verò quid per incompreſſam acceſſionem, quam Græci ἄθλιπτον appellant, intelligat, eam videlicet quæ fit ſine horrore, & ſine refrigeratione extremorum, neque in ſomnum delatione, quam Græci καταφορὰν dicunt, neque inſigni quadam pigritia, neque cum inæqualitate pulſus, aut caloris, neque cum ipſius paruitate, aut imbecillitate. Sed eodem modo quo contingit aliis nutritis, pulſus efficitur maior, & celerior. Horum omnium duæ cauſæ habentur, nempe nullum humorem abundare, neque calorem intrò recurrere. Cuius rei gratia nullus horror, nulláve pigritia, nulla quoque inæqualitas antecedit inuaſionem. Vapor verò cibi altera cauſa eſt, quæ calorem accendit aridum, & pulſum inde cogit maiorem, & celeriorem fieri. Cauſam autem ſupercalefcentiæ ex cibis infrà parte ſexta & ſeptima latius exponemus, ac dicemus an omnibus hecticis commune ſignum ſit, an quibuſdam proprium. Vbi habetur, nec deerit qui increpet: Græcè καὶ τις καὶ τοῖς διδοῦσι τὴν τροφὴν ὡς ἀκαίρως θρέψασιν ἐγκαλέσει, καὶ ὡς κατ' αὐτὰς μάλιστα τὰς ὥρας τοῦ παροξυσμοῦ, καὶ ὡς χρῆν ἐπὶ πλείω χρόνον ἐπιμετρῆσαι, καὶ ὡς ὑστέρησεν ἡ ἐπισημασία. Quod eſt, & aliquis eos qui alimentum præbent, vt intempeſtiuè cibos offerentes accuſabit, & quoniam ipſos iuxta acceſſionis horas potiſſimùm obtulerunt, & quoniam decebat plus temporis intermitti, & vt inuaſio tardius ſuccederet. Vult tamen hæc litera ſignificare, cibos longius ante acceſſionem eſſe offerendos, non eſſe retardandos, vt Laurentianus putauit, atque Leonicenus in huius loci tranſlatione.

Nota.

In quinta parte, quæ incipit (Accedit autem interdum) obiicit contra id quod dixerat, inuaſionem febris incompreſſam, eſſe ſignum propriom & inſeparabile febrium hecticarum. Quoniam aliis quoque febribus eueniunt incrementa non compreſſa. Id conſtat in continuis febribus quibuſdam, in quibus nulla accedente caloris aut pulſus inæqualitate, contingit nouam inuaſionem, & nouum caloris augmentum ſuperuenire, aut quotidie, aut per tertium. Ad quod Galen. reſpondet, vniuerſam ſignorum congeriem eſſe aduertendam. Nam quamuis aliæ febres inuaſiones habeant incompreſſas, illæ nullo abſumpto cibo ſuperueniunt, certa quadam hora, aut temporis menſura, quæ humorum copiam aut ipſorum motum ſequetur. In hecticis verò febribus inuaſiones nullo ſtatuto tempore fiunt, ſed poſt aſſumptum alimentum, vna, aut duabus horis. Ex natura tamen ſua, non aliter quàm febres continentes, continuitatem habent citra omnem repententiam, aut incrementum. Sed differunt non parum ab ipſis continentibus, quas Græci συνόχους appellant, calore & pulſu. Calor namque febrium continentium, veluti magna flamma tangentibus occurrit, pulſus verò maximos habēt, celerrimos, & crebertimos. Hecticorum tamen calor non multus occurrit, & pulſus tantò minores, tardiores, ac rariores fiunt, quantò calor eſt minor ipſorum, quàm eorum qui continenti febre laborant. Vbi legitur (acceſſiones æquales) Græcè εἰσβολαὶ ἄθλιπτοι, hoc eſt, Incompreſſæ inuaſiones (acceſſio) ἐπισημασία, hoc eſt Inſultus. An tamen calor febris hecticæ ſit maior calore febris putridæ, diſtinguēdum eſt. Nam in calore copiam, & qualitatem caloris licet metiri. Copia quidem in putridis maior eſt, quatenus copioſus is occurrit tactui, multo vapore mixtus, maximè verò in febribus continentibus, & reliquis, quæ ex ſanguine ortum habent: qua ratione puſillum appellat Hippoc. calorem hecticarum, & Gal. primo tactu mitem eſſe dixit: immoranti verò diutius, acrem. Vbi tamen quis qualitatem caloris aduerterit, non erit iudicium ſine delectu ferendum. Nam febrium putridarum, quæ in pituita, aut ſanguine conſiſtunt, calor minus acris eſt quàm hecticarum: in bile verò vtraque conſiſtens, & maximè flaua, adhuc acrior: ſiquidem acris redditur calor (quod ad qualitatem attinet) ex ſubiecti ariditate. Rurſus & harum calor non omni tempore acceſſionum parem habet acredinem, ſed in vigore maiorem & in declinatione, vbi citra ſudorem fiat. Accedit ad id quòd vbi parem ſiccitatem habuerint coniunctam calor tertianæ febris, & hecticæ, acrior tertianæ iudicabitur, ob multitudinem cauſæ alterantis occurrentis tactui: hæc dixerim vbi quis maximum ardorem tertianæ, aut quartanæ febris, maximo ardori hecticæ comparauerit. Sunt enim quædam tertianæ & quædam quartanæ, quibuſdam hecticis minus mordentes. In ipſis quoque hecticarum ſpeciebus maxima ex parte fit, vt in prima ſpecie maior ſit calor, deinde verò ob defectum ſubiecti minor reddatur: ſed tamen marcori propè accedens, remiſſus valde ac admodum puſillus. Vbi legitur æquale, & æquales, lege incompreſſum, & incompreſſas. Vbi legitur, continua, lege continens.

Vnde fiat vt calor febrium hecticarum ſit mordax ad tactum.

In ſexta parte, quæ incipit (Commune igitur) vniuerſum genus febrium hecticarum diſtinguere docet ab iis, quæ marcori maximè accedunt. Nam omnibus hecticis commune eſt calorem referre exiguum, & æqualem à principio vſque ad finem. Sed præter id aliud eſt proprium hecticarum febrium, quæ marcori appropinquant, nempe ſiccitas, quæ iis propria eſt. Adde quòd illis quæ iam ad marcorem peruenerunt, multò magis. Neque enim omnes hecticæ ſiccitatem habent coniunctam, veluti illæ quæ in prima ſpecie adhuc conſiſtunt, in quibus ſiccitas membra ſolida nondum occupauit. Quod tamen aliis ad marcorem tendentibus adſit, poſtea probabit. In illis verò quæ ad marcorem non tendunt, ſiccitatem non coniungi experimento docet in magna peſte, quæ ſuo tempore contigit. Vult autem docere in illis peſte laborantibus, nullam manifeſtam ſiccitatem ſolidas particulas occupaſſe. Vbi legitur penuria Græcè λιμῷ.

In ſeptima parte, quæ incipit (Febris igitur) rurſus redit ad id quod propoſuit in parte quinta, dicens hecticam modo dicto diſtingui à continenti, ſcilicet caloris magnitudine & paruitate, & pulſus differentiis, ab aliis tamen febribus, quæ incompreſſas habent inuaſiones, hac re maximè differre dicit hecticas febres, quòd ſi ab alimento abſumpto acceſſio inuaſerit, in eis compreſſa erit, hoc eſt, pulſus paruitas, & caloris inæqualitas ipſi accedēt iuxta inuaſionis acceſſionem. Hecticis tamen poſt cibum veluti incompreſſus inſultus ſuperuenit, qui verè inſultus non eſt, quamuis imperitos multitudine

caloris,

caloris, & pulſus magnitudine,& velocitate decipiat. Vbi legitur acceſſio, Græcè ἐπισημασίαν, hoc eſt, inſultum: & pro æqualis, lege vt ſuprà, incompreſſus. Eſt ergo, quod Galenus loco præſenti docet notiſſimum, febricitantes per eas quæ inſultu inuadunt, ſi alimentum propè inſultum acceperint febre inuadente, compreſſionem pati in pulſu, & calore: per hecticas verò febres ex alimento ſuperuenire caloris augmentum, nulla pulſus aut caloris facta compreſſione. Quidam dicerunt, Galenum voluiſſe hoc in loco hanc ſcribere differentiam febris hecticæ ab aliis, habentibus incompreſſas acceſſiones: quòd in aliis aſſumpto cibo compreſſiones fiunt ob humorum diſpoſitionem. In hecticis verò quoniam humores non peccant, id non euenit. Sed tamen id non eſt ad mentem Galeni. Nam ſi aſſumpto cibo in aliis febribus compreſſiones fierent ob humores peccantes, ſine cibo pariter fierent in ipſis compreſſiones. Sed non fiunt, vt ſupponit Galenus, qui de febribus habentibus inuaſiones Incompreſſas loquitur. Ergo ſi fiunt aſſumpto cibo, id eueniet, quoniam calor inuadente febre, & cibi copia accedente opprimitur, vnde pulſus & caloris compreſſio naſcitur. In hecticis tamen, nullam ex ſe habet compreſſionem calor, & cibo aſſumpto ab ipſo tantùm abeſt vt opprimatur, vt maior multò flamma excitetur. Dixit hunc non eſſe inſultum (Græci ἐπισημασίαν vocant) appellandum, quoniam in incrementis hecticarum ex cibo non fiunt compreſſiones, quæ ſolent in inſultibus fieri.

In octaua parte, quæ incipit (Talis autem) ex incaleſcentia ex cibo docet febrem cognoſcere, non quidem ex incremento caloris, vt ſuprà, ſed ex tempore durationis incrementi: nam ſequenti die cùm ad finem diſtributionis alimenti peruentum fuerit, calor ad eam reducetur diſpoſitionem, ſimul cum pulſu, in qua præfuerat ante alimenti aſſumptionem. Id quoque euenire videbimus quauis hora diei ſumpto alimento. Eritque is ordo in febribus hecticis quæ ſiccitate participant, quas enim hecticas abſolutionem aſſecutas dicemus, non incipientes, de quibus putandum eſt Galenum locutum, cùm dixit, id ſignum eſſe proprium ac inſeparabile. Nam ob defectum ſiccitatis non conuenit id ſignum incipientibus. In abſolutis verò, quæ etiam ad marcorem tendunt alimento aſſumpto poſt horam, aut duas, incipit calor augeri, ſine pulſus aut caloris compreſſione. Augetúrque ad portionem caloris, & ſiccitatis febricitáris, & copiæ alimenti accedentis. Durátque is calor donec alimentum fuerit in totum diſtributum, & ſiccitas cordis ab eo ad humiditatem alterata. Tunc enim humiditas alimenti atque eius ſubſtantia diſſolui incipit, & calor areſcere, & ad priſtinum ariditatis ſtatum corpus reduci. Nec mirandum quòd alimenti ratione poſt horam aut duas calor augeri incipiat: tunc enim alimenti vapor per mēbra ad cor vſque defertur, & is humectando aridam accendit caliditatem. Huius autem vaporis fotu calor auctus ſeruatur, donec alimentum diſtribuatur & apponatur. Cuius vi amplius increſcet calor, & ſeruabitur eius augmentum modo dicto, & ad tempus præfatum. Quin & Prognoſtic. 60. libro Hippocrat. febres ſuppuratorum, quæ hecticæ ſunt, dixit non dimittere, ſed interdiu minores, noctu vehementiores eſſe. Quod in expoſitione eius loci ad hominum conſuetudinem retulimus, qui cœnare omnes ſolebant, non omnes prandebant. Ad quod accedit cœnam maiorem prandio eſſe ſolere, & noctu ipſius maiorem copiam vaporum aceruari per ſomnum. Huius euentus cauſam reddere ad naturalem philoſophum attinere dicit Galen. Verùm ſimile adducit ad id oſtendendum. Calx enim frigidiſſima aqua ſuperfuſa calorem oſtendit vehementem, ac ſi calor aridus humida ſubſtantia nutriatur. Si namque quis manibus calcis glebam cōtinuerit, nullum manifeſtum calorem in ipſa ſentiet, depoſita verò gleba calcis, & ſuperfuſa aqua, ipſam percipiet incaleſcere, feruere, & multum vaporem feruidum à ſe mittere, qualem aqua in lebete flamma multa ſuppoſita, cuius vaporem nec tāgere audebis. Eodem modo fit, vt aridus calor hectici ab alimenti humore irrigatus accendatur: nam & humidus calor magis ſe prodit, quàm aridus, quod fit alimento adueniente hecticis, primùm vi vaporis delati, & deinde magis alimenti diductione, vt Galen. vult in commentariis loci citati. In expoſitione verò Prognoſt. confutauimus Auerrois errorem, qui contra Galenum blaterat. lib. 4. collectionum cap. 33. nam ex verbis Galeni in hoc loco colligitur cauſa quare incaleſcunt hectici ex cibo, nempe quoniam calor aridus nutritur quodammodo ab humida ſubſtantia. Quòd tamen hæc ſit cauſa quare magis oſtenditur calor hectici, quàm ante, ibi docuimus, atque ipſum Auerroëm non ſoluere rationem, quam ſibi opponit. Expedit verò hoc in loco quorundam aduerſantium Galeno, rationes ſoluere, inquiunt enim incaleſcere ex cibo, non videtur eſſe ſignum proprium hecticarum. Quoniam aut is cibus eſt calidior corpore, quo dato ipſe non tantùm hecticum calefaciet, ſed quemuis alium febrientem, quò fuerit cibus calidior. Quòd ſi eſt corpori ſimilis, ab eo non alterabitur, ſi eſt cibus frigidior corpore ipſum non calefaciet, quoniam ſi cibus frigidus calefacit hecticum, non poterit ipſe curari vi alimentorum frigidorum, cuius contrarium conſtat.

Quare hectici incaleſcunt à cibo.

Rurſus cibus incaleſcit à corpore, ergo tantum recipiet calorem quantum corpus habet & non maiorem, non ergo creſcet calor ad maiorem gradum adueniente alimento. Rurſus quia in multis febribus putridis colliquantibus, calor eſt vehemens, & ariditas multa: ſed ob ariditatem creſcit calor ex cibo: ergo in putridis dictis ex cibo accreſcet calor. Rurſus vt dixit Auerroës calx aquæ valde contraria eſt, & alimētum non eſt adeò membris contrarium: ergo non eſt ſimile, quod voluit Galen. de calce ab aquæ infuſione ebulliente, & de calore hectici ex alimento increſcente. Iam ergo in calce calorem accendit vehementem, Conciliator dixit, fieri per antiperiſtaſim. Sed tamen qui ſui libri errores corrigere vellet, alio maiori egeret volumine. Aqua verò calci non accedit, vt contrarium circunſtans, ſed vt penetrans: & ſingulas ac minutiſſimas eius partes peruadens, quod non faciunt quæ antiperiſtaſi contraoperantur. Eſt certè hæc problematis ſolutio philoſopho adhuc tyrone indigna. Nos nullam aliam cauſam eius rei inuenimus præterquàm quòd ſubiectum calidum quod calore inaruit, parùm manifeſtam habet tangentibus caliditatem, quoniam ſine vapore non ſe offert tactui copioſa: adueniente tamen humore, calor quodammodo de potentia in actum tranſit, & vapore exhalante, tangentibus maior multò quàm antè ſe offert. Quod ſimiliter contingit in membris hectici areſcentibus, veluti in calce, & cinere, calorem contineri ſopitum: cum verò accedente humido, maiorem reddere, & magis ſe tactui oſtendere. Ad primam autem rationem, dicemus hecticam ex omni cibo incaleſcere manifeſtè, & ſine pulſus aut caloris

compreſſio

compreſſione: nam à calidis incaleſcit, hoc eſt, augetur, & à ſimilibus: quoniam ſe magis prodit tactui medici, & ægri: & quoniam maior copia corporum calidorum maiorem oſtendit calorem, quàm vbi vnum tantùm corpus calidum adſit, quamuis illorum duorum corporum nullum excedat alterum calore, vt duæ flammæ magis calefaciunt quàm vna. Cibi quoque frigidi interim dum ſanguinis formam habent, humectant, & vaporem adaugent, & totus calor copia maior quàm antè redditur. Ad finem verò alimentum frigidum aliquam reagendo inferet membris alterationem per humiditatem & frigiditatem, humidum namque actu eſt, poteſtate verò frigidum. Non tantùm enim membra mutant alimenta in ſui naturam, ſed & alimenta membra, vt 3. de cauſis ſymptomatum Galenus.

Hinc patet ſolutio ad ſecundam, nam ex duobus calidis corporibus vnum corpus conſtituitur, aut vna cauſa magis calefaciens. Ad tertiam de febribus putridis colliquantibus, & exſiccantibus, dicemus calorem reddi maiorem in putridis pariter adueniente alimento, quoniam multum calidum corpus accedit. Sed intereſt, quoniam augmentum caloris ea cibo fit, cũ quadam pulſus, & caloris compreſſione, quodammodo grauata à cibo & humoribus facultate, ac recurrentibus ſanguine, & ſpiritu ad interiora, qui ante febrem vehementem in extimis partibus ſeruabantur. Præter id quòd calor in hecticis tranſit à non ſenſato, & valde remiſſo ad tactum ſenſatum, & valde notum medico, & ægro. Quod in febribus ardentibus cum nimia ariditate non fit, quoniam illæ ſine alimenti adiectione ſunt magnæ, & ſenſui ſatis notæ: & ægro moleſtæ. Præter id quòd quæ febres colliquantes ad tantam ariditatem corpus perduxerunt, magna ex parte ſibi hecticas in ſecunda ſpecie coniungunt, ad marcorem prope accedentes. Ad rationem Auerrois conſtat, vt lib. 2. Progn. dixi, alimentum contrarium eſſe corpori alendo inter initia, quo tempore calor etiam hecticæ febris accenditur: ad finẽ enim ad priſtinum ſtatum redit corpus. Humiditate verò aduerſiſſimum eſſe alimentum hectico, nemo dubitat, quatenus ſanguis humidus eſt, & alimẽtum omne humectandi facultatem habet: ſiquidem partes reficit reſolutas, neque aliquid alere poteſt, quod humidum non ſit, vt vult Galenus.

Nihil omnino alere poteſt quod humidum non ſit.

In parte nona quæ incipit (Cæterùm quòd calor) probat quod prædixerat, hecticas febres ad marcorem tendentes ſiccitatem habere coniunctam: id enim dixerat eſſe cauſam incaleſcentiæ ea cibo. Quoniam non ſolent huiuſmodi febres euenire niſi in ſiccis conditionibus, quales ſunt ſiccæ temperaturæ, maximè vbi calor quoque accedat, & in his qui in laboribus degunt, vigiliis, curis, & victu tenui: tales enim ſicci ſunt, & his adueniente ira aut mœrore, potiſſimum æſtatis tempore, & calida regione, & aëris conſtitutione ab initio ſuperuenit talis hectica febris ad marcorem accedens. Signum ergo eſt, ſiccum eſſe morbum eum, qui exſiccatis aduenit corporibus, ſiquidem diſtemperata corpora facilè à ſimilibus capiuntur morbis. Quæ verò dixerat Galen. præter ambientem aërem. Ea accidenti exſiccant, exercitatio accendens calorem, maximè in articulis & muſculis: ita in partibus cordis, pariter & cura, vigilia: quoniam per ſomnium humectari deberet corpus: & inedia, aut victus tenuis, quoniam deficit alimentum, quod refectione ſolet ſingulas particulas humidiores reddere.

In decima parte, quæ incipit (Principium autem) docet viam generationis febris hecticæ, & proceſſum ipſius in marcorem. Contingat enim (vt fieri ſolet) febrem ab aliqua cauſa præceſſa de dictis habuiſſe initium, ita vt putari poſſit ipſam diariam eſſe: verumtamen quo tempore ſolent diariæ febres finiri, & media declinatione deduci ad integritatem non tantùm non perducatur, ſed aridius reddatur corpus: cognoſcemus tunc febrem hecticam incipere, augeri verò, aut iam perfectam eſſe, & proceſſu temporis in marcorem abituram: ſi expectata tertiæ diei acceſſione, nulla talis ſuperueniat, & febris permaneat, & ſiccitas conſtanter intendatur. Hoc enim ſignum manifeſtè docet hecticam febrem adeſſe, & in marcorem proceſſuram, niſi promptè curetur. Sed hæc ſatis ſuprà parte tertia ſunt explicata.

In parte vndecima quæ incipit (Definitur autem) ſigna ſcribit ex pulſu, quibus deprehendemus febrem in marcorem tendere. Eſt enim debilis, durus, & frequens, neque tamen frequentia pulſus oſtendit marcorem, ſed debilitas, & durities. Nam frequentia adhuc reſiſtente facultate, nec ſubuerſa naturali temperatura, fieri poteſt impulſu: vbi videlicet in febribus ardentibus magnitudo, & celeritas vſui non ſatisfaciunt: crebritas namque pulſus tunc ſuccedit, quando opus eſt aliarum differentiarum reſarcire defectus. Debilitas tamen calidam intemperiem oſtendit, adeo vehementem, vt naturalem ſubuerterit temperaturam cordis: quod ad imbecillitatem facultatis neceſſarium eſſe docuimus. Iam verò pulſus durities ſiccitatem oſtendit in corde & arteriis, vt ſimiliter ſuprà diximus; reliquum eſt, vt ob imbecillitatem, & duritiem febris reddatur hectica, & ad marcorem accedens, nam vt parte ſecunda docuit, non ſtatim incipiente febre hectica imbecillitas adeſt, ſed vbi ad marcorem accedat. Dubium tamen eſt, cum hectica in prima ſpecie febris facta ſit, quare non aderit cum ea imbecillitas facultatis. Caliditas namque facta tunc eſt, cum naturalis eſt corrupta: ſed ea corrupta facultas languida redditur: ergo in omni hectica erit languida facultas. Quòd naturalis corrupta ſit in hecticis, ex libro de inæquali intemperie conſtat, vbi Gal. dixit: Cùm corporis partes ſolidæ ad abſolutionem calefactæ iam ſunt, eiuſmodi febris hectica appellatur, quod tamen ad abſolutionem calefactum eſt, non amplius mutatur, aut temperaturam amittit, ſed iam ipſam amiſit. Dicemus ergo hecticam febrem quandam eſſe incipientem, quandam iam abſolutam: incipiens nondum naturalem corrupit temperaturam, neque languor eam comitatur: abſoluta verò ſiccitatem habet iunctam, & ob naturalis temperaturæ ſubuerſionem iam perfectam, imbecillitatem. Hæc verò ad marcorem accedit, & ſiccitatem ſibi aſſociat. De hac abſoluta loquitur lib. de inæquali intemperie. De incipiente verò ſuprà parte ſecunda.

In parte duodecima quæ incipit (In eandem) quoniam in parte decima dixerat hecticam febrem tendentem ad marcorem habere ortum à cauſis prægreſſis, eo modo quo febris diaria, nunc alium modum generationis ſcribit, cùm videlicet ſequitur hoc genus febris ad febres ardentes, quos modos ſuprà recolerat cap. 11. parte prima. Poſt febres itaque ardentes fiunt hecticæ ad marcorem tendentes, ob medicorum inſcitiam, qui ægris aquam frigidam poſtulantibus, non tantùm ipſam non adhibuerunt, ſed neque aliquod refrigerans medicamentum thoraci, aut hypocondriis ſuperpoſuerunt.

runt. Maximè verò id eueniet vbi non modo non adhibuerint medici refrigerantia medicamenta, ſed cataplaſmatis ex melle vſi fuerint: quæ in vſu frequenti erant medicis illius temporis. Hac enim occaſione facilè incident in marcorem, ſiue ſola ardenti febre laborauerint, ſiue ſimul cum viſceris alicuius inflammatione: ad illas namque non probè curatas ſuccedit marcor. Itaque ob id quòd adeò frequenter has inflammationes marcor ſequi ſolet, quidam ſine ipſis fieri non poſſe marcorē crediderunt, quorum error confutatur. Nam marcor, aut quæuis alia febris hectica, nunquam, aut viſceris, aut alterius cuiuſpiam particulæ inflammationem ſequetur, niſi prius cor afficiatur. Verumtamen hæc cordis affectio aut eſt in corde per eſſentiam, vt cùm febris à cauſa prægreſſa oritur, vt ira, aut mœrore forti, aut longo, aut quemadmodum in febribus ardentibus, quæ ſimiliter cordis ſunt affectiones per eſſentiam. Aut laborat cor per conſenſum, vbi febres adſint, quas diximus eſſe febris ſymptomata. Quod fit quoties febris à loco aliquo patiente habet ortum, vt in pulmonia, aut thoracis affectu, aut in purulentis, aut tabidis. Idem quoque accidit in iecoris, aut vētris inflammationibus, & quibuſuis aliis diutinis inflammationibus, factis in aliqua principe particula (hoc eſt in aliqua de nobilibus particulis) vbi corporis totius accedat ſiccitas, ac maximè cordis. Nam inflammationem colli diutinam, & ſtomachi, & veſicæ & renum, viſus eſt marcor ſecutus. Tali quoque febre correpti fuerunt nōnulli difficultate inteſtinorum ſimul cum inflammatione laborantes. Secutus quoque marcor eſt ad leuitates inteſtinorum, & diutinos ventri fluores, cùm aut ab initio, aut pòſt febris incidit exigua. Aut in ſumma quoties exſiccato corpore cordis ſuperuenerit calor febrilis ſolutu difficilis. Quod igitur vult Galenus eſt, febrem hecticam de genere marcoris omnino euenire quoties febris ſuperuenit corpore cordis exſiccato, ſiue febris antè præceſſerit, ſiue quæuis alia cauſa exſiccans, aut inflammatio diutina, aut immodica euacuatio: nam febris tali diſpoſitioni ſuperueniens ad marcorem accedet. Quod Galen. dixit medicos in victus ratione in febribus ardentibus errare aquæ potum denegantes, & emplaſtra ex melle loco frigidorum epithematum apponentes thoraci & hypochondriis 10. lib. de Method. med. aduerſus eos qui diatrion, hoc eſt, triduanam iniungebant inediam, dixerat eos præcordia exſiccare artomellite, hoc eſt, pane & melle, ſiue in viſceribus adſit phlegmone, ſiue ſecus. Notum autem eſt, eos qui febrē ardentē patiuntur, vbi phlegmone viſcus non laboret, & maximè vbi frigidam bibere conſueuerint, frigidæ potu egere. Quod ſi phlegmone adſit, & timeatur caſus in hecticam, ſimiliter præuiſionis gratia emplaſtra, & epithemata refrigerantia thoraci & hypochondriis admodum neceſſaria ſunt. Summus ergo error medici erit, ſi neque ægrum aqua frigida, vbi opus eſt, potauerit, neque frigida epithemata appoſuerit, peſſimum verò flagitium, ſi præter hæc, & calidis vtatur cataplaſmatis: nam hi errores breui hominem in hecticam perducent, cum manifeſta ariditate, quod eſt ad marcorem tendere.

In parte decimatertia quæ incipit (Maximum itaque) vnum aliud ſignum addit quod hecticis ad marcorem tendentibus competit, & non eis quæ ad ariditatem non ſunt perductæ, & eſt, partes arteriarum habere calidiores circumiacentibus. Quod ſignum maximum eſſe dicit, & aliis minimè competere. Huius rei experimentum clarius haberi docet, vbi æger balneum ingreditur, aut quouis alio modo cutis eius rara redditur. Id in ſudore, & madore accidit, vt parte ſequenti dicemus, tunc enim manifeſtius quod dixerat fiet: nam partes arteriarum euidentius calidiores tactu deprehendentur, non ſic in aliis febribus, vt putridis. Ratio eſt, quoniam trāſpiratione vapor qui in carne circumiacente arteriæ continetur, exhalat, & ipſo deficiente partes non adeò calidæ vt antè ſentiuntur, ſed moderatè: arteriarum verò loca non tantùm nihil minus calida quàm ante redduntur, ſed magis calida apparent. Quoniam calor ſanguinis, & ſpiritus contenti in ipſis arteriis plus tranſpirant quàm antè, vnde fit vt maior reddatur tactui, quamuis ipſe nullam in ſe recipiat mutationem. Ex balneo enim non fit maior, cùm ſit ex aqua tepida, nec minor, quia non eſt eius reſolutio tanta, vt calor, & vapor calorē oſtendens, minor effectus ſit, is nempe qui intra arterias continetur. Partium verò circunſtantium vapor exhalat, & carnes ſine vapore relictæ parum oſtendunt extraneum calorem. Id autem potiſſimùm oſtendunt arteriæ per diſtentiones. Tunc enim magis tactui accedit arteria, quòd magis ad tactus immutationem agere credendum eſt, quàm ipſa arteria recedente fumorum per conſtrictionem excretio. Nec obſtat quod in contrarium afferunt: Arteriæ inquiunt, in febribus putridis ſimiliter ſunt partibus aliis calidiores: nam arteriæ maiorem cōpiam ſanguinis & ſpiritus in his febribus cōtinent, quàm partes circumiacentes. Dicemus namque calorem arteriarum & carnis in iis qui febrem hecticam patiuntur valde differre, maximè verò poſt balneum: calores tamen arteriarum & partium circumiacentium in putridis, parum: quoniam ex omni parte eius qui putrida laborat febre multus vapor exhalat, etſi maiori copia ex partibus arteriarum. In carne tamē hectici aridi, & extenuati paucus admodum vapor continetur, pauciſſimus verò poſt tranſpirationem ex balneo factam: in arteriis autem ſemper continetur copioſior, & is magis poſt balneum innoteſcit. Senſibilis itaque eſt differentia caloris partium in hecticis, non ſenſibilis in aliis. Quòd autem arteria frigida ſit, non obſtat, quoniam non eſt ipſa tactui frigida, neque eſt ipſius calor qui oſtendi debet, ſed qui intra ipſam continetur.

In decimaquarta parte, quæ incipit (Deinde) facilem refert cognitionem febrium hecticarum, ſiue fuerint tales abſolutè, ſiue ad marcorem tendentes: vbi ſolæ fuerint, nulli alteri complicitæ, de quibus vſque ad hunc locum diſſeruit. Quòd ſi cum putrida cōiungatur hectica difficilius cognoſcetur. Nam vbi putrida acceſſiones habuerit, medicis imponere ſolet, quemadmodum contigit medicis eo tempore. Nam mulier quædam febrem maraſmodem patiebatur ſimul cum febre altera putrida, quæ interdiu ac noctu manifeſtè accedebat: medici verò ipſam maraſmodem febrem pati ignorabant, ſcientes hecticis febribus nec principium inuaſionis ſenſibile, nec augmentum, neque vigorem adeſſe poſſe: ignorabant tamen poſſe ſimul cum hectica alteram coniungi, vi cuius tales acceſſiones euenirent. Ei verò qui complicationis poſſibilitatem noſſet, nihil difficilè foret ceſſante acceſſione cognoſcere reliquam febrem remanentem. Sic enim Galenus eam nouit primis ipſis diebus, quibus ad eam viſendam acceſſitus eſt. Nam vterq; inſultus qui die ac nocte fiebat, breues faciebat partes acceſſionis, & ſolutionem ſæpe cum madore, & perſpiratione vaporoſa, ita vt ipſa tranſacta, corpus temperatum tangentibus

Digitized by Google

gẽtibus videretur, ac poſſet medicus inde hecticam conicctari, ob id quòd partes arteriarum remanebant calidiores circunſtantibus. Ex madore verò non minus quàm ex balneo corpus hectici temperatum redditur in carnoſis partibus, non in partibus arteriarũ, vt ſupra: nam & in motu ipſarum celeritas ac crebritas ob calorem factum in membris ipſis ſolidis manet. Vnde ſequitur probè dictum eſſe, febres non ſolùm ex acceſſionum proportionibus, & circuitibus eſſe deprehendẽdas, ſed potius ex ipſarum naturis, quas appellant morborum ſpecies, quemadmodum & ex propria forma hominem hunc, aut illum eſſe cognoſcimus. Confert namque nonnihil ad febris naturã cognoſcendam acceſſionum repetentia: ſed non eſt id certum indicium. Quod tamen ex morbi natura ſumitur, id eſt infallibile, ad quam Galenus aſpiciens ſæpe prima die febris ſpeciem agnouit, nullam acceſſionem aut tertianam, aut quartanam, aut quotidianam expectans. De iis tamen lib. 2. de criſibus latius docuit. Nam cap. 2. difficilem inquit eſſe febrium cognitionem, vbi multæ coniunguntur, non adeò difficilem, vbi ſingulas per ſe expectari contingat: nam tunc ad dignoſcendam tertianam, aut quartanam aut quotidianam, non acceſſiones attendendas docet, ſed febrium naturas, quæ ex propriis diſtinguntur notis, quas eo loco ſcripſit, quemadmodum & hecticarum in hoc opere, dicturus aliarum omnium notas in ſequentibus, prætetquàm quòd cùm ipſe multa dixiſſet de eis lib. citato, quædã quæ ibidem deficiunt capit. ſequenti complet. Quantùm verò fallat acceſſionum repetentia, hinc conſtat, quòd ſæpe fit, vt in aliquo loco ſeorſim aceruetur humor bilioſus, qui putreſcens febrẽ efficiat, & alter loco illius non aceruetur, neque in diem quartum, quod in pituitæ putredine frequentius euenit, & bilem, & melancholiam, ob multitudinem quotidie putrere, & acceſſiones efficere, quas tamen de genere tertianarum, & quartanarum eſſe nemo dubitat. Attamen dubium videtur circa Galeni ſententiam, an poſſibile ſit febrem hecticam cum putrida coniungi: ſimul etiam, an diaria coniungi poſſit cum putrida, quod cap. 1. ad hunc locum remiſimus, vtrumque dubium in præſenti ſoluemus. Priùs verò quod ad diarias attinet, quorundam fuit opinio, febrem diariam & putridam poſſe cõiungi, verùm neutram poſſe alteram efficere: itaque diaria poteſt antecedere putridam, vbi putrida ſequatur, & manere poterit cum ipſa, non tamen ipſam efficere. Primum ab ipſis probatur, quia poſſibile eſt febrem diariam exiſtere in corpore, & à cauſa alia veluti humorum putredine obſtructione præcedente, aut ab inflammatione alicuius particulæ, febrem putridam excitari, quæ tamen non erit facta à diaria, manebit tamen ipſa diaria putrida iam producta. Nihil enim tollit quo minus ſtante diaria putrida ſuperueniat, nondum diaria ceſſante, breui tempore. Diariam tamen ipſam producere non contingit, & ambas manere: quoniã diaria non poteſt putridam producere, niſi ipſa ſit in ſummo vigore, quẽ ſequitur inclinatio, interim dum putrida perficitur, quo dato antè diaria finietur, quàm putrida perfecta ſit. Si tamen putrida præcedat, diaria (inquiunt) ſuperuenire poteſt, quæ tamen à putrida nõ producetur, & permanebunt aliquo tempore ſimul. Nam putrida exiſtente, alia cauſa prægreſſa febrem diariam efficere poterit, quo tempore ambæ manebunt ſimul, quoniam nihil impedit generationem diariæ, putrida adhuc manente: ab ipſa tamen putrida diariam produci poſſe negant, quoniam putridæ calor vehemens eſt, & qui ſpiritũ potius diſſoluet, quàm vt ipſi calorem factum inferat. Quorum opinio falſiſſima eſt, nec ratione quapiam probabili innititur. Nam antecedente diaria putridam poſſe ab ipſa produci probatur, vbi in humoribus ſit magna præparatio ad putredinem, ita vt quouis calore, veluti febris diariæ ſuperueniente, febris putrida in humoribus excitetur. Similiter antecedente putrida, vt ipſius diariam poſſe generari: nam ſi fieri non poſſet, id eſſet, quoniam diſſipantur à vehementi calore ſpiritus, non ergo ipſa præſente poterit diaria à cauſa alia generari: quoniam ipſa præſens non poterit non agere in ſpiritum, impediet ergo putrida diariæ generationem à quauis alia cauſa. Reliquum ergo eſt, vt febris putrida cum diaria ſimul conſiſtere poſſit, & vnamquamque reliquam producere, & cum ipſa manere aliquo tempore. Nam diaria poteſt putridam producere, nec tamen deficiet momento temporis, ſicut & putrida diariam. Quod tamen putrida præſente diaria non cognoſcatur, id ad ſignorum imbecillitatem referendum eſt, & breuem diariæ durationem: quod fit maximè in febribus continentibus infecto ſanguine magnorum vaſorum, ex quo ſpiritus generare debet. Sed tamen videtur impoſſibile eſſe, putrida præcedente febre, diariam ſuperuenire, quæ ſit membrorũ calor fiens ab ſpiritu. Nam is eſt remiſſior calore putridæ, & remiſſum remittit intenſum, ergo calor ſuperueniens ex ſpiritu non aget in membrum ſe calidius tale factum vi febris putridæ: calor namque in ſpiritu factus minor eſt calore producto in membro ab humore putreſcente. Quòd tamen remiſſum remittat, ac minuat intenſum, conſtat ex Galeno libro tertio de ſimplicium medicament. facultat. capite ſexto dicente. Quippe ſi datis duabus aquis calidis, quarum altera plus, altera minus caleat, miſceas minus calentem magis calenti, huius certè feruorem extinxeris. Et rurſus cap. 3. inquit: Non ergo ſtupenda magnopere res eſt, ſi quicquam eorum quæ propriè & per ſe ſunt calida, cum calidiore commixtum frigidius ipſum efficere queat. Ea eſt enim alterabilium corporum omnium communis natura, vt in ſe agant & patiantur admota: quódque minus eſt calidum à magis calido calidius euadit, quod verò magis calidum à minus calido contra afficitur. Quod ſimiliter probat de vrina facta extra balneum, quæ calida apparet, in balneo tamen frigida, quoniam cùm minus calida ſit quàm corpus in balneo calefactum, ipſum infrigidat, calorem minuens, minus calidum ergo magis calidum remittit. Verumtamen ex interpretatione ſententiarum Galen. ſoluetur dubium de febribus. Sed aduertendum quòd duo corpora ſimilium qualitatum, diſſimilium in gradu, duobus modis adiungi poſſunt: aut vbi ſimul miſceantur, aut vbi vnum alteri proximè admoueatur. Si duo corpora calida imparis caliditatis miſceantur, remiſſius remittet intenſius, & intendetur ab ipſo: itaque conſtitutum ex ambobus erit calidius remiſſiori, & minus calidum intenſiori: quod fit vbi aqua tepida, de qua loquitur Gal. feruenti miſcetur. Si tamen applicentur, diſtinguendum eſt, aut enim multum diſſident qualitatibus, aut parum: ſi multum, fiet vt ſi ſummè calidum applicetur calido vt vnum, ſummè calido exiſtente vt 8. ſummè calidum intendat calidum vt vnum, & remittatur ab ipſo, quoniam calidum vt vnum eſt frigidum vt 7. Volumus namque omnem latitudinem eſſe debere adimpletam ex contrariis qualitatibus, modò frigidum vt 7. calidum vt 8. alterare ac remittere poterit. Quod ſimiliter fiet vbi

ſummè

Febrium natura vnde potiſſimum venanda.

Nota.

ſummè calidum aut ſummè frigidum temperato applicetur in ea diſtantia intra quam temperatum agere poſſit. Tunc enim temperatum corpus ſummè calidum alterabit verſus temperamentum. Si verò parum interſit inter intenſum & remiſſum, non neceſſariò remiſſum remittet intẽſum, vt ſi calidum vt 8. applicetur calido vt 7. intendet calorem ipſius, & non remittetur ab ipſo. Nam calidum vt 7. vnum tantùm continet gradum frigiditatis, per quem calidum vt 8. remittere nullatenus poterit. Iam ergo quæcunque temperata ſunt, aut temperamento proxima, vrina, roſaceũ, aqua tepida: vbi calidioribus, aut frigidioribus applicentur, aut miſceantur, ſingula reddent temperamento propinquiora: nam quæ temperamento proxima ſunt, vtroque extremo participant moderatè. Diuerſum eſt de febre diaria, & putrida, in quibus non comparatur calor calori, ſed ambo ad membri calorem. De iis ergo dicemus, quòd aut membra continent calorem productum ab humore putreſcente intenſiorem, ſiue æquè intenſum cum eo qui eſt in ſpiritu, aut non: ſi non continent ipſum, manifeſtum eſt quod calor ſpiritum poterit membra calefacere, & ille calor ab ſpiritum productus erit febris diaria. Si tamen calor qui eſt in membro fuerit maior, aut æqualis calori ſpirituum, quoniam calor in humore producens ipſum ſimiliter eſt maior aut æqualis, dicemus, quòd calor ſpirituum non intendit calorem humorum, quoniam minor eſt ipſo, aut æqualis, neque ipſum remittet, quamuis ſit eo minor, quoniam vnus diſtat ab altero parum, & quod minus calidum eſt, nempe ſpiritus, paucam habet frigiditatem adiunctam. Membri tamẽ calorem intendet calor ſpiritus, quoniam accedente ſpiritu, aggregatum ex calore humoris & ſpiritus fit vnum agens maius potentia, & quod maiorem calorem in membris inducere poteſt. Huius verò caloris fientis pars humori, pars verò ſpiritui erit adſcribenda, ac erit pars putrida, pars diaria febris. Quòd ſi contigerit, membrum omnem calorem humoris ſuſcepiſſe, ab ſpiritu calefacto nihil amplius ſuſciperet. Licet enim potentia ex ambobus reſultans maior ſit, non ſequitur vt maiorem effectum producat eo, qui eſt maiori agenti ſimilis: Sed ſequitur vt maiorem reſiſtentiam ſuperare, & ad maiorem diſtantiam agere, & ad parem celerius poſſit, in quo caſu diaria non ſuperueniet putridæ, niſi vbi putridæ calor admodum remiſſus foret.

Secundum differendum eſt de complicatione febris putridæ cum hectica: nam quod non poſſint ſimul in eodem corpore exiſtere, ſic ſuaderi poteſt. Quoniam aut febris hectica generabitur à putrida, & ipſa genita adhuc manebit: aut exiſtente hectica, putrida ſuperueniet, quæ non generabit hecticam, ſed ipſam genitam inueniet, vtrumque videtur impoſſibile. Nam cùm putrida hecticam generauerit, calor membrorum in facto eſſe manebit. Is autem erat febris putrida, ergo putrida ceſſabit, ceſſat enim calor fiens cùm tranſit in factum, & non amplius eſt in fieri, quod ſi calor in fieri non eſt, non erit putrida febris. Quòd tamen calor qui fiens erat, ante hecticæ generationem tranſierit in factum conſtat. Quoniam calor factus qui hectica eſt, non eſt alius ab eo qui à putrida productus fuit, qui tamen febris putrida erat: non ergo erunt duæ febres ſimul in eodem. Non ſuperuenire putridam hectica iam producta, ſimiliter probatur: nam exiſtente hectica in corde quæ calor factus eſt, quicunque calor ſuperueniens in facto eſſe recipietur. Nam ſi calor qui productus antè fuit, factus eſt in ſubiecto: qui ſuperueniet eidem ſubiecto ſic diſpoſito, ſimiliter in facto eſſe producetur. Melius enim conſeruabitur calor in ipſo, qui ſuperuenit ſubiecto diſpoſito per calorem factum, quàm qui præfuerat nullo tali calore præcedente ipſum, aut ſubiectum diſponente. Ad quod accedit, quòd duo calores in eodem ſubiecto non exiſtent, quin vnum efficiant, cùm non ſint ſpecie diuerſi. Calor ergo ſuperueniens hecticæ, vnũ efficiet cum calore hecticæ præcedente, eritque morbus vnum non duo. Dubium ex Galen. doctrina in præſenti loco facilè ſoluitur, qui ſe vidiſſe refert febrem hecticam cum putrida complicatam, quæ interdiu ac noctu accedebat manifeſte. Quod ſimiliter teſtatur 10. lib. de Method. med. de muliere loquens, quæ autumno ex triſtitia, & vigiliis febricitare cœpit, & ad plurimum hyemis perſeuerauit dicens: Hanc quarto die, vt ſcis, vidimus, deprehendimúſque ſtatim hecticã eſſe febrem cum alia quam humores excitarent coniunctam. Ratione autẽ ſuaderi poteſt has duas febrium ſpecies poſſe coniungi, aut ſimul venientibus aut altera antecedente. Simul euenire poſſunt, vbi arido exiſtente corde interim dum humores obſtructionis ratione putreſcunt, cauſa aliqua prægreſſa accedat, quæ cordi calorem inferat factum. Antecedere verò putridam ac ipſam perducere corpus ad ariditatem, & inde ad factum calorem, ac permanentem, quotidianum docet experimentum: & ipſam putridam tunc manere non eſt dubium: ſiquidem non corrumpetur ſtatim, maximè humore putrido nondum à corpore vacuato. Hectica quoque præcedente ſuperuenire putridã non eſt à ratione alienum. Quoniam nihil obſtat quominus corpus hecticam patiens poſſit in humoribus pati putredinem, quæ febrem efficiat. Quæ tamen in contrarium adducta ſunt nihil conuincunt. Ad primum enim dicemus: quod quando hectica à putrida producitur, non totus calor tranſit in factum eſſe, ſed pars, altera parte manente in fieri, ita vt ceſſante cauſa, ceſſet, quæ etiã intenſionem & augmentũ ab humore recipiet. Ad ſecundum de hectica præcedente cui ſuperuenit putrida, dicemus, quòd calor hecticæ factus eſt, æqualis, ac permanens, qui ob æqualitatem manere poterit ceſſante cauſa. Is verò qui ab humore putreſcente producitur, inæqualis eſt, & obid abſente cauſa ceſſabit. Ad aliud dicemus, quòd illi duo calores vnum calorem conſtituent, cuius pars erit hectica, pars putrida febris, qui ſimiliter ex ſubiecto, in quo calore præter naturam factũ eſſe habet, diſtinctionem accipiẽt, quemadmodum ex caliditate quæ ſecundum naturam exiſtit in humano corpore, & quacunque alia aduentitia, quamuis fiente vnica caliditas ſit. Sed tamen pars ſanitati refertur, illa videlicet quæ non excedit modum: pars verò morbo, quæ vltra modum acceſſit. Neque negandum eſt caliditatem naturalem factam eſſe, & aduentitiam dictam, fientem. Præter ea, quæ diximus de febribus hecticis, hoc in loco addenda ſunt quædam, quæ febribus omnibus hecticis conueniunt, vt inſeparabilia. Primum eſt, quod hectica febris eſt intemperies facta in membris ipſis ſolidis, quod latè explicuimus ſuprà cap. primo in exemplo lebetis igniti, cui ſuperfunditur aqua frigida, & 8. libr. de Method. med. hecticam febrem factam eſſe dixit, atque in habitu difficilè ſolubili. Conuenit quoque hecticis febribus vt æquales ſint, hoc eſt, conſimiliter omnes partes ſubiecti occupantes. Eſſe enim intemperies inæquales, inquit Gal. lib. de inæquali intemperie, omnibus ferè febribus conuenit, exceptis, quas hecticas nominant. Differunt enim

inæqnales intemperies ab æqualibus, inquit Galen. loco cirato, quòd non omnibus intempei anter affecti corporis partibus conſimiliter inſint. Quam literam cùm peruerterêt iuniores medici diſerunt, Galen. voluiſſe intemperiem inæqualem non omnibus partibus corporis intemperie affecti ineſſe, cùm verò ſaluare non poſſent aliquam eſſe intemperiem, quæ non occupet ſingulas partes ſubiecti, cui inhæret, ſiquidem talis intemperies per totum ſubiectum extenſa eſt, in mille deliramenta ſunt adducti. A qnibus omnibus Galen. nos vindicat, vbi probè legatur. Dixit enim inæqualem intemperiem non conſimiliter occupare partes omnes ſubiecti, tali intemperantia affecti, quod ratio omnis docet: ob id namqoe inæqualis appellatur. Hæc enim eſt, quam ſchola philoſophorum qualitatem difformem appellat, huic itaque contraria eſt hectica, quam æqualem Galen. nominat, quòd conſimiliter occupet omnes ſubiecti partes. Nec tamen ſic eſt æqualis, vt nulla ex parte diſſimilis ſit: nam os per hecticam febrem nó aſſequitur eum calorem quem arteria, aut cor. Sed dicitur æqualis eo modo, quo naturalis: quia in partibus proximè ſitis, nulla differentia manifeſta adeſt, talis inquam, vt actio mentione digna inter eas concitetur, quod etiam naturali temperaturæ congruit: at verò per inæquales intemperies manifeſtè actiones fiunt, atque alterationes partium. Hinc ſequitur tertium, quod hecticis competit febribus, id verò eſt dolore vacare ægrum, quod inde fit: nam hectica febris æqualis eſt, qualis naturalis: quemadmodum ergo per naturales diſpoſitiones quamuis partes aliquam habeant inæqualitatem temperamenti, ea non eſt talis, vt aut dolorem inferre poſſit, aut etiam ſentiri, ob paruam partium differentiam & obſcuram actionem ipſarum: ita in hecticis omnino fit, non tamen in aliis. Harum duarum poſtremo loco poſitarum conditionum autor eſt Galen. libr. de inæquali intemperie, dicens: Cùm verò omnes corporis ſolidæ particulæ calefactæ ad abſolutionem iam ſunt, huiuſmodi febrem hecticam Græci vocant, ceu non amplius iam in humoribus & ſpiritibus, ſed in corporibus iis qui habitus rationem habent comprehenſam. Hæc doloris expers eſt, putántque qui ea febricitant omnino ſe febre carere, neque enim ſentiunt eius calorem, omnibus ſcilicet corporis partibus æquè percalefactis, ſed & conuenit de iis inter naturalis ſcientiæ profeſſores, in iis quæ de ſenſibus produnt. Neque enim citra alterationem eſt ſenſus, neque in his quæ ad perfectionem ſunt alterata, dolor: itaque etiam febres hecticæ omnes, tum ſine dolore ſunt, tum nec ſenſu ab iis qui ipſis laborant perceptæ. Non enim ex eorum particulis hæc agit, hæc patitur, quum omnes inter ſe iam ſimiles ſint redditæ, ac vnicam habeant conſentientem temperiem, quòd ſi alia earum calidior eſt, alia frigidior, at certè eatenus eſt frigidior, vt vicinam nihil offendat, alioqui ſic ſcilicet partes quæ pro naturæ modo ſe habent, mutuò ſe offenderent, vtpote quæ ſic ſaltem temperamentis diſſideant, caro namque calida particula eſt, os frigidum. Cæterùm tam harum partium quàm reliquarum omnino indolens inæqualitas eſt modi exceſſus meritò. Adde quòd ex doctrina Hippocratis dolor excitatur, dum natura alteratur atque corrumpitur, non tamen dum alterata eſt. In hectica verò natura iam alterata eſt, non ergo dolet patiens.

Quomodo calor hecticorum dicatur æqualis.

***

CAPVT XIV.

FEbricitantibus igitur propter æſtum, cutis magis ad habitum calidiorem & ſqualidiorem, quam pulſus ad febrilem diſpoſitionem mutatur: quocirca ſitis minus hos infeſtat, quam vbi æqualem habent caliditatem. Ac primo occurſu manus: calor in ipſis vigere videbitur, contra quam in ægrotantibus propter adſtrictionem, in his enim increſcit. Caput præterea peruri maximè videtur, iis qui propter æſtum febricitant. Gaudéntque magis, & iuuantur frigidis fomentis atque ipſorum oculi calidiores, & rubicundiores videntur cum ſiccitate, antequam ſine grauedine & defluxione febricitant. Quibuſdam enim propter æſtum talia accidunt, capútque ipſis redditur non ſolùm calidum, ſed etiam plenum ſanguine: ita vt omnes venæ admodum contendantur, quæ circa oculos, & tempora, frontem, & faciem totam habentur. Quod autem pleni ſunt, non minimum 2
indicium eſt vnde diſcernantur ab iis, qui ex humorum refrigerio febricitant. Hi enim vbi caput male afficitur, promptè prehenduntur grauedine, & defluxione, & febris ipſa interdum ſymptoma eſt ſolius in capite diſpoſitionis. Sed magna ex parte tunc magis febricitant, quum corpus totum refrigeratum eſt, vel exuſtum. At verò cutis 3
minus calida refrigeratis, atque in tumore maiori corpus exiſtit, nec quiſquam ſqualor circa faciem, qualis propter æſtum febricitantibus euenit ſine capitis repletione. Sed 4
magna ex parte caput ſolet talibus repleri ab æſtu, niſi quis fuerit admodum purus ac ſine excrementis: iis enim tantummodo contingit caleſcens caput ſine repletione permanere. Verumtamen interdum ſine repletione multus calor prehendit ipſum totum exuſtum. Hæc igitur affectio perſpicuè diſſidet ab ea, quam frigus excitauit. At quæ cum repletione eſt, difficile diſtinguitur: vtpotè defluxionem inferens ac grauedinem, quæ etiam refrigeratis accidunt ſed (vt diximus) ſqualor & magnus calor cutis, & quæcunque alia paulò antè dixi, propria vſtorum exiſtunt: de quibus in plenum libro de curandi via & ratione dicetur, cum aliis omnibus diariæ febris differentiis: quarum dignotiones quia ſecundo libro de iudiciis perſtrinximus, non etiam hoc loco dicenda ſunt: ſed hunc quidem librum hic finiemus, deinceps verò febrium ex humoribus accenſarum omnes differentias indicabimus.

COMMENTARIVS.

SCripſerat ſupra Galenus ſigna generalia febrium diariarum, quoniam tamen ipſarum multæ ſunt ſpecies, ſingulas cognoſcere atque ab aliis diſtinguere docet. Species ex cauſarum diuerſitate ſumuntur. Cauſæ ſunt vigiliæ, cruditas, triſtitia, timor, ira, curæ, deuſtio, refrigeratio, laſſitudo, ebrietas, quibus accedunt, bubonum inflammatio ex cauſa euidenti, inedia, dolor, & ſimilia. Febris diaria, quæ ab aliquo ex his animi affectibus generatur, in vniuerſum cognoſcetur, quoniam omnibus vrinæ adſunt rufiores, perſeuerante tamen affectu, ex pulſu ipſum deprehendet medicus, & prædicet, atque eodem ſigno ſpecies febrium ab eiſdem affectibus prouenientes internoſcet. Nam ira perciti pulſum habent magnum, celerem, crebrum, & vehementem, quoniam facultas conſtat, & vſus auctus eſt. Quòd tamen vehemens ſit, notum eſt: quoniam animalis facultates moderatrices, impendente vſu maiori robore ſuas obeunt functiones. In triſtitia parui

ſunt

ſunt pulſus, languidi,tardi,ac rari,pro portione caloris,ſicut & in timore inueterato,in recenti tamen & vehementi,celer fit,vibratus,inæqualis, & inordinatus. Sed tamen ex his non ſatis innoteſcit febris ſpecies, affectu ceſſante, quo tempore ex aliis notis diſtinguentur. Iratis ergo caloris multitudo, potius quàm acritudo adeſt, contrarium iis qui triſtantur,quorum calor magis eſt acris quàm multus. Iratis oculi non excauantur, neque decolorati fiunt,quæ communia ſunt eis qui vigilarunt, contriſtati ſunt,aut curis impliciti,vt qui ſunt de ſtudio literarum valde ſoliciti. Hos autem ſic diſtinguemus: Nam hi qui febricitant ob vigilias ſubtumidam faciem habent, & oculos ac palpebras tardè mouent, ob vaporum multitudinem, qui non fuerunt probè cocti, per vigiliam, ſuntque ipſis oculi humidi: triſtatis tamen ac cogitantibus ſicci. Sed triſtatos, ab iis qui curis ſunt impliciti, ſic diſtinguemus. Quoniam cogitantibus corporis tenuitas, oculorum cauitas, inſolita decoloratio maiores ſunt, ac magis manifeſtæ, quàm triſtatis. Id eſt, quod dixit Galen. libro ſecundo de criſibus, & primo de arte curati. ad Glaucon. per hæc verba: ἀλλὰ καὶ ἡ ἰσχνότης τοῦ σώματος ἐπιδηλοτέρα τοῖς λυπηθεῖσιν ἢ τοῖς φροντίζουσι καὶ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν κοιλότης καί τις αὐχμὸς ἔχουσα, quod eſt: Atque corporis tenuitas, & oculorum cauitas, & inſueta decoloratio, manifeſtior triſtatis quàm cogitationibus implicitis. Leonicenus tamen libro ſecundo de criſibus,& libro primo de arte cura. ad Glauconem malè hanc literam tranſtulit. Nam libro ſecundo de criſibus pro illa particula ἢ, pro qua diximus, quàm, dixit, aut: & libro primo de arte curat. tranſtulit, & in vtroque loco nullo ſenſu, vt licet legentibus inſpicere. Si tamen ex timore recenti febris diaria fiat, ſignum ſcripſimus ex pulſu. Et ſi ob timorem inueteratum, & notæ, & curatio cum febre diaria ex triſtitia eædem ſunt. Signa diariarum ex bubonum inflammatione libro primo de arte cura. ad Glauconem habentur. Si verò ex cruditate fiat diaria febris, ex victu præcedenti cognoſcetur: interim verò ex ructibus, qui nidoroſi erunt facta ob calorem corruptione: nam cum acidis, qui ob frigiditatem fiunt, febres diariæ non excitantur. Accedit etiam & ventris grauitas, & facies tumida, & vrina colore priuata. Diariam ex ebrietate docet victus præcedens, faciei & oculorum rubedo, quæ ebrietatem oſtendunt. Qui ex laſſitudine diaria febre corripiuntur cutim habent quàm in aliis diariis ſicciorem. In quibuſdam per omnia acceſſionis tempora,& per ipſam inclinationem. In aliis verò cùm inclinant, mador elicitur, qui cutem reddit humidam. Pulſus non fit ex omnibus ſimilis: nam fatigatis non valde, magnus fit: iis verò qui ſupramodum fatigantur, parui diſſoluta facultate. Quod ſi ex cutis denſitate diaria febris procedat, quæ ſola adſtricta paſſio eſt inter febres omnes, tactu diſcernetur. Squalida enim illorum cutis eſt,quemadmodum in iis, qui ex laſſitudine, aut ex vſtione febricitarunt, ſed calor ab initio mitior, deinde acrior apparet, neque iis vrinæ roſæ ſunt, neque oculi caui, ſed potius prominentes, ſicuti neque corporis tumor imminuitur. Contingit hæc diſpoſitio iis, qui balneum aquæ aluminoſæ ingreſſi ſunt, & refrigeratis,quos ab iis qui ſole exuſti fuerũt docet diſtinguere in præſenti capite, quod ſupererat ex aliis locis. Qui nãque ſole exuſti ſunt,magis cutem mutant ad calidiratem & ſiccitatem, quàm pulſum ad eas differentias, quæ calorem febrilem oſtendunt. Vnde fit, vt ſiti minus moleſtentur, quàm quibus calor omnes partes ad portionem occupat, quoniam calor externas magis quam internas partes cum ariditate, inuadit. Differt quoque caloris immutatio ab ea quæ fit in his qui febricitant ob cutis adſtrictionem, quouis modo dicto adſtringantur. Nam iis increſcit atque ex profundo quodammodo emergit calor, aliis verò primo tactu ſe oſtendit. Sed quoniam huiuſmodi febres quæ à ſolis ardore procedunt, caput primùm occupant, inde eſt, quòd illis caput pruritur. Animalis namque facultas ac eius ſedes primùm alterantur, deinde febris diariæ initium ſumit, vt aliæ ex aliis particulis. Cuius rei cauſa eſt, quòd calor ſolis vaporem eleuat ex toto corpore ad caput, quem cum ſpiritu animali confundit,& vtrumque calefacit, inflammat ac diſſoluit. Ad quod non parum facit,quòd aër qui inſpiratur calidus, animalis ſpiritus eſt materia. Gaudent ſimiliter iis foribus, qui caput infrigidant. Eſt hoc de ſignis quæ ſumuntur ab iis quæ iuuant ac nocent, nam contrariorum contraria ſunt remedia. Non tantùm ergo eis gaudere, ſed iuuare dixit. Oculi ſimiliter ipſorum redduntur calidiores, & rubicundiores cum ſiccitate: calidiores quidem & rubicundiores meritò ſiunt, ad ſuperas partes delato ſanguine. Siccitas tamen ipſorum non omnibus adeſt, ſed iis tantùm qui ſine grauedine ac diſtillatione febricitant. Aliis namque patientibus diariam febrem ab æſtu ſolis, contingit caput incaleſcere, ac venas multo ſanguine impleri, & tendi, eas nempe quæ in temporibus, oculis, fronte, & facie exiſtunt,in quibus non coniungetur cum calore ariditas,ſed humiditas, & grauedo,atque diſtillatio. Euenit autem vt quibuſdam ob æſtum caput impleatur, quoniam in corpore præfuerat humorum redundantia, qui à calore ſolis in caput fuerunt delati, hæc de prima parte huius capitis. Vbi legitur antequam,Græcè, ὅσοι γε δὴ χωρὶς κορύζης καὶ κατάῤῥου κάμνουσι, quod eſt,iis vtique qui ſine grauedine & diſtillatione laborant.

Quomodo calor ſolis diariam excitet.

In ſeconda parte,quæ incipit (Quod autem pleni) vnum aliud ſignum ſcribit, quod diſtinguitur diaria exuſtione, ab ea quæ ex refrigeratione fit, quod non minimum eſſe dixit, id autem eſt, caput valide impleri: Græcè namque ἱκανῶς habetur,hoc eſt, valde. Id autem ſignum ob id non minimum habetur ad diſtinguendam diariam ex refrigeratione, ab ea quæ ab vſtione fit. Quoniam vbi vtriſque adſit capitis plenitudo, facilè accedet grauedo, ac diſtillatio: nam ex iis qui febrem diariam patiuntur, aut ob refrigerationem, aut ob æſtum. Illi quorum caput malè affectum eſt (hoc eſt, plenum) promptè deprehenduntur grauedine, & diſtillatione. Si ergo refrigerati,& exuſti,capite malè affecto, facilè deprehenduntur grauedine, & diſtillatione, aliundè quàm ex ipſa diſtinguemus eos, vbi ipſis caput impleatur, quod infra difficilè exiſtimat. Erit autem hæc diſtinctio, quòd exuſtis valde impletur, non valde verò refrigeratis. Reddit autem Laurentianus obſcuram Gal. literam prætermittens particulam, ἱκανῶς,id eſt, valde, vbi legitur(hic enim) Græcè καὶ γὰρ,καὶ τούτων ὅσοι τὴν κεφαλὴν ἐκακώθησαν, quod eſt, Etenim,& ex his quicunque circa caput malè affecti ſunt, promptè, inquit, grauedine ac diſtillatione prehenduntur. Sed tamen ex his,ſiue exuſti fuerint, ſiue refrigerati,quidam patiuntur febrem ob ſolam capitis exuſtionem, aut refrigerationem, in quibus febris ſolius capitis eſt ſymptoma. Oritur nãque ab inflammatione ſpirituum in cerebro,vbi exurantur, inquam,à calore ſolis: vbi verò refrigerentur, ipſis inflammatis ob prohibitam tranſpirationem, ſimili

Digitized by Google

modo à capite ſolo ortum habebit. In quibuſdam verò non tantùm caput, ſed & totum corpus exuritor, aut refrigeratur, atque inde febris diaria oritur, quod fit magna ex parte. Licet ergo maior ſit capitis plenitudo exuſtis quàm refrigeratis, vbi vtroruque caput impleatur, ambo facilè incidẽt in grauedines & diſtillationes, & ipſis febres ſimiliter eueniunt, aut ob ſolam capitis diſpoſitionem, aut ſimul totu corpore laborante, quo dato, aliunde notas accipere decet.

In tertia parte quæ incipit (At verò) rurſus tria alia ſigna ſcribit diſtinguentia febrem diariam exuſtione, ab ea quæ ex refrigeratione fit. Primum quòd exuſtis, cutis calidior eſt quàm refrigeratis, ſignum id notum ſatis eſt, & omnibus exuſtis conueniens. Secundum eſt, quòd corpus totum refrigeratis magis eleuatur in tumorem, quàm exuſtis: quoniam exuſtorum corpus calore ambientis diſſoluitur, & extenuatur, refrigeratorum verò retinetur vapor, & excrementum corpus implet, ac diſtendit. Tertium ſignum eſt, quòd refrigeratis facies ſqualida non apparet, hoc eſt non diſtinguit refrigeratos ab omnibus exuſtis, ſed ab iis tantùm qui exuruntur, & eorum caput non impletur: nam quibus impletur, non adeſt in facie ſqualor, ſicuti neque refrigeratis.

In quarta parte, quæ incipit (Sed magna) cauſam refert; quare magna ex parte exuſtis caput impletur, ea eſt impuritas. Nàm puris exiſtentibus corporibus, atque vacuis excrementis quamuis calor caput & animalem ſpiritum inuadat, non implebit caput, cùm non adſit ea abundantia, quæ ad caput elata ipſum impleat. Id tamen magna ex parte fieri dicit, quoniam aliquando fit, vt puro adhuc exiſtente corpore, bonus ipſe ſanguis, & quantitate moderatus per corpus effuſus ad caput immodicè deferatur, & ipſum impleat. Nec tamen negamus, ſine repletione interim fieri febrem diariam, multo calore totum corpus apprehendente. Quo tempore manifeſtè diſtinguetur diaria ab exuſtione, ab ea quæ refrigeratione fit, nempe calore, & ſqualore capitis, frontis, & cutis totius corporis.

In quinta parte, quæ incipit (Atque eum repletione) rurſus ad ſigna diſtinguentia diariam ab exuſtione cum plenitudine capitis, à diaria ex refrigeratione redit, difficilem eſſe diſtinctionem ipſarum dicens: Quoniam vtrique coniungitur grauedo, ac diſtillatio. Quod tamen in præſenti parte ſcribit, Id in prima parte ſcripſerat, nempe magnum calorem cutis & ſqualorem, exuſtos à refrigeratis diſtinguere. Cutis dixit, quoniam ſqualor, vt dixerat, in oculis nõ adeſt eis, qui cum repletione ſunt exuſti, & quæ ſuprà dixerat eos diſtingũt, vt magna plenitudo capitis vſtorum, non magna refrigeratorum: & oculi ipſorum calidiores, ac rubicundiores. De diariis ab exuſtione promittit ſe dicturum in lib. de Method. med. ſimul & de aliis ſpeciebus ipſarum, quemadmodum & ſigna earum lib. 2. de criſibus ſcripſit. Libro quidem 8. de Meth. med. docuit curare multas febrium diariarum ſpecies: lib. tamen 9. huius febris durationem 24. horarum æquinoctialium, ex natura ſua eſſe dixit, niſi aliquo errore commiſſo, aut prorogentur, aut in naturam aliarum, vt putridarum, aut hecticarum tranſire contendant. Non tantùm errore, aut medici, aut ægri, aut aſſiſtentium febres tales prorogati ſolent, & in alias tranſire: ſed vbi non fuerint, generantur. In hoc autem tranſitu, quo diaria in putridam tranſit, quemadmodum in omnibus extremis latè diſtantibus, medium quoddam eſt ſtatuendum, quod ad vtrumque extremũ pariter inclinet. Quod medium facilè cognoſcetur ab iis, qui in extremorum dignotione fuerint exercitati: medium namque nullius extremorum notas integras continebit, ſed vtriuſque obſcuras, & ex vtriſque compoſitas. Febres diariæ, de quibus in præſenti cap. dicimus, ſi probè tractentur, vnius diei ſpatium non pertranſibunt: ac diariarum dictas notas ſeruabunt. Sed tamen quæ occluſis exiguis meatibus fit, protogari poteſt, nullo errore commiſſo: quoniam aut hæc concluſio ſiue ſtipatio euenit ab vſtione, aut refrigeratione, aut conſtipatione, & meatuum conniuentia. Et hæ, vt inter veras diarias reputãtur, ita 24. horarum ſpatium non prætergrediuntur, nullo errore commiſſo: ſimiliter & quæ à leui oriũtur ex humoribus obſtructione. Quæ tamen ab obſtructione magna originantur, & ab humoribus vehementer impactis, aut multis, aut lentis, aut craſſis, iam non omnino febrium diariarum naturam ſeruabunt, neque nominis appellationem. Sed tamen vbi febris hæc ſine putredine excitetur, diaria dicetur, vt ipſam à putridis & hecticis ſeparemus: quoniam in humoribus fit, ſed abſque putredine, ne cogamur quartam ſpeciem conſtituere. Nominis tamen rationem labefactare cogemur: non enim rectè diaria dicetur, quæ vltra diem prorogatur, & nonnunquàm ſeptimam: quamuis nonnullas diariarum notas habeat, vt quòd vnica acceſſione finiatur, & quòd ſine putredine fiat. Verumtamen ſigna hæc cum ſignis febrium in humoribus conſiſtentium habet commiata. Has febres continentes citra putredinem appellamus. Quoniam ergo febrium putridarum, hecticarum, ac diariarum ſigna ſcripſit, nos quoque earum quæ mediam tenent naturam meminimus, tempus inſtat, vt ad ſingulas ſpecies febrium putridarum tranſeamus, de quibus ſecundus liber, qui ſequitur, tractat.

CL. GALENI PERGAMENI
DE DIFFER. FEBR.
LIBER SECVNDVS,

Chriſtophoro à Vega enarratore.

CAPVT I.

1 *SEquitur vt de differentia febrium
ex humorũ putredine infeſtantium
diſſeramus: id prius de eis admo-
nentes, minimè ſufficere (vt qui-
dam voluerunt) ad generationem
febrium augeri atque exuperare hu-
morem bilioſum, quem alij palli-
dam, nonnulli flauam nominant bilem. Omnes enim ar-
quati maximè ſic afficerentur febre, quibus copia talis
bilis in toto corpore continetur: ſed haudquaquam febri-
citant prius, quam alia quadam cauſa concurrat, de qua
paulò poſt agetur. At verò abſurdum eſt in quartana,
& quotidiana febre exquiſita colligi amaram bilem exi-
ſtimare, quemadmodum in tertiana atque cauſo. Etenim
contrà quam in illis in quotidiana, & quartana febre,
neque vomitus bilioſus, neque ſudor, neque vrina, neque
deiectiones videntur bilioſa: præterea nec quicquam aliud*
2 *quod præceſſit, aut ſimul adeſt eis, ſubſcribit. Febris
enim tertiana parte plurima conſiſtit in corpore natura
bilioſo, & in ætate vigoris, quæ eſt omnium ætatum ma-
ximè bilioſa, & æſtiuo tempore, maximè quo talis humor
exuperat. Iiſdem in regione calida & ſicca temperamento,
& conditione ambientis aëris tali, & vita non otioſa,
ac deſidi plurimum, ſed in labore, cura, vigiliis, æſtu, &
victu parco, eóque calido & ſicco. Quin & immodera-
tus vſus medicamentorum calefacientium & exſiccan-
tium committit febrem tertianam. Quotidiana verò econ-
trario penitus efficitur in natura pituitoſiore, ac tempore
hyberno, & conditione frigida & humida, ſenibus & pueris
potius, in regione frigida & humida, & vita otioſa ſimul
cum repletione, maximéque quoties poſt cibum lauantur:
ac multò magis, vbi ipſe cibus pituitoſior natura exiſtit.
Sed neque vomunt tales bilioſum humorem, neque deii-
ciunt, neque ſudant, quemadmodum in tertiana febre.
Hæc enim ex flaua bile putreſcente fieri ſolet: quotidiana
verò pituitoſum humorem ſubſequitur, quomodo quar-
tana melancholicum. Sic namque natura corporis magis
melancholica, & ætas inclinans, & autumni tempus, nec
non omnia his proportionalia in cibo potúque & toto victu,
frigida & ſicca temperamento, febrem gignunt quartanam.*
3 *Et ob eam rem præcedens eas rigor nequaquam ſimilis eſt:
ſed in tertiana quaſi pungens ac vulnerans ſenſum efficien-
tem cauſam indicat: in quartana autem quaſi refrige-
rans. Sed de forma rigoris libro de cauſis ſymptomatum
diffinitum abundè iam eſt, vbi etiam de eiuſdem generis
febrium differentia eſt proditum: nempe ex eis intermitten-
tes (ita appello eas, quæ ad integritatem ſenſibilem deſi-
nunt) ex humore moto ac in omnem corporis partem dela-
to efficiente febrem conſiſtere: ſynochos verò ex condito &
contento in venis, de quarum cognitione ſecundo libro de
iudiciis docuimus.*

COMMENTARIVS.

NVllas eſſe febrium diariatum, aut becticatum differentias ſuprà diximus. Diariæ enim omnes in ſpiritu conſiſtunt, & ſi quam habent differentiam, hæc à cauſa prægreſſa ſumitur. In hectica verò ex ſubiecto nulla deſumitur differentia, ſed tantum ex diuerſitate eius, quod aut efferueſcit, aut abſumitur in diuerſis hecticis febribus. Inter putridas tamen magna differentia eſt ex materia, in qua calor præter naturam exiſtit: quæ diuerſitas perſpicuè docet medendi methodos, quæ ſumuntur ex natura materiæ, quam aut corrigere, aut euacuare medicus procurat. Quamobrem Galenus in hoc ſecundo huius operis tractatu, ſingulas ipſarum ſpecies docet cognoſcere, quemadmodũ eas curare diuerſimodè in ſecundo de arte curatiua ad Glauconem inſtituit. Liber multis capitibus diſtinguitur: primum verò caput in partes tres. In prima parte duo præmittit, quæ ad conſequentia erunt valdè neceſſaria. Primum eſt, bilem non vtcunque auctam poſſe febrem efficere contra quorundam opinionem, qui putarent ex ſolo augmento bilis fieri poſſe febrem. Qui hanc poſſent habere opinandi occaſionem: quòd febris eſſentia in augmento caloris ſupra temperamentũ conſiſtit, is autem augmentum bilis neceſſariò ſequetur: ergo febris ſequetur bilem auctam. Nam bilis calidiſſimus humor eſt, & augmentum calidiſſimi humoris calorem corporis immodicè augebit, & in ſumma febrem efficiet. Quod ſi non augeat caloris gradum, augebit tamen caloris copiam, quemadmodum & magna flamma quamuis parua calidior non ſit, eſt tamen copia caloris maior. Hos itaque ſic Galenus confutat: nam ſi copia bilis per ſe ſola febrẽ efficeret, qui morbum regium patiuntur omnes febricitarẽt, quod falſum eſſe docet experimentum. Non enim hi febricitare ſolent, niſi cauſa alia ad bilis multitudines accedat. Ad id verò quod adduximus pro opinionis confirmatione, dicemus bilem nunquam augeri ea quantitate, & in loco quo poſſit febrem inferre, quin corrumpatur atque putreſcat. Secundum quod præmittit, eſt, non omnem febrem habere ortum à bile: nam abſurdum eſt putare in quotidiana, aut quartana exquiſitis, bilem aceruari, ac febrem efficere. Quod probat, quoniam nihil eorum quæ apparere ſolent in febre tertiana, & morbis à bile habẽtibus ortum, apparet in quartana, aut quotidiana exquiſitis. Nam nec ſudor, nec vomitus bilioſus, neque vrina, neque deiectio bilioſa talibus adſunt, neque aliquod eorum quæ aut præcedunt, aut ſimul adſunt cum febre bilioſa. Præcedunt enim calida temperatura, victus bilem aceruans, & regio, & anni tempus, & motus corporei, & animales quæ bilis copiam adaugent: & ſequuntur quæ diximus de vomitu, vrina,

Digitized by Google

& deiectione, & calor aeris, ſitis, & per tertium acceſſiones, & earum breuitas, quorum nullum exquiſitis quartanis, aut quotidianis ſuperuenire ſolet, quoniam bilis non eſt earum cauſa, quod pariter comprobat Aphoriſm. 42. ſect. 7. ſi febris non ex bile habeat, multa aqua calida ſuperfuſa, ſolutio fit febris.

In ſecunda parte quæ incipit (Febris enim tertians) oſtendit diuerſas admodum eſſe cauſas generationis febris tertianæ, quotidianæ & quartanæ, vt inde notum ſit eas non ab eodem humore prouenire. Generatur namque tertiana in corpore cuius naturalis temperatura calida eſt & ſicca, & ex ætatibus vigor, cauſa eſt, ſiue iuuentus, in qua calor adhuc viget, atque is ſiccitati coniungitur. Notum quoque eſt bilem æſtatis tempore augeri, in aere ambiente & regione ſimiliter calidis, ac ſiccis, & vitæ conditione, qua laboribus incumbat homo, non in otio & deſidia degat. Quibus accedant cura, vigiliæ, æſtus, & victus calidus & ſiccus, quemadmodum & vſus medicamentorum calidorum & ſiccorum immoderatus. Hæc enim omnia bilem aceruare ſolent, quemadmodum etiam quotidiana contrario modo generatur, pituitæ multitudine abundantibus, abundat autem in corporibus frigidæ & humidæ temperaturæ, tempore hyemis, & conſtitutione aëris frigida & humida, ex ætatibus, ſenibus, & pueris accreſcit pituita. Vnde quotidianę naſcuntur febres ſenibus, quoniam & ſi natura frigidi ſunt & ſicci, ex accidenti multam aceruant pituitam, ita vt quidam putauerint eos natura frigidos, & humidos, quos Galen. reprehendit. Pueris quoque, quoniam etſi calidum innatum in ipſis multum ſit, motus inordinati crudos ſuccos per corpus deducunt, antequàm perficiantur. Idem facit frigida regio, & vita in otio, & deliciis, & balneum à cibo: maximè vbi cibus fuerit natura frigidus, & humidus, ac pituitam recreans. Hos autem notum eſt non ſudare, nec vomere aut deiicere bilem, quod faciunt qui tertianam febrem patiuntur. Quæ à flaua bile procedit putreſcente, eo modo quo quotidiana à pituita, & quartana ab humore melancholico. Euenit namque quartana febris corporibus natura melancholicis, & in ætatis declinatione, & primis ſenibus: ex temporibus verò autumnus quartanam affert. Nam vt docuimus in annotati. 27. commen. lib. 3. prog. humor melancholicus æſtatis tempore vſtione generatur, qui ſuperueniente autumno retinetur, à temporis frigiditate impedita tranſpiratione. Sic etiam cibi, & potus, ac vniuerſa ratio victus frigida & ſicca humorem melancholicum aceruat, & inde quartanæ febris cauſa fit. Sed tamen de cauſis & generatione harum febrium, in ſequentibus multa dicemus.

Cauſa febris quotidianæ.

Cauſa febris quartanæ.

In tertia parte quæ incipit (Et ob eam) docet ex natura rigoris diſtinguere febrem tertianam à quartana, vtrique enim rigor adeſt: ſed tamen in tertiana, vt à cauſa calida, pungente, ac vulnerante: in quartana verò, vt refrigerante, naturam cauſæ facientis oſtendit. Sed tamen de forma rigoris dixerat Galen. lib. 2. de cauſis ſymp. quemadmodum & quòd febrium quædam ſunt intermittentes, id eſt, ad integritatem & in febricitationem peruenientes, quarum cauſa humor motus ac delatus in totum corpus eſt. Continuæ verò, quas Galenus συνεχεῖς appellat, cauſam habent humorem in venis conditum. Docuit namque eo loco in febribus intermittentibus rigores fieri ab humore moto, per ſenſibiles particulas, atque ea ratione, aut vomitu, aut ſudore, aut fluxu ventris euacuari, ac febrem finire: in continuis tamen tunc ſalutem ſequi, cùm rigor ſuperuenit. Quod dixerat Hippocrates à febri ardente habito rigore ſuperueniente ſolutio, ſignificat enim humorem alias in vaſis conditum, modo ad carnem & extra vaſa ſecerni, qua ratione febres ad integritatem peruenire ſolent. An tamen humor intra venas conditus poſſit febrem efficere intermittentem, & extra venas miſſus cõtinuam, dubium videtur. Ad quod reſpondemus, humorem contentum in vaſis nullatenus efficere poſſe febrem intermittentem. Quoniam aut in vaſis aderat humor, paratus recipere alterationem ad ſequentem acceſſionem, vel non: ſi aderat, is inficeretur neceſſariò ab altero in vaſis putreſcente, ac interim febris non ceſſaſſet, ſed humor qui primam fecit acceſſionem, cum ſequente, febrem continuam feciſſet. Idem etiam fieret, vbi cauſa generans humorem primæ acceſſionis, interim generat alterum: is enim dum generatur inficietur, & putreſcens febrem non permittet ad quietem peruenire. Humor ſimiliter extra vaſa miſſus non efficiet continuam: nulla enim copia humoris extra vaſa contineri poteſt tanta, vt non diſcutiatur antequàm tertius pertranſeat dies. Intra hunc terminum verò febris non dicetur continua, maximè quæ cum rigore, horrore, aut frigore incœpit, quod in tranſmiſſione à vaſis ad extra vaſa fuit neceſſarium. Cæterùm quoniam rigoris eſſentia, atque eius cauſarum cognitio, admodum neceſſaria eſt his, qui de febrium natura atque earundem differentiis tractare volunt, potiſſimùm de intermittentibus quæ in humorum putredine conſiſtunt: iure in præſenti loco quædam de rigore dicenda erunt. Rigorem Gal. lib. 1. de cauſis ſympt. appellat, totius corporis inæqualem concuſſionem ac conquaſſationem, nõ ſenſum frigoris, quem motus hic ſequitur, quoties à frigore oritur, aut aliàs refrigeratis extremis. In rigore igitur cauſa adeſt, atque ſymptoma, ſiue ſignum, quod cauſam ipſam facientem oſtendit. Cauſa mordax eſt ſiue calida, ſiue frigida: mota tamẽ. Symptoma verò motus ipſe à facultate expultrice procedens, quo totum corpus ad expulſionem cauſæ mordentis vehementer agitatur, ac concutitur inæqualiter. Cauſam rigoris eſſe in duplici genere calidam, ac frigidam teſtatur Galenus, ſed ambæ rigorem efficiunt vna communi ratione quatenus mordere poſſunt. Nam contraria nullatenus communem aliquem effectum haberent, niſi aliquid eis eſſet commune. Calidum namque atque frigidũ, dolorem efficiunt, id autem quatenus ambo continuitatem ſoluere poſſunt, aut quoniam ſubitò & affatim naturam mutant. Sic ergo quæcunque mordent communem habent vim excitandi facultatem expultricem vehementer, vnde motus ſequitur partis ad excretionem, cauſa in toto corpore exiſtente, nonnunquam etiam vbi in parte fuerit, totius corporis motum excitare poterit reliquis conſentientibus. Hic motus rigor eſt, quem calida & frigida cauſa efficere poſſunt, quoniam vtraque mordere poteſt. In febribus putridis tale eſt exemplum, humor bilioſus in vaſis contentus à natura excernitur extra vaſa, quoniam grauat aut mordet & in eo motu per ſentientes particulas irritat ſenſum, quem humor quieſcens non irritabat: vnde oritur totius corporis conquaſſatio, atque inæqualis motus antecedit. Ipſe verò rigor ſymptoma, & ſignum eſt motus ipſius humoris: ſignum enim eſt, quod mordens humor per ſentiẽtia membra agitatur, ſymptoma verò quod ſequitur ipſam agitationem. Attinet id ſymptoma ad naturalem facultatem expultricem, cuius munus eſt excernere

Quomodo calidum & frigidum rigorem excitent.

ea quæ

ea quæ moleſtant, aut mordētia qualitate, aut quantitate grauantia, vt libro primo de arte curatiua ad Glauconem cap. 5. Quod tamē frigidum id efficiat, docet aër frigidiſſimus, ſi immediatè corpus nudum tetigerit, & aqua frigida ſubitò perfuſa corpori. Hæc enim maximos ſolent concitare rigores. Calidum verò conſtat id efficere in calidis & acribus medicamentis vlceribus admotis. Hæc exempla ſunt tertianæ & quartanæ, in quibus humor mordens excernitur extra vaſa, ac motus rigorem excitat.

Nota. Sed differunt non parum, quoniam rigor vehemens in tertianis febribus ſtatim ab initio inuadere ſolet, in quartanis verò non, ſed temporis proceſſu humore prius putreſcente & attenuato: mouetur autem à facultate expultrice, quæ eſt in vaſis. Licet contingat aliquando ob exercitationem, aut balneum, aut Solis calorem, aut iram motum eum inchoari, ac humorem moleſtum valde fieri ſenſui, qui talis ante non erat. Quſobrem has omnes cauſas vitare debet, qui excrementorum rodentium, & acrium abundantia laborauerit, ſicuti & is qui cruditate, ne cruditas in vniuerſum corpus deferatur. Quoties ergo acre excrementum in corpore continetur, non motum, inæqualem ſenſum efficit, quod motum, non multum tamen quantitate, horrorem, multum verò ac vehementer motum, rigorem efficiet, eum verò maiorem aut minorem ob cauſarum diuerſitatem. Nam cùm mordax excrementum celeriter per membra ſenſibilia mouetur, & id fuerit valde acre, & multum, & facultas ægri languida, maximus fiet rigor, ab his cauſis ſimul occorrentibus. Nam acrimonia, & multitudo magis mouent facultatem expultricem quàm contraria. Motus verò celeritas nota eſt, quoniam, vt diximus, quædam vbi moueantur ſentiuntur, quæ quieta ſenſum latent. Facultas verò imbecilla rigores excitat maiores, quòd robuſta ſingula videatur contemnere, ac tolerare. Quarum cauſarum, ſi quædam defecerint, aut remiſſiores fuerint valde, non rigorem, ſed horrorem, iis autem minores, vlceroſum, aut inæqualem ſenſum. Veluti ſi humor acris, aut quantitate minor, aut tardus motus fuerit, aut robuſta fuerit facultas ægri. Et præter Galeni ſententiam, experimentum docet languidam facultatem maximos efficere rigores, in iis de quibus Hippocr. dixit: Si rigor incidat febre non deficiente, & ægro debili, lethale. Horum enim rigores validiſſimos videmus. Ex his duo ſequuntur aduerſus Auicēnam: primum falſum eſſe quod dixit: de cauſis vehementiæ rigoris eſt, vehementia virtutis expulſiuæ in lacertis. Secundum quod viſcidum humorem dixit eſſe cauſam maioris rigoris, cùm tamen is nunquam non lentè moueatur, quod magnis rigoribus non conuenit, quorum magnitudinem celeritas motus excitat. Solent huiuſmodi rigores febres antecedere, aut pòſt ſequi: antecedunt febres intermittentes, vt tertianam & quartanam. Quamuis paruus rigor, qui potius horror quàm rigor dici debet, quotidianam poſſit antecedere, & hemitritæum, vt lib. 1. de arte cur. ad Glauc. cap. 5. Poſtea tamen apparent in febribus ardentibus, in quibus languida exiſtente facultate, non tantùm eueniunt, ſed ſæpe repetunt, qui mortem ſolent ſignificare apud Hipp. Apho. 46. ſectio. 4. Quemadmodum & facultate conſtante ſuperuenientes, morbum ſoluere, aliqua euacuatione effatu digna ſecuta, quam facultas valida tolerare poſſit, notum eſt ex Gal. in commen. prędicti Aphoriſm. Occaſione eius diuiſionis, quam Galen. ſcribit ad finem huius capitis, qua diſtinguit febres intermittentes à continuis, ſolent medici hoc in loco diſſerere de vnitate & continuitate febrium intermittentium. Nam inter febris tertianæ acceſſiones interuenit integritas, & neutra quædam diſpoſitio citra febrem: non ergo erit tertiana morbus vnus. Sed tamen in febre habente acceſſiones aduertenda eſt diſpoſitio membri generantis, ac mandantis: & diſpoſitio membri recipientis, aut ad ſe trahentis, quæ quidem morbi etiam ſunt illarum particularum. Exemplum eſt: diſpoſitio iecoris generans bilem ea quantitate abundantem, vt tertio quoque die febrem tertianam efficiat, quæ iecoris actiones manifeſtè lædit. Similiter aduertenda diſpoſitio venarum paruarum, & pororum, in quibus poteſt eſſe calor qui ad ſe bilem trahat, eiſdem temporum ſpatiis. Hæ diſpoſitiones morbi ſunt earum partium, non tamen febres. Poteſt etiam conſiderari humor febrem tertianam efficiens, cuius pars poteſt remanere in membro recipiente humorem, vſque in ſequentem acceſſionem, quæ inter duas acceſſiones bilem corrumpere & ad ſe trahere poterit. Hæc verò febrem efficiet, quemadmodum & ſi talis in membro generante exiſteret, quæ non foret aut tranſmiſſa, aut abſumpta in tempore acceſſionis. Si ergo quis intemperiem partis generantis, tranſmittentis ac recipientis conſideret, vnicus morbus eſſe poterunt, ſed is non eſt febris, neque morbus quandoque materialis. Si vero humorem, ſi quis relinquitur ex præcedenti acceſſione, plures acceſſiones tertianas vnum morbum dicemus in vnitate cauſę, quæ vnam tertianam acceſſionem alteri copulauit, & non alia ratione. Sed de his & de continuitate morbi cum recidiua diximus lib. 3. prognoſt. in expoſitione 22. latius. Quamobrem verò febres intermittant, aut continuæ ſint, poſtea dicemus: nam abſumpta cauſa faciente, febrem deficere neceſſum eſt.

CAPVT II.

Ebrium igitur intermittentium omnes differentia tres exiſtunt, quotidiana, tertiana, & quartana, ex pituita putri, quotidiana, ex vtraque bile, flaua quidem, tertiana: atra autem, quartana efficitur. Continuarum verò qua ex flaua bile conſiſtunt 2
duplex genus eſt: vnum quidem earum qua ſynochi, id eſt, continentes appellantur, quarum omne tempus vna acceſſio eſt ab initio vſque ad finem. Alterum, earum qua communi ſed ambiguo genere continua dicuntur, & multis particularibus circuitionibus continentur. Cæterum ſynochων differentia omnino tres exiſtunt. Quadam enim earum ab initio vſque ad finem æqualis perſiſtit, quadam paulatim creſcit, quadam paulatim decreſcit. Ac nonnulli primam nominant homotonum, & acmaſticam, id eſt, æqualiter affligentem ac vigentem: alteram anabaticam & epacmaſticam, id eſt, aſcendentem atque increſcentem: tertiam verò paracmaſticam, id eſt, inclinantem appellant. Synochων porro dua 3
differentia prima exiſtunt. Nam alia tertio quoque die tantummodo habent acceſſionem, alia die intermedio alteram inferunt acceſſionem. Atque ha nullum nomen peculiare obtinent. Febrem autem tertio quoque die accedentem, ego quidem nomino tertianā ſinochum: non tamen prohibeo, ſi libeat, aliter appellare, modò ſerues in rebus ipſis differentiam. Alia enim eſt natura, quaties deſinunt ad integritatem, alia quoties ad inclinationem febrilem finiuntur, febres continua alternis diebus acceſſionem habentes. Et ad hac vbi in medio altera fuerit acceſſio, natura quadam diuerſa eſt: ſed nullam

ex his ſemitertianam appello, non tamen prohibeo ita nominare volentes, ſi id vnum mihi caueatur ab eis, vt nullum febris genus omittatur, ſed vnumquodque deinceps dicatur, quemadmodum ego nunc in hoc libro facere inſtituo. Ex continuis enim quæ in die medio accedunt, quædam in forma quotidianæ procedit, duas acceſſiones ſimillimas inuicem efficiens: quædam verò diſſimiles habens duas acceſſiones: prima quidem tertianæ ſimillimam obtinet, ſecunda verò quartam, in forma duarum tertianarum procedens: ſed hæc ex bile potius: illa ſingulis diebus ſimiliter accedens, ex pituitoſo humore conſiſtit. Porrò tertium aliud genus eſt febrium continuarum rarò eueniens, quoties acceſſio in forma quartanæ circuitionis procedit, nequaquam deſinens ad integritatem. Accedit autem, quemadmodum febris tertio quoque die accedens, interdum duplex ac triplex: ita etiam hæc non ſolùm duplex, ſed etiam triplex. Sed hi febrium implexus libro de typis commodius indicantur. Febrium autem ſimplicium ex humoribus infeſtantium ſimplices differentiæ tot numero ſunt, quot proximè docuimus. Ex earum autem permixtione aliæ quædam efficiuntur, de quibus deinceps dicam, ſi priùs de ſimplicibus, quod deeſt, adiecero: vt quæcunque fuerit omnino ſimplex febris, vnam ſpeciem quaſi regulam quandam obtineat earum, quas proximè indicabimus. Quæcunque verò degenerat aliquatenus, eatenus ab ipſis febribus ſimplicibus abſcedit.

COMMENTARIVS.

DIxerat in capite præcedenti, ex febribus quaſdam eſſe continuas, quaſdam intermittentes, hæ verò ſunt quæ ex humorum putredine fiunt, quæ ſimiliter ſiue continuæ, ſiue intermittentes fuerint, tribus tantùm generibus continentur. Aut enim fiunt à pituita putreſcente, aut à bile flaua, aut atra. Similia his ſunt alia tria genera continuarum: nam aut febris eſt continua tertiana, aut continua quotidiana, aut continua quartana: ſingulæ ſiquidem continuæ, ſingulis intermittentibus ſui generis reſpondent. Tertiana continua bilioſa eſt, vt tertiana intermittens, ac per tertium habet acceſſiones. Continua quotidiana pariter quotidianæ intermittenti ſimilis quotidie accedit, atque à pituita ortum habet. Quartana continua intermittenti quartanæ acceſſionibus ſimilis, & vtraque ab atra bile originabitur. De febre tamen ſanguinis hoc in loco non meminit, acturus poſtea de ipſa. Et quoniam quæ ex ſanguine efferueſcente fit, inter diarias computatur, ab ipſo verò putreſcente an fieri poſſit eo modo, quo à reliquis tribus poſteà dicetur: ſimiliter & quod ſimplex non eſt. In præſenti verò capite ſingulas ſpecies febrium putridarum diſtinguit: In prima parte intermittentes dicit tribus tantum generibus cõtineri: aut enim ſunt quotidianæ, quæ à pituita putreſcente fiunt: aut tertianæ, quæ à flaua: aut quartanę, quæ ab atra bile. Sunt tamen hæ ſimplices à ſimplicibus humoribus factæ, & qui aliis non commiſcentur. De febribus namque, quæ à diuerſis & complicitis cauſis fiunt, in ſequentibus dicetur: ſunt enim illarum multorum modorum complicationes.

In ſecunda parte, quæ incipit (Continuarum verò) ad inuentionem ſingulorum generum febrium continuarum peruenire volens, diuidit prius febrem continuam bilioſam in duo membra. Id enim eis tantùm conuenit, vt aut cum continuitate, vnica tantummodo acceſſione finiantur, aut vt plures habeant cum continuitate acceſſiones. Sed tamen hoc ſecundum membrum aliis pari modo conuenit quæ à pituita, & quæ ab atra bile fiunt, non tamen primum (niſi pituita fuerit ſalſa.) Nam hæ ſine acceſſionibus nunquam continuæ fiunt. Febris itaque bilioſa continua aut caret acceſſionibus, & appellatur σύνοχος, id eſt, continens: aut habet acceſſiones; & ſortitur nomen generis: nam συνεχὴς, id eſt, continua appellatur omnis febris, quæ nunquàm peruenit ad integritatem, & ſiue acceſſiones habuerit ſiue ſecus. Hoc verò nomen generis ſortiuntur ob vocabulorum inopiam, continuæ, quæ cum continuitate acceſſiones habent: aliæ verò quæ acceſſiones non habent, ſed vnica tantùm acceſſione ab initio in finem perueniunt, σύνοχοι, id eſt, continentes dicuntur. Ex bilioſis igitur quædam continuæ, quædam continentes ſunt: ſed Galeni tempore eas febres quę nullas habent manifeſtas acceſſionum differentias medici non appellabant συνεχεῖς, id eſt, continuas: ſed συνόχους, id eſt, continentes: cùm tamen apud antiquiores hoc nomen, συνεχὴς, vtriſque eſſet commune, apud quos illæ febres, quæ nomen generis ſortiuntur συνεχεῖς dictæ: quæ cum continuitate manifeſtas habent acceſſionum differentias διαλείποντες id eſt, Intermittentes appellantur. Sunt enim quadantenus intermittentes, quadantenus verò continuæ: quatenus enim ad intermittentes, quæ ad infebricitationem perueniunt comparantur, continuæ dici poſſunt: quatenus verò continentibus, iure eas intermittentes dicemus, vt apud Gal. lib. 1. de morb. popu. par. 3. Continentium verò quæ à flaua bile fiunt, quibus nulla adeſt acceſſio tres eſſe docet differentias, quod non tantùm de continentibus quæ fiunt à flaua bile verum eſt, ſed etiam de continentibus quæ fiunt à ſanguine, de quibus lib. 9. de Meth. meden. aut à ſalſa pituita. Sunt namque ex continentibus quædam à ſanguine, quædam à flaua bile, quædam à ſalſa pituita procedentes. Quarum omnium tres eſſe differentias hîc & loco citato docet. Quædam enim ab initio in finem ſimilem tenorem obſeruant, quas vocant ὁμοτόνους καὶ ἀκμαστικούς, hoc eſt, ſimilem tenorem ſeruantes, ac vigentes: quædam ſenſim augentur ad finem morbi, quas appellant, ἀναβατικοὺς καὶ ἐπακμαστικούς, hoc eſt, aſcendentes, & increſcentes: quædam ſunt quæ ſenſim decreſcunt vſque ad finem, quas dicunt παρακμαστικούς, hoc eſt, decreſcentes. Quæ verò ratione tales eueniant, loco ſuo infrà dicetur. Dubium tamen videtur, quare ex flaua bile putreſcente, vt dixit Galenus aut ſalſa pituita, febres fiunt continentes, ſine aliqua manifeſta acceſſione. Non tamen ab aliis ſpeciebus pituitæ, aut ab atra bile, nã pari ratione, vt ex bile flaua putreſcẽte fieri poteſt, vaporum copiam tantam ſuppetere, vt nunquam febris perueniat ad inclinationem ac iterum redeat, ſed aut ſemper augeatur, aut ſemper pari menſura decreſcat, aut ſimilem tenorem obſeruet. Ita in aliis eueniet quæ ab atra bile aut pituita fiunt. Poterit enim fieri, vt adeò magna quantitas pituitæ putreſcat in vaſis, vt vnica acceſſio ad quartum, aut ſeptimum diem prorogetur, & interim aut ſemper augeatur, aut decreſcat, aut vnum tenorem ſeruet, quod melancholiæ minimè etiam repugnat. Ad quod reſpondemus primò, experimentum docere id nunquam fieri: quoniam febres omnes continentes ardentes ſunt, ſi à bile ortum habuerint, vt libro ſecundo de criſibus cap. 6. dixit Galen. Cùm enim de febribus bilioſis quæ nullam habent acceſſionem ſcriberet, Inquit: Quum verò neque declinatio aliqua ſenſibilis fiat, ſemper verò à primo principio febris vſque ad criſim ſimilis perſeuerauerit, erit & hæc ex genere febrium deurentium, Græcè καυσώδων. Illæ verò febres continẽtes, quæ à ſangui

Google

ſanguine ortum habent, non niſi in corporibus multo ſanguine, ac calidis excrementis refertis generantur. Et quæ à ſalſa pituita fiunt, magnam habent coniunctam bilis aſſationem, neutrum autem in corporibus pituita quauis alia redundátibus, aut melancholia adeſt. In eis ergo continentes febres non fient. Sed tamen à priori cauſa continentiũ febrium docet ipſas nunquam ab atra bile, aut pituita non ſalſa fieri poſſe. Febris namque continens talis ſeruatur ab initio in finem, aut in vnico tenore, aut ſemper creſcens, aut ſemper minuens: id tamen fit apud Gal. 9. de Meth. med. ob copiam vaporum, qui aut retinentur, aut ſuccedũt loco eorum qui diſcutiuntur. Fit autem, vt pari copia ſemper ſuppetant, aut maiori, aut minori, ſi æquali aut maiori toto morbi tempore ſuccedere debet, in humore magnam exiget præparationem ad putredinem, & feruorem. Si verò procedat ſemper in diminutionem, & hæc diminutio toto morbo durat, docet à principio valde magnam incœpiſſe febrem: ac copioſiſſimam: aliàs enim breui tempore permanſiſſet, neq; fuiſſet multis prorogata diebus. Nam quod magnã, ac longo tempore factam diminutionem fert, id à principio magnum habuit incrementum. Quoniam verò nullum horum competere poteſt febribus ortis à pituita non ſalſa, aut melancholia, ſequitur vt ab eis humoribus nunquam febris continens procedat. Diuerſa tamen eſt ab his ſalſa pituita, à qua febris ardens ac continens excitatur nonnunquam. Quòd tamen cauſæ, quæ efficiunt febres continentes, non adſint in febribus à pituita alia, aut melancholia notum euadit: quoniam pituita ac melãcholia, non facilè putreſcunt, neque putreſcentes flammam educunt copioſam, neque tãta copia eorum humorum putredinem ſimul cõcipere poteſt, vt multorum dierum febrem efficiat, ſine teperentia, & abſque eo quod inſultus quidam, & febris conſpicua remiſſio præcedat, eo tempore quo prior humor manifeſtè minuitur, & ſequens ad putredinem mouetur. Quod bilis putreſcens, aut ſanguis continentem efficiens, non permittet magno ſuo ac ingenti calore, quamuis ſenſim ad finem inclinans peruenire poſſit, copia humoris ad portionem diminuta, & magna ſua præparatione, qua facilè accenditur. Bile igitur aut ſanguine febrem continuã efficientibus, ſi hæc perpetuò augeatur, aut vnicum tenorem ſeruet, ob humorem qui ſuccedit loco reſoluti, nulla opus eſt retractione caloris, aut remiſſione ipſius: quoniam in vaſis magnis exiſtit facilè inflammationem recipiens, ac ibidem permanens, & cor mutans. Si verò fuerit febris continens, de iis quæ perpetuò decreſcũt, adhuc minus: quoniam aut nullus humor de nouo accedit, aut ſi quis; is minimè egebit caloris reuocatione, neq; etiam multus affatim mouebitur, qui manifeſtam efficiat febris differentiam magnitudinis. In pituitoſis verò & melancholicis febribus, quarum cauſæ non adeò facilem recipiunt inflammationem, humor motus, prius magna ex parte diſſolutus eſt, & à vaſis amplioribus ad minora tranſmiſſus, quàm alter ſuccedat, quo ſuccedente rurſus manifeſtum recipit incrementum ipſa febris, vnde fiunt acceſſiones, & calor ad eius tranſmiſſionem ex parte ad intima reuocatur. Quòd tamen à bile putreſcente continuæ febres fiant cum acceſſionibus, cauſa eſt, quoniã bilis aliqua minorem quàm alia habet pręparationem ad putredinem, & ob minorem quantitatem, & ob diſtantiam à partibus cordis, ita vt pars prius putreſcens antè ad manifeſtam diminutionem perueniat, quàm alia ſuccedat, quæ à vaſis maioribus ad minora trudi debet, vt ibidem putredinem concipiat, & febrem excitet, quàm antè maiorem.

In tertia parte, quæ incipit (Synechõn porrò) prætermiſſo altero membro diuiſionis febris continuę, accepto generaliter vocabulo, quod eſt febris continens, accedit ad alterum membrum, quod eſt febris continua, quæ ſortitur nomen generis, & eſt ea quæ cum continuitate habet acceſſiones, quam diuidit in duo prima membra: nam febris cõtinua, aut accedit quotidie, quod eſt παροξύνεσθαι, aut diebus tantùm alternis. Hæc dixit prima membra diuiſionis, quaſi potiſsima: nam tertium membrum ſimiliter repetitur, earum quæ cum continuitate accedunt quarto quoque die, de quibus ſtatim dicet. Illa ergo febris continua quæ quotidie accedit, nullum habet peculiare nomen, quoniam non eſt nomen vniuerſum apud Gręcos, aut Latinos, quod generis ratione comprehendat omnes febres, quæ cum continuitate accedunt quotidie: ex eis namq; quædam ſunt quotidianæ continuæ, quędam de genere tertianarum, quæ bis accedunt ad formam duarum tertiarum: nam ſi acceſsiones quotidianæ dictæ ſimiles fuerint, hæc erit quotidiana, quam Græci appellant ἀμφημερινὸν, & καθημερινὸν, id eſt, quotidie accedentem, quemadmodum eas quæ intermittunt ἀμφημερινὰς, id eſt, quotidianas. Si verò non omnes ſimiles fuerint, ſed prima tertiæ, & ſecunda quartæ, erit duplex tertianaria acceſsio. Seruabunt tamẽ hanc ſimilitudinem vbi membra generantia, aut tranſmittentia, aut ſuſcipientia fuerint duo, quæ ſuos proprios ſeruent circuitus: erit quoque hæc bilioſa, quamuis vt ſupra docuimus, naturæ morborum ſemper ſunt aduertendæ. Hac namque ratione poſtquam eã bilioſam eſſe dixit, addit, μᾶλλον hoc eſt, magna ex parte. Alterum membrum eſt earum quæ alternis tantùm diebus acceſsiones habent, quæ appellantur à Galeno τριταιοφυεῖς, hoc eſt, de natura tertianarum: quo nomine vſus eſt ad ſignificandam eam febrem, quam nos tertianam continuam nominamus. Et lib. 1. de morb. popu. parte ſecunda ſectio. 25. Hippocrates febrem hanc nobis depinxit dicens: Continuæ autem febres in ſumma quidem nihil intermittebant, ſed omnibus exacerbabantur modo τριταιοφυὲς, id eſt, eius qui tertianæ naturam ſeruat, vno quidem die ſubremittentes, ſed altero ſuperacerbantes. Has febres notum eſt tertianas continuas eſſe, quæ tertio quoque die acceſsionem habeant, & in die intermedio nullam, vt Galenus in commentario explicat. Quod enim Hippocrates dixit, vno quidem die ſubremittentes, non ſignificat alteram acceſsionem ſuperuenire in die intermedio, ſed acceſsionem alterius diei eo tempore remiſiſſe. Eadem voce vſus eſt libro primo de morbis popu. parte tertia, commentario quinto. Conſtat autem hanc diuerſam ſpeciem habere ab ea, quæ tertio die accedens ad integritatem finitur, & diuerſam ab ea, quæ quamuis continua ſit, ſingulis diebus habet acceſsiones, cuius duas diximus ſpecies eſſe. Diuerſam quoque à ſemitertiana, quæ alternis diebus duas habet acceſsiones: alteram tertianæ, alteram quotidianæ febris, in diebus tamen intermediis vnicam, de natura febris quotidianæ, ſed de ſemitertiana infrà dicemus. Præter eas duas ſpecies continuarum febrium quas retulit, tertiam ſimiliter addit, quæ cum continuitate per quartum diem habet acceſsiones, ſiue irritationes, hanc nominamus quartanam continuam: quæ tamen ob id à primis & potiſsimis continuarum ſpeciebus ſecluſa eſt: quoniam rarò fit. Solet autem hæc ſingulis quoque diebus

diebus acceſsiones facere, ad formam trium quartanarum, & quandoque duobus tantum diebus interim vno de tribus non accedente ipſa, ſed remittente, neque tamen perueniente ad integritatem. Libro tamen de typis multas inuaſionum febrium differentias, ac complicationes ſcripſit: modo verò de ſimplicibus primum dicere aggreditur, notitia ſiquidem ſimplicium facilior eſt, & expeditior. Quam cùm primùm habuerit integram medicus, facilè quantùm vnaquæque ex compoſitis ſiue complicitis à primarum ſimplicitate variet, cognoſcet. Hæc enim eſt recta docendi via, qua à ſimplicibus, & his quæ aliorum ſunt elementa ad compoſitas procedimus, qua via Galen. ſemper proceſſit, maximè verò hoc in loco, & in lib. de differentiis, & cauſis morborum. Vbi interpres legit, ſimplices, Græcus codex habet *αἱ σύμπασαι*, hoc eſt, omnes. Hoc itaque loco ad Galeni doctrinam omnes ſpecies febrium ſimplicium comprehendemus: elatioris verò doctrinæ gratia omnes à primis ipſis generibus hac formula depingamus:

- *Febris.*
  - *Hectica*
    - *In prima ſpecie propriè dicta.*
    - *In ſecunda ſpecie marcoris initium.*
    - *In tertia ſpecie marcor torridus.*
  - *Diaria.*
    - *Exquiſita ex*
      - *Refrigeratione.*
      - *Cutis conſtipatione.*
      - *Vſtione.*
      - *Exercitatione.*
      - *Vigilia.*
      - *Ebrietate.*
      - *Cruditate.*
      - *Vſu calidorum.*
      - *Animi perturbationibus.*
    - *Non exquiſita.*
  - *Humoralis*
    - *Nonputrida.*
      - *Ex ſang. inſla.*
        - *Epagmaſtic.*
        - *Paragmá.*
        - *Homoton.*
    - *Putrida.*
      - *Compoſita.*
        - *Ex ſangu. put.*
        - *Ex alior. hum. à ſang. comp.*
          - *Cum loci paſſi, aut ſine ipſa.*
          - *Tertiana.*
          - *Quotidiana.*
          - *Quartana.*
      - *Simplex.*
        - *Intermittens.*
          - *Quotidiana.*
          - *Tertiana.*
          - *Quartana.*
        - *Continua.*
          - *à pituita quotid.*
          - *à melanch. quart.*
          - *à bile* — *Continua.*
            - *Tertiana cont.*
            - *Quæ in die intermedio accedit.*
          - *à falſa pit.* — *Continens.*
            - *Epagmaſtic.*
            - *Paragmaſt.*
            - *Homotonus.*

SVNT tamen præter has quædam aliæ febrium ſpecies, vt hepialæ, & lypiriæ: ſed tamen hepialæ de genere ſunt earum quæ conſiſtunt in pituita, ſicut & lypiriæ ab accidenti quodam nomen accipiunt, vt dicemus poſtea. Sunt etiam nonnullæ erraticæ, & quæ nullum ſeruant ordinem, quæ ad intermittentes reducuntur, & in prædictis humoribus conſiſtunt, de quibus lib. 3. prognoſt. in expoſitione 27. diximus. Sunt quoque ex febribus quædam quintanæ, quædam ſeptimanæ, quædam nonanæ, quarum mentio habetur lib. primo de morbis pop. part. 3. Gal. verò in commentario inquit: Nempe ſunt medici qui aſſerunt ſe ambitum nullum vltra quartum diem vidiſſe: reliqui aiunt vt Hippo. Ego verò & ab adoleſcentia hucúſque vſus obſeruatione, nullum vidi ſeptimanum, nullum nonanum, neque obſcurè neque ambiguè: quintanos autem circuitus vidimus ambiguos, neque tamen exactè, neque manifeſtè, vt quotidianos, tertianos, & quartanos: ad quod probandum accedit quòd Hippocrates in ægrotis recenſendis nunquam horum meminit circuituum: quoniam nunquam eos fuit expertus, & lib. 3. de morb. pop. par. 3. com. 65. inquit: Simus itaque etiam memores, quòd cùm in primo epid. & in ſecundo multos ægros memorauerit ſeorſum, & conſtitutiones totas expoſuerit, nuſquam tamen quintanam vel ſeptimanam, vel aliam quandam multorum dierum febrem ſcripſit, ſicuti neque in tertio epid. neque in ſequētibus ad finem vſque. Ex quibus ſubit mihi ſuſpicari de his quæ in primo libro epidi. ſcripta ſunt, quòd inſerta videantur, vbi vult & alias quaſdam eſſe plurium dierum febres quàm quartana. Dicimus itaque ad Galeni mētem, Hippoc. non fuiſſe præfatæ ſententiæ de quintanis, ſeptimanis, & nonanis autorem: & Galenum ſeptimanam, aut nonanam nunquam vidiſſe, quintanam verò non manifeſtè: eam tamen ſeruaſſe talem ordinem ob paucitatem, craſſitudinem, & frigiditatem humoris facientis, neque eſſe alterius generis à prædictis.

Dubium tamen animaduerſione dignom hoc in loco occurrit: Quare Galenus non meminit febris ardentis inter ſpecies febrium, quæ in humoribus conſiſtunt, cùm tamen hæc bilioſa ſit, & ſimplex, & Hippocrates eius mentionem habuerit lib. 4. de ratione victus acutorum, prima, & 13. ſectione. Pro ſolutione dubij adoertendum, qood febris καῦσος, id eſt, ardens, nomen accipit ab ardore, quoniam per eam magnos calor oſtenditur, & ipſa febris maiori ardore quàm in aliis infeſtat ægrum: magis autem aut minus ardere, ex diuerſa materia faciente febrem habet ortum. Quòd ſi Galenus in præfata diuiſione omnes febrium differentias quæ ſumuntur à materia comprehendit, notum eſt ardentes quoque ab eo fuiſſe comprehenſas. Differentiæ verò quæ ſomuntur à materia, primæ fuerunt expoſitæ primo libro hectica, diaria, & humoralis. Differentiæ his inferiores dictæ ſunt in præſenti capite, quæ ſumuntor ex diuerſa humorum ſpecie, ſcilicet bile vtraque, & pituita: de ea namque quæ à ſanguine oritur dicturus eſt in ſequentibus. Hinc ergo fiet quòd cùm oon ſint plures humores à quibus excitari poſſint, omnes in his differentiis continebuntur. Dubium autem erit ad quam harum ſpecierum, aut differentiarom ſit ardens febris reducenda, cùm talis in aliqua differentia febrium, quæ ſumuotur à materia contineatur. Ardens itaqoe febris apud Hippocr. libr. 4. de ratione victus acu. duplex eſt: aut enim fit à bile, aut à ſalſa pituita, à bile, febrem ardentem fieri docuit dicens: Cauſus, id eſt, febris ardens, fit cùm venulæ exſiccatæ tempore æſtiuo acres & bilioſas, quæ tenues ſunt ad ſe trahunt humiditates, quas ἰχῶρας vocāt, quod oſtendit Galenus libr. 1. de morb. pop. par. 2. commen. 20. vbi à calore veoarum & viſcerum aucto, potius quàm ab excrementorum retentione ipſam fieri dixit. Hæc febris ardens ex humore bilioſo putreſcente fit. Altera ſpecies febris ardentis habetur eodem libro ſectione 17. de qua inquit ipſe Hippocra. Cauſi genus aliud aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa, hæc febris ardens à pituita ſalſa habet ortum. Prima ſpecies ardens febris exquiſita eſt: nam ex multis ſignis quæ ab Hippocrat. loco citato ſcribuntur febris ardentis, quæ dicta eſt in prima ſpecie, duo ſunt pathognomonica, id eſt, paſſionem conſtituentia, nempe vrens caliditas, & ſitis ineompeſcibilis, vt inquit Galen. comm. 17. ibidem, & lib. 3. de morb. popu. parte 3. commen. 34. Hæc autem ſigna tantùm competunt febri ardenti bilioſæ: nam pituitoſa febris ardens, dicta in ſecunda ſpecie ſpuria, ac notha eſt. Quoniam medietatem ſignorum conſtituentium affectionem continet, alteram medietatem non continet. Sitis namque eis adeſt, vt Hippocrat. ipſe refert, ardor vehemens noo adeſt. Salſa enim pituita ſitim efficit, ad eam tamen caliditatem non peruenit, vt exurat. Rurſus ad exquiſitam ardentem redeamus, ac doceamus ipſam in aliquo prædictorum generum febriom, quæ conſiſtunt in humoribus, contineri. Quoties igitur humor bilioſus putreſcit, ſi in parte quapiam exiſtat, ibi eryſipelas efficiet. Quòd ſi febrem concitauerit, aut intra vaſa permanens, id efficiet, aut per membra ſenſibilia delata, hæc febris tertiana erit, vt conſtabit cap. ſeq. Prior verò καῦσος, id eſt, ardens febris. Hanc autem ex bile flaua putreſcente intra vaſa, ob ſiccitatem & calorem venarum ad ſe trahentium ſuccum bilioſum, neceſſariò ſeqoitur vehemens ardor, atque ſitis incompeſcibilis. Conſtat autem eandem eſſe continoam, quoniam cauſa intra venas exiſtit. Verum aut exiſtit in venis magnis, & caua ipſa vena, aut in omnibus ſimul: aut non in his, ſed tantùm in venulis, quæ ſunt iuxta carnem, & in ambitū totius corporis, aut ſimilibus quæ ſunt io iecore, veorte, & inteſtinis. Nam vtraque febris ardens à Galen. appellatur, vbi à flaua bile accenſa intra vaſa prouenit, ſine alicuius viſceris affectu lib. de criſib. 2. capit. 6. Quòd ſi humor bilioſus in caua veoa, & reliquis latis venis, aut ſimul omnibus putreſcat, ardentem efficiet, atque exquiſitam: cui aderuot prædicta ſigna pathognomonica: eritqoe hæc febris continens ſine aliqua manifeſta acceſſioois repetentia. Sed vnica tantùm à principio ad finem procedet: aut augendo, aut minuendo, aut vnico tenore ſeruato. Tales enim ſunt quæ ab humore putreſcēte io prædictis locis fiunt, vt infra Gal. cap. vlt. vbi de cootinentibus cauſam docens, inquit: Quæ verò ſine circuitione fatigant, io his nullus locus peculiaris affectus eſt, ſed humores in venis & arteriis omnibus, maximéq; qui in maximis, & calidiſſimis ſunt, aut ob aliquam aliam cauſam, vt in diariis. Aut etiam ob putredinem feruefacti accendunt febrem vnam continuam ab initio vſque ad fioem minimè intermittentem, eatenus durantem, ac deurentem hominem, quoad giguentes eam humores ſint conſumpti, aut cocti, aut vtrumque paſſi. Hęc eſt itaqoe vna de febribus ardentibus exquiſitis, continens tamen. Eſt & alia febris ardens exquiſita, quæ ortum habet à putredine humoris bilioſi in vaſis anguſtioribus, aut totius corporis, aut iecoris & vētris, in quibus recipitur humor ipſe bilioſus à vaſis maioribus tranſmiſſus, aut à minoribus, & partibus carnia, & ambitu totius corporis tractus, vt cùm venulæ minores exſiccatæ traxerint ad ſe talia excrementa bilioſa. Hæc ſimiliter febris ardens erit, atque exquiſita, qoalia ab Hippo. depingitur ad initium libr. 4. de ratione victus acu. Hæc enim & ardorem vehementem affert, & ſitim incompeſcibilem. Conſtat tamen hanc oon eſſe continentem, ſed continuam, atque acceſſiones habituram per ea tempora repetentes, quibus bilis ad locum, in qoo humor putreſcit, fuerit aut tranſmiſſus, aut delatus. Quod commune eſt febribus omnibus repetentibus per acceſſiones, vt infra capit. vltimo circa ſententiam de continentibus febribus adductam Galenus docet. Sed quoniam bilis per tertium acceſſiones habet, talis erit harum febrium accedendi ordo. Erit ergo febris aliqua ardens exquiſita, quæ tertianas habebit acceſſiones, cū cootinuitate, qualem eſſe cooſtat eam, de qua Galenus libro ſecundo de criſib. cap. 6. conferens ſingulas febres continuas ſingulis intermittentibus ſui generis, inquit: Dico autem febres continuas idem habere genus cum ſingulis intermittētibos: cum tertiana quidem exquiſita, exquiſitam ardentem: cum quotidiana verò, eam quæ quolibet die facit acceſſionem, ſed nunquam deſinit ad quietem febris. Sic & cum quartana eam quæ quarto quoque die. Nam exquiſita febris ardens cùm omnia alia ſeruet exquiſitæ tertianæ indicia, eo ſolo differt, quòd neque cum rigore inuadit, neqoe ad quietē febris deſinit. Conſtat itaque hanc febrem ardentem, exquiſitam dici à Galeno, & continuam eſſe atqoe acceſſiones habere tertianas: nam à tertiana exquiſita hac re tantum ipſam differre dicit, quòd neque inuadit cū rigore, neque deſinit ad integritatem. Talis eſt febris tertiana continua, quæ cum continuitate tertianas habet acceſſiones, de qua diximos in Gal. diuiſione cap. præſenti. Comparat quoque Galen. loco citato hanc exquiſitam ardentem ad tertianam exquiſitam,

Quomodo & quando fiat febris ardens.

Google

ſitam, eo modo, quo quotidianam contiouam quotidianæ intermittenti. Sed nulla alia febris babet ad tertianam intermittentem eam rationem, quam habet quotidiana continua ad quotidianam intermittentem: niſi tertiana continua. Erit ergo hæc ardens exquiſita, eadem cum tertiana cõtinua. Itaque febris ardens exquiſita, cuius meminit ſecundo de criſibus, eadem eſt cum tertiana continua, quam in præſenti ca. appellat τερταιοφυῆ, id eſt, tertianę ſioitimam, & eſt tertiana continua: ſed tamen ardens exqoiſita, noo tantùm de tertiana cõtinua dicitur, ſed etiam de continente, quæ fit à flaua bile. Vtraque eoim exqoiſita eſt, ſignorum ratione vt diximus: nam exquiſita ardens ex natura ſua talis eſt, qualis deſcribitur à Galen. 2. de criſibus cap. 6. cum dixit: Nam quæ in ſola flaua bile febris accenditur, ſine aliquo viſceris affectu, ſiquidem manente adbuc iotra vaſa bile accendatur, exquiſita febris ardens nuncupatur. Ardentem ergo nominat eam febrem, quæ à bile fit in vaſis exiſtẽte, ſiue magnis, ſiue paruis: eritque ardens exquiſita genus ad tertianam continuam, & ad continentem billioſam. Quibus neceſſariò aderunt ſigna pathognomonica dicta. De tertiana cootinua dici probatum eſt: de cõtineoti verò notum eſt: quoniam ab humore bilioſu intra vaſa feruente febrem appellat ardentem. Et cap. eodem citato inqnit: Cùm verò neque declinatio ſenſibilis fiat, ſemper verò à primo principio febris vſque ad criſim ſimilis perſeuerauerit, erit & hæc de genere febrium deurentium, ab eiſdem verò acutie differt. Sed neque in primo die, neque in ſecundo eſt eiuſmodi febrem prænoſcere, neque alioqui vtile. Sufficit enim agnoſcere, quòd ſcilicet bilioſa ſit, atque deurens & peracuta. Neque enim ſi etiam ſinochum ipſam nominauerit, vt quidam medici facinnt, non propterea toto genere differt ab ardentibus, etiam ſi nomine diſtinguantur. Hoc in loco Galenus febrem hanc continentem, quam etiam in tria membra ſuprà babita, diuidit, bilioſam, & ardentem dixit. Similiter cap. ſequen. febris tertiana intermittens ſymptomatum ratione cauſodes appellatur. Sed tamen ardens exquiſita à bile intra vaſa maoente fit, vt diximus: & Galenus confirmat libro ſecundo de criſibus cap. 3. Quemadmodum igitur lib. 2. de criſibus ardentem nominauit eam, quam tertianæ intermittenti contulit, & alteram dixit continentem bilioſam, atque vrentem, ita in præſenti cap. diuiſit bilioſam in continuam, & continentem, vt duo membra dnobus reſpondeant: ardens, continuæ, & tertianæ: & continens, continenti. Sunt etiam quædam febres ardentes quę iecoris, aut ventris, aut pulmonis inflammationes ſequuntur, de quibus poſtea dicemus.

CAPVT III.

Ebris igitur excitata ex flaua bile delata per corpora ſentientia, prehendit cum rigore, atque cauſodes eſt: & vomitu bilis, vel deiectione, vel ſudore, vel quibuſdam horum, vel omnibus ſimul ſoluitur. Huius febris longitudo acceſſionis qua maxima ſit, horarum eſt æquinoctialium duodecim: atque appellamus eam exquiſitam tertianam, ex temperamento ægri bilioſo, ac tempore & regione, & conditione, & victu calido & ſicco effectam. Sed omnia alia paulò antè docuimus, quæcumque conducunt ad eius generationem. Atque acceſſio breuior eſt magna ex parte, quàm quæ antea dicta eſt longitudo, per quam multam maioris ac minoris obtinens differentiam: vel propter quantitatem & qualitatem ipſius bilis, vel propter ægri vires, vel propter præſentem tunc in ægro corpore diſpoſitionem. Bilis enim copioſior longiorem quàm paucior efficit acceſſionem: tenuis, breuiorem quam craſſa. Sic verò & vires validiores, breuiorem: imbecilliores, longiorem. Et corporis diſpoſitio rara quidem breuiorem: denſa verò longiorem. At verò tempus intermiſſionis in tali febre, ex pulſu indicium putredinis humoris penitus obſcurum habet ſequenti die ac nocte poſt acceſſionem. Leuiter autem ſuccenſa ægrè cognoſci poteſt primis partibus poſterioris diei: ſed adhuc clarius circa fines eiuſdem diei aut noctis: atque adhuc clarius proxima die vel nocte, quæ præcedit ſcilicet diem aut noctem acceſſionis. Sanè in ea ipſa perſpicuum iam eſt indicium: multóque magis, quoties acceſſio prehendat: ac multo magis vbi aſcendat ad ipſum conſiſtendi vigorem. In eo verò quàm per incrementum, rurſúſque multò minùs per inclinationem. Hanc febrem ſi libeat nominare exquiſitam tertianam, nomine veteris antiquæ: ſin minùs, at certè nobis dabis ita nominare gratia perſpicuitatis doctrinæ.

COMMENTARIVS.

POſtquàm febrem, quæ habet ortum ex humore putreſcente, generali diuiſione partitus eſt in continuam, & intermittentem, hanc verò in tertianam, & quotidianam, & quartanam: in præſenti capite de tertiana agit, & caoſas generationis ipſius reuocans ad memoriam, & ſigna eius ſcribens. In prima parte ſingula percutrit, & io ſecunda ex pulſu docet tertianam febrem & partes acceſſionis ipſius cognoſcere. Febris ergo tertiana exquiſita, quæ ex flaua bile oritur, nulli alteri humori immixta eum rigore apprehendit. Ratio eſt, quoniam bilis ipſa mordax & acris per membra ſentientia defertur, & vt diximus ſuprà, hæc eſt cauſa generationis rigoris. Cùm enim humor bilioſus putreſcere incipit, natura valida eum tranſmittit impetu quodam à vaſis, in quibus continetur extra vaſa per ſentientes particulas, rigorémque infert magoum, adhuc in ipſis primis morbi acceſsionibus, quod in quartana non fit, quæ quamuis cum rigore incipiat, non tamen vehementi, niſi morbi proceſſu, humore putreſcente incaleſcente, atque extenuato, præter id quod in tertiana rigor eſt veluti pungens, ac percutiens corpns: in quartana verò qualis hyberno tempore refrigeratis accidit, de quo infrà capit. 5. Humor ergo extra vaſa miſſus putredinem ſubit, cuius pars inſenſibili tranſpiratu diſcutitur, pars ſudore excernitur: fit quoq; vt pars ad vẽtriculum, aut inteſtina tranſmittatur, & inde vomito, aut ventris fluxu euacuetur, quibus ſoluitur acceſſio: aut vno horum, aut omnibus ſimul peruenientibus, quo modo & morbum ipſum in totum ſolui contingit. Euenit autem vomitus, ac fluxus ventris in principiis acceſſionum magna ex parte, qui breuiores efficiunt acceſſiooes, & quandoque ipſas finiunt. Hanc febrem tertianam exquiſitam, καυσώδη, id eſt, ardentem appellat, quemadmodum libro 8. de placitis Hippocr. & Pla. de genere ardentium ipſam eſſe dixit: nam ab eodem humore fit cum febre ardente exquiſita, ſcilicet flaua bile, quæ eo tempore quo durat, ſimiliter poteſt ardorem oſtendere, & ſitim incõpeſcibilem excitare. Quæ ſigna ardentem febrem conſtituunt, hoc addito, quòd venulæ, vt Hippocrates dixit, bilem ad ſe trahant in febre ardente. Hoc eſt quod diximus ex Galeno ſecundo de criſib. capite tertio intereſſe inter tertianam intermittentem, & ardentem

exquiſi

exquiſitam, quòd per intermittentem, extra vaſa continetur humor, & per ardentem in vaſis putreſcit bilis flaua. Vnde fit, vt in tertianis intermittentibus rigor antecedat febrem: in ardentibus tamen non, niſi cùm motus humoris indicatoriè defertur in partem quampiam, vbi facultas conſtiterit, per quam delationem humor euacuetur, ac morbus ſoluatur. Is verò rigor eſt de quo Hippo. dixit, à febre ardente habito rigore ſuperueniente ſolutio: ſed is nullum ſeruat repetendi ordinē. Huius febris tertianæ exquiſitæ cauſas generationis dixeram ea. t. quas ſimiliter modo repetit. Non enim parum conducunt ad cognitionem morbi exactam, cauſæ morbum facientes: à ſimilibus namque cauſis ſimiles effectus prodeunt, & à calore humor calidus: bilis ergo flaua accreſcit tempore æſtatis, quo Solis calor maximè immutat hæc inferiora, partim rectitudine, partim aſſiduitate temporis, & prolixa alteratione in aëre præcedente (quamuis ſol à nobis magis quàm hyeme diſtet.) Id verò ad aëris diſpoſitionem referri debet: nam ſi æſtate calor non viget, non potius eo tempore quàm alio tertianæ febres generabuntur, dicente Hippoc. Ex temporibus ſi eodem die calor, atque frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. Idem facit ætas iuuentutis calore valens, ſiccitate adiuncta, quàm in præcedentibus ætatibus maiore. Temperatura quoque idem efficere valet, & regio, & aëris conſtitutio, & victus quicunque ex cibis calidioribus, aut nimia inedia, motus immodici, & curæ, & vigiliæ, ſicuti & ira: conſtat autem magnum fore indicium ad tertianam coniectandam, quod ex notitia harum cauſarum procedit. Verum ad ſigna propria atque aſſidentia morbo accedamus: maxima longitudo acceſſionis vnius febris tertianæ exquiſitæ, eſt horarum duodecim æquinoctialium. Intelligendum autem eſt, quòd ſiue in ſphæra recta, ſiue in obliqua horæ ſunt inæquales, ſicuti dies ipſi naturales: ratio eſt, quoniam dies naturalis eſt ſpatium ab ortu ſolis, vſque in ſequentem ortum: ſed iſtud ſpatium non ſemper eſt æquale, igitur neque dies naturales. Quod probatur, quoniam ſol motu proprio ab occidente quotidie mouetur per gradum ferè vnum, qui in ſequenti ortu aſcendere debet ante Solis ortum. Sed hic gradus non ſemper habet æqualem aſcendentiam in ſphæra recta, neque in obliqua, non ergo erunt dies æquales. Non habere æquales aſcendentias portiones zodiaci à ſole pertranſitas conſtat: quoniam cum quibuſdam aſcendit maior pars æquinoctialis, & cum quibuſdam minor in ſphæra recta, & in obliqua. Quod inde fit, quoniam cum medietate æquinoctialis, quæ quolibet die oritur, oriuntur ſex ſigna, & cum alia medietate quæ occidit, occidunt alia ſex: non tamen reſpondent portiones portionibus æqualibus, quia zodiaci portiones cum horizonte quem aſcendunt, non faciunt æquales angulos in ſphæra recta, propter obliquitatem zodiaci: in obliqua verò propter obliquitatem zodiaci, & obliquitatem horizontis. Quòd ſi dies naturales inæquales ſunt, horæ ſimiliter naturales quæ ſunt menſuræ aſcendentiæ quindecim graduum zodiaci, ſiue medietatis vnius ſigni, inæquales erunt in ſphæra recta, & in obliqua, quædam maiores, quædam minores. Sunt tamen horæ quædam artificiales, quæ artificio horologiorum menſurātur, & quæ aliqua ratione naturales poſſent appellari: quoniam Solis motu menſurantur, ſed iſtæ dicuntur ſimiliter horæ æquinoctiales, quoniam quælibet earum eſt ſpatium quo ferè quindecim gradus æquinoctialis aſcendunt. Sunt etiam æquales, quoniam quæuis earum eſt vigeſimaquarta pars totius diei naturalis. Harum horarum duodecim dicit eſſe menſuram vnius febris tertianæ exquiſitæ, non enim contingit ipſam amplius protogari, niſi ob mixtionem pituitæ, aut melancholiæ, quæ ſolent longiores efficere acceſſiones. Hanc dixit Galen. lib. 1. de morb. pop. part. 3. comment. 5. tertianam exquiſitam: eam verò quæ hac longior eſt, abſolutè appellat tertianam. Quòd ſi multo ſit longior, eam tertianam productam nominat. Sed de his infrà c. 11. tantóque impurior eſt quæuis earum, quanto acceſſiones ſupra duodecim horas produxerit. Breuiores autem fieri poſſe nihil obſtat, ob bilis paucitatem, aut tenuitatem, aut corporis raritatem. Fiet itaque acceſſio longior ob bilis copiā, aut craſſitudinem: quoniam hæ difficilius reſoluuntur, ſimiliter ob cutis denſitatē, quod facit & imbecilla facultas. Hæc enim humores difficilius diſſoluit, ac coquit. Cauſæ contrariæ efficiunt breuiorem acceſſionem, vt facultas robuſta, paucitas, & tenuitas humoris, & cutis raritas. An tamen copia bilis ſynceræ poſſit acceſſionem 12. horis longiorem facere, dubium videtur: nam ſi certa quantitas bilis efficit acceſſionem duodecim horarum, & maior efficit continuam: aliquando fieri, vt ea quantitas bilis moueatur ad putredinem, quæ acceſſionem efficiat maiorem ea, quæ eſt. 12. horarum, & minorem ea quæ nunquam ceſſat. Quæ duæ à pura flaua bile euenire poſſunt. Ad quod reſpondemus, quòd aut bilis putreſcere debet intra vaſa, aut à vaſis emitti: ſi intra vaſa putreſcat, non erit alia quàm continua: quoniā hæc humores inficiet proximè contentos, & cordi perpetuam mittet effumationem. Si verò extra vaſa putreſcit, hæc mitti debet à natura. Mittitur autem cùm ipſam naturam valde irritat ad excretionem. Cùm tamen ad eam quantitatem accreuerit bilis putredini parata, vt cùm putreſcat, 12. horarum ſpatio febrem efficiat, tantum irritare poterit, vt neceſſariò expelli debeat à vaſis, ſi natura ipſam expellere valet. Quo dato acceſſio ſequetur 12 horarum, non plurium. Quod ſi natura ipſam interim nō expellat, febrē efficiet continuam: non expellit autem ipſam natura aliquando, quamuis multa eius copia adſit, aut quoniam non pertingit bilis ſentientes particulas, aut quoniam non eſt valde acris, aut ob imbecillitatem facultatis, aut quoniam breui admodum temporis ſpatio genita eſt in corpore multa copia, quæ tota ſimul ad putredinem mota fuit. Dices fortè: Quare ergo natura ſæpe mittit bilis & pituitæ tantam copiam, vt febrem tertianam intermittentem efficiat 30. horis longiorem, & ſolius bilis quantitas nunquam ad id peruenit? Ratio eſt, quoniam aggregatum ex pituita & bile, minus irritat, quàm ſola bilis: & inde maior eius copia ante excretionem aceruari poteſt, quæ febrem poterit efficere valde lōgam. Tertiana itaque exquiſita ea eſt quæ à bile putreſcēte delata per ſenſibilia membra fit, nulli alteri humori mixta. Hæc ſeptem tantummodo circuitibus finitur. Sic enim, inquit Hippoc. Aphor. 59. ſectio. 4. Tertiana exquiſita ſeptenis circuitibus, quod lōgiſſimum eſt, iudicatur. Non enim contingit tertianam exquiſitam, hoc eſt, puram, quę non mixta eſt, neque notha, vlterius protogari. Circuitus verò comprehendit libr. de temporibus morbi, ſex tempora. Primùm eſt tempus refrigerationis, horroris, & rigoris, hoc eſt, totius corporis cōcuſſionis. Secundum eſt tēpus inæqualitatis, quo interiora calent, ac ſitit æger, donec calor ad exteriora profundatur. Tertiū eſt tempus augmenti, ſiue aſcenſus caloris, donec totum corpus ad portio-

Febris intermittentis ſex tempora, & qua.

magis quàm in tempore quietis,ſed minus quàm in augmento ipſius acceſſionis, in quo & potiſſimum iuxta ſummum vigorem ſummè elucet id ſignum: quoniam vigore ipſo accedente iam minui incipit celeritas contractionis,calore diſcutiẽte celerrimè fumos,atque eos abſomente, minúſque grauata facultate ab ipſis ac minus irritata quam in aſcenſu. Rutſus amplius minuitur in declinatione acceſſionis, & cùm febris ad finem peruenit in totum finitis fumis,finitur celeritas coortactionis, ac iterum redit pulſus ad integritatem in noctе, quæ ſequitur ſecundam acceſſionem, vt de prima dictum eſt. In tempore itaque antecedente acceſſionem, & in ſequente ipſam id euenit,quod iuxta iudicationes dixerat Hip.Quibus iudicatio futura eſt,his nox difficilis eſt ante acceſſionem: quæ verò ſubſequitur, magna ex parte leuior exiſtit.Eadem namque cauſa eſt diuerſitatis pulſus modo dictæ,& eius quod dixerat Hipp.Præter ſigna quæ in hoc cap. habentur, quædam alia ſcripſit Gal.lib.a.de criſi.c. 3. quorum vnum ſumitur ex natura pulſus, qui ipſis adeſt in acceſſionum inuaſionibus: paruus enim ipſius eſt, debilis,tardus,ac rarus, quemadmodum & his qui quartanam inuadentem patiuntur. Non tamen illis ſimilis: nam in quartana hæc ſunt multò maiora, neque enim in ipſius principio arteria liberum videtur habere motum,ſed potius ligata atque intus retracta teneri: quod in tertianis non fit. Similis quoque eſt pulſus incipiente quartana in iuuene, pulſui decrepiti:in tertiana verò ad naturalem propè accedit. Aliud ſignum ex pulſu ibidem habetur, id eſt,ordo,atque æqualitas,tam in vno ictu, quàm in multis,quæ collectiua appellatur,& addit,quamuis hoc tatum ſit,& quod omnino paucis acceſſionum principiis ſoleat accidese. Eſt itaque ordinatus atque omnino æqualis in aliis temporibus acceſſionis,in principiis tamen nonnunquam. Contrarium tamen dixiſſe videtur lib. i. de arte curat. ad Glau.cùm de tertiana loquẽs,inquit: Pulſus autem magni ac calidi,vehemẽtes,veloces,atque frequentes,omnis inæqualitatis præterquàm febrilis expertes.Febrilem igitur habet inæqualitatẽ, quod conſtare poterit ex libr.1.de art.cur.ad Glauco. cap. de quartana,vbi inquit:Nã quæ omnibus cõmunis eſt febribus in vno pulſu,arteriæ inæqualitatem in hac manifeſtiſſimè licet comprehendere: multò enim velocius principiũ finémq; motus inuenies, quàm medium.Non tamen in tertiana ita ſe habet,breuis enim in ipſa eſt velocitatis exceſſus,atque in conſiſtentia præſertim.Hæc eſt inæqualitas febrilis,quæ febribus putridis propria eſt,in quibus aucto vſu,& oppreſſa facultate, atque meatibus obſtructis, aut compreſſis,pulſus fiunt primo celeres,interim verò à celeritate ſequitur tarditas, aliqua ex parte refrigerato calore,& humorum copia obſtruente, propter quam non permeat liberè facultas arteriis compreſſis.Rutſus quoque collecta facultas celeritatem adauget in motu arteriæ,vt vſum in totum impleat, Vbi itaque vſus auctus eſt,& facultas cõſtans (nam aliter non fierẽt pulſus adeò magni, vt partium tot diuerſitates in ipſo poſſent deprehendi) & accedente vaſorum compreſſione, atque obſtructione (quæ omnia in febribus putridis fiunt) pulſus ſuccedunt primò celeres, deinde tardi,ac rurſus in eadem diſtentione celeres.Quòd ſi hæc inæqualitas in vnica arteriæ diſtentione,quam febrilem appellat, vaſorum obſtructiones,& cõpreſſiones ſequitur, & hæc in febribus quartanis ſunt vehementes,& in tertianis leues.Manifeſta erit talis inæqualitas in quartanis,non manifeſta in tertianis.Nã in quartanis humor maximè opprimit facultatẽ,& meatus obſtruit: in tertianis tenuior,ac leuior eſt humor febrem efficiens.Rectè igitur 1.de ar.cur.ad Glau. c.de quartana dictum eſt de tertianis,breuem eſſe velocitatis exceſſum,& maximè in cõſiſtentia,in qua minor eſt oppreſſio quàm in principio,& augmento, & vſus ad celeritatem magis vrget.Iam igitur conſtare poterit Gal.non contrauenire ſibi:nam lib.a.de criſib. poſtquàm dixit de pulſu tertianæ, quia in hac certus ordo atq; æqualis pulſus ineſt, neque enim aliqua in vno motu adeſt inæqualitas, neque etiam in collectione:aliquando tamen ipſam adeſſe conceſſit,& ſi ratò,& in principiis acceſſionũ. Dixit enim quamuis hoc rarum ſit,& quod omnino paucis acceſſionum principiis ſoleat accidere, ac ſi diceret, inæqualitatem accidere in pulſu tertianæ,ſed ratò, & in principiis.Non tamen voluit æqualem, & ordinatum pulſum raro accidere, Græcè namque ſic habetur: τάξις ἀκριβὴς ἐστὶν καὶ ὁμαλότης ἐν τοῖς σφυγμοῖς οὔτε γὰρ ἐν μιᾷ κινήσει τὶς ἀνωμαλία καθ᾽ αὐτὸν, οὔτ᾽ ἐν ἀθροίσματι. Καὶ τὸ σπάνιον τοῦτό γε καὶ παντάπασιν ὀλίγαις ἀρχαῖς παροξυσμῶν ὑπάρχον. In qua oratione, rectè tranſlata à Laurentiano, illud pronomen demonſtratiuum τοῦτο Latinè, hoc, non potuit oſtendere partem illam diſtantiorem, ὁμαλότης,id eſt,æqualitas:ſed propinquiorem,ea eſt, ἀνωμαλία, id eſt, inæqualitas. Ratò itaque fieri dixit in pulſu tertianæ, inæqualitatem.Quod confirmat cap.ſeq.vbi ſimiliter de pulſu tertianæ,quam bilioſam appellat, inquit.Sed ab illa quidem citò abeunt tum alia, tum etiam inæqualitas,quæ magna ex parte,neque cum talibus febribus accedit,nec tales febres comitatur. Ratò ergo accedere ipſis inæqualitatem vult.Quod tamen lib.1.de arte cur.ad Glau.dixerit,pulſum tertianæ omnis inæqualitatis expertem, præterquam febrilis (quam explicuimus) aliquando, etſi ratò, febres tertianas incipientes comitatur: quòd tunc maximè fit,quoniam talis pulſus oppreſſione fit, & hæc in principiis magis nota eſt,& in ſummis vigoribus.Quod 1.de arte cur.ad Glau.cap. de quartana voluit,cum inæqualitatem ipſam minus eſſe manifeſtam in cõſiſtentiis tertianarũ dixit:Vbi ſimiliter explicuit,qualis ſit hæc inæqualitas. Accedit ad cognitionem febris tertianæ, quemadmodũ & ad cognitionem aliarũ omnium,ſi is morbus populariter graſſetur.Rutſus quòd calor in hac febre cito ad vigorẽ peruenit,& quaq; verſus æqualiter extẽditur, ita vt nihilo calidior videatur thorax reliquis partibus.Et huius caloris qualitas eſt, in primo occurſu calor acris,ac multus,& deinde veluti cum quodam vapore effertur,& paulò poſt à manu ſuperatur. Ad exquiſitiſſimæ quoque febris tertianæ cognitionem non parum agit,ſi vrina prima ſtatim acceſſione habuerit ſedimentum album, læue, & æquale: hæc enim & exquiſita erit,aliis notis accedentibus, & vltra tertiam acceſſionem non prorogabitur.

CAPVT IV.

ALia porrò eſt ſimplex ac exquiſita febris ex pituita putri, quæ per membra 1
ſentientia pellitur ab ipſa natura, conſiſtens. Ea incipit ex frigore partium extremarum atque horrore potius, quàm rigore, difficulter accenditur, longúmque obtinet incrementum ad ipſum conſiſtendi vigorem: quoniam humor ipſe ex quo conſiſtit, frigidus atque humidus eſt temperamento, ac glutinoſus conſiſtentia. Itaque difficulter accenditur, ac tardè mouetur, ſæpe in ipſis meatibus

 hærens.

2 *herens. Ac premit quidem interdum, grauátque vires.*
Inæqualem autem ac magis debilem efficit paruúmque
pulſum in principio, ac primo incremento. Per febrem ve-
rò biliosam exiſtit inter initia acceſſionum vnaquæque
affectio ex dictis circa pulſum: ſed ab illa quidem citò
abeunt, tum alia, tum etiam inæqualitas, quæ ma-
gna ex parte nec cum talibus febribus accedit, nec
3 *tales febres comitatur. Calor autem ipſe non multo poſt-*
quàm deſtitit rigor, accenditur luculentus, quemadmo-
dum ignis quidam planè purus, in quo nulla fumoſa ca-
ligo inuoluitur. Calorem verò pituitoſi humoris aſſimila-
4 *bis igni fumoſo lignorum viridium accenſorum. Euacua-*
tiones igitur in eo paucæ exiſtunt, ac longitudo acceſſio-
nis diuturnior: & tempus intermiſſionis non æquè ac
primum purum eſt, ſed ſemper ſeruans in calore & pulſu
putredinis humoris indicium. At verò & in hac febre
circa principia, atque incrementa acceſſionum indi-
cium putredinis eſt manifeſtiſſimum. Attamen & hæc
vbi exquiſita fuerit, videtur multis habere puram in-
termiſſionem: & nos ipſi ita etiam non raro diximus,
5 *quoties importuna ſermonis curioſitas videtur. Acce-*
dit autem natura corporis, tempori, regioni, tempe-
6 *ſtati, ſtudio, victui, & aliis omnibus pituitoſis. Ac-*
cedit verò ſingulis diebus quamuis minus calida ſit quàm
biliosa, quæ tertio quoque die fatigat. Sed conſtat hanc
quidem (quoniam & humorem habet accenſu facilem, &
promptè ſemper ob tenuitatem quicquid eius ferueſactum
eſt per acceſſionem, expurgatur) ad integritatem quandam
magis puram deſinere, & exiguum poſt acceſſionem veſti-
gium putridi caloris relinquere: eam verò quæ ex pituita
conſiſtit, nec integrè purgari per inclinationes acceſſionum,
nec exiguum, quod velut ſuccendatur, relinquere. Inde
ergo efficitur & intermiſſio multò deterior, & ſecunda ac-
ceſſionis maturius principium.

COMMENTARIVS.

PRæſena caput de ſecunda ſpecie febriom putridarum intermittentium ſcribitur, quæ à pituita potteſcente ortum babet, quæ Græcis ἀμφημερινὸς appellaror, Latinis, quotidiana: quoniam quotidie acceſſionem efficit. Huius ſcribet ſigna atque cauſas quaſdam generationis, quæ ſimiliter ſignotom vices geruot. Caput in ſex partes diuiſum eſt: in prima, explicat febris quotidianæ naturã, & addit generatioois modum ex natura ſua. Hæc febris à pituita putrida fit, quæ per membra ſentientia fertur, eo modo qoo diximus de febre tertiana à bile facta: id enim febribus omnibos intermittentibus eſt commune. Accidit etiam qoibuſdam continuis, vt incipiant cum rigore, aut hortore, aut frigore tentãte oatura humoris excretionẽ extra vaſa, pro parte etiam expulſo, magna parte in vaſis relicto conſeroante febris continoitatem. Et eſt Gal. ſententia lib. 1. de arte curat. ad Glau. cap. 5. Cæterùm in delatione bilis per ſentientes particulas, rigor ob acredinem humoris excitatur. Febris tameo quotidiana cum frigore, atque horrore, potius quàm rigore incipit: cum frigore quidem, quoniam humor febrem efficiens frigidus eſt, & calor ab ipſo oppreſſus in partibus internis noo permeat ad externas, quibus accedunt nonnunquam imbecillitas caloris, & motus ſanguinis ad interiora, qoi motum ipſius naturalis facultatis ſequitur. Hæc enim in tertianis quoqoe extremas partes refrigerare ſolẽt. Cum horrore verò incipere dixit, quoniam horror à cauſis faciẽtibos rigorem fit, ſed remiſſioribus. Talis eſt pituita putreſcens, quæ nondum poteſt, aut calore, aut frigore rigorem excitare, tardè quoque mouetur, quamobrem nunquam rigorem efficit. Quoniam tameo humor hic frigidæ, & humidæ temperaturæ eſt, & glutinoſus difficilè accenditur, & tardè peruenit acceſſio ad vigorem. Calor enim lentè peruadit humidum, ac frigidum ſubiectum: & inde fit, vt febris lentè perueniat ad ſummum vigorem, in quo pituita maximum habet calorem, quem in acceſſione habere debet. Rurſus quoniam pituitæ ſubſtantia tenax eſt, tardè mouetur, expulſa à vaſis ad carnem, hærens meatibus ipſis, quos infarcit. Ex temperatura itaque & ſubſtantia ipſius fit, vt qootidiana febris cum frigore, & horrore fiat, ac ſine rigore, & vt partes acceſſionis ſint prolixæ. Hæc de inuaſione quotidianæ, & temporum acceſſionis prolixitate in ſumma.

In ſecunda parte, quæ incipit (Ac premit) ea pulſu docet cognoſcere febrem quotidianam, éſtque ob compreſſionem, & grauatam facultatem inæqualis, & paruus & debilis in principio, & augmento: quemadmodum & io febre tertiana incipiente fiũt pulſus paroi, languidi, & inæquales: opprimit enim humor facultatem incipiente tertiana acceſſione. Cæterùm liberatur æger ab hac diſpoſitione breui, quoniam humor tertianam efficiens leuis eſt, & facilè inflammatur. Inæqualitas tamen non inuadit ſimul cum febre tertiana aut rarò, quod in præcedenti cap. docuimus. Fiont tamen huiuſmodi pulſus inæquales in febribus qootidianis ob vitium in ioſtrumento magna ex parte, vt ob compreſſionem, aut obſtructionem, aut humorom abundãtiam, noo quãcunque, ſed eam quæ ad vires confertur. Poſſet quoque fieri ob duritiem ioſtrumenti inæqualitas, ſed in hac febre rarò fiet. Similiter poſſet euenire ob facultatis imbecillitatem, ſed huic accedere debet humor grauans. Magna ex parte qooque io febribus qootidianis accidit hæc pulſus inæqualitas; quoniam pituita in ventriculo generatur, & is per febres dictas valde patitur, & inæqualitas pulſus ſtatim ſequitor humorem grauãtem os ventriculi. Libro verò 1. de arte cura. ad Glau. pulſus huius febris magnitudinem, celeritatem, & crebritatem confert eiſdẽ differentiis in tertianis, & quartanis. Primò do magnitudine inquit: Pulſus quotidianæ minor eſt pulſu quartanæ, & pulſus quartanę minor pulſu tertianæ: ſed tamen pulſus quotidianæ plus ſuperantur à pulſibus quartanæ, quàm pulſos quartanæ ſuperentur à pulſu tertianæ. Rurſus io raritate & crebritate pulſus quartanæ rariſſimi ſunt, & tanto rariores pulſibus quotidianæ, quanto polſus quotidianæ pulſibus tertianæ. Itaque pulſus quotidianæ in raritate tenet medium, inter pulſus tertianæ, & quartanæ: in celeritate verò & tarditate pulſus quotidianę & quartanæ ſunt ſimiles. Harum omnium differentiarum hæc eſt cauſa, vbi pulſum quotidianæ cooferamus pulſui quartanæ & tertianæ. Nam febris quotidiana io humore frigidiore conſiſtit, & magis fumoſo, & quoniã humor frigidior eſt, polſus quotidianæ eſt manifeſtè minor pulſu quartanæ, ſicut & calor, minor vtique in diſtentione, frequentior quoq; in externa quiete, hæc enim oobis notior eſt. Quod tamen in celeritate & tarditate pulſos quartanæ, & quotidianæ ſint æquales, hinc fit, quod quãuis calor quartanæ ſit maior, is vſus ſola magnitudine impletur, nõ ſuperaddita celeritate. Quòd verò pulſus quartanæ magnitudine magis excedat pulſum tertianæ, quàm pulſus tertianæ eũ qui in quartana, & ob id fit, quòd magis excedit promptitudo ad inflammationem, quæ eſt in melancholia, promptitudinem pituitæ, quàm promptitudo bilis excedat promptitudinem melancholiæ. Siccum enim ſubiectum habile eſt ad ſuſcipiendum calorem, calor

lor verò maior maiores pulſus concitat ad menſuram. Quòd etiam pulſus quartanæ ſit tanto rarior pulſu quotidianæ, quanto pulſus quotidianæ pulſu tertianæ, rario eſt. Quoniam in tertiana fumi maximè irritant ad excretionem, neque deeſt copia, in quotidiana, copia ſola frequentiam efficit hæc minorem: in quartana verò neque acredo fumorum adeſt, vt in tertiana, neque copia multa, vt in quotidiana.

In tertia parte quæ incipit (Calor autem) diſtinguit calorem tertianæ à calore quotidianæ. In tertiana, inquit, calor parum à rigore accenditur luculentus, veluti ignis quidam accenſus ſine fumoſa caligine, quæ ſolet ignis flammam turbidam reddere. In quotidiana verò calor talis accenditur, qualis flāma quæ pullulat ex lignis viridibus accenſis, quæ hebes eſt, ac turbida, non valde vrens. Et lib. 1. de arte cur. ad Glau. vnum aliud ſignum ſumptum ex calore ſcripſit, id eſt, calorem eſſe humidum cum quadam acritudine, non ſtatim verò talem ſentiri admota manu, ſed vbi diutius immoremur. Ratio verò eſt, quoniam vt hic dixerat, & ibidem, fumoſa caliditas cum multo vapore exire videtur: quoniam magis ſuffocatur in vapore, quàm vt ipſum conuincere poſſit. Tempore verò ipſum ſuperat. Sed de qualitate caloris pituitæ rurſus c. 12. latiùs dicemus.

In quarta parte quæ incipit (Euacuationes igitur) infert ex natura peccantis humoris in febre quotidiana, paucas in hac febre fieri euacuationes. Per ſudorem enim non fit in hac febre euacuatio, quemadmodum in tertianis, & quartanis: nam humor hic craſſus eſt ſimul & lentus, qui ob craſſitudinem non permeat, ob lentorem non ſeparatur ab ipſo pars aquoſa, quæ ſudore ſecerni debet, quod in quartanis fit, licet proceſſu temporis id in quotidianis ſimiliter fiat, vt conſtat ex 2. de criſi. tandem extenuato humore. Vomitu ſimiliter non educuntur craſſi humores, & omni motui, & euacuationi lenti ſunt inepti. Inde quoque fit, vt diuturniores ſint in hac febre acceſſiones, quàm in tertiana, quoniam cùm humor morbum efficiens craſſus ſit, & non euacuetur ſenſibiliter pars aliqua ipſius, totus humor diſcuti debet per poros, quod non fiet niſi longo ſpatio temporis. Intermiſſio verò quæ ſequitur minor erit intermiſſione tertianæ, atque ipſa minus pura. Intermiſſio namque pura fit vapore omni humoris putreſcentis diſſoluto: is verò non integrè diſſoluitur, ſed vt inquit Galenus ſemper manet in calore & pulſu ſignum putredinis humoris. In calore, quia calor fumoſus apparet & acris, quod ſignum putredinem oſtendere docuit libro tertio de præſagit. ex pulſu capite 2. vbi calorem putridum diſtinxit ab eo qui ſola quantitate auctus eſt fumo & acredine, dicens: Cordis calor pulſus, vt diximus, variat: verùm quia duorum generum eſt, aut à putribus genitus humoribus, cuius qualitas acris, ac fumoſa eſt, aut cum humiditatum defectu à natura remotus, ſola quantitate. In pulſu quoque putredinis ſignum ſeruari dicit per ipſam intermiſſionem. Id verò ſuprà explicuimus eſſe celeritatem contractionis. Nam calor qui ſola quantitate abundat, celeritatem diſtentionis mutat, conſtrictione immutata. Qui tamen putridus eſt, ac fumoſus, pro ratione caloris auget celeritatem diſtentionis: contractionem verò adhuc magis ad celeritatem mutat: nam & quantitas fumorum in his magis augetur, quàm pro portione caloris. Manifeſtiſsimum verò id ſignum eſſe dicit in principio, & augmento. Harum febrium cauſa nota eſt, ſed tamen inquit: Vbi hæc exquiſita fuerit, videtur quibuſdam habere puram intermiſsionem & ipſe Galen. intermiſsionem eam appellat ſæpè, non quòd ipſa vera intermiſsio ſit, ſed quoniam vitare curat importunam ſermonis curioſitatem. Nam per tempus quo homo non febricitat verè dicemus adeſſe febris intermiſsionem, donec altera ſuccedat, quamuis interim homo non omnino à calore præter naturam liber euadat, ſed adhuc aliquæ febris reliquiæ remanent. Cuius rei gratia quidam ex iunioribus medicis eam appellant falſam quietem. Inde lib. 1. de arte cur. ad Glau. dixit: Quare neque ad integram quietem manifeſtè, exceptis paucis, perueniunt, in quibus enim paucus humor ad putredinem mouetur integritas à febre ſenſu oſtenderur. Quoniam verò ſemper aliquod putredinis ſignum relinquitur, poſſet quis ipſam integritatem non appellare, vbi ſignificationum nominum foret valde curioſus. In nulla enim putrida peruenitur ad integritatem, quamuis longum ſit tempus intermiſsionis, vt conſtat primo de arte cu. ad Glau. cap. 2. cum Gale. de diaria loquens inquit: Nam arteriarum motus in hoc in totum aſsimilatur huic qui in ſanis deprehenditur, cùm in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neque ſi multum temporis inter primæ acceſsionis finem, & ſecundæ principium intercidat, quemadmodum in tertianis, atque quartanis. Cùm igitur integritas duplex ſit, quædam per quā æger febre vacat, quædam per quam neque febricitat, nec à calore præter naturam moleſtatur. Primo modo dicemus corpus ad integritatem perductum. Secundo modo non. In exquiſita quotidiana id fieri dixit, quia vbi miſcetur pituitæ bilis, breuior redditur acceſsio, quam vera ſequitur integritas, vi caloris bilis, vapore pituitæ funditus abſumpto.

Quid ſit febrium falſa quies.

In quinta parte quæ incipit (Accidit autem naturæ) cauſas generationis huius febris in ſumma recenſet, & hæ ſunt, Natura corporis frigida & humida. Natura verò ſignificat apud Gal. lib. 3. de temperamentis, vniuerſam ſubſtantiam, ac temperiem, quæ ex primis elementis conflatur, calido, frigido, humido, ſicco, tempus anni hybernum, regio frigida, & humida: & tempeſtas talis, & ars, quæ Græcis ἐπιτήδευμα dicitur, Latinis vitæ inſtitutum, & ars. Cuius vocis ſignificationem explicuit Gal. lib. 3. de cauſis ſymp. dicens: Atqui ἐπιτηδεύματα voco, equitationem, piſcationem, venerea, balneas, deambulationes, nauigationes, venationes, atque vt ſimpliciter dicam, quicquid corporis ſeruitio gerimus, quibus reſpondet cauſa quæcunque, quæ pituitam augere poteſt, & victus ex alimentis, & rebus omnibus, quas appellant non naturales eiuſdem conditionis, vt otium, crapula, ebrietas, frequens balneum, & ſomnus longus, & ex ætatibus pueritia, & infantia, quæ multas aceruant cruditates. Quemadmodum & hi quorum ventriculus frigida intemperie laborat, ibidem namque generatur pituita, & tales cruditates patiuntur, & ructus acidos. Rurſus commune eſt eis qui febre quotidiana laborant, vt pituita in eorum ventriculis aceruetur: quamobrem eius ſingularis cura habenda eſt in eo morbo. Laborant enim in ipſis ferè ſemper ventriculus, & iecur, inde quoque hypochondria ipſis in tumorem eleuantur, inflantur, & diſtenduntur, & facies intumeſcit, & ſubpallida redditur, etiam in vigore acceſsionis, ſimileſque fiunt eis qui malum habitum patiuntur. Horum ſignorum quædam præcedunt, quædam mox apparent, quædam in quibuſdam ægrotis antecedunt, in aliis poſt apparent. Vrinæ quoque in his qui tali febre laborant, vel ſunt

Quid ſit propriè natura apud Medicos.

albæ & tennes inter initia,vel turbidæ,craſſæ: vtrumque enim morbi ſpeciem docet.Nam ſi pituita cohibetur,atque in meatibus infarcitur, erit vrina alba,tenuis.Si verò liqueſcat ac defluat,ſimiliter craſſitudine, & turbulentia, pituitoſum oſtendet morbum,atque ipſum inter initia exiſtere. Procedente verò tempore cùm ipſa paulatim coctionem aſſequatur:primùm nebulam,deinde appẽdiculum; deinde ſedimentum, ſingula morbi tempora indicabit.Conducet quoque non parum ad huiuſmodi febrium cognitionem,quòd per id tempus morbus hic populariter graſſetur, & quod acceſſiones ad Solis occaſum inuadant. Quod magna ex parte pituitoſis competit febribus, quoniam pituita ipſa abſentia ſolis inualeſcere incipit. His omnibus adde,quòd talem febrem patientes non ſitiunt, neque valde mutant reſpirationem, nec ſpiritum efflando mittunt, quod faciunt hi quorum thorax valde inflammatur.

In ſexta parte quæ incipit (Accidit verò) reddit cauſas, quare acceſſiones febrium pituitoſarum quotidie fiunt,cùm tamen biliuſarum fiant per tertium,& bilis ſit calidior,ac faciliùs inflammetur, id verò eſt in cauſa quare tardius accedant tertianæ. Nam cùm bilis facilè inflammetur ob tenuitatem, & caliditatem, ſequitur vt per acceſſionem totus humor expurgetur,& nullum ferè relinquatur putridi caloris veſtigium (quod Græci [illegible] dixit) & integritas magis pura ſequatur.Quorum contraria in pituitoſis febribus fiunt. Nam neque integrè purgatur humor febrem efficiens per tempus acceſſionis,neque exiguum relinquitur poſt acceſſionem,quod veluti ſuccenſum fumum edat. Ad quæ ſequitur, vt febris intermiſſio ſit multò deterior quàm in tertiana,& reditus maturior. Eſt hæc ratio Galeni,cauſa reditus acceſſionum, non quidem proprietas quæpiam, qua vt ſacra anchora barbari vtuntur ad omnes ſoluendas quæſtiones, ignari naturalium cauſarum. Sed de his infrà latius agemus. Galen.tamen cauſas docet ſatis notas, & quas nemo negabit inter naturales cauſas eſſe recenſendas.Nam quòd tempus quietis impurum ſit, & excrementa in parte ad quam miſſa ſunt, non pauca relinquantur, notum eſt poſſe efficere vt interim malus humor aceruetur ea copia, qua & trudatur ad eundem locum, in quo antecedenti acceſſione putruit,& citò altera ſuccedat acceſſio. Hanc autem celerem humoris congeſtionem facit longitudo acceſſionis cum impuritate quietis, & quòd multum excrementum in parte ſuccẽſum relictum adiuuat celerem attractionem excrementorum ad partem.Itaque in membro tranſmittenti exiſtit illa diſpoſitio quæ potuit congerere humorem tranſmiſſum in antecedente acceſſione, poterit ſimilem aggregare ad ſequentem, & in membro recipiente, calor qui remanſit ex præcedenti acceſſione reliquiis humoris hærens. Qui ſimiliter humorem trahet ad locum putredinis, quem etiam interim vapore tranſmiſſo inficiet. Tardiſſimè verò quartanæ acceſſio ſuperuenit, quoniam humor difficilè accenditur,& tardè mouetur,& pars nulla remanet in loco putredinis, quæ fumum edat. Sed dubium eſt,quare potius trahet membrum cum humore qui efficere debet quotidianam, quàm bilem quæ efficiet tertianam. Præterea quare potius hunc, quàm illum inficiet? Dicemus quòd ipſe humor ante acceſſionem paratus eſt talem recipere alterationem, & membrum tranſmittens ipſum aut inficiet, aut generabit infectum. Trahitur verò ad partem vi caloris, non potius is quàm ille,ſed qui magis trahenti cedit.Is verò qui infectus eſt, cùm a membro mandante expellatur facilè trahetur,eſt enim id (vt aiunt) currentem trahere.Similes cauſæ iis,quæ faciunt acceſſiones diuerſorum generum feb[r]ium citius, aut tardius repetere, adducunt ſim[i]liter in acceſſionibus anticipationem, aut poſt[p]oſitionem, vt membrum tranſmittens, & diſpoſitio recipientis membri, & quantitas humoris, & ipſius præparatio ad putredinem,& qualitas humoris, & quod acris,aut hebes ſit.

CAPVT V.

At verò tertium genus intermittentium fe-
brium,quartana ſcilicet exquiſita, quoties
ex humore melancholico ſolo efficitur fri-
gido ſiccóque temperie, paulatim quidem
ſuccenditur:quemadmodum lapis quidam,
vel teſta,vel os,vel aliud quodpiam,ſic frigidum & ſiccum
corpus.Vbi verò flamma quædam ex eo accenſa eſt, nihil
relinquit fumoſum,neque ſemiuſtum poſt acceſſionem: &
ob eam rem euacuationes plures ex tali humore quàm pi-
tuitoſo,& intermiſſio planè pura eſſe videtur, eò quòd hic
omne id humoris melancholici,quod eſt accenſum euacua-
tur atque diſcutitur.Et ob eam rem accidit illis rigor qua-
lis potiſſimùm in foris frigore refrigeratis: non qualis in-
terdum exiſtit,per æſtum vel laſſitudinem,vel medicamen-
tum calidum, ac mordax vlceri adhibitum. Cæterùm ne-
ceſſe eſt hanc febrem anteceſſiſſe quicquid colligit atram
bilem,ex vitæ genere,victu,cæli ſtatu,tempore,regione,na-
tura & ætate ægri melancholica. Acceſſio præterea huius 3
febris longitudine temporis tertianæ ſimilis eſt: atque in-
terdum accidit,vt ſit longior,quamuis exquiſita ſit, quo-
niam ex humore frigidiore conſiſtit. Cauſa autem ſimilis
eſt in his febribus & aliis omnibus quæ differentiam lon-
gitudinis efficit acceſſionum, quemadmodum paulò antè
diximus in exquiſita tertiana:in multitudine & qualitate
humoris,& robore & infirmitate virium, & adhæc ipſa
ægri diſpoſitione differentiam habente.Nam & alia omnia 4
proportione reſpondent iis quæ ex humore bilioſo conſi-
ſtunt. Quocirca ſi humor melancholicus neque putreſcat,
neque vehementer feratur per corpora ſentientia, nequa-
quam efficit melancholicam circuitionem exquiſitam.Sanè
arquatis affectibus proportione reſpondent ex liene morbi
diutini melancholici,corporiſque totius colores fœti.Et ery-
ſipelatibus ac herpetibus qui ex flaua bile conſiſtunt,cancri
& phagedenæ proportione reſpondent. Sed neque ex his,
neque ex melancholicis affectibus neceſſariò febricitant,
niſi prius humor melancholicus & bilioſus putreſcant.Na-
tura enim ſemper nititur ſuis viribus vtens, aſſimilare
partibus nutriendis quicquid fieri vtile poteſt: excernere
autem id quod minimè iſtiuſmodi eſt. Quòd ſi interdum
præ craſſitie,vel copia,vel lentore excrementi,vel ſtipatio-
ne quadam meatuum,vel ſua ipſius debilitate nequaquam
poſſit excernere humorem vitioſum, prauum, immoran-
tem diutius,in ipſo corpore animalis,putreſcere neceſſe eſt.
Nullus enim alius humor permanere qualis extitit ab ini-
tio poteſt,nedum qui adeò vitioſus eſt, vt ab ipſa natura
cultum amplius ſuſcipere non poſſit, ſed aut concoctus ap-
ponitur atque aſſimilatur ſolidis animalis partibus, aut
corrumpitur atque putreſcit. Ad hunc modum arquatis
ac melancholicis affectibus, quoties humor bilioſus exu-
perans in corpore diutius immoratur, febris ſuperuenit.
Sæpe etiam diſpoſitio in iecore & in ſplene attulit febrem,
quoties aut inflammatio aliqua, aut obſtructio committit
prædictos affectus. Pari ratione nec vbi pituitoſus humor
exuperat,febris ſequitur,niſi putreſcat prius. Atque ob 5
hunc quidem, quod ab antiquis exiſtimatum eſt eſſe im-
poſſibile,ſæpenumero viſum eſt:id autem eſt ſine febre ri-
gor,qui nonnullis quidem ſemel accidit, nonnullis autem

etiam

e.ı am per ɤ. :ıutum pluribus diebus, vel continuus ab initio vſque ad finem, vel omnino ita mediocris, vt nequaquam eſſe videatur quoties quieuerint, ſed vbi moueantur tantummodo efficiat ſenſum, vel etiam maior, vt etiam ſine motu infeſtet. Sed quoties talis humor ſpacio temporis putreſcat, non rigent ſolùm, ſed etiam febricitant. Et diuturna admodum & ſolutu difficiles febres in quotidiana forma tales affectus ſequitur.

COMMENTARIVS.

PRæſens caput docet materiam & formam febris quartanæ exquiſitæ, cauſas quoque antecedentes, & febrem ex ſignis quæ ipſam comitantur deprehendere. Et primò materiam ex qua generatur dicit eſſe melancholiam, frigidam & ſiccam temperatura, ac putreſcentem adde, quoniam ſine putredine non efficiet febrem. Hunc humorem, aut eſſe naturalem melancholiam ſanguinis fæcem, aut alteram exuſtione genitam, rectè docet Alexander Tralianus. Accenditur tamen in hoc humore calor præter naturam ſenſim, quoniam humor craſſus ac frigidus eſt, in quo non aliter accenditur calor, quàm in lapidibus, teſtis, & oſſibus. Accenditur quoque eo modo febris, quo aliæ, quæ in bile, aut pituita cùm à vaſis extra vaſa truditur, vbi humor accenſus totus abſumitur, ita vt nihil fumoſum, aut ſemiuſtum relinquatur finita acceſſione. Nam tenuis & ſeroſa pars, quæ cum parte terrena humoris melancholici miſcetur, facilè ab ipſa ſeparatur, & euacuatur eius plus quàm in quotidiana, ita vt intermiſſio planè pura eſſe videatur, quoniam humoris pars quæ accenditur, tota euacuatur, atque diſcutitur. Dixit puram videri intermiſſionem, non quòd ipſa verè talis ſit: nam ad veram integritatem, & puritatẽ, vt capite præcedentẽ diximus, tantùm diariæ febres perueniunt, quamuis putridæ ſint de his quæ longas habent quietes, vt tertianæ, & quartanæ. Semper enim in pulſu aliqua nota putredinis manet, aut caloris præter naturam aliqua reliquia, donec morbus integrè ſoluatur. Quod tamen dixit, totum ſuccenſum diſcuti & euacuari, dubium videtur, quoniam infrà cap. 16. contrarium aſſerit, vbi cùm de reliquiis humorum putreſcentium loquens dixiſſet, putreſcentium humorum calorem tamdiu permanere, donec prorſus fuerint aſſati, & eorum paucas eſſe reliquias poſt aſſationem, quemadmodum lignorum viridium, rurſus & olei & vini, addit: Remanet autem iam excrementum omnino exiguum, vel nullum: in humoribus quidem craſſioribus exiguum: in ſeroſioribus autem nullum. Remanet autem aliquid ex humore melancholico, vt craſſiori. Cuius contrarium in præſenti loco habetur. Verumtamen aduertendum, quòd in præſenti loco non negat excrementum aliquod relinqui ex humore melancholico, finita quartana, ſed id non eſſe ſuccenſum: ſiue ipſum non emittere à ſe putridam fuliginem. Id autem verum eſt, quod enim remanet ex acceſſionibus quotidianis, humidum eſt, & fumum edit, quod verò relinquitur ex melancholia, ſiccum, terrenum, & omni humore priuatum, ac proinde nullum fumum mittit à ſe, quo humorem inficere poſſit ad ſequentem acceſſionem: neque id quod remanet calorem talem ſuſtinere poteſt: vt ad locum putredinis trahat excrementum, atque ipſum aggreget. Quoniam verò, vt dixit, humor quartanam efficiens frigidus eſt, rigor in ipſa non qualis qui in tertiana fit, in quo ſenſus ſimilis adeſt, ac ſi caro acubus pungeretur, aut qualis fit, vbi acre aliquod medicamentum vlceri admoueatur; quod etiam notum eſt eis qui aliquando id paſſi ſunt. Verùm rigor in quartana talem excitat ſenſum triſtem, qualis excitatur iis, qui nudi ſe exponunt Boreæ, ſenſum namque frigoris patiuntur. Supra verò diximus qua ratione differunt tertianæ, & quartanæ rigor, & calidum, ac frigidum rigorem efficere poſſe. Hic rigor non apparet vehemens in primis morbi acceſſionibus, donec humor proceſſu temporis extenuetur. Nam vna de cauſis quæ ad vehementes rigores concurrunt, eſt celer motus humoris per ſentientes particulas, quod melancholiæ non competit ob craſſitudinem, donec extenuetur. Deinde tamen adeò vehemens fit, vt totum corpus contremiſcat, & maxillæ flatibus plenæ concutiantur celeriter, & dentium fiat magnus ſtridor. Eſt quoque rigor hic cum ſenſu quodam frigoris contundentis vſque ad oſſa ipſa. Simili enim modo afficiuntur ij, qui laſſitudinem oſſeariam patiuntur, quam Græci appellant ὀστεόκοπον, id eſt, oſſium dolorem, non quòd oſſa facultatem recipiant ſentientem, ſed ſolam naturalem, quæ ſibi inſita eſt. Verùm quoniam cùm dolor tendones, ac neruos vexat, intimus ſentitur, ac ſi in oſſibus ipſis conſiſteret. Hanc laſſitudinis ſpeciem lib. 3. de ſanit. tuen. expoſuit Gal. de laſſitudine phlegmonis ſpeciem referente loquens, vbi inquit. Quòd ſi etiam tum tendonibus, tum neruis idem affectus incidit, ὀστεόκοπον Græcè, quaſi oſſium dolorem, eum affectum nominant, ob penitiorem ſcilicet ſenſum partibus, quæ in alto maximè corpore poſitæ, nomen tribuentes, quippe ſummum locum cutis occupat, ſecundum ab ea muſculi habent, vtique circum oſſa poſiti: at tendones ipſis oſſibus adhærent, quo magis rationabile eſt, cùm hi quicquam prædictorum patiuntur videri in imo ac circa ipſa oſſa hærere. Rurſus ad noſtrum inſtitutum redeamus. Rigor qui in quartana fit, non eſt, inquit, qualis exiſtit per æſtum, aut laſſitudinem. Contrarium tamen dixerat libro ſecundo de criſib. cap. 3. vbi rigorem quartanæ dixit eſſe, qualis perfrigeraris, atque ad oſſa vſque contuſis. Aiunt enim ſe eo modo affici quo in genere laſſitudinis, quam Græci ὀστεόκοπον, id eſt oſſeariam vocant. Rigor igitur quartanæ laſſitudini ſimilem ſenſum infert. Ad quod dicemus, quòd vt conſtat ex lib. 3. de ſani. tu. in laſſitudine vlceroſa ab humore acri, ac mordenti, neceſſe eſt cutem, ac carnem pungi, atque vulnerari, ita vt horror inde ſequatur: imò etiam totius corporis inæqualis concuſſio, quæ rigor appellatur, vbi tale excrementum acre fuerit & copioſum. Is eſt rigor, qui laſſitudinẽ ſequitur. Verum cum is ab humore fiat acri, ac mordenti, non fiet in quartana quæ humorem ſequitur frigidum & craſſum. Rigor ergo quartanæ non eſt qualis qui ſequitur laſſitudinem.

Quæ potiſſima ſit cauſa vehementis rigoris.

In ſecunda parte quæ incipit (Cæterum neceſſe eſt) cauſas generationis febris quartanæ recenſet. Diximus autem ſuprà, quòd ex cauſis nos ducit Gale. in cognitionem ſpeciei morbi. Cauſæ verò ſunt quæ melancholiam aceruare poſſunt, vitæ inſtitutum, vt qui in vehementibus exercitationibus ſanguinem vrunt, & ipſum in melancholiam demutant: victus ſimiliter qui præbeat materiam generationi melancholiæ, vt carnes caprinæ, bubulæ, hircinæ, taurinæ, aſinorum, camelorum, vulpium, & canum. Leporina quoque caro, & aprorum, non paruam vim habent generandi ſanguinem melancholicum, limaciarum pariter frequens vſus, & omnium terrenorum animalium carnes ſale conditæ. Ex aquatilibus tunni, balenæ, vituli marini,

delphini,canes , atque cetacea omnia. Ex oleribus braſſica,arbotum germina , maxime verò lentiſci, terebinti,rubi,cani rubi,vbi aqua & ſale , aut acero & ſale condiuntur. Ea leguminibus melancholica ſont,leotes,panis furfuraceus , atque typha , & ex prauis ſeminibus confectus , quales apud quoſdam homines ſunt in vſu tritici loco,caſeus quoque vetus eandem babet facultatem , ſicuti ex vinis nigra ſimul & craſſa.Ab his ergo cauere debet, qui quartanam febrem patitur,aut ipſam futuram timet. Ad aërem verò ambientem attinent anni tempus, cœli ſtatus,& regio,ea regione indicium ſumitur, ſi ſoler quartanam ſæpe generate , cæli ſtatus , & anni tempus idem nobis ſignificant. Quòd enim autumnus quartanas afferat febres, & melanchôlicos morbos , non ſimpliciter verum eſt , ſed tempore ſuam naturam ſeruante , quam ſi altera anni pars ſeruauerit,in ea teles fient morbi:nam ſi in temporibos eodem die calor,atque frigus fit, autumnales morbos ſpectare oportet. Anni itaque tempus , & cœli ſtatus,vbi frigida & ſicca,atque inæqualia ſint, autumnalea,ſiue melancholicos morbos fieri neceſſum erit,maaimè verò autumnus ipſe id proprium habet,quoniam ad æſtatem proximè ſequitur:æſtas verò multã auget melancholiam ea adustione,cuius diſſolutionem autumnus impedit frigiditate ſua. Temperatura quoque naturalis calida & ſicca, melancholiam adaugent,ætas quoque ipſa melancholiam augere ſolet,bæc eſt ætas quæ ſequitur iuuentutem,ſiue vigorem ætatis:quam ego ætatem ſubſiſtentem in expoſitionibus libri prognoſti. appellandam eſſe probaui. Libro verò 2. progn. ſectione 28.Hippo.dixit. Quemadmodum verò iunioribus trigeſimum annoru non attingentibus abſceſſus fiunt,ſic quartanæ magis his qui triginta annorum ſunt,& ſenioribus.Et Gale.in commeo.trigeſimum annum,aut trigeſimum quintum,diuerſis temperaturis hominum competere dicit:nam vigor aliquibus durat ad trigeſimum , aliquibos ad trigeſimum quintom. Cæterum quemadmodum in autumno quartanæ multæ fiunt, quoniam tempus frigidum ſequens æſtatem non permittit bilem atram æſtate genitam diſſului : ita neqoe ætas quæ vigorem ſequitur,permittit diſſolutionem melancholiæ , aduſtione genitæ in vigore ætatis,quoniam vigore frigidior eſt, hæc eſt ſubſiſtens ætas. Dixerat quoque Hipp.eodem libro ſectio. 27. quartanam ad erraticas febres ſequi, quæ autumno appropinquant, id accidit ob humorum craſſitudinem accedente temporis frigiditate.Rurſus lib. 1.de arte cu.ad Glau. ſi lien intumuerit,& ſi eum ſudore febres finiantur, ſigna quartanæ ſtatuit Galenus:ea ſudore namque ſperatur,vt tenui parte diſſoluta, fæa melancholica relinquatot,

Io tertia parte qoæ incipit(Acceſſio præterea)docet quantam habeant ſimilitudinem longitudinis acceſſionum,tertiana,& quartana.Similes namque ſunt quamuis quartanæ acceſſio ſit paulò longior, ob humoris frigiditatem. Ratio ſimilitudinis eſt quoniam non aceruatur in corpore magna quantitas melancholiæ , qu n prius à vaſis excernatur,ſi excerni poteſt:caetera verò quoniam humor aridus eſt,citò à ſe fumum omnem mittit,& citò acceſſio finitur. Hæc eſt cauſa generalis , quare acceſſiones quatranæ ferè ſimiles ſint longitudine acceſſionibus tertianæ. Quòd tamen quartanarum acceſſionum quædam ſuot aliis longiores , eædem cauſæ ſunt,quæ tertianarum,vt diximus. Hæ ſunt multitudo,& paucitas humoris:nam multus humor longiorem efficit acceſſionem, quàm paucus:& qualitas ipſius:nam frigidior,& craſſior,longiorem : calidior,& tenuior,breuiorem. Ex facultate quoque: nam robuſta citius finit humoris concoctionem & diſſolutionem : languida,tardius. Ex corporis diſpoſitione,taritas cutis breuiorem eſſicit acceſſiooem,humore facile in habitu io diſſoluto : denſitas verò eandem impedit. Quoniam tamen acceſſio quartanæ non eſt longa, ſed tertianæ acceſſioni æqualis,aut paulò longior,& tempus intermiſtionia magnum,Hipp.lib.1.de mur.pop.par.3.dixit : ſecuriſsima autem omnium,& facillima , & longiſſima eſt quartana : hæc ſiquidem non ſolùm ipſa per ſe talis eſt,ſed etiam ab aliis magnis * morbis viodicat. Quod autem longiſſimam eſſe dixit , ratio eſt, quoniam adeò craſſus ac frigidus humor tardiſſimè ad coctionem perducitur,ita vt viſæ ſint quartanæ qoædam ſeptem annis , quædam duabus annorum ſeptimanis finitæ. Quod tamen æſtiuas quartanas diait Hippoc.breues,aliarum quartanarum comparatiuoe audiendum eſt.

* *Vide apud Hippoc lib 6. epid. à quibus morbis liberet febra quartana.*

In quarta parte quæ incipit (Nam & alia omnia) Græce , καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πάντα , hoc eſt, nempe & alia omnia,ſimiles eſſe inquit,& in aliis humorem melancbolicum , & bilem flauam. Nam quemadmodum humor bilioſus oon efficit tertianam febrem niſi putreſcat , & per ſeotientes particulas feratur, ita neque melancholia exquiſitam quartanam. Sic ex vtroque ſimiles fient morbi ſioe febre : nam eo modo,quo ea bile flaua naſcuntur icterici morbi, ita ad portionem ea liene fiunt morbi melancholici diuinoi,& fœdi cutis colores.Et quemadmodum ex flaua bile fiuot eryſipelata, & herpetes , ita ea melancholia cancri,& phagedenæ.Primum exemplum eſt de morbis factis in ambitu totius corporis. Secundum de morbis qui fiunt in partibus quibuſdam.In totum corpus delata bile,regius morbus fit, de quo conſtat,quatuor modis poſſe generari , aut per modum abſceſſus,quod fit in quibuſdam morbis tranſlata ad cutem bile,atque ex parte iudicato morbo,quod in febribus ſæpe fieri videmus.Aut ex morſu viperæ,quod contigit,vt Gal.inquit,cuidam imperiali ſeruitori viperas venanti. Aut ob intemperiem iecoris calidam, quæ ſanguinem admodum bilioſum efficit,qui poſtea per venas effuſus cutem vniuerſam auriginoſo inficit colore,aut ob prauam diſpoſitionem veſicæ fellis. Hæc enim ob imbecillam attrabendi facultatem , non attrahit bilem, ſed ipſam ſanguioe miatã relinquit,vnde impurus redditus cutem inficiet.Quod pariter eueniet, vbi ipſa fellis veſica ob nimiam plenitudinẽ imbecilla reddatur ad excretionem,quemadmodum euenit veſicæ vrinam continenti,in vrinæ quibuſdam difficultatibus,aut quooiam ipſa fellia veſica à multitudine bilis obſtructa,non emittat à ſe eacrementum , aut ipſum à iecore non trahat , atque ob id ſanguis impurus inde demandetur. Quemadmodum verò, aut veſica fellis non mundante ſanguinem aut iecore bilem multam à ſe fundcore , morbus fit auriginoſus,ita aut liene non purgante ſanguinem à melancholica fæce,aut multam fæcem talem effundente cum ſanguine fit, vt tota cutis nigro afficiatur colore. Tales verò morbi ſine febre fieri ſolent , vbi non retineatur tamdiu,aut bilis,aut melancbolia in iecore,aut liene,aut venis vt putreſcat. Eryſipelati quoque & herpeti,dixit reſpondere cancros,& phagedenas. Nam eryſipelas inflammationis quædam ſpecies eſt,ſolius cutis paſſio,quæ à flaua bile habet ortum,cui reſpondet cancer,tumor præter naturam ab atra bile.Herpes ſimiliter à flaua bile fit , quæ ſi in ſumma cuti puſtulas eleuauerit multas ad ſimilitudinem

litudinem

litudinem m.i.j,erit berpes miliaris:ſi verò carnem quoque ſubiectam exedat,erit herpes ἐσθιόμενον, id eſt,excedens,cui reſpondent ex morbis melancholicis,phagedenæ vlcera ſimiliter eædentia. In nulla tamen harum affectionum excitatur febris,niſi humor ipſam efficiens putreſcat, putreſcit autem vbi retineatur: vnumquodque enim à natura retinetur,ob id vt aliqua ea parte commutetur, & alat. Huius enim vſus gratia retinetur, vt quoad fieri poſſit maximè aſſimiletur, quod tamen nihil tale habet,id excernere omnino tentat. Euenit autem nonnunquam,vt quamuis id inutile ſit,excerni non poſſit,aut ob copiam quam vires ſuperare non poſſunt,aut ob craſſitiem,aut lentorem, aut quoniam meatus obſtructi ſunt, aut quoniam ipſa facultas per ſe languida eſt. Quod ſi tale retineatur excrementum,neceſſum eſt ipſum putrefieri: nam neque ea quæ vtilia ſunt diutius retenta poſſunt non vitiari,vt lib. 1. cap. 5. docuerat,parte prima. Conſtat quoque id de chylo in ventriculo detento,aut ſanguine in iecore, aut melancholia in liene. Cum enim natura agens quoddã naturale ſit,cum proximam habuerit materiã,non poterit nõ agere,quod ſi ipſam debitè commutauerit,bene erit,ſin minus, neceſſe eſt vt actio modum eacedat conuenientem ipſi ſubiecto alternato,atque inde corrumpi,mutato nempe chylo in aliam ſubſtantiam. Quæ tamen non erit ſanguis, cùm non fiat in iecore, & venis, aut ſanguine mutato in bilem: non enim tranſibit in carnem(vt par erat)quoniam mutatio non fit in membris:nam neque ipſis adbuc facta eſt (vt ponimus)diſtributio,minimè verò permanebit talis humor vitioſus,vbi retineatur (ſi vtilis ipſe non retinetur)quin corrumpatur:aut enim coqui debet,apponi,& aſſimilari, aut diutius retentus putrefieri, atque corrumpi. Tribuit namque natura ſingulis particulis quatuor naturales facultates. Attrahentem,qua trabunt,quod conuenit ad ipſotum alitionem,quamuis nonunquam contingat,vt ob vitium in partis temperatura, trahatur nociuum. Deinde tractum à retinente facultate tãdiu detinetur, donec quicquid congruit ſibi apponat, atque aſſimilet, reliquum verò expultria excernit. Nonnunquam verò id omnino malum eſt, quamobrem ſtatim irritans qualitate, aut quantitate grauans expellitur,aut diutius retentum putreſcit. Quod verò non omnino malum eſt,coquitur, atque ſuperatur à facultate coquente. Poſt eam verò expultrix operatur,id expellens quod ſuperatum alere non potuit. Ad bunc itaque modum ex bilioſis & melancbolicis morbis, quidam cum febre fiunt, vbi excrementum non eacernitur tempeſtiuè aliqua dictarum occaſionum:putreſcet enim,ſine ipſa verò, vbi ſine putredine fiant. Sic etiam fit vt inflammatio,aut obſtuctio in iecore,aut liene febrem inferat, ſuperueniente putredine,ſine qua febrem fieri non contingit ex prædictis cauſis.

Agens naturale perpetuo agit niſi impediatur.

In quinta parte,quæ incipit(Pari ratione)quemadmodum in vtraque bile,ita in pituita verum eſſe dicit,febrem nullã facere poſſe niſi putreſcat. Vnde fit,vt rigores ſæpe viſi ſint, quos febris non eſt ſecuta: nempe vbi pituita per ſentientes particulas moueatur ante putredinem. Rigor verò is aliquibus ſemel euenit, aliquibus per circuitus ſingulis diebus mota pituita,atque agitata: nunquam verò putreſcent,& aut talis,vt quieſcente homine adbuc rigor ſuperueniat,vt multo atque valde frigido exiſtente humore,aut talis, vt non excitetur niſi corpore moto. Motus enim humor rigorem infert, vbi in corpore quieſcẽte ob paucitatem id efficere non poſſet:nam quod ob paucitatem non expellitur à natura,ac inde non ſentitur,ex motu corporis concitatur,deducitur,ſentitur,ac rigorem efficit. Idem verò excrementum diu retentum putrefieri contingit,& rigorem ac febrem efficere quotidianam, diuturnam, & ſolutu difficilem. Rigorem tamen ſine febre fieri poſſe,ita vt febris ipſum non conſequatur,antiqui impoſſibile fore putabãt: nunquam enim aliter fieri experti ſunt. Cæterum lib. de inæquali intemperie Gale. id accidens ſe vidiſſe refert, ſicuti & quoſdam alios ex iunioribus medicis: nos quoq; quamuis rarò id vidimus. Euenit id accidens fœminis,& viris quibuſdam,quibus vita eſt otioſa, & qui multis cibis ac frigidis vtuntur,& balneis intẽpeſtiuis à cibo,& in ſumma victu aceruante craſſam,frigidã,ac lentam pituitam, quam Praxagoras vitream appellauit:ab hac enim interim dum non putreſcit rigor ſine febre fit,ſicuti vbi putreſcit rigor cum febre,cuiuſmodi eſt epiala. Libro quoque 2. de cauſis ſymp. antiquorum ſententiã refert,quos excuſat,quoniã rigorem ſine febre nunquã fieri dixerunt,atq; id verum ſuo tempore fuiſſe putandum eſt:quoniam eo tempore neq; homines adeò prauo victu vtebantur vt modò, neque adeò frequentabant balnearum vſum. Galeni namque temporibus vtriſque immodicè vtebantur homines, & noſtri vtuntur otio,deliciis,crapulis,multis & inordinatis ciborum ingeſtionibus:non mirandum igitur & ſi antiquis id fuerit ignotum. Quod ſi tale quid,quale à Galeno & à nobis viſum eſt contingere antiquorum temporibus,adbuc eorum ſententia ſalua maneret:nam vt Galen. ibidem refert,& nos vidimus, rigores bi parui ſunt, neque ad eam peruenientes magnitudinem, ad quam perueniunt qui febres tertianas,aut quartanas antecedunt, aut qui per febres ardentes euenientes ſolent ipſas finire ſed bis adeò minores, vt borrores potius ſint appellandi, quàm corporis inæquales concuſſiones, vt ibidem inquit Gale. Fortè itaque antiqui hos horrores appellabant,quos Gal. rigores, ac integra eorum ſententia ſeruatur. Qui enim antiquorum dogmata enarranda ſuſcipit, ea amicè magis definire quàm moroſe redarguere debet. Hæc ſunt quæ ad notitiam febris quartanæ ſcripſit Gale. in præſenti cap. de pulſu tamen qui quartanam oſtendit, diaerat 2. de criſib. cap. 3. ipſum eſſe in inuaſionibus paruum, tardum,ac rarum,& debilem, qualis in nulla altera diſpoſitione: quamuis enim in tertiania ſimiliter tardus,paruus,& rarus fiat, non æquiparantur hæc in tertianis,& quartanis. Præter id quòd per initia acceſſionum arteria videtur quodammodo illigata, & ad interiora retracta, neque liberum babere aſcenſum. Talis itaque fit pulſus quamuis æger iuuenis ſit,qualis eius qui exiſtit in ætate decrepita. De reliquis verò temporibus acceſſionis lib. primo de arte cur. ad Glauco. dixit,quod cùm conſiſtit, & cùm augetur non poteſt non aduenire velocitas cum frequentia. Cæterùm ſi quis id quod additum eſt febris ratione animaduerterit,ſemper intelliget ipſum tardum,ac rarum. Adeſt etiam ſatis manifeſta inæqualitas,quam ſupra declarauimus in vnica diſtentione,atque cùm febris ceſſauerit,ſignum febris ex pulſu remanebit, & raritas cum tarditate, maiores eis quæ bomini ipſi ſecundum naturam debentur. Vrinæ verò quæ in principio quartanæ apparent,variæ ſunt,ſed crudæ omnes, vt inquit eodem lib. cap. 7. Galen. Crudæ quidem quoniam inter initia tales eſſe ſolent in omni morbo. Variæ tamen, quoniam ſi humor qui morbum facit, obſtruit meatus,ac retinetur vrina,tenuis & ſub palli-

Vtrum rigor fieri poſſit ſine febre ſubſequente.

da min

Digitized by Google

da mingitur: ſi verò aliquid eios mittitur, iam turbida mingi ſolet, quæ ſimiliter talis manens, cruditatem, ac morbi principium oſtendit. Reliqua verò tempora, vt in aliis morbis ex vrina ſunt coniectanda, neque aliis ab his notis opus eſt ad notitiam integram quartanæ. Quòd ſi quis acceſſionum repetentias expectare voluerit, maximam mentis ignauiam oſtendet: nam indicium quod inde ſumitur inualidum eſt. Aliquæ enim ſunt febres ab alio humore à melancholia, quæ craſſitudinis, aut paucitatis humoris cauſa, reperere per quartum ſunt viſæ. Et ſimili ratione quartanæ quæ aliis circuitibus repetunt, quartanis longioribus. De ea enim dixit Paulus: Certè nonnunquam & maximè quidem in quartum diem typum conſtituit, ſed non tarò plurium dierum interuallo ſecundum quaſdam periodos acceſſionem habet: non ergo ſunt febrium naturæ ex periodis, & repetentiis iudicandæ, ſed ex humorum peccantium natura.

Circa præſens caput hoc vnum reliquum videtur ambiguum, quod Galen. de pituita dixit febrem efficere non poſſe niſi putreſcat, quod ſimili modo dixerat de vtraque bile, tam flaua, quàm atra. Nam eo modo quo ſanguis cùm aſſatur febrem efficit, aut de genere tertianæ, aut quartanæ, poterit bilis flaua dum aſſatur, (quod ſæpe fit) febrem efficere. Rurſus in morbis acutis bilis flaua, nigra redditur, quæ poſtea talis excreta conſpicitur. Nigra verò aſſatione, atque vſtione fit. Sed interim morbum acutum committebat. Igitur febris illa ab humore aſſato fiebat, ſiue aduſto. Sed tamen vſtio, atque aſſatio à putredine differunt, vt docet Ariſtot. libro quarto meteorologicorum: ergo bilis febrem efficere poteſt, quamuis non putreſcat. Nihil autem refert ſi aſſationem, aut præaſſationem dixeris, atque ſi præaſſationem eandem cum vſtione affirmes: hæc enim diuerſa eſt à putredine. Auerrous quoque libro tertio collectio. capite quarto huic ſententiæ Galen. contradicit, aſſerens, non omnem calorem extraneum eſſe putredinalem, neque omnem febrem à putredine fieri, maximè cauſum. Verba eius hæc ſunt. Et ſi confitetur Galen. quòd omnis calor extraneus eſt putredinalis, caderet periculum magnum in dictis Ariſtot. propterea quòd quilibet calor extraneus fit ſecundum ipſum primò & ſubſtantialiter propter calorem, aut frigiditatem, & quando debilitatur calor naturalis propter frigiditatem, tunc dominatur humiditas, & fatigatur calor intrinſecus in dominando ſuper ipſam, & fit putrefactio propter calorem extraneum ſuperuenientem. Sed quando cauſa caloris extranei fit à calore, tunc ſuperuenit membris aſſatio, vel combuſtio: ſed non putrefactio. Propterea ergo non eſt ex neceſſitate, vt omnis calor extraneus, aut omnis febris ſit putredinalis, & maximè cauſodes. Ardens ergo febris ex doctrina Auerrois ex inflammatione fit, non ex putredine bilis. Huius dubij ſolutio ex his pendet quæ à nobis dicta ſunt in commen. 8. cap. libro primo, vbi diſtinximus putredinem ab aduſtione, ac diximus putredinem fieri ab externo calore vincente, ſimul cum abundantia humiditatis in ſubiecto quod putreſcit, aut ſua ratione, quoniam ipſum humidum eſt, aut quoniam à cauſa putredinem inducente non diſſoluitur humidum ea celeritate, qua calidum rei putreſcentis, quod fit quoties cauſa putrefaciens calida eſt ſimul, & humida. Præterea notum eſt omnes humores noſtri corporis ſecundum naturam ſe habentes humidos eſſe actu, & per exuperantiam. Quod ſi contingat, vt à calore externo ſuperentur,

Vnde & quo modo fiat putredo.

vincente quoque humiditate, hæc putredo dicetur. Si tamen ſimul cum calore ſiccitas coniungatur, vt loco citato docuimus, hæc alteratio, aut aſſatio, aut vſtio erit, interim ergo dum calor præter naturam humorem occupat, vincente ſimul cum calore humiditate putreſcet. Ad finem verò ſi calor non multum inualeſcat cum ſiccitate, reſoluta parte tenuiora eius quod putret, reliquum in terram, & fimum tranſibit, vt apud Ariſtotelem libro quarto meteorologicorum. Quòd ſi valde vehementer à calido humidum eius quod ab initio putreſcebat abſumatur, putredo in aſſationem, & vſtionem tranſibit, & ad finem in cinerem mutabitur, id quod ab initio cum multa humiditate putreſcebat, & ad finem cum pauca vrebatur. Hæc enim ſunt quæ cùm putreſcunt ad finem, incinerantur, quod non omnibus his quæ putreſcunt accidit, ſed his tantùm quæ ad finem vruntur, aut præaſſantur. Hinc conſtat veram eſſe Galeni ſententiam, nullam febrem poſſe concitari ex pituita, aut ex vtraque bile citra putredinem. Cùm enim ab initio occupantur à calore præter naturam, cum humidi ſint huiuſmodi humores, interim dum calor extraneus non potuit ſuperare humiditatem, ſed in ſubiecto calor præter naturam, & humiditas abundabant, & innatus calor humoris humidum regere non valebat, putreſcere humorem neceſſe erat. Deinde verò ſuperata humiditate, ac reddito ſubiecto calido ſimul & arido, præaſſatio, atque vſtio ſequi ſolent. Humor itaque quiuis hurum à quo primùm febris putrida ortum habet, cùm concipit calorem præter naturam, ſtatim putreſcit. Ad finem verò ſæpe fit vt validiſſimus calor humiditatem abſumat, ipſo manente valido: ac contingit vt partes aridiores vrantur, quibuſdam aliis humidioribus putreſcentibus, à quibus ſimul febris habebit ortum. Ad finem verò pars quæ vritur interim dum fumum à ſe mittit, febrem efficiet, atque hæc febris ab humore vſto, aut potius qui vritur procedit. Cæterùm is ante id putredinem paſſus eſt. Verum itaque manet quod Galenus dixerat, nullum humorem ex dictis febrem facere poſſe, quin prius putreſcat. Nam ſi putret, notum eſt quod dixit, ſi vritur, notum eſt antehac ipſum cùm incœpit febrem efficere putruiſſe, aut ſolam putredinem paſſum, aut ſimul cum præaſſatione, ſiue vſtione in partibus diuerſis. Poſſes ſimiliter obiicere: nam cùm ab atra bile præaſſata, ſiue vſtione genita, primùm febris quartana concitatur, hic humor vſtus eſt, & incipit febrem efficere, abſque eo quòd putreſcat. Subiectum namque id aridum cùm ſit, atque ad eam diſpoſitionem præaſſatione deductum, amplius non putreſcet. Dicimus humorem melancholicum vſtione genitum putredinem pati non poſſe, niſi commiſceatur alicui humiditati ſeroſæ ex cibis, & potibus, aut niſi ipſe adhuc humorem contineat poſt aſſationem: tunc enim pati poterit à calore præter naturam putredinem, quamuis præaſſatione genitus ſit. Quod ſimiliter fieri putandum eſt de flaua bile, ex ſanguine genita præaſſatione, ipſam adhuc contraxiſſe humorem, cuius cauſa putreſcere potuit: nam & bilem aſſatione ex ſanguine genitam putredinem aliquando pati, non eſt dubium. Ad Auerroem modò redeamus, cuius nugas facilè quiuis intelliget: dixit enim loco citato ex Ariſtotel. calorem extraneum aduenire poſſe propter caliditatem, aut frigiditatem. Et cùm debilitatur calor ob frigiditatem, fieri putredinem propter calorem extraneum ſuperuenientem. Et quando cauſa caloris extranei eſt calor,

tunc

tunc ſupeꝛuenite membris aſſationem, & vſtionem. Cuius contrarium Ariſtot. ipſe dixerat lib. 4. Meteorologicorum, & Auerroes eodem lib. collectionum capite tertio. Nempe putredinẽ fieri duobus modis, vnus eſt à frigiditate, alter eſt à calore: nam hic duobus modis contingit, calorem naturalem rei imbecillum reddi, atque inde rem ipſam putreſieri. Malè ergo loco citato ex capite quarto dixit, quòd vbi calor extraneus aduenit vi caloris motus eſt aduſtio, aut aſſatio: poteſt namque eſſe putrefactio. Sed tamen ex his quæ diximus conſtat, quòd quamuis Galenus dixerit hos tres humores febrem non poſſe facere niſi putreſcant, non tenetur negare humores vſtos febrem facere poſſe. Vtrumq; igitur verum eſt, & nullum horum trium humorum poſſe facere febrem niſi putreſcat, & aſſatis bile flaua, aut atra, febrem facere poſſe, quod non putauit Auerroes. Sanguis verò, vt poſt dicemus, ſine vſtione, aut putredine: ſed ſula copia caloris, atque vaporum, febrem facere poteſt, humore nondum perducto ad putredinem, aut aſſationem. Qualis copia ex altero humore à ſanguine non accruatur, quam natura contineat, & gubernet, abſque eo quod putreſcat.

CAPVT VI.

HOc genere continetur febris epiala propriè nominata, quoties ſimul febricitant ac rigent & vtrumque ſentiunt eodem tempore in quauis corporis parte: Sanè Archigenes exiſtimat de nulla altera nomen epialon dici, quam de vna hac febri. Sed conſtat Atticos quoſdam viros rigorem ante febrem ita appellare. Enimuerò Praxagoras videtur mihi appellare vitreum, humorem talem: Recentiores autem, è quibus Philippus eſt, crudum ſimpliciter, nullum adiicientes vocabulum ad exquiſitam definitionem. Is profectò ex ſpecie pituitoſi humoris eſt, vt qui admodum frigidus atque humidus ſit. Quiſquis enim humor frigidus ſimul & humidus fue-
Nota. *ris ſub ipſam phlegmatis, id eſt, pituita cadit appellationem, ſi quis Hippocraticè & ex omnium conſuetudine, non ſolum veterum, ſed etiam aliorum ſcriptorum nominare voluerit. Prodicus enim libro de natura hominis prauè nominat, errans circa tale vocabulum ipſa demiranda etymologia adductus. Sed non eſt præſentis temporis ad talia deflectere orationem, cùm aliam decanterimus illis diſputationem. Ergo rurſus ad inſtitutum veniamus. Quiſquis in corpore humor fuerit frigidus & humidus, ipſi hunc nominauimus pituitam: tu ſi libet appellabis*
2 *ſcindapſum. Adeo ſanè nulla mihi vocabulorum eſt cura. At verò ſcias huius humoris plures eſſe differentias. Nam vna quidem ſpecies eius eſt admodum frigida: ita vt maximos dolores adferat, quum in locum calidum impacta eſt. Et ſæpenumero multos dolores eorum qui colici dicantur, ex acri clymate tali humore euacuato, ſtatim ſedatos intueri licet. Hic autem humor videatur ſimilis aſpectu vitro fuſo. Altera verò ſpecies pituitæ eſt, quam excreantes ſæpe expuunt quidam, ſenſibilem obtinens dulcedinem: Conſtátque eam nequaquam poſſe eſſe omnino frigidam, ſi recordamur eorum qui libro de ſimplicium medicamentorum viribus docuimus. Tertia præterea ſpecies alia pituitæ eſt, quæ ipſis expuentibus acida ſentitur, ac minus quàm vitrea, magis quàm dulcis frigida eſt, quemadmodum altera ſalſa habetur, aut ob putrefactionem, aut ob permixtionem ſalſæ ſeroſæ humiditatis: ex qua febricitantes minime rigent, ſed horrent tantummodo, prehendente acceſſione. Acida autem ac vitrea ſi moueatur, per corpora ſentientia permeans, infert rigorem ſine febre. Quòd ſi qua putredo moderata illis adfuerit, epialam committit febrem. Sin magis putreſcat, rigor præuenit febris ipſa ſubſequitur, deuicto frigore ab ipſa multitudine caliditatis, ita vt nullo modo exiſtat per incrementa & vigores acceſſionum.*
At verò vitrea pituita forſitan acidæ qualitatis particeps 3
eſt: ita vt omnes eius differentiæ tres exiſtant, acida, dulcis, ſalſa. Atque ex pituita dulci putreſcente rigor minime antecedit febrem, forſitan verò neque ſimpliciter neque à ſimplici cauſa quis exiſtimauerit tales fieri febres. 4
Siquidem quicquid pituitæ putreſcit, accendit febrem reliquum nondum putreſcens ex quo rigent non eiuſdem eſt qualitatis, cum ea quæ putreſcit. Si igitur ab hac quidem rigor, à putrefacta verò febris efficitur, duplex ſemper cauſa erit. Licet verò hic dicere febrem ab altero quidem fieri cauſæ genere, rigorem autem ab alio, vt qui non ſit, quod febris, per febrem tamen tertianam flaua bilis & rigorem efficit, & febrem. Sed hæc logicæ magis ſunt conſiderationis: nos ad inſtitutam noſtrum redeamus.

COMMENTARIVS.

QVoniam febris epiala in genere febrium quotidianarum cõtinetur, tum quòd quotidianis repetit circuitibus, tum etiam quòd ab humore fit pituitoſo, de ea præſens caput ſcribitur à Galeno. Eſt tamen caput ſingulare huic febrium ſpeciei deſtinatum. Nam & ſi multæ ſint febrium quotidianarum differẽtiæ accidentales, epiala ratione ſymptomatis ſibi coniuncti, cum quo ab initio inuadit, maximè differt ab aliis. Nam per ipſam homines ſimul febricitant ac rigent, & vtrumque ſentiunt eodem tempore & in quauis corporis parte, quod nulli alteri febri competit. Eſt enim huius febris cauſa vitrea pituita, de qua dicemus, omnium humorum frigidiſſimus. Qui ſi per ſentientes particulas deferatur abſque putredine, rigorem vehementiſſimum efficiet, quem non ſequetur febris. Dictum enim eſt, pituitam, aut bilem flauam, aut atram febrem efficere non poſſe, niſi putreſcant. Quod ſi per totam ſubſtantiam putredinem concipiens incaleſcat (quod non facile eueniet humori adeò frigido) febrem efficiet cum rigore incipientem, in ſpecie quotidianarum. Quod ſi aliqua ex parte putruerit humor dictus, altera parte non putreſcente, febrem efficiet epialam humore delato per ſentientes particulas. Nam ob partem quæ non putreſcit, quæ ſimiliter frigidiſſima eſt, rigorẽ inferet vehementem: ob eam verò partem, quæ putret, febrem. Hoc eſt indicium epialæ febris proprium: appellationem tamen accepit febris ἠπίαλος, ſumpta tranſlatione ἀπὸ τῆς ἁλός, id eſt, à mari quod etſi ab initio tranquillum videtur, difficillimum tempeſtate redditur. Quod ſimiliter vitrea pituita facere ſolet, quæ tranquilla cùm eſſet, non mota, deinde mota magnam affert corpori turbationem, ἤπιος verò mitis eſt, & tranquillus. Refert præterea Gal. quaſdã nominũ ſignificationes apud diuerſos homines diuerſas: hoc enim nomen ἠπίαλον, de nulla re dici præterquàm de hac febre, quam nos explicuimus, Archigenes voluit. Sed tamen apud quoſdam ex Atticis, ſimiliter de rigore qui antecedit febrem dicebatur. Rurſus humorem eum qui efficit hanc epialam febrem Praxagoras appellabat vitreum, quòd vitro fuſo ſimilis ſit, recentiores tamen medici temporibus Galeni, inter quos Philippus recenſetur, crudum humorem ipſum nuncupabant, nulla adiecta diſtinctione ad eius definitionem. Quo modo Gale. vt inquit ipſe lib. 1. de alimen. fac. cap. de tritico, humorem gelidum ac craſſum, crudum propriè appellare conſueuit. Vitreus dictus humor in genere pituitæ

Meliorem nominis huius febris epialæ Etymologiam adfert Hollerius cap. de epiala.

pituitæ continetur: quoniam admodum frigidus & lentus humor eſt. Frigidus autem & humidus quiuis humor ſub pituitæ appellatione continetur. Si quis nomine vti voluerit, eo modo quo Hippocr. & reliqui tam veteres quàm alij. Diximus, lentus, quamuis interpretes legerint, humidus: quoniam in omnibus quos legimus Græcis codicibus legitur γλίσχρος, hoc eſt, lentus. Nec tamen id inualidat Gal. argumentum, ſi namque omnis humor frigidus, & humidus eſt in genere pituitæ, & verè omnis lentus humor, eſt humidus: omnis frigidus, & lentus erit frigidus & humidus: & omnis talis in genere pituitæ continebitur. Quod Galen. probare contendit. Prodicus prætetea eſt reprehendendus, qui libr. de humana natura, φλέγμα, humorem vſtum ſignificare credidit, ductus analogia falſa vocabuli, autumans ipſum à verbo φλέγω, hoc eſt, vro, deriuari: cùm tamen non ab ipſo, ſed à verbo φλεγμαίνω, hoc eſt, intumeſco deſcendat. Pituita namque humor ſpumoſus, & intumeſcens eſt, non vſtus. Sed de his lege quæ ſcripſimus lib. 2. prog. in annotatione circa comment. 66. vbi Plato quoque reprehenditur, quòd non tantũ vſum vocabuli peruerterit, ſed rem etiam ipſam ignorauerit. Rurſus ad inſtitutum reuertamur. Gal. omnem humorem frigidum, & lentum, aut humidum dicit eſſe appellãdum pituitam: in hoc enim vocabuli vſu conuenire vult eos qui ſuos legerint libros, reliquis verò licere ipſam ſcindapſum appellare, ſi ita libuerit. Sed tamen libro de atra bile, alias duas ſcribit notas, quibus pituitæ appellationem humor dictus ſortitur. Hæ ſunt albus color, & quòd non concreſcit dictus humor.

Vera phlegmatis etymologia.

In ſecunda parte, quæ incipit (At verò ſcias) pituitam quatuor diſtinguit ſpeciebus: in quarũ prima eſt vitrea, quæ vitro fuſo ſimilis eſt frigidiſſima omnium humorum, vt dixerat libro primo prorrheticorum comment. vltimo. Adeò quidem frigida, vt ſi in loco aliquo calido impacta fuerit, vehementiſſimos dolores inferat: vt in inteſtinis colicum dolorem admodum vehementem. Ita vt inteſtinum terebello perforari videatur. Sed tamen eos dolores ſedatos ſæpe vidimus iniecto clyſteri, atq; pituita vitrea excreta. Huius rei exemplum de ſeipſo ſcripſerat Gal. lib. 2. de locis patiẽtibus, vbi refert ſe paſſum fuiſſe vehementiſſimum dolorem colicum, in eo ſpatio quod eſt à renibus ad veſicam, qua parte ſcimus vreteras tendere, at verò iniecto clyſteri ex rutaceo, atque excreto vitreo humore frigidiſſimo ſtatim dolor ceſſauit. Quod oſtendit, paſſionem atque particulam ipſam patientem. Humor itaque excretus vitro fuſo ſimilis erat, & tactui frigidus, vt non tantũ excernẽti, ſed & volenti tangere talis eſſe ſentiretur. In ſecunda ſpecie eſt pituita dulcis. Hæc excreantibus talis apparet in catarris & grauedinibus: cuius temperatura non eſt omni ex parte frigida. Quoniam dulcia quatenus talia calore participant. Aũt vt docuit lib. 4. de ſimpliciũ medicamentorum facultatibus cap 9. & 10. ſæpe repetens ſententiã, dulce omne eius cui tale apparet comparatione calidum eſt: dulce à moderato calore fit, & quod minus dulce minus calidum eſſe, inquit, & quod valde calidum iam nõ dulce, ſed amarum. In tertia ſpecie eſt pituita acida guſtantibus, quod attinet ad ſaporem: quod tamẽ attinet ad tẽperaturam minus frigida eſt, quàm vitrea, frigidior tamen dulci: nam dulcis pituita frigida eſt. Diximus enim omnem pituitam frigidam, & humidam eſſe: attamen hæc non in totum frigida eſt, ſed tantum caloris, quantum dulcedinis participat, quod eſt in partibus quibuſdam, & ad naturam ſanguinis coctione iam inclinat. Vt tamen acidæ pituitæ natura nobis innoteſcat, decet hoc in loco acidi ſaporis generationem referre: dubia enim videtur apud Galenum & Alexand. cauſæ ſuæ generationis. Galenus namque libr. 4. ſimplici medic. fac. capite 2. acida probat frigida eſſe ac tenuium partium: atque acida quæ ſolo eo ſapore prædita ſunt, eryſipelatis ardoribus, & calidis morbis prodeſſe, & quæcunque talia fuerint refrigerare omnino, niſi acrem ſaporem immixtum habuerint, vt acetum, id enim ob acres partes calefacere etiam poteſt. Quemadmodum & cineres, & ſi acetum putredine, cineres verò vſtione generentur. Et cap. 11. inquit: Porrò quod aciditas frigoris vi eueniat, & antea oſtendimus. Et 6. ſect. Apho. comment. 33. Et lib. 3. de cauſis ſympt. cap. 1. acidum ructum ad frigiditatem refert. Sed tamen Alexand. Tralianus lib. 7. cap. 14. docet non tantùm à frigidis cauſis, ſed etiam à calidis fieri acidum ſaporem, dicens: Nouimus autem plures medicos exiſtimare omnem acidum ſaporem à ſola fieri frigiditate, quamobrem eis ſemper exhibent calefacientia. Vidi autem plurimos à cibis refrigerantibus adiutos, priùs à calefacientibus vehementer læſos. Quo in loco experimento probaſſe dicit, vinum & potiones calidas in eorum ventribus aceſcere, quos poſtea curauit oxycrato adhibito, & alimentis cocto difficilibus ex piſcibus, & carnibus, & porcorum pedibus elixis, ac inde factum vt non amplius, aut cruditatem, aut acidum ructum paterentur. Verùm rectè perpendentibus Galeni mentem conſtabit, ipſum noſſe acidum ſaporem à frigore atque calore fieri poſſe. Nam libro 4. de ſimpl. med. facul. c. 12. & 13. medicos fallere dicit, quod putent à calore fieri acidum ſaporem, quoniam vina languida calore aceſcunt. Nam vina illa ob id aceſcunt quòd frigida ſunt. Quæ enim languidum habent calorem, frigida dici poſſunt. Quod autem ea calore maiori vincantur, non eſt dubium. Lumen enim maius, obſcurat ac hebetat minus: & calor maior, minorem educit, ac diſtrahit. Hoc autem non fit abſque frigore. Quæ tamẽ valida ſunt calorem magnum, atque motum abſque corruptione ſuſtinent. Qua ratione vina à ſancto Martino, & Ribadauia tranſlata in Italiam & Germaniam meliora reddũtur. Acidus itaque ſapor ex Galeni doctrina, à frigore interno rei acidæ ſemper fit: etſi ab externa cauſa calida aut frigida fieri poſſit. A frigida quidẽ per ſe, à calida verò per accidens. Omne enim quod aceſcit, frigidum eſt. Redditur autem tale à cauſis refrigerantibus, vt in ventre cibus, & aliquando vinum, aut lac. A calefacientibus verò, quoniam hæc quoque refrigerare poſſunt, ex accidenti educto calore. Calor enim, vt diximus, calorem ſe minorem educit. Cùm verò calor educitur ſubiectum refrigeratur, ac proinde vina langida calore aceſcũt, quæ pariter à frigore facile ſuperantur. Eſt enim corruptio rei in acidum ſaporem, quidam putredinis modus. Cæterùm putreſcunt omnia vincente calore, aut frigore, vt libro primo docuimus, quamuis quod putreſcit frigidum reddatur interna frigiditate, vt docet Ariſtoteles libro quarto meteorologicorum. Senſit quoque Auerroes hos mutationis modos in acidum ſaporem libro tertio collectionum capitulo 16. Quamuis tamen acidus ſapor, vincente interna frigiditate rei, fiat: quum tamen à cauſa calida in eam deducitur affectionem, frigida alimenta & craſſæ ſubſtantiæ obeſſe poterunt cauſæ id efficienti: & inde mederi ſymptomati, quod fecerat Alexander. In quarta ſpecie eſt, pituita ſalſa, quæ ſimiliter ſapore ſalſo diſcernitur.

Acidus ſapor non ſẽper fit à frigiditate.

Mutatio rei in acidũ ſaporẽ eſt quædam corruptionis ſpecies.

Cæte

Cæterùm refert quoque modum generationis ipſius, aut enim putrefactiooe generatur, aut mixtione excrementi ſalſi ſeroſi. Duobus enim modis, ex doctrina Galeni generatur ſalſa pituita, aut putredine, nempe calore præter naturam abſumente partem ipſius aqueam, & vſta quodammodo parte terrena, quod euenit aquæ marinæ. Is enim eſt modus generationis ſalſi ſaporis, & ipſius etiam ſalſi: aut mixtione ſeroſi excrementi habentis ſalſum ſaporem. Ao tamen generari poſſit bilis amaræ mixtione, breui dicemus. Ex ſalſo ſapore vlterius elaborato, amarus efficitur ſapor, quod in aqua lacus bituminooſi fit, quæ nimia vſtione ſalſum transgreditur ſaporem, abſumpta parte tenui, reliqua manente, terrena, craſſa, atque amara. Quod ſi huic aquæ aquam dulcem (quæ propriè inſipida eſt) iterum commiſceas, ipſam talem reddes, qualis ante erat, nempe ſalſam. Quod ſi amarum inſipido mixtum ſalſum redditur, vbi cum amaro ſeroſo excremento inſipidam miſceas pituitam, reliquum ſalſum erit. Nec tamen id ſemper fiet, ſed quoties ſapor amarus ex ſalſo factus eſt vſtione. Nec etiam potandū eſt Galenum in reddendis cauſis ſalſæ pituitæ fuiſſe diminutū, cùm dixit fieri ſalſam pituitam, aut putredine, aut mixtione ſalſi ſeroſi excrementi. Nā ſi amarum excrementū admixtum pituitæ ipſam ſalſam efficere debet, non aliter fiet quam vbi prius ſalſum reddatur ex pituitæ mixtione, ac deinde totum ſalſum ſaporem naociſcatur. Quemadmodum enim abſumpta aquea parte ex aduſtione, ſalſum fit amarum: ita eadem aquea parte ſuperueniente amarum, ſalſum reddetur. Præterea Galen. addit ſymptomata quæ à ſalſa, acida, & vitrea pituita eueniunt. Incipiente namque acceſſione quæ fit à ſalſa pituita, rigor non fit, ſed potius horror, efficit enim mediam quandam diſpoſitionem inter eam quam efficere deberet pituita ob frigiditatem, hoc eſt refrigerationem, & rigorem quem efficere poſſet putredo ob calorem. Horror namque media diſpoſitio eſt inter rigorem & refrigerationem. Acida verò atque vitrea pituita, vbi moueantur per ſentientes particulas, efficient rigorem, ſine febre vbi nullam ſint nactæ putredinem. Quòd ſi aliqua putredo eis adfuerit febris concitata erit epiala. Quum tamen putredo hac maior fuerit, non miſcebitur rigor febri per omnes corporis partes, ſed fiet vt in aliis febribus: nam rigor antecedet, qui ſequetur frigiditatem humoris, ac febris ſequetur deuicto frigore, ab humoris putreſcentis calore. Itaque aut aſcendente febre, aut ipſa in ſummo vigore exiſtente, ſola febris aderit, omnino rigore ſuperato.

In tertia parte, quæ incipit (At verò vitrea) reſpondet Gal. ad dubium quod quis obiicere poſſet: nam inter has quatuor ſpecies pituitę, prima vitrea dicta, ſumpta eſt ex temperatura, & ſubſtantia, atque colore, quibus vitro fuſo ſimilis eſt: reliquæ tamen ſpecies tres à ſapore ſunt deſumptæ, ac ſi prima ſpecies nullum haberet ſaporē: nam ſi ſaporem habet, ipſum tenetur Gal. referre, vt ſingulas ſpecies ſaporibus diſtinguat. Ad quod reſpondet omnes contineri in tribus tantùm ſpeciebus, hoc eſt acida, dulci, & ſalſa, nam vitrea forte acido ſapore participat. Cùm autem dixiſſet de aliis ſpeciebus, ao rigores efficerent, addit de dulci loquens ipſam rigorem non efficere. Quod inde notum eſt, quoniam nec frigus, nec calor adeò ſunt in ipſa vehementes, vt rigorem efficere poſſint, ſed horrorem tantùm. Febris itaque quotidiana quæ ſine rigore fit, à dulci, aut ſalſa pituita prouenit. De quibus intelligendum eſt, quod dixerat Gal. ſupra cap. 4. pituitam putreſcentem motā per ſentiētes particulas quotidianam efficere, iocipiētem cum refrigeratione extremorum, atque horrore potius quàm rigore. Nā quæ à vitrea pituita, aut acida fit, rigorē affert, aut incipiens, aut per totam ipſam acceſſionem. Rurſus verò videtur dubitandum: nam lib. 1. de alimen. facul. cap. 1. de humore pituitoſo loquens, ipſum ex ſapore quatuor diſtinxit ſpeciebus, dicens: Ipſe item pituitoſus iam acidus, iam ſalſus, iam dulcis eſt: quandoque ſenſibilis qualitatis prorſus expers. Soluitur autem dubium ipſius Galeni dictis, lib. de atra bile. Nam pituita ſecundum naturam ſe habens, inſipida eſt, reliquæ verò præter naturam. Itaque quamuis quatuor ſint ſpecies, loco citato, tres tantùm ſunt præter naturam, quas etiam modo recenſet, ea quæ ſecundum naturam eſt prætermiſſa, verba Galeni hæc ſunt: Verùm ſanguis vt plurimum dulcis apparet, pituita qualitatis expers, vt aqua. Sed naturali qualitate mutata, non tantùm ſalſa, ſed acida quoque redditur, quin etiam dulcem qualitatem tempore quodam aſſumit. Cùm tamen Gal. in hoc libro eas tantùm recenſere voluerit, quæ febres efficiunt, tres ſpecies tantùm memorauit, ſalſam, dulcem, acidam, & vitream quæ in acida continetur: inſipidam tamen, vt naturalem prætermiſit. Lib. quoque primo de natura humana, pituitæ ſapores omnes recenſet, nempe dulcem, ſalſum, acidum, qualitatis inſignis expertem.

In quarta parte, quæ incipit (Forſitan verò) dubium agitat, an ab eadem cauſa eueniant hi duo effectus contrarij, qui in epiala febre contingunt, ſcilicet rigor ex refrigeratione, & febris, quæ ſimul hominem moleſtant. Nam ab eadem cauſa contrarios effectus prodire ſimul impoſſibile omnino videtur. Sed tamen non eſt eadem cauſa, quæ vtrumque facit, in pituita namque vitrea, & in acida partes diuerſæ ſunt: quarum quædam putrent, quædam putredine vacant, quæ adhuc frigidæ ſunt. Cùm itaque hæ diuerſæ ſint & contraria qualitate affectæ, nihil obſtat quò minus ab ipſis poſſint diuerſi & contrarij effectus prouenire. Si namque in totum putredine vacaret, rigorem tantum ſine frigore induceret, & ſi in totum putreſceret, ſolam febrem, quod ſi partim putret, partim ſine putredine manet, febrem efficit epialam, vt dictum eſt. Exiſtimandum ergo à diuerſo cauſæ genere fieri rigorem, & epialam febrem. Diuerſo tamen modo in tertiana, quoniā rigor in ipſa à cauſa calida fit, quæ poteſt primo rigorem efficere, vbi delata fuerit per ſentientes particulas, & eadem ſuo calore accenſo febrem. Sed hanc logicam dicit eſſe conſiderationem, an genere differant partes pituitæ, quæ rigorem efficiunt ab his, quæ febrem; & ſimiliter an bilis eadem ſit quæ rigorem & quæ febrem efficit tertianam: quoniam poſſet quis affirmare alterius generis eſſe putreſcentem à non putreſcente humore. Diuerſum tamen dubium non parum ambiguum eſt, quomodo fieri poſſit, vt in epiala febre ſimul in eiſdem partibus ſentiantur rigor ob frigiditatem, & febris ob calorem. Nam quòd eadem pars ſimul contineat calorem & frigiditatem neceſſe habent concedere medici, atque philoſophi, quin & non tantùm ipſas elementorum contrarias qualitates in eodem exiſtere ſubiecto, ſed etiam ipſas ſubſtantias ſe totis miſceri: quod Galen. lib. de elementis ſecundum doctrinam Hippocrat. & in comment. lib. de humana natura, latè probauit. Poſſe tamē idem ſubiectum à cauſis contrariis ſimul alterari, & qualitates ipſas ſimul ſuſcipere,

pere, id eſt quod valde ambiguum videtur. Quidam dixerunt mori hac ratione, non poſſe fieri vt aliquid ſecundum eandem partem caleſiat, & infrigidetur, ſed ſecundum diuerſas, atque adeo minimas, vt ſenſu diſcerni non poſſint an ſint eædem, vel diuerſæ, idq; fieri in epiala febre & in exemplis omnibus quæ referentur ex Gale. lib. 3. de ſimplicium medic. facult. Verùm ipſius exempla non tantùm in diuerſis partibus, ſed in eiſdem omnino, contrarias induci affectiones probant. Primùm itaque id verum eſſe probabitur, vnum & idem ſubiectum ſecundum eamdem partem poſſe caleſieri, & infrigidari, deinde reſpondebitur ad dubium: Galeni exempla ex lib. 3. de ſimplic. medicamen. facult. cap. 15. manifeſtè docent in eiſdem partibus ſimul induci poſſe contrarias qualitates. Ponamus enim aliquem ſimul tempore pedes immittere in aquam gelidam, & manus in aquam calidam, conſtat quòd is ſimul per totum ſentiet calorem, & horrebit ob frigiditatem, ſiue huiuſmodi alterationes à contrariis partibus procedant vt pedibus, & manibus: ſiue manum alteram immiſerit in aquam calidam, alteram verò in frigidam, facilè enim ſentiuntur à frigore per corpus totum mutationes, ſimili quoque modo à calore, nulla enim corporis pars eſt quæ non ſentiat mutationem quæ à ſingulis cauſarum euenire poſſet: ambabus tamen iunctis, atque eueniente alteratione, notum eſt ab vna ipſarum non potius quàm ab alia euenire, ſed ab vtraque. Quod ſimiliter fieri conſtat, ſi quis in tranquillam aquam lapidem iniiciat, qui circulos vndarum multarum mouebit. Altera verò parte non multum diſtante, altero iniecto, ſimiliter alij vndarum circuli mouebuntur, ac ſe obiicientes eandem aquam ſimul mouebunt contrariis motibus. Quod dubium merito poſſet philoſophos angere. Eſt enim is motus localis, de quo magis quàm de motu alterationis dubium, ac difficile videtur. Rurſus ſi quis linguæ admoueat rem aliquam mixtam, atque ex rebus contrariorum ſaporum compoſitam, vt dulci, & amaro, is in tota lingua ſentiet dulcedinem, & amaritudinem. Præterea ſi quis parti alicui inflammatæ admoueat ſolani ſuccum, ipſam conſtipabit, ac condenſabit: ſi tamen eidem parti admoueat chamæmelum, ipſam relaxabit, ac molliorem reddet. Quòd ſi hæc duo ſimul miſceat, pars non adeò dura, & denſa reddetur, vt admoto ſolano tantùm nec adeo mollis ac laxa, vt ſola chamomilla admota: amborum igitur actio procedit in eadem parte, quamuis effectus contrarij ſint. Nec tamen putandum eſt diuerſis euenire temporibus, ita vt aliqua parte temporis ſolanum, & alia chamomilla operetur, vel aliquo tempore aqua calida & alia temporis parte frigida. Id enim longè abeſt à veritate, & à paritorum hominum opinione, nugax enim eſt hæc hypotheſis, & non tantùm demonſtratione, ſed probabilitate carens, vt inquit Galen. In hanc falſam opinionem inciderunt nonnulli ex iunioribus philoſophis, de reactione loquentes. Dicunt enim, quòd duo contraria agentia applicita, quæ inuicem agant & patiantur, aërem intermedium alterabunt, non tamen ſimul tempore, ſed per diuerſa temporis interualla, & nunc ab vno, & rurſus ab altero actionem procedere. Deceret enim ſi id verum eſſet, interim alterum actionem ſuſpendere, quòd tantùm iis quæ cum cognitione agũt conſuere poſſet. Reliquum eſt vt eadem met pars corporis, & eadem pars cuiuſuis ſubiecti poſſit ſimul à cauſis contrariis alterationes pati. Inde quoque ſequitur, vt corpus vnum poſſit ſimul pati morbum calidum, & frigidum, quod Gale. lib. de cauſis morborum cap. 6. concedit, quamuis fieri non poſſe videatur, vt idem corpus calidius & frigidius reddatur, ſimul à contrariis cauſis noxam ſuſcipiens. Sed iam cauſam dubitandi referamus, & deinde dubium ſoluemus. Aut enim agentia applicita ſubiecto alterando præter id quòd contraria ſunt, æquales habent agendi vires, vel inæquales. Si primum, vnum impediet actionem alterius, & impedietur ab altero, ita vt à nullo ipſorum actio procedat. Si verò agentia contraria ſunt inæqualia, potentius eorum impediet actionem minoris, ita vt actio à ſolo valentiori procedat. Numquam ergo fiet vt actiones contrariorum ſimul procedant per idem ſubiectum, atque eandem ſubiecti partem. Circa hoc dubium intelligendum eſt, quòd vt ex opinione quorundam diximus, verum eſt in diuerſis partibus vnius ſubiecti poſſe contrariorum agentium actiones procedere: id tamen non eſt quod ingerit dubitationem, ſed de ea contrariorum actione qua idem ſubiectum à contrariis agentibus in eadem parte alteratur, quod Galen. rectè probauit. Rurſus intelligendum, quòd ex his, qui concedunt contrarias qualitates ſimul poſſe exiſtere in eodem ſubiecto, quidam dicunt neceſſarium eſſe, ſummam latitudinem qualitatum cõtrariarum impleri, ita vt ſi ſumma caliditas eſt 8. portionũ, cũ caliditate 4. portionum tantum, non poteſt non adeſſe frigiditas 4. ſimiliter portionum, ex quibus omnibus ſumma latitudo ſit impleta. Quidam tamen id neceſſarium eſſe negant, ſed poſſe fieri dicunt, vt cum 4. portionibus caloris, duæ tantùm, aut tres frigiditatis conſiſtant. Apud quos non eſt valde difficilè intelligere quomodo duo agentia contraria ſimul applicita poſſint ſuas contrarias inducere qualitates: nam quod a ſumma latitudine deficit, ab ipſis contrariis ſimul agentibus poterit induci: eſt exemplum, ſi aliquod ſubiectum contineat duas portiones caloris, & duas frigoris, atque accedant duo agentia, quorum alterum ſit calidum ſex portionibus, alterum 6. portionibus frigidum conſtat quod ab his poterit ſubiectum deduci ad 4. portiones caloris, & 4. frigoris: nam neutrum eorum impedietur à reliquo. Ratio eſt, quoniam qualitates, quę in eodem ſubiecto non repugnant, non contrariantur, neque vna impedit alterius generationẽ, ſicuti ſi aliquod ſubiectum ſuſceptiuum caloris & frigoris nudaretur vtraque qualitate, nulla ratione prohiberi poſſet, ne ambæ qualitates ab agẽtibus eas efficere potentibus ſimul inducerentur in eodem ſubiecto. Non enim repugnant quæ cõuenire poſſunt in ſubiecto. Nos tamen conſtanter affirmamus eſſe neceſſarium vt in ſubiecto ſuſceptibili caloris & frigoris, tota latitudo qualitatis ſit adimpleta ex vnica qualitate, aut ex duabus contrariis. Ita vt quod vna non perficit, altera perficiat. Rurſus impoſſibile eſſe dicimus vt ſubiectum aliquod ſuſceptiuum caloris & frigoris, nudetur ab vtraque qualitate. Quod in elementis & mixtis fit. Aut enim elementum ſummam habet vnam qualitatem, aut latitudo contraria implebitur: mixta verò nunquàm non habent ambo contraria, & vtramque contrarietatem, & ſummam latitudinem ex contrariis impleram. Sed tamen quamuis id verum ſit, cum Galeno dicemus, vnum ſubiectum in eadem parte poſſe pati à contrariis agentibus mutationem, per quam non inducentur contrariæ qualitates, ſed contrariarum qualitatum ſimilitudines, quas vocant ſpecies. Vbi enim tactui humano duo agentia applicentur, quorum alterum calidum ſit, & alterum frigidum: ſi ambo ſuas inferrent

ferrent qualitates, cum id ſubiectum iam haberet ſummam latitudinem ex calore & frigore, excederent ambæ ſummam latitudinem. Quod fieri non poteſt. Quoniam calor 7. portionum, nullam frigiditatem tolerat ſecum, vna portione maiorem. Sequeretur enim quòd calor non corrumperet frigiditatem, cum producit ſibi ſimilem in ſubiecto frigido: quæuis enim caliditas quamuis frigiditatem ſecum pateretur. Quòd ſi caliditas aliquam frigiditatem excludit à ſubiecto, quod eſt de ratione contrariorum, non aliam excludet, quàm eam, quæ cum ipſa ſummam excedit latitudinem, idem eſt de contrariorum ratione, nempe vt ſe inuicem excludant à ſubiecto, & ei viciſſim inſint. Quod tamen in eodem ſubiecto ſuas ſimilitudines ſimul contraria inducant, nihil eſt, quod impediat. Nam vbi manus admodum frigida igni admoueatur, ſubitò ſentiet calorem: quo tempore nondum calor inductus eſt in manu, neque aliqua frigoris portio corrupta. Similitudinem ergo per id tempus admiſit, quæ ſummè qualitati contrariæ non repugnat. Sic etiam neque ſimilitudo vehementis caloris, & vehementis frigiditatis pugnabunt. Sed ſi manus applicetur duobus agentibus: quorum alterum ad calorem, alterum ad frigiditatem alterare poſſit, vtrumque ſentiet non per qualitates ab ipſis inductas, ſed per ſimilitudines contrariorum, quas ſimul ſuſcipere poteſt. Quòd ſi agẽtia pares habuerint facultates: neutrum inducet ſibi ſimilem qualitatem, ſed ſolas quas appellamus ſimilitudines, ſiue ſpecies. Quòd ſi vnũ altero fuerit valentius, nõ tamen valde, id quod tale eſt ſimilitudinẽ inducet, ac qualitatem ſibi ſimilem. Quod tamen minus valet, ſolam inducet ſimilitudinem, ſine qualitate. Quod ſi magni interſit, ita vt alterum ſit validiſſimum, alterum verò valde lãguidum: validum ſimilitudinem, & qualitatem inducet, inualidũ neutrùm. Cùm itaque in epiala febre, non magna interſit frigoris & caloris differentia, vtrumque ſuam inducet ſimilitudinem, ob quam ſentiẽtur calor, & frigus: quamuis non neceſſum ſit aliquod eorũ ſui ſimilem qualitatem inducere: ſed aut vnum tantùm, aut neutrũ. Quòd ſi dicta agentia admodum valida fuerint, toti corpori inferent ſenſum calor & frigus. In hunc modum fiunt mutationes in epiala à pituita vitrea, ex parte putreſcente. Habent ea quæ diximus verũ in motibus alterationis: in motibus tamen localibus, de quibus eſt exemplum Galeni de aquæ inundationibus contrariis, & de medicamentis adſtringentibus, ac condẽſantibus mixtis cum his quæ relaxant: quorum alterum mouet coniungendo, alterum ſeparando partes, maximum dubium videtur. De quibus ego dicerem, cõtrarios illos motus non fieri in eiſdem omnino partibus, ſed quaſdam laxari: minus tamen quàm ſi nõ adeſſet ibi medicamentum condenſans: quaſdam verò condenſari, ſed minùs quàm ſi non adeſſet medicamentũ relaxãs. Neque aliter intelligi poteſt quod comprimentia dolorem inferunt ſoluta continuitate, niſi quoniã cùm partes quædam immodicè comprimuntur, aliæ immodicè laxantur, ac diſgregantur. Quod tamẽ Gal. lib. de cauſis morb. loc. cit. dixit, aliquod corpus ſimul reddi calidius, & frigidius, id fieri poteſt vbi poſt magnas humorum calidorum euacuationes, quis febricitet: erit enim is morbus calidus cũ inopia naturalis caloris. Rurſus in toto corpore poterit eſſe morbus calidus ob putredinem, & frigidus, ob frigidam pituitam, quamuis hæ contrariæ qualitates non exiſtãt in eiſdem omnino partibus. Inũdationes quoque contrarias in eadem aqua, ſed diuerſis ipſius partibus fieri dicemus. Solent ſimiliter medici hoc in loco de febre lypiria (quæ à moleſtia nomen accepit) agere, propterea quòd id accidens quod in ipſa æger patitur, ferè ſimile eſt ei quod in epiala: nam in epiala ſimul ſentiuntur calor, & frigus, in lypiria ſimiliter, quamuis non in toto corpore, neque in eiſdem partibus, ſimul vt in epiala, ſed calor hominem interius exurit, extremis refrigeratis. In epiala itaque vt dixit Gal. lib. de inæquali intemperie, non eſt portio adeo parua, in qua homo non ſentiat ſimul calorem & frigus. In inuaſionibus tamen acceſſionum, in extremis frigent homines intimis exuſtis, quod in lypiriis febribus perpetuum eſt. Præterea & in quodam genere febrium ardentium pernicioſo. In his itaque præter hoc quòd extrema refrigerata ſunt, intima exuruntur. Verùm vt diximus lib. 2. progn. in annotationibus noſtris, circa com. 4. Lypiria febris apud medicos Gal. antiquiores, & de ea tantùm dicebatur, quę verè febris eſt & non ſymptoma alterius morbi: nã quæ ſequitur ventriculi aut iecoris inflãmationem, hæc non eſt ſimpliciter febris, neque lypiria, neque epiala, ſed hepatica, aut ſtomatica, vt Gal. ait cõmen. 43. ſect. 7. Apho. Temporibus tamẽ Aëtij lypiria dicebatur, febris orta ab inflammatione ventriculi, ſicut quæ ab inflãmatione iecoris τυφώδης, id eſt, fumoſa. & quæ à pulmone algida, verùm Aëtius neq; Gal. appellationes, & vocabulorum vſum obſeruãt: nam Gal. 7. ſect. Aphor. commen. 43. poſt typhodem meminit hepaticæ tanquam ab ea diſtinctę. Rurſus Gal. 4. ſect. Apho. commen. 48. partes interiores vri exterioribus refrigeratis, euenire dicit, ſolis febribus, quę cauſi ab incendio nominantur, pernicioſis, vel ſi aliter libeat appellare, valde malignis, veluti lypiriis, quas tamen lib. 2. de criſ. cap. 7. explicuit dicens. Et febris ardens maligna, vel pulmonis, vel hepatis, vel ventriculi, eryſipelatibus aduenit. Ecce vbi Gal. lypirias dixit ardentes malignas, & eas ſequi inflammationes harum partium. Licebit igitur apud Galenum & Aëtium febres ex harum partium inflammatione, in quibus extrema refrigerantur (vniuerſo calore retracto ad viſcera, ob alicuius talium inflammationum magnitudinem, veluti à cucurbitula) interioribus exuſtis, lypirias appellare, quod apud Hippoc. non liceret, ni tale accidens ob imbecillam facultatem eueniret, aut ob inflammationem, quæ ſequeretur febrem ipſam quod ſæpe fit translato humore in aliquod viſcerum, non tamen vbi tali inflammatione præcedente febris, vt accidens, ipſam ſequeretur. Hæc ſunt quæ in ſumma affirmare volumus hîc & in annotationibus noſtris circa commentarium Galeni loco citato.

CAPVT VII.

PErmixta pituita putreſcente, ex qua fieri quotidianam docuimus cum bilioſo humore efficiente tertianam, compoſita duplex quæ cauſa & diſpoſitio fuerit. Alter enim humor vno quoque die, alter tertio quoque die committit acceſſionem: ita vt vnus dies duas habeat acceſſiones: alter verò vnam, cum tempora acceſſionis in eaſdem horas nunnoè incidunt, vbi enim incidant, vna erit confuſa, neque tertiana, neque quotidiana exactam ſpeciem ſeruans. Et quoniam vtraq; febris duplex eſt, implexus quatuor erunt. Vnus, in quo tertiana permiſcetur quotidiana: ſecundus, in quo tertiana permiſcetur continua quotidiana: tertius in quo permiſcetur quotidiana tertiana continua: quartus autem, in quo permiſcetur

quotidiana continua tertianæ continua. Cæterùm vniuſcuiuſque dictorum implexuum differentia duplex eſt. Interdum enim omnes acceſſiones eodem tempore ſimul inuadunt, quandoquè diuerſis temporibus acceſſiones prehendunt. Sed hi cognoſci facile poſſunt, præterquàm quòd ſæpe intermittens minimè cognoſcitur à parum exercitatis: quoniam ægri nunquam deducuntur ad integritatem, ſed oportet ſpeciem conſiderare acceſſionis, quemadmodum ſecundo libro de iudicio ſatis dictum iam eſt, & inde cognoſcere non ex ipſa circuituum proportione.

2 *Subiiciatur enim veniſſe cuipiam circa horam primam acceſſionem ſimul cum rigore, qui videatur vulnerare carnem laborantis, deinde omnia alia tertianæ febris indicia vſque ad vigorem proceſſiſſe: cum vomitu bilis ſimul cum ſudore benigno inclinare, atque eſſe iam diei horam nonam. Porrò coniectare nos ex toto acceſſionis motu, circa vndecimam horam ſine febre fore ægrotum, ea ſcilicet integritate, quam in circuitibus nominare ſolemus. Ita vero ſperantibus ſtatim ſubſiſtere ſudorem. aut denſata ſolum, aut etiam inhorreſcente cute Deinde initium, atque incrementum & ad hæc vigorem in genere continuæ febris pituitoſæ ſequi: duplicem profectò ita cognoſcemus cauſam eſſe ac ſpeciem febrium mixta intermittente cum continua, quamuis nulla inueniatur intermiſſio. Ac ſequenti quidem die ſperamus prehenſuram acceſſionem hora nona, & ſi vt expectabamus res ipſa euenıat, penitus tertio die ſimiliter ſperabimus, adhuc febricitante ægroto, iterum prehenſurā cum tertiana febris acceſſionem hora prima Quòd ſi præuenerit, aut cunctetur acceſſio, quam ſecunda die ſperabamus fore hora nona, atque ea quam tertio die credebamus futuram prima hora. non etiam poſthac ſequentibus diebus, neque nonam horam, neq; primam expectabimus, ſed tantò priùs aut poſterius quantò proportio prima circuitionis acceſſionem præueniſſe ab hora qua initio cepit, aut tardaſſe, indicauit Vtra verò earum deſitura ſit prius, tum ex febris ſpecie coniectandum eſt, tum ex ipſa acceſſionis longitudine, & magnitudine & more, & motu, & item circuituum repetitione, & anticipatione & tardatione, & ad hæc indiciis quæ poſtea apparent cruditatis & concoctionis totius morbi, quorū in vrinam maxima cenſentur. Ac de his omnibus libro de iudiciis ſatis dictum eſt. Quòd ſi pituitoſa continua nequaquam ad nonam horam, ſed quintam aut ſextam excipiat intermittentem biliofam quæ prima hora incepit, adhuc difficilior cognitu eſt vulgo iſti medicorum, quibus talis conſideratio minimè cura eſt, an ſcilicet ſit vnum febrium genus quod infeſtat an duo, & quodnam vtrumque ſit. Cæterùm tanquam nihil horum cognoſcentes, non ſolum neſciunt. quonam modo oporteat curare eas quæ nequaquam cognoſcuntur qualeſnam ſint, neque vtrum ſecunda die ſuſpectas habere conueniat vtraſque horas quas prima die acceſſiones attulerunt. Ego namque (ſcio) viſus ſum eis ſæpenumerò vaticinando potius quam præſentiendo, vt medici ſolent coniecisse initium acceſſionis.*

COMMENTARIVS.

PRocedit ad febrium commixtarum enarrationem poſteà quàm abundè docuit, quo modo ſimplices febrium ſpecies comprehendi debeant propriis ac impermixtis notis: commixtas enim febres nemo rectè nouerit, niſi peritus fuerit in ſimplicium dignotione. Permiſcentur autem biliosa & pituitoſa, de quibus modo agit, & deinde de febre ſanguinis, quæ inter impuras recenſetur: interim quoque de mixtione quartanarum, quæ à melancholico humore ortum habent. Prætermiſit tamen dicere de mixtione febrium quæ cum loci paſſione fiunt Neq; etiam ex profeſſo agit de febribus mixtis in hoc libro, ſed de ſimplicibus tantùm: de reliquis namque libro de typis, vt infra cap. 10. inquit docet. Pituitoſa itaque febris biliofæ quatuor modis miſcetur: aut enim miſcetur pituitoſa intermittens bilioſæ intermittenti: aut pituitoſa intermittens bilioſæ cōtinuæ, aut pituitoſa continua bilioſæ intermittenti: aut pituitoſa cōtinua bilioſæ continuæ. His tamen mixtis euenit, vt altera dies vnicam tātum habeat acceſſionem quotidianæ febris, altera verò duas, vnam quotidianæ, alteram tertianæ febris propriam: vbi duarum prædictarum febrium acceſſiones non coincidant in eandem horam, quas complicitas febres dicimus. Nam vbi acceſſiones coincidant, cōfuſæ appellantur: quo tempore ſemel tantùm accedet febris in ſingulis diebus, præterquam quòd altera ſimplex erit a ſola pituita procedens, altera verò confuſa à bile & pituita. Sed febres ſeparatim inuadentes facilè eſt deprehendere, niſi medicus fuerit parum exercitatus. Is enim vbi tertiana intermittens quotidianæ continuæ miſceatur, quamuis diuerſis temporibus fiant acceſſiones: quoniam non peruenit æger ad infebricitationem, non cognoſcet febrem tertianam intermittentem. Sed vbi per ſe totas confundantur, ita vt acceſſiones eodem tempore inuadant (vt in hemitritæo, de quo dictutus eſt) non facilè mixtio deprehenditur. Cæterùm antè quàm aggrediamur eius exemplum quod habetur in parte ſequenti, vniuerſali via expedit vt febrium omnium commixtiones perſequamur. Febres namque quædam fiunt cum loci alicuius paſſione, quas non ſolet Hippocrates febres appellare: ſunt enim accidentia aliorum morburum, vt pleuritidis, aut phrenitidis, aut ſimilium. Quædam verò fiunt ſine loci alicuius paſſione, quæ ſunt propriè tales: de quibus ſont febres quæ ex humorum putredine ſine partis inflāmatione fiunt. Rurſus quæ fiunt cum partis alicuius paſſione, aut fiunt vnica tantùm parte affecta, aut pluribus. Si plures partes inflammentur, aut inflammationes ſunt diuerſorum generum, vt phlegmone, & eryſipelas, aut eiuſdem, vt ſi ambæ partes, aut plures phlegmone tantùm laborent, aut ſolo eryſipelate. Si enim inflammationes diuerſorum generum fuerint, erunt quoq; febres inde ortæ diuerſorum generum: non diuerſorum ſi eiuſdem. Quòd ſi vnica tantùm particula affecta fuerit, aut inflammatio erit ſimplex, & febris erit ſimplex, niſi interim humor in alteram migret naturam, vt cum ſanguis inflammationis putreſcit. Aut compoſita, vt phlegmone eryſipelatodes, aut eryſipelas phlegmonodes, aut phlegmone œdematodes, aut œdema phlegmonodes, aut eryſipelas œdematodes, aut œdema eryſipelatodes. A quibus omnibus febres procedent non mixtæ ex diuerſis naturis, ſed confuſæ. Quas etiam expertus medicus facilè deprehendet: partim ex natura febris inde ortæ, partim ex ſuprà dictis notis Quòd ſi febres ſine locorum affectione fiāt, miſceri multis modis contingit: nā aut miſcetur cum aliis eiuſdē generis, vt tertianæ, tertianis: quotidianæ quotidianis: quartanæ quartanis. Quo fit vt ob multas intermittētes, homo nunquā integrè liberetur à febre, ſiue febrili acceſſione. Fit ſimiliter, vt duæ tertianæ, quotidianas inferāt acceſſiones, ſicut & tres quartanę: quāuis plures duabus tertianis, & tribus quartanis miſceri viſum ſit. Aliquādo etiā vidimus duas tertianas eadem die, & ſequenti, nullam febrem accedere: & duas quotidianas eadē die naturali accedere, & ſequenti nullam, & duas quartanas miſceri frequentiſſimum eſt, tertio die nulla accedente. Fit quoque, vt ſingulæ harum intermittentium febrium miſceantur cum aliis ſui generis continuis, vt tertiana intermittēs cū tertiana continua:

nua: aot quotidiana intermittens cum quotidiana continua: aut quartana intermittena eum quartana continua. Ad quas dignoſcendas opus eſt, vt acceſſio continuæ non eoincidat in eandem horam cum acceſſione intermittentis: aliàs enim difficilè deprehendentur. Miſeentur quoque febrea vnius generis eum febribus alterius genetia, vt tertiana quartanæ, aut quotidianæ: aut continuæ, aut intermittenti: cuius ſunt 4. membra quæ habentur à Gal. in præſenti cap. Nam aut tertiana intermittens miſcetur quotidianæ intermittenti, aut quotidianæ continuæ: aut tertiana cõtinua miſcetur quotidianæ intermittenti, aut quotidianæ continuæ: in quibus etiam contingit, vt tertio de inuadente tertiana acceſſione, quotidianæ acceſſio & tertianę eadem hora apprehendã̄t, & tales appellantur confuſæ: aot non eadem hora, & appellantur complicitæ. Iam ergo, vbi miſceatur febris tertiana intermittens cum quotidiana continua, & acceſſio quotidianæ, & tertianæ eandem boram inuadentes occupent. Confuſæ febrea erunt, & bemittitæus exquiſitus à Galeno appellatur: vbi humores æquis portionibus miſceantur, quemadmodum ſi diuerſis horis inuaſiſsét, eſſet hemitritęus nó exquiſitus. Poſſent quoque febres dictæ cum quartanis miſceri, vt tertiana intermittena cum quartana cõtinua, aut eum quartana intermittente: & tertiana continua eum quartana continua, ant intermittente, & his aut complicitis, aut confuſis. Modo dicto de tertiana & quotidiana, pituitoſa quoque melancholicæ miſcetur, vt quotidiana intermittens, quartanæ continuæ, aut intermittenti: & quotidiana cõtinua quartanę continuæ, aut intermittenti, & his, aut complicitis, aut confuſis. Poſſent quoque & tria ipſa genera miſceri, multíſq; modis complicari aut confundi: quorum omnium exempla notiſſima ſunt. Neque etiam negamus poſſe complicari febres, quæ habent ortum à loco aliquo patiente eum his, quæ fiunt ſine ipſo: nam vidimus hominem febre tertiana laborantem, eui ſuperuenit morbus lateralis enm febre cõtinua tertiana, qui tertio quoque die acceſſionem tertianam cum rigore patiebatur: & diebus intermediis incrementum tertianum, quod continuæ tertianæ ortæ à morbo laterali reſpondebat. Vidi quoque quotidianam febrem, eui ſuperuenit morbus lateralis eum febre continua: aderántque tertio quoq; die duæ aeceſſiones. Poſſunt nihilominus complicari febrea diuerſorum generum primorum, vt diaria, putrida, & hectica, de quibus ſupra dictum eſt. Sed rurſus ad Galeni literam redeamus.

Cuius ſecunda pars incipit (Subiiciatur) in qua docet in exemplo mixturam quandam quotidianæ, & tertianæ febris, quarũ tertiana intermittebat, & quotidiana erat continua, apprehendit namque febris hominem hora prima ſummo manè cum rigore ad formam veræ & exquiſitæ tertianæ, quam diximus ſua tempora intra 12. horarum ſpatiũ includere. Hora itaque nona incepit homo ſudare ac vomere biliosa, de quo credendũ erat ſine febre manſurum hora vndecima: factum eſt tamen hora ipſa nona, vt cutis denſata fuerit, atq; horruerit homo, & inde proceſſerit febris ad quotidianæ continuæ ſpeciem. Quo caſu ſequẽti die inquit: Similiter ſpectabimus hora nona acceſſionem quotidianæ futuram. Quod ſi ita euenerit, tertio ſimiliter die ſperabimus hora prima futuram acceſſionem tertianæ. Quo ſi ſecunda die acceſſio quotidianæ nõ fiat hora nona, neque acceſſio tertianæ fiat tertio die hora prima, non amplius ſperabimus, eas illa hora qua prius, prehenſuras, ſed tantò citiùs aut tardiùs, quantò proportio tarditatis aot accelerationis ſecundæ acceſſionis exigit: ita vt ſi ſecunda ante horam primæ acceſſit horis duabus: ita tertia ante horam ſecundæ fiet, vt duabus perueniat horis. Hæc Galeni regula ſæpiſſimè fallit: quod dixerim, ne tyrones talia prædicere ſint auſi. Verùm ſi febris quotidiana continua, quæ ſecunda die acceſſit, non hora nona, ſed ſexta acceſſiſſet, difficilius deprehenderetur: quoniam nondum notum ſatis eſſet vulgo medicorum an prima finiri deberet ſudore, & bilis vomitu, & an ſequens diuerſa eſſet ab illa: quoniam hora 6. nondum finem futurum indicauerat. Cùm tamen huiuſmodi febres dicto modo coniunguntur, docet prædicere. Quænam earum citius finiri debeat ex regulis Hippoc. lib. 1. Aphoriſm. acceſſiones, & conſtitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & reliqua, quæ in eo habentur, cum ſignis coctionis, & cruditatis: de quibus multa dixerat lib. de Criſib. & nos in noſtris expoſitionibus prognoſtic. Hippoc.

CAPVT VIII.

PEr hanc igitur mixtionem (de qua nunc agimus) tertiana cum ea quæ quotidie accedit, vidi interdum circa primam horam prehendere acceſſionem exquiſita tertiana, circa ſextam autem exiſtere acceſſionem eius, quam recentiores medici propriè nominant καθημερινὸν, id eſt, quotidianam. Solent enim ita nominare febrem quæ ſingulis diebus accedit, nequaquam deſinens ad integritatem. Ipſe verò ſolitus ſum talem nominare ἀμφημερινὸν συνεχῆ, id eſt quotidianam continuam, nomen enim καθημερινὸν nequaquam licet inuenire apud quenquam Græcorum ſcriptum, ſed ἀμφημερινὸν appellãt rem omnem quæ ſingulis diebus ſimiliter fit. ſed vt Plato dixit, contemnere oportet nomina eos quibus tantarum ac talium rerum propoſita eſt conſideratio. Appelletur igitur, gratia clarioris doctrinæ, ea quæ ſingulis diebus accedens deſinit ad integritatem, quotidiana ſimpliciter, nihil inſuper addendo ei per orationem: ea verò quæ minimè deſinit quotidiana continua: ac liceat tibi, ſi libeat, alteri adiicere, intermittens. Pari ratione dicendum, & de ea quæ tertio quoque die accedit. Altera enim differentia tertiana ſimpliciter, vel etiam intermittens tertiana habetur, altera tertiana continua eſt. Licet verò & continuã tertianam nominare tertianam ſimpliciter ſine adiectione vlla: quemadmodum nonnulli appellant. Sed enim non opus eſt fuſius diſputare de nominibus: ſed redire ad inſtitutum. Nam ado- 2
leſcens in quo dixi implexum extitiſſe tertiana cum quotidiana continua, prima quidem die manè incepit cum rigore tertianæ proprio febri, alia omnia ſeruans exquiſita tertianæ indicia vſque ad ſextam horam, ſubitúmque vomitum biliosum, ac paruum ſudorem, à quo ſtatim contractus eſt atque inhorruit homo: deinde rurſus prehẽdente acceſſione, pulſus erat paruus & inæqualis: poſt vſque ad horam vndecimam, ſuccenſa adhuc paulatim, pleráque ipſius acceſſionis habebat propria: pauca verò quæpiam ipſius quoque incrementi: deinde vſque ad noctis horam quartam incrementum diligens erat, poſt in eadem magnitudine permanebat ad ipſum quidem ſenſum, vſque ad horam noctis ſextam. Vnde iam perſpicuè videbatur inclinare vſque ad quartam horam in ſecundo die. In ea enim contrahebatur atque ipſius acceſſionis indicia oſtendebãtur, partibus quidem ipſius extremis frigidioribus euadentibus, pulſu autem paruo: atque increſcebat vſque ad veſperam paulatim, neque horrorem quempiam, nec inæqualitatem aliam efficiens: deinde rurſus vigebat circa horam quartam noctis, ac ſenſibiliter inclinare incipiebat circa ſextam.

tam. Ac quòd quidem tertia die hora circiter ſecunda oportebat eius expectare acceſſionem fore quotidianam, perſpicuum erat: non tamen tertiana an ſeruatura eſſet eandem horam, an non perſpicuum erat. Acceſſio igitur horrifica incepit hora ſecunda, quacitiùs quam pro acceſſione, in prima ac ſecunda die continua quotidiana increſcens vſque ad quintam horam, initium rurſus alterum fecit poſt quintam horam, atque ei erant omnia ſymptomata ſimilia iis, quæ ſecunda die extiterant. Deinde rurſus increſcens promptius vſque ad octauam horam, rurſus horruit in illa hora, ac paulo pòſt acceſſio promptè aſcendebat increſcens: ita vt circa horam noctis quartam ad conſiſtendi vigorem deduceretur. Ecquidnam aliud quam exquiſita ſemitertiana hæc acceſſio extitit? Cùm duæ febres eadem hora inciperent, eo quòd quæ ſingulis diebus repetebat, duabus horis præueniſſet: tertiana verò duabus horis tardaſſet. Quocirca nitenti dignoſcere ſpeciẽ febris perſpicuè videri potuiſſem tẽperata ac permixta tertianæ, ac continuæ quotidianæ ſymptomata. Cùm enim tertiana cum rigore incipiat, quotidiana verò ſine rigore permixta ex vtriſque horrorem ſtatim inferebat, rem quidem minorem rigore, maiorem verò frigore: ac tantò maiorẽ frigore, quanto minor rigore eſt. Quapropter æqualiter diſtans ab extremis vtriſque horror in medio amborum collocatur, rigoris ſcilicet atque frigoris: id quod temperatis inuicem extremis potiſſimum fieri ſolet. Ergo non ab re nomen tali febri ſemitertianam indiderunt. Temperata enim ex quotidiana continua ac tertiana intermittente, totius ſuæ naturæ partem dimidiam vtramque prædictarum febrium habet. Vt igitur hemionus, id eſt, mulus eſt ac ſemiduus dictus, eodem modo ſemitertiana. Mulus enim medietatem quidem equi conducentis ei ad generationem, medietatem verò aſini habens ab altero eorum tantummodò dictus eſt. Et ſemideus, indicatur quidem participare dei medietatem: quòd autem homo ſit altera ex parte, omittitur. Itidem ſemitertiana, medietatem alteram habet tertianam, medietatem
3 alteram quotidianam continuam. Sed duplex modus generationis eius eſt, aut enim in vnum tempus duæ acceſſiones concurrunt, vt paulò antè dixi, quia altera præuenit, altera cunctatur: aut ambæ ſtatim ab initio inuicem temperantur. Ac quæ quidem ambabus in vnum tempus coeuntibus fit, vnam ſolam habet acceſſionem naturæ ipſius ſemitertianæ: altera verò omnes ab initio morbi vſque in finem quæ maximè propriè ſemitertiana ab omnibus nominatur. Sed de hoc paulo pòſt agetur, potiſſimum propter Agathi-
4 num & Archigenem. Adoleſcentis igitur quem noſtra narratio ſuppoſuit, tertio die tali veniente acceſſione, propterea quod in vnum tempus ambarum febrium acceſſiones incidiſſent præueniente duabus horis quotidiana ipſius acceſſione ſemper, tertiana autem cunctante ſemper duabus, acceſſio quarta die incepit, oriente ſole ſpeciem ſeruans exactam febris pituitoſæ. Futurum autem ex proportione erat, vt quinta ab ea acceſſio inciperet circa decimam horam noctis, quoniam ſemper præueniebat horis duabus ab initio: tertia autem acceſſio febris, biliosæ habitura principium erat quinta die, hora quarta, ita vt medium interſtitium initii duarum acceſſionum foret ſex horarum, quod etiam factum eſt, circa decimam horam quartæ noctis incipiente acceſſione ſecundum ſpeciem pituitoſæ febris: atque ita procedente vſque ad horam quartam diei, coeunte verò cum biliosa ſimul modico rigore, deinde rurſus permixtam ſpeciem habente acceſſione ſecundum biliosæ ſimul ac pituitoſæ ſpeciem. At verò ſubſequenti nocte circa octauam horam pituitoſa febris incipiens exquiſita, ac ſola, totam obtinuit ſequentem diem, quæ ſexta fuit: tum autem vſque ad mediam noctem inclinans, inde rurſus incepit eodem modo. Poſtea reliquam noctis medietatem, & tempus vſque ad meridiem ſeptimæ diei obtinens, iam quodam modo inclinauit. Sed tertiana ei ſucceſſit cũ rigore incipiens, quemadmodum ſolet incipere exquiſita tertiana, atque alia omnia eodem modo exquiſita afferens indicia, bilis vomitum effecit, & deiectionem biliosam, & vrinam bonã, & quendam madorem crepuſculo veſpertino, indicans perſpicuè iis qui didicerunt cognoſcere genera febrium, quòd remitteretur, atque inclinaret, & ſoluenda eſſet poſt vnam, vel (cùm tardiſſime) alteram circuitionem. Etenim inclinatio facilitatem habuit mirabilem quandam & qualẽ nulla ex prioribus, vſque ad horam noctis quartam. In illa enim febris pituitoſa ſingulis diebus accedens, horis autem duabus præueniens incepit, atque occupans totam noctem, & totam ſequentem diem, rurſus incepit octaua nocte, ſecunda hora: quam quidem noctem totam occupans inclinauit ſequenti die nono. Acceſſio autem tertiana erat futura in illa die circa octauam horam: quoniam duabus horis cunctabatur. Sed tunc circa horam nonam incepit, indicans adhuc eo ſuam inclinationem. Sole autem occidente comitatum cum ea acceſſio pituitoſa, anticipando inuadens, quemadmodum ſolita erat, & noctem occupans illam, & ſequentem diem, rurſus incepit decimo die, hora decima. Deinde rurſus vndecima die hora octaua exactè permanens pituitoſa: deinde circa horam noctis primam, initium horrificum tertiana febris quatuor horis tardantis extitit, tum autem ſexta hora noctis venter deiecit biliosa, & quidam in toto corpore ſudor extitit. & poſt hæc tota inclinatio propè integritatem deuenit, atque erat iam perſpicuum tertianam deſtitiſſe integrè, pituitoſam autem eſſe relictam ſolam iam & inclinantem. Has igitur ob res circa duodecimam diem, nec inſuper acceſſio præuenit horis duabus, quemadmodum antea ſolita erat: ſed ſeptima hora incepit, deinde circa decimamtertiam haudquaquam ſexta: ſed tardauit, ac ſeptima hora incepit, oſtendens inſignem facilitatem atque inclinationem. Quartodecimo autem die inclinatio multò melior extitit, atque acceſſio incepit hora nona, & in vrina inſigne concoctionis indicium apparuit, prænuntians fore ſolutionem futuro decretorio: ſed de hoc nunc non eſt ſermo, niſi obiter. Quòd autem ſæpenumerò permiſceantur diuerſi generis febres medicorum vulgus latentes biliosæ ſcilicet pituitoſis, itémque continuæ intermittentibus, præſcriptus ægrotus abundè indicauit.

Horror eſt quid mediũ inter rigorẽ & frigus.

COMMENTARIVS.

IN præſenti cap. exemplum quoddam longè perſequitur, in quo docet naturam hemitritæi exquiſiti & non exquiſiti. Prius tamen eùm de commixtione tertianæ & quotidianæ acturus ſit, horũ nominum ſignificationes ex communi conſuetudine hominum interpretatur, Græca nomina ſunt, ἀμφημερινὸς, & καθημερινὸς, hoc eſt, quotidiana, & ἀμφημερινὸς συνεχὴς, hoc eſt quotidiana cõtinua, & τριταῖος, hoc eſt, tertiana, τριταῖος συνεχὴς, id eſt tertiana continua, & τριταῖος ἁπλῶς, hoc eſt, tertiana abſolutè, & τριταῖος διαλείπων, id eſt, tertiana intermittens, litera Galeni nota eſt. Vbi tamẽ legitur, nominare tertianam ſimpliciter, Græcè ὀνομάζειν δ' ἰα τρίτης ἁπλῶς οὕτως, hoc eſt, nominare ſimpliciter ſic, quę per tertium. Sed tamen diſputatione de nominibus prætermiſſa ad exemplum rurſus redit, de quo eſt.

Secunda pars, quæ incipit (Nam adoleſcẽs in quo dixi.) In exemplo adoleſcentis docet qualis ſit natura ſemitertianę exquiſitę, ac duobus modis ipſam fieri poſſe: nam eùm ſemitertiana exquiſita, continua & horrida eſſe debeat, eam non aliter fieri contingit, niſi vbi biliosæ & pituitoſæ febris confuſio accidat. Vt ſi biliosa intermittens pituitoſæ febris continuæ miſceatur, ita vt ſimul tempore ipſarum acceſſiones inuadant: tũc enim horror fit, tanquam media quædam diſpoſitio inter rigorem, qui fieri ſolet à ſola tertiana, & refrigerationem, quę fit à ſola quotidiana: inde quoque mutuæ reduplicationes,

tiones,ac multi horrores fiunt. Talis diſpoſitio adoleſcenti accidit tertia die, habuítque vnicam tantùm exquiſiti hemitritæi acceſſionem. Sunt tamen quædam talium febrium confuſiones ab initio tales,in quibus omnes acceſſiones fiunt exquiſiti hemitritæi. Exemplum notum eſt, neque noſtra eget expoſitione: vbi tamen legitur (diligens) Græcè habetur ἀκριϐὲς, hoc eſt, exquiſitum. Et meritò exquiſitum dicebatur augmentum: quoniam licet antè augeretur febris id tempus non erat, verum febris augmentum, ſed aut principium, aut inæqualitas. Similiter vbi legitur(mulus enim) Græcè ὁ τὲ γὰρ ἡμίονος hoc eſt, ſemiaſinus enim: nam quamuis,mulus ſignificet ſemiaſinum, id tamen vocabulum non eſt ſumptum ab altero eorum,à quibus ſemiaſinus habuit generationem. Mulus namque, neque nomen eſt acceptum ab equo,neque ab aſino,& inde inepta fit Laurentiani lectio. Id verò hoc loco admonendum duximus, quòd ſi quando lectores hæc, quæ nos in corrigenda Laurentiani verſione annotauimus, in Galen. libris perfecta & integra legerint, nobis accepta referant: nam nos correctiſſimo codice vtimur modo.

CAPVT IX.

SEd cùm de his ſatis dixerimus,ad id quod paulò antè promiſimus, rurſus venimus. Compoſita enim ex tertiana & quotidiana continua (quam vocamus ſemitertianam) vel habet flauam bilem exuperantem, proindéque flaua bilis ſymptomata vehementia: vel hanc pauciorem, pituitam verò copioſiorem, proindéque quotidiana continua pathemata certiora: vel neutrum altero humore exuperantiorem, ſed ambos æquales, quæ ſanè exquiſita ſemitertiana eſt,talis ſpecie qualem Hippocrates indicauit, ſcribens libro primo Epidemiwr ad hunc modum: Plerique in hunc modum afficiebantur. Febris horrifica, continua, acuta, in totum minimè intermittens. Modus autem ſemitertianæ erat, diem quidem vnum habens leuiorem, altero autem grauius affligens, atque ad acutiorem diſpoſitionem increſcens. Horrificam autem dixit,non ſimpliciter febrem incipientem cum horrore (nam innumeris febribus id accidit, de quibus deinceps docebo) ſed in qua bonam partem acceſſionis horror occupat altera duntaxat die, in qua ſimul inuadunt tertiana ac quotidiana continua. Sequens enim dies quotidianam tantummodò habet. Quocirca prima dies magna ex parte permixtam ex vtriſque febrem committit: ſecunda autem continuam quotidianam. Interdum enim prima die incipere pituitoſam, ſecunda autem vtramque contingit. Acceſſio igitur communis ex vtriſque quoties æquales fuerint humores, talis eſt, qualem paulò antè deſcripſimus ſemitertianam. Vbi verò tertiana exuperat, febris magis horrifica eſt, & aliquid vigoris in acceſſione aſſumit. Statim itaque calidior talis eſt atque ardentior, ac celerius peruenit ad conſiſtendi vigorem: & item quendam bilis vomitum, vel deiectionem, vel madorem infert. Vbi verò humor pituitoſius exuperet, frigus extremarum partium exuperat, & horror paruus eſt,& pulſus contractio fortior ac diuturnior eſt, ac lente acceſſio increſcit, & multo poſt tempore viget: non tamen ſitim efficit, neque ardorem, neque vomitus, neque deiectio biliosa, vel mador per eam exiſtit. Atque huius mixtionis duarum febrium etiam Archigenes ipſe in notitiam quandam deuenit,ſed confusè & incertè,quemadmodum indicauimus ſeptimo libro,quem contra ipſius commentarios de palſibus effecimus. Exiſtimat enim in ſemitertiana quandoque exuperare tertianam febrem,quandoque quotidianam: non tamen mixtionem æqualem earum, quæ ſola ſemitertianam exquiſitam committit, aut cognouit, aut indicauit,ſed penitus omiſit. Cùm enim æquales magnitudine ſunt intermittens tertiana & quotidiana continua, initium acceſſionis cum horrore exiſtit, id enim medium rigoris perfrictioniſque exiſtit, è quibus alterum tertianæ, alterum quotidianæ continuæ ineſt. Incrementum verò poſt initium propter tertianam facilè ſuſcipit caliditatem, atque ad conſiſtendi vigorem feſtinat: propter pituitoſam autem tardam, quantum in ea eſt efficientem incrementum, inhibetur atque interrumpitur. Atque eſt veluti quædam pugna ſymptomatum, interdum incaleſcente ægro, quoties tertianæ calor vehementius agens ad cutem humores effert, deſinente autem interdum ac retrahente intrò huius motum pituita, quæ otioſa ac frigida eſt ex natura, ac difficilè mouetur,& tardè tranſmeat. At vero in tali pugna, exuperante frigido humore contractio efficitur, & horror ac frigus partium extremarum & cutis: ita ut altera acceſſio rurſum incipere videatur. Quòd ſi calidior exuperet vniuerſim caleſiunt, & propè ad vigorem perueniſſe videntur. Dein paulò poſt exuperante pituitoſo, ægri rurſus contrahuntur, refrigerantur & horrent. Idque minimè deſinit vſque ad conſiſtendi vigorem, qui maturius quàm pro pituitoſo humore, tardius quàm pro bilioſo exiſtit: quoniam pituitoſus detinet bilioſi celeritatem, bilioſus tamen tarditatem ac ſegnitiem pituitoſi accelerat. Atque huiuſmodi quidem exquiſita ſemitertiana eſt, ex æquali temperamento duarum febrium, & duorum humorum effecta. Ea verò quæ minimè exquiſita eſt,vel humorem bilioſum,vel pituitoſum obtinet ampliorem.

COMMENTARIVS.

IN hoc capite tres ſpecies hemitritæi exponit, quarum vna eſt hemitritæus exquiſitus: duæ verò non exquiſiti. Nam quo tempore febris tertiana & quotidiana miſcentur, ac confunduntur ſimul inuadentes, bilis & pituita æquis potentiis occurrunt, aut inæqualibus, ſi primùm is erit hemitritæus exquiſitus, qui ſeruabit duas conditiones quas antè diximus, vt ſimul inuadant acceſſiones tertianæ & quotidianæ, & vt pari menſura occurrant. Vndè talis fiet febris, qualis ab Hippocr. depingitur libr. 1. de Morb. pop. par. 1. ſection. 24. horrifica, continua, acuta, in totum minimè intermittens, vnum diem habens leuiorem, alterum grauiorem. Neque dicitur horrifica, quoniam cum horrore inuadit, ſed quoniam magnam partem acceſſionis habet cum horrore repetente ob mutuam pugnam bilis & pituitæ: quarum bilis rigorem ea natura ſua facere ſolet, pituita verò refrigerationem, media tamen diſpoſitio eſt horror. Contendente ergo bile ad augmentum, & caloris accenſionem, interim pituita refrigeratione vincens bilem, reducit febrem verſus initium,ac horrorem infert. Et licet pituita faciens febrem continuam, non ſoleat refrigerationem inferre,ſed cutis condenſationem, & inſultum quendam, quia humor non truditur à vaſis extra: quoniam tamen pituita bili miſcetur, & natura tentat bilem, quæ tertianam efficit intermittentem extrà mittere, & pituita cum ea confunditur, accidit vt refrigeret aliquatenus, & inde mixta inſurgat diſpoſitio, in die qui reſpõdet motus febris tertianæ. Sunt tamen hemitritæi non exquiſiti duæ ſpecies, in quarum altera bilis ſuperat pituitam, atque apparent ſymptomata febris bilioſæ maiora quàm pituitoſæ: in altera verò vincit pituita bilem, & apparent ſymptomata febris pituitoſæ maiora. Quòd ſi æquis portionibus miſceantur,vt de exquiſito hemitritæo

diximus, euenit, vt bilis celeriter moueatur, & citius ad vigorem peruenire contendat: pituita tamen tardius moueatur, & calorem concipiat, & vt acceſſio horrores multos habeat vſque ad ſummum vigorem, & citius ad ipſum perueniat, quàm acceſſio quotidianæ, tardius verò quàm tertianæ. Sed de his ſatis, nota enim ſunt quæ à Galen. habentur in litera. Ne tamen dubium relinquamus, pauca quædam dicemus circa id, de quo medici ſolent longius decertare: An febris ex ſola pituita ſit longior ea, quæ fit à pituita & bile mixtis. Hemitritæum namque, & febrem tertianam notham febre quotidiana ex ſola pituita procedente, longiorem eſſe Hippoc. viſus eſt velle. lib. 2. prognoſt. 23. cùm dixit: Variegatæ deiectiones his diuturniores ſunt, ſed nihilominus lethales. Sunt autem tales ramentoſæ, biliosæ, & cruentæ, & porraceæ & nigræ: nonnunquam quidem ſimul, nõnunquam verò viciſſim procedentes. Et Galen. in commen. inquit: Deiectio variegata multas habere indicat affectiones, & ob eam rem tractu temporis eget ad coctionem, & ratio ibidem à Galeno ſcribitur. Nam ſi cauſæ ſeiunctim occurrunt, cùm diuerſæ ſint, aliqua earum erit contumax: ſi verò ſimul occurrant, longus fiet morbus, cùm natura ſit cum multis pugnatura: difficilius namque eſt multos, quàm vnum debellare. Docet quoque experimentum, tertianam notham ſæpe ad 48. horas extendi, & quotidianam non tranſgredi 24. Veruntamen Galen. in præſenti cap. contrarium ſentire videtur, qui hemitritæum, compoſitam febrem ex biliosa & pituitoſa, minus longum oſtendit ipſa febre pituitoſa, dicens: Incrementum verò poſt initium propter tertianam facilè ſuſcipit caliditatem, atque ad conſiſtendi vigorem feſtinat: propter pituitoſam verò, tardum quantum in ea eſt efficientem incrementum inhibetur, atque interrumpitur. Dubium pendet ex cognitione cauſarum, quæ poſſunt longos, aut breues efficere morbos in vniuerſalibus ſuis temporibus, aut in particularibus ſuarum acceſſionum: eædem enim ſunt cauſæ, quæ poſſunt longam efficere acceſſionem aliquam, aut totum ipſum morbum. Nempe ex humore craſſitudo, aut tenuitas: multitudo, aut paucitas: & lentor, aut inciſio. Ex facultate robur, aut imbecillitas: ex corporis diſpoſitione clauſio, aut apertio meatuum. Reliquis itaque paribus in quæſtione præſenti, cauſas tantùm ex natura humorum facientium febrem ſimplicem, aut compoſitam, coniectari oportet. Simplex cauſa eſt pituita febrem efficiens quotidianam. Compoſita verò, quæ efficit aut tertianam notham, aut hemitritæum. Diuerſa tamen eſt compoſitio: nam in tertiana notha humores poſſunt ad vnicam formam reducti eſſe, ita vt bilem efficiant, quam appellant pallidam, ex pituita mixta bili reductis ad vnam formam: aut ſub propriis formis manentibus bile & pituita, poterit tertiana notha procedere: in hemitritæo tamen humor biliosus & pituitoſus ſuas ſeruant formas in confuſione, quamuis ſimul moueantur. Præterea tenuis humor & calidus citius mouetur ad putredinem, & motus citius reſoluitur, aut ſi coqui debet, citius coquitur. Hinc morbi acuti à calidis & bilioſis humoribus fiunt, ſicut diutini à frigidis pituitoſis, aut melancholicis: hi enim tardius aut coquuntur, aut diſcutiuntur, ob frigiditatem, & craſſitiem: nam quod acceſſiones morbi comitialis breues ſint, id non efficit humoris tenuitas, aut calor, ſed quod in locum alium tranſponitur in quo morbum eum efficere non valet. Poteſt etiam morbus aliquis ex craſſis, & frigidis humoribus pendens, breuior fieri quàm alter ex calidis & tenuibus, vbi is à multo humore, ille verò à pauco fiat, quod ſimiliter euenit in tertianis nothis, quas longiſſimas acceſſiones habere videmus, & longiores quotidianis euenientibus à ſola pituita (craſſo ac frigido humore) quoniam ex pituita & bile mixtis, maior copia aceruatur in corpore, quàm ex ſola pituita: maximè quoniam interim dum in corpore augentur, vnus poteſt alterius malitiam attemperare, ne interim à natura pellatur, aut à natura relictus putreſcat. Pituitoſus verò humor tardius coquitur ac diſcutitur, ſi diſcuti debet, aliis paribus ex corporis & facultatis diſpoſitione: nam tardius mouetur, maturatur, incaleſcit, & attenuatur. Mixtus tamen humor ſiue ex facultatibus contrariis, vt bilis vitellina, ſiue ex formis ſimul & facultatibus contrariis, vt in quibuſdam tertianis nothis, & in hemitritæo: mixtam ſimiliter ſeruabit naturam, & morbus medius erit, longitudine inter morbos euenientes à quouis ſuorum extremorum: neque adeò breuis, vt is qui fit ab humore bilioſo: neque adeò longus, vt is qui fit à pura pituita. Quemadmodum enim pituita longos, & tardi motus efficit morbos, ita bilis breues, & celeris motus: medius humor medios morbos longitudine, & breuitate, quod Galenus voluit in præſenti cap. Quod tamen ſimul cum Hippocrates, dixit lib. 2. progn. loco illo expoſuimus: non enim eſt par ratio in deiectionibus, de quibus ibidem loquitur Galen. & Hippocrates & de humoribus in hemitritæo mixtis. Nam in his vnus poteſt alterius rebellionem corrigere & tarditatem motus, & frigiditatem, vt bilis, pituitam coctu difficilem, ac frigidam. In illis tamen ſingulæ deiectionum ſpecies adeò malæ ſunt, vt quæuis alterius malitiam adaugere poſſit, & ex ambabus cauſis deterius efficitur aggregatum, & quantitate maius. Difficilius tamen eſt contra id, quod quantitate maius eſt pugnare cùm id mixtionis ratione nihilo fuerit melius. Verum ergo eſt, febrem compoſitam ex bile & pituita minus longam eſſe in temporibus vniuerſalibus ea, quæ fit ex ſola pituita: vbi aggregatum ex bile & pituita, non excedat ſolam ipſam pituitam: nam vbi diſpares fuerint quantitates, fieri poterit, vt febris aliqua tertiana ſit aliqua quotidiana longior, nedum ea quæ mixta fuerit ex tertiana & quotidiana.

CAPVT X.

AT verò ſecunda implexio ac mixtio eſt duarum febrium tertianæ & quotidianæ, ſubſimilem efficiens acceſſionem prædictæ, ſed differentem, eò quòd hæc deducatur ad integritatem, & quòd ſecunda die, vel cum horrore vel rigore quotidiana ſola effecta, incipiat. Quocirca talis febris non inſuper ſemitertiana erit: ſiquidem ſemitertiana continua cenſetur. Si verò in altero genere febrium eam annumeremus, non ſolùm talis, ſed etiam aliæ quædam febres nominabuntur ſemitertianæ. Ob eam rem mihi videtur Agathinus omnes productas tertianas, appellare ſemitertianas. Sed enim cum de nominibus potius quàm de rebus tales quæſtiones ſint, immorandum in eis minimè cenſeo. Nam alio libro ſeorſum de vocabulis medicinalibus dictum iam eſt: in quo id oſtenditur ac definitur in plenum, quænam ſint de rebus, & quænam de nominibus controuerſiæ. Quocirca rurſus ad res ipſas redeamus, ſemitertianam ab Hippocrate nominatam horrificam & continuam, quam tertiana quotidiana continua

permixta

permixta committit: intermittentis autem, minimè efficit: propterea quòd febris ex vtraque compoſita neceſſariò & ipſa intermittens exiſtit. Neque vero ex duabus continuis, biliosâ ſcilicet ac pituitoſa fieri poteſt ſemitertiana, neque enim mixtio horrificam facit febrem, neque multas ingeminationes habentem. Quum enim omnis continua febris ſuapte ratione, quum exquiſita eſt, neque habeat horrorem, neque rigorem: neque etiam febris ex eis compoſita, horrifica erit. Oportet ergo ſi eadem futura ſit horrifica ſimul ac continua, generationem habere eam ex duabus febribus: altera quidem intermittente, altera autem continua. Et ob eam rem tertiana permixta quotidianæ continuæ, committit ſemitertianam: neque ambæ intermittentes, neque ambæ continuæ poſſunt committere talem febrem. Reſtat igitur vna mixtio quæ ex quotidiana intermittente, ac biloſa continua conſtans, poteſt continuam ſimul atque horrificam committere febrem. Sed hæc contra quàm prima habebit continuitatem quidem ex biloſa, horrorem autem ex pituitoſa, atque ingeminationes ex pugna mutua, maximéque quoties humores ipſi fuerint æquales. Vincentis verò eorum alterutrius ex ſymptomatis agnitio in prima miſtione declarata eſt. Hæc omnia de quatuor miſtionibus biloſa febris ac pituitoſa, magis propria ſunt libro qui eſt de typis: ſed hic neceſſariò dicta ſunt propter ſemitertianam: cuius generationem Archigenes ad tertianam quotidianámque retulit: nequaquam videns ſe intermittentem efficere febrem. Agathinus verò perſpicuè confeſſus eſt eiuſdem generis eſſe cum tertiana ſemitertianam, diſſidentem tantummodò magnitudine acceſſionis. Si igitur omnes febrium differentias accuratè perſequuti, lapſi nominibus eſſent, fuiſſet id ferendum. Sed cùm neque ſimplicium, neque compoſitarum omnes ſcripſerint differentias, & ad hæc quaſdam alias ſuperuacuas adiecerint, nihil neque in præſenſionem, neque in curationem iuuantes, nos conati ſumus pro viribus diligenter excolere omnem typum, longo tempore, ex vſu ſimul ac ratione, vtiles in eo differentias peruestigantes. Simplices ergo ad præſentem attinent librum: implexa autem ex his, attinent ad librum de typis, cuius penitus ignarus non eris, vbi hunc diligenter euolueris.

2 Ex iis enim quæ diximus de febre pituitoſa ac biloſa inuicem permixtis, licebit hæc ad atram bilem transferentes, de implexu cum vtraque earum ac temperamento conijcere: implexum nominantes, vbi diuerſis horis incipiant: temperamentum, vbi initium eodem tempore ſit. Nec ſecus tres febres implicare ac tēperare quis per ſe ipſe poterit ſumpta ratione de prædictis. Horum enim omnium initium, fons & elementum eſt, diligenter internoſcere cuiuſque ſimplicium febrium ſpeciem. Neque enim magnus numerus earum eſt: ſed omnes tres exiſtunt, biloſa, melancholica, ac pituitoſa, quarum cuiuſque duplex differentia eſt, intermittens & continua, ita vt omnes ſimplices differentiæ febrium ex humoribus putridis conſiſtentium ſex numero ſint. Quòd ſi qua alia illis acceſſerit, in his particulatim differentia ex copia humoris quantitate & qualitate putredinis, necnon modo motus, & parte in qua putreſcit, generationem habebit.

COMMENTARIVS.

POſtquam de primo implexu febrium egit, qui hemitritæum conſtituit, ad mentem Hippocr. accedit ad alios tres modos implexionis febrium, quotidianæ & tertianæ enarrandos. Quorum primus eſt, vbi coniungantur tertiana intermittens, & quotidiana intermittens, ex his non poterit hemitritæus conſtitui: quoniam hemitritæus febris continua eſt, vt diximus ex Hippocr. vbi tamen duæ intermittentes complicentur, peruenietur tandem ad intermiſſionem. Non ergo erit hemitritæus: nam ſi velles, præter Hippocratis mentem, hemitritæum annumerare inter eas, quæ perueniunt ad infebricitationē, licebit multas alias appellare hemitritæos, vt tertianam duplicem non puram, quæ tertio quoque die inuadet cum horrore, & vi duorum humorum habebit ingeminationes, quas diximus oriri ex diuerſorum humorū pugna. Secundus modus mixtionis eſt, vbi duæ febres fuerint continuæ, quotidiana & tertiana: veruntamen hæc non erit hemitritæus. Quoniam ex duabus continuis febribus non fit febris horrida, quod tamen voluit Hippocr. ad hemitritæum eſſe neceſſarium. Quòd ſi febris conſtituta ex duabus, debet eſſe ad mentem ipſius, horrida & continua: neceſſum eſt alteram eſſe continuam, & alteram intermittentem. Vnde reliquum eſt vltimum membrum complicationis, nempe pituitoſæ intermittentis, ac biliosæ continuæ, quæ ſimiliter erit horrida, & continua. Habebit enim continuitatem ex bile, horrorem verò ex pituita ſimul cum bile occurrente tertio quoque die, vbi ambæ in idem tempus coincidant. Quam etiam hemitritæum meritò quis appellare poterit, ſiquidem omnes habet conditiones hemitritæi. Nam eſt febris continua, horrida, & horrores repetentes cum geminatione & pugna mutua: & altera die æger leuius ſe habet, vnica tantùm febre inuadente. Hæc fatetur ſe dixiſſe de febrium mixtionibus (quamuis ad librum de typis magis attinere videantur) propter Archigenem, & Agathinum. Archigenes hemitritæum dicebat eſſe febrem mixtam ex quotidiana & tertiana intermittentibus: & Agathinus tertianam productam eſſe hemitritæum: damnat quoque eos in recenſendis febrium differentiis. Vbi legitur ad initium cap. vel rigore, Græcè ἢ ῥίγος, legerem, ἢ ψύξεως, id eſt, vel refrigeratione.

Ex duabus febribus continuis non poteſt fieri febris horrifica

Qualis ſit natura ſemitertiana exquiſita.

In ſecunda parte quæ incipit (Ex iis enim quæ) dicit licere conſimiliter componere febrem melancholicam cum biliosa, aut pituitoſa, aut vtraque: quamuis id ad librum de typis magis attineat. Cùm enim tantùm ſint tres ſpecies febrium putridarum ſimplicium, non erit difficilè eas omnes multis modis componere, aut intermittentes aut continuas, aut intercontinuis mittentes. Nam etſi aliquandu maior numerus coniungi poſſit, non erit febrium genere diuerſarum, ſed earum quæ intra idem genus copia humoris differunt, aut quantitate, aut qualitate putredinis, aut modo motus humoris: vt quod celerius, aut tardius moueatur, aut ex loco in quo prædictus humor putreſcit. Commiſcentur autem febres diuerſi generis, aut per ἐπιπλοκὴν, id eſt, complicationem, quoties febres genere diuerſæ, diuerſis horis inuadunt: aut miſcentur per κρᾶσιν, eſt autem hæc, vbi febres diuerſi generis ſimul inuadant.

CAPVT XI.

QVale hoc ſit, quod iam proponatur ex iis febribus intermittentibus quæ tertio quoque die infeſtant, cui quidem & acceſſionis tempus breue eſt, & initium cum rigore, & ſolutio cum ſudore ac vomitu bilis, vel etiam inferna aluo deiiciente biloſa: huic nomen inditum eſt exquiſita tertiana: cui verò aliquid horum deeſt, non amplius exquiſita, ſed ſimpliciter tertiana vocatur. Quòd ſi & intermiſſionem minorem habuerit, producta ſcilicet acceſſione, tertianam hanc nominant productam: tametſi hæc maioris minoriſque ratione differentiam magnam obtineat. Ac licet hanc quidem

abſoluto

abſoluto ſermone appellare productam, quæ cùm quatuor & viginti horas acceſſionis occupauerit, reſiquas ſine febre obtinet: hanc verò admodum productam, cùm circiter triginta horas febris producitur: & hanc præterea magis productam, cum ad ſex & triginta procedit: & hanc aliam plurimum, cum ad quadraginta & eo amplius producitur. Sed hæc omnia definire certis terminis non licet ob acerualem dubitationem.
2 *Neque verò neceſſe eſt talem nominum ſubtilitatem quærere, cùm liceat nobis etiam ſine ea indicare iis qui adſunt diligenter de vnoquoque ægro, & rectè curare, ac euentum morbi præſentire. Subiiciamus enim quempiam quindecim horis febricitare, eſſe autem ſine febre tribus & triginta, atque id deinceps ei accidere ex proportione. Sanè cibandi tempus certa ſcientia ſumere licebit tum ex acceſſionis, tum intermiſſionis tempore, & quicquid ex eo ſcimus vtile poteſt ad præſenſionem & curationem, id quoque abundè ſuppetit, etiam ſi non quæratur tertianámne abſoluto ſermone oporteat nominare talem febrem, an cum quadam alia adiectione definiente ipſam differentiam. Quin & volens indicare alia ratione febrem ægri qualnam ſit, diligentiùs indicabit, acceſſionis & intermiſſionis dicens longitudinem, quàm quærens nomen quod perſpicuè, ac definitè indicare idem queat. Hæc igitur optima enarratio, atque doctrina eſt. Secunda autem eſt quam paulo antè dixi, exquiſitam quandam tertianam nominans, aliam verò ſimpliciter tertianam, mox aliam paulum productam, deinde aliam admodum, aliam autem magis, poſtremò plurimum aliam. Sed ex omnibus obſcuriſſima ac peſſima eſt, quæ prima eſt prodita: ob quam recentiores medici quotidie inter ſe certant, atque contendunt, ne id quidem cognoſcentes ſe de nomine contendere.*

3 *Sed de aliis quis fortaſſe minùs mirabitur: de Agathino verò magis mirandum: ſiquidem productam quandam nominans quotidianam & quartanam, in tertiana minimè ſeruauit proportionem: ſed cuius ampliùs producta fuerit acceſſio, hanc nominat ſemitertianam. Sed de nominum ratione hactenus, nam & ipſe plus quàm par eſt temporis in ipſis conſero, proinde tempus eſt, vt ad conſiderationem aliarum rerum redeamus.*

COMMENTARIVS.

IN hoc capite vnum exemplum ſcribit in tertiana febre, quo oſtendere vult id quod ad calcem capitis præcedentis dixerat de differentiis febrium, quæ non ſunt eſſentiales. Vt quæ ſumuntur à copia humorum, aut putredine, aut modo motus, aut membro, in quo humor putreſcit. Tertianam namque exquiſitam medici appellant eam febrem, quæ tales habet conditiones, quales hîc & ſuprà ſcripſerat de vomitu bilis & deiectione ſimili, & fine per ſudorem, & principio cum rigore, & acceſſionis breuitate. Quam, vbi prorogetur, medici aliter nominant, cum tamen longa à breui, ſpecie non differat. Tribus itaque modis medici errabant in differentiis febrium conſtituendis: quidam enim (vt dictum eſt in præcedenti cap.) febrem, quæ prorogatur, alterius generis ſtatuebant, alterius breuem. Nam tertianam appellabant febrem certæ longitudinis, productam tamen appellabant ſemitertianam, de quorum numero fuit Agathinus. Alij verò aliter variabant appellationes: nam febrem, quæ incipit cum rigore, & finitur cum ſudore, & bilis vomitu, & breui durat, appellabant tertianam exquiſitam, quòd ſi aliquid ei deficiebat, non exquiſitam nominabant. Et eam quæ longam habebat acceſſionem, & breuem quietem productam, atque ſimpliciter talem: vbi 22. horis infeſtauerit, & aliis 24. quieuerit. Cùm verò prope 30. horas occupauerit, admodum productam: cùm ad 36. horas producitur, magis productam: cùm verò ad 40. horas & amplius peruenerit, maximè productam. Tertio modo ex duratione poterit quis febrem diſtinguere, vbi ſingularum durationem definiuerit: quot, inquam, horas occupauerit, & quot intermiſerit, veluti quod 12. occupauerit, & 36. intermiſerit. Hæc autem via eſt tutior ad præſentiendum atque curandum: ſic enim rectè diſtinguemus, qua hora æger eſt alendus, & qua ab alimēto abſtinere debet. Minus recta via eſt ſeconda, qua febres appellationes variant in exquiſitam, & non exquiſitam: productam, & valde productam, & maximè productam. Quoniam verò hæ non variant denominationes extra febris ſpeciem, minus malè ea via proceditur, quàm ſi primo loco dicta procederetur, quæ habita eſt à Gal. cap. præcedenti, ea namque ex longitudine temporis appellationes variabat in alias febrium ſpecies. Nam tertianam productam appellabat ſemitertianam. Hanc viam obſcuriſſimam eſſe dicit Galen. vertitur enim in dubium difficile. Quæ longitudo tertianæ ſufficit ad ſemitertianam, præter id quòd valde diuerſa eſt, & multis aliis rationibus diſtincta, tertiana à ſemitertiana, vt ex ſuprà dictis notum eſt. Quam tamen ſoleant medici appellare *σωρείτην ἀπορίαν*, id eſt, acerualem dubitationem. lib. 3. progn. 10 annotatio. comment. 10. diximus.

CAPVT XII.

SEquens eſt, vt agitetur conſideratio nihilo inutilior, vtrum quemadmodum ob vtramque bilem ac pituitam fiunt genera quædam febrium, ita & ob ſanguinem putreſcentem eueniat. Febris enim diaria, eo tantummodo calefacto (vt diximus) haudquaquàm putrefacto conſiſtit. Per ipſam verò putrefactionem (neceſſe eſt enim interdum ſanguinem putreſieri) quærendum febrium ipſarum genus. Id autem inuentum iri par eſt, ſi priùs inuenerimus quonam modo ſanguis putreſcit. Conſtat enim Ariſtotelem rectè dixiſſe, fieri putrefactionem ab aliena caliditate, intelligit autem alienam, externam, non natiuam, nec vnicuique propriam. Hæc enim concoquere: aliena verò corrumpere ſolet, quod eſt putrefacere. Extrinſecus autem caliditas ſuperueniens ſanguinis per æſtum, ac peſtilentem conſtitutionem, & vt ſummatim dicam, per omnes febres ex quacunque cauſa in geſtrationem deducantur. Quin etiam vbi in quapiam animalis parte ſanguis copioſior collectus, ſupra vires eius fuerit, corrumpitur: maximéque quoties infractus eſt ob craſſitiem in paruis vaſis, aut impactus ob copiam. Quemadmodum accidit in bubone & phymatis, & vt in ſumma dicam, in omni inflammatione. Nam in tali diſpoſitione ſanguis duplici ex cauſa corrumpitur: tum quia minimè diſflatur, tum quia à natura minimè vincitur. Quòd autem quæ minimè diſflantur putreſcere ſoleant, in cunctis exteris corporibus intueri licet, fructibus, ſeminibus atque etiam veſtibus: atque perſuaderi id quod dicimus, maximè poteſt pleuritis. Expuunt enim per eam alij ſpumoſam, alij pallidam, alij rubram ſaniem, quæ nihil aliud eſt quàm humoris in inflammatione vincentis pars quæ non continetur, ſed præ tenuitate foras reſudat. Interdum etiam talis ſanies nigra apparet, ac neque ſtatim ab initio, ſed proceſſu temporis, præcedente magna ex parte pallido ſputo, quod erat indicium flauæ bilis exuperantis: quemadmodum ſpumoſum pituitæ, rubrum ſanguinis.

Quocirca ratione non caret, interdum putreſcere ſanguinem ipſum in locis inflammatione affectis, febrémque

extra

ex eo ſimpliciorem eſſe quàm ex aliis humoribus. Proportionem autem acceſſionum tertiana circuitionis potiſſimum ſumus (ita enim fieri cernitur & in pleuriticis quoties rubrum expuunt) ubi verò ſuprà modum aſſatur, mutatur penitus. Pars enim tenuiſſima ſimul ac pinguis in pallidam bilem: craſſior autem in atram vertitur, quemadmodum accidit in carbunculis. Etenim in his ſanguis vehementer ferueſfactus mutatur in humorem melancholicum. Ad hunc verò modum intendire oportet humorem melancholicum tanquàm nondum effectus ſit atra bile: ſed in confinio quodam collocatus. Febres igitur conſiſtent pro ſpecie humoris, in quem ſanguis mutatur, tantummodò diſſidentes malignitate & clementia. Simpliciores enim ſunt ex mutatione ſanguinis, tum cætera, tum caloris lenitate. Etſi enim quammaximè multus manus occurſu deprehendatur, prorſus tamen mitis eſt: quemadmodum is qui poſt balnea accidit. Copia enim caloris febrilis in ipſa effluxu copia ſemper poſita eſt: moleſtia verò, ſi admoueas extrinſecus manum, in ipſa caliditatis acrimonia, idque erit tibi indicium maximum humoris cõmittentis febrem: intelligo autem ipſius caloris qualitatem. Qui enim vaporoſior eſt atque minus moleſtus, ſanguis eſt: qui moleſtus, erodénſque & mordax, ex bile conſiſtit. Vbi verò in primo occurſu vaporoſus potius quàm mordax ſentitur, diutius autem immorantibus paulatim ei acrimonia accedit, eáque maximè inæqualis, ita vt per colum quoddam, vel cribrum tranſmitti videatur talem febrem ex pituita putreſcente conſiſtere ſciendum eſt. Cæterùm conſideranti mihi quærentique cauſam ob quam febres ex aliis humoribus calorem habent æquabiliter occurrentem: quæ verò ex pituita conſiſtunt, dictam obtinent inæqualitatem: apparuit mihi potiſſimùm cauſa eſſe lentor, craſſitiéſque humoris, & diſſolutionis difficultas: huius enim, vt aliorum omnium, quicquid ſemper extenuatum eſt, per halitum digeritur; vix autem extenuatur quicquid craſſiſſimum, ac multò minus, ſi frigidum natura ſit. Quocirca neque totum nec æqualiter, ſed quicquid putredo occupauerit, id ſolùm in flatus vertitur, ac extenuatum foras fertur ac perinde euenit, vt in glutinoſis craſſiſque humoribus externis dum elixantur. Exiſtunt enim ex eis bullæ, quibus ruptis ſpiritus vniuersè educitur, ſimul ſecum abducens humorem attenuatum. Vbi verò tenuis humor elixatur, neque bullæ efficiuntur, & qui ab eo attollitur vapor omnino ſimilis ac continuus ſibi ipſi eſt.

COMMENTARIVS.

QVoniam ſupra cap. a. dixerat Gal. tantùm tria eſſe genera febrium putridarum, id quod indiſcuſſum reliquerat, perſequi modo intendit. Sint-ne tantùm tria genera febrium putridarum, vel febris ex ſanguinis putredine fieri poſſit. Nam ex ſanguinis efferueſcentia abſque putredine febris diaria efficitur, vt docuit lib. 8. Method. med. Cùm tamen neceſſum ſit ſanguinem aliquando putreſcere, dubium eſt, an febris inde orta ſit de genere putridarum: nam eo dato, non erunt tria tantùm, ſed quatuor, nempe billioſa, pituitoſa, melancholica, & ſanguinea.

In ſecunda parte quæ incipit (Id autem inuentum iri par eſt) antequàm dubium ſoluat, neceſſariam putat eſſe cognitionem putredinis. Eius verò naturam docuit Ariſtot. lib. 4. meteorologicorum, cùm dixit, putrefactionem eſſe corruptionem propriæ, & ſecundum naturã caliditatis à caliditate extranea: hanc autem intelligimus non propriam, non natiuam, neque genuinam. Nam natiuus calor conſtitutus eſt ex ſpiritu, ſanguine, & ſolidis particulis. Neque intelligimus calorem natiuum eſſe primam qualitatem, ſed ſubſtantiam ipſam calidam proprio

Ex quibus conſtet calor natiuus.

& conuenienti calore. Quæ non eſt aliud, quàm conſtitutio ipſa ex calido frigido, humido & ſicco ad doctrinam Hippocratis, qui calidum ſubſtantiam appellat lib. de humana natura. Id autem corrumpitur à calore externo, vt ambientis, aut ei ſimili, qualis à cauſis calefacientibus quibuſuis, cùm modum exceſſerit, concitari poteſt. Quas lib. 1. recenſuimus & Galenus in præſenti colligit, dicens, eſſe cauſas omnes, quæ poſſunt febres inducere. Is verò calor natiuum corrumpit, & diſſoluit, & naturæ impedit actiones, quas natiuus perficit. Diximus quoque ſuprà quod quemadmodum calor ignis mixto debitus à prima ipſa corporis conſtitutione ſecundum naturã, mixtum conſeruat, & eius præcipuum inſtrumentum eſt ad actiones obeundas: ſic calor præter naturam non natiuus ipſum natiuum corrumpit, & mixtionem diſſoluit: hic autem calor non eſt ſubſtantia, ſed qualitas. In numero quoque cauſarum calefacientium, & putredinem afferentium eſt obſtructio, & prohibita tranſpiratio. Sanguis namque, vbi in parte aliqua collectus fuerit ſupra vires ipſius partis, aut ob multitudinem impactus fuerit, vt putreſcat neceſſe eſt, veluti in bubone, id eſt, carnis adenoſæ inflammatione, & phymatis, id eſt, inflammationibus, quæ celeriter tendunt in ſuppurationem, & quibuſuis inflammationibus. Quoniam cùm naturam ſuperat humor, non ſuperatur ab ipſa, nec recipit eas mutationes, quas à natura recipere deberet: vnde fit, vt à calore alieno occupetur atque putreſcat. Præter id, quòd quæcunque non tranſpirant, ſimiliter putrent: quoniam calor natiuus abundans in animatis corporibus, & humori mixtus euentatione eget: nam aliter præfocatur: quod non animatis quoque nonnunquam accidit. Exempla ſunt, ſemina, fructus, & veſtes, quæ niſi euententur, facilè corrumpuntur, atque putreſcunt. Docet quoque id lateralis morbus, in quo humor, qui continetur in inflammatione, putreſcit: quod oſtendet ἰχὼρ, id eſt, ſanies tenuis quæ ab inflammata parte reſudat: id fit in omnibus inflammationibus, quæ membrana tenui obuoluuntur. Id itaque quod defluit, naturam humoris intus contenti oſtendit, eſtque ſpumoſum, quoties pituitoſa eſt inflammatio: pallidum, quoties billioſa: nigrum, dum melancholica: rubrum, dum ſanguinea: hæ namque ſunt ſputorum differentiæ. Nam etſi inflammatio omnis, quæ à Græcis φλεγμονὴ appellatur, ex affluenti fiat ſanguine: is omnium humorum mixtionem continet, & poterit in ipſa quiuis abundare, & conuenientem mediocri ſanguini menſuram excedere. Si igitur bilis modo dicto exceſſerit, ſputum erit pallidum: ſi pituita, ſpumoſum: ſi melancholia, nigrum. Sed aduertendum, quòd nigrum rarò apparet, niſi pallido præcedente: quoniam in generatione inflammationis membranarum, non ſolet humor melancholicus ipſas peruadere: ſed poſteà aſſatione fieri ex bile, aut ſanguine: ſanguis verò prius tranſit in bilem. Sed id magna ex parte fieri dicit.

In tertia parte, quæ incipit (Quocirca ratione non caret) reſpondet ad quæſtionem rationi conſonum eſſe ſanguinem putreſieri in locis affectis inflammatione, atque inde febrem conſurgere ſimpliciorem reliquis febribus: ſed tamen hanc ſeruare proportionem acceſſionum febrium tertianarum. Quod docet exemplo pleuriticorum, qui quamuis febrem patiantur, quæ à ſanguine putreſcente in inflammatione ortum habet, acceſſiones per tertium illis eueniunt. Quod ſimili modo in inflammationibus

nibus ocolorum fieri perſpicuum eſt, vſque adeo quidem à ſaoguinis puttedine fit prædicta febris. Cæterum, vbi ſupra modum aſſatur (inquit) mutatur omnino pinguis pars in bilem, craſſa verò in melancholiam, vt in carbonibus fit. Sunt autem carbones, quædam inflammationes a craſſo, ac feruenti ſanguine, qui ob feruorem craſſeſcit, & humorem melancholicum puſtula oſtendit nigra. Neque tamen intelligere oportet, melancholicum humorem eſſe, exquiſitam atram bilem, ſed nigrum humorem aſſatione genitum. Exquiſita enim bilis atra acida eſt, & terram ebullire facit, quam muſcæ guſtare detrectant: talis itaque naturæ febres erunt, qualis fuerit humor io quem ſanguis putreſcēs mutatur: aut biliuſæ, nondum valde mutato ſanguine: aut melancholicæ, ipſo valde mutato. Diſſidebunt autem ab his, quæ fiunt ex aliorū humorum vſtione, aut aſſatione: quoniam quæ fiunt ex ſanguinis aſſatiooe, mitiores ſunt his, qoæ fiunt ex flaua, aut atra bile aſſata, quantò ſanguis aliis humoribus eſt mitior. Simplex enim morbus in hoc capite mitem ſignificat, & eum, qui noo eſt cacoëthes, ſine mali moris: ſed vt Græci dicunt, ἤπιον. De cuius vocis ſignificatione in expoſitionibus tertij lib. prognoſt. multa diximus. Tales dicit eſſe febres ex ſanguinis mutatione, tum in aliis, tum in caloris qualitate. Alia ſunt ſymptomata, quæ ſequuntur febres: minus mala namque ſunt quæ ſequuntur febres ſanguineas quàm quæ reliquas. Caloris verò qualitas mitior eſt tactui, quemadmodum & ſanguis ipſe reliquis eſt mitior.

Io quarta parte, quæ incipit (Etſi enim) docet cognoſcere ex qualitate caloris, qui tactui ſe offert, ſingulas febrium humoralium ſpecies. Febris namque ex ſanguinis mutatiooe mitis eſt: nam etſi multus vapor ſe tactui oſtendat, is non eſt diſſimilis illi, qui in balneis, qui vaporoſus eſt: vapor verò calidus eſt, & humidus natura, qualis tactum mordere non ſolet, qualis ſimiliter eſt puerorum calor. Bilis verò vtraque aridum exhalant, quod ariditate mordet, ac inſuaue eſt: talis eſt omnis calor in ſicco ſubiecto, vt calor iuuenis, & calor febrilis omnis, niſi à vaporum humidorū multitudine hebes reddatur. Nam & calor febrilis, qui in ſanguine cooſiſtit, mordax eſt, vbi ad natiuum calorem referatur: etſi ad alios febriles calores collatus, ſit mitis, atque ſuauis. Medio quodammodo ſe habet calor pituitoſæ febris: nam is principio tactui ſe offert mitis, deinde ei accedit acredo quædam inæqualis, veluti ſi calor, aut calorem deferens vapor, per cribrum percollaretur.

In quinta parte, quæ incipit (Cæterùm conſideranti) reddit cauſam huius diſſimilitudinis occurſus caloris. Nam aliarum omniom febrium calor conſimilis eſt ſemper tactui: aut mitis, vt ſanguinis, aut acris, vt bilis vtriuſque: pituitæ verò diſpar, ab initio mitis, deinde acris. Cauſa tamen eſt craſſitudo efficientis humoris, cuius rei gratia difficulter diſſoluitur. Eius enim pars, quæ vehementius occupatur à calore putteſcente, digeritur in halitum, ac manum immutat: pars verò reliqua craſſitudine remoratur diſſolutionem. Cùm igitur in totum exhalauerit humor, qui incaleſcens in flatum verſus fuerit, ceſſat ſenſus acredinis, donec rurſus pars altera in flatum verſa exhalet, ac iterum immutet. Hæc autem ſatis manifeſta cauſa inæqualitatis immutationis eſt. Quod in omnibus craſſis, ac glutinoſis ſuccis conſpicuè cernitur, dum efferueſcunt: nam exurgunt ab ipſis bullæ quædā, à quibus ruptis affatim vapor effertur, qui intus contentus bullæ capacitatem implebat, cùm tamen elixantur humores tenues vapor continuè ſimiliter exhalat, ſine bullis: quamobrem nullam efficit in exhalatione inæqualitatem. Vt tamen ſuprà lib. 1. cap. 1. expoſuimus late, Hippoc. in diuiſione febris, quatuor membra ſcripſit, quæ ſumuntur ex modo motus caloris. Calor verò aut eſt ſemper mitis, vt in febribus ſanguineis: aut ſemper acris, vt in febribus bilioſis: *Nota.* aut ab initio mitis, deinde acris, vt in pituitoſis: aut ab initio acris, deinde mitis, vt in quibuſdam diariis. De quibus ſunt quæ ab inedia, aut vigiliis, aut ſolis æſtu, ſine ſudore fiunt. In illis enim calor acris ſe offert ob cutis ariditatem, quæ ſtatim tangitur, demum verò accedente vapore & ſpiritu redditur tactui mitior. hæc circa literam Galeni dicta ſufficiant. Sed tamen quoniam nonnulli ex barbaris conati ſunt Galenum reprehendere, viſum eſt mihi circa febrem ex ſanguine putrido liberare Galen. à contradictione, & aliorum calumniis. Galenus itaque in præſenti capite duo adſtruit, quæ attinent ad febrem ſanguinis. Primum eſt ſanguinem putreſieri poſſe, quod docent inflammationes, de quibus eſt etiam morbus lateralis, in quo ſanguis putreſcit in loco anguſto concluſus, tranſpiratione prohibita. Conſtat quoque id verum eſſe, quoniam in ſanguineis morbis lateralibus ſputum excernitur cruentum. Secundum quod, inquit, eſt, febres ortas ex ſanguinis putredine ſeruare tertianos circuitus, quoniam ſanguis putreſcens tranſit in bilem, ex aſſatione mutante eius partem pinguem, vehementius tamen aſſato ſanguine, craſſior quoque ſanguinis pars tranſit in melancholiam, ac inde fit, vt aliquando ſeruet prædicta febris quartanos circuitus. Quod enim dixit, tertianus circuitus ſeruare *Febris ortae ex ſanguine putreſcente tertianos fere ſemper obſeruant circuitus.* febres ex putredine ſanguinis, id magna ex parte, atque incipiente putredine intelligendum eſt. Ex his conſtat Galenum velle, aliquam febrem eſſe ex ſanguinis putredine. Quod tamen id docuerit in inflammationibus, noo tollit fieri poſſe ſimiliter, vbi putreſcat ſanguis in vaſis: nam id quod affert Gal. de inflammationibus ad maiorem euidentiam exempli gratia dictum eſt. Neque putādum eſt Gal. ſanguineam febrem à ſanguine putreſcētē negaſſe, dicentem ſeruare circuitus tertianos eius acceſſiones. Quoniam febris continua eſſe poteſt à ſanguinis putredine: bilem tamen quæ interim accreſcit, augere febrem, & afferre nouam acceſſionem, quod fit ſanguine in vaſis putreſcente. Neque tamen id eſt neceſſarium: ſunt enim ex ſanguinis putredine febres quædam ſine aliqua acceſſione, io quibus ſanguis in vaſis continetur, quod rarò fit vbi ſanguis contineatur in inflammatione: nam ibi celerius & vehementius putreſcens magnam facit in bilem mutationem, quam prædictæ ſequentur acceſſiones. Quòd tamen quædam febres ſint ex ſanguinis putredine ſine inflammatione, teſtatur Gal. lib. 9. Method. med. vbi febrem continentem quandam dixit eſſe ſine putredine, quandam cum putredine, de qua inquit: Alterum eſt cùm io omnibus vaſis, ac potiſſimum maximis æquabiliter ſucci putreſcunt, eiuſmodi febrium io gracili & frigido corpore neutra conſiſtere ſolet: ſed plurimum in his qui ſanguine abundant, & corpulentis gigni cernuntur, quando nec obſtructio citra putredinem excitare febrem valet, niſi id quod tranſpirat & copioſum ſit, & calidum, neque humorum putredo in omnes quæ inter inguina, & alas interſunt venas, æquabiliter ac cito porrigi io frigido habitu poteſt: debent enim quæ putreſcunt tum calida & humida eſſe, tum difficilem tranſpiratum habere. Eóque fit

vt neque

vt neque in frigida ætate, neque in frigido corporis temperamento, ſiue id ab initio cuſtitit, ſiue modo frigidum ſit factum, continens excitetur febris, ſed neque in gracilibus, vel qui raro ſunt corporis habitu, imò tum ætate, tum natura, tum acquiſititio temperamento, quæ calida ſunt, ac præcipuè ſi & carnoſus, & bono ac multo ſanguine affluens, & denſo corpore æger ſit, aut etiam calidis excrementis refertus. In hoc loco febrem ex ſanguinis putredine excitari dixit in corporibus ſanguine abundantibus, & ipſam eſſe continentem, quæ acceſsionibus caret. Huius exemplum eſt loco citato, ſeruus, qui herum in itinere comitabatur, & ſimul cum ipſo in febrē incidit contincntem cum putredine, herus verò ſine putredine. Libro quoque 6. de morb. popu. part. 1. comment. ſectionis 2. inquit: Inter omnes corporis partes vulua tum plurimas, tum maximas habet venas: quæ vbi malè affecta fuerit, vel ob retenta tum menſtrua, tum ex puerperio excrementa, vel phlegmonem aliquam quouis modo ortam, ſanguine ipſo neceſſariò repletur: quo putreſcente, ſi febris accendatur, etiam ex ſynochorum forma eſſe eſt neceſſe, Nam ex putreſcente ſanguine tales accendi febres, quæ non modicam calidorum vaporum copiam ad cerebrum mittant, eſt demonſtratum. Videtur tamen Galenus contrariam ſententiam velle libro ſecundo de criſibus, capite 6. vbi inquit: Quare tria erunt vniuerſa ſimplicium febrium genera, ſingula verò ipſorum in duas primas differentias ſecabuntur: vel enim intermittentes, vel continuæ febres erunt. Et ſuprà capite 10. de febribus putridis loquens inquit: Neque enim magnus numerus ipſarum eſt, ſed omnes tres exiſtunt, biliosa, melancholica, ac pituitoſa: quarum cuiuſque duplex differentia eſt, intermittens, & continua. Videtur itaq; quòd febrium putridarum ſimplicium tres tantùm ſint ſpecies, quibus tamen in præſenti capite, vt diximus, quartam ſpeciem addit: & alibi in ſententiis adductis, præter id quòd in præſenti loco non videtur febrem ex ſanguinis putredine adſtruere, quando ſanguinem putreſcentem dicit mutari in aliam naturam, tenuem, inquam, partem in bilem, & craſſam in melancholiam, ac circuitus tertianos fieri in febribus ex ſanguinis putredine. Quod indicat ipſam bilioſam potius eſſe, & ſanguinem in ſua forma non manere. Auerrous quoque variam fuiſſe Galeni ſententiam teſtatur libro 4. collectionum cap. 31. Cùm inquit: Et verba Galeni varia ſunt in hac febre, quia aliquando dicit quòd eſt cholerica continua, & aliquando dicit, quòd eſt aliud à cholerica. Sed tamen vt nos Galenum ab hac apparente contradictione ſaluemus, prius excludemus Auerrois ignorantiam, qui prædicto loco putauit Galenum voluiſſe febrem ex putredine ſanguinis eſſe mediā inter diariam & putridam. Cùm tamen ipſe hic & lib. 9. Methød. meden. diſtinxerit febrem continentem in eam quæ ſine putredine fit, quam dixit eſſe quodammodo de natura diariarum, & continētem cum putredine ſanguinis, quam modo inquitimus. Auerrous autē ipſe nullam habet apud nos autoritatem. Quòd tamen ſuprà diximus, nō contrauenit ſententiæ Galeni qui febres ex ſanguine putreſcente adſtruxit. Nam etſi acceſsiones tertianas obſeruare dixerit, in præſenti cap. non omnibus febribus ex ſanguinis putredine id ſtatuit conuenire, vt cōſtat de continentibus. Præter id quòd in quibus acceſsiones per tertiū repetunt, nihil tollit febrē ex ſanguinis putredine fieri, & bilē mutatione factam quæ perpetua eſt in huiuſmodi febribus, augmentum efficere per tertium. Quòd tamen tria tantùm dixerit eſſe febrium putridarum ſimplicium genera, non contrauenit dictis. Nam febris ex ſanguinis putredine ſtatim bilem admixtam habet, quare non rectè dicetur febrem ex eius putredine eſſe ſimplicem, ſed quodammodo mixtam. Quod ipſe expoſuit, ambiguitatem noſtram ſoluere volens manifeſtis verbis libro ſecundo de criſibus. cap. 12. vbi de febribus ortis à ſanguinis putredine inquit: Liquet, autem, quòd cùm hic putreſcere cœpit, non amplius bonus remanet, ſed iam ad amaræ bilis naturam tranſit, atque in hoc illud ſeruatur triplex eſſe genus vniuerſum ſimplicium febrium: quæ enim ex ſanguinis putredine fit, iam quodammodo bilioſa eſt, ſicuti in naturalibus ſermonibus oſtenſum eſt rectè, quòd ſanguis ex moderato calore generatur, flaua autem bilis ex maiori, atra verò ex ſufficienter immodico. Febrem itaque ex putredine ſanguinis fieri non negat, ſed ipſam aliquid bilis admixtum habere, neque ſimplicem eſſe vult: ſimplices autem ipſe dixerat tribus tantùm generibus contineri. Neque difficile eſt noſſe, quare cùm febres ex ſanguinis putredine ſint quodammodo bilioſæ, non omnes tales ſeruant tertianos circuitus, ſed quædam ſunt continentes. Ratio namque duplex habetur: prima ſcribitur à Galeno infrà capite vltimo, vbi reddit cauſam, quare febres quædam ſunt continentes ſine aliqua acceſsione, dicēs: Qui verò ſine circuitione fatigant, in his nullus locus peculiaris præcipuè affectus eſt, ſed humores in venis & arteriis omnibus, maximéque qui in maximis, & calidiſsimis ſunt. Quoniam igitur humores in magnis vaſis putreſcunt, febres carent acceſsionibus. Altera cauſa eſt, quæ habetur nono libro de Method. medendi, nempe quia cùm multus vapor putreſcentis humoris ſubeſt, paucus vero trāſpirat, febris nō peruenit ad diminutionem. Quod ſi paucus ſuppetat vapor, & multus exhalet, quod fit in continentibus paracmaſticis, id ſine acceſsionibus fiet, vnicam namq; diminutionis celeritatem morbus totus ſeruat ab initio in finem, quæ ſequitur vaporum diminutionem.

Auicenna quoque argutiis obſtrepit aduerſus Gale. dicens, ipſum negaſſe febrem ſanguinis à putredine ipſius. Contra quod diſputat. Errat autem duobus modis, tum quia putat Galenum negaſſe febrem hanc: tum quia eius argumenta omnino nihil ſuadent. Primum ſatis notum eſt ex dictis, febrem ex putredine ſanguinis cognitam fuiſſe à Galeno, & eius meminiſſe locis citatis, quam in præſenti capit. dicit ad bilis naturam inclinare, ob mutationem tenuioris, ſiue pinguis partis ſanguinis in bilem. Et lib. 2. de criſibus eam non ſimplicem eſſe, ſed quodammodo bilioſam. Nullibi itaque viſus eſt ipſam negare, ſed non eſſe inter ſimplices annumerandam voluit. Verùm decet, vt eius rationes ſcrutemur, quamuis contra Galen. non pugnent, vt Auicennæ ineptiſſima argumenta ſuis ſequacibus pateant. Inquit itaque, cùm Galenus dixit ſanguinem in bilem per putredinem tranſire (quod Auicenna putat fuiſſe fundamentum Galeni ad negandam febrem ſanguinis) aut intellexit ſanguinem tranſire in bilem poſt putredinem, aut in ipſa putredine. Poſt putredinem, videtur falſum: Primò quoniam cùm putreſcit ſanguis, tenue ipſius tranſit in bilem, & craſſum in melancholiam. non ergo conuertitur totaliter in bilem. Hoc argumentum contra hypotheſim nihil agit: nō enim dixit vnquam Galenus in totum verti ſangui-

nem in bilem, ſed partem tenuem & pinguem. Nos quoque ſuprà diximus, non omnem febrē ſequentem eam quæ fit ex ſanguine putreſcente, eſſe biliofam, ſed aliquam eſſe melancholicam. Secundò arguit contra dictum intellectum: quoniam loquimur, inquit, de tempore putredinis, ac ſi diceret: Quamuis verum ſit, quòd poſt putredinem ſanguis tranſit in bilem, interim tamen dum ſanguis mutatur erit febris, & non bilioſa, quia bilis nōdum genita eſt: erit ergo ſanguinea. Galenus id non negaret. Sed ingenuè fateretur, interim febrē ſanguinis adeſſe, dum ſanguis in bilem mutatur, quòd ſi ipſam vellet quis negare, nihil omnino ſuaderet Auicen. Nam per id tempus quo ſanguis in bilem tranſit, diceret nondum febrem adeſſe, bile verò genita, febrem fieri, atque ipſam bilioſam. Tertiò quoque inſtat, quoniam neſcimus inquit, poſt putredinem, an bilis putrida generetur, multa enim ſunt quę generantur ex putridis, & non ſunt putrida: inde ergo fiet vt febris non neceſſariò ſequatur ſanguinis putredinem. Ad quod dicerem, quòd licet non omne genitum ex putrido ſit putridum, bilis tamen omnis ex putredine ſanguinis genita, calorem præter naturam contrahit, qui febrem efficere poteſt, hunc autem externum, & putredinem inferentem appellat Galenus. Quod rurſus Auicen. diſputat de ſecundo ſenſu, ſi quis diceret ſanguinem tranſire in bilem in ipſo tempore putrefactionis, id dixit eſſe mendacium, quoniam putredo eſt via ad corruptionem, & putredo quidem habet tempus, ſed conuerſio ſanguinis in bilem fit ſine tempore. Vnde ſequi vellet quòd ſi putredo exigit tempus, vt generatio ſecundum quid, & generatio bilis ſine tempore fit: quoniam eſt generatio ſimpliciter, in tempore putredinis non dicemus fieri bilis generationem. Sed tamen quamuis ſine tempore forma ſubſtantialis bilis introducatur in materiā ſanguinis, quoniam talis forma extendi debet, & in multā materiā induci, tempus exigitur. Itaque eo modo, quo ſenſim ſanguis putreſcit, & alteratur, ſenſim quoque forma bilis materiam ſanguinis occupat. Hinc conſtat, Auicennam non intellexiſſe mentem Galeni, & ipſum falſis cauillis vſum ad mentē ſuam probandam: Galenus namque febrem ex putredine ſanguinis non negauit, ſed ipſam multis locis affirmauit. Et generatio bilis ex ſanguine omnibus nota eſt, ex doctrina Galeni: cùm enim ſanguis putreſcit, ſenſim alteratur, & mutatur, & ſingulæ ipſius partes cùm ad certam quandā mutationem peruenerint, formam ſanguinis amittunt, & formam bilis ſuſcipiūt. Cùm ergo putredo ſenſim ſanguinem inuadat, ſequitur vt paulò pòſt incipiant mutari partes ipſius in bilem, illæ quæ maiorem contraxerunt putredinem, reliquis adhuc ſub forma ſanguinis manentibus putridis, ſimul & febrem efficientibus. Eritque, vt diximus, febris ex ſanguinis putredine: quam tamen ob bilis, & quandoque melancholiæ mixtionem, inter ſimplices non recenſet Galenus, & nos hanc ambiguitatem à medicorum animis propulſauimus.

CAPVT XIII.

SEdcùm de his ſatis dictum ſit, ſequens eſt vt agamus de cauſa febrium ſynochorum. Mirum enim mihi eſſe videtur ſæpè vſq; ad quartum vel quintum, & interdum vſque ad ſeptimum diem, vnam fieri acceſſionem in eis ab initio vſque ad finem. Quanquàm ſi quis conſideret diligenter, magis mirum eſt quaſdam febres repetere per circuitionem. Exemplum enim ſuprà dictum à nobis de ſtercore particulatim putreſcente, non perinde poteſt accidere, quum in corpore animalis putreſcentes humores cum his qui putredine vacant, facilè miſceri poſſint, vt potè quum ex omnibus cōfluxus, conſpiratióque in omnia exiſtat. Quocirca minimè fieri poteſt vt putredo in vna aliqua parte, aliàs, alia fiat, niſi inflammatio colligatum detineat incipientem putreſcere humorem. Cùm igitur ratio in contrarium cedat, difficiliúſque ſit inuenire cauſam febrium circuitione repetentium quàm ſynochorum, de vtriſque nitimur diſſerere, neque hic producentes ſermonem, neque contradicentes erratis aliorum, ſed (vt in omnibus antè fecimus) veritatem ipſam tantummodò perſequentes, quia nixus poſſis deprehendere errata aliorum.

Incipiendum igitur ab iis quæ manifeſtè apparent, cuiuſmodi ſunt ophthalmiæ quædam, quarum hæ quidem ſingulis diebus, hæ autem tertio quoque die infeſtare cernuntur. Nec ſecus aurium dolor & capitis, vel totius, vel dimidij, quem nomināt hemicraniam. Nonnullis verò etiam podagra ac dolor articularis repetit per circuitionem. Vt igitur in his omnibus videre licet venas ipſas in partibus quæ infeſtantur in tumorem attolli, & phlegmonem augeſcere & dolores intendi, & fluxionem inſignem foras procumbere: ita exiſtimandum eſt in partibus internis, quæ minimè apparent ſeruari eandem proportionem. Verbi gratia per inflammationem pleuritidis, ac peripneumoniæ intumeſcere quidem inter initia acceſſionum, diſcuti verò ac ſubſidere per inclinationem. Sed quonam modo id fiat fortaſſe inueniemus, ſi ea quæ de inflammationis generatione & rheumaticis affectionibus vocatis alibi demonſtrata ſunt ad memoriam reuocauerimus. Si enim ſimul cum illis adiecero quæcunque propria huic ſermoni ſunt, præſentibus quæſtionibus ſufficient.

COMMENTARIVS.

POſtquam Galenus ſoluit quæſtionem de febre ſanguinis, & dubium de inæqualitate caloris febris pituitoſæ, de cōtinuitate febrium & ipſarum acceſſionibus agere vult, dubium proponens, quare febres quædam ſunt continuæ ſine aliqua acceſſione, quas appellauimus continentes, quę ad quintum, & ſeptimum diem prorogatæ ſunt viſæ. Quod dubium aliud difficilius comitatur, quare quædam febres habent per circuitus acceſſiones. Quod certè inter naturalium cauſarum effectus, vt miraculum haberi poteſt. Febrem vtique tertianam, quouis tertio die, acceſſionem habere, & quartanam per quartum, & quotidianam quotidie, & ſæpe eiſdem omnino horis, & temporibus intermediis hominem à febre liberum manere. Hoc ſecundum dubium, quoniam difficilius eſt, primo loco ſoluit: primum verò infrà cap. vltimo. Ad primum itaque dicere poſſet aliquis, eam eſſe rationem, (quare febres repetunt per acceſſiones) quæ ſuprà ſcripta eſt à Gale. lib. 1. cap. 7. de ſtercore putreſcente, de quo dixerat: Quòd cum ſtercus pecudum, & columbinum mixta eſſent, & à ſole incaleſcerent ſecundum partem, pars quæ primò calorem concipiebat, incendebatur, & acrem fumum à ſe mittebat: deinde pars calorem paulatim amittebat & refrigerabatur, & ſequenti die pars proxima accendebatur; & calor ad ſummū vigorem perueniebat, & deinde refrigerabatur ea pars, & ſequenti die pariter fiebat. Quod exemplum dixit oſtendere quotidianam febrem, quod ſi per tertium fieret, tertianam oſtendiſſet, & vbi per quartū quartanam. Hoc tamen exemplum non omnino ſimile eſſe probat: nam partes ſtercoris non ſic miſtæ erant, vt humores, qui ſunt in venis, poterántque ſeiunctim putre-

fieri

fieri abſque eo quòd continuo tempore & ſine intermiſſione puttedo partes omoes occuparet. Sed humotem aliquem in vaſis contentum putreſieri ſciunctim abſque eo quòd reliquos ſibi mixtos inficiat, viderur omnino impoſſibile. Maximè quoniam totum corpus noſtrum tranſpirabile eſſe dixit Hippoc.6.lib.de Morb.pop.ac inde facilè eſt puttedinem ſerpere ab humote putteſcente in ſibi conjunctum, atque in eum, qui in venis,& arteriis aliis continetur. Id itaque euenire poſſet, vbi humor in loeo aliquo concluſus teneretur, vt in inflammationibus, & ooo aliter: oempe vt pars putreſceret per ſe, ae ſine aliorum humotum conſenſu, non tamen in vaſis. Anget quoque dubitandi rationem, quòd non tantùm per aeceſſiones repetunt quædam febres, ſed certis & ſtatutis diebus atque dierum horis, vt diximus.

Io ſecunda parte, quæ incipit (Incipiendum) id qood propoſuit de acceſſionibus morborum, probat verum eſſe exemplis notiſſimis in morbis exterioribus: ex quibus licet conſimile coniicere in affectionibus internis. Inflammationes namque externæ manifeſtè conſpiciuntur, quædam quotidiè, quædam etiam per tertium acceſſiones habere: vt ophthalmia, aurium dolor, aut capitis totius, aut partis, aut podagra,& articularis morbus. Hos enim à bile euenieotes per tertium, & à pituita quotidie augeri videmus,& earum partium venas intumeſcere,& dolores vehementes fieri, & omnia hæc ſymptomata deinde diminui, & aliquando dolores in totum finiti, & deiode certis circuitibus redire ad priſtinam diſpoſitiooem augmenti, vigoris, & inclinationis, quibus ſimilia fieri in inflammationibus iotetnis coniectura aſſequimur. Id quoque oſtendentibus doloribus,& febribus, quæ dictis acceſſionum temporibus maiores fiunt, aliíſque accidentibus, ſi quæ prædictis morbis coniuncta ſunt. Vt in morbis attinentibus ad thoracem, & pulmoné difficilis reſpiratio, vt in pleuritide & peripneumonia. Id itaque ſic fieri ootum eſt, qno tamen modo id fiat, non aliter intelligi poteſt, quàm vbi prius intelligamus, quomodo inflammationes generantur, vt lib. de inæquali intemperie, & quæ dicta ſunt de affectibus rheumaticis, additis quibuſdam aliis, quæ ad præſentem locum ſunt ſatis opportuna. Phlegmonis generatio ſatis nota eſt: quoties enim pars aliqua ex præcipuis, aut valentioribus grauatur multitudine, aut mala qualitate contenti mordetur, trudit excrementa in partem imbecilliorem. Quòd ſi is ſanguis fuerit modicæ craſſitudinis, & conditione talis, inflammationem efficiet, rurſus primum à magnis vaſis ad parua, & à paruis ad minutiſſima, donec ſpatia inania partis ad quam decumbit, impleuerit. Hæc diſpoſitio phlegmone appellatur, tumor durus ac dolens. Rheumaticorum verò affectuum generationem docuit. lib.de ſangnio.miiſ. cap.8.dicens: Quapropter partes infirmiores omnium primæ excrementitiis morbis corripiuntur. Huiuſmodi quapiam ratione rheumaticos vocatos affectus prouenire ſcito, toto videlicet corpore infirmo (quæ vna eſt mali habitus ſpecies) principibus verò illius partibus paulum licet inſit ipſis ſanguinis, grauari tamen ſolitis, eúmque ad caroosas partes prodentibus, potiſſimúmque adenas excipiendis recrementis idoneos, tum ob ſubſtantiæ laxitatem, tum quia omnium partium minimè robuſtas habeant naturales virtutes, ſicut & pinguedo.

***

CAPVT XIV.

Fluxionem igitur decumbentem in oculos omnes quidem concedunt, ab ipſo capite defluere, ſed quanam cauſa ſit ob quam præfinita circuitione ſæpenumero defluat, dicere minimè poſſunt: vt qui nequaquam commentati ſint in facultatibus naturalibus, de quibus ipſi tribus libris perſcripſimus, indicantes omnes quatuor eſſe, à quibus plantæ & animalia gubernantur. Vna ergo 2 *eſt quæ attrahit proprium alimentum, altera idipſum detinet: tertia autem ab his alterat: quarta ab his aliena expellit. Alienum autem in omnibus rebus duplex eſt: alterum qualitate, alterum quantitate. Id verò propter ſitarum in ipſis partibus facultatum fortitudinem, atque imbecillitatē, colligitur. Nam ſi quidem paribus ſint viribus, & meatus deferentes excrementa ſe habuerint ſecundum naturam, partes ipſæ ſanæ ſunt: ſi verò plus quam alterari queat aſſumptum ſit, excrementum omne excerni a facultate expultrice pulſum neceſſe eſt. Quòd ſi hæc imbecillis ſit, eodem in loco manere neceſſe eſt. Atque ſi multum ſit, grauat eum ipſum, atque diſtendit. ſi acre ſit, erodit & mordet, quemadmodum ſi calidum ſit, calefacit. ſi frigidum, frigefacit: atque hæc perſpicua ſunt in iis, quæ in ventre habentur. Quidam namque ingerentes plus alimenti, interdum vomere coguntur nauſeabundi: interdum alui fluore corripiuntur. Quod igitur hîc per maxima ſpatia excernitur eructantia foras excrementum, id in aliis partibus animalis per tenues meatus non foras, ſed ex aliis in alias tranſfluit partes: expellentibus quidem fortioribus, ſuſcipientibus verò debilioribus. Porrò rurſus expellitur ex his in alias, atque ex illis in alias defluit, quouſque in debiliſſimas omnium decumbat. Id autem rurſus recurrere inde in alias fortiores nequaquā poſſibile eſt. Atque ob eam rem per plethorā ac vitium humorū partes omnium debiliſſimæ alias inflāmatione, alias eryſipelate, vel herpetibus, vel alia quapiam affectione prehenduntur, aut habent affectionem quam rheumaticam nominant, de qua ſeorſum ſcripſimus.*

Quocirca minimè mirum videri debet, cerebrum vel 3 *etiam totum interdum caput vbi collegit aliquod excrementum, in aliquam partem debiliorem expellere, aut in aures, aut oculos, aut tempora, aut labrum, aut dentes, aut genas, aut palatum, aut gingiuas, & gurgulionem, & tonſillas, & adenas ibi contentos: atque vbi nullum ex his fuerit imbecille, in thoracem, pulmonem, fauces gulam, ventriculum, fluxionem trāſmittit. Quemadmodum ergo caput ſæpenumerò prædictorum cuique cauſa morbi eſt: ita inflammationis in iecore & liene, & proximarum aliqua partium, aut etiam mehercle, vna longius poſitarum, vel plures quæ excrementa gignunt, augent, tranſmittūt, & circuitione affligunt. Ac nihil miri eſt his accidere affectum ſimilem excretioni excrementorum ventriculi. Quemadmo-* 4 *dum igitur ſi quis videret quidem quantū quotidie excernitur, ignoraret autē cauſam excretionis, miraretur ordinem: ita qui neſcit neque generationis in capite excrementorum, neque excretionis cauſam, ignorat autem & quamobrem hæc foras decumbant: illa in aliquam aliam partem tranſfluant: hæret atque miratur influxus proportionem. Pari autem modo, & qui ignorat quæ partes excrementum iecinori tranſmittunt, miratur proportionem excitatarum ex iecore febrium. At qui nouit decumbentem in viſcus fluxionem, & primum phlegmones initium dediſſe, & ſequentis acceſſionis ipſam partem affectam auctorem eſſe mirari deſinit.*

COMMENTARIVS.

RVrſus, antequam ſoluat dubium, reprehendit medicos, qui neſciebant reddere cauſas repetentiarum præfinitatum. Nam ipſi non nouerunt,

inquit, humani corporis & ſingulatũ partium ipſius facultates, quæ in ſingulis membris ſunt quatuor peculiares, quas tot numero eſſe in libris de naturalibus facultatibus latè probauit. Sunt hæ attrahens, retinens, coquens, ſeu alterans & expellens. Non enim aptum eſt alimentũ ea natura ſua per membra diſtribui, niſi ab ipſis traheretur, vt cõueniens, quod in plantis docet ſuccus à terra tractus ad ſupremas arboris partes. Id verò, vt coquatur, tempore eget quo retinetur à facultate ad id à natura inſtituta, à coctrice verò alteratur. Quoniam verò alimentum non omni ex parte aptu eſt in corpus noſtrum migrare, aut corpus cõtinens eo non eget, neceſſum eſt partem illam vt inutilem excerni. Quod in partibus quarum officium eſt toti corpori commune, vt ventriculus, & iecur manifeſtis excretionibus fit, vt deiectione, aut vrina, in reliquis non manifeſtis. Sed quod ſecundum naturam eſt, à parte in partem à natura traducitur, & excrementum poſtremum euacuatione ſenſum effugiente finitur. Quòd ſi in aliqua harum partium quidpiam præter naturam abundauerit, ſimiliter à parte ipſum continente excernetur, aliquando quoque non extra corpus, ſed in partem alteram, à qua nonnunquam trahi ob affectum aliquem præter naturam contingit. Hæc de facultatibus ad hunc locum ſatisfacient.

In ſecunda parte, quæ incipit (Alienum autem) reddit rationem quare à membro in membrum aliquid excernitur, nempe quoniam alienum eſt. Deinde exponit quare aliquid dicitur alienum: nam aut quoniam quantitate grauat, aut quoniam qualitate moleſtat. Sed tamen lib. 3. de cauſis ſymptomatum vomitione reiici dicit ea, quæ grauant multitudine, atque implent ventriculum, & quæ qualitate moleſtant, vt cùm ructus adſunt, aut nidoroſi, aut acrimoniam referentes. Inter quæ annumerãtur excrementa biliosa, & pituitoſa, & ſeroſa, aut in ventriculo genita, aut aliunde tranſmiſſa: quibus addit tertiam cauſam excretionis præter grauitatem, & acrimoniam, ea eſt, ſi contentum ſit præter naturam (talia verò ſunt quæ cocta alere non poſſunt) vt pituita acida, aut ſalſa, quibus adiungit dulcem pituitam, & ſanguinem in ventriculo. His tribus modis alienum aliquid dici poteſt. Id verò quod tale eſt, colligi debet in parte antequam inde excernatur: colligitur autem ob partium fortitudinem, aut imbecillitatem. Pars enim imbecilla alimentum non ſuperat, ſed id corrumpit, ac congerit, fortis id ſuperat, coquit, & vt alienum in partem aliam ſe imbecilliorem tranſmittit. Nam vbi partes fuerint, *ἰσοδυνάμοι*, id eſt, æquiualentes, ſiue robuſtæ, & potentiarum ſuarum analogiam quandam, ac commenſuratam proportionem ſeruauerint, & meatus ſe habuerint ſecundum naturam (ne impediant alimentorum & excrementorum delationem, partes ipſæ ſanæ erunt, niſi immodicum fuerit, quod ad partem defertur. Nam ſi tale fuerit, pars mittet id quod ſuperabundat, aut extra corpus, aut in partẽ alteram, quæ ſi imbecilla fuerit, hæc admittere excrementum cogetur, & eiuſdem ratione laborare. Quòd ſi pars ipſa quæ à principio recepit excrementum imbecilla fuerit, ibidem retentum excrementum permanebit, & putreſcet, & partem diſtendet, ac grauabit, aut acrimonia mordebit, aut ſua qualitate alterabit, vt ſi calidum fuerit ad calorem, ſi frigidum ad frigiditatem. Excrementorum excretionem docet venter, in quo ſi multum alimentum ingeſtum fuerit, à robore expultricis facultatis foras excernetur, aut ſuprà, aut infrà. Quod igitur per magna vaſa, & conſpicuos meatus à ventre fieri conſpicimus, id ab aliis membris per occultos fieri putandum eſt, non foris ob eorum anguſtiam, ſed intus ad ignobiles, & imbecillas partes, ad imbecillimas vſque, à quibus non eſt ad præcipuas, & nobiliores recurſus. Inde fiunt in plethoris inflammationes, tranſmiſſo ſanguine in partem aliquam, vt in cachochymiis, herpetes, aut eryſipelata.

In tertia parte quæ incipit (Quocirca minimè mirum) cùm docuiſſet cauſas tranſmiſſionis excrementorum de parte in partem, quoniam id conſtat non parum conducere ad notitiam eius, quod quæritur de ordinatis circuitionibus febrium, & in ſumma omnium morborum ſic repetentium. Id ſimiliter fieri non eſſe mirandum, inquit, in morbis oculorum (de quibus ab initio huius cap. dixerat) caput namque aut cerebrum, vbi collegerit copioſum aliquod excrementum, robore ſuo id mittet in oculos, aut aures, aut tempora, aut labrum, aut dentes, aut buccas, aut palatum, aut gingiuas, aut gurgulionem, aut partes quæ gulæ & gutturi interiacent, aut adenas quæ ibidem ſunt, quarum inflammationes appellant *ἀντιάδας*, ipſas verò adenas: Latini tonſillas, vbi verò nullum horum fuerit imbecillum, idem tranſmittetur in thoracem, ad quem attinent membranæ, & muſculi ipſius, aut pulmonem, aut fauces, aut ſtomachum, id eſt, ſupremam oris vẽtriculi partem, aut ad ventrem. Quemadmodum verò cerebrum, aut caput ipſum prædictis partibus morbos infert, ſic aliqua ex partibus ſitis prope iecur, vt ventriculus, aut lien, aut ex partibus longè à iecore ſitis vna, aut plures, cauſa inflammationis iecoris eſſe poterit, vbi iecur ipſum ex accidenti, ſiue occaſione aliqua, languidum redditum fuerit, aliis adhuc robuſtis manentibus. Quod lieni pariter accidere poteſt, vbi vna, aut multæ particulæ de proximis, aut longè ſitis generat, auget, excernit, & per acceſſiones irritat: ſic enim ſolent præcipuis partibus inflammationes inferre. Quod à vaſis maximis fieri conſpicimus magna ex parte, vbi in ipſis excrementa redundauerint, trudi in iecur aut lienem, & eis inflammationum cauſas eſſe. Hoc itaque ſic fieri, atque prædictas facultates, & membrorum generantium, mittentium & recipientium diſpoſitiones, cauſas eſſe fluxionum humorum ad partes, & morborum euenientium eis, maximè vbi per circuitus infeſtauerint, notum ex dictis euadit. Membrum enim quod recipit, aliũde tranſmiſſum recipere debet, ac neceſſum eſt partem tranſmittentem grauari à copia, aut morderi ab acredine, & robuſtam eſſe: recipientem verò imbecillam.

In quarta parte, quæ incipit (Quemadmodum igitur) quoniam dixerat mirandum non eſſe quòd excrementa cerebri ad oculos & reliquas partes tranſmittantur, cùm notum ſit id fieri ob facultatem membri mittentis robuſtam, & imbecillam recipientis, & excrementorum redundantiam: modò ad ordinẽ circuituum redit, quem ſimiliter non eſſe admirabilem, ſed naturales ipſas cauſas ſequi, docet, ſimili quodam in rebus notis. Si quis enim excrementa, quæ à corpore excernuntur inſpiceret, ac ignoraret ciborum & potuum ingeſtionem, miraretur certè ordinem excretionum, veluti, quòd homo ſanus bis certis horis deiicit, & ter, aut quater, certis quoque & ſtatutis temporibus mingit. Mirabitur quoque in inflãmationibus iecoris acceſſiones tertio die euenientes, & febrium, & aliorum ſymptomatum incrementum, vbi cauſas eorum ignorauerit. Sic quoque quemadmodum cognitis cauſis excretionum & copiam, & ordinem, ſequi copiam & ordinem ciborum aſſumptorum, & potionum,

admirari

admirari ceſſabit. Ita qui nouerit prædictas cauſas tranſmiſſiuois exerementorum de parte in partem, & generationis & augmenti excremenrorum, non amplius admirabitur, quamuis incrementa & acceſſiones morborum, vt inflammationem oculorum, aut iecoris per ordioatos circuitus repetere videat. Incepit enim fortè fluaio vi cauſæ generantis ac mittentis eacrementum, & rediit ob affectionem iecoris, quæ ibidem remanens excrementum trahere, & aggregare potuit, quamuis ſecundo quoque repetere vi membri generantis, ac mittentis fluxioo em potuit, aut ob vtraſque cauſas, vt infrà dicetur.

CAPVT XV.

CÆterùm duplex cauſa eſt huiuſmodi influxus humorum, vna quam proximè indicaui, quoties ex aliis partibus in alias debiliores excremēta tranſmittuntur. alterа verò, quoties attrahuntur, de qua hoc loco agendum, initio ſermonis petito ab iis quæ omnibus perſpicua, confeſſáque ſunt. Si enim thapſiam illinas cuipiam, videbis paruo tempore partem hanc eſſe calidiorem, atque in tumorem non paruum attolli. Nec ſecus ſi foueas partem quampiam iuxta ignem, aut fortiter frices, aut vngas reſina, aut pice modice calida, deinde paulò pòſt euellas vniuerſim, aut ſi etiam vngas partem quopiam medicamento calido, videbis enim ex his omnibus ipſam attolli in molem: quia calor ipſo vel ad ſe trahere, vel ſuſcipere ſoleat fluxionem. Verùm neceſſe eſt in præſens talia definire, ſed quod vtile eſt inſtituto iam habentes, etiam ſine huiuſmodi contemplatione: Semper enim in partes vehementius calescentes decumbere fluxio videtur: vbi corpora plena ſunt, atque abundant excrementis, admodum larga: vbi vacant
2 *excrementis, pauca. Decumbit præterea maximè & in dolentes. Sic namque ſæpè cui ſummus digitus manus minima acu punctus eſt, ſtatim dolet, & paulo pòſt partes quæ circiter ſunt, inflammatione laborant, atque in molem maximam tolluntur. Quibuſdam verò etiam bubones ſub ipſis alis erūpunt, vbi acceperint aliquid fluxionis rara & ſpongioſa, quæ ibi habentur corpora, quos Græci nominant adenas. Quibuſdam autem accidit id in medio brachio, vbi inſignis adenea parte extiterit. Perſpicuè id quod dicimus videre licet, quoties vlcus aliquod exiguum ſine inflammatione ac dolore propè vnguem fuerit. Si enim hoc contemnatur, neque coeat & ad cicatricem deducatur, innata ipſi caro ab vngue preſſa primùm quidem dolet: deinde totus digitus, aliquando verò & eorum corpus, & interdum manus vel pes in maximam deducitur inflammationem. Ita igitur dolor attrahit in dolore affectas partes fluxionem, non tamen cauſam huius hic dicere oportet. Alibi enim commodius eſt dicta, nec illius in præſens indigemus. Videntur ergo iam cauſæ fluxionū ex ipſis partibus laborantibus*
3 *fluxione orta eſſe duplices. Vna ex calore qui in eis accenditur: altera ex dolore qui ſuperuenit. Cauſa autem cur aut plus aut minus, aut benignius aut deterius influat, eſt non in ipſis ſolùm partibus laborantibus fluxione: ſed cur benignius deteriúſve influat, in ipſis partibus mittentibus cauſa eſt: cur autem plus minúſve in vtriſque? Calor enim fortis ac dolor, plus, debilior minus attrahit. Itidem corpora excrementis vacua exiguum quiddam trahentibus mittunt: excremētoſa autem ac plethorica tantò plus mittunt, quan-*
4 *tò ab ipſo naturæ habitu longius receſſerint. Atque hæ quidem fluxionum differentiæ ſine debilitate partium fluxione laborantium exiſtunt. Aliæ verò & ob harum debilitatem ac fortitudinem mittentium excrementa, efficiuntur. Omnis enim inflammatio ſine vulnere ac colluſione prehendens partem, excrementis quibuſdam decumbentibus ex fortioribus in debiliora exiſtit. Talis autem inflammatio ſtatim accendit febrem, quoties ob magnitudinem, aut vicinitatem calor ex ea ad cor peruenerit. Decumbentia igitur excremēta in omni inflammatione putreſcunt propter cauſas prius dictas. Nec ſimiliter omnia putreſcunt, eò quòd quædam ſunt pituitoſa, alia melancholica, nonnulla biliosa. Ipſis autem putreſcentibus accenditur calor præter naturam in parte inflammatione affecta: ſimul quidem calefaciens quæcunque prima tangunt inflammatione obſeſſas partes, deinde illis continuas, ex quibus rurſus alia ratione vicinitatis calefacta, rurſúſque alia ab illis vſque ad ipſum cor deferunt interdum caliditatem. Sed quænam ſit diſpoſitio in parte inflammatione affecta, diximus in libro de intemperie inæquali: & item in libro de tumoribus præter naturam. Quòd autem neceſſe ſit contentum in ea ſanguinem putrefieri ſæpenumero, ſimul cum materia quæ influxit, in hoc dicetur.*

COMMENTARIVS.

EXplicuit caoſam ob quam humor decumbit in partem, & pars ipſa fluxionem aliunde decumbeorem recipit, quæ tamen ſe tenet ea parte partis tranſmittentis, quæ excrementum generat, & genitum facultate ſua expultrice roboſta in partem alteram ſe ignobiliorem, ac imbecilliorem tranſmittit. Modò verò cauſas refert quæ attineot ad particulam ipſam recipientem, quæ poteſt oouounquam fluaionem concitare. Hæ ſunt duæ, calor, & dolor, quæ cauſæ mouentes fluaionem ſæpe ſont, & eadem ad locum recipientem ipſam trahunt. Calorem itaque trahere ad particulam excalfactam experimentum docet: ſeruus enim ille qui ſe ſimulabat ægrotare, thapſiam genu admouit, quod paulò pòſt intumuit, non alia ratiooe quàm quòd pars à thapſia incaluit, & calore ad ſe ſanguioem allicuit, qui partem ipſam inflammauit. Quod etiā docet calor ignis: manus enim ab ipſo incaleſcētes intumeſcunt. Idem fit ſi ad ignem maous fricueris, aut inunaeris reſina, aut pice modicè calidis, ac affatim eadem euellas: rubet enim ſtatim pars, & intumeſcit, quod oſtendit ſanguinem ad eam partem delatum: aut quia pars calida humorem trahit, aut miſſum ſuſcipit. Hinc conſtat Gal. in præſenti loco non ſatis explicaſſe, an calor verè dicatur trahere: oam id non putat pertinere ad præſens inſtitotum: ſatis enim eſt id noſſe, quòd ad partes calidas fluxio deriuatur, in corporibus plenis, magna, & copioſa, in vacuis excrementis, pauca. Nam plena facilè cedunt trahenti eacrementa, vacua verò non ſic, ſed auara, quæ ſibi ea vſu ſunt retinent.

In ſecunda parte quæ incipit (Decumbit præterea) ſecundam cauſam fluaionis ea membro ſuſcipiente dicit eſſe dolorem, quod duobus confirmat exemplis. Si quis in ſumma alicuius digiti parte punctus fuerit, ſtatim videmus dolorem concitari & inde fluaionem, & partes puncturæ circumiacentes inflammari, atque fluaionis partem in carnibus adenoſis interim relinqui. Quoniā cum fluaio impetu defertur per communes venas manui & adeni in medio brachij aut pedi, & ingoini, (cum humor fluit in pedem) aliquid transfertur, quod partem inflammat, & decumbens fluxio in digitum manus, aliquid demittit in adenem, qui in medio brachio. Secundum eaemplum eſt, quod contingit, vbi vlcuſculum aliquod eatremum digitum infeſtauerit in manu, aut pede, ſine dolore, vbi non ſanetur: comprimitur namque tēporis ſpatio pars vlcerata ab vngue proaima, & inde concitato dolore, fluxio ſequitur dolorem & pars inflammatione veaatur, nonnunquam etiam totus digitus & totus pes: quare verò

Digitized by Google

dolor trahat ad alium locum remittit. Habent ſe iſtæ duæ cauſæ fluxionis in parte dolente hoc modo. Calor accenditur, ſiue intrinſecus, ſiue aliqua occaſione: dolor verò ſuperuenit aliquando cauſa alijs, quæ dolores inferre ſolent. Sæpe etiam fluxiones ab vtriſque cauſis in membro recipiente commoueri poſſunt, vbi pars immodicè incaluerit, & doluerit, & id multis modis, aut dolore à calore concitato, aut ab alia cauſa: aut à ſolutione continuitatis, aut ab humore aliunde ſibi tranſmiſſo à parte aliqua validiori, (nam & hæc cauſa prædictis iungi poteſt) aut ob cauſam aliam manifeſtam.

Tertia pars incipit (Cauſa autem) ſcripſerat cauſas fluxionis, ſed tamen quoniam earum multæ ſunt differentiæ, cauſas differentiarum in hac parte refert. Ex fluxionibus namque quædam ſunt magnæ, quædam paruæ: & rurſus quædam ſunt vitioſæ, quædam vitio carent. Quod itaque fluxio vitioſa ſit, aut vitio careat, & humor influens benignus ſit, à parte tranſmittente tantummodo pendet, quæ generat id excrementum vitioſum, aut benignum, tale verò à ſe mittit, quale in ſe genitum, aut aceruatum continet. Quòd tamen plus aut minus influat, in parte tranſmittente, & in recipiente conſiſtit: tranſmittens enim aliquando multum, aliquando paucum mittit pro abundantiæ, & acredinis ratione: membrum quoque trahens pro magnitudine caloris, & doloris ſimiliter. Dolor enim & calor maiores, magis: minores, minus, trahunt. Hæ verò duæ cauſæ ex particula recipiente nihil omnino mutant benignitatem & vitium, eius quod defluit, niſi poſtquam id receperint.

In quarta parte, quæ incipit (Atque hæ quidem) poſtquàm explicuit cauſas quæ verè tales ſunt: & fluxionem efficientes dici meritò poſſunt, alterius mentionem modò facit, quæ priuatio potius dici poteſt, ſiue impotentia, aut imbecillitas partis recipientis, quæ ad fluxionem non parum conducit. Partis enim imbecillitas præparat quodam modo ad fluxionem ſuſcipiendam, ac conſentit tranſmiſſioni, quæ à parte nobiliore ac validiori fit. Hæc autem eſt vna via generationis inflammationū, quæ duobus modis generantur, aut à cauſa prægreſſa, vt colliſione aut vulnere, aut ſine his à fortitudine tranſmittentis partis, tanquam cauſa generante, & imbecillitate recipientis, vt conſentiente. Colliſio itaque & vulnus ſoluendo continuum dolorem mouent: dolor verò trahit humorem ad locum inflammandum: imbecillitas verò partis conſentit. Sed tamen inflammationem non efficeret niſi in membro tranſmittente adeſſent abundantia & fortitudo expultricis, in recipiēte verò promptitudo ad patiendum. Quòd ſi prædicta inflammatio magna fuerit, aut in parte cordi proxima febrem excitabit, vapore putreſcente tranſmiſſo cordi. Excrementa verò quæ in partem decūbunt, putredine inficiuntur, partim quia ſuperant vires particulæ, partim quia non reguntur à natura, quæ ſolet huiuſmodi in alia membra deferre, aut ipſi parti aſſimilare: partim quoniam omne calidum in loco anguſto concluſum neceſſe eſt putreſieri, tranſpiratione prohibita. Putreſcunt autem quæ in inflammationibus continentur non ſimiliter omnia; nam ſanguis bilioſus citius ac magis: pituitoſus, & melancholicus, tardius, & minus: loquitur namque Galen. de inflammationibus omnibus, quamuis ſint non exquiſitæ, ſed nothæ, quæ alium à ſanguine humorem cōtinent: incaleſcit autem primum humor putreſcens, poſt ipſum pars inflammatione affecta, deinde partes adiacentes, à quibus in diſtantiores procedit calor ad cor vſque.

Deferunt namque intermediæ partes calorem ad cor, non aliter quàm vbi ſimilem caliditatem illi, quam ſemel conceperunt, proximis inferant, ac eiſdem demandent. Diſpoſitionem verò partis inflammatæ docuit lib. de inæquali intemperie: quippe calida fluxio vbi in muſculum procumbit, primùm maiores venæ ac arteriæ opplētur, ac diſtenduntur, ab his minutes, & ſic proceditur donec ad minimas perueniatur. In his autē valenter impacta fluxione, ſi non adhuc ceſſat, pars per ora venarum & arteriarum, pars per tunicas ipſas reſudat: vnde fit, vt ſpatia inania, quæ iuxta vaſa ipſa ſunt, fluxione impleantur. Itaque omnia humore implentur, & incaleſcunt nerui, ligamenta, & caro, & venæ, & arteriæ, quæ interius implentur, exterius degrauantur. Hæc diſpoſitio, phlegmone, appellatur. Adeſtque inæqualis intemperies muſculi, primùm ac maximè incaleſcentibus arteriis, ac venis: minus verò reliquis iam dictis partibus, quæ his adiacent. Rurſus eadem lib. de tumoribus præter naturam. Quòd tamen putreſcente excremento aliunde delatu ad partem, neceſſum quoque ſit, ſanguinem ipſum, qui in parte continetur, alimenti ratione putreſieri in ſequenti cap. dicemus. Prius tamen duo dubia circa cap. præſens ſoluemus. Primum eſt, an fortitudo ac robur facultatis alicuius partis poſſit eſſe cauſa morbi ipſius, aut alterius. Nam videtur Galen. velle fortitudinem membri tranſmittentis eſſe cauſam fluxionis, & fluxio morbum efficit: erit ergo morbi ipſius cauſa. Rurſus videtur robuſtam facultatem cauſam morbi eius partis, cuius eſt, aliquando eſſe, videlicet vbi vehementius ad ſe trahat, vt de calore partis recipientis diximus. Facultas namque attractria calore vtitur, & robuſta redditur roborato inſtrumento ad vehementiorem attractionem. Ita vt excrementa quoque trahat. Ad quod reſpondemus Galen. non negare quòd primo loco diximus vnius membri robur eſſe cauſam nonnunquam morbi alterius membri, vi facultatis expultricis à ſe mittentis excrementa. An tamen poſſit eſſe cauſa morbi in ſe ipſa, dubium eſt, quod parum agit ad mentem Galen. in præſenti loco inueſtigandam. Nos tamen maioris claritatis gratia breui veritatem explanabimus. Quatuor facultatibus naturalibus natura dedit propria inſtrumenta: attractrici calorem quadam ſiccitate iunctum: coctrici calorem moderatum & humori iunctum: retentrici ſiccitatem, ac fibras obliquas: expultrici tranſuerſas & ſiccitatem ipſarum, humiditatem quoque, vt concedentem & vias patantem. Attrahit tamen membrum omne id quod ſibi conuenit ſecundum naturā, quodque ſibi à tota ſubſtantia ſimile eſt, alimentum namque ſecundum naturam tota ſubſtantia ſimile eſt corpori alendo. Facultas item robuſta temperamento partis eget: in qualitate enim temperamēti partis conſiſtit robur eiuſdem. Quoties tamen diſtemperatur non amplius robuſta manet pars, neque ipſa facultas quæ eget eadem qualitate, ob cuius exceſſum intemperies aduenit, probè munere ſuo fungitur: nam coctio non exercetur melior multo, quàm moderato calore etſi celerior fiat. Sic etiam calor cum ſiccitate quadam iunctus, optimè ſeruit attractioni, quamuis vbi modum exceſſerit vehementior ac celerior fiat attractio. Neque tamen hæc attractio robur facultatis trahentis oſtendit, ſed inſtrumenti exceſſum, & immoderantiam, ad quam ſequitur, vt ſæpenumero trahatur, non tantùm quòd ſecundum naturam trahi debet, & quod familiare eſt, & tota ſubſtantia ſimile, ſed etiam id quod morbum efficere poteſt, in parte ipſa trahente, id verò non teſtatur

Quæ ſint inſtrumenta facultatum naturalium.

robus

robur facultatis, neque ab ipſa vt robuſta fit, ſed ſignificat ipſius intemperiem & exceſſum, & tractio dicta ſymptomatis rationem habet. Qualis illa de qua Hipp. lib. 4. de Rat. vict. acut. cũ venulæ æſtiuo tempore exſiccatę ichores ad ſe trahebant. Sic etiam diſtemperatam & immodicam dixerim ſiccitatem, quæ non tantùm retinet quod congruit, ſed etiã id quod excrementoſum eſt, excerni non permittit, quod permittere aſſueuit retentria facultas validiſſima, ſecundum naturam ſe habens. Secundum dubium eſt, an calor ſit omnis tractionis principium.

Quo etiam modo dolorem trahere poſſe, ſit audiẽdum. Non tamen putandum eſt eaſdem eſſe fluxionis cauſas, & tractionis. Multa enim fluunt ad partem, quæ tamen non trahuntur, vt diximus de fluxione concitata à parte robuſtiori, ad imbecilliorem: illa enim mittitur & non trahitur. Rurſus dolor de cauſis fluxionis eſt, non tamen de cauſa tractionis: errant enim qui dolorem trahere putãt, ob id quòd fluxiones irritat, non enim trahit dolor ad partem dolentem, ſed animalem facultatem commouet, quæ ſuis inſtrumentis vſa, ea ad dolentem partem, vt ei auxilietur, mittit. Quod voluit Gal. 5. ſect. Apho. commen. 53. dicens: Hæc enim eſt quædã ratio communis, in quibus natura aliquid violenter excernit, eò ſanguinem & ſpiritum tẽdere: quibus duobus veluti inſtrumentis natura vtens, ea quæ infeſtant per vim expellit. Hac ratione igitur & dolentibus partibus inflammationes adueniunt, natura excernere atque expellere cauſam doloris properante. In hoc loco ſanguinem expelli ad partẽ dolentem dicit, non ipſum ad eam trahi. Quod tamen 2. ſectio. Aph. commen. 66. dixerit, ὡς λέγει χωρὶς ὀδύνης οὐδὲ ῥεῦμα κινεῖ, hoc eſt, quoniam quæ dolore carent fluxiones non commouent (ac ſi dolor eas commoueret) quẽadmodum & 5. ſect. Apho. cõmen. 23. & lib. artis medicinalis, cap. 95. omniſque præterea dolor fluxiones commouet, commouere fluxiones dicitur dolor, non quoniam ipſas trahit, ſed quoniam irritat facultatem animalem vt ſanguinẽ & ſpiritum ad partem dolentem mittat, quemadmodum & 13. lib. de Method. meden. docuit. Rurſus quod in præſenti loco dixit: Ita igitur dolor attrahit, in dolore affectas partes, fluxionẽ Græca litera habet, οὕτως ἄρα καὶ ἡ ὀδύνη ῥεῦμα τοῖς ὀδυνωμένοις ἐπάγει μορίοις, quod eſt, ſic igitur dolor fluxionẽ incitat ad partes dolentes. Verbum enim ἐπάγει, non minus irrito, aut incito, quàm attrabo ſignificat: irritare autem fluxiones dolorem, cõcedimus modo iam expoſito. Quod tamen Gale. lib. de ſangu. miſſione, cap. 8. dixit: Dolor enim ad ſe ſanguinem ἀνασπᾷ, id eſt, euellit: non aliter intelligi debet quàm partibus expellentibus ad expulſionem excitatis: nam triſtis ſenſus non eſt cur trahere poſſit niſi vt cauſa ſine qua non, dictum ſit ſanguinem euellere. Attractionis autem cauſæ ab Auicenna tres ſtatuũtur: fit enim attractio à virtute, vt cùm magnes attrahit ferrum: à vacuo, vt cùm aqua aſcendit per ſyringã: à calore, vt cùm ignis trahit per ellychnium ſepum, aut oleum, ſed tamen tractionem quæ fit à calore dicit reducendam eſſe ad eam quæ fit à vacuo, itaque duæ erunt in genere tractionis cauſæ, facultas, & vacuum. Quod quàm falſum ſit facilè probatur, ſiquidem tractionem quæ fit à calido, reducere ad vacuum non licet: nam vacuum nihil eſt, neque in rerum natura conſiſtit. Non ergo erit alicuius motus cauſa. Si dixeris res moueri ad implendum vacuum, aut trahi ne detur vacuum, conſtat quòd dũ flamma candelæ trahit calore oleum, inferior olei pars non aſcendit gratia vitandi vacuum. Nam aër proximus faciliùs ſuccedere poteſt quàm ſepum, aut oleum: & ad vacuum vitandum ſemper quæ tenuia ſunt & leuiora ſuccedere prius & celerius ſolent: vt inquit Galen. lib. 3. de natural. facul. Rurſus cùm manus frictione incaleſcunt, aut ſine frictione vbi igni admoueantur nullo dolore accedente, ſed ſolo calore tractio fit à calido, ſine periculo vacui. Rurſus quæritur à quo trahitur aër, qui ſuccedit, cùm euacuatur vas anguſti orificij, quod nõ dicent. Nos verò tractionem fieri à facultate non dubitamus, nam membra noſtri corporis ſic trahunt alimentum: quam tractionem Galen. dicit fieri à qualitatis conuenientia, & eſt tractio à ſimilitudine ſecundum ſubſtantiam, hæc verò in mixtione primorum elementorum conſiſtit. Talis eſt tractio, qua magnes trahit ferrum, & qua medicamenta trahunt humores, cum quibus eam ſeruant ſimilitudinem in modo mixtionis. Has etiam appellant proprietates philoſophi ac medici, de quibus infrà latius dicemus. Alter modus tractionis fit à calore, & is eſt duplex: nam calor aliquando ſeruit ratione inſtrumenti ipſi formæ trahenti, vt in tractione alimenti, ſeruit membris trahentibus, aut medicamentis purgantibus in trahendis & expurgandis humoribus, quæ omnia ferè calore, vt inſtrumento vtuntur, ſicut & electrum perfricatum trahit celerius, vſum calore, vt inſtrumento. Calor quoque nonnunquam trahit per ſe, nam ferrum aut lapis vbi incaluerint carni ſuperpoſita, ad eam partem ſanguinem allicient, & thapſia ſanguinem trahit ad partem cui ſuperponitur, cùm tamen non trahat ipſum familiaritate ſubſtantiæ, ſed ſolo calore. Et notum eſt partes corporis incaleſcentes ad ſe excrementa quoque trahere, vt venulæ exſiccatę tempore æſtiuo, quam tractionem conſtat non fieri à ſimilitudine ſecundum ſubſtantiam: huius tractionis meminit Gal. in præſenti cap. De tractione verò quæ fit ſucceſſione ad id quod vacuatur, dubium videtur, quo pacto quod non eſt trahit, aut quænam ſit cauſa à qua iſte motus proueniat, quo aliquid ſuccedit ad id quod loco ceſſit. In vacuis itaque euitandis, vna duarum cauſarum tractionem efficit, aut arbitraria, aut naturalis: arbitraria, vt cùm per fiſtulam quis ſugendo trahit aërem, animali facultate diſtendente thoracem, ac inde pulmonem, quem aër ſubingreditur tractus à facultate libera. Quòd tamen aqua ſequatur ab eadem facultate fit, quod inde conſtat, quia quantum grauitatis habet aqua quæ aſcendit, tantum conatum apponit is qui ipſam trahit, thoracis diſtentione. Similiter in Euripo, cuius alterũ orificium ſit in vaſe aquæ, & alterum extra, poſt quàm ad exterius orificium tracta eſt aqua, reliqua deducitur à grauitate partis deſcendentis, quæ maior eſt grauitate partis quæ eſt ab angulo ſuperiori Euripi vſque ad aquam, trahit autem reliquum poſt ſe, quoniam minus graue trahitur à magis graui: grauitas namque maior ducit deorſum partem cuius eſt, & reliquum ſimili modo. Quoniam continua ſunt ſic vt eorum continuitas ſolui non poſſit, niſi præſente alio corpore potente locum intermedium implere, ita vt rerum continuitas nunquam ceſſet. Et quia magis graue non inſequitur motum minus grauis, ſed econtrario, inde fiet vt id quod ſuccedit ad motum alterius, non inſequatur ipſum à natura, vt quidam putant, dicentes aquam aſcendere gratia vitandi vacuum à natura vniuerſali, à qua omnia contendunt ad conſeruandam rerum continuitatem. Si namque aqua à natura moueretur aſcendens, non egeret potentia grauitatis trahentis maiori propria

Quomodo intelligendum ſit dolorem trahere.

Quot ſint tractionis cauſæ.

grauitate, ſed non aſcendit niſi à maiori grauitate cogarur, neque à libera facultate trahente, niſi ipſa conatum maiorem reſiſtētia aquæ appoſuerit. Non ergo ſecundum naturam ſequitur, ſed violentia trahitur. A cauſa itaq; naturali hæc tractio fit, hoc eſt, à grauitate in contrarium ducente, quamuis motus à libera facultate incboatus fuerit. Sine qua nonnunquam fit vt à ſola cauſa naturali tractio fiat, continuitatis ratione. Vt cùm ventus aliquis agitatur à cauſa naturali, quem aer ſequitur, continuitatis ratione: naturalis enim cauſa quæ ventum agitauit, mouit ventum ipſum immediatè, mediatè verò aërem qui pòſt ſuccedit. Nec diſputamus modò an conſecutione ad id quod vacuatur, aut mouetur, trahatur aliud, aut gratia vitandi vacuum. Id tātùm docere volumus cuiuſuis talis motus cauſam eſſe voluntariam, aut naturalem mouētem, & inchoantē motū, quē mediatè ſequitur aliud mobile, quod violenter trahitur, niſi forrè is motus illi foret ſecundùm naturam. Vt ſi quid deſcenderet certa quadam celeritate ſecundum naturam, traheretur tamen continuitatis ratione, maiori celeritate. Torquent autem nonnullos philoſophantes in hoc loco duo problemata. Primum eſt, quare aqua per lanam contortam aſcendit, ita vt vaſis in quo altera pars immergitur, totam exhauriat aquam. Ad quod dicemus aquam vt omne agens naturale contendere vt contraria ſibi aſſimilet à natura ſua, & id maiori conatu quàm in proprio loco manere, quod conſtat de flamma ignis, quæ ſæpe ad comburēdam ſtuppam, aut ſulphur deſcendit. Neque tamen ſemper, ſed cùm occaſio ſe offert commutandi aliquod tale in ſuā naturam. Sic etiam aqua minutas partes aëris contentas intra contortam lanam, mutare contendens, aſcendit. Neque tamen id ſemper facit, ſed cùm alicui ſolido aut firmo corpori inniti poteſt. Fugat autē partes aëris ab eo loco quibus ſuccedit. Neque dicendum eſt ibidem generari aquam loco aëris: nam eo dato non minueretur quantitas aquæ vaſis, quod fieri videmus. Hinc ſequitur ſolutio ſecundi problematis. Quare aqua aſcendit per ſpongiam ex parte immerſam aquæ, & idem facit per terræ glebam, aut calcis. Aſcendit enim appetitu naturali quo contendit, vt aridum ſubiectum humidum ac ſibi ſimile reddat, quod conſequitur, vbi ſenſim per poros ſpongiæ, aut terræ aſcendens, ſingulas ipſius partes humectet. Vincit tamen naturalis appetitus aſſimilandi, & vincendi contrarium, eum appetitum quo per grauitatem contendit ad deſcendendum, & in proprio loco permanendum. Quemadmodum de igne deſcendente diximus. Licet id non ſemper fieri contingat. Sed vbi diſpoſitio, & opportunitas ſuperandi contrariū ſe obtulerit. Et ignis fumo alicui innitatur, aqua verò alicui corpori firmo. Ruſus ad inſtitutū redeamus, humorum fluxus excitatur à termino à quo motus inchoat, aut à termino in quem finitur, vt cùm ſanguis à vaſis magnis fluit ad pedem, vbi efficit inflammationem. Fiet igitur, vt aut vaſa magna ipſum mittāt, aut à paruis trahatur, vtrunque modum fluxionis coadiuuant ſpatium intermedium, calore, & amplitudine, & partis recipientis poſitus. A parte tranſmittente fluxio oritur, cum ſubuenire tentat parti alicui dolenti, tunc enim ſanguis & ſpiritus ab aliis ad ipſam mittuntur. Aliquando verò à parte tranſmittente fluxio habet ortū, quoties ipſa à contentis moleſtatur, & robuſta eſt. Moleſtatur verò, aut ipſorum acredine, aut grauitate, aut aliena qualitate. Robuſta verò pars, aut eſt, aut fit cùm attēperatur, aut aſtringitur. A parte verò recipiente fluxio concitatur nōnunquam, aut naturali facultate trahente: quod fit familiaritate ſubſtantiæ, à qua cum alimento trahitur quandoque excrementi copia. Concitatur quoque fluxio à calore partis, nam calor trahit à natura ſua, maximè qui igneus, & aridus eſt. Trahit verò maxima ex parte liquida ac humida: quoniam calidum horum inferiorum, quod actu tale eſt, humida eget materia. Coadiuuant fluxiones in parte recipiente, ſitus, & laxitas, & imbecillitas partis, aut à natura, aut tempore facta. Argenterius tamen omnia hæc quæ diximus ſubuertere conatur, nullam attractionem fieri dicens à vacuo calore, aut dolore. De vacuo quidem trahere non poſſe affirmamus. Fallitur tamen, quoniam putat aërem ſuapte natura ſequi in vaſis alicuius euacuatione, aut aquam in fiſtulam aëre excluſo ſe inſinuare, non trahi. Quod quàm falſum ſit docuimus ſupra, vbi enim aqua aërem ſequitur, violentia eget, & potentia ſua grauitate maiori. Tractionem verò quæ à calore fit, ipſe negat: ſi enim humores ad partem calidam confluunt, non eſt id quoniam trahuntur, ſed quoniam calore humores funduntur, & locus amplior redditur, in quem tanquam ampliorem ſe effundunt. Præterea (inquit) ſi calor attraheret, retineret quoque. Omne enim quod attrahit, ob id attrahit, vt attracto fruatur, quod retineri debet: calor autem non retinet. Ruſus ſi calor trahit, cur non etiam trahet lapides & ligna. Sed quàm validæ ſint rationes iſtæ notum eſt, quàm etiam falſa ſit eius opinio. Conſtat enim ſuccinum calefactum, vehementius quàm ante trahere, quod non fieret, niſi calor tractionem coadiuuaret, vbi tamen palea non rareſcit, neque effunditur. Ruſus humores aſcendunt ad partes ſuperiores corporis, cùm immodicè incaleſcunt, & inferiores partes deſerunt, ſed ſuapte natura in eas partes non aſcenderent, quamuis loca illa ampla admodum fierent: quoniam grauea ſunt, trahuntur ergo. Ad id verò quod addit, Si calor attraheret, retineret ſimiliter, maxima hæc falſa eſt: nam facultas naturalis attractrix non eſt eadem cum retinente, ergo aliquid attrahit, quod non retinet. Præter id quòd calor ipſe, quod attrahit aliquandiu retinet, & ignis calore ſepum trahens ipſum retinet, & ſibi aſſimilat, quod ſine tempore fieri non poſſet. Quod tamen calor ligna aut lapides non trahat, hinc fit: quoniam non cedunt tractioni, & quoniam humidis commutationi aptis eget calor, vt eis foueatur, vt diximus. Multa quoque caloris vi ad partes trahuntur, quæ poſtea, vt aliena à parte expultrice pelluntur, vt cùm venulæ exſiccatæ æſtiuo tempore ichores ad ſe trahunt. Dolor verò quam trahendi vim habeat, aut quomodo fluxiones commoueat diximus. Partium etiam ſitum decliuem coadiuuare fluxiones notum eſt. Vapores quoque in caput recipi, ſitus eius eſt in cauſa. Verumtamen vaporum concurſus in caput fluxio non eſt, ſed eorum euaporationis impedimentum. Quod pariter Argenterius exiſtimat. Nullam partem poſſe fluxionem trahendo mouere, quoniam nullum membrum trahit, niſi quod ſibi conuenit, & quod retinere debet, non tamen quod ipſum grauare poſſit, eſt falſum. Nam cum alimento excrementa quoque trahuntur, quæ deinde grauant, & expelluntur: & natura quamuis id tantùm trahere intendat, quod ſibi conuenit, vbi cum eo malum mixtum fuerit & inutile, vtrumque trahit. At cùm bonum ſibi adiunxerit, reliquum excernit, quod nonnunquam ipſa parte vtili maius eſt quantitate. Fluxionis itaque cauſæ, quot, qualéſve ſint ſup. diximus.

Egregia duo problemata.

Horū ſolutio.

CAPVT

Google

CAPVT XVI.

EXcrementum igitur quod decubuit ex vna
parte in aliam, interdum adeo multum
prauúmque eſt, vt partis laborantis fluxio-
ne lædat vires: interdum adeò mite ac exi-
guum, vt ſuſcipiens corpus minime offen-
dat. Si igitur adeò debilitet vires vt exoluantur, nec præte-
rea euincant ea quæ prius vincebant, tunc ſanguinem pu-
trefieri neceſſe eſt duplici ratione: & quia humor, minimè
euictus à calore proprio reliquam habet in putredinem
mutationem: & quia ſimul cum excrementis putreſcenti-
bus putreſcit. Sin non tantum lædat vires vt exoluta peni-
tus quieſcant, ſemipravus & tanquam ſemiputris in tali
conſtitutione ſanguis efficitur: vicinitate quidē putreſcen-
tium excrementorum ſimul putreſcens, perſiſtens tamen in
ſua ipſius natura, quantum eſt in ratione facultatis ipſum
2 conficientis. Vtcunque autem ſe res habeat, accenſus calor
per primam putredinem penitus acrior ac mordacior eſt,
quàm foret dum per naturam haberet, atque tantùm cre-
ſcit, quantum natura ipſa excrementorum ſufficiat. Hæc
enim talem habent proportionem ad calorem ex eis accen-
ſum, qualem ligna ad ignem obtinent. Hæc tamen minimè
in infinitum tempus ſufficiunt ad alterationem: ſed termi-
nus alterationis ipſis eſt humoris innati conſumptio, nam
eo vſque cremari queunt, dum innatum habuerint humo-
rem: atque eo conſumpto cremari deſinunt, ac reliquia eo-
rum nominantur cinis. Quinetiam putreſcentium humo-
rum ſimiliter calor permanet dum prorſus ſint aſſati, par
eſt autem reliquias humorum terreſtres exiguas eſſe ne-
quaquam multas, quemadmodū lignorum: propterea quòd
in ſubſtantia eorum elementum humidum exuperat, non
ſiccum. Simili modo ſi libeat coquere humorum externo-
rum quempiam, vt oleum aut vinum, terreſtre quidem eius
quàm minimum relinquetur, reliquum autem totum exte-
nuatum, in vaporem atque aerem diſcedet. Itaque tota ſub-
ſtantia feruefactorum humorum ex putredine extenuato-
rum ab ipſo calore in ambientem diſpargitur per vigorem
inclinationémque febrium. Remanet autem iam excre-
mentum omnino exiguum vel nullum in humoribus qui-
dem craſſioribus exiguum, in feroſioribus autem nullum.
3 Quòd ſi nulla debilitas extiterit virium partis inflamma-
tione laborantis, nec rurſus mittantur excrementa: & mor-
bus ſolutus eſt, & poſthac haud iterum febricitauerit ho-
mo, neque ſequenti die, neque tertio quoque die, neq; quar-
to quoque. Quòd ſi ob eandem cauſam mittantur excre-
menta ob quam ab initio parti mittebantur, aut ſi hæc qui-
dem non amplius mittantur, ſed permaneat virium debili-
tas denuò febricitare hominem neceſſe eſt. Subiiciatur enim
primùm facultas partis robuſta, tempore vero interue-
niente eiſdem in partibus quæ prius tranſmiſerant, collecta
eſſe excrementa paria quantitate & qualitate his quæ ab
4 initio tranſmiſerant. Hoc vero accidit his in quibus diſpo-
ſitio mittentium, & attracti ad ipſas alimenti quantitas
& qualitas eadem permanet. Neceſſe enim eſt æquale
ac ſimile quòd ab eadem alteratur facultate, æqualia ac
ſimilia facere excrementa. Quinetiam tempus collectio-
nis eorum neceſſariò æquale erit. Partes enim quæ alun-
tur quoad ſimilem habuerint conſtitutionem ab eodem
nutrita alimento, æqualia quantitate & ſimilia qualita-
te, atque eodem temporis tractu colligent excrementa.
Quinetiam eadem circuitione incitantur ad expellenda
ea atque mittenda debilioribus. Siquidem tunc primum
expellendi facultas excitatur ad operationem ſuam, vbi
grauatur multitudine excrementorum, aut qualitate mo-
leſtatur. Sed de his omnibus in commentariis de viribus
naturalibus definitum iam eſt: in quibus exercitatum
eſſe conuenit eum, qui, quæ nunc dicuntur, ſit cum de-
monſtratione intellecturus: magno quidem præmio ipſi
propoſito ex tali contemplatione ad curandi viam & ra-
tionem. Nam vt alia omnia omittam quæ ſum dicturus
in eo libro, vnius tantummodo faciam mentionem, quod
maxime quidem in promptu eſt, quódque ipſi ſæpenumero
fecimus, ophthalmiæ ſcilicet per circuitionem repetentis.
Spero enim id non paruum incitamentum fore lectoribus
ad eam quam hoc loco tradimus condiſcendam doctrinam.
Contrà enim quam ii qui ſe nominant ab oculorum cura-
tione ophthalmicos, curauimus ſemper huiuſmodi ophthal-
miam. Nam cum illi ſemper oculis negotium faceſſerent,
nos interdum purgatione, interdum balneo, interdum me-
ri potione (vt Hippocrates dicit) interdum ſanguinis
miſſione, interdum vtriſque vel clyſtere cum ſanguinis
miſſione vſi ſumus: atque interdum ſtatim his adhibitis
deſinit, quandoque etiam vbi capiti fuiſſet proſpectum.
Omnes enim qui ita curati ſunt, aut omnino acceſſionem
non habuerunt, aut ſemel ſolùm: ſed multò leuiorem quàm
priùs. Sed de curatoriis diſcretionibus ac de indiciis, nequa-
quam eſt hoc loco agendum. Cæterùm quòd accidat inter-
dum totum caput aut minimè affectum, ſed ſanguine pra-
uo atque excrementoſo nutritum, colligere excrementa
plura ac vitioſiora quam ante, ita vt nequaquam eis ſuf-
ficiant naturales effluxus ac perſpiratus, ſed cogatur na-
tura expellere excrementum ad aliquam partem debilio-
rem, aut ſi humores ſecundum naturam ſe habeant, ipſum
autem affectum ſit, aut etiam ambo concurrant, colligi
excrementa, atque decumbere in aliquam partem, præſens
ſermo demonſtrare ſtudet. Etenim quoad decumbens hu-
mor ſimilis fuerit, & capitis diſpoſitio eadem, eouſque
excrementa æqualia colligentur tempore ſimilia & æqualia,
& acceſſiones oculorum ſimiles erunt. Simili modo & ſi
non totius capitis, at certè vnius alicuius in eo partis,
aut meningum, aut cerebri ipſius fuerit aliqua diſpoſitio,
ita vt ex tali vniuerſo colligat tantum taléque excre-
mentum tanto tempore: deinde expellat excrementum id
eune primùm quum ab eo inſigniter moleſtatur: accidet
& tunc per circuitionem infeſtari vel oculos, vel aures, vel
aliquid aliud tale, in quod debilius expulſum fuerit ex-
crementum. Vt igitur in oculis, vel auribus, ac pedibus
& aliis multis partibus talibus perſpicuè videtur fieri ac-
ceſſio per circuitionem, & quemadmodum oſtenſum eſt:
quid mirum in pleuritide, & peripneumonia & phrenitti-
de, & aliis omnibus quorum non licet intueri inflamma-
tiones, ſimiliter fluere excrementum? nullo alio ipſa par-
te inflammatione obſeſſa affectu laborante peculiari ac
proprio ad dictorum generationem, quam quod mittentibus
excrementa eo tempore imbecillior eſt. Neque etiam illud 5
mirum videri debet, quod non eodem tempore colligantur
omnia excrementa. Quòd enim neque quidē ſemper ratio-
ne alimenti ſanguis ſemper ſimilis eſt, neque diſpoſitio par-
tium quæ aluntur eadem idcirco aliud alii tempus facit eſt
ad tanti excrementi collectionem. A quo primùm natu-
ra partis moleſtatur, cogitúrque veluti alienum, a ſe id
quod moleſtat expellere. Neque porro mirandum eſt ip- 6
ſarum acceſſionum longitudinem inæqualem eſſe, cum
enim neque genus, neque multitudo excrementorum vna
ſit, neque ſimiliter accendi in omnibus, neque diſcuti con-
uenit. Nam plura quidem & frigidiora, & glutinoſa, &
craſſa longiores committunt acceſſiones: pauciora autem
& calidiora & tenuiora breuiores: conducente ad id non
parum etiam corporis conſtitutione eo tempore & virium
robore. Corpus enim rarius breuiores quantum in ſe eſt, 7
efficit acceſſiones, denſius autem longiores. Et robur quidem
virium, breuiores: debilitas autem, multo longiores. Facul-
tas enim valida promptius a ſe expellit id quod eſt alie-
num: corporis autem raritas, minimè detinet id quod effer-
tur. Quocirca ita affectis citò euacuari excrementum ne-
ceſſe eſt, ſi etiam aliæ ſimilia exiſtant. Pari ratione quibus
è contrario corpus afficitur, iis neceſſe eſt eſſe longiorem ex-
cretionem

cretionem excrementorum, debiliter expellente excrementa facultate: detinente autem ea quæ efferuntur, anguſtia meatuum. Omnibus autem ſimul concurrentibus, aut breuiſſima, aut longiſſima acceſſio fit. Longiſſima quidem ob craſſitiem & multitudinem excrementi ac virium imbecillitatem, meatuúmque anguſtiam: breuiſſima autem, ob tenuitatem, & paucitatem excrementi, & robur virium ac viarum amplitudinem. Simili modo nec quam ob cauſam acceſſiones quædam deſinant ad integritatem, quædam verò non, difficilè eſt inuenire. Quoties enim prioris acceſſionis tempus adeò breue fuerit, vt priuſquam ſecunda incipiat, iam prima deſierit: medium principij ſecundæ, priorisque finis interuallum totum ſine febre exiſtit. Sed vbi ſecunda prius incipiat, quàm prior omnino ſoluatur, nihil harum medium relinquitur. Hoc igitur (vt diximus) fit, quum facultas partis excrementa recipientis ſui ſimilis eſſe pergit, hoc eſt, adhuc vt antea, ſanguinem qui in ipſa habetur vincit.

COMMENTARIVS.

IN præſenti cap. docere intendit qua ratione ſanguis qui eſt partis alimentum, nonnunquam putreſcit ſimul cum excremento perueniente ad partem, quæ tentatur fluxione, aliquando verò non: vt inde notum euadat cauſas acceſſionum aliquando eſſe in tranſmittentibus excrementa, aliquando in tranſmittentibus, & ſuſcipientibus: nonnunquam in his tantùm quæ in ipſis ea aceruabunt. Quod autem pars fluxionem recipiens ab excremẽtis lædatur, euenit ex natura influentis excrementi. Nam multum & deprauatum vires partis ſuſcipientis lędit, paucum & benignũ, minimè. Si ergo excrementum prauum & multum fuerit in tantum vt vires partis offendat, & alimentum quod ſecundum naturam ei ſuppetere ſolebat, ſuperari nõ poſſit, idem ſanguis alimentitius putreſcet duplici ratione, tum quia quod non euincitur à natura, id corrumpi & putrefieri neceſſum eſt (occupatur enim ſtatim à calore præter naturam) tum etiam quia excrementa putreſcentia coniuncta ſanguini, quamuis benigno, ipſum putredine inficient. Serpit enim calor putredinalis ab vno in alterum ſubiectum. Exẽplum eſt aceruus pomorum, in quo ſi pomum, aut vnum tantùm putreſcat, totum aceruum corrumpit. Quòd ſi excrementum non adeò multum, aut prauum fuerit, vt vires partis diſſoluat, (quod vtraq; ratione fieri poteſt, aut multitudine, aut prauitate) non putreſcet ſanguis adeò malè, ſed ſemiputris fiet, ob conſenſum excremẽti commixti: ſemibonum verò à natura coquente ſuperante, atque quoquo modo in ſui ſubſtantiam commutante. Quod tamen habetur conficientis, Græcè ſcribitur διακοσμένης, hoc eſt, perficientis.

Secunda pars incipit (Vtcunque) in qua poſtquam dixit corruptionem fluxionis, & ſanguinis contenti in parte fieri, quoniam fluxio ipſa membrum implet, & obſtructione facta calor præter naturam excitatur, & ſanguis aut per conſenſum partis putreſcentis tantùm, aut ſimul reddita parte imbecilliori: tunc læſa parte aut ipſa non læſa, hoc vnum fieri neceſſum eſſe dicit, vt calor præter naturam in excremento accendatur, & creſcat ad quantitatem humoris putreſcentis. Ad quod non parum facit natura ipſius humoris: nam maior calor accenditur in bile flaua, minor in pituita. Copia itaque humoris maior, maiorem accendit flammam, quod igni etiam contingit in lignis accenſo. Maior enim in maiori copia lignorum accenditur. Seruat autem analogiam ignis ad calorem putredinalem, ligna vero ad excrementum. Seruant quoq; alia in re ſimilitudinem: nam quemadmodum ignis non durat perpetuò in lignis, ſed interim dum ligna humorem habent, ita putredinoſus calor tandiu in humoribus & corporis excrementis ſeruatur, quamdiu ipſa humorem retinent. Communis enim eſt ratio caloris ignis horum inferiorum, & mixtorum omnium, vt ſine humore conſpicui ſeruari non poſſint: hæc ſatis euidens ratio erit longitudinis acceſſionum. Non tamen ſunt in omni re excrementa & ligna ſimilia: nam ligna cùm ſint ex materia terrena, poſt combuſtionem cinerem relinquunt notæ quantitatis, humores tamen putridi qui ad finem aſſantur nullum, aut quàm pauciſſimum relinquunt poſt aſſationem, humida enim eſt, & aquea ſubſtantia. Et ex ipſis humoribus & excrementis, qui tenues ſunt, & ſeroſi, nullum omnino: qui verò craſſi, quàm pauciſſimum relinquunt cinerem. Humidum namque ac tenue ſubiectum à calore in vaporem in totum extenuatur, & exhalat. Quod in acceſſionibus fit hunc in modum: Excrementum primò incipit à calore pręter naturam occupari, ac putrefieri, deinde calor accenditur peruenitque ad magnam inflammationem pro quantitate, & natura humoris, qui putreſcit, donec ad ſummum vigorem peruentum ſit, in quo exuri iam incipit prædictum excrementum & humore ſenſim deficiente, remittit vehementiam calor, ac ſequitur inclinatio, in qua ferè in totum aut omnino abſumitur excrementum, & calor præter naturam finitur ob ſubiecti defectum. Talia ſunt acceſſionum tempora. Circa quæ animaduerſione dignum, quòd Gale. hoc in loco calorem putrefacientem non diſtinguit à calore aſſante præterquã quòd ab initio dum ſubiectum humidum eſt putrefacit, poſteà verò coniunctus ſiccitati aſſat. Inquit enim, Quinetiã putreſcentium humorum ſimiliter calor permanet donec prorſus ſint aſſati. Calor itaque is qui ab initio putrefacit ad finem aſſat, ſiccitati iunctus, & ab aſſatione cinis relinquitur, non à putredine. Adde his omnibus, quòd quamuis calor aſſans ſit febris, in numero putridarum recenſetur: nam cùm ſanguis nimia aſſatione tranſit in melancholiam, febris procedens vel à ſanguine, vel à melancholia putrida eſt, & calor potius aſſans quàm putrefaciens eſt. Interim enim dum in ſanguine multus aderat humor, putreſcebat: ad finem verò cùm paucus relinquebatur, aſſabatur potius, & Galen. præaſſationem eam appellat.

Tertia pars incipit (Quod ſi nulla) finita iam acceſſione ob humoris aſſationem, ſcrutari decet, quęnam ſit cauſa quare altera acceſſio ipſam ſequatur, aut non. Aut enim pars ipſa ex præcedente, ac iam finita acceſſione remanet robuſta, nullum manifeſtum languorem perpeſſa, aut eum patitur. Si nullum, aut pars quæ primò tranſmittit excrementum, ſimile priori ruſſus generat, ac tranſmittit, & inde ſequetur acceſſio ſecunda. Aut non generat & mittit prædictum excrementum, & æger liber omnino manebit, nunquàm redeunte acceſſione. Quòd ſi pars ex prima acceſſione languorem paſſa fuerit, vel ipſa ſola ſatisfaciet ad alteram inducendam acceſſionem. Generabitur namque in ipſa excrementum, & aceruatum ibidem putreſcet, & acceſſionem alteram efficiet, non aliter quàm vbi aliunde ſibi tranſmiſſum foret. Quòd ſi duæ cauſæ permanſerint, nempe partis imbecillitas, & à membro generante excrementum, ſimilis tranſmiſſio priori, diuerſæ quædam & mixtæ fient acceſſiones, de quibus infrà dicemus.

Pats quarta incipit(Subiiciatur enim)dixerat excrementum decumbens io partem aliquã, aliquando ipſam reddere imbecillem, aliquando non. Huius ſecũdi exemplum ſcribit in hac patte, vt doceat adhuc maoente parte tobuſta poſſe ſequi acceſſiones ob diſpoſitionem membri tranſmittentis. Nam poſito qoòd pats robuſta, & qualis antè permaneat, ſic etiam & membrum tranſmittens ſimile permanens, parem quantitatem alimenti ſuſcipiat: & qualitate ſimili, neceſſum erit ſimile excrementom io ipſo colligi, ei qood ante ptiotem acceſſionem, ſiue excrementi ttanſmiſſionẽ collectum fuit, idque eodem præfinito tempore fiet: nam à ſimilibus omoino cauſis ſimiles ſequuntor effectus. Cauſam verò efficientem proponimus eandem, nẽpe membri generantis diſpoſitionem, & materiã, ſiue alimentum eooſimile: ſimilis igitur priori fiet acceſſio, & quæ pari tempotis ioteruallo ſeqoetur eũ tempore collectionis primi excremẽti, idem iotellige de tertia, & reliquis acceſſionibus, & exetementotum collectionibus. Nam poſtquàm excrementa genita, & collecta fuerint ſimili modo, & tempore trudentur, conſtante vt antẽ expoltrice facultate, quæ ea quæ ſimiliter moleſtãt, aut quantitate granãtia, aut qualitatis actimooia mordentia, excernit. Verum de facultatibus, & exeretionibus quę à membris fiuot in libris de nat. fac. multa dixerat. Quantum itaq; aduertendæ ſint membrorum tranſmittentiũ diſpoſitiooes exẽplo doeet. Inflãmationes namque oculorum ipſe eurauit, doctrinã Hippocratis ſecutos, qui Aphor. 31. ſect. 6. dixit, dolores oculorum, meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit, qoorum remediorum balneum, ſanguiois miſſio & expurgãt medicamentum, partibus ttanſmittentibus proſpiciunt; quemadmodum ſi quis capiti tranſmittenti admoueret ea quæ aut humotem reſoluerent, aut eius generationem impedirent, & quibuſdam paucæ acceſſiones poſt dicta remedia fiebant, quibuſdam nullæ. Quod ſimili modo ægris euenire viderunt, qui nos ad viſendos ipſos ſequuti ſunt. Expedit autem vti vno, aut pluribus horum remediorũ, vt Gale. qood multo alitet faciebant medici qoi ſe Oculiſtas appellabant, qoi tantummodo oculis remedia adhibebant. Verùm etiam eſt, quod probare nititur Gal. ſimilia exetementa genetari & acetuari ad ſeqoẽtem acceſſionem, ac ſimili modo tranſmitti, vbi ſimilis fuerit diſpoſitio bumoris peruenientis ad alendam particulam. Vbi enim capitis conſimilis fuerit diſpoſitio, & ipſum validum fuerit, alimentum tamen fuerit vitioſum ſimile præcedenti, ſimiliter accidet, vt non ſufficientibus naturalibus meatibus ad expurgationem, & ſecũdom naturam factam diſſolotionem, quod reliquum eſt ad parẽ alteram mittatur ordinatè, & pari temporis menſura, vel alimento vtili exiſtente, capitis diſpoſitio praua ex eo generet excrementum dictum, & ipſum tranſmittat, quod maximè fiet, ſi in vtriſq; ſit prædicta cauſa in membro imbecillitas, aut intemperies, in alimento verò, prauitas. Quod pariter fiet, vbi non capot ipſum, ſed aliqoa ex membranis ipſius quæ excrementum generet, & ipſum eùm grauet, aut mordeat, & quantitate ſimile priori ſit, in oculos, nares, aut aures transfundat. Ex quibus ſatis notum euadet, quàm poſſit quæuis pars cauſa acceſſionis eſſe, ac tranſmiſſionis ordinatę per circuitus. Nam vbi excrementum ordioatis temporibus, ac definitis generatur, & ttaditur, & in membro recipiente putreſeens febrem efficit, circuitus febriles ordinatos ſequi neceſſum erit. Parem ratiooem eſſe dicit de acceſſionibus, quæ fiunt internis partibus laborantibus inflammatione, eum his quæ fiũt in oculis, pedibus, aut auribus. Nam quẽadmodum ob ſolum affectum partis tranſmittentis, acceſſiones oculis eueniunt, quamuis ipſi ſecundũ naturam ſe habeant, quoniã illi mious validi ſunt quàm caput, ita in phrenitide, petipoeumonia & pleutitide fiet, partibus, inquã, patientibus robuſtis, acceſſiunes ordinatas fieti, ob affectũ partium tranſmittentiũ, & generantiũ excremẽta. Hoc vno addito quòd quæ recipiunt, minus validæ tranſmittentibus ſunt.

Quinta pars incipit(Neque etiam vbi)poſtquam docuit qua tatione acceſſiones ordinatæ ſuccedũt, ac eiſdem omnino temporibus, docet quare fit vt nonnunquam tempus anticipent, aut poſtponant. Nam id fieri poteſt ratione alimenti, quod diſſimile occutrens parti alendæ, diſsimilis congeſtionis eauſa erit, citius enim congeretur exeremeorum ex deteriori ſanguine, tardius ex minus malo. Idem poterit effieere partis generãtis temperatura, quæ deterior citius aceruabit excrementorum copiã, eam quæ eogat ad exeretionem, vnde ſequatur acceſsio modo dicto. Vbi legitur (ſed de curatoriis diſcretionibus & indiciis) Græcè habetur, ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν θεραπευτικῶν διορισμῶν, καὶ γνωρισμάτων, hoc eſt, decuratoriis qoidem definitionibus, & eonſiderationibus.

In ſexta patte, quæ incipit (Neque porrò) reddit cauſas longitudinis, & breuitatis acceſsionum, qui namque nouerunt exeremẽtorum facientium acceſsiooes naturam, & corporum conſtitutiones diuerſas, non admirabuntur, etſi viderint quaſdam ex ipſis lõgas, quaſdam verò breues. Quoniam neque ſimilia ſunt in omnibus excrementa, neque conſimiliter accenduntur, nec coolimiliter diſcutiuntur. Ex ratione excrementotum magna eſt differẽtia: nam multum, fsigidum, craſſum, lentum, lõgiores efficit acceſſiones, quoniam vnaquæque ipſarum randiu durat, donec humor accenſus diſcutiatur. Rurſus excrementa calidiora, pauciora, ac tenuiora, breuiores efficiũt acceſſiones, contraria ratione. Corporis quoque conſtitutio non parũ conducit ad longitudinem & breuitatem acceſſionum: nam denſitas, & obſtructio meatuum longam efficit acceſſionem, raritas & amplitudo breuem. Rurſus ex facultate, languida quidem, longiores efficit acceſſiones ob defectum facultatis coqoentis, & expellentis, & caloris diſcutientis: fortis verò contraria ratione, breues. Itaque coniunctis ſimul cauſis omnibus longitudinis acceſſionum, ipſæ fient longiſſimæ, & coniunctis in vno eauſis omnibus breuitatis, in eo fient breuiſſimæ: mediæ verò fient lõgitudinis, vbi mixtæ fuerint prædictæ cauſæ. Hæc quæ diximus de longitudine & breuitate acceſſionum, oon tantùm in eis vera ſunt, ſed in ipſis morbis qui ex multis acceſſionibus ſunt cõſtitoti, & in illis qui ſine acceſſionibus fiũt. Quòd enim quiuis talis, loogus aut breuis fiat, ex natura humoris peccantis ortum habet, & ex corporis patientis diſpoſitione, nempe ex conſtructura, & temperatura, ac facultate, à quarum robore pendent coctio, & excretio humorum, ſiue excrementorum, redundantium, accedunt his omnibus cauſæ externæ.

Quare febriles paroxyſmi ſunt modo lõgi modo breues.

In ſeptima parte, quæ incipit (Simili modo) non eſſe inuentu difficile, inquit, quare ex acceſſionibus quædam finiantur ad infebricitationem, ſiue ad integritatem: quædam verò non. Nam cùm acceſſiones adeò breues ſunt, vt præcedens prius finiatur, quàm ſequẽs ſuccedat, id tempus ſine febre erit in his tameo quæ ſunt adeò lõgæ, vt ſequens ante ſuccedat,

cedat, quàm præcedens finiatur, nullum aderit interuallum, aut tẽpus ſine febre, hæc notiſſima ſunt. Soluit itaque Galen. quatuor quæſtiones: primam mouit capite præcedenti, quam ſoluit in præſenti, dicens non eſſe admirabiles acceſsionum repetentias, eis qui nouerunt ordinatas ipſarum cauſas, ordinatos, ac ſimiles effectus allaturas. Rurſus in quinta parte huius cap. non eſſe admiratione dignũ docuit, quòd circuitus ordinem non ſeruent. Tertium dubium ſoluit parte ſexta non eſſe admirabile dicens, quaſdam ex acceſsionibus eſſe longas, ac quaſdam breues: & ad finem in hac ſeptima parte quartum ſoluit dubium, dicens, ſimili modo non eſſe mirum, quòd ex acceſsionibus quædam perueniant ad integritatem; quædam verò non.

CAPVT XVII.

Quod ſi quando debilis efficiatur, idque ei cauſa ſit cur non excrementa ſolum, ſed ipſe etiam ſanguis corrumpatur ac putreſcit, & febris accendatur: alterum inde quoque initium orietur circuitus repetentium acceſſionum. At ſi quidem prædictus adhuc ſeruetur calor, duplex erit genus febrium inter ſe amplexarum. Si verò ille quidem deſinat, diſpoſitio verò ſuſcipientis fluxionem permaneat, quæ de mittente ſunt dicta prius, de hac intelliges. Hæc enim pars efficiet in ſe quædam excrementa duplici ratione, quemadmodum & illa, tũ quia prauus eſt ſanguis contentus in ea, tum quia facultas debilis eſt. Nec ſecus ſi ex quauis cauſa reddita ſit interdum debilis partis diſpoſitio: adeò vt onus ipſi potius quàm alimentum ſit ſanguis aduectus. Corrũpetur enim, & ſi calidus fuerit, facilè putreſcet. Si verò ſubfrigidus ac pituitoſus, non ſtatim quidem: ſed proceſſu temporis is quoque eandem ſuſcipiet diſpoſitionem. Quinetiam vbi nequeat concoquere qualibet pars genita in ſe excrementa, aut expellere ad aliam, tale ſibi ipſi initium febricitãdi, quale ea quæ tranſmittit alteri adfert. Cur autem nequeat alteri mittere excrementa, prima quidem cauſa eſt in viribus mittentis ſuſcipientiſque: altera autem in viarum obſtructione quæ
2 *à glutinoſis, craſſis, & multis fieri ſolet humoribus. Nihil igitur mirũ eſt, ſi etiam abſque eo quòd altera mittat alteri excrementum (quemadmodum caput oculis mittebat) ex excrementis in ipſa adhuc manentibus in eandem ſuſcipiens aliena diſpoſitionem deuenerit. Quæ enim obſtruxerant naturales effluxus, proceſſu temporis ea quoque putreſcant neceſſe eſt: & cauſa ſint ex pertes ob quam multitudo excrementorum in parte minimè vacuetur, & vt ſolita erat diffletur. Putreſcunt igitur vt illa ea quoque quæ poſteà colliguntur, & omnia ſimul accendunt ſtatim in parte caliditatem febrilem. Supra autem indicauimus vbi accenditur quædam vel etiam augetur caliditas, in eam partem ab aliis ſanguinem defluere. Itaque neceſſe eſt, vt tempore quo defluit, partes illæ refrigerentur ſanguine deſtitutæ: pars autem affecta grauetur atque diſtendatur: & qui defluxit ſanguis alteretur propter duas cauſas, & quia putreſcentibus iam excrementis permiſcetur, & quia impactus minimè diſſlatur.*
3 *Quocirca ſuccenditur inſtar lignorum humidiorum conferum in exiguam flammam coniectorum, atque id tempus omne initium acceſſionis appellatur. Vbi verò calor ſuperat materiam, appellatur incrementum & aſcenſus, tale tempus. Atque eo tempore augetur calor tam multus, vt non ſolum deurat locum ipſum, qui veluti cauſa quædam putredinis eſt, ſed iam per continuitatem depaſcatur vniuerſum corpus: & vbi ad ſummum peruenerunt feruorem qui accenduntur humores: appellatur vigor talis pars acceſſionis. Vniuerſum verò ignitum eſſe videtur tunc ægroti corpus calore in vniuerſo animali æqualiter intenſo: deinde ſi quidem humores tenues ſint, ac facultas valida, & corpus rarum, pars plurima feruefactorum humorum fuſa in ſudorem vacuatur. Quòd ſi craſſi fuerint, ac expultrix facultas debilis, & via anguſta, nihil quidem ſenſibile effluit: ſed ſolum id quod ita extenuatum eſt vt in habitus tenuis tranſierit naturam, appellatur autem id tempus inclinatio, quæ perſpiratio quædam eſt humorum feruefactorum. Sed vbi in parte diſpoſitio permaneat, neceſſe eſt alterum in ea gigni excrementum: cum* 4
quod rurſus in eam attrahitur alimentum: non planè totum vacatur. Quod rurſus (vt ante docuimus) & ab excrementis putridis in parte ipſa relictis, & ab ipſa propria prauitate, initium putredinis ſuſcipit, & vbi admodum incaluerit, rurſus decumbit in ipſam, vt prius dictus ex aliis animalis partibus ſanguis, rurſuſque eodem modo, initium, incrementum, vigor & inclinatio acceſſionis fit. Atque hoc certe ambitu tantiſper fit, dum affectus in parte primum gignente excrementa ſeruatur.

COMMENTARIVS.

Docuerat in præcedenti capite modum quo generantur acceſſiones, vbi pars aliqua tranſmittat alteri excrementa, & ea quæ recipit nõ languet, tunc enim acceſſiones ſequuntur omnino diſpoſitionem partis mittentis, à qua diffinitur quantitas, & qualitas, & tempus generationis excremẽtorum. Nunc verò docet modum generationis acceſſionum, vbi pars ipſa excrementa ſuſcipiens laborauerit, ac diſtemperetur, aut vi excrementi aliunde tranſmiſsi, aut ob cauſam quamuis, & id duplici modo. Nam aut pars recipiens languet, parte mittente, adhuc generante & mittente excrementum, aut languet ipſa ſola, tranſmittente reſtituta, & non amplius generante, aut tranſmittente excrementa. Si primum, acceſsiones fient duobus ordinibus. Quorum alter inſequitur diſpoſitionem membri tranſmittentis, alter diſpoſitionem ſuſcipientis, quod ſua mala qualitate, ac diſtemperie aceruabit excrementa definitis temporibus, quæ putreſcentia acceſsiones efficient ſequentes membri ipſius vt generantis diſpoſitionem, & aliæ acceſsiones inſequentur ordinem quem exigit pars tranſmittens. Quod ſi in parte recipiente relinquatur praua diſpoſitio, aut genita ab excrementis, ibidem ſuſceptis, & putreſcentibus, aut ab alia cauſa quauis illi euenerit intemperies, ſanata parte tranſmittente, acceſsiones fient, quæ inſequentur diſpoſitionem membri aceruantis in ſeipſo excrementa: non aliter quam ſi aliũde genita ad ipſum mandarentur, quæ in alio ab ipſo contingerent, vbi generans adeò robuſtum eſſet ad excretionem, vt alterum excrementum in ſe genitũ tranſmitteret. Quod fiet, niſi obſtauerit partis imbecillitas, aut meatuum obſtructio. Cùm enim alimentum in parte contentum onus parti redditur, id non ſuperat, ſed in ipſa (niſi in aliam tranſmittatur) putreſcet, quia non regitur à natura, & quia meatus partis obſtruit. Putreſcit autem, aut celerius, aut tardius ob temperaturam, quam retinet: nam calidum excrementum, citius: frigidum & pituitoſum tardius, ad quod non parum agit membri ipſius intemperies, & meatuum obſtructionis magnitudo.

In ſecunda parte quæ incipit (Nihil igitur) modũ generationis acceſsionis febrilis docet, quamuis aliunde non mittãtur excrementa, ſed in parte contenta putreſcant. Nam ipſa excrementa ſibi ipſis cauſa putredinis ſunt, quoniam meatus obſtruunt, & tranſpiratum cohibent, vnde putreſcere neceſſe

eſt

eſt temporis proceſſu, quemadmodum & cum his quæcumque poſt colliguntur ex alimento non debitè confecto, à quibus febris fiet, ad cor tranſmiſſo vapore. Fiet itaque hoc modo acceſſio, pars recipit, aut generat excrementum, id putreſcit ob facultatis partis imbecillitatem, & meatuum obſtructionem, pars incaleſcens ad ſe trahit ex aliis partibus ſanguinem, vnde fit vt aliæ à quibus trahitur refrigerentur, tractus verò ſanguis cum excremento incaleſcit, & febrem accendit. Hæc verò tandiu durat donec excrementum efferueſcens diſſoluatur.

In tertia parte, quæ incipit (Quocirca) docet ſingulas partes acceſſionis diſtinguere, comparans totam acceſſionem incendio lignorum viridium: cùm enim hæc exiguæ cuidam flammæ ſuperfunduntur, ſuffocant interim flammam, quæ à multitudine opprimente parua admodum redditur. Talis diſpoſitio accidit calori noſtro, qui in partibus internis recluditur, vbi à multitudine excrementorum opprimitur, pariter & à multitudine ſanguinis ad partes calidiores recurrentis. Hoc eſt acceſſionis initium, quod non eſt aliquod principiorum morborum neque enim eſt primus morbi inſultus, neque trium dierum ſpatium, neque tempus cruditatis, ſed tempus particularis acceſſionis, in quo calor in intimis partibus oppreſſus tenetur, nondum foris ſe oſtendens. Cùm verò iam calor accendi incipit, & elucescere, ac materiam ipſam inflammando ſuperare, id tempus appellatur *αὔξησις, καὶ ἀνάβασις*, hoc eſt incrementum, & aſcenſus, euenit autem, vt per id tempus non tantùm pars ipſa in qua primum calor accendi cœpit inflammetur, ſed in vniuerſum corpus is calor ſenſim accendatur, & augeatur in toto corpore, & qui in augmento erat inæqualis, æqualis atque conſimilis certo modo reddatur, & ad ſummam magnitudinem perueniat, éſtque id tempus, *ἀκμὴ*, id eſt, vigor acceſſionis. Deinde ſequitur inclinatio, fitque vno duorum modorum: nam quod accenſum eſt ac putret, aut tenue eſt, & corporis meatus valentes, & facultas expultrix robuſta, & fiet ſudore, ipſius diminutio, & acceſſionis inclinatio: aut meatus ſunt occluſi, aut anguſti, & humores craſſi, & facultas languida, & acceſſio inclinabit euacuatione ſenſum effugiente, caloris febrilis actione.

In quarta parte, quæ incipit (Sed vbi) oſtendit qua ratione finita iam acceſſione, altera redeat. Nam vbi in parte in qua primùm putruit excrementum, talis remanſerit diſpoſitio qualis ab initio fuit. Simile excrementum priori aggregabitur, quod ſimul cum ſanguine deueniente ad ipſam putreſcet, & ſequentem efficiet acceſſionem. Cuius cauſa conſiſtet in particulæ diſpoſitione, & excrementi ibidē relicti prauitate, maximè verò ſi id quod in partem decumbit, trahitúrque, eiuſdem fuerit malitiæ. Aderunt etiam huic acceſſioni talia tempora, qualia in priori dicta ſunt, principium, augmentum, ſtatus & inclinatio. Libro verò de temporibus morbi, Galenus acceſſionis tempora, ac totiua circuitus enarrauit, hæc ſunt, principiū, inæqualitas, augmentum, vigor, inclinatio, integritas. Vna periodus omnia hæc tempora continet: acceſſio verò aliquando ſignificat principium, augmentum, & ſtatum morbi: aliquando omnia prædicta tempora, dempta integritate. Principium itaque id tempus eſt in quo calor innatus recluditur, & extremæ partes algent, calore intus ſuffocato, pulſus quoque paruus, & tardus redditur. Quo tempore in tertianis febribus rigent ægroti. Per hoc tempus morbus in generatione exiſtit, quamuis ab initio, id eſt, à primo

Acceſſionis febrilis tempora quæ & quot.

ipſo inſultu eiuſdem naturæ morbus ſit. Inde ſequitur inæqualitas, in qua calor in intimis partibus accendi incipit, non tamen in extremis ſe oſtendit. Acceditque in pulſu magna inæqualitas, & in calore. Nam veluti flamma à multitudine lignorum viridium aliquando pullulat, & reuiuiſcere videtur, ac rurſus oppreſſa detinetur, ita calor per id tempus iam ſe oſtendit veluti excandeſcens, iam verò oppreſſus cohibetur: quas mutationes & inæqualitates pulſus inſequitur. Poſt id tempus ſequitur augmentū, in quo calor ad extimas partes extenditur, & ad maiorem gradum aſcendit, donec ad ſummum perueniat, quamobrem aſcenſus dicitur. Hoc ſequitur ſummus vigor, in quo calor febrilis talis permanet qualis à principio exiſtit, nulla ſenſata mutatione facta, ſed in eodem ſtato calor manet, quare ſtatus meritò dictus eſt. Hoc ſequitur inclinatio, humore putreſcente, aut diſſoluto, aut ſudore emiſſo, aut in locum aliquem tranſmiſſo. Inde ſequitur integritas, ſiue *ἀπυρεξία* in quibuſdā: nam non omnes acceſſiones ad infebricitationē finiuntur, quamuis de intermittentium genere ſint. Habent quoque hæc acceſſionis tempora ſingula tres partes: nam principium, primam partem habet ſimilem principio, & poſtremam aſcenſui, & mediam, medium modum ſeruantem. Sic de aliis temporibus. Præter hæc verò ſunt & alia morborum generalia tempora 4. ſimilia animantium ætatibus, principium, augmentum, ſtatus, & inclinatio. Quæ ob id generalia dicuntur, quoniam totum ipſum morbum comprehendunt, non vnicam tantùm acceſſionem, vt prædicta. Principium verò tribus dicitur modis, vt de primo morbi inſultu, & de ſpatio trium dierum, & de tempore cruditatis, de quibus libro primo prognoſt. in noſtris expoſitionibus multa diximus. Sed tamen hoc in loco principium ſignificare volumus tempus quo morbus crudus eſt, qualis cum venoſo genere laborante, vt in febribus, vrina aquoſa mingitur, tenuis, aut turbida ac ſic permanens, aut futura turbida, aut rufa tenuis. Augmentum verò eſt tempus in quo iam ſe oſtendunt coctionis notæ, ſed aut remiſſæ, aut non conſimili modo perſeuerantes. Aut cùm mingitur vrina nonnunquam ſyncera, aliquando verò cum ſedimento bono, aut nebula, aut appendiculo apparente. Vigor verò iam oſtendit integras coctionis notas, ac perſeuerantes. His tamen adhuc apparentibus, ſi humoris copia ac febrilis calor minuatur, inclinatio fit, quæ vera appellatur, & quæ ex coctione nullam habet peculiarem ſibi notam. Humor enim aut eſt crudus, aut ſemicoctus, aut integrè coctus: primum oſtendit principium, ſecundum augmentum, tertium vigorem: nam humor qui ſummè coctus eſt, amplius coqui non poteſt, proinde Galen. libr. de gener. temp. morb. poſtquàm principium, augmentum, & ſtatum coctione cognoſcere docuit, de inclinatione dixit. Inde rurſus declinatio, qua & ſymptomatum magnitudo, & humorum copia, ceſſabit. Non ergo diſtinguit inclinationem coctione, ſed quantitate humorum, & ſymptomatum, his ſimilia tempora reſpondent vlceribus, & inflammationibus, quorum notæ ex pure, aut ſputo ſumuntur. De his tamen libro 2. prognoſt. in noſtris expoſitionibus multa diximus. An tamen morbus omnia quatuor tempora contineat, dubium eſt apud medicos, à quo nullus iuniorum ſe potuit extricare, quamuis innumeras paginas ſophiſmatis impleuerint. Ego verò, vt ſoleo, breui quæſtionem abſoluam, & quod verum exiſtimo, id tantùm referam: eſſet enim valde moleſtum lectoribus aliorum nugas referre, at-

Nota.

que conſutare. Itaque ex morbis quidam ſunt ſalubres, & quidam lethales, & ex ſalubribus quidam habent cauſam, quidam verò ſine ipſa ſunt: ex his quæ cauſam habent, quidam iudicantur, quidam ſolutione finiuntur. Incipiunt quoque ex ipſis quidam ab humore crudo, quidam ab humore cocto. Si itaque morbus ſalubris ſit, ſiue incipiat ab humore crudo, ſiue cocto, & ſiue finiatur coctione, ſiue criſi, qoatuor habebit tempora ſuæ magnitudinis. Cùm enim magnitudinem quandam effatu dignam aſſequatur, non potuit non incipere, & antequam perueniret ad ſummum vigorem, non potuit non augeri, & deinde ad ſummam peruenire magnitudinem, ad finem verò inclinare: id enim omnibus natura datum eſt, quæ oriuntur, & occidunt. Quod pariter docent animalia ac plantæ. Talis quoque morbus quantũ attinet ad accidentia, ſiue ſymptomata, non potuit non habere 4. tempora. Quoniam vbi morbus ſalubris eſt, accidentia diuerſam magnitudinem habere non poſſunt, ſine tribus temporibus primis, poſt quæ 4. ad ſalutem exigitur. Tempora verò coctionis integra oumero non habebit, etſi inceperit ab humore crudo: nam poteſt fieri, vt coctus iam humor febrem putridam efficere incipiat, diaria febre præcedente, vt 1. lib. diximus. Carebit autem morbus principio, & augmento. Non etiam habeos morbi ſalubres coctionis inclinationem, habent ergo huiuſmodi morbi, incipientes à crudo humore tria tempora, tali nota coctionis differentia. Quidam duo, aut incipientes ab humore parum cocto, quidam vnum incipienres ab humore integrè cocto: non ſunt tamen hæc vera tempora, ſed ſolummodo ea quæ morbi eſſentiam comitantur, & veram ipſius magnitudinem efficiunt. Tempora verò ſymptomatum oou ſunt morbi tempora, ſed notæ diuerſæ diſtinctæ magnitudine, & paruitate, quæ oſtendunt quàm benignè, aut malignè morbus ſe habeat, aut quantus ſit. Tempora rurſus coctionis, morbi tempora non ſunt, ſed in morbis conſiderantur diuerſa ad ſignificandam periculi differenriam, & ad inſtituendam victus rationem. Quòd ſi morbus fuerit lethalis, poterit habere vnum tantùm, aut duo, aut tria tempora vera morbi, non tamen 4. Nam vbi æger moriatur in principio, vnicum tantùm tempus in morbo fuit: ſi in augmento, duo: ſi in ſummo vigore, tria. Nam in vera morbi declinatione æger non moritur, niſi altero ſubſequente morbo, aut vi alicuius ſymptomatis, à cauſa morbifica alia à morbo facti. Cui ſententiæ quis obiicere poſſet. Nam qui moritur, morbum eo maiorem pati non potuit, omnis ergo vita defunctus, in ſummo vigore & maxima morbi magnitudine mortuus eſt. Ad quod reſpondemus, multos mori in augmento morbi, & multos in eiuſdem initio, id eſt, dum morbus conficitur, & generatur, modo ſupra dicto. Nam qui moritur refrigeratis extremis, calore nondum extenſo vſque ad pedes, is moritur in principio, & qui calore iam extenſo moritur, cæterùm non peruenit morbus ad eam magnitudinem, quæ in morbis eius generis ſolet ſperari, is moritur in augmento eſſentiæ morbi. Similiter fieri poterit, vt in augmento, & principio, & vigore ſymptomatum moriatur. Et in principio, & augmento coctionis, non tamen in vigore coctionis, hoc eſt, apparentibus integris ſignis coctionis perſeuerantibus & accedente criſi. Niſi humore in partem alteram tranſlato, quam ob cauſam dixerat Hippocrat. Acutorum morborum non omnino certa ſunt ſalutis, aut mortis præſagia. Ex immaterialibus quoque ſalubribus omnes habent quatuor tempora, licet quædam habere poſſint obſcura. Lethales verò quidam carent vigore, qooniã ægri ante ipſum pereunt, quidam ſola carens declinatione, & omnes carent ipſa. Diuerſa quæſtio eſt, ſed admodum difficilis apud iuniores medicos, an cum ſumma coctione humoris facientis morbum, poſſit adeſſe ſumma morbi vehementia, atque magnitudo. Nos verò hoc in loco longum vale dicemus aliorum inutili loquacitati, ſed tantùm id quod verum eſſe credimus, breui ſtatuemus. Id ergo dubium non verſatur circa lethales morbos, in quibus ſumma coctio nunquàm adeſt, ſed circa ſalubres, & eos etiam qui ab humore pendent. In his enim licebit ſingula coctionis tempora inuicem conferre. Vt principium qood malignitatem habet, & periculum minatur magnitudine oppreſſionis, & quoniam interim nihil certi ferre poteſt medicus (niſi aut morbi longitudinem, aut ex imbecillitate facultatis periculũ) dum nondũ ſignum aliquod coctionis apparet. Augmentũ verò periculum ingerit ægro ob calorem, oppreſſionẽ, multitudinẽ, vt cauſis: & coctionis defectu, vt ſigno. Status tamẽ magnum oſtendit ipſum morbum, inflammationes enim, & vehementiſſimæ febres ſunt per id tempus, & pulſus oſtẽdit ſua magnitudine, celeritate, & crebritate, quàm magnus ſit morbus. Non tamen ſunt idem magnitudo, & malignitas, vt lib. 3. prognoſt. in noſtris expoſitionibus docuimus. Morbi namqoe multi maligni ſunt, ac parui vt alij magni ac minimè maligni, de quorũ numero ſunt febres maximæ, ſed valdè ſalubres. Diſtingũtur ſimiliter ſignis, nam febris maligna ex ſymptomatis cognoſcitur, qoæ poſt ſequuntur, quæ morbi morem oſtendunt. Magnitudo tamen ex propriis notis ſiue ex magnitudine ſignorũ quæ pathognomonica appellantur, ſiue paſſionis ſignificatiua. Vt febris magnitudo cognoſcitur ex magnitudine caloris, & morbi lateralis magnitudo, ex doloris vehementia & reliqois, & tumores apparentes ex quantitate habent magnitudinem. Vnum notum eſt in ſummo morbi vigore & ſignis integris coctionis apparentibus, non poſſe morbum eſſe valdè malignum, neque periculoſum. Tunc enim omni periculo morbus vacat, cùm ad ſummam coctionem morbus peruenit. An tamen habeat eo tempore ſummam magnitudinẽ, qoæ eſt in morbi eſſentia (non in dictis ſymptomatis, quæ morem morbi monſtrant) io vniuerſum vnam ferre ſeotentiam non licet. Nam ex eis quidam eandem humorum peccantiũ copiam reſeruant, aut parem: quidam minorem multò, quidam etiã maiorem aggregant ab initio in ſtatũ coctionis. Vnde fit, vt illi in quibus æqualis humorũ copia manet, & in quibus maior accreſcit, morbus cum ſumma coctione maximam habeat magnitudinem. Magna enim copia humoris potreſcentis magnam edit flammam, quæ magnã efficit febrem: metitur enim febris calore præter naturam, qui maior eſt in ſummo vigore, cùm coctiones fiunt, & humor non eſt diminutus manifeſtè. Neque enim verum eſt, quod putant, magnam putredinem facere magnam febrem, vbi quis per magnam, malignam, & prauam putredinem ſignificet, ſed eam efficit magnitudo caloris & copia humoris incaleſcentis; quæ duæ cauſæ magnam febrem efficiunt, quoniam ob eas maxima copia vaporum ad cor mittitur. Hæ autem cauſæ in vigore dicto maximæ ſunt, copia, inquam, humoris, & caloris feruor, ſiue humoris ebullitio. Quod etiam in dubium vertunt, an coctio procedens à principio in ſummum vigorem putredinem impedias (quod magni faciunt) luce clariùs exiſtit: nam co-

ctio

ctio aut procedit in humore qui corrigi poteſt, & ad benignum (quod aiunt) reduci, & morbus ſummè coctus in his ad ſanitatem perductus erit. Hæc enim eſt coctio de qua in arte medi. dictum eſt, facere ceſſare putredinem manente ſubſtantia. Aut pendet morbus ab humore qui non reducitur ad benignum, ſed coctus eget euacuatione. Hæc autē coctio eadem eſt cū putredine, vt ſuprà lib. 1. cap. 8. dixit Galenus, putredinem nempe qua pus generatur nonnihil coctionis habere. Cùm ergo ſumma coctio fit, putredo quoque adeſt, ſed non maligna, ea tamen quæ ſufficit morbum efficere maximum. Proceſſerunt autem ab initio coctio, & putredo, vt motus vnicus à duobus agentibus procedens: hi ſunt calor innatus, & extraneus. Ineptum ergo eſt quod dicunt motus hos eſſe contrarios, ac non poſſe ſimul in eadem materia procedere, ob id maximè, quòd ſi duo motus eſſent cùm tendāt in eundem terminum, vt puris generationem, non erunt contrarij: motus namq; contrarij ad terminos contrarios ſunt. De numero horū morborū ſunt multæ febres continuæ & continentes, & ferè omnes inflammationes tendentes ad ſuppurationem, in quibus humor ad vigorem vſque congeritur, & ſuppuratur. Hi enim in ſummo vigore cocti ſunt. Et ſummam habent magnitudinem. In his itaq; cum ſumma coctione ſumma adeſt magnitudo, ſine malitia, aut periculo. De quibus Gal. libr. 1. de criſibus. cap. 17. inquit: Quemadmodū igitur iam ſuppurata inflammatione, febrem in ſummo vigore conſiſtere non contingit, aut dolorem obuiare, ita neque ſi quicquam vrinis ſubſtet exquiſitæ optimum. Quo in loco pro malignitate ſummum vigorem dixit: quemadmodum in commen. 59. ſectionis 2. Apho. vbi morbum fortiorem pro deteriori dixit. Inquit enim de morborum ſymptomatis loquens: Diſpoſitio namque ex qua hæc generantur, quam & morbum nominamus, non omnino dum morbus conſit, eſt fortior, ſed in his qui ſaluari debent multò melior. Hoc enim loco meliorem oppoſuerit forti, quoniam per fortitudinem, prauitatem intellexit. Hæc igitur duo loca non obuiant his quę diximus, ſed potius noſtram confirmant ſententiam. Quidam verò morbi ſunt in ſummo vigore minores, in quibus humor non ſeruatur ad iudicium, neque acervatur ad ſuppurationem, vt morbus lateralis, & omnes inflammationes quæ membrana integuntur tenuiore, à quibus perpetuò aliquid reſudat. Et multæ febres quæ ante ſummum vigorem diminutas quaſdam efficiūt iudicationes, & in quibus ſenſim humor diſcutitur ac diminuitur vſq; ad finem. Qui etiam ſunt in duplici genere: nam aut vnica extenſione diminuuntur ab initio ad finem, aut prius manifeſtè augentur, deinde ad iudicium accedentes diminuuntur. Omnes hi cùm ad ſummam coctionem perueniunt minores ſunt, in quibus non adeſt cum ſumma ſuæ eſſentiæ magnitudine, ſumma coctio. Quidam enim eorum ab initio ſummam habuerunt magnitudinem, non ſenſatis initio, & augmento, quidam in augmento habuerunt ſummam magnitudinem, augmento ſenſato, ſed inde diminuti fuerunt ad coctionem perfectam quam aſſecuti fuerunt cùm parua aderat humoris peccantis quantitas. Hæc eſt cauſa quare in morbo laterali, cum os madeſcit, & talia ſpuuntur, qualia oportet, dolores pleuritidcorum ſponte ceſſant; quoniam in illis manifeſtè minuitur humorum copia dum ad ſummam peruenitur coctionem, & morbus atque eius ſymptomata fiunt minora, nā dicti ſpuere cœperunt ante id, ſed non tale quale decebat. In febribus item euenit vt nonnunquam diminuatur humor ſenſim ab initio, in quibus ſtatim adfuit ſummus vigor in principio & crudo morbo, & is vigor eſſentiæ morbi, non coctionis ſtatus eſt, (non enim coincidunt in ipſo.) Nonnunquam verò augentur ad aliquod tempus, à quo diminuuntur vſq; ad iudicium, & ſummam morbi coctionem, qui morbi habuerunt in augmento ſummam magnitudinem. Sunt ergo tres modi febrium atque omnium morborum: quidam enim ſunt ſtatim maximi, deinde ſemper diminuunt quantitatem, quidam augentur ſtatim, & cùm peruenerint ad certam magnitudinem deinde diminuunt ipſam vſque in ſummam coctionem: quidam ſemper augentur vſque in ſummam coctionem, cum qua adeſt ſummus ipſorum vigor. Quorum omnium Hippoc. meminit lib. 1. de morb. pop. part. 3. cum inquit: Sunt autem modi & ſtatus & acceſsiones ſingularum harum febrium, tum continuatum, tum intermittentium, verbi gratia. Siquidem continua febris quibuſdam ab initio floret, & viget maximè, atque ad grauius deducit. Circa verò iudiciū, & ſimul cum iudicio attenuatur, alijs molliter incipit latentérque: ſed diebus ſingulis increſcit, & exacerbat, circa iudicium verò & in iudicio, ſatis elucet: alijs manſuetè incipit, increſcit & exacerbat, & vbi quadantenus viguerit turſus ad iudicium vſque, & circa iudicium remittitur. Contingunt autem hæc, fiuntque omni in febre, & omni morbo. Diſtinxit quoque Galenus libro tertio de rat. vict. acu. comment. vlt. morbos in eos qui cum coctione ſummam habent ſymptomatum vehementiam, qui tunc maximi quamuis ſint, maligni non ſunt, & eos qui cum coctione ipſam remittunt. Itaque vt diximus, non vna ferenda eſt ſententia in omnibus. Vtilis autem quammaximè eſt hæc morborum diuiſio, atque membrorum cognitio ad ſtatuendam rectam victus rationem in morbis pro diſpoſitione ipſorum, & eorundem magnitudine, & naturæ circa cauſæ morbi coctionem occupatione, & ſymptomatum vehementia. Cùm enim ſymptomata maiora ſunt, & febris maior, & natura coctioni maximè vacat, ſumma inedia & extrema ciborum tenuitate vti decet, in contrariis ac medijs contrario, ac medio modo.

CAPVT XVIII.

AT verò diſpoſitio talis duplex eſt: altera quidem partis debilitas per quam gignuntur excrementa: altera verò ex ipſis quotidie genitis collecta. Caue enim putes in vaſis externis in quibus elixa cibaria nidorulenta euaſerunt diſpoſitionem quandam relinqui: in partibus autem in quibus humores putreſcunt, nullam permanere. Quum ſanè hæc affectio ægrè ſoluatur, quoties vniuerſum corpus malis humoribus abundet: ac plethoricum ſit, multoq́; ægriùs quoties in his fuerit anguſtia omnium meatuum partis excrementa educentium, quemadmodum & ſanatio ſubſequetur, ſic & meatus expurgentur, vt partis meatus fluxiles ſint, & vires roborentur & diſpoſitio corrigatur, & vniuerſum corpus neque malis humoribus ſcateat, neque plethoricum ſit. Quandiu autem hæc permanent, circuitio- 2
nem acceſſionum permanere neceſſe eſt. Similiter accidit in mulieribus. In eis enim quoad ſimilis cauſa & æqualis permaneat menſtruorum, eadem eorum circuitio retinetur. Sed de his omnibus in libro de rheumaticis diſpoſitionibus latius docuimus: & nunc immoraré diutius in confirmandis iis quæ ante demonſtrata ſunt,

minimè conuenit: neque præterire capita rerum in præſenti
3 *velim. Maximè autem vtile eſt cognoſcere, quòd aliquæ partes aliis tranſmittunt fluxiones, quemadmodum caput oculis: quædam verò ab excrementis in ſe genitis initium febricitandi ſuſcipiunt: & quòd his omnibus commune excrementorum putredo eſt. Proprium vero ſingulis, huic quidem infarctio, ac ſtipatio vaſorum aut ex humore glutinoſo, vel craſſo, vel multo: alteri verò anguſtia meatuum vel ſenſibilium, vel minimè ſenſibilium: alij autem quod omnia ſpacia vacua in toto ipſius corpore ſunt oppleta & ab his plenitudo ad vires, quemadmodum in libro de ple-*
4 *nitudine docuimus. Febrium igitur circuitione repetentium haud ſcio an vlla generationis cauſa omiſſa ſit. Earum autem quæ ordine carent, nonnulla ob humoris mutationem, nonnulla ob rationis victus errorem, ad eiuſmodi conſtitutionem deueniunt. Sanguis igitur putreſcens maximè mutatur: quoniam, vt antè diximus, partim flaua bilis, partim atra efficitur. Quantùm igitur humores in corpore ægro mutantur, tantum & circuitiones acceſſionum. Quocirca minimè mirum videri debet. per tales mutationes ordinem quoque mutari. Mutantur verò maximè, vbi qui incipit putreſieri in aliqua parte alius extitit, alius autem ex aliis defluit, qui aut in illis ſolis talis habebatur, aut in toto animalis corpore exuperabat. Nec ſecus quæcunque ægri in victus ratione delinquunt, hæc quoque nihilò minus corrumpunt circuitionis ordinem. Vt enim in ſanis prauus victus morborum cauſa eſt, eodem modo vel magis etiam in ægris, ex iis quæ deliquerint, acceſſiones inordinatæ exiſtunt. Nec ſolum adhuc ægrotantes, ſed etiam quo tempore à morbis ſe recolligunt promptè ex quouis delicto læduntur. Quocirca per omnem inſignem læſionem vel præuentre multum circuitiones cogunt, aut diuerſi generis à prioribus quaſdam gignunt, à quibus acceſſionum ordo corrumpitur. Sæpe verò ob implexionem circuitionum incognitam medicis, ægri viſi ſunt pati inordinatas acceſſiones. Sed tales ordinum permutationes reuera non ſunt: ſed tantummodo videntur. Quæcunque autem reuera ſunt, aut ob permutationem humorum committentium febres, aut ob errorem in victus ratione efficiuntur. Reliquum porro ſynochorum genus (quarum totum tempus vna acceſſio eſt, aut ſemper æqualis, aut decreſcens, aut increſcens vſque ad iudicium) ex tali cauſa fieri ſolet, qualem omnium febrium Praxagoras ſtatuit, humorum in caua vena putredinem eſſe existimans, ſed abſolutior ſermo ac verior hoc modo euadet. Quicunque circuitionibus quibuſdam repetunt morbi, partium ſuperueniunt diſpoſitionibus, vel mittentium, vel ſuſcipientium, vel gignentium, vel trahentium excrementa, eo quo paulò ſuprà diximus modo. Qui verò ſine circuitione fatigant, in his nullus locus peculiaris affectus eſt: ſed humores in venis & arteriis omnibus, maximéque quæ in maximis & calidiſſimis ſunt, aut ob aliquam aliam cauſam vt in diariis, aut etiam ob putredinem ferueſacti, accendunt febrem vnam continuam, ab initio vſque ad finem minimè intermittentem, eatenus durantem, ac deurentem hominem, quoad gignentes eam humores ſint conſumpti, aut concocti, aut vtrumque paſſi.*

Vnde procedat febrium ἀταξία.

Nota.

COMMENTARIVS.

DIxerat diſpoſitionem membri generantis excrementa eſſe cauſam reditus acceſſionis, ſiue id membrum generet, & aceruet excrementa, ſiue generet ac tranſmittat ipſa. Diſpoſitionem autem dictam duplicem eſſe refert: nam aut eſt partis imbecillitas quæ ſequitur ipſius intemperiem factam, aut eſt diſpoſitio fiens, quæ ſequitur malitiam excrementorum ibidem corruptorum. Quod ſic ſuadet, nam non eſt rationi conſonum ex cibis nidorulentis in olla elixis nidorem quendam relinqui, & in parte in qua ſuccus aliquis putreſcit nullã relinqui diſpoſitionem fientem, aut intemperiem, aut cinerem ferueſactorum humorum, aut vtrunque. Ob has quidem cauſas redit affectio, nec ceſſat. Tunc verò minus poterit diſpoſitio ſolui cùm corpus totum prauis ſuccis abundauerit, vel plethoram patiatur: multò minus verò ſi meatus partis in qua putrent excrementa fuerint occluſi, quemadmodum ob contrarias cauſas morbus finietur, vbi meatus (poſt acceſſionem) in tantum repurgentur, vt patens membrum reddatur, & vires roborentur, & diſpoſitio corrigatur, & totum corpus nec plethora, nec cacochimia laboret. His enim diſpoſitionibus manentibus non poterit non redire acceſſio, ac morbus perſeuerare. Vbi legitur (quum ſanè hæc affectio ægrè ſoluatur) Græcè ἔτι δὲ μᾶλλον ἀδύνατον λυθῆναι τὴν διάθεσιν, hoc eſt, tunc verò magis impoſſibile eſt ſolui diſpoſitionem.

In ſecunda parte quæ incipit (Similiter accidit) fœminarum menſes in exemplum adducit, qui ordinatis temporibus ſuccedunt (niſi ob cauſas inordinatarum acceſſionum, quas dicemus) & ratio eſt: quoniam manente in corpore diſpoſitione primò generante ſanguinem ea copia qua ſuperabundat, & manente robuſta facultate expultrice, is expelletur, & euacuatio priori ſimilis ſequetur. Eſt autem diſpoſitio calor eius naturæ, vt ſanguinem generet copioſum, non tamen adeò vehemens, vt ipſum genitum atque abundantem diſcutere poſſit. Eſtque ſecundum naturam talis ad conſeruationem ſpeciei, & fœtus procreationem neceſſaria. Quod ergo ſecundum naturam ordine fit ſanguine genito abundantiori, id in morbi generatione, ac tranſmiſſione excrementorum, ſubſequente ipſorum putrefactione.

In tertia parte quæ incipit, Maximè autem, in epilogo comprehendit cauſas omnes, à quibus acceſſiones fiunt, & repetunt. Nam aut principium febricitandi dedit cauſa tranſmittens excrementa, vt caput oculis, aut diſpoſitio membri generantis ipſa, & ibidem ea continentis, quibus communis eſt eorum excrementorum putredo, diuerſa tamen in diuerſis partibus eſt putredinis cauſa. In quibuſdam enim putrent humores: quoniam ipſorum vaſa infarciuntur, atque obſtructiones patiuntur, & id ob humorum lentorem, aut craſſitudinem, aut multitudinem: omnia enim iſta, ac ſingula poſſunt obſtruere meatus. In aliis verò partibus id accidit ob vaſorum ipſorum anguſtiam, ſiue vaſa ſint de effatu dignis, per quæ ſanguis permeare ſolet, vel ſint de effugientibus ſenſum. Aut eueniet putredo ob nimiam vaſorum omnium plenitudinem, prohibito tranſpiratu, aut ob plenitudinem quæ ad vires comparatur, ob quam, putredinem ſequi, ſuprà docuimus. Aduertendum, quòd in hoc loco triplicem vaſorum diſpoſitionem ſcripſit, ad quam ſequitur putredo infarctionem, quæ ab ipſo appellatur ἔμφραξις, & ſtipationem, quæ Græcis στέγνωσις, & anguſtiam, quæ στένωσις, infarctionem, & ſtipationem, dixit ab humoribus aut lentis, aut craſſis, aut multis fieri: στένωσιν verò dixit, vaſorum quæ manifeſta ſunt, aut quæ ſenſuum fugiunt anguſtiam, quæ tamen aut naturalis eſſe poteſt, aut à cauſis frigore, aut ſiccitate comprimentibus vaſa, facta.

In quarta parte quæ incipit (Febrium igitur) poſtquam cauſas ordinatorum circuituum ſcripſit, addit modò cauſas inordinatorum. Sunt autem circuitus inordinati, qui diem mutãt, vt qui ex tertianariis fiunt quartanarij, aut aliter: cauſas namque

antieipa

anticipationis acceſſionum ſuprà ſcripſerat cap. 16.
Vnde mutatio febriũ. part. 5. Cauſæ verò quæ ordinem peruertunt ſunt, mutatio humoris facientis morbum in alteram naturam, & error commiſſus in victu. Primum conſtat: nam ſi biliosus tertianam efficit, & is alteretur, tranſibit in melancholiam, & efficiet quartanam: & ſanguis in parte putreſcens, pro parte tranſit in flauam, pro parte verò in atram bilem. Nunc ergo efficiet tertianam, nunc verò quartanam. Quod etiam fieri ſolet quoties humor putreſcere incipit in parte aliqua, & alter alterius naturæ mittitur ad eandem, ſiue in illa tantùm parte contineretur, ſiue in toto corpore redundaret. Quod fit, vbi in membro multa pituita putreſcat, & aliunde perueniat bilis, quæ putredinis tempus anticipet, & diem acceſsionis peruertat. Aut vbi bilis in loco putreſceret, & pituita adueniens eius motum retardaret, craſſi quoque humores aduſtione geniti, poſt morbos acutos facere ſolent inordinatos circuitus, atque ob id quartanas minantur; vt 3. lib. Prognoſtic. expoſuimus. Sed hæc cauſa humorum mutatio eſt. Altera verò cauſa inordinatorum circuitum eſt error in victu commiſſus, quod quotidianum experimentum docet: nam ſi acceſſio hora ſexta diei ſperatur, & æger in victu peccauerit (ſunt hæc peccata circa res quas appellant non naturales, vt cibus, potus, ſomnus, vigilia, motus, quies, plenitudo, inanitio, & animi pathemata) eueniet multò ante pro peccati magnitudine, ita vt nonnunquam integrũ diem anticipet, quod hic appellat ordinis turbationem. Quod ſanis etiam hominibus euenit: hi enim ægrotãt ob errores in victu commiſſos, & qui à morbis inualeſcunt ſolent recidiuare, ac retardare ſanitatem. Rurſum quemadmodum ſanus qui victum perturbat, excretionum ordinem peruertit, vt horam mingendi, aut deiiciendi conſuetam, ſic æger ad victum erratum, excretionem aut corruptionem excrementorum facientium acceſſionem, in diem alterum permutabit. Scire quoque oportet, quòd ſæpe acceſſiones diuerſæ implexę medico imponunt, qui credit eas eſſe inordinatos circuitus, qui tamen tales non ſunt, ſed quæ re vera ordinis perturbationes ſunt, vna duarum dictarum cauſarum eueniunt. Medicus tamen ignorans tertianam quartanæ complicitam, credit quartanam aliquando bis in die eueniſſe, aut diem anticipaſſe.

In quinta parte quæ incipit, Reliquum porrò, primum dubium de duobus propoſitis cap. 13. ſoluit, iam ſoluto ſecundo. Dubium fuit, quare ex febribus quædam ad 4. & 5. & 6. diem vnica tantùm acceſſione prorogantur, quales ſunt ſynochæ febres. Quarum quædam perpetuò augentur ad iudicium vſque, quædam ſemper decreſcunt, quædam eundem ſeruant tenorem. Harum continentium febrium cauſam dixit Praxagoras eſſe putredinem humorum in caua vena, rectè quidem dixiſſe videtur: nam huiuſmodi continentium humores putreſcentes efficiunt, cùm in partibus proximis cordi exiſtunt. Sed tamen abſolutior, & verior eſt, quæ ſcribitur hic à Galeno ſolutio, qui dubium vtrumque breui diſſoluit. Morbi enim qui repetunt per acceſſiones, ſequuntur diſpoſitiones membrorum mittentium, aut ſuſcipientium, aut generantium, vel trahentium excrementa, quæ omnis cauſæ ſatis ſunt expoſitæ. Quæ verò fiunt ſine aliqua repetentia, ſed vnica tantùm acceſſione finiuntur, ab humoribus fiunt, qui in nullo peculiari loco putreſcunt, ſed in omnibus à venis ſimul & arteriis, vel in maximis & calidiſſimis, & in his potiſſimùm. Quod fit aut ob inflammationẽ ipſorum humorum qui in prædictis locis exiſtunt, quemadmodum inflammantur ſpiritus in febre diaria: nam & hæc de natura diariarum febrium eſt, continens ſine putredine: aut ob putredinem feruorem inferentem humoribus, quam dicimus continentem cum putredine. Hæ autem ſemel accenſæ tamdiu durant, donec humor eas efficiens abſumatur, aut coquatur, aut vtrunque patiatur. Sunt hi modi quibus morbi ſolent finiri, ad ſalutem. Verumtamen antequàm operi extremam manum imponamus, dubium quod medici agitare ſolent hoc in loco prius abſoluemus. Quoniam circa hanc & multas alias quæſtiones medici, maximè tirones, meritò quidem inquirendæ veritatis gratia, ſolent exerceri, hoc eſt, An motus humorum ordinatus per circuitus fiat a cauſa mouẽte manifeſta, vel ab aliqua earum quas appellant occultas proprietates. Prius autem quid proprietas ſignificet apud medicos & philoſophos explanabimus: Auicenna namque lib. 1. fen. 2. cap. de eo quod comeditur, & bibitur, proprietatem docuit ipſam formam ſubſtantialem rei, cuius eſt proprietas. Dixit enim: ſui verò ſubſtantia operans eſt, ſui forma ſpecifica agens, & eſt illa qua ipſum eſt id quod eſt. Cùm igitur ea quę agunt à ſubſtantia, ſint quæ agunt aliquid à proprietate, erit proprietas forma ipſa ſpecifica, ea verò eſt forma ſubſtantialis quæ rei ſpeciem præbet. Per eandem quoque vnumquodque eſt id quod eſt. Homo, inquam, per animam rationalem, & planta forma ſua vegetandi. Et rurſus eodem cap. inquit. Et ſua quidem operans ſubſtantia eſt illud quod per formam ſuæ ſpeciei operatur, quam acquiſiuit poſt complexionem. Conſtat autem hanc eſſe formam ſubſtantialem: hæc enim poſt temperamentum primorum elementorum, & qualitatum ipſorum acquiritur, inducitur enim ſubſtantialis forma in materia præcedentibus diſpoſitionibus. Cùm itaque aliqua actio à nulla qualitatum ipſius agentis procedere poteſt, meritò ipſam ad formam agẽtis ſubſtantialem, ſiue ad ipſius ſubſtantiam referemus, a qua omnes actiones naturalium agentium procedere fatemur. Cæterùm ad quaſdam ipſarum inſtrumentis noris vtitur, forma vt calore ad calefaciendum, vt ad alia quibuſdam ſecundis qualitatibus, atque virtutibus. Sed tamen bilis tractionem, ſcammonium ſua própria perficit forma, cui actio eſt tribuenda. Hæc proprietas quamuis accidens non ſit, ex his quæ à rei eſſentia confluunt, hac ratione proprietas & rei proprium dicetur, quatenus omni, & ſoli, & ſemper rei conuenit. In medicamẽtis itaque formam ſubſtantialem ſpecificam dicemus, eſſe principiũ actionis omnis quæ à proprietate procedit: & in membris noſtri corporis dicemus alimenti attractionem à forma ſubſtãtiali partis fieri. Idem etiam in plãtis, idem in veneficis medicamẽtis, ex eiuſdem doctrina dicemus. Poſſet tamen quis obiicere, nam arbor Perſica in Ægyptum tranſpoſita, ex venefica facta eſt non venefica, verùm non mutauit formam ſubſtantialem: non ergo eſt forma ſubſtantialis ipſa proprietas venefica. Dicemus arborem formam ſuam ſubſtantialem non amiſiſſe, neque arboris fructum alterius ſpeciei factum. Non tamen efficit quod ſolebat, quoniam forma ſubſtantialis non agit ſine inſtrumento, potiſſimùm extra ſuum ſubiectum, deeſt autem inſtrumentum qualitatum primorum elementorum & priſtinum ex ipſis temperamentum. Inde verò reddita eſt arbor non mortifera. Galen. tamen proprietatem totam rei ſubſtantiam appellat: nam lib. 5. de ſimplicium medica. fac. cap. 16. inquit: Sed &

Quid ſit proprietas & forma ſpecifica.

Google

aliud eſt medicamentorum attrahentium genus, quod qualitaris familiaritate attrahit, id quod aliud eſt nihil, quàm totius ſubſtantiæ ſimilitudine. Quod itaque nos medicamenta humores à proprietate trahere dicimus, ipſe à totius ſubſtantię ſimilitudine fieri aſſerit. Et lib. 4. cap. 14. docere vult, quid intelligat cùm dicit aliquid agere à tota ſubſtantia, ſupponit autem noſtri corporis partes conſtare 4. elementis, à quorum impari menſura omnia generantur, atque ex horum imparitate rerum proprietates perficiuntur, proprietas ergo apud ipſum modo mixtionis ex quatuor elementis perficitur, medicamenta itaque vt dixit, lib. 5. de ſimpli. med. facul. cap. citato, à ſimilitudine modi mixtionis ex elementis trahunt humores. Rurſus membra ob eandem ſimilitudinem trahunt ſibi peculiaria alimenta, & quæ ſibi ſunt ex vſu, deinde alexitheria eadem ratione trahunt & agunt, quemadmodum venena totius ſubſtantiæ contrarietate. In his enim quatuor rerum generibus actiones à tota ſubſtantia ſiue à proprietate fiunt. Eſtque proprietas apud Galen. ſimilitudo quædam, quæ perficitur modo mixtionis, aut contrarietas ab eodem modo mixtionis ex primis elementis orta. Vnde fit, vt tractiones fiant conuenientibus, trahente, & tracto in modo mixtionis, nempe vbi ea ſimilia fuerint, neque tamen eadem, vt docuit Galen. lib. 3. de ſimplic. medic. facul. cap. 24. Nam ſcammonium bilem flauam trahit, quoniam in modo mixtionis ex elementis conueniunt, & cnicus pituitam, cum qua tamen intemperatura non conuenit: eſt pituita frigida, cnicus verò calidus, conueniunt tamen in modo mixtionis ex ſubſtantiis elementorum, quod tamen nõ ſatis exponi poteſt, non enim eſt exceſſus, aut defectus elementorum, ſed modus concurſus ſubſtantiarum. Neque tamen hæc ſpecie eadem eſſe debent: nam ferrum non trahit ferrum, neque magnes magnetem, neque ſcammonium alterum ſcammonium, ſed magnes, ferrum & ſcammonium bilem, quibus in mixtionibus aſſimilantur. Contra hæc obiiciet aliquis, nam ſi tractio fit ob ſimilitudinem in modo mixtionis, & ſcammonium ſimile eſt rhabarbaro, vnum trahet alterum, nempe (vti Galenus ipſe dixit) quod validius eſt trahet reliquum. Eſſe autem hæc duo medicamenta ſimilia conſtat, quia ſimilia ſunt in modo mixtionis vni tertio, erunt ergo ſimilia inuicem, ſed tamen ea ratio inualida eſt, licet enim duo ſunt vni tertio ſimilia, non ſequitur vt inuicem ſimilia ſint, ea nempe ſimilitudine quæ ad tractionem exigitur. Vbi enim ſcammonium non valde ſimile ſit bili, ſed quãtum ad tractionem eſt ſatis. Rurſus & rhabarbarum alia ratione fuerit ſimile, ſed parum, etiam fiet vt ſcammonium & rhabarbarum adeo parum ſimilia ſint, vt neutrum poſſit alterum trahere. Crederẽ autem ego quòd ſi rhabarbari elixatio (aut quouis modo eius ſubſtantia liquata) in vaſis contineretur, ſcammonium de potentia in actũ reductum ipſum rhabarbarum non minus quàm bilem traheret, ob ſimilitudinem mixtionis quam habet cum ipſo. Iam verò Auerrois lib. 5. ſuarum collectionum cap. 21. idem de proprietatibus ſentire videtur, eas proportiones quaſdam eſſe teſtatus: nam de attractione quæ fit à magnete loquens inquit: Hoc accidit propter proportionem, & conuenientiam quæ eſt inter ipſum & ferrum, & hæc proportio & conuenientia non eſt niſi in menſuris mixtionis elementorum, hoc eſt, in trahente & attracto, & propterea eſt poſſibile inuenire in vna re proprietates infinitas, & hoc eſt comparando entibus quaſi infinitis. Conſtat hinc ipſum velle proprietatem eſſe relationem, quæ oritur ab aliquo, quod eſt in rebus, quæ ſimiles ſunt, & quoniam enim infinitis rebus poteſt habere vna res ſimilitudinem aliquam, fit vt infinitæ proprietates ſint in eadem. Cùm ergo ſimilitudo ſit quædam relatio, ſequitur vt proprietatem velit eſſe relationem, ſequitúrque Anerroum inſecutum fuiſſe Galenum. Nam tractiones dicit fieri à proportione & conuenientia quæ eſt inter attrahens & attractũ. Gal. verò à ſimilitudine inter attrahens & attractum, quod idem eſt. Quod autem infinitas proprietates in vna re exiſtere dicit ex comparatione ortas, docet proprietatem eſſe relationem, quæ tamen oritur à re ipſa, qua vnum alteri ſimile eſt, aut contrarium, ſi fuerit venenum corrumpens à totius ſubſtantiæ contrarietate. Sunt autem ſimilia attrahẽs & attractum in modo mixtionis ex elementis, inde ergo conſurgit proprietas. Quod ſi dixerimus, vt par eſt, naturale temperamentum poſſe permutari, dicemus quoq; hanc relationem eſſe extrinſecus aduenientem, quæ corrumpi poteſt, manente fundamento & termino. Quòd ſi infinitæ tales ſunt, & hæ ſunt relationes, ſiue ſimilitudines, non erit proprietas forma ipſa ſubſtantialis. Quoniam tamen ſimilitudo dicta nihil mouere, aut trahere poteſt, dicemus in tractione omni, quæ fit à tota ſubſtantia, ſiue à proprietate, eſſe principium agendi ſiue cauſam efficientem præcipuam, & cauſam inſtrumentalem, & cauſam ſine qua non, & finem cuius gratia, ſiue cauſam finalem. Præcipuum agens eſt forma ſubſtantialis trahentis, vt anima vegetatiua in carne & forma ſcammonij, aut rhabarbari trahentium bilem. Cauſa inſtrumentalis eſt temperamentum ex primis elementis, quo forma vtitur in omni mixto ad perficiendas actiones ſibi debitas. Et eſt cauſa ſine qua non relatio, aut ſimilitudo, ſiue proportio trahentis ad tractum, ſine qua tractio nullo modo fieret quæ ſubſtantiarum, ſiue modorum mixtionis elementis ſimilitudine perficitur. Quòd enim medicamentum trahat, à forma ſua habet, quòd tamen hoc trahat, & non illud, habet à ſimilitudine qua aſſimilatur huic & non illi. Eſt etiam & finalis cauſa id gratia cuius attractiones inter ſimilia tota ſubſtantia fiunt, nempe conſeruatio ſui, appetit enim vnumquodque ſeipſum conſeruare, quod rectè fiet ſimili attracto, ſimilia namq; ſimilibus conſeruantur, at verò contrarium venenum contrarietate, quæ relatio eſt agit, vt cauſa ſine qua non, finis verò eſt contrarij aſſimilatio, & in ſpecie perpetuitas. Rurſus ad inſtitutum redeamus. Dubium erat an reditus ordinatus acceſſionum fiat ab aliqua proprietate. Quam quæſtionem quidam ex barbaris ſoluunt, ſtatuentes in ſingulis humoribus ſingulas proprietates, quas etiam formas ſubſtantiales humorum eſſe dicunt, à quibus motus habent ordinatos, ita bilis à forma ſua ſubſtantiali mouetur, tertio quoque die accedens; & pituita à ſua forma habet principium motus quotidiani, vt melancholia quartani. Hac maximè moti ratione, quòd motus ordinatus bilis, quo mouetur per tertium, non potuit talis eſſe, niſi certam ac definitam cauſam haberet: eſt autem ipſe ordinatus vt conſtat, ita vt non tantùm per tertium fiat, ſed certis horis, & ſtatutis, erit igitur eius certa, & ſtatuta cauſa aliqua naturalis. Hæc autem non conſiſtet in humorum quantitate, aut qualitate: nam quantitas humoris atque eius qualitas valde variantur, in diuerſis temporibus & diuerſis hominibus, & in eis acceſſiones per tertium fiunt. Non ergo pendet talis ordo à quanti

Quid ſit proprietas apud Gal.

Google

quantitate, aut qualitate humoris mouendi, ſed à forma ſubſtantiali, ſiue proprietate humoris: ſed tamen hæc opinio nullo innititur fundamento. Primò quoniam tertianæ aut quartanæ reditus non ſiunt adeò ordinati, vt non eueniant in ipſis multæ ordinis perturbationes. Nam viſa eſt tertiana aliqua ſuccedens alteri decem horis tempus anticipaſſe, & quædam eaſdem retardaſſe horas, & quandoque ſecunda ipſa die ſupereueniſſe, non expectata tertia. Rurſus fallitur putans humorum quantitatem & diſpoſitionem non eſſe cauſas certas: nam humor in ea quantitate, & cum eis qualitatibus generatur à membro generante ex diſpoſitione eorum quæ ingeſta ſunt. Quæ alimenti loco ad partem generantem deducuntur, modò hæ ſatis notæ ac inuariatæ cauſæ ſunt, aut quæ non plus variantur, quàm acceſſiones ipſas variari videamus. Poterunt ergo acceſſiones vt effectus membrorum diſpoſitiones, atque alimentorum, vt cauſas ſequi. Rurſus ſi forma bilis ipſam moueret ad putredinē à vaſis extra vaſa ad acceſſionem: moueret quoque ipſam ſanitatis tempore, quo maximè forma viget & ſuis inſtrumētis vti poteſt. Si dixerit aduerſarius formam eam vel proprietatem non mouere humorem, niſi certa quantitas, ac certa aliqua diſpoſitio in ipſo accedant: hæc ergo ſunt neceſſaria ad motum humoris. Sed hęc, vt ipſe dixit, valde variantur. Non ergo habebunt acceſſiones cauſam aliquam certam, cuius gratia ipſe voluit proprietatem dictam eſſe ſtatuendam. Prætetea fœminis menſe quolibet purgationes eueniunt, cuius ordinatæ repetentiæ nulla eſt occulta proprietas. Idem fit in quibuſdam colicis & podagricis morbis, ſemel aut bis quouis anno repetentibus, quod nulla humoris forma aut proprietas facit. Prætere a, ſi forma bilis bilem moueret tertio quoque die ipſa ſeipſam duceret ad corruptionem, quod non concedent. Nos verò Gal. mentem ſequimur, qui cap. 16. & 17. docuit acceſſionum cauſas conſiſtere in diſpoſitionibus membrorum tranſmittentium, & ſuſcipientium, & eorum quę ad partes ipſas laborantes deducuntur alimenti ratione. Vbi enim pars à qua tranſmiſſio fit aliqua intemperie laborauerit, ipſa alimentum corrumpet, quod poſtea tranſmittet, cùm aut copia excrementi grauetur, aut malitia qualitatis mordeatur. Quòd ſi non tantùm pars ipſa generans excrementum laborauerit, ſed alimentum quod per venas in partem defertur prauum ſit, duplici ratione in parte corrumpetur, atque celerius aceruabitur, quod excretum inferet acceſſionem, excernetur verò in partem quæ ſui natura imbecilla facta eſt, vt cutis, aut occaſione aliqua, vt morbo. Fit autem nonnunquam vt nullus labor ſit in parte ipſa mittente, neque malum eſſe id quod mittitur: particulam tamen recipientem aliquo morbo laborare, cuius gratia id quod aduenit corrumpit, atque definitis temporibus ea quantitate aceruatur, vt ibidem putreſcens morbum efficiat. Is verò eo ordine repetet, qui ſequetur diſpoſitionem partis generantis excrementum, & diſpoſitionem eius quod ad partem deducitur alimenti ratione. Tunc autem acceſſiones fient ſine tranſmiſſione excrementi de parte in partem, ſed ſola facta in parte cōgeſtione. Quòd ſi non tantùm pars generans excrementum laborauerit, ſed pars ipſa ſuſcipiens, aut ratione excrementi, quod aliquam potuit intemperiem inducere, aut quoniam alia occaſione laborabat. Duo ordines acceſſionum infeſtabunt ægrum, alter ſequetur diſpoſitionē partis tranſmittentis, alter verò recipientis, ac corrumpentis. Interim verò acceſſiones repetent, dum in partibus remanſerint prædictæ diſpoſitiones, aut vnus ordo tantùm ſeruabitur: vbi in vna tantùm parte ſeruetur diſpoſitio, accedente tamen materia quæ eſt in alimento, aut excremēto. Rurſus ſi diſpoſitio membri tranſmittentis, & recipientis, eadem eſt quæ corrumpit atque generat excrementum, alimenti ſuppetit eadem copia, quæ ante vſque in tertiam & reliquas acceſſiones, non tantùm tertia & reliquæ ſuperuenient, ſed eodem omnino interuallo temporis, ita vt ſi inter primam & ſecundam acceſſionem tempus triginta horarum interfuit, inter ſecundam & tertiam eaſdem triginta horas intereſſe fit neceſſum, ſic quoque in reliquis acceſſionibus eueniet. Quòd ſi cauſæ acceſſionum hæ ſunt, & hæ poſſunt modum dictum in qualitate diſpoſitionis membrorum, & in qualitate, & quantitate alimentorum, & excrementorum ſeruare: non eſt cur ad certos hos ac ſtatutos affectus alias cauſas certiores ac magis definitas inquiramus. Nec eſt cur motum violentum, quo humor ad ſuam corruptionem tranſmittitur, & qui ei omnino præter naturam eſt, propriæ formæ ſubſtantiali humoris, aut alicui alteri proprietati ipſius rei motæ tribuamus, vt barbari. Bilis itaque tertio quoque die ea copia aceruatur, ac qualitatis malitia accreſcit, vt eo tempore irritet expultricem facultatem ad ſui excretionem, aut in parte contenta ibidem putreſcat, quamuis non tranſmittatur. Pituita verò cuius magna copia eſt in corpore citius aggregatur atque obſtruens putreſcit in parte, aut grauans in alteram mittitur, vbi putreſcet & acceſſiones efficiet quotidianas. Melancholia verò partim quoniam pauca eſt in corpore, partim quoniam putredini inepta, tardius putreſcit, ac tardius aggregatur, & irritat, quare per quartam accidit. Hęc itaque omnia membrorum & humorum diſpoſitiones ſequuntur, quæ tam diu ſimilia manent, quamdio homo ſimilem victus rationem ſeruauerit, & cauſæ omnes ipſum ſimili modo alterauerint, variantúrque his variatis pari menſura.

Digitized by Google

CHRISTOPHORI A VEGA MEDICI, AC PHILOSOPHI, IN COMPLVTENSI ACADEMIA PVBLICI Profeſſoris Commentarius de Vrinis.

ILLVSTRISSIMO D. RODERICO GVMEZIO DE SYLVA, PRINCIPI EBVLENSI CHRISTOPHORVS A VEGA S. D.

NON paucis antè actis annis, vir Clariſſime, nomen Roderici Gumezij de Sylua publicè proclamatum audieram: mirabar verò magnopere cùm animaduerterem omnes tum primores, tum etiam populares citra controuerſiam in tuas laudes prorumpere, tuam virtutem, animi præſtantiam, & Philippi Magni erga te beneuolentiam referentes, deſiderabam mehercule virum adeò clarum videre, quòd ſi ſas eſſet, aliquando etiam alloqui, tantámque virtutem inclytæ ſamæ reſpondentem agnoſcere. Iam verò ſuperiori anno cùm ſponſa tua, omni virtutum genere clariſſima fœmina ægrotaret, & mihi ſuæ ſalutis cura commiſſa foret, quod ſæpe optaram id ex votis ſucceſſit. Cùm enim eorum, quæ morbi erant, tibi rationem quandoque reddere opus eſſet, tuam ipſius humanitatem facilè ſum expertus, tam cumulatæ ſapientiæ, & religioni coniunctam, vt ampliſſimum adhuc nomen longè ſuperarent. Ac perinde intellexi Philippi Magni in eligendis conſiliariis & miniſtris prudentiam ac integerrimam cenſuram, iure quoque optimo tibi deberi eum locum, quem in aula regia tenes. Nam cùm alioqui eſſes genere admodum illuſtris, & in regno Luſitaniæ nemini ſecundus, ab Hiſpaniarum regibus in maximos honores euectus es, ob id in primis, quòd parentum tuorum ſtemmatibus inſignem virtutem & animi præſtantiam copulaſti: quibus genere illuſtribus faues, & his, qui quouis modo ſuas artes illuſtrant. quorum verus, incorruptus, & honorificentiſſimus teſtis apud Philippum Magnum haberis. Tibi ergo, vir magnanime, hoc meum munuſculum dicare decreui, vt vel tuo tantùm nomine inſignitum, gratum lectoribus habeatur, & ego meum erga te animum oſtendam. Vale virtutis, & magnificentiæ exemplar ornatiſſimum.

CHRISTO

CHRISTOPHORI A VEGA

Præfatio ad commentarium de Vrinis.

POſteà quàm in hoc Cóplutenſi florentiſſimo gymnaſiō munus edocēdi medicinam, & in eadem, ac naturali philoſophia inſtituendi adoleſcentes ſuſcepi, id omni diligentia & ſumma ope peragere conatus ſum, vt cum diſtinctione, & perſpicuitate docerem: ad idq; omnes neruos totóſque conatus appoſui, vt animos addiſcentium à tenebris eriperem, à ſophiſmatum barathris liberarem, & methodo, atque à primis rei, de qua agendum eſſet, elemētis maximis quoq; ac potiſſimis, in communi hominum conſenſu habitis pronunciatis, ſingula traderem. Id quod pro virili peregi, atteſtante magno diſcipulorum, doctiſſimorum virorum numero, publica voce, ſapientiſſimorum hominum, qui aut noſtris interfuerunt lectionibus, aut noſtros legerunt commentarios. At verò nonnulli efflagitabant, reliqui anxiè expoſtulabant, vt partem artis, quæ de vrinis inſcribitur, arte & methodo docerem, cum perſpicuitate, ita vt addiſci, & memoria teneri, ſine magno negotio poſſet: vt quæ deinde quiuis valeat præpoſitis noſtris traditionibus, ſingula aut nobiſcum, aut alibi in ęgrotantibus, atque ſanis experiri. Nihil enim vſq; adeò traditum eſſe dicebant, quod non eſſet, aut ſine methodo, aut obſcurum, aut ſcabroſum, aut plus æquo verboſum, multis introductis alienis ſentētiis, tum Græcis, tum etiam Latinis quæ importunè remorantur lectores, doctrinę, ac frugis auidos. Hipp. verò atq; Galen. à quibus omne, quod in hac arte firmum, atq; ſtabile accepimus, ferebant, nullam integram de hac re ſcripſiſſe doctrinam. Libellum verò, de vrinis inſcriptum, Gal. non eſſe, adeoq; falſis documentis implicitum, eiſdémq; ſępiſſimè repetitis, vt eligant potius duodecimo cap. lib. 1. de criſibus acquieſcere, ſatis ſibi fore putantes, quàm eidē operam dare. Actuarium quoq; quamuis multa probè dixerit, eáque diligenter pertractauerit, ſæpe eadem inculcare, & prolixè, atque inſulſe. Quapropter me inſtantiſſimè deprecati ſunt, vt de vrinis, quæ mihi vtilia eſſe viderentur, atq; ea tantùm eis ſcribenda darem. Quibus operā meam denegare, aliàs magna neceſſitudine coniunctis, nec potui, nec debui. At verò ipſi, quæ ego ſcribenda tradidi, vel me nolente typographo excudenda tradiderunt: vt abſentes & poſteri, noſtro hoc labore ac ipſi, fruerentur. Tradidimus me hercle in expoſitionibus libri Prognoſticorum multa, & quæ enarrātis officium ferre poterant, vbi nō paucs difficilia Hipp. & Gal. loca patefecimus. Verùm quędam ex illis, & nonnulla alia, quæ ad hanc tractationē viſa fuerint neceſſaria, in præſenti opere, amicorum precibus obligatus, cum omni diſtinctione, ac perſpicuitate referre conabor. Quāuis certò ſciam non defuturos detractores, qui noſtros labores modis omnibus calūniari contendāt, noſtras lucubrationes in artis medicæ augmentum, & ſtudioſorum vſum adeò moleſte ferentes, vt vel illud axioma primum & maximum à Gal. receptum non admittant. Nēpe, Sanitas ſymmetria quædam eſt, & morbus ametria, ſiue à debito modo receſſus. Subdolis quibuſdā argutiis, & ſermonum blandimentis præoccupantes auditores, & ſuos imperitos aſſeclas epodis, ſyrenarum ritu, remorātes. Quod ſi ſuo more veritatem audire nō amant, niſi alicuius magni nominis viri accedat autoritas, legant Gal. lib. de morborum differ. prope initium. *Sanitas ſymmetria eſt.* Quo in loco morborum genera ex ſanitatis generibus venatur, dicens: Adducamus itaque hoc quoque in loco ſolidum principium, quod apud omnes homines in confeſſo eſt, nempe id, quod naturale eſt, moderatum eſſe: quod verò à naturali habitu recedit, immoderatū. Proinde ſanitas ſymmetria quędā erit, morbus verò à iuſto modo declinatio. Rurſum idem docet dicens: Proinde ſi meatuum ſymmetria ſanitas eſt, eorundem à debito modo declinatio morbus erit. Si verò calidi & frigidi, humidi, & ſicci temperies, ſanitas eſt, ipſius cōtrarium morbum eſſe neceſſe eſt. Si igitur concedis, (neq; enim ſanæ mētis homo id negare poteſt,) bonam corporis temperiem ſanitatem eſſe, concedas neceſſe eſt, ametriam, ſiue diſtemperiem, eſſe morbum. Vt enim *Morbus ametria eſt.* Gal. inquit, lib. 2. de Meth. med. nemo tandem adeò fuit ſtupidus, vt in alio genere poneret ſanitatē, in alio morbum. Rurſus de febre, de qua nos lib. 1. de diff. feb. in noſtris comm. loquimur, hoc idem axioma aſſerentes, audi Gal. 8. lib. de Meth. med. dicentem: Nam cùm febricitantes ex intemperie laborēt, neceſſe eſt ſanationem quoque eorum intemperiei depulſionem eſſe. Et rurſus ibidem: Eſt autem febris intemperantiæ exceſſus, in caloris abundantia. Hac prorſus ratione Ariſt. lib. 7. de phyſicis auſcultationibus, cap. 3. ad ſanitatem & morbum dixit non eſſe per ſe motum. Nā ad proportionem, & improportionem non eſt per ſe motus. An tamen hęc ſint ad aliquid, tu ipſe iudica in quo pręዐdicamento proportiones reponantur. Præterea, ſi negas ſanitatem in ſymmetria conſiſtere, erit ſanitas, non quidem ſymmetria in calore, ſed caliditas moderata. Hac itaque præſente, pone cauſam aliquam accedere quę ipſam augendo morbum efficiat, eritq; morbus, non ametria, ſed caliditas aucta. Quod ſi verum eſt, ſanitas & morbus in eadem erunt ſpecie indiuidua, differentes ſola ratione maioris & minoris. Quod ſi dubiū tibi videtur, quonam modo à diſtemperie, aut ametria actiones vitiari poſſint, dicā morbum actiones primum vitiare, quoniam per ſe actiones vitiat: per *Per ſe & immediatè idē eſt apud Gal.* ſe autem lib. de diffe. ſym. idem eſt quod immediatè. Itaq; quod primo per ſe & nullo intermedio vitiat actionem in morbis conſiſtētibus in temperatura, ametria eſt ſiue diſtemperies. Nam pari modo à te deſiderabo in morbis qui in compoſitione conſiſtunt, vt ablata parte, aut diminuta quantitate, præter ametriam, quid eſt quod actionem vitiet? nihil profectò. Sed ipſa eſt potiſſima læſionis ratio, & per ſe. Præterea articuli luxatio, qua ratione partis motum vitiat, cum exarticulationi non inſit agēdi vitæ non alia quidem quàm inconcinnitatis, & ametriæ, ſiue incommiſſurationis partium. Præterea, ne

tyrones

Digitized by Google

tyrones argutiis aut cauillis capiantur, ſciant quòd & ſi morbus omnis per ſe actionem vitiet, non ſequitur vt morbus vim habeat agendi: ſiquidem ab ipſo nulla actio procedit, ſed à facultate: impeditur autem aut ablata, aut diminuta, à morbo. Morbi namque cerebri animalis facultatis actiones vitiant, quamuis animales functiones, ſiue bonæ, ſiue malæ à facultate procedant. Vitiant autem eaſdem morbi. Neque ad id opus eſt vi agendi: impedit namque ligni deſcenſum aquæ quantitas, licet quãtitas vires agendi non habeat, ſiue ipſius denſitas. Quod ſi ad noſtram ſententiam comprobandam antiquorum dogmata audire cupiunt, afferamus Galen. loca ex lib. 1. de ſanit. tuen. cùm inquit: Quum ſanitas ſymmetria quædam ſit, ſymmetria omnis duplici ratione non tantùm perficitur, ſed etiam dicitur. Quod ſi, vt inquit Galen. ſanitas ſymmetria eſt, negabis fortè morbum ametriam eſſe? Prætereà paulò inferius, nullum vnquàm variè opinantium medicorum diuerſum à noſtra ſententia ſenſiſſe refert. Neque enim vſque ad Gal. tempora quiſpiam, aut ob ignorantiam, aut ob malitiam in eum incidit errorem vt putaret ſanitatem aliud eſſe à ſymmetria, ſiue bona commenſuratione ac proportione. Vult itaque Gal. probare non eſſe vnicum ſanitatis modum: atque vtitur vt axiomate ab omnibus ſectis recepto, noſtra aſſertione dicens: Sanitas omni ſectæ ſymmetria quædam eſt, nobis calidi, frigidi, humidi, & ſicci, aliis corpuſculorũ & meatuum, quos ὄγκους καὶ πόρους, Græcè vocant, aliis inſectilium, vel incompactilium, vel partium diſſimilarium ſimiliariumve, vel denique primorum elementorum cuiuſcunque. Sed ſecundum cuiuſque ſectæ opinionem, pro ipſorum modo, membrorum noſtrorum actiones reddimus. Si itaque varia eduntur opera, varia eſt & elementorum in ſingulis ſymmetria, quam eſſe ſanitatem ſuprà propoſuimus. Quod ſi hæc ſanitas eſt, ametria ſibi contraria erit morbus. Neque enim, vt inquit Gal. adeo ſtupidus eris, vt in aliu genere ſanitatem, & in alio morbum ſtatuas. Hæc ſatis mihi videntur facere ad probandam noſtram aſſertionem, ex Gal. à quo nobis vocum harum ſanitas, morbus, ſignificationes & vſus accipiendi, & obſeruandi ſunt. Eritque ſanitas in ſimplicibus, & primis particulis elementorum ſymmetria: morbus verò eorundem ametria, aut à debito modo receſſus. Sic & in membris inſtrumentariis, ſanitas eſt eorundem ſymmetria, aut debita proportio: morbus ametria, aut eorundem à debitu modo receſſus. Vtriuſque tamen communis ſanitas, eſt totius & partium vnitas, quæ partium eſt concinnitas & commenſuratio debita, vti & morbus totius aut partium ſolutio, quæ ametria eſt, aut priuatio dictæ concinnitatis, & commenſurationis. Si verò quis negaret, præter reliqua hæc eſſe prima morborum genera, & hos propriè morbos dici, publicè ſuam panderet ignorantiam. Cæterùm nos æquo animo hæc & ſimilia ferentes, quæ noſtri muneris ſunt perſequamur. Cùm partium artis medicæ primo loco dignoſtica ſit addiſcenda, quam ſequitur prognoſtica, & poſtremo curatiua, ſtatus humani corporis ante reliqua cognoſcendus eſt. Is verò ſiue ſalubris ſit, ſiue morboſus, multis notis deprehenditur: ſcilicet actionibus, qualitatibus, & corporis affectibus, atque his, quæ excernuntur. Ad quod non parùm conducunt tumores, & dolores, ſanitas quoque & morbus ſeipſa pandunt, & inter affectus corporis recenſentur. Ex actionibus eſt pulſus, de excrementis eſt vrina. Conſiderantur hæc duo à medicis potiſſimum, quamuis alia ſint, quæ magis certas nobis præbeant notas, in quibuſdam aliis morbis; vt in morbis ventris, deiectio: & in morbis thoracis & pulmonis, ſputum. At verò in febribus vulgaribus & communiſſimis morbis, Galenus libro primo de arte curatiua ac Glau. dixit. maxima ſigna in febribus omnibus ſunt pulſus & vrina. De pulſibus quidem ſcribere inutile viſum eſt mihi vt omnibus ferè medicis Germaniæ, Galliæ, & Italiæ: ſiquidem Galenus nihil intactum prætermiſit, nihil omnino de ea re dicendum poſteris reliquit. Sed omnia quæcunque aut dici, aut excogitari poſſunt, docuit, demonſtrauit, atque ad vltimum apicem (ne dixerim plus ſatis) exarauit, captans quæcunque tyronibus, & cæteris in arte prouectis futura eſſent ex vſu. Si namque in compendio ſuccinctè capita ſingula capere velis, librum leges de pulſibus ad tyrones. Si tamen hæc methodo aſſequi conaris, eorundem commentaria tibi reliquit Galenus librum de differentia pulſuum, librum de dignoſcendis pulſibus, atque librũ de præſagitione ex pulſibus: quorum quiuis quatuor continet libros. Accedit etiam liber de cauſis pulſuum in alios quatuor libros diuiſus, in quo liber de pulſibus ad tyrones à Galen. locupletiſſimè exponitur, atque ibidem auctoris & interpretis officio fungitur. Quos nos publicè bis enarrauimus cum frequentiſſimo auditorum concurſu, atque eorundem applauſu. Præter hos omnes librum magnæ frugis ſcripſit, de vſu pulſuum. Hi quidem extant modò, præter nonnullos alios qui perierunt. Quod ſi 18. de pulſibus volumina, quorum quædam ſunt aliorum commentaria, non ſufferent, nulla tibi relicta eſt ſpes addiſcendorum pulſuum. Age igitur hos lege ac relege libros Gal. qui te ſingula docebunt, neque quidpiam expetendum omittent. Liceret tamen, non quidem ex profeſſo, ſed gratia implendi ac perficiendi inœptum aliquod opus, breui quædam referre ex Galen. ſcriptis, eo modo quo Aetio & Paulo. At verò cùm dixi Galen. nihil poſteris dicendum prætermiſiſſe, à quo lectores frugem reportare poſſint, intellexiſſe putato. Nam de iis, quæ ab ipſo latiſſimè & ſumma cum perſpicuitate dicta ſunt, dubia multa inſidos homines mouere poſſe, ad amplificanda volumina, & remorandos lectores, non eſt quod ignorem. At de vrinis traditio. vtilis admodum & apprimè neceſſaria, nulla integra habetur à Galeno, & ſi multa & ferè omnia ſparſim dixerit, in libris de criſi. & comment Prognoſt. Epidemiorum, & Aphor. Verùm ſignum adeò euidens & in morbis validum ſuam ſibi expoſcit tractationem, quam nos paulò poſt aggrediemur, modò prius vrinæ potentiam & in ſignificandu dignitatem expoſuerimus. Dixerat autem Galen. lib 4. de ſanit. tuen. Eorum humorum, qui in venis ſunt, nullum certum aut euidens ſignum haberi poteſt, præter vrinam. Quapropter in febribus validiſſimum ſignum eſt, & aliis præſtantius, cùm hi morbi ſint venoſi generis. Vrina verò, vt diremus, à iecore & venis ſecernitur, & ab humorum coniugio ſeparatur, tenuem tractrice accedente. Facilè ergo eorundem humorum, in quorum præfuit commercio diſpoſitionem oſtendet. Sumentur autem ab vrina diuerſi generis variæ notæ, quæ in morbis præcipuè conſiderantur, hæ ſunt ſalutis & mortis, longitudinis & breuitatis, paſſionis & & particulæ patiẽtis, & criſis apud quoſdam. Quod quidem attinet ad paſſionem & patientem partem, ferè pares habet cum pulſu vires vrina. Nam vt vrina in morbis iecoris, & venarum, & renum, ac meatuum vrinæ, & veſicæ, euidens eſt nota: Ita pulſus ſe habet in cordis affectibus, atque oſtendit nonnullas

Morbus nullam vim habet, agendi per ſe.

De pulſibus abũdè ſcripſit Galen.

nullas oris ventriculi, thoracis, pulmonis, iecoris, cerebri, & ipſius membranarum, & quaſdam vteri paſſiones: ſicuti & pulſus ſerratus, inflammationum eſt proprius: Ad venoſum autẽ genus attinentes morbos quadamtenus indicat, vt febrium ſpecies, & acceſſionum tempora, quorum quædam retulimus in noſtris commentariis in lib. de differ. febr. ſicuti & vrina cruda, aut obſcurè cocta, ab initio, propria & inſeparabilis nota eſt febrium putridarum. Præterea vrina, cui pingue ſupernatat, colliquationem ſignificat, hæc eſt paſſio: particula verò patiens cognoſcetur, ſi affatim pinguedo mingatur: nam id renum ſignificat colliquationem. Pulſus quoque debilis in omnibus ictibus imbecillitatem in eſſentia ſignificat, ac perinde intemperiem factam, hæc eſt paſſio. Pars verò patiens cognoſcetur, ſi in totius corporis arteriis id fiat, tunc enim cordis ſignificat affectionem. Diuerſa itaque ratio eſt, qua paſſionẽ, & qua partem patientem hæc duo ſigna oſtendunt. Quod tamen attinet ad criſes, pulſus vi ſignificandi ſuperat vrinam: ex pulſu namque licet ſudorem decretorium prædicere, vt Gal. lib. 2. de præſag. ex pul. cap. 6. vbi de pulſu vndoſo dixit. Qui ſi præterea altitudinem vel vehementiam nactus ſit, decretorium ſudorẽ ſignificabit, & lib. 1. de præſag. ex pul. cap. 2. Pulſus intercurrentes ſæpe iudicationes attuliſſe refert: & lib. 2. de cauſis pul. cap. 13. inquit: Sed altos pulſus ego in ita & ante iudicationem comperio fieri: latos plurimum in decretoriis excretionibus. Et lib. 4. de præſag. ex pul. cap. vltimo altum pulſum aſſerit excretiones oſtendere. Atque eiuſdem rei rationem adhibet, dicens: At ſi pulſus ſit magnus & vehemens, neque præcedat illa inæqualitas, non ſemper portendit excretionem: altus ſemper quidẽ, ſed ſi remota inæqualitas ſit, modicas excretiones ſpondet. Eodem præterea, cap. pulſum docet non tantùm iudicationem ſignificare, ſed quòd per abſceſſum ſit futura: inquit enim: Si verò pituitoſus morbus ſit, cùm ab inæqualibus pulſibus mutatio fiat in plures vehementes & magnos, indicatio erit per abſceſſum. Maximè ſi diuturnus ſit, magíſque etiam cùm adhuc hyeme, & frigida ætate, natura, & regione. Præterea lib. 1. de arte cura. ad Glau. ad finem, docet ex pulſu prægnoſcere fluxum ſanguinis narium: atque inquit: Si enim præter hæc, pulſus in tumorem ſubitò elati non reciderint in paruitatem, neque debiles facti fuerint, ſtatim criſis expectanda eſt. Quod ſi in altum præter hæc attollatur, & vehementiam aſſumpſerit, multò magis. Aëtius quoque lib. 5. cap. 27. multarum iudicationum notas ſumit ex pulſibus. Hac igitur in re pulſum longè ſuperare vrinam, nullus vel modicè exercitatus in Galeni & Hippocratis libris euoluendis, ignorat. Nam vrina nullo modo indicationem oſtendere poteſt, quamuis enim iudicationes, quæ bonæ ſunt, in morbi ſtatu fiant, & ad prædicendam bonam iudicationem ſtatus præcognitio ſit neceſſaria, atque hanc medicus ex vrina conſequatur, non perinde ſequitur vt vrina cocta iudicium demonſtret: cum ſignis enim coctionis criſis bona fiet, ſi criſis futura eſt. An tamen futura ſit, non ex vrinæ coctione, ſed ex magnitudine morbi, & motus celeritate accipimus: vt Gal. docet lib. 3. de criſibus, cap. 4. vbi ſæpe repetit hoc idem. Placet tamen locum vnum referre, cùm inquit, Doctrinæ igitur manifeſtioris gratia, ducatur ad exemplum aliquis ægrotus, qui primo die habeat ſigna ſalutis. Huic enim omnino in primo quaternario finietur morbus. Vtrum verò per ſolutionem vel criſim, magnitudine & paruitate diſtinguetur? ſiquidem magni iudicantur, parui verò ſoluuntur ſolùm, ſed dies criſis ex motu inuenietur. Præterea multæ fiunt iudicationes, quas nonquàm coctio præceſſit, & rurſus innumeri ſtatus, cum notis coctionis ſine criſi. Quid igitur commune habent vrina cocta & criſis? Rurſus Galen. libr. 1. de criſi. cap. 7. inquit: At verò coctionis ſigna ſalutem quidem hominis non tamen per criſim omnino futuram oſtendunt, neque enim ſi ſubitam in morbis mutationem intellexeris, neque ſi præcedentem conturbationem, coctionis ſigna horum neceſſariò erunt. Quippe fieri poteſt vt morbus longiori tempore paulatim coctus, ad integram ſalutem perueniat. At verò Hippocrates lib. 2. Prognoſt. cap. 65. indicationem per abſceſſum ex acutis morbis, futuram ſpectat, non quidem ex ſignis coctionis, ſed ex cruditatis notis, multis etiam aliis ad id iudicium oſtendendum accedentibus, dicens: Conſiderare autem oportet talia hunc in modum, ſi febris detinet & dolor non ceſſauerit, & ſputum non excernatur, ſecundum rationem, neque bilioſæ fuerint alui deiectiones, neque diſſolutæ, atque ſinceræ, neque vrina valde multa, & craſſa, ac plurimum continens ſedimentum, paratur autem ſalubria ab omnibus aliis ſalutiferis ſignis. In his oportet huiuſmodi abſceſſus futuros ſperare. Sed aduertendum, quòd neque adhuc ex præſenti loco Hippocr. voluit vrinam iudicium iudicare, ſed quòd vbi criſis futura ſit, ea ſperabitur per abſceſſus, omnibus ab ipſo ſcriptis præcedentibus. Et vbi non mingitur vrina craſſa, & cum ſedimento copioſo, ſed cruda, vt Galen. dixit lib. 3. de criſibus, cap. vltimo. Itaque ſi bene conſideres, ac ſingula perpendas, hac in re nullam vim vrinam habere cognoſces. Quod proculdubio fateberis, ſi legis Galen. lib. 3. Prognoſt. comment. 39. vbi poſtquam accidentia decretoria dixit criſim præmonſtrare, addit: Sed vtrum in bonum an malum iudicatio ſit abitura per concoctionem cognitio eſt: quæ rurſus haudquaquam fore iudicationem præmonſtrat, ſed conualiturum hominem, aut moriturum: Longitudinis præterea & breuitatis morbi, notitia ex vrinis potiſſimùm habetur, quemadmodum in aliis morbis, ab his, qui in genere venoſo conſiſtunt, aut ſputum, aut deiectio, aut pus certiſſima ſunt coctionis & cruditatis indicia, ac perinde breuitatis & longitudinis. Morbi namque ſalubres non ante ſummum vigorem & coctionis integritatem probè ſoluentur, coctio verò ex vrina innoteſcit. Notæ verò cruditatis, & notæ coctionis contrariæ, nullo modo breuitatem, aut longitudinem oſtendent, niſi ad facultatem collatio fiat. Nam lethales morbi cum robuſta facultate longiores ſunt, cum imbecilla breuiores. Indicat verò nonnihil & pulſus. Nam Gal. lib. 9. de method. med. aquæ frigidæ potum denegat, niſi in pulſu, & vrina apparuerint coctionis notæ. Quas ex pulſu accipies, docente Gal. lib. 3. de præſagitione ex pul. cap. 7. ſummum vigorem in febribus adeſſe, cùm in pulſu adeſt ſumma celeritas diſtentionis, & celeritas contractionis minui incipit; ab his verò deinde ſequetur longitudinis aut breuitatis indicium. Præterea pulſuum notitia non parum conducit ad longitudinem morbi, aut breuitatem agnoſcendam, quæ ex collatione facultatis ad morbum pendet omnino. Iam verò de ſignis ſalutis & mortis agamus, quæ in morbis venoſi generis à pulſu, & vrina accipi poſſunt: ſiquidem ambo in eiſdem ſalutem & mortem prænuntiant, & maximè hæc: Nos quidem libro 2. Prognoſtic. in expoſitione 26. diximus: Nempe ſi duo febricitauerint in omnibus aliis pares, præterquàm quod alter mingat vrinam optimam, alter

Aliquãdo ex pulſu ſudor decretorius prædicitur.

Morbi longitudo ex vrina.

Morbi tempora ex pul.

Salutis & mortis ſig. ex pul. & vrina.

alter habeat optimum pulſum, ad ſalutem validius ſignum eſſe, quod ab vrina ſumitur: ita vt nemo viſus ſit mortuus cum optima vrina, maximè ſi criſim habuerit, & vſque adeò talis perſeuerauerit, vt ibidē diximus. Cum pulſu tamen optimo poſſibile eſſe temporis proceſſu languere naturalem facultatem, & minimè à morbo euadere. Vbi verò alter mingeret peſſimam vrinam, reliquo habente peſſimum pulſum, certius ſignum diximus ſumi à pulſu: ſiquidem cum vrina nigra viſi ſunt nonnulli liberati, cum pulſo tamen intermittente longiore quàm

Nota. duorum ictuum ſpatio, nemo vnquam euaſit. Itaque ad ſalutem certiora ſuor ſigna ab vrina deſumpta, ad mortem verò certiora quæ ſumuntur à pulſu. Soluimus equidem eo in loco dubium perfunctoriè, ſolam ac nudam veritatem aſſerentes, nunc vero cum inuenerim quoſdam veritatem ipſam cauillis obſcuraſſe, placebit veritatem roborare, & falſos eorundem cauillos propulſare. Primum adeò notum eſt, vt non egeat noſtra comprobatione: nam vt inquit Galenus lib 3. de Criſibus, cap. 3. Siquidem ego millies cùm, dum criſes fierent, intereſſem, neminem vnquam vidi intereuntem, qui cum ſignis coctionis criſim habuiſſet. Et cap. 5. inquit: Neque enim contingit, vt poſtquam cauſæ morboſæ iam coctæ ſunt, ac iam natura ſuperauit, æger moriatur, modo recta curatio à medicis adhibeatur. De pulſu autem notum eſt fieri poſſe vt conſtans valde ab initio, ob morbi magnitudinem, humorum copiam, facultatis naturalis imbecillitatem,

Pulſus ſigna ad mortem validiora. proceſſu temporis langueat. Quod tamen diximus de ſignis mortis, ipſa eſſe à pulſu certiora ſuadetur, & ea doctrina Galeni omnimodo monſtratur. Vrina etenim nigra non adeò certum ſignum eſt ad mortem, vt ea præſente omnes ipſam mingentes moriantur. Sæpiſſimè namque liberati viſi ſunt ægrotantes in morbis longis: vti cùm quartana iudicatur per vrinā, multa vrina craſſa ac nigra micta. Et in morbis renum nos eandem ſæpe vidimus ſine periculo. Rurſus idem in morbis lienis quandóque eſt viſum. Rurſus in morbo acuto ex decidentia, cum vrina nigra liberatus eſt Heropytus lib. 3. de morb. popul. part. 3. Propterea, vt inquit Galen. in comment. cùm vrina eſſet nigra tenuis, multò tempore via natura ſuperior euaſit. Neque enim impoſſibile viſum eſt Hippocr. vt poſt nigras vrinas aliquando aliæ coctæ mingantur, cum quibus ægri liberentur. Prædictus enim Heropytus, quamuis ab initio minxiſſet nigras tenues vrinas, circa octogeſimum vrinæ euenerunt boni coloris, habentes ſubſidentias copioſas. Talem quoque modum ſeruauit Epicratis vxor, cum vrinis ſubnigris, cum quibus eſt liberata. Liberatus eſt præterea lib. 3. part 3. apud Hippocrat. cum vrina nigra tenui, in Abderis Nicodemus. Rurſus ex acuto morbo liberatus eſt cum nigra vrina Herophontes, lib. 1. de morb. popul. part. 3. Et Meton liberatus eſt, vt paulò inferiùs habetur: non tantùm cum nigra vrina, ſed omnino ſine mutatione eius in meliorem conditionem, atque ſine notis coctionis, neque perinde morbus rediit, vt eodem loco habetur. In ſumma verò, notis coctionis apparentibus, aut vt ita dixerim, in ratione iudicationis, non eſt cur non liberet quamplurimos ægros: ſiquidem nemo id negabit, docente veritatem Hippocr. lib. 3. de morb. popul. part. 3. in hiſtor. in Thaſo mulier auſtera, quæ cum vrina nigra iudicata, & liberata eſt, copioſè deſcendentibus menſibus. Quod manifeſtè docuit eorundem ſuppreſſionem, fuiſſe cauſam deſcenſus vrinæ nigræ. Tantum itaque abeſt vt nigræ vrinæ ſemper ſint malæ, & omnium iudicationum peſſimæ, vt poſt notas coctionis euenientes, bonæ ſint habitæ ab Hipp. Aph. 47. lib. 4. dicente: Excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ, fœtidæ, *Vrina nigra perperam ſunt bona poſt ſigna coctionis.* bilioſæ, omnes malæ: & ſi bene exeunt, ſiue per alui excretiones, ſiue per vrinas, bonæ. Quod autem de liuidis, & fœtidis dixit, ſi bene exeant, de nigris intelligendum, & de omnibus malis excretionibus in vniuerſum. Quod ſi fortè quis dixerit non omnem vrinam nigram eſſe lethalem, ſed nigram craſſam, id primò contra Gal. mentem eſt, qui in comment. hiſtor. Herophontis, qui tenuem nigram minxit vrinam, ipſum præter opinionem dixit fuiſſe liberatum, quod non foret niſi tenuis nigra reputaretur à Gal. lethale ſignum. Præterea lib. 3. de morb. popul. part. 3. in comment. Heropyti, qui vrinam minxit nigram tenuem, inquit: Vnum autem ſolum erat ægro ſignum, vrinarum tum tenuitas, tum nigrities. Itaque tenuitatem vituperauit cum nigritie iunctam. Præterea quantò vrina craſſior eſt cum ni- *Nota.* grore, tanto minus periculum teſtatur: hæc enim eſt quæ poteſt indicare quoſdam morbos. Quod ſi Galen. dixit neminem liberatum cum nigra vrina 1. lib. de Criſibus, ipſe non negauit idem eſſe poſſibile, ſed ſe nunquam id vidiſſe teſtatur in acutis morbis. Euidentius autem ſignum ad mortem eſt, quod à malo pulſu deſumitur. Galen. namque lib. 2. de præſag. ex pul. cap. 1. pulſum intermittentē apoplexiæ contulit, atque vbi per longius quàm duorum ictuum ſpatium intermittat, dixit eſſe veluti magnam apoplexiam. Cùm verò intra duorum pulſuum tempus maneet, minori confertur apoplexiæ. Vbi igitur (inquit) diuturnior, id eſt, per longius ſpatium, quàm duorum ictuum intermittat, quemadmodum magna apoplexia, vt tollatur impoſſibile eſt. At ſi breuis ſit, ideſt, intra duorum ictuum tempus, non ſine negotio tolletur. Addit etiam: Quies verò temporum vnius pulſus inter omnes intermiſſiones moderatiſſima eſt, multique ex ea ſenes pariter, & pueri euaſerunt, iuuenum autem neque ex hac quidem vllus. Vides vbi Galen. cum defectu duorum ictuum maiori neminem liberari poſſe aſſerit, & cum vnius defectu neminem ex iuuenibus. Ad quod comprobandum accedit quòd Galen. non concedet pulſum adeò prauum poſſe in meliorem ſtatum recipere mutationem: vrina tamen eandem recipere poteſt, atque ex nigra coctionem admittere, vt de Heropyto diximus. Adde quòd qui noſtram hanc aſſertionem calumniis impetunt, quandoque aſſeuerant nigram vrinam eſſe peſſimam ſignificationem, quandoque ſibi ipſis non conſtantes, concedunt vrinam nigram poſſe in meliorem ſtatum commutari. Quod ſi aliquando in meliorem ſtatum mutatur, & nos id ſæpe euenire videmus, non erit adeò certum ſignum ad mortem nigra vrina, vt iam aſſeuerabas. Aut igitur noſtram ſententiam ſine maleuolentia rectà procedere permittas, aut in tua intrepidè, ac conſtanter perſeueres. Nec prætermittendum videtur hoc in loco quod Actuarius libro primo de præuidentiis ex vrinis cap. 1. non tantùm in malis, ſed in omnibus citra diſtinctionem, præuidentias ex pulſibus certiores, quàm ex vrinis dixit eſſe. Poſſes tamen huic ſententiæ multis modis aduerſari. Primò ſic, tota ſumma præſagitionis pendet ex collatione facultatis ad morbum, in morituris, & ſaluandis, apud Galenum libro ſecundo Prognoſticorum commentario ſexto, & ſæpe alibi. Hanc autem notitiam præbent excrementorum mutationes, pulſus verò minimè. Ergo ſigna mortis ab vrina ſunt certiora.

certiora. Secundo ponamus pulſum aliquem imbecillimum, veluti formicantem, maximum periculum minari: verùm nondnm inde conſtabit an natura morbum ſuperet vel non, præter id quod imbecillimns pulſus morbo imbecillimo adiungi poteſt. Quapropter ambo ſimul Cadmico duello peribunt. Tertiò, cum pulſu duorum ictuum ſpatio intermittente Galen. dubitat an euadere poſſit aliquis ſaltem iuuenis, & cum vrina nigra neminem vidit liberatum. Quartò, ſine pulſu viſi ſunt multi ſuperſtites, vt apoplectici, animo linquentes, & hyſtericæ fœminæ, vt de his dixit Galen. lib. 6. de locis patientibus. Quinto morbis in quibus vrina & pulſus indicia ſunt, certius eſt ſignum ad mortem vrina, lib. 3. de Morb. pop. part. 2. comment. ſexto, Rurſus 6. apud Galen. libro primo de criſibus ca. 14. coctiones firmam atque ſtabilem habent ſignificationem: pulſus tamen bonus, neque fidus, neque infidus eſt, ſed medij generis. Solæ igitur vrinæ in febribus credendum eſt, vt Galenus libro ſexto de Morb. pop. comment. 11. dixit. Hæc omnia ſi quis rectè animaduerterit, adeò ſunt leuia, atque futilia, vt eorum cauſa neque latum vnguem ſit à veritate, noſtráque aſſertione diſcedendum, ſed iterum conſtantiſſimè affirmandum, pulſum peſſimum, ad mortem certiſſimum eſſe indicium. Vrinam verò peſſimam, non ſemper eſſe ad mortem, ſed ſæpe ad ſalutem, & ſæpius ad meliorem ſtatum recipere mutationem, vt ab initio diximus, atque abundè probauimus. Sed iam ordine aduerſas rationes ſoluamus. Ad primam, concedimus, ſummam præſagitionis ex collatione facultatis, & morbi pendere, verùm id potiùs tibi aduerſatur: nam ſi ita eſt, ſequitur vt vrina nullum præſter præſagium certum, niſi cum pulſu & vitali facultate conferatur. Mala ergo vrina nihil certum præſtat, niſi concedente pulſu. Pulſus quoque ipſo vbi langueat, cum morbi magnitudine & humoris morbum facientis copia collatus, mortem, aut ſalutem, indicabit, & cùm fuerit ad mortem, certius quàm vrina, quæ mortem oſtendat: quoniam manifeſtè docebit facultatem à morbo ſuperari. Ad ſecundum dicimus, pulſum formicantem manifeſtè oſtendere naturam à morbo vinci, & grauari, atque opprimi: neque probas contrarium. Quod ſi contingat, cum adeò languente facultate morbum etiam minimum adiungi, atque ambo ſimul perire, nihil ad rem: nam & id potuit pulſus prædictus oſtendere. Quinimo & in vrinis nigris febricitàrium idem omnino contingit, nempe mori hominem extremis refrigeratis, ſimul facultate & febre pereuntibus. Ad tertium falſum eſt de iuuene addubitaſſe Galen. an cum defectu duorum temporum liberari poſſit. Nam neque cum vnius temporis defectu ipſum liberari poſſe putat: verùm ſi placet, loquamur de maiori quàm duorum ictuum intermiſſione, de qua nihil reſpondebis, ac lege verum Galen. mentem ibidem, paulò inferius quàm nos ſuprà retulimus. Ad quartum negamus in parua apoplexia adeſſe pulſus abolitionem: magna verò nemo liberatur. Hyſtericæ quoque animo linquuntur ſubitò. Itaque multos repentè animo linquentes ægros vidimus, ſine pulſu, deinde liberatos, quoniam aliquod acceſſit, atque fuit in cauſa animi ſymptoma. Quo non accedente, aut vbi à morbo hæc fiant, vera eſt noſtra ſententia. Vt tamen intelligas id non ſine ratione dictum eſſe, audias Gal. lib. 2. de præ. ex pul. cap. 7. vbi de pulſo, qui altero duorum modorum aboletur loquens dixit: Sanè eſt hic affectus, ſi remotus ſit ab animi defectu repentino, grauiſſimus. Ad quintum dicemus nihil eſſe in eo comm. quod ad rem agat, aut quod ad hunc locum adduci debeat, niſi velit videri multidicus aduerſarius. Ad ſextum dicemus noſtram diſceptationem non eſſe de ſignis, de quibus Galen. loquitur in eo loco. Nam Galen. meminit ibidem ſignorum quæ ab ipſo ſimpliciter talia dicũtur, quæ ſine additione talia ſunt, vt conſtare mente, & bene ſe habere ad oblationes, ea enim bona ſimpliciter dixit Hippoc. Nam ſunt alia ſigna, quæ ab ipſo optima dicuntur, & quædam, quæ dicuntur bona, cum additione huius dictionis κάρτα hoc eſt, valde: inter ea, quæ ſimpliciter talia ſunt, annumerantur bonus, & malus pulſus: hi verò non ſunt ex toto fidi: quibus ſi adderes dictionem, valde, dicens, pulſus valde malus, aut diceres: pulſus peſſimus, notam ſimpliciter talem, neque ea toto fidam, certiſſimam, & infallibilem redderes. Ac faceres quod volumus: nempe peſſimum pulſum, certiſſimũ, & ſummè fidum eſſe ad mortem, & certius quàm nigra vrina, in febribus, & vbi talis pulſus à repentino animi deliquio non proceſſerit. Improbè verò colligis, ſoli vrinæ eſſe fidendum, apud Galenum: qui tamen non, vt putas, voluit ad ſalutem, à ſola vrina ſumenda indicia, vel illi ſoli credendum: ſed quod etiam ſi ſola apparuiſſet, ex ſignis commodis, ei fidendum eſſet. Verùm qui hæc dicit, non tollit aliorum fiduciam, præter id, quod Galenus in eo loco de ſignis commodis, ſiue ſalutaribus loquitur, de quibus non dubitamus. Poſſent multa præter dicta ad noſtram aſſertionem roborandam adduci, quæ prolixitatem vitantes omittimus. Vnum hoc tantùm addentes, quòd cum nigra vrina, conſtante pulſu, potuit nota à pulſu ſumpta ad ſalutem, notam peſſimam ab vrina, vincere reliquis immutatis, ſecundum naturam manentibus. In comment. enim hiſtor. Heropyti, qui vrinam minxit nigram, inquit Galenus: Hic homo memoria dignus, qui per virtutis robur morbum grauem ſuſtinuit: impoſſibile ſiquidem aliter erat, vt affectui forti reniterentur, & prorſus erat in pulſibus ipſius robur, ſimul & reliqua ſecũdum naturam erant: ac ſi diceret, reliquit immutatis. Poſſes adhuc contra hæc obſtrepere: Nam ſigna coctionis ſunt tecmiria, id eſt, certæ coniecturæ, ſigna verò ſalutis ſunt ſigna non coniecturæ certæ: & tecmiria ſemper idem indicant, atque ſemper talia fiunt, qualia ab ipſis indicantur. Signa verò ſalutis ſemper indidicant idem, ſed non ſemper euenit, vt ab ipſis indicetur. Vrina tamen eſt ſignum coctionis, atque certa coniectura: ſemper igitur ita fiet vt ab ipſa indicatur. Pulſus verò ſignum ſalutis, aut mortis eſt. Ergo quamuis ſemper idem ſignificet, non ſemper ita fiet vt ab ipſo indicatur. Dicemus id verum eſſe omnino in omnibus ſignis ab Hippocrat. ſcriptis in libris Prognoſticorum: Signa ſalutis & mortis quamuis ſemper idem indicent, non tamen ſemper fieri quod ab ipſis indicatur. Pulſus tamen indicia ab Hippocrat. ſcripta non fuère: vt enim inquit Gal. lib. 1. de diff. pul. cap. 2. Nomen pulſus Hippocr. literis prodidit, atque artis, quam complectitur non videtur ignarus eſſe, tamen hanc artis partem reliquit intactam. Qua in re ego tantam adhibeo fidem Galen. vt diuerſas ab hac ſententia nugas eſſe agnoſcam. Nam liber de alimento, in quo de pulſu quædam dixit, Hippocratis non eſt, ſed Theſſali fortè. vel Galeni tempore ex parte non habebatur, ſed poſt inſerta fuit, quod ſatius eſſe videtur, quàm falſum & incautè loquentem affirmare Galen. Neque opus eſt de hac re Hippocr. excuſare, ſiquidem artium primi inuentores non ſolent artes perficere. Quapropter non valuit. Hippocrat. vnius

vitæ curriculo, inuenta, exarare, ac perficere ſingula artis præcepta. Quod ſi pulſus peſſimi, vt intermittentis, dicto modo, aut ordinatè deficientis meminiſſet, non vtique ipſi fidem abrogaſſet, aut denegaſſet ſummam vim denunciandi mortem in febribus, acutis maximè. Concedimus quoque coctionis notas ſemper bonum indicare, & bonum inde ſequi: contrarias tamen coctioni notas non adeo firmas eſſe, vt non fallant quandoque, & frequentius quàm mali pulſus, vbi ambo in extremo fuerint. Verùm aliquid ſemper ita fieri, vt indicatur in prognoſticis, idem eſt, quod ferè ſemper, fallunt enim quandoque, & ſi rarò, præſagia, & neque talia præſagiri licet. Addes etiam contra noſtram aſſertionem, Celſi locum ex cap. 6. lib. 3. qui venarum motum fallaciſſimam rem eſſe dixit. At quia negat prægreſſas cauſas pulſum variè mutare? an ignoras cauſas conſimiles omnino mutare vrinas, vel fortè non animaduertis Celſum eodem loco in dignoſcendis febribus fallacem dixiſſe calorem: cùm tamen qualitatem primarum in quarum ſenſu febrilis calor eſt, tactus ſit certiſſimus iudex? Quid igitur? tollítne Celſus omnem ſpem dignoſcendarum febrium? non hercle, ſed pulſus & caloris, ſicuti & vrinarum mutationis euidentes cauſas aduertere præcepit, ne medicum in dignotionibus & præſagiis aliquando fallant. Coëgit vſqueadeo nos, plura quàm libri huius magnitudo poſtulabat, dicere, quorundam detractorum importunitas, quorum nomina exciderunt. ſint autem ſi placet, Zoroaſtres & Zoilus. Quapropter his omiſſis ad inſtitutum redeamus. Cùm in febribus hæ duæ notæ potiſſimæ ſint, pulſus, & vrina, & doctrinam de pulſibus nimis Galen. dilatauerit, ita vt non ſit opus alterius opera: de vrinis ſcribere viſum eſt mihi, maximè vt amicorum precibus obtemperarem. Erit tamen liber de vrinarum ſignificationibus, in quo cauſas & præſagia ſimul dicere conabimur. Siquidem vrina duo ſignificat, cauſam videlicet quæ ipſam effecit, & quæ ad ipſam ſequutura ſunt: quorum eſt ſignum prognoſticum ſicuti & præſentium nondum perſpectorum ſenſu. Quod enim cauſam aliquam docet, pariter effectus illam ſequentes cauſam præmonſtrat, veluti in diſcurſu & conſequio quodam. Oſtendit autem vrina cauſas primùm, deinde verò medicus cognitis cauſis deuenit in futurorum cognitionem, prognoſtica diſciplina, tanquam à cauſa in affectum progrediens. Primùm quidem ab vrina tanquam ab effectu deductus in cauſarum cognitionem, veluti demonſtratione quia eſt: & tandem à cauſis ad poſtremos effectus demonſtratione propter quid, & via prognoſtica futurorum. Agnoſcit autem medicus ex vrinis omnia cauſarum genera, nempe formalem cauſam, materialem, efficientem, & finalem, ac cauſam ſine qua non. Exemplum eſt vrina rufa tenuis in homine parum bilioſo: cæterùm qui viator inedia, aut nimia exercitatione. Hæc vrina indicat cauſam formalem, nempe ſeri formam: ea enim eſt vrinæ forma. Cauſa materialis eſt vrinæ fuſio, ac ſerum, & bilis, quæ ipſum tingit. Cauſa efficiens eſt calor auctus plus iuſto: cauſa ſine qua non, eſt inedia, aut motus: finis verò euacuatio excrementorum à corpore. Ex his exercitatus artifex futura prædicet, vti ſalutem aut mortem, longitudinem aut breuitatem morbi, partem verò patientem, & paſſionem ipſam, veluti præſentia non cognita ſenſu. Eſt enim pars artis prognoſtica futurorum: ſed non horum tantùm, verùm etiam præſentium & præteritorum, quæ nondum ſenſui oblata ſunt. De quibus ſunt quædam ex cauſis dictis, cùm nondum ſenſui patent. In ſingulis igitur capitibus ab vrinis, tanquam à ſignis in cauſas, & prognoſtica procedemus. Neque enim opus eſt hæc ſeparare, quæ adeò coniuncta ſunt, & ex vnica tantùm vrinæ cognitione ſtatim manant.

Vrina cauſas & effectus ſimul docet.

Porrò vrina ſigna præbet, ex colore, ſubſtantia (cui accedunt perſpicuitas & opacitas) quantitate contento, (in quo eſt ſpuma, & circulus) odore, & mingendi modo. Quæ omnia ordine præfato proſequemur, prius vrinæ eſſentia patefacta.

Caput agendorum.

VRINÆ DEFINITIO.

VRina eſt ſerum ſanguinis & aliorum humorum in iecore & venis contentorum à facultate renum naturali tractum, atque ab eiſdem ſecundum naturam percolatum, vt ſanguis fiat aptum membrorum alimentum. Serum autem eſt vrina, quod ex alimentis & potibus ſanguini & reliquis humoribus accedit. Siquidem alimenta ferè omnia partem aliquam habent ſeroſam, quæ cum ſanguine & reliquis humoribus genitis ex eiſdem alimentis miſcetur: accedit quoque potus, cuius ſubſtantia aquea eſt & ſeroſa. Hac ſeroſa humiditate opus habuit Natura, vt alimentum, quod in ventre aſſumitur, eam coctionem ſubiret, quam alixationem appellant medici, & philoſophi, quoniam in humore fit. Deinde excremento alimenti craſſiore in fæcis formam depoſito, quod reliquum eſt facultas iecoris trahit per venas meſeraicas appellatas. Penetrat autem alimentum iecoris minutiſſimas venas, per quas ipſum diduci foret omnino impoſſibile, niſi porus accederet, veluti deferens ipſum à ſimis ad gibbas partes. Cùm tamen ad venam cauam delatum eſt, renum attractrix facultas, magnam partem huius ſeroſi excrementi ſanguini miſti trahit. Siquidem adeò copioſum non erat ex vſu in amplioribus venis, quæ inde germinant. Verùm non eſt hæc potiſſima ratio tractionis renum: ſed quoniam inſitam habent innatam facultatem trahendi, quod ſibi familiare eſt, quale eſt ſerum ſanguinis, & aliorum humorum, cum quo nonnihil ſanguinis deducitur, aptum alendis renibus, proportione reſpondens parti pingui, quæ relinquitur poſt caſeum expreſſum, cum ſero iuncta, ex qua conficitur, quam recoctam appellant, hæc eſt quæ renes alit. Deducitur etiam conſequutione quadam ineuitabili nonnihil bilis. Trahuntur autem hæc per venas, quas appellant emulgentes, quæ à caua vena ortæ renes peruadunt, nec tamen ambo renes parem habent altitudinem, aut iecori & cauæ venæ propinquitatem: ſed ren dexter altior eſt, & iecori proximus, ita vt ſæpe ipſum attingere viſus ſit: inferior verò ſiniſter, ne pari vi & efficacia traherent, aut ſe inuicem impedirent. Tractum verò ſerum in renibus percolatur, à parte ſanguinis delata, qua etiã renes aluntur. Delabitur verò ſerum cum pauca bile per vreteras dictos meatus in veſicam: reliqua verò pars, quæ cum ſanguine per venas proceſſit, vt illis ad alimẽti delationem in ſingulas particulas aliqua ex parte inſenſili exhalatione tranſpirat, quandoque ſudore: reliquum

reliquum verò retrocedit, atque ad renes vſque elabitur, & ab eiſdem trahitur, à quibus prædicto modo percolatur. Cùm igitur ita fiat ſeroſi excrementi ſeparatio, nonne iure dicimus vrinam euidenter oſtendere omnium eorum, quæ in iecore & venis ſunt, conditionem, & ſtatum? Probè quidem; atque eò magis; quòd non tantùm in eorum commercio aliquando fuerit, & ſimul cum ipſis non leues alterationes eſt paſſum: ſed quòd nonnihil ipſorum ſecum deferat, aut cum ipſa vrinæ fuſione diffuſum, ſub humoris forma ſuſceptum, aut in contenti alicuius ſpeciem motatum. Oſtendet quoque pari ratione eorundem membrorum, in quibus confectum eſt, & à quibus ſecretum, potentiam, & conſtitutionem.

De coloribus vrinarum & eorundem ſignificationibus.

CAPVT I.

Colores vrinarum in duobus generibus conſiſtunt; quidam veri, quidam apparentes. Veri colores illi ſunt, qui ex actione qualitatum elementorum proueniunt, atque ab ipſis habent primam generationem. Quapropter elementa colore vacant à natura, quòd non habeant eam ex ſubſtantiis, & qualitatibus mixtionem, à qua actio conſurgere, & ſecundarum qualitatum generatio fieri debet. Ex miſtis verò corporibus tantùm ea verò inſigniuntur colore, quæ opacitatem habent: ſiquidem colores adeſſe tunc viſus iudicat, cùm rem ipſam concipit coloratam. Quæ verò à viſu colorata percipiuntur, viſum terminant. At verò ſola ea viſum terminant, quæ opaca ſunt, aut plus, aut minus: tantum ſiquidem terminant viſum, atque ipſum vlterius progredi non permittunt, quantum habent opacitatis. Penetrat protinus viſus perſpicua corpora, non ea quæ opaca, & vero colore prædita ſunt, quæ videri & viſum finire, & coërcere valent. Quamobrem probè libr. de ſen. & ſen. cap. 3. Ariſtot. dixit, colorem eſſe extremitatem perſpicui in corpore terminato. Ac ſi diceret, tunc colores actu viſibiles eſſe, cùm non aſſident intimis rebus, quæ conſpiciuntur, ſed in corpore opaco exiſtentes, extremam ſuperficiem perſpicui attingunt. Nam præter id quod viſus intimas opacorum corporum partes non penetrat, color ipſe, vt videatur, lumine eget, quo carent intimæ opacorum corporum partes. Ea ſiquidem tantummodo luci peruia ſunt, quæ viſui in genere. Sunt præterea colores quidam apparentes, qui verè colores non ſunt, neque ex primis elementis habuerunt ortum, ſed ex ſola luminis cum opacitate miſtione (quamuis ſint & alij ex diuerſorum colorum confuſione geniti, ſed apparentes.) Cum verò dictum ſit lumen non peruadere opaca corpora, reliquum eſt, vt in his tantùm appareant, quæ medio modo ſe habeant, neque omnino peruia, neque funditus opaca: in quibus lumine accedente, ac ſubintrante non tamen liberè permanente, prædicti colores generationem habent, vel; vt rectius dixerim, apparentiam. Tales ſunt colores iridis, & arearum, quæ iuxta ſolem, lunam, & aſtra ſe pandunt. Euenit etiam quandoque, vt hæc duo colorum genera ſimul miſceantur, vbi res non omnino perſpicua ſit, ſed cùm perſpicuitate aliquatenus colore participet, vti vitrum: maximè vbi remiſſo admodum

Colores apparentes.

viridi, aut cæruleo colore inficitur. Id enim luci expoſitum duos oſtendit colores, alterum verum, quo infectum eſt: alterum apparentem, miſtione luminis & propriæ opacitatis confectum. Eadem omnino in vrinis omnibus pernotabis, etiam ſi extremam tenuitatem, aut craſſitudinem, aut ex coloribus albiſſimum, aut nigerrimum ſint nactæ. Duo enim colores ſeſe viſui offerent: alter verus, qui in vrinæ fuſione (ſic enim appello vrinæ ſubſtantiam) conſiſtit, ex elementorum actione, veluti in aliis miſtis (eſt enim, vt diximus vrinæ fuſio, ſerum humorum, quod ſecum defert humoris verè colorati portionem) alter verò apparens. Cùm enim vrina non ſit funditus opaca lumine peruadente, vt accedat color aliquis apparens neceſſe eſt; ac perinde fit, vt in vrinis vnus color, ac ſolus non perſpiciatur, ſed duo ſimul, qui pariter oculis offeruntur, verus, & apparens. Quam ob rem definite docet medicum quanta luce opus ſit ad inſpectandas vrinas: eadem enim vrina multo lumini expoſita, ſplendidior & colore vario apparet, quàm ſi in loco obſcuriori inſpiciatur. Non itaque in loco obſcuro inſpicienda, ne quidpiam eorum, quæ in vrina continentur, effugiat. Neque ſub ipſis Solis radiis, ne immodicè illuſtrata interturbet colorum agnitionem. Quòd ſi medicus poſt integram aſſecutionem coloris vrinæ, in loco modicè illuminato voluerit aliquod eorum, quæ continentur in vrina, diligentius proſequi, non prohibemus eiuſcemodi indagationem. Admonentes Solis radios, adaucto ſplendore, & coloribus apparentibus minuere aliorum notitiam, & breui vrinam confundere, contentis agitatis & diffuſis. Ex quibus colligimus vrinam omnem inſpectam, ſimul pandere colorem verum & apparentem, atque verum ipſum colorem diuerſum ſenſui reddi, ob diuerſam apparentis acceſſionem. Simul quoque pandere ſplendorem & perſpicuitatem, quæ ex lucis diuerſa miſtione variantur. Erit igitur inſpicienda vrina prima; quæ mingitur poſt perfectam humorum in iecore confectionem: ea verò tota inſpiciatur. Nec vetamus alias inſpicere, quæ quauis hora diei minguntur, hoc animaduerſo, quòd ante coctionem perfectam, vrina non eſt integrè colorata, & longè à coctione iuſto coloratior redditur. Præterea quòd ſtatim à coctione copioſius continet contentum, deinde verò parcius. Poſtquam verò micta fuerit, ſi fieri poſſit, bis inſpiciatur, ſtatim micta & dimidia hora tranſacta. Primò vt intelligat medicus an turbida mingatur. Secundò, vt agnoſcat an reſederit. Quòd ſi id fieri non poſſit, poſt dimidiam horam à mictu inſpectetur: vel in vniuerſum, antequam turbetur; & poſtquam reſederit, ſi id futurum eſt. Ex turbatis namque quædam reſident, quædam non: quarundam quoque contenta diſperſa, non multò poſt colliguntur in aliquam fuſionis vrinæ regionem. Rurſus colligatur in matula ex vitro limpidiſſimo, tenui, & nullo colore fœdato: ima parte rotunda, eius magnitudinis, vt à manu probè capi poſſit, & ſuperiore parte prorogata, ſitque altitudinis duodecim digitorum. Matulæ verò ima parte planæ, aut in quibus media imæ partis ſede prominet pars, ſedimentorum notitiam & inſpectionē impediunt, ſicut angulatæ contentum diſpergunt. Digiti inſpicientis non opponantur luci, ſed ſupra vrinam manus apprehendat matulam ſenſim, ne vrina agitetur, & cōtenta diſpergantur. Inſpiciatur deinde in loco modicè illuminato, vbi nullus externus color arborum, parietum, ſtragulorum, aut veſtium vrinam fœdet. Mutant

Vrina quo loco inſpicienda.

Vrinarum inſpiciendarum lex.

Colores vrinarum mutantur.

namque vrinarum colores radij Solis, colores adiuncti, motus, cibus ob colorem, medicamentum, exercitatio, vigilia, timor, vomitus, agitatio, frigus, coitus. Conſideratione quoque dignum videtur, colores diuerſos admodum ſe oſtendere viſui apparentes ex diuerſarum ſubſtantiarũ confuſione, quæ in vrinis deſcendunt, vti humoribus & excrementis, quibus accedit maior aut minor dilutio, quàm copia aut inopia ſeri facit. His probè animaduerſis medicus contemplabitur primò vrinæ colores, qui in multiplici ſunt differentia, quas ordine recenſere placet ab albo vſque in nigrum, qui omnium ſunt extremi. In his verò, vti in reliquis omnibus, tantùm id ſeruabo, quod mihi verius viſum fuerit experimento, & rationi accummodatius, etiam ſi aliorum ſententiis non conſentiam. Excipio ſemper Hippocratem & Galenum.

COLORES VRINARVM.

ALbus, ſpiceus, aureus, croceus, rubeus, vineus, paſſeus, venetus, niger. Quoniam tamen ſæpe ab inferioribus coloribus in nigrum tranſitur, per viridem & per liuidum, eos prædictis adiunges, inter venetum & nigrum. Albus color has continet ſpecies, niueus, cryſtallinus, aqueus, lacteus, glaucus, charopos. Niueus primo loco ſtatuitur, hanc enim agnoſcimus ſummam albedinem, & ſi actuarius aliter habeat: cryſtallinus verò color, & aqueus maiorem ſubſtantiæ tenuitatem & corporis fuſionis perſpicuitatem. Glaucus color pellucido cornu ſimilis eſt, quem cæſium appellat Theodorus lib. 5. de generatione animal. cap. 1. Charopos verò hoc in loco, vt apud Actuarium, ſimilis eſt pilis camelorum ſubalbidis; licet apud Gal. lib. 5. de Morb. pop. part. 3. comment. 69. charopi ab Homero ſint appellati, leonum oculi. Reliqua colorum alborum nomina nota ſunt. Spiceus color ſimilis eſt colori ſpicarum tritici, cùm vi Solis triticum iam primùm ad perfectionem deductum eſt. Cui reſpondet dictus palearis, quemadmodum & ſub ſpiceo ſubpalearis. Hi enim colores alios habent ſibi congeneres, parùm intenſione, aut remiſſione diſtantes. Appellat Galenus hunc colorem ſimilem vino albo tenui, in quo eadem erit latitudo, quæ in ſpiceo & ſubſpiceo. Sequitur autem color is poſt vrinam albam tenuem, quæ eſt veluti aqua, quam diximus aquoſam, aut modò dicamus cryſtallinam, etiam ſequi. Eſt vt Galen. inquit, eius generatio ex alba tenui, quam diximus aquoſam, cùm parũ bilis rufæ ſuſceperit. Sed cùm id quod ex bile miſcendum eſt, non ſit definitum, & in diuiſibili conſiſtat, conficiatur qualis ſpicea, & qualis ſubſpicea dicta eſt. Aureus deinde ſequitur, attamen quoniam non eſt auri color vnus, ſed quidam intenſior puriſſimi auri, quidam remiſſior, vt floranorum, dicemus Actuarium aureũ appellare puro auro ſimilem, qui rufus eſt apud Galenum: Subaureus autem ſubruſo reſpondet, ſiue pallido Galeni. Pallidus tamen iam naturalis eſt atque optimus, idem cum ſubaureo Actuarij: Eſtque pallidus apud Galenum lib. 1. de Criſi, ſubrufus. Cùm verò pallidam vrinam ſubrufam eſſe dixit, modicè pallidam intelligere decet: nam lib. 10. de ſimplic. medic. facult. cap. de ſudore, & lib. 2. de morbis pop. part. 3. comment. vlt. & lib. 2. Prognoſtic. comment. 30. vrinam naturalem modicè pallidam eſſe debere, dicit: quam etiam ſubrufam lib. 1. de criſi. cap. 12. appellat. Erit autem is color, veluti ſi aquæ admiſceas ſerum ſanguinis, & bilem rufam, modicè quidem: nam quantitatem verbis definire non eſt, ſed in ſanis ipſam contemplaberis, aut à præceptoribus accipies. Crocea verò vrina ſimilis eſt colore aquæ, in qua crocus fuerit dilutus, quemadmodum & ſubcrocea; differentes hac ratione, quatenus eidem quantitati aquæ paucus aut multus accedat crocus: vel ſi certa quadam aquæ quantitate certam quantitatem croci diluas, & æquali quantitati aquæ parem croco, cartami ſlorem: hæc enim erit ſubcrocea, prior crocea. Ac reſpondebunt ſubflauæ & flauæ Galeni. Quemadmodum tamen Galen. præfert ſubrufam ſubflauæ, ita Actuarius ſubauream, ſubcroceæ, quam bilioſis magis deberi dixit libro primo de iudiciis vrinarum, cap. 13. Apud Galenum verò pallida, rufa, & flaua, hoc ordine ſtatuuntur: rufa namque in medio conſtituitur, tantò coloris intenſione excedens pallidam, quantò exceditur à flaua. Differt quoque rufus color, quem Græci dicũt πυῤῥὸν, à flauo, quem dicunt ξανθὸν: quoniam rufus rubidior eſt, flauus ſplendidior. Sed agnoſcas oportet inter colorem rufum & pallidum, eſſe ſubrufum, quem vrinæ naturali diximus reſpondere, quem appellat Galenus mediocriter pallidum. Et 12. libro methodi medendi, ſtatuere videtur colorem ab ipſo dictum κιῤῥὸν: hoc eſt, fuluum, inter rufum & pallidum: inquit enim: ὅπου γε καὶ ἐν αὐστηροῖς καὶ μετρίως λευκοῖς παλαιουμένοις κιῤῥότεροι τοὺς γίνονται, οὐδ᾽ ἄλλως ἰδίως ὀνομάζειν τὸ κιῤῥὸν χρῶμα, δύναιο αὐλέγειν πυῤῥὸν ὠχρὸν, quod eſt, Quandoquidem auſtera vina & mediocriter alba antiquitate fulua quadamtenus fiunt, quòd ſi aliter κιῤῥὸν, id eſt, fuluum colorem appellare libet, dicere poteris, ex rufo pallidum. Licuit tamen nobis hoc in loco Græcum exemplar in medium afferre: quoniam de Græcarum vocum ſignificatione agebatur. Diximus autem lib. 1. Prognoſtic. in expoſitione 6. quando Græci codices ſunt citandi. Quòd ſi nulla tali occaſione adhibita paginas Græcis literis impleueris, aut verboſus eſſe vis, aut de parua re magna volumina conficere, aut oſtendere nobis te noſſe elementa Græca, aut dicas, cur vis bene ſcripta & probè tranſlata iterum transferre? Sed de his ſatis.

Charopos color.

Aureus pallidus & ſubrufus idem.

Rubeus color tres continet ſpecies, rubeum, ſubrubeum, & perrubeum, ſiue impensè rubeum, vt apud Galenum lib. 2. Prorrhet. comment. 25. Subrubeus color ſimilis eſt bolo Armeno. Rubeus pomis quibuſdam maturis, vt ceraſis acidis, interim dum manifeſto acore participant, neque maturitate nimia dulceſcunt. Perrubeus eſt color, qui à Galeno lib. 1. Prorrhet. comment. 31. appellatur ſanguinolentus. Color autem rubeus, inquit Galenus lib. 2. de ratione victus acutorum, comment. 22. Tantum excedit flauum, quantum flauus pallidum. Et 1. de Criſibus quantò excedit flauus rufum, tantò flauum rubeus. Hic eſt horum colorum ordo. *Rubeus color.*

Vineus color deinde ſequitur, ſimilis vino nigro craſſo, vel qualis eſt color hepatis, perrubro colori valdè adiunctus, quẽ ſequitur paſſeus, ſimilis ſapæ, quæ eſt muſto vuarum nigrarum confecta eſt, vbi ad tertiam partem ebulliat, duabus abſumptis. Talis etiam eſt vuarum paſſarum color, quamuis Actuar. dixerit, ſimilem eſſe colori ceraſorum ad nigredinem tendentium. Venetus color ex albo & nigro ſummis, æquis portionibus confuſis naſcitur. Si enim ceruſæ & atramenti pares portiones commiſceas, videbis ſanè cæruleum concinnari colorem, qui venetus eſt, & blauus appellatur. Viridis color innumeras habet differentias, ſi quis herbarum colores aduerterit. Nos verò cum Actuario tres *Vineus color.* *Venetus color.* *Viridis color.*

reſtro

referemus, duos extremos, & vnum intermedium. Extremi ſunt, braſſicæ ſimilis, qui remiſſus eſt, & ſimilis folijs violæ, in extremo intenſiori, & medio loco aſſidebit color ſimilis folijs graminis. Hic ſplendori coniunctus ſmaragdum refert. Remiſſior verò color viridis ad albedinem vergit. Intenſior tamen ad nigredinem magis. In genere viridium vrinarum oleaceæ continentur, quæ ſunt in tribus ſpeciebus, nam aut oleum repræſentat, aut olei colorem ſeruat, aut oleacea eſt. Sunt hi colores remiſsè virides, atque aquoſam & tenuem habent eiuſmodi vrinæ ſubſtantiam. Hæc de diuerſis oleaceis vrinis dixit Actuar. Verùm nos vrinas multas vidimus colorem olei referentes, & quaſdam non tantùm colore, ſed etiam ſubſtantia oleo ſimiles cum tenuitate: quæ ſi craſſæ forent, oleo omnino ſimiles eſſent. Quapropter rectè Galenus dixit 3. de morbis pop. part. 3. in comment. hiſt. in Thaſo partium. ſe non vidiſſe vrinam totam pinguem veluti oleum. Nam prædictæ colorem oleo ſimilem & intimam ipſam fuſionem habebant. Deerat autem craſſitudo, qua fieret ſimilis oleo omnino, ſi particeps foret. Cùm igitur Hippocrat. dixit parum minxiſſe ſexto die oleoſum, viride intellexit, oleo ſimile colore, & intima ipſa ſubſtantia, neque tamen tota vrina vt oleum erat.

Oleacea vrina.

Liuidus deinde ſequitur color, qui apud Græcos eſt duplex, alter ſimilis colori plagarum, quæ ad ſanitatem tendunt, quæ πελιώματα dicuntur: color verò πελιὸν, medius inter nigrum & pallidum, qui ſimilis eſt moris maturationi propinquis. Huius meminit Hippocrat. 3. Prognoſtic. lib. 1. Eundem etiam colorem appellat Thucydides πελιδνὸν. Sed differt ab hac noſtra ſimilitudine, quoniam plumbo ſimilem eſſe dicit, & conſtat manifeſtè falſum eſſe, plumbi colorem eſſe medium inter pallidum & nigrum: cùm id conueniat maculis ex plagis, & non parum differant ambo colores: nempe color ea percuſſa carne, medius inter nigrum & pallidum, & color plumbi. Erit ergo πελιδνὸν, id eſt, liuidus color in altero ſignificato ſimilis ferè colori plumbi. Quem ex autoritate Thucyd. dixit Nucerinus appellari μολιβδόχρουν, id eſt, plumbi coloris. Niger prætereà color omnibus notiſſimus eſt, cuius non paucæ ſunt differentiæ maioris & minoris, præterea ſplendoris & obſcuritatis.

Hoc ſchemate colores vrinarum ordine comprehendes:

Albus.
- *Niueus.*
- *Cryſtallinus.*
- *Aqueus.*
- *Lacteus.*
- *Glaucus.*
- *Charopos.*

Spiceus.
- *Subſpiceus, Subpalearis.*
- *Similis vino albo tenui.*
- *Spiceus, Palearis.*

Aureus.
- *Subaureus, Subrufus, ac modicè pallidus.*
- *Aureus, Rufus.*

Croceus.
- *Subcroceus, Subflauus.*
- *Croceus, flauus.*

Rubeus.
- *Subrubeus, Boli Armeni.*
- *Rubeus, ceraſorum acidorum adhuc.*
- *Perrubeus, Sanguinolentus.*

Vineus. —— *Qualis color hepatis.*
Paſſeus. —— *Qualis ſapa, aut vuarum paſſarum.*
Venetus. —— *Ex ceruſſa & atramento æquis portionibus fit.*

Viridis.
- *Braſſicæ folijs ſimilis.*
- *Graminis folijs.*
- *Violæ folijs.*
- *Oleaceus.*
  - *Oleum repræſentat.*
  - *Olei colorem ſeruat.*
  - *Oleacea vrina.*

Liuidus.
- *Color plagarum.*
- *Color plumbi.*

Niger.
- *Intenſior.*
- *Remiſſior.*

SIGNA AB VRINARVM COLORIBVS.

EXplicita iam colorum natura, & ſingulis colorum repertorum in vrinis ſpeciebus, quid oſtendat quiuis eorum, dicendum nobis eſt. Demonſtrant autem cauſas, quæ præceſſerunt, & quæ interdum adſunt, atque ea, quæ ſubinde ſequentur. Quapropter admonendum duximus vrinas cibis & potibus concolores fieri, apud Hippocr. lib. 6. de morb. pop. part. 5. ſection. 15. & Galen. in comment. albas, aut nigras, aut bilioſas, vrinas à diuerſis vinis fieri teſtatur. Ordiamur tamen ab albo colore. Albus color vrinæ citra morbum, magnum potum vini ſignificat, aut ſenectam, aut per morbos frigidam intemperiem, cruditatem, ſuccorum frigidorum

Albus vrinæ color quid indicat.

redundantiam, obſtructionum, tingentium humorum in aliam partem deceſſum. Nam bilis, quæ ſecundum naturā tingit vrinam, cum ſero humorum miſta, ſi decedat in partem aliquam, non tinget ipſam: aut vbi non generetur, vt in frigidis temperaturis, & talibus morbis: aut pauca admodum, aut vbi ſerum ſyncerum deſcendit, ob anguſtiam meatuum bile retenta: aut vbi humores craſſi & pituitoſi ſimul cum ſero humorum repurgantur, non potente bile colore ſuo hæc omnia tingere. Sanguinis verò pars, quæ cum ſero deducitur ad renes, eiſdem adiungitur ſecundum naturam habentibus, nec cum vrina prætergreditur. Præterea diſtinguuntur vrinæ albæ craſſitudine & tenuitate. Craſſæ namque quandoque fiunt notis coctionis præcedentibus, & ſignificant craſſam pituitam purgari; *Vrina genituræ ſimilis.* Vitream à Praxagora appellatam. Siquidem vrina genituræ ſimilis mingebatur, lib. 6. de morb. pop. part. 2. ſect. 40. & Galen. in comment. inquit: Genituram autem repræſentans, vel vrina, vel deiectio, indicatoria interdum fuerit, cùm humor à Praxagora vocatus vitreus euacuetur. Eſt autem hæc vrina ſimilis lacteæ. Vidimus etiam nonnunquam vrinam lacti ſimilem, mictam in ætate puerili, ſine manifeſto quopiam malo, quæ oſtendebat magnam crudorum ſuccorum redundantiam, atque ipſam purgari. Quapropter & in morbis atque in ſanitate vtilis ſæpe viſa eſt vrina alba lactea, glauca, & charopos: quæ cum craſſitudine ſubſtantiæ fiunt. Cæterùm quæ albæ aqueæ ſunt aut cryſtallinæ caloris imbecillitatem, cruditatē, ac morbi principium, & obſtructionem factam à craſſis humoribus oſtendunt. Hæ ſunt cauſæ. Ex futuris autem prænuntiant aquoſæ vrinæ cum facultate robuſta, morbum diutius prorogandum (tempore namque longo opus eſt, vt ea cruditas ad maturationem perducatur.) cum imbecilla verò mortem portendit. Quoniam tamen aquoſa vrina cum colore miſtam habet ſubſtantiæ tenuitatem, cap. ſeq. rurſus de eadem agemus. *Spicearum vrinarum ſigna.* Spiceæ verò & ſubſpiceæ, quæ apud Galen. ſimiles ſunt vino albo tenui, non omnino periiſſe calorem monſtrant, ſed languere, aut multitudine crudorum ſuccorum opprimi. Quod ſi poſt albam aquoſam aut cryſtallinam vrinam ſequatur, indicabit naturam in melius tendere, calorem augeri, & *Bilis vrinas tingit.* bilem paucam miſceri ſero humorum. Siquidem vrinæ tingi poſſunt, aut à bile rubea (quæ quamuis ſanguini tenui ſimilis ſit, non concreſcit, vt ſanguis, inquit Gal. lib. de atra bile.) aut a bile rufa, aut flaua. Tingitur etiam à ſanguinis particula cum ſerea ſanguinis ſuperfluitate delata. Melancholia verò quandoque cum vrina; vt diximus, tranſit. Cæterùm bene valentibus hominibus non adeſt ea copia, vt micta conſpiciatur. Tingunt itaque vrinam, bilis, ſanguis, melancholia: pituita verò, cum talis manet, albam efficit vrinam: rubidam verò vbi in ſanguinem tranſit. Quæ igitur ſpicea eſt, iam ad naturalem vrinæ colorem accedit commiſtam habens bilis portionem, ſed paruam, ac perinde poſt biliofos morbos ſolutos ſequitur. Aurea vrina, & crocea, rufæ & flauæ Galeno reſpondent. Quapropter vt apud Actu. ſubaurea & ſubcrocea optimæ ſunt colore, ita apud Galen. ſubrufa & ſubflaua, quæ modicam miſtionem *Vrina optima* bilis cum ſero, ſiue vrinæ fuſione oſtendit. Quæ ſi fuſi ſubſtantia mediocris fuerit, & contentum quale optimum habuerit, erit omnium vrinarum optima, qualis eſt ſubrufa, aut ſubflaua, potius ſubrufa, quam ſubflaua. Media in craſſitudine & tenuitate, inter tenuē aquoſam & craſſam, veluti iumentorum, cuius ſit ſedimentū album, leue, perſeuerans, quā minimè fœtidū, aut omnino fœtore priuatum. Hæc vrina naturam valere, ſanúmque eſſe corpus, aut per morbos ſecuram futuram ſalutem oſtendit. Natura namque ſuo vigore cauſas morbificas ſuperat, cum coctionem perficere valet, atque hæc eadem adeſt cum prædicta vrina. Coctiones verò, inquit Hippocr. 1. de morb. pop. criſis celeritatem, & ſecuram ſanitatem oſtendunt. Quòd ſi vrina optima, quædam ſubrufa eſt, quædam ſubflaua, quare non erit aliqua rufa, media quodammodo inter ſubrufam, quæ remiſſior eſt rufa, & ſubflaua, quæ eſt ipſa rufa intenſior? *Vrina naturalis quare non ſit rufa.* Dicemus non vnicum colorem adeſſe in ſanorum hominum vrinis, ſed pro ætate, ſexu, & temperatura variari. Neque etiam in eodem homine adhuc temperato, ſed vt Galen. lib. 1. de criſi. cap. 12. dixit: Iam verò perfecta coctione, color quidem vrinæ intenditur, minus autem ſubſidet, etſi longiori tempore hominem à cibo prohibueris, videbis ipſam fieri continuò magis rufam. Præterea, vt ibidem docet, bilis, quæ vrinam tingit, iam pallida, iam etiam rufa, quandoque flaua eſt. Pallida quidem, modicè accedens quantitate, modicè pallidam efficit vrinam. At verò modicè pallida naturalis eſt atque ſubrufa à Galen. dicitur. Talis quoque redditur ex miſtione rufæ bilis, quæ non ſit aut intenſior colore, aut copioſior iuſto. Erit autem ſubflaua, longius à coctione flaueſcente iam bile, ſed modicè accedente. Eritque rufa bile rufa immodicè accedente. Quòd ſi neque flaua, neque rufa bilis, intenſior colore, aut copioſior acceſſerint, neque rufa neque flaua reddetur vrina, ſed ſubrufa, aut ſubflaua. Ab ipſa completa coctione, quæ in iecore perficitur ſubrufa, quæ pallida etiam eſt, & longè à coctione ſubflaua: nunquam tamen aut rufa, aut flaua: neque enim rufa media eſt ſubrufæ & ſubflauæ. An tamen vrina optimum *Vrina colo bonus.* hunc colorem aſſequi poſſit, vbi nondum ſubſtantiæ mediocritatem aſſequatur, dubium videtur. Ad quod reſpondemus ex Galen. & Hippocrat. placitis, vrinam quandoque mingi tenuem, ſed bene coloratam. Hippocr. namque 3. de morb. pop. part. 3. in hiſtoria, in Abderis virginem, & in hiſtoria, in Abderis Anaxiona, vrinas tenues, ſed bene coloratas minxiſſe refert: in quibus color ad perfectionem deductus erat, ſubſtantia non deducta. Ad quod comprobandum accedit quod experimentum quotidianum docet, quaſdam eſſe vrinas tenues ſubpallidas, aut etiam albas: quaſdam tenues rufas, atque etiam flauas. Erunt igitur nonnullæ tenues atque ſubrufæ, aut ſubflauæ. Nihil enim obſtat quominus vrina cum tenuitate ſubſtantiæ bonum aſſequatur colorem. Nam pauca bilis, ſed valde rufa, aut valde flaua, non incraſſata vrina, ipſam efficiet ſubrufam, aut ſubflauam. Non minus enim tingit vrinam pauca bilis valde intenſa colore, quàm multa, colore remiſſa. Quapropter neque illud verum putes coctionem prius efficere ſubſtantiam quàm colorem, cùm color ex ſubſtantiæ bilis miſtione ſæpe accedat, & bilis tenuibus quoque miſceatur vrinis, vti rufæ tenui. Id verò animo ſerues oportet, quòd bonus color non cuiuis tenuitate iungi poteſt. Nam non erit vrina aliqua extremè tenuis probè colorata, auctore Galen. libe. 1. de morb. pop. part. 3. comment. vltim. vbi exponens Hippocr. literam, qui dixerat, Vrinæ per totum morbum, boni quidem coloris erant: Sed tenues inquit. Nempe in calce orationis inquit: Vrinæ per totum morbum, boni quidem coloris, ſed tenues: craſſæ ſiquidem tenues, coloris bonitatem ſecundum naturam habere non poſſunt.

Rufa

Rufa vrina. Rufa autem vrina, quæ apud Actuarium fit, carthami floribus aqua dilutis, rufa bile copioſis miſta conficitur: quemadmodum & flaua, quæ croceæ Actuarij reſpõdet, croco in aqua diſſoluto, bile flaua miſta, fuſioni vrinæ fit, aut colore vi caloris valde flaueſcente aut copioſiore adhibita. Fiunt itaque vrinæ tales ſanis hominibus temperatura calidioribus, & quibus bilis abundat, iuuenibus maximè. In aliis verò ætatibus morbi ratione, ſicuti & in fœmineo ſexu, fiunt quoque huiuſmodi vrinæ, bis qui febricitant febre diaria ob animi quodpiam pathema, vt iram, mœrorẽ, & ſolicitudinem, eis ſiquidem vrinas ruſiores fieri Galenus teſtatur lib. 1. de arte curatiua ad Glauconem. Fiunt etiam ob inediam, & ob immodicam exercitationem, aut ob medicamentorum, aut ciborum calidorum ingeſtionem. Hinc igitur notum euadet rufum colorem vrinæ accedere poſſe, ſicuti & flauum vna duarum occaſionum, aut quoniam in corpore bilis augetur, aut quoniam caliditas vehementior fit. Primum notum eſt bilem auctam ſiue rufam, ſiue flauam vbi non retineantur, ſed cum vrina ad portionem emittantur, vrinas reducere ruſiores, ac flauiores. Secundum etiam conſtat, quoniam calore pallida bilis rufa, & rufa flaua, & naturalis ſincera redditur, & ea ratione flaua quatenus ſeroſa pars bilis pallidæ calore abſumitur, vt libr. 2. Progn. in expoſitione 38. latè docuimus. Calor igitur abſumens ſeream partem bilis pallidæ miſtam, flauam eandem efficit, nullo nouo humore, aut materia accedente, cuius pars cum vrinæ fuſione miſta ipſam reddet flauam: de his tamen rurſum agemus in ſeq. cap.

Rubra vrina. Rubra tamen vrina ſereum ſanguinis excrementum abundare ſignificat. Quòd tamen bilis aliqua rubra ſit, aut quod rubtam bilem ſignificare valeat, non aduerſatur noſtræ ſententiæ. Nam apud Galenum lib 6. de Morb. pop. part. 1. comment. 14. rubra bilis vocatur ea, quæ ſerum ſanguinis exiſtit. Hæc eſt etiam ratio ob quam non concreſcit, vt ſanguis, quia ſerum eſt ſanguinis. Sunt autem morbi, in quibus rubræ vrinæ apparent ſalubres, ſiquidem ſanguis humor benignus eſt, quod ſubrubris & perrubris eſt commune: nam omnes ſanguinis ſerum abundare ſignificant præ rubedinis intenſione. Idque vbi morbus in venoſo genere contingit, vti in continentibus febribus à ſanguine: nam ſæpè tales fiunt ob renum imbecillitatem, quæ ad retentricem facultatem ſpectat, ſicuti quæ ad venoſum attinet genus, iecoris & venarum imbecillam coquendi vim, ob quam ſeroſior gignitur ſanguis, & aquoſior: vel, vt Galen. 2. Prognoſt. inquit, ſignificant exuperantiam ſanguinis non exquiſita ratione confecti, ac ſanguinis ſerum cum vrina deſcendere.

Vrinarum itaque rubearum & ſubrubearum meminit Galen. lib. 3. de Morbis pop. part. 1. comment. Hermocratis. Quoniam verò Hippoc. lib. 2. Prog. 27. ſignificationem vrinæ ſubrubræ ſcripſit, eandem in vrinam rubram tranſtulit eo loco: ſignificant autem ſalutem, & diuturnitatem. Inquit enim Hippocr. Si verò vrina fuerit ſubrubea, & ſedimentum ſubrubeum, ac læue, diuturnior quidem hæc, quàm prior eſt, valdè tamen ſalutaris. Diuturnitatem vtique dicit hanc oſtendere vrinam, neque ſimpliciter, ſed vbi cum vrina, cuius ſedimentum intermittit, conferatur. Diuturnior quoque ac deterior eſt vrina perrubra, medium autem ambarum continebit vrina rubra, vt inquit Galen. lib. 2. Prorrheti. comment. 53. Hæc autem vrina proluuiem renum ſignificat, hoc eſt, renum imbecillitatem adeò magnam, vt ſanguis ab ipſis affatim excolatur. Inquit etenim Galen. lib. 1. Prurrhet. comment. 51. Quam igitur aliam intelligit quis vrinam perrubram præter eam, quæ ab omnibus ſanguinolenta appellatur, quamplurimi ex nephriticis mingunt? Quòd ſi hoc vult oſtendere ſimile quid ſignificat ei, quod prius dictum eſt, ventris [illegible], id eſt, proluuies perrubra. Quemadmodum enim illam diximus iecore languente fieri, ita ad eundem modum renibus malè affectis, vrinam perrubeam fieri dicemus. Solet in morbo regio hæc vrina apparere & pannus tingere. Tertio namque de Morb. pop. part. 1. Hermocrates vrinam rubentem craſſam minxit, & ſecutus eſt regius morbus. Quòd ſi cum ea vrina æger criſim ſubierit, reuerſio ſpectabitur, vt in eodem contigit: quoniam hæc vrina cruda eſt, & quæ ſine notis coctionis iudicant, recidiuam faciunt. Sed tamen de rubeis vrinis multa diximus in expoſitione 27. lib 2. Progn. In quarum numero eſt mictus ſanguinis, qui fit vena in renibus rupta, vbi frequentius id eueniat. Nam vbi breui id fiat, poterit ſignificare aliquam à natura factam euacuationem redundantiæ ſanguinis alias retenti: aut fier omiſſo exercitio, aut membro mutilato. Fit quandoque talis vrina ob anaſtomoſim, & vaſorum vrinam percolantium laxitatem. Quare autem non ſemper vrina à ſero ſanguinis tingatur, & rubea fiat, diximus ſuprà.

Vinea vrina. Vineus verò color perrubro colori proximus, hepati ſimilis eſt. Huius coloris vrinas in plurimis conſpeximus ſanis & ægris. In ſanis quidem copioſiſſimè bibentibus, vrina nigra, quæ ob copiam rerum facultas non valebat percolare. Noui duos ſexagenarios, qui quoties iter agebant, vrinam emittebant vineam citra manifeſtam aliquam noxam. Quoniam autem noueram eos, aliàs pati hæmorrhoidas, intellexi ſanguinis fæcẽ ea via purgari, facta ad renes ex motu deductione eius excrementi.

Vinea vri. in lapi. renum. Alios etiam noui lapide renum laborantes, & vineam vrinam mingentes per interualla. Oſtendebant autem craſſum ſanguinem paratum generationi lapidis cum vrina tranſmitti. Sanguinem quoque ſignificant aſſatum, cum ex nimio Solis ardore tales fiunt, aut in febribus vehementioribus. Licebit autem per acutos morbos ſalutem aut mortem prædicere ex huiuſcemodi vrinis, animaduerſis aliis, ex contento in vrina, bono, aut malo, aut nullo: & ex aliarum facultatum conſtantia. Nam hæc vrina valdè magnam in febribus ſignificat aduſtionem, ſed morbus à ſanguine fit.

Paſſea vrina. Paſſea vrina aduſtionem bilis flauæ, & ruſioris ſignificat. Præcedit ſæpe, & quandoque comitatur regium morbum, cúmque valdè ſecedat hic color à naturali, & magnam oſtendat bilis vſtionem, robore virium opus eſt, ſi æger ſupereſſe debeat.

Viridis. Viridis color hoc loco ſequitur, cui oleaceus adiunctus eſt. Viridis vtique oſtendit viam in nigrum colorem, apud Galen. lib. 1. de criſibus, cap. 12. Nos quidem lib. 2. Progn. in expoſitione 39. docuimus latè cauſas generationis bilis porraceæ. Quam nouimus in ventre & venis generari. In ventre ex corruptione ciborum potiſſimum calidorum, & ob imperfectam coctionem. In venis tamen vnam tantùm cauſam apud Galenũ in eo loco legimus, nempe excedentem & exurentem calorem. Dixit enim, calorem præter naturam indicare, cum generatur in venis. Ipſe verò lib. 1. de criſibus cap. 12. de viride colore dixit: Color verò viridis fit in tranſitu ad nigrum, & eſt quoddam principium nigri. Quapropter cùm niger color à calore & frigore fiat, fiet quoque & viridis. Cæterum in tranſitu ad nigrum, vi caloris viridem colorem accedere omnes con-

ſentiunt, quod tamen frigore vincente id etiam fiet, teſtis eſt Galen. lib. 1. Prognoſt. comment. 3. vbi exponens coloris chlori malitiam, inquit: Vt plerique braſſicam & lactucam chloros, id eſt, viridem appellant, qui quidem color nigrior eſt, quàm rubidus. Eſt etiam tanquam mixtium quoddam nigri liuidique, quem frigus perinde quaſi nigrum efficit. Si igitur viridis color in vrina apparuerit, calorem aut frigiditatem oſtendet, hæc vero aliis diſtinguentur notis, quæ adſunt, aut præceſſerunt. Idem Auerr. lib. 4. coll. cap. 22. & vidimus non paucas vrinas ſuprema parte virides ſubnigra ac craſſa fuſione intra ſeptimum ſubſidere ad ſalutem.

Viridis color à frigore.

Æruginous color.

Æruginous quoque color amplius aſſata bile generatur, vt præfato loco docuimus, verùm in vrinis nuſquam is colot inſpicitur: quoniam & ſi in venis generetur æruginea bilis pernicioſiſſima, cùm ipſa craſſa admodum ſit, vt mingatur eget multa dilutione, ac perinde color vrinæ remiſſior erit multo. Quamuis Paulus apoplecticos dicat mingere vrinam velut ærugineam. Febres itaque, in quibus vrina viridis mingitur, vehementes ſunt, & periculoſæ, & in quibus conuulſiones ab inanitione ſæpe fiunt: pueris verò maximè, vti ex Hippoc. docuimus lib. 3. prognoſt. in expoſitione 34. Oleoſæ verò vrinæ inter virides recenſentur, quas diuiſimus in tres ſpecies. Significant autem omnes vehementem, ac colliquantem calorem. At verò tales oleo ſimiles ſunt, aut ſeruabunt olei colorem, aut ſimul colorem & ſubſtantiam. Galen. tamen lib. 3. de morb. pop. part. 3. comm. hiſtor. in Thaſo Parium, ſe vidiſſe inquit multas pingues vrinas in ſanitate, & morbis, nunquam tamen aliquam, quæ tota pinguis vt oleum ſit. Quapropter etſi tales ex colliquatione fiant, non ob id putandum eſt colliquamenta ipſa cum ſubſtantia vrinæ miſceri, quæ à natura ſemper innatant, nunquam tamen aut ſubſtant, aut confunduntur, cum tota vrinæ fuſione. Quòd ſi calor colliquamenta vrat, in malorum ſedimentorum ſpeciem excernentur, neque amplius pinguedinis, aut colliquatæ ſubſtantiæ naturam tenebunt. Futurum autem eſt vt qui tales vrinas mingunt, aut ob febris vehementiam pereant, aut in hecticam aut tabem tranſeant. Attendendi quoque ſunt oleoſarum vrinarum ordines: nam quæ colore & ſubſtantia oleo ſimilis eſt, ea eſt omnium peſſima.

Oleoſa vrina.

Veneta vrina.

De venetis verò, liuidis, & nigris vrinis modò agendum eſt. Sunt enim venetæ, & liuidæ, veluti via quædam perueniendi in nigras, vbi frigore vincente procedunt. Sed ambæ idem in ſpecie ſignificant, etſi maior cauſa efficiat liuidum colorem, quàm venetum, ſicuti & nigrum maior quàm liuidum. Venetæ porrò vrinæ à frigore fiunt, nunquam tamen à calore, ſicuti neque liuidæ. At fit quandoque vt non ob intemperiem tales fiant, ſed ob humoris nigri miſtionem, vbi non adeò copioſus miſceatur, vt nigram iam reddat vrinam.

Liuidus color.

Liuidum colorem eſſe ſolius frigiditatis effectum teſtatur Galen. primo libro de criſibus, & lib. primo progn. comment. 3. quod etiam latius comprobauimus lib. 2. progn. in expoſitione octaua. Fieri verò liuidum colorem ob miſtionem paucam nigri humoris, docuerat quoque Galen. lib. 2. progn. comm. 12. cùm inquit: Nigra deiectio ab atra bile ſyncera tingitur: liuida verò, vbi modica bilis modicè commiſcetur. Verùm de hoc liuido colore miſtione genito, lege quæ diximus lib. 2. Progn. in expoſitione 9. Significant itaque liuidæ vrinæ frigiditatem abundantem, & innati caloris mortificationem, aut nigrum humorem, non multum fuſioni vrinæ miſceri, id quod in morbis fit melancholicis, & poſt verbera, & plagas ſanguine concreto, atque ea via expulſo. Nigra tamen vnum trium indicauit, aut calorem exurentem, aut frigiditatem internecantem, aut multum nigrum humorem confundi atque excerni cum vrina. At verò cùm humor niger quidam ſit naturalis, quidam concretione, talis (vt de plagarum ſanguine diximus) quidam aduſtione genitus. Nigra vrina diuerſas admodum notas præbet: quaſdam ſalutis, quaſdam etiam mortis: quas aliunde diſtinguere decet. Siquidem apparet iudicationis ratione in morbis longis ſæpe, vt in quartanis, & renum morbis, & retentis menſibus, & quandoque hæmorrhoidibus, & lienis morbis, & melancholia morbo. Excernitur quoque vrina nigra in morbis acutis, humore vſto per vrinam ſecreto, in iudicationibus: poſtquam ſenſim in meliorem tranſitur ſtatum, & probam vrinam colore, ſubſtantia, & contentis. Quòd ſi notis coctionis præcedentibus vrina deinde nigra ſequatur, notum eſt in bonum morbum proceſſurum. Fuiſſe autem multos in diuerſis morborum generibus liberatos cum nigra vrina, retulimus in operis præfatione. Quapropter non decet hic eadem rurſus repetere. Id tamen aſſeruiſſe ſit ſatis, pernicioſam eſſe nigram vrinam & lethalem in acutis morbis, ita vt maxima ex parte moriantur qui ipſam mingunt: nec tamen perinde omnes moriuntur. Significat autem vſtionem, aut caloris natiui mortificationem. Hæc eſt, quam magis exitioſam dixerat Hippocr. Progn. 31. lib. 2. Quod verum eſt ſiue tenuis, ſiue craſſa ipſa fuerit. In ſana quidem diſpoſitione nigram mingi vrinam impoſſibile omnino reputamus, non enim vnquam accreſcet in ſanorū venis niger humor, ea copia vt vrinas tingere poſſit. Siquidem is ſecundum naturam, parcior aliis habetur in venis. In morbis autem vbi exuperauerit, ipſum excerni cum excremento ſeroſo robur virium oſtendit, quamuis vſtus humor ſit, & bilem atram exquiſitam referat, vbi coctionis præfuerint notæ, etiam ſi talis fuerit vomitus, aut deiectio. Nam vt lib. 1. de differ. febrium in noſtris commentariis docuimus, malos ſuccos nec corrigibiles, nec alitioni aptos natura ſæpe coquit, ac ſuperat: quorum excretio in ſalutem morbum commutabit, quod Galen. teſtatur lib. de Atra bile: vbi atrorum humorum euacuationem aliquando cum notis coctionis fieri concedit: & de ipſa atra bile exquiſita idem teſtatur lib. 4. Aphoriſm. comment. 22. vbi poſtquam eum Hippocr. damnauit excretiones atræ bilis factas morbis incipientibus, addit. Quando igitur poſt morbi coctioné aliquis humor vitioſus excernitur, tunc corpus à natura expurgatur, & propter hoc atra bilis, & alius omnis huiuſcemodi humor, vbi ſigna coctionis in morbi proceſſu apparuerint, bonam ſignificant euacuationem. Nec tamen putes nigram vrinam cùm in morbis acutis excernitur, poſſe aliquando mingi citra vſtionem, aut refrigerationem. Sed cùm vſtionem oſtendit, poſſunt notæ coctionis adeſſe, & bona criſis ſuperuenire. In longis verò morbis contingit, à refrigeratione, aut vſtione, humorem fieri nigrum, & morbum concitari, qui deinde coctionem admittat, & bonam iudicationem & ſalutarem exitum. Nunquam tamen niger apparebit color ſine vſtione, aut refrigeratione. Exemplum eſt apud Galen. lib. 3. de criſibus, idem vt in exterioribus rebus in nigris ſubſidantiis euenire dicens. Nigræ verò ſubſidentiæ, inquit vel excedentē caliditatem, atque igneam oſtendunt, vel ex frigiditate vehementi extinctionem. Sic enim & extrinſecus noſtri corporis partes

Nigra vrina.

Vrina nigra ad ſalutem indicium.

effici videmus nigro colore, partim ſcilicet ex nimio calore, vt qui ſe Soli expoſuerint, partim ex vehementi frigore, & veluti morta eorum, quemadmodum in ſenibus, & quibuſcunque aliis ſupra modum refrigeratis. in ſanis verò humor melancholicus, in optimis humorum confectionibus, quæ in iecore fiunt, ſubſidens: neque adeò copioſus eſt, neque adeò niger, vt vrinam aut deiectionem tingere valeat. Apparentibus autem nigris vrinis in morbis, vſtionem & refrigerationem, hoc natiui caloris extinctionem diſces: quoniam liuidæ vrinæ refrigeratis antecedunt: flauæ verò, rubræ, & paſſeæ vſtionem paſſis. Aëtius quoque lib. 5. cap. 44. liuidas antecedere dicit nigras ex refrigeratione: flauas verò eas, quæ ob vſtionem. Sed de coloribus hæc ſufficiant, ad ſubſtantiam vrinarum accedamus.

De ſignis ab vrinarum ſubſtantiis.

CAPVT II.

Subſtantia vrinæ eadem eſt cum ipſius conſiſtentia: hæc verò ipſa vrinæ fuſio eſt, cuius extrema ſunt, tenuitas, veluti aquæ, & craſſitudo, qualis in vrinis iumentorum reperitur: mediocritas verò, qualis in temperatis hominibus, quæ inter extrema prædicta exquiſitè continet medium. Hæc eſt Gal. doctrina lib. 2. prognoſt. comment. 26. vbi de optima vrina dicit. Neceſſariò verò erit modicè pallida, conſiſtentia media inter tenuē & aquoſam, ac corpulentam qualis iumentorum habetur. Idem in comment. 30. & lib. 1. de criſibus, cap. 12. optimam vrinam, ſtatim mediocrem craſſitudinem habere dicit. Duo verò alia veluti extrema explicuit, cùm aut vrina non conſiſtit in humorem, aut cùm nuper conturbata eſt. Et capite eodem duo extrema enarrans, alterum proponit vrinam aquoſam exquiſite, & alterum conturbatam. Neque craſſarum vrinarum aliam fecit mentionem, quàm conturbatarum, eaſdem omnino reputans. Et meritò quidem: non enim alia ratione vrina tenuis, craſſa reddi poteſt, quàm vbi aqua ipſa, ſiue fuſio vrinæ cum alia craſſa ſubſtantia miſceatur, ac confundatur. Id verò nihil aliud eſt quàm vrinam fieri turbidam. Interim ergo dum fuſioni vrinæ adeò parum bilis miſcetur, vt ipſa modicè perſpicua maneat, nondum turbata dicitur, ſicuti neque craſſa: cùm verò iam valde multa humoris, & eorum, quæ cum vrina minguntur, copia, cum vrinæ fuſione confunditur, craſſa eiuſdem fuſionis ſubſtantia redditur, ac perinde turbida. Ita vt turbulentiam æqua menſura cum craſſitudine nanciſcatur vrina. Cùm verò minus iuſto miſcetur, fuſio vrinæ redditur tenuior, atque perſpicacior. Conſiderata itaque vrina optima, conſiſtentia quæ veluti metrum eſt aliarum, reliquas, quo ab ipſa receſſerint, dicemus aut tenues aquoſas, atque perſpicuas, aut craſſas, turbulentas, & opacas. Nam & opacitas perſpicuitati opponitur, & turbidæ opacæ ſunt, omnes tamen colores confundit opacitas, ac turbulentia: opacitas ſiquidem impedit quo minus ambientis lumen peruadat vrinæ corpus, color autem vrinæ talis apparet, vt ſuprà diximus, non tantùm ob verum humoris vrinam tingentis colorem, ſed ob apparentem, qui ex luminis & opacitatis miſtione naſcitur. In turbatis itaque vrinis, quæ valde turbatæ ſunt, præſagia, quæ à coloribus ſumuntur, non parum confunduntur:

Vrina craſſa & turbida idem ſunt.

Vrina optimæ conſiſtentiæ.

vrina verò alba craſſa à vitrea pituita ſplendet quidem, ſed perſpicua non eſt, nec confuſio & conturbatio, quamuis craſſitudinem efficiat, ſplendorem adimit, ſed perſpicuitatem. Porrò omiſſa vrina optimæ conſiſtentiæ, quoniam de vrina omni ex parte inculpata poſtea dicemus, de tenuibus & craſſis primùm agamus. Vrinæ extremè tenues, vt inquit Gal. lib. 1. de Morb. pop. part. 3. comment. vlt. benè coloratæ eſſe non poſſunt, ſed tales albæ ſunt. Tenues autem & albas vrinas, notum eſt aquoſas eſſe, quas Hippocr. appellat albas perſpicuas: quæ verò tales ſunt, crudum valde ſignificant morbum, & imbecillitatem facultatis naturalis, & morbi longitudinem, & mortem, vbi non conſtent vires: maximè in pueris, vt lib. 2. prognoſt. dixit Hippocr. quoniam hæc valde abſunt à puerorum natura. Cæterùm intereſt, nam aut tenuis & aquoſa vrina ſtatim mingitur, parum inquam à potu, aut non. Si ſtatim mingitur, ea Galen. deterior eſt, quàm alia, ſiquidem non tantùm concoctricis, ſed etiam retentricis oſtendit imbecillitatem. Eſt hæc affectio diabetes, & vrinæ profluuium, ſimila lienteriæ, copioſè autem ſuccedere bibitam aquam ſine renum calore ac vehementi tractione, non fiet, adeſtque in renibus diſpoſitio, qualis per caninam famem in ore ventriculi. Aquoſa verò vrina, quæ retinetur, ſimplicem ſignificat affectionem, quæ tenet facultatem coctricem, ſed extremam. Sed obiiciet aliquis aduerſus præſentem ſententiam. Nam peior videtur vrina aquoſa, quæ non ſtatim mingitur, quàm quæ mingitur. Quæ enim retinetur, vbi retenta non coquatur, ſummam ſignificat imbecillitatem coctricis: quod ſi non retenta non coquatur, non perinde accuſanda eſt coctria, quæ ſine tempore agere non ſolet, ſed ſola ipſa retentrix. Nos quidem quantùm attinet ad vrinam aquoſam, quæ ſtatim mingitur, vbi aliunde non conſtet, nunquam imbecillam valde aſſeremus coctricem facultatem. Galen. namque lib. 6. de locis par. cap. 3. ſimilem eſſe dicit diabetem caninæ appetentiæ ventriculi, atque in hac alimentum immodicè capi ob appetitus vehementiam. Tractum verò deinde alimentum facultatem retentricem grauare, atque deinde ventris ſequi lienteriam cibo celeriter deſcendente. Idque pari modo in diabete contingit, renes nempe immodicè ad ſe trahere potum, & venas exſiccare, eas verò, quæ in ventriculo ſunt, potum copioſum auidè cupere: renes deinde ipſum celerrimè trahere, quod à iecore ad venam vſque cauam delatum fuit. Cùm verò ipſi ſerum copioſius attraxerint, ob imbecillitatem retinere nequeũtes, delabi permittunt. Quod ſi renes ante tempus coctionis aut perficiendæ, aut aggrediendæ potum trahunt, quamuis in partibus iecoris & venarum coctricis facultatis robur adfuerit, aquoſa mingetur vrina, quam ob temporis breuitatem, nec validiſſima facultas ſuperaſſet. Quod tamen, quantum ſatis eſt retenta vrina, cruda labatur, ita vt pro temporis ratione coctionem paſſa non fuerit, manifeſtè docet coctricem facultatem in extremo languidam. Non retineri verò, vt in diabete fiet, ob attractricis vehementiam, ob quam plus iuſto trahitur, & ob retentricis imbecillitatem. Quod ſi adhuc Galeni ſententiam veram eſſe defendere velis, dices vrinam aquoſam ſtatim mictam oſtendere imbecillitatem coctricis facultatis, quatenus nullam defert ſecum bilem. Licet enim breui permaneat in ventre, & iecore, atque citò admodum hæc permeans ad renes percurrat, valebit quidem bilem aliquam ſecum deferre, à qua tingatur, ne omnino aquoſa permaneat. Quod verò talis

Vrina extremè tenues.

Diabetes.

appa

Digitized by Google

apparear, & cità, quo docet, tenuem imbecillitatem adiunctam vehementis tractricis, & in iecore & venis calorem & bilis defectum, ac perinde coctricis imbecillitatem. Albæ verò & perſpicuæ vrinæ, quæ tenuis alba eſt, meminit Hippo. & Apho. 72. ſectio. 4. dicens: Quibus vrinæ albæ perſpicuæ malæ, maximè verò in delirantibus apparent: ſic enim legi debet Aphor. Et Galenus in commentar. aquoſas vrinas dicit eaſdem eſſe cum albis perſpicuis; vbi non tantùm cruditatem oſtendere dixit, ſed flauam bilem in caput rapi. De eadem quoque dixit Galenus lib. 2. prog. comment. trigeſimoſecundo, Aquoſæ vrinæ tenues quidem ſubſtantia ſunt; colore verò albæ, ſummam humorum cruditatem indicãtes. Diximus autem capite præcedenti vrinam albam ſignificare humorem tingentem vrinas, in partem aliam ſecedere, quod ſæpe fit verſus caput, licet quandoq; cum bile in ventrem elapſa: aut in corporis ambitum traducta. Ex ſe quidẽ tales vrinæ morbos longos oſtendunt ob cruditatem, quæ tempus indicat; & in quibuſdam mortem, in quibus vires non poſſunt diutiùs permanere. Ipſis verò conſtantibus, Hippocrates dixit prog. trigeſimotertio lib. ſecundi: Quibuſcunque tenuem ac crudam longo tempore mingentibus vrinam, ſi cætera vt in conualituris iudicia fuerint, iis abſceſſum ad partes ſepro tranſuerſo inferiores expectare oportet. Quam ſententiam nos ibidem latius enarrauimus. Quod ſi in morbo acuto talis vrina apparuerit, cùm adeò breui coqui non poſſit, magis lethalem eſſe dixit Hipp. Prog. 33. eiuſdem libri. Eſt etiam inter perſpicuas vrinas altera, ſimilis vrina albo tenui, quã cruditatem etiã ſignificare dixit Gal. lib. 1. de criſibus, atque ex pauca rufæ bilis miſtione fieri. Hæc quoque vrina tenuis & perſpicua ſi maiorem bilis copiam ſuſceperit, ſubpallida redditur, & cruditatem oſtendet: verùm ſi adeò copioſa fuerit bilis, vt biliosam reddat vrinam, erit hæc, cuius meminit Gal. lib. 4. Aphor. com. præfato dicens: Quibuſdam enim vrinæ perſpicuæ non tamen albæ fiunt, quæ ſcilicet tenuem habent ſubſtantiam, colorem verò biliosum. Hæc eſt, quam Hipp. progn. 30. lib. 2. rufam tenuem appellauit dicens: Quandiu vrina fuerit rufa, tenuis, crudum ſignificat eſſe morbum. Hæc perſpicua eſt, ſed minus ſplendet, quàm ſi flaueſceret cum tenuitate, verùm in bilioſis morbis apparet, ſed adhuc incipientibus, quandoquidem ab ipſa nihil ſeparatur quod coctionem oſtendat. Id enim probè admodũ docuit Gal. lib. 1. de criſibus cap. 12. dicens: Quare neque ſimpliciter Hipp. vituperauit vrinam rufam, ſed quando ſimul cum rufedine habuerit ſubtilitatem. Ita igitur inquit: Quandiu rufa fuerit ac tenuis, morbum crudum ſignificat. Liquet autem quod neque aliquid ſubſidet huiuſmodi vrinis, neque enim contingit, vt quæ tenuis ſufficienter fuerit, vel ſi multo tempore quieta ſteterit, aliquam recipiat ſecretionem, adeò vt craſſior pars, quæ in ipſa pendebat, ſubſideat, tenuior verò ſuperferatur. Nam hoc ſolùm [illegible] his, quæ aliquid craſſitudinem habent. Hæc itaque vrina, quemadmodum & aquoſa ſed ſubpallida facta, [illegible] coctionis [illegible] eſt. Oſtendit [illegible] nondum finem eſſe morbi [illegible] principium [illegible] primo de criſibus cap. 17. & Hippo. Progn. 3. lib. 2. inquit: Si autem [illegible] fuerit morbus & vrina talis fuerit [illegible] homo ſuſſicere non poſſit, donec [illegible]. Porrò vrina rufa tenuis colorem [illegible] oſtendit cruditatem, ſed quoniam tenuitatis [illegible] rufus namque color quandoque perfectam [illegible] coctionem, vt in ſanis hominibus, libro primo de criſibus, vbi inquit: nam & ex ipſis ſanis, qui multum laborant, & pauciori cibo vtuntur, ſunt vrinæ bilioſiores: quare neque ſimpliciter Hippocrat. vituperauit vrinam rufam, ſed quando ſimul cum rufedine habuerit ſubtilitatem. Quemadmodum verò ſuprà probauimus colorem vrinæ accedere poſſe non ſubſtantiæ mediocritate: ita modò dicemus ſubſtantiam mediocrem fieri poſſe, nondum accedente colore. Nam ab Hippocrat. vituperetur vrina rufa tenuis: quoniam ipſam craſſam & rufam fieri poſſe nouit. Poterit ergo fieri rufa, & moderata ſubſtantia. Sic etiam alba tenuis, craſſa, moderata fiet. Ex dictis ſequi viſum eſt nobis in eius prognoſtici expoſitione, rufam poſſe fieri vrinam, aut addita bilis copia, aut ipſa ſynceriore reddita vi caloris. Quod ſub diſtinctione nonnulli eorum qui nos ætate præceſſerunt, reliquerunt ſcriptum. Aut enim (dicebant) vrina ſignificat ipſam ſeream & aquoſam partem, quæ vrina eſt, & vrinæ fuſio à nobis appellatur. Atque hanc nunquam vi caloris aliquem colorem aſſequi aſſeruerunt.

Alba perſpicua vrina.

Rufa tenuis vrina.

Vrina color bifariam accedit.

Si tamen vrina totam ſubſtantiam commiſtam ex aquoſitate ſerea & bile, quæ cum ipſa delabitur, ſignificet: ſolus calor alteratione valebit vrinam coloratiorem reddere. Et proculdubio rectè admodum hæc dixerunt, cum quibus noſtra ex loco citato conſentit ſententia. Nam ſi quis in exterioribus rebus aquam magno igni applicuerit, & ipſam diu ebullire permiſerit, nunquam aqua colorem aſſequetur. Talis eſt ſerea pars, atque aquea vrinę fuſio, quæ quamuis diuerſorum humorum ſerum eſſe poſſit, id non alia ratione deprehenditur, quàm quòd vnius aut alterius particulam tingentem ſecum defert: qua ablata, omnia ſera, aquea, & veluti pura, ac perſpicua aqua reddentur. Hac ratione & ſi diutius à calore patiatur, nunquàm colorem admittet. Verùm ſi quis aquam multam cum pauca terra Sinopidis miſceat, parum tincta apparebit aqua: quam ſi igni admotam diu ebullire permiſeris, omnino coloratiorem reddes, caloris actione aqueæ parte diſſoluta, & in vaporem verſa, nulla externa ſubſtantia ſuperueniente.

Id eſt quod nos in Prognoſticorum expoſitionibus diximus, & modò conſtantiſſimè aſſeuerauimus, vrinam miſtam paucæ bili, aut pallidæ, aut vtcunque remiſſi caloris, poſſe bifariam tranſire in aliam colorationem, aut nouę bilis acceſſione, aut caloris actione, & perſeuerantia. de primo nemo dubitat, ſecundum hinc conſtat, quòd pallida bilis, quæ colore remiſſa eſt, aſſatione, & ſeroſæ humiditatis vrinalis, quam ſecum miſtam habet, diſcuſſione, flaua redditur, dicente Galeno libro de atra bile: Iam verò alius humor aliquis amarus ſemper apparet, ipſum vomentibus, non ſemper autem flauus, verùm pallidus nonnunquam eſt, quo flauus craſſior perpetuò conſpicitur. Quare non ineptè hinc ſumunt coniecturam; qui de humoribus optimè ſentiunt, humiditatis aquæ ac tenuis miſturæ, flauam bilem pallidam apparere, nonnulli aquoſam humiditatem vocant, quidam ſero, huiuſ generis exiſtentem, vnde vrina & ſudor prouenit. Sicut verò tenuis humoris temperatura bilis colore pallidior & conſiſtentia humidior euaditita cum impenſius ipſa digeſta fuerit, diſcuſſáque, oui vitello ſimilis videtur. Ex his, & multis aliis, quæ à nobis ibidẽ dicta ſunt, ad eiuſdem rei comprobationem, notum euadit, humorem coloratum coloratiorem quoque reddi ſolo caloris actione, ac nulla alia ſubſtãtia accedente, idque in vrinis, ac pari etiam ratione euenire.

Sunt

Sunt qui obſtrepant aduerſus hæc,atq; inquiũt: Cùm ſera diuerſorum humorum diuerſa ſint,differentes colores,à diuerſis fient ſeris, non ab humorum acceſſione. Rurſus Gal.2.de criſibus, & ſecundo Progno. commeut. 30. vbi vrina colore remiſſa fuerit, vt ad mediocritatem perducatur, bilis augmentum ſpectat. non ergo ſolo calore accedet color. Præterea ſi caloris actione colores vrinarum mutantur, pituita nunquàm non mutabitur in varium colorem, cùm nunquàm non patiatur à calore. Præterea Gal.lib.3.de cauſis ſympt. tres tantùm modos mutationis colorum corporũ ſcripſit: nempe ſuccorum à naturali forma receſſum,aut in profundum reditum,aut in cutem effuſionẽ,de quibus non eſt caloris actio. Si igitur ſi ſollus caloris actio vrinæ colorem variaret,impoſturæ quidem forent, quæ de vrinarum coloribus traduntur, maximè illud,Rubeus vrinæ color à ſanguine manat. Coacti ſumus hæc in medium afferre, non quòd exiſtimemus hoſce cauillos quippiam aut probare, aut ſuadere, aut quòd ex eiſdem vel tantillum frugis colligi debeat: ſed quòd intelligamus quandoque decere huiuſcemodi argutias ſoluere, vt tyronum ingenia ab his,qui veritatem obſcurare conãtur,vindicemus. Quod enim primò diximus, ſera diuerſa diuerſos vrinarum colores afferre, ingenuè fatemur. At verò ſerum humorum vrinam tingens,non ſine humoris portione accedit: quòd ſi ſerũ vrinam tingit, id humoris delati ratione facit, quod affirmamus ſæpe fieri. Quod etiam ſecundo loco adduximus, nemo negat ad naturalis coloris vrinæ perfectionem bilem exigi, quæ vbi copioſior accedit, coloratiorem reddit vrinam. Verùm qui hæc aſſerit,non negat ex augmento caloris pariter fieri vrinam coloratiorem,eiuſdem bilis colore aucto: veluti per inediam,& febres diarias. Neque video cur Galeno teſtem adducant,ex lib.2.Progno.commen. 30.ſiquidem eo in loco,eorum opinionem funditus euertit,cum loquit: Vrina naturalis modicè pallida eſt, vt pote ex humore conſiſtens cocto, qui flauæ bilis parum recepit. Hæc vbi modum excedat, aut admodum ſyncera permiſcetur, vrina rufa apparet. Bifariam itaque apud Galenum vrina rufa conficitur,aut bili rufa copioſa accedente, aut eadem ſinceriore facta. Redditur autem ſincera aſſatione, vi caloris, vt ibidem docuimus: calor ergo ſynceritatem bili,& vrinæ colorem affert. Quod verò de pituita aſſerit aduerſarius, fatemur pituitam calore mutare colorem, veluti cùm in ſanguinem tranſit coctione,aut rurſus ex ſanguine aſſatione in bilem. Nec tamen in diſſerendo peritus inde colliget ſemper fieri,quod aliquando fieri valet. non enim omnes pituitæ mutationes adeò magnæ ſunt,vt in aliũ colorem,& ſpeciem ipſam perducant. Concedimus quoque cum Galeno, colores corporis illis tribus modis mutari. Verùm qui hæc affirmat non negat cutem Æthiopis calore denigrari, & bilem atram vſtione fieri,quæ ſunt ſimplices mutationes, caloris vi. Neq; inde ſequi putamus,præſagia confundi: neque omnes colores ex omnibus fieri poſſe exiſtimamus, aut quouis modo. Definiti enim ſunt modi, quibus bilis colorẽ augere poteſt in vrinis, duo nempe prædicti. Calore tamen tranſit pallida bilis in rufam,& rufa in flauam, & ſanguis ex ſubrubro in rubrum & perrubrum. Atque nunquàm rufa fiet flaua,niſi caloris actione, neque vrina rubra apparebit, niſi ſero ſanguinis redundante. Comprobat hanc noſtram aſſertionem Actuarius libro primo de iudiciis vrinarum capite ſexto dicens: Caliditas verò paulò excedens modum, vrinam ſubauream, atque ſubcroceam reddit: ſed aucta vbi fuerit,eam efficiet auream & croceam. Loquitur autẽ ibidem de nudis intemperantiis idem Gal.lib.10. de ſimpl. med.fac.cap.de bile. Quòd ſi hæc experimento,rationibus, & antiquorum placitis vera eſſe conſtat, nemo eiſdem citra liuorẽ aduerſabitur. Sed ſi cum tenuitate ſubſtantiæ vrina rubea fuerit, duplici ratione cruditatem & morbi longitudinem oſtendit: tum quia ſerum ſanguinis non exquiſitè confecti indicat,tum quia tenuitas in craſſitiem, ac mediocritatem non niſi temporis ſpatio mutatur. Quamobrem Hippoc.lib.2.Prognoſticorum prope admodum dixit, ſubrubeam vrinam diuturniorem eſſe ea, quæ mingitur quandoque ſincera, quandoque cum ſedimento albo læui & æquali: atque eandem admodum eſſe ſalutarem. Non tamen ſalubriorem prædicta,vt quidam de eiſdem agens prauè intellexit. Quæ enim intermittit ab optima, ſecunda eſt, non tertia,vt libro 2.Progn.in expoſitionib. noſtris probauimus. Rubra præterea vrina deterior quàm ſubrubra eſt, & perrubra omnium harum peſſima. Coniungitur autem nõnunquam cum vrina tenui niger color,quam Gale.dicit tempore egere ad coctionem. Intelligendum vbi coqui debeat. Tenuis namque & nigra vrina ob nigredinem eſt valde pernicioſa, cæterùm ſi liberari debet æger longo eget tempore,vt in commentario Heropiti,qui vrinas nigras tenues minxit, ſicuti & Apollonius in Abderis, & mulier auſtera in Thaſo, & altera in Cyzico. Neque ignoro autorem lib.de vrinis,negare vrinas nigras tenues,& Aetium lib.5.cap.44. dixiſſe, raro aut nũquam reperiri vrinam nigram tenuem. In ſumma, vrina tenuis ſignificat cruditatẽ, frigiditatem nudam, morborum initia, mortẽ cum imbecilla facultate, cum robuſta longitudinem, in aliis abſceſſus, in quibuſdã recidiuas,ætatem verò ſenilem, ſexum fœmineum, & obſtructionem renum,aut iecoris,aut viarũ vrinæ, ob quam ſæpe fit vt craſſior vrinæ pars retineatur tenuiore percolata. Neque eſt cur id dubium videatur, aut longa egeat verborum cumulata copia, ſiquidem in omnibus liquidis quæ ſe nobis colanda tradunttur, fæx atque craſſior liquoris pars in panno, aut vaſe colatorio relinquitur tenuiore procedente, & penetrante,etiam ſi ſubſtantia ſummam habeat partium miſtionem, vt vinum. Neque obſtat quòd vrinæ craſſæ mingantur; nam meatus renum non ſunt adeò anguſti,vt non admittant vrinam craſſam, vt conſtat in vrinis valde conturbatis,ac veluti iumentorum: illæ enim quamuis craſſiſſimæ,renum meatus peruadunt. Sed euenit quandoque vt humor percolandus,qui cum vrina ſecernitur,valde lentus ſit & viſcidus,qui adhęreſcens meatibus retinetur; reliqua tenui parte percolata. Quandoque non ſic, ſed craſſum cum tenui procedit, quia craſſum non hæret. Præterea,vt dixit autor libro de renum affectus dignotione & medicatione, in ſenibus magis fiunt in renibus lapides, in pueris magis in veſica: quoniam concreta eſt ſubſtantia humorũ in ſenibus,in pueris verò fuſa. Ea ergo ſubſtãtia,quæ concreta eſt,in renibus detinetur, reliqua vrinæ parte colata: in quibus verò fuſa eſt humorum ſubſtantia vrina craſſa deſcendit,& renes penetrat. Tales ſunt humores qui in vrinis puerorum procedentes ipſas craſſas reddunt, & qui vrinas alias conturbant. In obſtructionibus verò iecoris vtrumque fit: nam quandoque apparent vrinæ tenues, quoniam humores obſtruentes refrigerant iecur, & languente facultate coctrice vrinæ tenues ac crudæ minguntur: atque euenit, vt obſtructio non fit adeò

Vrina rubea, tenuis.

Vrina tenuis quid indicet.

Obſtructio cauſa eſt tenuitatis vrinæ.

magna,

Digitized by Google

magna, vt vrina percoletur, in hac tamen diſpoſi-
tione, quemadmodum penetrat craſſa pars vrinæ,
ita & alimentum, quod procedit ad membrorum
alitionem, aut paulò minus. Sed fit quandoque ob-
ſtructio adeò magna, vt neque alimentum digeri,
neq; vrina craſſa permeare queat. Nihil igitur pro-
hibet quo minus obſtructio renum & meatuum
vrinariorum & iecoris vrinam tenuem reddant, do-
cente experimento ſingula percolata reddi tenuio-
ra. vti aqua aut vinum, ſi per ſpongiam, aut morta-
rios lapideos percolentur. Vinum tamen optimum
vrina moderata coctione eam aſſequitur ſubſtan-
tiam, non confuſione, videmus tamen hæc tenuia
fieri colatura, & vinum nigrum album fit & tenue.
Nec negabis ſi mente conſtas, vinum rem vnam eſ-
ſe, atque vrinam optimã, & hæc coctione facta eſſe.
Neque obſtat Gal. qui cruditatẽ oſtendere tenuem
vrinam dixit 4. lib. de Sanit. tuen. & 1. de criſi. Nam
ſignum quod non eſt proprium, ſine re ſignificata
inuenire licet. Itaque tenuis vrina in febribus, niſi
morbus alter, vt obſtructio adfuerit, cruditatem
oſtendet. Comprobat noſtram aſſertionem Gal. lib.
5. de loc. pat. qui vrinam aquoſam dicit eſſe ſignum
lapidis veſicæ: tales verò obſtructione fient. Et Aë-
tius de calculoſis renibus dixit: Vrinæ circa obſtru-
ctionis principium, paucæ aquoſæ mingũtur. Craſ-
ſitudo tamen vrinę deinde venit conſideranda, quã
diximus non fieri abſque aliqua humorum commi-
ſtione, ac confuſione maiori, aut minori. Cæterùm
Hippo. craſſas vrinas appellat eas, quæ naturalibus
ſunt craſſiores, vt in Prognoſt. 65. lib. 2 docet Gale.
idem in commen. Atque is eſt omnium intellectus.
Dicitur etiam craſſa vrina, quę admodum craſſa eſt,
& multo craſſior naturali, vt in Progno. 35. libro 2.
Appellat etiam quandoque craſſam vrinam, natu-
ralem, & moderatam, vt in Aphor. 76. & 77. ſectio-
nis quartæ. Abutitur tamen nominibus Hippocra-
tes, vt inquit Gale. At verò in præſenti opere craſ-
ſam nos dicemus vrinam eam, quæ eſt naturali &
moderata craſſior. Redditur autem talis vbi acceſ-
ſerit humor: nam ſine ipſo ſyncera ac pura vrinæ
fuſio non poteſt non eſſe tenuis & aquoſa. Signifi-
cat autem hæc humorum craſſitudo, eorundem
redundantiam: &, vt inquit Actuarius, cutis con-
denſationem, quæ humores exprimit cum vrina.
Indicat quoque morbi principium, in quibuſdam.
Humores tamen qui vrinæ accedunt, aliquando
valde commiſti, & ſubacti cum vrina deſcendunt,
aliquando parum. Quapropter ex vrinis craſſis ac
conturbatis, quædam reſident, & clarificantur, quę-
dam tales perſeuerant, quamuis ſint quædam quæ
claræ mictæ ſunt, ſed extra turbantur, vbi videlicet
Turbatio vrinæ flatus adeſt. confuſio nōdum facta eſt, ſed proximè futura. Om-
nium quidem turbatarum vrinarum indicium eſt,
flatuoſum ſpiritum commiſceri, quem calor gene-
rauit: is etenim flatus humores cum vrinæ fuſione
confundit, nondum coctione finita: ſiue enim craſ-
ſior, ſiue tenuior iuſto vrina fuerit, cruditatem ſi-
gnificat, vt Gale. 1. libro de criſibus, cap. 12. docuit,
dicens: Hoc autem intelligere licet ex his quæ te-
nues ac puræ excernuntur, poſthac verò vel rema-
nent ſemper tenues, aut paulò pòſt conturbantur,
quoniam vtraque coctione caret. Eo autem diffe-
runt, quòd altera nondum coqui cœpit τὰ δ᾽ ὅτι φυ-
σώδη αὐτῶν πνεύματα ἀναμέμικται ταραχθέντα, οἷα καὶ τοῖς
νέοις οἴνοις τοῖς ἔτι ζέουσι γίγνεται. quod eſt. Altera verò
quoniam conturbatio quædam, qualis nouis vinis
adhuc efferueſcentibus fit, ſpiritus flatuoſos ei mi-
ſcuit. Vox enim paſſiua ἀναμέμικται in actiua ſigni-
ficatione vſurpatur, quod ſæpe facere conſueue-
runt Attici, quemadmodum & vocem actiuam in
paſſiua ſignificatione. Id dixerim propter eos, qui
cùm alias linguæ proprietates ignorent, literam
hanc mendoſam iudicant: quicquid enim delirant
interpretes, plectuntur typographi, nihil autem eſt
quod correctione egeat in præcitato loco. Contur-
batarum autem vrinarum tres habentur differentię
apud Galenum, libro quarto de ſanitate tuenda. Et
1. lib. de criſibus, cap. 12. Aut enim mingitur vrina
clara, ſed extrà turbatur: aut mingitur turbida, & ſic
permanet: aut turbida mingitur, & clarificatur, ac
ſubſidet album, læue, & æquale. Prima omnium *Conturbatarum vrinarũ diff.*
peſſima eſt, poſtrema optima, medio loco dicta, me-
dia etiam eſt bonitate & malitia, quæ ex his, quæ
ab eiſdem ſignificantur, nota euadunt: Nam vrina
clara micta atque extrà turbata, lib. 1. de criſibus,
debet incipere coqui, quod eſt nullam manifeſtam
naturæ actionem oſtendere, ſed egere longo tem-
pore ad coctionem. At verò lib. 4. de ſanit. tuen. id
non ſine diſtinctione aſſeruit. Nam diuerſa nota
ſumitur ab ipſa, vbi ſtatim turbetur, aut vbi poſt:
inquit enim: Si enim quum emingitur pura ſit, pro-
tinus verò turbetur, iam crudi ſucci coctionem ag-
gredi naturam docet. At ſi interpoſito tempore tur-
betur, non protinus, ſed poſt aggreſſuram inſinuat.
Vrina verò, quæ turbida mingitur ac talis perma-
net, vigentem adhuc conturbationem & in ſangui-
ne agitationem oſtendit: verùm quæ mingitur tur-
bida, atque ſtatim reſidet album, læue, & æquale,
morbum ſignificat, haud multò poſt concoquen-
dum. Sed tamen lib. 4. de ſanitate tuenda, ruſus id
ſub diſtinctione patefacit: nam aut ſtatim ſubſidet,
quod diximus album, læue, & æquale, & ſuperio-
rem longè naturam ſuccis, quos concoquit, oſten-
dit: ſin bonum ſit quod ſubſidet, ſed quod poſt lon-
gius interpoſitum tempus colligatur, etiam natu-
ram temporis ſpatio ſuperaturam ſuccos nuntiat.
Quod ſi omnino nihil ſubſideat: vel malum, natu-
ræ imbecillitas ſignificatur. Natura itaque cùm ſuc-
cos craſſos & à natura alienos coquere debet, pri-
mum conturbationem efficit, cùm videlicet aggre-
ditur coctionem: ſiquidem flatus qui ex actione ca-
loris generatur, cum ſubſtantia humorum miſtus,
eoſdem confundit cum vrinæ fuſione. Verùm cùm
vrina clara mingitur, quę extra turbatur, nihil, quòd
patere ſenſui poſſit, effecit natura, quod enim extrà
turbatur, id tantùm docet, humorum adeſſe redun-
dantiam, & cum vrina ſecerni, atque iam à natura
fuiſſe commotos. Quod ſi paulò poſt turbantur
vrinæ, non paruam adeſſe commotionem, & viam
ad coctionem: verùm ſi longè poſt turbetur, etiam
naturam coctionem aggreſſuram, interim verò agi-
tare humores. Hæc autem agitatio & commotio
viget, quando vrina, quæ mingitur, turbida eſt, &
talis manet: neque aliqua manifeſta coctionis nota
in ipſa apparet, neque tunc finitum eſt morbi prin-
cipium, libro primo de Criſibus, cap. 17. ex Galen.
At verò cùm ſubſidet turbida vrina, & quod ſepa-
ratur optimum eſt, conſtat coctionem ferè in to-
tum perfectam eſſe, ac parum admodum conturba-
tionis inæqualis ſupereſſe. Idem enim eis euenit
quod vinis cum generantur feruente muſto, nam ad
finem ebullitionis & fermentationis clara manent,
& ſine conturbatione ſubſidente fæce à vino ſecre-
ta: humorum verò feruor clarificat ad finem ipſos,
ſubſidentias ſeparat: hanc intellige ſedimenti boni
generationem. Sunt ex his quædam adeò turbatæ
vt vrinis iumentorum perſimiles ſint, de quibus
Hippocrates Aphor. 70. ſectio. 4. dixit: Quibus vri-
næ perturbatæ, quales ſunt iumentorum, his dolor
capitis

capitis vel adeſt, vel aderit. Atque hæc quidem, vt Galenus inquit in commentario, ſi ſubſideant, ſignificant citò finiendum morbum, ſi contrà, morbi longitudinem, aut cum lãguore mortem, quemadmodum & omnia cruditatis ſigna. Dolorem tamen capitis oſtendet, quoniam vt Galenus inquit, vrinę veluti iumentorum à materia fiunt & craſſa & denſa, & à calore agitata: flatus verò cum calore promptè fertur in caput. idem lib. 6. de morbis pop. par. quinta, commen. 15. & lib. 3. de morb. pop. in comm. Hermocratis hanc conturbationem ab ſpiritu flatuoſo fieri dicit, quam turbationi muſti confert, quemadmodum lib. 1. de criſibus, cap. 12. nouis vinis adhuc ferueſcentibus. Talis eſt vrinæ conturbatio, quæ in corpore fit, humoribus craſſis à calore agitatis, atque commotis, miſtiſque cum vrinæ fuſione: ſed quandoq; adeò magna eſt, vt poſt mictam vrinam perſeueret, aut talis vt non perſeueret, ſed ſingula heterogenea ſeparentur, atque vrinæ fuſione clara manente reliquum ſubſideat. Cæterũ quare vrinæ, quæ minguntur claræ, deinde turbantur, dubium eſt apud Actuarium agitatum. Nam ſi à frigore externo turbari vrinas dixeris, quare non omnes, quæ eidem aëri frigido exponuntur, ſimili modo turbantur, ſed quædam ex eis omnino claræ permanent? Rurſus ſi à frigore turbantur, æſtate non turbarentur. Prætetea eiuſdem hominis in eodem tempore, ſiue ſimili aëris temperie vrina hodie turbatur, & cras non turbatur, cũ ergo fit ab aëre turbatio. Euenit quoq; vt ex vrinis, quæ extrà turbantur, quædam igni appoſitæ iterũ clarificentur, quædam non. Nos quidem breuitati conſulentes aliorum prolixitatem vitabimus, & barbarorũ opiniones prætermittemus, ne videamur velle libros efficere maiores, quàm prore, de qua agitur. Vrinæ, quę extra turbantur, non habent vnicam cauſam, ſed duplicem: alteram internam, alteram externam. Interna eſt calor cum humorum copia: calor etenim quandoque humores commouet, non tamen eos confundit cum vrinæ fuſione, verùm ſic commotos aliqua ex parte cum vrina tranſmittit. Quod ſi ipſos non tantùm commoueat, ſed commotos confundat, amittet quidem vrinæ fuſio natiuum ſplendorem, ac turbabitur vrina, quum autem ſola commotio facta eſt, non tamen confuſio, vrina clara mingitur atque ſplendens. Cauſa autem externa accedit, hæc eſt frigiditas ambientis, aut pauca, aut multa, quæ ſplendorem corrumpit, corrupto calore, qui ſeruabat eundem. Calor enim, ignis naturam ſapit, & ignis ſplendet præ omnibus rebus corruptibilibus. Hac de cauſa in minus frigido aëre fit tarda conturbatio, & quoniam quæ antè fuerãt agitata & commota, à frigore ſuperueniente confunduntur. At verò vbi vrina extrà turbata iterũ concaleſcat, vi caloris priſtinum recuperat ſplẽdorem, quem abſque ipſo ob humorum confuſionem frigore factam, ſeruare nullatenus potuit. Hinc notũ euadet, quare quædam citò, quædã tardè in eodem aëre turbantur: non enim habent omnes parem humorum abundantiam miſtam. Notum etiam eſt eadem de cauſa quare eiuſdem hominis vrina quandoque turbatur, quandoque non in ſimili aëre. In corpore tamen turbatio à nimia humorum confuſione fit permiſto flatu. Conſtat etiam ab externa turbatione aliquam corporis diſpoſitionem oſtendi, ſiquidem non omnino ab ambientis diſpoſitione pendet. Hanc vrinarum conturbationem, concretionem appellat Ariſt. lib. 4. Meteor. cap. 7. vbi vrinam, acetum, vinum, & lixiuium dixit, non inſpiſſari à frigido, ſed concreſcere: & cap. 8. dixit concretionem fieri à frigido, calidi expreſſione. Interna tamen turbatio vrinæ à calido fit, hæc autem à calore exhalante humidum ac terreuam flatuoſam, & aquoſam ſubſtantiam confundente. Præterea ſi craſſa vrina fuerit rubea, ſanguinis craſſi abundantiam ſignificat, & febres continentes, & ſanguinem fæculentum mingi. Craſſa verò & nigra, magnam vſtionem, aut copioſam nigrorum humorum expurgationem. Craſſa flaua rarò conſpicitur, quæ ſignificat bilem ſynceram abundare. Craſſa rufa modicè coctum morbum bilioſum oſtendit, & ſalutaris eſt, vtraque ratione: nam colore, & ſubſtantia coctionem oſtendit, licet non integram.

Turbata vrina capitis dolorem oſtendunt.

Vrina quæ extra turbantur.

Nota.

De ſignis ab vrinarum quantitate.

CAPVT III.

QVANTITAS vrinæ non paruam nobis præbet indicationem eorum affectuum, qui in humano corpore conſiſtunt, ſicuti & cauſarum prægreſſarum, à quibus ortum habuere. Hæc quidem aut moderata eſt, aut à debito modo recedit: id verò exceſſu, aut defectu. Modum ſeruare ea vrina dicetur, quæ potus quantitati reſpondet, & ſeroſæ humiditati in alimentis præexiſtenti. Quod ſi à debito modo receſſerit, cauſæ euidentes ſunt aduertendæ: ſi enim aliqua earum non fuerit vrinæ mutandæ occaſio, corporis diſpoſitio accuſanda veniet. Euidentes verò ſiue prægreſſæ cauſæ, quæ vrinæ quantitatem variare ſolent, ac iuſto maiorem ipſam reddere, hæ ſunt: Magnus potus, præcipuè vini aquoſi, alimenta admodum humida, humore aquoſo, non viſcido, aut tenaci, vt melopepones, & pepones, & alimenta liquida & aquoſa. Vſus medicamenti alicuius habentis vim vreticam, ea enim ſanguinem in ſeroſitatem conuertunt: præterea frigiditas ambientis, quæ ſeream ſanguinis ſuperfluitatem exprimit, & humorum diſſolutionem impedit. Vbi verò nihil horum in cauſa fuerit, corporis diſpoſitiones ſunt perquirendæ: fiunt enim vrinæ copioſiores, vbi humores crudi ac craſſi coquantur, quoniam membra ex ipſis nutriuntur, & excrementum ſeparatur, quod deinde excernitur: id verò aquoſum cùm fuerit, per vrinas demandabitur. Euenit quoque talis vrina in iudicationibus à natura factis: non pauci ſiquidem morbi iudicantur ſuperueniente vrina multa, veluti Hippocrates dixit quarta ſectione, Aphoriſmo 69. Quibus vrinæ craſſæ grumoſæ non ſine febre, multitudo eueniens ex his tenuis iuuat: præcipuè verò tales veniunt, quibus ab initio vel breui ſedimen habent. Vrina ergo, quæ multa craſſa, atque alba morbum finit, qui aliàs abceſſu foret finiendus, vt Hippocra. dixit Aphoriſm. 74. eiuſdem ſectionis. Præterea Gale. lib. 1. de morb. popu. part. 2. comment. 41. inquit: Vt enim per ventrem ſæpius totum corpus expurgatur, ſic & per renes & veſicam. Colliquatione quoque facta dicemus copioſam reddi vrinam, vt in febribus quibuſdam, atque imbecilla facta, & demortua facultate retentrice vaſorum. Preterea mingitur vrina copioſior exſiccato ventre: vrina ſiquidem multa noctu micta paucam ſignificat deiectionem ex Hippo. Copioſiſſima quandoque redditur, & immenſa vrina in diabete, neque tamen manifeſtè excedens potum. Renes enim vehementi caliditate immodicè trahunt, & anticipant tempus, & ſicciores relinquunt partes ventris, in quibus

Cauſæ vrinæ copioſæ.

bibendi cupiditas excitatur, cui ſi potum adhibeãt ægri, is à renibus rurſus attrahetur, ac perinde repetitò ſitient. Ita verò vrina copioſa redditur multa aqua à renibus tracta, minimè tamen retenta, ob retentricis imbecillitatem. Motus etiam corporis vti curſus, aut equitatio vrinam augent, partibus lumborum & renum commotis & agitatis, & ad eaſdem partes traductis excrementis, potiſſimum seroſis. Contrariæ cauſæ ac diſpoſitiones corporis efficiunt vrinam quantitate paucam, veluti paruus potus: is enim materiam præſtat vrinæ. Alimenta arida, ſicuti & glutinoſa, & valde craſſa, quæ meatus obſtruant, & medicamenta eiuſdem naturę, exercitatio, quæ in ambitum corporis degerat excrementa seroſa, ac eadem diſcutiat, paucam efficiunt vrinam: cuius generis eſt ſudor multus, qui vrinam paucam relinquit. ſunt etenim ex eadem materia. Ventris etiam fluxus vrinæ copiam minuit, humore in viam alteram relegato. Vehemens quoque febris humores abſumendo minuit, quemadmodum & renum imbecillitas: quorum attractrix nec serum trahit, nec ſanguinem ab eodem mundat, vti eorundem expultricis languor.

Cauſa paucæ vrinæ.

De ſignis ab vrinarum contentis.

CAPVT IV.

QVOD Græci *παρυφιστάμενον* appellant, nos vrinæ contentum dicimus. Eſt autem id quicquid in vrina continetur, præter vrinæ fuſionem. Sunt qui ſpumam, & circulum ab vrinæ contentis ſeparent: ſpumam quidem quæ nihil aliud ſit præter fuſionis ſubſtantiam & incluſum flatum: circulum verò, quod ſit extrema ſupremæ ſuperficiei iuxta matulam circumferentia, quam coronam vocant, ea verò liquoris pars eſt. Contenta tamen trifariam diſtinguuntur, quantitate, natura, & loco: quantitate namque, aut eſt multum, aut paucum, aut moderatum. Naturam verò internoſcimus colore, odore, aut ſubſtantia: ex loco diſtinguuntur contenta, nam aut ſubſidet in ima matulæ parte. Græcis *ὑπόστασις*: aut in medio appendet, quod appellatur *ἐναιώρημα*, id eſt, appendiculum: aut ſupernatat, quod *νεφέλη*, id eſt, nebula dicitur. Quamuis libro ſecundo Prognoſt. in expoſitionibus noſtris dictum ſit apud Hippocrat. vocem *νεφέλη*, ſignificare non tantùm quod in vrinis ſupernatat, ſed etiam quod ſuſpenditur, eſſéque commune nomen nebulæ, & appendiculo. Nos verò cum Galen. ſingula contenta prædictis nominibus diſtinguemus. Vbi contenta quantitate moderata fuerint & reliqua naturalia non mutantur probam ſignificant coctionem ventris, iecoris & venarum, atque naturales facultates conſtare, & corpus bene nutriri. Sunt enim contenta bona alimentorum excrementa, quæ à natura ſeparantur & excernũtur, cùm autem moderatam quantitatem excedunt, cruditatem oſtendunt: hæc verò ſequuntur otium, ingluuiem, intempeſtiuam ciborum aſſumptionem, atque eorundem frigidam, & craſſam naturam, balneum, ant exercitationes à cibis, tempus quoq; hyemis & ambiens frigiditas hoc idem faciunt, impedita humorum attenuatione, & reſolutione. Fiunt etiam contenta copioſa, natura iudicationẽ aliquam exercente, atque humores victos cum vrina excernente. In ſanis itaque & ægris copioſa ac bona contenta ſæpe fiunt: vnica tamen communi ratione, qua

Contentorum quantitas conſideratur.

videlicet crudi humores, qui à natura victi ſunt, & ſuperati aliqua ex parte cum vrina excernuntur, oſtendentes eorum quæ in venis reliquuntur diſpoſitionem. Docet id vrina quæ mingitur in ſanis interim dum coctio & ſanguinis confectio in iecore & venis peragitur: hæc ſiquidem copioſum obtinet contentum. Ea vero peracta, vt inquit Gal. lib. 1. de criſibus, vrinæ contentum minuitur, & color augetur. In morbis verò febrilibus humor ſuperatus, qui putreſcebat, veluti in cineris formam verſus, in ſpeciem contenti ſecernitur. apud Galenum lib. 3. de præſa. ex pul. cap. 7. in ſanis itaq; pars chyli, quæ confectionem integram effugit in iecore & venis ſeparatur in contenti ſpeciem. Atque ſi in vaſis pars improbe in ſanguinem mutata contineatur, dominante natura formam contenti boni conſequetur. In febribus verò pars cruda è ventre in iecur & venas delata, atque ſuperata à natura, pars quoque ad cineris formam conuerſa ex humore putreſcente, in vrinis continetur. Cæterũ de loco generationis & ſeparationis contentorum bonorum latè diſſeruimus libro primo Prognoſticorũ in annotationibus in vltimum commentarium, quapropter ad eũ locum lectorẽ ablegamus. Porrò quamuis contenta vrinarum bona materiam habeant ab humoribus crudis, qui non ſuperantur, Ita vt alitioni membrorum ſeruiant, generationem naturali concitrici facultati acceptam referunt: non enim tranſeunt in contẽtum bonum crudi ac craſſi ſucci, niſi cùm à natura vincuntur, quemadmodum in iudicationibus, & ſummis morborum vigoribus. Ac perinde fit vt pueri copioſum mingant contentũ, quoniam præter id quòd cruditates aceruant, robuſtiſſimam habẽt altricem facultatem membrorum. Cùm verò abundè aluntur, abundans ſegregant excrementum victum à natura. A coctionibus enim ſuperſunt excrementa. Excernitur etiam quandoq; copioſum ſedimentum in vrina, rupta aliqua interna inflammatione, micto pure, id fit in iecoris inflammationibus, & ſuppuratis renibus, aut veſica, aut meatibus vrinariis. Diſtinguitur id à bonis contentis, quoniam pus quamuis bonum, non eſt adeò album, & id ſubſternitur vrinæ in ima parte matulæ. Odor quoque puris facilè ab odore ſedimenti diſtinguitur, aut digitis affricatum, aut carbonibus iniectum: puris namque grauior eſt odor. Tum etiam quoniam agitata vrina difficiliùs commiſcetur pus fuſioni, quam contentum bonum, ac deinde citius reſidet & aggregatur. Vrina quoq; in micto puris non eſt omnino bene colorata. Cùm autem in matula pus conſpicitur, ſi locum à quo fuit excretum diſtinguere velis, id à loco doloris, & magna, aut parua cum vrina confuſione accipies. Suppurationem quoque pulmonis cum vrina euacuatam Gal. lib. 6. de locis patientibus refert cap. 4. Natura enim valida ſemper inuenit viam materiebus, & ſi craſſę ſint, inquit, ſeptima ſectione Apho. comment. 55. Mingitur quoque in vrinis contentum quantitate paucum ob inediam. Siquidem alimenti defectus minuit humorum, & excrementorum copiam. Rurſus exercitatio eadem excrementa diſcoquit, euacuatione ſenſum effugiente. Minuit etiam contentum euaporatio facta à calore ambientis. Significat non minus obſtructionem viarum, ſiquidem in obſtructionibus vrinæ percolantur. Impotens quoque natura contentorum minuit quantitatem veluti dolor, quoniam natura ad partem dolentem mitrit excremẽta. Sicuti & inflammatio eadem ad ſe trahit quemadmodum cucurbitula. Cauſæ tamen, quæ contentum minuunt auctæ, idẽ omnino

Locus generationis contentorum bonorum.

Puerorum vrina copioſum habent contentum.

Contentorum natura.

nino anferunt. Contentorum autem natura in primis colore diſtiuguitur:optimum namque contentum album eſſe debet: quemadmodum enim in tumoribus præter naturam, & vlceribus pus generatur,ita in vaſis vrinę contentum bonum,vtrobique vincente natura,& aſſimilante. Conatur enim natura vt agens naturale, mutare alimentum, atque excrementum nnu valde malignum in ſui ſubſtantiam:quod ſi id non conſequatur, quoad fieri poſſit ſibi aſſimilat, quapropter in tumoribus præter naturam pus generatur album, quoniam ſolidarum partium agẽtium color eſt albus. Talis eſt color vaſorum, atque contentorum bonorum, quæ ab ipſis agentibus & vincentibus generantur. Sed de his libro 1. Proguoſtic. in annotationibus iu vltimum commentarium,& lib. 1.de diffe.febrium commentario cap.8.latè diximus. Quod ſi contẽtum ab hoc colore fuerit diuerſum, varium erit à naturali, & optimo,atque eo deterius,quò magis ab hoc colore diſceſſerit,& nigrum omnium peſſimum. Ex nigris verò contentis quò magis ad imum locum contenderint eò erunt deteriora, vti ex bonis & albis inferiora,meliora,hoc enim ſummè vincentem, illud verò ſummè victam oſtendit naturam. Sunt tamen ex eis quædam alba craſſa,quę oſtendunt pituitam, vt pallida aut flaua,bilem,& rubea ſanguinis abundantiam.Meminit eius conſenti Hipp.lib.2. Progn. dicens. Si verò vrina fuerit ſubrubra,& ſedimẽtum ſubrubrum, ac læue diuturnior quidem hæc, quàm prior eſt,valde tamen ſalutaris,vinea verò & paſſea contenta,ſanguinis aſſationem ſignificant.Subſtantia verò diſtinguuntur contenta : ſiquidem immodicè craſſa nimiam ſignificant vſtionem, & humorum craſſorum redundantiam. Tenuia tamen contenta aut imbecillitatem caloris, aut humoris tenuitatem,aut flatus ſignificant miſtionem, aut omnia. Subſtantia quoque inæquale redditur contentum, cùm læuorem nõ ſeruauerit, ſed fuerit aliqua parte tenue,aliqua verò craſſum.Quod in ſuppuratis tumoribus facilè eſt videre. Pure enim manante pars conſpicitur craſſa, pars quandoque tenuis, & pars mediocris: talis eſt diſpoſitio phymatum non æqualiter commatureſcentiũ,bifidorum,& circumquaque durorum,apud Hipp.lib.6.de mor.pop.par. 1. ſect. 14. Succedit hoc loco dicere de prauis quibuſdam contentis,de quibus agemus,vbi prius,quę reliqua ſunt de natura & loco contentorum, diximus,atque de notis coctionis à cõtentis per morborum tempora. Ex odore bonum agnoſcimus cõtentum quod omnino fœtore priuatum eſt, aut quamminimè fœtet. Si enim ex humoribus nõ putreſcentibus & ſano homine ſedimentum vrinę,aut quoduis contentum bonum conficiatur, erit quale dixit Gal.lib.1.Progn.comm.vlt.non vt ſanguis cõmutatum, neque vt pus cauſæ præter naturam particeps,in generatione:ſi verò in febribus contẽtum ſeparetur,vincente natura,erit id quam minimè fœtidum,vt apud Galenum lib.1.de diff.feb.cap.8.Loca pariter contentorum non parum variant eorundem ſignificationem. Nam quoddam apparet in ſuprema matulæ parte,quoddam in media,quoddam in infima: vnumquodque tamen horum quò magis ab imo loco,ſeruata natura, ſubleuatur, maiorẽ flatus ſignificat miſtionem,lib.3.de mor.pop.par. 3.in hiſt. in Lariſa virginem, vbi delirium ex accidenti ſignificare dixit, per totam verò matulam diffundi & diſpergi,maximam flatus copiam oſtendit. Subſtantia namque,quæ ſuapte natura ad imum locum deſcenderet,vbi cum flatu miſceatur,leuior reddita aſcendit.Quòd faciunt vtres aëre pleni,qui ſecluſo

Nigra contenta.

Contentorum ſubſtantia.

Odores contentorum.

Contentorum loca.

aëre in aqua ſubmerguntur. Significat quoque vrinæ contentum bonum diuerſam coctionem : nam cùm ſubſidet, ſumma adeſt coctio, minorem verò coctionem ſignificat appendiculum, & nebula adhuc minorem. De his tamen probè admodum dixit ac citra controuerſiam autor lib. de vrinis Galeno adſcripti loca contentorum non oſtendere bonum aut malum,ſed quantitatem bonitatis docere.Contentum enim album læue, & æquale omne,bonum eſt,magis autem bonum quod deſcẽdit,quàm quod aſcendit, veluti nigrum omne malum, & deterius quod ad imum vergit. Quapropter bonitatis menſura tantùm ex loco deſumetur, non bonitas. Sunt tamẽ quidam humores, qui adeò tenues ſunt à natura,vt omni flatu ſecluſo, in ſuprema matulæ parte adhuc ſubleuati teneãtur.Quare in bilioſis morbis coctionem integram intelligemus,nondum humore mutato in appendiculum, aut ſedimentum. Sufficit enim ad coctionem in eis nebula alba, aut appendiculum,æquale album, & læue, vt dixit Galenus libro 1.de Criſib.cap.duodecimo,veluti & Aëtius lib.quinto,cap.vigeſimonono, qui bonum colorem ad coctionem in eis morbis ſufficere dixit. Quod tamen ad appendiculum & nebulam attinet, ratio probat. Putandum enim eſt humorem bilioſum tenuem tantam mutationem paſſum, cùm ad formam & craſſitudinem nebulæ, aut appendiculi deuenerit, quantam humores craſſi cùm ad formam ſedimenti deducti fuerint. Præter id quod à bile pauci flatus eleuantur, qui diſcuti debeant ad coctionis integritatem. Integrè enim cocta eſt bilis, quamuis contentum ſupernatet in vrina, quandoquidem in ſummo vigore id fit. Improbè autem quis dixerit minorem coctionem adeſſe bili ſupernatanti quàm pituitæ ſubſidenti.Siquidem in ſummo vigore vtraque ſummè cocta eſt, vtrique enim integrè natura dominatur,& vtraque aſſecuta eſt ſummum naturæ opus : quod aſſequi poteſt, etiam ſi bilis ſublimis maneat, & pituita ſubſideat. Subſidet enim graue à flatu liberum, & ſupernatat læue, etiam ſi ſit à flatu liberum. Et licet verum ſit omne humidum, dum coquitur, vapores mittere, non tamen ſunt hi, qui bilem coctam ſubleuant, ſed propria & natiua læuitas. Præter id quòd flatus, qui tenues ſunt, diſcutiuntur, & euolantes non commiſcentur cum ſubſtantia rei, minime verò qui à bile oriuntur, pauci quidem & tenues admodum. Ex his omnibus colligamus contenti optimi naturam atque perinde vrinæ optimæ. Eſt autem hæc ſubrufa,aut ſubflaua,modicæ craſſitudinis inter albam aquoſam, & craſſam, qualis iumentorum,modicæ quantitatis,cum ſedimento albo,læui, & æquali : & in morbis venoſi generis cum materia, quàm minimè fœtido. In quibus integram atque perfectam indicat coctionem & ſummum morbi vigorem, atq; ſecuritatem & iudicij celeritatem. Apparentibus namque integris notis coctionis, vbi humoris peccantis euacuatio ſequatur, non poteſt non finiri ad bonum morbus: ſine euacuatione verò multi poſt notas integras coctionis moriuntur,nequeuntes humorem vitioſum excernere.Prętermitto modò cauſas externas. In morbis quidem venoſi generis vbi expultrix facultas non conſtiterit, fieri poterit vt poſt coctionem nõ ſequatur excretio.Quapropter Galenus lib.3.de Criſibus, cap. 3.dixit:Siquidẽ ego cùm millies,dum criſes fierent, interfuiſſem, neminẽ vnquam vidi intereuntem, qui cum ſignis coctionis criſim habuiſſet. Et rurſus cap. 5.inquit : Neq; enim vel animo cõcipi poteſt,quod poſt morbi exquiſitam coctionẽ criſis mala ſequatur.

Contentum ex loco quid indicet.

Contentum optimum

Quænam optima vrina

Coctione præcedente mors quandoque ſequitur.

tur. In morbis quoque qui extra vaſa fiunt poſt coctionem, quæ ab ſputo in morbis thoracis ſpectatur, & in tumoribus & vlceribus genito pure, vbi non ſequator excretio, quandoque moriuntur ægri. At verò lib. 1. de morb. pop. part. 2. ſectione 25. Cratiſtonacte & ancilla pictoris. Patiebantur quoque febrem ij duo & humores venarum nondum cocti fuêre, quorum cauſa obierunt ſuppuratis tumoribus. Itaque ſi duo morborum genera coniungantur, vt inflammatio, & febris, vnumquodque ſuas expoſcet iudicationes, ſiue excretiones, vt Zoilus lib. 2. de morbis pop. qui poſt puris emanationem ſudore opus habuit ad ſalutem, quoniam febricitabat. & Anaxion lib. 3. de morbis pop. par. 3. præter ſputorum reiectionem, criſim per ſudorem eſt paſſus. Quamobrem Hip. rectè præcepit in morbis extra venas vrinas inſpicere. Ileum enim patiebatur, 3. lib. de mor. pop. apud Tiſamenum mulier, cuius vrinas inſpiciebat Hippo. & Gal. in commen. inquit, Parua igitur ea vrinis, vbi bonæ ſunt, vt ita habentes ſeruentur, eſt ſpes: non parua verò in exitium vergentia, ſi malæ fuerint. Nota autem eſt huius ſententiæ cauſa: nam quamuis cocta ſit vrina, poteſt non ſuppurari inflammatio, & abſqoe ſuppuratione non liberabitur æger. At verò ſi vrina mala fuerit, peſſimum eſt indicium, quod oſtendit naturalem facultatem minimè conſtare per corpus vniuerſum. Hæc itaque vrina ſedimentum habebit album ob ea quæ diximus, & λεῖον, id eſt, læue, quaſi dixeris, omni parte ſimile, & ὁμαλὸν, id eſt, æquale. Et quamuis dictio Græca, atque Latina ſignificare poſſint in partibus æqualitatem, quod in pure probè diceretur, in contento tamen vrinæ apud Hipp. qui dixit ipſum eſſe læue, & æquale, & læue ſignificat partium æqualitatem, reliquum eſt vt ὁμαλὸν, ſignificet, vt inquit Galen. perſeuerans, ita vt tale appareat, non ſemel, ſed ſæpe, & ad finem vſque morbi. Quapropter ſingulæ totius diei vrinæ medico erunt inſpectandæ, vt coctionis perſeuerantia cognoſcatur.

Vrina omnes inſpectandæ.

Quæ enim mingitur cum ſedimento albo, læui, & æquali, verum intermittit, & quandoque ſincera mingitur, diuturnior eſt prædicta, verùm admodum ſalutaris. Hæc enim, vt inquit Gale. lib. 1. de Criſib. ſemicoctos oſtendit humores. Sic ergo ab vrina ſingula morborum ſalubrium venoſi generis tempora cognoſcet medicus.

Morbi tempora ex vrina.

A principio vrina mingitur, aut alba aquoſa, aut ſimilis vino albo tenui, aut mediocriter ſubpallida, vt inquit Hip. rufa tenuis, aut, vt Gale. lib. 1. de Criſib. cap. 17. turbida, quæ talis permanet, aut clara quæ extrà turbatur. Hæc enim debet incipere coqui. Augmentum verò indicat vrina, quæ nebulam habet albam, aut appendiculum æquale, & album, in morbis, qui ſubſidentiam habere debent, aut rubens nebula, aut tale ſedimẽtum, aut ſine his vrina modicæ craſſitudinis, & pallida. Præterea quæ mingitur turbida, & tardè clarificatur, & ſubſidet album, læue, & æquale, & quæ intermittit, ita vt aliquando ſincera, aliquando cum bono mingatur ſedimento.

Statum quæ vrina indicat.

Statum verò indicat vrina optima dicta, ea nẽpe quæ præter ſubſtantiæ mediocritatem bonum colorem habet, & ſedimentum album, læue, & æquale. Nam, vt Galenus inquit libro 1. de Criſib. cap. 17. non ſufficit ad ſtatum nebula ſola, aut bonum appendiculum: quo fiet, vt abeſſe velit ſedimentum bonum.

Confundunt lectores varia Galeni verba.

Confundit autem non parum lectores Galenus in eo loco: dixerat enim prius: Quomodo igitur in primo die febris ad ſtatum peruenisse dicetur? Quomodo aliter, quàm ſi ſtatim habuerit ſigna coctionis? Deinde verò explicans eas notas coctionis, quæ ad ſtatum exiguntur, inquit: Nebula quidem ſola, aut quibuſdam ſuſpenſionibus bonis factis, ſtatus tempus nõdum adeſt, quamuis Græci codices, quos legi, omnes habeant: ἤτω πάρεστι: legendum autẽ, οὔπω πάρεστι, hoc eſt, nondum adeſt. Quòd ſi ſtatus tempus non adeſt, cum nebula, aut bono appendiculo, ſedimentum erit neceſſarium. At verò: inquit ibidem. Quemadmodum igitur iam ſuppurata inflammatione febrem in ſtatu conſiſtere non contingit, aut dolorem obuiare, eodem modo neque ſi quicquam in vrinis ſubſideat exquiſitè optimum. Ecce modò negat febrem in ſtatu conſiſtere, quando in vrina ſubſidet aliquod ſedimentum optimum, & prædixerat, id eſſe ad ſtatum neceſſarium. Non minus quoque confundit lectores quod 2. ſectione Aphoriſmorum, commentario 29. dixit: Diſpoſitio ſiquidem à qua ſymptomata generantur, quam & morbum nominamus, non omninò dum morbus conſiſtit, eſt fortior: verùm in his qui ſaluari debẽt: multò melior, quàm in morbi principio. In hac enim oratione opponit maiori morbo meliorem. Cùm tamen ipſe lib. 3. de Criſib. cap. 4. & ſæpe alibi, diſtinxerit morbi magnitudinẽ à malignitate. Quapropter magnus morbus, ſiue vehemens (idem enim ſunt lib. 1. de criſib. cap. 3.) paruo opponitur & melior deteriori.

Status partes.

Quod tamen ad rem ipſam attinet, ſtatus tria habet tempora, in primo & ſecundo coctiones maximè fieri, notum eſt apud Galenum prima ſectione Aphor. commen. 7. & 8. & 1. & 3. de criſibus. In vltima tamen parte ſtatus coctio perfecta in totum eſt. Attamen à prima parte ſtatus, iam ſedimentum album, læue, & æquale apparet in vrina, & præterea coctiones adhuc celerrimæ fiunt, vt totius humoris ſubiecti ſecundum extenſionem naturæ dominium integrum aſſequatur: interim tamen ſemper apparet bonum ſedimentum prædictum in vrina. An tamen per id tempus morbus ſummam magnitudinem aſſequatur, vel ante id, non ſine diſtinctione reſpondendum videtur, ſed ſeruãda Hippocratis doctrina ex lib. 1. de morb. pop. part. 3. quã nos explicuimus lib. 2. de differ. febr. in comment. cap. 56. Inclinatio verò nullam habet ex vrina coctionis notam. Siquidem quod ſummè coctum eſt, amplius coqui non valet. Summè autem coctus eſt humor in vigore, & talis perſeuerat. Conſtante namque facultate coctrice, adeò vt morbum ad integritatem coctionis deducat, nullum eſt periculum retroceſſus, aut deterioris ſtatus. Coctionem tamen prætergredi amplius nemo rectè dicet: nam ſtatus poſtremam partem comprehendit, in qua totus humor ad integritatem coctionis perductus eſt. quod docent optimæ indicationes, quæ eo tempore perficiuntur. Dices fortè, Galenum libro de generalibus morborum temporibus dixiſſe. Quapropter nullus morborum finientium eſt, qui non quatuor hæc tempora percurrat: non tamen ex alio quopiam, atque cruditatis, & coctionis ſignis, quæ ex recrementis deprehenduntur, cognitio ipſorum conſtat. Reſpondemus, Gale. in eo loco non dixiſſe quatuor: neque enim in Græcis codicibus ea pars habetur. Dixit enim, hæc tempora, non hæc quatuor tempora, quæ verò cognoſcuntur, tria tantùm ſunt, nempe principium, augmentum & ſtatus. Adduces iterum Gal. qui eodem loco dixit: Poſt vigorem ſequitur declinatio, qua & ſymptomatum magnitudo, & humorum copia ceſſat. Reſtat in ea nõnihil humorum adhuc, qui coctionem requirunt. Non ergo in totum perficitur coctio in vigore. Hęc ratio nihil, me iudice, probat: id enim non in omnibus fieri Galen. putauit. Nam in morbis qui criſi finiuntur,

niuntur, qui etiam ſeruant humorem ad iudicationem, notum eſt totum humorem intra id tempus coctionem integram ſuſcipere, non ſpectata declinatione. Nam vt Galen. vult lib. 3. de criſibus, cap. 5. iudicationes in ſummis morborũ vigoribus fiunt. Quod ſi ab eis aliquid concoquendum eſſet reliquum, nulla talis eſſet proba iudicatio, ſiquidem crudorum humorum euacuationes nunquam fiunt in bonum, aut in ægrotantis ſalutem. In aliis autem morbis qui neque totum humorem ad finem & iudicationem aſſeruant, neque criſi finiuntur, veluti vlcera & inflammationes à quibus aliquid reſudat, vt & lateralis morbus, & quædam ex febribus, verum eſt poſt ſummum vigorē aliquid relinqui concoctionem ſpectãs. Inclinat enim magnitudo morbi ante coctionis humoris peccantis abſolutionem, vt nos quoque docuimus lib. 2. de differ. febrium in noſtris commentariis. Cæterùm quamuis in febribus, quæ ante vigorem nullam manifeſtam habuerunt euacuationem, id parum concoquendum relinquatur, nunquam tale ex vrina poſt ſummum vigorem peractum, aut notabis, aut oſtendes, aut referas quid eſt id. Nam paucum reddi contentum, non eſt coctionis, ſed paucitatis humorum nota. Quod ſi dixeris id eſſe craſſius in pute, forte verum dices: ſed in vrinæ contento conſtat id non reddi craſſius optimo contento, niſi vbi poſt integrã coctionem amplius à calore exſiccetur, & incraſſetur. Verùm ſi ita eſt, tibi etiam contradicet Gale. Dixit enim in declinatione aliquid relinquij, quod ſpectat, aut deſiderat coctionem. Ad quod ſpectar coctionem, nondum coctum eſt: non ergo exſiccabitur, & incraſſabitur amplius, veluti coctionis modum excedens, ſed tale funditus apparebit, quale in ſummo morbi vigore, etſi quantitate minus. Malè igitur aſſeris poſt ſummum morbi vigorem, vrinæ ſedimentum maiorem oſtendere craſſitudinem, aut aliquam coctionis notam quæ inclinationi debeatur. Præutereà quamuis verum ſit aliquid relinqui coquendum, id non oſtendet declinationem, ſed inde ſequetur ſymptomatum diminutio. Id verò vehementius videtur vrgere contra ea quæ aſſeruimus: diximus enim ſedimentum album, læue, & æquale oſtendere ſummum morbi vigorem: nam in febribus pituitoſis ab initio apparet in vrina prædictum ſedimentum, auctore Gal. lib. 4. Apho. commen. 69. vbi cũ de vrinis, quæ ab initio craſſæ ſunt, & iuxta iudicium tenues minguntur, ageret, inquit: Contingit enim aliquando vel per initia morbi, vel non multò poſt, vrinas factas craſſiores, propter grauitatem habere ſedimen. His igitur vrinis ſedimen, bonum ſignum non eſt, ſicuti aliis quę ab initio tenues exiſtentes, ratione totius morbi coctionis ſedimen capiunt. Confirmat eandem ſentẽtiam Aëtius lib. 2. ſermone 1. cap. 30. Accedit quoque auctor libri de vrinis, cap. vlt. aſſerens aliquando ab initio copioſum ſedimentum apparere in vrinis ob crudos humores, & id deinde attenuari, & tranſire in appendiculum, & deinde in nebulam, ac decipere idiotas putantes morbum vergere in peius. Ad quod dicemus primò quo pacto id contentum à bono optimo, quod in ſummis morborum vigoribus apparet, diſtinguatur. Deinde eiuſdem effectus

Pituita boni contentum refert.

cauſam adhibebimus. Quãdo morbus pituitoſus incipit, vbi copioſè cum vrina pars pituitæ excernitur (quemadmodum in morbis bilioſis incipientibus fit, quoties vrina tuſa tenuis mingitur) ſubſidet multa pituita. Sed tamen vrinæ ſubſtantia poſt ſubſidentiam remãnet iuſto tenuior: & vt inquit auctor libro de vrinis Gale. adſcripti, malè colorata: vtrumque enim efficeret bilis modicè miſta cum vrina, quod coctis morbis facere ſolet. Quòd ſi hæc duo coniungantur, maximè cognito morbo pituitoſo, & paulò antè incipiente, manifeſtum eſt eam non eſſe coctionis notam, ſed abundantiæ pituitæ. Ad quod accedit quod Aëtius dixit loco citato, id contentum omnino læue non eſſe, vti bonum, hoc eſt, non habere partium ſimilitudinem, non etiam habere læuitatem. Cauſa verò eius mutationis eſt, quoniam pituita ſimul cum vrina ab initio excreta, deinde à calore agitatur, & flatus genitus à calore coctionem aggrediẽte, cum ipſa miſcetur, & eandem eleuat, & mittat in appẽdiculum. Quæ vbi amplius agitetur, & flatui copioſiori miſceatur, ad ſupremam matulæ partem in formam nebulæ aſcendet. Neque tamen ibidem permanebit vſque ad finem morbi, ſed rurſus natura continuata coctione, & flatum diſcutiet & craſſiorem reddet, ob coctionem, & inde ad morbi finem iterum reſidebit. Contenta autem mala non tantùm cruditatem morbi oſtendunt, ſed pernicioſa habentur. Talia verò ſunt pinguia, ſimilia farinę craſſiori, furfurea, laminea, & orobea. Hæ ſunt differentiæ malorum cõtentorum, ſumptæ ab eorundem ſubſtantiis. Pingue contẽtum ſemper inſidet, nunquam autem ſubſidet, vt inquit Gal. 7. ſectione Aphor. comm. 35. Totam etiam vrinam pinguem nunquam vidit Galenus lib. 3. de morb. pop. par. 3. in comm. hiſto. in Thaſo Parium, hac de cauſa Progno. 35. lib. 2. Hippoc. dixit: Et pinguedines ſupernatantes, ſimiles telis araneor ũ damnandæ ſunt. Significant enim colliquationem. Idem omnino ſignificare intellige, ſi puncta veluti paruæ olei guttæ vrinæ ſupernatauerint. At verò lib. 7. Aphoriſm. 35. inquit, Quibus inſidens pingue ac ſimul totum, bis renum vitium acutum ſignificatur. Ex quibus duabus ſententiis duæ ſignificationes pinguedinis contentæ ſupernatantis in vrinis agnoſcuntur: cùm enim ſenſim excernitur pingue, oſtendit pinguedinis corporis colliquationem: quæ ſeorſim etiam ad renes defertur, maximè ſi febris adſit. Cùm autem pingue affatim excernitur, colliquatio pinguedinis renum ſignificatur. Adeſt quoque per bonam valetudinem pingue ſupernatans, quale eſt quod ſummis iuſculis refrigeratis concreſcit, quod Gręcis χαῦς appellatur. Id verò bonam coctionem indicat & pingue, quod in ſanorum hominum ſanguine adeſt, vt inquit Gal. lib. 4. de ſanitate tuenda: Quod autem ſimile ſit quod in ſanis & ægris apparet, notum eſt conſideranti rem ipſam, & verba Gal. in commen. 35. lib. 2. Prog. & 4. lib. de ſanitate tuenda, in quibus locis eiſdem omnino verbis vtitur ad ſignificandum pingue, quod vrinis ſupernatat in ſanis, & ægris & nos id perſpicuè oſtẽdimus lib. 2. Prog. in expoſitionibus noſtris. Quibus non dubito, aſſentiet quiuis ſanæ mentis & libero animo. At verò contentum ſimile farinæ craſſiori malum eſt: ſignificat enim aſſari ſanguinem craſſiorem aut carnes inæqualiter colliquari. lib. 2. Progn. comm. 28. Idem ferè lib. 1. de criſibus. Verùm colliquari carnes inæqualiter fit primùm eliquata recẽti pinguedine, deinde vetuſta, deinde carne recenti, ac poſteà vetuſta. Hippocr. verò appendiculum minutatim diſperſum ad ſpeciem farinæ craſſioris, γονοειδὲς, hoc eſt, genituræ ſimile appellat. Eo tamen deterius eſt lamineum, indicat enim ſuperficiales ſolidorum partes exuri, ac perinde exilire. Vltimam malignitatem inter hæc contenta repræſentat furfureum ſedimentum: quod non tantùm ſolidas particulas exuri inæqualiter ſignificat, ſed profundius inuadere, & craſſiores partes vſtione exilire à ſoli-

Contenta mala.

Pingue contentum.

Contentum lamineum.

dis membris. Eſt autem id albi coloris : nam quandoque ſignificat ſanguinem aſſari, nempe cùm fuerit coloris rubei. Orobei contenti non meminit ibidem Hippocrates. Cæterum id ad contentum quod refert ſpeciem farinæ craſſioris reducetur, colore repræſentans oui vitellum. Apud Actuarium libro 1. de different. vrinarum, & lib. 2. cap. 10. dixit ſignificare pinguedine colliquata, iam carnem colliquari. Nos verò dicemus ſedimentum referens ſpeciem farinæ craſſioris, album, ſignificare carnis & pinguedinis aſſationem, & rubrum ſanguinis vſtioné. Id enim orobeum ſignificat apud Galen. 4. ſectione Aphor. comment. 76. Quamuis furfureum ſedimentum aliquando fiat ob ſanguinis aſſationem, vt Galenus inquit lib. 4. Aphor. comment. 77. Erit autem id colore rubeum. Quoniam tamen contingit ſæpe vrinam mingi cum aliquo horum malorum ſedimentorum citra periculum, id diſtinguemus quemadmodum Hippoc. Aphor. citato, cùm inquit: Quibus in vrina craſſa furfurea quædam ſimul exeunt, his veſica ſcabie labora.. Craſſa autem vrina, mediocrem in hoc loco ſignificat, in qua ſi tale aliquid apparuerit, in veſica aderit ſcabies: ſiquidem à vaſis non excernentur furfures, laminæ, aut farinæ craſſiori ſimiles, vbi vrina cocta fuerit, atque valuerit natura. An tamen laborante natura, atque febrem validam patiente ægro, id omnino à vaſis procedat, non eſt certum, niſi medico de veſicæ ſanitate & vaſorum vrinariorum prius conſtiterit. Vti nos latè docuimus lib. 2. Prognoſt. in expoſitionibus noſtris.

Orobeum contentum.

Apparet in vrinis ſæpe ſedimentum cinericium, in his qui lapide veſicæ laborant, & in quibus pituita falſa aſſata abundat. Deſcendunt etiam ſæpe cum vrina arenulæ, quæ lapidis ſignificant generationé, hæ verò vbi per vrinæ fuſionem veluti natantes conſpiciuntur, vſtionem ſanguinis oſtendunt cum febre maximè. Viſæ etiam ſunt veluti caruncula cum vrina mictæ, quæ oſtendunt ſanguinem craſſum in renibus aut hepate vſtum, vt inquit Gale. 4. ſectione Aphor. comment. 76. Quo in loco Hippo. cum vrina craſſa quædam capillis ſimilia mingi dixit, eæque oſtendere id mali à renibus eſſe, non quidem in renibus morbum eſſe. Capillos quoque in renibus conſiſtentiam accipere Galenus dixerat. Eſt is morbus à medicis appellatus *τριχίασις*, hoc eſt, capillitium. Generatur id malum in his, qui orobo, fauis, & caſeo vtuntur in cibis : ac perinde à craſſis humoribus materiam habent prędicti capilli, quam calor adiungit, agglutinat, & continuat, à renibus per vrinarios meatus prorogatam. Quapropter quendam, qui eiſdem vtebatur, refert Gal. minxiſſe capillos, qui ad medium cubitum extendebãtur. At verò lib. 6. de locis patient. cap. 3. horum capillorum generationem ad venas refert, & ſine renum vitio fieri teſtatur dicens: Proinde probabilius mihi videbatur in venis huiuſcemodi rea procreari. Fuchſius hæc duo loca conciliat, dicens Hippocratem in Aphoriſmis, & Galenum in commentario voluiſſe in renibus accipere pilos conſiſtentiam: materiam autem generationis accipere in venis, dixit libro ſexto de locis patientibus. Verùm id non ſoluit contrarietatem verborum : quoniam ſexto libro de locis patientibus, idem quod in commẽtario Aphoriſm. dixerat, retulit, nempe in renibus pilos accipere conſiſtentiam: & ſtatim addit probabilius eſſe in venis procreari. Ex quo videtur idem ſignificare, conſiſtere, & procreari apud ipſum his in locis. Aliàs niſi contrariæ eſſent ſententiæ, vna non excluderet alteram : ambæ enim poſſent eſſe veræ, aut probabiles apud ipſum. Quamobrem mihi dicendum videtur, Galen. in comment. Aphoriſm. inſecutum Hippocr. doctrinam, quem ſuſcepit enarrandum. Hippocrates autem ibidem ad renes retulit pilorum generationem. Libro tamen ſexto de locis patient. liberè expoſuit mentem ſuam, & quod verum exiſtimauit patefecit, dicens : Quæ nonnunquam adeò videbantur exigua, vt mirarer quomodo in tenuum ſpatio talia poſſent conſiſtere: proinde probabilius mihi videbatur, in venis huiuſmodi res procreari. In venis igitur ex Galeni doctrina generantur pili.

Arenula.

Vnde fiat τριχίασις in vrinis.

Fuchſius notatur.

Viſa etiam ſunt in vrina filamenta quædam alba, quædam craſſa, quædam tenuia, & quædam aliis longiora, quæ indicant nocturnam præceſſiſſe pollutionem, aut adeſſe ſeminis profluuium. Fit quoque vt ſanguine concreto in veſica, & meatibus vrinariis, filamenta excernantur, quæ prædictis maiorem habent partium adhæſum, & lentorem. Euenit enim ſanguini in eis partibus concreto in grumos, quod ſanguini è vena in aquam miſſo: is enim magna ſui parte tranſit in filamenta, quæ viſcidam quandam referũt pituitam. Talia quoque filamenta è ſanguinis concretione in veſica fiunt, qua parte in aquam calidam, ſiue vrinam calidam ſanguis effunditur. Minguntur quoque per id tempus ſanguinis grumi, qui interim dum retinentur pernitioſa & lethalia efficiuntur ſymptomata.

Filamenta in vrina.

Spuma quoque inter contenta vrinarum recenſentur. Cuius generationem Gal. lib. 4. Aphor. commen. 43. ad materiam ſpirituoſam & humidam retulit. Et cauſam generationis ſpumæ duplicem adhibuit, nempe calorem, & motum. Caloris exemplum, ſunt apri ira concitati, & quæ in lebetibus elixantur. Motus exemplum eſt, mare ventis agitatum : apri namque ſpumam ore fundunt, & mare turgidum ſpumoſum eſt. Equi verò celerrimè agitati ſpumam calore & motu generant. Cæterùm libro ſecundo Prognoſticorum, commẽtario 47. poſtquam aëream & pituitoſam ſubſtantiam, ſpumam conſtituere dixit, ſtatim retulit generationis cauſas : nempe calorem & motum. Quas communes cauſas dicit multarum, & paruarum bullarum : & addit, *γίνονται δ' αὗται δύσλυτοι*, hoc eſt. Fiunt autem hæ ſolutu difficiles, (ſic enim legi debet, ne confundamus lectionem cum Laurentiano) ob duas cauſas, ſcilicet humoris tenacitatem, & flatus craſſitudinem, & turbulentiam. Nam quod bullæ cùm ſemel genitæ fuerint à calore, aut motu, citò rumpantur, & pereant, inde fit, quòd humor parum tenax facilè rumpitur, & quòd flatus pertenuis citò penetrat, ac euolat : quòd ſi craſſus & nebuloſus fuerit flatus humoris, bullæ pondus ſuſtinebit, & non adeò appetet, vti tenuis aër aſcendere, & grauibus ſuperuolitare. At vbi lenta & tenax fuerit humoris ſubſtantia, flatus non adeò facilè ipſam diſrumpet, aut eiuſdem continuitatem ſoluet. Idem etiam ad vrinarum bullas transferamus : ſignificabit etenim bullarum copia flatus abundantiam, craſſitudinem, ac turbulentiam, & humorum craſſitudinem ac tenacitatem. Et ſi bullæ multæ fiant, & paruæ, ac ſolutu difficiles, humorem tenaciorem, & flatum craſſiorem indicabunt. Magnæ verò bullæ, & quæ citò ſoluuntur, contrarias cauſas. Indicant quoque capitis dolorem, ea ratione, quæ dicta eſt de vrinis conturbatis : ſiquidem hæ flatu commiſto turbantur, & agitato humore, bullæ verò eiſdem omnino cauſis: Quod ſi magis ad coronam ſiue circulum vrinæ tendat ſpuma, maior capitis dolor indicatur : Si verò magis ad medium ſuperficiei, minorem. Id etenim fit flatu facto pauciore & tenuiore. Apparet quoque vrina, cui

Spuma vrinæ.

Capitis dolorem indicant bulla.

multa

multa ſupernatat ſpuma, in ſeminis profluuio: quoniam ſemini flatus miſcetur, & ſemen ſpumoſum eſt. Quod antiquitas agnoſcens Venerem ἀφροδίτην, quaſi ſpumoſam dixeris, appellabat. Bullas quoque tenum morbos longos oſtendere teſtatur Hippocrates Aphoriſm. 34. ſection. 7. dicens: Quibus in vrinis bullæ inſident, morbum tenalem, & longum ſignificant. Abroganda verò eſt fides Actuario, qui lib. 2. de cauſis vrinarum altitudinem vrinæ propotrione altitudinis corporis diuiſit, atque contenta ex loco, partis corporis affectæ, ſitum oſtendere dixit. Ita vt contenta ſublimiora, ſublimes corporis partes laborare indicent, & media medias, & inferiora infimas. Circulus quoque vbi einſdem fuerit coloris, cum tota ipſa vrinæ fuſione, aut omnino non inſpicietur, aut vbi confuſè conſpiciatur, nihil aliud ab ipſa oſtendet vrina: vbi tamen diuerſus fuerit color, indicabit naturam non omnino vincere, neque omnino victam eſſe. Quod ſi color circuli in meliorem (ex his qui ſuprà dicti ſunt) inclinauerit, quamuis vrinæ totius color malus ſit, naturam non omnino vinci ſignificabit. Verùm vbi color vrinæ fuerit bonus, color autem circuli tendat in malum aliquem de prædictis, indicabit naturam nondum omnino vincere morbificas cauſas. Diuerſas quoque cauſas morbum committere oſtendit circulus colore diuerſus ab vrinæ fuſione.

Circulus vrinæ.

De ſignis ab vrinarum odoribus.

CAPVT V.

SAnorum hominum vrinæ non omnino fœtore priuantur, ſicuti neque ventris excrementa. Verùm intereſt, quoniam excrementa ventris magis paratam babent ſubſtantiam ad putredinem ſubeundam quàm vrinæ: longo quoque itinere incedunt, ferè à naturæ cultu deſtituta. Vrinæ verò commiſtam habentes ſubſtantiam ex fuſione, & exerementis cum ipſa deſcendentibus, in veſica detentæ, neque amplius à natura gubernatæ, ſed cohibitæ tantummodo, paruam quandam putredinem contrahunt, ac perinde paruum fœtorem. Cùm verò valdè fœtent animaduertendum an pus ſimul cum vrina mingatur, id enim ſtatim pandit fœtoris cauſam pus eſſe, atque id, parte aliqua ſuppurationem patiente. An tamen id bonum ſit ac tale indicet, ex optimi puris notis accipies. Maximè verò fœtor concomitatur puris excretiones, quæ fiunt à veſica. Ibidem enim pus genitum vehementius putrere ſolet, quoniam pars frigidior eſt, & quæ minus poteſt puris malitiam corrigere. quapropter Hippocr. Aphoriſm. 81. ſection. 4. dixit: Si ſanguinem aut pus minxerint, aut ſquamulas, & odor adſit grauis, veſicæ ſignificat exulcerationem. Nec tamen hoc tollit fœtorem puris aliunde manantis: ſed non erit adeò grauis, vt magnum malum oſtendat, atque eam naturæ imbecillitatem, & internecionem, vt puris malitiam corrigere non valeat. Cæterum vt breui finiamus caput, fœtor vrinæ ſine puris mictu, atque is moleſtus & grauis, magnam putredinem ſignificat humorum, aut partis alicuius corruptionem, & mortificationem, atque eò maiorem, quò fœtor fuerit maior. Quod ſi cum graui odore prauum fuerit contentum, mortem oſtendet. Fœtorem quoque nidoroſum vſtionem humorum putredini iungi, & fœtorem acidum putredinem refrigerationi cõiunctam oſtendere, vti dulcem putreſcentem ſanguinem, non eſt à ratione alienum.

Pus à veſica vehementius fœtet.

De ſignis à modo mingendi.

CAPVT VI.

POrrò mingendi modus à naturali trifariam variat: aut enim vrina funditus ſupprimitur, quæ diſpoſitio à ſymptomate, vt reliquæ nomen accipit, ἰσχουρία, id eſt, vrinæ ſuppreſſio: Aut difficilè excernitur, & cum dolore, aut ſine ipſo, cui nomen eſt δυσουρία, id eſt, vrinæ difficultas: Aut diſtillat guttatim, nobis volentibus, nequeuntibus tamen, aut etiam nolentibus, quæ paſſio στραγγουρία, id eſt, vrinæ ſtillicidium dicitur. Quod ſi vrina cohibeatur, ſignificat ſignis bonis accedentibus iudicatorium rigorem, lib. 6. de Morbis popularibus parte 1. ſection. 11. Aliàs verò, aut imbecillitatem expultricis veſicæ, aut meatus occluſionem. Imbecilla autem redditur, vbi à multitudine fibræ expulſioni ſeruientes fuerint immodicè diſtentæ. Quod fit vrina diutius retenta, aut in aula, aut in foro, aut in theatro, aut in profundiori ſomno: meatus autem occluditur, aut inflammatione, aut tuberculo, aut cicatrice, aut callo, aut ſcirrho, aut carne adnata, aut lapide, aut arenulis, aut pure, aut craſſa pituita, aut ſanguinis grumis. Cum dolore verò excernitur, & difficilè, vbi inflammatio fuerit, quæ non omnino obſtruat, aut vlcus in eiſdem meatibus veſicæ & colis, aut lapis, aut vrinæ ardor, aut flatuoſus ſpiritus commiſtus. Sine dolore verò ob durum tuberculum, aut craſſam pituitam, aut pus non acre, aut imbecillitatem veſicæ. Stillicidium verò vrinæ accidit ob paralyſim muſculorum veſicæ oſculorum claudentium. Quando verò vrina mordet, & ante tempus ad excretionem irritat, ſtranguria à Galen. appellatur lib. 3. de Morb. pop. part. 1. ſicuti & lib. 1. part. 2. comment. 41. Verùm hæc ſtranguria volentibus nobis cum dolore fit: ob paralyſim verò ſine ipſis.

Vrina retinetur quibus cauſis.

RELIQVA.

SVpereſt pauca quædam referre, ad operis complementum, quæ alioqui diligenter, conſideranti nota forent. Cæterũ ne aliunde expectetur, dicemus de vrinarum diuerſitate, pro ſexu, ætatibus, temperaturis, anni temporibus, exercitationibus, & victu, atque de vrinis per febrium genera Hæc enim reliqua videntur ad complendam hanc noſtram de vrinis tractationem. Ex ætatibus quidem, in adoleſcentia optima mingitur vrina, qualis à nobis ſuprà fuit depicta. Si quidem talis mingitur in optimo corporis temperamento, & in quo optimæ coctiones exercentur, ſine cruditatum abundantia. Ea verò adſunt ætati, quæ eſt à decimooctauo in vigeſimumquintum annum. Hanc ſequitur virorum ætas, in qua vrina mingitur colore intenſior optima, & paulò tenuior, mediam habens conſiſtentiam inter extrema tenuitatis & craſſitudinis, vt lib. 2. Progn. in noſtris expoſitionibus diximus non tamen exquiſitæ, vti quæ dicta eſt adoleſcentibus debita: nam & ipſam tenuiſſimam appellat Galen. ibidem, non ſimpliciter, ſed collatam ad vrinas aliarum ętatum. Ac proinde Prog. 33. eiuſdem libri Hippocrates inquit: Viris autem & mulieribus

Ætatum vrinæ.

Nota. vrinæ nigræ peſſimæ ſunt, pueris verò aquoſæ. Illæ namque ſunt omuium peſſimæ, quæ longius recedunt ab his quæ ſunt homini ſecundum naturam. Cùm autem pueri mingant ex natura craſſiores omnibus vrinas, erũt aquoſæ, ſummè à natura ipſorum elongatæ. Viris autem, cum mingant ipſas tenuiſſimas, non eruut aquoſæ peſſimæ, ſed potius nigræ. Tenues quoque vrinas mingunt ſenes, ſed crudas, & ad albedinem tendentes: decrepiti verò adhuc magis. Pueri quoque copioſum mingunt contentum, minus autem adoleſcentes, minus his viri. Paucum quoque contentum habent vrinæ ſenum: fœminarum verò vrinæ minus coloratæ ſunt, quàm virorum, & tenuiores, copioſius quoque contentum habentes. Vtero tamen gerentium vrinæ tales ſunt, quales earum, quarum menſes cohibentur, color verò veluti cicerum elisatio: habent tamen nebulam albam ſupernatantem, & veluti grana quædam innatantia. Qualis verò eſt diſtinctio exercitatorum, & in otio degentium, talis eſt eorum qui inedia & ieiunio longo & frequenti vtuntur, atque eorum qui ſaginantur. Nam qui valenter ſe exereent, paucum mittunt contentum cum vrina, reliquo humore diſſoluto. Quibos quandoque ſuccedit, vt colliquationes in ſuprema vrinæ parte innatent, ſuntque ipſorum vrinæ coloratiores. Tale accidit his, qui diu à cibis abſtinent: nam vrinæ plus iuſto colorantur, & ſine contentis ob inopiam fiunt. In otio verò degentes, & lautè epulantes, vrinas mingunt minus coloratas, cum copioſis contentis, interim dum naturales facultates ipſorum conſtant. Ex temperaturis prætetea, calidæ vrinas efficiunt tenues & cum paulò paucioribus & tenuioribus contentis, maximè ſi calori ſiccitas coniungatur. Vtcunque tamen intenſiori colore redduntur. Frigida verò temperatura vrinas efficit minus coloratas, quandoque tenues, quandoqoe tamen craſſas. Si quidem minguntur cum craſſis excrementis, craſſæ, ſine ipſis tenues & percollatæ. Ex anni tamen temporibus diuerſæ fiunt vrinæ: hyeme namque vrina pro bibitorum ratione redditur copioſa, non bene colorata, plurimum continens ſedimentum, æſtate contraria: nam coloratior fit, & paucior, cum paucis cõtentis, & his magna ex parte ſubleuatis, quæ omnia efficit calor. Vere omnia medio modo ſe habent: Autumno crudæ minguntur vrinæ, colore priuatæ, & paucis cõtentis, ſed his reſidentibus melancholicis & terrenis. Febrium tamen notæ quædam ſunt, quæ ab vrinis ſumuntur, quæ oſtendunt ipſas incipientes: nam cùm iam ad morbi vigorem peruenerint, peritus medicus non eget ſignis ad morbi cognitionem, niſi breui admodum in ſtatum perducatur: nam & in ſtatu omnes vrinæ ſanis & optimis ſimiles redduntur, præterquam quòd in morbis pendentibus à craſſis humoribus, ſedimentum eſt copioſius, & in his qui pendent à calidioribus, & tenuioribus, aut apparet paucum, aut ſola nebula alba, aut appendiculum æquale. Inter initia verò diuerſæ ſunt vrinæ in febribus humoralibus. De diariis autem dicamus prius, in ipſis ſtatim apparere coctionis notas in primis vrinis quæ minguntur, quod putridis febribus non adeſt, niſi à diariis in ipſas fiat tranſitus. Mutantur autem in diariis colores vrinarum. Siquidem in his quæ ab aliquo animi ſymptomate fiunt, vrinæ redduntur ruſiores: minus ruſæ verò ob cruditatem, dolorem, aut bubonem. Febre tamen tertiana eſquiſita incipiente, vrinæ minguntur ruſæ, aut flauæ, & tenues, & quandoque prima die coctionis habent notas. In quotidiana exquiſita, vrina quandoque mingitur incipiente morbo, tenuis & decolor, quandoque craſſa & turbida, pro ratione retenti & excreti humoris. Atque vti diximus, quandoque ſubſidet in ipſa ab initio quod bonam repreſentat ſubſidentiam, eſt autem pituita. In quartana crudæ etiam ſunt vrinæ, ſed variæ ratione dicta de febre quotidiana. In ſanguineis autem febribus, vrinæ minguntur ab initio rubræ, aut ſubrubræ. Aliquando verò tenues aquoſæ aut ſubpallidæ, aut turbidæ. Quemadmodum in omnibus aliis febribus continuis, & intermittentibus non exquiſitis. Falluntur autem, qui putant vrinam rubram eſſe propriam notam ſanguinearum febrium. Nam cum renum imbecillitate aliquando fit, inſeparabilis verò non eſt: ſiquidem ſine ipſa ſæpe fit ſanguinea febris.

Sexuum vrina. *Exercitatorum vrina.* *Temperaturarum vrina.* *Febrium vrina.*

Chriſtophorus à Vega Complutenſis opus hoc de vrinis peregit, ætatis ſuæ anno quadrageſimo tertio, noſtræ ſalutis 1553.

CHRI

CHRISTOPHORI A VEGA DOCTORIS MEDICI, AC COMPLVTENSIS ACADEMIÆ PVBLICI PROFESSORIS OPERVM

PARS ALTERA,

CONTINENS

Commentaria in lib. Aphoriſmorum Hippocratis. Prognoſticorum item Hippocratis è Græco in Latinum verſionem, cum expoſitionibus ac annotationibus, in Galeni Commentaria.

Digitized by Google

CHRISTOPHORI A VEGA
COMMENTARIA IN LIBRVM APHORISM. HIPPOCRATIS.

NOVIMVS quàm plurimos diſciplinarum ſtudioſos, quique non paruam in eiſdem fecerunt acceſſionem, diuerſos admodum ſcopos ſequentes ſcripſiſſe libros: omnes tamen ad vnum conati ſunt eaſdem in quibus verſabantur, diſciplinas augere, aliis prodeſſe, & ſeipſos honeſtis titulis condecorare. Cæterùm quidam antiquiorum ſententias expoſuerunt, eaſdem patefacientes, dilatantes, & roborantes: nonnulli cauſas eorum quæ ab autoribus dicebantur apponentes, aduerſariis contradicentes, & ſapientiſſimos viros omni via & ratione ab imperitorum calumniis vindicantes. Alij aliorum ſententias collegerunt, quibuſdam mutatis, aut additis. Alij ſuas adinuenere vias, quibus artes docerent, & addiſcentes minori aſſequerentur labore; addentes multa tam in generalibus, quàm in ſingularibus artium documentis. Nos verò alios maleuolentia motos accuſare nouimus, vt rerum nouatores, quibus ea tantùm placent, quæ ab autoribus ſuis, aut præceptoribus probata receperunt, eiſdem ſe totos tradentes, ac mancipantes. Placuit ſanè nobis olim librum Prognoſt. Hippocr. exponere. Placuit etiam lib. Galen. de differ. febr. Commentariis illuſtrare. Sed tamen viſum eſt mihi aliquando de vrinis propria docere, & rurſus maiorem ſubire prouinciam, & magnam totius artis medicæ partem vno volumine comprehendere, meliori qua potui via, non ſine commodo eorum, qui deinceps artem ordine docere inſtituerint, atque eorū, qui eandem addiſcere voluerint. Curaui mehercule id ante quinquageſimum annum peragere, ne morte præuentus fruſtrater fine, aut morbis correptus, ille meus ardor iuuandi ſtudioſos reſtingueretur. Cæterum quinquaginta iam annos natus, adhuc valens & conſtans, ſi Deo placet, neque id reliquum, quod vitæ ſupereſt, in ſilentio tranſigere æquum duxi. Nec tamen putet aliquis me alioqui à docendi munere exoneratum à laboribus omnino liberum fuiſſe ſuperſtitem, qui Caroli Hiſpaniarū principis maximi ſalutem ſeruandam ſuſcepi, mandato Regis Philippi patris ſui, cuius Maieſtati ſumus ſemper obnoxij. Acceſſit etiam non contemnendus labor in curandis morbis magnatum multorum, & aliorum, qui ſe nobis quotidie committunt, quibus noſtrum auxilium denegare non foret honeſtum, licet tamen interim nonnullas horas ad ſcribendum eligere, quas in exponendis, dilatandis, & vbi opus fuerit defendendis, Hippocr. Aphoriſmis locare decreui. Cum quòd ſinguli ſingulares contineant ſententias, breues ac memoria dignas, quas Laconicas eſſe dixit Plato: tum quòd in diuerſis admodum ſententiis, diagnoſticis, prognoſticis & curatiuis, in quibus tot annos laborauimus, modo verſari, non paruum nobis ſit allaturum oblectamentum, & animo recreationem.

Quid Aphoriſmus & unde deriuetur.

Eſt libri titulus, Hippoc. Aphoriſmi, hoc eſt, ſententiæ ſeparatæ à verbo ἀφορίζω, quod eſt, ſeparo, & ſegrego: ſunt etenim huius libri ſententiæ ſeiunctæ, & raro inter ſe connexæ, quamuis aliquando inuenias nonnullos Aphoriſmos de eadem artis parte ſcriptos, vt ſectione prima de victus inſtitutione, & quarta de ſebribus, & de vrinis. Sunt præterea Aphoriſticæ ſententiæ breues, paucis ſummam rei, de qua traduntur, attingentes, quod ad multorum dogmatum comprehenſionem, & memoriam ſummè conducit. Poſſemus pariter eas, quæ in Prognoſtico ſcribuntur, ſententias Aphoriſticas appellare, ſicuti & eas quæ in lib. de Medici officina, & multas earum, quæ in libris de morbis pop. Placuit tamen Hippocrati, huic tantùm lib. Aphoriſmorum titulum facere, & ſententias ipſas Aphoriſticas nos appellamus. Quòd verò Aphoriſmus præter id quòd ſeparata ſentētia eſt (quod Græca vox indicat) ſit quoque breuis & conciſa, res ipſa docet. Galenus hanc eſſe rei rationem teſtatus ſection. 1. huius libri, comment. 14. & ſection. 2. comment. 28. & ſectione quarta comment. 47. Librum hunc ſeptem ſectionibus diuiſum reperimus in Hippoc. codicibus Græcis, an tamen ita diuiſus ab ipſo fuerit, an poſtea ab ſcriptoribus, nondum cōſtat: in codicibus præterea Galenianis in eaſdem diuiſus eſt ſectiones, & diuiſionem ſignificauit in præfatione ad tertium. Quamobrem eam Galen. diuiſionem, quæ in ipſius codicibus habetur, ſequemur in his commentariis, quod in expoſitione libri Prognoſticorum ea de cauſa ſeruauimus, quamuis nulla ratione mētione digna libri Prognoſtici ſeiungi debeant, ſicuti neque ſecunda Aphoriſmorum ſectio à prima potius, quàm Aphoriſmi, qui antecedunt decimumnonum primæ ſectionis à decimonono & reliquis.

Digitized by Google

HIPPOCRATIS APHORISMORVM SECTIO PRIMA, CHRISTOPHORO A VEGA INTERPRETE ET EXPOSITORE.

HIPPOCR. PRÆFATIO.

Vita breuis, ars longa, occaſio præceps, experimentum periculoſum, & iudicium difficile. Oportet autem non ſolùm ſeipſum præſtare oportuna facientem, ſed & ægrum, & aſſiſtentes, & exteriora.

COMMENTARIVS.

Sententia hæc, totius operis eſt præfatio, qua Hippocrat. vritur ad ſequentem traditionem, quemadmodum & in prognoſtico vſus eſt præfatione. Vult autem in hac oſtendere, quam ſit ex vſu libros ſcribere, atque eoſdem quoad fieri poſſit, breues, vt inde vnius hominis vita ad artem medicam aſſequendam ſufficiat. quod fiet ſi librorum ſcriptores inutilia omnia reſecauerint, ſolis vtilibus, & iis ſine quibus addiſcentes artem conſequi non valeant, relictis. Nemo etenim noſtrum eſt, qui non nouerit quàm longo ſermone quidam diſputent de nominibus, quantum temporis alij in præfationibus, epiſtolis, & encomiis conterant, quàm longè alij diuagentur in propulſandis ſectis (quas nouerunt ab aliis ſæpius confutatas) vt ſuas impleant paginas: quaſdam verò maleuolentia proſequuntur, quas intelligunt iure à ſapientibus receptas, vt eaſdem obſcurent, ſperantes ea aliorum iniuria ſibi acceſſiturum ornamentum. Hos autem omnes deturbat Hippocrates breui admonens ratione, vitam eſſe breuem, artem verò longam. Deinde adiiciens quibus de cauſis ars longa habeatur, nempe quoniam occaſiones experiendi & inueniendi ſunt præcipites, & experimenta non ſine periculo aguntur, & iudicia non facilè feruntur de rebus quas arte tractamus, etiamſi omnia quæ poſſunt iudicia cõfundere de medio tollas, ac teipſum præbeas facientem oportuna, & ægrotum habeas obedientem & aſſiſtentes omnem diligentiã apponant miniſtrantes, & exteriora omnia concinnè reſpondeant. *Vita breuis.* Vitam breuem eſſe dixit ad artis longitudinem facta collatione: breue etenim & longum ad aliquid ſunt. Quin & ſi quis vellet ipſam breuem dicere, quoniam finis actionum eſt, animam virtutibus & ſcientiis illuſtrare, ad harum verò aſſequutionem perfectam, breuiſſimam eſſe vnius vitæ periodum, non fallerur. Cæterùm Hippocr. breuem vitam dixit, artis longitudini collatam. Breuis ſanè eſt humana vita, breuis quoque ab omni ſuperiori ſeculo fuit, vt nos alibi probauimus, niſi quis ſupra naturæ leges limites octoginta, aut etiam centum annorum ſuperet. *Ars medica longa.* Ars rurſus longa eſt, & ferè incomparabilis, etiamſi quis aliorum laboribus & monumentis fruatur, nedum ſine ipſis. Nam pars artis diagnoſtica, quæ in affectuum, cauſarum, & actionum contemplatione verſatur, prolixa admodum eſt, prognoſtica ferè inacceſſibilis, & quæ indefeſſa egeat diligentia. Curatiua præter id quòd aliis duabus artis partibus egeat, totam vitam in experimentis conterendam hortatur. Autor tamen tres ſubiungit cauſas, quibus artis longitudinem comprobat, dicens: Occaſionem eſſe præcipitem, *Occaſio præceps.* quem Græci καιρὸν, id eſt opportunitatem appellant: ſiquidem opportunitas, aut occaſio agendorum breui fugit, eam verò ſemel fugientem rurſus aduocare eſt impoſſibile. Et hæc veluti articulus quidam temporis ad quippiam agendum idoneus: *Occaſio.* is verò breuiſſimo durat tempore, quoniam humanum corpus perpetuò diſſoluitur, ac mutatur ab internis & externis cauſis: mutato verò corporis affectu, aut humorum ipſius quantitate, aut qualitate, ceſſat quoque occaſio adhibendi remedij, quod affectui congruebat. Decet igitur ſimilem affectum in eo, aut alio ægroto ſperare, vt excogitati auxilij vim experiatur medicus. Eſt quoque præceps occaſio agnoſcendi affectus, & ſymptomata, quoniam hæc celeriter mutantur, & euaneſcunt. *Experimentum periculoſum.* Experimentum tamen periculoſum eſt, ſiquidem experimenta non ſine vitæ diſcrimine tentantur in humano corpore, in eo autem diſcrimine hominẽ conſtituere, quamuis ob rem immanis eſt, & carnificis, ac proinde tota vita non erit ſatis, niſi in tanta rerum varietate, poſteriores à prioribus inuenta per libros recipiant, quos ſcribere vel hac ratione videtur neceſſarium. *Iudicium difficile.* Iudicium præterea difficile fore dicit, tam in cauſis, quàm in effectibus dignoſcendis: nam morborum & ſymptomatum cauſas non facilè agnoſces, aut agendorum rationem excogitabis, præſertim ſi internæ fuerint actiones. Quæ verò experimento eueniſſe vides, vbi id à pluribus cauſis euenire poſſet, difficilè agnoſces, ac iudicabis à qua illarum proceſſit: veluti ſi quis clyſteri admiſſo dormiuit, atque ſudauit, aliàs capitis dolorem paſſus, leuato dolore, cui ſit ſalus adſcribenda, non facilè iudicabis. Difficilè item eſt quantitatem auxiliorum definire. In ſecunda parte huius procœmij ad artis inuentionem & præceptorum executionem admonet, vt medicus præſtet ſeipſum faciẽtem quæ oportet, nullum agendorum per incuriam omittat, neque ægroto blandiatur, & in his ſummum ſtudium ac diligentiam apponat, & vt æger obediat, neque præceptum aliquod violet. *Aſſiſtentium officium.* Et aſſiſtentes: qui ægro miniſtrant, idonei ſint, quorum prudentia non parum iuuat medicum, quoniam horum officium eſt, non tantùm miniſtrare quæ medicus inſtituit, ſed vt medico pareat ſuadere, & ſolari, læta

nuncia

nuncia referre, cibos mundos parare, & ſplendentia vaſa; exteriora quoque nulla ratione obſint, vt malum nuncium, quod triſtitiam inferat, domicilium illi tantùm ingrediantur, qui ægro grati ſint, reliqui verò aut non admittantur, aut medicus honeſtis verbis admoneat, vt ipſum dormire permittant in ſilentio, vt interim omnes à cubiculo exeant, tam amici, quàm reliqui, omnem etiam vitemus ſtrepitum, & tumultum: hæc enim dignotiones & præſagia confundunt. Quapropter credi poteſt Hippocratem voluiſſe ſuadere iudicij difficultatem ex iis, quæ in hac ſecunda parte ſcripſit: niſi enim hæc omnia probè paraueris, nempe te ipſum facientem quæ decet, & ægrotum, & aſſiſtentes, & exteriora, nullum certum feres iudicium, & omnia perperam euenient. Quod ſi artis medicæ hæc eſt longitudo, & ipſius conſequendæ difficultas: illa verò quæ dicta eſt, vitæ breuitas, neceſſarium erit libros ſcribere, atque eoſdem, quoad fieri poſſit, aphoriſticam ſeruantes breuitatem, vt poſtea prioribus inuenta ſuſcipiant, & artem intra vitæ limites addiſcere valeant.

APHORISMVS I.

In perturbationibus ventris & vomitibus ſponte factis, ſiquidem qualia decet purgari, purgentur, confert, & facilè ferunt: ſi verò non, contrarium, ſic & inanitio vaſorum, ſiquidem qualem fieri oporteat fiat, confert, & facilè ferunt, ſi verò non, contrarium. Inſpicere autem oportet regionem, & anni tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conuenit, aut non.

COMMENTARIVS.

Hic eſt primus libri Aphoriſmus, in quo Hippocrat. de iis, quæ à corpore vacuantur, orditur ſermonem, in quibus qualitatem, aut quantitatem eius quod vacuatur, conſiderare licet. In præſenti de qualitate euacuandorum agit, in ſequentibus de quantitate, qualitatem ſiquidem oſtendit, cùm qualia de iis quæ vacuantur, dixit. Præterea quoniam vſus eſt hac voce καθαίρεσθαι, id eſt purgari. Debetur autem purgatio humoribus infeſtantibus qualitate, veluti & vacuatio potius quantitati. Verùm ſanè eſt vocem, κένωσις dici de omni vacuatione, ſiue ea purgatione, ſiue ſanguinis miſſione fiat, quoniam & quæ purgantur vaſa euacuant, quemadmodum quæ vena ſciſſa fluunt. Cæterum de euacuatione, quæ fit eorum quæ qualitate moleſtant, non adeò propriè dicitur κένωσις, id eſt, vacuatio, ſed quoniam interim quantitatem habeor, & ipſis eductis reliquum eſt quantitate minus. Purgatio tamen de iis, quæ ſola quantitate moleſtant, nullatenus dicitur. Docet itaque agnoſcere in euacuationibus quæ ſponte eueniunt, id eſt, nullo artificio, nullóve artis miniſterio, quæ bonæ ſint, & quæ ſecus, ſi enim tales ſint, quales docet, bonæ ſunt, ſi ſecus, non bonæ: tales eſſe autem agnoſces, quia conferunt, & ægri eas facilè ferunt: ventris enim vacuationem, & vomitionem ſponte euenientem, qua natura expellit noxios humores, ſi tales fuerint, quales eſſe debeat, facilè eas feret æger vacuationes, & cõferent ad ſalutem. Id argumentum à priori tale eſt, humor qualitate moleſtans purgatur: ergo facilè fert purgationem æger, & eidem confert: à poſteriori ſic, confert & facilè fertur purgatio: ergo talia purgantur, qualia oportet. Ventrem hoc in loco κοιλίαν appellat Hippocr. qua voce nonnunquam ſignificauit omnem cauitatem, vt cerebri, iecoris, cordis, & ventriculi, vti Aphoriſm. 18. ſequenti, quandoque ſolum ventriculum, vti Aphoriſm. 14. ſect. ſextæ.

Purgatio quibus humoribus debetur.

κένωσις.

Nunc verò totum ventrem intelligit, à thoracis cartilaginibus in os pubis, quam partem peculiari nomine Græci γαστέρα nominant. Sunt autem turbationes ventris fluxiones, & deiectiones. Cùm autem de iis & vomitibus loquitur, omnem à corpore factam vacuationem peccantium humorum intellexit hîc, & quarta ſect. Aphoriſm. 2. Si enim talia ducantur à corpore, qualia decet, & confert, & facile ferunt, ſiue fluxu ventris, ſiue vomitu, ſiue fluxo ſanguinis per nares, vterum, aut hæmorrhoidas, aut vrina, aut ſudore, aut inſenſili vacuatione, aut ea quæ ex accidenti per inediam fiat vacuatio. Cùm verò dixit qualia, & talia, non ſpeciem, non qualitatem ſolam, aut primam, aut alteram intelligere oportet, ſed omnem conditionem ad bonam purgationem comprehendit. Nam in tertiana febri non ſatis eſt bilem purgari, ſed opus eſt eam eſſe quæ ægro moleſta eſt, & præterea vt coctio euacuationem præcedat. Propterea lib. 1. de rat. vict. acut. cùm Hippocrates dixit: & quæ à pulmone excernuntur, fuerint qualia oportet: Galenus in commentatio, inquit, Verba illa, qualia oportet, coctionis habent notas. Adde quod etiam ſi prædicta omnia coniungantur in humore, qui à corpore purgatur, non perinde fiet, vt omnem talem vacuationem æger facilè toleret: nam ſi cũ malo humore vacuetur etiam bonus, aliter fiet, ſic etiam vbi confertim fiat vacuatio. Hanc enim vidimus ſæpe cum animi deliquio fieri, ex ſolutis viribus, vti & cum aquam intercutem patientes, aut empiricos ſubitò euacuaueris. Accedunt ad hæc & vacuationes quæ fiunt per particulam læſam, vt bilis deiectiones vlceratis inteſtinis. Deinde ab ea quæ à natura fit, purgatione ad eam quæ fit antè procedens, ſimilem ſcribit ſententiam, dicens: In vaſorum inanitionibus, hoc eſt, in purgationibus arte factis (quas quoniam vaſa vacuant, & inaniunt, vaſorum inanitiones appellat) ſi tales fiant, quales fieri decet, conferunt, & facile feruntur: ſi verò non fiant tales, quales decet, contrarium. Conuenit enim medicum naturæ miniſtrum, atque eius imitatorem eſſe, quòd ſi natura facile fert euacuationes quas ſponte facit, vbi tales fuerint, quales oportet, feret quoque bene eas, quæ arte fiunt, cum eiſdem conditionibus. Erit etiam præceptum ad partem pertinens curatiuam, vt medicus vbi opus fuerit, eaſdem moliatur vacuationes. In poſtrema Aphoriſ. parte admonet, vt attentè inſpiciamus, quiſnam ſit humor qui à corpore duci debeat, vt qualem decet: & non alius vacuetur, Id fiet cognita regione, anni tempore, ætate ægrotantis, & morbo. Hæc enim humoris naturam oſtendunt, an bilis, pituita, ſanguis, aut melancholia ſit. Nam calida regione, ætate iuuenili, æſtatis tempore, bilis aceruatur, & tertiana, ſi fuerit febris, à bile fit. Hyeme, regione frigida, ætate ſimili, pituita: & quotidiana febris ab ea fit. Vere regione temperata, ætate adoleſcentiæ, ſanguis à quo & febris continens fit. Autumno ætate ſubſiſtenti, frigida & ſicca regione, melancholia, & hæc quartanam facit. Ex his itaque & multis aliis humor peccans agnoſcitur. Eundem cognoſcere docuit lib. 10. de Comp. medicamentorum per locos, coloribus, accidentibus & experimento, ab iis, quæ iuuant: colores etenim corporis, niſi humores intro receſſerint, humorem docent, pallidus bilem flauam, ater atram, ſubalbidus pituitam, ruber ſanguinem. Accidentia item docent humores, vti natura doloris, caloris, ſitis, humorum motus. Experimenta ſumuntur à iuuantibus & nocentibus. Nos verò ſolemus procedere à cauſis, effectibus, ſimili

Qualia quid.

Humoris peccantis cognitio.

Digitized by Google

ſimilibus & diſſimilibus, à iuuantibus & nocentibus. Horum ſignorum meminimus lib. 2. de arte medendi. His itaque præcognitis nos arte curabimus tales facere vacuationes, quales natura rectè operans ſolet efficere, adhibitis medicamentis, quæ humorē peccantem educant, quod euacuationis genus non tantùm conuenit humore aliquo alio à ſanguine peccante, ſed etiam in plethora, vbi alias ſanguinis miſſio ob augmentum æquale omnium humorum conuenit. Si enim medicus alicui præcipiat venæ ſectionem, ipſe verò non patear ob metum, aut alia ratione, omnibus humoribus ad portionem auctis, non erit abs re eius ventrem leui medicamento largè ſubducere: nam detracta alicuius eorum quantitate, tota ſanguinis maſſa manet minor, & humores melius tranſpirabunt, & minus putredini erunt obnoxij. Hoc conſilio vtitur Galenus lib. quarto de ſanitate tuenda. Reliquas vacuationes à natura factas ipſe ſponte fieri dicit, hac voce, αὐτομάτως, vſus, quæ quod ſpōte, & nullo mouente externo fit, ſignificat. Si enim quidpiam ad actionem moueat, quod extra ſit, vti cauſa mouens, aut veluti finis cognitus, minimè dicemus id αὐτομάτως fieri: opus igitur eſt ad hoc vt quidpiam αὐτομάτως fieri dicatur, vt fiat non mouente cauſa faciente externa, vt in præſenti Aphor. cùm αὐτομάτως, id eſt, ſponte fieri dicat vacuationes, quas non mouit ars aut medicamentum, ſed ab ipſa natura proceſſerunt, qua ſignificatione vſus eſt ſection. 4. ſequenti Aphor. 78. cùm inquit: Quicunque ἀποταυτομάτου, id eſt ſponte, ſanguinem mingunt. & Galen. in Comment. inquit, vox hæc, ἀποταυτομάτου, & id quod ſine externa cauſa fit, ſignificat, poteſt etiam quòd repentè fit, ſignificare. Apud Ariſtotelem quoque ſignificat id quod in vanum fit, hoc eſt nullo propoſito ſine mouente, quemadmodum quæ à caſo fiunt. lapis enim aut tegula deſuper cadens, quoniam à ſeipſa, nullóque fine præcognito cecidit; quamuis interim quempiam percutiat cadens, in vanum cecidiſſe dicetur, veluti ſi quis per vrbem vagetur nullo propoſito fine, eum fruſtra & in vanum vagari dicemus, quamuis interim quidpiam boni, aut mali, eidem eueniat. Quamobrem rectè admodum libro 2. de Phyſicis auſcultationibus Ariſtot. Græcorum ſapientiſſimus, atque Græcæ eloquentiæ magiſter, dixit, vocem hanc αὐτόματον, id eſt, caſus, de iis, quæ non, illius gratia quod euenit fiunt, proferri, ac vocem ipſam id indicare, quæ ex αὐτὸ & μάτην, componitur: hoc eſt, ipſum & vanum, ac fruſtra: cecidit enim lapis non percutiendi gratia. caſu igitur atque in vanum cecidit ipſe, quia cadere & aliquo proiiciente, percutiendi gratia poſſet: caſu itaq; cecidiſſe ea ratione dicetur, quòd ipſum nullo tali propoſito fine, ſed ex ſe in vanum cecidit, quod eſt ἀποταυτομάτου. Humores autē quos natura ſine ope medici vacuat, ſine finis ratione videtur vacuare. Hæc de huius vocis ſignificatione, & aphor. expoſitione ſufficiant.

Quid ſit propriè αὐτομάτως fieri in rebus medicis.

APHORISM. II.

Eorum, qui ad exercitationes parati ſunt, bonus habitus in ſummo periculoſus ſi in extremo fuerit. Non enim poſſunt in eo ipſo manere, nec perſiſtere: cùm autem non perſiſtant, non item poſſint in melius proficere, relinquitur in peius. Horum igitur cauſa bonum habitum ſoluere confert: non conſtanter, vt rurſus refectionis initium corpus accipiat. Neque vaſorum concidentias ad extremum ducere: periculoſum enim, ſed qualis fuerit natura eius qui ferre debet in id ducere: eodem modo & euacuationes ad extremum ducentes periculoſæ, ac rurſus refectiones quæ ad extremum fuerint periculoſæ.

COMMENTARIVS.

ERat magnus numerus Hippocr. & Galeni temporibus, eorum, qui ad validas exercitationes parabantur, quos appellabant Athletas, aut luctatores. Hi verò ſe totos ſaginabant, multis ac bonis alimentis, vt inde caro augeretur, ſanguis multus ac bonus impleret vaſa, & totum corpus nitidum & ſplendens redderetur. Quod tum ad virium robur, tum ad pulchritudinem conducebat, quam ipſi ambiebant, cùm nudi in theatris & arenis, ad luctam & alias validas exercitationes ſeſe populo exponebant. Hunc habitum bonum appellat Hippocrates εὐεξίαν, id eſt, bonū habitum, cum additione nempe eorum, qui ad exercitationes parantur, neque enim idem eſt bonus habitus ſimpliciter, & bonus habitus exercitatorum, quamuis & is ad ſummum peruenire poſſit: erit etenim bonus habitus exercitatorum in ſummo talis, & ad extremum perductus, nec perinde bonus ſimpliciter, qui culpa vacet, veluti Galen. loquit, dragma reproba, & cubitus magnus, & ſtatera iniqua tales ſunt, ſed non ſimpliciter, dragma, cubitus, aut ſtatera, ſic & bonus exercitatorum habitus. Conueniunt autem ambo in bona ſimplicium temperatura εὐσαρκία, id eſt, bona carne, εὐχυμία, id eſt ſuccorum bonitate, & probitate actionum. Cæterùm in commoderatione differunt & ſymmetria ſanguinis, carnis, & ſolidarum partium, quæ in bono habitu ſimpliciter dicto reperies, quales in meſſoribus quibuſdam, & foſſoribus, cum cutis raritate & facili perſpiratu, non in athletis ſummè plenis, obſtructis & conculcatis humoribus, hirſuti nāq; & rari, labores magis tolerant, minus à laſſitudine moleſtātur, vt Gal. docet in com. lib. de. de rat. vict. priuator. eósq; euexiam diutius habituros teſtatur: quoniam ad ſummè bonū habitum non promptè perueniunt, in quo cum periculo ſunt, qui eum poſſident: hoc exemplo vtitur Hippocr. ad docendum quantitatem eorum quæ à corpore vacuari debent, dicens hunc habitum exercitatorum, ſiue athletarum, cum ſummè bonus atque in extremo talis fuerit, periculoſum eſſe, quoniam non poteſt in eo ſtatu manere, aut perſeuerare. Nam ſummè plenū corpus periculis obnoxium eſt, & in melius mutari nequit, quia ſummè bonus eſt ille habitus, reliquum eſt vt tranſeat in deterius. Quapropter expedit hos vacuare ſtatim, vt rurſus nutrimentum accipiant ſine periculo. Sed cùm vacuantur non ſunt ducendi ad cōcidentias vaſorum. συμπτωσίας, habet Hippocr. littera, à verbo συμπίπτω, quod eſt concido. neque idem eſt vaſa comprimi & concidere. comprimuntur enim ab externa, aut carne, aut cauſa alia, concidunt euacuata. de hac concidentia, quæ magnam ſequitur vacuationem, loquitur, menſuram quoque ſcribit, quam ex natura, hoc eſt viribus eius, qui euacuari debet, deſumit. Hæc eſt generalis ratio omnium euacuandorum à corpore, qua quantitatem eius quod vacuari debet metimur, vires ſanè patientis deinceps namque & animi deliquia & mortes ſequuntur. Adducto exemplo athletarum, in quibus ſumma exiſtente repletione, non licet ſummam facere vacuationem, de aliis profert ſententiam, dicens, Eodem modo euacuationes ad extremum ducentes eſſe periculoſas: ſiquidem in omnibus virium robur eſt menſura vacuationis: vt enim Aphor. 22. ſequenti docebit. Deiectiones non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed an æger facilè earum vacuationem ferat. Hæc eſt à viribus ſumpta menſura. Refectiones quoque ad extremum periculoſas dicit: nam ſi quis poſt immodicas euacuationes, quæ ad extremum ſunt,

Bonus habitus quid ſit.

Athletas vacuare.

Menſura vacuationum.

corpora reficere tentet, multa morborum genera eiſdem euenient, nequeonte natura coctionem, diſtributionem, & alitionem prope peragere. Sed rurſus ab initio, Hippocr. ſententiam exponamus: Corpora eorum qui ad validas exercitationes parantur, bono habitu prædita ſunt, vt ſibi debetur: is tamen cum in ſummo fuerit ſolui, ac vacuari ſine mora debet, quoniam ab eo magnum imminet periculum. Vaſa namque multo ſanguine (quamuis bono) plena ſunt, cum quam multa iſti cibos ingurgitant, & validè exercentur: quapropter non poterunt in eo ſtatu manere. alimentum enim aſſumunt, id coquitur, & diſtribuitur, & vaſa rurſus implet, & ſupra extremum diſtendit, quod nihil aliud eſt, quàm eadem diſrumpere. Corpora præterea pleniſſima, percutientia, aut percuſſa, aut vtcumq; validè innitentia facilè diſrumpuntur, vaſa rurſum valdè plena difficilè tranſpirant, quę in ipſis continentur, ſtatim putreſcunt, & calor natiuus, vbi non tranſpiret, extinguitur: hos verò ſæpe videmus ſubitò mortuos, apoplexiam & vaſorum interceptiones patientes, quorum etiam in commentariis noſtris in lib. 1. de different. febr. meminimus, cùm falſam opinionem de faſcinatione confutáuimus: vulgus enim cùm athletam quendam pinguem, & ſaginatum ſummè conſpicit, deinde ipſum repente mortuum audit, aut puerulum ſpecioſiorem alius videt: breui autem aut ægrotaſſe, aut mortuum fuiſſe ferunt, faſcinatos eos affirmat, cùm tamen Hippocrates hoc in loco doceat tales non poſſe in eo ſtatu manere, aut perſiſtere, & ob periculi magnitudinem eſſe vacuandos, & Celſo auctore lib. 2. quicunque ſpecioſior ac coloratior, quàm antè factus eſt, ſuſpecta bona ſua habere debet. Sequuntur enim ad hæc ea quæ diximus mala.

Athletarum fames. Dubitant hoc in loco quidam an athletæ cibos appetant, quos coquant, diſtribuant, ſanguificent & in venas tranſponant vt inde rupturæ venarum immineat periculum quoniam fames, quam veram dicunt, non fit ſine membrorum inanitione, naturali appetitu, tractione, quæ ad ventriculum vſque perueniat, & ſenſu ſuctionis, atque deinde animali ſequuta appetentia. Quibus reſpondemus, membra athletarum, à calore & exercitationibus diſſolui: quòd ſibi non adeò naturale eſt, vt ſummè impleta eſſe, hanc diſſolutionem, ab ea quæ ipſis facta eſt naturalis plenitudo, ſequitur attractio, & ſuctio a vẽtriculo, & vera ac naturalis fames. Iuuat ad hæc quòd magnæ exercitationes, & validæ functiones, quibus vtũtur, alimentum à ventriculo & iecore vehementer diſtrahunt, membra item ipſa præcipua onus alimenti deponere in membra conantur, ad hæc ſequitur, & ventris inanitio, & ciborum appetentia naturalis. Quoniam itaque ex alimentorum aſſumptione, ſanguificatione, diſtributione, & vaſorum impletione. Hæc athletarum corpora periculis ſunt obnoxia, diſruptionis vaſorum, putredinis humorum, obſtructionis natiui caloris, ea euacuare conuenit, nec intrepidè, ſed conſideratis viribus eius qui vacuari debet: vtrumque enim periculoſum eſt, ſupra modum impleri, ac ſupra modum vacuari. Quin & Celſus loco citato, extremam extenuationem magis vituperat, quoniam in his, quæ ſuperãt, eſt quod morbus demat: in his, quæ deſunt, non eſt quod morbum ferat.

Adagium inter Hiſpanos familiare. Quod etiam in adagium Hiſpanis venit, qui dicunt: mas vale pelear con la enfermedad, que con la flaqueza. quamuis vulgus ſæpe eo intempeſtiuè vtatur. Similitudine ab his ſumpta docet nos Hipp. in his qui curationis, aut præſeruationis gratia vacuantur, qualitatem vacuandorum meriti, ad vires facta collatione, nam ſi vires eam non ferant, periculoſa erit vacuatio: & quæ deinde futura eſt corporis refectio, nihilo ſecius.

APHORISM. III.

Tenues atque exquiſita victus rationes, & in longis paſſionibus ſemper, & in acutis in quibus non conueniunt periculoſa. Et rurſus quæ ad extremum tenuitatis perueniunt, victus rationes, difficiles: quoniam & repletiones quæ ad extremum perueniunt, difficiles.

COMMENTARIVS.

Alimentorũ quantitas. De quantitate, qualitate, tempore & modo alimentorum exhibendorũ in ſequentibus nonnullos ſcribit aphor. attinentes ad partem artis diæteticen. In præſenti verò circa quantitatem alimenti, quæ longis morbis & acutis offerri debet, admonet periculum futurum cõſiderare, quod imminet, niſi hæc cum morbi longitudine cõferatur.

Morborum diuerſit. Quamuis neque hæc ſola conſideratio ad quantitatem alimenti perſcribendam ſit ſatis: ex collatione ſiquidem facultatis ad morbi longitudinem victus præſcriptio pendet, & ea ratione 8. Aphor. ſequentem ſcribit. Morborum autem longitudo agnoſcitur, tum ex natura: tum ex motu, tum etiam ex notis coctionis, quibus accedunt anni tempus, regio & ętas. De motu morbi & coctione circa vndecimum Aphoriſmum dicemus, de natura modo dicamus. Morbos quoſdam à natura eſſe longos, vt quotidiana & quartana, quoſdam breues, vt tertiana, & diaria febris: ex breuibus tamen quidam ſunt acuti: quidam peracuti: ex acutis quidam ſunt exactè tales, quidam non exactè: peracuti exactè terminum habent, quartum diem, non exactè tales, ſeptimum. Acuti exactè decimumquartum, non exactè vigeſimum: inter hos & longos à natura, ſunt acuti ex decidentia, qui pertingunt ad 40. & centeſimum vigeſimum. Notum autem eſt in tam varia morborum longitudine diſpares admodum conuenire ciborum quantitates, atque ſubſtantias. hæc dixerim, quoniam non tota ratio refectionis pendet ex quantitate oblatorum, ſed maior pars reſpondet ſubſtantiæ ipſorum, cùm ſint multa alimenta paucæ quantitatis plurimum alentia. Iam & illud conſiderandum morbum omnem ex ſe ſolam expoſcere curationem, vires autem ægri cùm ſint ſecũdum naturam conſeruationem. Prima indicatio, quæ à morbo, vt præter naturam ſumitur, curatrix dicitur, ſecunda quæ à natura, & viribus conſeruatrix. conſeruatio autem per alimenta perſpicitur, curatio in morbis à materia pendentibus, tum aliis, tum ablatione ciborum, vt interim natura in ſuperandis cauſis morbificis tota occupetur. Hæc probè aſſequemur, ſi vtrique impartiamur inſtitutum, vires quadantenus ſeruantes, & morbi cauſam, qua fieri poſſit, minimè augentes. Vires præterea ad longiores morbos ampliori egent refectione, ad breuiores anguſtiori. ſana item corpora ea egent refectione, quæ vires aut ſeruet, aut augeat, ægra quæ paulò minores, aut etiam æquales eis, quæ erant ad initium ſeruet, niſi occaſione alia languerent, vt opus eſſet neglecto morbo ad earum refectionem animum conuertere.

Schema morborum & victuum. De his, veluti in ſchemate leges quæ ſequuntur, quamuis non conſentiant cum his quæ à Galen. traduntur, ſiquidem ipſe cum Hippocrate rigidus admodum mihi videtur. Victus quidam eſt tenuiſſimus exactè, vt omnino de abſtinentia, aut acetum mulſum, aut aqua mulſa: acetum enim mulſum nullum præſtat alimentum, aqua mulſa paucum & imbecillum: horum loco appones hydroſaccharum quod eſt 12. partibus aquæ & vna ſacchari fit, & iulep. violarum. Tenuiſſimus non exactè,

Google

exactè, eſt aqua ordei elixi, donec ordeum rumpatur, colata, non axpreſſa & ius pulli, tenue amygdalatum. Tenuis cibus exactè eſt ius gallinæ cum ordeo elixæ, expreſſis granis, lactuca elixa cum aceto, pyra, aut poma aſſa, cucurbita elixa cum iure pulli, aut gallinæ integra priſana. Tenois non exactè ius gallinæ cum mica panis, alæ auium elixæ, hepata gallinarum, vitelli ouorum. Victus conſeruans vires per morbos longos, caro pulli elixi, aut turturis, aut turdi, victus ſugens caro caponis elixi, aut aſſi, veruecis & vituli, & aliæ quæ ſunt hominibus aſſuetæ, nam ſunt qui aluntur vaccinis & porcinis carnibus. Horum quoque quantitatem metiri conuenit, perſpecta hominis temperatura, ætate, anni tempore regione, & conſuetudine. Morbis peracutis exactè conuenit victus tenuiſſimus exactè: peracutis oon exactè, tenuiſſimus non exactè: acutis exactè, tenuis exactè, acutis non exactè, tenuis non exactè: talis conuenit acutis ex decidentia quantitate auctus. Longis morbis victus conſeruans conuenit, ſanis augens. Ex his conſtabit quàm ſit vera Hippoc. ſententia, quidque ſignificauerit cùm dixit: Tenues atque exquiſitas victus rationes in loogis paſſionibus ſemper eſſe periculoſas, quoniam per victum tenuem exquiſitæ non ſeruantur vires, neque per ipſum poterunt ad ſummum morbi vigorem perdurare. Dixit, ſemper, ſiquidem in nullo longo morbo eſt ſine periculo. In acutis autem, in quibus noo conuenit, eſt periculoſus, & iure ita loquutus eſt Hippoc. nam victus tenuis, atque exquiſita victus ratio, non io omnibus eſt periculoſa, ſed in his acutis morbis, quibus craſſior victus ratio conducit. Tales ſunt morbi acuti noo exactè, & acuti ex decidentia, quibus non conuenit victus ratio tenuis exactè, ſed ea craſſior: morbis autem acutis exactè, qui ſeptimo die finiuntur, victus ratio tenuis exactè conuenit. Vidimus tamen nonnuoquam vires ægri adeo conſtare, vt perduci potuerit æger ad vigorem morbi ſeptem diebus, cùm victus ratione tenuiſſima exactè, nempe aqua mulſa, aut aqua & ſaccharo. Quoſdam etiam vidimus eiſdem morbis laborantes, quorum vigor erat ad ſeptimum, qui non poterant eam victus tenuitatem ſeruare, ſed opus fuit eiſdem offerre alss pullorum, & aliis pullos ipſos elixos. Quapropter non parum ad rem erit, ſi præter virium conſiderationem conſuetudinem conſideremus, quæ indicatio, eam quæ à natura & ætate ſuperat. Hæc ſiquidem noſtra tempeſtate diuites, & adhuc pauperes, tantam ciborum varietatem & copiam ingurgitãt quotidie, vt lactuca, & amygdalatum, & pyra aſſa non poſſint ægrorum vires ad diem quartum ſeruare, neque ſine pullis elixis perduci valeant ad 7. Quod autem ſequitur in aphori. Et rurſus quæ ad extremum tenuitatis perueniunt victus rationes, difficiles, quoniam & repletiones, quæ ad extremum perueniunt, difficiles, mihi videtur additum. Galen. ſiquidem eius nullam habuit mentionem. Ferè ſimilis autem eſt finis huios apho. fini præcedentis, ad cuius ſimilitudinem ſcriptori placuit ſimilem ſententiam ei quæ ſcripta eſt in præcedenti, adnectere fini huius. Vult autem hæc littera, ea ratione damnare extremas victus tenoitates, quoniam & extremò refectiones difficiles ſunt. omne enim nimis, naturæ inimicum, vt poſtea dicet Hippocrates.

Conſuetudo ſeruanda.

APHORISM. IV.

In tenuibus victus rationibus peccant ægrotantes, ac perinde magis læduntur: omne enim peccatum (quodcunque fuerit) maius fit in tenuibus, quam in paulò craſſioribus victus rationibus. Quia de cauſa & ſanis periculoſa ſunt valdè tenues, conſtituta & accurata victus rationes, quoniam peccata moleſtius ferunt, propterea igitur tenues & conſtituta victus rationes magis periculoſa paulò craſſioribus.

COMMENTARIVS.

GAlen. mira quadam diligẽtia & ſermonis perſpicuitate, hunc enarrauit Aphor. ita vt nulla alia videatur egere explicatione legentibus attentè eius ſcripturam. Nam in prima parte refert quorundam lectionem, qua dixerint, Hippocratis mentem eſſe ægros bifariam in victu tenui peccare, primo, quoniam coguntur leges medicorum violare, non ferentes tantam alimentorum inopiam, adhoc inſciis medicis: ſecundo quooiam languet eorum facultas, quando victus inſtitutum non ſeruant. Cæterùm litteram à nobis tranſlatam Galen. in ſecunda parte commentarij magis laudat, quam dicit de omni peccato ab ægrotante commiſſo, intelligendam: vult ſiquidem Hippoc. teſte Gale. ægrotantes, qui tenui & accurata uictus ratione vtuntur peccata, ſi quæ committant, ea difficilius ferre, quàm ſimilia peccata, vbi victus ratione craſſiori vterentur. In morbis enim acutis, in qoibus talis ratio victus conuenit, vires ſeruamus paulò quàm accepimus lãguidiores, vires autem languidæ peccata moleſtius ferunt. Præterea Hippoc. hoc idem exemplo ſanorum probat, nam ſani, qui victu tenui accurato & conſtituto vtuntur, peccata difficilius ferunt quàm ſi craſſiore victu vterentur, ſummatim colligit, victus rationem tenuem, & accuratam magis periculoſam, paulò craſſiori. Hæc euidentia ſunt, & Galeni expoſitio perſpicua. Non enim confert peccata tenuitatis & craſſitudinis, quod inquam horũ magis lædere valeat: dixerat enim lib. 2. de ratio. vict. acutorum, ſectio. 37. Hippo. Ciborum autem adiectioni intendendum eſt multo minus, ſubtrahere verò omnino ſæpenumero expedit, dum æger ſufficere poſſit, donec morbus matureſcat. Docet autem rarò conuenire io acutis morbis alimoniam augere, quoniam tenuitate victum peccare, eſt melius, & ſummam ſeruare inediam quandoque expedit, vbi vires poſſint ad ſtatum durare. Adiicere autem oon adeò tutum eſt, quoniam noxa ex diminutione emendatur adiecto ſemel, aut bis alimento, noxa verò ea adiectione, ferè eſt inemendabilis, ſiquidem non corrigitur, niſi vacuatione, vnde colliges Gal. loquutũ de peccato in vna, aut altera cibi oblatione commiſſo, non de victu totius morbi. Non eſt noſtri inſtituti modò an hoc verùm ſit, quódque Gal. ibidem ſcripſit, docere, ſed oſtendere illic de collatione peccatorum augmenti, & diminotionis loquutum Hippoc. & Gal. Hîc tamen non de his, ſed de peccatis aliis loquitur. Admonens, quantum ego exiſtimo, ſummoperè cauenda eſſe delicta ab his qui tenui vtuntur victu, & accorato, quoniam vires languidæ, ex alimentorum abſtinentia tales redditæ, non ferũt delicta ſine periculo: qui verò craſſiore victo vtuntur, melius eadem, aut ſimilia delicta feruot & cum minori periculo, quoniam victus plenior vires ſeruat, quæ peccata ferre, & eadem emendare debet. Hac ſiquidem cauſa ſana corpora, quæ victu accurato vtuntur, à quocunque peccato grauius, quàm alia, quæ vtuntur victu non conſtituto, offendũtur. Quod nos ſæpiſſimè videmus, eos nempe, qui perpetuò ſeruant in prandio & cœna vnicam ciborum menſuram, vnicam potus quantitatem, & eundem ordinem, quacũque occaſione mutandi modum & ordinem ægrotare, ac mori. Ea de cauſa admonuit etiam Hippocrates ad inconſueta tranſire, quoniam conſueta minus nocent: qui verò

In victu tenui ægros delinquere.

Mors ex conſuetudine victus mutata. ſemper vnam conſtitutam rationem viuendi ſeruat, eam ſolam habet conſuetam, reliquas inconſuetas, à quibus deinde occaſione variandi oblata moleſtus offenderetur, quam ſi in nulla tali accurata ratione vixiſſet. Sanis igitur eſt hoc ſalubre conſilium, non viuere in conſtituta menſura rerum non naturalium, quoniam peccata vitare non poſſunt, & mutationes. Ægris autem non eſt ſalubre conſilium, abſtinendi ab accurata ratione victus, & tenui, ſi opus fuerit in extremo. nam talis ſeruari debet, ea poſcente morbo abſtinentiam, & conſentientibus viribus, ſed eſt exhortatio, vt quàm maximè vitent & delicta, & delinquendi occaſiones, qui tenui victu vtuntur, magis vtique, quàm ſi alio victu craſſiore veterentur, quoniam noxas, quæ ex delictis ſequuntur, viribus ex inedia diſſolutis, & ex ciborum parcitate debilitatis, moleſtè ferent, & parum ad eas emendandas valebunt. Hæc eſt vera Hippocratis mens, & genuina Galeni interpretatio.

APHORISM. V.

Ad extremos autem morbos, extremè exquiſita curationes, optime.

COMMENTARIVS.

Curatio extrem. morb. QVæ curationis ratio ſit opportuna morbis extremè acutis, ex præſenti Aphoriſm. conſtabit. Conuenit enim pro morbi vehementia, morbis ſiquidem extremis vtilis eſt per extremè exquiſita remedia curatio, atque etiam victus extremè tenuis, vt ex Aphor. ſequenti conſtabit. Cæterùm quamuis verùm id ſit, morbis extremis extrema remedia conuenire, in aliis neque verum eſt, neque Gal. ſententiis conſonum, vt nos in libro artis medendi abundè probauimus, part. 3. cùm enim morbus aliquis leuis eſt & ſine periculo, nihil tollit, quo minus per leuiora remedia moliamur curationem: quòd ſi non conſequamur finem, ad maiora accedere erit ex vſu. ſolent autem minora auxilia iuuare, & quandoque ad ſanitatem ægrum perducere. Gal. etenim lib. 5. de meth. med. à minoribus auxiliis inchoandum docet, vbi morbus periculo vacet, dicens: Non enim vti quidam medicorum à paruis inchoandum eſt auxiliis, neque vt ipſi dicunt putandum, per ea primùm tentandum, deinde ſi nihil profecerint, admouere maiora. In morbis namque qui ſine periculo ſunt, vera eſt hæc opinio, vbi tamen æger moriturus ſit, ſi in rabis principio conſtituatur, longiſſimum eſt à ratione à minoribus auſpicari, alia ſiquidem omnia rectè ab Hippocr. dicta ſunt, præſertim cum ipſis & Aphor. ille, ad extremos autem morbos extremè exquiſitæ curationes, optimæ. Et lib. 2. de Comp. med. per locos, cap. de omnium valentium medicaminum vſu, inquit Galen. Quippe valentiſſima non ſtatim ab initio admonere conuenit, ſed ab imbecillioribus auſpicari. De his multa dicere ſuperſedeo, quoniam longius de eiſdem diſputaui libro de arte medendi.

APHORISM. VI.

Quando igitur morbus peracutus fuerit, ſtatim extremos labores habeto, & extremè tenuiſſima victus ratione neceſſum eſt vti. Quando verò non, ſed licet pleniorem victus rationem adhibere, tantum indulgendum, quanto morbus extremus eſt mollior.

COMMENTARIVS.

Scopus inſtitutionis victus. TOta victus ratio ab initio morbi eum habet ſcopum, vt vires peruenire poſſint ad ſummum vigorem, aut conſtantes, aut non valde languentes. Quo tempore de morte, aut vita commiſſa pugna naturæ, & morbi, decernetur. Tenetur autem medicus per id tempus ſummam tenuitatem victus inſtituere, ne natura in coquendis & propulſandis cauſis morbificis extremè occupata, ad ciborum recenter aſſumptorum coctionem diſtrahatur. Id quoque tempus ſummi periculi eſt, ſiquidem ex accidentibus morbo propriis magnitudo morbi ſignificatur, & ex his & aſſidentibus & quibuſdam mox apparentibus periculum pendet, ſimul cum ipſa morbi magnitudine & vehementia, à quibus omnibus æger moleſtatur & conflictatur. Hæc omnia morbis eueniunt, citius, aut tardius, pro natura morbi, & motu, & aliis, quæ circa 11. Aphoriſm. dicentur: Acutis ſanè morbis citò, dicente Archigene, acutus morbus eſt, cuius motus eſt velox, & citò pericula adueniunt. In peracutis prætereà eò citius eueniunt ſymptomata, & eorumdem magnitudo, quò fuerunt acutiores, ſiquidem ſumma ſymptomata in ſtatu eueniunt, niſi morbi cauſa fuerit manifeſtè ante id diminuta, & ea ratione tenuiſſimus victus eiſdem ſtatim conuenit αὐτίκα, inquit, qua voce ſignificat Hippocr. nonnumquam id quod ſtatim, & trium dierum ſpatium, hoc eſt, primam morbi acceſſionem, ſicuti hoc in loco & in Aph. 11. ſequenti, vbi dixit: Quemadmodum & in laterali morbo, ſi ſputum αὐτίκα, id eſt, ſtatim appareat, ſtatim verò idem eſſe quod ſpatium trium dierum, docet Gal. lib. 1. de criſib. cap. 7. quo in loco ex Hippoc. ſententia dicit αὐτίκα, id ſignificare, quod ἀμέλ. lib. 1. de ratione vict. acut. ſect. 31. cùm inquit: Quibus cibus αὐτίκα ἐγκαλεινκλώς, hoc eſt, videlicet fuerit ex longo tempore incluſos, & lib. 1. de morb. pop. part. 3. ſect. 10. inquit, αὐτίκα γὰρ συνεχής ἐστι. hoc eſt, videlicet continua febris eſt. *Quomodo explicari debeat hoc vocabulũ αὐτίκα.* In præſenti loco trium dierum ſpatium ſignificat: trium igitur dierum ſpatium aliquando ſignificat ſtatim & principium, quamuis ad quartum diem extendatur principium, & primus morbi inſultus, ac terminus peracutorum morborum exactè, lib. 3. Prognoſt. prope initium. Si tamen morbus peracutus exactè non fuerit, craſſiori victus ratione erit æger alendus, atque eo craſſiore, quo morbus extremis fuerit mollior, ac ſi dixiſſet, quo morbus longius à primo die habuerit ſummum vigorem, ac ſumma ſymptomata. Singulis itaque morborum generibus proprias victus rationes conuenire, & quales comment. 3. diximus, docet. De magnitudine verò ſymptomatum per morbi tempora, in commentariis noſtris in lib. 2. de differentiis febrium abundè tractauimus.

APHORISM. VII.

Quando morbus viget tunc tenuiſſima victus ratione neceſſe eſt vti.

COMMENTARIVS.

RVrſus argumento ſumpto à morbi breuitate, & vehementia, docet in ſummo morbi vigore tenuiſſimam victus rationem conuenire, nempe aut nihil dare aut ſolum hydroſaccharum. Id quammaximè ſeruandum eſt, vbi vires eam ferunt ciborum abſtinentiam, & ſtatus morbi breuis ſit, qualis in peracutis morbis permittentibus nobis interim, vt ſupra diximus, naturam coctioni & euacuationi cauſarum morbi vacare. Quamuis enim coctio per morbi augmentum agatur, & vigor tunc appareat, quando integra coctio ſe oſtendit in excrementis, vt vrina, deiectione, & ſputo, non omnem naturæ cultum, neque omni ex parte humores ſunt aſſequuti, cùm primùm adeſt morbi vigor, ſed ipſo procedente, qua de cauſa, neque bonæ iudicationes fiunt, cùm primùm ſtatus adeſt, ſed ad medium, aut finem ipſius.

APHORISM. VIII.

Conſiderare autem oportet & ægrotantem, ſi ſufficiat, cum ea victus ratione, ad morbi vigorem. Et numquid

ille

ille prius ſuccumbat, & non ſufficiat cum ea victus ratione, vel morbus prius ſuccumbat, & hebetetur.

COMMENTARIVS.

AB initio morbi præter eius naturam ac longitudinem, vires quoque conſiderandæ ſunt, quod in præſenti Aphor. docet Hippocr. vt ex earum collatione ad morbi ſummum vigorem agnoſcamus quantus cibus ſit ægro adhibendus. nam ſi plus debito acceperit, morbi cauſam augebit, & opus naturæ impediet: ſi minus, non ſufficiet ad vigorem vſque. Decet autem ipſas vires non ſuccumbere, priuſquam morbus ſuccumbat & hebetetur: hebes autem redditur morbus, cùm cauſæ morbificæ integrè coctæ ſunt, & aliqua ex parte vacuatæ, quo tempore non habent morbi periculum, nec vehementiam. In vnum ſanè duorum errorum coguntur incidere, qui non perſpectis planè viribus, victum tenuiorem debito ab initio inſtituunt, aut enim ægros ob imbecillitatem cogunt morbis ſuccumbere, aut in ſtatu eoſdem craſſius alere, quo tempore tennior eſſe deberet, aut omnino nullus cibus. Hippocr. ſanè lib. 2. De rat. vict. acut. ſect. 4. hac eadem ratione accuſat eos, qui primis diebus vaſa exinaniunt integrè, deinde quarto ac quinto coguntur cibos adhibere. Eo namque tempore foret potius abſtinendum, & parcius agendum.

Errores in tenui victu.

APHORISM. IX.

Quibus igitur ſtatim eſt vigor, ſtatim tenui victus ratione vtendum: quibus autem poſterius eſt vigor, in illo & prope illum, auferendum, & prius verò moderatiore victus ratione vtendum, vt ſufficiat ægrotans.

COMMENTARIVS.

QVod apte de peracutis morbis docuerat, modò in omnibus docet attenuandum eſſe victum in vigore, & prope ipſum, ſi vigor ſtatim adeſt ſtatim præcipiens victum attenuare, quin & tenuiſſimum his competere dixit. Quòd ſi morbus non ſtatim vigeat, agnoſcere oportet vigorē, eo pacto, quo ipſum futurum agnoſcere docuit Hippocr. lib. 3. Prognoſt. à primis diebus per quaternarios procedens, atque coniiciens ex notis coctionis iam accedentem vigorem, qui non ſe oſtendebat primis diebus morbi, & ita modò in illo & prope illum cibum auferre præcipit, interim tamen & ab initio ipſo morbi vberius agere, & victus tenuitatem moderari, vt vires ad vigorem vſque ſeruentur, & in ipſo liceat per vires mediam, aut ſummam quandam victus tenuitatem ſeruare. Hæc omnia obſeruanda ſunt in morbis, in quibus tota ferè cauſa morbifica manet ad vigorem vſque. tunc etenim cum ſumma coctione, ſymptomatum adeſt vehementia, in aliis verò non, ſed ipſam vehementiam oportet coniicere, & in ipſa tenuiorem, quàm in aliis temporibus, adhibere victum. Sunt enim tres febrium & morborum omnium differentiæ apud Hippocr. lib. 1. de morb. popul. quidam enim ſtatim vigent, qui deinde ſemper remittunt vehementiam, quidam augentur ſtatim, & ad terminum quendam perueniunt, & ante iudicationem remittunt, quidam ſemper ad vigorem vſque augentur. Notum autem eſt in morbis primi & ſecundi generis, non conuenire ſummam victus tenuitatem, ſed ante: poſtremis verò ea ratio ſeruanda eſt, quæ ab Hippocr. traditur in præſenti & ſexto Aphoriſm. Nam in laterali euidens habemus exemplum: cum enim os madeſcit, autore Hipp. & talia ſpuuntur qualia oportet, ſorbitionis quantitatem augere conuenit. Eſt autem id tempus ſtatus, non tamen vehementiæ, aut morbi, aut accidentium.

Victum in vigore attenuare & ad ipſum & prope.

Morborum tres differ.

Nota.

APHORISM. X.

In acceſſionibus ſubtrahere conuenit, offerre enim nocuum eſt, & quibuſcunque per circuitus acceſſiones inſunt, in ipſis acceſſionibus ſubtrahere conuenit.

COMMENTARIVS.

IN præcedentibus Aph. de generali totius morbi victu locutus, modo ad particulares acceſſiones reſpiciens, docet in ipſis abſtinendum eſſe à cibis. quoniā eoſdem offerre damnū infert, adaucta cauſa morbifica, & diſtracta natura à pugna, quā aduerſus morbum committit, in tempore acceſſionis. Græci παροξυσμὸν, hoc eſt, irritationem, vehementiam, ſiue acceſſionem, dicunt. Ex morbis namque quidam continuitatem habent ſine acceſſionibus, ſed aliqui vnum tenorem ſeruant: aliqui acceſſiones habent, vt continua tertiana, aliqui continui non ſunt, ſed acceſſionibus conſtant, vt tertiana, aut quartana. In his præterea acceſſionibus quemadmodum in toto morbo diuerſa ſunt tempora: in morbo enim principium eſt, augmentum, ſtatus & declinatio, quæ coctione diſtinguūtur, quamuis alia ſint, & ab his ſæpe ſeiuncta, quæ morbi vehementiam ſequuntur, atque eiuſdem ſymptomata. Intra hæc tempora & totam ipſam morbi longitudinem, ſunt quorundam acceſſiones, quas videmus quandoque ad ſolam remiſſionem peruenire, quandoque ad integritatem. Singularum verò acceſſionum tempora ſex ſunt, principium, quo calor intro colligitur, extrema rigent, ac refrigerantur. Inæqualitas cùm incipit calor extendi, ſed interim nunc calorem, nunc frigus ſentiunt, aut aliqua parte calorem, & alia frigus diffuſum. Deinde ſequitur augmentū ſiue aſcenſus, dum calor manifeſtè ſe oſtendit, ſine frigore, maior tamen multò in intimis quàm in extremis partibus. Quartum tempus ſtatus eſt, quo calor vniuerſum corpus æqualiter occupat, ita, vt æqualis in thorace & pedibus ſe tactui oſtendat. Quintum tempus eſt declinatio, quo calor vehementius ſe offert in pedibus & manibus, quàm in thorace. Sextum tempus eſt infebricitatio. Hæc ſex tempora vnicam periodum conſtituunt, à principio vnius acceſſionis, ad principium ſequentis, in continuis autem febribus acceſſiones habent quam appellant ἐπισημασίαν, ſiue inſultum, & ſignificationem, augmentum, ſtatum, ac declinationem. Si velis iuxta inſultum apponas inæqualitatem. Ex pulſu tamen ita hæc tempora diſtingues, in principio generatur celeritas contractionis, in augmento augetur, ad finem augmenti ſummam habet magnitudinem, ſed adeſt ſatis magna celeritas diſtenſionis. In ſtatu minuitur celeritas contractionis, & diſtentionis ad ſummam peruenit magnitudinem, in declinatione vtraque celeritas abolетur, ſed contractionis prius. Diuides etiam alio modo tempora acceſſionum, in eam quam appellant acceſſionem, & inclinationem: ac continet acceſſio principium, inæqualitatem, augmentum, & ſtatum: inclinatio verò declinationem, & quietem, ſiue infebricitationem lib. de temp. morb. & comment. Aphor. ſequentis. Cùm itaque Hippoc. in præſenti ſententia præcipit in acceſſionibus abſtinere à cibis, per acceſſionem, principium, augmentum, & ſtatum intellexit: in declinatione namque id vitium non eſt, præterquam vbi integritas eſſet adeo longa: vt ſine damno poſſet tota acceſſione manere æger ſine cibo, & nulla inſtaret neceſſitas recedendi à ſequenti acceſſione: Hippocr. namque libro 4. de ratione victus ſectione 40. dicit. Cùm autem purgaueris, ſorbitionibus quibuſdam vtitor, obſeruatis ita febrium acceſſionibus, vt nunquam cùm adſunt, neque cùm futuræ ſint exhibeas, ſed vel cùm ceſſant, vel quieuerunt, & maximè à principio receſſerunt.

In acceſſionibus abſtinere.

Acceſſionum tempora.

Cibum in acceſſione offerre quando conuenit.

Google

Scripſerat etiam candem ſententiam lib. 1. Sect. 45. dicens: Tempus autem dandæ ſorbitionis tum per initia, tum per omnem morbi decurſum, hoc maximè ſeruare oportet. Nam ſi pedes frigidi fuerint, non à ſorbitione modò, verùm quoque & maximè à potu temperandum. At cùm calidiras ad pedes deſcenderit, tunc dare expedit, ſanè tempus valere admodum putandum, cùm in morbis omnibus, tum præcipuè in acutis, & potiſſimùm quibus febris vehementior ſubeſt, periculúmque ſummum. Vbi igitur nulla neceſſitas vrget, in tempore quietis æger eſt alendus: vbi vrget facultatis imbecillitas, præſertim cùm febris oritur ex inedia, aut adeſt ſyncope: vel in ipſo acceſſionis initio, vel iuxta ipſum, aut quauis hora. Si ea non adſit aut timeatur, in humidis morbis expectare infebricitationem: in ſiccis autem non, ſed ſolam inclinationem, dicente Gal. lib. 10. de met. med. in ſiccis namque corporis affectibus acceſſiones non perueniunt ad integritatem priuſquam ex balneo, aut cibo humectante, humectatio acceſſerit. Præterea ſi interuallũ breue fuerit, alemus, aut prope vigorem præcedentis acceſſionis, aut prope principiũ ſequentis. Si febris multitudine & craſſitudine humorum, cruditate, ac frigore magis opprimendo nocet, à principio ſequentis recedentes, cibum prope præcedentis ſtatum, aut in ipſo adhibebimus. Si tamen calore & inflammatione ſtatus magis moleſtus eſt, recedemus ab ſtatu, & alemus prope initium ſequentis. Vt itaque ſummatim dicamus, vbi nihil vrgeat, abſtinere docet ab alimentis in acceſſionibus febrium continuarum, de quibus dixit, in acceſſionibus ſubtrahere conuenit. Abſtinere etiam oportet in acceſſionibus intermittentium, de quibus dixit: Et quibuſcunque per circuitus acceſſiones inſunt, in ipſis acceſſionibus ſubtrahere conuenit. ſunt autem primæ febres, continuæ, ſecundæ, intermittentes: quoniam in prioribus acceſſionum meminit, in poſterioribus acceſſionis, & periodi. At verò periodus, vt diximus (& eſt Galeni ſententia, libro de temporibus morbi) infebricitationem continet, ſiue quietis tempus, quod ſextum eſt. Conſtat enim tota periodus ex ſex temporibus, & ſeruant ordinem, vt in Commentario 18. ſequenti docet, ac dixit in acceſſionibus ordinem non ſeruantibus nullam eſſe certam rationem inueniendi tempus, quo cibus offeratur. de inordinatis igitur acceſſionibus nihil docet. Si verò quidpiam vrgeat, vti inopia alimenti, nimia ſiccitas, imbecillitas, aut ſyncope, in principio & prope ipſum, & in augmento, & in ſtatu, inclinatione tamẽ in ſiccis affectibus, aut interuallo exiſtente breui, licebit alere, id eſt quod dixit Hippocrates: Cùm calor in pedes deſcẽderit, non vtique, cùm deſcendit, quod eſt augmenti tempus, ſed cùm deſcenderit, occupauerit inquam extremas partes, & deſeruerit internas. Præterea vbi interuallum fuerit breue, cogimur ægrum alere in ſtatu præcedentis acceſſionis, aut in principio ſequentis, aut prope hæc. Quantum autem vnumquodque horũ fugere conueniat, hinc intelliges. In ſtatu conijcies an calore, an ſiccitate magis noceat: ſi ſiccitate in ipſo ales: ſi calore, remiſſionem ſpectato. in principio ita conſidera, ſi extrema perfrigerentur, & magna adſit ſanguinis intro reuocatio, aut omnino non premat: hoc ſecundum contemnendum, ſi primum, vbi magna extremorum perfrigeratio, cum abundantia ſuccorum, & craſſitudine, aut viſcerum phlegmone fiat, fugiendum principium, ſi non ita, non valde timendum. Quòd ſi principium cum magna ſit refrigeratione, atque hæc cum humorum copia, ac craſſitudine, maximè verò, ſi viſceris alicuius phlegmone acceſſerit, adeſt quoque imbecillitas, acceditque ſyncope, dices diſpoſitionem eſſe lethalem, vti & Galenus lib. 10. de method. medend.

APHORISM. XI.

Acceſſiones autem, & conſtitutiones morbi oſtendunt, & tempora anni, circuituum ſucceſſiuæ reciprocationes, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant. Quin & poſt apparentia, veluti in laterali morbo incipiente, ſi ſputum ſtatim appareat, breuiat: ſi verò poſt appareat, producit, & vrina, & deiectiones, & ſudores, cùm poſt apparent, mali indicij aut boni, aut breuem, aut longum morbum oſtendunt.

COMMENTARIVS.

CVm ſupra docuiſſet modum inſtituendi victũ in morbis acutis & longis generali ratione, ſic etiam & in ſingularibus morborum acceſſionibus, qua via quis præcognoſcere poſſit totius morbi cõſtitutionem vniuerſalem, & ſingulares acceſſiones antequam eueniant, vt ad ipſa reſpiciens nullus cõmittatur error, in præſenti docet Aphoriſm. quid acceſſio ſignificet, in præcedenti commentario diximus. Conſtitutio verò in febribus & aliis morbis, tempus eſt ab initio in vigorem, atque eſt ſimile in continuis quod appellant conſtitutionem, ei quod in intermittentibus dicitur acceſſio in ſecundo ſignificato, comprehendit enim principium augmentum & ſtatum. Cognoſces itaque totam morbi conſtitutionem, & ſingulares acceſſiones ex morbo, ac ſi diceres morbi naturam oſtendere conſtitutionem morbi, ſiue generalia tempora & ſingulas ipſius acceſſiones. Si enim morbus tertiana febris eſt, breuem habet totam conſtitutionem, ac citò futurus eſt ſtatus, & cognita febre tertiana, vel prima acceſſione medicus prædicet ipſam tertia die redituram, & per tertium futuras acceſſiones. Rurſus in prima acceſſione inuadẽte quotidiana, morbi ipſius natura, quia pituitoſus eſt oſtendit longè poſt futurum ſtatum, & morbi coctionem, ſingulas verò acceſſiones quotidie futuras. Quartana verò & his lõgior eſt, & per maiora interualla repetit. Quoniam verò non omnes quartanæ, aut tertianæ, quamuis exquiſitæ eundem terminũ definitum habent: nam tertiana exquiſita ſeptem periodis iudicatur, quod longiſſimum: poterit tamen & quatuor periodis finiri: hanc diſtinctionem ſumere docet ex anni tempore, nam calidis temporibus morbi ſunt breuiores, frigidis longiores. Anni autem tempus includit aërem ambientem, regionem, & cœli ſtatum, quibus adiunges quæ ad hæc ſequuntur, temperaturam, ætatem, ſexum, & viuendi inſtitutum. Præterea etiam circuituum ſucceſſiuæ reciprocationes oſtendunt conſtitutionem, hoc eſt ſtatum futurum & tempus, quo acceſſiones deinceps euenient, non vtique quo die, nam id morbi natura, ſiue ſpecies indicat, ſed qua hora diei, quòd quammaximè ad victus inſtitutionem conducit: ſiue enim febris quotidie repetat, ſiue tertio quoque die: ſiue quarto, ſi reciprocationes fuerint celeriores, maiores & vehementiores citò futurum ſtatum indicabunt, & ſequenti die, ſi quotidiana febris fuerit, acceſſionem citius præcedenti futuram. Cùm enim morbi vigor & breuitas agnoſcatur ex morbi natura, & motu, & motus celeritas ſumatur ex celeritate repetentiarum, & acceſſionum: Si hæ celeres ſunt, citò eueniet ſtatus, breuis erit morbus, & acceſſiones ſequentes citò erunt ſpectandæ. in ipſis itaque acceſſionibus conſideramus repetitiones, ſiue reciprocationes ad ſtatum prænoſcendum, & tempus futurarum acceſſionum. Tria verò indicia ex eiſdem

Acceſſiones & conſtit. morb. vnde cognoſc.

ſumit

ſumit Hipp. lib. 2. de morb. pop. part. 5. oempe, ſi celerins, an non, ſi longius, an non, ſi magis, an non, ſiue qnotidie, ſiue tertiis diebus, ſiue per maiora interualla eueniant. id enim nibil refert. Si enim celerius tepetant, ità vt tertia acceſſio magis anticipet ſecundam quàm ſecunda primam, augmenti ſignum eſt. Ita & ſi ſecooda primæ tempus anticipet, ſi reliqua conſentiant, oempe longins tempus durare, & vehementius affligere, ac ttia dicta acced ant acceſſioni, celeritas, longitudo & vehementia: ſunt enim nonnullæ febres, quarum acceſſiones natura ſua anticipantes ſunt, & anticipatio ſola in eis non magis augmentum, quàm declinationem ſignificat. Inſigne habemus exemplum Carolum Hiſpaniatum principem maximum, qui præcedentibns duobns annis, ac ferè dimidio, febre quartana laborauit, & quindecim menſibus poſterioribus ſingulæ quartanæ anticipabant, quinque horas, nulla prætermiſſa, ita vt neque puſillo tempore ab hoc ordine, & anticipatione declinauerit, res admiratione digna, cum ea tamen anticipatione augmentum, ſtatum, & declinationem percurrit. Sic & de poſtpoſitione intelligendum, ipſam ſignificare inclinationem, ſi acceſſerint breuitas & remiſſio acceſſionum. Statum autem oſtendet innaſio ſimili bora facta, & longitudinis ac vehementiæ æqualitas. Quamuis ſæpe fiat, vt vnicam tantùm habeat acceſſionem ſtatus & ſequens ſit declinationis, in qnibus ſtatus præſens non agnoſcetur, ſed dum præceſſit. Dixi reciprocationes, quamuis Galen. in Comment. legat ἐπιδόσεις, id eſt incrementa: in Græcis enim Aldinis codicibus legitur ἀνταποδόσεις, id eſt, reciprocationes ſiue reflexiones. Sic etiam legimr in codicibus Galenianis Baſilienſibus. Eſt autem ἀνταποδίδωμι, reflecto & reciprocor, & reddo per reciproeationem, vt apud Platonem in Phædro, εἰ γὰρ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, ὥσπερ ἐν κύκλῳ περιϊόντα, hoc eſt. Si enim quæ fiunt, non redderent per reciprocationem, alia poſt alia tanquam in circulo redeuntia. & Galenus in commentatio hnius Aphor. bis vtitur hac voce in prædicta ſignificatione. Conſonat autem hæc lectio cum ſequentibus: cùm enim dixiſſet, ſucceſſiuæ reciprocationes, addit, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant. Decet præterea ad futurum ſtatum præno-

Statum futurum quibus pranoſces.

ſcendum agnoſcere ſpeciem, magnitudinem, motum & morem morbi, ex quibus etiam ſalubritas, & inſalubritas conſtabnnt. De ſpecie morbi diximus ipſam agnoſci ex ſignis pathognomonicis, ſiue propriis: magnitudinem indicat magnitudo eorundem ſignorum. Motus ex acceſſionum reciprocationibus conſtat, & ſpecies atque motus indicant conſtitutiones & acceſſiones morborum. Mos verò ex ſignis pòſt apparentibus indicatur, pòſt apparent verò ſigna coctionis, ſunt & ſigna aſſidentia dicta, quæ non ſemper coapparent morbo, & ſigna ſaluris & mortis, & ſigna criſis. Porrò ex ſignis, vt lib. art. med. docuimus, quædam ſunt propria, quædam pòſt apparentia, & ex his quædam ſunt veluti propria, quædam communia omnibus morbis. Velnti in laterali morbo, dolor pungentis ſimilis in membrana ſubcingente coſtas, febris continua, tuſſis, difficultas reſpirationis ſunt propria. Veluti proprinm, ſputum, communia ſunt deiectiones & vrinæ: omnia miro quodam modo comprebendit, de ſpecie oamque morbi dixit: Acceſſiones & conſtitutiones morbi indicabunt, de motu & magnitudine, cùm dixit, & circuituum reciprocationes. Morbi autem ſpecies ex notis propriis conſtat, & magnitudo ex eiſdem, motus ex anticipationibus, & poſtpoſitionibus. Reliquum eſt vt de notis mortem oſtendentibus nonnihil addat: hæ verò ſunt pòſt apparentes, in qoibus ſunt notæ coctionis, ex ſputo, in laterali morbo, ex vrinis, deiectionibus, & ſudoribus, in omnibus. Ac perinde ſubiungit: Quin & pòſt apparentia (quæ appellat ἐπιφαινόμενα) ea enim oſtendunt acceſſiones & conſtitutiones. Exemplo morbi lateralis, ſi ſputum appareat, ſtatim ipſo incipiente, morbum breuiat: ſi verò non, producit: ſputum, bonum ſputum ſignificat, & coctum, idque cùm ſignum ſit pòſt apparens, velnti proprium ad morem attinet, & ſalubritatem ſignificat, ac morbum breuem, ſiue totam ipſius conſtitutionem. coctiones enim criſis celeritatem, & ſecuram ſanitatem oſtendunt, libro. 5. de morb. pop. apud Hippocr. cùm enim coctionis ſigna ſtatim appareut, id eſt, in trium dierum ſpatio, nequit morbus longè progredi. Si tamen tardius apparere incipiant, prorogabitur. Veluti in laterali morbo, ſi ſputum ſtatim appareat, id eſt, in primæ acceſſionis ſpatio: nam id ſignificat principium hoc loco, alibi tamen quandoque primum inſultum & breuiſſimum tempus eſt, & aliàs tempus cruditatis, quo modo diuidimus morbi artificioſa tempora, in principium, augmentum, ſtatum, & declinationem. Sputum autem, bonum ſputum, & coctum ſignificat, qnod πτύελον appellauit Hippocr. non πτύσμα, qnod omnem ſpuitionem ſignificat, etiam crudam: quamuis igitur ſputum crudum educatur, non ſignificabit morbum breuiorem cum Hippocr. hæc eadem Galen. vult libro primo de criſibus cap. 5. vbi de ſputo loquens, inquit: Secundo quidem ſi educatur, ſed non optimum. Eſt autem & hoc duplex, vnum quidem, quod ſolùm caret coctione, alterum quod etiam prauum exiſtit. Ab bis verò omnibus, & quod coctum eſt ſeparatnt, quod etiam propriè ſputum appellant. Neque enim quod ſanguineum eſt, ac bilioſnm & ſpumoſum ita nominamus, ſed potius ſpuitiones vocamus. Cùm verò neque ſanguini, neque bili pallidæ, vel nigræ commixtum fuerit, id tale iam ſputum vocamus. Quando igitur hoc ſtatim apparuerit, morbum facit breuiorem, cùm verò nullo modo educitur, aut crudum, indicat morbum longius produci. Ex hac ſententia conſtat Galenum velle Hippocratis ſententiam in hoc Aphor. eſſe de cocto, & bono ſputo intelligendam. conſtat etiam non ſequi ſi ſputum quoduis appareat, morbum reddi breuiorem, vbi videlicet fuerit ſputum crudum. His præterea addit Hippocrates ſigna ex deiectionibns, vrinis & ſudoribus: ab his enim, veluti à pòſt apparentibus ſumuntur indicia breuitatis, quæ dicta ſunt à coctione deſumi, ſalubritatis ſimiliter. Quemadmodum ex cruditate horum ſumuntur indicia longitudinis, & ex malitia horum ſignorum ægrotantis pernicies, id eſt, quod dixit: boni aut mali iudicij (hoc eſt finis) aut morbũ breuem, aut longum. Ex cruditate longitudo, ex coctione breuitas, & bonum iudicium, ex praua excrementorum diſpoſitione, qualis in ſputo, liuor, nigredo, viriditas. Sic in aliis excrementorum generibus, malum indicium ſperatur. Quo loco græcè habetur δύσκριτα, nos mali iudicij, diximns, quamuis enim quæ longo tempore iudicantur, & quæ malè, nempe ad mortem, aut cum prauis ſymptomatibus, δύσκριτα dici poſſint. Hoc loco de ſolis malis dicitur, quoniam quæ longius iudicium babent, comprehenſa ſunt in aliis, cùm dixit: longum aut breuem morbum oſtendere, neque opus eſt idem bis ſignificare, ac docere immediatis verbis.

Maximum eſt diſcrimen inter πτύελον & πτύσμα plurimis.

APHORISM. XII.

Senes facillimè ieiunium ferunt, ſecundò ſubſiſtentes,
minimè

minimè adoleſcentes, omnium præcipuè pueri: horum autem ipſorum qui fuerint ex ipſis alacriores.

COMMENTARIVS.

INdicatione ſumpta ab ætate diuerſa victus ratio inſtituenda eſt. Alimentũ enim refectionis gratia adhibetur, refectionem autem efficiunt vires, vbi igitur, vel vires non ſimiliter valent, aut refectionis neceſſitas non ſimiliter vrget, non etiam reficere eodem modo conuenit, ſed magis vrgente neceſſitate, & valentibus viribus, magis reficere ac celerius, citius commota neceſſitate reficiendi. Neceſſitas autem refectionis non ſimiliter per omnes ætates vrget. Quibus namque calor validior eſt validiores ſunt reſolutiones, & refectionis neceſſitas ſequitur præcedentem reſolutionem, maximè verò ſi non tantùm diſſolutum reficere eſt in animo, ſed etiam quod præfuerat maius facere. Hac de cauſa rectè Hipp. dixit: Senes facilimè ferunt ieiunium, hoc eſt, tardius incidunt in alimenti defectum, & minus ab eo læduntur: ſenes enim tardius diſſoluuntur, quoniam calidum minus habent, à quo diſſolutio fit, & membra, quæ diſſolui debent, ſunt ſolidiora. Deinde reliquas ætates ordine proſequitur, ſecundo loco ſtatuens ætatem καθεστηκότων, id eſt, ſubſiſtentium, quam ita appellandam eſſe, lib. de arte med. 1. & in expoſitionibus lib. Prognoſtic. abundè docuimus: qui enim iam declinare incipiunt, non rectè conſiſtentes dicuntur, ſed ſubſiſtentes, ac declinantes, quemadmodum & Philotheus καθεστηκότας dixit, τοὺς ἐν παρακμῇ τυγχάνοντας, hoc eſt, in declinatione exiſtentes. Quibus accedit quod Hippoc. Aphoriſm. 45. ſect. 6. & lib. de criſibus, dicto verbo in prædicta ſignificatione vtitur. Quàpropter in præſenti ſatisfaciet, ætatum generalem diuiſionem ad memoriam reuocare: ſunt autem hæ quinque, pueritia, quæ ad 12. & 13. annum attingit. Pubertas, quæ adoleſcentiam continet à 13. in 25. iuuentus, à 25. in 35. ſubſiſtentia à 35. in 49. Deinde ſenectus, & ad finem decrepita. Has omnes ætates ibidem temperamentis diſtinximus: nam animalia omnia ab initio calidiora ſunt natiuo calore, vt conſtabit Aphor: ſequenti. Sunt etiam humida: nam innatum calidum humidum eſt, ſunt autem corpora eo ſicciora, quo magis ab initio diſceſſerint. Hinc totius

Ætatum ordo in ferenda fame. Aphor. ratio conſtabit. Poſt ſenes namque ſequuntur ſubſiſtentes, tertio loco iuuenes, quorum non meminit Hippocr. ſed hos ſequuntur adoleſcentes, poſtremò pueri: nam pueri minimè omnium ferunt ieiunium, quia facilimè diſſoluuntur, ob agentem cauſam, tum ob ſubiectum, agens eſt calor, qui multus eſt, patitur humor tenuiſſimus, ac perinde diſſolutu facilimus. Iuuenum autem calidum æquale eſt calori puerorum intenſione, atque habet maiorem qualitatem, hoc eſt acrimoniam qua validius diſſoluere, ac minùs reficere valet, cæterùm humidum in iuuenibus, quod ſolidas continet, craſſius eſt, & minùs diſſolubile, ſubſiſtentium adhuc minùs, minimè ſenum, qui præter membrorum duritiem paruum habent calorem, & ea de cauſa maximè ferunt ieiunium. ſunt autem hi primi ſenes, nam decrepiti, de quibus Homerus, Vt lauit, ſumpſitque cibum, det membra ſopori, paruo tempore ferunt ieiunium. Quoniam etſi pauciſſimus ſit eorum calor, & membra ſicciſſima, paruus ille calor à multo cibo extinguetur, atque opus eſt ſæpe eoſdem reficere, vt pauciſſima quantitate ſumpta, & ſuperata iterum ad refectionem redeant. Poſſet itaque quis rectè dicere, ſenes omnes facilimè ferre ieiunium, hoc eſt ciborum paucitatem, non tamen multam aut longam abſtinentiam, quoniam decrepiti eam non ferunt. Addit Hippocr. Horum autem ipſorum, qui fuerint ex ipſis alacriores, diſtinctionem faciens temperaturarum: & iure quidem, ſi eò minùs ieiunium ferunt, qui fuerint in calidioribus ætatibus. Intra eaſdem ætates minus ieiunium ferent, quò fuerint temperatura calidiores. Tales ſunt quos ipſe vocat προθυμότεροι, hoc eſt promptiores, & alacriores, intellige tum ad corporis, tum etiam ad animi functiones obeundas, hi enim ob calorem maiorem citius diſſoluuntur, & ob corporeas exercitationes maiores, & qui animo ſunt alacriores præter caloris abundantiam, humidum habent tenuius. Docet itaque Hippocr. in hoc Aphor. victum ita inſtituere per morbos, ſi duo paribus morbis à materia laborauerint viribus æquales, ætate diuerſi, maiorem tenuitatem victus inſtituere, ei, qui ex Aphor. ordine, maiorem pro ætate inediam ferre valet.

APHORISM. XIII.

Qui augentur, plurimum innatum calidum habent, plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus abſumitur. Senibus verò paucum eſt calidum, propterea igitur paucis fomitibus egent, à pluribus enim extinguuntur, propterea etiam febres ſenibus non ſimiliter acutæ, frigidum enim corpus.

COMMENTARIVS.

Calidum innatum. CAlidum innatum ſubſtantiã ſignificat duabus qualitatibus præditam & eis abundantibus, nempe calore & humiditate, eſt etiam ſubſtãtia hæc aerea, & aliqua ex parte aquea, qualis prima ipſa generatione in humano corpore reperitur, ex ſemine & ſanguine menſtruo orta, manet autem calor is in ſolidis partibus, ſanguine, atque ſpiritu. Hæc cùm diſſoluitur à calore, ab eodem reficitur, vt agente, & ex alimento, vt materia. quod verò reficitur, quandoque prauum eſt, & à noſtra natura alienum, quandoque bonum, nunquam autem tam perfectum, quantum erat, quod fuit diſſolutum: qua de cauſa ſemper tendunt corpora in ſiccitatem, & conſumptionem, minus natiuum calorem, minúſque natiuum humorem & tandem ad mortem. Quemadmodum etiam innatum calidum tenuem habet ſubſtantiam, facilius diſſolubilem ob humiditatem aeream & aqueã: ita calidum aliud eſt terrenum ſiccius, & magis igneum. Ab humido naturali, quod vnum conſtituit cum natiuo calido, agente calore plurimũ euaporat: ſed eſt id ſuaue, qualis eſt vapor aquæ, à corporibus tamen ſiccis & duris, quibus calor non adeo natiuus eſt, ſed qualis actione caloris loco natiui ſubrogatur, parum ſpirat, atque id acre ac mordax. De caloribus præterea his qui-

Calorum differentia. dam dicitur altero maior ſubſtantia, ſiue quantitate ſubſtantiæ, aut intenſione: alio modo acrimonia, ac mordacitate, quam dicunt qualitatem caloris. De ſubſtantia calidi natiui, qui augentur, plurimum habent: de acrimonia, ſiue qualitate caloris, magis habent iuuenes: qui non augentur, de intenſione pares habent calores. Quorum omnium demonſtrationem inuenies à nobis traditam libro de arte medendi, capite de temperamentis. Vt igitur confirmaret quod in præcedenti Aphoriſm. docuerat, dixit: Qui augentur, plurimum habent innatum calidum: quod ſi ita eſt, plurimo egebunt alimento: ac perinde minùs omnium ferent ieiunium. Ratio hæc eſt, qui celerius diſſoluuntur, minùs ieiunium ferunt: ſed qui plurimum habent innatum calidum, celerius reſoluuntur: minùs igitur ferent ieiunium, quapropter eoſdem vberius alere conuenit: ſenibus verò paucum eſt calidum, propterea paucis fomitibus egent. Calidum innatum, vt libro de arte medendi docuimus,

Refectionis vſus per ætates.

mus, ſeipſum abſomit, abſumpto humido, & procedentibus ætatibus ita minuitur, vt paruus ſit io ſenectute, tam in prima, quàm io poſtrema, atque etiam in ſubſiſtenti ætare, quam docuimus locis citatis in præcedenti Comment. eſſe erudorum ſeoum. Cùm aotem paucum eſt innatum calidum, quioetiam & calor aduentitius, qui à iuueorute minui incipit, paucis opus eſt fomitibus: paucus enim calor parum diſſoluit, & paucam refectionem valet efficere, adde quòd vt Hippocrates dixit, à plutibus extinguuntur. Et quamuis propriè calor extingui dicatur, ſenes ipſos extingui dixit. Hinc quoque comprobarur ſenteotia Aphotiſmi, qua dixit, ſenes facillimà ferre ieiunium, & ſecundo loeo ſubſiſtentes, & conſtabit Aphoriſm. hunc eſſe præcedentis comprobationem. Colligit ad finem dicens: Propterea etiam febres ſenibus oon ſimiliter acutæ: frigidum enim corpus. Vbi enim natiuus calor paucus eſt, febres non accenduntur vehementes. Fiunt etenim febres natiuo calore io igneum mutato, in pueris ſanè, & iuuenibus tam calor membrorum, quàm ſanguinis & ſpiritus copioſus eſt, & commutatus, nempe inflammarus, & extraneus factus, febris fit, validus quoque eſt ac multus, in ſenibus paucus, & qui in magnũ calorem febrilem inflammari ac mutari nequit, niſi vehementiſſima accedente cauſa, & quæ lethalem morbum inferre valeat. Non igitur putare oportet ſenes in validas febres non incidere, ſed id raro fieri. Præterea Hippocrat. ſententia omnino vera eſt: non enim affirmat ſenes non incidere to acutas febres, ſed eis non euenire febres ſimiliter acutas, vt aliis ætatibus, quod verum eſt: oam etſi ſenes febtibus ardentibus aliquando laborent, non ſunt hæ, quales iuuenibus euenire videmos, à ſanguine ortas validiſſimas, & quæ ſe tactui offerant cum valentiſſimo calore, & multa flamma. De febribus tamen bilioſis nihil refert dicere, valde ſiquidam ſuperant vehementia, intenſione, & caloris copia febres ardentes iuuenum, eas quæ ſenibus fiunt, præter id quod febres continentes: vt libro de arte medendi probauimus, omnium ſuot acutiſſimæ, & in has non incidunt, niſi corpora calida, & multo ſanguine refetta; non frigida, qualia ſenum ſuot, auctore Galen. lib. 9. methodi medendi. Hæc ad huius Aphoriſm. enarratiooem ſufficiant, qui enim plura deſiderauerit, ea lib. 1. de arte medend. cap. de temperamentis reperiet.

Senibus febres non ſimiliter acuta.

APHORISM. XIV.

Ventres hyeme & vere calidiſſimi ſunt natura, & ſomni longiſſimi: in hiſce igitur temporibus alimenta plura ſunt offerenda, calidi etenim innati plus habent: plura igitur egent alimento, ſignum, ætates, & athletæ.

COMMENTARIVS.

DE quantitate alimentorum quæ offerri debent, rutſus hunc ſcripſit Aphor. iacto prius fundamento, ventres hyeme & vere calidiſſimi ſunt oatura, & ſomni longiſſimi, dicens. Deinde verò infert, veluti à cauſa probans: In hiſce igitur tempotibus alimenta plura ſunt offerenda. Et rurſus maioris claritatis gratia, quamuis non videatur aphoriſticam breuitatem ſeruare, eodem argumento vſus, inquit: Calidi etenim innati plus habent, plurimi igitur egent alimento, vnica tandem ratio hæc eſt. Cùm ventres plurimum innatum calidum babent, & longiſſimo dormiunt ſomno, plurimo opus eſt alimento: ſed hyeme & vere ventres plurimum habent innatum calidum, & longiſſimo ſomno detinentur: hyeme igitur & vere plurimo egent alimento. Hypotheſim probar ſimilitudine, ab ætatibus & athletis, dicens: ſignum, ætates, & athletæ. In his enim plurimus eſt innatus calor, & ea ratiooe ad multum alimentum ſufficiuot. De pueris ſupra id docuerat dicens: Qui augentur, plurimum habent innatum calidum. Secundum etiam conſtat ex his, quæ in ſecundo Aphoriſm. docuimus. Pueros autem, atque athletas plurimo cibo vti, plana res eſt. Cæterùm annus ipſe totus quatuor partibus diuiditur, ab Aſtrologis & Philoſophis, per æquinoctia, & ſolſtitia; hæ ſunt hyems, ver, æſtas, autumnus. Hyems frigida eſt & humida: ver calidum & humidum, vel vt cum Galen. dicamus, temperatum: æſtas calida & ſicca: autumnus frigidus & ſiccus. Hyeme ob frigiditatem ambientis, calor interius colligitur per eam, quam appellaot antiperiſtaſim: fit enim vt à frigiditate aëris calori contraria: meatus, per quos calor ſpirare foras deberet, conſtringantur, & frigus calorem repellat, & ea de cauſa ventres calidiores eo tempore reddantor. Sunt autem ventres hoc loco ventriculi, iecoris, thoracis & cerebri cauitates. Nec tamen id omnibus euenire aſſerimus: ſed vt Galenus vult, eis tantùm qui calidum natiuum habent abundans: aliorum namque vincitur, ac ſuperatur: ſunt enim ex contrariis oblatis quædam circunſtantia, quæ antiperiſtaſim faciunt, & cootrarij augmentum, quædam penetrantia, quæ contrarium inuadentia ipſum minuunt, & corrumpunt. Corpora itaque calida hyemis frigore accedente validiora redduntur, collecto calore natiuo, nempe ſanguine, atque ſpiritu ad viſcera: conſtat autem contra cuiuſdam opinionem hoc loco natiuum calorem, ſanguinem & ſpiritum ſignificare, quemadmodum & in ſuperiori Aphoriſmo docuimus, de voo etenim & io eodem calore, in vtroque loquitur Hippocr. in præcedenti namque de natiuo calore conficiente alimenta loquutus eſt, cuius gratia pueris præcipit plurimum exhibere alimentum, nunc itidem hyeme pluri alimento opus eſſe dicit, quooiam eo tempore calor eſt plurimos, qui alimentum conficiat. Rurſus Aphoriſm. veritatem comprobat Hippocr. dicens: ſignum, ætates, athletæ, quod idem eſt ac ſi argumento ab his qui augentur, de quibus in præcedenti Aphoriſm. loquutus eſt, comprobaſſet, præſentem Aphoriſm. quod noo feciſſet, ſi de diuerſis eſſet ei ſermo. Præterea Galen. in Comment. docet Hippocrat. in hoc Aphoriſm. natiuum calorem iotelligere ſanguinem & ſpiritum, dicens: Nam calor eorum ad interiora colligitur, (non per Iouem carnibus ad hæc prima ſede relicta refugientibus) ſed ſpiritu & ſanguine. Tria autem erant corpora, quæ primæ noſtræ naturæ ſubſtantiam compleuerant, ſpiritus, ſanguis & aërea ſubſtantia. Quòd autem de eiſdem dictus ſit calor innatus in Aphoriſm. præcedenti, teſtatur Galen. libro quinto de ſimplicium medicamentorum facultatibus, capite nono, cùm de calido innato puerorum loquens inquit: Sed ſunt quos id fugiat, & cum hoc, quod ignorent, Hippocratem accuſare non verentur, quòd dixerit, qui augentur, plurimum habent caloris innati. Sed nos dicta eius haud perperam capere oportet, agnoſcentes innatum dixiſſe calorem, quem in quoque animantium ſpiritum nominamus. De quo & Ariſtotel. ſcriptum reliquit, verùm nihil prohibet ſanguineam ſubſtantiam ſimulque aëream vnà cum ſpiritu calidum innatum audire: Ex his verbis apertè

Anni partes.

Venter quid.

Contraria bifariam concurrent.

apertè conſtat Galenum valde Hippocratem in his duobus Aphoriſm. de eodem loqui calore, & eundem eſſe natiuum appellatum: vere item dixit calidiſſimum eſſe ventrem, non de toto vere id intelligens, ſed de prima eius parte, quæ hyemi proxima eſt, & hyemis naturam ſeruat. Somno præterea longiſſimo corripi animalia hyberno tempore experimentum docet, cauſam autem non eſt difficile inuenire. Nam eo tempore ſanguis ad viſcera colligitur, alimenta plura ſumuntur, coctio validior eſt, & inde vapor multus cum ſanguine ad caput euolat, qui mentem opprimit, & meatus occludit facultatis animalis, quod ſomnum naturalem efficit longum, accedente frigore ambiente non permittente vapores capitis diſſolui, vt poſt ſomnum vigilia ſequatur, niſi longo tempore id fiat. Galen. ad noctium longitudinem id refert, quæ cauſa mediata eſt. Ex his Hippocrat. colligit eo tempore corpora egere pluri alimento, quo etiam abundante natiuo calore, validæ fiunt coctiones, diſtributiones, & nutritiones. Neque obſtat quòd alimentum pro ratione diſſoluti offerri debeat, minus autem diſſoluitur hyberno tempore occluſis meatibus. Nam diſſolutio non patua fit, etiamſi ſenſum effugiat, per vrinam quoque multa fit excretio, quoniam hyeme vrina mingitur copioſior, & ſedimentum continet plus & craſſius. Adde quòd hyeme ſanguinis copia augetur, & caro accreſcit: in his itaque abundè diſtribuitur alimentum, carni, ſanguini, vrinæ, & halitui. Hæc autem probè per id tempus peraguntur, coctione, ſanguificatione, & nutritione. Neque contradicit ſententiæ Hippocrat. quòd hyeme multa pituita in ventriculo generatur, & euomitur. Hoc namque dubium mouit Galen. in Comment. libri de humana natura, quo loco Hippocrat. dixit: Ineunte hyeme bilis quia iam refrigeratur, imminuitur, & pituita de integro augetur, tum à frequentibus pluuiis, tum noctium longitudine. Galen. tamen in Comment. dubitat, qua ratione hæc ſtare poſſint cum his quæ dixit in Aphoriſm. Ventres hyeme & vere calidiſſimi ſunt natura: nam ſi calidiſſimus venter eſt, optimam efficiet coctionem & ſanguificationem, pituita verò crudus humor eſt. Quòd itaque Hippocrat. pituitæ generationem ad pluuias retulit, & noctium longitudinem, idem eſt ac ſi dixiſſet pituitam à frigiditate generari, quæ viget noctu ob ſolis abſentiam, atque etiam interdiu ob ſolis receſſum, aut ſi manis à perpendiculo declinationem. Pluuiarum quoque multitudo alteram qualitatem adiungit ad pituitæ generationem, nempe humiditatem. Sed quare hæc non vincuntur à calore innato quem plurimum hyeme contineri in ventre dicitas in Aphoriſm. Dicemus quamplurimis accreſcere pituitam: quoniam quamuis in ventriculo calor multus ſit, qui alimentum ſuperat, pituita in ipſo genita, in iecore & venis inconfecta relinquitur ambientis frigiditate, calore ſe ad iecur ipſum inſinuante. In quibuſdam, & non paucis frigiditas totum penetrat corpus, ob veſtium inopiam, & neceſſitatem iter agendi ſub valido frigore, & ob alias exercitationes, poros cutis aperientes. Adde his naturalem caloris imbecillitatem, & carnis defectum. Adde etiam ciborum vſum: accipiunt enim edulia pituitam generantia, vt rapas, bulbos, cochleas, carnes porcinas, & vina noua, craſſa, nondum confecta, quæ omnia pituitam aceruant, repugnante calore natiuo adhuc valido. Manet itaque Hippocratis ſententia vera, quam in ſanis intelligendam vult Galen. in Comment. & rurſus Comment. decimoſeptimo infra, quo loco dicit hunc Aphoriſmum de ſanis intelligendum, quibus hyeme multum alimentum concedit, in illo verò an multum ſimul offerre liceat docet. Cæterùm mihi videtur hunc Aphoriſm. poſſe de ægrotis intelligi: quibus ob copiam natiui caloris videtur plurimum alimentum conducere, ſiue ſemel, ſiue ſæpe oblatum, ac per vices diuiſum, id enim non attinet ad præſentis ſententiæ comprobationem. Quod enim ad ciborum partitionem per anni tempora pertinet, aphoriſm. decimoſeptimo docebit.

Somnus longior hyeme.

Pituita multa hyeme generatur.

APHORISM. XV.

Omnes victus rationes humida conueniunt febricitantibus, maximè verò pueris, & aliis qui tali victus ratione vti conſueuerunt.

COMMENTARIVS.

DE quantitate alimentorum præſens ſcribitur aphoriſm. in quo de febricitantibus loquens docet omnem victus rationem humidum offerri ipſis debere: ſic enim legitur aphoriſm. à Galen. libro primo de ſanitate tuenda, & libro octauo de method. medend. Sic etiam transfertur à Thoma Linacro. Vbi ergo quiſpiam febre correptus fuerit, omnem victus rationem ei inſtituemus humidam: præſertim ſi puer fuerit, & conſueuerit vti tali victus ratione. Huius aphoriſm. expoſitio facilis erit, & ſententia perſpicua iis, qui legerint, quæ nos libro tertio de arte medendi, de generali curandi ratione diximus, quo loco docuimus indicationes curationis ſumi ab affectione: corpore affecto, parte affecta, & cauſis exterioribus. Ab affectione quæ præter naturã eſt, indicatio ſumitur, de adhibitione victus contrarij, quia verò affectio calida eſt, refrigerantem victum poſtulat: & quia ſicca, victum humectantem. Eſt autem febris calida & ſicca paſſio, vt nos in commentariis in libro primo de differentia febrium probauimus, & quomodo id audire oporteat docuimus. A corpore autem affecto indicationes ſumuntur, nempe ab ætate, temperatura & conſuetudine. Hæc tria ſecundum naturam ſunt, temperatura naturalis & ætas quæ naturalem affert temperaturam ætati reſpondentem, & conſuetudo, quæ adſcititia quædam natura eſt, at quemadmodum quæ præter naturam ſunt amoueri deſiderant, ita quæ ſecundum naturam ſeruari. Quapropter vnicam præbent indicationem tria, quæ ab Hippocrate traduntur in Aphoriſm. febris, ætas puerilis, & ſimilis conſuetudo. Nam omnia victum omnes poſtulant humidum: febris, quia curatione eget: ætas puerilis, & ſimilis conſuetudo, quia humida ſunt ſimilium exhibitione ſeruantur. An tamen repugnante conſuetudine, ætas & temperatura aliquid indicent, loco citato nos diuerſam à Galeno affirmauimus ſententiam. Aphoriſm. præterea ſententia intelligenda venit, vbi multus affectus febri complicitus fuerit, qui febris curationem impediat, ac contraria his, quæ febri debentur deſideret, vt aqua intercutim, neque etiam ſimul iungantur febris, & cauſæ indicationis contrariæ: ita vt cauſa febris ſit humor frigidus, craſſus, ac lentus, cui extenuantia, & calefacientia, & aliqua ex parte ſiccantia debeantur. tunc etenim immixta erit curatio, ad id quod vrget magis conuerſa, febri tamen qua febris eſt, curatio per omnem victus rationem humectantem debetur, vti per alimenta, potum, balnea, aërem humidum, quietem, & ſomnum.

Victus humidus omnis febricitantibus offerendus.

APHORISM. XVI.

Ex quibus ſemel aut bis, & plus aut minus, & per partes,

partes, dandum autem eſt aliquid tempori, regioni, ætati, & conſuetudini.

COMMENTARIVS.

DE partitione ciborum, qui ægrotantibus offeruntur, præſens ſcribitur aphoriſm. admonet namque conſiderare, an ſemel, an ſæpius cibus ſit offerendus, & an plus, an minùs, ſed per partes, ad quod probè exercendum docet condonandum eſſe aliquid tempori, regioni, ætati, & conſuetudini, quoniam & hæc nonnihil conducunt, atque indicant, ad rectam ciborum partitionẽ, quin & conſuetudo multum. De temporibus anni dixit Aph. 14. hyeme & vere pluri alimento vti conuenire, & in ſequenti dicet, quibus anni temporibus facilius, aut difficilius ventres ferunt alimenta. Hyeme itaque multum alimentum præbemus, ob caloris abundantiam, & tarò, quia non egent qui ægrotant multa adiectione, cùm non multa ſit diſſolutio: Æſtate paucus cibus offerendus eſt ob paucitatem natiui caloris, ſed ſæpe ob multam diſſolutionem. Initio veris vti hyeme alemus, ad finem ferè vt æſtate, minus cibi quàm hyeme, ſed in plures partes diuiſi præbentes. Medio vere paucus conuenit cibus verùm tarò: periclitantur etenim febricitantes in plethoricas incidere diſpoſitiones. Autumno cibus paucus eſt offerendus ſed ſæpe, neque tamen adeo freqoenter vt æſtate. Quin & hyemis frigore accedente quantitatem augere conueniet. Regio autem non alio modo, quàm tempora anni indicat, quando in frigida regione, vti hyeme alere cõuenit, calida vt æſtate, temperata vt vere medio.

Alimentorũ exhibitio per tempora.

Ætas quoque indicat pro ratione temperaturæ, quæ validum habet, aut imbecillum calorem, vt inde pluri cibo egeat, aut pauciori, & frequentius, aut rarius reperitur: nam pueri plurimo egent alimento, quoniam validum habent calorem innatum, ſæpius verò eiſdem exhiberi debet, quoniam facilè exhalant eius ſpiritus, & humores. Iuuenes multo egent cibo, ſed rarò: quoniam innatus calor eorum eſt validus, & non diſſoluuntur facilè. Subſiſtentes, paulò minori quantitate egent, nec perinde frequentius, ſed rarius. Senes primi, minorem poſtulant quantitatem, & raro, in quibus calor non eſt multus, nec diſſolutio. Poſtremi ſenes frequenti egent ciborum adminiſtratione, ſemper in parua quantitate, vt vires extremè languidæ ſufficiant ad cibi mutationem, & abundè reficiantur, & & reparentur. Hæ ſunt indicationes, quæ ſumuntur ab his, quorum Hippocrates meminit. Sed primam omnium indicationem, quæ partitionem ciborum admonet, prætermiſit nobis conſiderandam.

Ciborum partitio per ætates.

Quamuis virium ſupra meminerit Aphoriſm. octauo præcipiens coniicere an cum eo victo æger ſufficiat, ad morbi vigorem, an prius deficiat. Ex quo Aphoriſmo, & aliis ante ipſum intelleximus, totam victus rationem ad duo conſiderantes eſſe inſtituendam, nempe ad vires ægrotantis, & ad morbi longitudinem. Hæ ſunt quantitatia ciborum veræ & perpetuæ indicationes, quarum gratia licet, ob virium conſtantiá, & morbi magnam breuitatem, omnino à cibis abſtinere toto morbo. Quapropter quæ Galenus de hac re ſenſit referamus, ac deinde ad doctrinæ integritatem quædam addemus. Galenus languente facultate cum humorum corruptione, aut defectu, parum cibi, & ſæpe offerre præcipit: parum, quia vires non poſſunt multum ſuperare: ſæpe, quoniam defectus indigeat adiectione, & corruptio à temperamento. Primum & ſecundum nota ſunt, tertium tamen videtur dubium: nam ſi vires langueant cum humorum corruptione, epicraſis debetur, quam ex vſu medicorum teſtatur Galen. libro nono de method. medend. ſignificare euacuationem cum refectione, quam appellat eius quod vtile eſt, adiectionem. Hanc autem deberi facultati languidæ cum humorum corruptione. Hic tamen epicraſim dicit eſſe freqoentẽ adiectionem ciborũ, qua egent qui patiuntur humorum corruptionem.

Ciborum partitio ad vires facta collatione.

Quid ſit epicraſis apud Galen

Præter id quod qui patiuntur humorum corruptionẽ non indigent multis: ſiquidem ex Apho. decimo ſectionis ſecundo non pura corpora, quò magis nutries, magis lædes. Præſtaret autem hos purgare ſenſim, atque ita reficere, atque eſſet hæc epicraſis in eo ſignificato quo vtitur libro ſexto Method. non quo vtitur in præſenti Commentario. Nonnullos audio dicentes bifariam dici humores corruptos, aut parum, ita vt emendari poſſint, aut multum, ita vt corrigi nequeant, prioribus deberi epicraſim, id eſt attemperamentum, per frequentem adiectionem; poſtremis epicraſim id eſt purgationem refectioni immixtam. Si tamen facultas languida fuerit cum humorum abundantia, aut mediocritate naturali, rarò & pauca præbet Galenus: pauca ob virium languorem: rarò quià non eget multa adiectione, qui humorum bonorum habet abundantiam. Si facultas valida fuerit cum humorum bonorum abundantia, aut mediocritate, rarò pauca conuenire dicit: decet enim pauca offerre eis, qui copiam habent, quamuis facultas multa coquere valeat. Si tamen cum robuſta facultate humorũ adſit corruptio, aut defectus, multos cibos, atq; multories offerre præcipit. Verùm huic ſententiæ videtur pugnare ſextus Aphoriſm. præcedens, vbi Hippocrat. docuit, in morbis peracutis, qui ſtatim extremos labores habent, extremè tenuiſſima victus ratione vti. Sit ergo morbus aliquis acutiſſimus ex humorum corruptione cum facultatis conſtantia, in hoc extrema tenuitas victus conuenit ad vigorem vſque: non igitur multus cibus, ac multoties. Adde quòd in febribus, quanto vires ſunt validiores, tanto poſſunt maiorem ferre inediam, & cibus nulla alia ratione adhibetur, quàm vt vires ſeruet, quæ etiam cibos expoſcunt, ea menſura qua aut ſeruentur, aut non multum offendantur, non ea menſura, qua poſſunt multum alimentum, aut paucum ſuperare. Id enim ad hoc confert, vt definita quantitate, pro virium & morbi ratione intelligat medicus, an ſemel totum dare conueniat, an in multas vices id partiri: quia non in vna aut duabus totum aſſumptum ſuperabit facultas. Dicemus itaque ſi facultas languida eſt: cum humorum defectu, alimenta ſæpe offerenda, ſed in parua quantitate, quia parum poteſt ſuperare natura, & multo cibo eget, quod ſit in hecticis febribus, & in reualeſcentibus ex morbis à materia. Si cum languida facultate adfuerit humorũ corruptio, facultatem morbo conferemus, & morbi ſtatum coniiciemus, ex doctrina Aporiſm. 11. & ita totam quantitatem offerendi cibi definiemus, deinde eam quantitatem, quæ ſingulis diebus ipſi debetur, ita partiemur, vt ſingulas partes probè poſſit ſuperare facultas. At ſi cum languida facultate adfuerit bonorum ſuccorum mediocritas, aut abundantia, abundantiam primò minuemus ex regulis artis, ne facultate languida exiſtente plethorica diſpoſitio tranſeat in cacochimiam, id enim perpetuo fit, nequeunte natura, quod ſupra vires eſt gubernare. Mediocritate tamen manente, vires & morbi longitudinem conferemus, & quantitatem ſingulis diebus reſpondentem diuidemus, ita vt ſingulas

gulas

gulas partes poſſit facultas probè ſuperare, quoad fieri poſſit, ſeruata conſuetudine prandendi, & cœnandi, quod non parum conducit, vt contrarium manifeſtè nocet, teſte Hippocrat. qui libro ſecundo de ratione vict. acutorum, ſcribit noxas, quæ ſequuntur, ad mutationes horarum aſſumendi cibum & dimiſſionem prandij, aut cœnæ. Si tamen facultas valida fuerit, cum humorum defectu, multum cibum ac ſæpe exhibere licet. Si cum humorum corruptione, parum & rarò: parum, quoniam robuſta facultas paucum cibum expoſcit: rarò verò, quoniam decet naturam correctioni, coctioni, & euacuationi corruptorum humorum vacare permittere. Nec tamen ea ratione multam quantitatem cibi ſimul offerre robuſtæ facultati conuenit, quoniam hæc nō bene coquit, quod parum eſt exēplo ſumpto à ſanis, qui improbè cibos parnos mutant: nam robuſta admodum facultate in morbo peracuto alimus ægrum iure pulli aut ptiſana, nec propterea malè habet, & quod de ſanis dicitur, non eſt ad rem: quoniam ægri non tantùm in coctione ciborū ſunt occupati, ſed multo magis in propugnandis prauis ſuccis. Sed ſi facultate valida exiſtente, bonorū ſuccorum adfuerit redundantia, hanc primo loco demimus, & interim aut etiam mediocritate exiſtente bonorum ſuccorum, pro virium conſtantia, & morbi longitudine, quantitatem alimenti ſingulis diebus perſcribemus, deinde ipſam vt in ſanitate diuidemus, quoad fieri poſſit, conſuetudine ſeruata prandij, & cœnæ, conſideratis quoque acceſſionibus, ſi quæ adfuerint.

APHORISM. XVII.

Aeſtate, & autumno cibos difficillimè ferunt, hyeme facillimè, vere ſecundo loco.

COMMENTARIVS.

HIc Aphoriſmus de ſanis & ægris ſcribitur, quemadmodum & 14. vt ibidem etiam diximus. Differt autem hæc ſententia ab illa, quoniam ibi de quantitate tota quæ offerri debet ſanis & ægris, per anni tempora loquutus Hippocrates: modo an tota quantitas ſimul, vel per vices multas, aut pauca ſit diuidenda, definit, indicio ſumpto à temporibus anni. Paucam quantitatem ſingulis vicibus eſſe offerendam docens æſtate, & autumno, quoniam cibos difficillimè ferunt per ea tempora, hyeme multum licere præbere, quoniam eo tempore ferunt cibos facillimè: vere autem medio modo, quoniam ferendi cibos mediam habent facilitatem. Horum cauſæ ſunt, quæ à quantitate caloris natiui ſumuntur, quo enim tempore natiuus calor validior eſt, maiorem cibi quantitatem ſine moleſtia feret, ac ſuperare valebit: vbi verò fuerit minor, minorem, maiorē enim difficilè feret, & quandoque difficillimè. Natiuus præterea calor ex Aphoriſ. 14. hyeme validiſſimus eſt, cuius cauſam ibidem tradidimus: magnam igitur cibi quantitatem ſimul oblatam facilè feret. Æſtas contraria hyemi eſt, & per ipſam natiuus calor imbecillimus, minimè igitur omnium, cibi copiam ferre poterit. Autumnum coniunxit æſtati, quoniam & in ipſo languet calor, tum quia ex æſtate manſit languidus, tum quia temporis inæqualitas non permittit ipſum conualeſcere. Ver autem ſecundum locum habere, non eſt dubium, ſiue de toto vere loquatur, ſiue de medio vere, nam veris prima pars, quæ hyemi proxima eſt, hyemi ſimilem ſeruat calorem, ſed paulò minorem, & qua parte accedit æſtati, ſimiliter reſoluit, & minuit calorem, ſed paulò minus quàm æſtate, de medio vere non eſt dubium, neque adeo robuſtum, vt hyeme; neque adeo languidum eſſe calorem,

Ciborum partitio per anni tempora.

vt æſtate, quin & temperatus eſt: vtcunque igitur ver ſecundum tenet, ſiue medium locum.

APHORISM. XVIII.

His qui per circuitus habent acceſſiones, nihil dare, neque cogere, ſed detrahere ab adiectionibus ante iudicationes.

COMMENTARIVS.

QVæ in Aphoriſmo 10. dixerat, rurſus confirmare videtur, nempe in his febribus, quæ ordine quodam acceſſiones habent reperentes, in quibus tantùm exquiſita ratio inueniendi tempus alendi doceri poteſt, fugiendum eſſe tempus acceſſionis, præſertim cùm adſunt aut paulò poſt futuræ ſunt, non cùm declinant, aut ceſſant, vt latius oſtendimus in prædicti Aphoriſmi Commentario. Per id quoque tempus ab adiectionibus detrahendum eſſe dicit, ante iudicationes, hoc eſt morbo ad ſummum vigorem accedente, quo tempore iudicationes fiunt. Si acceſſio aliqua eueniat, tunc maximè à cibis abſtinendum, aut ab ea adiectione, quæ erat ex vſu toto morbo, cùm ſummis vigor accedit, nonnihil eſſe minuendum.

APHORISM. XIX.

Ea, quæ iudicantur, & quæ iudicata ſunt integrè, non mouere, neque nouum facere, neque purgantibus medicamentis, neque alijs irritamentis vti, ſed ſinere.

COMMENTARIVS.

PRæſens Aphoriſ. ad partem artis factiuam pertinet, cuius munus eſt docere an agendum ſit aliquid, an non. Hic autem docet occaſionem ceſſandi ab omni medico auxilio: & quamuis hæ multæ ſint, vnica hic habetur, videlicet quando indicationes perfectæ fiunt, aut factæ ſunt, *ἀρτίως* dixit, quæ vox teſte Galeno, idem ſignificat, quod *ἀπαρτὶ*, id eſt perfectè, vt conſtat, quoniam ea voce vſus eſt in ſimili ſententia, libro de humoribus. Verùm quoniam non ita habet Græcus Hippocrat. codex, ſed *ἀρτίως*, loco huius, *ἀπαρτὶ* ſcribi debet eo loco autore Galeno, hoc tempore præcipit abſtinendum eſſe ab omni remedio, ita vt nihil moueamus, neque nouemus, neque *φαρμακείῃσι*, id eſt purgantibus medicamentis, neque his, quæ quouis alio modo irritant, ſed ſinere naturam integrè ſuo fungentem munere. Tempus itaque iudicij feriatum eſt, cum natura perfectè iudicat, & finita iam iudicatione perfecta. Perfectè iudicari ea dicuntur, aut iudicata eſſe, quoties natura humorem noxium vacuat, aut tranſponit in partem ignobilem: bonas enim iudicationes fieri dicimus per manifeſtas excretiones, aut per effatu dignos abſceſſus, ſed priores ſunt meliores, omnes verò ſubitæ, fit etiam in die decretorio perfecta iudicatio, quod ad iudicij ſecuritatē neceſſarium reputat Galenus: quæ enim talis eſt, nunquam reddit. Decet etiam ſigna coctionis antecedere, aliàs ſcimus ex Hippo. 5. de morbis pop. cruda & incocta, & ad malos abſceſſus conuerſa ſignificare defectus iudicij, vel labores, vel longitudines, vel eorundem mortes, vel reuerſiones. Oportet præterea, vt totus humor euacuetur, qui morbū facit: nam quæ relinquuntur in morbis poſt criſim, faciunt recidiuas, & vt fiat per conuenientem regionem: quòd ſi per aliam fiant, non ſunt cohibendæ vacuationes, ſed reuellendæ, aut deriuandæ cum vacuatione. Vbi igitur indicatio omnibus his numeris fuerit abſoluta, & ſine prauis ſymptomatibus fiat, quod eſt rutum eſſe, iure ab omni auxilio erit abſtinendum, & nullo modo mouere conueniet, aut ſudorem, aut vrinam, aut menſes, nec nouū facere medicamētis purgantibus, aut quouis alio irritationis genere, vt clyſteribus,

Occaſio ceſſandi ab auxilio.

Indicata perfectè, quæ.

glandibus

glandibus & ſimilibus, ſed ſinere naturam probè operantem ſuum munus perficere, ne fortè prædictis auxiliis, aut natura à munere diſtrahatur, aut plus iuſto operetur. Porrò tardas naturæ actiones, & vacuationes quæ aliàs bonæ ſunt, iuuare licet, quamuis neque id ſit neceſſarium, vbi non immineat aliunde periculum ex mora, verùm hæ non ſunt iudicationes, cùm non ſint ſubitæ vacuationes aut tranſpoſitiones, ſed ſunt fines morborum per coctionem, aut ſimiles ſenſim factæ vacuationes.

APHORISM. XX.

Quæ ducere expedit, quò maximè natura vergit, per conferentia loca, eò ducere.

COMMENTARIVS.

HIc Aphoriſm. de his ſcribitur quæ natura vacuare tentauit: cæterùm eam vacuationem non compleuit, ac ſeruat ordinem ad præcedentem, cùm enim in præcedenti dixiſſet, nihil agendum eſſe vbi iudicationes perfectæ fiunt, aut factæ ſunt modo vbi perfectæ non fuerint, inquit, ea ducenda eſſe, quò maximè natura vergit, per conferentia loca, quæ ducere conuenit: ea enim ſunt quæ ducere expedit, quæ cùm naturam vacuare tentaſſet, non perfecit vacuationem, & ea eſt regio conueniens, per quam natura tentauit, vbi ipſa ſit de congruentibus vacuationi.

Quæ ducere conuenit.

Tentat autem natura vacuare, cùm commouet, & nihil vacuat: ſic & cùm parum quid vacuat, & aliud in corpore relinquit, quod vacuare conuenit ad complementum operis naturæ: id verò per quam partem natura impetum facere cœpit. Antecedunt namque criſes ſigna quædam decretoria, quæ ſunt ſigna tantùm, vt nauſea, capitis dolor, nigra ob oculos apparentia, labij inferioris tremor, vomitus bilis, & pulſus temporum, oculorum hebetudo, naſi pruritus, & rubedo ipſius atque oculorum, fluxus ſanguinis è naribus. Sunt & alia ſigna decretoria, quæ habent rationem ſigni & cauſæ, cùm aliquid vomitu, aut ventris fluxu vacuari incipit, & ſtillæ ſanguinis è naribus, & cutis madores. Si præcedunt ſigna prædicta, notum eſt quò vergit natura. Quòd ſi præcedentibus ſignis, quæ ſunt ſigna tantùm, natura nullam faciat vacuationem, aut præcedant ſigna, quæ habent rationem cauſæ, ſed imperfecta & pigra ſit vacuatio, medicus has actiones perficere debet per ea loca, per quæ natura tentauit, ſi conſerentia ſinit.

Loca vacuationi conferentia.

Conferentia loca ſunt, venter ſuperior, & inferior, meatus vrinarij, cutis, vterus & hæmorrhoides, & venę, quæ ad nates ſunt, αἱμοῤῥάγιαν appellauit Galenus, quæ vox ipſo autore in Commentariis in libro primo de morbis popul. fluxum ſanguinis narium ſignificat. Purgantur quoque per nares, & palatum capitis excrementa. Præterea etiam ad loci conferentiam conducunt rectitudo, veluti in morbis iecoris, naris dextra: connexio vt gibbæ partes iecoris, cum renibus, cauæ cum ventre: ſic etiam ſi locus, per quem ſit vacuatio, læſus eſt & vlceratus, & ſi membrum in quod repit naturæ actio fuerit præcipuum, omnia hæc vitanda, & in aliam viam conuertenda vacuatione: ſic & vbi humor ſua natura fuerit admodum craſſus, aut multus, ita vt ſudore, aut vrina duci non facilè poſſit. Quod non aduertentes medici qui mecum curationi quartanæ Caroli Hiſpaniarum principis maximi interfuerunt, ad finem quartanarum primarum, cùm ſudare incipiebat, non ſine ſtrepitu, & clamore præcipiebant afferri medicamenta ſudorifica, quibus bibitis ſudores validos & copioſos mouerent: bifariam mehercule errantes, tum quòd quartana febris rarò admodum viſa eſt ſudore iudicata, ob humoris craſſitudinem, qui nunquam integrè ſudore vacuabitur, tum quòd morbus ille longiſſimus fuit: inuaſit enim ad initium Auguſti, anni 1559. & finitus eſt anno 1561. ad finem Octobris, & ante hunc poſtremum menſem nullæ notæ coctionis ſunt viſæ in vrina: quapropter euacuationes tentatæ multo ante id tempus non ſine manifeſta noxa patientis ſucceſſiſſent.

Sudor in quartana incipiente, Caroli principis hiſtoria.

Huius Aphoriſm. ſententiam Galen. exponit de actionibus, quas natura tentat, & ob imbecillitatem perficere nequit, libro aduerſus Eraſiſtratum. De venæ ſectione dicens: quæ ducere expedit, quò maximè natura vergit per conferentia loca, eò ducere.

Nam ſiquidem tum temporis expellere conatur, id quod eam infeſtat: cùm autem præ imbecillitate finem operi imponere non poſſit, noſtra auxilia implorat. Hanc medendi meth. ſeruauit lib. 9. method. med. dicens: Itaque ſi tempore mittendi ſanguinis menſes moueri contigerit, aut hæmorrhoides aperiantur, ſi inſpecto fluentis impetu ipſe ſatis fore videbitur, qui ſolus quod requiris vacuet, naturæ rem omnem permittes. Sin minus, tantùm ipſe detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur, quod poſtulas.

APHORISM. XXI.

Cocta expurgare, & cruda non mouere, neque in principiis, niſi turgeant, plurima verò non turgent.

COMMENTARIVS.

HIc Aphoriſmus pariter cum ſuperioribus duobus connectitur, cùm enim dixiſſet Aphor. 19. abſtinendum eſſe ab omni medico auxilio, quando natura perfectas atque integras efficit indicationes, & in 20. qua via educenda ſint, quæ ducere expedit, non integrè indicata, modo naturam docet eorum quæ ducenda ſunt purganti medicamento, aut enim cocta eſſe debent, aut turgentia, cocta, inquit, φαρμακεύειν, id eſt, purgare cruda non mouere, neque in principiis, niſi turgeant, & plurima non turgent: præter cocta igitur pauca ſunt, quæ purgari debeant Hanc ſententiam oraculum eſſe dixit Galen. lib. 4. de ſanitate tuenda, & iure quidem: quoniam hæc diuina prope & ſummopere ſeruanda ſententia eſt.

Cocta purgare.

Oraculum.

Quod præceptũ quotidie ſe nobis offert, quando in omnibus morbis à materia pendentibus, præſertim in venis copioſa, ſtatim de purgatione conſultamus, tum etiam de purgationis occaſione, acclamantibus omnibus ferè medicis minoratiuam, quam dicunt purgationem ab initio eſſe molliendam, & communes, quas ipſi vocant materias eſſe ducendas pharmaco, deinde totũ reliquum humorem ad coctionem ſeruandum.

Minoratiuam.

Nos verò perpetuò humores & excrementa, quæ in prima regione continentur, clyſteribus primis melle coctis, & iure pulli, aut mercurialis ducimus, citra febrem humoralem quoque ſi humor in primis venis contineatur, poſt attenuationem, & inciſionẽ, ſi opus fuerit, humorem purgamus agarico, aut elect. diaphœnicõn, cum febre verò purgans medicamentum cocto humore propinamus, aut ab initio ſi humor turget, turgentem autem appello cum Galeno ad Hippocrat. mentem agitatam de loco in locum, & minimè quietam, aut firmatam in parte quapiam, in Commentario præſenti, & primo ſectionis 4. Principium tempus cruditatis eſt: cruda autem mouenda non vult, neque in principiis, niſi turgeant, quoniam quamuis in principio, & augmento crudus humor ſit, ſi quando conuenit ipſum purgare, maximè in principio, cùm natura coctionem

nondum eſt aggreſſa, nam in augmento mrlius aſt dimittere naturam vacare coctioni. Crudo igitur humori medicamentum expurgans non conuenit, neque io ipſo principio, de qno magis credi poſſet, conuenit tamen eo tempore ſi turget humor. Vbi verò non turgeant, cocta eſſe debent, quibus purgaotia conueniunt medicamenta, cooneninnt etiam & crudis quæ citra febrem parata ſunt, in cutim, aut locum alium transfundi, & his qui nuliam coctionem admittunt. Addit plurima non turgere quoniam tarò ſunt homores per corpus agitati: vt dicemns circa Aphoriſm. 23. Dixiſſem tamen multa da coctione, & coctorum purgatione, niſi fuiſſet à nobis explanatus hic Aphoriſm. libro ſecundo de art. meden. capit. de purgatione, ex cuius lectione puto abundè patere huius enarrationem. Illud autem boc loco dicere non prætermittam medicos eos, qui pharmaca minoratiua exhibent crudo morbo: quamnis aſſumpto eo medicamento æger vigeſies deiiciant in mediocri ſemper quantitate, eam purgationem minoratiuam appellare: cùm verò tentant erradicatiuè, vt aiunt purgare, valde copioſo adhuc manente humore & morbo vehementi, ſi quater aut quinquies moderata quantitate deiiciant, copioſam & radicatiuam dicunt eſſe purgationem: tentant enim purgationem per ſcammonium, & alia calida ſimui & valida medicamenta, validiſſimis adhuc exiſtentibus febribus, quo tempore vniuerſum corpus exurunt, & febris medicaminum vires diſſipat, & ſites vehementes concitantur. Ab initio verò minori exiſtente febre & valde pieno corpore conſeqootionis ratione multa ducuntur à medicamento, & omnia cruda, & mala bonis & coctis miſcentur, & ſuſque deque aguntur, quæ vbi turgent, facilè ducuntur, cùm non egeant, niſi veluti manu ducente.

Aduerſus medicos quoſdam.

APHORISMVS XXII.

Prodeuntia non multitudine conticienda. Sed ſi prodeant qualia oportet, & ager ferat facilè, & vbi opus fuerit, vſque ad animi deliquium ducere, & id facere, ſi ſufficiat agrotans.

COMMENTARIVS.

EOrum, quæ à corpore exeunt, qoaois via, & quouis euacuationis genere quantitatem definire docet in præſenti Aphoriſm. non conſiderata excretorum quantitate, quoniam hæc nollam habet certam menſuram, ſiquidem noo ſunt partes ſucci vacuandi in diuerſis morbis, & diuerſis hominibus, & diuerſis temporibus: nollam igitur certam quantitatem poteris animo concipere, ad quam euacuatorum facta collatione intelligas an corpus ſit abundè vacuatum. Aliunde tamen ipſam definire docet, nempe à conditione vacuati, & ab ægri tolerantia. Si enim talia vacuantur, qualia oportet, & æger facilè ferat vacuationem, quantitas euacuati nondum modum excedit, ac perinde decet ipſam permittere vlterius procedere, ſiue à natura, ſiue ab arte facta ſit. Tunc verò ipſam impedire conuenier, cùm aut conditiones non ſeruauerit, quas ſignificant talia & qualia, & Aphoriſ. 1. huius ſectionis ſunt à nobis explicitæ, aut æger non facilè ferat eandem. Ita difficilis, aut vtcumque moleſta euacuatio, qoam non bene ac facilè fert æger, & mutatio conditionis excreti, manifeſta indicia erunt completæ iam ac perfectæ vacuationis. Sed videtur in Hippocratis ſententia vnum duorum abundare, dixit enim: Si prodeunt qualia oportet, & æger facilè ferat: fieri etenim nequit vt prodeant qualia oportet, & æger non facilè ferat vacuationem, dicente ipſo: Si qualia oportet purgari purgentur, conferre, & facilè ferri. At quamuis verum ſit vnum horum ad alterum ſeqni, vtrumque conſiderare præcepit ad euidentiorem notitiam, conditionem eius, quod procedit à corpore, & ex facultate ægri tolerantiam. Præterrà ad comprobationem ſuæ ſententiæ, multitudinem nempe excretorum, nuiiam menſuram euacuandorom nobis præbere, addit: Et vbi opus fuerit ad animi deliquium ducere, id facere vbi æger ſufficiat: ac ſi diceret, tantam quantitatem ducere aliqnando licere, vt oonnunquam conuenit, ad animi deliquium ducere ægrum, ſi facultas id ferat. Fert autem vitalis facultas quandoque maximas vacuationes, cùm interim dum æger animo linquit, manu pulſui admota, agnoſcimos ipſum aut conſtare, aut parum languere: cùm enim ſanguinem mittimus ad animi deliquium id expoſcente morbo, manum pulſui admouemus, quē ſi manifeſtè minui videamos, ſtatim venam claudere iubemus: in aliis namque vacuationibus quæ purgatione ventris, ſudore, aut fluxu ſanguinis narium fiunt, neque tuta res eſt, neque tale quidpiam facere aliquando tentabimus.

Quantitas eorum qua vacuantur vnde definienda.

Linquunt autē ægri animo perterriti rei oouitate, aut vtcumque timentes ſanguinis miſſionē, aut bila vacuationis tempore ad os ventris confluente, vti & alij ſurgentes à lecto, aut ſedentes: non tamen ioquimur de his, ſed de animi deliquiis, per quæ animalis facultas, præ euacuationis quantitate deficit. Hanc autem vacuationem tribus de cauſis conuenire Galen. in commentario docet ob febres ardentiſſimas, maximas inflammationes & dolores ingentiſſimos. Ob maximas inflāmationes euacuationis, & reuuiſionis ratione, quammaximè proficimus, tum quòd ſanguinis impetum cobibemus, & influxum vacuamus, tum quòd perterrita natura ſoiet ab omni loco diſtrahere ſanguinem ad cor per deliqnia animi. In febribus ardentiſſimis præſertim quibus copia ſanguinis efferueſcētis, aut ſimul etiam putreſcentis moleſtat, ſangoinis miſſio ad animi deliquium, corpus vniuerſum refrigerat, & ſæpe ſudores aut aliæ ſeqnontur vacuationes, quæ ægrum iiberant, quin & ſola ipſa miſſio ſanguinis, ſine alia manifeſta euacuatione id facere valet. In ardentiſſimis verò, quæ à bile fiunt, non ita: nam tutius eſt in ipſis magnam aliquam bilis facere vacuatiooem. Io doloribus tamen vehementiſſimis nouimus quātum valeant maximæ ſangninis vacuationes, & ad aoimi deliquium diſtracta doloris cauſa. Præterquam ſi dolor vires diſſoluerit: tunc enim non licet, ac perinde dixit Hippoc. ſi æger ſufficere poteſt. Neque idem eſt vires diſſoloere, ac diſſoluiſſe: dum diſſoluuntur enim, adhuc conſtare poſſint, diſſolutæ non conſtant. Cæterùm de miſſione ſangoinis ad animi deliquium noo pauca diximos lib. 2. de arte med. cap. De ſanguinis miſſione.

Animi deliquij cauſa.

APHORISM. XXIII.

In acutis paſſionibus rarò & in principiis medicamentis purgantibus vti, & id bona cum præmeditatione facere.

COMMENTARIVS.

DVo docet in præſenti ſententia, primum docuerat ſuprà eiſdem ferè verbis dixit enim: In acutis paſſionibus rarò conuenire purgantia medicamenta, idque in principiis faciendum. Dixerat autem ſuprà Aphor. 21. cruda noo eſſe mouenda, neque in ipſis principiis, niſi turgeant, plurima verò non turgent: idem autem aſt rarò conuenire, & io principiis, & turgentibus conuenire in principiis, & plurima non turgere, hoc eſt rarò turgere, ac rarò conuenire purgantia medicamenta. Secundo loco admonet,

Digitized by Google

monet,vt id cum bona ac diligenti præmeditatione faciamus, *προξευνεμήσαντας*, inquit, hoc eſt bene prius diiudicantes, aut cum bona præmeditatione. Sed rurſos totam Hippocr. mentem ita aperiemus. *Cruda non mouere quid.* Quod Aphor.21.diait,cruda non eſſe mouenda,niſi turgeant,de omnibus morbis intellexit, in præſenti verò de ſolis acutis paſſionibus loquitur, de longis enim notius eſt quàm vt egeat repetita admonitione: ſiquidem in eis humores neque turgent, neque cogere videnturad intempeſtiuas purgationes,acutos autem morbos eos appellat, qui intra diem 14. finiuntur. Quòd verò paſſionibus dixerit, de morbis intelligendum eſt, quoniam *πάθος*, permanentem quoque ſignificat diſpoſitionem. Gal. namque lib.de differ.ſymptom. poſtqoam dixerat, affectum de permanentibus dici, paſſionem verò de his,quæ ſunt in motione & alteratione, addit: nihilominus Græci permanentem quoque affectum vocant Pathos. In acutis itaque morbis (inquit) in principiis conueniunt purgantia medicamenta, ſed rarò,quoniam nou conueniunt eo tempore niſi humores turgeant, rarò verò turgent:pauci namque ſunt per corpus agitati, & qui facilè poſſint ad loca purga- *De purgatione aduerſus medicos.* tionis vi medicamenti duci. Ea eo tamen,quòd rarò dixit, hoc eſt, turgentibus rantùm conuenire purgantia medicamenta: conſtat quàm ſint reprehenſione digni medici noſtri ſecoli, qui nullum non purgant acuro morbo laborantem, aut in principio non turgente humore,aut in augméto. Omnes verò in ſtatu dum feruentiſſimus morbus eſt,cùm tamen à principio vbi non turgent ſit ſatius coctionem ſpectare,& in augmento permittere naturam vacare ſuo operi,& in vigoris prima parte, ipſam non diſtrahere à coctione, quæ tunc maximè fit, & in ſecunda attentè inſpicere quò vergat natura,& an aliquam eenret iudicationem, ne nos naturæ contrarium motum moliamur, & ipſius impediamus curſum. Nam in poſtrema iamiam inclinante morbo, cùm natura nõ mouet,aut imperfectè mouet,quamuis hic purgationem ſubticuerit, ipſam præcepetat Aphor.20.dicens.Quæ ducere conuenit,quò natura vergit ducere. Duo inde reſtant tempora purgationi opportuna,principium cùm turgẽt morbi,& propè inclinante morbo. aut iam inclinante. Quod ſequenti docebit ſectione, cùm dicet, incipientibus morbis,ſiquid videtur mouendum moue,cùm conſiſtunt ac vigent, melius eſt quietem habere, quoniam circa initia & fines omnia ſunt imbecilliora, circa ſtatus fortiora. licebit igitur circa principia & fines purgare.Morbo verò non turgente in principio, & in augmento inſtante acuto morbo quid agendum ſit, Hipp. docuit lib.4. De ratione victus *Morbo incipiente ac non turgente quid agendum.* acu.Sect.45.dicens: Corpus quieti permittere, vngere, & æqualiter contegere oportet, mulſámque aquoſam bibendam, & ptiſanæ cremorem veſperi ſorbendum dabis, ventrem ab initio clyſtere duces, ſed medicamenta purgantia non admouebis,nempe ſi ventrẽ moueris,vrina non maturabitur,febríſque citra tum ſudorem, tum iudicationem in longum protrahetur tempus. Quod ſecundo loco dixit in præſenti ſententia. Id cum bona præmeditatione facere,multis de cauſis protulit, quæ à medicamentis purgantibus, humoribus vacuandis, & corporibus ipſis deſumuntur.Medicamenta ſanè purgantia, quæque humores familiaritate ſubſtantiæ vacuant calida ſunt, & acuti morbi cõtinuas febres coniunctas habent,quas medicamenta augent, & irritant. De quibus Gal.lib.2. de ratione victus acu. comm. 12. inquit: Medicamentorum purgantium natura, corporum purgandorum naturis contraria eſt, & veluti lethalis ac deleteria.Non ſunt de hoc genere roſa,viola,ſerum,caſia quoque fiſtularis fortè eccoproticum medicamentum eſt, & quod conſequutionis ratione aliquando potius, quàm electione humores vacuet,& parũ calida eſt. De hac quidem, & manna,& rhabarbaro,& ſyrupo roſato de nouem infuſionibus, & multis compoſitis medicamentis, quæ quamuis ſcammonium, turpetum & colocynthim recipiunt, valde moderata ſunt, & correcta: dicerem licere ſanè cum maiori audacia eis vti, ſed non tempeſtiuè, aut extra prædicta tempora. Circa humores purgandos non leuis meditatio præcedere debet,ſiquidem eos oportet extenuare,& fluidos facere mulſa, aut aceto mulſo, ſolis aoi adiunctis medicamẽtis,eaſdem vires habentibus,adhuc etiam turgentibus,& ab initio,primíſque ipſis diebus purgatione egentibus: nam & præparationem eorum ſtatim aggrediemur ob morbi breuitatem. Corporum quoque diſpoſitio non parum conſideranda: nam ante purgationem decet inſpicere,an pars aliqua de nobilioribus inflammatione tentetur, & an ſit iecur, aut ventriculus, aut venter ſupramodum vratur, aur diſtentus ſit:hos enim purgare non conuenit, & an meatus laxi ſint abundè.Quam ob rem corpora,cùm quiſpiã purgare voluerit,fluida facere debet,& vti 6.de morb. pop.part.5. inquit, Elleborum bibentem, citius purgare ſi velis,lauare atque comedere: & infra, ſect.5. Ad elleboros, qui non facilè ſupra purgantur, pluri cibo, atque quiete vti oportet. His de cauſis rarò conueniunt purgationes,ſiqoidem rarò hæc ſimul adſunt. Cæterùm quod cum bona præmeditatione dixit, Galen. tria nobis ſignificaſſe refert: Diligentem examinationem, an conueniat purgare,an non,& an maior noxa ſequatur ex vſu calidorum medicamentorum adaucta febre,quàm vtilitas ex malorum ſuccorum vacuatione: corporis præparamentum, per humorum præparationem ad fluxionem & meatuum laxitatem:& recti iudicij ſpectationem.Hoc eſt,vt medicus ſumma prudentia,& omnibus rectè perpenſis iudicium ferat,de vtilitate, aut noxa,de tempore, & medicamenti,tum natura,tum quantitate,& de ægroti viribus, vt quoad fieri poſſit maximè noxam omnem metiatur,proſpiciat, ac præcaueat,& ægrum ſeruet.

APHORISM. XXIV.

Si qualia purgare conuenit purgentur,confert,& facilè ferunt: contraria verò,difficulter.

COMMENTARIVS.

QVoniam de purgationibus loquitur in hac ſectionis parte,placuit hanc ſententiam repetere,quàm Aphoriſm.1.ſcripſerat, quo loco abundè à nobis eſt expoſita.

HIPPOCRATIS APHORISMORVM SECTIO SECVNDA, CHRISTOphoro à Vega interprete & expoſitore.

APHORISM. I.

In quo morbo ſomnus laborem facit, lethale: ſi verò ſomnus iuuerit,non lethale.

COMMENTARIVS.

PRæſens Aphoriſm. ſicuti & nonnulli ſequẽtes ad partem artis prognoſticam attinet, lethalem docens diſpoſitionem, per quam ſomnus in morbis lædit, non lethalem, ſi iuuat. Somnus *Somnus.* quies eſt animalis facultatis ob vaporem mitem,qui

occupat cerebri meatus:colligitur enim calor ad viſcera per ſomnum,& interim laborat in cócoquendis,& ſuperandis cibis,ac ſiccis:vapor autem qui ex eiſdem eleuatur in caput,ſomnum conciliat, donec diſſoluatur, & animal à ſomno excitetur. Colligi quidem calorem ad viſcera per ſomnum teſtatur

In ſomno calor intus colligitur.

Hippocr.6.de Morb.pop.part.4 dicens: Planè vigilans exterius calidior, interius frigidior. Dormiens contrà,& rurſus in ſomno ſanguis ad interiora magis fluit,& lib.eodem, parte tertia, Labor articulis

Somnus coctiones iuuat.

& carnibus, cibus & ſomnus viſceribus. Vnde manifeſtum fit,ſomnum coctiones iuuare,vti & Galen. lib.3.de cauſis ſymptom. teſtatur, quoniam hæ per ſomnum meliores fiunt in ventre & corpore toto. Somnus enim cibos coquit, craſſos humores ſuperat,& acres mitigat humectatione:ſolet autẽ quandoque laborem,ſiue læſionẽ inferre,id enim πόνος, hoc in loco ſignificat quáuis aliis in locis dolorem ſignificet, vt cùm inſra inquit δύο πόνων,id eſt,duobus doloribus ſimul factis: quandoque ſignificat exercitationem, vt lib.6. de Morbis popul. parte 5. πόνοι, id eſt, labores cibos præcedant. Hac de re Cicero 2. Tuſcula. quæſtionum Græcos reprehendit,quòd vno nomine multa ſignificent, qui verbis ſolent plurimum abundare:loquens enim de labore & dolore inquit: Hæc duo Græci illi, quorum copioſior eſt lingua quam noſtra,vno nomine appellant (& rurſus) O verborum inops interdum, quibus abundare ſemper putas Græciã; aliud,inquam,

Somnus quibus morb. lædit.

eſt dolere, aliud laborare. Lædit itaque in quibuſdam morbis,vti in caro, & lethargicis affectibus,& febribus à catarrho ortis, & in quibuſdam morborum temporibus,vti in acceſſionum principiis ſemper, & in augmentis earundem, magna ex parte,& quãdoque in ſummis vigoribus:præſertim febrium ortarum à pituita:in declinationibus autem ſemper

Somnus quibus nocet temporibus.

ſolet à natura iuuare ſomnus. Cùm enim in acceſſionibus humor totus diſſolui debeat, in principiis cùm humor colligitur, & facultatẽ grauat interius ſomnus nocet, aut quoniam maiorem efficit recluſionem,aut quoniam diffuſſionem impedit, in augmento ſimili ratione nocet:in ſtatu aliqua ex parte craſſis peccantibus ſuccis impedit diſſolutionem,& multitudine opprimitur calor: in declinatione verò, neque oppreſſionis caloris, neque reditus humoris ad interiora periculum imminet: diſſoluitur autem facilè quod reliquum eſt, & ſi quid in viſceribus manet, id coquitur & ſuperatur. Quòd ſi hoc tempore quo ſomnus naturam iuuare ſolet,noceat, lethale ſignum ſtatuit Hippocrat.ſignificat enim in viſceribus adeſſe inflammationem, quæ ex ſomno eo tempore irritatur,& quamuis non valde noceat, (neque enim id ſignificare voluit Hippocr.) valde tamen malum ſignum eſt:quoniã deberet natura ſua iuuare, & non iuuat, ſed præterea nocet, quæ duo mala ſunt,alterum priuatiuum, alterum poſitiuum. Neque etiã ſequitur ſi lethalis diſpoſitio eſt, ipſam adeò malam eſſe,vt neceſſariò mors ſequatur, ſicuti neque ad multas alias,quæ ab Hippoc.lethales cenſentur,ſed ſunt de his,quæ lethales nominantur, & quas cum ſalubribus conferre oportet, & numero, & dignitate, antequam mortis præſagium feramus. Si verò iuuat, inquit,non lethale:ſomnus enim per prædicta tempora ſuapte natura iuuat: quapropter iuuare non erit valde bonum, ſed erit non malum ac non lethale, quamuis aliorũ malorum ſignorum ratione æger mori poſſit.Nos ſanè non tantum non lethale ſignum eſſe dicemus ſomnum iuuare, ſed & bonum: quoniam bona vrina in morbis, qui ſunt extra vaſa,in quibus propriũ ſignum non eſt,quamuis ſuapte natura bonum ſignificet, vbi talis apparet, bonum ſignum dicimus, non tantùm non malum,& conſtare mente, & bene ſe habere ad oblationes, bonum: ſic & ſomnũ iuuare,quod maiorem prædictis habet boni rationem, bonum, quoniam bona vrina,vti diximus, & conſtare mente,& bene ſe habere ad oblationes, bona ſunt, vt ſigna tantùm: ſomnum autem iuuare, bonum ſignum eſt, & bona cauſa:ſignum ſiquidem indicat bonum vaporem in cerebrum aſcendere, & calorem non admodum acrem,& naturam humores ac cibos coquere,à quibus vapores ſuſcitat. Et cauſa item bona, quoniam iuuat, & vires reparat animales. Præterea quæ in ægris ſanis ſimilia manent & perſeuerant, bona ſunt. Cæterùm cum Hippoc.non lethale dixit, non negauit bonum etiam eſſe: ſed vt Galen.inquit, id quod magis tutum eſt pronuntiauit, cùm ſomnus iuuat,non lethale: nam & poſſet æger alia ratione mori.

APHORISM. II.

Quando ſomnus delirium ceſſare fecerit, bonum.

COMMENTARIVS.

Somnus ſymptomata mitigat.

SOmnus multa ſymptomata ſolet mitigare,ac ſedare,vti dolorẽ:(eſt namque doloris præcipuum remedium) ſitim,ardorem,ſedat etiã quam maximè mentis agitationem, quam παραφροσύνην, hoc loco appellauit Hippocr. nos delirium diximus. Ex his vnum hoc tantùm vti exemplum ſecundæ partis Aphoriſm.prioris ſcripſit, ac ſi diceret, continuata oratione,ſi verò iuuerit,non lethale,vt quãdo ſomnus delirium ceſſare fecerit, bonum.Nos in præcedenti Comment. diximus,cùm ſomnus iuuerit,non tantùm non lethale ſignum eſſe, ſed bonum, quod præſens comprobat ſententia in ſomno delirium ſedante,& in aliis nempe doloribus,febribus,& inflammationibus,de quibus Galen.in comm.bonum eſſe adſcripſit.

APHOMISR. III.

Somnus, vigilia, vtraque ſupra modum facta, malum.

COMMENTARIVS.

IN ſomno & vigilia exempli gratia docet quod ſequenti Aphoriſ. generali doctrina ſtatuit,quod præter naturam eſt, immoderatum eſſe, & immoderatum non eſſe naturale,nec bonum. Cùm igitur ſomnus aut vigilia ſupra modum, aut ſupra mediocritatem facta fuerint, mala eſſe notiſſimum eſt.

Somnus & vigilia ſupra modum mala.

Malum ſanè eſt ſupra modum dormire, quoniam ſignificat multam cerebri frigiditatem, aut humiditatem,aut vtrũque, cùm ſola humiditas abundat, ſomnus longior iuſto fit, frigiditate verò abundante ſola, aut ſimul cum humiditate, καρώδεα fiunt,id eſt,graues ſopores: qui non tantùm longi ſunt, ſed & difficilem habent expergefactionem. Significat

Somnus longus quæ mala affert.

quoque ſomnus iuſto longior, aut etiam grauior, craſſos,multos,frigidos, ac lentos humores in cerebro contineri. Malum autem ſequitur adhuc cauſæ ratione: ſiquidem facultas animalis opprimitur, & conſequutionis ratione vitalis, laborantibus reſpirationis inſtrumentis:tepeſcit corpus, & excrementa retinẽtur.

Vigilia modum excedẽs quæ mala affert.

Vigilia rurſus moderata,diſſolutionem vaporum ſuauium ſomnum naturalẽ efficientium, ſignificat,cùm verò modum exceſſerit, calorem aut ſiccitatem,aut vtrumque abundare. Præterea cauſæ ratione hæc mala affert, virium diſſolutionem, cruditates,& corporis ariditatem, & mentis turbationes,ac deliria.Malum igitur eſt alterum horum modum excedere. Galen. in comment. quorundam refutat opiniones (ſed de nominibus fuit diſputatio) quantum ad ſomnum attinet ipſum, de ſolo moderato dici volentes,immoderatũ eſſe κῶμα. Cæterùm

ſomnus

ſomnus longus, ſomnus dicitur, ſola longitudine peccans κῶμα, tamen difficilem etiam habet expergefactionem. De vigilia rurſus dixerunt ἀγρυπνίαν, id eſt, euigilationem, aut peruigilium, de ſola vigilia præter naturam modúmve excedente dici: verùm quod parum modum excedit, pariter moderatum aliorum collatione dici poſſe, inquit. Nos verò dicemus ὕπνον, id eſt ſomnum, de naturali, & non naturali, ampla voce, dici, ſic & ἀγρυπνία, id eſt, vigilia de ea, quæ parum, & quæ multum modum excedit, dicetur, quin & de naturali: nam teſte Phauotino ἀγρυπνία, idem eſt quod ἀϋπνία, additis, γ, ρ, ἀϋπνία verò omnem vigiliam ſignificat. Quapropter ſomnus & vigilia de naturali & non naturali dicentur. Hippocr. verò in cauſis non naturalibus, quas appellant, & noa ita eas appellare ſolemus, mediocritatem commmendat.7. lib. de Morb.pop. part.6. dicens, Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia moderata.

APHORISM. IV.

Non ſatietas, non fames, neque aliud vllum bonum eſt, quod natura modum excedat.

COMMENTARIVS.

Natura modum excedentia, bona non ſunt.

ALiud exemplum apponit eorum quæ cùm modum excedunt, mala ſunt, ad finem colligens nullum eorum quæ naturæ modum excedunt, bonum eſſe. Exemplum eſt in ſatietate, ac fame, quæ cùm naturæ modum excedunt, malum oſtendunt: ſunt enim quæ in his Aphoriſm. ſcribuntur ſigna, vti ſomnum in morbis lædere, ſomnum delirium ſedare, & ſequenti Aphoriſm. ſponte laſſitudines euenire. Sic & ſatietas, ac fames. Quapropter λιμὸς, hoc loco non ſignificabit annonæ caritatem, neque alimenti indigentiam, de quibus ſuo loco agemus (hæc enim nihil boni aut mali ſignificant) ſed ciborum appetentiam: πλησμονὴ verò, quamuis omnem ſignificet abundantiam, & ſatietatem, hoc loco contrarium fami ſignificat, ciborum tamen appetentiæ inappetentia contraria eſt: hæc dicta eſt ab Hippocr. ſection.4. ſequenti Aphoriſm.17. ἀποσιτίη, eſt autem idem quod ἀνορεξία, teſte Galen. Comment. eiuſdem. Eritque Aphoriſm. ſententia, ciborũ auerſio, & eorundem appetentia, ſiue quoduis aliud, quod naturæ modum exceſſerit, bonum non eſt. Cùm enim naturæ noſtræ perfectio, ac ſanitas in quadam mediocritate conſiſtat, exceſſus omnia malum ſignificabit: Aphoriſm. tamen 51. ſequens de cauſis eſt, hic eſt de ſignis. Non potuit tamen λιμὸς, hoc loco famem ſignificare, quo indigentia ciborum eſt, de qua Hippocr. Aphoriſm.16. ſequenti dixit: vbi fames, laborandum non eſt: nam ciborum indigentia nihil boni, aut mali ſignificat. Præterea ſignificat ciborum indigentiã ex electione factam, vt Galen. eo comment. teſtatur. id verò quid mali docet? Significat igitur ciborum appetentiam, ex iis quoque fiet, vt πλησμονὴ non ciborum abundantiam, ſed eorundem auerſionem, hoc loco ſignificet, quam nos ſatietatem diximus.

APHORISM. V.

Laſſitudines ſpontaneæ morbos oſtendunt.

COMMENTARIVS.

DE laſſitudinibus ſponte natis quid ſignificent docet Hippocr. in præſenti dicens: morbos oſtendere, κόποι αὐτόματοι, dixit: κόπος verò corporis laborioſum motũ ſignificat, & quod nos laſſitudinem appellamus. Primum tamẽ non eſt, quoniam id non oſtendit morbos: Tum etiam quoniã addit, ſpontaneæ, quæ vox id quod ſine manifeſta cauſa fit ſignificat, vt nos comm.1. ſect.1. docuimus: motus verò corporis manifeſta cauſa eſt. Morbos autem φράζουσι, inquit, id verò hoc loco idem eſt quod δηλοῦσι, id eſt, oſtendunt, aut nunciant. Quòd tamen laſſitudines factæ abſque manifeſta cauſa morbos oſtendant, non omnino quidem iam præſentes, ſed futuros Gal. latiſſimè docet lib.3. de ſanit. tuen. laſſitudines ſiquidem vlceroſæ acres ſignificãt ſubeſſe ſuccos. Tenſiuæ multos plegmonis ſpeciem referentes, vtrumque muſculos occupare. Ad hæc verò facilè morbi naſcuntur, quos ipſæ laſſitudines, venturos iam oſtendunt, ac nunciant. De his multa diximus libro de arte medendi parte ſecunda. *Laſſitudines abſque manifeſta cauſa quid indicant.*

APHORISM. VI.

Quicunque dolentes aliqua parte corporis, magna ex parte dolores non ſentiunt, iis mens ægrotat.

COMMENTARIVS.

GAlenus abundè ac perſpicuè admodum expoſuit Aphor. ſententiam, ita vt non videatur noſtra opus eſſe enarratione. Cæterùm cùm intelligam à quibuſdam perperã euerti, quæ ab ipſo dicta ſunt: iure viſum eſt mihi Hippocr. ſententiã rurſus explanare, & Galenum à calumnia defendere. Sententia Hippocr. hæc eſt, ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει, quod eſt, Quicunque dolentes aliqua parte corporis, magna ex parte dolores non ſentiunt, iis mens ægrotat. πόνος enim vt comm.1. huius ſect. diximus, laborem, læſionem & dolorem ſignificat, verùm hoc in loco dolorem ſignificat, neque aliud potuit ſignificare: ſicuti neque Aphoriſ.46. & 47. ſequentibus, de labore enim, id eſt, corporis motu: non ſequitur, ſi ipſum magna ex parte nõ ſentit æger, mens ægrotat, neque ſequitur, ſi læſionem patitur, & ipſam non ſentit, mens ægrotat: nam quamplurimæ læſiones, ac leſionum cauſæ ſenſibiles non ſunt. Si tamen dolorem patitur, id eſt, cauſam habet, quæ dolorem inferre ſolet, & non ſentit ipſam pro maiori parte, eiuſdem mens ægrotat. Per dolorem autem cauſam doloris intellige: nam ea acceptione pariter vſus eſt Hippocr. qui lib.6. de morb. pop. part.2. dixit, In Cranone antiqui, ὀδύναι id eſt, dolores frigidi, noui verò calidi. Dolor autem ipſe, id eſt, ſenſus triſtis calidus, aut frigidus eſſe nequit: erit igitur cauſa calida aut frigida, & ita modo dolorem vti calorem ſentiri vult Hippoc. quia cauſam dolorem inferentem ſentimus. Sunt autem doloris cauſæ, quædam immediatæ, vt intemperies inæquales, & ſolutio cõtinui: mediatæ verò, quæ hæc inducere poſſunt: qui itaque cauſas habet dolorificas, & ipſas magna ex parte non ſentit, mente ægrotat, ſiquidem nimiam mentis turbationem, & vehementibus imaginationibus diſtractam eſſe ſignificat, dolorificas cauſas magna ex parte non ſentire: non enim eas omnino non ſentire neceſſum eſt, ad Aphor. veritatẽ, vt quidam cum Philoteo tranſtulit. Neque deturbat hanc Gal. expoſitionem, quod in hoc loco, hac voce πόνος, & lib.6. de Morb. pop. parte citata ὀδύνη, vſus fuerit: quamuis enim ὀδύνη dolorem propriè ſignificet, nihil vetat πόνον, dolorem hîc ſignificare, vti & in aliis dictis locis & alibi laborem, aut læſionem. Neque obſtat, quòd aliquo loco Hipp. bis duabus vocibus vtatur, quod fecit Prog.12. lib.2. cùm inquit, ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνων ἀγρυπνίη, id eſt, vel enim à dolore & laboribus vigilia, verùm quid vetat, ὀδύνην, ſignificare dolorem, & πόνον ſignificare laborem? Nos tamen vt obiter dicamus, aliter Græcum codicem legimus in noſtris enarrationibus, nempe pro ἀγρυπνίη, diximus, ἀγρυπνοίη ἄν, id eſt, vigilabit, & ſic placet legere Hipp. literam, vt eo loco tranſtulimus. Præterea cùm inquit τὰ πολλὰ τῶν πόνων, nemo rectè dixerit, plurimos laborum: nam ſi τὰ πολλὰ, aduerbij ſignifica-

πόνος.

Dolor cauſam doloris ſignificat.

Bbb 3 tionem,

tionem,& vlcem non haberet,ſed nominis, nullatenos conuenitet cum nomine ſobſtantiuo πόνος,maſculini generis. At decer Grammaticos eſſe interpretes,quos videbis pro τὰ πολλὰ, transferre, nunc quidem magua ex patte,poſtea plurimos, quæ maximè diſſident, & hanc ſecundam ſyntaxim Græca litera non patitur. Solent tamẽ Græci nomina neutra ſæpiſſimè pro aduerbiis vſurpare. Nemo autem Larinè, aut alia lingua eum qui magnam partem doloris non ſentit, diceret plutimos dolotum non ſeutire,& ipſemet Aphotiſm.28.ſection.2. τὰ πολλὰ, plotimum,tranſtulit.Optimè igitur Gal.ſententiam Hippocr. expoſuit. Non etiam Hippocr. vtitur in Aphotiſ. propria & vulgari acceptione huius vocis πόνος, id eſt,dolor. Nam vtrobique vulgaris eſt,pro cauſa doloris,cùm inquit:Quicunque dolentes,hoc eſt,cauſam dolotis habentes,magna ex parte cauſas dolorom non ſentiunt, iis mens ægrotat. Expoſuit Galenus hunc Aphotiſm.lib.7. de placi. Hippocrat. & Platouis. De doloris aorem eſſentia,& cauſis,lib. de arte med.part.3.diximus.

APHORISM. VII.

Quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere conuenit: quæ verò breui, breuiter.

COMMENTARIVS.

DE extenuatione & refectione corputum præſentem ſcribit ſententiam, docena hæc pari proportione fieri debere, ita vt poſt celerem extenuationem reficiamus celeriter,poſt tardam, tardè. Tuta ſententia ad vires reficientes refertur: cùm enim extenuatio non labefactat vires, facilis eſt tefectio, & quæ breui fieri poreſt: vires namque validæ multum alimentum euincere poſſunt à quo refectio fit, vt à materia; quòd ſi vires conſtant, & materia ſuppetit, breui fiet refectio. Conſtant autem, vbi breui facta ſuerit extenuatio. Quoniam verò per extenoationes quæ longo tempore fiunt, vires non conſtant, neque moltum alimentum ſuperare valebunt, neque breui corpus reficere. Extenuationes quæ breui fiunt, ſpiritus & humorum vacuationes ſequuntur, non tamen ſolidorum corporum diſſolutionem, vt magna ex parte fit: nam ſunt febres adeò validæ, vt breui ſolidas deuaſtent particulas.Cùm autem virium fitmitas in ſolidarum partium ſubſtantia, & temperamento qoalitatum coofiſtat, per breues morbos non motatæ diſſolutiones, & defectus humorum, & ſpirituum facilè reparabunt, ac breui. Corpora verò longo tempore extenuata, non tantùm ſpiritus & ſanguinis diminutionem patiuntur,ſed etiam ſolidorum membrorum,quibus diſſolutis vires labefactantur,quæ non niſi longo tempore refectionem efficient, ſenſim ſuperato alimento. Quòd autẽ exteouationes breui factæ ſolos ſpiritus & humores attingant,diutius ſi perſeueraoerint,ſolidas etiam partes,teſtatur Hipp. lib.6.de Morb.pop.part.3.dicens:Extenuatio omnis cutem laxat,deiude circum tendit: refectio,contraria. Quam ſententiam ita intelligere oportet.Extenuationem efficiont multæ exercitationes, alimentorum defectus,curæ,vigiliæ, dolores,motbi vaporationem aut colliqoationem efficientes. Præteres vacuationes ſanguinis, vomitus, fluxus ventris,ſudores & vrinæ.Hæ omnes primò laxam reddunt cutem,qood vtribus & veſicis vacuatis,omnibus accidit, vt poſt vacuationem laxæ & rugoſæ reddantur. Deinde cutis humana vacoatis humoribus & ſpiritibus,ſi diſſolutio humiditatis ipſius ſuccedat,dura, arida,ac tenſa fiet. Ab initio itaque cauſæ extenuantes non attigerunt cutis ſubſtantiam:ſic nec aliarum partium ſolidarum, quibus valentibus breui fient refectiones. Longa verò facta extenuatione,& quæ ſolidas attingat particulas, vti còm cutis tenditur, aoguent vires,& refectionẽ breui facere nequeunt. In extenuationibus igitur diſſolutio, & vacuatio, primò ſpiritua & bumores diſſipant,& cutis laxa fit, & refectio breui fieti poteſt:deinde diſſolutio tentat partes ſolidas,& cutis teuditur,& vires labefactantur,& refectio non facilè, nec breui fit. Quòd verò in refectionibus primò cutis tendatur,deinde laxetur,conſtat, quoniam ex alimento primò generantor ſanguis & ſpiritus, ad quorum generationem impletur cutis, poſtremò ipſa cum reliquis ſolidis humeſcit, ac laxatur. Reficies autem ſenſim corpus, ſenſim adhibito alimento, breui aotem ſi accumulatum exhibess, ſerues autem moderamentum in cauſis noo naturalibus, de qoibus dixit, Labor,cibus,potus,ſomnus,venus, omnia moderata.

Extenuationes breui factæ.

Extenuationem efficientia.

APHORISM. VIII.

Si quis à morbo cibum accipiens non roboratur, ſignificat corpus plurimo cibo vti,ſi tamen cibum non aſſumente id fiat,ſcire oportet quòd euacuatione indiget.

COMMENTARIVS.

DE conualeſcentibus qui ad ſanitatem tardè perueniunt loquẽs,docet cauſam inuenire aut remedio adhibito ad integritatem perducuntur, fit eoim ſæpe,vt poſt morbum,ſiue à morbo, vt Hipp. inquit,idem enim eſt, conoaleſcens non roboretur, non vtique reficiatur,quod euenit ipſo moltum cibum appetente, atque abondè aſſumente: euenit quoque,vt non roboretur,non appetẽs neque accipiens eibos decenti quantitate ad vires reparandas. Primum, inquit, ſignificat ipſum plurimo cibo vti. Si namque cibum appetit, & non eſt malus appetitus, qui ex morbo reoaleſcit, nam tales facultates, quæ cibos coquunt,& diſtribuunt conſtat, quòd ſi vires conſtant,& alimentum adeſt,quod reficere debet vires,reficientur ſanè, niſi ſupra vires ſit, qood aſſumitur: rectè igitur,inquit ſignificat quod plurimo cibo vtitur. Plurimum verò ad vires refertur. Quòd ſi eibom non accipiat, quod eſt non appetere,neque aſſumere eibos,aliquid reliquum eſt,quod ex morbo remanſit, refectionem impediens, quod abondat,id tamẽ quod abundat indiget vacuatione. Quoniam non pura corpora, Aphotiſ.ſequenti,quò magis nutries, eò magis lædes. Súntque non pura eorpora,quæ continent quod inotile & nocoum eſt. His verò miſſio ſanguinis debetur,ſanguine redundante,aut omnibus ſuccis ad portionẽ:ſi verò vnus tantùm, purgatio. Galenus in commentario illam Hippocratis loquutionem, cibos accipiens,& cibos non accipiens, dixit ſignificare accipere cum appetitu, aot non aeeipere, nec appetere, & eſſe Aſiaticam. Nos etiam Hiſpani eandem loquutionem ſeruamus. Nam de ægrotante qui cum appetitu cibos accipit,dicimus, Eſte enfermo bien come.

Conualeſcentis refectio.

Cibum accipere.

APHORISMVS IX.

Non pura corpora,quò magis nutries,eò magis lædes.

COMMENTARIVS.

PLacoit magis (quoniam teſte Galeno commentatio præcedenti huius & ſequentis Aphoriſm. ordo deprauatus eſt) debitum ordinem ſeruare, & hunc nouum ordinem facere, in quo præcedentis rationem adiungit: iu ſecunda nãque parte dixerat, ſi non aſſumente cibos, accidat, vt non roboretur, indicat euacuatione indigere. Quoniam ſine cibi aſſumptione vires non reficiuntur: cibum autem aſſumere non decet, vbi corpus impurũ fuerit,nam impura corpora quò magis nutries, eò magis lædes. Primùm notum eſt ſine cibo non refici corpora: ſecundum pariter,impurũ eſſe corpus,quod conualeſcit

Impura corpora nutrire non conuenit.

ex morbo, & non appetit cibum. Tertium verò eſt Aphor. præſens, cuius cauſa valde nota eſt: ſi enim in cœnoſum puteum aquam limpidiſſimam fundas, tota cœnoſa turbida reddetur: ſic & ſi prauis ſuccis in corpore exiſtentibus, in ventriculo præſertim, auctore Galeno, aut etiam in toto corpore (nā & id inappetentiam facere poteſt) quod aduenit, coniunctum priori in malam qualitatem tranſibit, & corrumpetur. At verò quoniam in præcedentis Aphoriſmi parte ſecunda dixit, ſi non aſſumenti cibos, accidat vt nō reficiatur, & id, vt diximus, euenire poſſit ob abundātiam bonorum ſuccorum, quibus debetur ſanguinis miſſio, & ob prauitatem eorum, quibus debetur purgatio, hîc de non appetentibus ob corruptionem loquitur, & vocat impura corpora, in quibus aſſumpti cibi corrumpuntur, & lædunt. Gale. libro primo de ſimplicium medicamentorum facultatibus, capite vndecimo, dixit. Nam vt Hippoc. inquit, ſic etiam ait Plato: Non ſolùm impura corpora quò magis nutries, eò magis lędes, verùm etiam impuris animis ſi nutrientes ſermones obtuleris, non modò nihil proſis, verùm etiam magnopere officies. Hinc cōſtat tam in corpore quàm in animo quoduis purum adiectum non puro corrumpi, niſi prius impurum abieceris, & corpus, aut animum purgaueris. Multa ſigna ſunt, quæ oſtendunt reualeſcentium corporum impuritatem, & ea purgatione egere ante nutritionem, ne interim in morbos reincidant, de quibus Comment. duodecimo ſequenti dicemus.

Impura corpora quæ.

Platonis ſententia notanda.

APHORISM. X.

Corpora vbi quiſpiam purgare voluerit, fluida facere debet.

COMMENTARIVS.

POſtea quàm rationem adhibuit quare corpora quæ cibos non accipiunt, neque conualeſcunt à morbis, purgari debeant quid ante purgationem agendum ſit docet, nempe corpora fluida facere. Quod pariter admonet in ſequentibus quarta ſectione, dicens: Ad elleboros qui non facilè ſupra purgantur, pluri cibo, atque quiete vti conuenit. Nā corpora fluida fiunt vbi meatus laxantur, laxitas autem humectatione paratur, tum quoniam omne humidum cedit, & facilè extenditur, tum quoniam humores, qui è corpore ducuntur medicamento, vbi humidi fuerint, fluent ſuapte natura, & tractioni magis obedient. Vtrumque igitur aſſequemur humectatione, meatuum laxitatem, & humorū flexibilitatem, atque hæc cibo & quiete: cibus enim humectat omnis quà cibus eſt, ſed humidus eligendus hoc loco. Quies verò facultatem habet humectandi, quoniam eſt priuatio motus qui diſſoluit, & ſiccat. Lib. præterea 6. De morbis popu. parte 5. inquit: Elleborum bibentem citò purgare ſi velis, lauare, atque comedere, ſecundum horum expoſuimus: primum etiam notum eſt, balneum quammaximè corpus humectare, & laxare, & humores fluidos facere. Cæterùm balneum ante purgationem præparandi ratione tunc adhibemus, cum corpus non valde plenum fuerit, aut cùm paramus in declinatione purgationem: ante id verò periculum eſt ex balneo incidere in magnum aliquem morbum ex fluxione, aut plenitudine dilatatis humoribus ac diffuſis, balneo aquæ dulcis tepidæ: cuius gratia purgationes aſſumpto medicamento citius fient: & cum minori moleſtia. Quod nos etiā facimus corpus & humores parantes clyſteribus & ſyrupis extenuantibus, & incidentibus, vbi morbus concedit. Præterea humoribus turgentibus adhuc Galen. occaſionem arripi docet, Commentario penultimo præcedentis ſectionis præbendi in potu mellicratum ex decocto origani, tragorigani, aut hyſſopi. Curátque perpetuo Hippocrat. ante purgationem, fluxiles facere humores inciſione, & attenuatione (quamuis tenues alias ſint) & humectatione. Quod Arabes imitantes admonuerunt, cùm quempiam purgare volebant, expectare tempus pluuiæ. Cui rei experimentum ſubſcribit: fiunt enim faciles, & feruntur ſine moleſtia purgationes factæ flante Auſtro, & deſcendente pluuia. Flante autem Borea, & non præparato corpore, neque extenuatis humoribus, moleſtæ cum anguſtia, torminibus, vertiginibus, nauſeis, inquietatione, pulſuum variatione, & animi deliquio.

Balneum ante purgationem.

Tempus pluuia ad purgationem expectare.

APHORISM. XI.

Facilius eſt impleri potu, quàm cibo.

COMMENTARIVS.

DE refectione conualaſcentium rurſus loquens inquit, facilius fiet potu, quam cibo, & autore ipſo lib. De alimento, quòd Galen. quoque in Commentario citat, odoribus adhuc facilius corpus reficitur. Natura ſiquidem noſtra ſanguine conſtat, ſpiritu & ſolidis particulis, à quibus ſi quidpiam diſſoluatur, refectione eſt opus. Hāc ita perficimus, ſi ſolidas partes reficere volumus, quod ex humoribus fit, alimenta commoda adhibemus, & ita humores reparamus, & inde membra. Quòd ſi in ſpiritu facta fuerit reſolutio, vel ſolis odoribus id præſtamus, vt cùm ſubito caſui virium ſubuenire volumus. Potus autem vini, aut iuris, aut liquidi cuiuſuis, quod alendi vires habeat, ſpiritus quamprimum recreat, deinde humores & ad finem membra. idem faciunt alimenta ſolida, vaporibus ſpiritū reficientia: odores autem neque humores, neque membra reficere valent, cùm eam conſiſtentiam aſſequi nunquam poſſint (quamuis intelligam vapores concretione poſſe in aquam tranſire) nam humores in iecore, ventre, & venis generantur: odores verò in caput aſcendunt, & naribus, aut ore ſumuntur. Cæterùm, vt libro primo de arte medendi docuimus, ſpiritus duas habent generationis materias, alteram ex vapore alimenti, alteram ex aëre inſpirato, hanc ſecundam odores accommodatiſſimam præſtant. Reficimus itaque corpora ſenſim per alimenta, celerius per potum vini præſertim, & odorati citius, celerrimè odoribus, hoc vnum intelligentes, eo minus refectionem durare, quo celerius facta fuerit, vt infrà Commentario decimooctauo dicemus. Quamobrem tardius vina nigra, craſſa, & acerba nutriunt, ſed eorum nutrimentum magis durat: alba autem & aquoſa vrinam magis mouent, celerius ſubueniunt, & minus alunt aliis, vt Galenus vult, cùm dixit, ἥκιστα δὲ τρέφουσι, id eſt, quamminimum, ac pauciſſimùm alunt.

Refectio corporis per cibos potus & odores.

Spiritus duæ materia.

APHORISM. XII.

Quæ relinquuntur ex morbis poſt criſim, recidiuas facere conſueuerunt.

COMMENTARIVS.

QVod Aphoriſ. 8. dixerat, eos qui à morbis non appetunt cibos, neque conualeſcunt, egere purgatione, hac ratione comprobat: nam ſi nō purgentur, rurſus in morbum incident: quæ enim relinquuntur ex morbis, recidiuas facere conſueuerunt: ſiquidem quæ iudicato, ac finito morbo poſt iudicationem imperfectam relinquuntur, putreſieri ac corrumpi ſolent, corrupta verò morbum priori ſimilem efficient, meritò igitur dictum eſt, ea purgatione egere. Ex morbis dixi, quamuis Græci codices habeant, ἐν τῇσι νούσοισι, id eſt, in morbis: rectius namque dictum eſſet ἐκ τῶν νούσων, id eſt, ex morbis;

 ac

ac ſic ſcribendum fore puto, & Græcos codices mendoſos, nou enim relinquuntur in morbis, quæ ſuperſunt, ſed poſt morbos, & ex morbis. Et Galenus in Commentario eoniungere docet hũc Aphoriſmum octauo, & eiuſdem cauſam reddete, nempe quare qui cibum non aſſumentes non roborantur *ἐκ νόσου*, vel *μετὰ νόσον*, id eſt, ex morbo, vel poſt morbum, purgatione egent, quia quæ ex morbis relinquuntur, faciunt recidiuas. De his itaque loquitur, quæ relinquuntur ex morbo, non in morbo: nam neque poſt iudicationem eſt morbus, neque reliquię ſunt cum morbo, ſed à morbo. Per criſim autẽ hoc loco, morbi finem intellige, vt Hippo. ſæpe in libro De morbis popu. non ſubitam ad ſalutem, vel mortem mutationem. Recidiuas facere conſueuerunt. dixi, quamuis in aliis codicibus *ὑποστροφώδεα* ſcriptum ſit, id eſt, reuerſionis amica, in aliis tamen ſic, *ὑποστροφὰς ποιέειν εἰώθεν*, id eſt, recidiuas facere conſueuerunt. Nos ſanè ex morbis, & cauſis morbos facientibus partem aliquam relinqui iam finito morbo agnoſcimus multis ſignis, præſertim his, quæ ab Hippoc. ſcribuntur ad ſignificandos futuros abſceſſus, libro ſexto De morbis popu. parte ſecunda, cùm inquit: Ratione eadem ſi relinquitur ſitis, oris ſiccitas inſuauitáſq;, & ciborum faſtidium, quæ indicant talia corpora egere purgatione, ne in morbos recidant.

APHORISM. XIII.

Quibuſcunque indicatio fit, iis difficilis eſt nox, quæ ante acceſſionem: quæ verò ſequitur, facilior magna ex parte.

COMMENTARIVS.

Criſis ex quibus conſtat. HOc loco criſis ſiue iudicatio, ſubitam mutationem ad ſalutem, aut mortem per manifeſtas excretiones, aut effatu dignos abſceſſus ſignificat. Quæ tribus partibus conſtat, conturbatione, vacuatione, & alteratione. Galenus magis propriè dici vult iudicationem de antecedente conturbatione, quæ agnoſcitur decretoriis ſignis, quæ ſignorum & accidentium rationem habent, vti difficilè ſpirare, caput dolere, mente turbari, iactare ſe à capite in pedes lecti, delirare, conuelli hypochondria, lachrymas inuoluntarias fundere, rigores, & varij pulſus. Vbi ergo iudicatio inſtat, non antecedens acceſſionem grauis erit, ſi ad ipſam hæc omnia attineant, quæ ſolent iudicationem antecedere. Hoc loco acceſſionem ipſam iudicationem appellauit, quoniam iudicatio non fit ſine irritatione, *παροξυσμὸς*, omnẽ irritationem, ac concitationem ſignificat, dixit autem *πρὸ δὲ παροξυσμοῦ*, id eſt, ante acceſſionem, ſiue concitationem, qualis eſt criſis: quòd ſi morbus acceſſionem habuerit, criſis & acceſſio coincident. Meminit autem noctis, quia vt Galen. inquit, noctu moleſtiora ſunt hæc accidentia (quo tempore æger quieſcere natura & conſuetudine ſolet) quàm interdiu, quo tempore vigilare aliàs debet. Fiet quoque vt accidentibus his euenientibus interdiu, dies antecedens nocturnam euacuationem moleſtior ſit, ſed non adeò vti ſi noctu eueniſſent. Neque putes hunc fuiſſe loquendi modum: vti cùm diximus, tertiana febris tertio quoque die aduenit, quamuis noctu eueniat: nam dies ſpatium vigintiquatuor horarum aliquando ſignificat, & diem ac noctem comprehendit, vti cum menſem triginta dierũ ſpatium dicimus: nox verò à nemine appellatur vigintiquatuor horarum ſpatium, neque vnquam diem ac noctem ſignificauit. Neque etiam vox, criſis, caſu dicta
Nox non ſignificat 24. horarum ſpatium. eſt de iudicationibus, aut ſine cauſa inualuit vſus: magnam enim habent cum iudiciis forenſibus ſimilitudinem, iudicium in morbis, & vtrumq; *κρίσις* Græcis dicitur. In illo enim iudicis ſententiam ſperantes, ſpe ac metu laborant: in hoc autem naturæ & morbi pugna fit, vt æger inter ſpem & metum conſtitutus, vitæ, aut mortis expectatione detineatur. Quæ verò ſequitur, inquit, leuior eſt magna ex parte, leuior ſanè, quoniam excreta iam cauſa morbum faciente, æger leuior redditur, qui aliàs veluti ſarcina à multitudine, ac malitia opprimebatur, ac conflictabatur antè criſim. Quòd verò magna ex parte ita fiat, hinc conſtat, quòd magna ex parte ad bonum fiunt iudicationes, & quoniam maior pars morborum ſalubris eſt. Secluſa enim peſtilẽti conſtitutione, per quam maior pars ægrotantium moritur, in aliis maior pars liberatur. Quod quàm verum ſit, hinc euidenter conſtabit: nam pauciſſimi ſunt homines, qui vitæ curſu non ægrotent bis, ter, & pluries, & quamplurimi ſupra decies, & vigeſies, ſemel tamen moriuntur, reliqui igitur morbi ſalubres fuere.

APHORISM. XIV.

In ventris fluxibus mutationes deiectionem iuuant, niſi in praua mutentur.

COMMENTARIVS.

HVius Aph. ſententia de ventris fluxibus ſponte factis intelligenda eſt: nam vt Comm. a t. ſectio. 4. dicemus, quamuis medicamenti purgantis vi praui humores vacuentur autore Hippo. non eſt malum. De ſponte factis tamen dixit, & quanto dolores magis praui fuerint plures, peius. Hoc eſt, quod modo docet in ſecunda Aphor. parte, éſtque tota ſententia in fluxibus ventris, ſi fiat deiectionum mutatio, iuuat, niſi in mala fiat. Mala autem tradidit Prog. 22. lib. 2. dicens: His autem magis lethales erunt: nigræ vel pingues, vel liuidæ, vel æruginoſæ, vel fœtidæ, & Progn. 23. inquit: Variegatæ tamen deiectiones his diuturniores ſunt, ſed nihilominus lethales: ſunt autem tales ramentoſæ, & bilioſæ & cruentæ & porraceæ & nigræ, nonnunquam quidem ſimul, nonnunquam verò viciſſim procedentes. Quando itaq; deiectiones in has mutantur, morbus longus ſignificabitur, ac lethalis, vt in noſtris in eum locum expoſitionibus abundè patefecimus, cum imbecilla facultate, lethalis, cum robuſta, longus, ac perinde non iuuabit talis mutatio. Quamuis neque hoc perpetuum ſit, vt citato loco docuimus: nam liuidæ, cruentæ, bilioſæ, & fœtidæ deiectiones, ſi bene exierint, id eſt, notis coctionis præcedentibus, bonæ eſſe poſſunt, nõ tamen pingues, aut ramentoſæ. Quod ſi in ſpontaneis ventris fluxionibus deiectiones mutationem accipiant, & non in aliquam prædictarum iuuabit: variegatæ ſiquidem deiectiones, præſertim vbi ſeiunctim eueniant, veluti ſi bilis purgatur, deinde pituita ſequatur, & ex pallido aut rufo colore, albus eueniat, vel ſi poſt crudas, ac ſubpallidas deiectiones coctæ ſequantur, iuuabunt ſanè, quoniam corpus integrè purgatur, & coctis ſuccedentibus, iuuabit cauſæ ratione, ac ſignificabit validiorem factam naturam, & morbum ad finem perduci. Præterea ſi per fluxum ventris intelligere velis ſymptomaticum fluxum diutinum, aut copia modum excedentem, & eum qui vires imbecillitat, notum eſt mutationes colorum deiectionum, vbi non fiant ad aliquam malarum ſpecierum, iuuare cauſæ ratione, quoniam leuant, & ſigni tatione, quoniã oſtendunt non adeo ſtabilem ac perpetuam fluxionis cauſam.

APHORISM. XV.

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore naſcuntur, excretiones conſiderare oportet: ſi enim bilioſa fuerint, corpus vnà ægrotat: ſi verò ſanis ſimiles fuerint, tutum eſt corpus nutrire.

COMMEN

COMMENTARIVS.

QVadantenus ad partem artis, quæ docet corpora reficere, attinet hic Aphor. ſed & partem habet ad diagnoſticam attinentem. Docet namque qualis ſit totius corporis diſpoſitio agnoſcere, deinde aut alere, aut ab alimentis abſtinere. Vbi fauces ægrotauerſut, inquit: φάρυγξ enim fauces ſignificat, hoc eſt partē quæ gutturi & gulæ interiacet, apud Gal. comm. Aph. 34. ſect. 4. & comm. 16. lib. 3. Progn. Aut tubercula in corpore naſcantur, φύματα dixit, quæ vox tria ſignificat apud Hipp. & Galen. vt nos lib. 3. Progn. expoſi. 19. abundè patefecimus, hîc de tumorib. paruis toto corpore erumpentibus intelligenda venit ſententia. Ab his itaque & faucium vlceribus, aut inflammationibus, nō magnis, nos procedimus, ex Hipp. doctrina, atq; inquirimus an excretiones ſint ſanis ſimiles: quòd ſi tales fuerint, ſignum eſt corpus ipſum internis partibus ſanum eſſe, quod attinet ad diagnoſticam, deinde decernimus corpus eſſe probè alendum, neque timendam alimentorum in viſceribus corruptionem, quod attinet ad partem artis factiuam: ſi verò excretiones, intellige excrementa quæuis, quæ à toto manant, billioſa fuerint, aut quouis alio modo infecta, ſignū eſt vnà corpus ægrotare, quod attinet ad diagnoſticam, ac non eſſe tutum, corpus nutrire, quod pertinet ad factiuam, & refectoriam artis partem. Quapropter inde quoque colligimus, ſi fauces ægrotāt, aut in corpore pullulant tubercula, aut vlcuſcula, natura videlicet valente in ambitum corporis mittere excrementa calida, aut medio capite diſtillationis modo in fauces, opus eſſe aut purgatione, aut refectione. Purgatione, ſi corpus vnà ægrotat: non refectione, quoniam non pura corpora quò magis nutries, eò magis lædes: ſi verò non ægrotat, corpus refectione egere, non purgatione, cùm corpus à redundantia malorum ſuccorum liberum ſit.

φάρυγξ.

Fauces laborantes, quid ſignificant.

APHORISM. XVI.

Vbi fames, non oportet laborare.

COMMENTARIVS.

Fames.

SIue fames ſignificet ciborum inopiam, ſiue voluntariam à cibis abſtinentiam, rectè dictum eſt: Vbi fames, non oportet laborare: ſi enim ciborum inopia cogit, vt cibus parcè ſumatur, vtcunque in ciborum abſtinentia, aut parcitate, ſiue ipſa coacta, ſiue voluntaria ſit, non oportet laborare, diſſoluetur etenim corpus, & vires deficient. Labores namque cibos præcedere debent, ita vt labor primum locum habeat tanquam neceſſarius, & veluti cauſa, ad ciborum digeſtionem, excrementorum diſcuſſionem, caloris augmentum, ex ſpiritus concitatiore motu. Ad quem ſequitur, vt excremēta impetu pellantur, & deinde corpus ad exercitationes aliàs reddatur habilius, articulis quoque redditis durioribus ad labores ferendos. Idem autem ſignificat hoc loco labor, quod exercitatio: eſt autem exercitatio vehementior corporis motus, ad quem ſequitur, vt reſpiratio fiat maior, celerior, & vehemētior. Quòd ſi quis vellet ab exercitatione cibo iam in corpua digeſto, & diſcuſſo excremento, & reſoluto ſpiritu ab alimentis abſtinere, exſiccaretur, diſſolueretur, ac linqueret animo. Sanis his rationibus fames, ſiue ciborum abſtinentia poſt exercitationes non conuenit, ſed labores cibos antecedant, & ordinem hūc ſeruent. Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, quibus venere eſt opus, & omnia moderata. Cæterùm ab exercitatione non ſtatim cibus aſſumendus eſt, ſed prius ſedata turbatione, vt vult Galen. lib. 3. de rat. vict. acu. comm. 55. dicens: ſedata ea, quæ ex balneo eſt, turbatione, tum eſſe, tum bibere melius eſt, veluti & compoſita ea, quæ ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus, aut potum ſumere, caput replet, deuoratúmque interdum ſuperfluitates facit. Ægros autem aut purgare aut ſanguinem eis mittere, aut vomitum ciere, aut ſudorem, & deinde famem aut inediam adiungere malum eſt. Peius autem febricitantes luctis, deambulationibus, curſibus, & frictionibus fatigare, & fame cruciare, quod Prodicus faciebat, autore Hipp. lib. 6. de mor. popu. par. 3. febricitantes ſiquidem has motiones corporeas ferre nequeunt, minimè verò ab ipſis inediam, ob quam in febres hecticas, & totius corporis conſumptionem facilè deducentur ſani.

Cibus ab exercitatione ſumendus.

APHORISM. XVII.

Vbicunque alimentum plus præter naturam ingrediatur, id morbum faciet, manifeſtat autem curatio.

COMMENTARIVS.

PRimum quod aſſerit Hipp. eſt alimētum plus & præter naturam, ſi partem quampiam ingrediatur, id alimentum morbum facere: ſecūdum eſt, curationem oſtendere nobis argumento à poſteriori, ab effectu, & à iuuantibus & nocentibus deſumpto, eam fuiſſe morbi cauſam, quoniam eadem ſublata, curatur morbus. Alimentum auctore Hippo. lib. De alimento, quoddam eſt verè alimentum, quod actu alit, quódque iam in noſtram mutatur ſubſtantiam. Et eſt tanquam alimentum, id quod paratum eſt alere, vti ſecundæ humiditates quæ in poris membrorum continentur, & iam agglutinantur. Eſt & alterum alimentum, quod in ventre, & venis continetur. Id igitur quauis parte harum ingrediatur, plus, id eſt, quantitate abundās, morbum facit, quod non minus faciet ſi præter naturam ſit, id eſt, prauę cuiuſuis qualitatis: ſucci enim & alimenta quæuis, vbi quantitate abundauerint, aut qualitate moleſta fuerint, morbos efficiunt: ſic etiam vbi præter naturam, non malitiam qualitatis, ſed id, quod ſupra naturam ſignificauerit. Quòd enim naturæ partis vires ſuperat, id morbum facit, ſi quantitas, aut qualitas læſionem ſenſibilem facere valuerint: id enim ſemper audiendum: Quapropter tria ſignificaſſe Hipp. mihi videtur duobus verbis, πλεῖον & παρὰ φύσιν. primum enim quod plus quantitate eſt ſignificat, ſecundum verò quòd præter naturam: atque id bifariam, aut qualitate naturæ aduerſum, aut quod naturæ modum quantitate excedit, etiam ſi id nimium quantitate, ſimpliciter non ſit, quod ad primum membrum reduci poſſet. Quoduis itaque horum alimentorum ſi partem quampiam ingradiatur, in ea morbum faciet. ὅκου ἂν, dixit Hippo. id eſt, vbi, aut vbicunqoe. nam particula ἂν, nonnihil addit. Galenus namque in commen. explicans Hippo. ſentētiam inquit: Non tantùm enim curatio oſtendit alimentum ἔνθα ἂν εἰσέλθῃ, id eſt, vbicunque ingrediatur, plus, morbum facere, ex qua litera conſtat ἔνθα ἂν id ſignificare, quod ὅκου ἂν, & non eſſe transferendnm, cum, ſed vbi: locum enim ſignificabit, non tempus, pręſertim quoniam qui, cum transferunt in præcedenti Aphoriſm. ὅκου, traducunt, vbi, quod adoerbium eſt loci, quemadmodum & ἔνθα, quod pro ὅκου, vſurpauit Galenus. Addit τοῦτο νόσον ποιέει, id eſt, id morbum facit, quod Latinè alimentum probè refert, ſed & Græcè τροφὴν, nam apud Græcos neutrum relatiuum, cuiuſuis generis nomen referre valet. Manifeſtat autem curatio, inquit: vt enim diximus lib. 2. de art. med. morborum dignotiones à multis deſumuntur, vt à cauſis, effectibus, ſimilibus, & diſſimilibus, à iuuantibus & nocentibus. Hęc etiam tribus temporibus morbos docent: cauſæ namque quoniam præcedunt effectus, ſimilia,

Alimentum.

Alimentum plus partem ingrediens.

Digitized by Google

ſimilia, & diſſimilia : quoniam adſunt iuuantia, & nocentia, ob futurum quod ſequitur, nempe aut melior, aut deterior ſtatus, vt curatio quæ docet meliorem ſtatum ſequutum à iuuantibus, vnde & Hippocr. probat alimentum ingrediens partem, morbum ea parte feciſſe, quoniam adhibitis iis, quæ vacuant, quod morbum faciebat, manſit æger à morbo curatus.

APHORISM. XVIII.

Eorum quæ accumulatim & celeriter alunt, celeres quoque fiunt excretiones.

COMMENTARIVS.

In alimentis quæ conijcienda.

SI quis alimentorum naturam, & alēdi rationem probè nouerit, veram atque infallibilem inueniet Hipp. ſententiam. In alimentis coniicere oportet ſubſtantiam, qualitatem & præparationis modum. Subſtantia craſſitudinem & tenuitatem, lentorem ac friabilitatem comprehendit: qualitas omnes tam primas, quàm ſecundas : è quibus ſunt, calor, frigi. hum. ſicci. & in ſaporib. acet, & adſtringens. Ex præparationibus ſunt, aſſatio, elixatio, torrefactio, & aliæ præparationis ſpecies. Modus alendi eſt alimentorum mutatio, in ventre diſtributio, & conuerſio in ſubſtantiam corporis & excrementorum, quæ poſt ſequitur expulſio. Quæcunque igitur alimenta citò nutriunt, id eſt, citò alimentum præſtant, & ἀθρόον, quòd eſt vniuerſum, quod tribuere debent, celeriter tribuere : celeriter eorum excrementa excernentur, ſi tardè, & ſenſim alunt, tardè quoque ac ſenſim demittunt excremēnta : ſiquidem in alimento, quod alit, & quod eius alere nequit, & excerni debet, coniuncta ſunt in vnam ſubſtantiam. Hæc verò, vi naturæ ſeparari debent, ſi citò ſeparentur, citò fiet vt & alimentum natura capiat, & excrementum excernat, ſi tardè, ſic etiam tardè, niſi aut viæ obſiſtant, aut præparatio, aut qualitas cibi tranſitum excrementi per ventrem, aut impediat, aut acceleret, primum acerbitas facit : ſecundum acrimonia. Ante partium tamen ſeparationem, neque alimentum capit animal ad nutritionem, neque excrementum fecerit. Hæc eſt generalis Aphor. ratio. Si velis etiam collationem facere, dices eorum quæ celerius & affatim nutriunt celeriores fieri excretiones, & verum erit in omnibus ſeruata ſimilitudine, vti præparatione alimētorum, & corporum diſpoſitione, & cauſis aliis ſimiliter accedentibus, quæ non naturales dicuntur, ne videlicet altero eorum ciborum ſumpto, ſumens dormiat, & quieſcat, altero verò vigilet & exerceatur: alter cibus aſſus aſſumatur, quod ad retentionem, & tarditatem agit: alter elixus, quod facit ad celeriorem deſcenſum. Præterea ſi alterum cum alliis, & pipere parateris : ſic calor & humiditas ad celeriorem deſcenſum, & citam excrementorum diſcuſſionem faciunt, frigiditas & ſiccitas ad tardam, & ſi multo potu, aut pauco miſceatur cibus, cum multo enim citò digeritur, cum pauco tardè. Decet igitur ad probandam Aphori. ſententiam experiri in conſimili ciborum præparatione, omnem alienam qualitatem demere, & in corpore conſimili modo affecto : ſic enim fiet, vt quæ celerius nutriunt, celerius excrementa demittant, & tardius, quæcunque tardius. Pari ratione dices & alimentum eorum, quæ citò & accumulatim nutriunt, pauco tempore durare, propter ſubſtantiæ alimenti tenuitatem : & quæ tardè, multo tempore durare, quod ad venas deductum fuerit, ob craſſitudinem & lentorem. Quæ enim tenuia ſunt, vt citò & accumulatè nutriunt, ita minimum conſtans alimentum præbent, & quæ ſubſtantiæ ſunt craſſioris, aut magis viſcidæ, vt tardè & ſenſim nutriunt, ita conſtans & tenax præſtant alimentum, quodque diutius perſeuerat. Quod ad rationem victus inſtituendam in ſanis & ægris apprimè conducit. De excrementis tamen ventris diximus cum Gal. acrimoniam alimenti facere ad citam excretionem. Quapropter quædam ſunt quæ quamuis tardè coquantur, citò ventrem mordentia deſcendunt, vti caro bubula cum pipere elixa: & quædam quæ quamuis citò coquantur, tardè deſcendunt, vt pedes hædi elixi : hi enim citius coquuntur carne veruecis, ob lentorem tamen magis ipſa morantur in deſcenſu : malè igitur quidam limitationem hanc, quam Gal. addendam voluit ad veritatem Aphoriſ. ſuperuacaneam ex parte putant. Quæ etiam de vinis ab eodē in Comm. dicta ſunt, integram obtinent veritatem, nigra tardius alere, & magis conſtans præbere alimentum, alba citiſſimè ſubuenire, ſed parum alere, & citò diſſolui, & per vrinam deſcendere, media colore & ſubſtātia, κιῤῥὰ id eſt, fulua & modicè craſſa: mediam etiam ſeruant naturam inter alba aquoſa, & nigra craſſa, tum in celeritate alendi, ac præſtandi vniuerſum alimentum, tum etiam in diſſolutionis celeritate. vina rurſus præſtantiſſima, & quæ celerrimè diſſolutis ſubueniunt ſunt à ſancto Martino fulua odorata, præſertim quæ Abulæ reponuntur duorum, aut plurium annorum.

Alimenta quædam citò nutriūt.

Alimenta quædam citò coquuntur & tardè deſcendunt.

APHORISM. XIX.

Acutorum morborum non omnino tutæ ſunt prænuntiationes ſalutis aut mortis.

COMMENTARIVS.

ARchigenes acutos morbos appellabat, auctore Gal. eos, quorum motus eſt velox, & citò pericula adueniunt: in horū numero ſunt, quos Hipp. lib. 1. De ratione vict. acu. recēſuit, Lethargus, phrenitis, pleuritis, pulmonia, cauſus, quibus continuæ febres coniunctæ ſunt. His accedunt conuulſio, tetanus, & apoplexia, qui ſunt ſine febre. Sunt & alij longi, qui lento motu procedunt, & vltra 20. diem prorogantur: in acutis docet non eſſe temerè ſalutis aut mortis prænunciationes ferendas : ſolent enim quandoque fallere ob id, quod ὁ πάμπαν ἀσφαλέες : id eſt, non omnino tutæ ſunt. Nam Galen. in commen. inquit, τὸ γὰρ οὐ πάμπαν τῷ οὐ παντελῶς ταὐτὸν σημαίνει, quod eſt, illud enim οὐ πάμπαν idem ſignificat, quod non omnino: idem rurſus voluit lib. 1. de de humana natura, comm. 1. quo loco προσαγορεύσεις, id eſt, pronunciationes appellat, προῤῥήσεις, id eſt, prædictiones. Ratio verò quare hæ non omnino tutæ ſunt in acutis morbis, eſt mobilitas humorum, qui calidi ſunt, & nulla parte firmati præterquam in quibus ſunt inflammationes partium cum febribus, in quibus paucæ quoque iudicationes ſperantur, ſicuti & paucæ mutationes à parte in partem. In aliis verò cùm medicus ſperat indicationē bonam, humor in partem aliquam præcipuam transfertur, & vbi eam non ſperat, effunditur per ventrem in ſalutem ægroti. Quamuis itaq; magna ex parte tutæ ſint huiuſcemodi prædictiones, nonnunquam fallunt, idque raró. Neque tamen id quidpiam ab auctoritate artis prædicendi detrahit: nam vt Gale. lib. 3. Prog. Commen. penultim. dixit: Nunquam aberrare, captum humanum excedit : quàm minimè verò, ſolius eſt artificis. In longis autem morbis, in quibus humor morbum efficiens aliqua parte præfixus eſt & quietus, magis tutæ ſunt prænunciationes ſalutis, aut mortis, neque enim periculum imminet tranſpoſitionis ſubitæ, & inopinatæ, quamuis & has longitudine temporis cauſæ externæ ſoleant interturbare, & ægrotantium, atque aſſiſten- *Nota.*

tium

tium errores : verùm in omnibus ante prænunciationes decet ſingula probè noſſe & accuratè perpendere, in longioribus tamen auctore Hippo. lib. 3. Prognoſt. difficillimum eſt primis diebus iudicare quò vertet morbus, ſed decet per quaternos annumerantes procedere, donec ſigna oſtendant quò vertet morbus, quo tempore futura ſunt prædicenda.

APHORISM. XX.

Quibus iuuenibus ventres humidi ſunt, eiſdem ſeneſcentibus ſicci fiunt. Quibus tamen iuuenibus ventres ſicci ſunt, eiſdem ſeneſcentibus humectantur.

COMMENTARIVS.

DOctè admodum, vti ſolet, & ſumma quadam perſpicuitate obſcuram Hippocta. ſententiam patefecit Galenus ita vt nulla alia ſit opus enarratione. Cæterùm non pauca quędam perſtringemus, quoniam ad huius operis integritatem videtur neceſſaria. Docet autem per ætates, ventris mutationes, ea laxitate in duritiem, & retentionem, & contrarium, eos qui io iuuentute ventres habent humidos, id eſt, laxos & faciles, & deiectionem liquidiorem, & humidiorem in ſenectute ad ſicciorem, & duriorem commutari : eos tamen qui in iuuentute ventres habent ſiccos, & duros, in laxitatem, & mollitudinem, atque humiditatem in ſenectute mutari. Id verò magna ea parte ita fieri intelligēdum, vt ipſe vult Aphor. 53. huius ſect. & de ſanis, qui ſimili victus ratione vtantur in iuuentute & ſenectute. Sententia itaque probatur, venter humidus redditur, quoniam plurimum accipitur alimentum, & plus quàm diſtribui poſſit, quod ventriculi frigiditatem ſignificat : aut quoniam & ſi non multum aſſumatur, neque id probè diſtribuitur, quod ad iecoris frigiditatem refertur : aut venter humidus eſt in iuuentute, ob bilis abundantiam, quæ ad eacretionem irritat, antequam fæx ſiccetur, aut ob imbecillitatem retinentis, quæ humiditatem ſequitur, aut ob robur expultricis, quæ ante tempus emittit eacrementa. Si venter humidus ſit in iuuentute, ob id, quòd cibus copioſè accipitur, id fiet ob ventriculi frigiditatem, qua multum appetunt : hæc verò in ſenectute aucta, vt par eſt, appetitum minuet, ſiquidem omnis immodica intēperies actiones propriæ facultatis deſtruit : ſi verò alimentorum nō multum accipiatur, verùm non diſtribuatur probè, hæc non mutabitur, quoniam ſenes fient frigidiores. Si ob bilis abundantiam fiat, hæc ætatis proceſſu minuetur, & ſuccedet ventris retentio, & fæcum durities io ſenectute. Cùm enim fæces detinentur, ſemper aliquis humor trahitur à iecore, & pars diſſipatur. Propter retentricis imbecillitatem, quæ à nimia humiditate fit, ſi hæc adiungat ab initio frigiditatem non mutabitur ſed potius augebitur in ſenectute aucta humiditate ob cruditates : ſi fuerit calori iuncta, ſiccabitur, & indurabitur venter. Ob robur eapultricis, notiſſimum eſt, ita vt non egeat noſtra comprobatione, mutationem in ſenectute fieri : nam robur eapultricis ſequitur ſiccitatem fibrarum tranſuerſarum, hæ verò ſupra modum ſiccæ io ſenectute, vires comprimendi remittent : quæ cùm valentiores ſunt, cibum ante tempus peſſundare ſolent, is verò celerius iuſto deſcendens, humidior iuſto eſt. Quòd ſi venter in iuuentute ſiccus ſit, in melius recipiet ad ſenectutem mutationem, fiet enim humidus. Siquidem ventris ſiccitas euenit : aut quoniam cibum paucum accipiūt, aut quoniam parum bilis confluit in ventrem, vel quoniam facultas retinens validior eſt. Qui non appetunt cibos, quod calore fit abundante, qui laxat ventriculi os, in ſenectute frigiditate ætatis ſuperueniente, plus cibi aſſumetur, & venter humectabitur. Idem fiet ſi calor iecoris humiditatem immodicè ſugat, & inde fæcem ſiccet : nam ætate hic calor minuetur. Bilis defectus non mutatur, ſed ſi huius cauſa fæx tardatur, & inde obduratur, ſimilis diſpoſitio io ſenectute manebit : niſi defectus bilis eueniat ob iecoris frigiditatem, quæ in ſenectute aucta humorem non trahet, ac humida deſcendet, perinde deiectio. Quibus verò ob robur retentricis dura deiectio fit, nimia ſiccitas eſt in cauſa, qua aucta ſupra modum in ſenectute, retentricis vis remittet, & langueſcet.

Ventris mutationes per ætates.

Ventris humidi cauſa.

Ventris ſicci cauſa.

APHORISM. XXI.

Famem thorexis ſoluit.

COMMENTARIVS.

QVa ratione fames canina à medicis appellata curari debeat, docet, dicens : Famem thorexis, id eſt vini potio ſoluit. Fames verò non quæcunque vini potu curatur, ſiquidem naturalis, & ea, quæ ſequitur diſſolutionem, ad quam & fames canina quædam ſequi ſolet, & ea quæ aduenit poſt fluxum ventris, aut fluxum ſanguinis, & ſummatim ab inopia procedit, vini potu, præſertim meracioris, non curatur, ſed vinum neruos lædet, & mentem turbabit. Quòd ſi quis aliquo modo famis ex dictis laborans, ſumpto cibo vinum bibat, non ei nocebit, verùm cibus reficiens famem curat, & vinum poſt cibum iuuat. Neque eſt hæc fames, de qua Hippocrates loquitur, bulimos, quoniam fames propriè de ciborum appetētia dicitur : qualis non eſt bulimos, qui incepit quidem cum appetentia, ſed deinde ſola indigentia cum imbecillitate manet. Famem aut caninam, eam nempe, quæ à ventriculi frigiditate nuda, aut ſimul cum arido humore oritur, vini potio miro modo curat, præaſſumptis pinguibus, & oleis, quæ natura ſua appetentiam hebetant. Quòd autem id vinum meracius eſſe debeat, non eſt dubium : quoniam in fame canina caloris vini potētiam deſideramus, & θωρήσσειν, teſte Phauorino, Homerus de armatura dicebat, & ab aliis antiquis de ebrietate dicebatur, & θώρηξις, vini potū, & ἀκρατοποσίαν, id eſt, vini meracioris potum ſignificat, & θωρήσσω, armo, atque inebrio : nam & ebrij ſunt, veloti thorace armati, calefacto corde, atque thorace. Gale. verò θώρηξιν, vini potum ſignificare explicuit in comm. & Hippo. ſententia ex lib. 2. de natura hum. id confirmauit, qui eo loco dixit. Notum autem eſt, quòd victus ſingulorum nō eſt cauſa, quare morbus omnes vno nomine comprehendat, iuuenes, & ſenes, fœminas & viros ſimiliter, & τῶν θωρησσομένων, id eſt, vini potores, & aquæ potores. Quo loco Hippo. per θωρησσομένων, vini potorer ſignificauit, ac poſſet vini meracioris potores ſignificare : quod tamē Gal. non explicuit, neque probare tentauit. Quapropter non video qua mente poſſit quis Galeno imponere, ipſum voluiſſe θωρησσομένων, ſignificare prædicto loco, vini meracioris potores, quod neque ſomniauit quidem, quamuis, vt diximus, id verum ſit, vini meracioris potum fami caninæ conuenire, & de ipſo Hippocrat. loquutum in hoc Aphoriſm. credi poteſt.

Fames quam ſoluit vini potio.

Bulimos.

Nota.

Galen. vindicatur.

APHORISM. XXII.

Quoſcunque morbos qui ab impletione fiunt, euacuatio curat, & eos qui ab euacuatione impletio, & aliorum contrarietas.

COMMENTARIVS.

EST hæc ſententia axioma maximum, & partis artis curatiuæ primum. Contrariorum per contraria fiunt curationes : cùm enim medicina, teſte Hippo.

Medicina.

Hippoc.lib.de flatibus,ſit adiectio & ablatio : adiectio eorum quæ deſunt , ablatio eorum quæ ſuperſunt,verum quoque & perpetuum erit,morbos qui fiunt impletione,curari vacuatione, & morbos qui fiunt vacuatione,curari impletione, & alios omnes ſuorum contrariorum oblatione. Quoniam autem plures ſunt morbi, qui fiunt adiectione,& ablatione (omnes ſiquidem tales ſunt) quàm qui fiunt ea impletione,& vacuatione,adiecit: Et aliorum contrarietas. Morbi namque intemperatura facti , ex adiectione , & ablatione fiunt, & non ex impletione,aut vacuatione,ſic & vnitatis ſolutio. Prætetea ex eiſdem quidam ſunt fientes,quidam facti:ex his, qui fiunt,quidam impletione fiunt, quidam vacuatione,quidam nullo horum modorum,vti continui ſolutiones. De his tamen qui impletione , aut vacuatione fiunt,dixit,eos,qui impletione fiunt, curari vacuatione: & eos qui ex euacuatione,impletione.Quod de morbis fientibus quàm verùm ſit, hinc conſtat,quòd qui fiunt partem habent factam, partem futuram ex Gal.lib.art.med.cap.88.& lib.8. de Meth.med. pars futura præſeruatione eget, quæ fit cauſæ ablatione : quæ verò facta curatione, contrariorum oblatione , ſed & cauſæ ablatio , quam habent fientes morbi,curatio per contrarium dici poteſt : quoniam nomine curationis , curationem & præuiſionem, quæ morbis debetur, comprehendũt medici,præuidet autem futuris, qui cauſam aufert. Contraria etiam,quæcunque oppoſita ſunt,dicunt, quemadmodum & Ariſtot. in Prædicamentis:quomodo impletio vacuationi, & vacuatio impletioni contraria eſt.Reliquos verò morbos contrariis curati in vniuerſum dicit. Impletionem tamen conuertimus,quod Hippo.πλησμονὴν,bis dixit in Apho. quamuis enim πλησμονὴ , ſatietatem ſignificet alibi, vt Aphot. 4. huius ſect. hîc tamen impletionem ſignificat,à verbo πλήθω,quod eſt impleo. Neque cogimur cum aliis huius Apho.enarratoribus, vocem eandem in vno & eodem Aphor.breuiſſimáq; ſententia,duobus modis conuertere, primo loco repletionem , ſecundo refectionem. ſed eſt ſanè vtroque loco impletio , hæc verò quandoque eſt moderata, quando vaſa vacuata per alimenti aſſumptionem ad mediocritatem reducuntur:tunc enim quæ vacuata erant, iure impleri dicentur, & impletio ipſa πλησμονὴ. Quòd ſi hæc modum excedat, & morbum faciat , rectè quoque dicemus hanc πλησμονὴν , id eſt, impletionem vacuatione curari. Quemadmodum enim ſi corpus plus æquo plenum fuerit , cùm demimus quod ſuperabundat , eam vocamus vacuationem,& vbi à mediocritate rurſus vacuerit, euacuationem dicemus : licebit quoque cùm corpus plus æquo vacuatum fuerit , reductionem ad medium impletionem dicere , vti & eam , quæ ſupra medium fit.Hæc aperta eſt Aphor. interpretatio.

Morbi ex impletione & vacuatione fientes contrariis curantur.

APHORISM. XXIII.

Acuti morbi quatuordecim diebus iudicantur.

COMMENTARIVS.

ACutorum morborum natura ea eſt, vt celeriter ad finem percurrant , ac citò magnitudinem adferant,& periculum: finis autem ab Hippo. definitus eſt,quartuſdecimus dies,intra quem morbi acuti ſimpliciter finiri, ac iudicari ſolent , quem etiam non tranſgrediuntur , niſi dies aliquot interim habuerint , in quibus non validè affligant , neque ſuam ipſorum naturam ſeruare videantur , aut etiam diminutam aliquam euacuationem patiantur ob quam ad vigeſimum prorogentur , quem terminum externum acutorum morborum ſtatuit Hipp. lib.3.Progn.Cæterum hi acuti morbi ſunt, ſed non ſimpliciter tales: ac dicemus eos qui facta diminuta vacuatione perueniunt ad 10.diem,eſſe quadamtenus acutos ex decidentia. Intra limites acutorum qui ad 14.diem pertingunt,ſunt peracuti exactè qui finem habent tertium,quartum, & quintum, deinde ſunt & peracuti non exactè , qui deſinunt in 6. aut 7.acuti tamen exactè in 9.aut 11.aut 13. aut 14. Acuti non exactè protogantur ad 17. & 20. & 21. Ab his ſunt qui poſt 21. ad 40. & ad 60. & 100. & 120.perueniunt, quos omnes acutos ex decidentia appellamus : ſi tamen ab initio lento motu procedant ,longis ſunt annumerandi. Cauſa verò ob quam acuti morbi breuem habent iudicationis limitem,eſt quoniam qui adeò validi ſunt, citò mala omnia adferunt , & citò cogitur natura pugnam cum morbo committere,ſi validior ſit,& ſi inualida cogetur ſuccumbere. terminus autem experimento cognitus eſt 14.dies.

APHORISM. XXIV.

Septenorum quartus indicatorius eſt, alterius ſeptimanæ octauus principium. Contemplatorius quoque vndecimus,hic enim quartus eſt alterius ſeptimanæ,contemplatorius rurſus decimuſſeptimus : hic enim quartus eſt a decimoquarto,& ſeptimus ab vndecimo.

COMMENTARIVS.

DIes contemplatorios quoſdam ſtatuit in præſenti Aphor. à quibus conficere liceat , quod in diebus iudiciariis futurum ſit , vtrum bonum an malum euenire debeat.Iudiciarios in 20.vſque ſcripſit lib. 3.Progroſt.ad initium,dicens : Simpliciſſimæ namque febres, & ſignis firmatæ ſecuriſſimis, quarto die aut citius ceſſant , peſſimæ verò ac cum ſignis grauiſſimis factæ,quarto die,aut citius interimunt. Primus itaque inſultus ipſarum in hũc modum finitur:ſecundus autem ad ſeptimum perducitur,tertius ad vndecimum, quartus ad quartumdecimum , quintus ad decimumſeptimum , ſextus ad vigeſimum. Igitur ex acutiſſimis morbis, facta per quatuor adiectione , ad vigeſimum finiuntur. Placuit(vt obiter dictum ſit) transferre ex acutiſſimis, quoniam in codicibus Galenianis,& Hippocra.Aldinis, ἐκ τῶν ὀξυτάτων legimus. Galenus tamen in huius Aphor.Commentario, ἐκ τῶν ὀξέων,id eſt , ex acutis legit,& bene.Docet in hoc loco tribus ſeptimanis morborum acutorum limitem , & ſingulas per quaternarios diuidere,ita vt ſingulæ duos contineant quaternarios, quod fit, ſi primum ſecundo copulemus in omnibus ſeptimanis. Cæterùm , ſecunda ſeptimana à prima ſeparari debet : quoniam primum quaternarium ipſius dicit finiri ad vndecimum:& quoniam in præſenti Aphoriſm.dixit : Alterius ſeptimanæ octauus principium. Tertia verò ſeptimana ſecundæ coniungenda eſt , quoniam in Prognoſtico dixit, quintum quaternarium finiri ad decimumſeptimum,quod non eſſet niſi primus eius ſeptimanæ eſſet quartuſdecimus. In hoc tamẽ Aph. dixit contemplatorium eſſe decimumſeptimum, quoniam eſt quartus à quartodecimo , & ſeptimus ab vndecimo, quod non minus oſtendit quaternarios in ſingulis trium ſeptimanarum eſſe coniungendos,& diem medium bis numerandum. In præſenti tamen Aphoriſ.quoſdam ex his contemplatorios appellat,ſiue iudicatorios:ſunt ex his, quartus, vndecimus, decimuſſeptimus:nõ quidem quoniam his non ineſt vis ſatis magna iudicandi , ſed quoniam ſeptimus, quartuſdecimus & vigeſimus, plures iudicant,quàm quartus,vndecimus,& decimuſſeptimus,& quæ futura ſunt , in his qui ſeptimanas finiunt,à quartis ſeptimanarum indicantur. Quartus indicat ſeptimum : vndecimus quartumdecimum:

De diebus iudicialibus & contemplatoriis.

Quare ſecunda ſeptimana ſeparetur à prima ſecundum Hipp.

Contemplatorij dies.

mum : ſeptimusdecimus , vigeſimum : quo limite tres ſeptimanæ comprehenduntur, in quibus morbi acuti deſinunt, tanquam in terminum externum. internus enim quartuſdecimus eſt. Quòd verò dies prædicti contemplatorij ſint, rationem adhibuit Gale.lib.1. Prorrhe.Commen.1.quoniam ſi quid boni aut mali in die contemplatoria ſe oſtendet,in iudicatoria fiet : ſi enim in die contemplatoria natura fluxum ſanguinis narium tentet, & non perficiat,aut per ſudorem, aut ventris ſolutionem, malum futurũ in die iudicatoria eſt ſperandũ: ſunt enim hæc deiectoria, quæ non decernunt. Bonum etiam ſperamus ſeptima die futurum,ſi nebula , aut appendiculum in vrina appareat quarta die. Meminit his duobus locis Hippocrates dierum iudicantium ad vigeſimum,quoniam loquitur de acutis morbis de quibus modò dicit : Acuti morbi 14. diebus iudicantur. & in libro Progn. de ſolis acutis morbis agit:quamuis connexionis ratione quędam etiam ſcribat de iis qui fiunt ex ipſis,& de terminis ipſorum. Non meminit autem omnium,qui iudicant intra vigeſimum, ſed eorum qui frequentius iudicant:nam & tertius eſt iudicatorius, & quintus & ſextus,quamuis ad malum,& nonus,& decimuſtertius, & decimusoctauus, qui etiam vigeſimiprimi contemplatorius eſt,vt decimuſſeptimus vigeſimi. Sed ſunt prædicti intercidentes, qui nec ſeptimanas,nec quaternarios finiunt. Hos dies eſſe iudicatorios experimentum docuit, & vigeſimum tres ſeptimanas claudere voluit Hipp. quoniam ex his, quæ in libris de morb. popu. ducuit , experimento conſtat, vigeſimum iudicare pluſquàm vigeſimumprimum. Cuius cauſam Gal. à lunæ motu inuenire tentauit in libris De diebus decretoriis:cùm autem nihil firmum de ea re inuentum ſit à Gale.aut aliis, tutius eſt experimenta ſequi , & prædictos dies , & poſt vigeſimum multos alios,qui nõ adeò frequenter de morbis decernunt,qui per ſeptimanas ad 40. 60.& 80.& 120.perueniunt , modo priori ſeruato, experimento comprobare : quorum Galenus meminit in libro De diebus decretoriis, & nos hæc & multa alia & dierum omnium iudicantium hiſtoriam abundè docuimus lib.3.Prog.expoſitione prima. A quo loco quæ hìc deſunt,petenda erunt. Qui verò dicit dies omnes iudicatorios eſſe plus aut minus,quoniam in omnibus poſſunt morbi iudicari bene,aut malè,fallitur apertè : Gal.enim lib.1. de diebus decretoriis quoſdam dies decretorios probat , quoniam etſi in omnibus diebus iudicationes viſæ ſiut,non tamen cum ſubitis mutationibus, neque frequenter , præter id quod Gal. eo loco teſtatur,ſe nunquam in 12. & 16. vidiſſe criſim , neque ſubitò de morbis decernere 19.

Dies intercidentes.

Fallitur qui dicit dies omnes eſſe indicatorios.

APHORISM. XXV.

Æſtiuæ quartanæ breues magna ex parte ſunt, autumnales vero longæ,præſertim quæ hyemem attingunt.

COMMENTARIVS.

QVemadmodum calor morbos omnes breues reddit , ita frigus longus , breues autem eſſe omnes calidos morbos experimentum docet , & Hipp.lib.6.de morb. pop.dixit:In Cranone dolores antiqui frigidi,noui calidi. Ratio hoc idem confirmat:à calore namq; morborum cauſæ attenuantur, diſſoluuntur , frigus autem poros aſtringit , & humores compingit , qua de cauſa morbos ipſos producit. Quod ſi morbi ſalubres fuerint à calore ambientis diſcuſſa cauſa finiétur:ſi lethales,ſimul enim cauſa diſſoluto ſpiritu morientur , & frigido tempore vti humorum diſſolutio cohibetur, & propterea fiunt longi: ſalubres ita lethales vitium diſſolutione impedita prorogantur. Quartana vſus eſt, vt exemplo , omnes morbos calido tempore factos ſignificare volens. idque magna ex parte fieri affirmat,dicens : τὰ πολλὰ , quæ vox idem, quod magna ex parte ſignificat,vti & ſupra Aphor.6. non tamen omnino,vt Philotheus,& Fuchſius, & Leonicenus eo loco ſunt interpretati : cùm tamen neque id vox ipſa ſignificet,neque ad veritatem Aphor. illius , ſit neceſſarium eiuſdem ſignificationem peruertere.

Morbi longi aut breues quare fiunt.

APHORISM. XXVI.

Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt ,quàm febri conuulſionem.

COMMENTARIVS.

IN præcedenti Aphoriſmo ambientis aëris calorem,morbos curare exemplo æſtatis,& quartanæ febris docuit : in hoc verò non tantùm hunc qui in ambiente aëre eſt , nobis non naturalis, nec perinde præter naturam,ſed & eum,qui præter naturam eſt,& febrilis,morbos frigidos, & qui à craſſis humoribus pendent , curare poſſe conuulſionis exemplo docet. Eſt enim conuulſio quæ fit neruis primogenia affectione laborantibus duplex, ex impletione nempe, & ex inanitione : eſt & tertia ſpecies, quæ conſenſu fit , vti nos alibi abundè probauimus. In omnibus verò muſculi ad originem retrahuntur ,eo modo quo per ſanitatem animali facultate operante fiebat. Conuulſio ſubitò nata , & quæ non præcedente febre aliqua ardenti , & vehementi prolixa fit à craſſis & lentis humoribus naſcitur. Quæ verò fit febre aliqua de prædictis præcedente,ex conſumptione fit,& hecticam refert. Prior conuulſio curationem admittit, ſecũda autem nullam,aut difficilem admodum : non enim eſt admodum difficilè humores craſſos & lentos coquere, ac diſcutere,humorem autem natiuum in conuulſione ſicca amiſſum reparare , ferè impoſſibile. Ac perinde melius eſt , conuulſione facta , nempe à craſſis humoribus , vt ſit ab initio (magna ex parte) aduenire febrem , quæ curationi proficiat , coctione, ac diſcuſſione facta : quam præſente febre conuulſionem euenire quæ a conſumptione fiet, quam reparare ferè impoſſibile erit. An tamen curationis ratione febrem concitare conueniat, diximus libro 3.De arte meden. ſectio. 3. cap. 21. diariam febrem excitare eſſe ex vſu,& Celſum febrem mouere conſuluiſſe quandoque. Neque obſtat quod quidam obiiciunt morbum alium eſſe, & duos difficilius curari , & ſæpius pro diaria ſequi putridam. Nam cùm febris ſuperuenit,aut vi medicamentorum excitatur,conuulſio facilius multò curatur, quàm vbi ipſa non adſit & febris , quam expoſcimus non erit difficilis curatu,nec multum moleſta:nam & ſi non ſit facilè mouere febrem quæ magna non ſit , id non tollit quominus talem febrẽ mouere ſit ex vſu, & vbi putridam febrem mouerimus, non neceſſum eſt omnem talem eſſe periculoſam , aut periculum afferre conuulſioni æquale. Præter id,quòd & quartanam prodeſſe conuulſionibus teſtatus Galenus lib.5.Aphoriſm.7. vbi à quartana captos, dicit non admodum capi conuulſionibus , & à conuulſione iam captos quartana ſuperueniente liberari. Quòd ſi quartana ſuperueniens , aut ſimilis febris magnitudine,vehementia,& periculo, à medico excitaretur,conuulſiones quoque curaret. Non diceret autem rectè Hippocr. à conuulſionibus liberari eum, qui curata conuulſione , vi febris moreretur. Sed ſunt febres multæ, quæ conuulſionem curare valebunt,& non erunt periculoſæ, vti diaria , & ex leui ſanguinis inflammatione orta, & leuis putrida, aut etiam tertiana,aut quartana,non magnæ.

Conuulſio duplex.

Conuulſio qua curatur, & à qua cauſa.

Conuulſis febrem mouere.

APHORISM. XXVII.

His, quæ non ſecundum rationem leuant, non oportet fidem præbere, neque valde timere praua, quæ præter rationem fiunt, plurima enim talium infirma ſunt, & non multum permanere, aut durare conſueuerunt.

COMMENTARIVS.

QVooiam ſermonem habuit de diebus decretoriis, atque inſeruit de iudicatoriis nonnulla, rurſus in præſeoti Aphoriſ. de ſignis, quæ iudicationem antecedunt, quique in diebus contemplatoriis apparere ſolent, docet noonullam fidem eſſe eiſdem adhibendam, etiam ſi oſtendant ægrum melius aut deterius habere, ſi præter rationem talia fiant: bonorum primum, deinde malorum ſignorum mentionem faciens, quę ſine ratione talia ſunt, de bonis dicens: His, quæ noo ſecundum rationem leuant, non oportet fidem præſtare: ad finem addens, quoniam talium plurima infirma ſunt, & neque multum permanere, aut durare conſueuerunt. Leuant autem ſine ratione, hoc eſt, leuatos indicāt multæ actiones quas exercent quidā veluti à morbo liberi, aut non adeò vt antè grauati, nulla tamen vacuatione per fluxum ventris, vomitum, ſudorem, aut ſimiles alias vias facta. Quod ſæpe in morbis euenire ſubitò videmus: ægrum nempe hodie valde oppreſſum, & cras ferè liberum, ſine aliqua manifeſta exeretione, aut effatu digno abſceſſu. Præterea videbis multos leuatos à morbis perniciofis, & cum manifeſtis vacuationibus, quibus pariter fidendum non eſt, niſi ante eam vacuationem in diebus contemplatoriis coctionis notæ apparuerint. Quod Hipp. Progn. 22. lib. 3. docuit, dicens: Quibus febres deſinunt neque cum ſignis ſolutionis, neque in diebus decretoriis, recidiuam in eis expectare oportet. Et lib. 2. Prorr. ſect. 17. inquit: perniciofa, quæ ſine ſignis leuant, mortē ſignificant. Cùm igitur quis ſubitò, aut breui admodum à morbo liberatur, oon paruo, vel ab eodem melius habet, vt hæc tuta ſint à recidiua, oportet vt ſigna bona, vti ſigna coctionis antecedant, & vacuatio ſequatur, & ad maiorem ſecuritatem, vt in die decretoria fiat. Secundo loco inquit: Neque valde timere oportet praua, quę præter rationem fiūt. Plurima enim talium infirma ſont, neque multum permanere, aut durare conſueuerunt. Praua tamen ſigna, ac ſine ratione facta ſunt, ſigna decretoria, quæ infida omnino ſunt, autore Galen. lib. 1. de Criſibus, cap. 14. quorum quædam ſigni tantùm rationem habent, vt difficilis reſpiratio, capitis dolor, vigiliæ, inquietudines, delitia, & ſimilia: & quædam habent rationem ſigni & cauſæ, vt ſtillæ ſanguinis, vrina multa, aut deiectio, quæ ſolent antecedere imminentem indicationem. Quibus quamuis magnum aliquod malum oſtendere videantur, nulla fides adhibenda eſt: aliunde enim, nempe à ſignis coctionis pendet ſalutis vera, ac firma indicatio. Videmus enim multos cum his ſignis ſaluatos, ſignis coctionis præcedentibus, & vacuatione ſiue criſi ſequuta: alios verò cum ſimilibus ſignis, non præcedentibus notis coctionis, mortuos. Quapropter ſigna hæc, quæ malum oſtendebant, ac valde malum, infirma fuerunt, neque multum permanſerunt, aut durarunt.

Signa infida.

Nota.

APHORISM. XXVIII.

Febricitantium, non omnino leuiter permanere ac nihil minui corpus, aut extenuari pluſquam poſtulat ratio, malum. Illud enim morbi longitudinem, hoc verò imbecillitatem ſignificat.

COMMENTARIVS.

DE febricitantibus loquens, qui non omnioo leuiter febricitant, duo docet agnoſcere, morbi longitudinem, & virium imbecillitatem: longitudioem morbi, ſi corpus permaneat, ac nihil minuat à mole corporis, quam habebat ſanitatis tempore. Indicat enim hæc corporis permanentia cutis denſitatem, & humorum craſſitudinem, quæ duo, impedita & retenta vacuatione & diſſolutione humorum, morbum in longum tempus producent. Vbi verò corpus mareſcat, ac extenuetur pluſquam ratio poſtulat, imbecillitatem ſignificare dicit. Hoc autem bifariam fit: nam ob imbecillitatem virium corpus plus æquo diſſoluitur, atque ita diſſolutio corporis ſignificat imbecillitatem facultatis, veluti cauſam priuatiuam, ſignificat etiam cutis raritatem, & humorū tenuitatem: ad hęc autem facilè ſequitur virium imbecillitas. Quam vt cauſam ſignificat extenuatio, & vt effectum, qui ſequitur ad duas prædictas extenuationis cauſas. De febricitantibus non omnino leuiter loquitur, prima namque pars Aph. vera noo eſſet, ſi de his qui leuiter febricitant dicta eſſet, permanere enim corpus, & nec quicquam minui per paruas febres, non ſignificat eas longas futuras: nam ad id neque humorum craſſitudo, neque cutis deoſitas eſt neceſſaria: ſatis enim eſt calorem non eſſe multum, vt nulla manifeſta corporis diſſolutio ſequatur, febres antē noo omnino leues, mediocres & magnæ dicuntur: in quibus verum quoque eſt, ſi plus quàm ratio poſtulat extenuentur, ſignificari humorum teouitatem, cutis raritatem, & ſummatim, vt in Aphor. imbecillitatem, præſertim retinentis facultatis: nam & fieri poteſt, vt in febre vehementi corpus plus æquo extenuetur primis ipſis diebus. Verum quoque id eſſet, ſi de paruis febribus diceretur: nam in eiſdem plus quàm ratio poſtulat extenuari, imbecillam oſtenderet facultatem. Neque hoc tollit veritatem Aphoriſ. qui enim docet in febribus non omnino lenibus aliquid fieri, non tollit quominus in minoribus & lenibus id fieri poſſit. Quooiam tamen primę parti Aphoriſm. oon conueniret, vt de vtriſque verum eſſet, de non omnino leuiter febricitantibus ſcriptus eſt. At verò plus quàm ratio poſtulat, id ſignificat, quod fit maius, quàm pro ratione eorum quæ ſolent ægrum diſſoluere, ſunt hæc febrilis calor, & is qui in ambiente, & euacuatio quæuis manifeſta, inædia, vigiliæ, curæ, & corporei motus, ad quæ reſpiciens medicus, intelliget iam æger plus, quàm pro ratione extenuetur. Diximus autem extenuari, quoniam etſi litera habeat συντήκεσθαι, id eſt, colliquari, vt Galenus in commentario inquit, abutitur Hippocrat. voce ea, λεπτύνεσθαι dicturus, id eſt, extenuari, συντήκειν enim in liquidam ſubſtantiam conuerto ſignificat propriè vt lib. 3. Prognoſtico. in annotationibus in tertium Galen. Commen. oſtendimus. Congruit ſanè hæc pars, plus quàm ratio poſtulat cum parte extenuari, non ita cum parte priori, qua dixit, permanere corpus. Nam etſi rectè dictum ſit, permanente corpus plus quàm ratio poſtulat, ſignificare morbi longitudinem: fruſtra tamen diceretur id fieri in febricitantibus non omnino leuiter: in omnibus enim febribus id verum eſt: ſi enim in leuibus febribus plus quàm pro ratione corpus permanet, febris erit longior. Præterea neque rectè diceret, plus quàm ratio poſtulat, nihil minui: qui enim dixerit nihil minui corpus, ſignificare febris longitudinem, inutiliter & incongruè, adder ſi id fiat plus quàm ratio poſtulet. Pars itaque non omnino leuiter febricitate, de vtriſque dicitur: pars verò plus quàm ratio poſtulat, propriè de his qui extenuātur, noo propriè de his qui permanent, vt in Aphoriſ. ſententia & contextu. Neque enim ea additione

Plus quàm ratio poſtulat, quid.

eſt

eſt opus: ſimpliciter enim rectè diceret, In febribus non omnino leuibus permanere corpus, nec quicquam minui, morbi longitudinem ſignificare, neque opus eſt addere plus quàm ratio poſtulat: nam ſi corpus in prędicta febre permanet, nec quidquam minuit, id neceſſariò erit plus quàm ratio poſtulat: ratio namque poſtulat in febre non omnino leui corpus diminui, & non permanere.

APHORISM. XXIX.

Incipientibus morbis ſi quid mouendum videtur, moue: vigentibus autem quieſcere melius eſt.

COMMENTARIVS.

Video magnum numerum medicorum noſtri temporis, improbè ſeruare huius Aphoriſm. ſententiam, & longè aliter, quàm par eſt intelligere Hippocrat. mentem: putant enim hac ratione conuenire omnibus morbis, qui aut febres ſunt, aut febres adiunctas habent: prima aut ſeconda die ventrem purgare, ea, quàm ipſi appellant minoratiuam purgationem: dementes excrementa primarum venarum, quæ vocant materias communes: vtque deinde natura minorata materia reddatur potentior ſupra reſiduum. Quod Galen. his verbis dixiſſe videtur. Vt igitur coctiones citius eueniant, melius eſt circa principia vacuare, quo minorem iam factam materiam facilius poſſit natura concoquere. Verùm in his omnibus quammaximè errant, vti Commentario vigeſimoprimo ſectio. 1. probauimus. In præſenti namque Aphoriſm. Hippocrat. duo docet, primum eſt in principiis morborum magis remediis vtendum eſſe, vbi aliquid mouendum videatur: ſecundum in vigoribus ab huiuſcemodi remediis eſſe abſtinendum. Principium morbi ab aliis coctione & cruditate diſtinguitur: nã principium eſt cùm crudus eſt morbus, augmentum, cùm coctionis notæ apparere incipiunt, ſed nondum integrè ſe oſtendunt, vigor cùm integrè coctus eſt humor, faciens morbum, declinatio, morbi & humoris diminutio eſt. Mouemus autem ſanguinis miſſione, aut purgatione, quæ magna remedia à Galeno in Commentario huius Aphoriſm. appellantur, ſanguinis miſſio, vel incipiente morbo, ſi conueniat temporis ratione non denegabitur, præterquam quòd medici, quorum meminimus ante ipſam, minoratiuam ſuam purgationem exercent. De purgatione verò dicemus Hippocrat. voluiſſe ipſam in principio eſſe exercendam: ſi quid mouendum videtur, ac ſi dixiſſet, ſi quid turget, tantùm enim ea mouenda videntur in principiis quæ turgent, ex Aphoriſm. 21. ſect. 1. Cùm verò morbus viget, quieſcere melius eſt, & ab his abſtinere purgationibus, & eas differre in declinationem, & ſummi vigoris finem expectantes an natura aliquam faciat iudicationem quam ſi imperfectam videmus, ipſam arte perficimus. In vigore namque natura coctioni maximè vacat, & quandoque vacuationi, & eo tempore animalis facultas valde languet. In vniuerſum autem Aphoriſ. ſequenti, rationem huius adiungit, quoniam circa principia & fines ſunt omnia imbecillima, circa vigores fortiſſima & cùm morbus fortior eſt, à remediis magnis abſtinere erit ſatius. Hic Aphoriſm. de ſalubribus morbis intelligendus eſt: qui enim lethales ſunt, curari non debent, ſed ſolis præſagiis relinqui, ſiquidem morituris non oportet adhibere manus, vbi omnino conſtet id arte prædicendi: vt enim Galen. 11. Method. inquit: In his, quorum ſalus omnino deſperata eſt, imprudentis conſilij fuerit, apud vulgus infamare præſidia, quæ multis fuere ſaluti.

Minoratiua purgatio.

Principium morbi.

APHORISM. XXX.

Circa initia autem & fines omnia imbecillima, circa vigores verò fortiſſima.

COMMENTARIVS.

Rationem reddit præcedentis Aphoriſmi, ea eſt quare circa initia mouendum, & circa vigores quieſcendum, quoniam morbi omnes incipientes, & declinantes ſunt minores, vigentes, maiores ac maximi. Quod ex propriis morborum accidentibus licet cognoſcere, quæ in ſummis vigoribus maxima ſunt, nempe vigiliæ, dolores, ſitis, febrium acceſſiones, niſi morbus ſit ex his, qui ante id diminutas aliquas fecerit vacuationes, & imperfectas criſes: illi enim coctionem aſſequuti ſunt minores, quos etiam in ſummis vigoribus purgare non eſſet à ratione alienum. Voco modò ſummum vigorem, coctionis completæ primum tempus, & non adſit ſumma morbi magnitudo. Præterea quoniam cùm natura quammaximè vacat coctioni malorum humorum, melius eſt abſtinere à purgationibus, quæ ipſam diſtrahere ab opere debent. Opprimi tamen à multitudine, craſſitudine, lentore, & frigiditate cauſæ, commune quoddam accidens eſt ferè omnibus morbis incipientibus, quod non oſtendit morbi magnitudinem. De qua libro ſecundo de different. febr. in Commentariis noſtris multa docuimus, ab aliis non ſatis perſpecta.

Summus vigor.

APHORISM. XXXI.

Ex languore cibum probè capienti, nihil proficere corpus, prauum.

COMMENTARIVS.

De his qui à morbo conualeſcunt eſt Aphoriſmus præſens, vti & octauus huius ſectionis malum eſſe docens, ſi conualeſcens cibum probè capiat, id eſt, cum appetitu & abundè, nec tamen corpus augeatur, quod ἐπιδιδόναι, id eſt, proficere dixit. Malum autem quod ſit, modo non appoſuit, explicat autem id Aphoriſmo octauo vnum duorum ſignificare dicens, aut quod conualeſcens plurimo cibo vtitur, quod natura ſuperare non valet, demendámque eſſe quantitatem: aut ſi cibum ſupra modum non accipit prauum aliquem ſuccum in corpore fuiſſe reliquum, atque eius cauſa egere vacuatione. Ex languore autem diximus, quoniam Græcè habetur, ἐξ ἀῤῥωστίης. Ægrotos autem Græci appellant, autore Galen. libro ſecundo Method. meden. νοσοῦντας, id eſt ægrotantes, & ἀῤῥωστοῦντας, id eſt, languentes, & ἀσθενοῦντας, id eſt, minimè valentes, & κάμνοντας, id eſt laborantes, ἀῤῥωστία igitur languor eſt, aut morbus.

APHORISM. XXXII.

Vt in plurimum omnes qui malè ſe habent per initia bene cibum capientes, & nihil proficientes, verſus finem rurſus cibos auerſantur. Qui verò per initia cibos validè auerſantur, poſtea bene cibos capientes, melius euadunt.

COMMENTARIVS.

In præſenti Aphoriſm. quemadmodum in præcedenti, & in octauo huius ſect. de conualeſcentibus loquitur, quandoquidem participium ἐπιδιδόντες, id eſt, proficientes, de ſolis his, qui cõualeſcunt, dici ſolet ab Hippocrat. & aliis Græcis, vt Galenus teſtatur in commentario. Quando igitur hi probè cibos appetunt & accipiunt, non tamen proficiunt, ſed malè ſe habent, iudicium eſt firmam eſſe facultatem ventriculi, qua cibos appetunt, cæterùm in corpore poſt morbum remanſiſſe prauum aliquem ſuccum, qui aduenientes corrumpit humores: vnde fiet vt proceſſu temporis magna copia

Proficientes.

acetuata, facultas etiam appetent vires committat, & ventriculus cibos auerſetur. Id verò vt in plurimum ita fieri conſtat, quoniam nonnuoquam ſecus accidit, conſtante enim adhuc concoctrice, quod ex morbo fuit reliquum, & ſi quid aliud interim fuit additum, ſuperabit, & à valida expultrice expelletur, firma manente appetente cibos facultate. Qui verò à principio conualeſcentiæ cibos non appetunt, aut eoſdem valide auerſantur, non ingurgitant aliquid ſupra vires: totum igitur cibum aſſumptuio ſuperant, & coquunt, atque interdum oatuta toboratur, quæ eoquere valebit eum ſuccum, qui erat inappetentiæ cauſa, quo ſuperato rurſus appetent conualeſcentes cibos, & melius euadent quàm priores.

APHORISM. XXXIII.

In omni morbo mentem firmam eſſe, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum: contrarium verò, malum.

COMMENTARIVS.

AD partem artis prognoſticam pertinet præſens ſenteutia, bonum in motbis omnibus doceens prænoſcere ex mentis firmitate: ſi enim hæc firma eſt, ac conſtans, robur cetebri ſignificat, & animalis facultatis, quod in omnibus motbis bonum eſt indicium, vti & bene ſe habete ad cibos, qui offerentur, ſignificat firmam eſſe facultatem naturalem ventriculi & venarum. Non quidem: quoniam facultas quæ cibos appetit eſt naturalis: eſt enim animalis ſequens ttiſtem ſenſum in ore ventriculi. Sed quoniam duio hæc probè cibos appetit, quod eſt bene ſe habete ad ea quæ offetuntur, bona coctio fit, & coctorum diſtributio, & ſuctio ioembrorum à iecore & ventre. Quòd autem de cibit loquatur, cùm dixit, ad ea quæ offetuntur, conſtat ex Galeo. Comment. tum etiam quoniam bene ſe habere ad ea quæ offetuntnt, ſignificat robur naturalis facultatis: bene autem accipere medicamenta, vti ſiropos, & pharmaca, ad nullam naturalem facultateio attinet. Adde quod dixit Hippocrat. Contrarium verò, malum, non appetere tamen medicamenta, qua ratione eſt malum, id dicant. Videmus enim ægros eò magis odio habere medicamenta, quò magis ſaoitati accedunt. Meminit autem horum duorum ſignorum, quoniam hæc in omnibus morbis boua ſunt, & eorum contratia mala, ſimplicitet autem bonum & malum dixit, & ſino additione, valde, aut valde iam, & ſine ſuperlatiuo, vt ſolet: quoniam hæc ſignorum vires oſtendunt, quorum medicum perpendere decet, oumerum & dignitatem antequam quidpiaio de ſalute aut morte prædicat: vnum namque ſignum bonum ſæpiſſimè plurima ſigna mala vincit, falſum autem eſt maiorem malitiam habere ſigna mala, quàm contraria bonitatem, quod affirmat is qui in huint operis commentariis valde diſſentit à Galen. ſententiit, & ab his quæ à nobit viua voce docentibus hauſit in ſchola, quem frequenter admonuimut veritatis & bonæ doctrinæ in libro de arte medendi, & in præcedentibus commentariis: non ratò etiam id faciemus in ſequentibus. Bonam ſiquidem reſpirationem dixit Hippocrat. valde magnam vim habere ad ſalutem in omni motbo acuto, qui cum febre ſit, & quadraginta diebus indicetur, nec tamen dixit, optimam: nam hæc cuio acuto morbo & febre nuoquam aderit. At dicat dogmatis aſſertor, cuius nomen ſubticere viſum eſt mihi, An mala reſpiratio habeat valde magnam vim ad mortem io prædictis morbis? Non quidem: nam in morbo laterali difficilè ſpirare nihil aliud à morbo ſignificat, & cùm iudicatio imminet, mala reſpiratio ſignis coctionis præcedentibus ſalutem nunciat non longè futuram, iudicatione interueniente. Præterea, vt libro de vrinis in præfatione probauimus, cum optima vrina nullus moritur, ſed cum peſſima vrina multi liberantur. Præterca conſtare ac firmam eſſe mentem, bonum eſt, delirare etiam malum, & non peſſimum, neque valde malum: nam & id dixiſſet, vt ſolet Hippocrat. Cæterùm ob ſolos vapores in caput aſcendentes delirant ægri, quod nihilo maiorem habet malitiam, quàm mente conſtare, bonitatem. Præterea in febre biliofa ſiti vacare maiorem bonitatem oſtendit, quàm ſitire, malitiam.

Fa. cibos appetens non eſt naturalis.

Signorũ malorum malitia.

APHORISM. XXXIV.

In morbis minus periclitantur, quibus naturæ & habitus, & ætatis, & regionis morbus fuerit magis familiaris, quam quibus ſecundum nihil horum fuerit familiaris.

COMMENTARIVS.

MInus periculum imminere à morbis ſimilibus, quàm à diſſimilibus prædicere docet in præſentiarum. Similes autem motbos dicimus cognatus, proportionales & familiares, ſimiles verò eſſe decet naturæ, hæc eſt naturalis temperatura, aut habitui, eſt autem habitus moles corporis craſſitudo & macilentia. Aut ætati, aut regioni: continet autem regio aëris temperiem, cæli ſtatum, & anni tempus. Cùm verò alicui horum, aut omnibus morbus eſt familiaris, & ſimilis, minus eſt periculoſus, quàm vbi nulli horũ fuerit ſimilis. Exemplum eſt, febris tertiana, quæ ſi æſtate fiat, in iuuene macilento, & temperatura calido, minus mala erit, quàm ſi hyeme, aut ſeni, aut craſſo homini, & pituitoſo eueniret: Tota ratio ad cauſæ magnitudinem refertur, deinde ad id, quod maior cauſa effecit. Maior etenim cauſa eſt, quæ potuit tertianam in ſene, & hyeme generare, quàm quæ æſtate, & in iuuene, & reliquis. Cauſæ igitur ratione maius ab illa quàm ab hac tertiana febre periculum imminet. Maius item ab eo, quod factuio relinquit cauſa, ſiquidem diſteioperies, quæ frigiduio corpus febrire cogit, maior eſt ea, quæ calidum, & quæ hyeme maior, quàm quæ æſtate: nam æſtate calor non ioultus ſupra temperamentum proprium, adiutus calore ambientis læſionem manifeſtam faciet in actionibus, ſecus in hyeme. Neque obſtat quòd morbi calidi hyeme facilius curentur: nam aliud eſt facilius curari, aliud periculoſum eſſe: etſi enim hyeme tertiana facilius curetur, quàm æſtate, id intelligendum eſt, vbi pares fuerint cauſæ facientes, verùm cauſa faciens æſtate tertianam eſt minor, & ea ratione facilius curatur, quàm quæ hyeme fit à maiori cauſa: quamuis ſi febris tertiana æſtate fieret, facilius curaretur hyeme, aut frigida conſtitutione aëris, quàm æſtate, difficilius tamen ea curaretur hyeme, quæ hyeme facta foret: Neque etiam obeſt quòd raucedines, & grauedines in valde ſenibus non maturantur, autore Hippocrat. Aphoriſm. 40. ſequenti, qui de valde ſenibus loquitur, quibus nulli alij conferri debẽt ob virium languorem, præter id quod non dixit Hippocrat. raucedines, & grauedines, quæ ſenibus ſunt familiares eſſe magis periculoſas, ſed non perduci ad coctionem, idque citra periculum. Neque etiam obſtat quod libro primo de mor. popu. dixit, maximè mori eos, quorum natura vergebat ad phtiſim: illis enim familiaris erat morbus, quia natura eorum vergebat in eum morbum. Vbi verùm naturam dixit corporis conſtitutionẽ, & compoſitionem, hic tamen naturæ dicit eſſe familiares morbos, qui ſunt ſimiles naturali

Morbus ſimilis.

Morbi ſimiles minus periculoſi.

tali temperaturæ. Hanc ſententiam citauit Galen. in Comment.ea libro primo de morb.popu.quamois ea non ita ſcripta ſit: citat etenim eam non vt ſcripta eſt, ſed vt ſcribi deberet, vt docet in Comment.eius loci. Sed dices, nonne ſicca conuulſio magis periculoſa eſt, quàm humida, & neruus eſt natura ſiccus, & propterea ſicca cunuulſio eſt eis familiaris? Bene quidem, cæterùm non conuenit diuerſos morbos vni naturæ, aut temperaturæ conferre, quandoquidem neque ipſi parem habent malitiam, neque per periculum minantur, ſed ſicca conuulſio ſemper maius, quàm humida: decet autem cooferre vnum morbum diuerſis ac contrariis naturis, vt Galen. in Comment. facit, ac ita veram & perpetuam inuenies Aphoriſmi ſententiam: conuulſio etenim ſicca magis mala eſt neruis humidioribus quam ſiccioribus. Qua de re honeſtiſſimis verbis admonuimus lectores libro tertio Prognoſtic. in annotationibus in trigeſimumſextum Gale. Commentarium, vt deinde hac collationis forma vterentur. Ille verò, cuius antè meminimus, veritate conuictus admiſit expoſitionem, non potuit tamen ſeipſum continere, quominus præceptori foret contumelioſus.

APHORISM. XXXV.

In omnibus morbis partes circum vmbilicum, & imum ventrem craſſitudinem habere melius eſt: valde tamen tenuis, & contabefactus, malum: periculoſum verò ad infernas purgationes, quod tale eſt.

COMMENTARIVS.

Venter. TOtus venter, qui abdomine definitur auctore Galen. in Comment. in tres partes diuiſus eſt, in hypochondrium, quæ pars infra coſtas eſt, & enſiformen cartilaginem à latere in latna, vt libr. Prognoſtici primi in expoſitione vigeſimatertia oſtendimus, & in partes quæ ſunt circum vmbilicum, & hypochondrium, ſiue imum ventrem, Græci ἦτρον dicunt, pars ab vmbilico vſque ad pubem. Meminit verò Hippocra. partium circum vmbilicum, & imum ventrem, quamuis & de hypochondrio idem dici poſſit, & fortè in partibus circum vmbilicum comprehendit ipſum hypochondrium: laudat autem eas partes, vbi craſſitudinem fuerint nactæ, ſiquidem dum tales fuerint, coctiones in ventre & iecore probè perficientur, adiuto ab ipſis ventriculo & iecore ad chyli & ſanguinis cōfectionem. Melius igitur erit ita ſe habere, quàm extenuari vtcunque. Valde tamen extenuari, ac contabeſcere malum eſſe dicit, ob contrarias cauſas, imbecillæ ſiquidem fient in ventre naturales actiones, ob caloris defectum. Eſtque hæc diſpoſitio ad inferiores purgationes periculoſa: nam ad eas opus eſt vti animali facultate, quæ in muſculis ventris ſuum munus exercet compreſſione. Non meminit autem purgationum quæ fiunt per ſuperiora, quoniam ea eius ſententia notiſſimum euadit: nam ſi ad inferiores purgationes periculoſus eſt venter extenuatus & tabefactus, in quibus minus laborat, quàm in vomitionibus, multo erit ad vomitiones deterior. Id itaque vt manifeſtum Hippocrat. prætermiſiſſe teſtatur Galen. Ille verò qui Galen. placita ferre nequit, nedum mea neminem qui ſua ſcripta, intelligat, Galen. ſententiam probaturum, dicit, is verò neminem fortè vidit vomentem: nam ita facilè intellexiſſet, quanto maiori labore muſculi ventris vomitum, quàm dectionem exercent. Similem huic ſententiam ſcripſit Hippocrat. Prognoſtico. 19. libri 1. dicens: Decet autem in omni morbo ventrem flaccidum ac bonæ molis eſſe: quod enim loco dixit, πάχος ἔχειν, id eſt craſſitudinem habere, illic dixerat decere ventrem eſſe, εὔογκον, id eſt, bonæ molis, quod eſt craſſos eſſe muſculos ventris.

Partes circū vmbilicum craſſitudinem habere.

APHORISM. XXXVI.

Qui ſana habent corpora per medicamenta purgari, citò exoluuntur, & qui prauo vtuntur cibo.

COMMENTARIVS.

ADmonet Hippocrat. abſtinendum eſſe à purgantibus medicamentis, quæ humores a proprietate ducunt, quorum etiam erat vſus apud ſui temporis medicos. Id verò in ſanis corporibus & in his qui prauo cibo vtuntur, adiiciens cauſam, quoniam per purgationes prædicta corpora citò exoluuntur. Sana etenim corpora, & quæ nullo modo ſunt neutra, nulla egent purgatione: ea enim neque membrum aliquod ægrum habent, neque parata ſunt iamiam ægrotare, neque futuro tempore: quapropter neque ſuccos prauos congeſſerunt, vt opus habeant purgatione præuiſiua, qua vbi vtantur, bonos ſuccos euacuari, & carnes ipſas liqueſcere neceſſum erit, ac perinde diſſolui vires. Loquitur autem de ſanis, etiamſi non ſint admodum ſani: nam ſani qui non admodum tales ſunt, non egent euacuatione per purgantia medicamenta, quibus ſatisfaciet ad excrementorum vacuationem exercitatio. Qui verò prauo vtuntur cibo, non ſanè qui nunc primùm ipſo veſcuntur, ſed qui diu antè, & etiam modò ex arbitrio, aut inopia cogente prauis cibis vtebantur, atque adhuc vtuntur medicamento purgati celeriter exoluuntur: vti enim cibo aliquo dicuntur, qui illi cibo aſſueuerunt: præterito namque tempore prauos cibos congeſſerunt, & paucum bonum ſanguinem, & ea de cauſa vires habent languidas, & quæ purgationem non ferent, quin exoluantur. Præterea qui cum virium languore abundantiam habet prauorum ſuccorum, leui eget purgatione, ac repetita, & interim bono cibo ad refectionem & epicraſim, vt prima ſectione Comment. decimoſexto Galen. docuit: quòd ſi prauo adhuc cibo vtantur, minimè reficientur, diſſoluentur autem citò. At verò nulla ratione dici poſſet cibus, quo quis vtitur (vt quidam dixit) de cacochimia, qua nemo vnquam vſus eſt, ſed de externo cibo, qui hanc quoque generare valet. Sana igitur corpora purganda non ſunt, & quæ prauis vtuntur cibis, per epicraſim curanda, & prauo cibo in meliorem mutato: nam ſi prauo adhuc vtantur, exoluentur purgatione.

Sana corpora purgari non debent.

Cibo vti.

APHORISM. XXXVII.

Qui bene ſe habent corpore, purgationes moleſtè ferunt.

COMMENTARIVS.

QVi bene ſe habent corpore, ſani ſunt, de quibus etiam ſcriptus eſt præcedens Aphoriſm. teſte Galen. in Comment. verùm vnum tantummodo malum atque id magnum eis euenire ſcripſit in præcedenti, nempe exolutionem, vbi purgentur, modo generaliter moleſtum eſſe dicit, ſi ſana, aut bene valentia corpora purgentur medicamentis, vno verbo, multa praua ſymptomata colligens, faſtidium, inquietationem, ventriculi lancinationem, vertiginem & deinde exolutionem ſanguine atque carne liquatis. Quod fit vbi medicamentum humorem, quem ſimilitudine ſubſtantiæ trahere ſolet, non inuenerit.

APHORISM. XXXVIII.

Paulò deterior potus & cibus, ſuauior tamen melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, magis eſt eligendus.

COMMENTARIVS.

QVamplurima concedere debet medicus in gratiam ægrotantium, quorum Hippocra. lib.

Gratia ægrotantibus.

ſexto de morb.popu.par.4.meminit, dicens: Gratiæ ægrotantibus, vt mundè conficiantur tum potus, tum cibus, & quæcunque viderit, mollia ſint quæcunque augeat, aliæ non valde lædant, vel facilè emendentur, vt frigida, vbi ea opus ſit. Modo verò in gratiam ægrotum eiſdem cócedere docet cibos, & potus paulò deteriores eis, qui ſibi conueniunt ex arte, vbi fuerint ipſis ægris ſuauiores reliquis, eóſque eligendos magis dicit, melioribus ſed minus ſuauibus. Duabus rationibus id conuenire notum eſt, quoniam aliquid eſt permittendum in ægrorum gratiam, cùm id non fuerit multò, ſed paulò deterius, vt inquit Hippocrat. ægri enim quos gratos habemus, magis confidunt, & propenſius parent. Tum etiam quoniam quod paulò deterius eſt, id à ventriculo cùm ſuauius fuerit, magis amplexatur, & deinde coquitur melius. Præterea cibi, quos appetimus magis, quíque ſunt nobis magis familiares, minus à noſtra ſubſtantia diſſident, & facilius ſymbola in noſtram naturam tranſeunt, quàm diſſymbola: quæ igitur ſuauia, conſueta, grata, & amica nobis ſunt, & ſi paulò deteriora fuerint, magis ſunt eligenda, quàm meliora minus ſuauia, minus amica, & minus conſueta: nam hæc melius commutata, meliora redduntur. De ſuauibus tantùm loquutus eſt Hippocrat. Scimus autem inſuauia alimenta, quamuis boni ſucci, nauſeam, & fluctuationes in ventre facere, vt Galen. in Comm. docet, cuius verba hic apponemus, quoniam Græci codices mendoſi ſunt, & ſolius aduerbij οὖν, id eſt, igitur, tranſpoſitione corrigútur: ſic itaque legendi ſunt, ἀποχωρεῖν δὲ ἀπὸ τῶν ἀηδῶν, ὡς οὐ τοι ναυτίας ἐπιφέρειν, ἢ πνευματώσεις, ἢ κλυδῶνας, ὅπερ ἐπὶ τῶν πλείστων καὶ εὐχύμων ἐστὶ γίνεσθαι. ὅταν οὖν ᾖ μικρῷ χεῖρον, ἐπὶ τῶν ἡδέως λαμβανομένων οὐ μόνον οὐκ ἔτι χεῖρον, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ βέλτιον γίνεται. Quod eſt recedere autem ab inſuauibus, vnde & nauſeæ fiunt, & flatus, & fluctuationes, quod & plurimis boni ſucci cibis accidit. Quando igitur paulò peior fuerit, in his, qui cum ſuauitate ſumuntur, non modò non peior, verùm quandoque melior fit.

Alimẽta inſuauia.

APHORISM. XXXIX.

Seniores iuuenibus magna ex parte ægrotant minus. Quicunque autem morbi diutini eis eueniunt, magna ex parte eiſdem commoriuntur.

COMMENTARIVS.

Longè aliter ſenſiſſe videtur Hippocr. de ſenum & iuuenem ægrotatione, hic & lib. de victus ratione, vbi ita ſcriptum reliquit. Ex ætatibus pueri ſaniſſimi, ſecundo iuuenes, morboſiſſimi qui maximè ſenes, & eis proximi. Cæterùm nulla re diſſentiunt hæ ſententiæ: nam aliud eſt quempiam paratum eſſe ægrotare, aliud actu ægrotare: ſenes namque magis iuuenibus ſunt ægrotare parati: de qua ægrotandi ratione & præparatione loquutus eſt libro de vict. ratione: ſi quidem ſenes minus valentem habent calorem, minus natura, & frigida ſua temperatura poſſunt cibos ſuperare, & cauſis morbos inducentibus obſiſtere: iuuenes autem actu frequentius ægrotant: & de hac ægrotandi ratione modò loquitur: iuuenes enim quamuis validi ſint, plurimos errores committentes in victu, imprudentes frequentius ægrotant: vt enim tertia ſectione ſequenti, Comment. 29. Galen. ſcribit iuuenibus plurimæ accidunt ægritudines, non ob imbecillitatem, ſed ob incontinentiam: quoniam vulnerantur, franguntur, ſaliunt, clamant vehementius, refrigerantur, humi cubant & replentur. Id verò magna ex parte intelligendum eſt, quoniam iuuenes ob malam viuendi rationem frequentius ægrotant, ſenes ob prudentiam modicè viuentes, rarius, cùm verò non omnes ibidem faciant, ſed quidam ſenes ſint incontinentes, ebrij, & luxurioſi, hi frequentius ægrotabunt iuuenibus: habent enim internam & externam ægrotandi cauſam: iuuenes tamen, vbi incontinentes fuerint, externam tantùm. Sed dicit aliquis, Hippocr. ſententiam non eſſe ad victum referendam, vt voluit Gale. ſi enim ita foret non tantùm ſenes, ſed quicunque alterius ætatis, meliori victu vtentes minus ægrotabunt, neque ſenes omnes meliori vtuntur victu: neque multum intereſſet admonere eos ſalubrius degere, ſi meliori victu vtantur. Cùm autem iuuenes bile multa ac ſanguine abundent, in acutos morbos crebro incidunt, crebro quoque ab eis liberantur: ſenes verò cùm frigidiores ſunt, acutis morbis non deprehenduntur calidorum ſuccorum copia diminuta: & ſi in acutos morbos inciderint, non ſolent ab eis liberati. Hac igitur ratione (inquit ille) præſtat ſenectus iuuentuti, quod in mulieribus experimur, quæ cùm toto iuuentutis tempore multis vexarẽtur morbis, & crebro menſibus ob ſenectutem ceſſantibus, ceſſare ſolent. Ego ſanè non video quibus rationibus conuictus quiſpiam vel modicè eruditus, hanc expoſitionem acceptet. Gal. verò autoritatem, & præclaram, quam retulimus ipſius interpretationem, deſerat. Cum enim huius nouæ expoſitionis autor dicit, ſententiam Hipp. non eſſe ad victum referendam: quoniam quicunque alij bono victu vtentes, minus ægrotarent, quid ad rem? eſtne falſa ſententia de ſenibus, quoniam de alijs vera eſſe poteſt? Præterea de ſenibus illud docuit, quoniam de his non ita credi poſſet, minus iuuenibus ægrotare. Rurſus quamuis alij à ſenibus moderatè viuere poſſint, ſenes tamen ferè omnes modicè viuunt, non alij, cùm autem dixit non omnes vti meliori victu, verũ eſt, atque ob id dixit Hipp. magna ex parte. Intereſt autem non parum, nos admonere eius quod videtur à ratione alienum, non tamen à veritate. Neque intelligi debet ſententia de acutis morbis: nam vt ipſe dixit, ſenes non incidunt in acutos morbos, & ſi inciderint, non euadunt ab eis, quapropter non opus fuiſſet magna ex parte dixiſſe eos minus acutis morbis corripi: nam hoc perpetuum eſt, & in omnibus ſenibus ita euenit, vt minus quàm iuuenes acutis morbis corripiantur: atque id eſt, quod non foret Hipp. dignum admonere, ſenes minus capi ab acutis morbis, quàm iuuenes. Sed tamen iure dixit ſeniores iuuenibus minus ægrotare, vbi ſenes ad morbos ſenum, & iuuenes ad iuuenum morbos cõferantur. Præterea vbi iuuenis moderata victus ratione viatur, atque etiam ſenex nemini dubium iuuenem minus frequenter ægrotaturum acutis morbis, quàm ſenex longis, aliàs non foret iuueni ſanitas melior, nec foret verum temperata corpora magis obſiſtere cauſis morbum inducentibus. Quod verò de fœminis dicit, eſt falſum, quamuis aliquando id eueniſſe ſit viſum: nam quæ purgantur ſaniores ſunt, quàm quæ non habent connatam aliquam viam expurgationis, & fœminæ, inquit Hippo. non laborant podagra, niſi ob defectum menſium, ſic & aſthmate, & capitis ingentiſſimis doloribus eaſdem laborare conſpicimus. Addit Hippocra. Senes per morbos diutinos qui eis eueniunt commori, quod eſt non liberari ab ipſis, ratio eſt, quoniam morbi diutini à craſſis pendent humoribus, hi verò magna ex parte manent incocti, & ipſis manentibus morbus ad mortem vſque ſeruatur. Quoniam tamen nonnunquam à medico & natura & tempore adiuti liberantur, id magna ex parte fieri dixit.

Falſa opi. reſutatio.

APHO

APHORISM. XL.

Raucedines & grauedines in valde ſenibus, non maтureſcunt.

COMMENTARIVS.

Raucedines & grauedines. CVm in præcedenti Aphor. dixiſſet per diutinos morbos commori ſenes, in præſenti exemplum apponit, & cauſam reddit: Raucedines & grauedines, dicens, in valde ſenibus non matureſcere. Quod de his duobus morbis dixit, de omnibus longis morbis intelligi debet, nempe abſtmate, podagra, gibboſitate, repandirate, & diuaricatione. Cauſa autem quare his commoriuntur eſt, quoniam non matureſcunt: morbi autem à materia pendentes non finiuntur ante maturitatem. Raucedo Græcis βράγχος dicitur, humore à capite in guttur, & aſperam pulmonis arteriam delapſo: grauedo Græcis κόρυζα, id eſt delapſus humorum à capite in nares: vbi verò in os, & palatum defertur, κατάῤῥους, id eſt, diſtillatio dicetur, harum vocum expoſitionem lib. 3. Prog. 49. expoſitione tradidimus, & auditorum diuerſas ſententias explanamus latè, contra quàm Fuchſius in præſenti Commentario.

APHORISM. XLI.

* *Qui ſæpè ac validè exoluuntur, abſque manifeſta occaſione, repentè moriuntur.*

COMMENTARIVS.

Exolui ſæpe. AD partem artis prognoſticam attinet hæc ſententia. Mortem ſiquidem repentè venturam prædicit, ſi quis exoluatur, ſæpe validè, & abſque manifeſta occaſione: vbi enim aliquod horum defuerit, non neceſſum erit mortē ſequi. Quod tamen de cauſa manifeſta dixit, inde conſtat, quòd cauſæ manifeſtæ plurimæ poſſunt animi diſſolutionem afferere, quas tollere nō erit admodum difficilè, ipſis autem ſublatis æger liberabitur: incidunt enim nonnulli in animi daliquium, ob balnei calorem, aut vaporem, aut ob inediam, aut iram, aut vehementem motum corporis, aut animi, & fœminæ ob vteri ſtrangulationem, à qua etiam nonnullæ citò liberantur. Exolui autem idem eſt, quod animi deliquium pati: nam autore Galen. lib. 1. de arte cur. ad Glauc. cap. de febribus cum accidentibus: conſueuere medici de eadem re hæc duo nomina dicere, ἔκλυσις, & λειποθυμία, id eſt, exolutio, & lipothymia, ſiue animi deliquium. Cæterùm animi deliquium, non eſt cordis paſſio, vt quidam exiſtimant: *Diſcrimen inter ſyncopem & lypothomiam.* ſyncope enim ad cor, & vitalem facultatem pertinet, animi deliquium verò ad animalem: Gal. enim lib. de ſang. miſſione, vbi ſanguinem mittere docet ad deliquium animi, manum pulſui admonere, & pulſum diminutionibus animum aduertere, præcipit: non igitur deeſt pulſus in animi deliquio, ſed animo deficiente, id eſt animali facultate, vitales vires conſtare docet, & Aphoriſm. aa. Hipp. præcipit euacuationes ad animi deliquium, ſi vires poſſint id ferre: cùm igitur animo linquunt, adhuc conſtant vires, nempe vitales, quia animalis deficit. Quod Gal. in comm. explicuit, de his exoluuntur, dicens: ἕνεκ δὲ ἀῤῥωστίαν τῆς ψυχικῆς δυνάμεως τοῦτο πάσχουσιν. Hoc eſt, ob imbecillitatem animalis facultatis, hoc patiuntur, & addit. Sicut & ille, cui dum exolueretur cor fortiter palpitabat, derepentè mortuus eſt, non aliter, quàm illi, qui acutiſſimas cardiacas ſyncopas patiuntur. *Fuchſius notatur.* Hinc conſtat Fuchſium inutiliter emendaſſe codicem Græcum, & malè pro animali facultate legiſſe vitalem, quoniam non pertinet ad eam lipothymia: verùm vbi quis repentè, ac validè abſque manifeſta cauſa, animo linquat, non longè abeſt periculum incidendi in defectum vitalis facultatis, & mortem ſubitam, præſertim ſuperueniente ſyncope, quod fieri aliquando vidimus: ſyncopem verò ex ſudore cognoſces: qui enim in ipſam incidunt ſudant, non tamen deliquium animi patiuntur. Præterea in ſyncope palpitatio, & ſaltus cordis frequenter accedunt, & pulſus, ſummus languor, & inæqualitas, ſine quibus ſæpe etiam videmus deliquia animi. Diximus abſque manifeſta occaſione: Græcè enim habetur ἄνευ φανερῆς προφάσιος. Vtitur autem pleonaſmo, nam πρόφασις manifeſtam cauſam ſignificat, apud Hippocr. Gal. enim lib. 2. Progn. comment. 46. inquit, προφάσεις οἶδεν ὀνομάζειν, ὁ Ἱπποκράτης τὰς φανερὰς αἰτίας, quod eſt, προφάσεις conſueuit Hippoc. nominare manifeſtas cauſas.

APHORISM. XLII.

Soluere apoplexiam fortem quidem impoſſibile eſt: debilem verò, non facile.

COMMENTARIVS.

Apoplexia periculoſa eſt. FIeri nequit, quin apoplexia morbus ſit maximè periculoſus, per eam enim, autore Galen. in Commentario, aut cerebrum patitur diſpoſitionem inflammationi ſimilem, aut eius ventres multa implentur pituita, & lib. 3. De lo. pa. cap. 7. de melancholia, mania, reſolutione & aliis loquens, inquit: In omibus his affectibus, in quorum numero apoplexia quoque continetur, periculi magnitudinem ex reſpirationis nocumento conijcere oportet. Hac ratione magnam aliquam apoplexiam, ſiue fortem intelligemus, vbi reſpiratio fuerit admodum difficilis inæqualis, & ſtertoroſa quòd ſi fiat non admodum difficilis, & aliquem ſeruet ordinem, erit debilis, in medio harum ſunt multæ differentiæ, maioris, & minoris ratione diſſidentes. *Magna apopl. quare non curantur.* Magna non curatur, quoniam ob reſpirationis interceptionem cordis calor ſuffocatur, antequam humor craſſus, aut viſcidus, qui ventres cerebri affatim implet, autore Gal. loco citato, excutiatur: leuis curari, quamuis difficilè poteſt. Ex mediis illæ, quæ magis accedunt ad fortem, non curantur, aliæ cum magna difficultate, & rarò. Qua tamen ratione curari debeat, lib. 3. de arte med. docuimus.

APHORISM. XLIII.

Eorum qui ſtrangulantur, ac moriuntur, nondum tamen mortui ſunt, non conferuntur, quibus ſpuma fuerit circa os.

COMMENTARIVS.

PErtinet hic Aphoriſm. ad prædicendi artem, ac docet non referri ad vitam eos, qui cum fuerint ſtrangulati, ſiue laqueo ſuſpenſi, ac demortui, nondum tamen mortui, ſpumam ore miſerint. Spuma duas habet generationis cauſas, vt Galen. docet in comment. huius Aphoriſm. & lib. 2. Prognoſt. comment. 47. *Spuma cauſa.* vehementem motum, & feruentem calorem: materia verò eſt flatus humori commixtus, in multas ac paruas bullas diſperſus. Eorum qui ſtrangulantur laqueo ſuſpenſi, quidam ſoluto laqueo celerrimè manent ſuperſtites, & parum læſi, quidam tardiùs ſoluti, manent mortui, & iam morientes, quos appellat Hippocrat. vti & alij, καταλυομένους. De his qui moriuntur, nondum tamen mortui ſunt, docet ſpumam conſiderare, ac prædicere ſi ſpumam ore mittunt, liberari non poſſe, quod eſt, non referri ad vitam: efferri enim dicuntur mortui ad ſepulturam, ἀναφέρειν verò eſt referri, qui à tumulo, aut morte ad vitam referuntur, aut reducuntur. Ratio tamen quare qui ſpumam mittunt, non referuntur, aut rarò (ſic enim intelligenda eſt ſententia) eſt, quoniam rarò viſum eſt, vt qui ad id mali peruenit præ nimio calore pulmonis, & cordis, & vehementi accedente pulmonis ac thoracis agitatione, ſpumam mittens, ſub-

ſtantia & natiua pulmonis humiditate, liquatis & partim in flatum verſis, liberetur.

APHORISM. XLIV.

Craſſi admodum a natura, breuioris vitæ ſunt quàm graciles.

COMMENTARIVS.

DE gracilibus & obeſis loquẽs Hipp. gracillum habitum ad viuendum meliorem eſſe dicit, quàm craſſorum admodum, natura. Decet autem craſſos, ſiue obeſos ad corpus moderatum conferre, quod Gal. in Comment. appellat εὐταρκον, id eſt, modicæ carnis, aut vti Celſ. lib. 2. cap. 1. quadratum. Non eſt autem bene carnoſum appellandum, quoniam vt Grammatici dicunt, nomina in oſus ſignificant abundantiam. Bene carnoſi igitur dicentur, qui carne abundant. Ad moderatos itaque facta collatione melius, inquit, eſt ad gracilitatem, quàm ad craſſitudinem labi, pari intellecto in ambobus exceſſu, aliàs nihil referret dicere, admodum craſſorum habitum magis malum eſſe, quàm gracilium, non admodum. Cauſam Galen. in comment. ad ſanguinis & ſpiritus copiam refert: craſſi enim admodum anguſtas habent venas, & arterias, ſi tales à natura & prima ipſa generatione fuerint, ac perinde calorem, ſanguinem, & ſpiritum paucum in ipſis continebunt. Cùm verò ab his vita ſecuetur, breuis erunt vitæ craſſi admodum à natura. Qui vero craſſi, victu & quiete, facti ſunt, non item pauci ſanguinis, & anguſtorum meatuum erunt. Graciles præterea à natura amplas habent venas, & arterias, multum ſanguinẽ, copioſum ſpiritum, & natiuum calorem, à quibus diutius vita ſeruantur.

Graciles natura.

APHORISM. XLV.

Eorum qui morbo comitiali laborant pueri, mutatione potiſſimum ætatis, regionis, & victus liberantur.

COMMENTARIVS.

Comitiali laborantes.

DE pueris morbo comitiali laborantibus præſens ſententia docet ſalutis ſpem firmam habere in mutatione potiſſimùm ætatis, regionis & victus. Galen. ſection. 5. Comment. 7. legit etiam, locutum. Laborant ſanè comitiali morbo frequenter pueri: hi ſunt ante 14. annum, ob temperaturam humidam, & cruditates quas aceruant, ob inordinatum viuendi modum: reliquum igitur eſt, vt accedentibus his, quæ ſiccare ipſos poſſint, ſanentur. Explicuit autem Hippoc. ætatem, & hanc potiſſimùm eos ſanare poſſe dicit, quoniam etſi alia iuuent, ætas eos ſanare ſolet. Quod ex his maximè conſtat, quæ ab ipſo ſcribuntur. Aphoriſm. 7. ſectionis 5. vbi pueros morbo comitiali laborantes mutationem dicit accipere poſſe, poſt 25. annum verò commori, quod ſi aliæ mutationes, vt regionis, & vitæ poſſent eos curare, poſt 25. annum reciperent mutationem. Vidimus autẽ non paucos pueros mutatione ætatis liberatos, nullum tamen poſt 25. Regionis quoque mutatio ab humidiori in ſicciorẽ valde iuuat. Comprehendit autem regio habitationem, aërem ambientem, & anni tempus: ab omnibus enim his iuuatur, ſic & à victus mutatione, quam βίον, id eſt, vitam appellat Hippocr. nam vita eſt viuendi norma, & vitam mutare, eſt mutare modum viuendi, quod comprehendit alimenta, potus, exercitationes, & artes. Diximus tamen, pueri, quoniam de pueris loquitur Hippoc. cùm dixit, τοῖσι νέοισι, eſt autem νέος, hoc loco puer, non iuuenis, quoniam iuuenes ſunt à 25. anno in 35. vt ſuprà de ætatibus agentes docuimus. At nulli liberantur poſt vigeſimumquintum annum à comitiali morbo, ex Aphoriſm. 7. ſect. 5. Quamuis iuuenis, νέος ſit appellatus ab Hippocr. Progn. 14. lib. 3. quo loco idem nos apertè docuimus in noſtris expoſitionibus, & infrà hac eadem vtitur ſignificatione Aphoriſm. 49.

APHORISMVS XLVI.

Si duo dolores ſimul fiant, non in eodem loco, vehementior obſcurat alterum.

COMMENTARIVS.

QVoties imaginatrina vis animæ in diuerſa diſtrahitur, ſingula minus bene cognoſcit, atque ita phreniticorum reſpiratio fit magna & ex longis interuallis, vt inquit Hippoc. lib. 1. Prognoſt. Vehementibus etenim imaginationibus diſtracti abundantiam caloris & reſpirandi neceſſitatem non ſentiunt, aut tardè: ſic & validis imaginationibus detenti, delata ob oculos non videmus. Pariter ſi quis duos dolores ſimul patiatur, non in eadem parte maior obſcurat alterum, quoniam maior animam ad ſe conuertit, hæc dolori maiori vehementius intenta, minus alterum ſentit, hoc eſt, minus ſentiet cauſam, quæ minorem dolorem infert. Dolor item de cauſis trahentibus eſt, quoniam concitat animalem facultatem, hæc verò ad partem dolentem mittit ſpiritum & ſanguinem, vti auxiliates copias, fiet igitur vt non tantùm quoniam animum diſtrahit, maior dolor alterum minorem reddat, ſed quoniam ſpiritus eſt potiſſimum animæ inſtrumentum, quod ſi aliò vertat, minus alio loco miniſtrabit ſenſui. Accedit etiam quòd ſanguis impetu miſſus in partem dolentem, continuitatem partis ſoluit: ſi verò in aliam partem diſtrahatur, minus in alteram confluet, minus diſrumpet, ac minorem dolorem efficiet. His de cauſis rectè dictum eſt Hippocr. Si duo dolores ſimul fiant, non in eadem parte, aut loco, vehementior obſcurat alterum: fieri autem nequit quin minor quoque alia ex parte maiorem minuat, quoniam is quo tempore ſentitur, animam diſtrahet. Si tamen in eadem parte lata, veluti brachio, aut crure, aut capite, fiant, vnus alterum non obſcurabit, ſed potius eundem augebit: non enim aut animam ipſam, aut fluxionem diſtrahet in alium locum. Nam & nos arte dolorem tibiæ ſedare aut minuere volentes, non fricamus tibiam ipſam, neque cucurbitulas eidem apponimus, diſtrahendi ratione, ſed brachia fricamus aut ligamus, aut alteram tibiam. Cùm itaque dixit, non in eodem loco, partes corporis locos appellat, & modò non eandem exquiſite intellexit, quoniam vt Galen. inquit, in comment. nunquam in eodem loco exquiſitè fiunt duo dolores, ſed in eodem lato loco, in quo fieri non debent, vt valeat maior minorem obſcurare. Sed dices, ponamus partem quampiam ſecari candenti ferro, eo tempore pars illa ſimul ſentiet continuitatis diuiſionem, ac calorem ſubitò illatum exurentem; quare duo triſtes ſenſus diuerſorum obiectorum, & duo dolores ſimul eandem partem exquiſitè occupabunt. Dicimus veram eſſe Galeni ſententiam, & rationem hanc eſſe leuiſſimam: quoties enim duo immutantia ſenſum adeò validè, vt dolorem inferant, ſe offerunt eidem parti, vnicus ſenſus triſtis naſcitur, non duo. Nam dicas ſi placet, Siquis ab igne ſolo ſecus poſito vratur, an ſentiat vnicum tantùm dolorem? ita eſt ſanè, verùm duæ diſtemperantiæ alterant ſubitò & affatim ipſum, calor & ſiccitas. Valet autem ſiccitas dolorem efficere coniuncta calori. Ecce duæ ſunt cauſæ doloris diſtinctæ ſpecie, vnicus tamẽ dolor: quoniam igitur & calor candentis ferri alterando, & corpus ferri ſecando, dolorem inferant, non efficient dolores duos, ſed vnicum: aut oportet ibidem tres adeſſe dolores. Præterea cùm dolor ſit triſtis ſenſus cauſæ ſubitò mutãtis; quamuis duæ

Duos dolores non in eadem parte patientes quare minorem minus ſentiunt iuſto.

Duo dolores non fiunt in eodem loco exquiſitè.

duæ cauſæ ſimul moueant, ſi vnius tantùm poteſt ſenſus rationem reddere, vnius quamuis confuſæ, erit ſenſus non duarum, & vnicus erit dolor. Is tamen qui vritur à candenti ferro, qui ſimul penetret, ignis ſcindentis tantum ſenſum habet, qui vrendo ſcindit. Cùm igitur dolor ſenſus ſit, ſi ſenſus vnum tantùm ſentit, & vnius tantùm reddit rationem, vnicus erit dolor, non duo, aut tres. Præterea ſi quis corpora habentia colorem album, & rubeum obſcurum commiſceat valde, colorem roſeum efficiet, quem ſi viſus inſpexerit, vnicam efficiet ſenſationem quamuis cauſæ ſint duæ, & ſpecie differentes. Quapropter etſi duæ cauſæ dolorum vni parti ſe offerant, vnica tantùm erit ſenſatio confuſa, atque vnicus dolor. Hinc fiet notum duos colore contrarios mixtos, & duas qualitates contrarias, vbi ſimul eidem parti admoueantur, quam mouere poſſint, efficere motiones contrarias, ſed ſenſum vnicum, atque confuſum, quo contraria ſentiantur.

APHORISM. XLVII.

Circa puris generationem, dolores & febres magis eueniunt, quàm ipſo confecto.

COMMENTARIVS.

DE ſignis eſt præſens ſententia, & ad partem artis, quæ ſimiotice dicitur, pertinẽs. Ex ſignis namque docet agnoſcere vigorem, ac declinationem inflammationum: dum enim conficitur pus, hoc eſt in vigore inflammationis, dolores & febres eueniunt magis, quàm ipſo confectu. In generatione inflammationum humor confluit in partem, quam ſubingreditur à magnis vaſis in parua, & ab his in minutiſſima, & poros membrorum tranſiens. Eſt autem principium totum id tempus: dum verò is humor, qui in tumore continetur, efferueſcit, & dilatatur, eſt tumoris augmentum. Deinde pus conficitur in ſummo vigore, exeſa parte, & carne interpoſita lacerata, & ſimul cũ ſanguine in pus tranſeunte. Interim tamen maiores quam toto alio tempore inflammationis concitantur dolores ob calorem, & diruptionem, & conſumptionem carnis muſculi, & vapore multo in cor tranſmiſſo, febres maiores. Hoc eſt quod voluit Hippoc. & præterea pure confecto, hæc duo minora reddi, quoniam vapor puris exhalauit, & feruor fuit depreſſus, & ea ratione febris minor. Dolor autẽ in pondus mutatur, & pro dolore, & morſu ſuccedit partis grauitas, hæc verò eſt morbi declinatio. De puris generatione lib. 9. Progn. in expoſitione vltima abundè tractauimus, quo loco probauimus vocem Græcam ἰχώρ, malè conuerti, ſaniem, quod Fuchſius in comment. huius Aphoriſm. fecit: ſiquidem ſanies de craſſa & tenui dicitur, ἰχὼρ verò de ſola tenui, vt legentibus conſtare poterit.

Inflammationum generatio & tempora.

APHORISM. XLVIII.

In omni corporis motu, cum laborare cœperit, quieſcere ſtatim, laborem ſedat.

COMMENTARIVS.

AD partem quæ docet valetudinem bonã tueri, attinet hæc ſententia: ſiquidem docet in exercitationibus, quando quieſcendum ſit, & quòd ſit labori, ſiue laſſitudini adhibẽdum remedium, nempe quies. In omnis corporis motu, dixit, hoc eſt, in omni exercitatione, quoniam hæc ſolet in laborem ducere corpus, quamuis etſi leuiores motus, quàm exercitationes (quæ vehementiores motus ſunt) laborem effecerint, nihil minus quies remedium ſit, cùm cœperit is, qui mouetur, πονεῖν, id eſt, laborare, aut fatigari, aut dolere, hæc enim ea vox ſignificat, quieſcere ſtatim, ἄκοπον, hoc eſt, laboris aut fatigationis, aut doloris remedium. Improbè tamen quis dixerit, ἄκοπον, id eſt, ſine laſſitudine: nã ἄκοπα medicamenta apud medicos dicta ſunt, non quoniam ſine dolore, ſed quoniam ſedant & mitigant dolores: non eſt autem idem ſine dolore eſſe, & dolores mitigare, aut ſedare, & ſine laſſitudine eſſe, & laſſitudinis eſſe remedium. Erit quoq; terminus exercitationum deſiciens laſſitudo, aut defatigatio, aut dolor, & remedium, vti priuatiuum cõtrarium, quies Galenus tamen lib. 2. de ſanit. tuen. exercitationis terminos ſtatuit, miro modo, dicens: Poſt hæc exercitetur, dum & corpus intumeſcit, & color illi floridus apparet, & motus promptè & æqualiter, & concinnè edit. Inter hæc verò ſudorem cum calido vapore mixtum cernes. Inhibenda verò exercitatio tum primùm eſt, cùm aliquod horum fuerit mutatum. Quippe ſi contractior paulò corporis moles videbitur, deſiſtendum illico eſt. Si enim vltra quid pergat, etiam boni ſucci nonnihil educetur, atque ita tum graciliùs corpus fiet, tum aridius, atque ad incrementum minus habile. Nonminus profectò & ſi coloris gratia vaneſcat, ceſſandum eſt, quando ſi exercitationem continues, frigidum corpus efficies, & nimium exhauries. Iam motuum alacritas, æquabilitas, & concinnitas, ſi remitti quippiam collabique cernitur, vtique ſtatim deſiuere conueniet. Itidem ſi in ſudore accidat vlla qualitatis eius, quantitatiſue mutatio, quippe cum & copioſum magis, & magis incalentẽ edi par eſt, prout motibus vehemẽtię plus acceſſerit. Cùm igitur his aut maior intelligitur, aut frigidior, tum ſcias digeri, exhaurírique corpus, præterea refrigerari, ac ſiccari plus iuſto. Quo magis ſolicitè attendendo, exercitando corpori eſt, vt cùm dictarum iam notarum quælibet apparet, protinus ceſſet. Hæc Galenus.

Acopa med.

Laſsitudinis terminus.

APHORISM. XLIX.

Aſſueti conſuetos labores ferre, etſi fuerint inualidi, aut ſenes, inſuetis, validis, atque iuuenibus, facilius ferunt.

COMMENTARIVS.

QVantum valeat conſuetudo ad labores, ſiue exercitationes ferendas probè admodum exaggerauerit Hippoc. dicens, Aſſuetos inualidos, aut ſenes, facilius ferre labores conſuetos, quàm iuuenes, & validos, labores inſuetos. Experimentum id ſanè verum eſſe docet. qui enim aſſuetus eſt à iuuentute arare, aut remigare, aut terram fodere, ſenex factus, facilius id facere fert, quàm iuuenis non conſuetus. Id quoque in animi actionibus verum eſt: nam qui aſſuetus eſt legere literas diu, quamuis languidior, facilius id facit, quàm robuſtior non conſuetus, & cum minori viſus noxa, & anima actus virtutis ſępe exercens, in habitu conſtituitur, cuius gratia ſimiles actus, aliàs ipſi, aut aliis moleſtos, facilius exercet, & ſine moleſtia. In his habitus eſt in cauſa, qui animam ad ſimiles actus inclinat, & conſuetudo in anima generatur in actionib. ipſis corporeis. Quin & in naturalibus actionibus conſuetudo naſcitur ſuperandi cibos, & quoſdam conſuetudine familiares facimus, quos facilius mutamus, & athletæ ex conſuetudine plurimos cibos ingurgitant, & horam ſumendi cibum ex conſuetudine ſequitur natura, & omnia hæc ſine noxa. Nam & conſuetudo, inquit Gal. lib. 2. De motu muſculorum, eſt acceſſoria natura, & lib. 2. de ſanit. tuen. Conſuetudo, inquit, aſcititiam naturam generat. Quòd ſi quæ nobis naturalia ſunt, ea facilius ferimus, cõſueta facilius feremus. Itaq; vt magnam conſuetudinis vim oſtenderet, prius ſub diſiunctione dixit: inualidi, vt ſignificaret debiles, quacunque cauſa, & deinde ſenes qui natura debiles ſunt.

Conſuetudo quantum valeat.

Aſſuefiunt naturales facul.

Conſuetudo aſcititia natura.

Deinde

Deinde coniunctim dixit validis atque iuuenibus, vt robur ætatis & naturæ conſuetudinem ſuperare affirmaret. Cauſa tamen Aphor. ſcripta eſt à Galen. lib. 2. de ſanit. tuen. vbi commoda, quæ ſequuntur ad exercitationem ſcribens, dixit: Nam quoniam vehementior motus exercitatio eſt, neceſſe quidem eſt tria hæc ab ea perfici in corpore exercitando, membrorum duritiem ex mutuo ipſorum attritu, genuini caloris augmentum, & ſpiritus concitatiorem motum: ſequi verò hæc reliqua omnia priuatim commoda, quæ corpus exercitiis accepta refert, vtique ex membrorum duritie, tum vt minus ex labore afficiantur, tum ad labores robur. Ferent igitur labores conſueti facilius ob has duas cauſas, nempe articulorũ duritiem, & virium robur. Idque Hippocr. lib. De medici vulnerarij munere docuit, dicens: Quoniam exercitatio roborat, otium autem colliquat. Quod etiam Plato in Theæteto ſcripſit. Galenus quoque in comment. De omnibus exercitationibus in ſumma dixit: Hoc tamen omnibus commune exiſtit, quòd partes exercitatæ fiunt robuſtiores, atque idcirco labores conſuetos facilius ferunt. Perperam autem quidam Galen. reprehendit, dicens: non totam cauſam facilis tolerantiæ, quæ naſcitur à conſuetudine, eſſe in membrorum robur referendam, vt Gal. ſtatuit, alia etenim eſt cauſa, nimirum, quòd fibræ muſculorum ad eam figuram, quam ſæpe acceperunt facilè trahuntur, in alias difficilè. Gal. enim in hoc comment. atque ſequenti, quamuis dixit partes exercitatas reddi robuſtiores, non negauit aliam cauſam poſſe accedere ad facilè ferendos labores, præter partium robur, neque tenetur omni loco omnes cauſas eorum quæ dixerit recenſere. Nam & cauſam, quæ à fibrarum extenſione ſumitur, lib. 2. De motu muſculorum tradidit, dicens: Maiori autem ex parte ne deducere omnino ad extremam flexionem eius poſſumus, niſi manibus cooperati fuerimus, ſed veluti claudum præ inſuetudine ad hanc operationem habemus, ſoliſque & ſaltatoribus, & luctatoribus facile flectitur, quibus vel ſolis perfectè flecti ſolitum eſt. Tantum igitur mediæ figuræ ad extenſionem progreſſum eſt, quod perfectè caret dolore, quantum à diuturna conſuetudine membrorum flexum eſt. Hæc igitur duo conſiderans in omnibus articulis, naturam videlicet, & conſuetudinẽ, ſic adinueniens medium, ac dolore carens. Hæc quidem Galeni verba ſunt, quibus manifeſtè docet ab extenſione facta muſculorum per conſuetudinem naſci facilem tolerantiam ſimilium flexionum, ita vt ſine dolore fiant. Neque illud prætermittendum videtur, Hipp. in prima parte Aphoriſm. admonere, vt non dimittantur aſſueta exercitia, quoniam inde magna mala ſequi ſolent, & nos ipſi vidimus multos, qui aſſueta exercitia dimiſerunt, breui poſt in magnos morbos incidiſſe, & quoſdam eorum mortuos. Id itaque eſt quod dixit: Aſſueti conſuetos labores ferre, quod eſt non dimittere, neque fugere, aut detrectare labores aſſuetos.

Opinio falſa confutatur.

APHORISM. L.

Quæ multo tempore conſueta ſunt, quamuis peiora, non conſuetis minus moleſtare ſolent, oportet igitur, & ad inſueta permutari.

COMMENTARIVS.

DVo docet in præſenti Aphor. Hippoc. primum in præcedenti docuit ſpeciatim in exercitationibus, modò verò generatim in omnibus cauſis, quas non naturales dicere ſolemus, nempe cibis, potibus, ſomnis, vigiliis, impletionibus, vacuationibus, & animi accidentibus omnia comprehendens, cùm dixit: Quæ multo tẽpore conſueta ſunt, quamuis peiora, non conſuetis minus moleſtare, intellige, quamuis non conſueta minus mala ſint. In ſecunda parte conſuluit ad inconſueta permutare, veluti colligens: ſi enim conſueta minus moleſtant, omnibus aſſuefieri erit melius, decet igitur ad inſueta permutari. Quod ad primam partẽ attinet, de exercitationibus dictum eſt in præcedenti Aphoriſmo. De cibis & potibus Hippocr. lib. 2. de rat. victus acu. inquit: cibos quibus vti conſueuerunt facilè ferunt, tametſi natura haud quaquam boni fuerint, ſimiliter & potus. Contra grauiter ferũt cibos quibus vti non aſſueuerunt, etiamſi mali non ſint, conſimili modo & potus. De ſomno & vigiliis docent experimento monachi, qui tota vita media nocte à ſomno reſurgunt, ſine noxa. Impletionem docent athletæ, qui quotidie quammaximè implentur, & bonum ſuum habitum ſeruant ob conſuetudinem & qui in aula degunt, ſingulis diebus cibos ferunt, qui quatuor hominibus forent ſatis, idque ob conſuetudinem lautiſſimè epulandi. In animi accidentibus nihil refert dicere quantum valeat conſuetudo ad ferenda mala. Cauſam horum in præſentiarum non referimus, quoniam ſingula dicta ſunt à nobis libro ſecundo de arte medendi, quid inquam in ſingulis faciat conſuetudo, & quo pacto contrariis aſſueſcere ſit melius, hoc admonet modo Hippocr. quoniam diuerſis rerum caſibus, & aduerſis fortunis ſubditi, atque obnoxij ſumus: vt igitur cõtrariis fortunis aduenientibus parati ſimus, omnibus aſſueſcere erit tutius. Qui enim definitam aliquam viuendi regulam perpetuò ſeruant, quouis caſu adueniente moriuntur, aut grauiter ægrotant. Aſſueſcere autem contrariis conuenit robuſtis & iuuenibus: vt id multo tempore facere liceat, quod dixit Hippocrat. & ſine manifeſta noxa: & poſtea multo tẽpore valetudine bona, & minimè fragili fui. Conſuetudinem verò non eſſe permutandam quoad ægrotant homines, in medendi methodo docuit Gal. Quamuis ex medicamentorum vſu frequenti notum ſit ægris innaſci conſuetudinem, ob quam minus ab ipſis mutantur, quæ cogit medicos in alia medicamenta tranſire. Quin & venenis aſſuefieri poſſe putarunt antiquiores, qui vetulam ferunt veneno ſenſim aſſuefactam, & ex Ruphi ſententia puellam nutritam veneno, vt interficerẽtur per eam Reges & Præſides, qui cum ea concumberẽt, & conſequutam eſſe intemperatura quoddam magni momenti, ita vt ſaliua eius interficeret animalia, & non auderet gallina ſaliuam eius deguſtare. Galen. verò lib. 3. de ſimplic. medicam. facult. cap. 18. cùm de venenis frigidis probat ea alere poſſe, inquit: Id quod anus Athenienſis experimento docuit, cuius apud omnes percelebris memoria eſt. Etenim ea ab exigua cicutæ portione auſpicata, nullo detrimento ad permagnam progreſſa eſt copiam: principio enim paucum præ exiguitate ipſa victum eſt, atque conſuetudo naturale reddit. Nec enim nunc locus eſt, vt cur plurimum poſſit conſuetudo cùrque velut altera aſcititia natura ſit, vti à veteribus proditum eſt, cauſam reddere.

Cibi & potus conſueti.

Somni conſuetudo.

Aſſueſcere contrariis.

Veneno nutrita.

APHORISM. LI.

Vniuerſim & repentè euacuare, vel implere, vel calefacere, vel refrigerare, vel vtcumque aliter corpus mouere periculoſum. Et omne nimium naturæ inimicum. Quod verò paulatim fit, tutum eſt, præſertim ſi quis ex alio in aliud progrediatur.

COMMENTARIVS.

PRæceperat ad inconſueta tranſire in præcedenti Aphoriſm. quoniam id ad ſanitatis ſecuritatem videba

Subitæ mutationes vituperantur.

videbatur eſſe neceſſarium, modum tamen tranſeundi definit in præſenti, omnem ſubitam mutationem vituperans, laudans verò eam quæ ſenſim fit. Et inquit, Vniuerſim & repentè vacuare, aut implere, vel calefacere, vel refrigerare, vel vtcumque aliter corpus mouere, periculoſum eſt. Et rationem adiungens ait: Et omnem nimium naturæ inimicum. Huius ſententiæ veritas experimento facilè cunſtat: ſi enim vniuerſim corpus mutare quouis modo tentaueris, dolorem inferes non tantùm vbi à naturali diſpoſitione, in id quod præter naturam eſt mutetur: verùm & ſi à non naturali diſpoſitione in natiuam & propriam reducatur. Dolorem enim infert omne pathema vniuerſim & ſubitò ingruens, inquit Plato in Timæo. Non tantùm igitur, quorum manus affatim & ſubitò refrigerantur, dolent: ſed ſi manus ita refrigeratas igni applicuiſſent prope, ita tamen vt ſubitò, & vniuerſim incaleſcerêt, dolorem paterentur. Cauſam verò inuenire non eſt difficile: Qui enim calidi aliàs à natura ſunt, ſi ſubitò refrigerentur, ſymmetriam amittunt, vt Gal. in comment. inquit, in qua ſanitas & propria natura ſeruatur, & aduenit ſubitò aliena natura, quæ corpori recipienti contraria eſt. Quod ſenſim facta mutatione non accidit, tum quoniam non ſentitur, tum quoniam quod aduenit naturale fit, & conſuetum: eſt autem cõſuetudo aſcititia natura. Cùm verò alteratur quis à diſpoſitione præter naturam verſus naturalem, ſubitò dolor accidit ob inæqualem intemperiem, ex præcedente & aduenïente compoſitam. Iure igitur

Inſcriptio templi Apollinis.

ante Apollinis templum, vt inquit Plato, ſcriptum erat μηδ' ἄγαν, hoc eſt, nequid nimis: quod Hippocr. in comprobationem ſuæ ſententiæ attulit. Modum autem in omnibus ſeruandum eſſe, notiſſimum eſt, atque id eſt quod in alterationibus & vacuationibus ſeruare præcipit: nam id quod paulatim fit, tutum eſt, præſertim cum ab alio in aliud mutatio fit, hoc eſt cùm conſuetudinem mutare eſt in animo. Hanc eandem ſententiam approbat lib. 6. de morb. pop. part. 2. dicens: contraria ſenſim adhibere conuenit atque interquieſcere. Quod de conſuetudinibus intelligendum venit autore Gal. in comment. quas ſenſim mutare conuenit, non vniuerſim. Et lib. 2. de ratio. vict. acut. ſection. 22. Hippocr. repentinas mutationes dixit, noxam, atque imbecillitatem parere, tum his qui bis in die comedunt, tum his qui ſemel. At noxam, & imbecillitatem parere nihil aliud eſt quàm ſymmetriam à qua vires pen-

Vniuerſim non vacuare.

dent, ſubuertere. Diximus autem vniuerſim & repentè, non vt alij interpretes, plurimum & repentè, quoniam Hippocrat. hîc non de quantitate eius, quod vacuari debet agit: ſed de modo ſeruando: de quantitate autem prima ſection. egit Aphoriſm. 2. athletarum exemplo, rurſus Aphor. 22. & Aphor. 4. huius ſection. nunc autem modum definit, nec vniuerſim, nec repentè vacuare docens. Quod etiam ex ipſius verbis conſtare poſſet, qui dixit, τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης. non eſt autem idem τὸ κατὰ πολὺ & τὸ πολὺ, id eſt plurimum: nam κατὰ πολὺ contrarium habet in præſenti loco apud Hipp. τὸ κατ' ὀλίγον, id eſt ſenſim: quapropter quemadmodum κατ' ὀλίγον & κατὰ μικρὸν, id eſt, paulatim modum mutandi ſignificant, ita, κατὰ πολλὰ, id eſt, vniuerſim, ſiue aceruatim. Accedit ad hæc, quod Galen. lib. 6. de morb. pop. comment. partis citatæ docet non eſſe aſpernandas conſuetudines, οὔτ' ἀθρόως μετάγειν, ἀλλὰ καὶ κατὰ βραχὺ, hoc eſt neque vniuerſum transferre, ſed ſenſim, quo loco ἀθρόως, id eſt, vniuerſum, aut aceruatim dixit, quod hic, κατὰ πολὺ, & ei appoſuit κατὰ βραχὺ, id eſt, ſenſim, quod idem eſt, κατ' ὀλίγον, id eſt, paulatim: qua voce vtitur modo. Iure quoque cùm dixiſſet vniuerſim addit, & repentè: quoniam maiorem celeritatem mutationis ſignificat repentè, quàm vniuerſim.

APHORISM. LII.

Faciens omnia ſecundum rationem, ſi non ſuccedant ſecundum rationem, non tranſire ad aliud manente quod viſum fuit à principio.

COMMENTARIVS.

Longo verborum tractu, & prolixa oratione opus eſſet, ſi vellet quis hoc loco reprehendere medicos noſtri ſeculi, quales & Galeni ſeculo fuere, qui quoties ad viſendos ægrotos accedunt, noua alia, atque alia eis iniungunt medicamenta, non arte quidem, ſed techna vtentes, vt videantur aliquid feciſſe, & diligentiam ac curam quammaximam adhibuiſſe, neque poſſint accuſari apud vulgus & eos, qui ægrotis aſſiſtunt, quòd æger aut mortuus fuerit, aut in periculo conſtitutus ob medicorum incuriam. Præterea vt iure mercedem reportaſſe videantur. Præſtaret autem principio omnia probè perpendere, morbos & cauſas agnoſcere, & ſingula diligenter conſiderare, deinde remedia admouere, à quibus recedendum non eſſe præcipit Hippocr. etiam ſi non ſuccedat ſecundum rationem, vbi maneat ac perſeueret, quod à principio viſum eſt, id eſt, interim dum immutata manet indicatio, à qua motus medicus ea ſpecie remediorum eſt vſus. Vt igitur aliquid ſecundum rationem factum à nobis exiſtimemus, intelligere decet, in exemplo, aliam eſſe indicationem in febre, quæ ſumitur à morbo, qua morbus eſt, aliam à morbo huius generis, ſcilicet caloris: tertiam à caloris quantitate, exempli gratia, quatuor numerorum, Qua morbus eſt, contrariis eget, atque eis inſiſtendum, quoad morbis fuerit: qua verò calidus morbus eſt, frigidis eget, atque in eiſdem perſiſtendum quoad morbi genus ſeruetur, quatenus tamen quatuor eſt numerorum calor, quatuor numeris, aut pluribus, frigidorum vti decet: periculi magnitudine ſimul cum morbi magnitudine perſpecta, vt alibi docuimus, ac ſeruare remedij quantitatem, & vires, dum ſeruatur morbi quantitas. Manente igitur morbo contrarium obiiciendum, & manente ſpecie morbi, maneat ſpecies contrarij; ſingulare verò remedium, duabus de cauſis mutamus: aut quoniam morbi quantitas mutata eſt: tunc enim mutamus ad dictam menſuram præſidium, aut immutata morbi quantitate, mutamus præſidium in aliud eiuſdem quantitatis & ſpeciei, quoniam conſuetudo, non patiendi cauſa eſt: idque cùm videris non ſuccedere ſecundum rationem, in aliud tamen, aut alterius generis, aut eiuſdem, ſed diuerſi vigoris, non tranſibit medicus, manente eo, quod à principio viſum eſt. Dum tamen id fuerit probè perſpectum & ex artis præceptis conſideratum, etiamſi non eueniat, quod ſecundum rationem foret ſperandum: Nam medicamenta, quæ ex ratione & arte morbis conueniunt; ſæpe ſolent longa pugna, & ſpatio temporis, eadem, aut ſimilia reperita, curationem perficere: id quod Galen. guttæ aquæ exemplo docet lib. 3. de temper. & lib. 3. de ſimplic. medic. facult. & in præſenti comment. Quemadmodum enim guttæ vis non ſe oſtendit in lapide vnico ictu, ſed plurimis: nam mollior aſſidua ſaxum cauat ictibus vnda: ita medicamentum pro ratione adhibitum, ſæpius repetitum, ac perſeuerans ſuam oſtendet actionem, etiamſi non ſtatim veniat pro ratione auxilij manifeſtum atque effatu dignum iuuamentum, aut fortè noxa ſequatur non medica

Medici taxantur.

Secundum rationem factum vnde agnoſcamus.

medicamenti,ſed alterins caoſæ ratione,quam rurſus diſqoirere eũuenir. Quamuis & hoc ſecundum, his qui non ſatis peripectas habent cauſas, poſſet eſſe indicium à puſteriori, quos diximus à iuuantibus & nocentibus ad morbi dignotionem nun patuum, & ei qui non ſecundum rationem operatur, aut etiam morbum ignotanti, ad mutandum conſilium, remedium & remedij ſpeciem,

APHORISM. LIII.

Quicunque iuuenes aluos humidas habent, melius euadunt, quam quibus ſicca ſunt, in ſenectute tamen deterius euadunt: exſiccantur enim ſeneſcentibus magna ex parte.

COMMENTARIVS.

EX enarratione Aphor. 20. huius ſectionis aperta eſt huius ſententia, qua Hippocr. laudat magis aluos humidas, quàm ſiccas: nam fluxili exiſtente ventre, minus congeruntur exerementa, quæ per ventrem facilius, & copioſius purgantur, quàm ad ambitum corporis diſtracta. Et ea ratione iuuenes melius in iuuentute euadere, aut degere dicit. Quoniam tamen in ſenectute tranſeunt in ſiccitatem, in ea ætate deterius degeut, idque magna ex parte, ſiquidem magna ex patre eam faciunt commutationem, quod ad integram veritatem vigeſimi Aphot. fuit addendum.

APHORISM. LIV.

Magnitudo corporis iuuentuti quidem liberalis eſt, nec indecens: ſenectuti verò inutilis, & peior paruitate.

COMMENTARIVS.

NOn eſt idem munos traducere, & exponere: qui enim traducit autorum ſcriptutam omnino ſeruare debet, quoad Latina patiatur lingua. Expoſitotis verò eſt dicere quæ ſunt ad mentem autoris apertè & perſpicuè, & ſi vera nun ſint. Quamobrem Fuchſius & alij malè transferunt in hoc Aphoriſmo proceritas, vbi Græcè habetur μεγέθει id eſt magnitudo, quoniam etſi magnitudo hîc pro longitudine non ſatis propriè, vt Galen. inquit, accipiatnt, aliud eſt, quod dixit, & aliud quod ex verbis intelligere debet lector: nam & inutilis foret diſcurſus in Galen. comment. quo contendit manifeſtum facere, per magnitudinem Hippocr. intellexiſſe longitudinem, ſi ipſe longitudinem, aut proceritatem dixiſſet. Hanc vtique dixit iuuenibus liberalem, ἐλευθέριον dixit, id eſt, ad vſum facilem & liberalem, non vt Fuchſius dixit, decoram: nam ſtatim addit, nec indecens, & quoniam ei oppoſuit, dicens ſenibus eſſe longitudinem δύσχρηστον, hoc eſt, inutilem, ſiue minimè ad vſus aptam: ac perinde paruitate, id eſt, breuitate peiorem, ſenibus. Erit itaque longitudo, quæ ſine craſſitudine eſt, & quadratura, in iuuenibus apta & decota, & in ſenibus inepta, & deteriot breuitate, quoniam hi ſtatim aduenente ſenectute gibboſi fiunt, & incuruantur.

Fuchſius reprehenditur.

HIPPOCRATIS APHORISMORVM SECTIO TERTIA,

Chriſtophoro à Vega interprete & expoſitore.

APHORISM. I.

Mutationes temporum maximè pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes, aut frigoris aut caloris, & alia pro ratione eodem modo.

COMMENTARIVS.

HÆc tertia ſection. Aphoriſm. Hippocr. circa duo verſatur: nam prima parte docet quantum valeant tempora, & temporum mutationes ad generationes morborum, & ad ſeruandas aut mutandas naturas, quouſque ſingola anni tempora procreent morbos: ſecunda per ſingulas ætates percurrens docet, quæ quibus morbis ſint obnoxiæ. In hoc verò Aphoriſm. mutationes temporum dixit maximè parere morbos. Porrò non à ratione aliena Galen. expoſitio, qua dixit eſſe intelligendum varias mutationes, quæ in temporibus euenire ſolent multæ aliæ poſt alias, parere morbos, & ea cauſa dictum eſt maximè, aliàs pari ratione dixiſſet, mutationes temporum ſanare morbos, vt enim vel hyemi ſuccedens morbos quoſdam calidos affert, ita frigidos quoſdam ſanat: non eſſet itaque opus addidiſſe, maximè, ſi de varietatibus temporum anni ſcripta eſſet ſententia. Cæterùm aliam expoſitionem Aphoriſm. quam Galen. recitat, magis probo, ſingulorum anni temporum mutationes morbos parere. Quorum in ſequentibus Aphoriſm. mentionem habebit. Maximè verò dixiſſe, quoniam validiſſimam vim habent anni tempora adferendi morbos, ob aërem qui noſtra corpora inſpiratione, & tranſpiratu perpetuò alterat. Et in temporibus, inquit, magnæ mutationes frigoris aut caloris morbos afferunt, & alia pro ratione eodem modo. Nam ſi in quouis temporum anni magnæ mutationes à naturali temporum temperatura fiant, morbos parient. Vbi mutationes ſint ad calidum vel frigidum, aut eadem ratione ad humidum, aut ſiccum, aut ſimul multis modis, & ventorum ſucceſſiones, & mutationes diuerſæ eueniant. Dixit autem, magnæ, quoniam non quæuis mutationes in temporibus ipſis factæ, maximè pariunt morbos (nam pars illa, maximè, eum ſecunda quoque Aphoriſm. patte legi debet) ſed illæ; quæ magnæ fuerint, & effatu dignæ.

Mutationes temporum morbos faciunt.

APHORISM. II.

Naturarum hæ quidem ad æſtatem, illæ verò ad hyemem bene vel male natura apta ſunt.

COMMENTARIVS.

A Verbo φύω fit φύσις, vt à naſcor natura: quoniam autem omnia mixta corpora à primis elementis naſcuntur, conſtitutionem ex elementis, dicimus noſtram φύσιν, id eſt, naturam. Hæc verò tunc bene ſe habet cùm ſeruatur, malè verò cum alteratur, & corrumpitur. Temperata verò optimè degit, verùm modò diſtemperatarum eſt Aphoriſm. ac perinde diſtemperatorum anni temporum meminit æſtatis & hyemis. Naturarum, dicens hæc quidem ad æſtatem, illæ verò ad hyemem bene vel malè natura aptæ ſunt. Nam calidæ bene paratæ ſunt ad æſtatem, malè ad hyemem. Et naturæ frigidæ bene aptæ ſunt ad hyemem, quoniam ſeruantur ab ipſa, malè ad æſtatem, à qua mutantur: ſimile namque à ſimili ſeruatur, mutatur à contrario. Quod de non valde labentibus naturis intelligi debet: nam valde lapſæ ad calorem, æſtate facilè ægrotant, & valde lapſæ ad frigiditatem, hyeme, & contrariis temporum temperaturis præſeruantur. Calidæ præterea naturæ ac frigidæ, ad media tempora, vt ver, & autumnum modicè quodammodo ſe habent, ſiquidem quadantenus ſeruantur, & quadantenus alterantur. Diximus, Natura paratæ ſunt, quoniam Græcè habetur πεφύκασι, quod eſt natura promptæ, aut paratæ & ex naturali inclinatione.

APHORISM. III.

Ægritudinũ aliæ ad alias bene, vel male ſunt à natura apta, & ætates quædã ad horas, regiones, & victus rationes.

COMMENTARIVS.

COnfert modo morbos, & ætates ad tempora, regiones, & victus, dicens quædam horum quibuſdam eſſe magis apta, quædam minus. Tota

autem

autem oratio ita tenenda eſt, vt à Gal. in Cómentario, ſimul coniunctis in oratione morbis & ætatibus, deinde ad tempora, regiones, & victus collatis, Atque erit hæc Hippoc. littera à Gal. tradita τῶν νόσων ϗ τῶν ἡλικιῶν, ἄλλαι πρὸς ἄλλας ὥρας, ϗ χώρας, ϗ διαίτας, εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, hoc eſt, ægritudinum & ætatum, aliæ ad alias horas, regiones & victus rationes bene vel malè natura aptæ ſunt. Eſt hæc vera ſententia, atque concinna, & probè contexta oratio. Sed decet intelligere νόσον eſſe fœminei generis, ſic & ὥραν, quæ ſignificat anni tempus, & ita nihil mali inuenies in Aphor. contexat. Ille tamen qui Galen. placita moleſtè refert, noſtra verò moleſtiſſimè, ita tranſtulit Aphor. Morborum alij ad alios bene, vel malè habent, & ætates quædam ad tempora, loca, & victus. & poſtea dicit hanc orationem ineptiſſimam eſſe. Eſt ſanè hæc oratio inepta, ſed non eſt hæc Hippoc. Verùm fac morbum fœminei generis, & pro νόσ☉, dic, ægritudo, & fac tempus fœminei quoque generis, & tempora, dic, horas, vt & Græci, & facies orationem non incongruam, quam nos in Aphor. damus, & eam cum Galen. ordinabis, vt fecimus. Præbuit nobis non paruam, tum ridendi, tum malè dicendi occaſionem, præſertim cùm iam tranſlato Aphor. addit. Conſtat verò hanc orationem ineptiſſimã eſſe ad ſignificandum morbos quoſdam ad quædam loca & tempora. Verùm dicant modò nobis Grammatici, an recepta ſit hæc locutio apud ipſos. Ego ſignifico morbos ad loca & tempora. Sed iam aphoriſm. ſententiam à Galeno ordinatam exponamus. Quemadmodum in præcedendi Aphoriſm. naturas anni temporibus contulit, ita modò ægritudines, & ætates bene, aut malè aptas eſſe dicit, ad tempora, loca, & victus: Morbi ſiquidem calidi calidis temporibus facilè eueniunt, & frigidi frigidis, humidi humidis, & ſicci ſiccis. Malè verò morbi calidi frigidis temporibus eueniunt, & frigidi calidis, facilè quidem in ſimilibus eueniunt, ſed à contraris facilè curantur: vbi poſtquam à ſimilibus generantur, contraria tempora ſuccedant. Idem de regionibus, & victus rationibus intelligendum. Calidi ſiquidem morbi his, qui victu calido vtuntur, facilè eueniunt, & victu contrario curantur; vti & victu frigido difficilè ſuccedunt, & difficilè curantur, ſimiles ſiquidem ab æſtate ſeruantur, ab hyeme alterantur collationes in morbis frigidis, humidis & ſiccis faciemus. Aetates deinceps ad tempora, loca, & victus bene, aut malè paratas eſſe dicit. Nam ætas calida, vt iuuentus ad regiones & tempora frigida bene natura apta eſt: ſiquidem in eis bene degit, & ætas frigida, vt ſenum in regionibus, & temporibus calidis, in ſimilibus tamen regionibus, & temporibus calidis, malè: quoniam ab ipſis facilè in morboſos lapſus ducuntur lapſæ temperaturę. Adoleſcentium ætas temperata cùm ſit, in omnibus modicè ſe habet. Idem quoque de victus rationibus dicendum à ſimilibus irritari lapſas ætates, à contrariis moderari, ac ſeruari, præter pueritiam, cuius lapſus ad humiditatem adeò eſt ad extenſionem corporis & vitæ prorogationem neceſſarius, vt ſimilibus omnimodo ſeruari debeat. Lacte quoque humidiſſimos infantes alimus, mel tamen caue putes humidum eſſe, aut infantibus alimenti ratione præbendum.

APHORISM. IV.

In anni temporibus, ſi eadem die, modò quidem calor, modò verò frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

COMMENTARIVS.

MOrbos autumnalibus ſimiles dicit ſperandos eſſe, quocunque tempore tales fiant mutationes, quales autumno fieri videmus ſingulis ipſis diebus: nam manè frigus fit, meridie calor, rurſus veſpere frigus. Quòd ſi ſimiles fiant intra diem mutationes aliis anni temporibus, autumnales morbi ſunt ſperandi: vt enim Gal. in Comm. inquit, temporum temperaturæ, non ipſorum appellationes, morborũ cauſæ ſunt. Cæterùm aduertendum, quòd autumno fiunt morbi quidam, qui ſequuntur totam ipſam conſtitutionem, quæ frigida eſt, & ſicca, qui frigidi & ſicci ſunt. Autumnum namque frigidum & ſiccum dicit Hipp. lib. De humana natura: Siccus inquit eſt autumnus, & hominẽ iam frigefacere incipit. Quidam ſequuntur autumni conſtitutionem, vt æſtatem ſequitur, non propriam ipſam autumni naturam, veluti in aphor. 11. ſequenti, cùm inquit: Si hyems ſicca, & aquilonia, ver verò pluuioſum, & auſtrale, neceſſe eſt æſtate febres acutas fieri, & lippitudines. Hoc loco febres acutas, & lippitudines fieri dicit æſtate, non tantùm æſtatis ratione, ſed præcedentium temporum. Ita aphor. 9. dicit, Autumno morbi acutiſſimi atque exitioſiſſimi omnino Gale. verò id refert ad æſtatem præcedentem, & autumnum ſequentem ipſam. In præſenti verò non refert morbos totius autumnalis conſtitutionis, neq; eos, quos facit, quoniam æſtatem ſequitur, ſed eos qui ſequuntur ſingulas dierum varietates, per calorem & frigiditatem. Sunt autem morbi hi inconſtantes, varij, & mali iudicij, quales in inconſtantibus temporibus fieri dixit infra aphoriſm. 8. & autumno ob partium dierum varietatem fieri neceſſe eſt, nunc quidẽ calefactis, ac dilatatis humoribus, nunc verò refrigeratis, ac conſtrictis, tales etiam fiunt, quoties eadem die calor & frigus fit, variis concitatis humoribus, & imbecillitata natura, varij inconſtantes & mali iudicij, ſiue non firmi. Horum meminit aphor. 12. ſequenti. Sunt autem quartanæ fæbres erraticæ, lienis, aqua intercutem, vrinæ ſtillicidia, quæ omnia temporis inæqualitatem ſequuntur.

Autumnales morbi quando ſperandi.

Autumnales morbi.

Autumnales morbi inconſtantes.

APHORISM. V.

Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput grauantes pigritiam adferentes, ac diſſoluentes, quando conſtitutio hac præualuerit, talia in morbis patiuntur: ſi verò aquilonia fuerit, tuſſes, fauces, alui dura, vrina difficultates, horrores, coſtarum dolores & pectorum quando hæc conſtitutio præualuerit, talia in morbis ſperare oportet.

COMMENTARIVS.

TEmporum conſtitutiones quammaximè variant venti flantes: quoties enim media hyeme flat auſter, tepeſcunt omnia, & frigore coercentur Media item æſtate flante borea, calor temporis in frigus vertitur. Quamobrem nos alibi admonuimus habitationum & ciuitatum temperaturas, nihil minus locorum ſitu, quàm climatum differẽtia diſtingui: videmus enim in quinto climate loca boreæ expoſita & ſublimia, frigida admodum, & alia infima, & auſtro patentia valde calida. Eſt enim boreas, aut ſibi lateralis aquilo, frigidus & ſiccus, vti auſter, aut notus calidus & humidus: flat ſiquidem auſter ab Oceano in hoc noſtro hemiſphęrio, & à meridionali plaga. Primum efficit humidum ipſum, quoniam inde vapores ac nubes defert, ſecũdum calidũ, quia à calidis flat locis: ita boreas frigidus eſt, ob abſentiã Solis à parte qua flat, nempe Septentrione: & ſiccus quoniam non tantùm vapores, aut nubes non defert, ſed delatas ab auſtro auertit: Subſolanus ab Oriente flat, & ſiccus eſt: Zephyrus ab Occidente, atque humidus. De his plura diximus lib. 2. De arte med. Hippo. tamen hoc loco multa refert ſympto-

Locorum ſitus.

Borea temperatura & auſtri.

 mata,

mata,quæ ſequuntur conſtitutiones,per quas flant, & prædominantur duo hi contrarij venti, locis, & qualitatibus,boreas, ſiue aquilo,qui duo flant à Septentrione, & auſter, qui à Meridie, aliis duobus præcipuis ventis prætermiſſis, qui non adeò magnam vim alterandi habent, flante auſtro fieri dicit auditus hebetudinem, humectato ſanè cerebro, & aëre, per quem permeant ſonitus. Caliginoſus item aſt, non quòd aërem caligine impleat,ſed quoniam oculos caligine obundat,auctore Gal.lib.1.de Mor. pop.in prima conſtit. Comment.9. dicente: Et caliginoſum dictum eſſe, quòd aceruatum in nobis ob ipſum indicat caliginem,non aëris. Sic etiam & caput grauat, & neruos laxans pigritiam adfert,& totius corporis diſſolutionem,dum præualet hæc conſtitutio: vti & præualente aquilone fiunt tuſſes ob frigidam intemperiem,fauces exaſperantur:ſic enim Celſus habet lib.2.cap.1.ſunt autem aſperæ inæqualiter reſtigeratæ, ac ſiccatæ, fauces tantùm dixit,intelligendum autem patiuntur, vti & lienes dixit Aphor.2.aut fauces,& alui duræ legendum: nam fauces ſiccatæ ac refrigeratæ duræ redduntur.aluus autem comprimitur à frigore & ſiccatur, ac perinde fæcem retinet, quæ vt venter ipſe obduratur. Difficultas vrinæ fit compreſſis & oblæſis muſculis claudentibus veſicam. Horrores à frigore cutem alterante. Dolores pectorum & laterum, ob frigiditatem lædentem partes exangues, ad quas inſpiratus aër propè accedit, & extra alterando manet,& corporibus plenis diſtillationes exprimit ad eas partes, etiamſi humida conſtitutio non præceſſerit, quod Fuchſius neceſſarium putauit. Atque hæc accidunt dum aquilo præualet, alios ventos omnes ſuperans, ac diu flans.

Fuchſius notatur.

APHORISM. VI.

Quando æſtas veri ſimilis fuerit, ſudores multos in febribus ſpectare oportet.

COMMENTARIVS.

QVouis anni tempore ſudures fieri videmus,vbi calor humiditati coniunctus ſuperabundet, abundant autem verno tempore magis ac propterea dixit ſudores fieri multos, vbi æſtas veri ſimilis fuerit. vt enim dixerat, ſi eadem die calor & frigus fit, autumnales morbos expectare oportet:ſic modò:Si æſtas veri ſimilis fuerit, talia expectare côuenit, qualia vere ſolent euenire. Sudores autem eueniũt vere multi:calor namque ipſius effundit humiditates ex hyeme concretas,& eas ad cutem euocat. Et vti Gale.in Comment. inquit, æſtate adeſt calor ambientis,hyeme humiditas,vere vtrunque. Neque tamen inde ſequitur ver eſſe calidum & humidum. Nam Gal. non loquitur de ambientis humiditate, ſed de calore ambiētis,& humiditate corporis,cùm inquit,Neque enim ſine aëris ambiētis calore multi ſudores fieri poſſunt, neque abſque eo, quòd aliqua humiditas ſuperuacua in corpore contineatur. Horum verò alterum in æſtate, alterum in hyeme, autumno neutrum,veri vtrunque adeſt,hoc eſt vere adeſt humiditas in corpore hyeme contracta, & calor qui valeat ipſam liquare,præſertim in poſtrema eius parte. De temperatura veris, & qua ratione temperatum cùm ſit,calidum & humidum dici poſſit. diximus lib.2. De arte medendi.

Vere ſudores multi.

APHORISM. VII.

In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, & ſi talis fuerit annus magna ex parte, qualem fecerit conſtitutionem, tales morbos vt in plurimum oportet expectare.

COMMENTARIVS.

FEbres acutas dixit fieri ἐν τοῖσι αὐχμοῖσι, hoc eſt, in ſiccitatibus.ſunt autem ſiccitates conſtitutiones temporum plus iuſto ſiccæ, non quæ extremè ſiccæ ſunt. Nam vt inquit Galen.lib.1. De morbis pop.par.1. com.4. conſtitutionem plus iuſto ſicciorem αὐχμὸν nominauit, non valde conſueta voce: conſueuimus enim non ſimpliciter ſicciorē, ſed extremè ſiccam, ita nominare. Hippocrat. igitur aliter quàm alij vtitur eius vocis ſignificatione.Iure tamē eo tempore febres dixit fieri acutas, nam hæ à bile fiũt,& bilis ſiccitate accreſſit,& ſanguis acrior redditur. Quòd ſi talis fuerit annus magna ex parte,ſic etiam magna ex parte tales fient morbi, nec perinde multi, quoniam vt dicet in Apho.15. ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores,& minus mortiferæ.

APHORISM. VIII.

In temporibus conſtantibus ſi tempeſtiuè tempeſtiua reddantur, morbi conſtantes, & boni iudicij fiunt:in inconſtantibus verò,inconſtantes & mali iudicij.

COMMENTARIVS.

COnſtantia tempora,ea dicuntur apud Galen.in comment.quæ propriam ſeruant naturam: eſt autem temporum natura propria, vbi hyems fuerit frigida,neque valde clemens,neque modum excedens frigiditate, qualis regionibus ſingulis debetur, & acceſſerint nonnullæ pluuiæ, ita vt humida potius quàm ſicca ſit, ver temperatũ,ſed pluuiæ deſcendant copioſæ, non immodicæ. Aeſtas calida & ſicca, neque omnino ſine pluuiis: Quas in hac noſtra regione abundare & vtiles eſſe videmus autumno,qui frigidus, non valde ſiccus eſt. Nam ferè naturalem temporum differentiam tradidit Hipp. lib. de aëre,aquis & locis. Quando tales fuerint conſtitutiones,morbi fient conſtantes,quoniā tempeſtiuè tempeſtiua redduntur, ſunt autem morbi conſtantes, ſtabiles, firmi, & ſedati: nam à verbo καθίστημι, quod vt diximus lib.1.de arte medendi cap.de temperamentis ſignificat, compono, placidum reddo, & ſedo,fit καθεστῶσι,id eſt,conſtantibus,placatis,ſiue compoſitis, & ſedatis. In talibus igitur temporibus morbi fient ſedati, & minimè turbati, ac boni iudicij. Bonæ ſiquidem fieri ſolent iudicationes,quoties humores morbos facientes, quieti ſunt, & placati, quos interim natura coquit, ac ſuperat, deinde excernit. In temporibus verò inconſtantibus & turbatis, humores turbantur, neque ſeruant vnam naturam,neque vnum locum,ſed variè cocti,aut naturæ opus fugientes,inſtabiles morbos faciunt,& turbatos, ἀκαταστάτους, dixit, qua voce vſus eſt lib.4. De rat. vict. acut. ſect.52. & Galen. eandem exponit in Comment. dicens, ἀκαταστάτους, febres dixit,quæ nihil habent ſtabile, id eſt firmum,ſunt autem firma, quæ apparent in circuitibus, & vrinis, & exquiſitis febrium formis. Circuitus igitur principio non apparent primis diebus,cætera verò apparēt aliàs,alias, & ſæpe ter ac quater mingere contingit per diem ac noctem, & inuicem diſſimiles apparent, hanc febris formam ἀκατάστατον eſſe dicunt, quod idem ſignificat, ac non ſeruans vnam exactè formam. hæc Galen. Ex quibus manifeſtum fit in febribus inconſtantibus vrinas & acceſſiones varias eſſe ac turbatas, & cauſas eaſdem facientes confuſas, & minimè placatas, ob temporum inconſtantiam & varietatem. Inde verò fient mala iudicia, hæc ſunt cum prauis ſymptomatibus,& ſolent recidiuare: quoniā vbi cauſæ quæ morbos efficiunt, diſpares ſunt, pars cocta excernitur, & cruda à iudicatione manens repetere facit morbum. Id verò eſt mali iudicij eſſe. Quamobrem per ea tempora, præſertim ſi ad calorem & humiditatem magis inclinauerint, peſtem futuram rectè prædicemus, nihil boni ſperantes in febribus & earum iudicationibus.

Tempora conſtantia.

APHOR.

APHORISM. IX.

Autumno morbi acutiſſimi & exitioſiſſimi magna ex parte, ver autem ſaluberrimum & minimè mortiferum.

COMMENTARIVS.

Morbi autumnales. VT diximus ſuprà Com. 4. morbi autumnales quidam ſequũtur naturalẽ temporis anni conſtitutionẽ, quorũ meminit Apho. 22. quidam dietum ipſius inæqualitatem de qua loquutus eſt Apho. 4. quidam eius ad æſtatẽ ſequentem, de quibus modò dicit, autũno fieri morbos acutiſſimos, & exitioſiſſimos, ὡς ἐπίπαν, hoc eſt, vt in plurimum, ſiue magna ex parte. Eſt ſanè autumnus omnium temporum *Autumnus peſſimus.* peſſimus, frigidus & ſiccus, ſi quis totã ipſam trium menſium conſtitutionem commenſuret: autore Hippo. lib. De humana natura, cũ inquit, Siccus eſt *Fuchſius taxatur.* autumnus, & hominem iam frigefacere incipit: fallitur autem Fuchſius contrarium ſentiens aduerſus Muſam. Nam etſi in calore & frigore ſit inæqualis, ſolum ad meridiem eſt calidus, toto reliquo tempore frigidus, ſiccus quoque & ea ratione naturæ noſtræ contrarius, & eſt inæqualis calore & frigore in ſingulis ipſis diebus, quod naturæ affert imbecillitatem. Præterea excipit æſtatẽ, in qua natura fuit à calore diſſoluta: & humores aſſati, quorum diſſolutionem frigus autumni reuocatione ad interna impedit. Ad quæ omnia ſequitur, vt morbi acutiſſimi, id eſt, breuiſſimi cum periculo fiant, & exitioſiſſimi. Hæc verò magna ex parte: nam & quidam eorum ſunt minus acuti, neque etiam exitioſi. Gal. his cauſam aliam addit malum quorundam regimen, qui immodicè vtuntur fructibus mollis corticis, quos vocant ὀπώραν, quoniam eo tempore matureſcunt: id verò eſt auctore Galen. Comment. 14. ſequenti, ſecunda pars æſtatis, à qua facti ſunt cacochymi prædicti. Ver autem cùm temperatiſſimum ſit, ſaluberrimum erit, & minimè mortiferum.

APHORISM. X.

Autumnus tabidis malus.

COMMENTARIVS.

AVtumnum malum eſſe tabidis teſtatur Hipp. & experimentum, quoniam tabidi omnes languidi ſunt, & aridi, & ab autumno vtroque nomine *Tabidi ab autumno læduntur.* læduntur: nam quoniam ſiccus eſt, ſiccos lædit: quoniam verò inæqualis languorem affert, atque ipſi languent. Tabidos autem hic φθινώδεας appellat, infra tamen Aphor. 16. & lib. 1. de morb. pop. part. 2. ſect. 13. φθινώδεις: Galen. tamen illo Comm. atque præſentis Aphor. tabidos dicit appellare Hippocr. eos, qui quomodolibet conſumpti ſunt, ſiue vlcus pulmonis patiantur, ſiue non: nouimus autem aduerſiſſimum eſſe vtriſque autumnum.

APHORISM. XI.

De temporibus autem anni, ſiquidem hyems fuerit ſicca, & borealis, ver autem pluuioſum, & auſtrinum, neceſſum eſt æſtate fieri acutas febres, lippitudines, difficultates inteſtinorum, præſertim mulieribus, & his qui humidas naturas habent.

COMMENTARIVS.

DIuerſa ſunt morborum genera, quæ ſequuntur ſimplices temporum mutationes, ab his quæ ſequuntur multas ac varias diuerſorum temporum ſucceſſiones. Alia item ſunt morborum genera quæ debentur temporibus ſuam naturam ſeruantibus, ab his, quæ in ipſis fiunt cùm ſuam naturã ſeruant: præcedentia verò ſuam ipſorum non ſeruauerunt. De hoc mutationis genere agit Hippocr. modò, & in Aphor. 13. ſequenti. De temporibus, inquit, ſi hyems ſicca fuerit, & aquilonia, ac ſi diceret, frigida, ver autem auſtrale & pluuioſum, humidum ac calidum ſtatuit, neceſſe eſt æſtate fieri febres acutas, lippitudines & inteſtinorum difficultates. Sequuntur hi morbi æſtate naturam ſuam ſeruante, ob præcedentis hyemis & veris mutationes, quamuis neque hæ magnæ fuerint, neque propriis naturis temporum contrariæ. Siquidem hyems natura ſua frigida eſt, & Bo- *Hyeme Boreas flat* reas ſæpius per ipſam flare ſolet, teſte Gal. lib. 1. De morb. popul. in prima conſtitutione, vbi exponens Hipp. partem, qua dixit: parui flatus aquilonij, inquit, flauerunt, ſiquidem paucis diebus aquilonij, & non vehementes, cùm aquilonium magnum habere hyems conſueuerit, & longo tempore. Quod verò ſiccam dixit, contraria eſt naturali, quæ frigida & humida eſſe debet, auctore Gal. Comm. 13. ſequenti. *Ver auſtrinum & pluuioſum.* Humidam quoque ſignificauit veris conſtitutionẽ, dicens: Ver auſtrinum & pluuioſum: ſcimus autem ver natura ſua pluuias adferre non paucas, & auſtrũ eo tempore flare: cæterum cùm pluuioſum dixit, Græcè ἔπομβρον, redundantiam pluuiarum ſignificauit, non tamen contrariam veri temperaturam. Fu- *Fuchſius notatur.* chſius hyemis & veris conſtitutiones, naturalibus contrarias eſſe dicit, quas Hippoc. modò depingit: fallitur tamen, vt ex dictis conſtat. Præterea cùm conſtitutio præſens veris, conſtitutionem hyemis corrigat, ſiquidem prior fuit ſiccior iuſto, & ſequẽs iuſto humidior, reliquum fuit, vt non eſſent ſperandi morbi vere, ſed ſequenti æſtate. Humiditate quidem perſeuerante, & ad æſtatem ſeruata, hac verò æſtatis calore liquata, atque ebulliente, ſequuntur putredines, quoniam calor, & humiditas putredinis principia ſunt, fiunt etiam morbi ab Hippocr. traditi. Febres acutæ in humoribus incaleſcentibus & putrefactis intra vaſa. Lippitudines, diſtillantibus humoribus à capite in oculos, quemadmodum vbi defluxerint ad inteſtina, dyſenteriæ. Vera quidem vbi acres fuerint humores, & erodentes, vbi verò tales non fuerint, nõ vera fiet, decũbente ſanguine ad inteſtina, & per eadem vacuato, erunt hæ cruentæ deiectiones, veruntamen abſque vlcere. Neceſſariò tamen hæc ſequi dixit, quoniam id non tantùm experimento comprobauit, ſed horum cauſas firmas eſſe agnouit ad prædictos morbos generandos. Quod conſtat ex his, quæ ab ipſo tradita ſunt lib. De aëre, aquis, & locis, cùm inquit: Si verò hyems quidem ſicca ſit, ac borealis, ver autem pluuioſum & auſtrale, neceſſe eſt æſtate febres fieri, & lippitudines: cùm enim æſtas derepentè accedat, terra humida exiſtente à vernis imbribus, & ab auſtro, neceſſe eſt æſtum duplicatum eſſe, à terra irrigua & calida, & à ſole vrẽte, cùm ventres in hominibus nondum conſtricti ſunt, neque cerebrum reſiccatum. Non enim fieri poteſt cùm ver tale exiſtat, vt corpus & caro non fiant humore fluida, adeò vt febres acutiſſimæ in omnes irruant, maximè autem in pituitoſos. At dyſenterias par eſt fieri, & mulieribus & viris humidioribus, & ſi quidem circa canis ortum accedat aqua, & tẽpeſtas, & eteſiæ ſpirauerint, ſpes eſt ceſſationis, & vt autumnus ſalubris fiat: ſin minus, periculum eſt ne pueri & mulieres moriantur. Minimè verò ſenes, & qui ſuperſtites euaſerint, in quartanas deſinant, & ex quartanis in hydropas. Hæc Hippoc. quibus docet horum temporum prædictas mutationes prædictos morbos de neceſſitate afferre, vt cauſas, & præſertim euenire mulieribus & viris (ſic enim legitur in quibuſdam codicibus aphor.) qui naturas humidas habent, & modo addit, pueros. Adiunxit etiam ex mutatione temporis *Eteſiæ.* remedium, in præſenti ſi circa canis ortũ eteſiæ flauerint. Sunt autem hæ, venti quidam anniuerſarij, quod vox ipſa docet, qui ſingulis annis poſt canis ortum flare ſolent, quos frigidos & aquilonios eſſe

Digitized by Google

ſcies ex Ariſt.lib.2.Meteorologicorum cap.5. Aquilonij autem venti flantes facilè poſſint malitiam ortam à calore & humiditate emendare, ſuiſque id à natura datum remedium aduerſus canis feruorem, ventus frigidus & anniuerſarius flans.

APHORISM. XII.

Si tamen hyems fuerit auſtrina, pluuioſa & clemens, ver autem ſiccum & boreale, mulieres quarum partus ad ver ſpectant, ob quamuis cauſam manifeſtam abortiunt, ſi verò pepererint, languidos ac morboſos infantes parient, ita vt ſtatim moriantur, aut tenues & morboſi viuant: alijs autem difficultates inteſtinorum & lippitudines ſiccæ fiunt, ſenioribus verò defluxiones ſtatim interimentes.

COMMENTARIVS.

DVabus conſtitutionibus deſcriptis in præcedenti Aphoriſ. duas alias in præſenti opponit, vbi enim hyemen ſtatuit ſiccam borealem. modo ſcribit auſtrinam, pluuioſam, quod verò εὔδιος, etiam dixit, nihil refert, quamuis nihil eis reſpondeat, in præcedenti Aphoriſ. nam vox hæc εὔδιος, vt Cornarius tranfert, clemētem ſignificat, nemo tamē negauit, hyemem aſtrinam & pluuiuſam eſſe clementem: quam partem Gale. quoque in Commentario legit, & eandem Hippocrat. ſcripſit libro de aëre & aquis. Ver autem, inquit, ſiccum ac boreale, quod opponitur auſtrali & pluuioſo præcedentis Aphoriſm. Mulieres quarum partus ad ver ſpectāt, ob quamuis cauſam manifeſtam abortiunt. Morbos & ſymptomata quædam narrat, quæ vere eueniunt de quibus eſt aborſus: ver enim frigidum & aquilonium humiditates ab hyeme contractas intus conuertit, & ad vterum deductæ acetabula diſſoluunt, ad quod ſequitur aborſus, quauis occaſione accedente, vt motu, labore, dolore, malo victu. Præterea cùm frigiditas ambientis poros inueniat patentes ob hyemis calorem, & humiditatem penetrat ad vterum vſque. Quòd ſi ea de cauſa abortiant, ſin minus parient infantes qui ſtatim morientur, aut languidos ac morboſos, hoc eſt, ægros ſimpliciter ad incidendum in morbos ab ortu naturæ aptos: id enim potuit frigus humori iunctus, penetrans facere. Alijs autem eueniunt difficultates inteſtinorum à ſalſa pituita, quæ hyeme genita à calore, frigore ſuperueniente comprimetur ad inteſtina: vbi erodēs dyſenteriam efficiet. Aliter etiam à calore & humore hyemis, acceſſit ſanguis ac dulcis pituita, quæ rurſus coctione, fiet ſanguis, adueniente tamen vere frigido, ſanguis ad inteſtina expreſſus dyſenteriam efficiet. Lippitudines quoque dixit ſiccas, fluentibus namque expreſſione humoribus à capite in oculos, lippitudo fiet, à qua ob ambientis frigiditatem & ſiccitatem clauſis poris nihil effluet. Senioribus fient in hac conſtitutione defluxiones: ſic enim vertimus κατάῤῥοι, à quibus ſtatim moriuntur, quod verum eſt vbi acres humores ad pulmonem abundè defluant. Suffocantur etiam nihil minus vbi ad cor per arterias deſcendant, aut eaſdem ſoporiferas oppleuerint. Sed quare cum Hippocr. Aphor. præcedenti ſtatuit hyemis & veris conſtitutionem, morbos ad æſtatem diſtulit enarrare: in præcedenti verò diſpoſitis hyeme & vere morbos narrauit vere factos, non eos, qui æſtate ſequenti fieri poſſent, æſtate naturam ſuam ſeruante, quemadmodum & ſeruauit in Aphor. præcedentis diſpoſitione, præſertim quoniam neque morbi, quos narrat in præcedenti Aphor. eueniſſent, niſi veris humiditas prorogata fuiſſet ad finē vſque, & æſtas corpora inuaſiſſet humida, ſic & ſi ver ſiccum tale ad æſtatem perſeueraſſet, vti in præſenti diſpoſuit Aphor. fierent ſanè multi morbi æſtate: nempe febres ardentes, vlcera in cute, & corporis conſumptiones. Rurſus vt veris humiditas & calor potuerunt in conſtitutione præcedenti emendare hyemis frigiditatem ac ſiccitatem, & proinde non euenere morbi eo tempore, ſed æſtate ſequenti: ita in præſenti ſiccitas veris, ac frigiditas valuerunt emendare caliditatem & humiditatem hyemis, forēntque morbi in æſtatē differendi. Dicemus, in præcedenti Aphor. conſtitutionem non fuiſſe longè diuerſam à naturali, cùm hyems aquilonia fuerit, & ſicca ſola ſiccitate contraria naturali, & ver auſtrale humidum. Quapropter non ſequentur ad eas conſtitutiones morbi, aut ſymptomata effatu digna, æſtas autem eadem afferre potuit, ſuperfluam humiditatem excipiens. Præſens verò conſtitutio longè à naturali diſſidet, per quam hyems auſtralis pluuioſa diſponitur ac propterea calida. Ver autem boreale, ac proinde frigidum & ſiccum, vt vult Hippocrates. Hæc verò conſtitutio longè differt à naturali vtriuſque temporis. Et quamuis temperatura ſequens poſſet præcedentem corrigere, ambæ à natura noſtra eſſent alienæ, & frigiditas cum ſiccitate veris non emendaſſet humores collectos hyeme, cum impediret eorum diſſolutionem: & præterea apertis poris per hyemem, corpora ipſa peruaderet, ac dictos ab Hippocrat. morbos efficeret. Quòd verò meminerit horum morborum vere euenientium, non tollit, quominus ſequenti æſtate perſeuerante ſiccitate, morbi à nobis dicti fierent. Libro de aëre, aquis & locis hunc Aphoriſmum ita ſcripſit. Si verò hyems fuerit auſtrina, & pluuioſa, & clemens, ver autem boreale & ſiccum, tempeſtuoſum, primùm quidem mulieres quæ vtero gerunt, & partus ipſis ad ver inſtat, aborſum facturas veriſimile eſt. Quæ verò pepererint, inualidos ac morboſos pueros parere, ita vt ſtatim pereant, aut tenues ac debiles, & morboſi viuant. Atque hæc quidem mulieribus, reliquis verò dyſenterias, & lippitudines ſiccas, & aliquibus defluxiones à capite in pulmonem. Pituitoſis igitur dyſenterias fieri veriſimile eſt, & mulieribus pituita de cerebro defluente propter naturæ humiditatem. Billoſis tamen lippitudines ſiccas, propter carnis caliditatem & ſiccitatem. Vbi autem ſenibus defluxiones, propter raritatem ac eliquationem venarum, adeò vt aliqui quidem derepentè pereant, aliqui verò ſemiſiderati, dextra aut ſiniſtra parte fiant.

Aborſus quare. — *Difficu. inteſt. cauſa.* — *Lippitudinis ſiccæ cauſa.* — *Dubium.*

APHORISM. XIII.

Si verò æſtas ſicca fuerit, & borealis, autumnus autem pluuioſus & auſtralis, capitis dolores ad hyemem fient, & tuſſes & raucedines, & grauedines, quibuſdam etiam & tabes.

COMMENTARIVS.

IN illa anni conſtitutione, quæ deſcripta eſt Apho. 11. hyēs fuit aquilonia ſicca, ver auſtrale pluuioſum: neque attulerunt morbos hæc duo tempora, quoniam vnius diſtemperies alterius præcedentis emendauit, verùm perſeuerante humiditate veris ad æſtatem vſq; æſtas morbos intulit quos dixit Hippocrates. Modò pariter cùm æſtatem diſponat frigidam & ſiccam, autumnum humidum, ac calidum, ſecunda tempeſtas diſtemperiem primæ emendat, ac proinde non in ipſa, ſed in ſequenti hyemali morbi fient. Adhuc hyeme ſuam ſeruante naturam, vt in Aphoriſmo vndecimo ſeruauit æſtas. Cæterùm, vt ibi ad morbos procreandos æſtate opus fuit humiditatē veris perdurare ad æſtatem vſque, quia ad procreandos morbos hyeme in hac conſtitutione opus fuit, vt autumni humiditas ad hyemen prorogaretur: Quemadmodum etiam in illa conſtitutione æſtate ſuam naturam ſeruante morbi euene-
tunt,

tunt, ita modò poſt ſiccam conſtitutioné æſtatis, & bumidam autumni, byeme ſuam naturam ſeruante, morbi fiunt ſiue ſymptomata dicta in hoc Apboriſmo. Ea ſunt capitis dolores, aceruata in cerebro humiditate multa & impedita ob byemis frigiditaté tranſpitatione & diſſolutione. Quòd ſi bumiditas in capite abundans non retineatur: dolorem non efficiet. Sed expreſſa deſcendens in thoracem & guttur tuſſes concitat, in aſperam pulmoois arteriã raucitatem, in nares grauedinem. Præterea vbi acres humores & bilioſi in pulmoné deſcendant, aut ſalſa pituita, tabes fiet exulcerato pulmone, maximè verò in paratis ad phthiſim, quorum pectus anguſtum eſt, & humeri lati. Illud etiam mihi addendum videtur, quod cum Hipp. Aphor. 11. diſpoſuit trium temporum conſtitutiooem, hyemis ſiccam & frigidam, veris calidam & humidam, morbos ſequi dixit æſtate reſpondentes bumiditati veris, quam in corporibus redundantem reperit. Et propterea ad morborum dictorum in eo Apbor. generationem nihil fecit conſtitutio byemalis, ſed potius obfuit: quoniam conſtitutio veris ſequens multò bumidior fuiſſet, magiſque ad morbos æſtatis paraſſet, niſi tempus præceſſiſſet ſiccum, qood attemperauit veris humiditas, fuiſſétque multò morboſior æſtas, ſi ſolam veris bumidam conſtitutionem ſequeretur, & prædicta ſymptomata adhuc maiora eueniſſent. Quod in præſenti Apbor. pariter notandum eſt: nam vbi Hippocr. ſtatoit æſtatem frigidam & ſiccam, autumnum deiode calidum & humidum, morbos ſcripſit, qui ſequuntur hyeme ſuam naturam ſeruante, propter abundantiam humiditatis, qoam reperit ex autumno præcedenti. Hæc verò humiditas fuiſſet multo maior, ſi non præceſſiſſet æſtas immodicè ſicca, qualis ab Hippocr. ſtatuitur. Quapropter & morbi, atque ſymptomata, quæ tradita ſunt in hoc Aphoriſm. fierent, & adhuc vehementiora, vbi vnica tantùm autumni conſtitutio à natura varia proceſſiſſet, nulla in æſtate facta à naturali temperatura mutatiooe.

Cap. dolores.

APHORISM. XIV.

Si verò borealis & ſiccus, iis qui natura humidi ſunt, & mulieribus confert, reliquis autem lippitudines ſiccæ futuræ ſunt, & febres acutæ & longæ, quibuſdam etiam & melancholiæ.

COMMENTARIVS.

CONtinuata oratione proſequitur quod ceperat in præcedenti Apbor. dicens: Si verò æſtas ſicca fuerit & borealis, autumnus autem pluuioſus & auſtralis, capitis dolores ad hyemem fient, & tuſſes, & raucedines, quibuſdam etiam & tabes: ſi verò borealis & ſiccus (autumnus nempe fuerit) iis, qui natura humidi ſunt, & mulieribus cõfert, reliquis verò lippitudines ſiccæ futuræ ſunt, & febres acutæ & longæ quibuſdam etiam & melancholiæ. Quòd de autumno intelligenda ſit ſententia docet ipſe ſermo, & atteſtatur Galen. In Commentario, & Celſ. lib. 2. cap. 1. vbi ita tranſtulit Aphor. Si autem autumnus quoque æquè ſiccus, iiſdem aquilonibus perflatur, omnibus quidé mollioribus corporibus, inter quæ muliebria eſſe propoſui, ſecunda valetudo contingit. Durioribus verò inſtare poſſunt, & aridæ lippitudines & febres partim acutæ, partim longæ, & hi morbi, qui ex atra bile naſcuntur. Hinc duo conſtare poterũt, de autumno eſſe aphoriſm. ac voluiſſe Hippocratem hæc ſymptomata euenire, vbi æſtas ſicca fuerit, & borealis, ſic etiam & autumnus, nec opus ſpectare hyemen: in autumno etenim notum eſt iuuari mulieres, & quæcunque corpora humida ac mollia fuerint, quoniam attemperantur. Aliis autem quorum naturæ ſiccæ ſunt, ſiue durioribus, lippitudines ſiccas vẽturas, quoniam bilis arefacta, & acrior reddita à cerebro in oculos trãsfuſa lippitudines efficiet, à quibus ob cutis ariditatem nihil effluet, febres quoque acutæ ſuccedunt, abſumpta seroſa humiditate bilis, & ipſa intra venas acriori reddita. Hæc autem febres efficit ardentes, quæ ſyncera bilis appellatur. Notum etiam euadet, quòd cùm bilis areſcat, & pars eius craſſior reddatur, tenui abſumpta, tum etiam ſanguis, ita vt plurimum tranſeat in melancholiam, futuras quoque febres longas: & quibuſdam melancholias, id eſt, mentis turbationes ab humore melancholico in capite, ídque citra febrem. Legimus autem, febres acutæ & lõgæ: quoniam ita legit Celſ. in citato loco, & ita Hippo. babet, lib. de aëre, aquis & locis. Cùm inquit: Quòd ſi borealis ſit ac ſiccus, & vſque in arcturũ, pituitoſis confert, & præſertim eiis, qui natura humidi ſunt, & mulieribus. Bilioſis autem inimiciſſimum eſt: valde enim exſiccantur acciduntque eis lippitudines ſiccæ & febres acutæ, καὶ πολυχρόνιοι, id eſt, ac diuturnæ, & aliquibus melancholiæ, ſiquidem quod liquidiſſimum eſt in bile & aquoſiſſimum, abſumitur: denſiſſimum verò & acerrimũ relinquitur, quod idem accidit ſecundum eandem rationem circa ſanguinem, vnde & hi morbi his accidunt, pituitoſis autem hæc omnia commoda ſunt, & in byemem perducũtur ab alio in aliud exſiccati. Adiecit itaque Hipp. cauſam eorum, quæ habentur in Aphor. & prætetea conſtat legi debere, febres longæ, & vbi in codicibus Galenianis legitur, κόρυζας, id eſt grauedines legendum potius, tum in Aphor. tum in Gal. Comm. ϗ πολυχρόνιοι, hoc eſt, & longæ. Falſum autem eſt, quod alter Hippocr. impoſuit dicens, lib. de aëre & aquis ſcripſiſſe, & grauedines longæ, cum ex adducta ſcriptura nihil tale conſtet, quam tamen ad literam tranſtulimus ex Græco Aldino codice. Præter hæc non foret difficile multas alias temporum conſtitutiones componere, ac morbos in ipſis euenturos prædicere, intellecta ſingulorum natura, & à naturali temperamento variatione, in calore, frigore, bumiditate, ac ſiccitate, & compoſitis eiſdem, atque tum qualitatibus, tum etiam temporibus diuerſimode mutatis. Cæterùm in Aphor. hæc tantùm ſcripſit Hippocr. aliis alia relinquens.

APHORISM. XV.

Ex anni tamen conſtitutionibus in ſumma ſiccitates pluuiis ſunt ſalubriores, & minus lethales.

COMMENTARIVS.

SI quis hunc Apboriſmum ordine ſtatuere vellet, vt Gal. docet in Comment. 1. ſcriberet, quintum ab eo 17. ab eo hunc 15. atque foret 7. ordine inter omnes. Laudat autem in hoc ſiccam conſtitutionem vituperat humidã, & iure quidem: nam magna pars morborum habet ortum ex abundantia excrementorum: hæc verò pluuiarum copia augetur, & ſiccitatibus abſumitur. Quin & excrementa vacuare non eſt facile, quando purgantia medicamenta non conueniunt ad vacuanda ea, quæ quotidie congeruntur, & frequens purgatio facta ſingulis menſibus, præter id quòd nocet, homines ducit in prauã conſuetudinem. Si verò balneis tentaueris vacuare quotidiana excrementa, cutem ſolam mundabis, ſed carnem relinques excrementis ſcatentem. ſola reſtat exercitatio, qua ſi quis tempeſtiuè, & multis præceptis ſeruatis vtatur, magis quàm ipſa temporis ſiccitas proficiet: ſed ſiccitas temporis ſecundum locum habebit ad ſeruandam ſanitatem. Quòd ſi adhuc ſicca exiſtente conſtitutione morbi euenerint, minus erunt lethales, vbi tempori reſpondeãt.

Sicca conſtit. laudatur, humida damnatur.

Aut dicemus minùs lethalem eſſe conſtitutionem, per quam rarius eueniunt morbi.

APHORISM. XVI.

Morbi autem in pluuiarum copia fiunt, magna ex parte febres longæ, ventris fluxiones, putredines, comitiales, attoniti, & angina. In ſiccitatibus verò tabes, lippitudines, morbi articulares, vrinæ ſtillicidia, & difficultates inteſtinorum.

COMMENTARIVS.

Morbi conſti. humida. Cum in apho. præcedenti ſiccam cōſtitutionem humidæ contuliſſet, in hoc morbos vtriuſque recitat. In conſtitutione humida, dicens fieri febres longas; quoniam aucta humiditate diutius protogantur humorum coctiones, & morborum fines. Venter quoque laxior redditur, & inde dixit ventris fluxiones, fiunt etiam putredines, tum in humoribus, tum etiam in membris ipſis, quoniam humiditas eſt alterum putredinis principium. Comitiales morbi acta in cerebro pituita, vti & apoplexiæ, vbi ſubſtantia cerebri multa irrigetur. Anginæ tamen ſi à capite fauces declinauerit humor, aut aliunde defluxerit. Hæc de humidis conſtitutionibus & morbis dicta facilia ſunt. Sed quæ de ſicca conſtitutione dixit non planè diſtincta, vt inquit Galen. egent enim diſtinctione ad veritatem, nam dixit: Tabes fiunt, lippitudines, morbi articulares, vrinæ ſtillicidia, & difficultates inteſtinorum. Tabes ſanè propriè dicta non fit à ſola ſiccitate, ſed à frigore nimio, aut calore & humiditate: eſt enim
Morbi ſiccæ cōſtitutionis. conſumptio cum vlcere pulmonis, vlcus autem fit à frigore diſruptis vaſis, aut calore humore diſtillante in pulmonem, vt Gal. vult. Erit igitur vera ſententia de tabe. i. conſumptione ſine vlcere, quo modo accipi nonnunquam Commentar. 11. docuit ſupra. Cùm igitur id non explanauerit. Hippocrat. rectè etiam lippitudines ſiccæ fient aut tabes cum lippitudine coniungendæ, ac legerem dum rabidæ lippitudines à quibus præ ſiccitate nihil manat, & per quas oculi rabeſcunt. Articulorum dolores non adeo notum eſt quomodo fiant in ſicca conſtitutione, niſi arthriticos appelles eos, qui quomodolibet laborant articulorum morbo, ſiue ob intemperiem, ſiue ob acrem aliquem humorem ibidē areſactum. Vrinæ ſtillicidia fiunt ob nimiam ſiccitatem, laborante veſica, & imbecilla reddita. Difficultas inteſtinorum accidit, vbi ob calorem ſiccitati coniunctum humores acres generētur, qui ad inteſtina cōfluant, quales & vrinæ ſtillicidium ad veſicam conuerſi efficere poſſent. Hæc cùm nouiſſet Galen. inquit: Indiſtinctè loquutus eſt Hippoc. Modeſtè admodum diſſentiēs ab ipſo, & obſcuritatis, non falſitatis eundem notans. Multo aliter ſanè, quàm is cuius alias
Notatur quidam. meminimus, qui Gale. taxans dixit ipſum non ſatis intellexiſſe Hipp. & ob inopiam conſilij confugiſſe ad friuolas enarrationes, qui modeſtior eſſe poſſet erga magiſtros. Gale. namque Apho. Hip. indiſtinctum, clariſſimis expoſitionibus illuſtrauit. verùm, & quoad fieri potuit, diſtinctum reliquit, ſi bene aduerteris, hæc vera inuenies.

APHORISM. XVII.

Quotidianæ verò conſtitutiones boreales corpora confirmant, valida, agilia, bene colorata, melius audientia efficiunt, ventres exſiccant, oculos mordent, & ſi dolor quiſpiam in thorace præfuit, affligit magis. Auſtrales tamen corpora diſſoluunt, & humectant capitis grauitates, auditus hebetudines, & vertigines faciunt, in oculis & corporibus difficilem motum, & ventres humectant.

COMMENTARIVS.

Boreales conſtitu. quotidianæ. Commentario 15. cū Gal. dixerimus hunc Aphor. poſt quintum ordine ſequi, ibi enim auſtri, & boreæ cùm præualuerint, potentiam oſtendit, & ſymptomata quæ ad eos ſequūtur. Modò verò quid faciāt in quotidianis conſtitutionibus, etiamſi non diu durauerint, & præualuerint per anni tempora, à boreali initium faciens, dicit, corpora confirmare: ſiquidē ea denſat frigiditas cum ſiccitate, valida etiā reddit, quoniam calorem intrò reuocat, ad quod ſequitur, vt omnes actiones, tā animales quàm naturales melius fiant: inde agilitas oritur, bonus color, bonus auditus: nam & ariditas ad bene audiendum commoda eſt. Mala tamen nonnulla refert, quæ ad boream ſequuntur, parua quidem & quæ malis ab auſtro ortis conferri non debeant. Hæc ſunt ventris ſiccitas, areſactis faucibus, aut calore interius reuocato, conſumpto humore. Morſus oculorum quem à frigore fieri Gal. teſtatur lib. 4. de ſimpli. med. facu. cap. 1. & id demonſtratione confirmat. Et dolores thoracis, ſi qui præfuerint, auget. notum autem eſt frigidos ventos thoracem ſubire, & membraneas atque exāgues partes offendere. Hæc mala ſunt, ſed parua: quæ verò ſequuntur auſtrum, plura & peiora, quibus bona nulla ferè addidit Hippo. vt fecit cùm boreæ facultates tradidit. Auſter itaq; corpora hu-
Auſtrales cōſti. quotidianæ. mectat, ad quod ferè omnia alia mala ſequuntur: nā ea de cauſa corpora diſſoluit, laxatis neruis & muſculis capitis grauitates, & auditus hebetudines cōm. 5. expoſuimus, vertigines oppleto capite, humore deinde in flatum ex parte verſo, & difficiles motus tum oculorū, tum etiam totius corporis, ob cauſam dictam. Hoc tamen atque vnum bonum ad auſtrū ſequi adiecit, nempe ventres humectari, melius enim eſt excrementa facilè deſcendere per ventrem, quàm cohiberi, quod aph. 53. ſectionis ſecundæ Hipp. docuit. Totius verò Apho. ratio ad Aphor. 15. referenda. in quo dixit, in ſumma ſiccitates pluuiis eſſe ſalubriores: ibi enim vniuerſaliter docuit veritatem, quam hîc exemplis firmauit.

APHORISM. XVIII.

At verò per anni tempora, vere quidem atque æſtatis initio, pueri & qui hos ætatibus ſequuntur immediatè, optimè degunt & maximè ſani ſunt, æſtate autem, & autumno vſque ad aliquid ſenes. Quod verò reliquum eſt, hyeme qui medias tenent ætates.

COMMENTARIVS.

Pueri æſtatis initio & vere. Quibus anni temporibus ſingulæ ætates optimè degant, in hoc docet apho. à vere initium ſumens, in quo atque in æſtatis initio pueros optime degere dicit, & eos, qui pueros ætatibus ſequuntur immediatè, ſiue per ætates ſequuntur immediatè, ſunt autem hi adoleſcentes: dixit enim, Pueri *καὶ οἱ τουτέων ἐχόμενοι τῶν ἡλικιῶν*. Significat autem, *ἔχομαι*, ſequor immediatè, vt apud Lucianum reperies, in vaticinio mortuorum, & ita Celſus tranſtulit. Pueri proximique his vere optimè valent, & æſtate prima tutiſſimi ſunt. Huius rei ratio eſt, quoniam adoleſcentes temperatiſſimi ſunt. Eſt enim hæc om-
Adoleſcentia ætatum omnium optima. nium ætatum optima, autore Gale. in comment. & lib. 6. de ſanit. tuen. inquit: Optimam namque temperiem in adoleſcentia corpus obtinet. Optima verò temperatura ſeruari debet ſimili tempore, id autem ver eſt, tempus temperatiſſimum. Prima autem æſtatis pars quam pauciſſimum à veris natura diſſidet: nam vnumquodque anni tempus tribus partibus natura diuiſum eſt, prima præcedenti eſt ſimilis, poſtrema ſequenti, media exquiſitè ſeruat temporis illius naturam. Itaque veris prima pars non longè diſtat natura à poſtrema hyemis, neque poſtrema pars veris longè abeſt ab æſtatis initio, ſicuti neque æſtatis initium à fine veris. Quapropter rectè Hipp. dixit vere & æſtatis initio optimè degere pueros &

adoleſcen

adoleſcentes: ætates enim, vt & tempora ipſa, parum natura diſtant, & vti adoleſcentes, ita & pueri per ea tempora optimè degent. Galen. verò in Comment. magis exquiſitum ſermonem fuiſſe dixit, ſi ita ſcriberetur, Adoleſcentes vere, pueri æſtatis initio optimè degunt: ſunt etenim pueri paulò humidiores iuſto, quapropter tempore paululum ſicciore melius, quàm temperatiſſimo degent. Ille verò qui ſolet obeſſe, his verbis Galen. taxat: Non enim profectò probo quod Galenus dicit fuiſſe ita ſcribendum, vt diſtinctus ſermo euaderet, Vere quidem adoleſcentes, & in principio æſtatis pueri. Quaſi pueri melius habeant in principio æſtatis, quàm in vere. Nam hoc eſt apertè falſum: nihil enim adeò ſeruari in pueris debet, quàm humiditas, neque à cauſa quapiam deterius afficiuntur quàm à ſicca, & calida cauſa: quia ob naturalem mollitiem, & raritatem partium facilè diſſoluuntur: hæc ille. Cæterùm meo iudicio facilè conſtabit quàm apertè fallatur, qui Galen. ſententiam dixit apertè falſam: ſi namque pueri & adoleſcentes non omnino eandem ſortiuntur temperaturam, vt conſtat, non etiam idem omnino tempus ad conſeruationem deſiderabunt, ac proinde falſum erit citra diſtinctionem vere & æſtate incipiente, pueros & adoleſcentes optimè degere. Quòd ſi pueri vere optimè degunt, quando dices adoleſcentes optimè degere? Rurſus ſi pueri non degunt optimè initio æſtatis, quoniã à calore & ſiccitate diſſoluuntur, quomodo ſeruari poterunt adoleſcentes, qui calidi & ſicci non ſunt? ac dicat, qui ſunt qui optimè degunt æſtatis initio, & eos ab aliis diſtinguet, & egebit diſtinctione, qua non eſt vſus Hippocr. Deinde pueri parem habent calorem cum adoleſcentibus & iuuenibus: nam pueri & adoleſcentes augentur, & eos conferens iuuenibus, parem habere calorem probat Galen. lib. 2. de temperamentis, & nos in eius expoſitionem multa diximus lib. 1. de arte medendi cap. 4. quo loco adoleſcentium optimam probauimus temperaturam, puerorum item adoleſcentium, & iuuenum calorem parem: fallitur igitur ille cùm dicat puerorum temperiem calidam & humidam: nam quamuis plus habeant caloris innati quo augentur corpora, ille calor temperatus eſt, & qualis in adoleſcentia. Habent ſanè pueri redundantem humiditatem, quæ etiam ſeruari natura debet ad incrementum, & vitæ prorogationem: ſed non ſeruatur (vt inquit) prima æſtate, bene eſt: verum cùm Galenus dixit, pueros initio æſtatis optimè degere, id tantùm voluit magis ſecuros eſſe à morbis, nihil de augmento curans, quod ætatis proceſſu ſperatur, idem enim eſt optimè degere, & minimè ægrotare, ac ſecuriſſimos eſſe. Hoc eſt quod Hippocrates voluit dicens: Et maximè ſani ſunt, at verò ſunt pueri initio æſtatis ſecuriſſimi: quoniam in tempore paulò iuſto ſicciori, ætas, paulò iuſto humidior à lapſu & morbis qui ab ea humiditate euenire poſſent, ſeruatur & ſecuriſſima eſt. Et propterea Celſus dixit cum Hippocr. Et æſtate prima tutiſſimi ſunt. Diuerſum eſſet, ſi quis quæreret, quod tempus ad conſeruandum humorem puerorum, qui ad extenſionem eſt neceſſarius, erit melius, ac diceremus veris initium: Hippocrates tamen de ſanitate præſenti & ſecuritate à morbis loquitur, de qua optimam diſtinctionem adhibuit Galenus, cùm dixit: Adoleſcentes vere, & pueros initio æſtatis optimè degere. Neque reſolui pueros æſtatis initio putandum, ſed eorum cruditates coqui, & eorum humiditatem parum mutari verſus temperamentum, vti & parum à veris natura diſtat æſtatis initium. Inquit deinde Hippoc. Æſtate & autumno, vſque ad aliquid, ſenes.

Galen. ab iniuria tuetur.

Pars illa, vſque ad aliquid, Græcè habet μέχρι μέντινος, quam quidam vertunt, vt Fuchſius, aliquantiſper, referentes eam ad ſenes ac ſi Hippocr. vellet ſenes quadantenus bene habere æſtate, & autumno, quod ſignificare videtur, cùm transfert ſequentem orationem dicens: Reliquo hyemis tempore, qui inter has ætates medij ſunt: quaſi totius autumni meminerit, quamuis in Comm. diuerſum ab eo, quod in Aphor. ſcribit videatur ſentire. Nos tamen partem illam, μέχρι μέντινος, ad autumnum referimus: ſenes namque æſtate bene valent, quoniam hæc ætas frigida eſt, & calore æſtatis corrigitur, & idem fit initio autumni, quod diximus, vſque ad aliquid: interim enim calor æſtatis perſeuerat. Poſtremò dixit, τὸ δὲ λοιπὸν, τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι, quod eſt, Quod verò reliquum eſt, hyeme, qui medias tenent ætates. Sunt autem hi iuuenes, atque ſubſiſtentes à 25. anno in 35. iuuenes, à 35. in 49. ſubſiſtentes, ſiue crudi ſenes. Iuuenes enim hyeme bene admodum valent, quoniam calor eorum non ſuperatur, ſed ad ventrem ſe conferens validior redditur, & in vniuerſum attemperatur ipſius qualitas, quæ ſiccitati coniuncta eſt. Autumno autem poſt primam partem, quam ſenibus commodam dixerat, crudi ſenes attemperantur ab ea autumni parte, quæ iam hyemem refert, eſt enim, vt lib. 1. de arte medendi, cap. 4. docuimus eorum temperies parum admodum declinans à iuuentute, & vtraque calida eſt, & ſicca, ſed minus calida ſubſiſtentium, paulò item ſiccior, ita vt ab humiditate poſtremæ partis autumni tuetur. Aut dicet iuuenes & ſubſiſtentes hyeme bene degere, dixiſſe, & prætermiſiſſe reliquum autumni: iuuenes autem, & ſubſiſtentes, qui à iuuenibus, inſenſibili lapſu labuntur, hyeme optimè degunt, quoniam ferè eandem habent temperaturam, & hyemi aduerſam. Quod Celſus ita dixit: Iuuenes hyeme, quique inter iuuentutem ſenectutémque ſunt. Vbi duarum meminit ætatum. Nam duæ ſunt ætates mediæ inter adoleſcentes & ſenes, & has dicit Hippocrat. optimè degere hyeme, & maximè ſanas eſſe. Cùm autem dixit: Quod verò reliquum eſt, totius anni, nempe hyeme, qui medias tenent ætates, id eſt iuuenes & ſubſiſtentes, optimè degunt, atque ſaniſſimi ſunt, ſiue vt dixit, maximè ſani: ſiquidem hyeme iuuenes & ſubſiſtentes probè ſeruantur, & ſani maximè degunt. Licebit quoque, vt apud Gal. in Comment. ætates conferre regionibus, & facilè inuenire, quæ ætates in quibus regionibus optimè degent. Temperatæ enim in temperatis ſaniſſimæ ſunt, & diſtemperatæ in contrariis ad portionem.

Fuchſius notatur.

APHORISM. XIX.

Morbi autem omnes in omnibus temporibus fiunt, magis autem quidam, in quibuſdam ipſorum, & fiunt & prouitantur.

COMMENTARIVS.

QVamplurimas habent ſuæ generationis cauſas morbi quicunque: omnes ſiquidem, quas non naturales appellamus. Cùm igitur aut omnes, aut plures earum modum excedentes poſſint occurrere quouis anni tempore, poterunt quoque & in omni tempore quiuis morbi generari, & ſi in quibuſdam quidam magis fiant, & proritentur. Veluti tertiana hyeme viſa eſt, ab ira, exercitatione immodica, & cibis calidis orta, æſtate tamen frequentius generatur, & genita proritatur magis, hoc eſt, ad maiorem perducitur vehementiam. Verùm etiam eſt, exquiſitam tertianam, alio quàm æſtatis tempore non generari: Galen. enim lib. 2. de differ. feb. cap. 5. ad generationem febris tertianæ ſimplicis, tempus expoſcit, atque regionem calidam & ſiccam.

APHORISM. XX.

Vere quidem furores, melancholia, morbi comitiales, ſanguinis fluxus, anginæ, grauedines, raucedines, tuſſes lepræ, impetigines, alphi, puſtulæ vlceroſæ multæ, tubercula, & articulorum dolores fiunt.

COMMENTARIVS.

Morbi veris.

QVamuis omnium anni temporum ver optimũ ſit & temperatiſſimum, quamplurima morborum genera in eo fieri teſtatur Hippocrat. quæ nos quoque euenire conſpicimus. Non quidem ſua ratione, ſed quatenus vires roborat, & calor ipſius hyemi ſuccedens humores in ipſa, aut etiam ante ipſam congeſtos, agitat, & dilatat. Vis autem valida excrements ſuperat, & à corpore pellit: aut vbi id facere nequeat in partes ignobiles tranſponit: fit tamen nonnunquam, vt neque abundantiam vincere, neque ipſam ad partes dictas tranſponere valeat, eam tamen diffundat, & in partem aliquam præcipuam impetu pellat. His ſuppoſitis notum eſt, etiam ſi vere morbi plurimi fiant, non eſſe cauſam in ipſum reiiciendam: quemadmodum enim Galen. in Comment. dixit, quamuis exercitatio mala quædam afferat corporibus, ipſa ex ſe vtiliſſima eſt. Quod Hippoc. lib. 6. de morb. pop. part. 5. ſcripſit dicens: Vlcera erumpent, ſi impurgatus quis laborauerit. Morbi igitur vere fiunt nonnulli, qui aliis temporibus magis debentur, vt licet videre conferenti morbos ab Hippocr. ſcriptos cum temporibus anni ſequentibus, in quibus eoſdem repetit. Sed nos modò ſingulos ordine perſequamur.

Furores.

Furores ſunt animi turbationes, & deliria ab humore melancholico aſſato, vti & melancholiæ ab ipſo naturali frigido, ac ſicco humore fiunt, ſanguinis & aliorum fæce ſimiliter cerebrum occupante.

Comitiales. *Angina.* *Sanguinis fluxus veri proprius.* *Grauedines.*

Morbi comitiales fiunt à pituita, ſed & quandoque à melancholia. Angina à pituita in guttur delapſa. Sanguinis fluxus veri proprius eſt, dilatato ſanguine: is enim aut per nares, aut per vterum, aut venas ani, manat. Grauedines, raucedines, & tuſſes, læſis & occupatis ab humorum copia naribus, aſpera pulmonis arteria, faucibus aut thorace eueniunt veris ratione, qui tamen pernitioſi non ſunt.

Lepra.

Lepra, apud Paulum lib. 4. cutis aſpredo eſt, cum pruritu, orta ab humore melancholico, altam cutim orbiculatim depaſcens, à qua ſquamulæ decidunt.

Impetigo.

Impetigo verò à tenuibus, ſeroſis, & acribus humoribus fit, craſſioribus aliis mixtis. In hoc malo videmus ſcalpta cute, manare ichores ἄλφοι vitiligines Latinis ſunt, ſed ſunt albæ quædam, aliæ nigræ in cute, quæ & pilorum colorem mutant: & ab albis, albos pilos videmus ortos. Albæ ab humore fiunt pituitoſo, nigræ à melancholico. Hiſpani albarazos appellant. Puſtulæ etiam fiunt vlceroſæ multæ, quas appellat ἐξανθήσιας, & 6. ſect. Aphor. 9. ἐξανθήματα. & lib. 3. de morb. pop. part. 3. ſect. 51. ἐκθύματα, dixit: & Galen. in Comment. appellationem de ſponte in cute effloreſcentibus factam aſſerit. Sunt autem ex his puerorum variolæ dictæ, & morbilli, Hiſpanis viruelas y ſarampione. Nam & lib. 6. de morb. popul. part. 1. Comment. 20. morbum hunc infantibus moleſtum eſſe dixit. At verò ad finem vlcerantur ſeroſa cute hæc exanthemata.

Tubercula.

Tubercula etiam fiunt, id eſt paruæ inflammationes, quas appellamus naſcentias, & in articulis dolores ad eoſdem humore traducto, vt ad ignobiles particulas.

APHORISM. XXI.

Æſtate autem ex his quidam, atque febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, & vomitus, & diarrhœa, & lippitudines, & aurium dolores, & oris vlcerationes, & pudendorum putredines, & ſudamina fiunt.

COMMENTARIVS.

ANtequã æſtatis morbos proprios narret, quoſdam alios fieri in ipſa dicit ex his qui fiunt, vere, vti ſanguinis fluxus, furores, puſtulæ vlceroſæ: quoniam æſtate ob humorum aſſationem hæc mala fieri poſſunt, aut ob eorum efferueſcentiam. Verùm principium æſtatis ſimile veri eſt, ac proinde morbos veris afferet.

Æſtatis morbi.

Fiunt autem æſtate morbi peculiares, febres continuæ, & ardentes, & tertianæ, bile abundante, ac putrefacta in vaſis aut ab eiſdem extra miſſa: fiunt etiam vomitus, & ventris fluxiones, quas diarrhœas vocant, decũbente bile ad ventrem: lippitudines etiam, ſed non ſiccæ, vt Muſa voluit:

Muſa taxatur.

quoniam humores acres, mordentes oculorum membranas, non poſſunt non proritare lachrymas, vbi non adfuerit magna cutis aſtrictio: ea verò æſtate nõ adeſt, ſed magna pororum apertio. Aurium item dolores, oris vlcerationes, & pudendorum putredines, humore billioſo ad has partes fluẽte & mordente, ac putrefacto.

Sudamina.

Sudamina item fiunt, quæ cutis aſpredinea ſunt, quales infantibus fieri videmus, & quibuſdam aliis natura humidis, & fœminis quarum cutis eſt mollior, æſtatis tempore iuxta meridiem, & parum durant. Accidunt ex ſanguinis ebullitione ſeroſa parte, & acri ad cutis poros deducta, nec diſcuſſa, nec in ſudorem manante, ſed retenta ad ſpeciem puſtularum multarum, & minutiſſimarum. Hiſpani dicunt, ſarpullido.

Sarpullido, vel Sarpadillo vt vult Mercatus.

Quartanarum etiam meminit Hip. quæ vſtione bilis fieri poſſunt. Sed partem hanc quidam non legunt, nec Galen. in Comm. eius meminit, nec Celſus & Aph. ſeq. dicit: Autumno fieri plurimos æſtiuos morbos & febres quartanas, ab æſtiuis morbis ſeparans ipſas, eam tamen partem lib. 8. de placi. Hippocr. & Platon. legit.

APHORISM. XXII.

Autumno verò plurimi morbi æſtiui fiunt & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, & hydropes, & tabes, & ſtillicidia vrinæ, & lænitates inteſtinorum, & difficultates inteſtinorum, & coxendicum dolores, & anginæ, & aſthmata, & ilei, & comitiales, & furores & melancholiæ.

COMMENTARIVS.

Morbi autumni.

AVtũnus ſua natura frigidus & ſiccus eſt, & inæqualis ex frigore & calore, quæ duo ſingulis diebus fiunt, manè & veſpere frigus, ad meridiem calor, ob frigiditatem cohibet effluxum & tranſpirationem humorum, qui æſtate aucti sũt & quidam aſſati, ob inæqualitatem frigoris & caloris, totam ipſam naturam languidam reddit, & partes corporis languẽtes arguit. Quapropter non tantùm vt de æſtate dixit morbos quoſdam veris facere, ita modò autumnum, quoſdam ęſtatis, ſed plurimos, quoniam æſtas ad cutem vti ver deducit quoſdam humores, & morbos veris. Verùm autumnus omnem ferè effluxum humorum æſtate genitorum cohibens, plurimos æſtatis morbos affert: ſed ſunt autumno proprij quartanæ à melancholia, quæ à frigore & ſiccitate habuit generationem, aut aſſatione genita fuit æſtate, hæc verò autumno retinetur, donec putreſcat: fiunt quoque febres erraticæ, tum ob temporis inæqualitatem, tum ob humorum craſſitiem, ob quam febres quæ erratili modo apprehendunt, quartanæ ſunt futuræ Lienes intumeſcunt, delata ad ipſos melancholia, & inde conſentiente iecore, hydropes ſuccedunt. Tabes, quoniam temporis inæqualitas languori, & extenuationi paratos arguit ſtatim. Vrinæ ſtillicidia expreſſa bile ad veſicam, aut ipſa à frigore offenſa, quod fit cùm calor poros aperit, deinde frigus ſubitò inuadit. Læuitates & difficultates inteſtinorum, expreſſis humoribus ad inteſtina, qui ſummam cutẽ eorum exulcerantes ante

coctionem

Digitized by Google

coctionem cogunt expelli cibos, aut eoſdem ob languorem non continent venter & inteſtina: Si verò profundius inteſtina exeſerint, difficultates inteſtinorum parient, coxendicum dolores fiunt craſſo ſanguine truſo ad eos articulos, maximè pituitæ mixto. Sic & angina & fauces, & aſthma ad pulmonem, compreſſo ſanguine, qui æſtate efferueſcebat, & ad cutem euellebatur, utque eo pituitoſo. Ileus fit tenui inteſtino inflammato, retentis fæcibus. Morbus etiã comitialis detegitur in his, qui eo ſolent aliàs laborare, præſertim quos melancholia facit. Maniæ item & melancholiæ ad caput tranſmiſſa melancholia calida aſſata, & efferueſcente, aut fæca ſanguinis craſſa frigida & ſicca fiunt.

Ileus.

APHORISM. XXIII.

Hyeme verò pleuritides, peripneumonia, grauedines, lethargi, raucedines, tuſſes, dolores pectorum, laterum, lumborum, & capitis vertigines, apoplexia.

COMMENTARIVS.

Morbi hyemis.

AD finem morbos refert, qui hyeme fiunt, ſuam naturam ſeruante. Eſt autem hyemis natura frigida & humida, morbos igitur pariet à frigore & humiditate ortos, & partes frigidas facilè lædet, & morbos ex defluxione concitabit, capite repleto. Hinc facilè cauſas morborum traditorum ab Hippocrate reperies. Pleuritides enim fiunt ſanguine expreſſo, aut à capite defluente in membranas thoracem ſuccingentes. Quòd ſi in pulmonem decumbat, pulmoniam faciet: lethargum verò, ſi in cerebro pituitoſus ſanguis aceruetur, atque putreſcat. Hanc partem non omnes codices habent. Cæterum legitur à Galeno lib. 8. de placitis Hippoc. & Pla. quo loco hunc Aphoriſ. citat, Grauedines, raucedines, & tuſſes ex defluxione omnes naſcuntur, quas frigus cum humore facit. Dolores pectorum, & laterum, ſiue coſtarum, fiunt à frigida intemperie, aut ab aëre frigido, qui flatus modo ingrediens ſolet eos dolores afferre. Dolores etiam lumborum ob eandem cauſam: ſunt autem lumbi ſpatia vtrinque à vertebris quinque, quæ à thoracis vertebris ad os ſacrum ordine procedunt, caput à frigore dolet, & ab humore craſſo grauatur, id verò in flatum verſus, & agitatus vertiginem, occupans autem cerebri ſubſtantiam, apoplexiam facit.

Pleuri generatio.

Lumbi.

APHORISM. XXIV.

Per ætates verò talia eueniunt, paruis quidem ac nuper natis puerulis, aphthæ, vomitus, tuſſes, vigiliæ, timores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.

COMMENTARIVS.

IN hac ſecunda parte huius ſectionis morbos ſingulis ætatibus familiares narrat, à primo ortu infantium auſpicatus. Puerulis nuper natis, & paruis, hoc eſt iis, qui quamuis nuper nati non ſunt, nondum tamen veniunt annumerandi iis, quorum mẽtionem habebit in ſequenti aphor. qui probè iam dentes edere debent. Sunt igitur hi à primo ortu vſque ad menſem ſeptimum, & vltra ipſum, autore Paulo lib. 1. cap. 9. nam non omnibus eſt idẽ terminus definitus. De paruis igitur, ac de nuper natis puerulis loquens inquit, Aphthæ eueniunt. Referũtur ſanè morbi eorum omnes aut ad temperaturam, aut ad victum. Pueruli humidiſſimi ſunt, & eorum cibus eſt lac, quod cùm exugitur, ſua ſeroſa parte palatum detergendo exulcerat, concedente mẽbranæ ipſius mollitie. Vomunt etiam frequenter, quoniam plurimum lac, & ſupra modũ accipiunt, quod aut corrumpitur, mordet: & vtcunque pellitur: quoniam & retentricem habent imbecillam. Tuſſes, diſtillante à capite in thoracem humiditate multa & ſeroſa, multa quidem natura, ſeroſa verò ex alimento, hanc partem non legit. Gal. in commen. legit, tamen ipſam lib. 8. de placi. Hippoc. & Plat. Vigilant item infantes, quamuis natura ſomnolenti ſint: nam lac corrumpitur in eorum ventribus, & fumus caput tentat, & eos à ſomno excitat. Accedit ad id, quòd cùm tenerrimam habeant cutem, ab vrina & excrementis mordetur, & inde vigilant & clamant. Timent in ſomnis & pauidi excitantur, ob fumos lactis corrupti in caput aſcendentes, qui imaginem præbent rei terribilis, quæ ipſis talis appareat. Quod verò eoſdem maximè terret, eſt imaginatio caſus ab alto: nam & id vigilantes timent, quoniam ſe deſtitutos putant, qui ante id omni ex parte ab vtero amplexabantur. Id agnoſces ex tremulis motibus brachiorum & crurum, cùm à nutricibus nudi ſubleuantur. Vmbilici fiunt inflammationes, ſanguine ad partem vulneratam & dolentem tranſmiſſo. Per aures humiditates purgantur, quæ in capite abundant. Quòd verò & per nares purgentur natura fit, & ſine morbo. Narrat verò Hippocr. modo morbos: non meminit tamen comitialis, quoniam non eſt iis tantùm familiaris, ſed magis euenit iis qui dentes edunt, quod conſtat ex Aphor. ſequenti: nam conuulſiones motus conuulſiuos comprehendunt, & comitialem morbum. Numerat autem conuulſiones inter morbos eorum, qui dentes edunt, & Prognoſtico 34. lib. 3. conuulſiones dixit promptiſſimè euenire pueris quamprimum editis vſque ad ſeptimum annum: non igitur eſt familiaris nuper natis, qui adultioribus etiam euenit, & eis magis, vt in Aphoriſm. ſignificat ſequenti: hoc eſt, quod Comment. 29. dicit ex Hippocratis ſententia abundare in pueris comitialem, & quod ea ratione morbus puerilis nominatur.

Puerulorum morbi.

Aphthæ.

Vomitus.

Tuſſes.

Vigiliæ.

Timor in ſomnis.

Vmbilici inflammationes.

APHORISM. XXV.

Cùm verò propè iam ſunt vt dentes edant, gingiuarum pruritus, febres, conuulſiones, & alui profluuia fiunt, præſertim cum caninos dentes edunt, & iis, qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.

COMMENTARIVS.

Morbi puerorum cum propè ſunt vt dentiant.

IIs, quibus dentes pullulare incipiunt, à ſeptimo & octauo menſe, & vltra hos, morbi quidam accidunt ex defluxione, à morſu, & irritatione, quam dentes cùm oriuntur efficiunt. Pruriunt namque gingiuæ diuidente ipſas dente, ex pruritu concitatur dolor, & vigilia, & fluxus humorum ad cor & thoracem, inde febres. Ad febres conuulſiones, liquatis humoribus implentibus neruos, ſequuntur: ad quod accedit neruorum puerorum imbecillitas. Quod ſi in capite concitatus humor, obſtructionem fecerit, morbi comitiales fient, quibus conuulſiones coniunctæ ſunt, ſymptoma ipſum ſcribit Hippocrat. Venter quoque fluit quoniam in ventriculum & inteſtina delabitur humor, irritatione gingiuarum commotus. Accedunt hæc maximè cùm caninos dentes edunt, qui aliis anterioribus maiores ſunt, & interim gingiuæ duriores. Tum etiam craſſiores hæc patiuntur, quia pleniores ſunt: & magis comprimunt ſanguinem, vnde putreſcit magis ad febres generandas, & conuelluntur, & comitiali laborant: ſic etiam vbi aluos duras habuerint, quoniam excrementa ventris retenta, in caput aſſumant, & neruos implent.

APHORISM. XXVI.

Grandioribus tamen, tonſillæ, vertebræ, quæ ad occipitium ad interiora luxationes, aſthmata, lapides, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ penſiles, ſatyriaſis, ſtrumæ, & alia tubercula, præſertim ante dicta.

COM

COMMENTARIVS.

CVm verò pueri magis æſtare proceſſerunt à dentitione in vndecimum annum, poſt quem ſequuntur puhertate proximi:de quibus aphotiſ.ſequenti aget, morbi eis eueniunt, quos hic refert omnes ab humorum abundãtia, & craſſitudine materiam accipiunt, & accedente calore generationem. Tonſillæ Græcis παρίσθμια, hoc eſt, iuxta iſthmum, eſt autem iſthmus anguſtus locus inter duo maria, qua parte tamen cibos & potus deglutimus, anguſtia eſt, à lateribus tamen ſunt glandulæ duæ, quæ iuxta iſthmum ſiue anguſtiam ſunt. Hæ in pueris inflammantur, & nomen partis ipſæ inflammationes ſortiuntur, & παρίσθμια, id eſt, tonſillæ dicuntur, alias etiam antiades, Barbaris, amygdalarum inflammationes, Hiſpanis, agallas. *Luxatio vertebra.* Luxantur etiam vertebræ, quæ in occipitio, præſertim ſecunda ordine ad anteriora, ſiue ad interiora: idem enim eſt. Habèt morbus ortum ab inflammatione ad anteriora euellẽte vertebras ipſas, ſed euellitur quandoque tertia, & ab his anginæ fiunt, compreſſo gutture: in pueris ab humoribus relaxantibus vertebrarum ligamenta fiunt: præſertim vbi partes anteriores inflammant, quæ eaſdem ad ſe trahant. Harum luxationum meminit Hippocrates libro ſecundo de morb.pop. *Aſthma.* Aſthma fit oppleto pulmone craſſis humoribus, vnde celeriter ob anguſtiam reſpirare coguntur, tanquam à celeri curſu. *Lapides.* Lapides in veſica fiunt vti ſenibus in renibus, quoniam puerorum humores magis fuſi ſunt, & à renibus in veſicã delabuntur, vbi accedente calore concreſcunt. *Lumbrici.* Lumbrici teretes in inteſtinis fiunt, & aſcarides in recto præſertim, à corruptis cibis in pituitoſam naturam, accedente calore viuificante: ſed de his libro tertio de arte medendi diximus. Verrucæ penſiles, quas Græci ἀκροχορδόνας, dicunt, quia chordarum nexui videantur ſimiles, ob anguſtiam baſis. Sunt paruæ quædam cutis eminentiæ, calloſæ, rotundæ, ſine dolore, anguſtæ baſis, ita vt ſuſpenſæ videantur, ac proinde penſiles dictæ. *Satyriaſis.* Satyriaſis, pudendi ſignificat erectionem, & oſſium capitis prominentiã, & quandoque lepram. Sed lib.de antiquis dictionibus Hip. ſignificat σατυριασμὸς, tumores prominentes in glãdulis, quæ ſunt circa aures. Partem hanc Erotianus optimè enarrauit. *Struma.* Strumæ ſunt duri tumores circa aures & maxillas inferiores, quas Græci χοιράδες, dicunt quoniam χοῖρος, porcus eſt, & hoc morbo porci frequenter laborant, appellant quoque has ſcrofulas, quoniã ſcrofæ hoc malo affliguntur. Hoc loco Gal. lib.8. de Placitis Hipp. & Pla. legit στραγγουρίας, id eſt, vrinæ ſtillicidia, quæ eis eueniunt ab humore veſicæ muſculos relaxante, aut veſicam implente, aut à lapide veſicæ, qui de familiaribus morbis ipſorum eſt. Fiunt etiam & alia tubercula, ſed præſertim dicta Tubercula, Græcis φύματα, ſunt autem hæc inflammationes adenarum, quæ celeriter tendunt in ſuppurationem.

APHORISM. XXVII.

His tamen, qui adhuc grandiores ſunt, & ad pubertatem accedunt, horum plurimi & febres diuturnæ magis, & ex naribus ſanguinis fluxiones.

COMMENTARIVS.

Morbi eorum qui ad pubertatem accedunt. PVbeſcunt homines tredecimo & quarto decimo anno & pubertas ad 18. extenditur. Adoleſcentia verò à 18. in 25. vt Gal. vult. comm.9. ſectionis 5. inde ſequitur iuuentus. Cùm igitur pueri iam 14. annum attingunt, & pubertatem ipſam, quæ antecedit adoleſcentiam, plurimos morbos ea dictis patiuntur, vti lapides, lumbricos, & tonſillarum inflammationes, ob cauſas dictas in Commentario præcedenti. Præter hos tamen febres diuturnas magis, quoniam magis aliis ſanguine abundant, nam & ſi non plus aliis generent, minus tamen abſumunt, quia minus augentur. Ante hanc tamen ætatem febres fiunt acutæ magis, vt Gal. in Cõmentario propter corporis humiditatem, & facultatis naturalis ἀῤῥωστίαν, id eſt, imbecillitatẽ, ſed Laurẽtianus, & antiquus interpres legunt ῥώμην, id eſt robur: & bene, quoniam eorũ naturalis facultas robuſtiſſima eſt, & citò morbos finit. Ea de cauſa patiuntur ſanguinis è naribus fluxiones: ſed mares præſertim. nam eo tempore fœminis erumpunt menſes, qui eas à fluxu ſanguinis liberant, & à multis aliis morbis. Sanguis igitur in ea ætate magis abundat, & inde prædicti morbi. Hæc Aphor. expoſitio plana eſt, & Galeni Comment. facilis, & perſpicuus, & ætatum diuiſio ad Galeni & Hippocratis mentem integerrima habetur à nobis lib. 1. Prognoſt. in expoſitione 29. & lib. 1. de arte medendi, cap. de temperamentis. Quamobrem in vanum ſeipſum diſcruciat ille, qui nouas alias ætatum diuiſiones inuenire contendit, & Galenum reprehendere, & deinde aſſerit ſemen viris, & menſes fœminis in adoleſcentia erumpere, quæ duo fieri videmus 13. & 14. anno, & adoleſcentia incipit à 18. vt diximus ibidem. Nam & diuiſiones aliæ, ab his quibus vtitur Hippocrates atque Galenus: inutiles erunt ad libros eorum legendos, & agnoſcendam ſententiarum veritatem.

APHORISM. XXVIII.

Plurima autem paſſiones pueris iudicantur, hæ quidem in quadraginta diebus, illa verò in ſeptem menſibus, illa in ſeptem annis, quædam cùm ad pubertatem perueniunt. Quæ verò in pueris perſeuerant, & in pubertate non deſinunt, vel fœminis cùm menſes erumpunt, ad multum tempus durare conſueuerunt.

COMMENTARIVS.

FInes morborum puerorum, qui diutini ſunt, ſiue iudicationes eorum perſcribit dicens: eos iudicari 40. die: hic enim eſt primus terminus longorum morborum, ſed ſunt alij, qui ſeptem menſibus iudicantur, quemadmodum acuti ſeptem diebus. *Fines longorum morborum.* Alij morbi ſeptem annis iudicantur. Alij ſunt, qui quouis anno ante ceperint, ad pubertatem vſque prorogantur, & ibidem finiuntur: viris quidem, quia humidi minus ſunt, & excrementa quædam in pilos abſumunt, & ſemen mittunt: fœminis, quoniam menſes erumpunt. Quòd ſi eo tempore & ætatis mutatione, & 14. anno accedente non ſanantur, commoriuntur, ſiue vt Hippocr. modò dixit, χρονίζειν εἰώθεν, quam partem Galen. ita exponit μέχρι πολλοῦ χρόνου παραμένειν εἰώθεν, id eſt, multo tempore permanere conſueuerunt. Cùm verò Hip. dixit morbos quoſdam finiri 40. diebus, aut 7. menſibus, aut 7. annis: Dicet qui volet, Hippocr. voluiſſe morbos puerorum finiri 40. die ab ortu, aut 7. menſe, aut 7. anno, aut etiam 14. quoniam hiſce temporibus non paruas ſuſcipiunt pueri mutationes. Cæterùm præter id, quod Gale. contradixit, non conſonat literæ Hippoc. qui dixit, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἑπτὰ ἔτεσι, quod eſt, hæc quidem in 40. diebus, illæ verò in 7. menſibus, illæ in 7. annis. Modo qui ad finem 40. dierum ab ortu vti 35. laborans, ipſo 40. liberatus eſt, non dicetur liberatus 40. diebus, ſed 40. die: & qui 6. ætatis menſe ægrotauit, ſanatus 7. menſe ætatis, minus bene dicetur, ſeptẽ menſibus liberatus, ſed 7. menſe. Dixiſſet autem Hipp. de eo qui liberatus eſt die 40. ab ortu, non ab ægrotatione, iudicatum fuiſſe, ἐν τεσσαρακοστῇ ἡμέρῃ id eſt, in 40. die; non ἐν τεσσαράκοντα

κοίλα ἡμέρας, id eſt, in 40. diebus, vt dixit, quoniam neque quadiaginta diebus ægrotauit.

APHORISM. XXIX.

Iuuenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acuta, morbi comitiales, & alij morbi, præſertim prius dicti.

COMMENTARIVS.

QVare Hippocr. prætermiſerit adoleſcentium ætatem Galen. in Commentar. exiſtimat factum, quoniam ex dictis de puberibus Aphor. 27. conſtare poterit: nam in adoleſcentia, vti in pubertate, ſanguis abundat, & fluxus ſanguinis natium, cis ætatis ratione eueniunt. Eſt quoque ætas hæc temperatiſſima, & in qua paucissimi ſperantur morbi familiares. Hæc eſt à decimooctauo in 25. annum, vt quinta ſect. Comment. 9. qui verò aliter diuidit ætates, præter id quòd fallitur, confundit omnino Hippocr. & Galen. 15. doctrinam, qui illis ætatum nominibus illos homines intellexerunt, quos intra eas comprehenderunt. Iuuenibus itaque fiunt ſanguinis ſpuitiones, quoniam ſanguis is adhuc abundat in iuuentute, atque is bilioſus, qui ad pulmonem ductus ipſum exedet, vnde & tabes ſequetur, qua laborate adoleſcentes, & iuuenes Aphor. 9. ſect. 5. docuit, dicens: tabes fiunt maximè ætatibus à 18. in 35. annum: febres item acutæ eis eueniunt, ob bilis redundantiam, quæ ſi intra venas putreſcat, efficiet ardentem: ſi extra, tertianam, vtraque tamen eſt acuta breuitatis ratione, quamuis tertiana periculo vacet, lib. 1. de mor. popu. parte 3. Comment. 1. & Hippo. ibidem ſect. 8. inquit: Tertiana exquiſita celeriter iudicatur, & lethalis nõ eſt. Morbus comitialis per conſenſum à ventriculo, ob bilis abundantiam fieri poteſt, ſed primogenia affectione à pituitoſo humore aut melancholico cerebrum occupante, non fiet iuuenibus, niſi ob malam victus rationem, quemadmodum & ſupra dixerat ſectione 2. Senes iuuenibus vt plurimum ægrotant minùs, quod ad viuendi rationem retulimus. Atque ita modo, cùm iuuenes indiſtinctè cibos craſſos capiant, humi cubent, veneri indulgeãt, Soli & imbribus ſe exponant, nihil mirum ſi comitialibus capiantur. Gal. verò miratur, quod Hippoc. comitialem ſcripſerit iuuenibus euenire, prætermiſerit autem cùm de pueris loquutus eſt: cùm tamen alibi dixerit ipſum in pueris abundare, & ea ratione dictũ morbum puerilem. Notum autem eſt hîc Galenũ loqui de morbo comitiali per eſſentiam in capite. Quapropter inutilis mihi videtur expoſitio, qua quidam machinatur, cuius meminimus (nam eſt ille ſanè ingenioſus.) Hipp. non tantum narrare morbos, qui ſingulis ætatibus fiunt, ſed etiam qui in eiſdem proritantur: vti & ſupra Aphor. 19. cùm dixit: Morbi omnes in omnibus temporibus fiunt, ſed quidam in quibuſdam magis & fiunt, & proritantur: atque in ætatibus quidã magis fiunt & proritantur, vti comitialis, qui poſt 25. annum proritatur magis, & repetit frequentiùs: licet enim in iuuentute minus fiat, tamen factus in pueritia, ſi ad iuuentutẽ perueniat, in ipſa exacerbabitur. Sed deceret prius conſiderare, an velit ipſe loqui de morbo comitiali per conſenſum factu ab humore bilioſo in cerebro: ſi de primo, non opus eſt diſtinguere morbos, qui fiunt in aliqua ætate, ab his, qui in ea proritantur, & dicere Hipp. hic annumerare eos, qui proritantur, aut exacerbantur: nam comitialis qui à bile fit per conſenſum, iuuenibus, & fit, & acetuatur. Si tamen loquitur de comitiali afficiente ipſum cerebrum primaria affectione, à craſſis humoribus, is neque crebrò fit, nec crebrò acetuatur: vt enim iuuentus propter ſiccitatem, ſolet quoſdam ſanare Aphor. 45. ſect. 2. vt vult quoque Galen. in Comment. poterit ſemper magnitudinem ſupprimere eorum qui non ſanantur, eadem omnino exſiccandi facultate. Præter id quòd valde alienum à ratione eſt alios intellexiſſe Hippocr. morbos, qui fiunt, & alios qui in temporibus proritantur, dixit enim: Quidam verò magis in quibuſdam & fiunt, & proritantur. Tertiana enim æſtate vt magis fit, ita magis proritatur: & quotidiana vt magis fit hyeme, ita magis proritatur: & è conuerſo vt magis prædicti morbi eis temporibus proritantur, ita & fiunt magis. Adde quòd morbus comitialis, qui à craſſis ſuccis fit, quamuis non ſanetur poſt 25. annum, tamen non proritatur magis, quia ex ætate prædicti ſucci non abundant.

Morbi iuuenum.

APHORISM. XXX.

Illis verò qui hanc ætatem prætergreſſi ſunt, aſthmata, pleuritides, pulmonia lethargi, phrenitides, febres ardentes, colera diutina, ventris fluxiones, leuitates: & difficultates inteſtinorum, & hæmorrhoides.

COMMENTARIVS.

DE ætate quæ iuuentutem ſequitur, præſens eſt Aphor. ea verò à 35. anno in 46. prorogatur, quam nos ſubſiſtentiã appellauimus, & ſubſiſtentes eoſdem cum crudis ſenibus eſſe, tum in expoſitionibus lib. Progn. tum lib. 1. De arte medendi abundè probauimus. Hæc ætas eam ferè rationem ſeruare videtur ad iuuentutem, quam autumnus ad æſtatẽ: & quẽadmodum autumnus frigore continet bilem æſtate genitam ne diſſoluatur, ita ſubſiſtentium ætas quæ paulò frigidior eſt quàm iuuenum, bilem in iuuentute, genitam retinet. Sunt ſanè ſubſiſtentes iuuenibus frigidiores, verumtamen non admodum manifeſtè, quoniam etſi non adeò labores ferre, vt ipſi poſſint, ad ciuilia negotia adhuc valent. Bilis verò ea parte morbos facit in quam redundans transfunditur. Præter id quòd vt autumnus morbos quoſdam à melancholia facit, ita & ætas hæc hæmorrhoides & ipſam melancholiam cuius mentionem feciſſe Hippocr. ob quædam exemplaria in quibus reperiebatur credendum eſt, auctore Galen. Cùm itaque bilis mixta cruditatibus, quas etiam congerunt ob malum victum, & quoniã non ita bene coquunt, in pulmonem effluxerit aſthma, aut peripneumoniam efficiet, ſi in caput lethargum, vbi bilis ipſa ſincerior efficiet phrenitidem: ſi in membranam ſubcingentem coſtas, pleuritidem: ſi in venis contenta putreſcat, febrem affert ardentem: vbi ad inteſtina transferatur, diuturnos alui fluores: ſi miſceatur bilis cruditatibus ſiue ipſis inteſtinorum abraſiones, & dyſenterias. Lienteriæ, non habetur in quibuſdam codicibus. Legitur tamen in aliis hæc pars, & à Galen. in Comm. ac fit ob malum victum non trahentibus membris tantam cibi copiam, quanta aſſumitur, qua ratione crudi cibi per ventrem deſcendent, aut inteſtinis & ventriculo à bile deraſis fiet ante tempus ciborum excretio, minus etiam conſtante retentrice in eis. Cholera verò fit humore bilioſo impetu delato ad partes ventris, atque ita excreto vomitu, & ventris ſeceſſu.

Subſiſtentium temperies.

APHORISM. XXXI.

Senibus autem difficultates reſpirandi, diſtillationes cum tuſſi, vrinæ ſtillicidia, & difficultates, articulorũ dolores, nephritides, vertigines, apoplexia, mali habitus, pruritus totius corporis, vigilia, ventris, oculorum & narium humiditates viſus hebetudines, glaucedines, & graues auditus.

COMMENTARIVS.

DE ſenibus eſt præſens ſententia, qui ætatem vltimam tenent, eam videlicet quæ 49. anno incipit, quamuis & hanc diuidãt medici in ſenectutem

tem & decrepitam. Hippocrat. itaque cùm de aliis ætatibus egiſſet, ſenes qui poſt ſubſiſtentes ſequuntur, de quibus Aphoriſm. præcedenti ſcripſit, vnà omnes comprehendit, & eorum morbus narrat. His ſunt reſpirandi difficultates ob frigiditatem thoracis, & ob pituitæ abundantiam, quæ diſtillatione à capite deſcendit, & pariter tuſſim affert. Abundant enim multis cruditatibus & pituita. quapropter quibuſdam viſi ſunt ſenes frigidi & humidi, qui tamen frigidi & ſicci natura ſunt ob ætatem. Vrinæ ſtillicidia ob intemperiem frigidam veſicæ, & difficultates vrinæ ob multam pituitam impedientem vrinæ tranſitum fiunt. Articuli dolent, quoniam ad eos transfundit natura humores craſſos. Adde quòd in ſenectute non exercentur, neque diſſoluunt excrementa, quæ natura ex conſuetudine à iuuentute mittit ad articulos. Solent enim articulorum humiditates impedire quominus oſſa attritione incaleſcant valde, quæ interim dum exercentur abſumuntur, quiete verò ſeruantur. Nephritides renum morbi ſunt, obſtructiones quidem à craſſis humoribus ſenibus fiunt. Lapides verò accedente calore eos aſſante, vertigines à craſſis vaporibus agitatis, qui in cerebro generantur, aut aliunde in ipſum aſcenduot. Apoplexia à craſſa pituita ſenibus accidit, cùm aut ſupra modum augetur, aut à cauſa aliqua dilatatur. Malus habitus refrigerato iecore & crudo ſanguine, aut eius vapore cum ſanguine in ambitum corporis delato. Totius corporis pruritus ob ſalſam pituitam quæ ſenibus eſt moleſta, & eius tranſpiratus ob cutis ſiccitatem cohibetur, quæ eiuſdem generationis eſt magna cauſa, pituita enim cohibita putreſcit, & à ſiccitate membrorum alterata in ſalſam tranſit quæ pruritum efficit. Vigilant ob cerebri ſiccitatem, vbi humiditates via aliqua expurgentur, ſic & quia curis vexantur, quidam etiam à vapore ſalſæ pituitæ morſum in cerebrum patientes excitantur. Humiditas præterea abundans ſi in ventrem aut oculos, aut nares mittatur, eaſdem partes humidas efficiet. ἀμβλυωπίαι ſunt viſus hebetudines abſque manifeſta cauſa. Graues item auditus à redundantia humiditatis in meatu aurium interno. Glaucedines, Græci γλαυκώσεις & γλαυκώματα vocant, fiunt hæc ob immodicam inſtrumentorum ſiccitatem, & quia ſpeciem habent ſuffuſionis auctore Galen. in Comment. & lib. Artis medicinalis cap. 27. Glaucum colorem, inter reliqua, retulit ad puritatem & paucitatem humoris aquei qui in pupilla continetur. Et lib. 10. De vſu partium, Siccitatem nimiam eſſe adſtruit, atque concretionem cryſtallini humoris. Paulus tamen lib. 3. veteres dixit vnum voluiſſe, glaucedines eſſe & ſuffuſiones: poſteriores tamen exiſtimaſſe glaucedines humoris cryſtallini paſſiones, ἀπὸ ὑγρότητος μεταβαλλομένου, διὰ τὸ γλαυκόν, id eſt, ab humiditate mutati in glaucum colorem. Cùm autem conſter cryſtallinum ab humiditate mutari in glaucum colorem, ſed à ſiccitate, legendum erit, ἀπὸ ξηρότητος, id eſt à ſiccitate.

Senum morbi.

Articuli quare ſenibus dolent.

Vnde corporis totius pruritus in ſenibus.

Pauli locus emendatur.

HIPPOCRATIS APHORISMORVM SECTIO QVARTA, Chriſtophoro à Vega interprete & expoſitore.

APHORISM. I.

Vtero gerentes purgare ſi turget humor, quadrimeſtres & vſque ad ſeptimum menſem: ſed minus has, iuniores autem & ſeniores vitare oportet.

COMMENTARIVS.

In quarta hac Aphoriſmorum ſectione de rebus non parum diuerſis ſcribit Hippocrat. Aphoriſmos. principio de purgationibus quæ arte fiunt, & purgantium medicamentorum facultate, deinde de purgationibus ſponte factis, deinde de febribus, vltimo loco de vrinis. In præſenti verò de vtero gerentibus docet quibus earum liceat purgantia adhibere medicamenta, ac quibus temporibus. quattuor tamen partes continet Aphoriſm. prima eſt, Vtero gerentes purgare oportet quadrimeſtres, & vſque ad menſem 7. Secunda eſt, Id facere conuenit ſi humor turgeat. Tertia docet minus conuenire purgationem his quæ ſunt ad 7. menſem. Quarta iuniores & ſeniores vitare oportere. Singulas partes ſeorſum examinemus. Medicamenta purgantia ſunt ea quæ humorem aliquem, aut plures, familiaritate ſubſtantiæ trahunt, quorum quædam valida ſunt, quædam debilia, & quædam mediocria. valida ſunt elleborus, colocynthis, turpetum, ſcammonium & multa quorum compoſitionem hæc eadem ingrediuntur. Sed ſunt his multò moderatiora, quoniam ab his quæ eiſdem miſcentur, attemperantur, & eorum malitia ſupprimitur. Nam eſt purgantium medicamentorum natura corporum purgandorum naturis contraria, & veluti deleteria ac peſtilens. Compoſitorum ſunt electuarium roſatum Meſoes, & elect. de ſucco roſarum Nicolai & hiera diacolocynthidos, & elect. diaphœnicon. hæc exempli loco ſint ſatis. Sunt imbecilla, manna, caſia fiſtularis, viola, ſuccus & infuſio roſarum, ſenna, epithymum. Media ſunt rhabarbarum. agaricus, & ſyrupus roſatus de nouem infuſionibus, ſed hic iam eſt de arte factis Hippocrat. purgare docet vtero gerentes à 4. menſe vſque ad 7. includens 4. & excludens 7. cùm enim dixit τετράμηνα, id eſt quadrimeſtres, manifeſtè ſignificauit licere purgare eas quæ intra quartum menſem ſunt. Deinde verò non ἑπτάμηνα, id eſt ſeptimeſtres ſed ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, id eſt vſque ad 7. menſem dixit: vnde fit tres menſes primos prætermiſiſſe, & tres poſtremos, tres autem medios ſignificaſſe, 4. 5. & 6. eſſe ad purgationem aptos. Ratio à Gal. in Comment. traditur: quoniam purgantia medicamenta corpus turbant, & agitant: eos tamen motus atque ventris compreſſiones non ferret fœtus primis menſibus, dum tenerrima ſunt eorum in vtero acetabula: neque poſtremis in quibus ſola grauitas ferè poteſt eadem diſrumpere, & ſolet abortus afferre, & ſeptimo tentare partum ſolet natura, & quandoque perficere. Adde quòd fœtus exitum tentat poſtremis menſibus ob alimenti inopiam. Sed neque hoc tempore intermedio purgantia conueniunt niſi materia turgeat, id eſt agitata ſit & commota, ita vt periculum immineat raptus eiuſdem in partem aliquam nobilem aut in fœtum ipſum. Tunc etiam maioris mali vitandi gratia eas purgabimus. Quieſcentibus humoribus, non: Cæterum mihi non minus videtur conuenire coctis humoribus atque quietis, purgatio, quàm turgentibus nondum coctis, & vt Hip. turgentes humores vtero gerentium purgare concedit, nihil vetat in febribus aut aliis morbis, vbi humor coctus fuerit, ipſum medicamento ducere, cùm morbus minor iam ſit in fine ſtatus, aut in ipſa declinatione. Neque Hipp. qui primum ſtatuit, turgentes videlicet eſſe purgandos, tollit purgationem coctorum non turgentium. Præter id quod neque quo tempore Hipp.

Medicamenta purg.

Cauſas humores prægnantium purgare.

cos

eos purgare præcipit opus eſt medicamenta præbere quæ Hippocr. præbuiſſet, neque ex eiſdem compoſita, quæ vti valida recenſuimus, ſed leuia aut mediocria, quorum vſum neque ipſe denegaſſet coctis humoribus, minimè verò vbi turgentes forent, de quibus Galen. in comment. dixit non egere niſi veluti manu ducente, & perducente ad locum vacuationis. Non igitur opus eſſet validis medicamentis, neque alia denegare à 4. in 7. menſem, quamuis non turgeant humores. Dixit præterea, Sed minus has, hoc eſt minus decet purgare eas quæ ſunt ad 7. menſem, nempe ſexto iam fluiente, quam quadrimeſtres. Cùm enim quadrimeſtrium tantùm meminiſſet, & earum quæ ſunt ad ſeptimum, hoc eſt vſque ad ipſum, has non ad alias conferet quàm ad dictas quadrimeſtres. Et verum eſt minus conuenire purgationem iuxta ſeptimum, cùm iam accedit ſeptimus, in quo motiones naturæ & partes non naturales euenire ſolent, quàm quarto, in quo nihil tale timetur. Ex his igitur quæ in Aphoriſm. habentur, nemo exiſtimabit collationem hanc fieri earum quæ in vtero gerunt à 4. in 7. menſem, ad illas quæ non conceperunt, quarum nulla eſt mentio. Iuniores verò & ſeniores quæ ſunt trium primorum menſium & trium poſtremorum, vitare oportet, id enim verbum εὐλαβεῖσθαι ſignificat, idem autem eſt ac ſi dixiſſet eas purgandas non eſſe niſi maximo vrgente vſu, & ipſis in ſummo conſtitutis periculo. Tunc enim purgare vtero gerentes, primis tribus aut poſtremis menſibus melius erit, quàm ipſas auxilio deſtitutas relinquere. Quibus parum nocere poterit vbi caſus expoſcat, manna, aut caſia fiſtularis, aut ſyrupus roſatus de nouem infuſionibus roſarum perſicarum, aut etiam rhabarbarum. Illud tamen non paruam ingerit dubitationem quod Hipp. lib. 1. de morb. pop. part. 3. in hiſtor. mulieris quæ in littore habitabat, cùm trimeſtrem fœtum geſtaret, ipſam à morbo acuto & prauis accidentibus liberatam dixit. Gal. verò in comment. inquit: Iam illud quoque meminiſſe conuenit fœtum trium vel quatuor menſium præ aliis maximè reſiſtere. quod non ignorans Hippoc. ipſe in Aphor. loquit: Vtero gerentes purgare ſi materia turget quadrimeſtres & vſque ad 7. menſem minus verò has, iuniores & ſeniores vitare oportet. Et parum infra inquit: Ob hæc trimeſtres & quadrimeſtres præ aliis magis ſeruantur. In his verbis notum eſt, Galen. velle ex Hippocr. ſententia trimeſtres fœtus eſſe de his qui magis ſeruantur, cum tamen in Aphoriſm. tres primos menſes excludat, & tres poſtremos. Quòd ſi trimeſtres ſeruantur magis, ferent etiam facilius abſque aborſu purgationem. Præterea dubium videtur, quare Galen. cum dixiſſet trimeſtras & quadrimeſtres fœtus magis aliis reſiſtere, illud approbauit ex Aphoriſm. ſententia in quo Hippocr. nullam habuit tertij menſis mentionem, qua de re multa inuenio ab aliis dicta quæ non ſatis placent. Quidam enim dixerunt Hippoc. in libris De morb. pop. ea ſcripſiſſe quæ experimento inuenit. In Aphoriſm. tamen reieciſſe quæ non conſtant ratione, atque ita excluſum tertium menſem. Verum quî ad Galen. dicta reſpondebimus? qui non tantùm approbat vim tertij menſis ad ſeruandos fœtus, ſed aliis præſtare ea in re dicit generale quoddam ac firmum ſtatuens quod de tertio menſe dixit Hipp. Alij dicunt diuerſam eſſe rationem ſumptam ex ſexu, & mares, quoniam citius formantur, tertio iam menſe ſeruari: fœminas verò non ante quartum, & credunt mulierem, de qua libro tertio de morb. pop. concepiſſe marem. Sed quoniam nullam adhibent rationem ad id credendum, vana eſt eorum opinio. Alij dixerunt vim totam conſiſtere & dubij ſolutionem in illis verbis Hippocr. Sed minus has, quibus verbis ſignificauit minus purgandas eſſe quæ ſunt ad 7. menſem, quàm quæ ad quartum. Sunt autem ad 7. menſem, quæ ſunt in 6. & ita cùm potius purgationē ferant quæ ſunt in 4. quàm quæ in 6. illæ quæ ad 4. proximè accedunt, cum in tertio ſint, ferent item purgationes, ferè vti & quæ ſunt in 6. atque ea ratione Galen. in comment. citato ex lib. 3. de morb. popul. cum Hippoc. tertium menſem ad firmitatem fœtuum laudauit. Et ita Gal. comprobat quod habetur in hiſtoria per Aphor. quoniam putat ibi poteſtate contineri menſem tertium, cùm dixit: Sed minus has. Præterea quòd Hippocrates non meminerit tertij menſis expreſsè in Aphoriſm. eam dicunt cauſam, quoniam ibi in vniuerſum loquitur, & ſine conditione: libro tamen de morb. popul. vt conſtat ex Galen. in comment. loquitur de muliere robuſta, & valida, quoniam miratur quare non meminerit ætatis Hippocr. eam enim putauit neceſſariam ad liberandam mulierem, credit igitur ipſam fuiſſe florentem ætate, & validam: aliàs non euaſiſſet à morbo acuto. Verùm neque hæc placent, quod enim primo loco dicunt tertium menſem poteſtate contineri, cùm dixit Hipp. Sed minus has, quòd ſi minus purgare conuenit eas quæ ſunt ad 7. (dicunt) quàm eas quæ ſunt in 4. licebit etiam purgare eas quæ ſunt prope 4. id non colligitur, præter id quod Galen. tertium menſem non tantùm voluit fœtus ſeruare. Sed magis aliis, cùm dixit: iam illud quoque meminiſſe conuenit fœtum 3. vel 4 menſium præ aliis maximè reſiſtere, & infra dicit: Ob hæc trimeſtres & quadrimeſtres præ aliis magis ſeruantur. Quam obrem nobis aliter reſpondendum videtur. Principio in Hipp. ſententiis nihil eſt quod dubium videatur, quamuis enim in lib. de morb. pop. hiſtoriam narrauerit mulieris quæ trimeſtrem fœtum ſeruauit in morbo acuto, non tollit veritatem Aphoriſ. in quo tribus primis menſibus, & tribus poſtremis ſignificauit non eſſe tritas purgationes. Neque enim illud ſingulare potuit generalem efficere diſciplinam, neque de purgatione loquitur aut eius meminit ibid. Quod tamen videtur dubium ex Galen. verbis manat, qui 3. & 4. menſem aliis præfert, & illud ex Aphor. comprobat. Verùm primum horum hac ratione verum videtur, quòd cùm ibi loquatur de muliere morbum acutū patiente, id tantùm probat ad ferendos morbos acutos præferendos 3. & 4. menſem. Quod verum eſt & rationi conſonū, nam morbi acuti aborſum afferunt ob id quod febres continuas ferè habent adiunctas, qualis etiam erat morbus mulieris prædictæ. Per morbos autem febriles vtero gerentes periclitantur ob febrem quæ fœtum interimit, & quoniam alimentum commodè adhibere eſt difficilè & penè impoſſibile. Hæc autem mala trimeſtres & quadrimeſtres facilius ferunt, cùm enim adeò magni non ſint vt à calore & anguſtia loci febricitantes ſuffocentur, aut ob alimenti inopiam deficiant, vti magni, melius maioribus ſeruari poterunt. Minoribus verò melius quoque. nam ob tenerrimam eorum ſubſtantiam qui ante tertium menſem ſunt, à febribus, & alimenti inopia citiſſimè diſſoluuntur, & pereunt. Hac igitur ratione dixit, Gal. trimeſtres & quadrimeſtres magis aliis ſeruari, peracutos intellige morbos. Id quoque palàm docuit Gal. infra ſect. 5. comment. 30. vbi Hippoc. dixit: mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale: Galen. verò cauſas prædictas reddit

Fœtus trimeſtres an magis reſiſtant.

dicens: In hoc duplex eſt periculum, vnum quidem propter febrem fœtum occidentem. Alterum verò, quòd ex longo interuallo cibum dantes ex alimenti defectu fœtum deſtruimus. Conſtat igitur ex his quare trimeſtres & quadrimeſtres fœtus per morbos acutos magis ſeruantur, quia minus ab his cauſis offenduntur: Præterea in comm. loci citati ex 3. lib. De morb. pop. poſtquam dixit fœtus minores imbecilla habere ligamenta, quibus vtero hærent, & corpus totum molle eſſe. Maiores verò ob alimenti defectum periclitari: addit, ob hæc trimeſtres & quadrimeſtres magis ſeruantur. Ratio itaque eſt, quoniam fœtus quadrimeſtribus maiores alimenti inopiam minus eis ferunt, & minores ſunt tenerrimi. Ad ferendas tamen commotiones quæ per medicamenta purgantia fiunt, fœtus trimeſtres adhuc ſunt inepti ob mollitudinem acetabulorum. Et ea de cauſa in Aphor. excluduntur. Trimeſtres itaque licet minus aliis moleſtentur à febribus, & alimenti inopia: motionibus minùs reſiſtunt quàm qui ſunt à quarto, & vſque ad ſeptimum. Sed quare Galen. tertij & quarti menſis vim comprobat ex Aphor. in quo nulla tertij menſis habetur mentio? Dicemus Galen. nunquam putaſſe quod neque vulgaris homo putaret, Aphoriſm. comprobare menſis tertij vim. At verò citauit Aphor. vt doceret Hippocr. agnouiſſe cauſas ob quas minimè ferunt purgationes fœtus ante 4. menſem, & poſt ſextum. E quibus nonnullæ accommodantur comprobationi tertij menſis. Cauſæ ſunt acetabulorum mollitudo, & ſubſtantiæ fœtus ipſius in minoribus, in maioribus grauitas maior vi retinente eos, & per morbos acutos alimentorum inopia, atque febris. Ob primas duas cauſas non ferunt fœtus commotionem, quam faciunt medicamenta purgantia, quibus trimeſtres non reſiſtunt, neque commotionem ferunt. Ob tertiam tamen & quartam trimeſtres magis aliis ſeruantur. Siquidem maiorem inediam ferunt quàm minores qui diſſoluuntur facilius, nihil minus & à febrium vehementia. Quod agnouit Hippocr. cùm dixit minores non ferre commotiones medicamentorum purgantium, & ita ex Aphor. ſententia comprobatur Hippocr. non ignoraſſe cauſam quare tertius menſis, pariter & quartus ſunt validi ad ſeruandos fœtus. Agnouit enim teneritatem, hæc verò facit vt ante tertium non ferant calorem febrilem diſſoluentem, neque alimenti inopiam, ob eandem cauſam, ob quam neque maiores quadrimeſtribus ita bene ſeruari poterunt. Licet & hi vſque ad 7. menſem commotiones ferre valeant præ cæteris. Quia itaque Hippoc. ſcribens hunc Aphor. agnouit, fœtus in primis mēſibus ob mollitudinem & in poſtremis ob magnitudinem & grauitatem, non ferre medicamentorum purgantium commotiones, neceſſariò etiam agnouit trimeſtres & quadrimeſtres, cum minus molles ſint minoribus, minus diſſolui à febribus acutis, & minus ſuffocari à febribus quàm maiores, & minus eiſdem lædi ab alimenti inopia, ac perinde magis aliis à morbis acutis liberari.

APHORISM. II.

In purgationibus per medicamenta talia ducere conuenit è corpore qualia ſponte venientia vtilia ſunt: quæ verò contrario modo veniunt, retinere oportet.

COMMENTARIVS.

NAturam probè operantem ars imitari perpetuò debet, ad cuius imitationem medici inuenere medicamenta purgantia, vt inſtante vſu talia à corpore ducerent, qualia natura ſponte, id eſt nulla artis ope accedente, ſolet excernere. Sed id bifariam fit, aut vti naturæ opus, aut vti ſymptoma natura intempeſtiuè excernente quod grauat, aut mordet, aut irritat. Medicum igitur decet talia per medicamenta purgantia ducere, qualia ſpontè venientia vtilia ſunt, talia etenim conferunt, & bene ferunt euacuationem: vt lib. 1. Aphor. 1. latè docuimus in expoſitione. Primum à priori docet conijcere Hipp. in eo Aphor. multis etiam additis à Gal. in comm. illo, atque præſenti. Secundum æger referre, talia itaque per medicamēta purgantia ducere conuenit, qualia ſponte natura pellente ſunt vtilia, hæc enim conferunt & bene fert æger: quæ verò contraria ſunt, id eſt non conueniunt, cohibere ac retinere refert. Minus generalis eſt hic Aphor. quam 1. ſectionis primæ: nam is loquitur de ſolis purgationibus, ille verò de omni vaſorū inanitione. Sed aduertendum quod Aphoriſm. 1. ſect. 1. non docuit aliquam facere vacuationem, ſed agnoſcere bonas & malas à natura, aut arte factas, quod ad partem artis diagnoſticam attinet. Hic tamen Aphor. ad partem pertinet curatiuam, in quo purgare docet talia, qualia ſponte venientia ſunt vtilia & quæ cùm ſpontè veniunt, vtilia non ſunt, retinere, *παύειν*, dixit hoc eſt retinere, aut ceſſare, conuenit. Sed dices, multa eueniunt in ratione ſymptomatis, quæ tamen iuuant, ergo non ſunt tales cohibendæ vacuationes, nihil ad rem: nam de his quæ cùm eueniunt non iuuant, loquitur Hipp. An tamen omnia quæ ſymptomaticè procedunt noceant, aut non iuuent, dubium videtur, ob non parum diſſidentes ſententias, quas diuerſis in locis Gal. ſcripſit. Nam lib. 1. de criſib. cap. 8. inquit: Sanguinis autem profluuium, & ſudores, & tumores qui iuxta aures fiunt, & reliqui defluxus, ſi in tempore fiant opportuno, prodeſſe poſſunt, intēpeſtiua autem nihil iuuant. Vocat intempeſtiua quæ ſine notis coctionis eueniunt. Præterea comment. 22. huius ſectionis inquit: Quando aliquis incipit morbus ſi quid excernitur, nihil tunc excernitur naturæ ratione: ſed ſunt omnia hæc ſymptomata, præter naturam earum quæ ſunt in corpore diſpoſitionum. Quo enim tempore, à cauſis quidem morbum facientibus natura grauatur, adeſt autem cruditas humorum, tunc aliquid bene vacuari eſt impoſſibile: & in præſenti comment. ex euacuationibus factis ſymptomatis ratione inquit: Nulla vtilitas inde prouenit, & talis euacuatio prauæ diſpoſitionis eſt ſignum. Verum, contrarium experimento conſtat, cùm enim humores turgent: & qui agitati ſunt aliqua parte excernuntur incipienti morbo, natura exoneratur, & confert, & æger melius habet, & Hippoc. lib. 1. de morb. pop. part. 3. in hiſto. Metonis inquit, Is mingebat vrinam tenuem & ſubnigram, & quinta die ſanguis ex ſiniſtra nare fluxit merus, ſudauit, & iudicatus eſt. Ex quibus conſtat Metonem liberatum ſine notis coctionis, cùm tamen prædictæ vacuationes ſymptomatis ratione factæ ſint. Præterea Hipp. ſupra ſect. ſecunda Aphor. 27. dixit. His quæ non ſecundum rationem leuant, non oportet fidem præbere. Non leuant autem ſecundum rationem euacuationis ſine ſignis coctionis. Quomodo & illud dictum eſt ab Hippocr. lib. 3. Prognoſt. quibus febres deſinunt, neque cum ſignis coctionis, neque in diebus decretoriis, recidiuam in eis expectare oportet. Quòd ſi febres deſinunt & ſine notis coctionis, euacuationes in ratione ſymptomatis aliquando iuuant. Præterea cum humores in principiis morborum turgent, natura eos euacuat, non ſine commodo ægrotantis, atque Hipp. 1. ſect. Aphor. 21. docuit crudos humores non purgare niſi turgeant, eos igitur qui turgent adhuc crudos

Sponte quid.

Vacuationes ſymptomaticæ an noceant.

Nota.

crudos purgare licebit, ſed non licebit purgare eos quorum purgatio non iuuat ex Aphoriſm. præſenti. iuuat igitur crudorum & turgentium vacuatio. Nos ſanè his de cauſis non poſſumus ſatis probare Gal. ſententiam, qua in præſenti comment. dicit nullam vtilitatem ſequi ex ſymptomaticis vacuationibus, aut vti comment. 22. ſequenti, crudis humoribus nullam fieri poſſe vacuationem in cõmodum ægrotantis, vt enim probauimus, multas tales videmus, & Galen. ipſe comprobans quod dixit comment. 23. ſequenti adducit Hippocr. ſententiam, qua docuit coctiones criſis celeritatem & ſecuram ſanitatem oſtendere, cruda verò & incocta, & in malos abſceſſus conuerſa, criſium defectus, labores, & diuturnitates, mortes, & eorundem reuerſiones. Modò ſi reuerſiones ſignificant crudorum vacuationes, colligitur eaſdem profuiſſe cùm hominem perſanarunt. Quid igitur dicemus? ſi namque talia in purgationibus ducere conuenit, qualia ſponte venientia ſunt vtilia, & crudorum vacuatio à natura facta vtilis eſt, ipſam imitari licebit, & crudos ſuccos purgare. Bifariam vtique aliquis ſuccus in ratione ſymptomatis excernitur, aut coagente natura, aut non coagente. Humores namque praui cum cocti ſunt à natura, vacuantur per ſe, crudi tamen ante tempus, aut mordent, aut grauant, ita vt cogant naturam eos mouere ad excretionem, aut quamuis grauent, in parte continentur. Quando humor irritat aut grauat naturam, ita vt ipſum agitet & expulſioni pareт, opus naturæ eſt, quamuis non niſi irritata natura, ac perinde ſymptom. quòd ſi inde vacuatio ſequatur, ſymptoma eſt, & naturæ irritatæ opus: ſi tamen crudi fuerint & grauantes quos natura non mouet, fieri poterit vt vacuentur; quoniam non retinentur, & ſi natura ad hanc ſymptomaticam vacuationem non coagat. Quòd ſi natura mouente vacuatio ſequatur, ad eam vacuationem vtilitas ſequi ſolet, & hanc vacuationem imitari licet. Quando verò non commouetur humor à natura, ſed ſuapte natura labitur ob retentricis imbecillitatem, aut per accidens mouetur, quoniam alterum ei commixtum tentat natura pellere, vtrumque non expedit quidpiam ſimile tentare neque enim talia vacuata iuuant. Quòd ſi priora iuuant cùm ſponte à natura pelluntur, & agitata ſunt talia quoque ducere conueniet, nam habet medicus in his quæ commota ſunt naturam adminiculantem. Poſteriora tamen neque ſponte vacuantur, neque ea mouere tentat natura tentante aliquem humorem vacuare, alius eum ſequatur cuius vacuatio noceat (quod fit cum mordente bile vaſa excernitur ſanguis bonus qui alias retẽtus iuuat) non tantùm non iuuat, neque id medicus imitari debet, ſed potius tales vacuationes cohibere tenetur. Præter id quod quæ fluunt, non tamen à natura pellente, ſed oh imbecillitatem retentricis, aut conſequutione ad id quod vacuatur, nemo rectè dicet ſponte vacuari, vt diximus in expoſitione Aphoriſm. 1. ſection. 1. de quibus Hippoc. modò dixit: Quæ verò contrario modo veniunt, retinere oportet, quoniam non iuuant.

Symptomatica vacuatio bifariam.

APHORISMVS III.

Si qualia oportet purgari, purgentur, confert & facilè ferunt: contraria verò, difficilè.

COMMENTARIVS.

HIc Aphoriſm. non eget expoſitione, ſiquidem abundè expoſitus eſt in ſuperiori comm. & in comment. 1. ſect. 1.

APHORISM. IV.

Purgare quidem æſtate ſuperiores, magis, hyeme verò inferiores.

COMMENTARIVS.

CVm de his quæ à corpore purgari debent, mentionem habuiſſet, quas partes corporis purgare conueniat per anni contraria tempora diffiniit æſtate partes ſuperiores, hyeme inferiores purgandas eſſe docens, atque Purgare quidem æſtate τὰς ἄνω, id eſt ſuperiores, nempe, κοιλίας, hoc eſt ventres, ad κοιλίας enim referri vult Galen. in comment. quod dixit, τὰς ἄνω: hyeme verò inferiores, ſic & ventres intelligemus. Quapropter iure mihi videtur in hoc Aphor. Hippoc. non docuiſſe per quas partes ſint vacuãdi humores æſtate & hyeme, ſed quæ partes eis temporibus ſint purgandæ. Neque etiam idem eſt docendi modus in hoc, & ſexto & ſeptimo Aphoriſ. ſequentibus, in quibus φαρμακεύειν ἄνω, aut κάτω, dixit, id eſt ſupra, aut infra, non τὰς ἄνω, aut τὰς κάτω, id eſt ſuperiores aut inferiores, vt in præſenti. Sunt autem ſuperiores ventres omnes cauitates quæ ſupra ſeptum tranſuerſum ſunt, & tenuum regionem, ac iecur, qua parte corpus in ſuperiores & inferiores partes diuiditur, ita vt venæ omnes & cauitates ſupra iecur ſuperiores dicantur: inferiores verò ſunt iecoris partes, & venæ ac cauitates omnes quæ infra ipſum ſunt. In qua ſignificatione κοιλία id eſt vẽter accipitur Aphor. 20. ſect. 6. Superiores ſanè æſtate purgare conuenit antequam in morbos incidant, præuiſionis ratione, & poſtquam inciderit curationis gratia. Siquidem hæ partes ſunt quæ æſtate implentur bile, & aliis humoribus ſi qui abundauerint, temporis caliditate eos ſurſum leuante, & ad ſupernas partes ducente. Hyeme verò ob frigiditatem ad inferiores partes deſcendunt ſucci, qui eo tempore abundant, eas igitur præuiſionis aut curationis ratione purgabimus: hæ ſanè partes hyeme, & æſtate purgandæ ſunt, quæ malis ſuccis premuntur, æſtate tamen ſuperiores, hyeme inferiores premuntur magis ſiue magna ex parte. ſic enim ſuam affirmauit ſententiam Hipp. quoniam contrarium quandoque, ſed rarò euenire videmus vt hyeme laborent ſuperiores, æſtate inferiores, quas etiam his temporibus purgare conuenit. Neque huic ſententiæ contradicit quod Hippocr. lib. 1. de rat. vict. priuatorum, in hunc modum ſcripſit: Sex hybernis menſibus vomere vtile eſt: nam & pituitæ plus, & capitis morbi fiunt, & circa regionem hanc quæ ſupra ſeptum tranſuerſum eſt. Quando verò fuerit æſtus, clyſmatis vtemur: hoc etenim loco Hippocr. de locis per quæ purgari debeant ſucci qui abundant loquitur, non de locis quæ ſunt purganda, de quibus in præſenti. Neque ignoro, Galen. velle Aphoriſm. eſſe de locis purgationis, & æſtate purganda voluiſſe corpora per ſuperiores partes & hyeme per inferiores, nam vt videbis lib. de rat. vict. pri. comment. loci citati: vbi Hippocr. in Aphoriſm. præſenti dixit, τὰς ἄνω, ipſe dicit voluiſſe Hippocr. in Aphoriſm. æſtate quidem purgare, ἀπὸ τῆς ἄνω, hyeme verò ἀπὸ τῆς κάτω κοιλίας, id eſt, æſtate per ſuperiorem, hyeme verò per inferiorem ventrem, cùm tamen Hippocr. in Aphoriſm. loquutus fuerit plurali numero, dicens ſuperiores ventres, non ſuperiorem ventrem, neque dixit, ἀπὸ id eſt per: neque ſi ita dixiſſet, bonum ſenſum habere potuiſſet, loquens de pluribus, nemo enim rectè diceret æſtate conuenire purgationem per ſuperiores ventres, non enim ſunt plures ſuperiores ventres, per quos purgamus, ſed vnus, nempe ventriculi ſuperior pars. His itaque de cauſis mihi magis arridet planus & genuinus ſenſus Aph. traditus, quo diximus, æſtate conuenire purgare ventres ſuperiores. Sunt autẽ hi venæ & cauitates omnes ſupra ſeptum tranſuerſum,

Purgare æſtate ventres ſuperiores.

Google

& hyeme inferiores, id eſt infra ſeptum, nam & venæ atque arteriæ ventres ab Hippocr. appellantur, cùm dixit: Si in ventrem ſanguis præter naturam effunditur, neceſſum eſt ſuppurari. Has appellat modò τὰς ἄνω, καὶ τὰς κάτω κοιλίας: his ipſis verbis, non vti Galen. expoſuit, ac tranſmutauit libr. de Rat. vict. priua. διὰ τῆς ἄνω κοιλίας, addens, præpoſitionem διὰ, & mutans pluralem in ſingularem numerum.

APHORISM. V.

Sub cane & ante canem difficiles ſunt purgationes.

COMMENTARIVS.

Canis maior & minor. ASTronomi nos docent duo aſtra ſiue duas in cælo conſtellationes, quarum alteram canem maiorem, alteram minorem appellant. maior ſtellam habet in ore, aut lingua, quam Sirium dicunt, ſumpta voce à verbo, σειραίνω, quod idem ſignificat quod ξηραίνω, apud Phauorinum, ξηραίνω, verò eſt exſicco, quoniam hac oriente ſtella omnia exſiccantur, quæ intra cœlum ſunt. Inde Latini ſerenitatem dixerunt, cùm tempeſtas ſicca eſt pluuiis & nubibus vacua, à verbo Græco mutuata voce. Galen. lib. 5. de Morb. pop. dicit nonnullos hanc ſtellam appellaſſe canem totius conſtellationis nomine abutentes, ad vnam eius ſtellam ſignificandam, rectius tamen appellari debere προκύνα, id eſt, ante canem: ſiquidem ante ipſam conſtellationem oritur, ſiue ab ipſius initio. Aſtronomi verò, vt diximus, Sirium ipſam nominant & caniculam, & ab ea dies caniculares. *Dies caniculares.* Quorum initium diuerſum eſt in diuerſis regionibus à 18. Iulij, in 14. diem & tempus totum eſt in triginta dies. eſt etiã canis minor, qui ante canem maiorem & ſirium, quæ vna eſt ſtella ipſius primæ magnitudinis, oritur, atque ea ratione προκύων, id eſt, ante canis dictus. Plinius lib. 2. 18. cap. 28. Procyoni dixit non eſſe Romanum nomen, niſi ipſum velimus caniculam, id eſt, canem minorem appellare. Verùm Cicero in Arati Phœnomenis inquit: Anticanem Graio Procyon qui nomine fertur. Modò Hippocr. moleſtas dicit eſſe purgationes quæ fiunt ſub cane, & ante canem, quoniam quo tempore canis oritur, aut procyon, qui ante canem oritur, ſiue antequam canis ipſe oriatur, vel prope canem, vehementer æſtuant humana corpora, cùm tamen medicamenta purgantia calida admodum ſint, & calorem corporis augentia. Rurſus calor ambientis corpora inflammat, & in ambitum corporis ducit humores, contra medicamenti purgantis opus, quo ad intima eoſdem ducit. Diſſoluuntur præterea corpora tum calore aëris, tum etiam medicamenti. Rectè igitur dixit hoc tempore purgationes ἐργώδεας, id eſt, difficiles & moleſtas eſſe.

APHORISM. VI.

Graciles & facilè vomentes purgare timentes hyemem.

COMMENTARIVS.

QVos ſorſum purgare conueniat, atque quo tempore docet conuenire, dicens purgare graciles & facilè vomentes ἄνω, idem autem eſt ſurſum purgare, & vomitu purgare. decet autem hos eſſe graciles, quoniam hi hirſuti ſunt & paucæ carnis, quorum venæ prominẽt quidem & bilioſi ſunt magna ex parte, ſic enim intelligendus eſt Aphoriſm. vt Galen. in comm. docet, ſunt enim nonnulli graciles, ſed melancholici, de quibus non eſt Aphoriſm. *Graciles qui vomere debent.* præſens, ſed nonus. Quòd ſi graciles fuerint, noſſe oportet an facilè vomant, nam qui anguſto ſunt thorace & longo collo, quique ad tabẽ parati ſunt, non facilè vomunt, & ſi graciles ſint. neque etiam qui vi morbi extenuati fuere, in hoc ſenſu habentur, ſed ſani & natura graciles. Hos igitur ſi facilè vomant, ſupra purgabimus, nam magna vi ad vomitum corpora mouere periculum eſt ruptionis venarum. Conuenit autem eas ſupra purgare, quoniam bilis ſurſum agitur à natura, & decet humores eò quò vergunt ducere: conſentit tamen corporis habitus, aut conſuetudo vomendi, quæ duo ad vomitum facilitant. Idque facere conſulit, timentes hyemem autumno ſanè, nam vernis menſibus ſi quem purgamus, non id facimus timentes hyemem, ſed æſtatem. Timemus autem ne hyeme ſuperueniente is qui bilem habet abundantem, purgari non poſſit incraſſatã bile & inepta ad vomitum facta. Nihil minus cõueniet hos purgare vere, ne æſtas ſuperueniens eos in morbos bilioſos ducat, ſic etiam æſtate vbi id periculi immineat.

APHORISM. VII.

Eos verò qui difficilè vomunt, & modicè carnoſi, deorſum purgare, timentes æſtatem.

COMMENTARIVS.

QVamuis vox hæc εὔσαρκος, vti comm. 44. ſect. 2. eum ſignificet qui moderatæ carnis eſt, & quadratum: hoc loco eum qui carne abundat ſignificare videtur, hac præſertim ratione, quòd non eſt vſus Hippocr. ea ſola voce, ſed dixit, μέσως εὐσάρκους, hoc eſt modicè carnoſos, quòd ſi εὐσάρκους, eos ſignificaſſet, qui modicam ſiue moderatam carnem habent, abundaret particula μέσως, id eſt, modicè: voluit igitur ſignificare eos qui moderatè abundant carne, non tamen multum, tales ſunt pituitoſi, non in extremo, ita vt timeri non debeat aliquando (vt æſtate) bilem ſuperabundare poſſe in eis, quo tempore conueniret vomitione eos purgare, id verò ex hypotheſi Hippoc. erit admodum moleſtum: quoniam ſuppoſuit eos difficilè vomere. Quando igitur in corpore pituita abundat & difficilis eſt homo ad vomendum, ante æſtatem probè purgabimus ipſum deorſum, ne æſtas adueniens & augens bilem ipſum in vitæ diſcrimine conſtituat, bilis enim & æſtas expoſcunt vomitionem, quam ipſe moleſtè feret, quia difficilè vomit.

APHORISM. VIII.

Tabidos cauens, ad ſupernas purgationes nullatenus duces.

COMMENTARIVS.

SVnt ſanè Græci codices deprauati ac mutilati, vt ex Gal. comment, conſtat, qui addit, φαρμακείας οὐδ᾽ ὅκοτ᾽ ἄξεις. Eritque totus contextus, ὅτι δὲ φθινώδεας ὑποστελλόμενος ἐπὶ τὰς ἄνω φαρμακείας, οὐδ᾽ ὅκοτ᾽ ἄξεις, quam litteram tranſtulimus. Docet autem Hippoc. hac oratione tabidos non eſſe purgandos vomitione: nam ſi tabidi fuerint propriè tales, qui vlcus in pulmone patiuntur, periclitantur ne vlcera maiora multo fiant ex thoracis & pulmonis commotione vehementi: ſi verò fuerint ad tabem parati, quorum meminit libr. 1. de morb. popul. qui humeros habent alatos, & collum longum, & thoracem anguſtum, notum eſt eos difficilè vomere, & rupturæ vaſorum pulmonis periculum impendere.

APHORISM. IX.

Melancholicorum, validis purgare inferiores, ſimili ratione contraria opponens.

COMMENTARIVS.

QVemadmodum Aphoriſ. 4 docuit æſtatis tempore, cùm bilis abundat ac ſurſum vergit, ſuperiores ventres purgare: ita modò abundante melancholia purgat ventres inferiores: nam vt bilis ſuperiores occupat partes, ita melancholia inferiores, & ita bilis & ſuperiorum purgatio, ſimili ratione opponitur melancholiæ, & purgationi inferiorum.

diximus

diximus melancholicorum, quoniam in codicibus Græcis habetur τοὺς μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰς κάτω, vſitata dicendi forma apud Iones, ſed nos legimus, vti in comment. τῶν μελαγχολικῶν ἁδροτέρως τὰς κάτω. id eſt, melancholicorum inferiores validius purgare. Hippoc. namque accuſatiuum pro genitiuo de more vſurpauit. veruntamen φαρμακεύειν, & τὰς κοιλίας ſubintelligit Hippocrat. in oratione autore Galeo. in comment. præſenti & ſupra Aphoriſm. 4. verbum appoſuit, Galen. in comment. nomen κοιλίας, intelligi vult, inde tota conficitur integra oratio: Melancholicorum validius purgare ventres inferiores, ſimili ratione contraria opponens.

APHORISM. X.

Purgare in valdè acutis, ſi materia turget, eadem die: differre enim in talibus, malum.

COMMENTARIVS.

EX Gal. comment. omnia quæ ad hunc Aphor. attinent, adeò nota ſunt, vt non videantur egere noua expoſitione. Sunt ſanè morbi valdè acuti, qui intra ſeptimum diem natura ſua iudicantur, hos appellat modo λίαν ὀξέα, & Aphoriſm. 7. ſection. 1. κάτοξεα, in quibus ſi materia turget, eadem die purgare conueniet, turgentes ſuccos diximus commotos comment. 22. ſection. 1. Eadem autem die purgare manifeſtè conuenit, id eſt prima die. Quid enim opus eſt differre in craſtinum, quod hodie facere conuenit? vbi verò coctio ſperanda non eſt, quoniam crudos humores turgentes purgare licet, nihil boni afferre cunctatio. malum autem timendum: nam vires interim languent, febris viget, & humor præcipitabitur in partem quampiam nobilem: ac perinde tutius eſt eadem die tales purgare. Quamuis conſentiente morbi vehementia liceat ſemel aut bis attenuans aliquod medicamentum præaſſumere.

APHORISM. XI.

Quibus tormina, & circum vmbilicum labores, & lumbi dolor, qui non ſoluitur, aut purgatione, aut aliter, in ſiccam hydropam firmabitur.

COMMENTARIVS.

Hydrops ſicca.

SIccam hydropam futuram notis præſentibus docet conjicere ex doloribus, & eorundem perſeuerantia: dolores autem ſunt tormina, id eſt inteſtinorum dolores deuoluti, quos στρόφους vocat: tales verò à flatu intercluſo fiunt, qui per inteſtina deuoluitur. Sic & dolores circum vmbilicum ab eadem cauſa orti, & circa lumbum. Quòd verò non curentur purgatione, neque aliis auxiliis quæ ſolent prodeſſe ad flatus diſcutiendos, vacuandos, & concoquendos humores frigidos (nam & hi ſolent dolores diu perſeuerantes harum partium efficere) indicat permanentem ac factam aliquam intemperiem quæ imbecillem reddit natiuum calorem iecoris, aut ventriculi. is verò vbi non admodum à frigore vincatur, flatum generat, vnde & ſiccam hydropam futuram ſperare meritò docet. Sicca etenim hydrops, ſiue tympania, flatum habet cauſam immediatam, & deinde calorē languidum, qui ex humore ſubiecto flatum generare valet, non tamen diſcutere. Quoties igitur dolores partem mutant, & deuoluuntur, ita vt modò inteſtina, deinde lumbos occupent, & circum vmbilicum vagentur, flatus eſt cauſa: quoties tamen non curantur humoris vacuatione, qui ſolet materiam flatui præſtare, neque diſſoluentibus flatum medicamentis ſignum eſt cauſam eſſe factam à qua ſiccam hydropam futuram prædicemus. Nam ſunt præter hanc aliæ tres

Tympaniæ cauſa.

hydropum ſpecies, vt libro tertio de arte medendi docuimus.

APHORISM. XII.

Quorum ventres inteſtinorum læuitate laborant, hyeme per ſuperiora purgare, malum.

COMMENTARIVS.

Læuitas inteſt. cauſæ.

LÆuor inteſtinorum multas habet cauſas, quaſdam cum materia, & quaſdam ſine ipſa: nam fit ob quamuis intemperiem, quæ poſſit coquentem, aut retinentem facultatem ventris & inteſtinorum labefactare, ob quam alimenta cruda, aut parum cocta intempeſtiuè excernantur deorſum. Quando ob nudam intemperiem fit, non eſt opus purgatione; veluti & cum vlcerato ventre aut inteſtinis fiat abſente cauſa, quæ vlcus procreauit: humor autem faciens lienteriam eſt aut bilis irritans ad excretionem, aut acida pituita, aut craſſa ac lenta hærens inteſtinis. Si bilis cauſa ſit, non eſt opus eam hyeme purgare per ſuperiora: nam etſi ipſam purgare cogamur, aut aliud tempus eligemus, aut hyeme purgabimus eam per inferiora, ſiquidē bilis, quamuis tenuis & calidus humor ſit, & fluitare ſoleat, non ita ſupernatabit in ventre hyeme ob temporis frigiditatem. Ad quod accedit quòd bilis ipſa facilè per inferiora purgatur. Galen. in comment. hyeme eam purgationem per ſuperiora fieri non debere dicit, ac ſi diceret tempus ad id faciendum non eſſe aptum. Acida verò pituita melius per inferiora purgatur, & craſſa hærens inteſtinis pari ratione. Galen. verò addit: Quoniam quæ in inteſtinis continentur, non poſſunt vomitu vacuari, intellige vt dixit, ſi ipſis adhæſerit, nulla vi impelli poſſe ſurſum. Quamuis alia multa vel ab ipſo anno impetum aſſumentia, ſurſum pelli poſſint, quod lib. 3. de cauſis ſymptom. palam docuit.

APHORISM. XIII.

Ad elleboros qui non facilè ſupra purgantur, ante potionem prahumectare corpora conuenit pluri cibo atque quiete.

COMMENTARIVS.

Corpora elleboro purganda.

QVamuis Hippoc. non ignorauerit frequentem vſum vomendi, non parum conducere ad facilè vomendum, id tamen vti notum prætermiſit, vt Galenus vult in comment. Cæterùm duo magni momenti præcepit ante potionem facere eos qui elleborum bibere debent, præſertim ſi non facilè vomant, hæc ſunt: multo cibo vti, & quieſcere ac ſi dixiſſet: Corpora purganda vomitu, præhumectanda ſunt. Cibus enim, qua cibus eſt, humectandi vires habet, quoniam ſanguinem auget, & bilis acrimoniam ac ſiccitatem attemperat, & mitigat. Quies tamen ex accidenti humectat: quoniam non diſſoluit, vti exercitatio: hoc in vniuerſum docuerat Aphoriſ. 6. ſectioo. 2. dicens: Corpora vbi quiſpiam purgare voluerit, fluida facere debet, & ſpeciatim de ellebori potu id ſcripſit libro 6. de morb. pop. parte 5. dicens: Elleborum bibentem, citius purgare ſi velis lauare, vel comedere, quo loco balneum pro quiete, cuius hic meminit, ſubrogauit, omnia tamen vnà humectant, & humores fluxioni parant: quod ad omnem purgationem eſt neceſſarium: maximè verò ad vomitionem & ellebori vſum, qui acrimonia ſua neruos & partes ſenſu præditas validè mordet, & ad conuulſiones ſiccando, & mordendo, præſertim ventriculi os, ducit. Quod tamen de balneo dicit Galenus, ipſum non humectare ſolidas corporis partes, non nobis contradicit, qui ſolam in humoribus & membris laxitatem & fluxionem expoſcimus. Quòd verò quidam dixit, Hippocr. hoc loco per cibum intelligere

Syrupos non appellat cibos Hippocr.

ſyrupos, falſum eſt, & à ratione alienum, nullus enim ſyrupus magis fuit in vſu apud Hippoc. quam acetum mulſum, is tamen nullatenus alit, ac perinde nunquã ipſum appellaret cibum, quòd verò non alat, teſtis eſt Galen. lib. 1 de rat. vict. acut. comm. 43. dicens: Cùm igitur victus ad morbi vſque iudicationem, ſine priſanæ ſorbitione ſuffecerit, oxymeli & aqua mulſa ſatis ſunt, oxymeli quidem vim medicamentoſam ſolam habens, aqua mulſa verò, cibi pauci & imbecilli. Præterea pluri cibo liquido, qui facilè coquatur, vt iuribus & herbis natura humidis vti, nihil vetat, præſertim in morbis aliis à febribus, in quibus per elleborum purgationes fiebant, atque in ipſis quoque febribus eadem accipere nihil prohibet, ſed ſyrupum acidum ſimplicem, aut compoſitum, nullus vnquam cibum appellaſſet, quibus nulla alimentitia vis ineſt. Quòd verò is ipſe dicit, per balnea Hippocr. intellexiſſe fomenta hypochondriorum, non totius corporis balnea, pariter eſt ab Hippocr. mente alienum: qui nunquam fomentum, balneum aut lotionum appellauit, vt conſtat ex Aphoriſm. 31. ſect. 6. vbi fomenti & balnei ſeiunctim meminit, & Galen. in comment. partis ſuprà citatæ de balneo aquæ dulcis dicit eſſe Hippocr. ſententiam, & de tali qualis debetur iis qui craſſo ſanguine abundant, illi verò totius corporis balneo egent. Quamuis temporibus Hippocr. non fuerint illi balnei artificiales, qui temporibus Galeni, ſed corporis lotiones, nam lauare dixit. Præter id quòd balneare eos qui craſſos habent humores, non nocet, & vt Galenus ibidem inquit, balneum fundit humores, atque lauat, ſi quid in corpore intentum aut concretum fuerit. Quapropter nondum purgato corpore balneum conueniet ad hos vſus, & Galen. vult in illius loci comment. de balneis eſſe ſententiam Hippocr. Fomentum autem hypochondriis tantum adhibitum, humores elleboro purgandos, qui in toto corpore ſunt neque effundet, neque fluxioni parabit.

Oxymeli non alit.

Balnea apud Hippocr.

APHORISMVS XIV.

Quum biberit aliquis elleborum, ad motiones quidem corporis magis ducere, ad ſomnos verò & quietes minus, manifeſtat autem nauigatio motionem corpora turbare.

COMMENTARIVS.

Elleboro bibito corpora mouere.

ANte potum ellebori docuit corpora humectatione parare in præcedenti Aphor. in præſenti verò, bibito elleboro præcipit ad motionem corpora conuertere magis, ad ſomnum & quietem minus, idque argumento à nauigatione ſumpto: nam nauigantes commotione corporum ad vomitum coguntur. Sic etiam cùm animus ſit vomendi per elleborum bibitum, magis motu quàm ſomno & quiete vtemur. Nos de Aphoriſmi obſeruatione primùm dicemus, deinde de vi nauigationis & motus ad vomitum & alias purgationes. Aphor. docet motum conuenire à medicamenti purgantis potu (quod enim de elleboro dixit, de omni purganti medicamento intelligendum eſt) ſomnus enim omnes validas vacuationes cohibet, præter ſudorem, & ſanguinis fluxiones, quæ per nares, vterum & hæmorrhoides atque venæ cuiúſvis ſciſſionem fiunt. Præterea ſomnus vires debilitat medicamenti humectatione: ſomnus etiam ſomnus medicamenta leuia diſſoluit, & natura inter dormiendum eadem coquit, & valida diſſoluit, & vires eorum frangit: quapropter dormire non conuenit aſſumpto purganti medicamento, præterquam ſi in forma pilulari ſumatur, docente experimento quotidiano, probè admodum pilulas ſuum munus perficere, ſi à cœna finita cibi coctione & deſcenſo, ſumantur, deinde ſomnus ſequatur, dum tamen incipiente purgatione, à ſomno abſtineator. Quod ſi medicamentum vomitum mouere debeat, adhuc magis vigilia eſt opus, quonia maior agitatio corporis ad vomitum quàm ad ventris fluxum eſt neceſſaria. Magis autem mouere corpora dixit, quoniam non ſemper mouenda ſunt, nam languentia, quieta ſeruamus, & dum vomitum medicamenti timemus. Ad ſomnũ item minus ducimus: nam & aliquando ducimus & dormire languidos admodum præcipimus, vt medicamenta in actum ducant, & ad purgationem ferendam roborentur purgandi. Exemplum autem ab Hippoc. adductum de nauigatione, verè probat quod vult: omnis enim motus agitat corporis humores, quamuis non omnes ſimili modo. Mouemur enim à nobis ipſis, & aliquando ducimur in naui, equo, aut lectica, aut curru, aut in humeris famulorum, hæc eſt vectio quæ minus turbat corpora, quoniam magis æqualis eſt is motus reliquis. Minus æqualis & magis commouent eſt equitatio, magis commouet corpus geſtatio in lectica, quamuis equitatio ſit labor maior muſculorum. Magis quàm lectica commouet currus, & eò magis quò plures rotas habuerit, niſi via fuerit admodum plana. in diſpari verò & lapidoſa, quò rotæ fuerint plures, eò frequentius concutitur currus. Nauigatio plurimum commouet corpora & humores, præcipuè vbi mare validioribus procellis agitatur, inde vomunt ferè omnes qui mare ſubeunt. Mouetur autem qui nauigat multis motibus, antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, & deorſum, & quandoque in gyrum. Motus antè & retro non mouet vomitum, quod docet motus progreſſiuus, aut in equo, aut curru, & vibratio in lecto penſili in quo dextrorſum & ſiniſtrorſum fit impulſio, neque propterea vomunt, niſi forte pauci, & cibo pleni. Motus autem quibus corpora ſubleuantur cum naui, & ferè ſubitò deprimuntur, aut in gyrum circumferuntur, ſunt vomitus manifeſtæ cauſæ. Motus itaque nauigantium, quamuis omnes vt reliqui corporis motus, humores & corpora commoueant, & ad purgationem parent, ad vomendum tamen prædictæ duæ motus ſpecies accommodatiores ſunt. Admonuit nos hæc aduertere dominus Didacus à Mendoza vir illuſtris admodum genere, maximus Philoſophus, & linguarum peritia nemini ſecundus.

Nauigationis vis.

Didacus à Mendoza.

APHORISM. XV.

Quum volueris elleborum magis purgare, moue corpus: quum verò ceſſare, ſomnum concilia, & non moue.

COMMENTARIVS.

IN Aphoriſm. 13. docuit parare corpora ante purgationem per elleborum. In 14. bibito elleboro, quid agere debeant ad probè purgandum. In hoc 15. hoc idem, atque quid agere conueniat, vbi corpus fuerit abundè purgatum. Primum quódque in Aphoriſm. præcedenti dixit, eſt corporis motum ad purgandum conuenire, quam partem in præcedenti expoſuimus. Secundum addit: Quum verò ceſſare, ſomnum concilia, & non moue. Vbi namque purgatio abundè proceſſit, vti non eſt opus purgatione, ita nec motu ad purgationem inſtituto. opponimus autem quietem motui, & multo magis ſomnum. Per quem non tantùm non commouentur corpus & humores, verùm & animalis ipſa facultas otiatur, quæ in ventris purgationibus operari debet. Cohibet item ſomnus quas ſuprà diximus vacuationes. Solet autem ſomnus ſpontè ſuccedere à purgatione, qui cauſæ, & ſigni boni rationem habet. Cauſæ, quoniam retinet vacuationem,

ne plus

ne plus iuſto procedat. & ſignificat ipſam integram iam eſſe atque perfectam.

APHORISM. XVI.

Elleborus periculoſus eſt iis qui ſanas carnes habent, conuulſiones enim affert.

Sanas carnes habentibus purgat. peric.

APhoriſm. 36. & 37. ſect. 2. damnauit Hipp. purgationes ſanis corporibus adhibitas in vniuerſum, modò verò ſpeciatim in iis quæ per elleborum fiunt, periculoſas eſſe dicit iis qui ſanas carnes habent: quoniam purgationes conuulſionem afferunt, tum quoniam cùm non inuenit elleborus prauos ſuccos, trahit bonos, & colliquat corpus, & diſſoluit humores bonos, ſpiritum & carnem, tum etiam à calore & acrimonia neruos mordet, præſertim oris ventriculi, atque conuulſiones excitantur, partim exanitione, partim per conſenſum. Sed tales potius motus conuulſiui, quàm verè conuulſiones ſunt.

APHORISM. XVII.

Non febricitanti, ciborum faſtidium, cordis morſus, vertigo tenebricoſa, & oris amaritudo, purgatione per ſuperiora egere ſignificant.

COMMENTARIVS.

NOtas plures ſcribit, quæ cogunt ad ſupernas purgationes. Omnes autem ſignificant bilem in ore ventriculi abundare. Non febricitanti, inquit, ciborum faſtidium: nam ſolent febricitantes cibos faſtidire ob vaſorum plenitudinem, cacochymiam & putredinem, ob quæ nihil ſugunt membra à ventriculo, etiamſi ad ipſum non repat humor. Sine febre verò, ipſum ad ventriculum impetum facere ſignificat. Bilis verò tum calore, tum malitia, appetitum deiicit. calor enim appetitum deiicit, vti & ipſum frigus auget, vt docuit Gal. lib. de arte meden. & lib. 1. de cauſis ſympt. cap. 7. Cùm autem humores purgandi ſint, quò vergunt prædicti purgatione per ſuperiora egebunt. Secundum ſymptoma eſt cordis morſus. Hunc appellat καρδιωγμὸν, eſt autem id quod καρδιαλγία, id eſt cordis dolor. Verùm nō omnem καρδιαλγίαν, vult Galenus eſſe appellandam καρδιωγμὸν, ſed eam tantùm quæ ab acribus ſeu mordentibus ſuccis oritur, vt conſtat libro 2. de placitis Hippoc. & Plat. quo loco Thucydidis teſtimonio, & Nicandri, & Hippoc. probat os ventriculi à veteribus cor appellari. De his non pauca diximus lib. 3. Progn. in expo. 30. Cùm igitur acres ſucci ad os ventriculi confluunt, purgationes per ſuperiora conuenient. Vertigo quoque tenebricoſa indicat bilem ab ore vētriculi mittere vapores in caput, qui in gyrum moti vertiginem faciunt, & in oculis tenebras, atq; ita σκοτώδινον dixit. Oris amaritudo manifeſtè indicat bilis abundantiam in ore ventriculi, quæ ad os vſque fumos mittens, & per communem membranam, amaritudinem traducit ori. Bene autem colliges, ſi hæc aut omnia, aut plura ex iis adſunt, corpus vomitione egere.

APHORISM. XVIII.

Dolores ſupra ſeptum tranſuerſum quicunque purgatione opus habent, purgatione per ſuperiora indigere ſignificant: quicunque verò infra, per inferiora.

COMMENTARIVS.

GEnerali præcepto docet purgare per ſuperiora humores qui dolores efficiunt ſupra ſeptum tranſuerſum, & purgare per inferiora eos qui dolores afferunt infra ipſum. Duarum partium Aphor. exempla ſcripſit: nam dolorum qui fiunt ſupra ſeptum tranſuerſum exemplum ſcripſit Aphoriſ. 17. exemplum dolorum partium infra ſeptum tranſuerſum, ſcribit Aphor. 20. Addit autem, ſi purgatione egeant: nam dolores flatuoſi quique à ſanguinis abundantia fiunt, vti laſſitudines phlegmonodes, quamuis ſupra ſeptum tranſuerſum ſint, purgari ſupra non debent, quia non egent purgatione. Reliqui tamen dolores qui ab humoribus acribus & bilioſis orti, occupant os ventriculi, & partes thoracis ſollicitant, nondum parte quapiam firmati, ſed ab humoribus turgentibus orti, vomitione curantur. Neque noxa inde ſequetur parti alicui, ſiquidem purgantia medicamenta, ad ventrem ex partibus thoracis ducent humores, quos vomitu pellet æger. Si tamen ad caput aſcendant melius eſt eos quomodolibet ventris fluxu vacuare: neque enim per partes ſupra ſeptum tranſuerſum intellexit caput, & collum, ſed eas tantùm partes quæ ſunt in thorace. Nullus enim laborante capite, aut collo vomitum mouit: quoniam is caput quammaximè lædit, præſertim vbi caput iam laboret, aut ſit laborare paratum. Hinc conſtat quàm apertè falſum ſit quod ille dixit vomitum conuenire, laborante capite, vbi præcedant clyſteria, & deiectiones, reuulſionis gratia, & præcedat totius corporis curatio. Tunc enim curationis propriæ gratia ad deriuationem vomitu factam (inquit) veniendum eſt, & ad errhina, ſternutatoria, & maſticatoria. Præuacuato enim corpore, ſine omni periculo cedit his euacuationibus humor impactus in parte. Cui illud opponere placet, quòd vomitus eſt vacuatio toti corpori communis, quam etiam per elleborum procurat in præcedentibus Aphoriſ. Hippocr. non igitur inſtituet ipſam ad membrum vnum purgādum, aut ad euacuandum humorem qui iam fixus eſt in capite. Neque enim exiſtimo fuiſſe ad hæc vſque tempora medicum, aut ſapientem, aut ſummè ignarum, qui vomito purgauerit eum, qui iam purgato corpore ob capitis morbum, manſit capite laborans ob humorem parti præfixum, quem omnes vacuant per nares, aut palatum, aut inſenſilem diſcuſſionem: aut ſi de ſanguinis natura fuerit, ſectis venis ad frontem, & naſum. Præter id, quòd humores qui partem quampiam obſederunt, per ipſam vacuandi ſunt, aut per quam proximam.

Humores vomitu egentes.

APHORISM. XIX.

Quicunque in medicamentorum potionibus purgati, non ſitiunt, non quieſcunt priuſquam ſitiant.

COMMENTARIVS.

Medicamentum purgans an perfecerit opus.

AD partem artis diagnoſticam attinet præſens ſententia, quæ docet cognoſcere, medicamentum purgans nondum perfeciſſe ſuam actionem, ex ſiti. Si enim bibito purganti medicamento, dum purgatur homo, nondum ſitit, nondum eſt abundè purgatus, non enim quieſcit donec ſitiat. Quamobrem in vanum quis opponeret aduerſus Aphor. ſententiam, quòd multi ſitiunt ob ſiccam & calidam ventriculi intemperiem ante integram purgationem: alij ob medicamenti purgantis vim, ob quam ſitim excitat, alij ob bilis purgationem, quæ ad ventrem delata ſitim efficit. Nam Hippocr. non probat ex ſiti purgationis integritatem, ſed ex ſitis defectu, imperfectam purgationem. Quod hac ratione verum eſt, atque perpetuum, quòd humore purgato, quamuis frigidus ſit, iam non nihil de natiua ventriculi humiditate abſumitur, & medicamentum ſua acredine mordet ventris os, vnde ſitis accedit. Rectè igitur dixit, οὐ παύονται, hoc eſt nō ceſſāt donec ſitiant, quoniam medicamētum in debita quantitate aſſumptum, quodque purgans ſua vi abundè ſolet, tandiu aget, donec ſitim afferat. Poſſet quoque doctrina concludere ad victus inſtitutionem. Dum enim ſitis non adeſt, cibos offerre non expedit, non enim dare conuenit cibos media, aut non finita

Siti vacantes dum purgantur cibos accipere non debent.

purgatione: eſt autem media, aut nondum perfecta, dum ſitis non adeſt. Nec tamen putare licet Hippocratem hoc loco quidpiam præcepiſſe, quod ad partem artis factiuam pertineat. quidam enim nihil referre dixit, ſi ceſſant, aut eeſſent, legatur: non eeſſent enim ſignificat conuenire vt ducatur magis purgatio, aut repetatur. verùm cum Hippocrates πάνσται dixiſſet, non patietur litera, vt ſit in modo imperandi. Præterea nihil docet agẽdum, ſed agnoſcendum, non eſſe integram purgationem. At quæ nondum integra eſt, poterit integra eſſe non multò pòſt, etiam ſi medicus nihil agat eorum quæ præſenti loco nec præcipit Hippocrat. nec ſomniauit quidem.

APHORISM. XX.

Si iis qui febre vacant tormina eueniant, genuum grauitas, & lumbi dolor, purgatione per inferiora egere ſignificat.

COMMENTARIVS.

Aphoriſm. 17. ſigna ſcripſit, quibus præſentibus conuenit, eos qui non febricitant, per ſuperiora purgare: modò verò ea ſigna ſcribit, quibus præſentibus conueniet, eoſdem, nempe non febricitantes, deorſum purgare. Signa tamen ſunt tormina, hoc eſt dolores torquentes, quos στρόφους Græci vocant. Tales ſunt qui inteſtina torquent, & vexant, & per eadem deuoluuntur. Genuum grauitas ſecundum eſt: ac ſignificat humores craſſos abundare, qui ad genua deſcendunt, tales enim ſunt qui ea moleſtant, & grauant, ſiue grauatiuum dolorem efficiunt. Lumbi quoque dolor (nam ſingulari numero loquitur Hippocr.) Docet autem dolorem eſſe grauantem, quia à craſſis pendet humoribus. Hos autem eò ducere conuenit, quò vergunt per conuenientia loca, vergunt tamen ad inferiora.

APHORISM. XXI.

Deiectiones nigræ, qualis ſanguis, ſponte venientes cum febre, aut ſine febre, peſſima, & quanto colores plures deteriores fuerunt, magis malum, cum medicamento verò melius, & quanto colores plures fuerint non malum.

COMMENTARIVS.

De nigris deiectionibus, ſponte venientibus, & de his quæ medicamento ducuntur, quædam habentur in præſenti, quæ facilè conſtabunt, vbi prius intelligamus, trifariam nigra deiici. Aut enim deiicitur ſanguis ipſe, qui è iecore per meſeraicas transfunditur in inteſtina, & ibidem concreſcit, & denigratur: Aut deiicitur ſanguinis fæx, quæ in ſanguinis generatione ſubſidet, cuius magna pars ad lienem defertur, cùm ſanguine ad ipſius alitionem, ſoletque is ſuccus niger retentus putreſcere, & in atram bilem exquiſitam tranſire. Verùm non ex hoc tantùm ſucco nigro, ſiue ſanguinis fæce atra bilis exquiſitè generatur, ſed ex putredine ſanguinis, aut bilis, atque eſt hæc deterrima. Agnoſcatur tamẽ hæc bilis atræ ſpecies, quoniam non concreſcit, ſplendet, ſaporem & odorem aceti refert, terram fermentat, & animalia bruta ipſam guſtare non audent. Cùm hæc per inteſtina deiicitur, nos tertiam hanc dicimus nigrarum deiectionum ſpeciem. Hippocr. de nigris deiectionibus ſanguini ſimilibus loquitur, quæ ſanguinis fæces ſunt, & melancholia ipſa, quæ non concreſcunt vti ſanguis, vt dicit Galen. commen. 23. ſeq. Cum autem euenire poſſint ſponte, & vi medicamenti purgantis duci, de ſponte venientibus primo loco inquit, ſi ſponte veniant ſiue cum febre, ſiue ſine ipſa, peſſima: veniunt enim languente iecore: quoniam ἰόντα dixit, id eſt venientes, quod non vno tantùm atque optimo morbi tempore veniſſe indicat, ſed toto ferè morbo, aut magna morbi parte, principio videlicet, & augmento, in quibus temporibus nondum coctionis adſunt notæ, ſi namque notis coctionis apparentibus, ſiue in ipſo morbi vigore eueniſſent, nihil mali oſtendiſſent, ſed malorum ſuccorum euacuationem decretoriam. Sine his tamen notis, languorem ſignificant facultatis, ac perinde erunt peſſimæ, ſiue cum febre, ſiue ſine febre fiant. Diximus tamen qualia ſanguis, & non vti alij omnes ferè interpretes, qui qualis ſanguis, niger, legunt. Vbi enim in Græcis codicibus habetur, ὁκοῖον αἷμα μέλαν, pars μέλαν, abũdat. quod ex Galen. Comment. conſtat, cùm inquit, Adiecit autẽ ſuo ſermoni, qualis ſanguis, tale quoddam oſtendens, qualis ſit ſanguis denigratus, dum per inteſtina defertur. Tales ſunt nigræ deiectiones: nam extremæ dementiæ fuerit exiſtimare ſanguini ſecundum naturam ſe habenti tales deiectiones aſſimilari. Ex quibus verbis notum euadit Galenum non legiſſe eam partem, ſed intelligendam voluiſſe. Atque ita legit antiquus huius libri interpres, & in Commentario vigeſimotertio ſequenti, inquit Galenus: oſtendit tamen in hoc Aphoriſm. manifeſtè quod & in priore, quum dixit: Deiectiones nigræ, qualis ſanguis, ſubaudire oportet, niger. Vt tale ſit integrum. Deiectiones, qualis ſanguis niger. Sunt itaque nigræ deiectiones, qualis ſanguis niger, à fæce videlicet ſanguinis ſponte venientes, cum febre, aut ſine ipſa, peſſimæ. Nec tamen, vt quidam putauit, nigræ deiectiones ſanguinis nigri bonæ erunt, aut ab Hippo. tales cenſentur Aphoriſm. 25. ſequenti, ſed vult ibidem, vt ex Commentar. Galen. conſtat minus malas eſſe, quàm ſanguinis per os excretiones. Quanto tamen colores plures deteriores fuerint, magis malum erit, vt in Prognoſt. 23. libro 2. cùm Hippocrat. dixit: Variegatæ tamen deiectiones iis diuturniores ſunt, ſed nihilominus lethales. ſunt autem tales ramentoſæ, & bilioſæ & cruentæ & porraceæ & nigræ, nonnunquam quidem ſimul, nonnunquam verò viciſſim procedentes. Quo loco prauas deiectiones ac diuerſorum colorum damnauit, ac de ſponte venientibus eſt ſententia. Significant autem multæ, & prauæ deiectionum ſpecies, quòd cum plurimis eſt pugnandum. Cum medicamento verò, inquit, melius: ſiquidem cum vi medicamenti ſucci praui ducuntur, indicant naturam probè purgari, & eam eſſe vim medicamenti quæ ſanguinis fæcem euacuat. Melius igitur eſt ſanguinis fæcem medicamenti vi purgari, quàm ſponte ob langorem euenire. Et quanto colores fuerint plures, non malum. Quoniam nihil aliud indicat, quàm medicamenti vim, quæ valet plures humores vacuare, & ita compleri ex diuerſorum humorum vacuatione purgationem.

Nigra deiectiones trifariam.

Atra bilis nota.

APHORISM. XXII.

Morbis quibuſlibet incipientibus, ſi atra bilis ſurſum aut deorſum exierit, lethale.

COMMENTARIVS.

Malum eſt quemuis humorem à corpore vacuari ante coctionis notas, hoc eſt incipiente morbo, idque in ratione ſigni. Indicat enim cauſam valde mordere aut grauare, aut omnino facultatem languere. In via & ratione cauſæ non ſemper malum eſt, ſed quandoque iuuat. Cuius rei diſtinctionem apertam tradidimus in Commentario ſecundo huius ſectionis. Cæterùm vbi humor excernitur prauus, & in principio, lethalis eſt diſpoſitio, quoniam præter cruditatem, perniciem oſtendit. Talis eſt atra bilis in principio morbi, ſurſum aut deorſum excreta, quæ magnam ſignificat vſtionem

nem ſanguinis, aut bilis flauæ, aut atræ, quæ fæx ſanguinis eſt, & coctricis facultatis languorem, quod ſi bilis hæc quantumuis perniciosa, notis coctionis apparentibus excerneretur, bonum eſſet: vt enim Hippo. inquit. Excreationes liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & biliosæ, ſi bene exeunt, bonæ ſunt.

APHORISM. XXIII.

Quibuſcunque ex morbis acutis, vel diutinis, vel vulneribus, vel quomodolibet aliter extenuatis, nigra bilis, vel qualis ſanguis niger exierit, poſtridie moriuntur.

COMMENTARIVS.

DE nigris deiectionibus duarum ſpecierum loquitur in præſenti ſententia: quarum altera eſt nigra à fæce ſanguinis: altera ab atra bile exquiſita. De nigris autem deiectionibus à ſanguine concreto quædam dicet Aphoriſm. 25. Modò verò duarum prædictarum ſpecierum deiectiones nigras dicit lethales eſſe, ſi eueniant extenuatis ex morbis acutis, *Extenuatis nigræ deiectiones lethales.* aut longis, aut ex vulneribus. Significat enim imbecillitatem facultatis ægri, quæ nequit humores ſuperare. Cnm autem languente facultate, tales eueniunt excretiones ſiue ſurſum, ſiue deorſum eueniant (vtramque enim vacuationem per verbum ἐξέλθῃ, id eſt exierit, ſignificauit) non tantùm mortem indicat, ſed ipſam breui futuram, & vt inquit, ſequenti die, quod idem eſt, & quod in Prog. dicere ſolet. valde lethale iam eſt. nam & modò cùm poſtridie dixit, mortem ad ſequentem diem diſtulit, neque tamen eadem die euenire poſſe negauit.

APHORISM. XXIV.

Difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile inceperit lethale.

COMMENTARIVS.

Dyſenteria. OMnem ſanguinis deiectionem ſolent medici dyſenteriam appellare: propriè tamen ea eſt, quæ cum vlcere inteſtinorum fit, de qua libro tertio de arte meden. plura diximus. Hæc fit humore acri, qualis eſt bilis, aut ſalſa pituita deſcēdente per inteſtina, ac primùm detergente, deinde abradente & vlcerante, inde quoque manante ſanguine. Si à flaua bile morbus fit, mala eſt dyſenteria: ſi à ſalſa pituita, pejor, ſi ab atra bile exquiſita, peſſima, & quæ autore Gal. aut difficilè, aut omnino impoſſibile curatur, veluti & alij exulcerati cancri, præſertim quoniam medicamenta non facilè admouentur parti, & admota non retinentur, & quoniam fæx perpetuò deſcendens tangit, & exaſperat inteſtina.

APHORISM. XXV.

Sanguis qualiſcunque fuerit ſurſum, malum: deorſum verò nigra deiecta, bonum.

COMMENTARIVS.

QVemadmodum à nobis tranſlatus eſt Aphor. ita habetur in quibuſdam codicibus, atque ita legitur à Galen. in Comment. Eſt autem tota ſententia de ſanguinis excretionibus, aut enim ſanguis ſuperius excernitur, hoc eſt vomitu. (non enim loquitur de profluuio ſanguinis narium, quoniam id *Sanguinis excretiones bonæ & malæ.* ſæpe bonum eſt.) Aut excernitur ſanguis inferius: atque id ſenſim, ita vt in via concreſcat, ac denigretur. Primum malum eſt, cuiuſuis coloris, aut naturæ fuerit ſanguis. quum enim ſuperius per os reijcitur, ſiue ex pulmone ſpumoſus, ſiue ex thorace concretus, ſiue ex ventriculo, malum eſt. Quum verò deorſum mittitur, non quidem ſubitò, ita vt facultatem proſundet, ſed ſenſim. quod indicauit, cùm dixit: Nigra deiecta, bonum erit. Nigra autem deijciuntur, cùm ſanguis ſenſim manat, ita vt antequam ſanguis excernatur, concreſcat atq; denigretur. Erit autem bonum, quoniam erit minus malum, quàm ſi per os excernatur. Minus enim malum eſt ſanguinem abundantem ex venis in ventrem effundi, & inde excerni, quàm pulmonem lædi, aut thoracem, aut in ventriculo coagulari, & cibos corrumpere. Sed dices, vt quidam, qua ratione Hippocr. ita abutatur hac voce, bonum, vt ſignificet minus malum, volens minùs malas dicere deiectiones, quas Aphoriſ. 21. dixit peſſimas: Sed falſum eſt ipſum loquutum fuiſſe in hoc, & 21. Aphor. de eiſdem deiectionibus. nam hic loquitur de nigris à concreto ſanguinè: ille verò de nigris à fæce ſanguinis, ſiue humore melāncholico. Gal. vnam aliam adhibet huic ſecundæ parti Aphor. expoſitionem, per nigra deiecta intelligens ſanguinem nigrum per hæmorrhoidas manantem, is enim bonus eſt, & à melancholicis liberat morbis. Eritque ſenſus: Sanguis qualiſcunque ſurſum malus: infra verò nigra, per hæmorrhoidas deiecta, bonum, ſi in corpore ſucci nigri abundauerint. In qua lectione, bonum, id quod vere bonum eſt, ſignificabit, nō quod melius, vt in priore. Sed oppones, vt ille, ſi ſupra, quod in Aphor. habetur, ſignificat euacuationem per os, infra ſignificabit eam quæ per anum, quod ſi infra ſignificat quamcunque viam infernam, & ipſam per hæmorrhoidas vacuationem, ſupra ſignificabit omnem ſupernam vacuationem, ac perinde falſum erit, ſanguinem qualemcunque ſupra, malum, ſiquidem fluxus ſanguinis narium malus non eſt. Sed hæc futilia ſunt, nam ori, vt ſupernæ parti, anus vt inferna opponitur, & de his duabus loquitur: & de ipſis verus eſt Aphor. ſanguinem per os excerni, malum eſſe, & per anum, bonum, ſiue ſit excretio ſanguinis concreti ab inteſtinis, quoniam is eſt bonus, id eſt minus malus, ſiue ſit ſanguis hæmorrhoidalis in corpore melancholico. quoniam is abſolutè eſt bonus. Aliam inuenio huius Aphor. lectionem in Græcis Aldinis codicibus, quæ ſic habet, *Αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακὸν· κάτω δὲ, ἀγαθὸν καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα, κακόν.* quod eſt. Sanguis ſurſum quidem qualiſcunque fuerit, malum: deorſum verò, bonum, & nigra deiecta, malum. In qua lectione præter ea quæ in noſtra lectione expoſuimus, ſanguinis videlicet excretiones per os, malas eſſe, & per anum bonas, nigras deiectiones, quarum meminit Apho. 2. quáſque diximus eſſe, ſanguinis fæces, iterum vituperat. Nos primam ſequimur lectionem, quamuis ſecundam non damnemus.

APHORISM. XXVI.

Si à difficultate inteſtinorum moleſtatus, quales carnes excernantur deorſum, lethale.

COMMENTARIVS.

IN difficultatibus inteſtinorum primùm pituita detergitur, deinde pinguedo excernitur, deinde ſumma cuticula interna abraditur, & poſtremò ſubſtantia inteſtini craſſa deijcitur. Hæc ſanè carni ſimilis eſt: quam difficultatem inteſtinorum curare eſt funditus impoſſibile, quoniam non reficitur ſolidorum pars amiſſa, minimè verò inteſtinorum, quibus paucus eſt ſanguis, paucus calor natiuus, & fæcum perpetuus tranſitus, ita vt nec cicatricem obducere fas ſit. Moleſtato diximus, quoniam id ſignificat vox ἐχομένῳ apud Galen. in Comment. 16. lectionis 5.

APHORISM. XXVII.

Quibus in febribus ſanguinis effluxerit multitudo quacunque ex parte, ijs qui quum reficiuntur, ventres inferius humectantur.

COMMENTARIVS.

LIbro 3. Porrheticorum ſimilem huic ſententiam ſcripſit Hippoc. dicens: Quibus ſanguinis effluxe

effluxerit multitudo, procedente tempore ventres malè afficiuntur, niſi vrinæ maturentur. In præſenti verò in febribus dixit, quoniam in iis ſolent ſanguinis fluxiones euenire, aut iudicatoriæ, aut ſecus, quamuis in omnibus magnis fluxionibus verum ſit quod dicitur, vbi ſanguinis multitudo effluxerit, in

Ventres quibus humeſcunt. refectionibus ventres deſubtus humeſcere. Quoniam poſt magnas ſanguinis vacuationes languet natiuus calor, in refectionibus verò, ſiue procedente tempore, veluti dixit in Prortheticis, aſſumpto alimento cruditates fiunt, nequeunte calore cibos ſuperare, neque coctos ſuccos digerere in habitum corporis, ac proinde plurimum, & crudum atque humidum per inteſtina delabitur, & ventres deorſum humeſcunt. Dixit enim, καθ᾽ ὑγραίνονται, & lib. Prorrhetic. πονηρεύονται, quod eſt, malè afficiuntur. Malè autem affici autore Galeno in eius partis commen. eſt humectari, aut mordeti, aut inflari, aut ructus acidos perperi. Notum autem eſt hæc ſæpe aduenire iis qui magnas ſanguinis vacuationes ſunt paſſi, nam per paruas id non eſt neceſſarium, ſicuti neque calorem natiuum ventris & membrorum languere. Quod etiam dixit, Quacunque ex parte, notiſſimum eſt, nam & per hæmorrhoidas, & per vterum, & per ſedem, aut per nares in febribus, ſæpius veniens, vbi modum exceſſerit, imbecillitatem affert, ad quam quæ dicũtur in Aphoriſmo ſequuntur. Apparet quoque interim vrina aquoſa & cruda. Quapropter rectè admodum Hippoc. addit: Niſi

Nota. vrina maturetur. Si namque medicus ita cibos ægro miniſtret, vt ſenſim accipiat quod ſuperare valeat, concoquentur cibi pauci & coctionis facilis, & vrinæ coctæ apparebunt, & venter non humectabitur. Conducet quoque hæc ſententia ad victum inſtituendum ſimili cognita ratione ei quæ tradita eſt in illo Aphor. Quæ longo tempore extenuãtur corpora, lentè reficere conuenit. Nam paucus calor nõ poteſt multum ſuperare alimentum. Ducuntur au-

Conualeſcentes verò fame torquentur. tem ægri ſæpius in hunc errorem vel inſciis medicis, quoniam cùm ex morbis reualeſcunt, fame vexantur ob vẽtriculi frigiditatem, & cibos accipiunt magna copia, quos ſuperare nequeunt, & ventres inde humectantur, aut prauè afficiuntur, quod non fieret, ſi ad menſuram caloris eos acciperent. Nam tum & cibos ſuperaſſent, & vrina cocta apparuiſſet, & ventres nihil mali paterentur.

APHORISM. XXVIII.

Quibus biliosæ ſunt deiectiones, ſurditate facta, ceſſant, & quibus ſurditas, bilioſis deiectionibus factis, ceſſat.

COMMENTARIVS.

QVoties humor morbum aliquem efficiens in partem aliam transfundit, ſiue intra corpus ſiue extra ipſum, pars laborans à morbo fiente qui ab humore pendebat, liberatur. Maximè verò id fit vbi per diſtantiſſimas partes vacuatio fiat, quam reuulſionem in contrarium factam dicimus. Hoc euenit quum humor bilioſus ſurditatem efficiens per inteſtina vacuatur, fiúntque bilioſæ deiectiones.

Surditas per bilioſas deiectiones curatur. Quòd ſi bilioſæ deiectiones præcedunt, ſurditate veniente, ceſſant, rurſus ad ſuperiora conuerſo humore, qui per ventrem vacuabatur. Loquutus eſt Hippoc. de bilioſis deiectionibus, & ſurditate à bile orta, quoniam hæc permutatio humoris à capite in ventrem, aut rurſus à ventre in caput, frequentius fit ab humore bilioſo, rarò à pituitoſo, ſiquidem is ob craſſitudinem non facilè ſurſum ac deorſum agitur. Tota præterea Aphor. ſententia, de iis quæ magna ex parte eueniunt intelligi debet. Nam non rarò fieri videbis, adeò magnam bilis copiã in corpore abundare, vt poſſit ſimul & per ventrem deſcendere, & caput occupare, ac ſurditatem efficere, ſicuti & phreniticos quandoque vides ſemel atque iterum purgata bile, aut ſponte, aut arte, nec tamen à phrenitide liberari. Sed Hippocr. ſcribit quod ſæpius euenit, quòdque medicum imitari conuenit in morbis capitis, videlicet humores caput infeſtantes ventris purgatione ducere deorſum, & humores deorſum facientes impetum, ad ſuperna reuocare, veluti vomitu. Nam ad caput, aut nobiles alias particulas prauos humores ducere non expedit. lib. de iudicationibus Hippoc. ita ſcriptum reliquit: Quibus in febribus aures obſurdeſcunt, his non ſoluta febre inſanire neceſſe eſt. Soluit autem ſanguis è naribus erumpens, aut aluus bilioſa egerens, aut dyſenteria accedens, aut coxarum aut genuum dolor.

APHORISM. XXIX.

Quibus in febribus ſexta die rigores fiunt, difficilè iudicantur.

COMMENTARIVS.

HIppocr. Prognoſt. 22. lib. 3. inquit: Quibus febres deſinunt, neque cum ſignis ſolutionis, *Febres iudicata ſine notis coctionum redeunt.* neque in diebus decretoriis, recidiuam in eis expectare oportet. Quod namque in Aphor. præſenti dixit, Difficilè iudicari idem eſt quod malè iudicari. Mala autem iudicia ſunt, cum prauis accidentibus, & ad malum, nempe mortem, aut deteriorem ſtatum, aut cum periculo recidiuæ. Talia eueniunt iis qui iudicantur, non cum ſignis coctionis, aut non in die decretorio. Sine notis coctionis nullus morbus probè iudicatur, quoniam coctio excretionem præcedere debet, tum ad citam iudicationem, tum ad ſecuritatem. Dicente Hippoc. lib. 1. de morb. popu. Coctiones criſis celeritatem, & ſecuram ſanitatem oſtendunt. Præſens Apho. vnã tantùm prognoſtici partem continet, quæ ad diem decretoriũ ſpectat, ac docet ſexta die malas fieri iudicationes. Quod enim de rigore dixit, de iudicatione intelligi *Rigor.* voluit. Nam ſolent rigores iudicationes ipſas antecedere, quoniam rigor eſt totius corporis inæqualis concuſſio, ac conquaſſatio. Hanc verò concuſ- *Diei ſexti natura.* ſionem ſequuntur vacuationes & iudicia, nunquam tamen ad bonum in ſexta die. Sextus namque tyranno confertur, vti & ſeptimus regi. Rex enim aut ſupplicij partem adimit, aut victoriam illuſtrat. Tyrannus verò, de ſalute dolet, de pernicie gaudet, & quærit vbi animum expleat, & ægrum malè tractet, aut longa punitione exerceat. Talis eſt ſexti diei natura, qui aut ægrum iudicat ad mortem, aut cum prauis accidentibus, & deinde cum periculo recidiuæ. Neque obſtat quòd lib. 3. De morb. popu. part. 3. in Lariſſa virgine, mulier hæc liberata fuerit ac iudicata ſexta die, ac dixiſſe Hippocr. non rediiſſe morbum. Nam à iudicio menſes fluxerunt, potuit tamen hæc vacuatio à recidiua mulierem liberare. In febribus itaque, præſertim continuis, aut quæ non habent quotidianas acceſſiones, rigores in ſexta die facti mali ſunt, & qui difficiles afferant iudicationes, hoc eſt ad mortem, aut cum prauis accidentibus, parum tutas, & quæ redire ſolent.

APHORISM. XXX.

Quibus acceſſiones fiunt, ſi quacunque hora febris dimiſerit, eadem hora cras aſſumpſerit, difficilè iudicantur.

COMMENTARIVS.

VErus ſenſus huius Aphor. eſt de horis inuaſionum acceſſionum, de quibus inquit: Si eadem hora febris inuadat ſequenti die, qua hodie inuaſit, & tertia die eadem hora qua ſecunda, & quarta die eadem qua tertia, & ſecunda, & prima, difficilè iudicabitur, quaſi dicat, prorogabitur morbus. Longus *Longus morbus futurus.*

eteuim

erenim futurus eſt morbus qui cauſam habet firmam & immutatam ac permanentem, talis eſt febris quæ eiſdem repetit horis. Neque licet ſtatim morbi longitudinem prædicere, vbi ſemel, aut bis, eum ordinem inuadendi ſeruet febris, ſed vbi ſæpius eueniat, febre quotidie, aut per tertium, aut per quartum repetente. Quod non ſine magno ſuæ ſalutis diſpendio expertus eſt Carolus Hiſpaniarum Princeps maximus, triginta menſibus quartanam febrem paſſus. Cuius curationi ſemper interfui ſimul cum meis ſodalibus viris in arte medica præſtantiſſimis, ſummáque prudentia præditis, doctiſſimo Sacta Cara, & ſapientiſſimo Iacobo Oliuares. Cæpit quartana ſuam celſitudinem moleſtare anno 1559. ſexta die Auguſti: erat is ſuæ ætatis 14. habuitque initium ab humore melancholico vſtione genito, qui acceſſiones inferebat inordinatas, ſed paulò poſt quartanarium ordinem ſeruarunt, & cum ſignis cruditatis quæ toto ferè morbo perſeuerarunt in vrinis & deiectionibus. Nam ſingulis menſibus, aut paulò maiori interuallo ſponte fluebat aluus, multa verò cruda ac ſubnigra deiiciebat, à quibus nihilo melius habebat, ſed acceſſiones ſuam ſeruabant longitudinem & vehementiam, & toto ferè morbo valida ſiti premebatur. Tranſacto verò anno primo febres quandam figuram inuadendi cœperunt, quam ſupra quatuordecim menſes ſeruarunt. Anticipabant enim horas quinque perpetuò, nulla facta temporis differentia, quę ſentiri poſſet. Quantum autem quæuis acceſſio præcedentis acceſſionis horam præueniebat, tantum ante dimittebat, atque erant eiuſdem ſpatij acceſſiones omnes. Itaque quamuis morbus crudus eſſet, acceſſionum anticipationibus conſideratis, & earundem longitudine & vehementia, videbatur ſtatus rationem habere. Euenit autem poſt ſecundum annum, vt acceſſiones eandem quoque horarum anticipationem ſeruauerint multis diebus, non tamen æqualem longitudinem, ſed ſemper in diminutionem procedentem, ſimul cum vomitibus crudæ pituitæ, quæ ex longis cruditatibus aceruabatur in ventriculo, ita ad finem fuit perducta, ac ſine notis coctionis. Quapropter poſt duos rediit menſes, & intra alios duos cum coctionibus in totum euaſit. Vidimus etiam non paucos qui longas febres repetentes per acceſsiones ſunt paſſi. Quorum acceſſiones non repetebant, eadem hora, ſed ſeruabant eundem anticipationis ordinem, aut poſtpoſitionis. Vnde colliges nihil referre, ſiue eadem hora febres inuadant ſequenti, aut tertia, aut quarta die: ſiue anticipationis, aut poſtpoſitionis eundem limitem ſeruent. quoduis enim horum ſatiafacit ad cauſæ firmitatem & pertinaciam, proinde ad morbi longitudinem ſiue eadem, ſiue diuerſa hora febris dimiſerit, (id enim eſt, quod dixit: Quacunque hora febris dimiſerit) ſi eadem occupauerit acceſſio ſequens qua præcedens, id erit ſatis.

Caroli principis hiſtoria.

APHORISM. XXXI.

In febribus cum laſſitudine, ad articulos, & circa buccas præſertim, abſceſſus fiunt.

COMMENTARIVS.

Abſceſſus in febribus cum laſſitudine.

LAſſitudines quædam ſunt ſpontaneæ, quædam ſequuntur exercitationes. Vbi verò quiſpiam febricitauerit cum laſſitudine, qualiſcunque ipſa fuerit, abſceſſus ſolent ſperari, atque tales febres finire. Si enim laſſitudo validas ſequatur exercitationes, ſperandum eſt naturam tranſmiſſuram abundantiam ad articulos, qui ab initio ob exercitationem incaluerunt, vnde etiam initium morbus habuit. Nam articuli incaleſcentes in exercitatione calorem muſculis immittunt, & inde toti corpori: calor verò in articulis manens abundantiam ad ſe trahet, ſiquidem calor eſt tractionis initium, vt libro De arte medendi, & in Comment. lib. 2. de different. febr. docuimus, dolor etiam in muſculis & prope articulos manens quomodo fluxionem mouere poſſit, ibidem oſtendimus. Quòd ſi laſſitudo ſponte euenerit, abundantiam mittet natura in articulos inferiores, ſi febris longa fuerit, quoniam craſſi humores ad inferiores articulos mittuntur: ſi verò tenues fuerint ad caput aſcendentes prope buccas, id eſt, poſt aures, & in mento fient. Quamuis tamen Hippocr. doceat modò in quam partem ſunt abſceſſus futuri, non tamen an futuri ſint. Id verò docuit in progn. dicens: Quæcunque febris protogatur ſalubriter affecto homine, nec ob inflammationem, nec ob quamuis aliam cauſam manifeſtam dolore detinente, huic ſpectandus eſt abſceſſus cum tumore ac dolore ad aliquem articulorum, maximè eorum qui ſunt in parte inferiori. In articulis autem aut ſuperioribus, aut inferioribus fient abſceſſus vna communi ratione, qua laxæ partes facilè admittunt fluxiones.

APHORISM. XXXII.

Quibuſcunque reſurgentibus ex morbis pars quapiam laborauerit, ibidem abſceſſus fiunt.

COMMENTARIVS.

Abſceſſus in conualeſcentibus.

DOcuit in præcedenti prædicere in his qui febricitant, qua parte ſint abſceſſus ſperandi, modò in his qui è morbo conualeſcunt idem docet. Si namque pars quæpiam doluerit, aut ægrotauerit, aut languida fuerit, ibi abſceſſus ſperatur. Cauſa nota eſt. Nam ſi is qui è morbo reſurgit, hoc eſt, conualeſcit, nondum ſanus omnino eſt, prius conijcere debes an aliqua ratione abſceſſus ſit ſperandus: quod ſi fuerit, tunc prædices eum futurum in dolẽtem partem, quia dolor aduocat fluxionem. Si verò non doleat, ſed ægrotet quouis morbo, aut languida ſit, ibidem fiet abſceſſus, quoniam præcipuæ partes mittunt ſecundum naturam excrementa in ignobiles, & validæ ad imbecillas. Præſagia itaque futurorum abſceſſuum ex Hippocr. accipies in Prognoſtic. & ex imperfecta conualeſcentia, & ex notis reliquiarum morbi. Præſagia verò partis in quam futuræ ſunt, tum ex Prognoſtico in præcedenti commentario citato, tum ex præcedentibus Aphoriſmis.

APHORISM. XXXIII.

Veruntamen ſi pars quapiam ante morbum laborauerit, ibi morbus firmabitur.

COMMENTARIVS.

COntinuata oratione hunc ſcribit Aphoriſmũ de abſceſſibus ſperandis. Nam Aphor. 31. docuit in ægrotantibus cum laſſitudine abſceſſus eſſe ſperandos, & in quem locum, in 32. de conualeſcentibus dixit abſceſſus eſſe ſperandos in partem dolentem, ſi quæ doluerit, aut laborauerit: modò verò de his qui nondum ægrotantes dolent, aut partis laſſitudinem patiuntur. Cum enim ægrotauerint, in parte qua præfuit labor, erit abſceſſus ſperandus, propter ſupradictas cauſas. Quamuis an ſit futurus abſceſſus, an non, adhuc indiſtinctum maneat. Nam ſi aliqua via humor qui abſceſſum committere debet purgetur, liberabitur æger ab abſceſſu, vti infrà Aphor. 34. cùm inquit: Quibus ſperatur abſceſſum ad articulos futurum, liberat ab abſceſſu vrina multa craſſa & alba facta, qualis in febribus cum laſſitudine, quarto die quibuſdam fieri incipit. Quòd ſi è naribus ſanguis effluxerit, valde celeriter liberantur. Præterea Progno. 65. lib. 2. in hunc modum

Abſceſſuum futurorum definitio.

Digitized by Google

dum ſcripſit. Conſiderare autem oportet talia hunc in modum. Si febris detinet, & dolor non ceſſauerit, & ſputum non excernatur ſecundum rationem, neque bilioſæ fuerint alui deiectiones, neque diſſolutæ atque ſynceræ, neq; vrina valde multa & craſſa, & plurimum continens ſedimentum, paratur autem ſalubris ab omnibus aliis ſalutiferis ſignis. In his oportet huiuſmodi abſceſſus futuros ſperare. Hæc Hippocra. ſententia integra definitio eſt futurorum abſceſſuum, quemadmodum in his Aphor. tribus, partem in quam ſint ſperandi, dæfinit.

APHORISM. XXXIV.

Si à febre habito tumore non exiſtente in faucibus ſtrangulatio repentè inſtiterit, lethale.

COMMENTARIVS.

AD partem artis prognoſticam pertinet hic Aphor. Nam Prog. 16. lib. 3. eandem ferè ſententiam ſcripſit, vbi de anginarum generibus agens, de peſſima atque grauiſſima, & quæ ei de qua modo ſcribit conferetur, loquit: Anginæ autem grauiſſimæ ſunt, ac celerrimè interimunt, quæ cùm nihil conſpicuum faciunt in faucibus, neque in ceruice, plurimum verò dolorem inferunt, atque orthopnæam. Hæc enim eodem die ſtrangulant, & ſecundo, & tertio, & quarto. Verùm quoniam in huius Prognoſt. expoſitione nos plura diximus ad hunc Aphoriſm. attinentia, placet ad eum locum remittere lectores, & huic Aphoriſm. breuem adiungere Commentarium. Si à febre habito, dixit, id eſt à febre moleſtato (de eo enim loquitur qui à febre moleſtatur & opprimitur, ſiue à magna febre detinetur) repentè euenerit ſtrangulatio, non apparente in faucibus tumore, lethalis eſt affectus. Quamuis ſi cum febre non admodum magna id eueniat, adhuc verus eſt Aphoriſmus. Nam cùm hi qui febricitant non magna febre, maiori quàm vbi ſecundum naturam habent, egeant reſpiratione, & naturalem efficere non valeãt, nedum maiorem, quoniam ſtrangulantur: mortis imminebit periculum. Tumore nõ exiſtente in faucibus, dixit, per fauces intelligens eam partem quæ aperto ore ſe oſtendit, interiacens gutturi & gulæ, ita vt aperto ore nihil tumeſcere videatur. Quod in Progo. dixit: Quæcunque nihil conſpicuum faciunt in faucibus, neque in ceruice. Addit tamen in ceruice, quoniam ſæpe fit vt homo ab angina moleſtetur, & magna humoris pars in ceruicem transferatur, οἰδήματος μὴ ὄντος, id eſt, tumore non exiſtente. Nam οἴδημα, Latinè œdema, apud Hippo. omnem tumorem ſignificat, vt explicuimus in annotat. in Comment. 25. lib. 1. Prognoſt. Lib. tamen Prorrhe. parte 2. ſectio. 54. hanc ſententiam ita ſcripſit: Fauces dolentes tenues, cum quadam difficultate ſtrangulantes, velociter exitum afferentes. Tenues tamen dixit, quaſi ſine tumore. Velociter verò exitium afferentes, eſt quod in Progn. dixit. celerrimè interimunt: quòdque in eodem loco definiuit dicens: Eodem die ſtrangulant, ſecundo, tertio, & quarto. In præſenti præterea Aphoriſ. dixit: Si ſtrangulatio repentè inſtiterit, vt excluderet alias ſtrangulationis ſpecies, quæ ſenſim fiunt, vt in pulmonia abſceſſu, aut tuberculo in pulmone, aut thorace, aut thoracis inflammatione, aut membranæ coſtas ſubcingentis. Nam inflammatio membranæ internæ gutturis nunquam adeo magna fit, vt ſtranguletur, quoniam eſt & valde tenuis, & ſine carne, aut etiam pauci ſanguinis. Reliquum eſt vt de inflammatione gutturis & præſertim internæ ipſius membranæ loquatur. Quæ omnia excludit in Prog. de angina loquens, & rurſus adiiciens, plurimum dolorem inferens, partem oſtendit patientem. Cùm verò lethale dixit modò, in Progno. mortem celerrimam, & diem mortis explicuit. Sed in Aphor. ſpeciem difficilis ſpirationis, dixit, ſtrangulationem, & in Progo. ipſam dixit orthopnæam. Nihil autem refert, nam in Aphor. πνῖξ dixit, id eſt, ſtrangulatio, & in prog. orthopnæa, quam Galenus per ſtrangulationem definiuit lib. 2. Prorrhe. Commen. 54. dicens. Nominat autem ipſe, atque alij omnes, orthopnæam, illam difficilis ſpirationis ſpeciem, per quam πνίγονται, hoc eſt, ſuffocantur, ſiue ſtrangulantur decumbentes. Hoc loco eadem voce vſus eſt Galen. ad explicandam orthopnæam, qua Hippoc. in Aphor. πνῖξ itaque nihil aliud ſignificat niſi ſtrangulationem, ad quam recta ceruice ſpirare eſt neceſſum, & orthopnæa ſpirationem quæ recta ceruice exercetur, quoniam ſtrangulantur ægri, & ita coguntur ſpirare.

Angina lethalis.

Oedema, omnem tumorẽ ſignificat apud Hippoc.

APHORISM. XXXV.

Si à febre habito, collum repentè peruertatur, & vix deuorare poteſt, tumore non exiſtente, lethale.

COMMENTARIVS.

PErtinet quoque is Aphor. ad partem prædicendi, in quo de quadam anginæ ſpecie agit, quæ ex vertebrarum ceruicis luxatione oritur. Luxatur autem ſecunda frequentius ob inflammationem muſculorum qui ſunt ad fauces aut guttur, qui ad ſe trahunt, & conuellunt vertebram, quod fiet vt deuorare non poſſint, aut difficilè. Quòd ſi vnà omnes ipſam conuellant, ad anteriora ducetur, & poſtrema pars cum dolore caua manebit. Si verò vehementius muſculi vnius lateris conuelluntur, in id latus inclinabit vertebra, ſicque difficultas degluriendi, & quandoque per nares reiicient potum. Quòd ſi à febre habito, inquit, collum repentè peruertatur modo dicto, & vix deuorare poſſit, non tamen exiſtente tumore, ac ſi dixiſſet, non apparente, nam dixit, μὴ ἐόντος, hoc eſt, non exiſtente, exiſtit tamen nonnunquam, ſed intus vbi nõ apparet, nempe in guttore, atque lethale eſt. Hippocrat. libro 2. De morb. pop. parte 2. harum meminit anginarum, dicens: Erant autem anginoſorum affectiones hæ, colli verticula intrò vergebat: quibuſdam amplius, quibuſdam minus. Et collum forinſecus conſpicuã cauitatem intro habebat, & hac parte ad cõtactum, dolebat. Erat autem & cuidam infra os dentis appellatum non ſimiliter acuta. Quibuſdam verò etiam valde conſpicua, maiore circunferentia. Legimus, cõſpicua, licet enim Græcè περιφερὲς, legatur, id eſt, rotunda, cùm de angina loquatur, legendum potius ἐπιφανὲς, id eſt, conſpicua. Hoc loco Hippocra. harum anginarum quæ fiunt ex vertebrarum luxatione meminit, ac dixit, per eas quæ fiebant luxata vertebra ad interiora, paralyſim non ſuperuenire, neque mortem: per eas verò quæ fiebant ex luxatione in latus, paralyſim ſequutam, & omnes quos vidit mortuos. Quamobrem cùm Hippoc. lethale dicat, credendum eſt ipſum loquutum de his quæ fiebant ex luxatione in latus. Paralyſis enim ſequitur has luxationes vertebrarũ, quas σκολιώσεις vocant, & eas quæ anteriora, λορδώσεις, & eas quæ ad poſteriora, κυφώσεις, quas poſtremas ſpecies rarò ſequitur paralyſis, quia nerui per eas non comprimuntur, vti per primam, quamuis aliquando fiant relaxationes, & mouendi impotentiæ vna vertebra ſola ante aut retro luxata, compreſſa ſpinali medulla, vt in angoloſa, quam vocant, luxatione. Opus etiam eſt dolorem adeſſe in his anginis, vt Hippoc. lib. 2. De morb. pop. dixit, quamuis modò non meminerit eius. Aut fortè loquitur de anginis ob vertebrarum luxationem factã à ſiccitate, vt vult Gale.

Angina ex vertebra luxatione.

in

in commen. nam hæc videtur magis conuenire cum Aphor. ſententia. Primùm quoniam doloris non meminit, & quæ à ſiccitate fit, dolore vacat. Deinde quoniam lethale dixit, & hæc immedicabilis eſt, præſertim cum febre. Aliæ verò niſi ad latus fiant, vt diximus, lethales non ſunt, & via poſſe deuorare, lethale non eſt. Quare ſi de his quæ à ſiccitate fiunt intelligi poteſt Apho. pars illa, repentè, omnino abundare videtur. Nam quę à ſiccitate fiunt, ſenſim fiunt, & Galenus eam partem nõ legit in Commentario, neque Leonicenus ipſam legit in ſua tranſlatione, neque lectio hæc Galeni de ſiccis anginis, fert eam particulam.

APHORISM. XXXVI.

Sudores febricitantibus ſi inceperint, boni ſunt tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & vndecimo, & decimoquarto, & decimoſeptimo, & vigeſimoprimo, & vigeſimoſeptimo, & trigeſimoquarto. Hi enim ſudores morbos indicant: qui verò tales non ſunt, labores ſignificant, & morbi longitudinem, & recidiuam.

COMMENTARIVS.

Decretoriorũ dierum vis.

QVantam vim habeant dies decretorij in decernendis morbis, præſertim acutis, docuit Galenus lib. 1. De diebus decretoriis. Nam iudicantur in ipſis ſæpe morbi acuti, & tutò, & ſine periculo redditus, atque hoc vltimum quammaximè debetur diei naturæ. Liberant præterea à morbis prædicti dies manifeſtis factis vacuationibus, aut effatu dignis abſceſſibus, quæ omnes iudicationes appellantur. Excretiones autem ſunt fluxus ventris, vomitus, vrina, ſanguis ab vtero manans, aut naribus, aut etiam ab ani venis, & ſudor. Is verò excrementa ſeroſa quæ in venis & arteriis, & carne ipſa continentur vacuat, ducitur quoque cum ipſo nonnihil humoris vitioſi, aut abundantis per morbos, ita vt oſtendat cuius naturæ ſit, quod in vaſis continetur. Quod docent color, & odor ſudoris, atque ſapor, indicántque non parum ſudores qualitate atque ſubſtantia. In præſenti Apho. de ſudoribus loquitur qui febricitantibus accidunt, præſertim per acutas febres: quoniam febres ſunt in quibus iudicationes per ſudorem ſperamus. Sunt enim morbi qui occupant venas & arterias, à quibus ſudores manant. At verò in morbis qui acuti non ſunt, iudicia rarò ſperantur. Laudauit ea ratione ſudores qui fiũt in diebus vſque ad trigeſimumquartũ, ſiquidẽ deinceps pauci iudicantur, & minus per ſudorem, tum quòd longi morbi ſunt, tum quòd à craſſis pendent humoribus. Quia longi rarò iudicantur: quia craſſi humores eos efficiunt, non habẽte ſudore peculiarem vacuationẽ. Præterea noſſe oportet acutos morbos habere per dies impares vehementiores acceſſiones, & eo magis quo fuerint acutiores, & iudicationes ſemper fieri in diebus acceſſionum, in quibus ſunt humorum motus: tunc enim facilius excernuntur, cùm commoti iam ſunt.

Sudores ex quibus iudicant.

Iudicationes in quibus diebus.

Hippocrates ſanè modò quamuis ea multis aliis poſſet docere ſudorum bonitatem, quod Prognoſt. 22. lib. 1. fecit, ea ſola dierum iudicantium natura id conſiderare inſtituit, dicens: Sudores febricitãtibus ſi inceperint, boni ſunt tertio die, & quinto, in his enim quamplurimi acutiſſimi morbi iudicantur ſudore. Non meminit tamen quarti, quoniam tertius arripit quarti iudicationem, in morbis adeo acutis, quíque habent per impares motus, aut differtur iudicatio in quintum eadem de cauſa. Sed de iis non pauca diximus, & de dierum omnium iudicantiũ natura & poteſtate, in expoſitio. Prog. primi lib. 3. Cæterùm non omnino fuit immemor Hipp. iudicationis per ſudorem in quarto die. Nam lib. 3. De morb. pop. par. 3. in hiſtoria Periclis, dixit: Quarto circa meridiem ſudauit multum calidum, per totũ corpus, ſine febre iudicatus eſt, nec rediit febris. Deinde meminit ſeptimi, 11. 14. 17. 21. 27. 34. In quibuſdam legitur, & 21. Quadrageſimi non meminit, quoniam per ſudorem rarò iudicantur morbi die 40. paulò frequentius 27. 31. & 34. Hos ſudores bonos eſſe dixit, non quòd boni ſint omnes qui in his diebus eueniunt, ſiquidem malos plures videmus in eis diebus factos. Sed voluit ex diei natura eos eſſe bonos, ſi aliis rationibus boni fuerint. Nam præter coctionem quæ omnem bonam iudicationem præcedere debet, ab effectu alia conſiderare docet, non tantum diem, cum optimum ſudorem, ac deinde bonum definiuit Hipp. in Progn. dicens: Sudores optimi quidem ſunt, in omnibus acutis morbis, quicumque in diebus decretoriis fiunt, & integrè febrem ſedant, boni verò quicunque ex toto corpore procedentes fecere, vt homo facilius morbum ferret. De bono igitur loquutus (vti & in Apho. præſenti) ea toto corpore prodire debere dixit, ac facere vt homo facilius morbum ferat. Quapropter & hæc ad bonum ſudorem, quamuis optimus non ſit, neceſſaria ſunt. Quod tamen ad diem attinet decretorium, de quo Aphoriſ. tantummodo ſcribitur, Gal. quoq; neceſſarium eſſe vult in Com. prædicti Prognoſtici, cùm dixit, In bonis verò non tamen optimis prodire ex toto corpore & aliquid morbi tollere, ſcribens. Nihil præterea adiicit de diebus decretoriis, tanquam id quoq; bonum rurſus ſudorem neceſſariò comitetur. Si verò ſudores tales non ſint, laborem ſignificant, aut morbi longitudinem, aut recidiuam. Diximus eam eſſe cauſam ob quam in diebus acceſſionum fiunt bonę iudicationes, de quibus ſunt ſudores, quoniam iudicationes bonæ fiunt motis humoribus, mouentur tamen in diebus acceſſionum, & humores moti facilius excernuntur. Quòd ſi in aliis diebus natura tentaſſet iudicationem facere, qui non forent de his qui recenſentur ab Hippocr. & qui iudiciarij non ſunt, labores fierent, hoc eſt, cum læſione, & prauis accidentibus fiet iudicium, quatenus quieti humores cum labore agitantur & vacuantur, & vacuationes quæ in aliis diebus fiunt, cauſam præter naturam, vt multitudinem aut acrimoniam habent commouentem, ſignificant etiam longitudinem, vbi à multitudine humoris iudicatio concitetur, & ante concoctionem, aut tempus à natura deſtinatum. Aut etiam recidiuam ſignificabit, non enim alia ratione fidæ ſunt iudicationes, hoc eſt, quæ nunquam redeunt, niſi quoniam in diebus decretoriis fiunt, aut dies ipſa hoc vnum oſtendit.

Sudor in quarto.

Sudores boni qui.

Indicationes in diebus acceſſionum.

APHORISM. XXXVII.

Frigidi ſudores cum acuta quidem febre facti, mortem ſignificant: cum mitiori verò, morbi longitudinem.

COMMENTARIVS.

Frigidi ſudores quid indicant.

FRigidum ſudorem duas habere ſignificationes ſcribit, mortem, & morbi longitudinem. Nam aut febris cui ſuperuenit, acuta eſt, aut mitior: ſi acuta, mortẽ ſignificat: mitior, longitudinem. Cauſam diſtinctionis, quare etiã fiat vt in acuta febre frigidi manent ſudores, apertam dedit Gale. in Comment. Humores enim putreſcere poſſunt, & vehementem calorem præter naturã cõcipere, calore natiuo languẽte in ſolidis ipſis particulis. Nihil autẽ prohibet calidiſſimis exiſtentibus humoribus in vaſis, natiuũ calorem remiſſum eſſe, & à vaſis manantẽ ſudorem in cute refrigerari, ac manare frigidum. Inde fiet vt cum acuta febre adeò languente calore natiuo, ſit

ſperanda mors. Cum mitiori verò febre non item, ſed longitudo ſpectatur, quoniam mitior febris non ita calefacit humores, vt neceſſum ſit natiuum calorem valdè languere, quando frigidi ſudores manant ab ambitu corporis. Craſſi enim & frigidi ſucci, qui mitem febrem facere ſolent, difficilè coquuntur, & longos morbos faciunt, ſed ſolent quandoque ad bonum peruenire finem. Prætetea frigidus ſudor cum acuta febre, ſignum eſt mortis, quoniam adeo breui non poterunt frigidi ac multi humores ſuperari. Cauſa item eſt mala, febris acuta, quæ ante id hominem interimet, præſertim langoente natiuo calore. Cum miti tamē febre natura longo tempore valebit craſſos coquere ſuccos. Hanc ſententiam in Prognoſtico ita ſcripſit: Peſſimi verò ſunt frigidi, & circa caput tantùm, & vultum, & ceruicem facti. Hi enim cum acuta febre mortem prænunciant, cum leuiore verò, morbi longitudinem. Quo loco de frigido ſudore loquitur, ſiue à toto corpore manet, ſiue à ſolo vultu, & ceruice, intelligi voluit idem quoque de calido à ſola facie & ceruice manante. Eſt ſanè peſſimus ſi frigidus ſimul ſit, & à vultu tantùm & ceruice manet. Eſt autem malus, ſi calidus manauerit à capite, vultu, & ceruice tantùm, & item qui frigidus à toto corpore manat. De his duobus intelligendum quod dixit: Cum acuta febre mortem, & cum mitiore morbi longitudinem ſignificare. Illud verò quod Fuchſius in Comment. huius Aphoriſmi dixit, falſum eſt, Hippocratem videlicet in hoc loco per febrem acutam intellexiſſe eam quam dicunt συνεχῆ, id eſt, continuam. Ad quod comprobandum citat Galen. lib. 1. De morb. pop. conſt. 1. Comment. 23. cum inquit: Quæcumque febres manifeſtam habent remiſſionem, nunquam tamen febre protſus vacant, acutæ & continuæ vocantur Hippocrati. Verùm nos in expoſitione Prog. citati abundè confutauimus eius mentem nonnullis rationibus. Quibus addes, quòd Hippocrat. poſtquam dixit: Sudorem frigidum cum acuta febre mortem ſignificare, addidit, Cum mitioti, morbi longitudinem. Itaque oppoſuit acutæ febri mitem, quòd ſi acuta eadem eſſet quæ continua ipſi potius oppoſuiſſet intermittentem. Miti autem opponitur vehemens, talis eſt acuta febris, nempe cuius motus eſt velox, & citò pericula adueniunt, hæc eſt de qua Hippo. loquitur.

Fuchſius notatur.

APHORISM. XXXVIII.

Et qua parte corporis ſudor eſt, ibi indicat morbum.

COMMENTARIVS.

SI ſudor ex toto corpore manat morbum totius corporis ſignificat: & ſi ex parte, eiuſdem corporis ſignificat morbum. Nam cauſa morbifica morbum facit, humor autem de cauſis morborum eſt, vbi igitur abundauerit, ibi morbum facit. Neque tamen voluit Hipp. ex ſudore probare morbū, ſed ſi morbus adeſt, velitque medicus laborantem partem inuenire, ex ſudore docet quænam ſit. Fieri namque poteſt, vt ſudet aut pars, aut totum corpus, ſine morbo, vbi ſudor fuerit paruus, non frequens, aut fuerit adeò magnus, vt morbum finiat. Quando itaque corpus ægrotat ſi ſudor eueniat, atque is totius corporis totius eſt morbus. Si tamen aliqua parte ſudauerit, eius partis erit morbus.

Sudor quomodo morbum oſtendit partis.

APHORISM. XXXIX.

Et qua parte corporis fuerit calor, aut frigus, ibi morbus.

COMMENTARIVS.

IN tertia parte libri, De arte medendi generales dignotiones morborum tradidimus, quarum plures ante nos Galen. docuerat. De iis tamen ſunt quæ ſumuntur ab iis quæ ſunt ſubſtantialiter ſanitas, aut morbus, & quæ ſumuntur ab actionibus, & quæ à corporis affectibus. Præcedens Apho. ſcriptus eſt de actionibus, quas oſtendunt excrementa, naturales vtique actiones oſtendit ſudor. Præſens eſt de iis quæ ſunt ſubſtantialiter morbus. Sequens autem de corporis affectibus, de quibus ſunt colores corporis. In præſenti itaque ex calore partis, aut frigore docet agnoſcere quæ pars ægrotet, & qua parte morbus ſit. Quod verum eſt, modum ita vbi excedant, vt actiones vitient. In caloris namque, frigoris, humiditatis & ſiccitatis moderamento ſita eſt ſubſtantialiter ſanitas, vt in ametria & receſſu à debito modo cōnſiſtit morbus. Tactus autem hæc dignoſcit, ſi tangi poſſunt: ſin minus, ex multis aliis cognitio fiet.

Morbus ex calore aut frigore cōſtat.

APHORISM. XL.

Et vbi in toto corpore mutationes: & ſi corpus infrigidetur, ac rurſus calefiat, aut calor alter ex altero fiat, morbi longitudinem ſignificat.

COMMENTARIVS.

EX mutationibus à contrario in contrarium, aut ex vno in aliud diuerſæ naturæ, docet modò prædicere morbum futurum longum, veluti ſi in calore & frigore totum corpus mutationem accipiat, & nunc incaleſcat, ac deinde refrigeretur, aut contra, morbus ſignificatur longus. Rurſus ex colorum mutationibus, ita vt modo albus, deinde rubeus, aut liuidus calor in cute emergat, ex talibus corporis affectibus morbi longitudo ſignificatur, ſi morbus ſalubris futurus eſt, nam plures colores & mutationes qualitatum, ſequuntur cauſarum multitudinem, quibus variatis, variantur prædictæ qualitates. Nam occurrente calida cauſa incaleſcit corpus, & occurrente & commota frigida, corpus infrigidatur. Tum etiam bile ad cutim commota pallidum redditur corpus, transfuſa ad eas partes pituita redditur ſubalbidum, & rubrum ſanguine moto, liuidum, tranſmiſſo ſanguine melancholico, aut refrigerato. Quapropter ſi color alter ex altero fiat, multæ cauſæ ſignificantur, hæ verò difficilè ad perfectionem ducuntur, & tempore eſt opus, ſi homo ſaluari debet, quod faciet valida exiſtente facultate naturali, hac tamen languente breuis erit morbus atque lethalis.

Morbi longi ſigna.

APHORISM. XLI.

Sudor plurimus ex ſomno factus abſque manifeſta cauſa, ſignificat corpus plurimo cibo uti: ſi verò cibum non aſſumens id patiatur, ſignificat quòd vacuatione indiget.

COMMENTARIVS.

PLurimæ cauſæ ſunt ob quas ſudor è corpore manat, quæ omnes ad tres reducuntur, quales ſunt in omnibus vacuationibus, facultas, inſtrumentum & obiectum. Facultas naturalis duplex eſt, quæ in hac actione locum habet, retinens, & expellens. Sudant enim, aut quoniam retinens languet, aut quoniam excernens irritata expellit. Ex inſtrumentis ſunt venæ, arteriæ, & membrorum pori, quorum laxitas ad ſudorem facit non parum. Ex obiecto conſtat humoris naturam, & copiam, ſudoris quantitatem non parum variare. Nam tenuis ſuccus facilè per meatus diſcurrit, & craſſus difficilè. Acrimonia verò irritat ad expulſionem, copia item humoris grauat facultatem retinentem. Hæ omnes cauſæ internæ ſunt, quamuis ab externis augeri, & minui poſſint. De ſudore plurimo inquit: Sudor plurimus ex ſomno factus abſque manifeſta cauſa: cùm dixit plurimus, eum excluſit qui ab imbecillitate retetricis

Sudoris cauſa.

Sudor plurimus.

eis fit, qui paucus eſt. Excludit etiam eum qui fieret ex corporis raritate, non tamen eum qui fieret irritata facultate expultrice, à ſuccorum acrimonia. Ex ſomno dixit, nam ſomnus ab initio humores intra mouet, ad finem extra, quo tempore ſudare videmus eos qui ſudandi cauſas habent, magna ex parte. Abſque cauſa manifeſta, dixit, hoc eſt, abſque cauſa quæ ſit extra corpus. Nam cibus plurimus, qui ab ea diſpoſitione ſignificatur, cauſa manifeſta eſt, quæ tamen non eſt extra corpus, dum ſudorem efficit, ſed prius alteratur & per venas diſcurrit interueniente ſomno, quàm ſudorem efficiat plurimum, probè igitur legitur, *ἄνευ φανερῆς αἰτίης*, id eſt, ſine manifeſta cauſa, quamuis legi poſſet, vt in aliis codicibus *ἄνευ ἰητρῆς αἰτίης ἑτέρης*, id eſt, abſque cauſa altera. Quũ igitur ſudor plurimus prædicto modo euenerit, ſignificat aut corpus plurimo cibo vti, aut egere vacuatione, vbi conſtiterit, non eſſe in cauſa cibi copiam. Cauſa etenim autore Gal. in Com. cibus eſt, quoniam ab imbecilla facultate, aut pororum raritate, plurimus ſudor non fiet. Cibus autem ſi recens aſſumptus fuerit, eget diminntione, & parciori cœna opus eſt. Si verò antè aſſumptus fuit, (quod notum erit ſi non ſumatur modo ſupra modum) neceſſum erit vti purgatione, quoniã malum iam in vaſis reſidet, nempe ſucci tenues, & acres facultatem irritantes, aut retinentem fugientes, quod copia quoque facere poteſt grauans. Hæc probè dicta ſunt, ſed illud dubium videtur, non enim ſequitur, ſudor plurimus adeſt ex ſomno, abſque manifeſta cauſa, ergo qui ſudat, plurimo cibo vtitur, aut purgatione eget: nã plurimus potus ſudorem multũ adfert in ſomno, vt docet experimentũ, ſed dices cibum, potũ & cibũ ſignificare modo. Cæterũ id quoque obſtare videtur, quòd potus acrimonia ſua poteſt ſudorẽ mouere, & cibus qui fuerit tenuis ſubſtantiæ atq; acredinis particeps, fiétq; ſudor plurimus, ex ſomno abſq; manifeſta cauſa, ac non ſignificabit cibum plurimum, aut potum plurimum, ſed cibum & potum acrem ac calidũ, qui irritat naturalem facultatem expultricẽ, & poros facilè peruadit.

APHORISM. XLII.

Sudor plurimus frigidus, aut calidus ſemper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem, morbum ſignificat.

COMMENTARIVS.

DE ſudore qui toto morbo durat, quem ſemper fluere dixit, quoniam omnibus morbi temporibus fluit, vbi plurimus fuerit, morbum ſignificare maiorem aut minorem, pro cauſæ ratione teſtatur. Nam calidus ſudor à cauſa calida fit, & frigidus à frigida. Súntque morbi calidi breuiores, frigidi longiores, ſic & lib. 6 De mor. pop. parte 1. dixit: In Cranone dolores antiqui frigidi, noui verò calidi. Cauſæ namque calidæ breuius ſuperantur, frigidæ tardius. Eſtque morbus longior maior, & breuior minor, cùm magnitudo de longitudine, vti & de vehementia & magis proprie dicatur. Plurimũ autem dixit ac ſemper fluentem, nam paucus non poteſt longum ſignificare morbum, etiam ſi frigidus ſit, ſemper autem fluere voluit, vt non tantùm in ſummo vigore fluat, quo tempore iudicantur morbi, ſed in aliis, vt in principio & augmento, vt copiam & redundantiam ſignificet.

Magnitudo.

Sudor plurimus ſemper fluens.

APHORISM. LXIII.

Febres quæcunque non intermittentes per tertium fortiores fiunt, magis periculoſæ, quouis tamen modo intermiſerint, ſignificat quòd periculo vacant.

COMMENTARIVS.

EX his quæ Gal. docet lib. 2. De differ. feb. cap. 2. & nos in noſtris commentariis in eum lucum patefecimus, apertè conſtat, febres quaſdam dici continuas, quaſdam intermittentes, continuas, lib. 1. De mor. pop. par. 3. Commen. 2. Gal. bifariam dici teſtatur, aut enim continuæ ſunt quæ ad infebricitationem non deſinunt, aut ſunt illæ quæ ad iudicium vſque nullam habent manifeſtã mutationem. Has nos appellamus ex Gal. præceptis continentes: illas verò quæ cum continuitate habent acceſſiones, continuas. Intermittẽtes verò ſunt quæ remittunt, aut quæ ad infebricitationem perueniunt, & hoc ſecundo modo medici vtũtur appellatione intermittentis febris. Sunt tamen in vniuerſum continuæ intermittẽtibus magis periculoſæ, tum quòd perpetuò affligant, tum quòd nullum alenditempus opportunũ relinquãt. Continuarum tamen quę acceſſiones habent, quædam ſunt tertianæ continuæ, quædam quartanæ continuæ, quædam quotidianæ continuæ: & præter has ſimplices eſt hemitritæus, febris continua, ſed quæ habeat tertio quoque die incrementa. Præſertim coniunctis in idem tempus quotidianæ continuę & tertianæ intermittentis acceſſionibus. De omnibus quæ cum continuitate habent tertianas acceſſiones, inquit: Febres quæcunque non intermittentes per tertium fortiores fiunt, magis periculoſæ, comprehendens continuam terriaoam, quam in cauſo contineri, lib. 2. De differ. febr. probauimus, & febrem hemitritæum dictam, quæ ſimili modo cum continuitate habet per tertium incrementa. Fuchſius in Comment. huius Apho. contendit Hipp. ſententiã in prima par. Aph. eſſe de bemitritæo, cum dixit febres non intermittentes, quæ per tertium fortiores fiunt. Id verò probare nititur ex Hip. qui lib. 1. de mor. pop. in 1. aëria conſtitutione dixit. Exercebant autem plurimos ipſorum pathemata talia: febres horridæ, continuæ: acutæ in totum quidem, non intermittentes, ſed modus erat tertianus. Hoc loco, inquit Fuchſius, hemitritæos dicit eſſe febres continuas acutas, tertio die grauius affligẽtes. Si igitur hæ cõtinuæ ſunt & tertio die affligunt magis, de eis erit Aph. Rurſus inquit: Periculoſam dixit in Aph. febrem, de qua loquitur, & lib. 1. De morb. popu. par. 3. dixit: In ſemitertiana appellata fiũt quidem & morbi acuti, & eſt inter cæteras hæc maximè lethalis, de hac igitur vtrobique loquitur. Cæterùm ſi dictas ſententias Fuchſius probè conſideraſſet, facilè inueniſſet eas non aliud probare quàm quòd febres ſemitertianæ habent eam naturam quam voluit Hippo. in Apho. quia ſunt continuę increſcentes per tertium, & periculoſæ. Sed id non tollit quominus eaſdem conditiones habeant febres tertianæ continuæ, nam continuæ ſunt, & per tertium fortiores fiunt, & periculoſæ ſunt. Non enim ſunt continuæ febres abſque periculo, teſte Hippoc. lib. 1. De mor. pop. par. 3. cùm inquit: Sunt autem in febre continua morbi acutiſſimi, & maximi, & grauiſſimi, & maximè lethales, & Gal. in comment. inquit: Acutiſſimi ſiquidẽ morbi & maximi, & grauiſſimi in propriè dictis ſynochis fiunt, atque in aliis nihilominus quæ per particulares incidunt acceſſiones, initia, incrementa, vigores & declinationes manifeſtas facientes, nec tamen ad integritatem deſinentes, de quibus hoc loco intelligere ſatius erit. Ex his notum euadet Hippo. in prima Apho. parte de omnibus continuis habuiſſe ſermonem, quæ per tertium augentur præſertim cùm dixerit, febres quæcunque non intermittentes, quaſcunque colligens quæ habuerint dictas ab ipſo conditiones, vt non intermittant, & per tertium fortiores fiant, in ſecunda parte Aphor. de his quæ habent tertianas acceſſiones, ſed intermittunt,

Fuchſius notatur.

mittunt,inquit:Quocunque autem modo intermiſerint, ſignificat quòd periculo vacaot, ſiue enim multis ſiue paucis horis intermittuot, non fient ab inflammatiooe viſcerum, neque à maligna intra vaſa putredine,licebit quoque citra febrem eoſdem alere.In ſumma tertianam periculo vacare.Hippoc. affirmat.lib.1.De morb.pop.pat.3.dicens: Tertiana exquiſita celetiter iudicatur, & non lethalis exiſtit.

APHORISM. XLIIII.

Quibus febres longæ, his vel tumores vel ad articulos dolores fiunt.

COMMENTARIVS.

DE loogis febribus atque ſalubribus Aph. ſcribitur,pertinétque ad artem prædicendi,futuros abſceſſua aut dolores atticulorum indicans in longis febribus. Quod vnica ratione comprobatur,quia febres longæ à craſſis pēdent ſuccis, hi verò non niſi longo tempore ſuperātur, ſolent autem craſſi humores ad articulos tranſmitti iudicationis ratione: ſolent etiā & tumores alij,vti qui poſt autes fiunt,febres has iodicare.Hac de cauſa dixit,vel tumores, vel ad arriculos dolores fiunt. Græca etenim litera ſic legenda, τελέουσι ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγγίνονται. id eſt his vel tumores,vel ad articulos dolotea fiunt. φῦμα enim quamuis propriè ſignificet tumorem in carnibus adenoſis, qui celeriter tendit in ſuppurationem, hic omnem tumorem ſigoificat,vti & lib.6.De mor.pop.pat.1.ſect.14.quo loco Galen.vocis ſignificationem explicuit dicens: Ab his quæ ex terra naſcuutur φύματα,homioes appellauerunt præter naturam tumores, qui prorſus abſque cauſa externa fiunt.Diximus dolores,quamuis vt Gal.in Comment. vult, vox πόνοι, læſionem, aut dolorem ſignificare poſſit, lib.tamen Progn. 3. ſect.23.ὀδύνας,dixit, quo loco hanc eādem fere ſcripſit ſententiam,dicens:Quibus febres prorogantur ſalobriter affecto homine, neque ob inflammationem, neque ob quamuis aliam cauſam manifeſtam dolore detinente, huic expectandus eſt abſceſſua cum tumore ac dolore ad aliquem articulorum, maximè eorum qui ſunt in parte inferiori. Quo loco vt ex noſtris quoque expoſitionibus conſtare poterit, de febribus longis & ſalubribus loquitur, de quibus Apho pariter eſt intelligendus.Et abſceſſus dicit eſſe ſperandos,ſi inflammatio non vexauerit partem, cuius gratia febris prorogetur. Neque etiam cauſa manifeſta adfuerit, vt error ægri, aut tempus, aut habitatio: ſperabitur autem abſceſſua cum tumore, aut abſceſſus cum dolore in aliquem articulorum erit quoque abſceſſus ia cum tumore. Sed tamen & locum expoſuit ibidem dicens,Maximè eorum qui ſunt in parte inferiori. Noſſe etiam oportet Apho.ac Progn.ſententiam eſſe de his quæ magna ex parte eueniunt, nam & tales quandoque videmus coctione finiri, teſtis etiam eſt Galen. in Comment.citati Prognoſtici.

APHORISM. XLV.

Quibus tumores vel dolores in articulis ex longis febribus fiunt,hi cibis pluribus vtuntur.

COMMENTARIVS.

Conualeſcentiū tumores.

DE conualeſcentibus ex longis febribus loquitur, in quibus ſi aut tumores in quauis corporis parte fiant,aut in articulis dolores, prædicere licet cauſam eſſe vſum ciborum immoderatum. Cùm enim quis liberatur à morbo, & verè conualeſcit, non relinquitur in corpore cauſa, quæ poſſit recidiuam facere aut tumores & abſceſſus procreare. Quòd ſi in hoc corpore tumores tales eueniant, ſignum eſt abundātiam ciborum fuiſſe in cauſa. Eſt enim frequentiſſimum id,nā conualeſcentes ex longis morbis calorem natiuum partium præcipuarum habent languidum,& ventriculū frigidum qui magnæ appetētiæ eſt cauſa. Quapropter cùm multi ex conualeſcentibua ſuæ appetentiæ obſequātur, plurimos cibos accipientea & ob languorem paucos ſuperare valentes, multitudinem aceruabunt, qua tranſmiſſa aut tumores pariētur,aut in articulis dolores. Tumores conuertimua, ratione tradita in Com.præcedenti. Quidam verò contendit partē illam ex longis febribus demendam eſſe ab Hip.contextu. Nam verba illa:Ex lōgis febribus,ineptè poſita ſunt.Quòd enim febres longæ anteceſſerint,nō ſolùm non auget ſuſpitiooem tumores à cibis multis eueniſſe,ſed potius minuit. Solent enim poſt febres longas tubercula euenire,ac perinde nihil tale eſt ad ciborum multitudinem referendum. Melius itaque diceretur, ſi poſt febres non diuturnas, tubercula fierent,cibus erit in cauſa, docet itaq; Hip. modò (inquit ille) nihil aliud quàm multis quibus febres quæ præceſſerunt,iudicatæ ſunt perfectæ,ita vt nullos afferant abſceſſus, fieri eiſdem abſceſſus ob cibos multos. Cognoſces tamen tubercula non ſequi iudicationem,ſed cibos multos, ſi febre iudicata, perfectè & inclinante optimè, & elapſo tempore quo ſolent ex febribus abſceſſus fieri: vtentibus præcipuè multo cibo,fiant.Non vt Gal. voluit, ſi conualeſcentibus ex febribus fiant. Nam vt ipſe Hipp.teſtatur Aphor.32 ſupra,conualeſcētibus fiūt abſceſſus, etiam ſine errore in cibis,hæc ille. Quæ omnia facilè dilues,ſi noueris Hipp.mentem,qui in hoc Aphor.de conualeſcentibus vere loquitur, qui nullam habent internam cauſam ægrotandi,aut recidendi in morbum.In Apho.tamen 32.de conualeſcentibus loquitur,qui non ſunt in totum liberati à cauſa morbi, quoniam dixit: Si pars quæpiam laborauerit, qui verò talis eſt vt partem habeat laborantem, non conualeſcit vere ex morbo. In hoc igitur abſceſſus ſunt ſperandi ex reliquiis morbi. In eo tamen de quo loquitur in præſenti Apho.cui nihil tale reliquum eſt ex morbo,cibum multum in cauſa fuiſſe putandum eſt. Cùm verò dicit in febribus longis non augeri,ob id quòd longę ſunt,ſuſpicionem ciborum multorum,quoniam in illis ſolent aliàs abſceſſus fieri, falſum eſt, ſi longæ febres fuerint integrè finitæ,& nihil ad recidiuam parans, ſit reliquum.In Gal.autem Com.nihil eſt quod veritati repugnet,ſed eſt Apho.perpetuò verus, de iis qui verè conualeſcunt ex febribus longis, qui languente ventriculo ob frigiditatem, multos cibos accipiunt,quos ſuperare non valent,ac deinde abſceſſua pariuntur. Auget itaque hac de cauſa ſuſpicionem multorum ciborum poſt febres longas probè finitas,ſolent autem hæ abſceſſus afferre,ſed antequàm perfectè finiantur.

Quidam refutatur.

APHORISM. XLVI.

Si rigor incidat febre non dimittente, iam debili exiſtenti,lethale.

COMMENTARIVS.

Rigor incidens.

TOta Aphor.ratio ex vnius verbi ſignificatione pendet reſte Gal.in Com. dixit enim Hippo.Si rigor ἐμπίπτῃ,id eſt,incidat,nō tamen dixit,ἐμπέσῃ, id eſt inciderit,incidat,enim frequenter incidere ſignificat, inciderit verò, vel ſemel incidere indicat. Eſt autem lethale,inquit,ſi rigor ſæpe incidat,& febris nō dimittat, & æger debilis ſit. Magna etenim imbecillitas facultatis cauſa eſt,vt ſæpe natura tenter humoris noxij vacuationem, eámq; nūquam aſſequatur. Rigor ſiquidē eſt totiua corporis inæqualis concuſſio ac conquaſſatio,hanc ſolēt manifeſtæ aliquæ excretiones ſequi,& ægros à morbis liberare,vt

Quid φῦμα propriè.

re,vt infra Aphor.58. A febre ardenti habito rigore ſuperueniente ſolutio fit. At verò vbi facultas languet, cõmouet cauſam morbi, non tamẽ ipſam euacuat: & ita rigores multi ſuccedunt manente adhuc cauſa, & febre & imbecillitate, quæ ſimul iuncta morbum ſignificant lethalem. Nã autore Hip. lib. 2. De mor. pop. decretoria quæ non decernũt, quædam difficulter decernunt, quædam verò lethalia ſunt. Hoc ſecundum cum imbecilla facultate euenit, vt vult Gal. Cũ igitur rigores quidã eueniant incipiẽtibus acceſſionibus, vt in febribus tertianis, quandoque in ſtatu morbi, quãdo vacuatione aliqua ſequenti morbus ſolui ſolet, quãdoque ſępius repetit medio ipſo morbo, neq; perinde ſoluto, aut vacuatione morbificæ cauſæ ſequuta. De hoc tertio rigoris genere præſens ſcribitur ſententia. Non tamen oportet eidem quippiam addere, vt ille vult, dicens ſubaudiendum, cùm dixit febre non deſinente, aut ſubleuata. Nam poſſet melius habere, neq; id eſt lethale ſignum. Id verò nõ opus eſt addere, nam Hip. non dixit, ſi rigor incidat quod eſt vel ſemel incidere, ſed ſi rigor inciderit, hoc eſt ſæpius repetat. Diuerſum eſt de rigore in ardente febre ſuperueniente, qui ſecuto ſudore aut liberat, aut alleuat febrem, is enim ſemel incidit, aut forte bis, non tamen ſæpe incidit ac repetit, nam qui talis eſt, nullam habet ſequentem euacuationem, quæ ſit effatu digna, quæve aut ſanare, aut leuare ægrum poſſit.

APHORISM. XLVII.

Excretiones in febribus non intermittentibus, liuida, cruenta, fœtida, & biliosa omnes mala: ſi verò bene proceſſerint, bona aut per deiectiones, aut per vrinas: ſi verò nihil eorum quæ conferunt excernitur, per hæc loca malum.

COMMENTARIVS.

Sputa varia. TRium generum euacuationum mentionẽ habet in præſenti Aph. nempe ſputi, deiectionis & vrinæ: nam ἀποχρέμματα, ſputa ſunt autore Phauorino, hæc verò à faucibus & arteria aſpera excernuntur. Solent autem hæ excerni praui coloris liuidæ, & cruentæ, & fœtidæ, & biliosæ. Hæ autem omnes prauæ ſunt: nam liuidæ natiui caloris extinctionem ſignificant: Cruentæ, ſanguinis cõmixtionem, qui reſudatione aut venę alicuius apertione cũ ſputo miſcetur. Fœtidæ putridæ ſunt, & biliosæ ſyncęram ſignificant bilẽ aut parum ſaliuæ mixtam. Has verò notũ eſt longè à coctis ſputis & bonis diſtare, ac perinde malas eſſe, præſertim in febribus nõ intermittentibus, quales ſunt quæ morbos acutos comitantur, aut morbi acuti ſunt. In aliis namque aut non fient, aut tẽporis proceſſu emendari poterunt. Quoniam tamen in vniuerſum omnes vacuationes quæ fiunt cum notis coctionis, bonæ ſunt, quamuis nigræ fiãt & fœtidæ, addit: Si bene proceſſerint, bonæ, bene autem procedere nihil eſt aliud quàm vacuari cum notis coctionis. Tũc enim prauos ſuccos à corpore vacuari cõtingit, & naturã valere, & morbificas cauſas ſuperare. Quòd ſi tales vacuationes per deiectionem fiant aut per vrinam ſimili modo notis coctionis præcedentibus, bonæ erunt, & per criſim aut coctionem ægrotum liberantes. Quòd ſi nihil eorum quæ conferunt excernatur, erit malum. Mala ſanè ſunt, quæ cùm excernuntur, non conferunt. Cognoſcimus enim bonam vacuationem, ex iis, quæ antecedunt, de quibus ſunt coctionis notæ, ætas, regio, anni tempus, & euacuati ſpecies. Deinde verò ex conferentia & bona tolerantia.

APHORISM. XLVIII.

In febribus non intermittentibus ſi exteriora frigida fuerint, interiora verò vrantur, & ſitim habeant, lethale.

COMMENTARIVS.

IN febribus non intermittentibus ex inſigni quodam ſymptomate docet prædicere lethalem affectum. Symptoma verò eſt, interioribus exuſtis exteriora refrigerari. Addit tamen, & ſitim habeant, quod accidens neceſſariò ſequitur ad partium internarum exuſtionem, ac propterea ea pars videtur abũdare, & Gal. eius partis nullam habuit in Com. mẽtionem. Si verò fieri poſſet vt interioribus exuſtis ſitis nõ adeſſet, nihil etiam referret ad Aph. veritatem: lethalis namq; foret febris in qua extremis refrigeratis interiora vrerentur, etiam ſine ſiti. Dixit tamen, in febribus non intermittentibus, quamuis vt Gal. in Com. inquit, neque vidi, neque animo concipi poteſt, id accidẽs euenire in aliis quàm in febribus non intermittentibus, dicetur tamen per pleonaſmum, vt & ipſe lib. 3. De articulis dixit: Vertebræ quæ in ſpina, quamuis alibi non ſint vertebræ. Fallitur igitur ille qui putat febribus intermittentibus id accidens euenire, ac ſine periculo; licet enim in febribus intermittentibus, incipientibus acceſſionibus extrema reſrigerentur, interiora non vruntur. Accenditur tamen calor deinde, ac prius in interioribus, ſed nondum vrens, antequàm externæ partes incaleſcant. Cauſa verò accidentis eſt, teſte Gal. quoniam partes internæ per ardentes malignas inflammationem patiuntur, hæc verò calorem ad ſe conuellit inſtar cucurbitulæ, ſimul & ſanguinem, partibus externis frigidis & exanguibus relictis. An tamen lipyriæ febres ſint illæ quæ fiunt in internis inflammationibus, cum refrigeratione externarum partium: an illæ quæ ſine inflammatione fiunt cum prædicto ſymptomate, an omnes in quibus internis exuſtis extrema refrigerantur, quãuis ex natiui caloris imbecillitate eueniat. Nos in commen. cap. 7. lib. 2. de diffe. feb. apertè docuimus nominum ſignificationem apud Hip. & apud ipſos poſteriores, ſectio. 7. ſequenti Aphor. 1. ſimilis habetur ſentẽtia, cùm dixit: In morbis acutis frigus partium extremarum, malum. Morbos acutos dixit, quos hic, febres non intermittẽtes: nam acuti morbi tales febres adiunctas habent. Verùm in his Aph. non explicuit quas partes exteriores appellet, neq; qua ratione agnoſci poſſint internæ exuſtæ. Progn. tamen 4. lib. 2. integerrimam ſcripſit ſententiam, cui nihil addendum aut detrahendum eſt, in hunc modum: ſi caput, manus ac pedes frigidi ſunt, ventre coſtiſque calentibus, malum eſt. Frigidas ſanè explicauit & ventrem ac coſtas tangi præcepit, vt partes internas exuſtas ſignificaret ventrem & thoracem. Poſſet autem id ſymptoma non tantùm viſcerum inflammationem ſignificare, ſed natiui caloris defectum, aut vehementem aliquem dolorem, citra inflammationem: à talibus enim rigere, & extremas partes refrigerari videmus. Fit etiam vt calor natiuus non valde deficiat, ſed opprimatur; & inde dictum ſymptomata ſequatur: per febres in quibus interiora vruntur.

Febriũ continuarum lethalis nota.

Refrigerari extrema externis exuſtis unde.

APHORISM. XLIX.

In febre non intermittente ſi labrum, aut palpebra, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus peruertatur: ſi non videat, ſi non audiat, iam debili exiſtente, quodcunque horum fiat, mors proxima eſt.

COMMENTARIVS.

AD artem prædicendi ſpectat hæc ſentẽtia, quæ docet lethalem diſpoſitionem, ac prope mortem futuram, ſi in febre non intermittente peruertatur labrum, aut palpebra, aut ſupercilium, aut naſus: ſi præter hæc non videat, aut non audiat, ægro debili exiſtente. Ab animali facultate, quæ

Præſagia mortis proxima.

à cerebro oritur, indicia hæc deſumuntur. Facoltas autem animalis quædam eſt ſentiens, quædam loco mouens, vtriuſque læſionem ſignificauit. Paruerſio enim conuulſione fit, aut reſolutione, conuulſio ab inflammatione, aut tumore ſcirrhoſo, aut à frigiditate, aut à ſiccitate, ſcirrhus non affert hæc in acutis morbis, & febribus non intermittentibus. Inflammatio in origine neruorũ, ac propè cerebrum, lethalis eſt. Nimia frigiditas demortuam ſignificat vitalem facultatem. Nimia ſiccitas immedicalis eſt, atque conuulſio inde orta: reſolutio impotentiam ſignificat, ſi verò præter hæc animalis facultas ſentiens ita laboret, vt non videat, vel non audiat, & debilis æger ſit, quodcunque fiat, mors proxima eſt. Cùm dicit, iam debili, intellige ægro, aut corpore, vt in quibuſdam legitur. Id tamen neceſſarium puto, vt præſagium verum ſequatur mortis proximæ: ſiue languore etenim ægri mors ſignificatur, ſed non proxima. Tum etiam quoniam ægro non debili non eſſet mors neceſſaria, vbi quodcunque eorum accidiſſet, quæ ab Hippo. ſcribuntur, nempe palpebræ reſolutio, aut conuulſio. Quamuis & illa pars: Quodcunque horum fiat, puſſet partem illam referre, ſi non videat, aut non audiat, ac ſi dixiſſet: Si ei cuius palpebra, oculus, labrum aut naſus peruerſa ſunt, quoduis horum acciderit, videlicet vt non videat, aut non audiat, imbecillo exiſtente, mors proxima. Atque erit ſenſus verus. Si enim laborante animali facultate mouente, ſuperueniat labor animalis facultatis ſentientis, mors proxima eſt. Maior enim labor, maiorque imbecillitas partis neceſſaria eſt, vt animal ſenſum amittat, quàm ad amiſſionem motus: nam ad motum maior exigitur facultas quàm ad ſenſum. Dixit in febre non intermittente, aut quoniam hæc rarò admodum fiunt in febribus intermittentibus, aut quoniam in eis, etiã ſi fiant, non afferunt mortem: aut quoniam hæc deſumpta ſunt ex Progn. 8. lib. 1. vbi ſic ſcriptum reliquit, Si tamen retorta fiat, vel liuida, vel pallida, vel palpebra, vel labrum, vel naſus cum aliquo ex aliis ſignis: noſſe oportet mori proximum eſſe. In Prog. tamen de morbis acutis loquitur. Quod dixit: Cum aliquo ex aliis ſignis, idem eſt, & quod in Apho. dixit: Iam debili exiſtente. Ad huius Aphor. intelligentiam nõ parum conducent quæ à nobis in Prognoſtici expoſitione dicta ſunt.

APHORISM. L.

Vbi in febre non intermittente difficultas reſpirandi, & delirium fiat, lethale.

COMMENTARIVS.

Diffi. reſpi. & delir. cum febre, leth. Difficultatem ſpirandi cum delirio, ſignum lethale eſſe dicit, in febre continua, quamuis rarò ſine ipſa hæc ſymptomata eueniant, ac videatur pleonaſmus, vti & in Aphor. 43. ſupra. Hæc tamen duo ſymptomata in vera phrenitide adſunt, atque in ea quæ oritur à ſepti tranſuerſi inflammatione, ſed ſunt diuerſi generis. In phrenitide namque quæ ſine thoracis & partium reſpirationi ſeruientium læſione fit, ſpecies difficilis reſpirationis eſt magna, & ex longis interuallis quam magnam ex longo

Phreni. reſpiratio. tempore dixit lib. 1. Prog. & lib 6. De morb. pop. parte 2. appellauit eandem μέγα ἀραιὸν, id eſt magnam raram, cùm enim delirantes ſui muneris obliuiſcuntur, raram faciunt reſpirationem, deinde tamen coacti vrgente vſu non poſſunt non efficere eandem magnam: de hac reſpirandi difficultate credendum eſt loquutum Hippocrat. quoniam in phrenitide adeſt, de qua in Aphoriſmo ſcribitur, cerebri autem inflammatio lethalis eſt. Poſſet etiam ſignificare ſepti tranſuerſi inflammationem, in qua delirium adeſt perpetuum, & difficultas reſpirandi, ſed hæc parua frequens eſt, niſi fortè vincente delirio immixta ſit hæc reſpirandi difficultas, cum ea quæ ſequitur delirium, vt docet Gal. lib. 2. de diffi. reſpirationis, exemplis de quibus eſt Dealcis vxor, lib. 3. De mor. po. par. 3. de qua inquit: Decimoquarto ſpiritus magnus, rarus, & rurſus breui ſpirat. Poſſent quoque prædicta ſymptomata fieri ſimul euenientibus duabus inflammationibus, altera in cerebro, altera in partibus reſpirationi ſeruientibus, eſſéque ſpecies reſpirationis modo dicto mixta. Cæterùm qui de reſpirationis difficilis generibus integram notitiam habere voluerit, præter ea quæ à Galeno dicta ſunt, lib. de differ. reſpir. legat quæ ſcripſimus in expoſitione 50. lib. 1. Prognoſtic.

APHORISM. LI.

In febribus abſceſſus qui non ſoluunt ad primas iudicationes, longitudinem morbi ſignificant.

COMMENTARIVS.

PLanum eſt quod Galenus in commentar. dixit, ſententiam hanc non indigere Hippocrat. admonitore. Nulli ſiquidem dubium eſt, ſi febris aliqua iudicetur per abſceſſus, & non liberent ægrum à febre, morbum longum futurum, ſignum etenim eſt, aut imbecillam eſſe facultatem quæ non valuit humorem peccantem excernere, aut ipſum eſſe adeò multum, vt non ſuperetur à facultate valenti, aut vtrumque. Cùm igitur abſceſſus fiant aut à tenuibus humoribus & facultate languida: aut à craſſis, ſed valente facultate, & aliquando ab vtriſque, ſi mediocris fuerit facultas, vt lib. 3. Prognoſtic. in annotatione in 24. Comment. docuimus. Si tenues ſunt & facultas non valida ſolet per abſceſſus morbos tales finire, ſi eos non finit, plurimum languida erit, & ita longo tempore egebit ad finiendum morbum, ſiue coctione, ſiue iudicatione. Si facultas aut mediocris eſt aut valida, & abſceſſus imperfecti fiunt, aut ob multitudinem cauſæ, aut craſſitudinem, aut frigiditatem, longo tempore opus erit, vt quod craſſum & frigidum, aut quod multum fuerit vincatur. Nam & lib. 2. de morb. popu. dictum eſt: Decretoria quæ non decernunt, quædam difficulter decernunt, quædam verò lethalia ſunt, difficulter autem decernere, id eſt longo tempore egere, & multo negotio. Hinc palam fiet non eſſe opus ad Aphoriſm. veritatem addere, vt quidam voluit, aut magnopere ſedant, vbi dixit, non ſoluunt. Nam ſi abſceſſus non ſoluunt febrem, quamuis ipſam minuant valde, id ad facultatem, morbi cauſam referendum, quorum vtrunque, vt diximus morbum afferet longum. Prætereà ſi quod reliquum eſt poſt abſceſſus, eſt multum, multo eget tempore vt ſuperetur: ſi paucum, cum facultas quæ tentauit iudicationem non voluerit id reliquum tranſmittere ad locum abſceſſum patientem, languida erit, hæc verò longo tempore eget ad ſuperandum quod reliquum eſt. Nemini quoque dubium legi debere, non ſoluunt, vbi Græcè legitur, μὴ λύωσι, nam ſi, non ſoluuntur, legatur, inepta admodum foret ſententia, qua Hippocrat. dixiſſet, In febribus abſceſſus qui non ſoluuntur ad primas iudicationes: non enim ſolui ſolent abſceſſus in iudicationibus, ſed ipſi vt iudicationes morbos ſoluere. Quid autem ſignificet per primas iudicationes, non eſt dubium, nam ſolent morbi multas facere iudicationes in multis diebus, & de prima loquitur. An qua ſi ægrum abſceſſus non liberant, morbus longus erit futurus. Quod experimentum docet, ac ferè nunquam fallit ſententia.

APHO

APHORISM. LII.

Quicunque in febribus, aut aliis languoribus ſponte illachrymant, nihil abſurdum: quicunque vero non ſponte, abſurdius.

COMMMENTARIVS.

Lachryma ſponte venientes. DE his quæ in febribus eueniunt præſagia proſequitur, lacbrymas ſponte venientes dicens nihil abſurdum ſignificare, non ſponte verò ſi euenerint abſurdius eſſe, hoc eſt abſurdum aut malum eſſe. In febribus dixit, aut aliis, ἀῤῥωςίοις, id eſt, languoribus. Sic enim morbos appellant Græci,& Latini languentes, appellant ægrotos, & morbos languores, κατὰ προαίρεσιν, id eſt ſponte & voluntariè, cui appoſuit, μὴ κατὰ προαίρεσιν, quod Progooſt.6. lib.1. dixit ἀπροαιρέτως, id eſt inuoluntariè,aut ſine electione. Quando igitur quiſpiam volens, aut in febribus,aut in aliis morbis lachrymas fundit,nihil malum indicat, ſed cauſam quæ ipſum ad fundendas lachrymas mouit.Quando verò oolens id facit, malum eſt, ſi non eueniat ob aliquam cauſam prægreſſam, vt fumum, ventum frigidum, aut ſimile quid, quod oculos mordeat, aut ob cauſam quæ ſit oculi morbus, vt lippitudo, aut palpebrarum aſpredo. Quamuis neque id ſemper malum ſit, vti cùm lachrymæ manant in morbis acutis poſt coctionis ſigna, iudicantes fluxum ſanguinis narium apud Hippocr. lib.1. de morb. popul. parte prima,

Nota. io tertia aëris conſtitutione, cùm inquit: Quibus in febribus acutis, ac magis ardentibus ſpontaneæ erumpunt lachrymæ,his è naribus exſpectare oportet ſangoinis eruptionem, ſi in cæteris perniciosè non habuerint. Nam qui vitiosè habent, his non ſanguinis eruptionem,ſed mortem ſignificant. Perniciosè non habere eſt bene habere,atque ſigna coctionis antecedere. Vitiosè tamen habere malum eſt,vt lib.6.de morb.pop.part.1.cùm inquit:Lachrymæ ſi in acutis morbis cùm æger incommodè habuerit, ſponte manent, bonum: non ſponte verò ſi præterfluant, malum. Huius cauſa eſt imbecillitas facultatis retentricis & calor in cerebro colliquans. Nos in expoſitione 33. libro tertio Prognoſt.ſignificationes omnes quæ ex lachrymarum effluxu ſumuntur, abundè percurrimus, ad quem locum lectores remittimus, ea namque de cauſa multa quæ ibidem diximus prætermittimus.

APHORISMVS LIII.

Quibus ſupra dentes per febres mucores fiunt,iis vehementiores ſunt febres.

COMMENTARIVS.

Mucores dentium in febr. IN febribus validioribus calor vehemens ſolet exſiccando facere glutinoſam,ac viſcidam pituitam dentibus adereſcere, & ſupra dentes agglutinari, ita vt opus ſit aceto,aut vino os diluere, vt dentes mundentur, & ideo vt ſignum ſcribit febris vehementioris, ſi dentibus mucores hæſerint. Solent autem huiuſmodi mucores non tantùm hærere per febres vehementiores, ſed paulò poſt denigrari, Diximus vehementiores, quoniam Græcè legitur ἰσχυρότεροι, legitur tamen in quibuſdam ἰσχυροὶ, id eſt fortes aut vehementes, ac nihil refert hoc aut illo modo legas, idem enim ſignificat, pituitam videlicet à calore valido ſiccatam.

APHORISM. LIV.

Quibus diu tuſſes ſiccæ leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non admodum ſiticuloſi ſunt.

COMMENTARIVS.

Tuſſes ſiccæ. TVſſes parùm durantes non poſſunt extinguere, aut admodum minuere ſitim, quæ in febribus ardentibus adeſt, ſiquidem hæc vehemens eſt autore Hippocr. qui lib.4.de rat. vict.acutorum explicans ſigna febris ardentis dixit: Vrgétque ſitis vehemens tuſſes, præterea ſiccæ ſunt per quas nihil effatu dignum ſpuitur.Leuiter irritantes dixit,propter validas tuſſes, quæ à thoracis & pulmonis morbis excitantur,& à fluxionibus bilioſis à capite in fauces,à quibus nihil effatu dignum quandoque excernitur,hæ namque non mitigant ſitim,ſed eam validiorem efficiunt, & partes thoracis, pulmonis & aſperæ arteriæ labore calefaciunt, & exaſperant magis. Tuſſis tamen ſicca leuiter irritans,ac diutius perſeuerans in febribus ardentibus ſitim mitigat, ac minuit, quoniam per eam à partibus proximis exprimitur pauca quædā humiditas,quæ leuit oris, faucium & aſperæ arteriæ aſpredinem & inæqualitatem. Lib. tamen 6. de morb. popul. part.2. dixit. Tuſſes ſiccæ leuiter irritantes non valde ſiticuloſæ exiſtunt, neque linguæ arefactæ non à ferino, ſed à vento, quod liquet. Quod dixit,non valde,in hoc loco, & in Aphoriſm. præſenti, Galen. explicat in comm.eius loci dicens: οὐ πάνυ τι, & idem eſt quod οὐ κατὰ λόγον, id eſt, non valde, idem eſt quod non ſecundum rationem, ac ſi diceret, non omnino ſiti priuantur, ſed non habent eam pro febris ardentis

Tuſſes non à ferino. ratione. Sed in præſenti ſententia explicuit quam tuſſim intelligat, non enim à ferino, id eſt malignam & quæ ob malos morbos eueniat, ſed eam quæ ab aëre frigido, quoniam inſpirantes ipſum ſtatim tuſſiunt, & partes aſperæ redditæ à frigore leniuntur,& ita ſitis minuitur.Hippoc.itaque atque Galen.in comm.loci citati, de ea tuſſi tantum ſententiam illam,& hunc Aphoriſm.exponunt,quæ ab aëre frigido commouetur. Ego ſanè verum inuenio quod ipſi volunt tuſſes illas ab aëre frigido motas facere,quod in ſententia dixit, hoc eſt ſitim mitigare. Verùm pari modo euenire video quotidie in ardentibus febribus tuſſim moueri à nimia faucium & aſperæ arteriæ ſiccitate exaſperante & inæqualiter afficiente partes illas, & tuſſim eam paruam eſſe & durare ,& humiditatem ex partibus adiacentibus & capite trahere & ſitim imminuere. Quod experientur ægri clauſo ore, neque ea parte tracto frigido aëre: nam & tunc ob ſiccitatem inæqualem tuſſient,& quod diximus eueniet.Simplices namque intéperies inæquales & fientes triſtem concitant ſenſum, & inde tuſſim, quæ dicto modo ſitim mitigat, & tuſſis hæc non commouetur à frigido vento.

APHORISM. LV.

In adenum inflammationibus febres omnes malæ,præter diarias.

COMMENTARIVS.

Bubonis definitio. DIxit in adenum inflammationibus, quoniam Galen.lib.2. de arte cur.ad Glauc.cap.1. dixit: Bubo carnium adenoſarum inflammatio eſt. Dixit autem Hippoc.ἐπὶ βουβῶσι, id eſt, in bubonibus. Impropriè igitur vertunt quidam, ex inguinum tumoribus, quoniam bubo non tantum in inguinibus, ſed etiā in alis fit. Præter id quod non ſemper fiunt febres ex tumoribus, aut inflammationibus adenum, ſed ſæpius inflammationes adenum ſequuntur febres. Non rectè etiam vertunt,In adenum tumoribus, quoniam bubo non ſignificat omnē adenum tumorem ſed calidum,quem inflammationem dixit Gal. Cum huiuſcemodi inflāmationibus fiunt quædam febres diariæ,quædam putridæ. Malas autem dicit omnes præter diarias. Diariæ neque cau-

Febres ex adenum inflammatione. ſam habent manifeſtam,neque dolorem cum vlcere in extremo aliquo membro. Quæ enim abſque eo fiunt,malæ ſunt, inquit enim Gal.lib.2.de arte cur. ad Glauc.cap.2.de diariis loquēs,Et quæ ex adenum

inflammationibus febres ortum habent, ex boc genere ſunt, prærerquam ſi abſque vlcere fiaut manifeſto, tunc enim ſuſpitioné afferunt & nullo modo mites ſunt. Ratio manifeſta eſt, nam quæ fiunt ex bubonibus febres, vbi non fuerint diatiæ, à nimia redundautia fient, quæ in vaſis febres porridas facit. Tanta autem eſt vt & in vaſis permaneat quod febrem efficiat, & ad adenas mittatur, quod inflammationem generet, quandoque verò nun tantùm cum putredine magoa intra vaſa hæc fiunt, ſed etiam cum viſcerum inflammatiune, & ob id malæ.

APHORISM. LVI.

Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente malum: prorogatur enim morbus, & multam ſignificat bumiditatem.

COMMENTARIVS.

Solent febres iudicari ſudore perfectè, qualis ſudor eſt is cuius meminit Hippoc. lib. 1. Progn. atque ex primis eo loco, cùm inquit, Sudores optimi quidem ſunt in omnibus acutix morbis, quicunque in diebus decretoriis fiunt & integrè febrem ſedant. Sunt autem ſecundo loco qui quamuis febrem non ſedent, ipſam in meliorcm ſtatum mutant, de quibux ſecundo loco dixit: Boni verò quicunque ex toto corpore procedentes fecere vt homo facilius morbum ferret, eſt quoque is ſudor autore Galen. in die decterotio factus. Sed dices hæc duo non ſtare, nam in Progn. hunc ſudorem bunum dixit, in Aphor. tamen in vniuerſum malum dixit, SI ſudor ſuperueniat non deficiente febre, non deficit tamen quamuis in melius faciat mutationem, erit igitur malus ſudoris quem tamen bonum in Prog. ſtatuit. Cæterùm aliud eſt ſudorem eſſe bonum in ratione cauſæ, aliud in ratione ſigni, ſudor enim qui à toto corpore procedens non liberat ægrum, ſed in melius mutat, bonus eſt in ratione cauſæ, quoniam benefacit, & id voluit in Prognoſt. In ratione tamen ſigni malus: quoniam morbum longum futurum ſignificat, quod dixit in Aphor. Nam cùm dixit malum, non abſolutè malum pronuntianit, ſed ſtatim quàm malum ſit, explicuit, morbi longitudinem ſignificare docens, quãuis per ipſum æger melius habeat. Quapropter nihil deficiet in Aphur. Nam ſudor talis multam ſignificat humiditatem. Erit igitur malum, quia ſignificat morbum futurum longum, & ſignificat morbum longum, quoniam multam ſignificat humiditatem, quam natura tentauit vacuare, non tamen potuit. Sunt autem huiuſcemodi ſudores veluti decretoria quæ non decernunt, quorum quædam difficulter decernunt, & quædam lethalia ſunt, autore Hipp. lib. 2. de morb. pop. Sed quare hic longitudinem morbi ſignificate dixit tantummodo, non autem addidit, quoſdam eſſe lethales? Copia namque humorum cum imbecilla facultate, non longitudinem, ſed mortem ſignificat. At verò Hippocr. cùm morbum longum ſignificare dicit, ſignum aliquod, id vbi morbus ſalutaris futurus ſit, eſt audiendum. Docet enim ſignificare morbum longum ex copia materiæ. Copia tamen non efficit longum morbum eum qui lethalis eſt, ſed ſalubrem. Siquidem humor multus qui prauus eſt, quique ſuperari non debet, ob multitudinem citius interimet. Si tamen ſuperari debeat, vt ſoluatur eget longo tempore. In Aphoriſm. 40. ſuprà dictum eſt, & vbi in toto corpore mutationes, etſi corpus iofrigidetur ac rurſus calefiat aut calor alter ex altero fiat, morbi longitudinem ſignificat. Galen. in comment. de ſalubri morbo intelligendam vult ſententiam, quoniam, inquit: Variæ diſpoſitiones diuturniores ſemper ſunt, quàm quæ ſunt vnius modi cùm non poſſit natura in paruo tempore multas conficere diſpoſitiones. Sic etiam & Progn. 23. lib. 2. dixit: Variegatæ deiectioues his diuturniores ſunt, ſed nihilominux lethales. Sunt enim lethalex, vbi prauæ admodũ à natura fuerint, & vbi facultati languenti occurrant: ſi tamen valida fuerit & ſalux ſperetur, longux futurus erit morbus vt Gal. in comment. eius loci docet dicens: Deiectio variegata multas indicat affectiones, & ob eam rem tractu temporis eget ad coctionem. Præſens quoque Aphoriſ. docet vbi ſudor ſuperueniens febrem non ſudauerit, longitudinem prædicere in ſalubribus febribus, quas materiæ copia longas perpetuò fecit. In his enim ſi æger ad ſalutem perduccudus eſt, copia humorum ſuperari debet, & longo eget tempore. Erit quoque hinc cognitum, apud Hippoc. ſignum id quod longum morbum ſignificare dicit, in ſalubribus morbix vim habere, quamuis ipſum in diuerſis diſpoſitionibus longitudinem ſignificet, aut mortem, vti decretoria quæ non decernunt, & in Progn. citato deiectiones variegatæ, quas dixit diuturniores aliis & nihilominus lethales, pro corporum & affectuum differentia.

Sudor optimus. *Sudor bonus.* *Nota.* *Signa longorum morborum in ſalubribus vim habent.*

APHORISM. LVII.

Vbi quis conuulſione, aut diſtentione moleſtetur, febris ſuperueniens ſoluit morbum.

COMMENTARIVS.

Qvoniam in comment. Aphoriſm. 26. ſection. 2. hic abundè à nobis expoſitus eſt, breuì hunc comment. abſoluemus. Hippocr. in hac ſententia omoem conuulſiunis ſpeciem comprehendit, ſunt enim omnes tres, retractio muſculorum ad anteriora, appellatur empraſthotonos, ad posteriora opiſthotonos, & hæ duæ comprehenduntur in connulſione, atque vt tertiam ſignificaret dixit: aut diſtentione, quæ appellatur tetanus, ſiue vtrinque retractio, aut conuulſio. Docet tamen his omnibus febre ſuperueniente, morbum ſolui. Loquitur enim de conuulſionibus quæ fiunt ab humore, non de his quæ ſequuntur magnas ac vebementes febres quæ & ſiccæ ſunt & curari nequeunt. Conſtat autem id, ſiquidem ſuperueniente febre dixit quam non oportet præfuiſſe, aliàs non ſuperueniſſet. Quando igitur ſuperuenit, non autem præfuit conuulſio, ab humore pendet, & febre ſuperueniente morbus curatur. Nam febris diſcutit humiditatem, & coquit frigiditatem, vt Galen. vult in comment. Quamuis non rectè dicatur frigiditatem coqui, ſed potius humorem frigidum. Atque id eſt memoria dignum, febrem humores coquere, frigidi etenim humores à calore natiuo ſenſim coquuntur, iuuatur autem non parum à calore febrili ad eam coctionem, quæ eſt naturæ ſuperamentum, per quam humor qui coquitur à natura ſuperatur, & coctus deinde excernitur. Hæc verò præter coctionem admixtam habet putredinem. Ad eam tamen qua boni ſucci generamur, aut ex ipſis corpus alitur, & ad eam qua fit in bonum humorem mutatio ex prauo, quam diximus correctionem, aut ad benignam reductionem, nullatenus calor febrilis eo adiuuat ſed totum opus natiui caloris eſt.

Conuulſionis tres ſpecies.

APHORISM. LVIII.

A febre ardenti habito, rigore ſuperueniente ſolutio.

COMMENTARIVS.

Svnt ex rigoribus quos nulla ſequitur vacuatio, etiam ſi adfuerit totius corporis conquaſſatio. Ex his tamen quos manifeſta vacuatio ſequitur, quidam fiunt in die decretoria & notis coctionis præcedentibus: quidam ſine his, illi quos nulla ſequitur vacuatio,

Rigorum differentia.

vacuatio, non liberant à febra, quamuis ſuperueniant febri, quoniam morbi materiales cauſæ vacuatione curantur. Si tamen rigores vacuatio aliqua ſequatur, non tamen in die decretoria, non ſolet morbum curare, vt Aphoriſ. 29. ſuprà dixit. Quæ verò vacuationes ſunt ſine coctionis notis, inutiles ſunt, aut non liberantes, aut cum periculo recidiuæ. Quum verò rigor ſuperuenit febri ardenti, eum tamen ſequitur ſudor, aut vomitus bilis, aut eiuſdem deiectio, aut ex his plura, febris ardens quæ à bile originem trahit, ſoluitur.

APHORISM. LIX.

Tertiana exquiſita ſeptem periodis iudicatur, quo ad longiſſimum.

COMMENTARIVS.

QVam rationem habet febris quotidiana intermittens ad quotidianam continuam, eandem habet febris tertiana intermittens ad febrem ardentem, nam hæc eſt verè tertiana continua, vt in commentariis noſtris in lib. 2. de differ. febr. abundè monſtrauimus. Eſt autem exquiſita tertiana quæ à bile putreſcente oritur, cui nullus alter humor eſt mixtus. Hæc ſi intra vaſa putreſcat, tertianam continuam, ſiue cauſum efficiet: ſi verò putreſcere incipiens extra vaſa pellatur intermittentem. Exquiſita præter hæc dignotiones habet quæ ſumuntur à temperatura, ætate, anni tempore, & regione. Quæ non ſunt huius inſtituti: ſed id tantum monſtrata tertianam exquiſitam ſeptem circuitibus finiri, quoad longiſſimum. Habet etenim febris omnis bilioſa breues acceſſiones & paucas. Breues, nam non ſolet febris tertianæ exquiſitæ acceſſio duodecim horarum ſpatium prætergredi: Paucas quoniam vltra ſeptem acceſſiones non prorogatur. Habentque febres tertianæ tantum impuritatis, quantum aut acceſſiones ſunt quàm duodecim horarum longiores, aut quàm ſeptem, plures. Cauſa ad humoris bilioſi tenuitatem, paucitatem, & calorem refertur. Tenuis etenim eſt bilis ac calida valde, pauca verò colligitur antequam à vaſis pellatur: irritat enim breui ad excretionem naturam. Simile euenit in febribus ardentibus exquiſitis, nam hæ ſeptem diebus iudicantur, quoniam ſunt de morbis peracutis. Qualis tamen ſit numerus dierum in febribus continuis, talis eſt numerus acceſſionum in febribus intermittentibus, & vt illæ in ſeptem diebus, ita hæ cùm fuerint bilioſæ, & exquiſitæ, in ſeptem periodis abſoluuntur. Eſt autem periodus tempus acceſſionis & interualli, quæ ſex continet tempora, principium, inæqualitatem, augmentum, vigorem, inclinationem, & interuallum, ſiue infebricitationem. Dixit autem, quoad longiſſimum limitem: poſtremum ſtatuens. Quamuis nihil vetet ante id finiri febres tertianas exquiſitas ob humoris tenuitatem, paucitatem, & calorem, accedente ægri naturali facultate robuſta, & meatuum apertione. Quemadmodum & cum Hippocr. dixit acutos morbos finiri die quartadecima, quos ante ipſam ſæpius finiri nihil prohibet: ita modo de tertianis exquiſitis dixit, ſeptimam acceſſionem eſſe finem: & veluti poſtremum limitem, quamuis ante ipſum finiri ſæpe videantur.

Tertiana exquiſita.

Tertiana exquiſita terminus.

Periodi tempus.

APHORISM. LX.

Quibus in febribus aures obſurduerint, iis ſanguis è naribus fluens, aut aluus perturbata ſoluit morbum.

COMMENTARIVS.

SVprà Aphoriſm. 28. de bilioſis ſurditatibus voluit hanc ſententiam veram eſſe, non autem de omnibus vera eſt, ſed de illis quæ per conſenſum fiunt, quare in febribus, modò dixit, & quoniam ſæpe in ipſis ſurditates conſenſu totius corporis, intermedio capite fiunt. Iudicantur autem cauſa vacuata, aut reuulſa, ea videlicet quæ nondum præfixa & firmata eſt, ſed firmari parata, aut vacuatione, aut deriuatione, quæ fit fluxu ſanguinis narium, ſiue ventris perturbatione: vtriuſque meminit Hippoc. dicens, per hæc à ſurditate liberari.

Surditatum iudicia.

APHORISM. XLI.

Febricitantem niſi in diebus imparibus febris dimiſerit, ſolet recidiuare.

COMMENTARIVS.

GAlen. in comment. putat hunc Aphoriſm. eſſe adſcriptum, quoniam non tantùm in diebus imparibus videmus multos febricitantes iudicatos, ſed in paribus veluti quarto, quamuis rarò 14. tamen, 21. & 40. frequenter. Præterea Hippocrat. hos dies inter iudicatorios annumerat. in Progn. & in lib. de morb. popul. Quam ob rem, rectè admodum Galen. in comment. præſentis Aphoriſm. vnum duorum affirmat, aut adſcriptum eſſe Aphoriſm. aut pro imparibus legendum, decretoriis, ita vt velit febricitantem niſi in diebus iudicatoriis febris dimiſerit, ſolere recidiuare, libro verò 4. de ratione vict. acut. dierum imparium naturam conſiderare præcepit, dicens: Maximè verò numerus impar eſt obſeruandus, quoniam hi dies in hanc aut illam partem conuertere faciunt ægrotantes. Verùm ſanè dixit Hippocr. dies impares vim habere iudicandi in hanc, aut illam partem, ægrotantes, præſertim in acutis morbis, ſed hoc loco non abſtulit vim iudicandi à diebus paribus, vti in præſenti Aphoriſm. neque Aphoriſm. ſententiam confirmat. In quo nullo pacto per impares iudicatorios intelligere debes, vt quidam, nam ſi per impares voluiſſet ſignificare iudicatorios, malè Galen. excluſiſſet Aphoriſm. nam vera eſt in vniuerſum ſententia, morbos qui non iudicantur in diebus iudicatoriis, facere recidiuam, & libro Prognoſt. idem docuerat. Præterea ſi idem eſſet dixiſſe impares & iudicatorios, malè Galen. dixiſſet. Melius itaque eſt pro imparibus ſcribere iudicatoriis, vt quibuſdam viſum eſt. Sed dices, qua ratione Galen. libro quarto, de rat. vict. in comment. loci citati, inter impares annumerauit in acutis 3. & 5. & 7. & 9. & 11. & 14. & 17. & in lõgis, 60. & 80. in mediis 20. & 34. & 40. verè Galen. eo loco non annumerauit hos imparibus, ſed eis qui in hanc aut illam partem faciunt mutationem. Quamuis enim impares dixit, ἑτεροῤῥοπίας, non omnes ἑτεροῤῥοπίας, id eſt in hanc aut illam partem vertentes, vult eſſe impares, ſed multos pares. Dixit enim: Dies impares multa pollere virtute, non ſimpliciter, ſed in acutis morbis eſt intelligendum, quod inſignes in vtramque tum ſalutem tum mortem faciant mutationes, id enim ſignificat vox, ἑτεροῤῥοπίας, id eſt in hanc aut illam partem mutationem facientes. In acutis quidem hi ſunt. Hæc pars hi, non impares, ſed quos dixit, ἑτεροῤῥοπίας, refert, vt exemplum docet, in quo multos pares dies annumerat. Sed dices rurſus, quare Galen. poſtquam dies omnes prædictos in eo Comment. annumerauit, addit, impares autem & hi, cùm tamen inter eos ſint 14. & 20. & reliqui. Dicemus quod Galen. de Hippocr. Aphoriſm. dixit modo, aut literam eam additam eſſe, quod exiſtimo, aut pro, περιτταὶ δὲ καὶ αὗται, legendum κρίσιμοι δὲ καὶ αὗται, hoc eſt, iudicatorij autem & hi.

Iudicia in diebus par.

APHORISM. LXII.

Quibus in febribus morbi regij ſuperueniunt ante ſeptimum diem, malum.

COM

COMMENTARIVS.

AD partem artis prognoſticam pertinet præſens ſententia; quæ docet in febribus malum eſſe morbum regium ante ſeptimum diem euenire. *Icterus.* Icterus Latinis regius morbus dicitur, & auriginoſus, per eum namque morbum, vel vt rectius dixerim, eius ſymptomatis ratione, cutis color vitiatur & oculorum album degenerant tamen in pallidum colorem, bile ad cutem ex vaſis transfuſa. Transfunditur autem in febribus & quandoque ſine ipſis. Præterea in febribus nonnunquam coctione præcedente, ac iudicationis ratione, nonnunquam verò ratione ſymptomatis, quod fit iecore laborante ſcirrho, inflammatione aut obſtructione. Iam igitur quoties ictetus aduenit in febribus, ſi coctio bilioſi humoris antecedat, bonum erit: ſi verò non, malum. Erit enim indicium non quidem ſcirrhi, ſi ante ſeptimum fiat, quia ſcirrhus ſine febre fit, lon- *Icterus quando malus.* go tempore tranſacto. Euenier igitur aut ratione inflammationis, aut obſtructionis: & vtrumque malum eſt. Quoniam tamen Hippocr. intellexit ante ſeptimum diem non fieri coctionem bilis pallidæ, quæ morbum regium efficit, malum eſſe dixit ſi per id tempus euenerit, ſignificabit enim in ſymptomatis ratione eueniſſe, & inflammationem adeſſe iecoris, aut obſtructionem, præter id etiam & naturam tentaſſe iudicationem ante tempus, ob humoris copiam irritatam. Duo tamen ex Hippocr. ſententia colliges, alterum generale, nempe iudicationes à natura tentatas ante coctionis tempus, malas eſſe. Alterum particulare, humorem regium morbum facientem ante ſeptimum diem non eſſe coctum. Galen. enim eandem approbans ſententiam in Comment. dicit, non poſſe bilem iudicatoriè ante ſeptimum diem efferri. Septimo autem, aut nono, aut reliquis deinceps iudicatoriis, iudicatoriè efferri poteſt, vt in Aphoriſm. 64. ſequenti. Quamuis neque id ſemper bonum ſit, vti cùm vitio iecoris euenerit. Huius Aphoriſm. exemplum habetur apud Hippocrat. lib. 5. de morb. pop. part. 1. in hiſtoria Hermocratis qui febre laborabat, & ſexto die icterioſus factus, non tantùm iudicatus non eſt, ſed vt dixit, omnia prorritata ſunt, mente non conſtabat. Galen. verò in comment. inquit: Sis autem memor te prius quàm morbus concoqueretur, ſæpius audiuiſſe, neque alium quendam abſceſſum fieri commodè, neque icterioſum. Talis enim abſceſſus bilem ne ex viſcere expurgetur & per ventrem vacuetur impediri ſignificat, vel propter obſtructionem ipſius, vel inflammationẽ, ex quibus omnibus manifeſtum euadet, ex Hippoc. & Gal. doctrina, icterum ante diem ſeptimum in febribus eſſe malum, quoniam ante ſeptimum non coquitur morbi cauſa, vt Galen. quoque affirmat. Nec putes eandem eſſe dierum ante ſeptimum & aliorum rationem, nam ante ſeptimum non putat Hippocr. poſſe coctionem euenire, ante nonum autem poteſt, nam ſeptimo ipſo cocta eſſe poteſt bilis morbum regium faciens, vt Aphoriſm. 64. docet. Sic etiam ſeptimo & reliquis bene euenire poteſt icterus, atque etiam malè ſi dextrum hypochondrium obduruerit, ante ſeptimum tamen malè euenire poteſt, ob eandem cauſam, bene verò nunquam. Nam quæ ſexto die eueniunt iudicia, mala ſunt, quarto raro admodum fiunt, & non ſunt eo die bilis motus, tertio autem & quinto nondum bilis cocta eſt, ea nempe quæ icterum facit, quæ ob craſſitudinem cutem non permeat, neque ſudore, neque in ſenſibili vacuatione educta. Huic ſententiæ contradixit *Plinius contra Hippoc.* Plinius libro 26. capit. 12. dicens Hippocrat. ante ſeptimum diem (ſic enim legi debet) in febre morbum regium mortiferum eſſe ſignum docuit. Nos ſcimus vixiſſe aliquos ab hac diſpoſitione. Auerrous præterea libro quarto collectionum, cap. 43. inquit: Quod dicit Hippocr. icterus veniens ante ſeptimum diem in acutis febribus, malum, reprobatum eſt experientia in omnibus noſtris terris, & ſi veniat in quintam diem, laudabile multum eſt viua ratione, & maximè in temporibus calidis, & hæc eſt ſententia collegiorum medicorum omnium Perſarũ, & Indiæ maioris, & pro maiori parte filiorum de Vandaliſi, & poſſibile eſt quòd illud quod dixit in Græcia locum habet. At verò Plinij ſententia nihil probat contra Hippocr. quamuis enim viſi ſint nonnulli ſuperſtites, quibus in febribus morbus regius ſuperuenit ante ſeptimum, id non tollit quominus verum ſit malum eſſe, non enim ſemper ad malum ſignum ſequitur malum quod ſignificatur: Neque Hippocrat. dixit mortiferum ſignum eſſe, quod impoſuit Plinius, ſed malum, neque parum intereſt in Hippocr. libris hoc aut illud dixiſſe. Auerrous tamen dixit ſe experimento contrarium inueniſſe in regionibus quarum meminit, quoniam calidæ ſunt, & quæ poſſunt bilioſum humorem, vel quinto die coctum facere. Cui pariter reſpondemus Hippocr. negare id euenire poſſe caloris ratione, vt bilioſus humor ante ſeptimum coquatur, & malum ſignum dixit icterum ante ſeptimum in febribus, quoniam eo tempore coctus non eſt, ſed euenit ab inflammatione, aut obſtructione iecoris, non iudicationis ratione. Galen. item impoſſibile reputat vt is humor *Galeni opi-* ante ſeptimum coquatur, quoniam craſſus eſt qui *ma ratio.* morbum regium efficit. Plinius igitur & Auerrous, tam Galen. quam Hippocrat. contradicunt, nam Hippocr. malum eſſe dixit, Gal. tamen nunquam iudicatoriè efferri. Quamuis cum Hippocr. & Galen. ſententia ſtare poſſit, quod experimento Plinius & Auerrous inuenerunt, fieri etenim poteſt quod nos ipſi in non paucis ægrotis inſpeximus, regium morbum ante ſeptimum in febribus eueniſſe ſymptomatis ratione, neque apparente coctione in vrina, ægros tamen liberatos ope noſtra, natura valente, quibus obſtructio erat in cauſa. In his igitur verum eſt quod voluit Galen. non fuiſſe transfuſam bilem iudicationis ratione, ſed experientia docuit eoſdem liberatos. Vera quoque eſt in eiſdem Hippocr. ſententia, malum fuiſſe iudicium, quamuis mortui non fuerint. Hæc mihi videntur antiquorum diſcordiam facilè componere, experimentum enim non obuiat ſententiæ Hippocr. & Galen. Quoniam etſi malum ſignum ſit, liberari poſſunt, & ſine coctione proceſſu temporis euadunt, quorum primum voluit Hippocrat. dicens: malum, & ſecundum Galen. cum dixit, bilem ante ſeptimum non efferri iudicatoriè. Neque opus eſt, vt quidam, affirmare Hippoc. per diem ſeptimum intellexiſſe diem decretorium ac perinde eſſe. Quibus in febribus morbus regius ante ſeptimum diem, malum, ac dixiſſe: Quibus in febribus morbus regius ante diem iudicantem morbum, malum, & Hippocr. in exemplo ſingulari inſtituiſſe vniuerſalem doctrinam. Quod ab autorum mentibus eſt alieniſſimum. Hippocr. enim cum ante ſeptimum regium morbum damnaſſet, ſeptimo & nono & reliquis bonum eſſe dixit, niſi dextrum hypochondrium obduruerit. Si tamen ſeptimus ibi idem decretorius ſignificaſſet, nulla opus eſt dierum diſtinctione, nam & morbus regius veniens ante nonũ, id eſt ante iudicatorium, eſt malum, & pari ratione ante vndecimum. Habet itaque

aliquid

aliquid quod ſignificet dies ſeptimus: aut quod dixit ante ſeptimum, & aliquid fieri contingit poſt ſeptimum, quod non fit ante ſeptimum. Galen. item in comment. ante ſeptimum efferri non poſſe putat bilem iudicatoriè, quod ſi per diem ſeptimum voluit idem quod iudicem dicere, dixiſſet Galen. ita: Ante diem iudicem non effertur bilis iudicatoriè, loquutio ſanè Galen. indigna, præterea Plinius & Auerrous experimento confutare conantur Hipp. ſententiam, quod ſi diem ſeptimum, iudicem voluit dicere, neque ipſam ſcripturam intellexiſſent, quæ aliàs planiſſima eſt, qualem Galen. interpretatur, neque aliud patitur ſequens 64. Aphor. in quo dies nominatim percurrit, diſtinguens ipſos à præcedentibus, qui ante ſeptimum. Sed ſunt quædam quæ Deus abſcondit à ſapientibus, quæ tamen illi patefecit. Cum autem dicit in particulari exemplo inſtituiſſe generalem doctrinam, verum ſanè eſt, ex particularibus nos colligere vniuerſalia, ſed ſunt particularia exempla vera, vti cùm Hippocr. dicit: Quæ iudicantur in 7. quarta die nebulam rubeam habet vrina. Inde enim colligimus dies contemplatorios ſignificare coctionem in decretoriis futuram, ſed tamen quod de quarta & ſeptima exempli ratione dictum eſt, veritatem habet, ille verò exempli tradiri in Aphoriſm. negat veritatem. Verùm quid reſpondebimus? nam Hippocr. libro quarto de rat. vict. acut. ſection. 82. inquit, In bilioſa febre morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem ſuperueniens morbum ſoluit: ſi verò abſque rigore extra tempora ſuperuenit, peſtiferum, hæc Hippocrat. & Galen. (inquit ille) in Comment. neutrum dicit eſſe perpetuum, vt ſcilicet bonus ſit, aut malus, ante ſeptimum, aut poſt ſeptimum, ſed quodcunque poſſe contingere. Dicemus profectò hæc fuiſſe Galeno impoſita, & libros horum non eſſe incautè legendos. Galen. namque nunquam voluit euenire poſſe morbum regium bene ante ſeptimum, aut nibil referre ante ſeptimum, aut poſt ſeptimum euenire, cuius contrarium in huius Aphoriſm. Comment. diacrat: neque probat quod illo loco dixit libri autor, ſiue Hippocr. ſiue alter fuerit quod magis credimus. Sunt enim verba Galen. quæ ſequuntur: Neque proculdubio ante ſeptimum diem cum rigore ſuperueniens morbus regius febrem ſoluit, neque poſt ſeptimum, ſed ſanè ita diſtinguere oportet: febrientibus morbus regius ſuperuenit interdum quidem tanquam affectionis iecoris ſymptomata: interdum quidem & natura bilem per cutem excernere contendente: ſed nequeunte, veluti in abſceſſibus omnibus fieri conſueuit. Verùm in Aphoriſm. de huiuſmodi morbis regiis dictum eſt. In hoc loco nihil eſt quod Galen. affirmet de bono euentu morbi regij ante ſeptimum, ſed diſtinctionem ea naturæ operibus eſſe ſumendam. Qui verò talia dicit non proinde affirmat, ante ſeptimum vt naturæ opus euenire poſſe, præter id quòd rem totam ad ea quæ in Aphoriſm. dicta ſunt remittit, quæ à nobis iam ſunt explicata, quo etiam loco nempe huius Aphor. Comm. id fieri poſſe negauit. Decet autem & vera docere & nihil autoribus imponere: quod video quoſdam ſæpe facere, vt quæ ſibi placent aliorum placitis confirment, quamuis aliis non placeant.

APHORISM. LXIII.

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.

COMMENTARIVS.

Rigor quid apud Gal.

RIgor in propria ſignificatione apud Galen. habetur totius corporis inæqualis concuſſio ac conquaſſatio: hic tamen tertianis incipientibus aduenit, & quartanis non omnibus. Quotidianis tamen de quibus Hippocr. modo non aduenit rigor, ſed horror, & ferè omnibus extremorum refrigeratio. Sed rigor hoc loco quoduis trium ſignificat. Vult autem in præſenti Aphoriſm. Quibus quotidie in febribus aduenit rigor, frigus, aut horror, quotidie febres ſolui. In tertianis & quartanis item, quibus tertio & quarto febres ſoluuntur. Quotidianæ etiam febres ſingulis diebus cum horrore inuadentes, ſoluuntur ſingulis diebus, quamuis hodie incipiant, & cras ſoluantur, nihil enim agit ad Aphoriſm. veritatem, ſicuti neque illud, ſi febris aliqua quotidiana cum cõtinua miſceatur: nam non videtur febris ſolui, ſed adhuc manere, quamuis cum rigore in dicta ſignificatione inceperit. Verùm Hippocr. non dixit ægrum ſine febre manere, ſed febrem atque id verum eſt, nam præcedentem finiri neceſſe eſt, ſi altera cum rigore incipere debet, quæ hanc ordine acceſſionum ſequitur.

APHORISM. LXIV.

Quibus in febribus ſeptimo die, aut nono, aut vndecimo, aut decimoquarto morbi regij ſuperuenerint, bonum, niſi dextrum hypochondrium obduruerit: ſi verò non malum, & non bonum.

COMMENTARIVS.

IMmeritò ſcriptores librorum Hippoc. præcedentem Aphor. huic præpoſuerunt, qui ordine ſequitur ad 62. Cùm enim ibidem dixiſſet, morbũ regium febribus ſuperuenientem ante diem ſeptimum, malum eſſe, modò quibus diebus eueniens bonus ſit, docet, videlicet, ſeptimo, 9. 11. & 14. Ratio prompta eſt: nam hi dies iudicatorij ſunt, & ab initio febris, tanto tempore diſſiti, vt interim bilioſus humor coqui poſſit. Cum igitur ob breuitatem temporis coqui ante ſeptimum non poſſit, ſeptimo verò & reliquis poſſit, ante ſeptimum dixit, malum, ſeptimo & reliquis bonum. Nec tamen id citra diſtinctionem accipi voluit, ſed niſi dextrum hypochondrium obduretur, ſignificat enim ibidem adeſſe inflammationem. Durus etenim tumor aut cum dolore fit, & eſt phlegmone: aut ſine dolore, atque eſt ſcirrhus. Cùm autem intra prædictos dies non adſit ſcirrhus, erit durities in iecore, phlegmone. Iecur verò inflammatione tentari quàm ſit malum, notum eſt. Gal. in Comment. modum tradit quo icterus fit, ob inflammationem, aut obſtructionem, aut ſcirrhum dicens: καθαιρομένου γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ αἵματος, καὶ τῆς χολῆς μεταλαμβανομένης ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τοὺς χοληδόχους πόρους· ἐάν τ' ἔμφραξις τις γένηται κατὰ τὰ τῶν μεταλαμβανόντων χωρίων· ἐάν τε φλεγμονή τις ἢ σκίῤῥος, ἀνάγκη πάντως, μήτε καθαίρεσθαι τὸ αἷμα, καὶ συναποφέρεσθαι τὴν χολὴν αὐτῷ πάντη τοῦ σώματος. quod eſt, Cum enim ſanguis in ipſo expurgetur, & bilis ex venis in poros bilem ſuſcipientes transferatur (intellige ſecundum naturam) ſiue obſtructio fiat aliqua earum regionum, quæ ipſam recipiunt, ſiue phlegmone, ſiue ſcirrhus, omnino neceſſum eſt ſanguinem non purgari, & bilem in totum corpus cum ipſo deferri. Placuit literã hanc transferre, vt integram oſtenderem, quam Fuchſius dicit eſſe deprauatam, eſt enim vera & perſpicua. Cogitur autem addere duas negationes dicens: μὴ καθαιρομένου, & μὴ μεταλαμβανομένης. Cogitur quoque in toto contextu Comm. committere nugationem, dicens, non purgato enim ſanguine; & ad finem addens, neceſſum omnino eſt ſanguinem non purgari. Rectè igitur habet, neque quidquam addendum eſt literæ Gal. Quemadmodum etiam in diebus decretoriis quædam bonæ iudicationes fiunt, & quædam ob prauas cauſas, malæ: ita & in his, quamuis dies

Fuchſius notatur.

decreto

decretorij ſint,ob prauas occaſiones,vti phlegmone iecoris, fieri poteſt vt malæ ſint. Et quamuis hanc cauſam morbi regij, vt prauam ſcripſerit Hippocr. & cuius gratia ſit,vt regius morbus,qui aliàs bonum iudicium futurum eſſet,non ſit bonum, non tollit quin ob alias cauſas fieri poſſit malum,vti cùm obſtructio fuerit in cauſa, aut nimia bilis acrimonia, quæ expultricem facultatem irritet ad excretionem ante tempus. Cùm itaque dixit morbum regium ſeptimo die,& reliquis,bonum,& vbi dextrum hypochondrium durum fuerit, malum, addere licet, & vbi obſtructionis cauſa aut irritationis euenerit ante coctionem ; malum. Si verò non euenerit in his diebus, qui morbos acutos & bilioſos indicant, inquit, malum, & non bonum.

APHORISM. LXV.

In febribus circa ventriculum vehemens ardor, & cordis morſus, malum.

COMMENTARIVS.

Ventriculi æſtus vehemens & morſus, malum. DE febribus continuato ſermone dicit, ſi adfuerit ventriculi vehemens æſtus, aut ardor & morſus cordis,malum eſſe. Ventriculũ diximus, quoniam id ſignificat κοιλία,hoc loco,quod indicat ſequens litera,quæ dixit,& cordis morſus. Appellat autem Hippoc. cor,ſicuti & alij Græci nonnulli,os ventriculi,vt vult Gal. in Comm. Aphor.præſentis, & decimiſeptimi huius ſectionis. In febribus autem id non immeritò dixit,nam vehemens ardor ventriculi, & ipſius oris morſus calidiſſimam bilem nondum coctam ſignificat, vbi perſeueret,& quandoque eryſipelas ibidem fieri. Aliàs vomitum futurum propè ſignificat,præſertim ſi labri inferioris tremor accedat,& oculorum tenebroſitas, & ſaliua ab ore manans. Sine febribus tamen euenire vehementem æſtum & oris vẽtriculi morſum palam nobis oſtendunt multi ex his qui in choleram morbum incidunt, qui & æſtuant validè, & acerrimum morſum oris ventriculi ſentiunt,abſque febre.

APHORISM. LXVI.

In febribus acutis conuulſiones & circa viſcera dolores validi,malum.

COMMENTARIVS.

Viſcera quæ. IN febribus ardentibus conuulſiones fiunt, quæ à ſiccitate & conſumptione trahunt originẽ quas conſtat immedicabiles eſſe: ſic etiam & mali ſunt validi dolores iuxta viſcera, ſunt autem hæc iecur, lien,& pulmo,& cor,quibus renes annumerat Gal. lib.3.de facul.alimen.Nam hi dolores non niſi à magno calore, & vehementi intemperie oriũtur, fiunt etiam vehementes dolores ob inflammationem,aut eryſipelas in aliquo viſcerum exortum Galen. in Comm.reiicit hanc cauſam,quoniam cum Hippoc. dicit in febribus,de morbis febrilibus loquitur,ſiue de febribus quæ morbi ſunt,non ſymptomata morborum, quales forent ſi fierent ab inflammatione, aut eryſipelate. *Febres quas appellat Hippocrat.* Vſus autem apud Hipp.conſtat hinc & ſeptima ſect.Aphor.43.vbi ſimiliter Gal.in Cõm. teſtatur febrem dici ab Hipp.eam quæ nullam particulam læſam ſequitur.Nos ſanè per validos viſcerum dolores non tantùm intelligimus eos qui ab intemperie fiunt ſine partis læſione, ſed & eos qui fiunt ab eryſipelatibus aut inflammationibus eorundem. Quamuis enim Hippocr.nunquam febres appellaſſet eas quæ ſequuntur partium paſſiones, non perinde non appellabit febres eas, quæ vbi ab humorũ putredine oriantur, deinde ſibi adiungunt inflammationem partis alicuius. Cùm autem Hipp. loquatur in hoc Aphor. de ſuperuenientibus accidentibus,dolores validi cum inflãmatione ſuperueniente oborti,tales erunt,& in eis verus erit Aphor. Conuulſiones prætetea quas malas eſſe dicit, illæ ſunt,quæ poſt febrem adueniunt, arefacto corpore. Dolores ergo validi, ſimiliter de his erunt,qui poſt febrem adueniunt, quamuis cum ipſis adſit partis dolentis inflammatio, aut eryſipelas. Notum etiam euadet interiora exuri,extremis refrigeratis, in febribus quæ ab inflammatione oriuntur in aliquo viſcerũ conſiſtente,& in illis quæ fiunt ſine inflammatione,ſed deinde oriũtur:accidit id etiam in febribus ardentibus cum magna caloris natiui imbecillitate, & licere has omnes febres lipyrias appellare, *Lypiria febres.* vſum autem huius vocis lipyria apud antiquos in noſtris Comment. in lib.2. de differ. febr. expoſuimus, nam nulla in re ſibi ipſi obuiat Galen.

APHORISM. LXVII.

In febribus à ſomno timores vel conuulſiones, mala.

COMMENTARIVS.

Conuulſiones & timores in febribus. DOrmientibus in acutis febribus de quibus loquitur,hæc duo ſymptomata eueniunt,malum indicantia,timores,& conuulſiones. Timor humores ſupra modum aſſari & degenerare in melancholiam indicat. Hi enim,præſertim vbi in ore ventriculi contineantur,adueniente ſomno,in caput effumant, & timores efficiunt. Id verò quàm malum ſit,conſtat: nam bilis quæ aſſatur, per ſomnum coqui,ac mitigari ſecundum naturam deberet. Maximè ſi ſomnus opportunè recipiatur,de eo enim intelligendus eſt Hippocr. Conuulſiones quoque per id tempus fiunt ab humorum & vaporum acrimonia, qui caput impetunt,& neruos,qui potius moderari deberent per ſomnum. Vbi legitur φόβοι, id eſt, timores, quidam legebant πόνοι,id eſt, noxæ, ac nihil refert. Nam timores & conuulſiones in ſomno fieri, qui aliàs iuuare deberet, malum eſt, ſicuti & noxa quam ſupra damnauerat, Aphor.1. ſect.2.

APHORISM. LXVIII.

In febribus ſpiritus offendens, malum, conuulſionem enim ſignificat.

COMMENTARIVS.

Spiritus offendens. SPiritus reſpirationem ſignificat hoc in loco, & ſæpe alibi, vti in expoſitione Prognoſt.20. lib.1. patefecimus latè. Cùm autẽ ſpiratio,aut reſpiratio, contineat inſpirationem & expirationem,vtriuſque illiſio,aut offenſio,aut interceptio,malum eſt,ſignificat enim conuulſionem,cuius gratia muſculi thoracis non cedunt, ſed animalis facultatis opus interrumpunt, cogente autem vſu, quod in febribus fit, rurſus intercidentem motum conatur perficere natura, poſſet item interrumpi reſpiratio à frigore, concretis muſculis,ſed non in febribus. Erunt igitur huiuſcemodi interceptiones ſiccitatis effectus, & febris vehemẽtiæ,aut forte imbecillitatis facultatis nequeuntis motum vnico conatu finire, & vſum implere,aut diſpoſitio eſt conuulſioni ſimilis. Inſpirationis interruptæ meminit lib.6. de morb. popul. & infra Aphor.54.ſect.6. Expirationis autem interruptæ libro ſecundo de rat. vict. acuto. ſection.44. cùm dixit ſpiritus offendens in ea quæ fit furſum aëris latione.

APHORISM. LXIX.

Quibus vrina craſſa, grumoſa, pauca, non ſine febre, ex his copia tenuis ſuperueniens, iuuat. Præſertim tales eueniunt, quibus ab initio, aut breui, ſedimentum habent.

COMMENTARIVS.

CVm de febrib. multos ſcripſiſſet Aph.de vrinis aliqua dicturus, ab eis orditur, quæ aliquam peculiarem præbent indicationem in febribus. Sunt hæ vrinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, ſed non ſine febre, cùm mutãtur in tenues,ac multas: iuuat enim,

inquit,

Craſſæ vrinæ quæ.

inquit, talis mutatio. Vrinæ craſſæ illæ ſunt quæ mediocres craſſitudine excedunt; quas contingit turbatas eſſe, ſed grumoſæ craſſæ paruam habent turbationem, quam ferè in totum deponunt, cùm grumoſæ fiunt, ſiquidem grumi ſunt contenti craſſi partes, quæ in grumos congeruntur inæqualiter. Verum quando id contingit, manifeſta fit contenti ſeparatio ab vrinæ fuſione, manétque vrina clara, aut parum turbata, quamuis ſtatim micta turbata eſſet, manet item vrinæ fuſio craſſa, aut plus, aut minus, pro ſecretionis ratione. Eſt autem vrina hæc pauca, quoniam craſſa, & quæ craſſum ac copioſum contentum commixtú defert, neceſſariò retinebitur, & pauca deſcendet: craſſitudo ad ſubſtantiam attinet, grumi ad contentum, paucitas ad quantitatem. Hanc vrinam ſæpius vidimus in febribus pituitoſis ab initio, quæ tamen temporis proceſſu naturæ actione attenuatur cocta craſſa pituita. Humor enim pituitoſus cū coquitur, & attenuatur mixtione aquei excrementi & actione caloris, & flatos cōmixtione, quo tempore quod ſubſidebat, in enæorema trāſit, quamuis ad finem morbi rurſus ſubſideat, ídque coctionem oſtendit. Sed intereſt, quoniam ab initio craſſitudine, frigiditate, & cruditate ſubſidebat, eráique nō æqualis, & fœtem referebat, & vrinæ ſuſio erat decolorata: ad finem verò vrina meliorem colorem aſſequitur, & contentum, æqualitatem, & conuenientem ſedimento locum, & figuram pinealem. Iuuat autem, inquit, hæc mutatio, quoniam tenues, & multæ vrinæ ſuperuenientes craſſis paucis, coctionem oſtēdunt tenuitate, quoniam hîc tenuitas mediocritatem dicit. nam tenues dicuntur, quæ mediocres ſunt, vbi craſſis conferantur, ſignificat etiam indicationem multitudine, nam quæ ante retinebantur ob craſſitudinem, attenuatæ fluunt copiosè, & retentum vacuant, ac iuuant. Accidit autem hoc, inquit, præſertim eis quæ ab initio, id eſt prima ipſa die, aut breui, hoc eſt, in primis morbi diebus, cùm nondum coctus eſſe ſolet pituitoſus morbus, ſedimentum habent, quod non eſſe verum ſedimentum diximus, ſed craſſam pituitam reſidentem. Nos lib. de vrinis cap. De contentis vrinarum hæc eadem dilucidauimus.

Vrina craſſa, grumoſa, à pituita.

APHORISM. LXX.

Quibus autem in febribus vrina conturbata ſiunt veti iumentorum, his capitis dolores aut adſunt, aut aderunt.

COMMENTARIVS.

Niſi multa à nobis dicta eſſent de conturbatarū vrinarum differentiis & cauſis, libr. de vrinis, cogeremur ſane ea ipſa modo percurrere. Cæterum quoniam legenti quæ ibidem ſcripſimus omnia nota euadent, illa eadem hîc repetere non erit opus, ſed breui quæ Hippo. in hoc loco docet, patefacere. Sunt autem, vti diximus, in illo loco tres vrinarum conturbatarum differentiæ nam quædam minguntur claræ, & extra turbantur, quæ oſtendunt naturam nondum aggreſſam coctionem, ſed aggreſſuram. Verùm ſi paulò poſtquā mictæ ſunt turbentur, naturá coctionem incipere putandum eſt. Quæ verò turbidæ mictæ etiam clarificantur, oſtendunt naturam iam perficere coctionem: quòd ſi turbidæ mictæ tales permaneant, conturbationem, agitationem humorum, & naturæ laborem ſignificant, atque principium morbi, & humorum cruditatem. Id enim muſto efferueſcente fieri videmus, vt agitatū à calore nō ſubſideat, ſed flatu eleuato, leuetur quoque vini fæx, & iam diſcuſſo flatu, vinum coctum maneat, atque ſubſideat: ſic etiam humoribus agitatis turbida fit vrina, coctis autem & flatu diſcuſſo, ſubſident, & vrina clara mingitur, aut breui admodum ſubſidet, & clarificatur. Quoniā verò dum coquuntur humores, vapor flatui mixtus caput petit; capitis dolorem efficit, idq; in febribus, præſertim in quibus humores magis à calore agitantur. Sed ſi capitis dolor nondum adeſt, paulò pòſt adueniet, perſeuerante turbatione, & agitatione humorum. Id eſt quod dixit, aut adeſt, aut aderit. Vult autem id euenire, vbi vrinæ fuerint conturbatæ, veluti iumentorum: exemplo vtens earum quæ ſummè turbatæ ſunt, & quæ turbationem non deponunt. Quæ enim parum turbatæ ſunt, aut quæ turbationem deponunt, quamuis nonnunquam cum capitis dolore fiant ipſum non neceſſariò adducunt, ita vt adſit, aut futurus ſperetur. Falſum autem eſt quod quidam dixit vrinas conturbatas, quæ tales permanent, cum diu apparent plus quàm pro morbi principio vniuerſali, aut vbi finito principio intempeſtiuè appareant aut aliquot diebus antequam homo febricitet, non eſſe principij notam. Conſtat enim manifeſtè, repugnare vrinam turbatam apparere diutius quàm morbi principium. nam totum id morbi principium eſt, quo notæ coctionis nondum apparent. Vrina autem turbata manente, notæ coctionis non apparent in febribus. Cùm autem finita coctione rurſus repetit vrinæ turbatio, id etiam erit illius humoris qui de nouo mouetur tempus cruditatis, & vbi perſeueret erit alterum principium cruditatis. Atque cùm vrina turbata mingitur aliquandiu, antequam homo febricitet, non ſignificat morbi principium. quis dubitat? ſignificat tamen cruditatem illius humoris, qui in venis agitatur, & ad coctionem mouetur.

Vrinarū conturbatarum differentia.

Vrina turbata cap. doloris ſign.

APHORISM. LXXI.

Quibus in die ſeptima iudicatio fit, his nebulam rubea habet vrina in quarta, & reliqua ſecundum rationem.

COMMENTARIVS.

Qvod de virtute dierum iudicantium Aphu. 24. ſectio. 2. docuerat, dicens quartum eſſe ſeptimi contemplatorium, & vndecimum quartidecimi, & decimum ſeptimum eſſe etiam cōtemplatorium. Id modò in vrinis vnico exemplo confirmat, ea quę iudicantur in ſeptimo, docens habere in die quarta nebulam rubeam in vrina, & reliqua ſecundum rationem. Contemplatoria etenim eſt quarta dies, vt bonam vel malam indicationem in ſeptima futuram oſtendat, non ipſam iudicationem, vti nos alibi docuimus. Eſt quoque argumentum à ſeptima in quartam diem, non à quarta in ſeptimam. Si enim ſeptima indicare debet morbum (de bono intellige iudicio) vrina in quarta notas coctionis habebit: non tamen ſi quarta notas coctionis habet, ſeptima iudicium fiet. ſæpe enim morbi tales coctione finiuntur, cùm non habent coniunctam magnitudinem, & motus celeritatem. Præterea de omni contemplatoria die Hippocr. ſuam vult ſententiam citatu Aphor. quæ tamen vera non eſſet, non enim ſi vndecima coctionis habet notas, quartadecima iudicabit. Galen. in comm. huius Aphor. dicit, dubium videri, an quod de quarta die dixit, verum ſit in aliis contemplatoriis, & collegit in quarta die id fieri poſſe, vt ſeptimam oſtendat, in vndecima non, niſi celeriter admodum morbus moueatur. Ratio eſt, quoniam ad finiendam coctionem ſatisfacere videtur tempus æquale ei quo potuit coctionis manifeſta ſigna præbere, cùm autē morbus ante vndecimam non habuit coctionis notas, ſed in ipſa ptimum quod reliquum eſt vſque in quartam decimam ad perfectionem coctionis non videtur ſatis, niſi valde celerem motū aſſumeret morbus. Aliter quamuis notæ coctionis appareant in vndecima, nō

Nebula in die 4 quid indicat.

fiet bona criſis in quartadecima. Idem de decimaſeptima, & vigeſima dicemus. Verùm ſi quis attentè inſpexerit quæ à nobis dicta ſunt, inueniet facilè Hippocr. ſententiam in omnibus diebus contemplatoriis veram eſſe. Diximus argumentum à die iudicatoria in contemplatoriam eſſe transferendũ, non contra, atque ſequi, ſi iudicatio bona futura eſt in ſeptima, ſigna coctionis manifeſta apparebunt in quarta: non tamen omnino ſequitur, vt coctionis notis in quarta apparentibus, ſeptima iudicium eueniat. Quam rationẽ ita in omnibus firmam inuenies, ſi iudicatio in quartadecima futura eſt ad bonum, in vndecima notæ manifeſtæ coctionis apparebunt, non tamen ſi apparent prædictæ notæ in vndecima, in die quartadecima futurum eſt iudicium. Maximè quoniam notæ quæ in die contemplatoria apparent, ſalutis aut mortis ſigna ſunt, non criſis. Quòd ſi non iudicationem, ſed morbi finem prænoſcere velis, pari modo incedes vt diximus. Quarta etenim dies ita ſeptimam oſtendit, vt ſi ſeptima bene morbum finire debeat, quarta id præindicet, ſicuti & ſi malum finem ſit ea die morbus habiturus, quarta malum in diebus iudicatoriis, ita & deiectio & ſputum. In quem modum dictum eſt ab Hippo. Si ſputum ſtatim appareat, morbum reddit breuiorem. Falſum autem eſt quod quidam dixit, per reliqua intellexiſſe motus celeritatem, ita vt ad veritatem ſententiæ & vt iudicationem in ſeptima ſpectemus, vbi quarta nebulam rubeam habuerit vrina, opus ſit vt per motus celeritas ad finem vſque ſeruetur. Gal. etenim reliqua ad coctionis notas refert dicens, Nã quum quarta dies ſit index, quẽadmodum ipſe docuit. & qualis ſit futura ſeptima, nunciet, omne quod effatu dignum coctionis ſignum apparuerit, futuram ſeptima die iudicationem oſtendit. Præterea vbi vndecimæ appareãt coctionis notæ, quartadecima nullatenus iudicabitur morbus ſi motus celeritas pro ratione eueniat, non enim debet ſecundum rationem, aut morbi ipſius, aut celeritatis præcedentis fieri motus celeritas, ſed multo maior, ſi coctio quæ ſe primùm oſtendit vndecim diebus, quatuor aliis finiri debeat.

Nota.

APHORISM. LXXII.

Quibus vrina perſpicua alba, mala, maxime verò in phreniticis apparent.

COMMENTARIVS.

PRima huius Aphor. pars nota eſt, qui librum de vrinis legerunt, in quo docui vrinæ albæ & perſpicuæ malitiam. Nam hæc ſignificat ſummam cruditatẽ, tum ea ſubſtantia, tum ex colore. Talem appellat Gale. aquoſam, quoniã aquæ ſimilis eſt. Subſtantia namque tenuis atque perinde perſpicua, aqua ipſa eſt, colore tamen priuata, & nos vrinas ei ſimiles appellamus albas. Malam autem dixit hanc vrinam, quoniam ſummam oſtendit cruditatem, & nullam præbet coctionis ſpem. Mala quoque eſt, quoniam pernicioſa, & quæ mortem ante coctionem promittat, niſi valde conſtet facultas ob longitudinem ferendam, & neminem cum tali vrina ſaluatum vidit Gal. Quod verò in ſecunda parte dixit: Minimè in phreniticis apparent, ſic in omnibus codicibus Aldinis, & in libris Gal. Baſilienſibus legitur, quamuis Galenus non tantũ hanc ſed & aliam referat lectionem, ſine verbo, ἐπιφαίνηται, id eſt apparent. Hanc lectionem dixit eſſe manifeſtam, maximè in phreniticis, quoniam vrina alba peſpicua eſt vtcumque mala, & maximè in phreniticis, ſignificat enim bilem vniuerſam in caput rapi. Quòd ſi cum verbo appareant, legatur, de phreniticis, qui pernicioſè habent eſt intelligẽda ſcriptura. Vrinæ perſpicuæ albæ malæ, maximè autem apparent in phreniticis, cum pernicioſè habent. tunc enim bilis tota confluit in caput, & ea ratione vrina manet decolorata, & bile priuata, & æger in magno periculo. inuenio quoſdam legentes: Maximè verò in delirantibus ἢν ἐπιφαίνηται id eſt, ſi appareant, volentes non quidem maximè apparere in phreniticis, ſed malas eſſe ſi in ipſis apparuerint, & quamuis verum ſit quod ſignificat, id in melioribus codicibus non habetur, neque Galen. eam habuit lectionem, ſed alias duas quas retulit, & nos ſecundam earum ſumus ſequuti.

Vrina alba perſpicua.

APHORISM. LXXIII.

Quibus hypochondria ſublata murmurantia lumborum dolore ſuperueniente ventres eiſdem humectantur niſi flatus erumpant, vel vrinæ multitudo ſubeat, hæc autem in febribus.

COMMENTARIVS.

HYpochondrum partem eam ventris ſignificat quæ ſubiecta eſt coſtis à latere in latus, quãuis & intimas partes ventris, vti iecur, lienem & ventriculum aliquando ſignificet, apud Hippo. qui appellat μετέωρα, hypochondria, quæ afflatu ſunt tumida, aut eleuata, addit enim, murmurantia, ac conſtat hypochondria ſublimia ob inflammationem non eſſe murmurantia, neque illa quæ flatũ continent interclusum, ob antiquum, aut grauem aliquem affectum iam factum, vt qui tympaniam patiuntur. Sublata itaque dixit, & διαβορβορίζοντα, eſt autem βορβορυγμὸς, ſonitus qui coniunctam habet humiditatẽ, teſte Gal. lib. 3. de cauſis ſymp. cùm inquit: Quòd ſi humiditas aliqua in inteſtinis cõtineatur, ab hac quoque prodidit quædam bombi ſpecies, quam βορβορυγμὸν, id eſt, murmurium appellant, futuram nuntians humidi excrementi deiectionem. Huic ventris diſpoſitioni ſæpe videmus ſuperuenire lumborum dolorem flatu commoto & deuoluto per inteſtina ad poſteriora, ac dolent lumbi compreſſione nonnunquam humore, per iecur in venas quæ lumbos perrepant tranſlato. Hoc quidem ſuperueniente, inquit, ventres eiſdem humectantur, niſi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo ſubeat. Ratio nota eſt, nam ſi humor qui cum flatu miſcetur, cuius gratia flatus murmurium efficit, excernatur, vẽter humidus fiet: ſi verò transferatur in iecur & renes lumbi quoque grauitatem ſentient: tunc verò flatus erumpet, ſolo flatu in ventre relicto, atque diſcuſſo, & vrinæ copia deſcendet, ea via humore vacuato. Id tamen in febribus intelligi vult, hoc eſt in his quæ fiũt ſine loci paſſione, in quibus febris morbus eſt non accidens, quod partis cuiuſpiam affectum ſequatur. In eis namque non eueniunt prædicta accidentia, quoniam venter inflammationis iecoris, aut lienis ratione ſublatus, aut tumens, non tranſmittit humorem in renes & flatum per inteſtina, neque ſonitum cum murmure reddit flatus, etiam ſi in ventre contineatur per dictos effectus.

Quid propriè borborygmus.

APHORISM. LXXIV.

Quibus abſceſſus ad articulos ſperatur, liberat ab abſceſſu, vrina multa, craſſa & alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die, quibuſdam fieri incipit. Si verò & ex naribus ſanguis effluxerit, valde celeriter ſoluetur.

COMMENTARIVS.

MVlti ſunt euacuationum modi qui poſſunt ægrotantes ab abſceſſibus, ſi qui ſperantur, liberare: vti fluxus ventris, vrina multa craſſa, & fluxus ſanguinis. Quorundam meminit Prog. 65. lib 2. dicens: Conſiderare autem oportet talia hunc in modum, ſi febris detinet, & dolor non ceſſauerit, & ſputum

Euacuationes ab abſceſ. liberantes.

tum non excernatur ſecundum rationem,neque biliníæ fuerint alui deiectinnes, neque diſſolutæ atq; ſynceræ,neque vrina valde multa & craſſa,ac plurimum continens ſedimentum, pararur autem ſalubris ab omnibus aliis ſalutiferis ſignis in bis nportet buiuſmodi abſceſſus ſperare. Docuit boc lnco abſceſſus ſpetare in febribus ſalubribus cùm prnrogantur, niſi fluxu ventris,aut vrina multa craſſa veniente liberentur ab ipſis. Id in præſenti docet de vrina multa, craſſa, alba, & de ſanguinis fluxu, ex naribus videlicet. Quibus abſceſſus ſperantur futnri ad articulos liberare ab ipſis vrinam multam, craſſam, & albam, & rectè quidem. Nam abſceſſus ſperantur in morbis qui pendent à craſſis humoribus & pituitnſis, quòd ſi hi purgentur per vrinam, hæc dnn fiant, vt vrina ſit multa, craſſa, & alba, & vt abſceſſus nnn eueniant præuacuatn humnre per vrinam. Brenior autem ſnlutin adbnc erit, inquit, ſi fluxerit ſanguis è naribus, aut qnnniam duæ vacuationes citius quàm vna liberant à futuris abſceſſibus,& ab ipſa febre:aut quooiam fluxus ſanguinis narium celerius ſnluit mnrbum,quàm vrina multa craſſa alba. Addit etiam:Qualis in laborinſis febribus quartn die quibuſdam fieri incipit. Exemplum eſt ab ipſn traditum lib.6.da mnrb.pnp. par.4. cùm inquit:Vrina craſſa alba, vt ſerun Archigenis, in laborinſis quarto die interdum fit, & ab abſceſſu vindicat, quòd ſi præter boc & ſanguis abundè ex naribus eruperit, valde citò liberat. Refert etiam in præſenti aphn. in qnibuſdam dictas vrinas quartn die incipere in febribus nnis à laſſitndine. Gale. in cnmm.eius loci de laſſitudinibus ſponte venientibus dicit intelligendam ſententiam, quæ à multis & craſſis humoribus originem trahunt. Quas quartn die vidit incipere per vrinam purgatinnem facere: & qunniam id videbatur eſſe admodum citn,addit in comm.hnins Aphn. His enim laborinſis hoc ineſt,quòd citò abſceſſus faciant,nnn expectantibus, vt aliæ, tempus prolixum. Quæ verò febres pnſſunt adcò breui abſceſſus facere,poterunt & per vrinam finiti, eodem quartn incipientu vacuatinne. Nns banc enacuatinnis ſpeciem in pneris cum laſſitudine febricitantibus aliquandn nbſeruanimus à quatin die morbi,vt diximus,quatin die Græcè babetnt, τεταρταίοισι, & Gal.in comm.exponit id de quartn die,& aliis contemplatoriis, nnn de quartanis febribus,vt quidam vnluerunt.

APHORISM. LXXV.

Si ſanguinem aut pus mingat, renum aut veſica vlcerationem ſignificat.

COMMENTARIVS.

CVm intellexiſſent Gal. & nonnulli ex his qui ipſum ætate præceſſerunt, hanc Hipp. ſententiam nnn enotioera in vnioerſum veritatem, duas vias inuenerunt ad eam ſaluandam, qoas Gal. in Cnmm.refert. Non eſt ſanè in vniuerſum verum, ſi ſanguis aut pus mingatur,in renibus aut veſica exiſtere vlceratinnem, ſiquidem aliunde quàm à renibus aut veſica, aut meatibus ipſis vrinariis videmus qnntidie pus mictum, aut ſanguinem, veluti in abſceſſibus rnptis in iecore, aut etiam in pulmnne, vt fit Gal. teſte lib.6.de locis patientibus. Sanguis item mingitur laxatis meatibus ad renes ſanguinem ducentibus, ac mingitur vrina pertubra, & menſibus retentis idem fit. Quamobrem qnidam dixerũt cum copulatinne legendum,ſi ſanguinem & pus mingat, renũ aut veſicæ exulcerationem ſignificat. In abſceſſibus tamen ruptis ſolum pus mauat,& in venarum laxitate, & menſium retentinne ſnlus ſangnis. Aliam lectionẽ quam tranſtulimus cum diſiunctinne

Mictus ſang. aut puris non docent locum vlceris.

ſcribit,cum enim dixit, Si ſanguinem aut pus mingat, vſus eſt verbo, οὐρῇ, nnn dixit οὐρήσῃ, id eſt minxerit, qund ſignificat aliquibus, ſed paucis diebus minxerit, quod fieri videmus in abſceſſibus & iudicatinnibus, quæ fiunt ſanguine aut pure mictis. Mingat autem dixit,vt mnltn tempnre mingi ſignificet. Multn autem tempnre mingi pus, aut ſanguinem nnn contingit, niſi veſica, aut renibus, aut meatibus vrinariis vlceratis. Ex dusbus tamen lectinnibus, eam quæ eſt cum copulatinne magis laudn, qunniam minimè fallit. Iuuant autem maximè ad loci patientis dignntinnem, locorum dolor, & puris, aut ſanguinis cum vrina commixtin, quòd furfures mingantur, veſicam:quòd verò carunculæ, renes vlcerati indicant,& quòd pus aut ſanguis ſine vrina ſponte defluunt, nſtendunt in nſculn veſicæ, aut in pene vlcus conſiſtere. Gal. lib.9. de lnc. par. cap.4.inquit: Sæpè verò ſnlum pus ſine vrina mingitur, & hoc quidem apertè indicat in veſica conſiſtere exulceratinnem. Quamuis in comm. hnins aphn. dicat, vlcera autem ſi in pene fiant etiam ſine vrinis, & pus & ſanguis erit. huic ſententiæ ſnbſcribit Pani. lib.3.

APHORISM. LXXVI.

Quibus in vrina craſſa exiſtente caruncula parua aut veluti capilli concedant, iis à renibus excernuntur.

COMMENTARIVS.

DVn ſigna ſcribit quæ cũ vrina exenntia quoduis eorum ſignificat à renibus fieri excretionem. Alterum eſt carunculæ paruæ, illæ inim nſtendunt à renibus partes exeſas excerni: vti tales cum vrina craſſa,id eſt,cocta, συνεξέρχονται, id eſt,cnncedant,aut ſimul cum ipſa procedant. Quòd ſi quædã, velnti capilli ſimul cum vrina exeant,ſimili modo à renibus fiet excretio. Per craſſam autem vrinã mediam intelligere cnnuenit, quæ vbi ad tenuem cnnferarnr,meritn craſſa dicetur, vt Gal. qunque exponit. Nam cum vrina tenui poſſent veluti carunculæ paruæ exire ſimul cum vrina, vbi ſanguis craſſius aſſerur,verũ hæc mediocris vrina nnn erit,ſed tennis, & cruda, cum qua à renibus quoque excerni carunculas dictas nihil vetat. Quòd ſi aliquid capillnrum ſpeciem referens ſimnl cum vrina exeat, quod ſecundn lnco dncet Hipp. pariter à renibus fit excretio. Eſtque vrina talis craſſa, quoniam capilli à craſſis humoribus generationem accipiant præcedente victu qui craſſam generet pitnitam. An tamen in renibus ipſis qunrum meatus anguſti & inuerſi ſunt, an in venis babeant dicti capilli conſiſtentiam, diuerſa in diuerſis locis habetur Gale. ſententia. Quo pacto ſingula intelligĩ debeant in lib. de vrinis, cap. de contentis vrinarum abundè monſtrauimus. quo lnco Fuchſij expoſitinnem quam in annotatione circa Gal. comm. ſcribit, refutanimus.

Caruncula micta quid docent.

APHORISM. LXXVII.

Quibus in vrina craſſa exiſtenti furfurea concedunt, iis veſica ſcabie laborat.

COMMENTARIVS.

QVemadmodum in præcedenti, ita & in præſenti Aphor. per craſſam vrinam mediocrẽ intelligere nporter, cum enim furfura cum vrina exire pnſſint à venis, & à veſica,& meatibus vrinariis, nulla via melius pntuit Hipp. diſtentinnem accipere, quàm ex vrinæ coctione & cruditate, & hanc à medincritate ſubſtantiæ. Nam ſi vrina cocta eſt, & ſubſtantia medincris, ſignum eſt vaſorum facultatẽ natiuam conſtare, ac firmam eſſe, neque adeò validum eſſe febrilem calnrem, vt furfurea detrahat ab internis venarum membranis, aut craſſos humnres ibidem aſſet. Quòd ſi talia excernantur cum vrina,

Scabies veſica cognoſcitur.

in veſica erit labor, ſiue ſcabies. Quoties enim interna ſuperficies venarum vt veſicæ, tali affectu laborant, quali cutis ipſa extima dum ſcabie affligitur furfurea quædam à venis & veſica exilient, vti & à cute ſcabie fœdata. Quando igitur cum vrina mediocri furfurea exeunt, veſica ſcabie laborat, neque vetat aliquis quominus cum vrina tenui, furfures à veſica mittantur, vbi ſimul & membra calore præter naturam afficiantur, & veſica ſcabie laboret.

APHORISM. LXXVIII.

Quicunque ſponte ſanguinem mingunt, iis in renibus venulæ rupturam ſignificat.

COMMENTARIVS.

Sanguinis mictus ſponte. EVenire ſæpius vidimus ſanguinis mictum ſpōte, id eſt abſque cauſa manifeſta, ſed à ſola interna cauſa, vt venæ ruptura, aut vaſorum: anaſtomoſis fit etiam quandoque à cauſa cognita, vt ſalto, ictu, aut medicamenti acrioris potu, aut etiam rupto in ſuperioribus abſceſſu, & ſimul cum pure excreto ſanguine. Significat autem vox ἀπὸ ταὐτομάτου, idem quod ſponte, id eſt ſine cauſa manifeſta, & idē quod ἐξαίφνης, id eſt repētè. Quapropter cum mictus ſanguinis poſſit à renibus euenire rupta vena ob cauſam cognitam, & ſine ipſa, cum Hipp. dixit: Quicunque ſponte ſanguinem mingunt iis in renibus venulæ rupturam ſignificat, ſponte non ſignificauit abſque manifeſta cauſa, ſed id quod repentè. Si enim quis repentè ſanguinem mingat, venula rupta eſt in eius renibus, ab aliis etenim partibus non eueniet repentè, ſed ſenſim, & aliis præcedentibus malis, atque non erit à ſuperioribus ſanguinis mictus, ſed cruenta vrina. nam intereſt ſanguinē mingere, aut vrinam ſanguineam. Sed dices: nónne ex anaſtomoſi vaſorum renum ſanguis manans mingetur, atque erit ſanguis mictus ſponte ſiue repentè, & ſine venæ ruptura? Gale. reſpondet, ora venarum aperta, præſertim quæ parua ſunt, non effundere ſanguinem copioſum, ſed paucum, & tenuem, & non efficere vrinam ſanguineam, ſed ſubſanguineam. Satius autem mihi videtur dicere cum Gale. has & ſimiles vrinas non eſſe ſanguinis mictus, ſed vrinas ſubſanguineas, quàm affirmare cum Philotheo, & aliis quibuſdam: ſponte quod Hipp. dixit, ſignificare id quod ſubitò, & quod affatim. Nam iam etſi non mingatur ſanguis affatim, vera erit ſententia Hippoc. Si ſanguis ſubitò mingatur, venulam in renibus eſſe ruptam, vbi ſanguis mingatur, non vrina ſanguinea, cum vrina etenim ſanguinem ſenſim manantem miſceri neceſſe eſt: & vrinam ſanguineam fieri.

APHORISM. LXXIX.

Quibus in vrina arenoſa ſubſident, iis veſica calculo laborat.

COMMENTARIVS.

NOn videtur integer præſens apho. vt Galen. in Comm. ſcribit, aut quoniam ab Hippoc. totius Aphor. media pars fuit neglecta, aut quoniam fuit à librariis prætermiſſa. Vtcunque tamen ad integritatem ſic foret ſcribendus: Quibus in vrina arenoſa ſubſident, iis veſica, aut renes calculo laborant. Arenulæ enim mictæ à veſica & à renibus emitti ſolent. Et Hipp. ipſe lib. 6. de morb. pop. parte prima, cùm inquit: In renem dolor grauis, arenularum à renibus emiſſarum meminit. Quin & integer aph. non eſt omnino verus: quandoquidem ſæpe videmus arenulas mingi, & hominem non laborare calculo renum, neque veſicæ, neque vnquam laboraſſe. Sed videmus multos arenulas mingere, atque cum cohibentur prædicimus calculum futurum. cum enim ſemel excretæ fuēre, maiorem mouent calculi ſuſpitionem, cum retinentur, quàm cum minguntur. Vbi verò mingantur, an à renibus, an à veſica deſcendant, nos in lib. de arte medendi parte tertia docuimus. ad illum enim locum ſpectat hæc diſtinctio.

APHORISM. LXXX.

Si ſanguinem minxerit & grumos, & vrinæ ſtillicidium patiatur, & dolor incidat in imum ventrem, & pubem, & interfœmineum, quæ circa veſicam ſunt laborant.

COMMENTARIVS.

QVibus ſignis agnoſcere poſſimus malum circa veſicam conſiſtere docet, dicens: Si ſanguinem minxerit, & grumos, & vrinæ ſtillicidium patiatur. Hæc in omnibus codicibus ſimili modo habentur. Quæ verò ſequuntur, quidam codices habent ita, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸ κτένιον in aliis verò legitur aliter ac melius, ita, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον καὶ τὸν κτένα καὶ περίναιον, quam lectionem tranſtulimus, ad quam ſequi colligit Hippoc. ea quæ circa veſicam ſunt laborare. *Signa veſicæ læſæ.*
Ac iure quidem quoniam vt Gal. in comm. docet, non tantùm veſicam ipſam laborare ſequitur ad hæc ſymptomata, ſed partes quæ circa ipſam ſunt, nempe renes, & meatus vrinarios. Nam ab iis fieri poteſt vt ſanguis manet, & in veſicam delapſus grumoſus & concretus excernatur, & vrinæ ſtillicidium eueniat, & dolor partes dictas moleſtet. Quamobrem malè quidam à Gal. ſententia diſcedit, dicens Hippo. Per ea quæ circa veſicam ſunt intelligere, veſicam & eius ceruicem: non tamen, vt Gal. intelligit renes etiam & vrinarios meatus Non enim poſſunt hæc omnia quæ in præſenti aph. dicuntur, ſignificare vlcera renum ſed veſicæ ſolius. At Gal. miro modo dixit non veſicam ſolam, ſed quæ circa veſicam ſunt laborare. Nam ſanguis copioſè deſcendens vlceratis renibus poteſt in veſica colligi in grumos, & vrinæ ſtillicidium efficere, & dolorem in imo ventre, & pectine & & interfœmineo: non igitur ſolùm in veſica labor eſt, ſed etiam in renibus & circa veſicam. Conſiderare igitur debet, aliud eſſe veſicam laborare, & ſolam veſicam laborare. Quando enim omnia ſymptomata prædicta apparent, veſica neceſſariò laborat, non tamen neceſſariò illa ſola, quod Gal. dixit. Illud ta- *Dubium.*
men maius ingerit dubium, quod Gal. in com. dicit, errare ſcripturam ſi ſolam veſicam laborare dixeſit, id eſt ipſam ſolam. Melius etenim eſt (inquit) quæ circa veſicam ſunt accipere, non tanquam ſola veſica ſignificetur. Sed & partes quæ illi annectuntur Ego ſanè non video quo pacto cum Hippocr. dixit τὰ ἀεὶ τὴν κύστιν πονέει. id eſt, quæ ad veſicam, aut circa veſicam ſunt, laborant, qua ratione potuit ſolam veſicam ſignificare. Ac perinde exiſtimo in Hipp. Aphor. & in Gal. com. legendū, ἀεὶ κύστιν πονέει, *Græci codices corrigendi.*
id eſt, circa veſicam laborat: id verò poteſt vtrumque ſignificare, circa veſicam laborare, id eſt veſicam ipſam, atque eam ſolam, aut circa veſicam laborare, id eſt laborem pati, aut morbum in partibus quæ ſunt circa veſicam, nempe renibus, & vrinariis meatibus.

APHORISM. LXXXI.

Si ſanguinem, & pus mingat, & ſquammulas, & grauis odor adfuerit, veſica ſignificat exulcerationem.

COMMENTARIVS.

RVrſus in præſenti Apho. veſicæ vlceratæ notas ſcribit. Hæ ſunt, ſi ſāguis & pus mingatur, quibus ad diſtinctionem addit, ſquamulas, & grauem vrinæ odorem. Diximus mictum ſanguinis & puris *Squamulæ à veſica.*
communes notas eſſe vlcerum renū & veſicę. Squāmulæ verò non excernuntur à renibus, ſed à veſica,

aut

tut vaſis ſanguinem conficientibus, quod de furfuribus dictum eſt Aph. 77. Quo loco diſtinctionis gratia adiecit craſſam vrinam, ad ſignificandum malum non eſſe in venis:quod in præſenti loco foret ſatis, verùm eo additamento non eſt opus;quoniam addit grauem odorem, qui puri veſicæ eſt peculiaris: Squammæ à furfuribus latitudine differunt, ac craſſitudine, dicente Gal. lib. 1. de criſi.de furfurio ſedimento loquens: Quantam verò furfures cum craſſitudine habent paruitatem, tantam ſquãmis ſimiles latitudinem ac tenuitatem obtinẽt. odor itaque grauis pus quod à veſica excernitur, quamuis bonum,ab aliis ſeparat. Cùm enim veſica membrum exangue ſit, pus non gubernatur vti in aliis partibus, ſed facilè fœtorem aſſequitur. Ac proinde Hipp. lib.2.Progn. de veſicæ inflammationibus loquens dixit: Soluit verò morbum vrina quæ purulenta mingitur, album ac leue habens ſedimentum, duas conditiones ſcribens boni puris à veſica excreti, cum tamen lib.1. Prog. 38. quatuor ſcripſerit dicens: Pus optimum album eſſe debet, æquale,ac leue,& quamminimè fœtidum. Hoc poſtremum intelleait in veſicæ vlceribus non eſſe ſperandum, quoniam odor grauis veſicam vlceratam ſignificat,etiam ſi pus bonum ſit. Neque putes pus veſicæ fœtere, quia coniuncta eſt veſica recto inteſtino: nam rectum inteſtinum non fœtet, fæx verò non continetur in recto inteſtino, ſed tranſit per ipſum. fit autem ſæpe vt plures vrinæ mingantur antequam fæx aliqua per inteſtinum rectum deſcendat.

Pus veſica quare fœtet.

APHORISM. LXXXII.

Quibus in vrinario meatu tuberculum fit, iis ſuppurato,& rupto, ſolutio.

COMMENTARIVS.

AD partem artis curatiuã pertinet præſens ſententia,non enim docet agnoſcere tantùm tuberculorum in fiſtula vrinaria generatorum ſolutionem ſuppuratione & ruptura, cum id notiſſimum ſit,& non egeat Hippocrat. admonitore, ſed docet id medium ſtatim aggredi, quoties in fiſtula vrinaria tuberculum (φῦμα dixit) naſcatur, quod & vrinam ſupprimit, & dolorem infert, vt citiſſimè ſuppuret prædictum tumorem, & aperiat ipſum. inde enim malum ſoluetur, iſchuria ſanè, ac dolor. Dixit autem ἐν τῇ οὐρήθρῃ vt meatum ad penem ſignificaret, & ipſum à meatibus vrinariis qui ſupra veſicam ſunt, diſtingueret, quos οὐρητῆρας appellat.

APHORISM. LXXXIII.

Mictio plurima noctu facta, paucam deiectionem ſignificat.

COMMENTARIVS.

Vrina noctu multa.

VBi vnica ſubſtantia duobus impartiri debeat,ſi vni plurimum tribuatur,alteri parum ſupereſſe neceſſarium eſt. Humor autem qui in potibus & alimentis continetur, totus in vnam coit ſubſtantiam, cuius partem magis liquidam & magis aquoſam iecur ſugit, ac trahitur à renibus qui vrinam percolant: quod verò non trahitur à iecore, per ventrem delabitur, & quo plus fuerit, eo copioſiorem ac humidiorem reddit deiectionem. Cùm igitur vrina multa mingitur, fæx minor, ac durior redditur, ac contra,ſi pauca mingitur vrina,parum ad eas vias trahitur, ac multum in ventre relictum humidam,& multam efficiet deiectionem.Et quamuis id omni tempore verum ſit, noctu magis patet, quoniam vrina diutius retinetur in ſommo, & deiectio manè cùm vrina ſubit, & vtriuſque quantitas ſe magis oſtendit.

HIPPOCRATIS APHORISMORVM SECTIO QVINTA, Chriſtophoro à Vega interprete & expoſitore.

APHORISM. I.

Conuulſio ex elleboro lethalis.

COMMENTARIVS.

NVLLVM certum ordinem aut ſtatutum ſcopum ſeruat Hippocrat. in hac quinta ſectione, quemadmodum neque in aliis, præterquam quòd ad initium nonnullos ſcribit Aphoriſm. de conuulſionibus: quorum primus eſt de conuulſione ab elleboro facta, quam lethalem eſſe dicit. Conuulſio motus eſt & contractio membrorum ad originem nobis nolentibus,qualis volentibus nobis fieri ſolet.Hæc trifariam fit, vti nos aliàs docuimus, ab inanitione,à repletione,& per conſenſum.primæ duæ ſpecies fiunt neruis primogenia affectione laborantibus, tertia compaſſione fit. Conuulſio à repletione frequens eſt, & inuadere ab initio ſolet neruis & muſculis humore plenis. Secunda inanitia fit eiſdem neruis,ac contractis, ſicuti & multa contrahi videmus à ſiccitate, vt coria & citharæ fides. Tertia fit pũcto aut morſo neruo,aut neruoſa quapiam particula. Iam igitur bibito elleboro albo, de quo ſententia intelligenda eſt, (alium enim non ſine additione nominaſſet, elleborũ nigrum dicens,) vomitus commouetur, & inde conuulſiones quandoque. Nam conuulſio per conſenſum fieri poteſt: quoniam elleborus ipſe mordet neruos ventriculi, inde verò compatiente cerebro per ſextam neruorum coniugationem corpus conuelli contingit. Quod fieri quoque ſolet tracto bilioſo humore,qui pari modo mordeat,& inde conuulſionem concitet. Eſt vtraque conuulſio per conſenſum. Quandoque fit conuulſio elleboro bibito ex inanitione, aut ſiccitatis neruis à calore & ſiccitate ellebori, aut tracta & ſucta humiditate neruorum à medicamento, vt purgante.His duobus modis fit conuulſio à ſiccitate,atque de hac ſpecie loquutus eſt cùm dixit conuulſionem ab elleboro lethalem.Nam quæ compaſſione fit, lethalis non eſt: quæ verò repletione fit, neque ab elleboro fiet, neque ſi fieret, lethalis foret.Quod de elleboro dixit, de omni purganti medicamento eſt intelligendum. Lethale autem quod magna ex parte mortem affert ſignificat,vt Galenus in commen. ſequentis Aphor. & ſæpe alibi, & in Prognoſtico ſæpius expoſuimus.

Conuulſio.

Conuulſio trifariam.

APHORISM. II.

In vulnere conuulſio ſuperueniens, lethalis.

COMMENTARIVS.

NOn omnino lethalis diſpoſitio eſt conuulſio ſequens vulnus, ſed mala admodum & quæ mortem minetur. Fit autem conuulſio ex vulnere inflammato ipſo,& neruoſa quapiam particula, cui cerebrum conſentiat, vnde conuulſio excitatur. Significat igitur malum ad id perueniſſe, vt cerebrum & neruoſum genus conſentiant vulneratæ parti.

APHORISM. III.

Sanguine multo fluente, conuulſio vel ſingultus ſuperueniens, malum.

COMMENTARIVS.

Singultus ſpecies.

QVemadmodum conuulſiones fiunt tribus modis, ita & ſingultus. nam quidam fiunt ex repletione, quidam ex inanitione, tertia ſpecies fit propter morbum à cauſis acredine ſua mouentibus

os ventriculi ad ſingultiendum. In omni tamen ſingultus ſpecie ventriculus commouetur ad excutiendum quod nocet, ſiue quod impler huoιor, aut flatus, aut ſimili mudo à ſicca intemperie quadantenus corrugato ventriculo, aur tentante ipſo cauſam mordentem propellere. Quando igitur ſanguis multus effluxerit inanitis venis atque neruis & neruoſis particulis præ alimenti inopia ſiccatis, talis fit in neruis & in ventriculi ore affectus, quales conuulſiones ab inanitione, quas immedicabiles aliàs diximus. Ea de cauſa ſingultus qui immodicas ſequuntur vacuationes, de quibus eſſe fluxus ſanguinis, malos eſſe dicit, atque ſimiles conuulſiones, malas verò lethales intelligere non erit à ratione alienum, quamuis à Gal. lethales paulò magis malæ cenſeantur diſpoſitiones quàm ſi malas ipſas Hippocrat. dixiſſet.

APHORISM. IV.

In ſuperpurgatione conuulſio, aut ſingultus ſuperueniens, malum.

COMMENTARIVS.

QVando aliqois bibit medicamentum expurgans, ſæpe euenit vt effremitet. & fit vt non tantum euacuet eum quem nos intendimus humorem & ea quantitate: ſed aliom ſimul cum illo, & illum maiori copia. Inde verò conuulſiones ſequi & in ſtomacho ſingultus eſt notiſſimum, tum re ipſa, tũ ex iis quæ diximus in cõm. Aph. 1. huius ſect. Id verò dicit fieri in ὑπερκαθάρσι, id eſt in ſuperpurgatione. lib. verò 3. de Simp. med. fac. cap. 17. quas appellet ὑπερκαθάρσεις explicuit dicens. Præſtiterit autem fortaſſis nonnihil dicere de iis quas ὑπερκαθάρσεις, id eſt, ſuperpurgationes appellant. Euenire igitur hæ ſolent cum purgans medicamentum vſque adeò inualuit, vt in vaſorum ad ventrem pertinentium oſculis mordicationem apertionémque multam relinqnat, aſſiduéque conuellens corpora quæ in vaſis ſunt, vires diſſoluat atque deiiciat. Quando itaqne (inquit Hippoc.) ad ſuperpurgationes conuulſio ſequitur, aut ſingultus, malum eſt. quoniam ad id mors ſequi ſulet, quapropter lo Apho. 1. lethale dixit.

Superpurgatio.

APHORISM. V.

*Si ebrius quiſpiam repente obmutuerit, conuulſus moritur, niſi febris ipſum prehendat, vel ad horam perueniens, in qua crapulæ * ſoluuntur loquatur.*

COMMENTARIVS.

NOn omnes ebrij ſunt in mortis periculo, ſed illi tantum quorũ ebrietas adeò neruos & neruorũ origines occupauit, vt ducat ad ſẽſus & motus priuationem de qua diſpoſitione Hip. modò loquitor, dicens: Si ebrius quiſpiam repentè obmutuerit, hoc eſt ſenſum & motum amiſerit ſine manifeſta aliqua cauſa alia à vino: vt enim Gal. in hoc com. & 59. ſectionis 6. docet, vno ſymptumate, nempe vocis amiſſione omnem motus priuationem atque ſenſus ſignificabit, neruis autem vinu plenis: vnum trium fieri ſolet, vt calor natiuus vino quoque adiutus, vinum ipſum à neruis diſcutiat, & vox redeat ſano homine, ad horam qua ſolent crapulæ ſolui. Quæ non eſt vna in omnibus, ſed pro vini, & caloris copia, & meatuum amplitudine & anguſtia, & aëris ambientis caliditate diuerſa. Aut vinum diſſoluetur ſuperueniente febre, quæ ſolet ſuccos in corpore redundantes coquère, & diſcutere, vti & multas conuulſiones ſanare, & ſtupores. Aut ſi nullum horum ebrio accidat, vt moriatur conuulſus, à multitudine vini, & excrementorum craſſorum, qui ſimol cum vino neruos inuaſerunt, contractis muſculis ad originem patiente quoque cerebro.

** Hippocr. hoc loco per crapulam intelligit heſterna ebrietatis cruditatem porro ad ebrietaté arcendam multa conferunt, vt poma curtipendula, raſura cornu cerui, corona hedera & polygoni geſtata, amara amygdala, braſſica &c.*

APHORISM. VI.

Quicunque à diſtentione capiuntur, quatuor diebus pereunt: ſi tamen hos effugerint, ſani fiunt.

COMMENTARIVS.

TEtanus, tenſio Latinis eſt, aut totius corporis, aut alicuius particulæ, per quam ante & retro membrum aut totum ipſum corpus contrahitur. Videmus quoqoe non raró ceruicem vtrinqoe conuolſam. Quandoque tamen membrum patitur diſpoſitionem tenſioni ſimilem, quæ tenſio non eſt, veluti cùm muſculi externi brachij ſchirro laborant. ea enim de cauſa membrum ante aut retro trahi non poteſt, neque tamen aliunde conuellitur; quare non ob id quod membrum immotum maneat tendi dicetur. Vera igitur tenſio morbus eſt peracutus exactè, habétque terminum diem quartum. Eſt autem morborum omnium idem terminos ad ſalutem, & ad mortem, autore Hippoc. lib. 3. Progno. Quapropter qui tenſionem patitur exitioſam, morietur intra quartum & qui ſalubrem intra quartum liberabitur. Id verò conſiderandum, quod de omnibus acutis morbis aliàs diximus, morbos videlicet acutos terminum habere diem quartumdecimum, nonnunquam tamen terminum hunc pertranſire, & delabi in vigeſimum. aut propter diminutam aliquam iudicationem, aut quoniam aliquem diem, aur plures habuit, qoi non fuerunt eius afflictionis quæ morbo reſponderet. Quod in morbis peracutis exactè verum quoque eſt, nam etſi quarto finiri debeant: quandoque cum ſpe ſalutis, & in melius facta commutatione decidunt in quintum, aut in ſeptimom, propter dictas cauſas. Exemplum eſt apod Hipp. lib. 1. de morb. pop. par. 3. Eraſinus, qui morbo acutiſſimo laborabat, & quintu iudicatus eſt, quooiam diem vnum mediocriter habuit.

Acutorum terminus.

APHORISM. VII.

Morbi comitiales quibus ante pubertatem fiunt, mutationem accipiunt: Quibus tamen vigeſimo quinto anno fiunt, iy magna ex parte commoriuntur.

COMMENTARIVS.

LOquitur Hippo. de morbo comitiali per eſſentiam, quique à craſſis ac frigidis humoribus fit, is enim mutatione ætatis à pubertate in iuuentutem curari ſolet, non ille qui fit per conſenſum bile occupante ventriculom atqoe effumante in caput. nam hic nullam recipit mutationem, ſiue curationem, cùm ab ætate minus ſicca io magis ſiccam fit mutatio, & ab ea in qua minus abundat bilis, in eam qua magis. Cæterum comitialis morbus à pituita ortus multas habet curationis vias, vti & multa ſunt cauſarum genera, quæ poſſunt humores craſſos ac frigidos concoquere, & diſſipare. Sunt autem hæc, victus exſiccans ex alimentis, exercitationibus, aëris temperatura ſicca, & ætas talis. Hæc eadem retulit Hippoc. ſupra ſect. 2. Aphoriſm. 45. dicens: Eorum qui morbo comitiali laborant, pueri mutatione potiſſimum ætatis, regionis, & victus liberantur. In præſenti tamen Comm. Gal. locorum mutationem addit, Aphor. Dixit autem potiſſimùm, quoniam non per hæc tantùm, ſed etiam conuenientium medicamentorum vſu curantur comitialem patientes. Quòd cùm ita ſit, vbi fiant ante pubertatem, & durent tota ipſa pubertate: ſi ita contingat, mutatione ætatis ſperanda ſalus eſt. quoniam ſiccior ætas humiditatem abundantem, quæ comitialem efficit, poterit emendare. Neque tamen ipſam ſemper emendat, aut comitiales ſaluat. Quòd ſi in pueritia aut pubertate facti ad iuuentutem perueniant, & perſeuerent, aut etiamſi in ipſa

Comitiales quibus curantur.

in ipſa iuuentute fiant, quæ à vigeſimo quinto anno incipit, magna ex parte commoriuntur, id eſt hominem ad mortem vſque comitantur. Magna ex parte tamen dixit, quoniam non habent comitiali laborantes vnicam tantùm ſalutis ſpem, eam videlicet quæ ſequitur ætatis mutationem, ſed & alias ex victu, regione & medicamentis, quas diximus. Cùm autem dixit magna ex parte commoti, apertè ſignificauit maximam omnium cauſarum quæ poſſunt mutationem efficere à morbo in ſanitatem, eſſe ætatem: & iure quidem, quoniam hæc ſeoſim mutatur, & ſenſim mutat, & ad finem totum corpus & ſingula eius membra ad ſolidas vſque particulas, in diuerſam mutat naturam. Adde quòd regio, victus & medicamenta non aliter iuuant quàm quòd corporis temperaturam mutant, vnde non tantùm æger à comitialis acceſſione liberetur, ſed tutus à futuris maneat. Id verò non ſine temperamenti mutatione faciunt. Hanc autem palàm oſtendit ætatum mutatio, quæ non aliunde quàm ex temperaturarum mutatione deſumitur. Potiſſima igitur ſalutis ſpes comitialibus in ætatis mutatione ſita eſt, etſi aliarum cauſarum mutatione eoſdem liberari contingat, ſed rarò.

APHORISM. VIII.

Quicunque pleuritici facti in quatuordecim diebus non ſuprapurgantur, iis in ſuppurationem tranſmutatur.

COMMENTARIVS.

Pleuritic. in 14. diebus purgantur.

QVemadmodum ſupra apho. 23. ſect. 2. diem 14. ſtatuit morborum acutorum limitem, ita modò de morbo laterali loquens, quem pleuritim Græci vocant, ſi in 14. diebus non purgetur (inquit) in ſuppurationem tranſmutatur. Nam aut finitur ad ſalutem, aut ad mortem, aut mediam quandam recipit mutationem. Si purgetur ſputo reiecto ſanatur: ſi morbus ingraueſcat, & vires ipſum non ferant, cum ſignis malis morietur, Si medio modo proceſſerit febre perſeuerante, & dolore vexante, neque purgatione per ſputum, aut purgante medicamento bibito, aut ſanguinis miſſione, & reliqua victus ratione ceſſantibus, ſcias quod ſuppuratur, inquit Prog. 52. lib. 2. Suppurati autem eſt humorem in inflammatione collectum in pus tranſire. ἐμπύημα enim, teſte Gal. in huius aphor. Comm. quamuis aliquando puris eruptionem in cauitate thoracis ſignificet, modo eam quæ fit in pus mutationem ſignificat. Sed obiiciet aliquis Anaxionis hiſtoriam ex lib. 3. de mor. pop. nam is morbum lateralem paſſus 34. die iudicatus eſt, neque tamen 14. tranſiuit morbus in ſuppurationem. Quidam reſpondet tardò id euenire & morbum Anaxionis fuiſſe pituitoſum, vt ſigna indicabant. Verùm hic non ſoluit rectè dubium. Quoniam ſigna ipſius non ſunt pituitoſi morbi, cum Hipp. dicat ipſum inuaſiſſe febrem acutam, & infra, ſitibundus, peruigil. Hæc ſigna bilem oſtendunt manifeſtè, non pituitam. Præter id quod cum Hippo. dixit diem 14. eſſe limitem acutorum, & modo ſi non ſupra purgentur ſuppurari intra 14. diem, citra diſtinctionem dictum eſt, & de morbo quocunque acuto erit verum, de quorum numero eſt pleuritis. Fuchſius dixit, Anaxionem non fuiſſe ſuppuratum, quoniam per ſputum fuit purgatus quatuordecim diebus, à die qua ſpuere cœpit, ita verò computationem facere conuenit, non quidem à die qua cœpit laborare, ſed à qua cœpit ſpuere. cœpit autem ſpuere 17. & finitus eſt 34. mediam autem inquit, inter 17. & 34. dies 14. Fallitur tamen quammaximè, nam pleuritis, lib. 1. de rat. vict. acut. inter morbos propriè acutos recenſetur, ſed acuti morbi 14. diebus terminantur, à prima die facta computatione, ſiue æger ſpuat, ſiue non. Præterea Anaxion die vndecima cœpit ſpuere, quoniam, inquit, vndecimo febris remiſit modicum, circum caput ſudauit, tuſſes adhuc & quæ à pulmone educebantur, humidiora erant. Malè igitur facit computationem à 17. Quin & Gal. lib. 1. de criſibus cap. 18. inquit, de Anaxione loquens: Dies enim vndecimus optimè, ſed debilis coctionis initium fecit. Præterea 17. dies media eſt inter primam & 34. vel primæ medietatis finis. Qua igitur computatione potuit Fuchſius inuenire ab initio in diem decimam ſeptimam, dies decem & ſeptem. & à die 17. in diem 34. dies quatuordecim? Cæterum quamuis Hippocra. ſupra diem 14. ſtatuit limitem acutorum, Progno. 3. libro 3 diem 20. ſcripſit acutorum terminum quoniam is eſt ipſorum terminus externus, aut quoniam in ipſum delabuntur nonnulli eorum qui diminutam aliquam iudicationem ſunt paſſi, aut quoniam ſunt aliqui acuti morbi, ſed non ſeruant exactè eorum naturam. Sic etiam modo quamuis dixerit morbum lateralem, qui non purgatur ſputo, tranſire in ſuppurationem in diebus 14. nihil obſtat aliquos acutos paſſos diminutas vacuationes, declinare in 20. diem limitem externum acutorum. Primis namque diebus erant vrinæ multæ, & vndecimo circa caput ſudauit. Quoniam itaque acuti morbi 14. diebus finiuntur, decidunt tamen aliqui in 20. ita lateris dolor Anaxionis qui deberet finiri, aut ſuppurari 14. die. delapſus eſt in 20. atque ibidem finitus. Nam vt inquit Hippocrat. vigeſimo ſudauit, à febre liber, à iudicatione verò leuatus. Manſit vtique iudicatus, & liber 20. die, quoniam etſi 27. rediit fuit recidiua, & contigit ei quod multis aliis, quibus iam ſanitati reſtitutis, reliquiis tamen morbi manentibus, morbus rediit, & recidiuam paſſi ſunt, quam in Anaxione cum priori morbo annumerauit Hippocrat. Quòd tamen recidiua fuerit, docet Galen. lib. 1. de criſi. cap. citato, de iudicatione Anaxionis in die 20. dicens: Non tamen integra criſis ſubſequuta eſt, quoniam neque exquiſita coctio vrinarum, aut ſputorum, propterea igitur inquit: Erat autem ſiticuloſus, atque ex pulmone non erant optimæ expurgationes. Hic igitur nobis ad memoriam reuocans, quod rectè dictum eſt: Quæ relinquuntur ex morbis poſt criſim, recidiuam facere conſueuerunt, ita enim legi debet apho. vt docuimus ibidem, appellat itaque hanc recidiuam, & vigeſimi diei criſim qua facta, & finito morbo reliquiis manentibus, rurſus 34. iudicatus eſt, ſed quoniam vigeſimo fuit iudicatus, non tranſiuit in ſuppurationem, ſiquidem 20. eſt etiam acutorum alter terminus ad ſalutem.

Anaxio non fuit 14. ſuppuratus.

Fuchſius notatur.

APHORISM. IX.

Tabes fiunt maximè in ætatibus quæ ſunt à decimooctauo anno in trigeſimumquintum.

COMMENTARIVS.

Φθίσις quæ tabes Latinis dicitur, quandoque omnem conſumptionem, modò verò eam quæ cum pulmonis vlcere fit, ſignificat. Hanc maximè fieri dicit ætatibus quæ ſunt à 18 in 35. annum. Sunt autem hæ duæ, adoleſcentia à 18. in 25. & iuuentus à 25. in 35. vti nos ad Hippo. mentem & nominum vſum patefecimus aliàs. Euenit autem idem malum in illis ætatibus, quæ & ſaniſſimæ ſunt, & minimè morbis obnoxiæ. Verùm vt Galen. docet. in Comment. 29. ſectionis 3. non ratione ætatis, ſed ex accidenti ob malam victus rationem talia cia eueniunt, & vt Hippoc. dixerat, ſenes iuuenibus vt plurimum ægrotant minus. Temerè enim viuunt luctantes, ſalientes, vociferantes, humi cubantes, & veneri

Tabes iuuenibus quare.

indulgentes,& immodicè edentes ac bibentes, iam vinum meracius, iam verò aquam frigidiſſimam, atque ex niue. Quibus adiunge cum Philotheo adoleſcentes multo ſanguine abundare, qui poteſt accedente valido quopiam motu, aut labore, venas pulmonis rumpere: vti & iuuenibus copiam bilis, quæ valeat eaſdem erodere.

APHORISM. X.

Quicunque anginam effugiunt, iis in pulmonem vertitur, & ſeptem diebus moriuntur: ſi verò hos effugerint, ſuppurantur.

COMMENTARIVS.

Angina ſaluberrima. ANginarum diuerſæ ſunt ſpecies, quarum meminit Hippoc. lib. 3. Progn. ex quibus ſaluberrima eſt ea per quam inflammatio, aut eryſipelas relinquens partes gutturis in thorace & ceruice ſe oſtendit, & ab hac magna ex parte liberantur, niſi inflammatio aut eryſipelas intro recurrat. Tunc enim humor à thorace & partibus extimis transfertur in intimas, & ipſum pulmonem. Nam ſi tumor ab eis partibus recurrat, & euaneſcat, in pulmonem potiſſimùm transmutatur, tum quoniam pulmo laxa admodum pars eſt, tum quoniam perpetuo motu agitatus ad ſe trahit ex proximis partibus ſuccos abundantes. Quando ergo ex angina liberatur, & fit vt in pulmonem mutetur humor, vt dixi, morietur æger intra ſeptimum: quoniam tranſit angina in pulmoniã, quæ breues habet limites, & intra ſeptimum ſolet occidere, aut finiri ad ſalutem, ob loci calorem & cordis propinquitatem. Sed fit quandoque vt morbus alium habeat exitum, & ſuppuretur. At verò quemadmodum in morbo laterali vbi non purgetur per ſputum, eſt ſperanda ſuppuratio poſt diem 14. ita in pulmonia poſt 7. quoniam acutior eſt pleuritide. Hic Aphor. in omnibus meis co-
Græci codicis lectio. dicibus legitur ita, ὁκόσοι συνάγχην διαφεύγουσι, ἐς τὸν πνεύμονα αὐτέοισι τρέπεται καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσι vti nos tranſtulimus. Significat autem eos qui anginam effugiunt, debere in pulmoniam incidere, quod neque neceſſarium eſt, neque frequentius accidit. Quapropter coniunctionem, καὶ, ego transferrẽ, vt talis eſſet ſcriptura, ὁκόσοι συνάγχην διαφεύγουσι, καὶ ἐς τὸν πνεύμονα αὐτέοισι τρέπεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσι, quod eſt, Quicunque anginam effugiunt, & in pulmonem ipſis vertitur, in ſeptem diebus moriuntur. Eſtque hæc ſententia cum toto ipſo Aphoriſm. vera, & ferè perpetua, vbi enim in pulmonem transferatur cauſa anginam efficiens, neceſſum eſt aut mori in 7. diebus, aut deinde ſuppurationem euenire.

APHORISM. XI.

A tabe moleſtatis ſi ſputum quod tuſſi excernunt graue olet, carbonibus ſuperfuſum, & capilli à capite defluunt, lethale.

COMMENTARIVS.

DVo ſigna lethalia tabidis ſuperuenientis ſcribit in præſenti. Alterum eſt fœtor ſputi. fœtor enim malam putredinem, & ſputi purulentiam docet. Vult autem experiri ſi carbonibus ignitis ſuperfundatur, tunc enim grauem mittit odorem. Quod verò quidam putat eſſe id vehementis odoris indicium, quoniam mediocres fœtores ignis ſolet extin-
Nota. guere, falſum eſt. Nam eius contrarium vel mulierculæ norunt, quæ aromata igni admouent, vt totum cubiculum flagret odore, quæ tamen antè neque naribus admota ſentiebantur. Idem in prauis odoribus, vt pilorum & lanæ, conſtat, quoniam cum odorata ab igne in exhalationem tranſeunt, maiorem odorem oſtendunt, quamuis ad finem ignis omnia diſſipet. Quod puri aut ſputo tabidi euenit. nam quamprimum igni admouentur, ſuum fœtorẽ pandunt, & deinde abſumpta nullum vaporem à ſe mittunt, aut vt rectius dixerim, totum in vaporem expirat. Alterum indicium à capillis capitis deſumitur, nam ſi hi defluunt, lethale ſignum habetur. Ratio eſt, quoniam oſtendit defluxus capillorum quod in aliis depilationibus ſolet eſſe in cauſa, aut ſuccorum prauitatem, aut alimenti inopiam, ſuccorum prauitas corruptionem oſtendit magnam, cum ad pilorum defluuium deducit. Alimenti verò inopia ſummam conſumptionem indicat.

APHORISM. XII.

Quibuſcunque tabe laborantibus capilli capitis defluũt, iis fluxu ventris ſuperueniente moriuntur.

COMMENTARIVS.

GAlen. ſumma quadam breuitate & ſermonis perſpicuitate, hunc enarrauit aphoriſ. dicens, Fluxum ventris non tantum lethalem eſſe, cum capillorum defluuio, ſed ipſam mortem vicinam oſtẽdere, vt ſignum, quoniam oſtendit magnam naturalium facultatum imbecillitatem, & vt cauſam, quoniam fluxus ipſas amplius imbecillitat. Præterea fluxus ventris ex ſe quamuis capillorum defluuio non coniungatur, lethalis nota eſt, ex Aphoriſm. 14. ſequenti: & pauci ſunt qui fluxum ventris paſſi liberentur, ſiquidem febris quam ipſi patiuntur, hectica eſt, & quæ egeat refectione & attemperamento, non humorum de venis vacuatione. Verùm cùm poſt tantam inopiam, & humorum ac vaporum malitiam euenit vt capilli de capite defluant, mortem proximam oſtendet.

APHORISM. XIII.

Quicunque ſanguinem ſpumoſum expuunt, iis ex pulmone talis reiectio fit.

COMMENTARIVS.

SI quis pulmonis ſubſtantiam conſiderauerit, ipſam carnem ſpumoſam eſſe dicet. & Gale. ſupra ſect. 2. Comm. 43. ſanguinem ſpumoſum pulmoni ſimilem dicit, modò verò ſanguinem ſpumoſum tuſſi reiectum dicit ſignificare à pulmone educi, quoniam excrementa ſubſtantia ſua locum patientem oſtendunt, ipſo auctore lib. 1. de locis patientibus. Neque tamen oportet ſemper ſanguinem à pulmone reiectum eſſe ſpumoſum nam ſubitò rupta vena in pulmone ex ictu, aut vulnere ſanguis ſpuitur, qui ſpumoſus non eſt, ſed ille tantùm qui vlcerata pulmonis carne educitur.

APHORISM. XIV.

A tabe habito fluxu ventris ſuperueniente lethale.

COMMENTARIVS.

HIc Aphor. non eget alia enarratione ab ea quæ in Commentario 12. ſcripta eſt à nobis.

APHORISM. XV.

Quicunque ex morbo laterali ſuppurati ſunt, ſi in quadraginta diebus ſupra purgentur, a die qua facta eſt eruptio, ceſſant: ſi verò non, in tabem transmutantur.

COMMENTARIVS.

PRog. 53. & 54. lib. 2. meminit quarundam ſuppurationum quæ rumpuntur die ſeptima. Sed quoniam id rarum eſt, ideo Progn. 57. dixit alias rumpi 20. alias 30. aut 40. aut 60. die. Quod intelligi debet computatione facta ab initio ſuppurationis, vti docet Progn. 58. dicens: Conſiderare autem oportet principium ſuppurationis fore, ratiocinantes à primo die quo homo febricitauit, ſi quando primum rigor ipſum prehendit, & ſi dixerit, in parte quæ dolore vexabatur, pro dolore pondere ipſum grauari. Hæc enim in principiis fiunt ſuppurationum. Ex his igitur temporibus rupturam ſuppurationum *Suppurationum termini rupturæ*
fore

fore ſperandum eſt, prædictis temporibus. Quòd ſi morbus lateralis 14. die ſupputari incipit, in quibuſdam deinde in 20.40.aut 60.die rumpuntur ſuppurationes,& ruſus à tempore rupturæ faciēda eſt computatio purgationis,ſi 40.diebus à ruptura non fiat puris purgatio, iam tabes ſperanda eſt, inquit Hippoc. in præſenti Aphor. Cæterum vt non eſt vnus terminus rupturæ omnibus ſuppurationibus, ſed diſtinctio ſumenda eſt à natura humoris peccātis, à loco patiente, ab ætate, temperatura, & anni tempore, ita diſtinctio eſt adhibenda ad definiendum tempus futuræ tabis, neque vnus debet omnibus ſtatui. Si enim tabes futura eſt, id fiet exulcerato pulmone, à pure, quod non excernitur: ſed ibidem retentum ac putrefactum erodit pulmonem. cum autem pus non habeat in omnibus parem calorem, acredinem & erodendi vim, neque in omnibus temporibus, & ætatibus: hæc ante omnia ſunt diſtinguenda, & diuerſis diſpoſitionibus diuerſus terminus aſſignandus. Quòd tamen Hipp. diem ſtatuerit 40. terminum medium definiſſe putandum eſt, atque quibuſdam citius, quibuſdam tardius, tabem euenire poſt ruptam ſupputationem voluiſſe vbi pus non ante purgetur. Quidam enim ante 40. incidunt in tabem, non repurgato pure, quidam in ipſo 40. quidam poſt ipſum.

APHORISM. XVI.

Calidum iis qui ſæpius ipſo vtuntur, hæc affert incommoda, carnium effœminationem, neruorum imbecillitatem, mentis torporem, ſanguinis profluuia, animi deliquia, hæc ad quæ mors.

COMMENTARIVS.

Calida aqua incommoda. AQuæ calidæ & frigidæ vires quaſdam docet Hippocrates in præſenti,& quibuſdam ſequētibus Aphor. vt comm. 14. declarat dicens: Hactenus de aqua calida & frigida ſermonem habuit, præter quod, τὸ θερμὸν, habet ſubſtantiuum hoc loco ὕδωρ Calida itaque aqua, ſi quis ea ſæpius vtatur, hæc affert incommoda, carnium effœminationem: qui enim molles ſunt, effœminati dicuntur. quoniam & fœminæ ſunt viris molliores. Aqua tamen calida, qualis aqua balnei eſt, cutem mollit, neruos autem reddit inualidos, quando ad motū robur, atque contentio exiguntur quæ ſiccitas adiuuat. Mentis efficit torporem, quoniam cerebrum ipſum laxat calida aqua, coniunctam habens humiditatem. Profluuia ſanguinis ſequuntur nimium vſum aquæ calidæ, tum laxatis venarum oſculis tum dilatato humore qui in vaſis continetur, ita vt contineri non poſſit. Animi deliquia ſequuntur ad ſanguinis profuſiones & ſpiritus diſſolutionem, & vacuationem. Ad hæc verò mortem ſequi notiſſimum eſt.
Aqua temperata calida dicitur. Scire autem oportet calidam aquam eſſe temperatam, quoniam per abuſum, & non admodum propriè, quæ temperata ſunt, calida dicimus, vt balneum aquæ calidæ, dicimus aquam balnei temperatam, de qua Apho. iſte intelligendus eſt, autore Galen. libr. 4. de ſimp. medi. facul. cap. 5. quo loco vtrumque approbat, de calido & frigido, qua ratione mordacia ſunt, dicens, A nobis autem diſtractiones ipſorum exactè adiſcere licebit, vbi prius commonefecerimus poculum, aut balneum cùm temperata ſunt calida à nobis dici, nonnunquam appellationis abuſu, quandoquidem temperata dici debeant, & ſymmetra, potiùs quàm calida. Ergo quæ ſic calida ſunt, grata amicáque ſunt, funditur enim quod in corporibus noſtris conſtiterat atque concretum fuerat, quo maxime affectu voluptas animantibus conſtat. At ſi moram etiam trahant, iure quoque & ipſa moleſta euadunt. Ad tantam enim fuſionis immoderationem ſic recidunt vt ſubſtantiam etiam noſtram digerant, diſſoluant, ac diſpergant. Verùm neque ſic quidem mordicatione infeſtant, ſed animi afferunt deliquium, viréſque deiiciunt, vt mors quoque tandem ſequatur. At quæ his magis calida ſunt, ſecant, diſtrahunt, diuidúntque ſubſtantiam, quare neceſſariò mordaces videntur, velut aqua feruens, atque ipſe ignis. Hæc omnia tranſponere placuit, quoniam in his verbis duo vult Galen. ad hunc locum apprimè neceſſaria, nempe temperatam aquam dici calidam, & hæc facere quæ Hippoc. dicit in Aphor. vſque ad animi deliquia, & mortes. Calidior autē moderata, non laxat aut mollit, aut humectat, ſed conſtringit, autore Gal. lib. de ſani. tuend. vbi de balneis loquens, inquit: Dulcium calefactarum aquarum, ſi mediæ temperie ſint, vis calida & humida eſt: ſin tepidiores ſint frigida & humida: quòd ſi iuſto calidiores fiant, calida quidem, ſed non perinde humida. Quippe horrere corpora, contrahique exiles eorum meatus ſubigunt, ita vt neque madeſcere ab extrinſecus accedente humore poſſit, neque excremēti quod intus latet quicquam emittere. Ecce quo loco aquam temperatam calidiorem dicit, horrorem inferre & contractionem, & pororum conſtrictionem, vt neque humorem alienum admittant, neque proprium amittant. Non igitur efficit hæc aqua effœminationem carnium, & reliqua quæ calor cum humiditate efficiet, qualis eſt aquæ temperatæ. Quidam verò Antonium Muſam ſequutus putat, id quod Hippoc. dixit de aqua calida, verum eſſe vno duorum modorum, aut vbi balneum nimis calidum eſt, aut vbi balneum moderatum ſit ſed eo frequentius quis vtatur. nam vtrouis horum modorum balneum faciet dictas noxas. Quòd ſi quis contendat aquam nimis calidam non laxare, neque humectare, ſed vrere cum Gal. lib. 3. de ſanit. tuenda, Si Gal. intelligit (inquit) aquam feruentiſſimam non humectare ea quæ continet, ſibi ipſi repugnat, qui aquam vim refrigerandi poſſe deponere, non humectandi affirmat, lib. 1. de ſimpli. medic. fac. Et ſi quid infunditur in aquam feruentem, elixatur, non vritur aut ſicceſcit, ſed humeſcit. At verò, ſi quis rectè nouerit Gale. dicta, nihil immorabitur in adeo *Quomodo ſit Gal. ſententia intelligenda.*
leuibus calumniis, libr. etenim 3. de ſani. tuen. de balneis loquitur aquarum dulcium, quas, vbi fuerint calidiores, dicit horrorem inducere, & contrahere non humectare. Verùm neque vrere dixit, vt ille impouit Gal. neque eo loco meminit aquæ feruentis, de qua cum Galen. diſputans vult probare humiditatem non deponere, & elixa humida fieri, ſed quid ad rem? quoniam ipſe de balneis loquitur, & aqua feruens non eſt balneum. Aqua autem iuſto calidior vere obdurat, & contrahit cutem, & impedit tranſpiratum, vt videmus manus in ipſa immerſas corrugari. Neque tamen ob id humectandi vim depoſuiſſe dicemus, nam ſumma corporis ſuperficies, humida aquæ contactu redditur. Sed cutis horreſcens humiditatem propriam exprimit, & alienam humiditatem non admittit. Quòd verò *Elixa ab initio durat.*
ad aquam feruentem attinet (quamuis id non ſit præſentis inſtituti) ita fit, quæ in ipſa elixantur, ab initio duriora fiunt, vti & humana cutis cum irrigatus aqua iuſto calidiore. Quod cōſtat, quoniam ſi carnes quæ elixātur media elixatione extraxeris, multo duriores inuenies quàm ante immerſionem in aqua feruenti, ad finē verò quæ probè elixa ſunt, ab aquæ humiditate vincuntur, quæ peruadens, ipſas reddit molliores, & extrahit natiuā eorum quæ elixantur humiditatem. Quapropter elixa autore

Ariſt.

Google

Ariſt. interius ſicca ſunt, & exterius humida, id eſt amittunt propriam humiditatem, & alienam recipiunt.

APHORISM. XVII.

Frigidum autem conuulſiones, tenſiones, denigrationes, & rigores febriles efficit.

COMMENTARIVS.

Aqua frigida incommoda.

QVemadmodum præcedens Aphor. de aqua calida ſcriptus eſt: ita præſens de aqua frigida. Hæc autem ſi quis ipſa vtatur frequentius, ita vt eam ingrediatur, aut ei ſuperfundatur, hæc affert incommoda, conuulſiones corrugatis neruis, & ad originem retractis, quod fit aut quoniam frigus deniat, contrahit, aut quoniam impedit diſſolutionem excrementorũ quæ congeſta conuulſionem efficiunt, aut ob vtramque cauſam. Sic etiam & tenſionem quæ conuulſionis ſpecies eſt. Denigrationes item facit, demortuo calore natiuo, atque vitali ſpiritu, à quibus viuidus calor emergit. Rigores autem frigida aqua frequentius vſa facit, quoniam calida ac frigida rigores efficere valent, cùm corpora vehementius offendunt. Febriles autem dixit, ſiquidem contracta cute ac conſtipata quæ intus continenter non difflantur, ac perinde & putreſcunt, & febres afferunt. Quæ poſt rigores ferè ſemper ſequuntur, neque tamen ſemper, vt antiqui exiſtimabant. Ob malam tamen victus rationem fieri poteſt vt frigidi ſucci aceruentur, qui poſt commotos rigores non calefiant, neque putreſcant, ac propterea neque febres afferant.

APHORISM. XVIII.

Frigidum inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro & ſpinali medulla: calidum verò, vtile.

COMMENTARIVS.

Frigidũ quibus inimicũ.

POſtquam retulit mala quæ efficit aqua frigida, modò quibus partibus magis officiat refert dicens: Inimicam eſſe oſſibus, quoniam hæc membra ſunt pauci ſanguinis & caloris remiſſi: ita vt leui refrigeratione demoriantur. Dentes oſſa ſunt, ſed ſentiunt, quod aliis non conuenit, ac propterea eos à numero oſſium ſeparauit. Neruos etiam lædit aqua frigida, tum ob ſenſum qui facilè patiatur, tum ob natiui caloris imbecillitatem, ob quam à leui frigore in ipſum incidunt frigidum. Cerebrum quoque frigidæ eſt temperaturæ, ſicuti & ſpinalis medulla, auctore Galen. libr. 1. de temperamentis, prope finem libr. 2. dicit ipſam eſſe de cerebri genere. Sed ſummarim dicemus omnibus exanguibus particulis aduerſam eſſe aquam frigidam. Calida tamen vtilis eſt & conueniens, quæ poteſt dictorum membrorum temperaturam ſeruare. Sed obiiciet aliquis Galen. ſententiam qui lib. artis medicinalis docuit ſimilia ſimilibus conſeruare: ſed oſſa & reliqua quorum Hippocr. meminit, ſunt frigida: à frigidis igitur non lædentur: calida autem non iuuabunt cùm contraria mutent, corrumpant, & errando, non ſeruando proficiant. Ad quod dicemus temperatis corporibus deberi conſeruationem dum ſana, atque etiam dum ægra ſunt: lapſa verò interim dum ægrotant ſeruanda docet Galen. Quamuis ſenſim aliquam facere mutationem ad meliorem ſtatũ liceat, vt lib. 2. de arte med. docuimus. Vbi tamen ſana fuerint ſi parum labantur ſeruati, ſi multum, præſeruari debent. Partes tamen corporis ſi manifeſtè à temperamento labantur, dum ægrotant, ſeruandæ ſunt, ſed vbi ſanæ fuerint, cum diſtinctione dicemus, oſſa, & dentes, & neruos, & cerebrum, & ſpinalem medullam in contrarietate, quæ eſt in humido & ſicco ſimilibus ſeruari, dum ægrotant & dum ſana ſunt, niſi ipſa mutare in melius fuerit in animo. In calore & frigore tamen intelligere oportet duas temperaturas, quarum vtramque ſeruare eſt neceſſum, vnam natiuam & innatam, qua frigida ſunt omnia membra, quorum meminit Hippoc. Alteram calidam aduentitio calore, ſed actuali, qui à corde & iecore ipſis tribuitur. Prima temperatura ſimilibus ſeruatur, talibus poteſtate, nam quæ frigida actu ſunt, facilè poterunt aduentitium calorem corrumpere. Id verò eſt, frigidum eſſe prædictis partibus inimicum. Calidum autem vtile eſt: quoniam ſecunda temperatura, quæ aduentitis eſt & actu talis, calidis eget, quæ etiam talia actu ſint, & calori prædicto ſimilia. Atque hinc conſtabit ſimilia ſimilibus ſeruari, & oſſa actu frigidis lædi, qualis eſt aqua frigida: & actu calidis iuuari, qualis eſt aqua calida, quæ calidum ſeruat aduentitium, ſine quo coctio & nutritio deficerent, periréque membrum.

Pulchra obiectio.

Egregia ſolutio.

APHORISM. XIX.

Quæcunque frigida ſunt calefacere oportet, præterquam ea a quibus ſanguis profluit, aut profluxurus eſt.

COMMENTARIVS.

Axioma artis.

COntrariorum contraria eſſe remedia, axioma eſt in arte medica, idque perpetuò ſeruatur. Quamuis quibuſdam imponat, quòd intelligant in aqua intercutem medicos vti exſiccantibus, & ſi æger febre laboret, & in febribus bilioſis vti ſcammonio, & in febribus pituitoſis calefacientibus & detergentibus. Verùm in complicitis iudicationibus, aut diuerſorum morborum, aut morbi cauſæ, nihil obſtat complicitas eſſe curationis rationes, atque remedia diuerſa. Ita modo perpetuum eſt refrigerata quæcunque fuerint, egere calefactione, vt in proprium ſtatum reducantur ſublato frigore. Sed fit quandoque vt alter affectus coniungatur, qui cogat ad celeriorem curationem, & vt dimiſſa priori curatione tentemus partem refrigeratam non tantùm non calefacere, ſed & refrigerare. Vti cum à parte refrigerata ſanguis fluit, aut fluxurus eſt: refrigeramus etenim ipſam, fluxum præſentem ſiſtentes, aut futuro præuidentes. Maius etenim intelligimus imminere malum à fluxu ſanguinis, quàm à refrigeratione. Præſertim quoniam fluxus ipſe refrigerat. Permanet ſanè inuariata axiomatis vis, refrigerata eſſe calefacienda: occaſio tamen non ſemper manet, ſed quandoque alteri poſtponitur, ex præceptis artis.

APHORISM. XX.

Vlceribus frigidum mordax, cutem circumobdurat, dolorem inſuppurabilem facit, denigrat, rigores febriles facit, conuulſiones, & tenſiones.

COMMENTARIVS.

Frigi. morda.

QVædam alia mala percurrit quæ aqua frigida efficit. Mordet ſiquidem vlcera, quamuis, vt Gal. in Comm. vult, mordere propriè calidorum ſit. Mordax autem eſt frigidum comprimendo, vti calidum diſgregando, vtrumque enim diuellere poteſt partes quas ſubierit: non ſubit verò, nec penetrat duras partes, & quæ cute denſiore teguntur. Penetrat tamen frigidum oculos, & nares, & partes vlceratas, quarum particulas ita comprimit, vt ab aliis ſibi coniunctis ſeparentur ac diuellantur. Hæc autem diuulſio ſenſum mordentis præbet. Circumobdurat cutem, quoniam partes quas non penetrat comprimit, & exprimit, vnde duriores redduntur: tum expreſſo humore qui ipſas reddebat molles, tum vnitis partibus, & appreſſis. Dolorem efficit inſuppurabilem, quoniam quæ refrigerantur, inepta redduntur ſuppurationi, quam facit calidum natura ſua. Sed dixit dolorem inſuppurabilem, vt per dolorem cauſam doloris ſignificaret, vt in Aphor. 6. ſect. 2.

Dolor inſuppurabilis quomodo fit.

cum

cum dixit: Quicunque dolentes aliqua parte corporis, magna ex parte dolores non ſentiunt, iis mens ægrotat. Reliqua quæ in hoc Aphoriſm. habentur, Comment. ſuprà expoſita ſunt.

APHORISM. XXI.

Quandoque verò intenſione ſine vlcere, iuueni quadrato, æſtate media, multa aquæ frigidæ perfuſio caloris reuocationem efficit, calor verò hæc ſanat.

COMMENTARIVS.

Calida & frigida quæ poſſunt noſtrum corpus mouere, quædam id per ſe efficiunt, quædam per accidēs. Sumunt autem denominationem ab iis quæ per ſe faciunt, veluti medicamentum calidum cùm bilem purgat, refrigerat enim ea accidenti, nec tamen propterea frigidum eſt. Qua tamen via explorari debeant ſingulorum facultates, & quod eſt per ſe ab eo quod ex accidenti diſtingui, lib. 1. de arte med. cap. 4. patefecimus. Nunc verò dicemus frigidam aquam ſuapte natura & per ſe talem eſſe, calefacere tamen nunquā ex accidenti reuocato intus calore. Reuocat autem ipſum quandoque, quemadmodum de aëre ambiente Hippocr. dixit, ventres vere & hyeme calidiſſimi ſunt natura. Verùm vt illo loco expoſuimus, non omnes ventres hyeme ſunt calidiſſimi, ſed illi qui adeò validi ſunt vt obſiſtere poſſint frigori ambientis, illorum enim calor intus reuocatur, aliorum autem vincitur, & ſuperatur penetrante frigore intimas partes corporis. Illud verò modò docet Hippocr. Aquam frigidam largè profuſam aliquando reuocare calorem, & inde poſſe curare tetanum ex accidenti, non enim frigidæ perfuſio curat morbos à frigidis & craſſis humoribus ortus, ſed hæc reuocat calorem ad interiora, calor autem hæc ſanat. Calor enim auctus per ſe coquit ac diſcutit humorem efficientem tenſionem, frigiditas verò calorem auxit ex accidenti, nempe reuocatione caloris. Quoniā tamen ipſum ex accidenti reuocauit, & auxit, per accidens quoque dicitur tetanum curaſſe. Quemadmodum igitur diximus languidum calorē ventris vinci ab ambiente frigido non reuocari aut roborari: ita modo dicemus frigidæ largam perfuſionem non in omnibus reuocare calorem & tenſionem curare, ſed in his quorum Hippocr. mentionem habuit. Videlicet in tenſione quæ eſt ſine vlcere, & in iuuene quadrato, & æſtate media: ſine vlcere ſanè, quoniam aqua frigida eſt vlceribus mordax, vt dixit. Decet tamen corpus eſſe valde robuſtum, ne ab aquæ frigidæ larga perfuſione vincatur. Talis eſt iuuenis, cuius temperaturam lib. de arte medendi retulimus: nam puer ob humiditatem & mollitudinem, & ſenes ob caloris defectum, non ferent eam largam aquæ frigidæ perfuſionem. Expedit quoque vt ſit quadratus, εὔσαρκος dixit, id eſt modicæ carnis, qui apud Celſum quadratus dicitur. Graciles namque cùm non habeant adminiculum & propugnaculum, facilè à frigidis vincuntur, obeſi verò pituitoſi ſunt, & venarum anguſtarum, & pauci ſanguinis. Neque tamen hæc ſatisfacere putat vt calor reuocetur, ac deinde vincat, ſed temporis naturam ad prædictum remedium tentandum putat eſſe eligendam. Hyeme enim nullus feret aquæ frigidæ largam perfuſionem, feret autem ipſam æſtate media. Tunc etenim aliis adiunctis conditionibus aquæ prædictæ perfuſio reuocat calorem, is verò roboratus tenſionem curat, reſolutione, & coctione humoris qui tenſionem facit.

Per ſe & per accidens diſtinguere.

APHORISM. XXII.

Calidum ſuppuratorium non omni vlcere, magnum indicium ad ſecuritatem, cutem emollit extenuat, dolorem lenit, rigores, conuulſiones, tenſiones mitigat, capitis grauitatem ſoluit. Plurimum autem præſtat ad oſſium fracturas, præcipuè ad denudatas, & ex iis maximè ad eas quæ capite vlcera habent, & quæcunque à frigore demoriuntur, vel vlcerantur, & ad herpetes exedentes, ad ſedem, pudendum, vterum, veſicam. His calidum amicum & iudicans, frigidum verò inimicum & perimens.

COMMENTARIVS.

Aquæ calidæ & frigidæ vſus & damna proſequitur, & cum aquæ calidæ dixerit damna Aphor. 16. modo vtilitates ſcribit dicens: Aquam calidam habere ſuppurandi facultatem, ea communi ratione quam Gal. lib. 5. de ſimpl. medic. facult. tradit. Sunt etenim quæ ſuppurant nobis ſimilia, & quæ id facere valent quod calor noſter natiuus, cuius munus eſt coquere, ac ſuppurare. Calor autem natiuus calidus eſt & humidus moderatè, qualis etiam eſt aqua modicè calida, de qua loco citato Gal. inquit. Igitur omnium ad puris generationem appoſitiſſimum eſt, ex iis vtique quæ perfunduntur, aqua temperata. Hæc igitur quatenus noſtrum calorem iuuat & attemperat, coctioni adminiculatur, idque facit in vlceribus quæ ſuppuratione egent: Non efficit id tamen in omnibus, quoniam quæ tentantur fluxione, & nimio humore abundant, non ſuppurantur antequam fluxio cohibeatur, aqua tamen calida concitat ipſam. Quod verò addit, Magnum indicium ad ſecuritatem, obiter dictum eſt & præter inſtitutum. Sed eſt verum, nihil mali euenire ſolere vlceribus à quibus manat humor coctus, & ſuppuratus. Cutem emollire dicit, obduratur namque cutis, vti & reliqua à ſiccitate aut concretione, aut impletione quæ potius renitentia, quàm durities dicitur, vtcunque tamen aqua temperatè calida valet aduerſus dura: ſicca enim humectat, concreta diſſoluit, & laxat, implentia diſcutit calefactione & apertione pororum, ſed id facit longiore perfuſione. Extenuat craſſam cutem, quin & craſſos humores qui partem aliquam obſident externam. Lenit dolores quoniam quæ temperata ſunt in primo ordine calida, ea ſunt anodyna, talis eſt aqua calida moderatè. Rigores mitigat. ſiquidem rigor eſt totius, corporis inæqualis concuſſio quæ à cauſa mordente oritur: hæc verò ſi frigida fuerit calore temperatur: ſi calida & ſicca, ita vt mordeat & ad excretionem irritet, calore moderato & humiditate mitigabitur. Conuulſiones verò & tenſiones quammaximè iuuantur calidæ perfuſione: quoniam hæc vim habet laxandi & diſſoluendi frigidos & craſſos humores neruos implentes. Conuulſionem verò à ſiccitate miro modo perſanat, capitis grauitatem ſoluit ſimili ratione, quoniam humorem grauantem diſſoluit & extenuat, atque tranſponit quandoque in partes inferiores. Præſtat item ad fracturas oſſium, maximè ad denudatas, & præſertim ad fracturas capitis cum vlcere. Quantum enim frigidum vlceribus eſt aduerſum, & vt dixit, mordax, tantum calidum eſt amicum, & in oſſium fracturis quæ cum vlcere fiunt valet ad ſuppurationem, & perfuſa trahit alimentum ad oſſis conſolidationem, & ipſum ad penetrationem parat. In capitis tamen vulneribus fracto oſſe & vulnerata carne, cerebrum attemperatur calidæ perfuſione, alimentum oſſa penetrat, excrementum attenuatur & reſoluitur, & vlcus ad ſuppurationem perducitur. Partes item à frigore demortuas calidam perfuſam ſanare generali ratione conſtat, quæ docet contraria contrariis curare, idem fit vbi vlcerentur. Solemus autem perniones aquæ calidæ perfuſione ſanare. Herpetes exedentes iuuat mitigatione cauſæ, ne tam validè mordeat, & exedat, partim etiam reſoluit humorem biliosum.

Aqua calida ſuppurat.

Aqua calida cutem emollit.

Dolores lenit.

bilioſum. Ad ſedem item valet pudendum, vterum, & veſicam ea ratione qua eæ quoque partes calore iuuantur & frigore facilè læduntur. Atque ita ad finem colligit; partibus iis calidum amicum & iuuans, frigidum verò inimicum & interimens.

APHORISM. XXIII.

In illis tamen frigida vti oportet, vnde ſanguis fluxurus eſt, non ſupra ipſas vnde fluit, ſed circa ipſas. Et ſupra quaſcunque inflammationes, aut ardores ad rubrum, aut ſubcruentum recenti ſanguine tendentes: Veteres namque denigrat, & ſupra ſacrum ignem non vlceratum, nam vlceratum lædit.

COMMENTARIVS.

Aqua frig. ad fluxum ſang.

RVrſus redit ad commoditates quas affert aqua frigida narrandas, confert enim fluxui ſanguinis, ſi admoueatur, inquit non quidem parti à qua fluit, ſed circa ipſam, ſiue enim actu fluat ſanguis à parte quapiam vulnerata, ſiue fluxurus ſperetur, aqua frigida confert admota, non parti à qua fluit, aut fluxurus eſt, quoniam vlceratas partes mordet, ſed circa ipſas ad prohibendam fluxionem, vti manu vulnerata brachio admouenda, ac circumligandi panni frigida madefacti. Et ſi ab vtero manet, renibus & lumbis admouenda, vnde defluit ſanguis, non cruribus, vt quidam voluit, neque enim frigida cruribus admota delapſum ſanguinis in vterum compeſcit, ſed potius ad ipſum tranſmittit eum qui in cruribus continetur, cohibentur enim fluxiones admotis repellentibus membris ſuperioribus, & quæ origini venarum ſunt propinquiora, non extremis. Fallitur quoque qui putat brachiis, aut cruribus repentè immiſſis in aquam frigidam cohiberi omnem fluxum ſanguinis vndecunque fluat. Nam in fluxu ſanguinis ex iecoris imbecillitate, aut vaſorum apertione, notum eſt augeri eam dyſenteriam occurſu aquæ frigidæ: ſupra inflammationes quoque & partes ardore vexatas, quæ rubræ ſunt aut ſubcruentæ à recenti ſanguine procedentes, frigidam admouemus. Quoniam attemperat & repellit, ob idque dixit, recenti ſanguine, vt tempus repellendi ſignificaret, nempe principium. Nam inueteratas inflãmationes denigrat. Videmus enim poſt inflammationes, & cum ardore rubores nimium refrigeratos, poſt prima morbi tempora, partes liuere & denigrare indelebili macula. Valet etiam ad eryſipelata, quæ ſine vlcere ſunt, quoniam hæc attemperat, & vtraque obeſt qualitate. Vlcerata verò lædit, eſt enim frigida vlceribus mordax.

APHORISM. XXIV.

Frigida, qualis nix & glacies, pectori inimica ſunt, tuſſes mouentia, & ſanguinis fluxiones, & diſtillationes.

COMMENTARIVS.

Aqua vt nix, quæ mala affert.

FRigidæ aquæ in extremo tales noxas ſcribit. Eſt autem in extremo frigida qualis eſt nix aut qualis eſt glacies. Hæc verò mala omnia affert, quæ ſupra dicta ſunt de aqua frigida, particulatim tamen nocet pectori. Videmus namque ſæpe ea potu frigidæ incidere homines in reſpirandi difficultatem & pulmonis arterias diſrumpi, prius quidem à frigore veluti concretas, quæ deinde ad diſtenſionem coactæ diſrumpuntur. Inde quoque tuſſes mouentur, conante thorace cauſam nocentem excernere, atque tuſſi vaſa pulmonis dilacerantur, vbi non cedant. Ad hæc quoque ſequuntur ſanguinis fluxiones vaſis pulmonis ruptis. Præterea cum aqua frigida veluti nix cerebrum refrigeret, diſtillationes tenuium & crudorum humorum fient, quæ in thoracem deſcendunt cerebro compreſſo à frigore, vti à manu ſpongia. Poteſt hæc, & multa mala his ſimilia potus aquæ frigidæ veluti nix, aut glacies efficere: nam ventriculum imbecillitat, & inteſtina, & veſicam, & neruos reddit admodum languidos, & dentibus ſtuporem infert, & gulam relaxat. Verùm neque hæc pertimeſcunt noſtri ſeculi illuſtres, & magnates qui non æſtate tantùm, ſed autumno atque hyeme, vinum & aquam niue gelatam bibunt, & ſe id facere, vel contradicentibus medicis gloriantur.

APHORISM. XXV.

Articulorum tumores atque dolores ſine vlcere, & podagricos dolores, & conuulſiones, horum plurima aqua frigida, abundè perfuſa ſanat, & extenuat, & dolorem ſoluit: ſtupor enim mediocris dolorem ſoluit.

COMMENTARIVS.

AQuæ frigidæ largè perfuſæ ſcribit commoda, valere dicens, ad ſanandos tumores, & articulorum dolores ſine vlcere: nam vlceratis non eſt admouenda, vt ſupra docuit: οἰδήματα, dixit, vbi nos tumores tranſtulimus: nam vox hæc omnem tumorem ſignificat apud Hippocrat. vt docuimus libr. 1. Prognoſt. in annotationibus ſupra Comment. 25.

Oedema omnem tumorem ſignificat apud Hipp.

Podagricos item dolores ſanat, & conuulſiones, non tamen omnia talia, ſed plurima dixit ſanare & extenuare. Nam ſuprà dixit ſanare diſtentionem ſine vlcere, multam aquam frigidam perfuſam, ſed ex accidenti reuocato calore. Quod non in omnibus fit, ſed in validis iuuenibus, & quadratis, & æſtate media. Sanat etiam alia ratione tumores, quoniam repellit humorem qui cùm confluit dolorem parti infert. Qua ratione eoſdem extenuare rectè dixerit: ſicuti & dolores qui à calida cauſa fiunt, ipſam attemperando, & repellendo, & vt dixit, mediocrem inducendo ſtuporem: nam mediocris ſtupor dolorem ſoluit. Non quidem negans magnum ſtuporem dolorem ſedare, ſed quoniam aqua frigida largè perfuſa, ſed non ſupra modum, mediocrem inducit ſtuporem, & eo maiorem inducere, aut non erit neceſſarium, aut non niſi magno vrgente vſu, & cautè tentandum: ſæpe enim ſtupefacientium vſus membra ad immedicabilem perduxit frigiditatem.

APHORISM. XXVI.

Aqua quæ citò incaleſcit, ac citò refrigeratur, leuiſſima eſt.

COMMENTARIVS.

Aqua leuiſſima.

VNico iudicio docet Hippocr. optimam aquam cognoſcere, quod ſumitur ex facili mutatione ad calorem & frigiditatem. Quæ enim citò incaleſcit, ac deinde citò infrigidatur, leuiſſima (inquit) eſt. Eam autem decet intelligere leuiſſimam, non quæ in lance minus ponderat, ſed quæ hypochondria minus grauat, ac per eadem citius deſcendit: foret enim ſuperuacaneum ea facili alteratione venari leuitatem, quam in trutina examinare eſt facillimum. Agnoſcitur item leuiſſima aqua quam quærimus, quoniam carnes, piſces, aut herbæ in ipſa faciliùs & breuiùs quàm in alia elixantur. Sed ſunt etiam notæ aliæ quas medici tradiderunt ad optimam aquam eligendam, & ex guſtu, decet enim ipſam eſſe omni ſapore priuatam, quam tamen dulcem appellant, ea ratione, & quoniam guſtui gratiſſima eſt. Odorem nullum habeat: ea enim eſt elementorum natura, vt omni ſapore & odore careant: quo tamen cœnoſæ omnes, & ſtagnantes, & in quibus fuerint herbæ maceratæ participant. Decet quoque ipſam eſſe tranſlucentem, & lympidiſſimam quod ad viſum attinet. Foret ſanè omnium eligibilior pluuialis, niſi vim quandam adſtringendi haberet, vt lib. 2. de arte medendi, ſect. 5. cap. 1, docuimus.

Aquarum optimarum nota.

Aqua pluuialis eſt adſtringens.

APHO

APHORISM. XXVII.

Quicunque verò noctu bibere appetunt, iis valdè ſitientibus, ſi ſuperdormierint, bonum.

COMMENTARIVS.

SVnt non pauci à cœna ſitientes antequam ſe ad ſomnum conuertant. Id verò fit, aut quoniam parum biberunt inter cœnandum, aut quoniam vſi ſunt vino meraciori, aut quoniam calida medicamenta, vt piper & zingiber, cibis immiſcuerunt, aut quoniam bilis ad veorriculum peruenit, ſiue ſalſus humor, aut ob calorem partium adiacentium. *Sitis à ſomno ſanatur.* Sitis quoque aut eſt parua aut magna: ſi parua, non eſt neceſſum bibere, ſiquidem ſomnus paruam ſitim ſedat, coctione ciborum, & omiuo humectatione ventriculi, potus autem faciet vt ventriculus non apprehendat probè cibos, autore Galen. lib. 7. de methodo medendi. Si tamen magna fuerit ſitis, bibere, non tamen multum, erit ex vſu. Cæterùm ſi ſitis excitatur ob paruum potum, quod deeſt addere oportet, vt cibua liquetur, & deinde id ſufficienti humore elixetur, ne coinquinationem potius quàm coctionem patiatur. Si is qui valde ſitit, vſua eſt vino meraciori, aquam frigidam bibere debet, cui deinde dormire erit vtile. Si medicamenta calida cum cibis ingeſſit, aut vinum valde dilutum, aut aquam frigidam biber, pro conſuetudine ſua à quorum quouis iuuabitur, & deinde à ſomno. Bile autem aut ſalſa redundante pituita, potus aquæ, aut vini diluti pro conſuetudine eſt vtilis, & deinde ſomnus. Idem fieret vbi partes adiacentes ſitia eſſent cauſæ ſuo calore. Non itaque diſſerit Hippocr. an bibere ſit opus eis qui à cœna valde ſitiont, ſed docet bibentibus, aot non bibentibus, ſomnum iuuamentum afferte, & bonum eſſe in ratione cauſæ, quoniam coquit, humectar, & mitigar ſitim, & quamuis caliditatem aut ſiccitatem, quæ ſitis cauſæ ſunt attemperat.

APHORISM. XXVIII.

Menſium prouocatorium ex aromatibus ſuffitus, ſæpe verò & ad alia vtilis foret, niſi capitis grauedines induceret.

COMMENTARIVS.

HIc & ſequentes Aphoriſm. ad 62. de affectibus mulierum ſcribontur, in hoc verò menſibus ſuppreſſis aromarũ ſuffitum dicit eſſe commodum ad prouocationem. *Suffitus aromatum ad menſium prouocationem vtilis.* Docet experimentorum, quamplurimas menſium retentiones ſuffitum aromatum ſanare, non tamen omnes. Sanat enim eas quæ à craſſis humoribus obſtruentibus vteri venas fiunt, & eas quæ à pororum clauſione, & ſi vterus à frigore fuerit denſatus, pariter ipſum laxat. Aromata enim calidæ naturæ ſunt, & ſiccæ, & tennis ſubſtantiæ, & adbuc magia in fumum verſa, ac proinde penetrant, extenuant, & aperiunt poros vteri: laxant autem vterum ſuauitate quadam, quam neruoſæ partes præſertim internæ amant. Si tamen ob calidam & ſiccam intemperiem eueniat, aut inflammationem, aut eroſionem non conueniet ex aromatibus ſuffitus, foret autem vtilis ad multa alia, niſi eapiria grauitatem induceret, valet ſanè ad omnem frigidam vteri & ventris intemperiem, & ad vteri præfocationem, & ad flatus vteri diſcutiendos, & ad ſeminis retentionem, ſed docet intelligere tales ſuffitus capitis grauitates efficere: implent enim caput per nares inſpirato fumo, & odorato omnia calida caput tentant.

APHORISM. XXIX.

Vtero gerentes purgare, ſi turget humor, quadrimeſtres, & vſque ad ſeptimum menſem, ſed minus has, iuniores autem & ſeniores vitare oportet.

COMMENTARIVS.

HIc Aphor. idem eſt cum primo ſectionis quartæ, quo loco ipſum abundè enarrauimus: repetitur tamen hoc loco, quoniam de affectibua mulierum agitur.

APHORISM. XXX.

Mulieri vtero gerenti capi ab aliquo acuto morbo, lethale.

COMMENTARIVS.

MOrbi acuti quidam habent febrea continuaa adiunctas, qui etiã tales proptiè ſunt, vt pleuritis, pulmonia, phreuitis, lethargus, & cauſus. Quidam febre carent, vt conuulſio, tenſio, apoplexia, omnes autem lethales ſunt, ſi mulieri vteto gerenti eueniant. Significat autem lethale hîc, quemadmodum & Aphor. 2. huius ſectionis, idem quod periculoſum, & quod ſæpius ſolear mortem afferre. *Lethale.* Quando igitur morbua acutus febrem adiunctam habet, mortem affert, tum ob febrem quæ infantem interimit, tum quoniam quantitas cibi conueniens eſſe nequit matri & infanti. nam cibus copioſus matrem interimet, quæ morbi ratione eger victu tenui: ſi tamen tenuis exhibeatur, & qualem morbus expoſcit acutua, infans alimenti defectu peribit. Quid igitur io eo diſcrimine agendum erit, vbi non ſine manifeſta noxa curari poteſt mater? Dicemus omni modo eſſe vtrique conſulendum, ita vt victus talia inſtituatur, vt nullum eorum manifeſtè lædat. Quòd ſi fieri nequeat quin aut mater pereat cibi copia, aut infans inopia, melius erit matrem ſaluare quàm infantem. Nam matre ſalua poſſibile foret infantem ſaluare, pereunte tamen matre perire infantem eſt neceſſum. Si verò morbus ſit de acutis, qui ſunt ſine febre, ipſi ſua vehementia interiment fœtum, & ſæpe matrem. Hæ ſunt cauſæ quare morbi acuti vtero gerentium ſunt lethales, quas Gal. quoque in commentario refert. Non eſt tamen lethale, vt quidam putat, vtero gerentem capi acuto morbo quoniam morbi acuti non aliter curantur quàm ſanguinis miſſione aut purgatione, quorum vtrumque eſt lethale. nam ſanguinem mitti. denegat Aphoriſ. ſequenti, & purgationem ſuprà denegauit Hippocr. vtero gerentibus, fallitur tamen apertè: nam multos morboa acutos curat natura inſenſili diſcuſſione humorum, aut coctione, aut criſi in fœminis ipſis vtero gerentibus, maximè bona victus ratione accedente. In illis igitur nullum periculũ attulerunt ſanguinia miſſio aut purgatio. Manet quoque verum, morbos acutoa lethales eſſe vtero gerentibus, ob cauſas à nobis traditas pariter, & à Gal. in Comm.

APHORISM. XXXI.

Mulieri vtero gerenti, ſanguine miſſo, abortit: & magis, ſi maior eſt fœtus.

COMMENTARIVS.

VTero gerentes, cùm incidunt in acutos morbos à ſanguine ortos, ſãguinis miſſione egent. *Vtero gerent. quando ſang. mit.* hanc verò exercere non licet ſine periculo abortus, quoniã fœtus detracto ſanguine priuatur alimento non fert autem infans in vtero vel pauciſſimo tempore à conuenienti alimenti copia priuari. Quamobrem rectè Hippocr. dixit ſanguine miſſo vtero gerentibus, aborſum ſequi, & magis, ſi maior eſt fœtus. Neque tamen putare oportet Hipp. omnino denegare ſanguinis miſſionem vtero gerentibus, ſed eam eſſe vult de iudicationibus quæ dehortantur à ſanguinis miſſione, & eſt ſcopus, qui viribus correpugnat, & docet minori copia ſanguinem eſſe mittendum, quàm aliàs. Nos lib. 2. de arte medendi ſectione 5. cap. 2. rem hanc latius pertractauimus, quo loco Auerrois errorem & Fuchſij falſam

opinionem confutauimus. Quod verò addit, Et magis, ſi maior eſt fœtus ad inopiam alimenti ferendam referendum eſt, maiores enim ſœtus pluri alimento ad conſeruationem egent. Videtur tamen huic ſententiæ aduerſari quod Ariſtot. libr. 4. De generatione animalium cap. 8. dixit: cuius hæc ſunt verba, Sed cùm ſœtus magis magiſque perficiatur, plus excrementi ſupereſt: minus enim abſumitur, idque dulcius eſt, cùm non æquè detrahatur quod bene coctum ſit, non enim inſuper ad fœtus formationem conſumitur, ſed ad incrementum mediocre, quaſi iam fœtus conſtet, adeptus finem ſuum. His verbis oſtendit alimentum minus aſſumere fœtum maiorem & iam conformatum, minus igitur nocebit eo tempore ſanguinis miſſio, ob alimenti detractionem. Neque contradicit ſibi Ariſt. qui eodem lib. cap. 6. vbi cauſã ſcripſit quare vtero gerentes ab initio turbationes patiantur, dixit: Principio potius cùm concipiunt perturbari ſolent magna ex parte: conceptus enim purgationem impedit, & præ ſua exiguitate abſumere copiam excrementi inter initia non poteſt, quanquam pòſt vbi iam plenius aſſumere cœperit, leuat. In hoc enim loco id tantùm vult, ſœtus ab initio ſiue primis menſibus parum accipere. licet enim plurimum augeantur pro quantitatis ſuæ ratione, totum quod in eo augmento abſumitur, eſt puſillum. cap. tamen 8 rurſus dicit parum aſſumere alimenti fœtus cum maiores ſunt. Id verò intelligendum eſt ac ſi diceret, minus ad portionem corporis, quàm vbi erant quatuor, quinque, aut ſex menſium: ſiquidem his menſibus fœtus conficitur, ac conformatur: poſtea verò conformatus & confectus minori augmento & minori alimento ad portionem egeat; Sed quid reſpondebimus? nam ſi verum eſt quod Ariſtot. dixit, minus alimentum ad portionem ſuæ molis capere fœtus maiores, non ita facilè excludentur ſanguine miſſo. Dicemus Ariſtot. eo loco diſquirere cauſam quare lac vltimis menſibus generari incipiat, & ipſam reieciſſe in copiam ſanguinis, qui iam ex vtero ad mammas regurgitare incipit. Quod verum eſt, non tamen eſt verum, eum ſanguinem abundare, quoniam ſœtus minus eius abſumit, quando maior eſt: ſed quoniam pluribus menſibus ſanguis retẽtus eſt, & proinde copioſior quàm prioribus menſibus. Ita vt quamuis multum in alitionem infantis abſumatur, multus quoque ſuperſit, qui ad mammas regurgitet, qua de cauſa poſtremis menſibus lac habent. Atque propterea ſanguinis miſſio vtero gerentibus ſæpiſſimè vtilis eſt, & nos ipſam quotidie exercemus. Et anno quidem ſuperiori illuſtriſſimæ Principi Ebulenſi Dominæ Annæ à Mendoça, octauo geſtationis menſe bis ſanguinem miſi, & anno præſenti octauo quoque geſtationis menſe ad decem vnciarum quantitatem cum magno eius, & fœtus commodo ſanguinem detraxi. Non tamen vult Hippoc. eſſe exercendam ſanguinis miſſionem in vtero gerentibus niſi magno vrgente vſu, præſertim vbi fœtus eſt maior.

Ariſt. de vtero gerent.

Principe Ebulenſis.

APHORISM. XXXII.

Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio.

COMMENTARIVS.

OMnem ſanguinis impetum ad partem quampiam, aut qui per viam fiat, quam lædit, conuertere in partem alteram cõuenit. Conuertitur autem reuulſione, aut deriuatione, hæc per proxima, illa verò per contraria exercetur, veluti cum à ſuperioribus ad inferiora conuertitur. Quo fit (vt Hipp. in præſenti Aphor. docet) menſtruorum purgationem ſoluere ſanguinis vomitum. Vbi enim mulier vomat ſanguinẽ, nihil magis conducet quàm ipſum conuertere ad vterum, & menſes deſcendere, qui cauſam reuellent, & eandem vt abundantem vacuabunt. Idque arte procurandum vbi à natura non fiat ſtatuto purgationis tempore, ſi tribus aut quatuor anteuertas diebus, aut malleolorum venas ſecare, aut ſcarificare crura.

APHORISM. XXXIII.

Mulieri menſtruis deficientibus ſanguinem è naribus fluere, bonum.

COMMENTARIVS.

QVoties humor aliquis qui vacuari ſolet retinetur, curſu naturæ aut conſueto impedito, bonum erit eundem alia via vacuari, parte ipſa per quam vacuatio fit non manifeſtè læſa. Quamobrem ſi menſes retineantur, ſanguinem eum alia via vacuari erit bonum, vti ſanguinis ex naribus fluxu: quamuis ſi per hæmorrhoidas vacuaretur, adhuc eſſet melius. Sed Hippocr. fluxus ſanguinis narium meminit, quia ſæpe ſuperuenit ſuppreſſis menſibus. Quando igitur menſes contra naturam retinẽtur, ſi ſanguis ex naribus fluxerit, erit bonum, aut ſimilis aliqua vacuatio arte procuranda. Si tamen retentio ſecundum naturam fiat, id non eſt neceſſarium: quamuis aliquando conducere ſoleat, vt in his quæ vtero gerunt. Perperam autem quis dixerit (vti Fuchſius) eis quibus menſes deficiunt aut ob ætatem aut quoniam valide admodum exercentur, menſes retineri. Quod enim non eſt, non retinetur neque aliquam deſiderat alia via factam vacuationem. Vetulæ tamen & ſaltatrices ſanguinem abundantem non habent: non ergo retinetur, neque menſes earum ſupprimi rectè dicemus.

Menſ. detentis ſang. fluxus ex naribus conuenit.

APHORISM. XXXIV.

Mulieri vtero gerenti ſi aluus plurimum fluat, periculum eſt aborſus.

COMMENTARIVS.

ALuus nimium fluens duo mala affert vtero gerentibus, alimenti defectum, & nimiam laſſitudinem ex frequenti ſurrectione ad deiiciendum. Hoc ſecundum notum eſt, ſed primum ea ratione conſtat, quod ſanguis qui præbet fœtui alitionem ex quatuor humoribus conſtituitùr, quorum ſi vnus aut plures plus æquo vacuentur, alimentum fœtui deerit, id verò periculum affert aborſus, vti Aphoriſm. 31. diximus, cùm de miſſione ſanguinis ageremus.

APHORISM. XXXV.

Mulieri quæ ab vteri præfocatione moleſtatur, vel difficilè parit, ſternutatio ſuperueniens bonum.

COMMENTARIVS.

DE vtero præfocatis fœminis præſens eſt Aph. non de his quibus chorion ſiue ſecundæ retinentur, de quibus infra Aphoriſm. 49. ſcribitur. Appellat paſſionem *ὑστερικὰ*, & mulier dicitur *ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένη*, id eſt ab vteri præfocatione moleſtata. De hyſtericis mulieribus Galen. ſcribit lib. 6. de locis patien. cap. 5. Quas dicit trium ſpecierum morbum pati. Quaſdam ſine ſenſu immobilẽſque iacentes, cum obſcuro & paruo pulſu, ita vt neque percipi poſſit. Alias ſentientes & moueri potentes, atque integra ratione, verum animi defectione, & difficili reſpiratione laborantes. Alias præter hæc crura & brachia contrahentes. Huic affectui ſi ſternutatio ſuperueniat, erit bonum, quoniam humorem, aut flatum qui præfocationis cauſa eſt excutiet & vterum ad locum ſuum trudet, ventris valida commotione. Gal. namque lib. 2. de cauſis ſympt. de ſternutatione dixit. Porrò omnibus quæ dicta ſunt,

Hyſtericis ſternutatio bonum.

vnum

vnum commune habetur, nempe expultricem facultatem ipſam ad vehementiſſimos motus concitare, quo excutiat ea quæ infeſtant. Quòd ſi non superueniat, hoc eſt ſponte accedat, arte ipſum procurare erit bonum. Si tamen ſponte ſuperueniat, bonum ſignum erit, naturam valere, & ad ſua munera redire ſignificans. In quibus verò partus difficile in lucem editur, aut retinetur, iuuat maximè ſternutatio partum mouens, quatiens, & prouocans.

APHORISM. XXXVI.

Mulieri menſes decolorati, neque ſemper ſecundum idem tempus venientes, purgatione indigere ſignificant.

COMMENTARIVS.

Menſes decolorati.

MVlieribus fiunt menſes decolorati, id eſt rubrum colorem & naturalem non ſeruantes, ſi pallidi fiant albicantes, liuidi, nigri, virides, aut plurium colorum. Id verò pro ratione humoris qui ſanguini miſcetur, bilis videlicet, aut pituitæ, aut melancholiæ, horum humorum cauſa præter coloris mutationem, accidit vt purgationes menſium non ſemper eueniant ſtatuto tempore, ſed aut ante aut poſt, pariter pro humoris commixti ſanguini natura, & copia. Bilis etenim accelerat menſes, & pituita eoſdem retardat, veluti & melancholiæ craſſitudo. Mutant quoque tempus conſuetum menſes ob vteri frigiditatem aut nimium calorem & propter obſtructionem, aut vaſorum nimiam apertionem, qui ad vterum ſunt: ſed horum cauſa color non mutatur, niſi temporis proceſſu ſanguis detentus putreſcat, & in aliam naturam eat. His non debetur purgatio. nam ſiue calor immodicus, ſiue nimia frigiditas cauſa variationis temporis fuerit, attemperantibus eſt occurrendum, non vacuantibus, ſicuti vbi ob clauſionem nimiam viarum, aut earundem immodicam apertionem, eueniat. Quam ob rem mira quadam ſapientia Hippoc. cum temporum varietate decoloratos menſes coniunxit: vt firmum faceret quod dixit, purgatione indigere. Vbi enim colorum mutatio fiat, humorũ cum ſanguine mixtio ſignificatur, qui purgatione egent. Quòd tamen aliæ menſium ſuppreſſiones aliter curari debeant, & quòd purgatis illis quibus purgatio conuenit, deinde aliis medicamentis mouentibus menſes ſit opus, ac quibus lib. 3. de arte medendi docuimus. Nos tamen purgationem dicimus conuenire menſibus decoloratis potius quàm variantibus tempus: decoloratis enim ſemper conuenit tempore variatis non ſemper, vt diximus.

APHORISM. XXXVII.

Mulieri vtero gerenti ſi mammæ graciles repentè fiant, abortit.

COMMENTARIVS.

Partus naturalis cauſa.

TRibus de cauſis infans ſecundum naturam prodit in lucem poſtquam in vtero perfectus eſt, quoniam calor cordis adeò increuit vt amplius ſine euentatione & refrigerio inſpirato aëre, viuere non poſſit, & quoniam alimentum, quod à matre ſumit, non ei ſatisfacit, ſed cogitur quod deeſt aliunde diſquirere, & auctore Hippocr. lib. de natura infantis, calcitrat, & acetabula diſrumpit, & matri patiẽdi initium affert: & quoniam vterus ipſum non capit ob magnitudinem, & loci anguſtiam. Quando verò cauſæ hæ aut illarum aliqua accedit, antequam infans ad perfectionem ducatur, pariter in lucem coactus prodire tentat. Quod fit vbi mammæ repentè graciles fuerint, id eſt nullo antecedente morbo mammarũ, ob quem graciles fieri debeant, vt ſolent. Tunc enim mammæ extenuantur ob inopiam ſanguinis, ob quam fœtus alimenti defectum ſentit. Siquidem cum alimentum deeſt mammis, deeſt quoque & infanti: quoniam mammis & vtero ſunt communes venæ per ventrem aſcendentes, quæ oſcula cõmittunt oſculis venarum per thoracem deſcendentium, à quibus mammæ ſanguinem accipiunt. Cùm verò infans inopiam alimenti ſentit, calcitrat & diſrumpit membranas, & aborſum affert, aut interim moritur, & mortuus excluditur. Mammis itaque repentè extenuatis aborſus eſt ſperandus.

APHORISM. XXXVIII.

Mulieri vtero gerenti ſi altera mamma extenuetur, geminum habens, alterum abortiet. Et ſi quidem dextra tenuis fiat, marem: ſi verò ſiniſtra, fœminam.

COMMENTARIVS.

Mulieres ſuperfœtant.

MVlieres vtero gerentes magna ex parte vnum tantùm geſtant, ſed quandoque duos. Viſi etiam tres * vno partu in lucẽ producti, & quatuor, & quinque, & heri ad Carolum principem perducti ſunt duo ad vmbilicum hærentes, communi cute & carne, qui adhuc viuunt, trigeſimo à partu die. Quando tamen plures in vtero cõtinentur, quidam magis dextræ parti vteri reſpondent, quidam ſiniſtræ, atque à venis ei parti reſpondentibus alimentum ſuſcipiunt, & vbi gemini fuerint, qui dextram vteri partem tenet, alimentum accipit à venis quæ cum mamma dextra connectuntur: & qui ſiniſtram ab iis quæ cum ſiniſtra. Quapropter vti Aphor. præterito diximus, ſi mammæ graciles fiunt, aborſus ſperatur, ita modò dicemus, ſi altera tantùm extenuetur, & gemini contineantur, alterius ſequitur aborſus, eius videlicet qui parti eiuſdem mammæ reſpondet, quoniam ob alimenti defectum, vt diximus Comment. præcedenti, aborſus fiunt. Dextra autem parte mares contineri magna ex parte, & fœminas in ſiniſtra, infra Aphor. 48. dicetur.

** Dum hæc prælegerem, ſimile quidpiam contigit in hac vrbe Lugdunenſi. Quippe Honeſtiſſima vxor D. Conchary Benedicti tres fœtus vno partu viuos enixa eſt, ſed paucis interpoſitis diebus extincti eſt.*

APHORISM. XXXIX.

Si mulier quæ non concepit, neque peperit, lac habet, menſes ei defecerunt.

COMMENTARIVS.

Sanguis ad mammas fertur à partu.

POſt partum mirabili quadam naturæ lege ſanguis qui ad vterum ferebatur fœtus alendi gratia, is ad mammas tranſmittitur. Quamuis illico à partu ſanguis vitioſus qui retẽtus fuit, conceptionis tempore per vterum purgetur, qui tamen vitio caret ſurſum latus in mãmis, alteratur & coquitur, & in album colorem & lactis ſpeciem mutatur, vt infanti ſit alimentum. Octauo tamen & nono menſe conceptionis quibuſdam ſanguis ad mammas defertur, qui ab alitione fœtus ſupereſt, & is in lac vertitur. Fit autem, quamuis rarò, ſimili tamen ratione, menſibus ſuppreſſis ob cauſam præter naturam atque morboſam, vt ſanguis delatus ad mammas coquatur, & in lac tranſeat. In quibus vera eſt, & experimento probata Hippocr. ſententia. non enim pepererunt, neque conceperũt, quoniam tamen lac habent, ſignificat quòd eis menſes defecerunt, ob menſium igitur defectum, ſiue ſuppreſſionem fit, citra conceptionem & partum vt lac habeant. Vidimus puellam Burgenſem, cui menſibus ſuppreſſis lac mammis inerat. Medicus verò cui res fuit commiſſa (accuſabatur enim ab hero) conſtantiſſimè affirmabat ipſam grauidam eſſe, quam ego coram hero & aliis defendi, fieri poſſe dicens, vt lac habeat mulier ex ſola menſium retentione, citra conceptionem. Tempore tamen nouem menſium tranſacto manifeſtè conſtitit mulierem honeſtè vixiſſe, & virginem eſſe, cui aliquibus poſtea diebus menſes profluxerunt. Quin non tantùm in fœminis quibus menſes defecerunt lac generari videmus, ſine conceptione, ſed in viris viſum eſt lac in mammis

Notanda Hiſtoria.

Alia non minus rara.

genitum, quod infans eius filius ſugebat orbatus matre.

APHORISM. XL.

Mulieribus quibus ſanguis ad mammas in tumorem colligitur, furorem ſignificat.

COMMENTARIVS.

Lac in mammis viri. APhoriſm. hic id docet quod rarò fit, quodque Galen. nunquam vidit, ſed forte quod Hippoc. conſpexit, vt tarum ſed memoria dignum, nobis ita tradidit. Si ſanguis ad mammas in tumorem colligatur, dicens mammam ſignificare, συστρέφεται, dixit, & lib. 4. de rat. vict. acut. ſection. 22. dixit, morborum συστροφὰς, Galenus verò in Comment. inquit, Verùm par eſt ab ipſo dici συστροφὰς morborum, eas quæ fiont intumeſcentibus particulis. Audio enim nunc plurimos in noſtra Aſia, ſic nominãtes omnes præter naturam tumores. Et lib. antiquarum Hippocr. dictioonm, dixit συστροφὰς eſſe φύματα, & φῦμα omnem tumorem præter naturam ſignificare, vt ſect. 4. Comment. 44. diximus. Rectè igitur verbum συστρέφεται, in tomorem colligitur, vertimus. Quando autem colligitur ſanguis in mammis, indicat eam eſſe eius malitiã, vt ab eis vinci nequeat, quod fit quandoque ob eius ſiccitatem, & acrimoniam, qoalem habet ſanguis melancholicus vſtus, qui in mammis collectus, & vapores in caput mittens, ſuæ naturæ mammam efficit, Galen. id fieri docet vbi ſanguis ferueos, per totum corpus delatus, caput petit, cuios pars quæ ad mammas defertor, à temperatura mammarum, temperari ac moderari nequit, quod ad furorem qui per eſſentiam fit, videtur eſſe neceſſarium: ad eum tamen qui per conſenſum fit, ſatis eſt ſi in mammis prædictus humor colligatur, & in caput ſumos mittat, quod nos aliquando vidimos.

APHORISM. XLI.

Mulierem ſi vis ſcire an conceperit, cum dormitura eſt, poſtquam cœnauerit, aquam mulſam eidem potandam dabis, & ſi tormina circa ventrem patiatur, concepit, ſin minus, non concepit.

COMMENTARIVS.

NOn longè à conceptione, qoando venter non admodum tumet, & menſes aut nondum videntur detenti, quoniam tempus nondum acceſſit purgationi ſtatutũ, aut quoniã adhuc res eſt ſuſpecta, aut ob caoſam aliam ſupprimantur, vias varias
Mulier an conceperit noſſe. tentare conuenit dignoſcendi an mulier conceperit, quarum vnam ſcribit præſenti Aphoriſm. quia præcipit, vt mulſam bibat cum dormitura eſt, ſed poſtquam cœnauerit, ἐκ δείπνου ἰοῦσα, id eſt, poſtquam cœnauerit. Quæ pars in quibuſdam codicibus non legitur, & in aliis legitor ſine negatione, & negatiua tamen lectio melior eſt. Quod enim vult Hippocr. experiri, id melios aſſequetur, ſi poſteaquam mulier cœnauerit, aquã mulſam bibat. Aqua etenim mulſa cruda, quam exhiberi vult Hippoc. autore Galen. in Comment. flatuoſa eſt, non ita vbi cocta fuerit abſumpto ab igne flatu ſimul cum ſpuma. Ex eios potu mulier tormina ſentiet, ſi conceperit, vbi ipſam cùm ſe ad ſomnum conuerterit bibat: ſi verò tormina non ſenſerit, non concepit. Nam mulieris quæ concepit vterus contrahitur, vt ſemen contineat: & os huius adeo clauditur, vt neque ſpecilli acumen capere poſſit. Ad hanc ſequitur, vt imæ partes vtero coniunctæ, pariter cum ipſo retrahantur, de quibus eſt rectum inteſtinum, & paulò longius à conceptione, vterus impletur & dilatatur, ac comprimit aliquatenus rectum ipſum inteſtinum. Ad hanc compreſſionem ſequitur, vt flatus ab aqua mulſa leuatus non inueniat exitum, & deoolutus per inteſtina tormina inferat. Non tamen ita fiet ſi non concepit, quoniam flatus facilè trudetur ima parte non conſtricta, neque oppreſſa.
Vt igitur id experimentũ vim habeat aliquid oſtendendi, opus eſt vt aquam mulſam bibat molier, & hæc ſit cruda, vt conceptionem detegat. Deinde vt eam bibat cùm ſe ad ſomnum conuertit, quoniam vigilia & motus ſolent flatom diſcutere, ſeruantur autem per ſomnum & qoietem. A cœna verò id accipere conuenit, quoniam ventre pleno, flatus magis diſtendet ventrẽ & tormina magis fient, quàm ventre cibis vacuo. Sed dices, vbi vir aliquis lumborum dolore laborare ſoleat, ventris & inteſtinorum imbecillitate, bibita aqua mulſa croda ſentiet ventris dolorem, & tormina. igitor & mulier ſimili modo affecta, ex potu aquæ mulſæ crudæ, ſentiet tormina, quamois non conceperit. Non ſequitur ſanè, qooniam ad experiendum decet prius omnem alium affectum diſtinguere, & agnoſcere cauſas omnes alias à potu mulſæ crudæ eſſe reiiciendas, vt verum ſit indicium affirmatiuum, ſi tormina ſenſerit, concepiſſe. Quòd ſi tormina non ſentiat, pariter diſtinguendum. nam poſſet calor validus admodum flatum inſenſili vacuatione diſſoluere, & mulier tormina non ſentire, quamuis in vtero habeat.

Aqua mulſa conceptionem detegit.

APHORISM. XLII.

Mulier grauida ſiquidem maſculum gerit, bene colorata eſt, ſi vero fœminam, malè.

COMMENTARIVS.

Cõceptus mas & fœmina diſtinguuntur. REm admodum difficilem, & quam integrè conſequi puto ferè impoſſibile, tentat modò Hipp. docere, qua ratione quibuſve ſignis cognoſcere valeamus, an mulier conceperit marem, an fœminam. Si enim marem conceperit (inqoit) bene colorata eſt: ſi tamen fœminam, malè. Ratio eſt quoniam mas calidior eſt fœmina, & mulieres tunc marem concipiunt, quando ſunt calidiores: fœminam, cùm frigidiores. At verò calidiores, ſunt etiam rubidiores, & viuidiores ac perinde coloratiores. Id tamen intelligendum vbi ad ſe ipſas comparantur, non ad alias, quæ ſunt ſecundum naturam calidiores, & coloratiores. Docet quoque conferre mulieres ſibi ipſis, quando aliàs conceperunt. nam conceptio ex ſua natura mutat aliquatenus mulieris colorem. Neque tamen id quod Hipp. dixit, facta vt nos diximus collatione, verum eſt ſemper, ſed vt in plurimum. Nam ſi maris conceptio reddit molierem coloratiorem, quoniam mas eſt fœmina calidior, & plures ſunt fœminæ quibuſdam maribus calidiores, & robuſtiores, Aph. erit de his, qui vt in plurimum ſunt veri, Quod Galen. in Comment. ſentit, idem quoqoe de validis motionibos infantis in vtero, quod maris indicium eſt, & pariter non ſemper eſt verum, quoniam ſunt fœminæ quædam quibuſdam maribus roboſtiores. Sic etiam & quod Hippocr. infra Aphor. 48. dicet, mares geſtari in dextra vteri parte, vult eſſe verũ magna ex parte. Quam ob rem non tantùm hæc ſigna, ſed quæcunque à Medicis
Conceptus ſexus diſtinguuntur. tradita ſont, magna ex parte continent varietatem, & vbi plurima ex eis cõiungantur: nunquam tamen ita vera eſſe exiſtimo, vt vel vnum, vel molta ſimul iuncta poſſint infallibile facere iudicium. Ponamus enim omnia hæc cõiungi, intra nonageſimum diem moueri, pulſum dextræ manus validiorem ac duriorem eſſe, in dextra parte contineri, mulierem eſſe beoe coloratam, incipere motum crure dextro, ventrem magis prominere, & acuminatum eſſe, & ſummatim talia ſentire, qualia aliàs cùm marem geſtabat: oon erit ſatis, vt infallibile ſit, ſiquis dixerit,

matem

marem geſtare. Sed puto prudentem virum nou decere ſuam ferre ſententiam, quamuis ſit inſtantiſſimè rogatus, ſed expedire magis, iu poſterum differre coniecturam.

APHORISM. XLIII.

Si mulieri grauida in vtero fiat eryſipelas, lethale.

COMMENTARIVS.

Eryſipelas vteri lethale.

ERyſipelas inflammatio bilioſa eſt, à flaua bile exquiſita orta, vel à ſanguine tenuiſſimo efferueſcente. Hæc vbi in vtero grauidæ fiat, notum eſt quantum poſſit fœtum interimere, cùm & febris acuta ipſum interimat. Adde quòd vterus irritabitur ab eryſipelate, adeò vehementer vt ipſum excludat, aut concluſum interimat. Quin & inflammatio, vteri quæ propriè phlegmone dicitur, à ſanguine orta, tum calore, tum etiam tumore, aut aborſum commouebit, aut fœtum intus concluſum, calore & compreſſione interficiet.

APHORISM. XLIV.

Quæcunque tenues præter naturam concipiunt, abortiunt menſe ſecundo, priuſquam craſſeſcant.

COMMENTARIVS.

Abortiunt præter naturam extenuatæ.

DE extenuatione præter naturam, verum eſt quod dicit, ſi ita extenuatæ concipiãt, ſecundo menſe abortient antequam craſſeſcant. Quæ namque ſecundum naturam tenues ſunt, ſed non admodum non egent incraſſatione, ſed quales ſunt, tales ad partum ſeruantur, & fœtum ſeruant. Verùm cùm tenues ſunt, ſed præter naturam, reſtitutione egent, & ad naturalem ſtatum reductione: & tamen cùm reducuntur, multo egent alimento, vt ſeruari poſſint, & augmentum ſuſcipere. Fœtus quoque ſecundo à conceptione menſe celeriter augetur, & eius augmentum eſt effatu dignum, ad quod pariter opus eſt copioſo alimento. Difficile autem eſt mulieri vtero gerenti tantam alimenti copiam conficere, vt ad conſeruationem ſuam, & augmentum ſuum, & fœtus, ſit ſatis. Vnde fiet vt mater tanquam validior, ſibi commodum arripiat, aborſus verò ſequatur fœtu alimento priuato. Siue ergo mater ſit valde extenuata, ſiue præter naturam talis, verum eſt in refectione id mali ſequi debere, vt fœtus alimento priuetur, & deinde aborſus ſequatur, quæ enim valde tenuis eſt, non valebit fœtum alere, etiam ſi id fuerit ſibi ſecundum naturam, niſi craſſior ſit adaucto ſanguine bono.

APHORISM. XLV.

Quæcunque verò mediocri corporis habitu prædita abortiunt, ſecundo aut tertio menſe, ſine manifeſta occaſione, his acetabula plena ſunt mucoris, & non valent præ pondere fœtum tenere, ſed diſrumpuntur.

COMMENTARIVS.

SVnt non paucæ mulieres quas vidimus, quáſque curandas ſuſcepimus, quæ raiò perduxerunt fœtum ad perfectionem: quædam etiam ex his nunquam, quarum nonnullæ ſecundo, aliæ tertio, aliæ quarto menſe fecerunt aborſum. Huius aborſus cauſam docet Hippocr. in præſenti inueniie, prius habita diſtinctione, An mulier craſſa admodum ſit, ita vt compreſſo ab omento fœtu, cogatur abortire, aut admodum tenuis, ita vt præ imbecillitate fœtum alere nequeat, & ſi craſſior fieri incipiat, ob cauſam dictam in Aphor. præcedenti, pariter abortiat, ſit tamen mediocri corporis habitu. Sed rurſus diſtinguere docet, an ob cauſam aliquam euidentem aborſus eueniat, ſiue cauſa illa ſit externa, vt ſaltus, vociferatio, caſus, tenuis victus, magna euacuatio arte facta. Aut cauſa ſit interna, vt animi valida turbatio, ita, mœror, lætitia, febris valida, inflammatio, aut eryſipelas vteri, aut teneſmus, aut menſium profluuium, aut magna vacuatio quæuis natura facta: quibus demptis putare oportet, ſi aborſus ſecundo aut tertio menſe fiat, acetabula vteri quibus fœtus eſt appenſus, & per quæ alimentum ad vterũ defertur, eſſe plena mucoris, hoc eſt abundare nimia pituita, quæ ipſa implet, laxat & rupturæ parat, ita vt leui quauis occaſione, aut ſine ipſa, ſed ſola fœtus grauitate, deorſum trahente diſrumpantur.

Aborſus cauſa.

Has ego ſoleo extenuante victu, antequam concipiant, præcauere. Cùm enim conceperunt, non ferunt auxilia adeò valida, vt ad euacuandam pituitam prædictam ſint ſatis. Huius Aphor. veritatem comprobat Galen. lib. 6. de lo. pat. cap. 5. & ipſum citat lib. de vuluæ diſſectione.

Remedium huius aborſus.

APHORISM. XLVI.

Quæcunque præter naturam craſſæ non concipiunt, iis omentem os vteri comprimit, & priuſquam extenuentur, non concipiunt.

COMMENTARIVS.

Mulieres craſſæ præter naturam non concipiunt.

MVlieres admodum tenues, ac præter naturam tales abortire dixerat antequam craſſeſcant, modo de craſſis præter naturam dicit, non concipere, niſi prius extenuentur. Ratio eſt: quoniam in admodum craſſis omentum comprimit os vteri, ita vt non admittat ſemẽ præ anguſtia. Quæ verò talem habet corporis habitum, non concipiet, priuſquam extenuetur, & cedat proiecto ſemini. Ariſt. lib. 2. de partibus animalium cap. 5. diuerſam adhibet rationem, quare obeſa animalia non concipiunt, quæ mulieribus videtur eſſe communis, dicens: Quin etiam obeſa omnia ſteriliora ea de cauſa ſunt. quantum enim ex ſanguine proficiſci ad genituram & ſemen genitale debebat, hoc in adipem aut ſeuum ſumitur: ſanguis enim dum coquitur ad hæc tranſit.

Ariſt. de ſterilitate.

APHORISM. XLVII.

Si vterus coxæ adiacens ſuppuretur, neceſſum eſt linamentum fieri.

COMMENTARIVS.

CVm de mulierum affectibus agat, hanc quoque ſententiam aliis ſine ordine inſeruit, dicens: Si vterus coxæ adiacens ſuppuretur, vterus ſanè quandoque inflammatur, vergitque inflammatio ad coxam, & in inguine faſtigiatur, & quandoque ſuppuratur ac rumpitur. Quod ſi fiat, neceſſum eſt ἐμμοτὸν * fieri: eſt autem μοτὸν, linamentum, quod Hippoc. lib. 6. de morb. pop. pat. 7. appellauit μότωμα. An tamen ἐμμοτὸν ſit idem quod μοτὸν, id eſt linamentum, aut dicat aliud aliquid, videlicet, aut quod ſimul cum linamento miſcetur, aut linamentum, quod immittitur vlceribus, quale eſt linamentum contortum, non ſatis conſtat. Verum autem dixit, ſuppuratis & profundis vlceribus, opus eſſe ἐμμότῳ, id eſt medicamento quod cum linamento immittitur, aut ipſo linamento, quod immittitur. Sic enim vlcera profundiora, & quæ non omnino patent, curantur: quale erit ſi vterus in coxam vergens ſuppuretur, & rumpatur.

** Doctiſſimus Duretus putat aduerſus Galen. ſententiam hoc vocabulum ἐμμοτὸν non ſignificare linamentum hoc loco, ſed potius vlcus inſanabile quod cutim contra ſe afficit, & cicatrice obduci non poteſt.*

APHORISM. XLVIII.

Fœtus mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis.

COMMENTARIVS.

Mares in dextris vteri.

SImilem hîc ſententiam ſcripſit lib. 6. de morb. pop. part. 2. ad finem, dicens: Quod in calidiore ac robuſtiore, dextra ſcilicet vteri parte, ideò & nigri & ob id extra prominent venæ, & bilioſiores exiſtunt. Et rurſus ibidem inquit: Validius ideò bilioſus ſanguine abundantiore, quòd locus animalis calidior ſit. Et vt Gal. eo loco reſtatur, Parmenides dixit: Dextris quidem pueros, ſiniſtris verò puellas. Tota ratio Aphoriſm. ex temperatura dextri lateris

pendet,

pendet, ſuppoſito prius fundamento à nobis probato, lib.1. de arte med. cap. de temperamentis, mares fœminis calidiores eſſe. Quòd ſi calidiores ſunt, iure eos in parte vteri calidiore generari dicemus. Eſt autem dextra pars calidior, quia iecori adiacet, & quoniam ſanguinẽ habet copioſiorem, & quoniam validius exercetur. Verùm ad maris generationem dextra pars vteri admodum conducit, quoniam, Galeno teſte lib.2. de ſemine, & 14. de vſu partium, & anatome, idem docet, Sanguis qui ad dextrum teſtem fœminæ trahitur, qui etiam ibidem in ſemen vertitur, & in dextram vteri partem funditur ad generationem, calidior eſt, & purior, quàm qui ad ſiniſtrum trahitur: quoniam ille à vena caua trahitur, poſtquam emulgens vena dextra ipſum purgauit, hic tamen ab ipſa emulgente ducitur impurus. Magis autem dixit, quoniam aliquando, ſed rarò fit, vt in ſiniſtra parte mares concipiantur, & contra.

APHORISM. XLIX.

Vt ſecundæ procidant, ſternutatorio adhibito, nares, & os apprehende.

COMMENTARIVS.

Secundæ vt procidant.

DE numero multorum auxiliorum quæ valent ad ſecundarum propulſionum, quorum copia à nobis tradita eſt lib.3. de arte medendi vnum bonum tradit modo Hippocr. Si enim ſecunda retineatur à partu vt ſolet non rarò fieri, ſternutatorium adhibere docet: & vt validius quod volumus faciat, opus eſt nares & os apprehendere manibus, & comprimere, ne flatus liberè per hæc loca exeat, ſed coactus deorſum pellatur, & compreſſo ventre vehementi ac celeri motu propellantur quoque ſecundæ. Docet experimentum id remedium eſſe præſtantiſſimum, & opus eſſe breui remediis vti, ne mulieres interim putrefactis ſecundis febres, deliria, capitis dolores, tremores, & animi deliquia patiantur, ab ore verò & naribus fœtidus odor expiret, ſcripſerat hanc ſententiam lib.2. de morb. pop. part.5. ad finem.

APHORISM. L.

Mulieri menſes cohibere ſi velis, cucurbitulam quammaximam mammis appone.

COMMENTARIVS.

ANatomes peritus Hippocr. rectè admodum præcipit ad ſiſtendos menſes immodicè fluentes, hoc vti remedio, cucurbitulam quammaximam (videlicet) ad mammas apponens. Quammaximam dixit, vt validam efficiat ab vtero tractionem, per communes venas mammis & vtero. Nos ſanè non vnam ſed duas magnas cucurbitulas affigere ſolemus, non mammis, ſed radicibus mammarum, quod eſt parum infra mammas. Nam mammæ eas non ferrent abſque dolore, & fortè afferrent ſuprà poſitæ, inflammationem.

APHORISMVS LI.

Quæcunque in vtero habent, harum os vteri conniuet.

COMMENTARIVS.

Conceptus ſignum.

COnceptionis ſignum ſcribit, oris vteri conniuentiam, ſiue compreſſionem: quam pariter patiuntur illæ quarum os vteri phlegmone aut ſcirrho laborat; ſed diſtinguitur tumor a conceptione, quoniam in grauidis os vteri comprimitur, ac conniuet, ita vt neque ſpecilli acumen capere poſſit, ſed ſine duritie, in aliis cum duritie. Attinet autem id negotium ad obſtetrices, quæ digito immiſſo compreſſionem agnoſcunt ſine duritie. Præterea quoniam grauidæ ſecundum naturam ſe habent, aliæ dolent per inflammationes, & febrem patiuntur, ſcirrhum verò præceſſit phlegmone, aut ſenſim generatur, menſes non deſcendunt, & ea mala afferunt, quæ ſolent pati quibus menſes præter naturã retinentur. Sed ſi verum eſt os vteri claudi, ac conniuere, quomodo eueniet ſuperfœtatio? Quæ enim conceperunt clauſo ore vteri, non admittunt in poſterum ſemen maris. Superfœtare quidem mulieres non ſemel, ſed ſæpius experimentum docuit, & Hippoc. de ſuperfœtatione librum ſcripſit: Ariſt. verò lib.7. de part. animalium cap.4. inquit: Mulier & equa omnium maximè animalium grauidæ coitum patiuntur: cætera vbi grauida fuerint, fugiunt mares, ea ſcilicet quantũ natura ſuperfœtare recuſat. verùm equa nunquã ſuperfœtat, ſed magna ex parte vnum tantummodo generat. At verò in muliere rarò quidem euenit, vt ſuperfœtet, ſed factum tamen aliquando eſt. Qui itaque longo poſt tempore ſunt concepti, nihilo perfici poſſunt, ſed præmaturius dolorem quo ipſi & primus fœtus intereat mouent. Iam incidit vt facta corruptione duodecim ſuperfœtata puerperia egerẽtur. At verò ſi proximè à primo conceptu ſecundus ſit factus, abſolui edique poteſt, quòd ſuperfœtauit, vt quaſi gemini naſci videantur. Quomodo Herculem, & Iphiclem procreatos eſſe fabulantur. Nam id etiam conſtitit. Adultera quædam quæ alterum ſuo marito, alterum adultero ſimilem peperit, iam & cùm geminos quædam ferret, tertium ſuperfœtauit, & cùm tempus pariendi iuſtum iam inſtaret, primos vitales peperit, tertium quinto menſe eliſit, qui ſtatim mortuus eſt. Altera cum primũ ſeptimo peperiſſet, qui mortuus eſt, mox duos iuſto menſium numero edidit, qui vixerunt. Hæc Ariſtot. quæ non repugnant ſententiæ Aphoriſm. nam poſt conceptum vterus conſtringitur quibuſdam valde, quæ non ſuperfœtant: eis verò quæ ſuperfœtant, non valde, dicente Hipp. lib. De ſuperfœtatione, Superfœtant autem mulieres, quarum os vteri poſt primum conceptum non clauditur valde.

Equa nunquam ſuperfœtat ſed mulier aliquando.

APHORISM. LII.

Mulieri vtero gerenti ſi ex mammis lac plurimum effluxerit, fœtum imbecillum ſignificat: ſi verò mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſaniorem ſignificat.

COMMENTARIVS.

NOn primis ipſis, ſed poſtremis menſibus conceptionis, lac in mammis ſecundum naturam generatur, quamuis ante id viſum ſit lac in mammis & omnino in virgine, cui menſes defecerunt. Poſtremis autem menſibus ſanguis copioſior ad mammas delatus in lac tranſit, non tamen perinde defluit, niſi multum fuerit. Quandoque verò eſt adeò multum, vt plurimum effluat, ſed non fit niſi cum fœtus paucum ſanguinem trahit ad ſuam alitionem. Probè itaque colligit Hipp. ſi lac plurimum effluit, fœtus eſt imbecillus, vtque non valeat alimentum trahere, aut ſuperare, & propterea paucum trahat, multum autem ſanguinem relinquat, qui ad mammas confluens, in lac tranſeat: & cum non poſſit contineri ob multitudinem, defluat plurimum. Quòd ſi mammæ fuerint ſolidæ, hoc eſt modicè plenæ, nec tamen obduratæ, ſed στερεαὶ, id eſt ſolidæ, & firmæ, ſaniorem fœtum ſignificat, trahit enim quod ſibi conuenit, & mammis relinquit quod ſatis eſt ad illarum ſoliditatem, quæ media diſpoſitio eſt inter duras, & valde laxas.

Lac plurimũ ex mammis fluens.

APHORISM. LIII.

Quæcunque fœtus corruptura ſunt, his mammæ extenuantur: quòd ſi rurſus duræ fiant, dolor aderit in mammis vel in coxis, vel in genibus, vel in oculis, & non corrumpent.

COM

COMMENTARIVS.

Mammæ graciles ante fœtus corruptionem.

HOc vnum putat Hipp. perpetuum, éſtque rationi conſonum, ſi mulier fœtum corruptura eſt, ante id mammas graciles fieri, ſiue aborſus ſequatur cauſam prægreſſam, vt ſaltum, ictum, laborem, aut animi motum: ſiue cauſam materialem & internam, vti phlegmonem, aut eryſipelas vteri, aut febrem vehementem. Quoniam ob quamcunque cauſam fiat, dolores antecedent, & inde ſanguinis motus ad partem dolentem, ad quem ſequitur vt mammæ ſanguine priuentur, atque extenuentur. Dixerat autem ſupra Aph. 37. Mulieri vtero gerenti ſi mammæ repente graciles fiant, abortit. Modò verò ſi abortire debet mulier, mammas antè graciles habituram dicit. Cæterùm prius vnum de multis ſignis aborſus ſcripſit, proceſsítque à ſigno ad effectum. Nunc verò à fœminis ipſis abortientibus & ab ipſo aborſu futuro ad ſignum procedit, idque vt vnicum atque perpetuum ſtatuit. Si mulier abortire debet, mammę ante extenuantur. Quòd ſi rurſus duræ fiant (inquit) dolor aderit in mammis aut coxis, aut genibus, aut oculis, & non corrumpet. Duplicem ſenſum habere poteſt littera hæc autore Gal. in Comm. aut enim vult hæc euenire, ac non corrumpere fœtum ſi poſt graciles fiant duræ, aut vbi duræ fiant, quæ diſpoſitio extenuatis eſt aduerſa. Hunc ſecundum ſenſum magis probat, ita vt ſenſus ſit, ſi fœtus corrũpi debet, mãmæ graciles fient. Durę verò ſi fiant, non ſignificant fœtus corruptionem, ſed dolor accedit mammis, retenta ibidem copia ſanguinis, aut tranſlata ad coxas oculos, aut genua: ibi aderit dolor, & non corrumpet mater fœtum. Quamuis hæc non tollant quominus aliquando ad vterum pellatur abundantia, quæ duras efficit mammas, & in ipſo phlegmonem faciat, aut eryſipelas, & inde fœtus corrumpatur. Verùm ſi corruptio ſequi debeat, quod fiat ſanguinis abundantia ad vterum tranſmiſſa, non item duræ manebunt mammæ, ſed tenues fient, quoniam mammarum gracilitas aborſum omnino antecedit.

APHORISM. LIIII.

Quibuſcunque os vteri durum eſt, his neceſſe eſt os vteri conniuere.

COMMENTARIVS.

Os vteri durum cõniuet.

MEritò quidem Galen. in Comment. teſte is Aphoriſm. poſt 51. ſequi deberet, ambo enim ſunt de vteri conniuentia. ille quidem de ea, quæ ſecundum naturam eſt, quæ ſequitur conceptionem: hic verò de conniuentia, quæ ſequitur aut ſcirrhum, aut phlegmonem. Diſtinguit has tactu: nam quæ conceptionem ſequitur, ſecundum naturam eſt, & mollitiem natiuam ſeruat os vteri, quod intra ſtomachum vteri eſt. In conniuentia verò præter naturam durities adeſt, ſiue phlegmonem, ſiue ſcirrhum ſequatur.

APHORISM. LV.

Quæcunque vtero gerentes à febribus capiuntur, & valde extenuantur: abſque manifeſta occaſione, difficilè pariunt, & cum periculo, aut aborſum facientes periclitantur.

COMMENTARIVS.

Partus cum periculo.

VNum duorum accidere docet vtero gerentibus quæ à febribus capiuntur, ſi valdè extenuentur & abſque cauſa manifeſta: aut quod parient cum difficultate & periculo, aut quòd aborſum cum periculo facient. Cùm enim praui ſucci in corpore vtero gerentis abundant, aut efficiunt febrem aliquam vehementem, aut non talem, ſed longam, & quæ ſæpe videatur minor eſſe, & deinde redire ad maiorem vehementiam: id verò fieri ſolet, quoniam nunquam ſatis purgantur eas febres patientes, cùm non tolerent medicamenta pro ratione abundantiæ, vtroque modo fit vt valde extenuentur in acutis & validis febribus, ob vehementiam, in aliis ob longitudinem, & perſeuerantiam. Idque euenit quandoque ſine manifeſta cauſa, cùm videlicet ſolam ſequitur morbi magnitudinem aut longitudinem extenuatio. Quando verò cauſam aliquam manifeſtam ſequitur, vt inediam, vigiliam, fluxum ventris, aut mœrorem, aut aliquid ſimile, non opus eſt ſequi quod in Aphor. dixit, nempe vt cum difficultate & periculo pariant, aut cum periculo abortiant. Sed iam monſtremus quantam habeat veritatem Aphoriſ. vbi namque à febribus capiuntur vtero gerentes, ſi vehementes fuerint febres, & valde extenuentur vi febris. non alterius cauſæ, febris adeo vehemens eſt, vt ipſas abortire cogat, mortuo fœtu, à febris vehementia: ſi tamen febris non fuerit vehemens, extenuatio magna fiet temporis proceſſu, & fœtus ſeruabitur ad partum. Pariet autem cum difficultate, & periculo: cum difficultate, quoniam fœtus & mater languet, vt docet matris extenuatio longo tempore facta: amborum autem vires exiguntur ad pariendum. Pariet autem cum periculo propter eandem rationem, & quia languida non feret vacuationes quæ partum ſequuntur ſine periculo. Quòd ſi ob manifeſtam aliquam cauſam de dictis, valde extenuaretur vtero gerens, poſſet breui reparari, & vt Hip. dixit in Progno. per diem & noctem, & neque opus eſſet vehementi neque longa febre ad aborſum, neque inde aborſus aut partus cum periculo fieret, quoniam reſtitueretur facilè mulier. Quando tamen vtero gerens valde extenuatur ſine manifeſta cauſa de dictis, neceſſum eſt febrem eſſe vehementem, à qua talis procedit extenuatio, aut longam, quorum primum affert aborſum ſecundum partum, & vtrunq; cum periculo. Quòd ſi hæc integra ſunt, & luce clariora, quid opus eſt figmẽta quærere, vt fecit Fuchſius, dicens, ſine manifeſta cauſa ſignificare id quòd, pluſquàm ratio poſtulet: exponit enim quod perſpicuum eſt, nempe ſine cauſa manifeſta, per id quod difficile eſt, & minimè verum. Nam quæ extenuantur valde in febre vehementi, non extenuantur plus quàm ratio poſtulat, & hæc ita extenuata abortiet cum periculo: & quę in febre longa extenuatur valde, non extenuatur plus quàm ratio poſtulat, & tamen ita extenuata & languens pariet difficilè & cum periculo. Superuacaneum igitur foret dixiſſe pluſquam ratio poſtulat. Vbi diximus extenuantur, Græcè habetur, ἰσχναίνωνται. legit autem Philotheus, θερμαίνωνται, id eſt, caleſiunt, legitq; ita Aphor. Quæcunque vtero gerentes à febribus capiuntur & valde caleſiunt, abſque manifeſta cauſa. Sed perperam legit, quoniam Aphor. ita ſcriptus, de ſolis febribus validis eſſet, & quæ valde caleſacerent. Verùm, vt diximus, de omnibus nota eſt ſententia explicata, & de magnis, & mediocribus ipſam explicat Galen. in Comm. Perperam quoque quidam idem quod Philotheus probat legendum eſſe valde caleſiunt abſq; manifeſta cauſa, eſſéque periphraſim, qua Hippoc. ſignificauit febrem putridam ardentem: quoniam ardor adeſt manifeſta cauſa, nam & in febribus diariis ardor adeſt, ſed à cauſa manifeſta, in ardentibus autem parient cum periculo, aut abortient, non in diariis quæ à cauſa manifeſta habent ardorem. An putat ille nullam ardentem febrem ortum habere à cauſa manifeſta? Habent quidem diariæ omnes à cauſa manifeſta ortum, ſed non ſolæ, nam vbi in corpore fuerit morboſus apparatus, à cauſis prægreſſis ardentes concitantur febres. Quamuis igitur

Philotheus taxatur cum aliis.

febris cum magno ardore à cauſa manifeſta uriatur, dum tamen valeat mulierem grauidam extenuare, & languidam reddere. vetus erit Aphor. neque opus eſſet addere abſq; cauſa manifeſta, febricitans enim mulier cum magno ardore, ſiue quæ valde caleſit, & languet aut extenuatur valde, cum periculo abortiet, quamuis ad eum calorem vi cauſæ manifeſtæ fuerit perducta.

APHORISM. LVI.

In fluxu muliebri conuulſio, & animi deliquium ſuperueniens, malum,

COMMENTARIVS.

OMnes immodicas vacuationes, præſertim ſanguinis, ſequitur animi deliquium, quin & ipſa mors. Sequitur etiam non rarò eaſdem vacuationes conuulſio, quam ex inanitione factam dicimus, fluxus tamen muliebris, ſiue fluxus menſtruorum ſiue albarum humiditatum ſit, vbi immodicus fuerit, animi deliquia afferens, & conuulſiones, malum eſſe dicit, atque ita eſſe eſt euidens.

APHORISM. LVII.

Menſibus immodicè venientibus morbi accidunt, & non venientibus ab vtero fiunt morbi.

COMMENTARIVS.

DE omnibus iis quæ à corpore vacuari ſecundum naturam debent aut retineri lib. 2. De arte med. docuimus, quemadmodum & de omnibus cauſis quas naturales vocant, cùm modum ſeruauerint naturales eſſe, & ſanitatis conſeruatrices, cùm verò modum exceſſerint, cauſas eſſe præter naturam, atque morboſas. In quem modum dictum eſt ab Hipp. ſupra ſect. 2. Somnus, vigilia, vtraque ſupra modum facta, malum: & modo de menſium purgatione dicit: Menſibus immodicè venientibus morbi accidunt, & non venientibus ab vtero fiũt morbi. Innumeri ſanè morbi ſunt, qui fiunt ſi menſes immodicè fluant: nam ſanguine ſupra modum vacuato, calor natiuus languet, & partes nobiles calore priuatæ ſua munera non perficiunt. Vnde aqua intercutem manat, ventriculi intemperies frigida, & talis capitis & neruorum. Quod ſi menſes retineantur, morbi quoque innumeri fient. Nam ſanguis qui purgari deberet, ſi in toto corpore retineatur, ibi aquam intercutem oppreſſo iecoris calore faciet, & in cute ſcabiem, lepram & inflammationum omnia genera, & febres putridas. Sed intereſt, quoniam ſi menſes fluant immodicè id fieri poteſt aut ob vaſorum vteri immodicam apertionem, aut quoniam ſanguis acris eſt, aut tenuis, & ſeroſus, qui à toto corpore per vterũ purgatur, in quibus morbi non habent ab vtero ortum, ita vt à morbo vteri malum corpori communicetur, verùm & morbi per conſenſum fiunt, ſi menſes non eueniant, tunc enim ab vtero morbi fient. Quoniam menſibus retentis, vterus patietur, vt ſolet ſcirrhum, aut inflammationem, aut eryſipelas, aut cancrum, à quibus morbi fient totius corporis, per conſenſum ab vtero. Hac de cauſa dixit: ſi menſes immodicè fluunt, morbi fiunt: ſed ſi retinentur ab vtero, fiunt morbi.

Menſium immodicæ vacuationes aut retentiones.

APHORISM. LVIII.

Per recti inteſtini, aut vteri inflammationes, aut renum ſuppurationem, vrinæ ſtillicidium ſuperuenit. Per iecoris autem inflammationes ſingultus ſuperuenit.

COMMENTARIVS.

AD plura morborũ genera ſequitur vrinæ ſtillicidium, per quod vrina guttatim deſcendit, aut volentibus nobis, ſed nequeuntibus multam vrinam mingere, aut ipſa vrina deſcendente, vel nolentibus nobis pariter guttatim. Tres tamen horum affectuum ſcribit modos, recti inteſtini inflammationem, vteri inflammationem, & renum ſuppurationem: ad hæc enim mala ſequitur vrinæ ſtillicidium. Nam vrina ſtrangulatur, ac guttatim deſcendit, quoniam non continetur, aut quoniam facultas expultrix irritatur intempeſtiuè, aut compreſſo meatu vrinario, ac reddito anguſtiori. Inflammationem recti inteſtini, dixit, quod ipſe appellat ἀρχὸν, teſte Gale. lib. de vuluæ diſſectione, vbi referens quandam Hip. ſententiam addit, ἀρχὸν μὲν ὧν λέγων τὸ ὅλον ἀπευθυσμένον, id eſt ἀρχὸν, appellans totum ipſum rectum inteſtinum. Dicitur autem ἀρχὸν, id eſt, principium, quoniam ab imo numerantibus inteſtina, eſt primum & dicitur ἀπευθυσμένον, id eſt, rectum à figura. Huius inflammatio comprimit ſua vicinitate os veſicæ, ac perinde cùm facultas tentauerit vrinam excernere, parum, ac ſenſim emittet. Intemperies verò quam inflammatio recti inteſtini inducet veſicæ, manifeſtum eſt imbecilliitate pulſe retinentem facultatem mutato temperamento. Vteri tamen inflammatio ſimili modo valet immutare temperamentum loci propinquitate accedente, valet etiam meatum vrinatium anguſtiorem reddere. Quod tamen attinet ad renum ſuppurationem, conſtat renum ſuppuratione rupta, pus mingi. pus autem bifariam efficit vrinæ ſtillicidiũ: acrimonia ſiquidem mordet, ac irritat intempeſtiuè ad excretionem, & craſſitudo facit obſtructionem, ita vt nobis volentibus vrinam excernere aut quoniam grauat, aut quoniam mordet, id ſenſim, ac guttatim fiat. Quòd verò in fine Apho. dixit, ad iecoris inflammationem ſequi ſingultum, verum eſt, vbi inflammatio fuerit magna, tunc enim per conſenſum tracto ventriculo, aut compreſſo, conciitatur ſingultus. Sed de hac re ſectione 7. Commentat. Aphoriſmi 17. nonnulla dicemus.

Vrinæ ſtillicidium ad quæ ſequitur.

Pus bifariam efficit vrinæ ſtillicidium.

APHORISM. LIX.

Mulier ſi non concepit, velis autem noſſe an conceptura ſit, veſtibus inuolutam deſubtus ſuffiatis. Quod ſi tibi videatur odorem per corpus penetrare ad nares, & os, ſcias ipſam non ſui cauſa prole carere.

COMMENTARIVS.

QVando coniugati prole carent, & cauſa ipſis incognita eſt, ſæpe ad Medicum accedunt, examinare volentes in quem eorum ſit culpa reiicienda, vt ad Medicos remittatur curandus. Mulierem tamen ita in examen ducit, veſtibus obuolutam præcipiens, vt deſubtus ſuffumigetur aliquo odorato igni inſperſo, quale thus eſt, aut myrrha, aut ſtyrax. Quòd ſi odor per corpus penetrãs ad os, & nares perueniat, quod ipſa referet, non ſui cauſa, ſed mariti, prole caret. Sumpta eſt ratio à communi omnium partium conſenſu, nam eſt vniuerſum corpus noſtrum autore Hipp. lib. 6. de mor. pop. tranſfluxile, & tranſpirabile; fumus ergo, qui ab aromatibus eleuatur, penetrans os vteri, (per infundibulum pudendo mulieris immiſſum, ampla parte carbones ignitos tegente, ne vapor extra permeet, & ad nares ducatur,) ad os & nares perueniet. Tunc enim ſi mulier vterum & corpus ſanum habet, ad nares aſcendet odor: ſi tamen vterus frigidus eſt, ſua frigiditate extinguet odorem: ſi ſiccus, aut humore plenus, non peruadet odor, ſi corpus prauis ſuccis plenum fuerit, pari modo non penetrabit, ſed corrumpetur. Quapropter ſi penetrat, non eſt ſua culpa priuata prole. Quantum ego coniicio de huius Aphor. veritate, bene colligitur quod Hippo. vult à negatione, non tamen ab affirmatione: ſi enim odor non penetrat ad nares, mulieris culpa priuatur prole. Non tamen colligitur, ſi veſtibus obuoluta muliere,

Mulierem an conceptura ſit examinare.

Genuina huius Aphoriſmi explicatio.

liere, ita vt non poſſit per ambientem aërem odor ad nares peruenire, perueniat corpus peruadens, non eſt ſua culpa priuata prole. Poſſet enim fumus ad nares per corpus penetrare: quia vterus non eſt frigidus, neque ſiccus, neq; obſtructus, verùm quoniam ſanguis tenuis eſt, aut ſemen ob teſtium intemperiem frigidam, eſt frigidum, fieri poteſt vt inepta ſit mulier ad generationem. Præterea vbi vteri os laxum fuerit ob humorem tenuem ibidem infarctum, quamuis vterus nulla affectione interius affligatur, non concipiet, quia ſemel non retinebit, quamuis odor penetret per corpus ad nares & os. Quòd etiam euaniet eis quæ cum labore magno pueros pepererunt, quia vteri os non comprimetur. Idem etiam euenit his quæ ob intemperiem calidam non concipiunt, quamuis fumus ad nares penetrare valeat. Verùm vt Gal. dicit in Comm. totus ſermo dicetur poſt, nempe Comm. Aphor. 62.

APHORISM. LX.

Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum.

COMMENTARIVS.

Purgationibus euntibus fœtus non eſt ſanus. SI purgationes eant, dixit, copiam ſignificare volens. ſi namque copioſè & repente tempore quod ſignificauit per purgationes plurali numero, ſanguis eat, non eſt poſſibile fœtum eſſe ſanum. Quando enim abunde ſanguis ab vtero excernitur, neceſſe eſt fœtum alimento priuari, & ea ratione ſanus non erit. Quod tamen Galen. in fine Comm. addit, videtur examine dignum, inquit enim: Verùm excretio quæ grauidis fit, videtur ex venis quę in collo ſunt apparere. Nam ab interioribus quæ in cauitate vteri ſunt ſecundæ pendent, quare nihil per eas poteſt in muliebrem ſinum excerni. Idem lib. 6. De loc. par. cap. 5. *Sang. menſtruus per quas venas manat.* Verum ſanè eſt aliquid ſanguinis per eas venas purgari, præſertim in virginibus, in quibus hyemē obſtare poſſet ſanguinis euacuationi. At verò conceptiones fiunt vbi ſemen affigatur acetabulis, quæ ſunt ora venarum interiora vteri penetrantium, illa quidem continent fœtum, & poteſt grauida ſuperfœtate, vt diximus Comm. 51. aliquæ igitur venæ manent quæ aperiri poſſunt, quibus ſemen affigatur, per quas poterit quoque ſanguis purgari, quamuis mulier grauida ſit. Quòd verò per interiores venas & vteri conceptus apprehendatur, & ſanguinis purgationes fiant, docuit Gale. lib. De vuluæ diſſectione, dicēs: Chorion vuluæ inhæreſcit hoc modo, vaſa vuluæ quæ interiorem partem penetrant, ex quibus etiam menſes expurgantur, cùm fœmina concepturа eſt, ora aperiunt. conceptionis verò tēpus eſt vel incipiētibus, vel ceſſantibus menſtruis. Ex his manifeſtè colligitur vaſa ea poſſe ſanguinem purgare, qualis mulier grauida ſit, ea videlicet quę fœtum non continent: nam non omnia per quæ menſes deſcendebant ab intimis vteri partibus, ad fœtum alendum perducunt ſanguinem. per alias igitur deſcendere poterit, vel parum hiante vteri ore.

APHORISM. LXI.

Si mulieri purgationes non procedunt, neque horrore, neque febre ſupernemente, cibi verò faſtidia incidant, exiſtima hanc in vtero habere.

COMMENTARIVS.

Prægnantis ſignum. MEnſes retinentur mulieribus vtero gerentibus, & iis quæ aliquo morbo laborant aut vteri aut corporis totius, ſi retinentur conceptionis ratione, nihil mali ſentiunt, aut paruas quaſdā mutationes, non morboſas, ſed neutras, quamuis quibuſdam ſoleat malum augeri, & nonnulla ſymptomata afferre, præſertim picam, ſiue malaciam. ciborum autem faſtidium omnibus fere aduenit, & frequentia ſputi: quam diſpoſitionem Hiſpani appellant conchentos. Quando verò retinentur menſes morbi cauſa, horrores accedere ſolent, & deinde quandoque febres. Quòd ſi retineantur ſine horrore aut febre, ſuperueniat autem cibi faſtidium, ſignum eſt in vtero mulierem habere. Appellauit cibi faſtidium ἄσην, qua voce in eadem ſignificatione vſus eſt Gal. lib. 4. De ſanit. tuen. dicens, Sicut rurſus omnino non nutrire, ἀσῶδές ἐστι, καὶ κακωτικὸν τοῦ στομάχου quòd eſt, faſtidium infert, atque ſtomachi prauitatem. Significat autem nonnunquam inquietationem, & anxietatem, vt libro primo Prognoſtic. in annotationibus in Commentario duodecimo oſtendimus.

APHORISM. LXII.

Quæcunque frigidos ac denſos vteros habent, non concipiunt, & quæcunque perhumidos vteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura, & quæcunque aridos magis, & percalidos, inopia enim alimenti corrumpitur ſemen, quæcunque tamen ex vtriſque temperaturam habent mediocrem, tales fœcundæ ſunt.

COMMENTARIVS.

QVamuis ob multas cauſas fiat vt mulieres nō concipiant quæ in omni genere morborum ſunt, vt in compoſitione, vnitate, & temperatura De ſolis intemperantiis quæ ſteriles efficiunt, ſcripſit Apho. Hipp. *Conceptionis impedimenta.* omnis enim intemperies impedit conceptionem, non tantùm in fœminis, ſed etiam in maribus, vbi immodicæ fuerint. nam intemperantiæ quæ non longè à temperamento diſtant, contrarietate emendantur. Frigidos itaque vteros ac denſos dicit non concipere, frigidi autem vteri denſi ſunt. Fiunt enim tales à frigore non admodum paruo. Facit autem frigiditas, vt ſemen non coquatur, & hebetat vim eius qua alimentum trahere debet. Præter id quòd vterus frigidus denſus quoque impediet alimenti tractionem. Humidus verò nō concipiet, quoniam nimius humor extinguit ſemen, vti & terra paluſtris ſemina extinguit, & triticum in terram valde humidam ſparſum, quamuis caulem & folia producat, ſemen non feret. Dixit autem perhumidos vteros, quoniam pauca humiditas non efficit mulierem ſterilem, ſicuti neque frigiditas omnis, ſed quæ durum efficit vterum. Frigiditas enim ſeminis fœminæ ſi pauca fuerit, coniuncta ſemini viri, paulò calidiori, emendabitur: ſic & humiditas non valde excedens ſeminis fœminæ, aut vteri ipſius, ſiccitate ſeminis viri emendari valet. Eodem modo in ſicca & calida temperatura ea ratione dixit. Quæcunque aridos magis, & percalidos, vtrumque exceſſum ſignificans, eum videlicet qui ſeminis contrarietate emendari non poſſit. Valde namque labentes temperaturas ſeminis, contrarietas non emendat: tum quod ſeminis viri vis non valet vterum in eo extremo emendare, tum quòd calidus vterus vrit ſemen vtrumque, & ſiccus alimento priuat ſemen, ſicuti & frigidus. Humidus tamē vtrumque ſemen tam fœminæ, quod continet, quàm maris, quòd recipit extinguit, & minimè ipſum retinet. Sunt hæ ſterilitatis cauſæ quas Hippocr. tradit, non additis ſignis ad earum cognitionem, quæ ex totius temperatura cognoſcuntur, & ab excrementis quæ ab vtero manant, aut non. Vnum autem ſignum ſcripſerat Aphor. 59. quem Galen. dicit poſt hunc fore ordine ſcribendum, in quo ex ſuffitu aromatum docuit cognoſcere, an mulier ſua culpa prole priuetur. Si enim odor ſuffumigiorum ab imo vtero ad nares penetrat, ſterilis non eſt. Quòd ſi obiicias humidam intemperiem, quæ laxat os vteri, ita

vt

vt ſemen non contineat: dicemus eam humiditatem extinguere odorem. Si calidam intemperiem obiicias, quę vbi valde talis fuerit, conceptionem impediet, ſed non tranſitum odoris, ac poterit odor ad nares peruenire ex aromatum ſuffumigio, & ipſa erit ſua culpa ſterilis. Dicemus calorem validum diſſipare odorem, aut in calida intemperie magna ex parte ita fieri, quod ad veritatem Aphor. eſt ſatis. Cæterùm quod diximus Com. 59. de vteri laxitate, ob partum magnum qui præceſſit, ita vt ſemen continere non valeat, neque ſe ipſum colligere, dubium videtur: aut dicea Hippoc. loqui de his quæ nondum pepererunt, quas an ſteriles ſint, examinare docet.

APHORISM. LXIII.

Simili modo & in maribus, vel enim ob corporis raritatem ſpiritus extra fertur, ita vt ſemen tranſmitti non poſſit: vel ob denſitatem humor non procedit extra, vel ob frigiditatem non accenditur, ita vt aceruetur in hoc loco, vel ob calorem hoc idem fit.

COMMENTARIVS.

GAleno non placet hic Aphor. neque putat ipſum eſſe Hippocr. ob multas rationes quas in Comm. ſcribit. cum enim dixiſſet ſimili modo & in maribus, teneretur ſimiles cauſas ſterilitatis ſcribere in maribus eis, quæ in fœminis ſcriptæ ſunt in præcedenti Aphor. quod non fecit. ſiquidem illæ ad temperaturas attinét, vt diximus: quę ſunt quatuor, hic autem non: præter id quod rara corpora ſunt calida & humida, & inde multo ſemine abundantia, & fœcundiſſima. Deinde cum dicit ob denſitatem non procedere humorem extra, cum locutus eſſet de corporis raritate: videbitur accuſare quoque corporis denſitatem, cùm autem raritas ad poros referatur, ſicuti & denſitas, dixiſſet rectius anguſtiam vaſorum eum tranſitum impedire. Quòd deinde dixit ob frigiditatem non accendi ſemẽ, rectè dicitur, ſed non aceruari in eo loco ſuperuacaneum videtur, ac teneretur locum in quo non aceruatur explicare. Vltimo loco videtur error magnus: cum enim dixiſſet ſemen non accendi ob frigiditatem, addidit vel ob calorem hoc idem fit, id verò ſignificat pari modo non accendi propter calorem, quòd eſt apertè falſum. Quidam Aphor. Hippo. eſſe affirmauit, & Gale. obiectiones ſolui poſſe. At verò quantum attinet ad rationes omnes præter vnam vltimam, Gale. dixit, Et hæc quidem parua ſunt. ac perinde non erunt magnæ ſolutiones, neque quas inuenire putauerit Gale. difficile eſſe. Sed interim conſideremus, quàm bene reſpondeat ad rationes Gal. confutat quod dixit de corporis denſitate, reſpondet ille ipſum loqui de denſitate viarum, ac ſi denſitas dicatur de via. Cùm tamen apud eos qui habent vocum peritiam ἀραιότης & πυκνότης, id eſt raritas, denſitas, ad poros referuntur: vti anguſtia & latitudo ad meatus. Aliàs diceres fiſtulam æneam ampli canalis raram, & eam, quæ anguſtum canalem haberet, denſam, cùm tamen nulla facta mutatione raritatis, aut denſitatis aëris, fiſtula ipſa amplior aut anguſtior reddi poſſit. Ampla præterea eſt vena caua, & nihilo magis rara quàm vena quæuis minor. Cùm igitur denſitas pororum ſit, & anguſtia meatuum, ſi de meatibus per quos ſemen immittitur loquebatur, anguſtiam dicere deberet. Præterea cùm dixit ob frigiditatem non aceruari ſemen in hoc loco, errauit non explicās locum. Nam ſi dicas per locum intelligi facile vaſa ſeminaria, bene quidem, ſi dixiſſet in loco, verumtamen cùm dixit hoc, tenetur aliquod dictum referre, quod non facit: Præterea cùm dixit vel ob calorem hoc idem

Nota quæ de raritate & denſitate dicuntur hoc loco.

fit, cùm dixiſſet ob frigiditatem non accendi ſemen, dicet modò, ob calorem non accendi, quod eſt falſum. Dixit autem ille intelligendum ob calorem fieri mares infœcũdos, ſed prius ſcrutari teneretur, & aduertere quid eſt in Aphor. dictum ad quod referri poſſit: quod dixit: hoc idem non enim meminit infœcunditatis, meminerat autem frigiditatis, cuius cauſa ſemen non accendi dixerat. Quapropter mihi videtur Apho. partim falſus, partim ænigmaticus, & obſcurus. Alius non omnino contemnendam viam ſequutus eſt, qua contendit quatuor partibus Apho. oſtendiſſe autorem quatuor intemperies, ob quas mares ſimili modo vt fœminæ fiunt infœcundi: Corporis raritatem, ob quam ſeminis ſubſtantia diſſoluitur in ſpiritum, aut flatum, hæc eſt ſicca intemperies: Denſitatem ſeminis ob viſcidam & craſſam ſubſtantiam, ob quam non emittitur foras, hæc verò eſt humida intemperies: Frigiditatem verò impedire ſeminis aceruationem in loco, (id eſt in vaſis ſeminariis) dixit. Calorem quoque idem facere diſſolutione, & vſtione ſeminia ne aceruetur in loco, id eſt in vaſis ſeminariis, in quibus ſecundum naturam aceruari ſolet. Eſt veriſimilis, ſed non omnino vera expoſitio.

APHORISM. LXIIII.

Lac dare caput dolentibus, malum: malum verò & febricitantibus, & quibus hypochondria ſublata murmurant, & ſitientibus. Malum autem & quibus in acutis febribus ſunt deiectiones biloſæ, & quibus plurimi ſanguinis deiectiones factæ ſunt. Commodum autem eſt tabidis, non valde multum febricitantibus, & in febribus longis & paruis, nullo de prædictis ſignis præſente, præter rationem tamen extenuatis.

COMMENTARIVS.

SI quis prius probè perſpectas habuerit lactis vires tam alimentitias, quàm medicamentoſas, eiúſque ad patiendum facilitatem: quæ omnia à nobis abundè tradita ſunt lib. 2. de arte medendi: facilè intelliget quàm vera ſint, quæ ab Hippo. ſcribuntur in præſenti Apho. quo docet affectus quoſdam quibus lac nocet, & alios quibus conducit: initium à capitis dolore faciens, cùm dicit, Lac malum eſſe eis quibus caput dolet. Quamuis enim faciliime in ventriculo coquatur, ita vt ob eam quam habet cum chylo ſimilitudinem ante coctionem à iecore trahatur, & infantes nuper nati, qui nullum alimẽtum ſuperare valent, lac probè ſuperent. tamen inter coquendum vaporem multum à ſe mittit, cuius pars in caput aſcendens, caput grauat, & ſanis ipſis qui non admodum robuſtum caput habent, capitis dolorem infert. Malum etiam eſt lac febricitantibus exhibitum, intellige per magnas ac validas febres, nam in leuibus ipſum ſtatim concedet. Natura autem lactis & partium diuerſitatis (cõſtitutum enim eſt ex ſero, butyro, & caſeo) palam oſtendit per omnem validam mutationem à cauſa non natiua, non coquente, ſed potius alterante, & validius mutante, corrumpi, vt ab igne in fumum mutari, & ab aëre ambiente frigido aceſcere ſit neceſſarium. Quod facit in ventre, calido quidem, quoniam amareſcit: frigido verò, quoniam aceſcit. Per magnas ideò febres amareſcet, & in nidoroſum ſaporem tranſibit. Nocent item hypochondria ſublata, id eſt, tumida habentibus, veluti cùm inflammata ſunt, aut eryſipelas, aut ſcirrhum patiuntur, quoniam per eas partes non penetrat, ſed breuiſſimo ſpatio retentum, corrumpitur, accedente mala partis affectæ temperatura. Murmurantia quoque hypochondria palàm lædit, quoniam vt diximus, copioſus admodum flatus ab ipſo leuatur, qui hypochondria diſtendit.

Lac capit. dolentibus malum.

Lac febricitantibus malum.

Lac hypochondriis tumidis malum.

Sublata

Digitized by Google

Sublata quoque hypochondria frigidam ſignificant intemperiem, quæ in acorem lac mutabit. Quæ autem dicantur hypochondria murmurantia, Galenus 4. ſectio. Comment. 73. explicuit, ſitientibus quoque nocet, ſi magna ſitis ſit. nam naturalem, aut paulò maiorem miro modo ſedat, magnam autem non ſedat, quoniam à valido calore magnam ſitim faciente corrumpitur, maximè verò ſi bilis in ſtomacho contineatur, ſitim efficiens. Malum præterea eſſe dicit iis qui biliosa deiiciunt per acutas febres, ſiquidem tum ob immodicum calorem, tum ob bilis abundantiam facilè & corrumpetur lac: & in bilem tranſibit, & nidorem atque amarorem: vtriſque autem nocere notum eſt, acutis febribus, & iis qui biliosa deiiciunt, quibus etiam plurimi ſanguinis deiectiones factæ ſunt. Huius loci non meminit Gale. in Commen. Fuchſius verò conatur probare falſam eſſe ſententiam, ſiquidem lac deiectionibus cruentis eſt accommodatum, præſertim aut elixum, aut cum lapillis paratum, quod docet Gale. lib. 3. de alimentorum facultatibus. Verùm fruſtra laborat, ſicuti & Philotheus qui per διαχώρησιν intelligit omnem vacuationem, quoniam Hippoc. non negat lac conuenire deiectionibus ſanguinis, quæ fiunt, ſed iis quæ factæ ſunt: γέγονεν, etenim dixit. Illi autem qui plurimi ſanguinis deiectiones ſunt paſſi, languidum habent natiuum calorem, & propterea in eis lac corrumpetur in acorem. Deinde quibus affectibus lac accommodetur ſcribit. Tabidis etenim conuenire dicit, qui videlicet pulmonis vlcus patiuntur. Miro etenim modo eos iuuat deterſione puris & vlceris aſſolidatione. Addit tamen ſi non valde multum febricitent, nam tales iam videntur febrem putridam habere adiunctam, ob quam non conueniet lac. Cõuenit etiam (inquit) febribus longis & paruis, præter rationem tamen extenuatis, tales ſunt hecticæ febres. Nam ſunt paruæ & longæ, & corpora per eas extenuantur, & cum febres paruæ ſint & extenuatio magna, erit id præter rationẽ. His itaque lac conuenire dicit, nullo de prædictis ſignis præſente, id eſt vbi non adſit febris vehemens, neque talis ſitis, neque hypochondria ſublata, neque bilioſæ deiectiones, neque acutæ febres, neque plurimi ſanguinis deiectiones præfuerint. Gal. dicit hanc ſententiam videri alienam ab aphoriſtica breuitate, quoniam iam dixerat capite dolentibus, & ſitientibus, & quibus hypochondria ſublata ſunt, & aliis non conuenire lac. inutiliter igitur additum videtur, cum dixit, Tabidis conuenire & præter rationem extenuatis, nullo ex prædictis ſignis præſente, ſaluátque id Galen. quoniam cum ab aliquo magnum imminet periculum, ſi negligentius audiatur, videtur bis aut ter repetendum. Sed quidam dicit illam partem eſſe neceſſariam, quoniam quamuis dixit prioribus in Aphor. ſcriptis, lac non conuenire, poſterioribus conuenire, non tamen dixerat vbi ambo iungantur, vt hectica febris, & febris alia, aut deiectiones bilioſæ, an conueniat, vel non: vt igitur id explicaret dicit, hecticis febribus & conſumptis valde præter rationẽ conuenire lac, non tamen ſi eis accedant quæ dicta ſunt, de quibus fuerat explicitum, illis non conuenire. Cæterùm Galen. rectè admodum cenſet bis repetitam eſſe ſententiam, cum dixit, nullo de prædictis ſignis præſente: nam cùm explicuit affectus priores, in quibus non conuenit lac, id citra diſtinctionem dixit, & vt perpetuum affirmauit, illis nempe non conuenire, neq; eis dandum eſſe. Quòd tamen illis coniungatur alter affectus cui lac conueniat, nihil mutat, quòd verè dictũ eſt: nõ enim illis cõueniet.

Lac ſitientibus malum.

Fuchſius notatur.

Philotheus notatur.

Lac quibus conueniat.

APHORISM. LXV.

Quibuſcunque tumores in vlceribus apparent, ij non valdè conuelluntur, neque inſaniunt: iis verò euaneſcentibus repentè, quibus quidem retro: conuulſiones, & diſtentiones: quibus verò antè, furor, vel coſtarum dolores acuti, vel empyema, vel dyſenteria, ſi tumores rubri fuerint.

COMMENTARIVS.

AD partem artis quæ futura prædicere docet, pertinet præſens ſententia. Vlcera ſiquidem ſolent ſæpe coniunctas habere fluxiones, ad eas verò ſequitur vt pars vlcerata inflammetur, & tumorem præter naturam patiatur, id enim ſignificat, οἴδημα hoc loco, quod tumor præter naturam. Cùm verò pars intumeſcit & humorem fluentem colligit, æger neque conuellitur, quoniam non influit ad neruos, neque inſanit, quoniam non defluit ad cerebrum. Verum cum fieri poſſit vt humor adeo copioſe influat, & vt partem in tumorem eleuet, & neruos, aut cerebrum occupet, aut vtrunque, rectè addidit, οὐ μάλα, hoc eſt, non frequenter, aut magna ex parte, non conuelluntur, aut inſaniunt. Quòd ſi tumores prædicti repentè euaneſcant, mala fient, quæ dicentur. Dixit autem ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, Progno. tamẽ 67. lib. 2. dixerat: Si verò abſceſſus ἀφανίζωνται, & Galen. in Comment. docet, vocem hanc ἀφανισθῆναι, differre à voce παύεσθαι, quoniam hæc ceſſare ſignificat, illa verò repentè ceſſare, quod vnica voce Hiſpani, vti & Græci ſignificant, deſeparerſe, cum aliquid repente ab oculis euaneſcit, dicentes. Quapropter hoc loco pars ἐξαίφνης, videtur abundare, niſi maioris claritatis gratia ſcripta ſit. In expoſitione illius prognoſtici multa diximus ad hunc locum attinentia, atque oſtẽdimus quàm mali ſint tumores & phymata, & abſceſſus, & exanthemata repentè euaneſcentia. Antè videlicèt quàm coquantur, & diſſoluantur, aut à corpore vacuentur: ſolent enim talia principes partes infeſtare. De his autem modò dicit, ſi fuerint retro vlcera cum tumoribus, & repentè euaneſcant, offendent ſpinalem medullam & neruos. inde verò conuulſiones naſcentur, & tetani. Si tamen vlcera anteriores partes corporis occupabant euaneſcẽtibus ipſis tumoribus, offendetur cerebrum, & fiet inſania, ſiue alia quæuis delirij ſpecies. Aut lædetur thorax, & ab initio fiet dolor acutus coſtarum, hoc eſt pleuritis, & deinde ad ſuppurationem verſa empyema, aut læſio perueniet ad inteſtina humore ad ipſa decurrente, & fiet dyſenteria cruenta ſine vlcere inteſtinorum, atque ea de cauſa dixit, ſi tumores fuerint rubri, & à ſanguine miſſi. Fit enim vt ſanguis à tumoribus ad inteſtina conuerſus, & per ipſa excretus, eam difficultatem inteſtinorum generet, quam videmus ſine vlcere fieri, ſolo ſanguine deiecto.

Tumores in vlceribus.

APHORISM. LXVI.

Si in vulneribus prauis & validis tumor non appareat, ingens malum.

COMMENTARIVS.

VVlnera dicuntur, à prauis diſtincta, illa quæ magna ſunt ex propria ſubſtantia, longitudine videlicet, latitudine & profunditate. praua autem ſunt ob malitiam, vt quæ in parte conſiſtunt præcipua aut prope articulos. Magna igitur ſi fuerint, atque etiam praua, dolorem habebunt coniunctum, & deinde fluxionem, & ob ipſam tumorem. Quòd ſi tumor non appareat, ſignum eſt humorem in partem aliquam nobilem decumbere, ac perinde ingens malum erit, quemadmodum vbi apparuerint, ſed repentè euaneſcant, quod dixit Aph. præcedenti. Et quamuis legi poſſet, vt inquit Gale. in Comm. Si in vulneribus prauis, & validis tumor ingẽs non

Vlcera magna & maligna qua.

apparear,

appareat, malum: alteram eligit lectionem, nempe, Si in vulneribus prauis, & validis, tumor non appareat, ingens eſt malum. Præterea à quibuſdam igitur οἰδήματα, numero plurali, id eſt tumores legi enim debet οἴδημα id eſt tumor, vti legitur in Aldinis Hipp. codicibus, & in Baſilienſibus Galenianis. Si enim numero plurali tumores legatur, non patietur littera priorem conſtructionem, qua cum voce tumores coniungeretur vox μέγα id eſt ingens ſingularis.

APHORISM. LXVII.

Tumores molles boni, crudi verò mali.

COMMENTARIVS.

De tumoribus de quibus in præcedenti Apho. dixit malum eſſe ſi non appareant in vulneribus, modò quam naturam habere debeant, docet dicens: Tumores molles bonos eſſe, quoniam hi cocti ſunt, & non admodum retinentes: crudi verò mali ſunt, renitentes & contrarij mollibus. Crudi quidem mali ſunt, ſiquidem coctione perficiuntur: molles verò quoniam cocti, boni.

APHORISM. LXVIII.

Dolentis partem capitis poſteriorem, vena in fronte recta ſciſſa iuuat.

COMMENTARIVS.

Dolorem in poſteriori capite curatio. Reuulſionis ratione docet mederi doloribus capitis qui ſunt in parte poſteriori, ſecta vena frontis recta. Sunt etenim tres quas in pluribus, vel leuiter compreſſo collo videmus, duæ obliquæ ad naſum per frontem ducuntur, tertia recta procedit à radice pilorum in naſum: in quibus tamen duæ tantum apparent, quæuis recta dicetur. Sic enim Gal. lib. 6. de morb. pop. part. 2. Comm. 30. exponens hanc ſententiam dixit, vtrinque rectam confluere. Intellecta tamen contrarietate locorum, quæ eſt ante & retro, eam ſecare præcipit, quoniam iuuat in capitis doloribus poſteriora eius moleſtantibus. *Quatuor ſũt in noſtro corpore locorum cõtrarietates.* Sunt autem in noſtro corpore quatuor locorũ contrarietates, & ante retro, dextrum, ſiniſtrũ, ſurſum, deorſum, intra & extra. Atque cum antiſpaſis, hoc eſt reuulſio, exerceatur per contraria hanc præcepit quæ fit ad interiora ducto humore, poſteriora capitis occupante. Non tamen id videtur conuenire dolente capite per cõſenſum à toto corpore, ſiquidem ipſo pleno, aut redundante in eodem ſanguine, tutius eſt venam externam ſecare ab initio. Deinde eam quæ eſt in fronte, vbi dolor ab humore fiat ſanguinis miſſionem expoſcente. Verùm illud videtur dubium; quòd in præſenti Apho. reuulſionem conuenire velit humori qui iam obſedit partem. Nam aut humor confluit à corpore in caput aſcendens, aut à iecore: neque enim aliunde venire ſolet, aut continetur iam in capite. Si fluit à dictis partibus in caput, non conuenit venam frontis ſecare, ſed eam quæ totum corpus euacuet: ſi continetur iam in capite, non etiam conueniet reuellere, dicente Galeno lib. 4. de metho. med. Ac ſi perpetuum eſt, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contraria trahendam eſſe, fixam verò iam in laborante particula, vacuandam, aut ab ipſa particula quæ affligitur, aut à maximè vicina. Docet ergo vacuationem deberi humori qui continetur in ipſa laborante particula, ac perinde cùm humor in capite continetur, vacuandus erit, non autem reuellendus, cum iam non fluat in caput, quòd ſi fluat alia vena erit ſecanda. Aut igitur vena frontis non eſt ſecanda, aut cum ſecatur non ſecabitur reuulſionis gratia, quoniam non ſecatur niſi cum humor iam in parte continetur.

APHORISM. LXIX.

Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorſum ad caput, viris autẽ magis poſteriori quam anteriori corporis parte, veluti à cubitis & fæmoribus, verùm & cutis rara: oſtendit autem hoc pilus.

COMMENTARIVS.

Ad huius Aphor. intelligentiam id non decet ignorare, fœminas maribus eſſe frigidiores, quod lib. 1. de arte meden. cap. de temperamentis probauimus. Decet etiam noſſe partes poſteriores eſſe frigidiores anterioribus, & extremas partes intimis. Hoc poſtremum notum eſt: quoniã quo magis pars aliqua ſecedit ab origine & fonte caloris, eo eſt frigidior. Anteriores autem partes eſſe poſterioribus calidiores conſtat, quoniam in ipſis ſunt venæ, & arteriæ maiores, & plures. Præterea quoniam poſteriores ſunt oſſuoſæ, & neruoſæ, & à partibus eis nerui originem trahunt. Accedit indicium *Rigores à poſterioribus magis.*
ab Hip. traditum, cùm dixit: Cutis rara, oſtendit autem hoc pilus. Nam pilorum copia oſtendit calorem, item & raritas, quemadmodum denſitas & glabricies frigiditatem. Ex his notus eſt Apho. quo docet, mulieribus rigores euenire magis ex lumbis, quoniam ibi valde ſentiunt frigiditatem ob neruorum copiam, & per dorſum aſcendunt rigores, qui coniunctam habent refrigerationem in caput, vt membrum exangue, poſt mulieres quæ natura ſunt frigidiores, de viris dixit, pari modo fieri, vt à poſterioribus magis quàm ab anterioribus in ipſis incipiant rigores. Appoſuit tamen exemplum quo probat à poſterioribus tanquam à frigidioribus incipere debere rigores, quoniam extrema membra vt cubiti, & femora cùm ſint frigidiora, quia exterloca, ab eiſdem quoque rigores incipiunt. De his tamen habuiſſe mentionem vt de externis membris, conſtat ex Hippo. lib. 6. de mor. pop. par. 3. vbi hanc eandem ſententiam ita ſcripſit. Rigores incipiunt mulieribus quidem magis ex lumbis, & per dorſum, & tunc ad caput, ſed & viris à tergo magis quàm antè. Horréntque corporis externa magis, quam interna, vt cubiti & femora. Annumerantur igitur cubiti, & femora, vt externa, non vt poſteriora.

APHORISM. LXX.

A quartanis capti non valde à conuulſionibus capiuntur. Quòd ſi prius capiantur, quartana ſuperueniente ceſſant.

COMMENTARIVS.

Conuulſiones quæ à ſiccitate fiunt, non curantur ſuperueniente quartana, aut quauis alia febre: ſanantur autem quæ fiunt ab humiditate, replentibus neruos craſſis, lentis, ac frigidis humoribus. Quod dixit ſecunda ſect. Apho. 26. melius quidem eſſe, febrem ſuperuenire conuulſioni, quàm conuulſionem febri: in eum omnino modum dicit. A quartanis captos non valde, id eſt non frequenter capi à conuulſionibus, quia contrarium aliquando fit. Quòd ſi à conuulſionibus capti fuerint, quartana ſuperueniente liberari. Quam ſententiam lib. *Quartana à conuul. liberat.*
6. de mor. pop. par. 6. ita ſcribit, Qui à quartana capiuntur, à morbo magno non capiũtur: ſi verò prius capiantur, & ſuperueniat, liberantur. Habet autem hæc ſententia firmiſſimum fundamentum. Siquidem calor, vt Galen. in Comm. dicit, craſſos humores coquit, & rigor qui quartanam comitatur, excretionem efficit. Nullo autem alio auxilio opus habet craſſus, ac lentus, & pituitoſus humor, qui conuulſionem efficit, præterquam excretione, & coctione, rigor excernit, calor tamen febrilis coquit. Quorum vtrunque quartana facit, & melius multo quàm febris

Digitized by Google

febris alia (qoamuis & aliæ idem facere valeant) quandoquidem quartana præter id quod rigorem haber adiunctum, calor eſt oon admodum validus, ſed diutinus & ſecurus. Qua ratione Hippocr. lib. 1. de morb. popul. part. 3. dixit: Securiſſima autem omnino, & facilima, & longiſſima eſt quartana. Hæc ſiqoidem non ſolùm ipſa per ſe talis eſt, ſed etiam ab aliis magnis morbis vindicat. Vocat aotem Hippoc. magnum morbum epilepſiam, qoam appellant morbum puerorum, & morbum Herculeum, non quòd ipſum paſſus fuerit Hercules, (quamuis id Ariſtot. affirmet problemate 1. ſect. 30.) ſed qooniam ita voluerunt eius magnitudinem ſignificare. At verò quemadmodum epilepſia à craſſis humoribus fit, ita & coooulſio de qua modo agimus: vtrumque tamen morbum prædictis rationibus ſanat quartana, excretione quæ rigore fit, & coctione quæ fit calore febrili. Neque dubium videtur calorem febrilem coquere poſſe craſſos ac lentos humores, quandoquidem calor oatiuus coctiones perficit, & à ſimilibus iuuatur. Cæterum nihil tollit quominos etiam à diſſimilibus iuuetur. Quod hioc conſtare poterit, nam calor non omnem humorem ſuperare valet, neque enim ſuperat niſi rarò bumorem qui continetur in ſcrofula, neque eum qui continetur in ſcirrho pituitoſo, neque ſuperabit ipſum adiutus à calore ſimili temperato, vt conſtat experimento. Si tamen admooeamos morbo piper, aut radicem piretri, videmus calefacta valde particula, humorem iocaleſcere & attenuari, & deinde vinci à calore oatiuo, & ſuppurati. Iuuant igitur quæ diſſimilia ſunt. Neque vetat quidpiam quominus temperatum à diſtemperato iuuetur aduerſus diſtemperatum, & valde obſiſtens. Talis eſt Aphor. ratio quoties craſſus eſt ac lentus humor, qoi conuulſionem, aut comitialem morbũ efficit, & qui non ſuppuretur à calore natiuo, calor præter naturam & validior naturali iuuare valebit ipſum. Ille verò qui putauit falſo quartanam liberare ab epilepſia, quoniam epilepſia fit à melancholia, quandoque reſpiciens ad humorem quartanam efficientem, non ad calorem quem diximua coquere humorem, confuſus ſua imaginatione cogitur dubitare, ac non videre, quare quartana liberet ab epilepſia pituitoſa, & parum modeſtè dicere Galenum tradidiſſe cauſam quandam frigidam, & obſcuram. Cùm tamen Comment. Gal. tam huius Aphor. quàm illius ſententiæ quam adduximus ex lib. 6. de morb. pop. ſit perſpicuus, & euidens. Quod apertè indicat eodem loco Galen. Comment. vltimo, vbi poſtquam Hippocr. dixit: pro quibuſdam, quinam morbi, inquit. Nempe vt quartana epilepſiam ſanat, & febris quæcunque conuolſiooem, non quidem quoniam omnis febris fit ex humore faciente conuulſionem, ſed quoniam omnis febris eſt calor qui coquit, & diſcutit craſſos ac lentos humores. Atque ita quartana ſaoat conuulſionem: non quoniam conuulſio & quartana ab vno humore fiunt, ſed quoniam quartana, febris eſt, & calor facilis & diuturnus, & qui coctionem ac diſcuſſionem iuuet.

Quartana diutina eſt non lethalis.

Calor febrilis coquit.

APHORISM. LXXI.

Quibuſcunque circumtenditur cutis arida & dura, ij ſine ſudore moriuntur: Quibuſcunque verò laxa & rara cum ſudore moriuntur.

COMMENTARIVS.

QVamplurimi ſuot qui iuxta mortem ſudant languente retinente facultate & accedente raritate cutis: in his tamen cutis humeſcit, & & laxa fit: Sunt autem alij, quorum cutis ob denſitatem non eſt peruia humori, neque humeſcit, ſed arida, dura & circum tenſa eſt. Cum tamen morbi ratione morituri ſunt, quibus cutis eſt circumtenſa, dura, & arida, ij ſine ſudore moriuntur. Quibus verò cutis eſt laxa & rara, ij moriuntor cum ſudore: licebit autem ex hac ſententia ſudorem prædicere in his qoi morituri ſunt, vbi prius probè perſpectum habuerit Medicus, an habeat æger cutis raritatem & laxitatem aut denſitatem & duritiem. Habetur hæc ſententia lib. 6. de morb. pop. part. 6.

Sudor iuxta mortem.

APHORISM. LXXII.

Morbo regio laborantes, non valde fiunt flatuoſi.

COMMENTARIVS.

FLatus à calore præter oaturam fit, ſed oon multum intenſo. Non tamen generatur ex omni materia, ſed ex humida & lenta magis. Morbus tamen regius ab humore bilioſo fit, qui in iecore aut veſica fellis adeo abundat, vt ad cutem cum ſanguine delatus ipſam inficiat bilis colore & aoti colore. Quando tamen bilis adeo abundat, calor validus eſt, qui noo generat flatum, & materia generationia deeſt, quæ ſolet in flatum tranſire, vti pitoitæ. At verò fit nonnunquam vt ſimul cum morbo regio adſit pituitæ abundantia, à qua calor valebit flatom leuare, ac propterea non protulit abſolotè ſententiam, ſed eum additione dicens, oon valde: ſiquidem rarò habent abundantiam pituitæ, qui morbo regio laborant.

Flatus generatio.

HIPPOCRATIS APHORISMORVM SECTIO SEXTA,

Chriſtophoro à Vega interprete & expoſitore.

APHORISM. I.

In diuturnis læuitatibus inteſtinorum, ructus acidus ſuperueniens, qui prius non erat ſignum bonum.

COMMENTARIVS.

CAvsas læuitatia ioteſtinorum eiúſque naroram latè explanauimus lib. 3. de arte medendi. Deſceodunt ſanè alimenta per ventrem aut omnino immurata, aut parum, ſed ſuam ſpeciem referentia. Aut quoniam inteſtina irritantur ad celerem excretionem, aut quoniam languidam habent retinentem facultatem. Præterea acidus ructua vbi noo ſequatur acidam pituitam in ventriculo contentam, ſequetur coctionem imperfectam, ſed oon omnioo ablatam. qood in ſania quotidie experimur: éſtque par modus generationis ructus acidi in ægris. In læuitatibus verò inteſtioorum quæ ab acida pituita fiunt, ab initio ructant acidum ægri. In quibus nihil boni aut mali indicat, quoniam eſt de aſſidentibus, non de morbis appareotibus, aut ſuperuenientibus. Ac perinde Hippocr. dixit: In longis læuitatibus inteſtinorum ructus acidus ſuperueniens, qui prios non erat, ſignum bonum. Indicat etenim coquentem facultatem nonnihil agere, & ex parte coquere ac mutare cibos, neque omnino otioſam eſſe, & renitentem aliquandiu retinere cibos, nec ſui muneris omnino oblitam. Qoandoquidem ructus acidus qui ante oon erat ob extremã cruditatem iam ſuperuenit. Non adeſſet tamen, niſi coctio aliqua ex parte fieret, quæ ante oulla ex parte fiebat. Quod bonum eſt & ab acido ructu ſignificatum.

Lienteria cauſa.

APHORISM. II.

Quibus nares natura ſunt humidiores & genitura humi-

dior insalubriores degunt: quibus verò contraria saniores.

COMMENTARIVS.

Humidiores insalubriores.

AB excrementorũ abundantia ad ſecuriorem ſanitatem & magis firmã probandam, rectè admodum Hipp. procedit, humiditatum & excrementorum abundantiam agnoſcere docens ex narium & ſeminis humiditate. Quibus enim nares ſunt humidiores cerebrum humiditate abundat excrementoſa. Quibus verò genitura humidior iuſto eſt, totum corpus abundat excrementis, & humores non ſunt probè cocti, neque tenue inſenſili vaporatione diſſoluitur. qui verò tales ſunt, non adeo integra valetudine fruuntur, ſed degunt inſalubrius. Quibus tamen contra fit, ita vt nares ſiccæ ſint, & genitura ſiccior, caput & vniuerſum corpus minus abũdant excrementis & ſanguinis atque omnium humorum meliores fiunt coctiones. Nam per coctiones tenue diſſoluitur, & reliquum craſſius manet & minus humidum. Hi verò magis tuta ſanitate fruũtur. Licet enim morbi nonnulli fiant ex ſicca intemperie, innumeri ſunt qui fiunt ex humorum abundantia, & putredine, ad quos natura humidior, eſt quoque paratior. Natura tamen, dixit, humidiores, quoniam qui aliqua occaſione tales ſunt, non perinde inſalubres degunt. Similem huic ſententiam ſcripſit lib. 6. de morb. pop. ſect. 6. Aph. 19. verùm eſt deprauata in Græcis codicibus, ſed eſt ad hanc normam reſtituenda, ὅσοι ῥῖνες ὑγρόταται φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη ἐν πλείω, ὑγιαίνουσι ἧττον νοσηρότερον· ὅσοι δὲ τἀναντία ὑγιεινότερον. quod eſt, quibus nares humidiſſimæ natura, & genitura humidior, & copioſior, ij degũt inſalubriores: quibus verò cõtraria ſaniores.

APHORISM. III.

In longis difficultatibus inteſtinorum ciborum inappetentia, malum, & cum febre peius.

COMMENTARIVS.

Diffi. inteſt. cum inappetentia.

DIfficultatibus inteſtinorum ſuperuenit quandoque ciborum inappetentia, aut ab initio, aut poſtquam morbus factus eſt diutinus. Ab initio quidem, vt Galen. in ſuis Comment. teſtatur, quoniam bilis quæ morbum efficit deterſione inteſtinorum abraſione & vlceratione aliqua ex parte ad ventriculum defluit, bilis autem appetitũ ciborum deiicit. Contingit tamen vt morbo diutino facto cibos auerſentur: quoniam demoritur animalis facultas quæ cibos appetit, ore videlicet ventriculi conſentiente malo reliquorum inteſtinorum, aut quoniam vlcera inteſtinorum diutina ſordibus implent ora venarum, per quæ alimẽtum in corpus diducitur, impleta autem non tantùm non trahunt à ventre & inteſtinis alimentum, verùm cupiũt quod in ipſis continetur reiicere in ventrem. Quod cùm ita ſit, fieri nequit vt naturalis ciborum appetentia excitetur, quæ ſuctione eget, vt nos lib. de arte medẽdi docuimus, & Gal. lib. de cauſis ſymptomatum primo. Cũ febre verò ea ratione deterius eſt, quòd febris inflãmationẽ & putredinẽ inteſtinorũ ſignificat. Lib. 6. de mor. pop. par. 6, habetur hic aphor.

APHORISM. IIII.

Vlcera circumglabra malè morata ſunt.

COMMENTARIVS.

Vlcera mali moris quæ.

MAligna ſiue mali moris vlcera ſunt quæ difficilè ad cicatricem perducũtur, quod multis de cauſis euenit, aut quoniam habent intẽperiem coniunctam, aut fluxionem. Quamuis vlcera maligna ſiue malè morata cum magnis confundat Gal. lib. 4. de meth. meden. Quando igitur vlcera circumglabra fiunt, & pili qui in ea parte naſci ſolebant corrumpuntur, maligna vlcera ſunt, & quæ fluxionem habeant adiunctam ſuccorum prauorum, aut intemperiem quæ ſuccos ipſos corrumpat, ita vt deinde pilos deſtruant eo modo quo in alopecia fit, ſic enim & plantæ lixiuio, vrina aut aqua ſalita irrigatæ pereunt.

APHORISM. V.

Dolores in lateribus, & pectoribus, & aliis membris ſi valde differant, conſiderandum.

COMMENTARIVS.

Doloris ſpecies & magnitudo.

DOlorum differentias conſiderare admonet Hipp. rem ſanè vtiliſſimam ad dignotionem, præſagium, & curationem. Agnoſcimus in doloribus ſpeciem & magnitudinem, in ſpecie verò an ſit punctorius dolor an grauans, an diſtẽdens, aut pulſans, an percutienti, an ſtimulanti ſimilis, & præterea an continuus, an intermitens, ita vt remittat, aut omnino deſinat, & iterum redeat. Magnitudo verò intentionem maiorem & minorem dicit. Ex doloribus tamẽ quemadmodũ ex actionibus, excrementis, & corporis affectibus, & tumoribus cognoſcimus paſſionem, & partem patientem, atque cauſam paſſionis, veluti cùm dolor pungit in partibus capitis, agnoſcimus membranas infeſtari, atque cauſam eſſe calidum humorem, frigidus enim membranarum ſenſum obtundit. Cognita quoque doloris ſpecie, agnoſcimus quòd morbus vigilias & phrenitidem minatur aut præſentem oſtendit. Notum autem eſt hinc totam curationis rationem pendere. Præterea dolor grauans carnem & muſculos laborare oſtendit, & cauſam eſſe multitudinem, craſſitudinem, lentorem, & frigiditatẽ humorum. Dolor diſtendens non grauans oſtendit flatum. Pulſans obſtructionem, aut compreſſionem arteriarum indicat. Magnitudo oſtendit magnitudinem cauſæ, acrimoniam, & acrem ſenſum: paruitas contraria. Repetentia per interualla cauſam mittentẽ aut generantem eſſe, quæ generat, aut tranſmittit. Magna igitur intereſt noſſe quantum differant dolores laterum, pectorum, aut aliorum membrorum. Hipp. lib. 6. de morb. pop. par. 7. ſimilem huic ſententiam ſcripſit, quæ ſic habet: Dolorum in lateribus, & pectore, & aliis, tempora an multum differant conſiderandum. Nam cùm melius habuerint, rurſus deterius habebunt, non delinquentes. Non eſt tamen eadem hæc cum aphoriſtica ſententia, vt quidam putauit. Nã hæc eſt particularis, qua admonet Hip. conſiderare differentias dolorũ per tempora. Sunt enim quidam dolores qui certis quibuſdam temporibus augentur, & aliis minores fiunt. At verò in Aphor. præſenti non tantùm has temporum differentias, ſed omnes in vniuerſum comprehendit, quas diximus, quas etiam Gal. in Comment. commemorauit.

APHORISM. VI.

Renum paſſiones, & quæcunque circa veſicam fiunt dolores, in ſenioribus difficilè ſanantur.

COMMENTARIVS.

Renum paſſiones.

REnum paſſiones ſunt lapis, obſtructio, abſceſſus, vlcus, & inflammatio, dolores in veſica fiũt ob vlcera, lapides, & vrinæ ardores, ac retentiones & inflammationes. Hi omnes morbi difficilè ſanantur, præſertim qui ex ipſis fiunt diuturniores. In ſenioribus autem, id eſt in ſenibus, nihil enim refert dicere iuuenes aut iuniores, ſenes & ſeniores: ſunt autem qui 50. annum attingunt. Sanantur quidem difficilè morbi renum & veſicæ, quoniam per has partes perpetuò deferuntur excrementa, quæ eaſdem irritant & laborare cogunt, ſic etiam & imbecillitas earundem idem facit, in ſenibus præſertim, lib. 6. de mor. pop. part. 7.* dicit ſe non vidiſſe renum paſſiones curatas poſt 50. annum.

** Hæc ſunt Hipp. verba. τὰ νεφριτικὰ οὐκ εἶδον ὑγιασθέντα ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτεα.*

APHORISM. VI.

Dolores atque tumores qui circa ventrem ſiunt, qui quidem ſublimes ſunt, leniores: non ſublimes verò, vehementiores.

COMMENTARIVS.

GAlenus apertam & firmam effecit Hippo. ſenteoriam, dicens per ſublimes tumores non ſignificari eos qui ſunt io partibus ventris ſupra vmbilicum, ſed eos qui ſunt externi. Appellamus autẽ externos qui ad externam vergunt ſuperficiem, qui etiam extra peritonæum ſuot. Non ſublimes verò ermnt, qui iotra periionæum continentur. Conſtat autem hos infeſtare ventriculum aut iecur, aut lienem, aut inteſtioa, aut veſicam, aut renes, aut vterũ, aut criam eiſdem annumerabis peritonæum ipſum. Nullus autem rumor in his locis vacat periculo, quaorum qui exira perironæum cooſiſtunt.

APHORISM. VIII.

Aquam intercutem patientibus, vlcera in corpore facta, non facilè ſanantur.

COMMENTARIVS.

His Aphoriſmus de anaſarca intelligendus eſt & non de aſcite.

VLcera facta videmus in toio corpore, maximè in eruribus eorum qui aqnam intercutem patiuntur, oon in aoaſarca tanium, de qua ſola Apho. eſſe inielligendum putai Fuchſius. In aſcite namque quotidie conſpicies io eruribus euiem quaſdã bullas pati, quæ diſruptæ in vlcera tranſeuut, ferè immedicabilia. quoniam tamen in anaſarca tota caro humida eſt, & in aſcite aqua ex ventre in erura delabirur, vlcera fiuot, quę deinde tum ob partium intemperiem, rum ob fluxionem acrem difficilè ſanatiooem admirtunt, quæ exſiecatione perficitur.

APHORISM. IX.

Latæ puſtulæ non valde pruriunt.

COMMENTARIVS.

HAnc ſententiam ſcripſit lib. 6. de morb. popu. parte 2. quam Simonis eaemplo probauit, cauſam non eſt difficilè inuenire, quare lati rumores minus pruriant, ſiquidem calidi humores efficiunt tumores magis in acutum faſtigiatos, & frigidi magis latos, & humiliores. Quaproptet cùm pruritus eacitetur ab humoribus iorra cuiem deteotis, qui exirum perunt, & calidi ad id magis vrgeant, calidi quoque maiorem conciiabunr pruriium, & frigidi minorem. Tum eriam quooiam lati tumores maiorem habent tranſpiraiionis locum. Doeent id variolæ & morbilli, qui morbi in genere ſunt exanrbematum: de quibus ſupra tertia ſectio. Comm. 20. diximus.

APHORISM. X.

Laborante capite & circumdolente pus, vel aqua, vel ſanguis defluens per nares, vel os, vel aures, ſoluit morbum.

COMMENTARIVS.

LAbores capitis qui iotta caluariam ſunt ſignificauit cùm dixit πονέοντι, id eſt laborante. Eos autem dolores qui ſunt extrà ſignificauit, cùm dixit, καὶ περιωδυνέοντι, hoc eſt, & in citcuitu dolenti. Conſtat autem hos labores, aut læſiones, atque dolores, fieri cum bumore, aur aqua, aur cum flatu, aut à ſola intempetie. Intemperies non euratur vacuatione, ſed alteratione, flatus diſcuſſione. Humores iamen & aquam eorum vacuatione euramus. Bilem ſanè purgatiooe, ſanguinem, pituiram & aquam cutai ſæpe natuta vacuatione, quæ fii per eas vias per quas ſolet natuta ſuccos capui infeſtantes vacuare: viæ ſunt nares, autes, palaium, & os. Aqua & pituita curantur aquæ euaeuatione per dictas vias. Sãguis tamen quandoque manet intta vaſa, quandoque efficit inflammationem. Si intta vaſa continetur, eutatur ſanguinis vacuatione per nares. Si extta vaſa fecetit inflammatiouem, ea ſuppurata, atque euacuato pure per loca dicta ſoluetur morbus. Galen. partem eam, vel ſanguis, & illam, & os, noo legit quoniam in Comm. referẽs quod Hipp. dixerat, ioqoit. Verùm ipſe non hoc taorùm dicit, ſed ſimpliciter qoòd pos, aur aqua fluẽs per nares, vel aures, morbum ſoluit. Non meminit autem vacuationis ſanguinis, neque eius quę per os fit. Præterea infrà cùm diaiſſet, ſuppurata inflãmatioue, & humore excreto ſolui dolores qui fiuot ab inflammatione, aut eos qui fiuni ab bumote erudo, addit: Si verò proprer ſpiritum flatuoſum, aur ſanguiois multitodinẽ, aur bilem mordacem, aut omnioo ex intemperie dolor acciderit, per alia ſanabitur. Notum eſt quòd ſi ipſe legiſſet parrem illam, vel ſanguinis, oon dixiſſet dolores eapitis ſanguine ortos per alia ſanari. Sananrur enim à ſanguioe de naribus fluente, quamoptimè, cuius ipſe meminerat.

APHORISM. XI.

Melancholicis & renum morbis laborantibus, hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.

COMMENTARIVS.

MElaocholia delirium eſt ſine febre ab bumote melancholicu occupante cetebrum. *Melancholia quid.* Nephritis morbus eſt renalis, qoem aliàs renum lapidem appellamus. His duobus morborum generibus miro modo auxiliantor hæmorrhoides, ſiue ſanguinis vacuatiooes per ora venarũ quæ ſuot ad aoum. Quoniam per bane vacuationem humor eos morbos efficiens expellitur: is verò eſt ſanguis melancholicus, craſſus & fæculentus. Euacuaot autem hęmorrhoides à renibus cum deriuatione quæ per proxima fit à capire verò io melancholia fit reuulſio cum vacuatione.

APHORISM. XII.

Hæmorrhoidas ſanantι antiquas, ſi vna non ſeruetur, periculum eſt ſuperuenire aquam intercutem & tabem.

COMMENTARIVS.

HÆmorrhoidas recentes ſanare, funditus abſque periculo fit: Antiquas verò ſanare, oon ſine periculo, quod ab Hippoe. ſcribitur. *Hæmorrhoidas antiquas ſanare.* Id verò eſt, incidendi in aquam intercutem, aut in tabem. Humoi enim melancbolicus eraſſus, & fæculentus qui in iecore genitus per ipſas expurgabatur, clauſis omnibus, atq; neq; vna aperta ſeruata, neceſſum eſt natiuum calorẽ iecoris opptimi à multitudine craſſi hùmotis retenti, & ipſum ſanguiols generatione fruſtrari, & inde aquam iotercutẽ ſequi, fuſo humore in venttem, aur io torius corporis ambitũ. Quod ſi fiat, vt ſoler ad pulmonem trãsferatur, putreſcens ibidem ipſum exulcerabit, & tabem efficiet. Ac proinde lib. 6. de mor. pop. par. 3. à mulris malis liberare hæmorrboidas ſcribir, & importunè euratas eadem afferre mala, cùm inquit, Qui hæmorrhoidas habent, neque pleuritide, neque pulmonia, neque phagedena, neque ferunculis, oeq; terminthis, forſan neque lepra, & forſan oeque aliis, Curati verò importunè, multi ſubitò his correpti ſunt; & grauiſſimè. Cæterùm vt lib. 3. de arte med. docuimus, Aëtius non putat eſſe neceſſarium vnam ſeruare hæmorrboidam ex antiquis, neque id voluiſſe Hip. ſed ipſum in aquam intercurem, aut in tabem iucidere dicit, ſi ab antiquis Hæmorrhoidibus curetur, & deinde non ſeruetur. Vbi tamen ſeruetur, tum purgationibus, tum ſanguiois miſſionibus oportunè adhibitis, & debita victus ratione, & iecoris attemperamẽto nullum tale imminer periculum. Quemadmodum ſi quis antiquam quamois aliam curet vacuationem, atque eãdem omnino ſupprimat, vbi probè regatur, non perinde mala ſuccedent.

APHORISM. XIII.

A ſingultu habito ſternutationes ſuperuenientes liberant à ſingultu.

COMMENTARIVS.

Singultus curationes.

SIngultus ab inanitione ſiue ſiccitate eo modo quo conuulſio ſicca non sdmittit curationem, qui verò fit ab humore, aut à ſola frigida intemperie, curari poteſt, eiúſq; curationem latè docuimus, lib. 3. de art. meden. ſternutationes autem, has ſingultus ſpecies curare docet modò Hippo. Vbi enim quis ſingultu laboret ac moleſtetur, ſternutationes ſuperuenientes à natura, vel arte factæ cauſam ſi fuerit humor excutient: ſi tamen intemperies notum eſt commotione & agitatione ventriculum incaleſcere. Sunt etiam ſingultus quidam à ſiccitate, hoc eſt à cauſa ſicca adſtringente & acerba, quod facere videmus mala cotonea, aut pyra acerba deuorata quæ ſingultum commouent: ſanantur autem eſu zucchari, aut potu aquæ tepidæ.

APHORISM. XIV.

Ab aqua intercutem habito, ſi aqua à venis in ventrem fluat, ſolutio.

COMMENTARIVS.

NOn in omnibus ſpeciebus aquæ intercutem aqua continetur in venis, ſed in aſcite exudat à iecore intra peritonæum, in hac quoque & timpania ventre tumēte venæ inanitæ ſunt, & vniuerſum corpus veluti tabe conſumptum, in quibus non eſt ſperandum aquam confluxuram in ventrem ex venis, vt ſanentur. Nam vt vides quamuis venæ omnes euacuentur per ventrem in aſcite, & timpania, non perinde æger ſanus fiet, manente adhuc aqua intra peritonæum, aut flatu. Si tamen in anarſaca, aut hypoſarca pituita, aut ſeroſus humor, à venis retrocedens in ventrem vacuetur, morbi ſequetur ſolutio: id verò medicum imitari conuenit arte.

APHORISM. XV.

A diuturno ventris profluuio habito, vomitus ſponte ſuperueniens ſoluit ventris profluuium.

COMMENTARIVS.

PAri modo, vt in ſuperiori Commenta. diximus, Medicum decet imitari vacuationē hanc ſponte factam, id eſt à natura ſine ope Medici. A contrario etenim reuellere impetum fluentium humorum vnum eſt de præceptis Hippoc. contrarius autem eſt vomitus vētris profluuio, ſiquidem in contrarium ducit humores qui impetu quodam deorſum feruntur. Et quamuis vomitus valeat ſanare fluxum ventris recentem diuturni fuit exemplum Hippocr. quoniam hanc curationis ſpeciem voluit Medicum imitari, quod facere non conuenit in recentibus, ſed in antiquis, hoc eſt, qui diu iam durant & hominem malè habent, ob id enim dixit ἐχομένῳ, id eſt, vexato, & moleſtato. Diuturnum etenim quis rectè dicet, quod durat.

APHORISM. XVI.

A pleuritide aut pulmonia habito, fluxu ventris ſuperueniente, malum.

COMMENTARIVS.

IN pleuritide aut pulmonia, quandoque ſuperuenit fluxus ventris, valente adhuc ægro & ſignis coctionis apparentibus in vrina, & ſputo, nihil mali ſignificat. Superuenit autem quandoque cùm æger malè habet, & à malo affligitur, de quo dixit Hip. ἐχομένῳ, id eſt conflictato, & moleſtato quod ſignum malū eſt: ſignificat enim per cōſenſum laborare iecur, & ſanguinem non conficere, neq; diſtribui. Non conſentit tamen iecur, & in eam imbecillitatem deducitur, ob læſionem inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium, niſi magna ſit. Duas igitur

Fluxus ventris in pleuritide.

apponit conditiones Gal. ad Apho. veritatem, vt ſit æger à morbo conflictatus, & moleſtatus, & vt non eueniat prædictus ventris fluxus à cauſa prægreſſa, aut alia à morbo ipſo, pulmonis, aut thoracis. Verus autem eſt Apho. etiā ſi pleuritis, aut pulmonia nondum ſint ad ſuppurationem perductæ. Nam cùm non ſuppurantur ob humoris malitiam, & facultatis imbecillitatem, fluxu ventris ſuperueniente, malum erit, & conſenſum iecoris ſignificabit.

APHORISM. XVII.

Eum qui lippitudine laborat, à ventris fluxu capi, bonum.

COMMENTARIVS.

EVacuationes bonas ſponte factas Medicū imitari ad initium quartæ ſectionis docuerat: ſic & præſentem vtiliter imitabitur Medicus, ſi fluxum ventris procurauerit medicamento quopiam ventrem ſubducente, vbi æger lippitudine laborauerit, id namque natura probè facit, quoties laborantes lippitudine, hoc eſt inflammatione adnatæ membranæ, ſponte fluxum ventris commouet.

APHORISM. XVIII.

Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo tenuium inteſtinorum, aut ventriculo, aut iecore, lethale.

COMMENTARIVS.

REfert modo Hippo. vulnera quædam exitialia, quę ea ratione talia ſunt, quòd ab eis nemo liberetur, aut quoniam pauci admodum viſi ſint liberati, ſunt autem vulnera penetrantia, quæ ipſe diſciſſiones appellat. Veſica etenim diſciſſa non curatur ſi in cauitatem ipſius penetrat vulnus, quia tenuis & exanguis eſt, & vrinam perpetuò continet, collum autem eius quotidie diſcindimus ad lapides extrahendos, & pòſt ſanantur. Vulnera autem cerebri ſi ad ventres perueniant, non curantur, ſed alia multa vidimus ſanata, quæ ad cerebri ſubſtantiam perueniebant, & amiſſa cerebri ipſius portione, Gal. in Com. dicit ſe vidiſſe ſanatum vulnus effatu dignum in Smyrna Ioniæ ciuitate, lib. tamen 8. de vſu partium dicit, id vulnus penetraſſe alterum cerebri vētrem, nempe anteriorem, ſed Dei voluntate ſanatū. Corde vulnerato nemo liberatur: nam ſi vulnus penetrat ventres, pereunt effuſo ſanguine, & ſpiritu: ſi non penetrat, concitato dolore & deinde inflammatione pereunt. Si tamen ſeptū tranſuerſum diſcindatur, tum ob naturam ſuam quæ ex carne eſt, tum ob frequentem & perpetuū motum, non conſolidabitur. Tenuia præterea inteſtina perforata non conſolidantur, ob frigiditatem, & naturam exanguem, & ob excrementorum perpetuum deſcenſum per ipſa. Ventriculus ſumma parte vulneratus curatur, diſciſſus ad profundum, non aſſolidatur, ob officium, & quoniam medicamēta non ſuperponūtur ipſi, quāuis bibātur, ſed hæc neceſſariò cibis miſcentur, & ideo non proſunt. Chirurgus tamen quidam fide dignus iurabat ſe curaſſe hominem, qui ſauciato ventriculo non longè à cibo aſſumpto per vulnus chylum reiecit. Iecoris vulnera curantur quæ non tranſfixerunt venam aliquam mentione dignam, tales enim ſanguinis effuſione intra peritonæum moriuntur, ſicuti & venæ cauæ vulnus celerrimam mortem affert, lib. 4. de vſu partium. Neque refert modo dicere quod vulnera cerebri & iecoris viſa ſunt ad ſanitatem perducta, mirabili ac diuino auxilio, & nos ſanè vidimus Compluti mulierem vteri procidentia laborantem, cuius vterus extrà computruit. Chirurgus tamen totum abſcidit ad collum vſque, & non paucis deinde annis vixit. Auicēnas totum vterum abſciſſum refert, & iecoris partem, & vixiſſe. & Galen. libr. 4 de vſu

Vulnera lethalia.

Vulnera cerebri quæ ſanantur.

Hiſtoria.

partium

partium refert, ſe abſcidiſſe totum ferè omentum, ſed hoc non adeò graue eſt.

APHORISM. XIX.

Quum diſcuſſum fuerit os, aut cartilago, aut neruus, aut buccæ pars tenuis, aut præputium, neque augetur, neque conſolidatur.

COMMENTARIVS.

Oſsium, neruorũ & præputij diſcuſſiones.

CAtalogum vulnerum lethaliũ ſcripſit in Apo. præcedenti, in præſenti verò vulnerum quæ difficilem admittunt curationem, aut nõ integram. Ea ſunt diſciſſiones oſſium, cartilaginum, neruorũ buccæ tenuioris partis, & præputij. Hæ enim partes diſciſſæ non augentur, ſi pars earum fuerit amiſſa, neque conſolidantur, etiam ſi vulnera fiãt ſine partis amiſſione. Cauſa in promptu eſt, nam mollia corpora facilè vnicũtur: & vbi partem carnis amiſſam velit quis reſarcire, id facilè eueniet ſuppetente ſanguinis copia, vt materia. Quapropter ſi pars oſſis amiſſa fuerit, non recreabitur: quoniam nullibi ſuppetet copia materiæ ſeminalis, à qua os primam habuit generationem, ſicuti & cartilago & neruus, & buccæ, & præputium. Præter id quòd interim dum pars aliqua de his generatur, copia ſanguinis occurrente, caro loco partis amiſſæ accreſcit. De agglutinatione & conſolidatione intereſt quidem: nam

Oſſa poſſunt agglutinari & non conſolidari.

agglutinari poſſunt oſſa, non conſolidari. Agglutinantur enim callo adnato tanquam glutine, non tamen ſolidantur per aliquid, quod ſit de oſſis ipſius ſubſtantia. Præterquam ſi oſſa mollia admodum fuerint, qualia puerorum quorum oſſibus ſeminaria materia ſuppetit multa. & conſolidandi facultas valida, & partes conſolidandæ humidiores, quàm aliarum ætatum. Hanc ſententiam ſcripſit Gal. lib. 5. de meth. med. Et lib. 2. de tempera. oſſa puerorum adeo mollia eſſe dixit, vt nutrices ea conforment, & caſeo recens coagulato ſimilia ſint. De cartilaginibus idem dicemus. Nerui verò præciſi præter alia hoc habent peculiare, quòd partes refugiunt, & contrahunt ad principium, aut finem membri. Deeſt quoque illis materia & facultas valens, & inſeritur interim caro. Idem de tenuis buccæ parte, quæ membranea eſt, & fibroſa. Neque minus dicendum de præputio: pars enim amiſſa non recreatur, & diſciſſa non conſolidatur, ſed agglutinatur.

APHORISM. XX.

Si ſanguis in ventrem effundatur præter naturam, neceſſum eſt ſuppurari.

COMMENTARIVS.

SI ſanguis effuſus fuerit extra proprias cauitates, in ventrem quemuis, alium ab iis in quibus ſecundum naturam contineri ſolet, neceſſum eſt ipſum ſuppurari, hoc eſt corrumpi. ita enim exponitur vox ἐμπυηθῆναι, à Gal. in Comm. Ventres tamen in quibus ſecundum naturam continetur ſanguis, ſunt venæ, arteriæ, cordis ventres & cerebri lacunæ. Extra verò funditur, in ventriculum, thoracem, vterum inteſtina, veſicam, & in cauitatibus muſculorum, inflammationibus & in enchymoſi, in poris ſenſum effugientibus. In quibus omnibus corrumpi ſanguinem eſt neceſſum.

APHORISM. XXI.

Inſanientibus varices, aut hæmorrhoides ſuperuenientes inſaniæ ſolutio.

COMMENTARIVS.

Hæmorrhoides.

MElancholicus humor eſt qui inſaniam, ſiue melancholiam morbum facit. Per varices tamen in venis colligitur ſanguis melancholia multa mixtus, præſertim autem in his quæ ſunt ad ſuras. Hæmorrhoides ſanguinis vacuationes ſunt adapertis venis ani. Purgatur quoque per eas ſanguis melancholicus. Iure igitur inſaniam curabunt varices conuerſo humore à capite in crura, aut hæmorrhoides reuulſione vacuantes eundem humorem. Atq; eadem ratione hæmorrhoidas aperire ad melãcholiam ſiue inſaniam curandam erit artificioſum.

APHORISM. XXII.

Quæcunque rupta à dorſo in cubitum deſcendunt, venæ ſectio ſoluit.

COMMENTARIVS.

GAl. in Comment. docet per rupta dolores eſſe intelligendos. Dolente autem dorſo & ceruice & quandoque muſculis qui ſunt ad omoplatas laſſitudinis ſpeciem patientibus, dolor per brachium ad cubitum deſcendit, & nonnunquam ad manum vſque. Conuenit autem in eo affectu, venam cubiti ſecare. Ducendi ſiquidem ſunt humores & ſanguis vacuandus per eam partem qua natura vergit. Non quidem per eam in qua figitur & quã obſidet, ſed per eam quæ nobis indicat quò vergit ſponte natura. Quæ tamen ad euacuationem humoris laſſitudinem facientis & inde ex parte excurrentis ad cubitum eſt accommoda. Ea verò eſt in cubiti flexu externa.

APHORISM. XXIII.

Si timor & triſtitia multo tempore perſeuerent melancholicum ſignificatur.

COMMENTARIVS.

TImor opinio eſt mali futuri, triſtitia verò opinio mali præſentis. In has opiniones quidam incidunt ob cauſam aliquam euidentem, quidam ſine ipſa. Qui ſine cauſa cognita timet atque triſtatur, cauſam habet internam quæ mentem eius perturbet & in eos affectus deducat. Qualis eſt humor melancholicus, qui cerebrum occupat. Aut certè quod ſæpius fit incipiente morbo humor cor occupat, quod eſt origo turbationum animi: vt libro primo de arte medendi docuimus. Inde verò aſcendit vapor in cerebrum qui ducit animam rationalem in conſenſum. Ac perinde rectè dixit: Si timor & triſtitia adſunt, melancholicum, hoc eſt melancholia morbus, ſignificatur. Quòd ſi cauſa adſit quæ verè poſſit hominem in timorem & triſtitiam adducere, diu ipſis perſeuerantibus melancholiam inferent, & propterea melancholicum ſignificatur. Generant enim & in circuitu ſeipſa iuuant & augent, timor, triſtitia, & melancholia. Nam melancholia infert timorem, & triſtitiam, & hæc duo generant melancholiam, quamuis à cauſa euidenti originem trahant. Vnaquæque tamen earum effectum ſibi debitum producit, citius aut tardius, pro ratione cauſæ generantis, quæ aut valida eſt aut imbecilla, & pro corporis præparatione. Sunt enim quidam prompti facilè incidere in triſtitiam & timorem, quidam minimè. Parat autem ad hæc non parum puſillanimitas & cordis languor, ſiue facilitas ad patiendum, aut compatiendum. Ac de omni tandem timore atque omni triſtitia, ſiue cauſam habeat euidentem, ſiue non, rectè dictum eſt: Si timor & triſtitia longo tempore habent, melancholicum ſignificatur. Quoniam ad hæc, ſi perſeuerauerint, omnino ſequetur, ſi non adeſt. Si tamen adeſt, melancholia per hæc eadem, vt præſens oſtendetur.

Timor quid.

APHORISM. XXIV.

Si aliquod tenuium inteſtinorum diſciſſum fuerit, non conſolidatur.

COMMENTARIVS.

QVoniam hic Aphoriſm. in 18. continetur, fruſtra repetitur modò, ſed foret ab hoc loco expungendus, vt loquit Galen. in Commen.

APHORISM. XXV.

Eryſipelas exterius effuſum ſi intus vertatur, non bonum: ab interioribus verò, extra bonum.

COMMENTARIVS.

HIc Apho. adeo notus eſt, vt non videatur egere expoſitione. ſiquidem notiſſimum eſt melius eſſe conuerti extrà eryſipelas quàm intra, & omne malum melius eſt occupare externas, quàm internas partes, præſertim ſi antè occupabat internas, & ad externas mutetur. Verùm voluit hîc Hippocrates admonere nonnihil ad partem artis curatiuam pertinens, videlicet ne Medici temere eryſipelata refrigerent, & valide repellant. Solet enim morbus delerere externas partes & ad internas conuerti, quod malum eſt. Nam & libro tertio Prognoſt. anginam ſalubriorem dixit, ſi ceruix & pectus contraxerunt ruborem: dum tamen eryſipelas ita factum non conuertatur intrò.

APHORISM. XXVI.

Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio ſoluuntur.

COMMENTARIVS.

EXemplum hoc eſſe videtur earum quæ fiunt permutationum: aliàs inutiliter dixiſſet in febribus ardentibus fieri, quod in omnibus eam habet eueniendi promptitudinem. Docet autem humores tranſponi quandoque à vaſis in neruos, & inde tremores fieri, commotis neruis à cauſa grauante aut mordente ad expulſionem, vel nequeunte parte ſeipſam continere præ multitudine grauata. Cæterum illud non videtur reprehenſione carere, quod Gale. in Comment. aduertit cùm dixit: Delirio ſolui, ac ſi delirium eſſet ſanitas, aut diſpoſitio melior tremore. Propriè enim morbus ſolui dicitur, cùm aut tranſit in ſanitatem, aut in morbum minorem, ac minus periculoſum. Delirium autem fit tranſlato humore à neruis in originem & præcipuam particulam, nempe cerebrum, ſolui igitur impropriè dictum eſt.

APHORISM. XXVII.

Quicunque ſuppurati aut aquam intercutem patientes, vruntur aut ſecantur: ſi pus aut aqua confertim effluxerit, omnino moriuntur.

COMMENTARIVS.

QVando aliis remediis ſuppurati, aut aſcitem patientes curari nequeunt, expedit (quod etiã erat Medicis in vſu) eos ſecare aut vrere, neq; enim aliter fieri poſſe putandum, vt pus quod intra thoracis cauitatem continetur, aut aqua quæ intra peritoneum, prius vacuentur, quã facta vſtione, aut ſectione, ſi multum abũdant. Quiddã autẽ magni momenti modo docet Hippoc. vt facta apertione aqua aut pus ſenſim educantur, & per interualla: vti interim vires roborentur. Si namque confertim euacuatio fiat, omnino ægri moriuntur. Effluet etenim multus ſpiritus ab oſculis arteriarum, quæ adaperta ſunt ob magnam diſtenſionem, ab aqua aut pure factam. Præter id quòd in aſcite aqua, vti fulcrum, continet iecur durum, (id enim ſolet aquam intercutem adducere) quod deinde vacuata aqua trahit ſecum viſcera alia. Poteris quoque ab hoc præcepto ad alias vacuationes omnes, maximè quæ fiunt in longis morbis transferre vſum, & in omnibus in quibus vires non valde conſtant, euacuationes per partes facere. Nam & ſuppurati & aquam intercutem patientes aliis iam tentatis remediis, nunquam ſatis valent, neque aliquam confertam ferunt vacuationem. Qua tamen ratione vri aut ſecari debeant ſuppurati & qui aquam intercutem patiuntur, Paulus lib. 6. probè docuit.

Pus aut aqua ſenſim educi debeat.

APHORISM. XXVIII.

Eunuchi neque podagra laborant, nec calui fiunt.

COMMENTARIVS.

EVnuchi Græcis dicebantur, quoniam lectum ſeruabant mulierum, quas cuſtodire oportebat, vti principes & virgines. Verùm caſtrati ita appellabantur, quibus genitalia erant abſciſſa. His ſi ſoli teſtes deſint, venerem tamen appetunt. Dicebantur etiam thlibiæ eunuchi qui attritos habebant teſtes, & ea ratione erant ad generationem inepti. Atteruntur autem teſtes pueris laxatis ipſis prius in balneo, deinde manibus compreſſis donec euaneſcant. aut ipſis contortis valde, donec via ſanguinis intercluſa tandem cõtabeſcant, quo modo equos & mulos generationi reddimus ineptos, & minime coitum appetentes. Sunt etiam eunuchi quos Gal. lib. de vſu partium ὑποσπάδιαις, hoc eſt ſubuulſos appellat, Latini verò ſpadones, qui quodam veluti fræno interpoſito coguntur ſemen non eiaculare recta via intra vterum, ac propterea non generant. Eunuchi igitur qui abſciſſis genitalibus, aut attritis teſtibus ſunt, venerem non appetentes, effœminati, molles etiam & humidiores fiunt, ita vt hac in re cum fœminis contendant. Quapropter ſicuti fœminæ non calueſcunt. ita neque illi. Podagra verò non laborant, ſed rarò & rarius Hippocrat. temporibus, erant enim eunuchi continentes, parcè viuebant, & à venere abſtinebant. Quorum omnium contraria podagram adducunt. Non tantùm enim imbecillitas articulorum quam quiſquam habere poteſt, aut ex morbis, aut à generatione ad podagram eſt ſatis, ſed opus eſt mittentem eſſe particulam aliquam, aut totum corpus excrementis redundare, quod illo tempore non eueniebat eunuchis probè admodum, & cum omni moderatione viuẽtibus. Sed nunc & Gal. temporibus cùm immodicè viuant in otio, & epulis, & veneri indulgeant, non pauci ſunt ex eis qui incidant in podagram. Illud verò in animo ſemper habere debet, qui antiquorum dogmata enarranda ſuſceperit. vt ea amicè magis definiat, quàm moroſè redarguat.

Teſtium attritio.

Nota.

APHORISM. XXIX.

Mulier non laborat podagra, niſi ipſi menſes defuerint.

COMMENTARIVS.

HÆc quoque ſententia veluti & precedens cum moderatione legenda, nam videmus mulieres non pauca podagra laborare, nondum deientis menſtruis, cùm non ſit vnica tantùm cauſa ob quam ſoleant abundare excrementa, nam & ob vitam otioſam & in victu omnimodam intemperantiam, accedente articulorum imbecillitate podagra euenire valet, auctis excrementis. Temporibus tamen Hippocrat. cùm nullum horum adeſſet mulieribus, non aderant abundantiæ excrementorum niſi cum menſium purgatio cohibebatur, ac proinde non laborabant podagra, niſi ob menſium defectum.

Podagra cauſa.

APHORISM. XXX.

Puer non laborat podagra ante veneris vſum.

COMMENTARIVS.

QVamuis pueri à prima ipſa generatione habere poſſint articulorum imbecillitatem, hæc tamen non ſe oſtendit, donec laborent, & exerceantur. Neque tamen ad podagram id eſt ſatis, ſed opus eſt redundantia cruditatum, & excrementorum. Quam tamen pueri non habent propter coctricis vigorem, & quia in alitione omnia abſumuntur, prius ſuperata. At verò cùm primùm venere vti incipiunt, non tantùm abſumitur in alitionem,

Dolores inuſtiratorum in pueritia vita breuitatem argunnt. Hippoc.

tionem, & articuli languent, venere id efficiente, atque ita quod ſupereſt, ad articulos tranſmiſſum efficiet podagram.

APHORISM. XXXI.

Oculorum dolores meri potio, vel balneum, vel fomentum, vel ſanguinis miſſio, vel purgatio ſoluit.

COMMENTARIVS.

QVod de oculorum doloribus docet Hippocr. hoc loco, de omnibus doloribus ferè docere poſſet eadem ratione: & quandoquidem cuiuſvis partis dolores eas habent cauſarum differentias, quas dolores oculorum, & curandi viæ à cauſis deſumuntur & diſtinctionem accipiunt. Non enim aliter Hippocr. curationes oculorum diſtinxiſſet, dicens, oculorum dolores curari meri potione, & reliquis. Prætermittamus modò dolores qui à noda intemperie naſcuntur, quos contrarietate curare ars medica docet. Cum materia verò facti potiſſimam habent curationem, euacuationem. Si in toto corpore humor abundat, & fluxionem in oculos committit, redundante ſanguine, venam externam cubiti ſecabimus, & ſanguinem ducemus pro virium robore, & cauſæ morbi copia. Quòd ſi fuerit qui abundat prauus aliquis ſuccus, purganti medicamento ipſum ducemus. Si tamen depoſita redundantia aliquid cauſæ prioris in oculos fluere videatur, balneum commodum erit aquæ dulcis. Quòd ſi in oculis tantùm cauſa doloris cõtineatur, ſi craſſus fuerit, ſanguis vini potione attenuabitur, & diſcutietur, vti & flatus. Si tamen fuerit tenuis, acria, ac mordax, optimum erit remedium fomentum, vacuato quidem corpore tutum erit eo vti: non præuacuato tamen experiundi gratia ad mouendum, nam ſi dolorem non in totum mitigauerit, credendum eſt in corpore ſubeſſe copiam, quæ trahetur ad partem ipſam dolentem πυρία, dixit, quam vocem Marcellus Vergilius in Dioſcoridis interpretatione cap. de oleo transfert, fomentum ſiccum, ſed malè, nam ad oculorum dolores commodius eſt humidum fomentum. Thomas verò Linacrus lib. 12. De meth. meden. transfert fomentum calidum. ſed non malè, nam id fert vox Græca, & res ipſa. Quoniam verò Hippocr. hunc Aphor. ſine diſtinctione ſcripſit, vt vult quoque Galen. in Comment. neque vt rationalis, neque vt empiricus. lib. 6. de ſimp. meden. facult. cap. de abrotono, ipſum excuſauit, dicens, Sanè Hippocr. cùm in Aphor. ſcripſit: Dolores oculorum meri potio, vel balneum, vel fomentum, vel ſanguinis miſſio, vel purgatio ſoluit, neque adiecit quoſnam dolores vini potio, quos balneum, quos fomentum, quos ſanguinis miſſio, & quos purgatio. Ignoſcendum forſan quis arbitretur, tribus vt puto de cauſis, ſiquidem aphoriſticam ſcribebat doctrinam, in qua propter breuitatem & compendium pleraque ita dici conceſſum eſt. Et omnia quæ dolores ſoluunt enarrauit, tametſi non diffiniuit ad quem dolorem quodnam ex illis congrueret. Tum multis in locis aliorum librorum occaſiones nobis præſtitit, diſtinctiones in his quæ hoc pacto dicuntur inueniendi.

Oculos curandi method.

APHORISM. XXXII.

Balbi à longo alui profluuio maximè capiuntur.

COMMENTARIVS.

Quare balbi dicantur à Græcis trauli.

BAlbos Latini appellant eos qui lingua ſunt impediti, & blæſos, quos τραυλίζειν Græci dicunt, ab eo quod τ, & ρ ſimul proferre nequeunt, & inde traulos. Cæterùm qui lingua impediti ſunt, quidam literas aliquas proferre nequeunt, vt diximus, quidam detenti tandem confuſe, & cum trepidatione loquuntur. Quorum vitium ad linguæ compoſitionem attinet, quæ ob breuitatem nequit firmari dentibus anterioribus, qualis diſpoſitio pariter contingit iis qui imbecillam habent facultatem mouentem linguam. Redditur autem imbecilla ob ſiccitatem, idque rarò, quandoque ob humiditatem quæ à cerebro in muſculos & neruos linguam mouentes defluit. Deinde quoque in ventrem, atque id frequentius. Cùm verò in linguam deſcendit, efficit hominem balbum: cùm in ventrem, adducit fluxum ventris prædicta humiditas. Eſt autem is longus, quoniam balbi qui tales à natura ſunt, longo tempore aut tota ipſa vita humiditatis abundantia laborant, ſic & eorum ventres. Dixit autem, maximè, quoniam magna ex parte balbi fiunt ob prædictam humiditatem, quamuis ob malam compoſitionem, & ob ſiccitatem aliquando fiant: qui tamen ad ventris profluuium non ſunt parati.

APHORISM. XXXIII.

Qui acidum ructant, non valde capiuntur morbo laterali.

COMMENTARIVS.

Acidi ructus cauſa.

NOn eſt difficilè inuenire cauſam veritatis huius Aphoriſ. iis qui nouerunt acidum ructum ſignificare in ventriculo acidam pituitam, aut cibos ibidem corrumpi in acidum ſaporem. Acida ſanè pituita frigida eſt, & acidus ructus frigiditatis ſoboles. Morbus autem lateralis quamuis ab omnibus humoribus fieri poſſit, quos oſtendit ſputum, quod ſi ſpumoſum fuerit, oſtendit pituitam: flauam, bilem: rubrum, ſanguinem: ſubnigrum, melancholiam, ſæpius fit à calidis humoribus, rarius à frigidis, qui difficilè membranæ ſubſtantiam peruadunt. Probè igitur admodum dixit, eos qui acidum ructant, rarò à morbo laterali capi.

APHORISM. XXXIV.

Quicumque caluitio laborant, iis magnæ varices non fiunt. Quibus verò caluitio laborantibus varices ſuperueniunt, iis rurſus capilli naſcuntur.

COMMENTARIVS.

NOn vtitur Hipp. in hoc Aphor. voce φαλακροὶ, id eſt qui caluitio laborant, propriè, ſed eam mutuat pro μαδαροὶ, id eſt pilorum defluuium patientes. Nam in propria ſignificatione falſum eſt, varices liberare homines à caluitio, (ſiquidem caluis non amplius pili naſcuntur) ſed illos qui morbi ratione pilorum defluuium ſunt paſſi. Euenit autem pilorum defluuium, vt lib. 3. De arte medendi docuimus, aut ob inopiam alimenti pilorum, aut ob eiuſdem malitiam, atque id frequentius. Hunc autem affectum non patiuntur qui magnas habent varices, prauis ſuccis ad crura reuolſis. Quòd ſi fiat vt pilorum defluuium præcedat, ſuperueniant tamen varices, pariter cute liberata à prauis ſuccis alio tranſlatis, liberabitur à profluuio pilorum, redibúntque pili vt ante.

Nota.

APHORISM. XXXV.

Aquam intercutem patientibus tuſſis ſuperueniens, malum.

COMMENTARIVS.

AQuam intercutem patientes poſſunt etiam pari tuſſim ob cauſam quamuis, ſicuti & reliqui, neque tamen inde malum aliquod conijciendum. Quòd ſi morbi ipſius ratione tuſſis fiat, id enim ſignificat vox ἐπιγινομένη, id eſt ſuperueniens, malum adeo graue ſignificat, vt aquæ copia ventrem implens ſeptum tranſuerſum comprimat, & inſtrumenta reſpirationi ſeruientia in conſenſum adducat. Hoc quidem frequentius fit, minus frequenter verò quod Galen. dicit ſignificare tuſſim,

humiditatem aquoſam in tantum fuiſſe adauctam, vt aſperas arterias occupet.

APHORISM. XXXVI.

Difficultatem vrinæ venæ ſectio ſoluit, ſecare verò interiores.

COMMENTARIVS.

DVabus de cauſis Galen. viſum eſt Aphor. hunc eſſe de adiectis, ſiue ſpuriis. Prima, quoniam dixit venæ ſectionem ſoluere vrinæ difficultatem. *Dif. vrinæ ſoluit venæ ſect.* Non enim eſt vnica via curationis eius, oportet autem ita Aphor. ſcribere: Difficultatem vrinæ, & venæ ſectio ſoluit. Quoniam hoc eſt vnum de remediis ſoluentibus difficultatem vrinæ. Nam vbi ab inflammatione malum habeat ortum, venæ ſectio malum curat. Secunda ratio Galen. eſt, quoniam præcipit ſecare venas interiores; cùm tamen nihil referat earum quæ in malleolis ſunt internam aut externam ſecare, ſiquidem ambæ ab vna oriuntur, quæ ad poplitem eſt, ſiue ad genu curuaturam, non ſicuti in brachio, in quo interna & externa non oriuntur ab vna & eadem. Hæc voluit Gal. quamuis experimento conſtet connexionem partium non parum indicare ad curationem. Cùm autem malleolus externus maiorem habeat cum coxendice connexionem quàm internus, & is magis quàm externus cum vtero, in morbis vteri ſecamus venam internam malleolorum, & in morbis coxendicum externam. *Auicennas de ſchiatica ſectione.* Atque ita Auicennas, 22. tertij libri, ad coxendicum dolores dixit conferre miſſionem ſanguinis de vena ſchiatica, quæ externa eſt. Et lib. 1. fen. 4. cap. De phlebotomia dixit: Et ratio quidem facit oportere vt ſchiatica & ſaphena ſimilis exiſtant iuuamenti, ſed experimentum facit, vt operatio ſchiaticæ plurimum conueniat dolori ſchiæ, ſicut ſi hoc eſſet debitum. Quamuis igitur Galen. contendat, ratione ſumpta ex anatome, nihil referre hanc aut illam ſecare, & ob id Aphoriſm. non eſſe Hippocrat. experimentum docet non eſſe parem vſum ſectionis ambarum, neque Aphoriſm. eſſe reiiciendum. Quòd verò vnicum tantùm remedium, nempe miſſionem ſanguinis ſcripſerit, & vnam tantùm ſpeciem difficultatis vrinæ curare docuerit, parum intereſt. Quidam tamen aliter ſaluare nituntur Hippocrat. ſententiam dicens ipſum præcepiſſe ſecare venas intra cutem, non ſcarificare eas quæ ſunt ad cutem, nam hæ ſunt externæ, & cutaneæ; aliæ internæ & ſub cute. Inflammata autem veſica, non oportet (inquit) educere ſeroſos humores, quales educuntur ſcarificata cute, ſed craſſos, quales educuntur vena ſecta, quæ interior eſt, & addit, Quod non intelligens Galen. negauit facilè Aphoriſm. eſſe Hippocrat. *Nota.* turpè ſanè mihi ſemper viſum eſt hominem in literarum ſtudio nutritum, viris ſapientiſſimis eſſe contumelioſum, præſertim magiſtris artis, & ſuis ipſorum præceptoribus: autore etenim Cicerone, omnis animaduerſio, atque caſtigatio, omni contumelia carere debet. Sed iam perpendamus quàm verum ſit, & quàm ingenioſum quod nobis nouum attulit. Ipſe vult per externas venas intelligi, quæ ſunt ad cutem: & per internas, quæ ſunt ſub cute. At dicat ſi placet, quando inuenit apud Hippocr. hanc appellationem internæ venæ pro ea quæ eſt ſub cute? nam lib. 2. De rat. vict. acut. ſection. 10. in laterali morbo præcepit venam cubiti internam ſecare, vt ipſam ab externa diſtingueret, vt Galen. in eius loci Comment. docet, non ſanè vt ſectionem eam ab ſcarificatione ſepararet, ſed à ſectione venæ quæ per humerum & partem externam brachij ad curuaturam ipſius fertur, in crure quoque venæ duæ ſunt ad malleolos, quarum altera eſt interna, id eſt in malleolo interno, & altera externa in malleolo externo. Cum igitur dicat interiores, notiſſimum eſt quas ſignificauit, cum venæ ſecandæ ſint in malleolis, laborantibus partibus infra iecur, & nonnunquam in poplite. Præterea Hippocr. neque alius vnquam ſcarificationem appellauit Phlebotomiam. Cùm igitur Hippocr. in præſenti dicat difficultatem vrinæ ſoluere phlebotomiam, fruſtra addidiſſet, ſecare verò interiores, quia per phlebotomiam nunquam ſecantur exteriores, id eſt cutaneæ, facta ſcarificatione, quod ille voluit. Atque Hippocrat. cùm ſcarificare præcipit, non φλέϐα τέμνειν iubet, ſed vti lib. De medico dixit, κατακρίνειν, quod eſt, κατασχάζειν, vt Galen. inquit lib. De antiquis dict. Hippocrat. & idem Phauorinus. Sed ſumus venia digni, quòd in huiuſcemodi erroribus confutandis toties immoremur, ſiquidem nullus eſt error adeo magnus quem non inſerat præceptor animis auditorum, ſi veritas defenſore careat, & addiſcentes admonitore.

APHORISM. XXXVII.

Ab angina moleſtato, tumorem fieri in collo, bonum.

COMMENTARIVS.

QVi anginam patiuntur, ſuffocationis periculum incidunt, niſi humor qui internos gutturis muſculos occupat, exterius conuertatur. Quod fiet ſi in faucibus tumor aliquis effatu dignus appareat, tales enim anginæ etſi exitioſæ ſint, morbum longiorem oſtendunt. Magis verò liberantur ſi fauces & ceruix ruborem contraxerit, & ex iis maxime quibus pectus & ceruix rubent, niſi ſacer ignis intro recurrat. Tumor igitur in collo, de ſignis eſt quæ liberant ab angina, alioqui lethali. Docuit hæc Hippoc. lib. 3. Prognoſt. ſectione 16. dicens: Anginæ autem grauiſſimæ ſunt, ac celerrimè interimunt, *Anginarum differ.* quæcunque nihil conſpicuum faciunt in faucibus, neque in ceruice, plurimum verò dolorem inferunt, atque orthopnœam. Hæ enim eodem die ſtrangulant, & ſecundo, & tertio, & quarto. Quæcunque verò dolorem alioqui alteri ſimili modo inferunt, attolluntur autem, & in faucibus ruborem efficiunt, valde quidem lethales, cæterum præcedentibus diuturniores, ſi magnus fiat rubor. Quibus verò fauces & ceruix ſimul rubent, hæ ſunt diuturniores, & maximè ex ipſis liberantur, quibus ceruix & pectus ruborem traxerint, niſi ſacer ignis intro recurrat.

APHORISM. XXXVIII.

Quibus cancri occulti fiunt, hos non curare melius eſt, curati enim pereunt celeriter, non curati verò, longiori tempore durant.

COMMENTARIVS.

CAncros occultos non curare docet hac ſententia, & cauſam adiecit, quam non omnes in *Cancros occultos non curare.* Aphoriſm. legebant, autore Galen. in Comment. quoniam curati citò pereunt, & non curati longiori tempore durant. Sunt cancri tumores ab humore atrabiliario geniti, duri, dolentes aut ſemper, aut per interualla, nigri, quique venulas quaſdam nigras in circuitu habent, melancholico ſanguine plenas, ita vt totus ipſe tumor cum venis cancrum & ipſius brachia referat. Fiunt hi quandoque in partibus internis, vti palato, vtero, inteſtinis, & intra anum, quidam in partibus externis, vt mammis, facie, & aliis externis membris. Omnes autem hi ſunt aut vlcerati, aut ſine vlcere. De internis voluit curationem non eſſe tentandam, ſiue cum vlcere, ſiue ſine ipſo ſint. Quamuis enim omnibus cancris lenia remedia, vti mitigatoria, ſint adhibenda,

& pur

& purgationes,aut ſanguinis miſſiones, hæc omnia potius præſeruare,& dolorem ſedare, quàm tumorem curare dicemus. In quem modum internos cancros vlceratos abluero, & detergere ichores, aut ſaniem præcipimus. Si tamen cancri externi ſint vlcerati, detergi,& mitigari & attemperari expoſcunt: non vlcerati, pariter attemperari,& mitigari deſiderant, vtriſque tameo manus opera conducit, ſi eo loco ſiti ſint vt omnioo ferro, aut igne extirpari cum radicibus poſſiot. Id quod Chirorgis facere ſæpius præcipimus cum felici ſucceſſu, potiſſimuio ſi vlcerati non fuerint.

APHORISM. XXXIX.

Conuulſio fit aut à repletione, aut ab inanitione: fit autem & ſingultus.

COMMENTARIVS.

COnfert Hippoc.modo cõuulſionem ſingultui, dicens vtrumque fieri bifariam, ex repletione videlicet, & itanitione. Quemadmodum enim nerui contrahuntur ad originem nobis uoleotibus, cùm implentur humore, & cùm ſiccantur areſcentes: ita ventriculus,aut humore in fibris eius infarcto, aut ſubſtantia arefacta, coucurirur ad cauſam nocentem expellendam, fitque ſingoltus. Quamuis tamen duatum tantùm ſpécierum Hippocrat. meminerit, tres eſſe nos abuodè probauimus alias. Eſt enim tertia quædam ſpecies quæ cooſenſu fit, quæ nou eſt de his quarum Hippocr. habuir mentionem, quæ primogenia fiunt affectione, & neruis io eſſeoria laboraotibus, ſed ipſis punctis, aut commorſis. Qualis conuulſio fit iis qui bilem porraceam vomoot, aot ærugineam, aut aliter vellicantur. Dicet aotem quiſpiam banc per conſeoſum factam conoolſionem, non eſſe veram conuulſionem,ſiquidem conuulſio autore Gal. lib.2. De cau. ſymptom.à ſolo morbo fit, & inuoluntarius motus eſt. At cùm neruus mordetur, aut pungirur, ſenſus antecedit, ac ſequitur voluntas contrahendi particulam, fallitur ſanè, nam quum neruus aliquis pungitur, aut mordetur, verum eſt ſenſum triſtem antecedete, falſum autem imperium voluntatis ſequi. Nam cùm ſemel bilis æruginea momorderit os ventriculi, ſenſus triſtis adeſt, conuellitur autem ventriculus vel oolentibus oobis, vt conſtat. Sic etiam & vniuerſum corpus ſi malum increſcat, & puncto neruo conuulſio fit,quam nos vitare non poſſumus adbuc volentes. Tres igitur ſuot & conuulſionis & ſiogultus ſpecies,quas nos abundè probauimus lib.3. De arte medeod.cap.de conuulſione, quæ ibidem de conuulſionibus dicta ſunt, ad ſingultus tranferre licebit.

APHORISM. XL.

Quibus circa hypochondrium dolor fit abſque inflammatione, eis febris ſuperueniens, dolorem ſoluit.

COMMENTARIVS.

DOlor circa hypochondrium ab eiſdem cauſis fieri ſolet à quibus & cuiuſuis partis dolor, nempe ab intemperie cum bumore,aut ſine ipſo, & à cauſa ſoluente cõtinuitatem. Cauſa verò ſoluens, aut eſt flatos, aut bumor: atque is aut facit tumorem, aut oon. Dolor factus ab intemperie calida non ſanatur febre ſuperueniente, ſanatur tamen qui fit ab iutemperie frigida. Si humor adſit frigidus, ſiue obſtructionem faciat, ſiue non, atque tumorem efficiens in hypochondrio, vel non, febre ſuperueniente, humor his attemperatur, coqoitur, & diſcutitur, flatus quoque à calore febrili diſſipatur. Humor autem calidus, ſi morſum efficiat, aut eryſipelas, aut inflammationem, non curatur febre ſuperueniente, ſed calor atque morſus augetur,

Dolores qui à febre curantur.

& inflammationis calor augetut, atque ob id dixit: abſque inflammatione. Significat autem hoc loco phlegmone,id eſt inflammatio, omnem inflammationem adhuc humore carentem.

APHORISM. XLI.

Quibus pars aliqua corporis pus continet, quod non oſtendat, iis aut ob puris, aut loci craſſitudinem non innoteſcit.

COMMENTARIVS.

SOlent Medici pus in parte quapiam cootentum tactu dignoſcere, fluctuat enim quodammodo digitis comprimentis cedens,quandoque verò oon agnoſcitur tactu (licet aliis viis poſſit innoteſcere,) & ratio eſt, quam ſcribit Hippocrat. quæ ſumitur aut à natura puris, aut à oatura partis ipſum continentis. A natura puris, quoniam craſſum eſt, & ea ratione non fluctuat, ſed ſpeciem præbet carnis partis ipſius quæ labotat,aut diuturoioris. A natura verò partis, quoniam pars duta eſt,cutis eius craſſa, & ita tactui occultat puris notitiam: id verò magis eueniet ſi ambo coniungantut.

Pus occultatur quare.

APHORISM. XLII.

Morbo regio laborantibus,iecur durum fieri,malum.

COMMENTARIVS.

MOrbus regius multis de cauſis euenit, nam quandoque fit ob dorum iecoris tumorem, quandoqoe iudicationis ratione natura exceroente excrementum ad cutem. Hac poſtrema ratione ſi eueniat morbus regius,noo eſt malum, ſi ab obſtructione meatus qui tendit à veſica fellis ad inteſtina, vel eius qui tendit à iecore io veſicam fellis,malum eſt. Verùm magis malum eſt, ſi eueniat ob iecoris duritiem, quæ duplex eſt:aot enim redditur durum ſine dolore,eſtque is ſcirrbos ad quem facilè ſequitur aqua intercutem. Si verò cum dolore fiat, erit phlegmone, quæ quantum afferat periculi, oon refert modò dicere.

APHORISM. XLIII.

Quicunque lienoſi difficultate inteſtinorum capiuntur, iis ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, vel aqua intercutem, vel leuor inteſtinorum ſuperuenit, & moriuntur.

COMMENTARIVS.

FIt nonnunquam natura valente, vt is qui lienis antiquum tumorem patitur, qui à Gal.& Hipp. lienoſus dicitur, liberetur, melancholico ſanguine tranſmiſſo ad inteſtina. Supetuenit autem difficultas inteſtinotum non exquiſita illa quæ cum vlcere fit,ſed alia quæ cruenta dicitur, id eſt quod Aphor. 48. ſequenti docet. Protogatur autem talis ioteſtinorum difficultas, & perducit ad vnum duorum malorum, aut enim iecur compatitut lieni, & ex euacuatione languet, & inde fiet aqua intercutem, vt ſolet, aut imbecillitas ex nimia fluxione aduenit inteſtinis atque ventriculo, & inde ſequitur læuor inteſtinotum. Ad quoduis tamen horum ſequi mortem facilè eſt, quoniam poſt antiquum malum, aliud noo cootemneodum ſequitur.

Lienoſus quis.

APHORISM. XLIV.

Quibuſcunque ad vrinæ ſtillicidium ileos ſuperuenit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, vrina abunde fluat.

COMMENTARIVS.

QVamuis Gal. agnoſcens caoſas ſtillicidij vrinæ, & cauſas ilei, dixerit, atque abunde probauerit,ileum cuius ſymptoma eſt fœcum retentio, non eueoire ab ioflammatione veſicæ. Non tamen ignorauit, ileum poſſe fieri à craſſis humoribos. Quòd ſi craſſi humotes poſſunt ileum efficere,& illi

occupantes

occupantes veſicam, efficiant quandoque vrinæ ſtillicidium, totus Aphor. erit verus, atque à Galen. probè enarratus: etiam ſi videatur dubitare an ſit Hippoc. propterea quòd non admodum probabile putat ileum fieri à craſſis humoribus. Verùm hoc conceſſo, vt Galen. concedit ad finem Comment. verus videri poſſet Aphor. & à nemine accuſandus erit Gal. qui eam inuenit enarrationem, quam quidam ſibi arrogat, autorem reprehendens. Ponamus itaque aliquem pati vrinæ ſtillicidium ob craſſos humores, qui veſicam atque eiuſdem ceruicem occupant, quorum pars ad tenue inteſtinum transferatur: is ſimul patietur vrinæ ſtillicidium, & ileum, quem intra diem ſeptimum moriturum ob morborum grauitatem & acutiem eſt exiſtimandum. Si tamen febris ſuperueniat, ſpes ſalutis habetur, vbi vrina abunde fluat. Quoniam febris craſſos humores coquit, & extenuat, & liquat, quos etiam per vrinam abunde fluentem euacuare ſolet.

Ileus cum vrina ſtillicidio.

Galen. defenditur.

APHORISM. XLV.

Vlcera quæcunque annua ſunt, vel longiori tempore vexant, os abſcedere eſt neceſſum, & cauas fieri cicatrices.

COMMENTARIVS.

NOn in omnibus vlceribus annuis, aut longius durantibus, antequam curentur & cicatrix obducatur, opus eſt os abſcedere, aut natura pellente, aut arte ipſum radente. Nam in vlceribus malignis quæ fluxionem prauorum ſuccorum habent adiunctam, aut malam temperaturam ex præcedentibus fluxionibus contraxerunt in carne, id non eſt neceſſarium: ſed opus eſt fluxionem prohibere, & carnem ipſam attemperare. Cæterum hæc non ſunt propriè vlcera, autore Gal. in Comment. ſed qualia herpetes, phagedenæ, & anthraces. Quando verò ſine aliquo horum fit, vt vlcus annum attingat, medicis non delinquentibus, neque ægris in curatione: oſſis diſpoſitionem cauſam eſſe, intelligere oportet, quam etiam emendare eſt opus ſæpius etenim in vlceribus quæ adeò prorogantur, cicatrix obducitur, & rurſus decidit, & vlcus redit, quo tempore detegere oportet os & ipſum abradere, ſiquidem ab eo manat ſanies, ſiue ichor, qui impedit vlceris integram ſanationem. Annua autem dixit, aut diutius prorogata, vt certum faceret præſagium, quamuis & ante id tempus, in quibuſdam ſit verum quod dixit.

Vlceribus annuis os abſcedere.

APHORISM. XLVI.

Quicunque gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt ante pubertatem, moriuntur.

COMMENTARIVS.

VErtebræ luxantur extra, & qui hanc diſpoſitionem patiuntur, appellantur gibboſi, & diſpoſitio gibboſitas, Græcis κύφωσις, aut ad interiora, & appellatur repanditas, Græcis λόρδωσις, aut ad latus & appellatur diuaricatio, Græcis σκολίωσις. Verùm hæ luxationes quandoque fiunt à cauſa quapiam manifeſta, vt caſu, aut ictu, quandoque à cauſis internis, vt tumoribus, & relaxationem efficientibus humoribus. Nam gibboſitas fit vbi duo tumores occupant membranas duarum vertebrarum, quæ non ſunt immediatæ, tunc etenim conuulſis membranis trahuntur diſtantes vertebræ ad ſeipſas, & mediæ retrorſum pelluntur, & gibbum efficiunt. Hunc effectum comitatur difficilis ſpiratio quam vocat aſthma, & quandoque tuſſis, ſi tumor ſeroſam aliquam partem à ſe mittat in pulmonem. Nam ſi craſſi ac tenaces fuerint humores tumores efficientes, ſuppuratio non ſperatur, & non tuſſiunt, aut raro: ſi tamen tenuiores fuerint, maturari poſſunt, & tuſſim mouent. Hi ſunt gibbi, qui aſthmate, aut tuſſi fiunt, hoc eſt, cum aſthmate, aut tuſſi, aut ſimul vtriſque. Solet autem mortem afferre, ſi ante pubertatem eueniat præſens affectus, ſiquidem pulmo & cor nondum habent perfectam magnitudinem, ſed adhuc augentur, ſpina autem non augetur in prædictis autore Hippocr. lib. 3. de articolis atteſtante experimento. Quapropter ſi interna membra augentur & externa, non neceſſum eſt interna in loco anguſtiori concludi, & minimè euentari, & inde febres oriri, & cum difficili ſpiratione interire. Hoc eſt quod dixit, ſi ante pubertatem fiat; moriuntur. Galen. in Comment. hæc omnia à parte docet.

APHORISM. XLVII.

Quibuſcunque ſanguinis miſſio aut expurgans medicamentum conuenit, iis vere ſanguinem mittere, aut ventrem purgare expedit.

COMMENTARIVS.

DE iis qui præſeruationis ratione vacuantur, præſens ſcribitur ſententia. Sunt autem plurimi in quibus hyberno tempore praui ſucci congeruntur, quos vacuare conuenit bibito purganti medicamento, ne vere incidant in morbos quos ſolet ver afferre, ea ratione quæ tradita eſt ſupra ſect. 3. Quorum morbi qui aliàs ſolebant eos moleſtare, purgatione, adhibito purganti medicamento, non inuadunt. Sunt & quibus talis purgatio conuenit, cùm medicus agnoſcit neutram diſpoſitionem, & præparationem ad eos morbos, quorum gratia præcauentes purgamus incipiente vere, ne tales eueniant, quamuis in eoſdem nunquam inciderint. Præbemus autem vnicuique tale medicamentum quale debetur humoribus abundantibus per ſingulas ſpecies. Aliud etenim medicamentum debetur bili, & ei qui timet tertianam, & aliud melancholiæ, & timenti quartanam, aut cancrum. Aliud timenti anaſarcam, aut leucophlegmatiam, aut quotidianam febrem. Si tamen ſanguinem bonum abundare intelligamus, quem dilatari accedente veris calore eſt neceſſum, ac perinde in morbos ſolitos incidere, ſiue ipſis aliquando laborauerint, ſiue non iure ſecta vena ſanguinem minuemus, qui aliàs calore veris adueniente effundetur, & morbos à ſanguine ortos pariet. Conueniet quoque eis qui malos humores per æſtatem aceruarunt, autumno ineunte, purgare, timentes morbos. Quod nos eo tempore facere ſolemus, extremas temporum temperaturas fugientes, & morbos futuros præcauentes. Vt enim dicet Aphoriſmo 55. Podagrici morbi vere & autumno magna ex parte mouentur. Hæc ſunt duo genera remediorum, quæ magna vocantur, de quibus eſt Aphor. præſens, ad partem artis prophylacticem pertinens, ſanguinis miſſio & purgatio. Nobis verò latiſſimam ad dicendum materiam aperuit Hippocr. Verùm hæc abundè tradidimus lib. 2. de arte medend. ſingularibus capitibus docentes, quibus corporis affectibus, præſentibus & futuris, quo tempore, qua quantitate conueniat ſanguinem mittere, aut ventrem purgare. Quapropter hoc in loco ſuperſedendum duximus.

Vacuatio præſeruatiua.

Præſeruatiua purgatio.

APHORISM. XLVIII.

Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens, bonum.

COMMENTARIVS.

SVprà, Comment. 43. huius Aphoriſm. ſententia à nobis expoſita eſt, ac perinde non erit opus eadem hîc repetere.

APHORISM. XLIX.

Quicunque morbi podagrici fiunt, inflammatione ſedata, in quadraginta diebus ſubſiſtunt.

COM

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

Podagra cauſa.

POdagrici morbi fiunt ſanguine ad pedum articulos fluente, aut ſolo, aut ſimul cum bile, aut pituita, aut vtroque humore, rarò etiam ſecum defert melancholiam. Humores ij occupant articulos & ligamenta oſſibus affiſa, vnde diſtenſione tendones & muſculos proximos comprimentes, dolorem mouent, etiamſi eoſdem non tentet inflammatio, ſiquidem vbi inflammarentur, fieret vt quandoque conuulſio ſequeretur, quod non videmus. At verò cùm dictæ inflammationes finiri debeant, diſſoluto humore ipſas faciente, humor autem ſit in alto loco fixus, tempore longo erit opus ad diſſolutionem. Quod Hippoc. definiuit, 40. diem eſſe dicens. Is enim eſt terminus morborum acutorum ex decidentia. Niſi enim loci natura impediret curationem, inflammationis ratione, diebus 14. finiretur, vti & aliæ inflammationes, quæ in carne fiunt. Statuit autem limitem diem 40. quemadmodum & morborum acutorum terminum dixit diem 14. atque vti dies 14. non ita eſt acutorum terminus, quin poſſint multi acuti ante ipſum finiri (nam eſt is terminus poſtremus,) ita ad 40. diem prorogantur podagrici morbi & reliqui acuti ex decidentia, ita vt ob humorum tenuitatem, ægri temperaturam, temporis, & victus, ante id finiri valeant. Eſtque 40. dies poſtremus terminus, ſi nihil peccetur à medico, aut ægrotante. Nos ſanè quamplurimos podagricos morbos & alios arthriticos (de omnibus eſt ſententia) ſæpius ſupra 40. diem productos vidimus, nullo errore commiſſo, quoniam plurimi ac craſſiſſimi inerant humores, quos noſtra tempeſtate accruant hominesguloſiſſimi, veneri ab ingluuie indulgentes, ab omni exercitationis genere abſtinentes. Subſiſtunt autem diximus, quoniam Græcè habetur, *ἀποκαθίσταται*, & lib. De criſibus hanc eandem ſententiam ſcribens, *καθίσταται*, dixit. Probauimus tamen contra multorum falſam opinionem, in expoſitionibus Prognoſtici, & lib. 1. de arte medend. verbum *καθίσταμαι*, idem ſignificare, quod Latinis, ſubſiſtere. Neque video quempiam adeo rerum, & vocum ignarum, qui putet verbum *καθίσταμαι* hoc loco, aut aliis illic citatis, poſſe aliud quam ſubſiſtere ſignificare. Conſiſtere autem, aut conſtare, nullatenus affirmabit.

APHORISM. L.

Quibuſcunque cerebrum diſciſſum fuerit, iis neceſſum eſt, febrem, & bilis vomitum ſuperuenire.

COMMENTARIVS.

QVemadmodum cauſis præſentibus ſolemus effectus futuros prænoſcere, & prædicere: ita præſentibus effectibus agnoſcimus à poſteriori cauſas. Propterea vulnerato capite, ab effectibus venamur, an volnus ad cerebrum & eius membranas peruenerit, an ſecus. Si enim hæc duo quæ ab Hipp. traduntur adfuerint, vulnus ad membranas, atque ipſum cerebrum perueniſſe putandum eſt, quamuis neque id perpetuum ſit, quando vnus effectus plures cauſas habere poteſt. Sunt autem prædicti effectus febris, & bilis vomitus. Conſentit enim cerebro per communes arterias ſoporiferas, per quas cerebrum plus æquo incaleſcens, cor in conſenſum ducit, ac febrem affert. Quod non eadem die ſemper euenit, ſed tertia, quinta, & ſæpius vndecima. Conſentit quoque eidem ventriculus per neruos à ſexta coniugatione ortos, atque cerebro patiente inflammationem, bilis, ac ſerens humor ad ventriculum mouetur, & inde vomitur. Mouetur autem bilis ad ventriculum per mœrorem, dolorem, & timorem, atque omnem ſubitam animi turbationem.

Vulnus cerebri, aut membranarum.

Illud quoque memoria dignum, quod Hippocr. in præſenti Aphoriſmo nos docet, ex bilis vomitu & febre colligere cerebri vulnus aut membranarum, quod faciunt noſtri Chirurgi, ſed iis vulneratis febrem ac bilis vomitum ſequi debere. Vidimus enim non paucos, à capitis vulneribus, quæ ſolam carnem occupabant, non vulnerato pericranæo, minimè verò perforata, aut diſciſſa caluaria febrem pati, & bilem vomere, facta ab ictu, aut caſu cerebri, & totius corporis concuſſione. Quod ſi cerebrum, aut eius membranæ vulneratæ fuerint, bilis vomitus, & febris neceſſariò ſuperuenient, quod dixit Hippocr.

Vulnerato cerebro, aut ſemper febris, & bilis vomitus ſequuntur.

APHORISM. LI.

Quibuſcunque ſanis capitis dolores repentè fiunt, & ſtatim obmuteſcunt, atque ſtertunt, ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit.

COMMENTARIVS.

Obmuteſcere.

VIdimus non paucos, alioqui ſanos, ſubitò, nulla occaſione præcedente capitis dolore primùm moleſtari, deinde obmuteſcere: quòd ſignificat non tantùm vocem amittere, ſed omnem à voluntatis imperio ortam functionem. Deinde ſtertere ob impotentiam mouendi thoracem, & dilatandi laringem. Hos Galen. in Comment. dicit forti apoplexia laborare. Tales autem ob acutiem & vehementiam morbi, intra limites morborum peracutorum mori contingit, niſi febris ſuperueniat. Solet enim hæc craſſos, & lentos humores, apoplexiam efficientes coquere, & diſcutere. At verò ſi verum eſt quod Gal. in Comment. dixit, Hipp. videlicet loqui de magna apoplexia, non ſatis conſtans videtur, qui adueniente febre vult eos liberari, cùm tamen libro ſecundo dixerit, Apoplexiam fortem curare impoſſibile eſt. Præterea ſi apoplexia leuis eſt, non habebit ſtertorem adiunctum, quoniam apoplexiæ magnitudo ſiue vehementia, ex reſpirationis ſpecie agnoſcitur. Eſt autẽ praua admodum reſpirationis ſpecies, quæ cum ſtertore fit. At verò ſi talis eſt, quî fiet vt febre ſuperueniente curetur? Niſi dixeris Hipp. non voluiſſe ſuperueniente febre eos ſanari, ſed non mori intra ſeptimum diem. Accedente etenim febre aliquatenus morbus reddetur leuior, & ea ratione facultas eundẽ diutius feret. Quod ſignificauit dicens, Septem diebus pereunt, niſi febris ſuperueniat. Hæc ratio poteſt Hippocr. à contradictione ſaluare, non autem Gal. qui in Comm. dixit: Atque ideirco febris ſuperueniens ſoluit diſpoſitionem. Decet tamen febrem hanc non eſſe leuem, quoniam leuis nihil proficiet ad craſſos admodum humores breui extenuandos, & calefaciendos. Ac propterea Hipp. lib. 2. de morb. hanc ſcribens ſententiam dixit: *ἢν μή μιν πῦρ ἐπιλάβῃ*, id eſt, niſi ipſum febris valida prehendat. *πῦρ* enim, id eſt, ignis, validam febrem ſignificat apud Hipp. vt lib. 3. de morb. pop. part. 1. in hiſtoria Hermocratis, vbi dixit: Ignis prehendit, Galen. in Comment. inquit, Hoc loco *πῦρ*, id eſt ignem, vehementem febrem appellauit. Et lib. 1. part. 3. in comm. hiſtoriæ Sileni, dixit: Primum itaque (inquit) corripuit ignis, ita tamen febrem appellare conſueuit, quæ vehementiſſima eſt.

APHORISM. LII.

Conſiderare autem oportet & oculorum ſuſpectiones per ſomnum: ſi enim aliquid de albo oculi apparuerit commiſſis palpebris, non ob fluxum ventris, aut purgantis medicamenti potionem, malum ſignum eſt, & lethale valde.

COMMENTARIVS.

IN. Prognoſtico ſeptimo, lib. 1. ſimilis huic ſententia ſcribitur, ſed paulò integrior, quo loco nos hunc Aphor. abundè expoſuimus.

APHO

Digitized by Google

APHORISM. LIII.

Deliria, quæ quidem cum riſu fiunt, ſecuriora ſunt: quæ verò cum ſtudio, periculoſiora.

COMMENTARIVS.

Delirij cauſa, ſpecies & pericula.

DElirant ægri imaginibus quibuſdam internis facultatibus ſentientibus oblatis, quarum gratia, quæ ooo ſunt eſſe putantur. Has imagines mutant vapores humotum, vnuſquiſque pro ſua natura, ſanguis enim grata præſentat, ac inde riſum commouet. Melancholia eerum triſtantium imagines offert, Bilis flaua aut atra iram mouent, atque fuorem. Propterea ex delirij ſpecie Hippoc. periculum agnoſcere docet, ſiquidem quando deliria fiunt cum riſu, moebus à ſanguine ortus ſignificatue, ac magis ſecurus, quoniam pender ab humnre benigniore. Quando verò eum ſtudio, aut ſolicitudine, & pertinacia fiuot deliria, bilem flauam, aut attã, aut fæcem ipſam ſanguinis, ſiue melanchulicum humorem oſtendunt, quod multo eſt deterius, & eum maioti periculo fit: ſiquidem ab eis morbis minus liberantur ægri, ac tardius. Si bilis atra fueeit cauſa, minus liberabuotue: ſi melancholia, tardius.

APHORISM. LIV.

In acutis paſſionibus quæ cum febre ſunt, luctuoſa ſuſpiria, malum.

COMMENTARIVS.

Reſpirationum inæqualium differ.

MVltæ ſunt difficilis reſpirationis differentiæ, de quibus Galen. lib. de difficultate reſpirationis egit, & nns de ea re multa diximus in expoſitionibus noſtris in libro primo Prognoſt. Sequuotur aotem eam diuerſitatem differentiatum, quæ in pulſibus eeperitur. In pulſibus tameo differentiæ quædam ſunt ſyſtematicæ inæqualitates: quæ in diuerſis contingunt pulſibus, quædam in vno tantùm ictu fuor, ſic eriam & in reſpirationibus, quædam ſont inæqualitates iu diuerſis diſtenſiooibus, aut conteactionibus thoracis, à naturalibus, & inter ſe diſſidentes, quædam io vnica tantum inſpiratione, aut expiratione inæquales, & ex iis quædam interciſæ, aut interſectæ, quarum Hippocr. meminit. in præſenti etenim Aphoriſm. meminit eius inſpirationis quæ in medio eſt iotereiſa, de qua dixit: Luctuoſa ſnſpiria. Sunt eniu hæ inſpirationes interciſæ, quatenos lugentes, pueri præſertim medio tempore interſeeant inſpirationem, & turſus ad ioſpirandum redeunt. De hac reſpirationis ſpecie lib. 6. De motb. pop. part. 3. dixit, Dupla iotrò reuocatio veluti ſuperinſpirantibus. Significat autem aut virium imbecillitatem, quæ nequeunt vno impetu thoracem eleuare & eeſpirationem ad finem peeducere, aut inſtrumentorum duritiem, quæ aut à frigote, aut ſiccitate fit. Id acutis ſanè paſſionibus, quæ aut continuæ febres ſune, aut continuas febres babent adiunctas, non eueniet inobedientia ioſtrumenti à frigote, ſed à ſiccitate, qund malum eſt ferè immedicabile. Quandoque tamen ſpiratio interſecatur in aeris emiſſione, ſiue expiratinne, de qua differ. libr. 2. De ratione vict. acu. ſection. 44. dixit: Spiritus offendeos in ea quæ fit aëris ſurſum latione, quam dicit fieri vbi à oimio eibo ægrotantes opprimuntur. Fucbſius verò hanc reſpirationis ſpeciem quæ in expieatione contingit, eum ea quæ difficilis inſpiratin eſt, de qua in præſenti Apbor, loquitur, confundit in huius Aphor. Comment. ſupra verò Aphnt. 67. ſection. 4. vtramque ſpeciem compreheodit, & ſignificationem explicuit, dicens: In febeibus ſpiritus offendens, malum. conuulſionem enim ſignificat. Offendit autem ſpiritus, ſiue illidit, ſiue ioeerſecatur, aut in tractiooe, aut in amiſſione aëris.

APHORISM. LV.

Podagrici morbi vere & autumno mouentur magna ex parte.

COMMENTARIVS.

Podagra vere, & autumno quare magis.

QVod de morbis podagricis dixit, de omnibus articularibus eſt intelligendum: ſiquidem vere, & autumno magna ex parte eos fieri videmus, Rationem tameo facilè inuenier, qui legerit quæ à Gal. in Comment. traduntur. Vere etenim morbi fiunt, diffuſis bumotibus qui conereti cõtinebantur hyeme. Accedit autem robur vitium pellentium ea, quæ aut quãtitate grauant, aut qualitate moleſtant, vtriuſque tamen generis excrementa byeme geoerantur: vere autem pelluntur à nobilioribus io minus oobiles particulas, quales articuli ſunt. Autumno item morbi tales mouentur, truſis ad articulos excrementis mordacibus, quæ æſtate generantur, aotumoo verò cootinentue, & ab ambientis frigiditate coëceentur. His igitue temporibus podagrici morbi mouentue ob prædictas cauſas magna ex parte, quoniam quandoque fit, vt articulares morbi geoerentur aliis temporibus, vt æſtate aut byeme.

APHORISM. LVI.

In morbis melancholicis, ad has partes ſunt decubitus periculoſi: aut enim apoplexiam corporis, aut conuulſionem, aut furorem, aut cæcitatem ſignificat.

COMMENTARIVS.

Melancholicorum morborum transmutatio.

IN morbis melãcholicis hæc ſolẽt ſperati, ſi morbi non abſoluãtur omnioo diſſoluta & vacuata cauſa, ſed fiat eius in partem aliam tranſpoſitio: quod io longis morbis euenire non ratò videmus. Transfertur autem humor aut à liene obſtructo, aut inflammato, aut à venis per quartanas febres, aut à capite ipſo pee melancholiam morbum. Succedunt aotem morbi quoeum meminit Hipp. Apbor. atque bi periculoſi, quoniam aut difficilè, aut nunquam ſanantur. Aut enim traoſit in ventres cerebri, atque ſubſtantiam ipſius occupat melancholia, & fit apoplexia. Quamuis à pituita ferè ſemper fiat, aut ſanguine pituitoſo. Dixit autem apoplexiam corporis, quaſi dicat totius corporis diſſolutionem, & relaxationem. Aut tranſpooitur humor in neruos, & efficit conuulſionem. Aut vbi melancholia vſtiooe genita fuerit, in cerebro exiſtens mutat temperamentum, quod eſt ad animam conuerti, & efficit furorem. Aut ad oculos conuertitur, præſertim ad meatus optieorum neruorum, & eos obſtruens efficiet cæcitatem. Notum autem eſt quàm difficilè curentur morbi à melancholia pendeotes.

APHORISM. LVII.

Apoplectici verò maximè fiunt in ætate quæ eſt à quadrageſimo in ſexageſimum annum.

COMMENTARIVS.

Apoplexia qua ætate maximè fit.

CVm dixiſſet in Apbor. præcedẽti, eos qui laborant melancholicis morbis, ad quoſdam morbos facere tranſmutatiooes, & inter eos narraſſet apoplexiam, modò refert in qua ætate ad ipſam maximè ſunt parati, dicens eam eſſe à quadrageſimo io 60. anoom. In qua ætate maximè viget melancholicus humor, eadem omnino ratione qua inter anni tempora in autumno. Nam quemadmodum in autumno humoe vſtione genitus æſtate cohibetue ab ambientis frigiditate, ne diſſoluatur, ita humorem in iuuentute genitum vſtione ex flaua bile, ætas à 40. anno ſequens frigiditate ſua ſeruat, & ita abundat melancholia à 40. anoo vſque io 60. Iure cùm de apoplexia ab humore melancholico loqueretur, de eadem dixit, maximè fieri cùm bis homor abundat, quod eſt à 40. anoo vſque io 60.

APHO

Digitized by Google

APHORISM. LVIII.

Si omen tum excidat, neceſſe eſt ipſum putreſieri.

COMMENTARIVS.

Omentum. OMentum Latinis dicitur ea pars quam Græci dicunt ἐπίπλοον, Arabes Zirbum, Hiſpani Redano. Pars pinguis intra epigaſtrium, ſiue abdomẽ. Hæc vulnerato abdomine quandoque excidit extra vulnus, & ibidem refrigeratur, idque plus aut minus pro aëris ambientis temperatura, & pro ratione moræ. Quòd ſi refrigeratum omentum inde liuear, aut denigretur, nõ libet ipſum reducere antequam pars ita mutata ſecetur: quoniam, vt inquit, neceſſum eſt ipſum putreſieri: ſi verò non mutetur adeo manifeſtè, vt mutet colorem modo dicto, non neceſſum eſt, vt putreſcat, neque partem aliquam eius ſecare oportet. Neque Hippo. ſententia de his eſt, quæ perpetuam continent veritatem, ſed de iis quæ magna ex parte vera ſunt, & ita eueniunt, quoniam non ſemper cùm excidit, valde mutatur.

APHORISM. LIX.

Quibuſcunque à coxendicis malo diuturno moleſtatis, coxa excidit, ac rurſus incidit, iis mucores inſunt.

COMMENTARIVS.

Oſſis femoris excidentis cauſa. SI quis coxendicis malum diuturnum patiatur ita vt coxa excidat, & rurſus incidat, ſignum eſt mucores eam partem relaxare, ita vt facilè ob ligamẽtorum laxitatem os femoris, quod coxæ committitur, excidat ex cauitate ſua, ac rurſus facilè reducatur. Conſtat autẽ viſcidum, ac mucoſum humorem in ea parte contentũ poſſe dicta ligamenta relaxare, non alterum. Præter mucores iuuat maximè ad excidentiam, & reincidentiam oſſis femoris extenuatio, ob quam cutis quoque laxior redditur. Exẽpla ſunt boues apud Hipp. lib. de art. ſect. 25. & 26. vbi Homerum quoque citat: Boues etenim finiente hyeme, ob paſtus inopiam extenuantur, quorum os femoris facilè excidit, & incidit. Ad quod non parum iuuat quod ob inopiam caloris ipſorũ & frigiditatem ambientis multam accruant pituitam, eámque viſcidam in articulis, quam mactaris ipſis, videmus ad facilem luxationem & reditũ oſſis parantem quod in Aph. habetur. Dicit autem ἰσχίον, id eſt, coxam, excedere, cũ tamen coxa ipſa excidere nequeat, verùm appellat articulum coxæ, coxam, cuius articuli os femoris, quod coxam ingreditur, excidere poteſt, & rurſus incidere. Vtitur autem articuli nomine pro oſſe articulum ingrediente hîc, & lib. 1. de art. ſect. 1. dicens: Humeri articulum vno modo luxari noui ad vlnam: conſtat autem non luxari articulum ad vlnam, ſed os, quod articulo inſeritur, veluti libro eodem, ſect. 25. dixit: Bobus enim tunc maximè excidunt femora ἐκ τῆς κοτύλης, id eſt, ex cotyle, & rectè quidem. Eſt autem cotyle pars caua, quæ caput femoris recipit. Hãc lib. de oſſibus cap. 21. appellat coxendicem, Græci ἰσχίον, qua voce Homerus Iliados quinto, non totum articulum, vt Hipp. in hoc. Aph. ſignificauit, ſed ipſam coxam, ſiue cauitatem prædictam, cum dixit, τῷ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἰσχίον ἔνθά τε μηρὸς ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσιν, quod eſt, Hoc percuſſit Æneam in coxa, qua parte femur in coxa vertitur, cotylem autem ipſam vocant. Eritque idem apud ipſum coxa, & cotyle, à qua os femoris excidit, & incidit, per longos eius articuli morbos. *Quid ſit cotyle.*

APHORISM. LX.

Quibuſcunque à coxendicis malo diuturno moleſtatis, coxa excidit, iis crus contabeſcit, & claudicant, ſi non vrantur.

COMMENTARIVS.

REctè admodum Gal. in huius Aphoriſm. Comment. docet hunc præcedenti eſſe annectendũ. Loquitur etenim in ambobus de malo coxendicis diuturno, in quo coxa, id eſt, os coxam ingrediens, excidit. Duo enim autore Hipp. inde ſequuntur mala, alterum eſt contabeſcere crus, nam tum ob pituitæ frigiditatem, tum ob defectum exercitationis, alimentum non ſuggeritur parti, & ob atrophiam τήκεται, id eſt, colliquatur, aut vti in aliis legitur φθίνει, id eſt contabeſcit. Alterum malum eſt claudicatio ſiquidem nullam habet os cruris firmitatem, cùm facilè excidat. Quòd ſi vratur, non perinde claudicabit: quoniam vſtio mucores abſumet, & cutem duram ac firmam reddet, quæ deinde non facilè cedet oſſis luxationi. Parat etenim ad id cutis laxitas quàm maximè, autore Hippocrate libro primo De articulis, quo libro eadem de cauſa humerum docet vrere. *Coxa excidentis mala.* *Coxa vſtio.*

HIPPOCRATIS APHORISMORVM SECTIO SEPTIMA,

Chriſtophoro à Vega interprete & expoſitore.

APHORISM. I.

In acutis morbis frigus partium extremarum, malum.

COMMENTARIVS.

QVoniam in expoſitionibus noſtris lib. 1. Progno. & rurſus ſupra ſect. 4. Comm. 48. hanc ſententiam abundè enarrauimus, hoc loco id ad memoriam reuocare placet, quòd non tantùm ob viſceris alicuius inflammationem contingit in acutis morbis extremas partes refrigerari, vt vult Galen. in Commen. etiamſi cum hoc & interiora vrantur, vt dixit ſect. 4. Aphor. citato: ſed fit quoque ob innati caloris imbecillitatem, qui non valet extremas partes attingere, etſi febris adſit. Fit quoque vt extimæ partes refrigerentur ob nimiam craſſitudinem & multitudinem humorum calorem opprimentium. Et fit quandoque ob doloris alicuius vehementiam, ob quam videmus ægrotos rigere, & in toto corporis ambitu refrigerari. Id verò quàm malum ſit, notum eſt. Pertinet autem ferè tota hæc ſectio ad prædicendi artem. *Extremorũ frigidorum cauſa.*

APHORISM. II.

In oſſe ægrotante caro liuida, malum.

COMMENTARIVS.

IN expoſitione octaua lib. 2 Progn. docuimus liuidi coloris ſignificationes, aut enim ſignificat internam inflammationem, ob quam extimas partes liuere contingit retracto calore, aut natiui caloris extremam ferè imbecillitatem & mortificationem. Cùm igitur os ægrotat, ſi malum carni adeò graue communicetur, vt liueſcat, malum eſt, ſignificat enim malam in oſſe putredinem, quæ calorem natiuum extinguit, aut quæ ad ipſius extinctionem ſequitur. *Oſſe ægrotante liuor.*

APHORISM. III.

A vomitu ſingultus, & oculi rubentes, malum.

COMMENTARIVS.

SI præcedente vomitu ſingultus maneat, & rubor oculorum, indicat inflammationem ventriculi, aut cerebri. Si enim ſingultus humores mordentes ſequeretur, vomitus ceſſaſſet, ſi à nimio vomitu ſicca intemperies manens ſingultum efficeret, oculos rubeos non efficeret. Propterea ſi duo ab Hippocr. dicta à vomitu adſint, inflammatio erit in cauſa, ventriculi aut cerebri. Nam ventriculus inflammatus ſingultum affert, & oculorum ruborem. Cerebro *Singultus poſt vomitum.*

verò inflammato oculi tubent, & ventriculus per conſenſum ſingultit. Malum autem eſt alteram harum partium inflammari. Nec dubito ſæpe fieri, vt poſt vomitum bilioſorum humorum mordentium, quorum pars nō potuit vomitu reiici, ſingultus maneat, & ob vehementiam motus & conatum ad vomendum, oculi rubeant, nec perinde adeſſe inflammationem alicuius dictatum partium, eſſe neceſſarium. Erit autem malum vomitum fuiſſe finitum, & affectum non fuiſſe curatum. Quod ad veritatem ſententiæ Hippoc. eſt ſatis

APHORISM. IV.

A ſudore horror, non bonum,

COMMENTARIVS.

Horror à ſudore.

QVemadmodum in Aphot. 56. ſect. 4. dixit, Febricitāti ſi ſudor ſuperueniat, febre non deficiēte, malum. prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem: ita modo horrorem qui à ſudore ſequitur, dicit non eſſe bonum. Eadem enim eſt ſententia. Cauſa namque ob quam malum eſſe dicit, non deficere febrem à ſudore, eſt, quoniam ſignificat magnam cauſam, & vires non admodum valentes, & inde morbi longitudinem. Decretoria ſiquidem, quæ non decernūt, quædam difficulter decernunt, & quædam lethalia ſunt. Ita etiam ac pari ratione, ſi ſudore finito æger horrere incipiat, indicium eſt imperfectam fuiſſe iudicationem, & multam adeſſe cauſam, & inde longum futurum morbum, quod bonum non eſt. Malum autem dicere potuiſſet iure, vti in Aphoriſmo citato.

APHORISM. V.

A furore, difficultas inteſtinorum, aut aqua intercutem, vel magna mentis turbatio, bonum.

COMMENTARIVS.

Furor quibus curatur.

SVnt multorum morborum, alij morbi curationes. De quibus duos ſcribit in præſenti Aphot. Hipp. qui furorem curant. Alter eſt difficultas inteſtinorum, non ea quæ propriè talis eſt, cum inteſtinorum vlcere, ſed ea per quam ſanguis melancholicus per inteſtina deiicitur. Sanat autem maniam, reuulſionis & vacuationis ratione. Præterea aqua intercutem liberat & furore tranſlato humore in lienem & iecur, & deinde intra ventris cauitates & peritonæum. Addit etiam ſymptoma quoddam, quo curari aut in meliorem ſtatum transferri furibundos vult, id verò eſt ἔκστασις, ſiue magna mentis turbatio. Hæc enim maniam ea ratione ſignificat in melius mutari, quoniam iuxta indicationes ſolent magna ſymptomata ſuperuenire, ac ſignificāt paulò poſt futuram ſanitatem, aut in melius mutationem. hæc vult Gal. in Comm. Quòd tamen ἔκστασις, de magnis mentis turbationibus ſit, conſtat ex Gal. li. 3. de mor. pop. pat. s. in commen. Hiſtor. Pithionis, quamuis eo loco in numero magnorum delitiorum ſtatuat ἐκστάσεις, & μανίας. Cæterùm modò maiorem mentis turbationem dicit ſignificare ἔκστασιν quam μανίαν, id eſt furorem. Poſſes etiam dicere ἔκστασιν ſignificare hoc loco φρενῶν ἀλλοίωσιν, id eſt, mentis alienationem, & θαυμασμὸν, id eſt admirationem, nam id ſignificat, teſte Phauorino, atque ita fiet vt mutatio à mania in ἔκστασιν, tanquam in minus malam mentis turbationem, ſit bonum.

APHORISM. VI.

In morbo diuturno, ciborum inappetentia, & deiectiones ſyncera, malum.

COMMENTARIVS.

IN morbis longis in quibus ſalus ſperatur, ciborum appetentia adeſſe ſolet, quoniam affectus frigidus eſt, & frigiditas vētriculi appetitum ciborum commouet, niſi fortè ad mortificationem natiui caloris, & ſenſus magnam hebetudinem perducantur, quorum alterum adeſſe ſignificabit ciborum inappetentia. Deiectiones item ſinceræ in morbo longo ſignificant periculum, ſiquidem tales deiectiones non tantùm non coquuntur, ſed intenſam admodū caliditatem, aut vehemens frigus oſtendunt. ſola enim bilis, ac ſyncera, aſſatione generatur, abſumpta natiua humiditate, quæ in ſingulis humorum eſt ipſorum ſerum, & nimia frigiditas ineſt ſynceræ pituitæ, quæ nullam habet alterius humoris miſtionē. Serum autem ipſius nimia frigiditate exprimitur relicta pituita craſſiori. Quamuis Galen. in præſentis Aphor. Comment. de ſolis bilioſis & melancholicis deiectionibus exemplum apponat, quas dicit ſynceras, & impermiſtas, quoniam carent tenui aquoſo humore, qui ineſt ipſis à natura. Fallitur autem qui putat ſynceras deiectiones eſſe malas, quoniam longis morbis variæ deiectiones ſunt familiares, ac ſi non fierent morbi longi à pituita, & melancholia ſolis & id frequentius, quàm à variis & mixtis humoribus. Neque minus fallitur putans ſynceris deiectionibus opponi variegatas. Quaſi verò quæ variegatæ non ſunt, ſynceræ eſſe debeant, cùm tamen deiectiones bilis pallidæ ſolius, neque variegatæ ſint, neque ſynceræ. Non ſunt enim variegatæ, vt conſtat: ſynceræ verò non ſunt, quia natiuam humiditatem permiſtam habent, vt Galen. docet in com. & infra comm. 23 Et rurſus lib. 2. Prognoſt. Comm. 38. inquit. Itaque flauam bilem intueri licet interdum craſſam, ac ſummè flauam vomitione reiectā, & rurſus deorſum deiectam, quam quidam vitellinam nominant. Sæpe verò humidiorem ac minus flauam, quæ magis propriè pallida nominatur, permiſtum habens in ſe tota, pituitoſum humorem tenuem, aut aquoſum quoddam excrementum. Quo loco ſynceram deiectionem dicit eam, quæ flaua eſt & impermiſta cum alia materia. Non ſynceram verò, quæ permiſtam habet tenuem pituitam, aut aquoſum humorem, quem ſerum ipſius diximus. Neque tamen ex horum commiſtione variegata fieret deiectio nec ſyncera.

Deiectiones ſyncera.

Deiectiones variegata.

APHORISM. VII.

Ex multo potu rigor & delirium, malum.

COMMENTARIVS.

Rigor à potu vini.

A Multo potu vini de quo Gal. vult intelligendā ſententiam, delirare ſolent homines turbata ac confuſa mente. Non rigent autem niſi cùm ad id mali peruentum ſit, vt vaſa immodicè repleantur, & natura tentet abundantiam trudere quod in rigoribus fit. Malúmque ideo ſignificare dixit, quoniam nimia oppreſſio per vini potationem, aut extinctionem natiui caloris, aut apoplexiam minatur.

APHORISM. VIII.

A tuberculi intus ruptione exolutio, vomitus, & animi deliquium fit.

COMMENTARIVS.

Φῦμα hoc loco ſignificat tumorem omnem præter naturam qui celeriter tendit in ſuppurationem. Hunc contingit intro rumpi ad ventriculum, quod ſignificat vomitus in præſenti dictus: ad hanc rupturam duo ſequi ſolent, diſſolutio & animi deliquium. quorum alterum ad vitalem, alterum ad animalem facultatem attinet. Exolutio enim vitalis facultatis ideo fit, quoniam cor ventriculo compatitur & putia fumus aut fœtidus vapor ſpiritum vitalem corrumpit. Deliquium animi fit conſentiente animali facultate medio corde, ac per neruos ſextæ coniugationis.

APHORISM. IX.

A ſanguinis profluuio deliriū, aut etiā conuulſio, malum.

COM

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

Delirium à proſlu. ſang.

A Sanguinis profluuio multa mala atque mors ipſa ſequi ſolet vt Aphor. 16. ſect. 5. dixerat. Sanguine enim immodicè fluente natiuus calor diſſoluitur, vniuerſum corpus refrigeratur, & pulſus languet ac deficit. Animalis quoque facultas laborat, tum ſentiens, tum loco mouens. Sentiens ſanè quæ interna eſt cùm non habeat ſpiritus animalis copiam nō valet formas rerum componere, ſed ſingula confundens, delirare cogitur. Cùm minimè conſtet ad aliquid componendum & agnoſcendum. Laborante facultate quæ loco mouet, ob inopiam ſanguinis & ſpiritus neruorum conuulſio fit, quæ ſiccitatem & inanitionem ſequitur. Delirium malum eſt, ſed quod per refectionem ſanguinis facilè curetur. Conuulſio maius malum eſt & ferè immedicabile, ſiue quod difficilè curetur, vt inquit Galen. infra Comment. 13. Quòd ſi ambo iungantur, deterius erit.

APHORISM. X.

Ab ileo vomitus, vel ſingultus, vel conuulſio, vel delirium, malum.

COMMENTARIVS.

Ileus.

ILeos inflammatio eſt in inteſtino ilen: quæ diſpoſitio lethalis eſt, & magna ex parte interimens. Affert autem quandoque praua ſymptomata de quibus eſt vomitus, conante natura cauſam mordentem, aut eam quæ dolorem efficit atque inflammationem deorſum pellere: facta autem compreſſione quod deorſum non cedit cogitur ſurſum repelli vomitione. Solet quandoque concitari ſingultus mordētibus excrementis ad os ventriculi aſcendentibus. Conſentiente autem cerebro, ſi malum animalem facultatem ſentientem offendat, fiet delirium: ſi mouentem, conuulſiones quandoque fient.

APHORISM. XI.

A pleuritide peripneumonia, malum.

COMMENTARIVS.

Pulmonia.

DE pulmonia ſuperueniente morbo laterali dicit malam eſſe, oſtendens eam eſſe copiam mali humoris morbum facientis, vt membranam ſubcingentem coſtas, atque ipſum pulmonem occupet. Non enim loquitur modo Hippocr. de pulmonia quæ ſequitur morbum lateralem qui ceſſauit, ſed eā quæ fit laterali adhuc manente. Quòd ſi de pulmonia quæ ſuccederet loqueretur, vera quoque eſſet ſententia. Malum etenim eſt pulmoniam euenire pleuritide ceſſante: quoniam laborans pleuritide iā languidus è morbo, difficilè ferret alterum, & quoniam pulmonia maius malum eſt pleuritide. Quãuis enim pleuritis cum dolore fiat, pulmonia verò ſola graui ſenſatione, hæc citius hominem ſtrangulat. A pulmonia verò pleuritis rarò ſequitur, ob id quòd aut per ſputum purgatur, aut hominem citius ſtrangulat quàm in pleuritidem mutetur, autore Gal. in Commment. Quod ſi ſuperueniat, malum quoque erit, vt conſtat.

APHORISM. XII.

A peripneumonia phrenitis, malum.

COMMENTARIVS.

PEripneumonia ſæpe delirare facit, quoniam vapores aſcendentes ab inflammatione pulmonis valent mentem interturbare. Quod ea ratione malum eſt, qua magnitudinem ſignificat inflammationis, & cerebri per conſenſum læſionem. Quòd ſi de vera phrenitide loquatur, hæc mala eſt ſuperueniēs pulmoniæ, ita vt comprobatione nō egeat ſentētia.

APHORISM. XIII.

Ab ardoribus vehementibus conuulſio, aut diſtenſio, malum.

COMMENTARIVS.

AD vehementem calorem aut ardorem fortem non ſolent conuulſiones, aut diſtenſiones ſuperuenire, niſi ob nimiam ariditatem, talis autem diſpoſitio aut immedicabilis eſt, aut difficilè admodum curatur, & ita, malum rectè dixit.

APHORISM. XIV.

A capitis ictu ſtupor, vel delirium, malum.

COMMENTARIVS.

Stupor à vulnere capitis.

CVm caput percuſſum fuerit valido ictu, lapide, aut ligno, aut ferro percutiente, contundente potius quàm ſcindente, aut homine ab alto cadenſe, ſolent percuſſi mente turbari, & attoniti manere perterritorum inſtar, animali facultate in totum ſoluta, & à ſuo munere ceſſante. Talis eſt quam Hipp. modo ἔκπληξιν nominat. Solent etiam ad ſe redeuntes delirare, aliqua ex parte reſtituta animali facultate, fiūt quoque attoniti percūſſi, vulnere ad membranas & cerebrum ipſum penetrante, & caluaria fracta, atque oſſe aliquo fracto comprimente cerebrum. Sed hi ſopore detinentur alto, & oculos claudunt, non omnes. Attoniti quoque manent & toto corpore ſtupidi, ob magnam cerebri concuſſionem, & cōquaſſationem ſine vulnere effatu digno. Quod ex alto loco cadentibus euenire conſpeximus multoties, quos etiam non multò pòſt reſtitutos vidimus. quod non eueniſſet ſi vulnus aut fractura effatu digna ipſis contigiſſet. Id quoque eueniſſe vidi cuidam cuius caput alter ſubitò à tergo culcitra percuſſit: is enim me præſente cecidit attonitus, & intra horam ad ſe rediit. Solent autem hi antequam in totum reſtituantur delirare. Quapropter non opus eſt ab accidentibus ſcriptis in aphor. colligere vulnus capitis caluariam penetraſſe, aut cerebrum ipſum violaſſe.

APHORISM. XV.

A ſanguinis ſputo puris ſputum, malum.

COMMENTARIVS.

SAnguis ſpui ſolet rupta vena quapiam in pulmone, pus verò ſpuitur ab inflammatione rupta, aut vlcere pus generanti. Quoniam verò per inflammationes ſanguis non ſpuitur, de eis non eſt apho. ſed de vlcere pulmonis à quo primùm manat ſanguis reſudatione, aut vulnere, aut exeſione. Puris verò ſputum ſignificat non fuiſſe vlcus conſolidatum, ſed opus eſſe deterſione, & mundificatione vlceris, & deinde conſolidatione, antequam phthiſis fiat, quod malum eſſe conſtat.

APHORIS. XVI.

A puris ſputo tabes, & fluxus: quum verò pus retinetur, moriuntur.

COMMENTARIVS.

Tabes fit à ſputo.

SI ſanguinis ſputum in ſputum puris eat, à puris ſputo tabes ſperatur, niſi cito pus repurgetur. Nam ad pulmonis vlcera totius corporis ſequitur conſumptio cum febre habituali, ſequitur quoque fluxus capillorum, aut fluxus ventris, vt Galen. in Comm. teſtatur, vocem ῥύσις, dicens alterum horum ſignificare, quæ duo Hippo. vt ſigna mala tabidorum ſcripſerat ſectione 5. aphoriſ. 11. & 12. fallitur autem apertè qui putat prædictā vocem ſignificare fluxum ſputi, & non propriè dici capillorum fluxū. Cùm tamen nullus vnquam dixerit ſputum fluere, ſed reiectari, & à pulmone pelli tuſſi. Capillos autem ſponte decidere dicunt & fluere, qua dicendi forma Hippo. ipſe vſus eſt, cùm loco citato aphoriſ. 12. dixit, Quibuſcūq; tabidis capilli de capite ῥέουσι, id eſt fluxerint. ῥύσις igitur, id eſt fluxus de capillis dicitur apud Hippocrat. Quòd ſi ſputum retineatur morientur ſanè. Nam ſputi purgatione ſeruant re-

ſpirationem & vitam, tetento verò ſputo ſtrangulantur, citius quàm aut veotre, aut capillis fluentibus, quamuis & ad hæc non longè mors ſequatur.

APHORISM. XVII.

A iecoris inflammatione ſingultus, malum.

COMMENTARIVS.

MAlum eſſe dicit ſi quis iecoris inflammatione laborans ſingultiat, ſignificat enim magnam eſſe ioflammationem, quæ ſecum in conſenſum ducat ventriculum per commuoes neruos ſextæ coniugationis. Huic rationi Gal. addit bilis generationem quæ ioflammato iecore augetur, feruenſque ad ventriculum miſſa mordens, ſingultum mouet. Quemadmodum & ob magnitudinem comprimẽs ventriculum ſingultũ mouere poſſe non eſt dubiũ.

APHORISM. XVIII.

A vigilia conuulſio, vel delirium.

COMMENTARIVS.

GAl. in Comment. teſtatur huic Aphor. in quibuſdam codicibus additum eſſe, malum, etiamſi ſine ipſo cognita ſit Aphor. ſententia, & conuulſionis & delirij malitia. In quibuſdam quoque inquit abſque parte illa delirium, ſcribi Aphor. quoniam conuulſio magis mala eſt quæ vigiliam ſequitur, & quod magis malum eſt id ſcribit. Conuulſio tamen ad vigiliam ſequens ſicca eſt, & delirium bilioſos oſtendit factus humores: ſiquidem vigilia ſiccat & bilem auget.

APHORISM. XIX.

Ab oſſis denudatione eryſipelas.

COMMENTARIVS.

Oſſe nudato eryſipelas.

APhoriſmus hic vnũ duorum ſigoificat, aut ab oſſe nudato ſequi eryſipelas, quæ paſſio carnis eſt: aut ab oſſe nudato, vbi ſequatur eryſipelas, malum ſignificare. Hoc ſecundum verum eſt, quoniam malum ſignificat graue, & quod rurſus tegi carne os non poſſit, niſi curato eryſipelate. Si verò primum ſignificet, verum non erit, ſiquidem id non eſt de his quæ magna ex parte eueniunt, aut ſemper fiunt, qualia ſolent in Aphor. ſcribi.

APHORISM. XX.

Ab eryſipelate putredo, aut ſuppuratio.

COMMENTARIVS.

MAgnam corruptionem ſignificat adeſſe vbi cũ eryſipelate putreſcit caro, ad putrefactionem verò ſequi ſuppurationem quandoque notum eſt. Putredinẽ autem & ſuppurationem carnis quæ eryſipelate moleſtatur, intelligendum eſt. Hæc coniungi eryſipelatibus videmus, ſi phlegmonem coniunctam habeant. Quod anoo ſuperiori vidimus Carolum Principem noſtrum paſſum fuiſſe in facie & palpebris. Idem paſſus eſt in fronte Magiſter equeſtris diſciplinæ, illuſtris admodum Ludouicus Quixada. Illi quoque qui cum bile coromixtam habent melancholiam phagedænam & cancrum patiuntur, in quibus cum eryſipelate adeſt putredo & puris effuſio.

Caroli Principis morbus.

APHORISM. XXI.

A vehementi pulſu in vlceribus, ſanguinis fluxus.

COMMENTARIVS.

Pulſus inflammationum.

VLcera patiuntur inflammationem aliquando adeo magnam, vt pulſus in ipſis ſeotiatur vehemens. Sentiri ſanè pulſum contingit, quoniam caro ab arteriis comprimitur, ad quarum pulſum manifeſta compreſſio fit partium, quæ alioqui inflammationis ratione ſunt oppreſſæ. Malum autem eſt partem vlceratam magna ioflammatione vexatam, & inde in ea parte vehementem pulſum ſentiri. Sanguinis autem *αἱμοῤῥαγίαν* ſequi quoque teſtatur. eſt autem *αἱμοῤῥαγία*, ſanguinis fluxus ea naribus, teſte Gale. lib. 1. de morb. pop. par. 1. Com. 9. dicente, Vocat autem Hipp. *αἱμοῤῥαγίαν* vbi nõ adiecerit partem ex qua ſanguis vacuatur, ſanguinis ex naribus fluxionem. Hæc autem iure ſequitur ad vehementes pulſus io vlceribus, quæ nihil mali ſignificat.

APHORISM. XXII.

A dolore diuturno partium quæ ſunt circa ventrem, ſuppuratio.

COMMENTARIVS.

QVamuis Gale. Comment. 18. dixerit Hippocr. hoc loco, id eſt io his Apho. apponere peſſima quæ ſuperueniunt, in hoc non tantum malum nullũ ſuperuenire diuturnis doloribus partium quæ ſunt circa ventrem ſcribit, ſed bonum potius, ſuppurationem dicens. Hæc autem ſequitur prædictos dolores, vbi à flatu non fiant, neque ab acribus humoribus, ſed ab inflammatione. Perſeuerante enim dolore ſi mors non præueniat, ſuppuratio fiet. Colliges autem dolorem eum ab inflammatione fieri, ſi adhibitis remediis opportunè non curetur attemperamento, aut diſſolutione. Attemperamento enim curatur diſtemperies, diſſolutione verò flatus, & tumor, qui diſſoluentibus cedat, qui verò non cedit, & à calidis humoribus dolorem facientibus fit, inflammationem facit, quæ ſuppurabitur, non præueniente morte ſuppurationem.

APHORISM. XXIII.

A ſyncera deiectione difficultas inteſtinorum.

COMMENTARIVS.

SVprà Commen. 6. explicuimus quas appellare conueniat ſynceras deiectiooes: Galen. quoque melancholicas aut bilioſas eas intelligere. Verùm tales ſyncerę cùm fuerint: & humiditate priuatæ inteſtina detergentes & abradentes, dyſenteriam facile inducent.

APHORISM. XXIV.

In oſſis diſciſſione delirium, ſi vacuum prehendat.

COMMENTARIVS.

FIeri ſanè poteſt vt diſciſſio oſſis capitis de qua præſens ſermo eſt (vt Gal. vult) ad cauitatẽ perueniat, neque tameo æger deliret. quod ſæpe fieri videmus adhuc membrana ipſa dura læſa, verùm Hippocr. quod magna ex parte fieri vidit, id docuit.

APHORISM. XXV.

Ex medicamenti purgantis potu conuulſio, lethalis.

COMMENTARIVS.

ESt hic Aph. generalior primo ſect. 5. quoniam hic de conuulſiooe ſequente purgatiooẽ à quouis medicamento purgante factam, ille de ſola ea quæ ab elleboro fit, ſcribitur. Vtcunque tamen magnæ euacuationes ſiccas conuulſiones afferunt. quæ ferè immedicabiles ſunt.

APHORISM. XXVI.

In vehementi dolore partium quæ circa ventrem ſunt, extremarum partium refrigeratio, malum.

COMMENTARIVS.

DOlor omnis naturam cõmouet, ipſa verò ſanguinem & ſpiritum ad dolentem partem trãſmittit, veluti auxiliares copias, interim tamen cùm hæ partes alias deſeraot, neceſſum eſt ipſas refrigerari. Dolentibus itaque partibus quæ ad ventrem ſunt extremæ, vt manus, pedes, caput, & cutis vniuerſa frigidæ relinquentur. Sed & fit vt partes extremæ refrigerentur ob caloris natiui languorem, & nimiam eiuſdem oppreſſionem, & ob aoimi deliquium, aut ob viſceris cuiuſuis inflammationem, de qua Aphor. 1. huius ſectioois diximus.

Extremorum refrig. à dolore.

APHORISM. XXVII.

Mulieri vtero gerenti ſi teneſmus ſuperueniat, abortum facit.

COM

COMMENTARIVS.

EXperimentum docet veram eſſe Apho. ſententiam, neque tamen ratio eſt inuentu difficilis: nam ſi mulier dolet ob recti inteſtini inflammationem,& cauſam doloris in vanum conatur expellere ex vehementi labore, ad imas partes compreſſo vẽtre,fiet vt fœtus quoq; impellatur,& excludatur.

APHORISM. XXVIII.

Quodcunque os,aut cartilago, aut neruus abſcindatur in corpore, neque augetur neque conſolidatur.

COMMENTARIVS.

HIc Aphor.abundè expoſitus eſt ſupra ſect.6.eſtque decimuſnonus.

APHORISM. XXIX.

Si ei qui ab alba pituita moleſtatur vehemens diarrhæa ſuperuenerit,ſoluit morbum.

COMMENTARIVS.

QVod fluxus ventris quem diarrhæam vocant leucophlegmatiam ſanet, vt in hoc habetur Aph.atque omnem malorũ ſuccorũ redundantiam, notiſſimum eſt: verùm quod in hoc Aphor. ſpeciatim ſignificare voluit, id eſt non tantùm diarrhæam eſſe conuenientem ad curationẽ eius ſpeciei hydropis, ſed vehementem eſſe debere, ſiue diuturnam, Quoniam adeo magnam abundantiam vt poſſit vniuerſum corpus in tumorem œdematoſum eleuare,non niſi magna vacuatio ſanare valet.

APHORISM. XXX.

Quibus in ventris profluuio ſpumoſæ fiunt deiectiones, iis a capite pituita defluit.

COMMENTARIVS.

Spumoſæ deiectiones.

SPumoſæ deiectiones fiunt vbi in ventre ſpuma generetur, aut à vaſis ad ipſum transfundatur aut a capite deſcendat. Quapropter cùm ſpumoſæ deiectiones fiant à cauſis pluribus, rectè Gal. dixit indiſtinctè loquutum fuiſſe Hippocratẽ.Nec ſaluat ipſum,quòd quidam dixit Aph.eſſe de his quæ magna ex parte eueniunt. Nam ſpumoſæ deiectiones maiori ex parte fiunt à calore ventris, aut venarum agentium in lentam pituitam. ſpumæ autem generatio motu fit, vt in patientibus comitialem morbum, & in mari ventis agitato. Fit etiam à calore ſubiecta pituita,vti in colico morbo deiectiones apparẽt,& in febribus pituitoſis,& in febribus efferueſcentibus ſuccis.Ambæ cauſæ coniunguntur, in equis ex celeri curſu. Spumoſum autem à pulmone in ventrem defluere poſſe Gale.in Comm. docet, & lib.6.de loc.pat.cap.4. de pulmonis abſceſſu.

Spumæ generatio.

APHORISM. XXXI.

Quibuſcunque febricitantibus in vrinis ſedimenta fiunt farinæ craſſiori ſimilia,longum morbum ſignificat.

COMMENTARIVS.

Sedimentum referens ſpeciem farinæ craſſioris.

SEdimentum referens ſpeciem farinæ craſſioris damnatur hîc,& lib.2.Progno.hic ſanè longitudinem morbi ſignificare dicens, illic malum, ſiue mortem. In quibus enim facultas valida eſt & quæ morbum ferre poſſit, prorogabitur morbus, quoniam craſſus humor qualis qui ſedimentũ prædictũ facit, non niſi longo tempore vincetur, vt æger liberetur à morbo. Languẽtibus autem viribus morbus citò finietur,& ad malum. Quapropter non videtur eundem terminum habere morbus ad ſalutem,& ad mortem, cuius contrarium docuit Hipp. Prognoſt.1.lib.3.ſed eo loco nos dubium hoc ſoluimus. libro verò ſecundo in expoſitione 28. hunc Aphoriſm. abunde enarrauimus, ad quam lectores remittimus.

APHORISM. XXXII.

Quibuſcunque verò biliosa ſubſidentia, ſuperius tenues, acutum morbum ſignificant.

COMMENTARIVS.

BIfariam legi poſſe hunc Aphor. Gal.in Comm. teſtatur.aut enim ſignificat acutũ fore morbũ, ſi in vrinis fuerint hypoſtaſeis bilioſæ, & ἄνωθεν, id eſt ſuperiori parte tenues,hoc eſt aquoſæ,aut ita vt, ἄνωθεν temporis ſuperioritatem, non loci, ſignificet,eritque ſenſus: Si in vrinis hypoſtaſeis fuerint bilioſæ modo, & ante tenues,ſiue aquoſæ, acutum morbum indicant.Primum ſenſum reprehendit, dicens:Ego autem nunquam vidi vrinam cuius ſubſidẽtia in ipſa ſit bilioſa,quòd verò ſupernatat aquoſum,Sed dices, vt quidam, parum modeſtè, Galen. falli,& Grammaticam ſyntaxim ignoraſſe, qui partem illam, λεπταὶ, id eſt tenues, quæ habetur in Aphoriſm. ad vrinas referre voluerit, cùm tamen, οὖρον generis neutrius ſit,λεπταὶ verò adiectiuum fœmininum. Cæterùm vt multa alia prætermittamus, nullus eſt in Galen. monumentis verſatus, præſertim ſi in lib. de vſu partium legerit, qui non facilè intelligat neminem in Græcia aut Latio,in dicendi peritia eo fuiſſe ſuperiorem,nedum vt in nominum ſyntaxi credatur erraſſe. Cùm enim dixit, Pars autem illa, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ id eſt ſuperius tenues, hoc eſt aquoſæ (ita enim aſſueuit Hippo. vti appellatione tenuis) videtur non rectè dici, quoniam vrina aquoſa cruda eſt, & diuturna. In hac oratione partem λεπτὴ, non refert ad vrinas, ſed ad hypoſtaſeis, vult autem vrinam quæ continet ſuperius tenues hypoſtaſes, crudum ac longum morbum ſignificare,vti & vrinæ aquoſæ. Vrinam verò dicit ſe non vidiſſe, quæ bilioſas habeat hypoſtaſeis,& quod ſupernatat aquoſum. Appellat autem aquoſum Galen. quod Hippocrat.tenue.Ex his verbis apertè conſtat aquoſum quod ſignificare dixit vocem λεπταὶ:id eſt tenues, non referri ad vrinas, ſed ad hypoſtaſeis ſupernatantes quas dicit ſe non vidiſſe tenues, hoc eſt aquoſas,cum ſubſidentibus bilioſis, Non tamen negat ſe vidiſſe vrinas aquoſas ſuprema parte, cum bilioſis ſubſidentiis. Improbè enim collegiſſet aduerſus eos qui partem illam, ἄνωθεν referebant ad ſuperiorem partem vrinæ, reddens rationem, quoniam non eſſent viſa ſupernatantia tenuia, ſiue aquoſa cum bilioſis ſubſidentiis. Si enim tenuia & tenues ad vrinas referre vellet, ad veritatem opinionis illorum id non eſſet neceſſarium.ſatisfaceret enim ſi vrinæ aliquæ eſſent ſuprema parte tenues, cum bilioſo ſedimento. Ex lectione tamen Gal.qua tenues ad contenta vrinarum refert, optimè reprobetur primus ſenſus Aphor. Cùm inquit Galen. Quæ talia ſunt crudum ac longum morbum ſignificant,id eſt contenta aquoſa crudum ac longum morbũ ſignificant.Quæ ſi eſſe poſſent cũ ſedimento bilioſo, falſum eſſet.quod Hippocr..dixit, acutum morbum ſignificare. Quod ſi Aphoriſm. falſus non eſt, ſenſus illorum quorũ Galenus meminit primo loco non erit verus. Alter ſenſus eſt facilis ac verus quo docet ſi poſt contenta tenuia ſupernatantia ſequantur hypoſtaſeis bilioſæ, morbum acutum ſignificari, quatenus bilioſi acuti ſunt, & maximè ſi ex crudis cocti iam appareant. Vult igitur Galen. partem λεπταὶ referre ad hypoſtaſeis in vtroque ſenſu, ſed in priori ἄνωθεν ſignificat locum ſuperiorem,quo continetur contentum tenue, id eſt aqueum,quo ibidem apparẽte vrina dicetur aquoſa & cruda, quæ non ſignificaſſet acutum morbum, vt vult Hippocr. ſed longum. In ſecunda verò lectione ἄνωθεν, id eſt ſupra, temporis ſignificat differentiam, ob quam hypoſtaſeis primum tenues apparent,& poſtea bilioſæ, acutum morbum ſignificantes,quod verum eſt.

Gale. à calũnia vindicatur.

APHORISM. XXXIII.

Quibuſcunque vrinæ diſſidentes ſunt, iis magna perturbatio in corpore adeſt.

COMMENTARIVS.

Vrinæ diſſidentes quæ.

MAgna turbatio atque confuſio adeſt in corpore, quoties quoſdam humores coquit ac ſuperat natura, alios ſuperare non valens. Quod oſtendunt vrinæ diſſidentes, colore videlicet, ſubſtantia, aut contento diuerſæ: Differentes humores oſtendentes temperatura, atque ſubſtantia. Hinc quoque morbi longitudinem prædicere licebit, ſi quidem temporis longo ſpatio erit opus, ſi natura omnes eos ad vnam formam & ſpeciem reducere debet, & quoniam interim cum multis eſt pugnatura.

APHORISM. XXXIV.

Quibuſcunque in vrinis bullæ ſupernatant, morbos renum ſignificant, & longum futurum morbum.

COMMENTARIVS.

IN morbis renum pendentibus à craſſis humoribus bullæ ſolent in vrinis ſupernatare, generationem quidem habentes à craſſo humore, præſertim tenaci, & viſcido, qui à calore in bullas vertitur intercluſo flatu. Supernatant autem ob leuitatem, quoniam à flatu ſubleuantur. Craſſi autem humores quique frigidi ſunt, longum efficiunt morbum. tales etenim ſunt omnes morbi qui à ſimili pendent cauſa.

APHORISM. XXXV.

Quibuſcunque autem pingue eſt quod ſupernatat, atque accumulatum, iis renum morbum acutum ſignificat.

COMMENTARIVS.

Pinguedo ſupernatans.

SI in vrinis appareat pinguedo, notum eſt ipſam eſſe ſupernatantem, ex pinguedinis natura, verùm ſi hæc ſenſim deſcendat, quod fiet vbi febris aliqua vehemens membrorum pinguedinem colliquauerit, acutus morbus erit, ſed non renalis. Cùm autem accumulatum pingue, deſcẽdit, id vitium renum eſt, atque acutum. Prognoſt. tamen 35. libro ſecundo colliquationem dixit ſignificare vrinam cui ſupernatant pinguedines ſimiles telis araneorum. Quo loco illam & præſentem ſententiam latè expoſuimos.

APHORISM. XXXVI.

Quibuſcunque morbo renali laborantibus prædicta ſigna contingerunt, & dolores circa dorſales muſculos fiunt, ſiquidem circa externa loca fiant, abſceſſus quoque extra futuros ſpera: ſi tamen dolores magis circa interna loca fiant, abſceſſus quoque intus futuros magis ſpera.

COMMENTARIVS.

SI apparuerint ſigna in duobus præcedentibus Aphoriſ. ſcripta, quæ renum morbos oſtendunt, præterea etiam acceſſerit dolor dorſalium muſculorum, abſceſſus futuros ſperare docet, ſed cũ diſtinctione quæ ad locum patientem pertinet. Sunt enim muſculi dorſales quidam interni, qui ad renes pertinent, quidam externi ſiue extra dorſum aut poſt dorſum. In qua parte tamen dolor fuerit, in ea eſt abſceſſus ſperandus. Solet enim per communes venas renum & lumborum humor in eos muſculos transfundi, & à renibus diſtrahi in partem aliquam de dictis, in qua abſceſſum facit. Id verò magna ex parte dixit fieri. nam ſæpe accidit vt qui talia patiuntur liberentur à morbo renali, humore per vrinam excreto aut in aërem diſſoluto.

APHORISM. XXXVII.

Quicunque ſanguinem vomunt, ſi ſine febre quidem ſalutare: ſi verò cum febre, malum. Curare autem oportet adſtringentibus, & refrigerantibus.

COMMENTARIVS.

PRima pars Aphor. ad prædictionem ſpectat, ſecunda ad curationem. In prima docet ſanguinis vomitum ſine febre eſſe bonũ: cum febre verò malum: verùm cum Aphor. 25. dixerit, ſanguinem qualemcunque ſupra malum eſſe, & id citra diſtinctionem dictum ſit: reliquum eſt vt bonum ſiue ſalutare hoc loco idem ſit, quod minus malum. Nam minus periclitantur qui ſine febre ſanguinem vomunt, atque plures ab ea diſpoſitione liberantur, cum qua febris non iungitur: quamuis cum febre & ſine febre ſanguinem vomere, ſit malum. Docet autem vlcus ventriculi curare vbi cum febre non fiat, quia id non habet coniunctam inflammationem, adſtringentibus & refrigerantibus. Talia etenim ſunt quæ valent ad aſſolidanda vlcera, & ſanguinis emanationem compeſcendam.

APHORISM. XXXVIII.

Defluxiones ad ventrem ſuperiorem, in viginti diebus ſuppurantur.

COMMENTARIVS.

TErminum præfinit quo ſuppurari ſolent defluxiones quæ fiunt ad pulmonem, & thoracem. Cauitas enim thoracis hic ſuperior venter appellatur. Quòd verò tumores, & humorum collectiones quæ defluxione fiunt ad thoracem, in 20. diebus ſuppurentur, ideo fit, quia locus calidus eſt, & morbus eorum locorum acutus, terminus verò dies 14. ex his quæ ab Hippocr. aliàs dicta ſunt. Eſt autem 14. terminus internus morborum acutorum: externus tamen, vt nos quoque docuimus, 20. eſt, intra quem limitem ſolent ſuppurari tumores qui morbos faciunt acutos, quales ſunt qui ad ſuperiorem ventrem ſpectant.

APHORISM. XXXIX.

Si ſanguinem minxerit, & grumos, & ſtillicidium vrinæ patiatur, & dolor incidat inter fœmineum et imum ventrem, & pectinem, quæ circa veſicam ſunt, ægrotare ſignificant.

COMMENTARIVS.

HIc Aphor. expungendus eſſet alibi ſcriptus, nempe ſect. 4. ordine 80. quo loco à nobis expoſitus eſt.

APHORISM. XL.

Si lingua ſubitò incontinens fiat, aut pars aliqua corporis reſoluatur, hoc melancholicum eſt.

COMMENTARIVS.

SVbitam incontinentiam linguæ, & partis alicuius reſolutionem dicit ſignificare melancholicum humorem. Quòd ſi craſſum humorem in cauſa eſſe dixiſſet, in vniuerſum vera eſſet ſententia. Nam intemperies ſubitò non euenit, & tenues humores non ſolent obſtructiones efficere, à quibus incontinens fit lingua, & parti alicui aduenit reſolutio, niſi inflammationem efficerent. Sed hæc non fit repentè. Craſſi verò humores quidam ſicci ſunt, quidam humidi: vtrique facere poſſunt prædictas paſſiones: nam pituita non tantùm ſolet ſubitò facere linguæ incontinentiam, qualem affectum ebrij patiuntur, ſed & reſolutiones, & apoplexias. Res hæc plana eſt & vera, cui nullus huc vſque contradixit. Humorem verò melancholicum hæc eadem facere poſſe, non eſt dubium, ſed non adeò frequenter, vti pituita.

APHORISM. XLI.

Si ſenibus ſupra modum purgatis ſingultus ſuperueniat, non bonum.

COMMENTARIVS.

QVamuis Hipp. Aph. 4. ſect. 5. dixerit malum eſſe ex ſuperpurgatione aduenire conuulſioné,

aut

Digitized by Google

aut ſingultum: hoc in loco non immerito repetit de ſenum ſingultu ſententiam, ibidem etenim dixit: malum, hîc verò non bonum. Nam etſi in vniuerſum malum ſit, vt eo loco dictū eſt, ſingultum purgationi immodicæ ſuperuenire: ſenibus tamen non eſt adeo malum, qui naturali temperatura ſicci ſunt, & malum ſequens immodicas vacuationes facilè ſentiunt. Ideóque cum non adeò malum ſit, vti in aliis ætatibus, in quibus tardius ad ariditatem quæ ſingultum adducat peruenitur, rectè non bonum eſſe dixit, & ſenum particulatim meminit.

APHORISM. XLII.

Si febris apprehenderit non à bile, aqua calida plurima ſuperfuſa capiti, ſoluit febrem.

COMMENTARIVS.

GAl. in huius Apho. Comm. conatur (vti ſolet) veram facere Hipp. ſententiā, qua docet in febribus aliis ab iis quæ à bile fiunt, multā aquā calidam capiti perfuſam curare febrem. quod de balneis in vniuerſum intelligit. Conuenit enim febribus hecticis quibus non eſt coniuncta inflāmatio, aut alterum febris genus, & febribus diariis quæ fiunt ex laſſitudine, obſtructione, refrigeratione, aut ex vſtione: non conuenit tamen eiis quæ à bile putreſcēte fiunt, ſiue flaua ſiue atra fuerit, niſi opportunè adhibeatur coctis humoribus, atq; pro maiori parte purgatis. Hipp. namque ſine hac diſtinctione abſolutè loquitur. Neque contradicit huic ſententiæ, quòd febribus ortis ab inflammatione iecoris, & lienis, pulmonis, & ſimilibus balneum noxium ſit. Nam cum Hippocr. dixit in febribus, ſolas eas intellexit quæ non ſunt aliorum morborum ſymptomata ſiue febres accidentes, quales ſunt quæ ſequuntur partium inflammationes. Febres autem à ſanguinis putredine ortas, vt alibi docuimus, iam quodam modo bilioſas eſſe rectè quis affirmauerit. In his verò quæ a pituita putreſcente fiunt, non videtur Aphoriſm. verus, niſi pituitam quoque putreſcentem in bilem verti dixerit, quod mihi non ſatis placet. Sicuti neque illud quod docuit lib. 6. de mor. pop. par. 5. cū inquit, Elleborum bibentem citius purgare ſi velis lauare atque comedere. Cui ſententiæ ſubſcribit Galen. in Comment. dicens: Quo itaque modo quibus eſt ſanguis craſſus lotis, his ſanguinem detrahi præcipit, ita & quos purgaturi ſumus, lauacris eſſe vtendum vt tum citius, tum citra moleſtiam magis expurgentur. Placet ſanè lauare eos qui craſſis humoribus abundant, non tamen valde multis, ſed ipſis alia ratione prius attenuatis, & magna parte purgatis. Lauabat autem Hippocrat. eos qui multos ac craſſos humores congeſſerant, quos videlicet ad eam quæ per elleborum purgationem parabat. Hanc noſtram ſententiam comprobat Gal. infra Comm. 46. cùm inquit. Neque enim vinum, neque balneum tolerat plethorica diſpoſitio, & infrà: Si verò multitudo fuerit, rectè quidem venæ vtentur ſectione: non rectè autem lauabunt, & vinum dabunt.

Febres apud Hipp.

Aphoriſm. veritas.

APHORISM. XLIII.

Mulier ambidextera non fit.

COMMENTARIVS.

Mulier ambidextera non fit.

GAl. in huius Aphor. Commen. vocis huius, ambidexter, ſignificationem exponit, & Apho. rationem reddit quæ tota ad naturam ſeu temperaturam maris & fœminæ refertur, vt enim lib. 1. de arte medendi cap. de temperamentis docuimus. Mares fœminis in omni genere sūt calidiores ac robuſtiores. Quapropter etſi robur viris adeſſe poſſit tātum, vt ambas manus dexteras habeāt, hoc eſt vt ambabus manibus vti ad exercitationes & validas actiones, liberaliter, & facilè valeant: non propterea ad idem valebunt fœminæ, quibus mollior eſt muſculorum constructio, & paucior calor natiuus, cum ſpiritu, tum vitali, tum animali. Experimentum quoque ſubſcribit huic rationi, ac comprobat Aph. veritatem.

APHORISM. XLIIII.

Quicunque ſuppurati vruntur, aut ſecantur, ſi pus purum effluxerit, & album, liberantur: ſi verò ſubcruentum, cœnoſum & fœtidum, moriuntur.

COMMENTARIVS.

Empyicos vrit Hipp.

APhor. hic ſicuti neque 27. ſect. 6. docet. an empyici ſecari aut vri debeant, neque qua parte: docuerat autem id libr. de internis paſſionibus dicens: Si tamen pus in pectus erumpit, qua parte tibi videtur ſignificare ea vrens aut ſecans, detrahe parum imprimis. Docet tamen in præſenti ea puris natura & eiuſdem conditionibus, prædicere an æger ſaluari, an mori debeat. Si enim pus album & purum, id eſt vnius formæ fuerit, non ex diuerſis naturis commixtum liberabitur. Quòd ſi pus fuerit ſubcruentum colore, cœnoſum ſubſtantia, fœtidum odore, morietur. Id eſt quod dixerat. Progn. vltimo libro 1. his verbis, Pus autem optimum album eſſe debet, æquale, atque læue, & quàm minimè fœtidum. Huic verò maximè contrarium, peſſimum eſt. Hunc aphoriſm. ſcripſerat prognoſt. 70. lib. 3. cùm inquit: Quicunque verò ex empyicis vruntur, quibus pus parum, album, & ſine prauo odore fuerit, ſeruantur: quibus verò ſubcruentum, & cœnoſum, moriuntur. Cuius loci expoſitionem à nobis traditam legent, qui voluerint huius aphor. habere integram enarrationem.

APHORISM. LXV.

Quibuſcunque iecur ſuppuratum vritur aut ſecatur: ſi pus purum effluxerit, & album, liberantur, in membrana enim pus continetur. Si verò amurcæ ſimile effluxerit, moriuntur.

COMMENTARIVS.

EXemplo docet quod in aphoriſm. 44. dixerat, iecur enim ſi inflammationem patiatur, & ſuppuretur, vbi ſecetur, aut vratur (quod rarò facere conuenit, niſi prius rumpatur, & pus intra peritonæum fluctuet) ſi pus album effluxerit & purum, validam ſignificat coctricem facultatem iecoris, & pus, vt inquit Hippocrat. in membrana contineri, neque ſubſtantism iecoris læſiſſe, id verò ſalutare eſt. Quod ſi cœnoſum effluxerit, & amurcæ ſimile, id eſt fæci olei, morientur, quoniam inualidam ſignificat naturalem coctricem iecoris, & pus ipſius ſubſtantiam penetraſſe, & putrefeciſſe.

APHORIS. XLVI.

Dolores oculorum, poſtquam merum potandum dederis, & aqua plurima calida laueris, vena ſectione curato.

COMMENTARIVS.

APhoriſm. hic adſcriptus eſt, vt ex eius doctrina conſtat, ſiquidem integer eſt & verus 31. ſectione 6. quo loco fuit à nobis enarratus. Malè autem docet curare dolores oculorum primùm meri potu, & balneis, deinde ſectione venæ. ſi enim adfuerit humorum copia in corpore, balneum & meri potio non conuenient ab initio: ſi verò ea abundantia non adfuerit, ſanguinis miſſio non conueniet.

APHORISM. XLVII.

Si eum qui aqua intercutem laborat, tuſſis prehendat, deſperatus eſt.

COMMENTARIVS.

HIc aphor. eſt 35. ſectionis 6. quo loco eſt à nobis expoſitus.

APHORISM. XLVIII.

Stillicidium vrinæ atque eius difficultatem vini potio, & ſanguinis miſſio ſoluit, ſecare verò interiores.

COMMENTARIVS.

IN Comment. 36. ſectionis 6. hunc Aphoriſm. expoſuimus, quantum attinet ad venæ ſectionem. Quod verò de vini potu meracioris dixit, ad nonnullas vrinæ diſtillationes & mingendi difficultates valet, ad eas nempe quæ fiunt a craſſis, aut frigidis humoribus, aut ab ſpiritu flatuoſo, aut frigida intemperie.

APHORISM. XLIX.

Ab angina moleſtato tumor & rubor in thorace ſuperueniens, bonum: extra enim vertitur morbus.

COMMENTARIVS.

HVnc Apho. expoſuimus Comm. 36. ſectionis 6. & iſte videtur additus.

APHORISM. L.

Quibuſcunque cerebrum ſphacelo laborauerit, in tribus diebus pereunt: ſi verò hos effugerit, ſani fiunt.

COMMENTARIVS.

Σφακελισμὸς, de corruptione dicitur, qualis quæ ſequitur gangrænam, & de ea corruptione quæ adhuc corrigi poteſt, ſed eſt veluti incipiens corruptio, quo modo hic ab Hippoc. accipitur. Talem enim corruptionem, qualis in demortuis particulis inuenitur, quæ abſciſſione & vſtione egent, nó dixiſſet in cerebro fieri, & poſſe ſanari, vbi tertium exceſſerit diem. Quando igitur cerebrum mortificationi ſimilem diſpoſitionem patitur, ob morbi magnitudinem & vehementiam citiſſimè mors ſequetur, aut deinde ſalus ſperabitur, tanquam ab acutiſſimo morbo, cuius terminus eſt dies quartus. Quòd ſi tertium effugerit æger, vires habere valentes eſt cóiiciendum, & ſalus ſperanda ab ſphacelo. σφακελίζειν quoque oſſa dicit, in libris de articulis tertio, & de fracturis ſecundo ſæpe, & Ariſt. de plantis quæ à nimia frigiditate, aut vehementi æſtu ſuperantur, libro de iuuentute & ſenectute loquens, prædicta vtitur voce Sphaceli. præterea varias ſignificationes lib. 2. de Inc. par. cap. 2. tradit & pro magno dolore, & gangræna accipi dicit, & lib. 6. de morbis curandis, ſphacelum appellat cariem oſſis & totius ſubſtantiæ corruptionem.

APHORISM. LI.

Sternutatio fit ex capite, calefacto cerebro, humectato eo quod eſt in capite inani. effunditur enim extra aer intus contentus: ſonat autem, quoniam anguſtus eſt ei exitus.

COMMENTARIVS.

GAl. hunc Aphor. abundè declarat in ipſa Com. atque ea de cauſa ad eum locũ lectores remittens, ab enarratione abſtinuiſſem, niſi dubium mihi videretur quod de ſternutamento Gal. dicit, copiam humoris in cerebro ſternutationem non facere, niſi in flatuoſum ſpiritum conuertatur, argumento ſumpto ab iis qui multum humorem à capite purgant, non tamen neceſſariò ſternutant. Cùm enim nares intus penna irritamus, ſternutatio ſequitur: non tamen quoties id facimus conuertimus in flatum humorem. Præterea ſi humor aliquis acris internam narium membranam momorderit, ſternutatio commouetur, etiamſi nullus commoueatur flatus. Quod verò ad excretionis tempus attinet, in quo flatus à pulmone ſurſum fertur, & à capite alter expellitur: dicemus flatum excerni per nares & os. Verùm is totus à pulmone pulſus impetu magno per nares & palatum mittitur, & pars eius caluariam penetrat per palatum & per nares, qui exiens ſecum defert humorem qui caput grauat, atque eum qui mordet.

Sternutamentum ſine generatione flatus fit.

APHORISM. LII.

Quibuſcunque iecur circumdolet, iis febris ſuperueniens, ſoluit dolorem.

COMMENTARIVS.

CVm dolor aliquis vehemens iecur vexauerit, iis aut ab inflammatione procedet, aut à flatu: ſi ab inflammatione, febrem habebit coniunctam, ac proinde Hippocr. non loquitur de eo dolore, cùm dixerit febrem ſuperuenire, doloribus autem à flatu febris ſuperuenit, hæc tamen ſoluit dolorem vehementem. Sic enim Galen. expouit vocem ἐπιγινόμενος, flatum autem à calore febrili diſſipari notum eſt.

APHORISM. LIII.

Quibuſcunque conuenit ſanguinem a ventre detrahere, iis conuenit vere venam ſecare.

COMMENTARIVS.

HIc Apho. integer ſcriptus eſt ſupra, atque eſt 47. ſect. 6. quo loco ipſum enarrauimus.

APHORISM. LIV.

Quibuſcunque inter ſeptum tranſuerſum & ventrem, pituita concluditur, & dolorem præbet, non inueniens exitum, nec aliam cauitatem, iis pituita à venis in veſicam conuerſa ſolutio morbi fit.

COMMENTARIVS.

HAc parte docet Hippo. vnum de naturæ miraculis. vbi enim pituita concludatur inter ſeptũ tranſuerſum & ventrem, quæ pars intra peritonæũ eſt, & ibi dolorem efficiat, morbi ſolutionem fieri poſſe dicit, tranſlata pituita in veſicam; Id ſanè difficilimũ videtur, nulla enim eſt via cognita, qua humor cótentus intra peritonæum tranſeat in veſicam aut prius in venas transferatur. Verùm, vt Galen. in Com. inquit, Valenti naturæ non eſt impoſſibile inuenire viam materiebus, & omnino per vias, non naturæ tantùm ſed & peritis quoque medicis incognitas, excrementa tranſmittit, & oſſibus alimenta demandat, & excrementa oſſium defundit, & euacuat. Quod lib. 6. de mor. pop. par. 5. ita ſcripſit Hipp. Natura per ſe impetus, motionéſque citra intellectum reperit, vt tũ nictare, & ea quibus lingua ſubſeruit, & quæuis alia ſimilia, indocta exiſtit natura, & ei ra diſciplinã quæ oportet facit. Sunt ſanè multa non tantùm in humano corpore, ſed extra ipſum quæ nobis in frequenti vſu ſunt, & eadem quotidie inſpicimus portenta maxima, quæ ea ratione in miraculorum cenſu non habentur, quòd eadem quotidie videamus. Exemplo ſunt in nobis muſculorum motus, quos mouemus, vt membra ipſa pariter moueamus, nullo prius docẽte nos, aut eos muſculos, aut eorundem vſum ad motum corporis. Et infans ad lac trahendum ex mammis, ſtatim natus mouet linguam, & labia, nunquam eius rei doctus. Et vt ſummatim dicam, nihil magis videtur miraculoſum, quàm quòd rationalis anima ſua libera voluntate imperat motum ſecundùm locum cuiuſvis partis, ipſa verò ſtatim ſubaudit voluntaris imperio. Præterea motum corporeum ab anima rationali procedere, quæ tamen incorporea eſt, nec valens muſculos aut neruos comprehendere admirationem mouet. eget enim quod aliud apprehendit & trahit, apprehenſorio inſtrumento, quo rationalis anima caret, neruos apprehendens & muſculos & per eoſdem membra contrahens, atque diſtendens.

Natura valenti via patent.

Miracula naturæ.

APHORISM. LV.

Quibuſcunque iecur aqua plenum in omentum erumpit, iis venter aqua impletur, & moriuntur.

COMMENTARIVS.

VIdimus ſæpe iecur non in nobis tantùm, ſed etiam in animalibus occiſis plenũ aqua, quoniam in membrana ipſum obuoluente continetur, plures efficiens veſicas. Hæ quoque rumpuntur, &

aqua

aqua deſſuit intra peritonæum, cui omentum eſt adiunctum. Hae ratione aqua intercutem quæ aſcites dicitur, generatur, impleri autem ventrem dicit, id eſt eam cauitatem quæ intra abdomen eſt, continens

Membra intra peritonæum.

iecur, lienem, vẽtriculum, inteſtina, vterum, veſicam, renes. Ab hoc affectu dicit mori ægros, lethalem ſcribens affectum, per quem multi, quin & plures, moriuntur, quamuis multi quoque liberentur purgatione, & vrinæ præuocatione, & iis quæ humorem reſoluunt.

APHORISM. LVI.

Anxietudinem, oſcitationem, horrorem, vinum æquali aqua mixtum potum, ſoluit morbum.

COMMENTARIVS.

Anxietatũ cauſa.

ANxietatem pariuntur ægri quandoque ob humorem aliquem qui grauat, & moleſtat os vẽtriculi, & quandoque ob febrium malignitatem, quando videlicet humor malignus eſt, qui febrem facit. Exemplum eſt lib. 3. de morbis popu. parte 2. in hiſtoria, Mulierem ex abortiuo fœtu, cum enim Hippoc. dixit, *ἀσώδης*, id eſt anxia, Galen. in Comment. inquit: Verbum Anxia, malignitatis febris eſt indicium. Cuius vocis ſignificationem nos in expoſitione Prognoſt. 12. libri primi aperuimus latè. *ἀλύκη* enim hic dicitur, quæ illic *ἄση*. Significat etiã anxietas imbecillitatem facultatis, quam oſtendunt languentes nimiam paſſi vacuationem ſanguinis, qui quieti manere nequeunt, ſed ſe à capite in pedes lecti proiiciunt, ab oſſium pondere grauatis muſculis ipſiſque tentantibus meliorem figuram, & eum minori labore inuenire. vinum autem modicè temperatum valet abluens, & diſſoluens malum humorem ventriculi. Malignis febribus obeſt, & cauſas attemperat ob aquæ miſtionem, & vires languentes poſt vacuationem, miro modo reparat. Oſcitatio

Oſcitatio.

præterea à flatu fit, muſculis temporalibus, & iis qui maxillas mouent, inſerto: hunc diſſoluit vini

Horror.

potus. Horror fit à prauis ſuccis cutem attingẽtibus, & ipſam mordentibus, cum leui quodam motu. Vinum verò modicè attemperatum, qua vinum eſt, excrementa diſſoluit: qua verò aquam defert, cauſæ acrimoniam attempetat.

APHORISM. LVII.

Quibuſcunque in vrinaria fiſtula tubercula fiunt, iis ſuppuratione ac ruptura ſoluitur labor:

COMMENTARIVS.

HIc aphor. fuit 82. ſectionis 4. & ibidem eſt à nobis enarratus.

APHORISM. LVIII.

Quibuſcunque cerebrum ab aliqua manifeſta cauſa concuſſum fuerit, neceſſum eſt ſtatim ſine voce fieri.

COMMENTARIVS.

Cerebr. concuſſionis cauſe.

A Cauſa manifeſta cerebrum concutitur, veluti à caſu ex alto, aut ictu præſertim cum lapide, aut ligno, potius contundentibus, quàm ſecantibus. Ex tali concuſſione cerebrum commotum patitur deuolutionem ſpirituum, & ſubitam animalis facultatis turbationẽ, ob quam veluti perterrita ſe ipſam colligit, vnde inſtrumenta motus & ſenſus facultate animali priuantur. quod eſt mutos fieri, & quaſi toto corpore ſtupentes, vt Gal. in Commen. docet, & ſupra ſect. 6. Comment. 51. Accidit quoque id magis quibus cerebrum pro caluariæ amplitudine eſt paruum, aut ætatis ratione inatuit, vt ſenibus. Quod ſi præterea fibra aliqua membranarum cerebri fuerit auulſa, aut diſrupta, aut neruus aliquis, qui à cerebro habeat exortum, prædicta repentè & maiori cum incremento fient. His quæ diximus ſubſcribit quotidianum experimentum.

APHORISM. LIX.

Corporibus humidas carnes habentibus, famem adhibere conuenit. fames enim corpora exſiccat.

COMMENTARIVS.

Fames exſiccat.

QVemadmodum cibus, qua cibus eſt, humectat, quoniam reficit: ita inedia ſiue fames, ſiue modica quædam abſtinentia à cibis, corpora ſiccat. Ex accidenti verò, quoniam non humectat, vel quoniã non reficiuntur corpora. Notum autem eſt omnem abundantiam ablatione emendari, & contrariorum contraria eſſe remedia, & ita humidarum carnium remedium eſt exſiccatio, quæ fame dicta perficitur. Calor præterea noſter per alimenti inopiam acrior redditur, bilem quadantenus auget, & pituitam abſumit, quæ poſſet coctione & ſua propria natura carnes aut humidas reddere, aut humidas ſeruare. Valet autem calor auctus atque acrior redditus per inediam, carnes ipſas ſiccare diſſoluta humidiori ac tenuiori parte aquea & pituitoſa. Hæc de moderata fame dicta ſint, nam maior hac imbecillitat natiuum calorem, & ventriculum implet pituita.

APHORISM. LX.

Et vbi in toto corpore mutationes, & ſi corpus infrigidetur, ac rurſus caleſiat, aut color alter ex altero fiat morbi longitudinem ſignificat.

COMMENTARIVS.

ESt hic Aph. 40. ſectionis quartæ, quo loco ipſum enarrauimus, & hoc loco videtur adiectus.

APHORISM. LXI.

Sudor plurimus calidus aut frigus ſemper fluens humoris abundantiam ſignificat. Abducere igitur oportet, robuſto quidem ſurſum: imbecillo verò, deorſum.

COMMENTARIVS.

HIc eſt Aphor. 42. ſectio. 4. quo docuit ſudorem plurimum ſiue calidum, ſiue frigidum indicare morbum, & calidum minorem, hoc eſt breuiorem, frigidum maiorem, id eſt longiorem. Quoniam tamen in præſenti curationem adiungit, videtur fuiſſe ex adiectis, non enim ſemper verum eſt humorũ abundantiam quam ſudor oſtendit, in robuſtis eſſe vomitu curandam, & in languidis per ventrem inferiorem. Nam ſunt multi valentes quibus non conuenit vomitus, aut ob compoſitionem, aut quia ipſum difficilè ferunt, aut quoniam humoris peccantis natura potius expoſcit ventris purgationem.

APHORISM. LXII.

Si quis febrienti cibum dederit, ſano quidem robur, laborantı verò morbum.

COMMENTARIVS.

Febricitanti cibus quid affert.

QVamuis Gal. videatur hic Aph. de interpoſitis, & autorem eius malè æmulari Hipp. doctrinã, mihi non videtur falſus, neque à ratione alienus. Eſt autem eius ſententia talis: Si quis cibum obtulerit febricitanti, ita ei morbum adiiciet vt ſano homini adiiceret robur. Vt enim ſanis robur præſtat cibus, ita ægris ſiue febrientibus adauget morbi cauſam, & inde morbum: ſiquidem non pura corpora quo magis nutries, eo magis lædes. Malè autem Fuchſius Aphor. ſententiam reprehendit: quoniam dixit: Si febricitanti cibum dederis, ſano robur, & laboranti morbum: cum tamen febricitans ſanus non ſit, neque ipſi febricitanti adiiciet robur. Nam non vult Hippoc. ſanum eſſe febricitantem, ſed vti febricitanti addit morbum, ita ſano ſi offeratur addit robur, quod verum eſt & ab Hippoc. ſcriptum, febricitanti quoque cùm ſanus fuerit, robur adiiciet.

APHORIS. LXIII.

Quæ per vrinam excernuntur inſpicere oportet qualia ſanis ſuccedunt, quæ enim iis minimè ſimilia ſunt, hæc ſunt morbſiora: quæ verò ſanis ſunt ſimiliora, minimè morboſa.

COM

COMMENTARIVS.

Sana ſimilia ſanis.

QVum Galen.intelligeret veram eſſe hanc ſententiam, & in Prognoſticis probatam ſæpius, ea eſſe ſana quæ talia ſunt, qoalia ſanis eueniunt,& ea ægra quæ à ſanis recedunt, & peſſima quæ ſanis maximè coutraria ſunt. Decreuit formam dicendi reprehendere, ſiquidem (inquit) cùm dixit: Quæ enim iis minimè ſimilia ſunt, hæc ſunt morboſiora, dictueos eſſet, morboſiſſima.eo enim aliquid magis morboſum eſt, quo minus eſt ſanis ſimile, & quod minimè ſimile eſt, erit morboſiſſimum. Cæterum ego de hac re aliter ſentio,nam cùm Apho.verus ſit, loquendi modus non eſt inuſitatus. Differt enim nõ parum aliquid dici maximè contrarium ſano,& eſſe ei minimè ſimile. Vrina enim quæ à naturali differt colore,ſubſtantia,& contento, quoniam ruffa eſt,& craſſa,& contentum habet rubrum,& non ſubſidẽs; minimè eſt ſanis ſimilis. Quæ verò nigra eſt,& contentom nigrum habet;maximè contraria eſt. Prima quidem vrina, morboſa eſt, non morboſiſſima: ſecunda verò vt maximè contraria, ita & morboſiſſima. ſic itaque puto ſententiam Apho. poſſe defendi, neque eſſe intolerabile peccatum,ſi quod in Apho. commiſſum eſt, quoniam non ſtatim ſi quid ſimile non eſt,erit & maximè contrarium.

APHORISM. LXIV.

Et quibus deiectiones ſi ſtare permiſeris,& nõ moueris, ſubſident veluti ramenta: & ſi pauca fuerint, paruus erit morbus:ſi verò multa, magnus: iis conuenit deorſum ventrem purgare:ſi autem non purgato ſorbitiones dederis, nocebis: quanto verò plures dederis, magis nocebis.

COMMENTARIVS.

HIc Aphor.de adiectis eſt & minimè legitimus, vt Gal.latè in Com.probat. Neque enim rectè de deiectionibus dicitur, ſi ſtare permiſeris & non moueris,nam id ad vrinas inſpiciẽdas ſolemus præcipere, falſum etiam eſt purgationem conuenire.iis quorum deiectiones ramentoſæ ſunt. Præter id quòd eiſdem ſorbitiones dare non eſt malum.

APHORISM. LXV.

Excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ, & cruentæ, & biliosæ & fœtidæ omnes malæ:quæ verò bene excernuntur,bona,& per ventrem,& per vrinam: & vbi id quod ſecedere deberet, ſteterit non purgatum malum.

COMMENTARIVS.

SVprà ſect.4.fuit is Aphor.ſcriptus 47. & ibidem fuit integer & verus à nobis enarratus.

APHORISM. LXVI.

Corpora vbi quiſpiam purgare voluerit, fluida facere debet;& ſi ſurſum ventrem ſiſtere,ſi verò deorſum, fluidum facere ventrem.

COMMENTARIVS.

APhor.hic in a.ſect.fuit à nobis enarratus, nam quod in ſecunda parte additum eſt,cùm dixit, Si ſurſum ventrem ſiſtere,& ſi deorſum fluidum facere ventrem, primùm non conuenit, ventrem ſiſtere ad vomendum, ſecundum autem qoamuis facere conueniat, non eſt id quod Hippoc. intendit, cùm dixit, floida corpora facere, videlicet ventrem humectare, ſed meatus omnes laxiores reddere, & humores fluxibiliores, quod Galenus illic expoſoit, & nos patefecimus latè.

APHORISM. LXVII.

Somnus,vigilia, umbo modo magis facta, morbus.

COMMENTARIVS.

HIc Aphoriſmus fuit tertius ſectionis ſecundæ, quamuis illic melius ſcriptus ſit,& à nobis eſt enarratus.

APHORISM. LXVIII.

In febribus non intermittentibus ſi exteriora frigida fuerint, interiora verò vrantur: & febrem habeant, lethale.

COMMENTARIVS.

HIc eſt Aphoriſ.48. ſect.4 & ſi in hoc pars illa, & febrem habeant, abundet, dixerat enim in febribus non intermittentibus.

APHORISM. LXIX.

In febre non intermittente ſi labrum, aut naſus, aut oculos, aut ſupercilium peruertatur, ſi non videat, ſi non audiat debili exiſtente, quodcunque horum fiat, mors proxima eſt.

COMMENTARIVS.

Fuit hic Aphoſ.49.ſect.4.

APHORISM. LXX.

Ab alba pituita aqua intercutem ſuperuenit.

COMMENTARIVS.

HOc vnum docet Hippo.in hoc Aphoriſmo albam pituitam in venis acetuatam aliquando leucophlegmatiam afferre poſſe.

APHORISM. LXXI.

A diarrhæa difficultas inteſtinorum.

COMMENTARIVS.

NOn omnis diarrhæa affert inteſtinorum difficultatem,ſed ea quæ à ſyncero fit humore,qui facultatem habeat abradendi inteſtina, & vlcerandi, de quo ſcriptus eſt 13. Aphoriſm. ſuprà & ibidem enarratus.

APHORISM. LXXII.

A difficultate inteſtinorũ lauer inteſtinorum ſuperuenit.

COMMENTARIVS.

HIc Aphoriſ.in 43.ſectionis ſextæ contioetur,& ibidem eſt enarratus.

APHORISM. LXXIII.

Ab oſſis corruptione abſceſſus.

COMMENTARIVS.

SI os corrumpatur, carnem proximam abſcedere docet, aut quoniam ſecedet ab oſſe, aut quoniã abſceſſum patietur,corruptos ichores recipiens.

APHORISM. LXXIV.

In ſanguinis vomitu tabes & puris purgatio ſupra, fluxus à capite, à fluxione diarrhæa, à diarrhæa retentio inferne purgationis, à retentione mors.

COMMENTARIVS.

Hic Aphoriſmus ſpurius eſt,& falſus.

APHORISM. LXXV.

Qualia & in quibuſdam per vrinam & per ventrem deſcendunt, & quibus per carnes, & ſicubi aliter corpus naturam exceſſerit, ſi parum, paruus erit morbus, ſi multum, magnus, ſi valde multum, lethale hoc eſt.

COMMENTARIVS.

HIc Aph. quamuis quædã doceat quæ vera ſunt, non videtur Hippocratis ſcripturas imitari. Docet autem conſiderare vrinas, deiectiones,& ſudores, & præterea quantum ab his quæ ſecundum naturam ſunt diſtent. Nam ſi parum, paruus erit morbus:ſi multum, magnus:ſi valde multum, lethalem eſſe affectum cit.

Finitis Com. illud ad finem dicere non grauabor, quòd in hoc opere multa taxantur quæ dicta ſunt ab eo qui controuerſias ſcripſit loco differentiarum Conſiliatoris. Sed vereor ne cùm hos noſtros Commentarios legerit, quædam obliteret, & quædam ſurripiat. quod fecit in ſecunda editione controuerſiarum cùm legit librum noſtrum De arte medendi. Quod ſi fecerit, laudabo hominis ingenium. quod ſi tertiam quoque fecerit editionem, quæ cum prima & ſecunda nihil habeat commune, argento fuerit fuluo æquiparandus,& auro; vt inquit Theognis Poëta Megarenſis.

PROGNO

PROGNOSTICORVM HIPPOCRATIS COI LIBER, E GRÆCO IN LATINVN SERMONEM TRANSLATVS, CVM PRÆCLARIS EXPOSITIONIBVS, ET ANNOTATIONIBVS IN GALENI

Commentarios, quæ ſingulas partes quæ in ipſis difficiles habentur, explicant. Autore Chriſtophoro à Vega.

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM, AC PRÆSVLEM D. D. IOANNEM MARTINVM SILICEVM, ARCHIEPIS.

Toleranum,Hiſpaniarum Primarem,Regnorum Caſtellæ maiorem Cancellarium, Sereniſſ. Philippi Hiſpaniarum principis ac Domini noſtri præceptorem,Chriſtophorus à Vega.

QVAM primùm has meas lucubrationes ad finem perduxi,princeps illuſtriſſime,eas tibi dicare cogitaui:in ambiguo tamen erat animus,cùm animaduerterem hoc meum opus indignum vt amplitudini tuæ offerretur: verùm confiſus tua erga literarum amatores benignitate, ſperaui te ea, qua ſoles humanitate labores meos, qualeſcunque ij fuerint, ſuſcepturum. Nam quæ magni momenti,& illuſtria opera ſunt,tibi illuſtriſſimo Principi iure debentur: quæ verò tenuia, nihil minus: quandoquidem hæc tuo ipſius egent fauore atque præſidio. Meus itaque labor,meæ vigiliæ tuam amplitudinem expoſtulant,te protectorem deſiderant, præter id quòd noſtra hæc Complutenſis Academia tibi principi,domino, atque patrono modis omnibus placere deſiderans,fructus omnes literarios,quos non in totum abiiciendos crediderit, offerre propoſuit. Ego verò qui inter liberalium diſciplinarum magiſtros & medicinæ doctores recenſeor, & eius artis publicus profeſſor in hac Academia ſum, ingratum ei fecero, ſi quod tam digne ſinguli, qui in ipſa digniores habentur, meritò excogitarunt, peruertero: maximè cùm certo ſciam hoc meum opus tuo præſidio atque fauore munitum, tutò ac ſine timore per manus hominum inceſſurum. Quandoquidem ſi gratum tibi hoc meum opus fuerit,vel non ingratum, ſpero neminem, aut medicum,aut philoſophum, aut quouis modo bonarum literarum amatorem,laborem meum calumniaturum, non tantùm inter Hiſpanos,ſed & Germanos,Gallos,& Italos, apud quos nominis tui amplitudo veneratur. Celebratur apud Parienſes nomen Ioannis Martini Silicei,apud quos commoratus,ingenium tuum acerrimum, quod veluti miraculum ab omnibus fertur, magnæ ſolicitudini circa literarum ſtudia adeò coniunxiſti, vt & ſummus philoſophus & profundiſſimus Theologus euaſeris: quo nomine adepto Salmanticenſis ſchola te ſummis honoribus euexit, te inuictiſſimus Cæſar ad filium ſuum Philippum Principem Hiſpaniarum ac Dominum noſtrum inſtituendum elegit, te tandem Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopum,ac Hiſpaniarum primatem conſtituit: quod maximè vniuerſo orbi terrarum arriſit, potiſſimùm ſcholæ noſtræ, quæ te tanta lætitia venien-

tem

tem excepit, vt non tantùm Grammatici, Rhetores, & Poëtæ ad animum ſuum oſtendendum multa lepidè, ſapienter, & acutè dixerint, ſed & ſeniores ipſi patres, Theologique ſapientiſſimi, quorum magnam copiam alit noſtra Academia, facetias, & poëmata in tuo felici aduentu, componere non ſint dedignati, & iure optimo, ſiquidem te viuente, artium liberalium ſtudioſi, philoſophiæ & liberalium diſciplinarum ſummum magiſtrum habebunt fautorem. Theologorum verò cœtus tuam celſitudinem vt profundiſſimum Theologiæ emporium veneratur ac ſuſpicit, & vt patrem, patronum, ac Mecœnatem colit. Sed vereor ne aut meis friuolis verbis, aut incompoſita oratione tantam dignitatis, ac ſapientiæ magnitudinem læſerim. Quid ſi magnanimitatem, liberalitatem, & erga pauperes miſericordiam referre vellem? multorum certè dierum ſpatium non ſufficeret. Huius rei cauſa ſuperſedendum eſſe puto, ob id maximè, quòd vniuerſa Hiſpania publicè, & priuatim de tua amplitudine hæc omnia perpetuò prædicat. Ego verò maiori quàm reliqui obligatione, qui in hoc oppido natus vnus ſum ex tuis ſubditis ac ſuffraganeis, ſuſceperam annis abhinc tribus, librum Prognoſticorum Hippocratis publicè enarrandum, qui potiſſimam partem totius artis medicæ comprehendit breuiſſimis, conciſis, ac profundiſſimis ſententiis, ita vt pauci admodum ſint noſtri temporis medici, qui huius libri doctrinam probè calleant: ad quod non parum agit Laurentiani tranſlatio non ſatis integra, & quòd Galenus commentarios ſcripſit breues, & qui plurima difficilia comprehendant, & qui multa egeant lectione: & in ſumma totus ipſe liber hominem exigit valde verſatum in doctrina Hippocratis, & operibus Galeni. Per id itaque tempus plurimi ex amicis, & ex diſcipulis omnes, qui tunc temporis multi in hac aderant Academia, & nunc adſunt, efflagitabant, vt librum hunc exponerem, quem poſt Galenum nullus aut ex antiquis, aut iunioribus expoſuit, niſi fortè aliquis eorum qui Hippocratem comprobant, non ex his quæ ipſe alibi ſcripſit, aut Galenus de eiſdem pronuntiauit, aut ex Græcarum ſcripturarum vigore, ſed ex Auicenna, aut alterius eius claſſis medici voluminibus. Acceſſit ad animum meum mouendum, quòd quo tempore ab inſigni Salmanticenſi ſchola mercede conductus medicinam publicè profeſſus ſum, omnes ferè huius artis ſtudioſi me vehementer precati ſunt, vt opus hoc, quod iam ſcribendum ſuſceperam perficerem. Quibus omnibus placere volens, non gloriæ aut honoris cupidus, ſed artem augere, atque ipſis ſtudioſis prodeſſe volens, partem hanc artis difficilimam, ſummam ac propè diuinam, enarrare, ac typis mandare decreui: cuius vtilitatem, ne faſtidium mea ingerat epiſtola, prætermitto, in præfatione huius operis de his multa dicturus. Primum itaque librum ipſum Hippocratis è Græco fideliter tranſtuli, quem per ſingulas ſententias breuiter expoſui, & plurimas dubitationes literam ipſam concernentes explanaui, ac pateſeci. Demum circa Galeni comment. quæcunque difficilia explicaui: & ſi quid non adeò rectè tranſlatum inueni, ad Græcorum codicum veritatem & integritatem reſtitui. Quod ſi tibi Principi ſapientiſſimo, & philoſopho maximo, hæc quæ tam philoſophiæ connexa, ac germana ſunt, placuerint, animo meo ad plura ſcribenda calcaria adhibebis, quem tuo obſequio perpetuò deuinctum habes. Vale Princeps illuſtriſſime, literarum decus, & ornamentum.

Digitized by Google

HIPPOCRATIS PROGNOSTICVM.

TALI forma inſcribendi libros oonnonquã vtitur Hippoctates, dicens: κατ' ἰητρεῖον, hoc eſt, de chirurgi officina: & προῤῥητικὸν, id eſt, prædicto, ſiue liber prædictionum. Sic etiam προγνωστικὸν, id eſt prognoſticũ, ſiue liber prognoſticorum. Vtraque enim appellatione iu buius operis proceſſu vtemur. Conſtat enim Laurentianũ malè pro eo quod Hippocr. dixit προγνωστικὸν, tranſtuliſſe Prædictionum, nam præter id quod Græca litera id non ſonat, occationem præbuit confundendi librum ſpurium, προῤῥητικὸν appellatum, qui Hippocratis non eſt, vt ſæpiſſimè in eius expoſitionibus teſtatur Galenus, cum præſenti libro, queio nullus in allum retulit auctorem. Io quo breuiſſimas (vti ſolet) atque grauiſſimas ſcripſit ſententias, & quales ounquam medici permutare, aut perturbare ſunt auſi. Celſus namque lib. 2. iń principio, dicit ſe velle imitari Hipp. cuios curationem licet recentiores mutauerint, tamen optimè illum præſagiſſe fatentur. Inutile viſum eſt mibi in præſeotiarum referre Hipp. patriam, genus, & niores, quandoquidem hæc à noſtro propoſito ſunt aliena, & volentibus patent io initio ſuorum operum, ſingula ex Sorano. Vſus huius libri in præfatione fertur ab Hippocrate. Liber ipſe non aliter quàm liber Aphoriſmorum oullum certum ordioem ſeruare videtur, prærerquam in quibuſdam particulis quemadmodum quum de abſceſſibus, de deiectionibus, de vrinis, & quibuſdam aliis loquitur. Ordinẽ autem ſeruat ad lib. de morbis popularibus: quoniam liber de Morb. popul. ante librum Prognoſticorum ſcriptus eſt, ſed tamen apud Galen. poſtremo loco venit legendus. Quòd namque Hipp. priores ſcripſerit libros de Morb. pop. teſtatur Galen. 1. lib. de Diebus decretoriis, dicens: Si quid ex primo Epidemion coniectari oportet, vbi multos dies in vnũ congeſſit, quos in Prognoſtico, & Aphoriſmis repudiare videtur. Demonſtratum nobis eſt alibi, oec iam minus ex ſequentibus clarum euadet, Hippocr. ſcripſiſſe priores libros Epidemion, dum ſpeculationes adhuc experimentis exploraret, nec generatim ſententiam de his proferre auderet: aliam rationem ſcripſit lib. 2. de Diebus decret. Quare liber de Morbis popul. 1. loco ſcriptus eſt, dicens: Frequenter oobis demonſtratum eſt Epidemiorum libros Prognoſticis & Aphoriſmis prius ſcriptos eſſe, quòd Commentariorum, qui memoriam rerum prius obſeruatarum ſuggerunt, vim habeant. Quòd tamen lib. Progn. ante lib. de Morb. pop. legi debeat, vult Galen. infra in fioe longæ enarrationis, quum inquit. Quamobrem nonoulli expoſitores ſtatim ab hoc opere librum do Morbis popularibus oerirò enarrauerunt, & nos ſimiliter faciemus. Et lib. 3. Comment, 3. de cognitione conſtitutionis aëris loquens, ioquit, Quanta verò horum vtilitas habeatur, quanquam videantur comprehendi ſermonibus voiuerſalibus, explicabitur in Comment. de Morb. popul. ab his ordine præſcribendis. Et in principio ſuorum Commeotariorum, in lib. de Morb. popul. ad librum eum legeodum præcipit prius legi librum de Natura humana libro tertio Aphoriſm. vbi de temporibus agit, lib. de Aëre, aquis, & regionibus & addit, oeceſſaria qooque eſt & ipſa Prognoſtici lectio: namque in libris Epidemiorum ſcripta ſunt, quæ io prædictis libris docuit conſequutura. Cauſa tamen hoius diuerſitatis eſt, quoniam quo tempore ſcripſit lib. de Morb. popul. ſingularium experimenta capiebat: quibus iam acceptis, in vniuerſalem doctrinam deduxit, quæcunque experimento inuenit: & lib. Prognoſticorum ſcripſit. Verùm qui velit docere, à lib. Prognoſticorum incipere debet: eſt enim via inueniendi à ſingularibus ad vniuerſalia: via verò docendi ab vniuerſalioribus & naturæ notioribus procedit: quem ordinem in dialectica, & philoſophia naturali rectè ſeruauit. Ariſtot. io lib. itaque de Morb. popul. ſingula quæ in ſingulis euenerunt ægrotis, ſiogulariter ſcripſit, vt in Anaxione, Pythione, Philiſco, Hermocrate, dicens: Sudauit, delirauit, vigil permanſit, ooctu dormiuit. Io Prognoſticis verò præter id quod doctrinam voiuerſalem ſcripſit, addit ad libri calcem: Rectè igitur noſſe oportet de tecmiriis, hoc eſt, certis coniecturis, atque aliis ſignis, nec latere quod omni aono, & omni tempore, & mala malum, & bona booum ſignificant: quandoquidem & in Lybia, & in Delo, & in Scythia quæ ſcripta ſunt, apparent veridica ſigna, & lib. 1. Prorrhet. part. 2. Comment. 40. Galen. inquit: In ægris itaque vtiliſſimum eſt omnia contemplari, nihilque prætermittere, quod vtrumque fecit Hippocr. tum in Prognoſticis, tum in Aphoriſm. prænotionrs per vniuerſalia ſcribens: in Epidemiis verò, quæ ægris contigerunt vniuerſalia. In hoc verò Prorrhet. ſæpius confuſa eſt doctrina, his omoibus, qoæ in ægris videntur, voam in congeriem ductis, & lib. eodem, part. 3. Comment. 7. coofirmat lib. Epidemi, & Prorrhet. eſſe doctrinas particulares: Prognoſtic. verò voiuerſalis ſatis probata eſt.

EST autem doctrina lib. Progn. de ſignis, vt inquit Galen. in principio Commeotariorum, io lib. de Morb. pop. per hæc verba, In Prognoſtico verò quænam ſignorum, per quæ prænotiones fiunt, facultas cuiuſque ſit, tum in qualitate, tum io magnitudine declaratum eſt. Signum verò quod ſenſui ſubiicitur, ducens oos in cognitionem alicuius rei ſenſui occultæ: vt color pallidus, qui bilis redundantiam in corpore oſtendit, & rubræ vrioæ color, ſanguinis ſerum abundare. Tribus verò membris oronia hæc incluſa ſunt, in qoalitatibus, in exeuntibus à corpore, & facultatum actionibus: quibus addes, vt Galen. lib. 1. de Locis paſſis, tumores atque dolores. Sunt etiam hæc omnia in triplici genere 1. de Criſibus, cap. 14. ſigna coctionis, ſigna ſalutis, & mortis, ſigna criſis, de quibus multa in hoc libro ab Hippocr. ſcribentur. Signa coctionis, cùm de vrinis, deiectiooibus, & ſputis loquitur: ſigna ſalutis & mortis, vt quum faciem depiogit exitioſam,

Prognoſticorum ſententias nunquã medici mutauerunt.

Ordo lib. prognoſt. ad lib. de morb. pop.

Signum quid.

tioſam, aut de accubitu, aut reſpiratione loquitur: ſigna criſis, cùm vomitus aut fluxus ſanguinis narium futuri ſigna ſcribit, de quibus loco ſuo agemus, adiicientes ex antiquis comprobationes, alias ſimiles ſententias afferentes ex ipſomet Hippocrat. in aliis locis, aut ex Galen. aut alio magis nominato viro: ſæpe etiam adiunctis rationibus ad idem comprobandum, vt ex horum omnium, aut plurium notitia habita, ad morborum, cauſarum, & facultatum notitiam deueniamus, intelligentes quod eſt ſecundum naturam, & quod præter naturam, quantum etiam id quod ſecundum naturam eſt, ſuperet id quod præter naturam aut ab eo ſuperetur: & inde ratione & obſeruatione præhabitis, cognoſcere an morbus ſalubris ſit, an ſecus, & an ſubito, an paulatim ſoluendus, qua etiam via, quo itidem die, & qua diei hora. In ſumma, hæc omnia pendent ex integra facultatum notitia, animalis nempe, vitalis & naturalis: quarum officia ſiquis integrè nouerit, bonam quoque fecerit ad morbum collationem, erit in præſagiendo peritus, id enim eſt quod voluit Galenus libro ſecundo Commentar. 6. dicens: Summa totius præſagitionis in morituris conualituriſque eſt, quoties vis ægrotationis cum ægri facultate confertur. Id etiam eſt quod dixerat Hippocrat. Aphoriſm. 9. libro primo. Conſectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat, & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus antè deficiat atque hebeteſcat. Scire etiam oportet, quòd in hoc opere non de omnibus morborum indiciis tractabitur ſed de his quæ pertinent ad morbos acutos, vt ipſe ſcripſit lib. 3. Prognoſt. 38. dicens: Hæc autem dico de morbis acutis & quicunque fiunt ex ipſis, & in Prognoſt. 1. huius libri, Conſiderare autem oportet hunc in modum in morbis acutis. Videri autem poſſet alicui artem præſagiendi non verſari circa omnia ſigna acutorum morborum, ſed circa difficilia tantum, ea videlicet quæ non cuiuis nota eſſe poſſunt, vt vult Galen. libro 3. de Different. reſpirationis: dicens, Quæ enim iam morientibus fiunt, ea nullum magnum momentum in prænotionibus habent. Eſt autem bonorum medicorum opus, non quæ idiotis iam apparent, præſagire, ſed quæ ipſos latent, & quum nihil mali æger habere putetur, apparent. Sed tamen id non aduerſatur Hippocr. qui in hoc volumine ſigna quædam ſcribit, quæ ægrum iam moriturum oſtendunt, & non niſi in morti proximis apparent. Signa enim omnia tam facilia quàm difficilia cognitu animaduertere tenetur medicus. Verùm ſi artis ſuæ dignitatem atque excellentiam oſtentare voluerit, non aſſequetur nominis ſui gloriam ea præſagitione eorum quæ pendent ex ſignis facilimis cognitu, & quæ vulgaribus etiam nota ſunt, ſed ex aliis altioribus: veluti ſi ex ſignis prædixerit mortem futuram, quando apud vulgarium æſtimationem morbus leuis habebatur. Adde quod in allegata ſententia non omnino prohibet præſagia cognitu facilia, ſed ea eſſe non magni momenti libro primo de Morb. popul. parte tertia in principio, ſigna ferè omnia, ex quibus quidpiam licet prænoſcere, ſcribit dicens: Morbos agnoſcimus ex communi omnium natura, & cuiuſque propria edocti, ex morbo, ægro, ex oblatis & offerente. Ad facilius ſiquidem & difficilius ex his ex tota conſtitutione & cæleſtium ſingulari, & vnaquaque regione, & ex conſuetudine, & diæta, & ex vitæ inſtitutis, ſingoliſque ætatibus & ſermonibus, modiſque, & taciturnitate, & imaginationibus, & ſomnia, & vigiliis, & inſomniis, quibus & quando, vellicationibus, pruritibus, lachrymis ex acceſſionibus, deiectionibus vrinis, ſputis vomitibus: & quæ, ex quibus, in quos morborum ſucceſſiones, & qui abſceſſus in perniciosum, aut iudicatorium: ſudor, rigor, refrigeratio, tuſſis, ſternutamenta, ſingultus, ſpiritus, ructus, flatus, ſilentes, ſtrepentes, ſanguinis eruptiones, hæmorrhoides: ex his autem, quæ per hæc ſunt conſideranda, hæc Hippocrat. Galen. verò in Comment. inquit: Sunt hæc ſanè prognoſtica theoremata, quibus docet Hippocrat. vniuerſales ſcopos, à quibus prænotiones fieri oportet. Circa hæc ergo & ſimilia verſatur liber hic. Quòd tamen liber hic ſit Hippocr. legitimus, teſtatur Galen. lib. 3. de Morb. popul. parte 1. in Commentar. Hermocratis. Accedit ad hoc, quod Celſus loco allegato dixit, & quòd ſingulas lib. ſententias Galen. approbat.

Modus ſeruandus ad ferenda præſagia.

Ars prædicendi circa difficilia verſatur.

Signa omnia à quibus prædicimus.

HIPPOCRATIS COI LIBER PROGNOSTICORVM.

PRAEFATIO.

MEdium (mihi videtur) optimum eſſe prouidentiæ operam dare.

NOVVM videtur Hippocratem vti præfatione ad librum Prognoſticorum, quum id facere in aliis libris rarò aſſueuerit, Properans ſemper ad ea quæ in libris vtilia ſunt: vſu autem vrgente præfationibus vtitur, vt libro de Ratione victus in morbis acutis. Contra Gnidios procemio vtitur, tribus partibus diuiſo à Galen. vt ipſe Commentar. decimooctauo eiuſdem, poſtquàm duas alias procemij partes definiuit, inquit, Tertia autem procemij pars quam huc vſque percurrit, ad eam, quæ victũ morbis acutis præſcribit, ſpectat artem. Verùm ex hac præfatione dociles reddit animos lectorum, in magnos vſus profuturá artem prædicendi promittens, ſi medicus ei operam nauauerit. Confutat quoque eadem præfatione vſus pro partis ſuæ comprobatione, ac confirmatione, Methodicorũ opinionem, qui artem prædicendi futura, aut præſentia, & præterita, quæ ſenſibus occulta ſunt, ad vatem pertinere iudicabant, ſicuti & ſi quis ad Chiromantiam, aut Nicromantiam, aut Phyſiognomiam, aut Aſtrologiam iudiciariam idem referret. Præſens Hippoc. litera non eget longa expoſitione noſtra: ſatis enim exponitur à Galen. in præſenti, & longius infrà in longa præfationis enarratione, vbi ſingulas dictiones, quæ obſcuræ habentur in Hippocr. litera, patefacit lata oratione, prætermiſſis aliorum, qui diuerſimodè ſenſerunt opinionibus, quod etiam in meis expoſitionibus circa librum præſentem facere propoſui. Hoc ſiquidem proprium expoſitoris officium eſt, ſingula quæ in ſcriptura difficilia videntur patefacere, etiam ſi vera non ſint: quod de ſententiis Hippocr. minimè erit ſuſpicandum. Ne tamen quis ex ignaris, & barbaris, atque ineruditis medicis, & qui ſibi ipſis valde placent, aliquando aduerſus Hippocr. obſtrepat, ego ex abundanti ſi quas animaduertero quæſtiones Hippocrat. literam concernentes, eas agitabo, ac breui admodum diluam: quod etiam expoſitoribus ipſis conceſſum eſt, vbi cauſam eorum, quæ in auctoris litera continentur, claritatis maioris gratia reddere voluerint. Licet enim Galen. in longa huius præfationis enarratione, part. 6. dicat: Non enim ſimpliciter dicendum eſt per enarrationes quicquid nobis videatur verum, ſed quod ſit ſecundum ſenten-

Expoſitoris officium.

tiam

Digitized by Google

tiam ſcriptoris, quanquam fuerit falſum, longius tamen progredi licere voluit expoſitoris officium libro primo de Morb. popul. part. 2. Commentar. 56. dicens: Teuentibus memoria nobis quòd propriè vocata expoſitio, in obſcuris fiat dictionibus. Iam verò & ex interpretum conſuetudine cauſiloquia obſcurè dictorum per abuſum expoſitiones appellamus. Quod nos hoc loco vincentem conſuetudinem ſequuti facimus, nempe orationem quæ manifeſta eſt, nulláque indiget expoſitione, proferentes cauſas eorum quæ ab ipſa ſignificantur, apertè referre cogamur. Et in 1. Commentar. librorum de Morb. popul. inquit: Cùm interpretum officia duo ſint, & vt libri mentem ſeruent, & lecturos libri Commentarios commoda doceant, & reliqua. In præfatione etiam ad librum de Fracturis: Facultas expoſitionis eſt, quæcunque in libro obſcura ſunt, pateſacere: demonſtrare tamen quod verum eſt, aut redarguere quod falſum, vel ſophiſticis argumentis reſpondere, terminos expoſitionis excedit. Conſueuerunt tamen omnes, vt ita dixerim, commentarios ſcribentes, & per Iouem, nihil obeſt huiuſmodi modicè tangere: decertare autem ad extremum vſque de placitis ſcribentis, metas egreditur expoſitionis. Quod ego, etiam in hoc opera, conſuetudinem obſeruans (vt inquit Galen.) faciam. Noſtrum igitur officium aggreſſus, in hac ſcriptura duo vocabula obſcura habentur. Primum eſt, Prouidentia, Græcè πρόνοια, quæ eadem eſt & πρόγνωσις, id eſt, præcognitio, vt latius patebit in longa enarratione: ad quem locum multa ex hac præfatione remittere oportet, quum ibi à Galeno latè enarrentur, & ego aliàs decreuerim quantum licuerit, non repetere in expoſitionibus meis quæ à Galeno in Commentariis ſcripta ſunt. Significat autem πρόγνωσις cognitionem futurorum antea quàm ſint, aut præſentium, & præteritorum antequam ſenſibus ſubiiciantur. Dixi etiam, Operam dare, quoniam Græca litera habet ἐπιτηδεύειν. Et libro primo de morbis popularibus parte ſecunda, inquit, λέγειν τὰ προγινόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾶν ταῦτα, quod eſt, Dicere præterita, cognoſcere præſentia, prædicere futura, hæc exercere. Et Galen. in Commentar. inquit, ἐνταῦθα νῦν τὸ, μελετᾶν, ἀντὶ τοῦ ἀσκεῖν, εἶπεν. id eſt, Hoc in loco, μελετᾶν, pro, exercere, dixit modo, μελετᾶν, in illo loco circa præſentia, præterita, & futura, idem eſt, quod in præſenti loco prouidentiæ: ἐπιτηδεύειν, quod eſt, circa prouidentiam exerceri, & prouidentiæ operam dare. Admonet tamen Hippocrates tanquam optimum exerceri in prænotionibus: quoniam vſus, qui ab ipſo ſequentibus præfationis partibus ſcribuntur, non aſſequetur qui non fuerit exercitatus, & natura prudens. Hoc ſecundum etſi hominibus à natura datum ſit non parum circa id proficiunt, qui diligentia, ac cura, attentóque animo ſingula quæ ægrotantibus euenire ſolent proſpiciunt, antiquorum præceptis ad vnguem ſeruatis. Qui verò præter id quòd vecors eſt (quod æſtimatiuæ facultatis hebetudinem appello) laborem ac ſtudium in euoluendis Hippocr. & Galeni voluminibus detrectat, is venia dignus non eſt, nec nomen Medici meretur, tantum abeſt vt prognoſticorum doctrinam aſſequatur, aut ipſorum fructum carpat. Verùm in hac artis parte exerceri, ſine parte artis diagnoſtica, eſt omnino inutile: quoniam tota medicina in Practicam & Theoricam diuiſa eſt, quæ tota ſcientia appellari poteſt, & ſimiliter ars. ſcientia, quoniam habet plures habitus ad vnum ſcopum

Medicina practica & theorica.

dirigentes, qui acquiſiti ſunt demonſtratione propter quid, & à priori: aut demonſtratione quia eſt à poſteriori, ſiue ab effectu: ars quoque dici poteſt, quoniam in opus dirigit mediatè, aut immediatè, verùm ad librum artis medicinalis hæc magis ſpectant. Ad inceptum tamen redeundo, pars medicinæ Theoricæ, cuius theoremata non dirigũt immediatè in aliquod opus, diuiſa eſt in Diagnoſticam, & Prognoſticam. Diagnoſtica docet cognitionem elementorum, temperaturarum, humorum, ſpirituum, facultatum, & actionum, item ſingulorum membrorum, item rerum omnium non naturalium: vt cibi, potus, ſomni, vigiliæ, plenitudinis, inanitionis, motus, quietis, aëris, & animi affectionum: item rerum præter naturam, vt morbi cauſæ, & ſymptomatis. Hæc omnia partim ſignorum vicem habent, partim ſignis deprehenduntur: verùm horum ſpeculatio primum locum habet inter partes artis. Prædicere enim quidpiam, aut prægnoſcendum agnoſcere, vel ad curatiuam ſiue practicam accedere, ſine ſignorum notitia, quam nobis pars diagnoſtica accommodat, eſt omnino impoſſibile, aut inutile. Hanc ob rem Aëtius libro quinto capite ſecundo inquit, Propoſitum eſt autem nobis partem eam, quæ de ſignis ac notis morborum tractat, primùm exponere: nam citra hoc, vt prænoſcas, in quid deſinit morbus, fieri non poteſt, vt motus dietæ tibi probè ſuppetat, & præſertim in acutis, & citum periculum adducentibus morbis. Galen. ſimiliter libro primo de Ratione victus in acutis, Commentario tertio inquit, Curatio ſiquidem ob ſeipſam à medico exercetur: prænotio autem & dignotio propter curationem. Ex hac ſententia colliges ad partem artis curatiuam prognoſticam eſſe neceſſariam, ac meritò Hippocr. dixiſſe optimum eſſe, ei operam dare. Hinc etiam conſtabit, quòd cùm ad curandum neceſſum ſit prænoſcere ea quæ in morbis aut adſunt, aut aderunt & hæc non aſſequantur ſine notitia rerum naturalium, non naturalium & præter naturam: quod in arte medica primo loco diagnoſtica eſt addiſcenda, ſecundò prognoſtica, tertiò curatiua. Aliæ medicinæ partes ſcriptæ ſunt in lib. cui titulus eſt, Introductorius, ſeu Medicus, quæ ſunt quinque, nempe φυσιολογικὴ, id eſt, naturæ rerum contemplatio: αἰτιολογικὴ, id eſt, cauſarum notitia: ὑγιεινὴ, id eſt, quæ ſanitatem tuetur: σημειωτικὴ, id eſt, ſignorum ſcientia: θεραπευτικὴ, id eſt, curatiua. Verùm iſtæ omnes in tribus dictis continentur: nam naturæ contemplatio, & cauſarum notitia, in diagnoſtica continentur, quæ ſanitatem tuetur, & quæ morbis medetur, in curatiua includuntur. Signorum ſcientia partim pertinet ad diagnoſticam, partim ad prognoſticam: quatenus enim notitia ſignorum nos adducit in cognitionem ſanitatis, aut ægritudinis, aut ſuarum cauſarum, diagnoſtica eſt: quum tamen ex ſignorum notitia perducimur ad prænoſcendum aliquid, ad prognoſticam partem artis pertinet. Quòd igitur & tres ſint, & diagnoſtica omnium prima, conſtat ex Galeno ipſas in hunc modum referente libro primo de chirurgi officina. Commentario primo. Inquit enim, Meritò ergo Hippocrates iuſſit, vt morborum dignotiones, quas recentiores σημειώσεις, id eſt ſignificationes, ſeu notationes appellant, ex ſimilium ac diſſimilium conſideratione ſumamus, ante alia artis opera, quæ videlicet & præcognitione & curatione ſunt.

Diagnoſt.

Ordo partium artis.

GALENI COMMENTARIVS PRIMVS IN HIPPOC. PROGN.

Laurentio Laurentiano interprete.

PRo præſenſione dixiſſe prouidentiam perſpicuum eſt. Igitur infert, Præſentiens enim, & prædicens coram ægro. Cæterùm prætexuit operi præfationem vtpote neceſſariam (quanquam non admodum vtatur præfationibus) ob quoſdam medicos, vt par eſt, qui illius ſeculo extiterunt, & item nunc ſunt, ſeſe nominantes Methodicos, medicorum officium eſſe dicentes, aut præſentem conſeruare ſanitatem in bene valentibus, aut reuocare corruptam in ægrotantibus. Vaticinationis verò intereſſe prædicere futura. Itaque docet Hippocrat. ex præfatione quam vſui medicorum præſagia habeantur, oratione in tria capita diſtincta. Ægri enim parent propenſius ac medicus præſentiendo futura de longinquo obuiam it, & demum crimine vacat internecionis. Porrò voluit vt nihilominus ſalutis cauſa cenſeatur. Sed iam adiiciamus dictionibus ea quibus ſingula capita adſtruat.

ANNOTATIO IN GALENI Comment.

IN prima parte docet Hippocr. vſum fuiſſe hoc vocabulo, πρόνοια, id eſt prouidentia, loco iſtius, πρόγνωσις, id eſt, præcognitio. Græcè enim ſic habetur: ὅτι μὲν ἀντὶ τῆς προγνώσεως εἴρηκε τὴν πρόνοιαν, αὐτόθεν δῆλον, ἐπιφέρει γοῦν φησὶ, προγινώσκων γὰρ, καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι. quod eſt, Quod quidem pro præcognitione dixit prouidentiam, manifeſtum eſt, inferens igitur dicit, præcognoſcens enim, atque prædicens coram ægris.

Secta medicorum. SECVNDA pars incipit, *Cæterum prætexuit*, in qua cauſam reddit, quare Hippocrat. vtitur præfatione, licet id rarò efficere ſoleat, nempe ob confutandam opinionem Methodicorum illorum, qui volebant artem prognoſticã potius ad vatem quàm ad medicum pertinere. Tres fuiſſe ſectas medicorum conſtat ex Galen. lib. de ſectis: Empiricorum,

Empirici. Methodicorum, & Rationalium. Empirici non aliter quàm ſolo experimento conſtare medicinam voluerunt, quoniam experimento inuenerunt aliquid, nocumentum aut vtilitatem ægris, aut ſanis attuliſſe, nullius effectus cauſas inquirentes, hanc μνημονευτικὴν, quaſi memoratiuam appellabant, ob id quòd Empirici, & obſeruatores artem conſtare volebant ex his, quæ euidentia fuerant memoriæ mandata. Hæc tribus vijs fuit inchoata, aut fortuna, aut natura, aut imitatione. Natura, vt ſi ſponte aliqua euacuatio à corpore erumpat, aut tumor aliquis, quem iuuare aut nocere viderint. Caſu & fortuna, vt ſi quis vulneratus fuerit, aut percuſſus, ac inde ſanguis emanauerit, aut aqua bibita ſine medici præcepto, ſudauerit, aut venter ſolutus fuerit, aut integrè refrigeratus. Tertia via eſt imitatoria, vbi quod ipſi in quibuſdam viderunt, in alijs quoque fieri præcipiant, & ab hominibus in homines, & à membris in membra, & à medicamentis in medicamenta faciunt commutationem, indéque theo-

Methodici. remata colligunt. Quod igitur ipſi viderunt αὐτοψίαν appellant: quod ab alijs acceperunt, hiſtoriam. Secunda fuit Methodicorum ſecta, qui cauſarum notitiam nihil ad curationem conferre dicebant, ſed quædam vniuerſalia ſolummodo conſiderari præcipiebant: An videlicet morbus ſit adſtrictus, an fluens, an medius. Si igitur corpus adſtrictum eſſet, digerendum: ſi laxum ac fluidum, continendum: ſi medio modo, aliter occurrendum vehementiori malo, aut reſolutioni, aut compreſſioni obuiando. Negligunt autem tanquam inutilia ad curationem, cauſam, ætatem, tempus, regionem, vires ægri, naturam, habitum corporis, & conſuetudinem, diſſectionem quoque inutilem eſſe putabant, vt lib. 6. de Morb. cur. inquit Galen. Rationa- Rationales.

les verò ac dogmatici appellati, quorum princeps fuit Hippocrates, naturam omnem inſpici volunt ægrotantis, morbi, cauſæ, & eorum quæ eis accedunt, vt temporis, regionis, ætatis, temperaturæ hominis, ac patientis particulæ. Ex euidentibus verò procedit ad occultorum cognitionem: corpora item præcipit diſſecare, & conſtructuram corporum aduertere, itaque elementa, humores, temperaturas, facultates, membra, morborum ſpecies, cauſas, accidentia, regionem, & ſi quid in morbis fuerit diuinum. Dogmatici itaque, qui omnium horum notitiam ſpernunt, meritò exiſtimarunt nihil poſſe medicum de morbis prænoſcere: qui enim non docet aliud conſiderare quam adſtrictum, fluens, & mixtum, nullo modo poterit peruenire ad cognitionem eorum quæ futura ſunt in morbis, vt quod ad ſalutem, aut mortem finietur, aut citò, aut tardè, aut qua via, ſed vatis potius officium putabant. Hippocrat. verò qui ſigna omnia animaduertere præcipit, quæ diximus, ac ſignorum ipſorum vires, poterit quoque ſingula prænoſcere certiſſima quadam coniectura, atque ratione, vt in ſequentibus apparebit, multò quoque magis is qui in prædicendi arte ſe exercuerit. *Vaticinationis*, Græcè μάντεως δὲ τὸ προλέγειν τὸ γενησόμενον, id eſt, Vatis verò prædicere futurum, μάντις verò vocabulum, poſt alias acceptiones explicatur à Galen. libro primo de Ratione vict. acutorum Commentar. 16. dicente, nempe μάντεις vocantur & ἱεροσκόποι & οἰωνισταὶ: & qui appellantur χρησμολόγοι, & qui per coniecturas, & qui per victimas futura prædicunt.

IN TERTIA parte quæ incipit, *Itaque*, recenſet tria capita in quæ diuidit totam præfationem: nam ægri propenſius parent, & medicus malis obuiam it, & mortis ægri crimine vacabit. *Porro voluit.* Βούλεται δ' οὐδὲν ἧττον, ὑπάρχειν αὐτῷ τοῦτο, τὸ καὶ τῆς ὑγιείας αἴτιον νομίζεσθαι. quod eſt, Vult autem nihilominus ei conducere, quàm vt ſalutis cauſa cenſeatur. Mens verò Galeni quam Laurentianus ignorauit, eſt, Hippocrat. voluiſſe tanti facere prædictionem, quanti curationem, ad medicorum æſtimationem, ad quam nihil minus facere videtur prædicere mortem, quàm vt exiſtimetur ab hominibus ſalutis cauſa, licet ægro non parem afferant vtilitatem.

PRAEFATIO.

PRænoſcens enim atque prædicens coram ægris præſentia, præterita, & futura, & quæcunque prætermittunt ægrotantes exponens, credetur magis cognoſcere quæ ad ægrotantes attinent: quare audebunt homines ſeipſos medico committere.

Singularem quandam vtilitatem medico ſequuturam promittit Hippoc. in hoc cap. r. Præfationis, ſi præcognoſcens primò, deinde prædixerit præſentia, præterita, & futura, & quæcunque æger prætermiſerit, nempe quòd credetur cognoſcere quæ attinent ad ægrotantem: inde quoque æger audebit ſeipſum

ſeipſum committere medico, inde etiam alia vtilitas maxima ſequetur in ſalutem ægri: quoniam vbi ſeipſum medico committat, facilius à morbo liberabitur. Medicus itaque duo faciens credetur agnoſcere ægritudinem, & quæ attinent ad ipſam, nempe prædicere præſentia, præterita, & quæ æger prætermiſit. Hæc tamen in prima parte prædictionis continentur, hoc eſt, in prædictione præſentium & præteritorum. Exempli gratia, ſi medicus prædixerit ægro, antequam ab ipſo audiat, ipſum potaſſe frigidam aquam multam præterita nocte, aut fluxum ventris paſſum fuiſſe. Hippoc. ergo non addidit hæc tanquam alia à præſentibus & præteritis, ſed tanquam inter alia digniora, & quæ magis ægrum ducere poſſunt in admirationem omnibus aliis quæ prædicere poteſt medicus. Quũ enim talia ab ægro cognita iam eſſent, (de eis namque intelligenda eſt litera Hippocr. non de his quæ ab ægro nullatenus cognoſcuntur, vt vult Galen. in Comm.) reticuerit autem ipſa, aut oblitus eorum, aut quoniam ad ſuæ ægritudinis curationem nihil conferre exiſtimet, aut quoniam ex induſtria cupit medici ſapientiam experiri, ſi interim ipſo tacente medicus tale quidpiam in medium protulerit, meritò admirabilis ac fidus medicus erit, cui ſeipſum concredere non cunctabitur æger. Cognoſcere enim ſe oſtendit ea quæ attinent ad ægrum. Vnde quoque facilè fiet, vt obediens medico breui ſanitatem aſſequatur. Licet hic Hippoc. laudet artem prædicendi ob id, quòd medicus prædicat cauſas procatarcticas, aut accidentia euidentia, quæ præceſſerunt, aut adſunt, ipſe tamen ea prædicere non docet: ſed tantùm futura, vt longa enarratione Galen. vult, part. 5. ad finem, dicens: Quod enim cenſuit Hippocr. exercere medicum, quantum in hæc agitur, omiſit, nequaquam indicans quo pacto conueniat præterita, aut præſentia non perſpecta ſenſibus à nobis præноſci. Quod ipſe obſeruauit in progn. 4. huius libri, dicens: Interrogare oportet vigilaueritne homo, vel ventris excrementa vehementer humida fuerint, vel fuerit fame correptus. Galen. tamen in eodem Comment. prædicere docet, part. 6. Ratio tamen quare hæc prætermiſerit Hippocr. eſt, quoniam cognitio præteritorum non confert ægrotanti, ſed tantummodo medico volenti oſtendere artem ſuam. Prædicere verò præſentia, potius ad partem artis diagnoſticam attinet, quàm ad prognoſticam, vt Gal. Comm. 1. huius libri dixit. Sed præſentium cognitione proprio & ſuo nomine Dignotionem nominare conſueuimus, Galen. verò Comment. 4. huius lib. docet ex pulſu quædam ex præteritis prædicere, verùm Hippocrat. eam viam prædicendi non eſt aſſequutus in libris ſuis, quia nullam habuit de pulſibus mentionem. Dixi quæ ad ægrotantes attinent, hoc eſt, quæcunque morbũ concernunt, & quæ ad ægrotantes, qua ægrotant, pertinere videntur. Græcè enim habetur τὰ τῶν νοσούντων πράγματα. & Galen. eam partem explicans inquit, τουτέστιν, ὁποῖα ποτὲ τούτοις, ἡ κατασκευὴ, τοῦ νοσήματος ὑπάρχει. quod eſt, hoc eſt, qualiſnam morbi apparatus eis inſit. Eadem verò ſunt quæ ad ægrotantem attinent cum morbi apparatu.

Æger quando non omnia narrat.

Cognitio præteritorum ægro inutilis.

GALENI COMMENTARIVS.

Primum caput hac adſtruit oratione, dicens audere homines magis ſe concredere manibus medicorum, quoties prædictiones haudquaquam intercidant. Ita enim efficitur vt æger facilè exiſtimet medicum agnoſcere conditionem ægri, id eſt quanam ſit natura morbi. Atque ad hunc modum ſequela texitur demonſtrationis: Ex prædictione exiſtimat æger medicum agnoſcere naturam ægrotationis, ſe exhibet obſequentiorem: ac demum ſe exhibens obſequentiorem, morbo facilius vindicatur. Quæque infirmi omittunt. Infirmi omittunt non quæ nullo pacto agnoſcunt: quemadmodum nonnulli interpretes inſcitè prodiderunt, ſedes in profundo corporis perpeſſas, aut cauſas, & item affectiones earum: ſed ex cauſis procatarcticas nomine, id eſt progreſſas: ex accidentibus autem, ea quæ euidentia circa corpus ſunt, ac ſenſibus vſurpantur, verbi gratia, in pulmonia, maxilla rubicunda: nam quædam horum, infirmi dicere refugiunt. Ergo quæcunque talia per enarrationem infirmi nequaquam dixerunt, ſimul atque audierint à medicis relata, ea optima ratione demirantur. Cæterum quonam modo id fieri conueniat, procedente ſermone docebo.

ANNOTATIO IN GALENI Comment.

In prima parte vtilitatem illam exponit, quæ ex prædictionibus ſequi ſolet, vbi ipſæ non fallant: quoniam credet æger medicum morbi ſui apparatum cognoſcere, & ipſius naturam: & qui credit medicum morbi ſui naturam agnoſcere, propenſius paret, & medicus propenſius parentes facilius curat. Vtile igitur eſt prædicere ægro, & medico. *Quoties prædictiones.* Græcè διὰ τὴν τῆς προρρήσεως ἐπιτυχίαν. ἕπεται γὰρ ταύτῃ, τὸ πιστεύεσθαι γινώσκειν τὸν ἰατρὸν ἀκριβῶς ἅπαντα τῶν νοσούντων τὰ πράγματα, τουτέστιν ὁποῖα ποτὲ τούτοις ἡ κατασκευὴ τοῦ νοσήματος ὑπάρχει. Hoc eſt, Propterea quòd in prædicendo finem eſt aſſequutus: ad id enim ſequitur vt credat medicum exactè cognoſcere omnia quæ ad ægrotantem attinent, hoc eſt, qualiſnam morbi apparatus eis inſit. *Ex prædictione.* Græcè, ὁ ἰατρὸς ἐξ ὧν προλέγει, πιστεύεται γινώσκειν τὴν φύσιν τοῦ νοσήματος. εὐπειθεστέρους ἔχει τοὺς κάμνοντας. ὁ τοὺς κάμνοντας εὐπειθεστέρους ἔχων μᾶλλον ἰᾶται τὰς νόσους. Quod eſt. Medicus ex his quæ prædicit, creditur agnoſcere morbi naturam, & quoniam creditur agnoſcere morbi naturam, obſequentiores habet ægrotantes, qui obſequentiores habet ægrotantes, magis curat morbos.

In ſecunda parte quæ incipit, *Quæque infirmi*, docet quæ ſunt illa quæ prædicere debet medicus vbi fuerint ab ægro prætermiſſa: non enim prædicere vult medicum ſedes affectas in profundo corpore, licet eas dicere prætermittat æger, neque cauſas earum affectionum, ſed cauſas manifeſtas, præincipientes, & accidentia euidentia. Non enim prætermittit æger quæ nullatenus agnoſcit, vt internas affectiones: neque eas prædicens medicus admirationi erit ægro, veluti ſi dixerit, tu laboras iecoris inflammatione, aut vaſorum plenitudine, aut malorum ſuccorum abundantia: bene tamen ſi dixerit, tu paſſus es profluuium ventris, aut angeris, aut triſtaris, aut amore correptus es. *Quæque infirmi omittunt.* adde, Enarrans. Græcè enim habetur ἐνδιηγούμενος. Inſcitè abundat. *Ac ſenſibus vſurpantur. Verbi gratia in pulmonia, maxilla rubicunda, nam quædam horum infirmi dicere refugiunt.* Abundat tota hæc pars, præter id quod in ſe nihil habet verum aut Galen. dignum. Nam etſi verum ſit maxillarum rubedinem eſſe ſignum pulmoniæ, æger tamen neque id conſpicit, neque conſpectum fortè in ſpeculo dicere refugeret: neque etiã ad artem prædicendi pertinet dicere quæ à vulgaribus omnibus deprehenduntur, non aliter quàm ab ipſo medico. Quòd ſi vellet, ex maxillarum rubedine dicere pulmonis affectum, non eſt ad propoſitum: eſt enim pulmo ſedes occulta in corporis profundo & modo non loquitur de huiuſmodi prædictionibus, vt dixit, *Talia*, Græcè τούτων ex his. *Procedente ſermone.* Comment. 4. libri.

Prætermiſſa prædicenda.

Error tranſlatoris.

CAP. II. PRAEFATIONIS.

CVrationem autem optimè molietur præuidens futura ex præſentibus paſſionibus: omnes namque languidos ſanare impoſſibile eſt: hoc enim melius eſſet quàm euentura prænoſcere.

In hoc ſecundo cap. præfationis ſecundam ſeribit vtilitatem quæ ſequitur ad artem prænoſcendi: hæc autem eſt, quòd medicus prænoſcens quæ futura ſunt in morbis vbi malum aliquod ſequutum intellexerit, arte præuenier, aut ipſum omnino euitans, aut eius prohibens magnitudinem. Addit etiã rationem eius quod dixit in hac 1. part. 2. cap. dicens: Namque omnes languidos impoſſibile eſt ſanare: dixerat enim medicum prudentem optimè moliturum curationem, non ipſum ſanaturum omnem morbum, quooiam id impoſſibile eſt. Satis igitur factum eſſe putandum eſt, ſi curationem optima via moliatur. Hæc ſecunda vtilitas ſimul cum priore in commodum ægrotantis vergunt: verùm primam non aſſequitur, niſi æger mente conſtiterit. Maior enim pars totius vtilitatis ex ægrotantis conſenſu pendet: qui cognita medici ſapientia, ſe obſequentiſſimum præſtat, ac confidentem, & ſperantem: confidentia verò & ſpes de ſalute non parum mouent corpus & animum ad ſanitatem: obedientia verò maximè medico adſtipulatur, ſernat quoque Hippocrat. præceptum, vbi dixit: Oportet autem non ſolùm ſeipſum præbere facientem quæ oportet, ſed ægrotantem: hinc ſequitur primum caput, Egere non tantùm prænotione, ſed & prædictione: præſens verò ſola eget prænotione. Tota enim ex mente medici pendet, à qua hæc ſecunda vtilitas in totum procedit: ægro omnino huius rei ignaro, & adhuc ipſo delitante. Inſeruit itaque quàm maximè ars prænoſcendi ad partem artis curatiuã, quæ in ſe prophylacticen comprehendit. Quum enim medicus prænouerit aliquem æſtatis tempore ægrotaturum, ei vere ineunte aut ſanguinem mittet, aut ventrem purgabit. Sic vbi ex vrina alba ac perſpicua in febre acuta intellexerit futuram phrenitidem, optimè molietur curationem, præuidens ne phrenitis eueniat, aut malum non ſit adeò graue. Quòd ſi ars prænoſcendi adeò vtilis eſt, quoſdam morbos omnino prohibere, quoſdam verò hebetare ac reprimere eius cauſa medicus poſſit, meritò amplexanda eſt, tanquam neceſſaria: & medici eius ignari arcendi forent ab ægrorum curatione, quam exerceot læſo animo à corrupta conſcientia.

Ars prænoſcendi ad curationem neceſſaria.

GALENI COMMENTARIVS.

Secundam præſentionis vtilitatem hoc loco perſequitur. Etenim vbi medicus agnoſcit exquiſita ratione affectionem ægri: quoſdam prohibebit affectus qui per eam infeſtare aſſolent: quorundam prohibebit magnitudinem: omnibus verò in commune rectè proſpiciet & precauebit, quemadmodum bonus gubernator per futuram tempeſtatem.

ANNOTATIO IN GALENI Comment.

Hic Commentarius ob eius facilitatem non eget annotatione, præterquam vbi habetur, *Quoſdam prohibebit affectus, qui per eam infeſtare aſſolent*. Græcè ἔνια μὲν κωλύσει τῶν εἰωθότων αὐτῇ παθημάτων ἀκολουθεῖν, Quod eſt, quaſdam enim paſſiones prohibebit, earum quæ ad ipſum ſequi ſolent. Conſtat autem non parum differre, paſſiones cum aliquo morbo infeſtare, aut ad ipſum ſequi.

CAP. III. PRAEFATIONIS.

QVum autem homines moriantur ex vi morbi, alij antequam medicum vocent, alij verò adhuc accito ſtatim deficiant: hi quidem diem vnum viuentes, illi verò paulò plus temporis: antequam medicus arte repugnet aduerſus vnumquemque morbum, oportet quidem cognoſcere talium paſſionum naturas, quantum ſuperent corporum facultatem: pariter etiam, & ſi quid diuinum in morbis ineſt, eius etiam addiſcere prouidentiam. Sic enim meritò admirabilis ac bonus medicus erit. Etenim quos ſeruare poſſibile fuerit, hos poterit rectius cuſtodire, ex longiori tempore præmeditatus circa ſingula. Et morituros ac ſaluandos præcognoſcens, atque prænuncians, vacabit crimine.

Ad confirmationem duarum vtilitatum prædictarum, proponit quoddam experientia probatum, ad quod duo alia neceſſariò ſequuntur. Et inde concludit præter duas prædictas vtilitates aliam tertiã. Præſupponitur itaque ex ægrotantibus multos mori medico non vocato, & quoſdam ipſo accito, verùm paulò pòſt, ita vt medicus non poſſit arte vti aduerſus morbum. Tanta enim eſt morbi vis, vt quàm citiſſimè hominem arripiat, hinc ſequuntur duo: primùm quòd opus eſt medico noſſe morborum ipſorum naturam quanta ſit ſupra vires ægri. Secundum, quòd ſi quidpiam diuinum morbis inſit, id teneatur addiſcere. Suppoſitum Hippocr. ad id ſeruiet, vt non tantùm medicus intelligat artem ſuam non omnibus poſſe proficere, ſed & popularibus notum ſit quàm plurimos ſine medico mori, & alios non ſperantes artis beneficium. Medicus itaque cognoſcens quoſdam ſic mori, vt diximus, tenetur id prædicere: quod tamen non aſſequetur, niſi morbi magnitudinem & virium robur perpenderit ac nouerit quantum in huiuſmodi ægris morbus ſuperet vires: ſimiliter & ſi quid diuinum inſit in morbis, id eſt, ſiquam habeat morbus ex aëre dependentiam. Hæc ergo cognoſcere tenetur, ſi rectè prænoſcere cupit futurum morborum ipſorum exitum. Qui namque rectè explorauit vires morbi ac vires ægri, mortem, modum mortis, & horam mortis prædicere poterit. Ad quod non parum confert aëris nos ambientis notitia. Quibus in animo habitis, tanquam ad prænoſcendum neceſſariis, vbi aliquid eorum, quæ futura ſunt, prædixerit, duæ præfatæ ſequuntur vtilitates, & alia tertia, quæ in præſenti loco ſuperadditur. Admirabilis namque reddetur medicus: admiratur enim vulgus hominem medicum futura dicentem. Rurſus talia præcognoſcens, ex longo tempore poterit circa futura mala machinari remedia, quæ aut ipſa, aut eorum magnitudinem deuitent. Tertium etiam ſequitur, quod circa morituros futurum prænuncians vacabit crimine: nihil enim medico imputabitur, vbi ipſe præcognoſcens mortem, ipſam futuram prænunciauerit familiaribus, & aſſiſtentibus. Has tres vtilitates artis prædicendi percurrit Gal. lib. de Conſtitut. artis medicæ, dicens: ἡ μὲν γὰρ πρόγνωσις ἀναίτιον τὸν ἰατρὸν ἀποφαίνει τῶν θανάτων, εὐπραθεῖς τὲ παρέχει τοὺς κάμνοντας, ἐκ πολλοῦ τε προδιδάσκει τὴν χρείαν τῶν βοηθημάτων. Quod eſt, Prænotio namque medicum oſtendit vacare culpa, ac præbet

Artis prædicendi tres vtilitates.

Digitized by Google

bet ægros obſequentes, atque multò ante docet auxiliorum opportunitatem: verumtamen etſi ex prædictiona hæ ſequantur vtilitates, quæ ab Hippocr. dictæ ſũt, imperiti & minimè exercitati medici non ſine magno dedecora id aſſequi tentabunt. Qui ergo in lib. de Criſibus, & lib. Prognoſticorum non fuerit probè exercitatus, neque in lib. de Locis paſſis ſatis eruditus, aut omnino abſtineat à prædictionibus, aut cautè admodum loquatur, vbi ſæpè de morbo & de ægro interrogatus reſpondere cogatur, aut differens prædictionem in ſequentem diem, aut in aliquem ex decretoriis, & tandem cum quibuſdam additis ſentẽtiam ſuam proferens dicat, Sanabitur, niſi in aliquo erratum fuerit, aut ab ipſo, aut à miniſtris: & ſi moriturum exiſtimat, referat ipſum moriturum, niſi interim notas alias meliores præbuerit. Quiſquis verò de ſe bene ſenſerit in prędictis ſufficienter exercitatus, ac natura prudens, liberè admodum poterit futura prænuntiare. Quæ enim ex regulis Hippoc. in hoc libro fiunt prænuntiationes, nunquam fallunt, etſi aliquando (rarò tamen) medicum aberrare in ipſis cõtingat: quoniam non ſatis nouit omnia quæ ad ægrotãtem attinent, aut non admodum attentè ſingula ſigna ac ipſorum vires perpendit. Neque hoc quidpiam detrahit à dignitate artis, vt inquit Galen. lib. 3. Comment. 41. Nunquam enim aberrare plus eſt quàm pro captu hominis, quàm minimè verò ſolius artificis. Idem etiam vult in longa enarratione, & lib. 4. de Ratione vict. in morb. acutis, Comment. 59. vbi vult prædictiones magna ex parte veras eſſe debere, ex medicis autem tantum vnuſquiſque erit altero admiratione dignior, quantò eius prædictiones minus fallant, prædictionibus alterius. Hippoc. item lib. 6. de morb. pop. part. ſecunda, conſiderare præcipit œconomiam ægri. Si namque homo meticuloſus eſt, cogimur ei adhuc in lethalibus morbis ſalutẽ promittere, verùm aſſiſtentibus veritas eſt detegenda: ſi tamẽ morbus ſalubris fuerit, poterit ſalutem prædicere, niſi morbum fallacem eſſe intellexerit. Qui enim (inquit Gal.) in morbis fallacibus ægros plus iuſto alacriores reddunt, triſtitiam ſequentibus aceruant, ipſis cumulatiorem, cùm ſcilicet morbus videatur vel diuturnior, vel deterior præter medicorum promiſſiones. Sunt prætetea plerique homines qui perinde atque abſque periculo ægrotent confidentes medicis non valde obediunt.

Rarò aberrare nihil detrahit à dignitate artis.

Nota.

Celſus arti prædicendi fauet.

Celſus item lib. 2. cap. 6. artem prædicendi tutatur ab his, qui immeritò ipſam accuſant, quòd nunquam fallat, dicens, illud interrogari me poſſe ab aliquo ſcio, ſi certa futuræ mortis indicia ſunt. Quomodo interdum deſerti à medicis cõualeſcant, quoſdámque fama prodierit in ipſis funeribus reuixiſſe, quinetiam vir iure magni nominis Democritus ne finitæ quidem vitæ ſatis certas notas propoſuit, quibus medici credidiſſent, adeò illud non relinquit, vt certa aliqua ſigna futuræ mortis eſſent, aduerſus quos ne dicam illud quidem quod in vicino ſæpe quædam notæ poſitæ non bonos, ſed imperitos medicos decipiunt, quod Aſclepiades funeri obuius intellexerit quendam viuere qui efferebatur, ne protinus crimen artis eſſet, ſi quod profeſſoris ſit. Illa tamen moderatius ſubiiciam, coniecturalem artem eſſe medicinã, rationémque coniecturæ talem eſſe, vt quum ſæpius aliquando reſponderit, interdum tamen fallat nos. Si quid itaque vix in milleſimo corpore aliquando decipit, id notam non habet, quum per innumerabiles homines reſpondeat, idque non in his tantùm quæ peſtifera ſunt dico; ſed in his quæ ſalutaria: ſiquidem etiam ſpes interdum fruſtratur, & moritur aliquis, de quo medicus ſecurus primò fuit, quæque medendi cauſa reperta ſunt, nonnunquam in peius aliquid conuertunt: neque id euitare humana imbecillitas in tanta varietate corporum poteſt: ſed eſt tamen medicinæ fides, quæ multa ſæpius perque multò plures ægros prodeſt. Neque tamen ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas eſſe, & ſalutis & mortis. Hanc ſententiam longiorem ad hunc locum tranſtuli, quoniam in fauorem medicorum, qui artem prædicendi exercent, tota ſcripta eſt, qua ſolus Galen. videtur non egere, qui lib. 1. de morb. popul. part. 3. Comment. 17. inquit. Vt autem cum Deo loquar, nunquam in aliqua prędictione fuimus fraudati, quod etiam lib. 1. de Diebus decretoriis de ſe retulit, vbi medicum admonuit ſigna prius debere integrè cognoſcere antequam quidpiam prædicat, etiã ſi à vulgaribus inſtanter expetantur prædictiones. Vult enim vulgus prædictiones tam certas eſſe, quantum à vatibus non expetuntur, quo tempore melius eſſe inquit tacere quàm pronuntiantem falli. Intellectis autem primò notis omnibus, tutò prædicere licebit. Ego ſanè (inquit) ex tali ſecuritate motus nunquam me in longo tempore erraſſe noui, etſi in primo ſtatim febris initio ſubinde de tota ipſius natura pronuntiauerim. Duo itaque, vt ad inſtitutum redeamus, præcipit Hippocr. addiſcere ad has tres vtilitates cõſequendas, morbi magnitudinem ad vires facta comparatione, quam ipſe per totum librum per ſigna cognoſcere docet, & diuinum contemplari, quòd ipſe θεῖον appellauit. Quid autem ſit iſtud diuinum, ſatis monſtrat Gal. in ſequenti longa enarratione, vbi aërem nos ambientem eſſe explicat, atque contra diuerſas medicorum opiniones probat. Et meritò quidem aërem nos ambientem diuinum appellauit, quoniam vulgus aërem qui vſque ad nubes eſt, cœlum appellat, & ipſe 1. de morb. pop. in ſecunda aëris cõſtitutione, eodem vſus eſt vocabulo. Cœlum autem appellare diuinum, non eſt præter rationem. Inquit itaque loco citato, ϗ ὑετώδης λαιλαπώδης, ϗ ἐπινέφελος, id eſt, Cœlum procelloſum ac nubilum. Et Galenus in Comment. inquit, Cœlum ex vulgi conſuetudine, qui ſupra nos eſt, aërem, ad nubiũ vſque regionem, de quo tamen Hippocr. in præſenti volumine non egit, præterquam breui commendans eius conſiderationem, lib. 3. Prognoſt. 38. vbi dixit: Oportet autem impetus morborum populariter graſſantium conſiderare, & non latere temporis conſtitutionem. Nonnulli exiſtimarunt Hippocratem nullam doctrinã de ambiente ſcripſiſſe in hoc lib. quoniam non confert eius cognitio ad prædicenda quæ futura ſunt in morbis acutis, ſed falluntur. Ratio enim apud Galen. in longa enarratione ſequenti eſt, ne liber ad magnam perueniret magnitudinem, & quoniam in lib. de morb. pop. multa ſcripſit, item 3. Aphoriſmorum ſectione, & libro de Humana natura, & lib. de aëre, aquis, & regionibus: ad morbos namque futuros ſeruiunt Aphoriſmi, ab vndecimo in decimumquartum tertiæ ſectionis, ad præſentes verò Aphor. 25. ſecundæ ſectionis. Aëſtiuæ quartanæ breues ſunt, autumnales verò longæ, & maximè quæ hyemem attingunt, quia Aphoriſ. non tantùm longis, ſed & breuibus morbis accõmodatur. Nam Galen. in eius Comment. inquit, Aëſtiuæ quartanæ non tantùm breues ſunt, ſed & aliæ ægritudines. Præterea lib. 3. Comment. 38. duo exempla ſcripſit, ex quibus conſtat aëris ambientis notitiam conducere ad ſudorem, aut fluxum ſanguinis narium futurum in aliquo ex acutis morbis præſagiendum:

Galen. nunquam errauit in prædicendo.

Aër ambiens cœlum appellatur.

in præſenti item loco tanquam rem vtilem ad artem prædicendi in morb. acutis, de quibus eſt liber aëris ambientis nos, notitiam commendauit.

GALENI COMMENT.

Hoc ſermone, ad duo de prædictis capita in præſentiendo vtilitatis præterea adſtruens adiecit tertium: inſontem abolitionis crimine fore medicum dicens, quoties conualituros aut morituros ægros prænuntiet. Igitur adoleſcentem medicus quidam nuper incipientem ſudare ratione accidentis, dimiſit in balneum tum autem ſudoris copia effluente medicus gauiſus eſt, tanquam ſcrutatus eſſet exquiſitè tempus. paulo poſt intermortuus æger magna neceſſariorum indignatione eſt. Hactenus fecimus præfationis enarrationem luce illuſtriorem, præterquam verbum diuinum, breuiſſimis, quod inquam enarrationis genus congruit iis qui periti ſunt circa principia, ſtudentibus vtilitati commentariorum. Inſuetis verò dictionibus autor, aliis ſequela in orationibus ignaris, aut vtiliſſima contemnentibus, diuerſantibus etiamnum in cauillis & argutiolis orationum, alius enarrationis modus proprius eſt, longioribus claudens, quem præterire omnem licebit vtilitati ſtudentibus: in medio relinquentibus librum, dum ad eam veniamus dictionem, cuius tale eſt initium: Conſiderare conuenit hunc in modum per morbos acutos.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte refert Galen. Hippocr. addere tertium caput prædictis duobus, nempe quòd medicus morituros prænuntians vacat crimine, & ſcribit exemplum quoddam ad oſtendendam vtilitatem hanc. Quidam enim medicus hominem incipientem ſudare cum animi deliquio in balneum miſit, & ſudoris copia effluente mortuus eſt, accuſabatúrque à familiaribus de mortis crimine (ratione accidentis) Græcè *συγκοπτικῶς*, id eſt, cum ſyncope & animi deliquio, qui ſudor iudicatoriis contrarius eſt, vt Galen. 3. de Cauſis ſymptomatum dixit de ſudoribus. Dictum eſt, *ὡς διαλυομένης γίνονται τῆς ἕξεως, καὶ καλεῖται τὸ πάθημα συγκοπὴ, τούτῳ δὲ ἐναντία κατάστασίς ἐστιν ἡ ἐν τοῖς κρισίμοις ἱδρῶσι ἐῤῥωμένην ἐνδεικνυμένων οὐ διαλυομένην τὴν φύσιν.* Id eſt, Quòd reſoluto habitu fiunt, & appellatur paſſio ſyncope. Contrarius huic ſtatus eſt in iudiciariis ſudoribus oſtendentibus non diſſolutam, ſed robuſtam facultatem. Non tantum ergo quòd ſymptomaticè, id eſt, in ratione accidentis factus erat ſudor, vt legit Laurentianus, ſed quòd cum animi deliquio, intelligere oportet. Præterea Aëtius libr. 5. cap. 101. ſyncopem diſtinguit ab animi deliquio, & cum ſyncope ſudorem coniungi dicit, qui ſyncopticus appellatur. *Paulò pòſt.* Græcè, *μικρὸν δὲ ὕστερον ἀποθανόντος, πρὸς τῶν οἰκείων ὡς αὐτὸς ἀποκτείνας ἐνεκαλεῖτο.* Id eſt, Paulò pòſt autem mortuo, accuſabatur à familiaribus ipſe tanquam occiſor. *Luce illuſtriorem,* abundat, *Breuiſſimis.* Græcè, *διὰ βραχυλάτων τῶν εἶδος ἐξηγήσεως λόγων ἁρμόττει τοῖς πεπαιδευμένοις μὲν τὰ πρῶτα σπεύδουσι δὲ ἐπὶ τὸ χρήσιμον τοῦ βιβλίου.* quæ litera ſic legi debet, *διὰ βραχυλάτων λόγων*, & reliqua, quod ſic vertendum: Breuiſſimis ſermonibus, quæ enarrationis ſpecies congruit eruditis circa principia, feſtinantibus verò ad id quod in libro vtile eſt. *Quem præterire.* Græcè, *ὃν ὑπερβαίνειν ὅλον ἔξεστι, τοῖς ἐπὶ τὸ χρήσιμον σπεύδουσιν ἐπιλήξασι τὸ μεταξὺ τοῦ βιβλίου*, quod eſt, Quem totum prætermittere licet eis qui nihil ad id quod vtile eſt properant, relinquentibus quod ad librum vſque continetur.

LONGIOR PRÆFATIONIS GALENI ENARRATIO.

*Non ſecundum communem autorum conſuetudinem videtur Hippocrates vſurpaſſe Prouidentiæ nomen. Etenim curam & diligentiam ita appellant: quemadmodum Euripides indicauit dicens, Hæc * moriens tamen multum prouidit vt honeſtè caderet. Quinetiam verbum prouidere, per omnes modos infinitum multitudine eſt iuxta autorum intellectum, pro eo quod eſt curam gerere cuiuſdam rei, & præparare vtilia. Præterea prouidentia mundum gubernari, vulgata alioqui apud philoſophos & trita quæſtio, eam ipſam indicat ſignificationem. At verò Hippocrates non ita: ſed de præſenſione prouidentiam dixit. Mihi verò videtur non ſimpliciter, ſed à communi quadam ſignificatione ſecundum vtrámque appellationem. Quòd enim videantur quædam antequam fiant, prauidere apud Homerum, & item prauidentia vocabulum factum eſt, & ab ea ipſa præſentire & item præſenſio. Quocirca quidquid natura ſenſibile ratiocinatione perueſtigamus, antequam intueamur, prauidere hoc merito dicimus: indicantes verbo vt talia videamus antequam fiant, & ob eam rem, quæ geruntur, ſi fiant, derepente, contra arbitrium & cogitationem: ſi conſulto, cum prouidentia fieri dicimus, id quod Solonis quoque eſt proditum, hunc in modum: Interſtinguant perpendantque iudices Areopagitæ conuenter, num cædes, vulnus, incendium prouidentia commiſſum ſit, & item medicamentum ſi quis adhibens interemit. Quinetiam rhetores antiquiores ſæpenumero talia verba & nomina vſurpant: in quibus quæ prouidentia geruntur deducuntur aduerſus ea quæ ſine vlla conſultatione & deliberatione contingunt. verbi gratia, ſi quis inuitus alterum oblæſit, aut ſi percuſſit ebriatus, haudquaquam prouidentia extitiſſe dicunt. Sed ſi quis multo cogitauit ante aliquid tale committere: & conſiderauit quo pacto, prouidentia id commiſſum volunt. Id ergo commune ſignificatur apud autores de prouidentiæ vocabulo, bonarúmque & malarum geſtionum: nec vt quidam exiſtimant de bonis tantummodo dici aſſolet. Etenim ea ipſa quæſtio, vtrum fortuna quadam regatur mundus, an prouidentia: de communi ſignificatione relata eſt: quomodo ex oppoſito fortuna dilucet. Porrò quidam non fortunam, ſed caſum aduerſum prouidentem diuidunt, idipſum vtraque appellatione ſignificantes. Quinetiam ſæpenumero dicitur à philoſophis mundum prouidentia gubernari, melioris appellationem adiicientibus, & item optimi: propterea quòd prouidentia vocabulum, meliores deterioréſque notæ promiſcuum faciant. Atqui videtur vt prouidentia ex aduerſum dicta fortunæ, non ita dicatur ex ſignificatione communi. Ita enim vocata prouidentia, bonarum functionum tantummodo nominatur. Vniuerſi enim prouidentia, haudquaquam eſt functionum malarum. Si igitur prouidentia ſecundum hanc communem ſignificationem dicta eſt: conſtat vt ita appelletur ea ratione, quòd aliquid antea fiat quam videatur. Pari modo præſenſionis vocabulum factum eſt. Si enim quæ ſenſibus ſuapte vi & natura vſurpantur, quibuſdam perueſtigamus indiciis: meritò talia dicimus prauidere, perinde quaſi videantur antequam fiant. Ita efficitur vt rerum per quæ tria accidant tempora, præſenſio cenſeatur. Vates enim nihilominus demirandus eſt, qui tanquam præſentia dicat præterita, quæ non vidit ipſe, quam qui futura prænuntiet. Pari ratione, qui ea quæ nunc geruntur quidem, antequam videat: nihilominus quam ille bonus vates eſt. Id igitur Hippocrates indicauit dicens, Præſentiens & prædicens coram ægro præſentia, præterita, & futura. Euiſdem ergo facultatis intereſt, præterita quæ non viderit, dicere vt extiterint: & item præſentia, atque etiam poſt futura. Vſu verò inter ſe admodum diſſident, futurorum enim præſenſio vtiliſſima*

eſt præ

* Idem repetit Ouid. de Polixena ſacrificada lib. 13. Met.

eſt : præteritorum vero inutilis quidem aliis , ſed vtilis, vni medico , cui libeat artem ſuam oſtentare. Cæterùm hæc quanquam non ſint medicinalis propria artis , tamen enarrationi nominum conueniunt explicanti in commentariis implicitas nominum ſignificationes. Illud ex ſuperabundantia quidem relatum eſt ad enarrationem, vtile verò ad aliquid aliud , quod quidam dicunt expoſitores de moribus ſcriptoris modeſtiam commendantis, etiam hoc loco dicentis , vt mihi videtur optimum eſt. Potuit enim dixiſſe, Medicum vti prouidentia , optimum eſt. Ipſe verò hac quoque parte adiecit verbum, vt mihi videtur : ſcripturus quidem huius decreti demonſtrationem. At verò quæ Herophili ſectatores dixerunt , diuidentes præſenſionem à prædictione , non ſolùm inutilia ſunt & impropria ſignificata , ſed ſophiſtica & falſa. Atqui videntur rerum diſcrimina docere , non de ſignificatis inſtitutiones tradere: primum in eo ipſo peccantes , quòd neſciant ſe de ſignificato facere ſermonem,non de natura rerum vtilium arti. Senſio enim præſenſionis nomine contenta dicitur magna ex parte ſi firma ſit : interdum verò & ſi quid deſit ne firmiſſima ſit , tantiſper ſimiliter nominatur. Quocirca nonnunquam cum adiectione dicunt ij qui talia enarrant, interdum exquiſitam ſenſionem, interdum ratam , quandoque firmam, aut etiam perpetuam , ex ipſa adiectione indicantes nequaquam ſignificari ſemper firmum de nomine ſenſionis. Pari ratione præſenſio duplex eſt : altera firma, verbi gratia : ab hyeme futurum ver eſt , à quo æſtas, poſt autumnus : non firma altera , ex quibus Aratus verſu cecinit de Luna. Si verò cornu ſublimius annuat illi , Vim Boreæ expectes : Auſtrum, ſi recta ſupinat. Ita enim fieri magna ex parte obſeruatum eſt , atqui interdum non ita contingit. At verò Herophili aſtipulatores volunt præſenſionem eſſe firmam & ſtabilem : prædictionem verò nihil habere iſtiuſmodi. Multa enim prædici dicunt quæ non eueniant : perinde vt quis poſſit prædicere ea quæ non præſenſit : aut aliud voce eloqui, quàm quod eſt animo cognitum : quòd ſi nolint appellare cognitum , prorſus nominent opinatum , ita vt antecedat in animo prædicentis. Sed ſi non dicant præſenſionem , ſed praeopinationem , non tamen autores vocant praeopinationem : quomodo nec Herophili ſectatores , etſi parte plurima barbariſſant. Aut igitur praeopinationem lege ſanciant diſſidere à præſenſione, pariter ſuadentes hominibus recipere legis ſanctionem: aut ſi id facere non queunt , vocabula rerum ſecundum conſuetudinem inandiant. At vero in conſuetudine eſt medicus , ſpem de futuro magna ex parte & item firmam nominare præſenſionem. At fidi medici intereſt non talia veſtigare , ſed quo pacto quiſpiam in ægris prædicendo, ventura , magna ex parte verus ſit , raró falſus. Etenim vocula, magna ex parte , ſingularis quidem eſt , ſed rerum plicas multiformes agnoſcit, iuxta maioris minoriſque rationem. Si quis igitur viginti prædictionibus oberrat ſemel : interpellauit perpetuitatem : melior tamen eſt quàm qui bis à fine prædictionis intercidit : rurſúſque melior hic eſt quàm qui ter : quomodo rurſus ille quàm qui quater eluſus eſt. Atqui promiſcuè tribuitur omnibus conſequi finem magna ex parte. Talem ergo docendi viam , ex qua auſpicatius quiſpiam ſæpius alio conſequatur , finem , admittere : ſuperuacuam autem in ſignificationibus nominum operoſitatem abalienare & defugere conuenit : quam Prodicus tantus ſophiſtas exoſculatus , poſterioribus grauis moleſtúſque erat , ſubindéque à Socrate mordebatur apud Platonem,in cæteris alioqui commendandus. Sed non rectè fortaſſe feci inter initia memorans Herophylum. Præſtat enim indicare vera præcepta medicorum iis qui ſtudeant miniſteriis artis , neque morari eos bifariam , partim docendo delirias fabulas ſophiſtarum , partim refutando. Rectius enim erit vtilia in his commentariis tantummodo perſequi ; quærere verò alio volumine , & conſiderare in maiori otio, quæcunque Herophilus in præſenſiones Hippocratis obloquatur : quæque infirmi omnino enarrans, creditur magis agnoſcere ægri conditionem. Oportuit eos qui talia enarrare aggrediuntur , oſtendere ipſa re quam ob rem ita ſcribere audeant. Etenim promptiſſimum eſt quidquid libeat ſcribere : difficile verò talem indicare contemplationem ex qua magna ex parte conſequatur finem, dicendo ægris non futura ſolùm, ſed etiam ante facta, quibus ipſe nequaquam interfuit, & item præſentia circa ægros quæ nondum audiuit ab eis nec ipſe agnouit , quemadmodum nos in iis quæ dicemus erimus meritò credendi , quoties operibus ipſis præſtruamus contemplationis veritatem. Cæterum ne cogamur ſemel atque iterum eadem ſcribere, nunc in enarranda præfatione , & item poſt in enarrandis particularium dictionibus,ſatius duxi hæc omnia ſeruare in enarrationibus dictionum medicinalium a nobis per hunc librum dicendis , maximè quia id nondum quiſpiam fecit ex iis qui librum enarrauerunt , alioqui maximè neceſſarium. Quod enim cenſuit Hippocrates exercere medicum, quantum in hac agitur , omiſit, nequaquam indicans quo pacto conueniat præterita aut præſentia non perſpecta à nobis ſenſibus præſentiri.Et ſi quid in morbis diuinum habetur , illius quoque ediſcere prouidentiam. Quidnam ſit diuinum illud , cuius fieri admonet præſenſionem,inter expoſitores diſſenſio eſt. Nonnulli putant ob iram quandam deorum hominibus accidere morbum , dicúntque teſtimonium huius opinionis , eos qui vocatas ſcripſerunt hiſtorias , citra rationis adminiculum, nequaquam indicantes, vtrum fuerit Hippocrates huius opinionis , quod inquam erat officium boni expoſitoris , non enim ſimpliciter dicendum eſt per enarrationes quidquid nobis videatur verum, ſed quod ſit ſecundùm ſententiam ſcriptoris , quanquam fuerit falſum. Conſtat enim vt Hippocrates nullo ſuo libro cauſam ægrotationis in deos refundat , qui & percuſſos, eundem ducti veteres ita vocarint,volumine De victu acutorum morborum oſtendit. Hic igitur liber confeſſè verus germanúſque eſt. At libro qui eſt De ſacro morbo , multa quoque ſcripta ſunt ad obſtirpandam ſuſpicionem eorum qui Deum mittere ægrotationes contendunt. Non igitur comitialem putamus diuinum habere morbum,neque amoris affectum , id enim credentes quidam ſcripſerunt hiſtoriam , deprehendiſſe Eraſiſtratum ob amorem ægrotare filium regis : diuinum tamen eſſe nequaquam docuerunt. neque ab Hippocrate , neque ab Eraſiſtrato vocatum, neque ab alio quodam medico amorem. Porrò eos qui gracilenti ſint , decoloréſue, aut inſomnes , aut febricitantes ex cauſis amatoriis, illo capite complectuntur maiores, quo de cauſis procatarcticis , id eſt progreſſis commemorant. Cùm enim hæ in plura diducantur genera , vnum ex his triſtitia eſt. Triſtantur verò hi quidem intermorientibus liberis, aut neceſſariis , aut cognatis , aut amicis : illi verò expectantes ſeipſos vel ſuos affici vel etiam patriam omnem ſore euerſam. Itidem triſtantur ſtudioſi pecuniarum prodita pecunia : vel etiam ambitioſi priuati gloria : & item alij omnes ita afficiuntur. Ex his ergo ſunt qui ob amorem triſtantur, haudquaquam diuinam perpeſſi, ſed humanam affectionem : niſi quis credat Poetis qui fabulantur dæmonem quendam puſillum , recens natum gerentem faces ardentes , homines quoſdam in hanc agere affectionem. At verò qui decretorium genus dierum diuinum appellat, ſuum quendam comprobant affectum,haudquaquam prodidit Hippocratis opinionem. Non enim ſimpliciter quæcunque cauſas habent incognitas aut inopinabiles , diuina vocamus, ſed ubi mirabilia habeantur duntaxat. Quanquam nec ignorauit Hippocrates cauſas decretoriorum dierum : vt in commentariis de diebus decretoriis perpenſum iam eſt. Igitur vt docui , nequaquam memorare conuenit per has commentationes quæcunque prodita peiperam ſunt, ſed quæcunque veriſimilia & conſentientia videantur. Et ob eam rem quæ ab Herophilo ſcripta ſunt in præſenſiones Hippocratis dilata ad alium locum diſſimulabo , vſque

nunc

Digitized by Google

nunc & toto deinceps volumine ipſe efficiam:& item commoneo faciendum iis qui in tales incidunt commentationes: quò minus culpent me multa expoſitorum errata de conſilio retuentem. Sed ſi diligenter lecturi ſint quæ à nobis ſunt prodita, illa ex ſeipſis æſtiment atque arbitrentur libere. Ergo omittentes nugas quæ de diuino circumferuntur, nitemur ipſi eam rem ſecundum Hippocratem veſtigare. Igitur vt vnum aliquid ad artem medendi attinens, diuinum ſit, nec ſolum ab Hippocr. commendari cognitionem eius, ſed etiam oſtenſam eſſe, cuius perſpicuum eſt. Scriptor enim derìdiculus foret, commendans rei cognitionem, quam nullo pacto docuerit. Quare ipſa diuini præcognitio vnum ex iis ſit oportet, quæ ab Hippocr. dicta ſunt. Itaque ſoluemus, fidentes eam non aliud haberi id præterquam ambientis nos aeris conditionem, de qua ſcripſit in ſententiis ita: Si hyems ſqualida & aquilonia fuerit, ver verò pluuium auſtraléque febres acutas fieri æſtate neceſſe eſt, & lippitudines & inteſtinorum difficultates, maximè mulieribus, & iis qui humidam habent naturam. Hæc & alia quæ deinceps ſunt prodita, præſenſiones ſunt eorum quæ in nobis ob circumfluis aeris cauſam infeſtant: de quibus per ſententias breui ſumma quaſi decurſu per capita commonuit, ſed libro de morbis vulgaribus latius docuit, in his verò Prognoſticis omiſit, quanquam ad huius operis inſtitutum attineant. Itaque rectius erat quæſiuiſſe quamobrem dicere ſuperſedit quidnam diuinum habeatur, quàm prauè enarrare. Mihi verò videtur ob libri magnitudinem haudquaquã adiecisſe huic voluminis tractatum. De vulgaribus morbis, & ob id, ſimul ac abſoluit librum, in calce hoc adſcripſit: Oportet impetum morborum vulgariorum citò conſiderare, necnon tenere temporis conditionem. Ergo quàm neceſſe ſit agnoſcere medicum, & ſi quid aliud attinet ad præſenſionum ſolertiã & item genituram morborum vulgariorum, indicauit: proprium verò volumen ſeorſum illis dicauit. per ſententias inquam, vt eſt proditum breui ſumma: libro verò de morbis vulgaribus fuſius tractatum excoluit Quam ob rem nonnulli expoſitores ſtatim ab hoc opere librum de morbis vulgariis meritò enarrauerunt, & nos ſimiliter faciemus.

ANNOTATIO IN LONGAM PRÆFATIONIS ENARRATIONEM GALENI.

IN hac longa expoſitione præfationis ſingulas partes quæ in præfatione continentur iterum exponit: primò eam in qua dicit, vtile eſſe medico prouidentiæ operam dare, multas ſignificationes habere dicens vocabulum πρόνοια, id eſt, prouidentia. Significat namque diligentiam quæ ad aliquid conſequendum apponitur, io quo ſignificato vſus eſt Euripides eo nomine. Accipit etiam pro eo quod eſt curam gerere, vt quum philoſophi dicunt mundum prouidentia gubernari. Accipitur item pro eo quod eſt, aliquid videri antequam ſit, quemadmodum & πρόγνωσις dicitur de cognitione alicuius rei, antequam appareat. & inde fit, vt quæ repentè fiunt, & inconſulto, contraria ſint eis, quæ cum prouidentia & prænotione. Dicitur itaque prouidentia circa bonas & malas actiones, contra fortunã aut caſum diſtincta: non enim de ſolis bonis dicitur, vt quidam putabant, quod etiam hîc maximè conſtat, quòd philoſophi dicere ſolent, mundũ optimi prouidentia gubernari: quod non eſſet, niſi de bonis & malis actionibus diceret prouidentia. Sed videtur, inquit, quòd ſi prouidentia contra fortunam diſtinguitur, tantùm de bonis ſit prouidentia, non de malis. Verùm hæ diuerſæ ſunt apud homines rhetores & philoſophos acceptiones. Id tamen verum eſt, quod quemadmodum prouidentia dicitur de his quæ videntur antequam fiant: ita prænotio de his quæ cognoſcũtur quibuſdam notis antequam fiant, id eſt, antequam ſenſibus ſubiiciantur. Et ita accipitur in præſenti ab Hippocr. *Medicum.* lege vt in principio præfationis. *Quemadmodum Euripides indicauit.* Apud Euripidem Talthybius in Hecuba de Pyrrho loquens, qui Polyxenam gladio confodit, inquit,

Ὁδ' ὁ θέλων τε καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης,
Τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαρροάς,
Κρουνοὶ δ' ἐχώρουν, ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.

Quod eſt; Ille verò volens ac nolens miſertus puellæ ſpiritus canales ferro ſcidit, ſcaturigines autem fluxerunt: illa tamen moriens adhuc, multum præuidit vt honeſtè caderet. Huius fœminæ honeſtatis exemplum ſeruauit Iulius Cæſar, qui in Senatu vulneribus confoſſus. toga inter crura compoſita, ſimiliter præuidit vt honeſtè caderet. Eius meminit lib. de Theriaca ad Piſonem. *Iuxta autorum intellectum.* Græcè παρὰ τοῖς ἕλλησι. hoc eſt apud Græcos. *Et præparare.* Græcè, ἢ προπαρασκευάζειν ἀεὶ τὸ συμφέρον. hoc eſt, Vel præparare ſemper vtile. *Apud philoſophos.* abundat. *Sed de præſenſione.* Græcè, ἀλλά γε ἀντὶ τῆς προγνώσεως εἶπε τὴν πρόνοιαν. quod eſt, Verùm pro prænotione dixit prouidentiam. *Præſentiet.* Græcè προγνῶναι, καὶ ἡ πρόγνωσις. quod eſt, Prænoſcere, ac prænotio. *Si fiant.* Græcè, τὰ μὲν, hoc eſt, hæc quidem. *Si conſulto.* Græcè, τὰ δὲ, hoc eſt, illa verò. *Dicimus.* Græcè, λέγομεν. hoc eſt dicimus. Porrò quidam non fortunam, ſed caſum diuidunt aduerſus prouidentiam. An mundus prouidentia gubernetur, an omnia fortuna eueniant, dubium fuit antiquitus apud philoſophos, vt habetur apud Plinium lib. 1. naturalis hiſt. vbi quoſdam refert multos deos crediðiſſe, quibuſdam nullum eſſe Deorum reſpectum, quoſdam, in deos omnia referre, quoſdã in fortunam. Fortuna verò & caſus vt ex Ariſt. habetur lib. 2. Phyſicorum cap. 5. Cauſæ per accidens ſunt ob id quòd ſunt extra ſemper, & frequenter, non vt cauſæ per ſe, quæ ſemper aut frequenter tales fiunt: ſunt autem in his quæ ſunt alicuius gratia, ſed differunt, vt inquit cap. 6. quoniã omnia quæ à fortuna eueniunt, à caſu euenire dicemus, non tamen econtra. Nam quæ belluis & inanimatis fiunt, à caſu euenire dicimus, non à fortuna, Empedoclis opinionem fuiſſe refert cap. 18. qui Iouem pluere dicebat ex neceſſitate, non vt frumentum augeat. Eſſet ergo id à caſu, non ex Iouis prouidentia, ſicuti & quod dentes anteriores ſint ad inſcindendum apti: non finis gratia, ſed ex materiei neceſſitate. Si tamen quis velit idem ſignificare caſum & fortunam, nihil refert, an de caſu, an de fortuna ſit quæſtio: ſufficiet intelligere ea fieri ſine prouidentia circa futura. Cicero lib. 2. de Natura Deorum, ex Zenonis ſententia dicit, Ipſius verò mundi natura, quæ omnia complexu ſuo coërcet, & continet, natura non artificioſa ſolùm, ſed planè artifex ab eodem Zenone dicitur conſultrix & prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium & infrà, Talis igitur mens mundi quum ſit, ob eámque cauſam, vel prudentia, vel prouidentia appellari rectè poſſit. Græcè enim πρόνοια dicitur. hæc potiſſimum prouidet, & in his maximè eſt occupata, primùm vt mundus quàm aptiſſimus ſit ad permanendum: deinde vt nulla re egeat, maximè autem in eo eximia pulchritudo, atque omnis ornatus ſit. Hinc conſtat Zenonem voluiſſe mundum prouidentia gubernari, & vſus vocabuli πρόνοια. *Mundum prouidentia.* Græcè, ὁ κόσμος διοικεῖται τῇ τοῦ βελτίστου προνοίᾳ, προσθεῖναι αὐτῷ τῷ τοῦ βελτίστου. quod eſt, Mundus gubernatur optimi prouiden

Caſus. Fortuna.

Empedoclis opinio.

prouidentia. Corrigenda etiam in Græcis codicibus pars, διοικοῦσα, ſcribendum potius, διοικεῖται. *Atque videtur.* Tota iſta litera vſque in illam partem, Ita efficit, tranſpoſita eſt in Græcis codicibus: legitur enim ὥσπερ ἂν ἡ πρόνοια, κατὰ τοῦτο κοινὸν εὑρῆται, δῆλον, ὡς ἀπὸ τῆς πρὶν ἐσεσθαι νοεῖν ὀνόμασται: τὴν αἰτίαν δὲ καὶ τὸ τῆς προγνώσεως ὄνομα φύσιν, ἔχουσιν δ᾽ εἰς γὰρ αἴσθησιν κατὰ τὴν ἑαυτῆς ὑπάρχοντα φύσιν, ἐκ τίνων σημείων ἂν εὑρίσκομεν: εἰκότως ταῦτα προνοεῖν φαμὲν, ὡς εἰ καὶ πρὸ τῆς θεάσασθαι νοεῖν ἔφαμεν. καί μοι δοκεῖ ἡ ἀδελφῶς λεγομένη τῇ τύχῃ πρόνοια, μὴ εὑροῦσα κατὰ τὸ κοινὸν σημαινόμενον. ἡ γὰρ οὕτως λεγομένη προνοία περὶ ἀγαθῶν λέγεται μόνον. ἡ γὰρ τῆς πάντως πρόνοια οὐκ ἔστι καλὸν ἔργον. legetem potius κακῶν ἔργων, vt Laurentianus. Sed tamen iſta tota litera legenda eſt tranſpoſita, vt legitur à Laurentiano, ita vt in duas partes diuidatur, prima vſque ad illam partem νοεῖν ἔφαμεν. Secunda pars incipiet, καί μοι δοκεῖ, vſque ad finem, & ſecunda pars primo loco legatur, ac obſeruabitur integra verſio Laurentiani præterquam vbi legitur, Antè fiat quàm videatur. Græcè enim habetur πρὶν ἔσεσθαι, hoc eſt, cognoſcatur prinſquam ſit.

In ſeconda parte, quæ incipit, ita efficitur. Iofert Gal. artem præноſcendi verſari circa præſentia, præterita, & futura. Admirabilis enim vates nihiluminus ob id quod refert quæ nō vidit, etiam ſi præſentia, aut præterita ſint, quàm ſi dicat futura. pari ergo ratione & medicus. Cæterùm non eſt par vſus natura prænoſcere præterita tantummodo, prodeſt medico volenti oſtentare artem ſuam: cognoſcere verò futura atque præſentia prodeſt ægro ad ſanitatis conſequutionem meliorem. Inde eſt quod Hippocr. in hoc libro nihil ſcripſit de præteritorum prænotione, neque de præſentium præſagiis: quoniam id ad partem artis diagnoſticam pertinet, quatenus & eſt & à Galen. dignotio appellatur. *Præſentiens.* Græcè, προγινώσκων γάρ. hoc eſt, Præcognoſcens enim.

In tertia parte, quæ incipit (Illud ex ſuperabundanti) partem illam præfationis, (Mihi videtur optimum eſſe) ad autoris modeſtiam expoſitores referre inquit, vt mihi videtur. Græcè, δοκέει μοι ἄριστον εἶναι. hoc eſt, Videtur mihi optimum eſſe *Vt mihi videtur*, δοκέει μοι, Mihi videtur.

Herophilorum opinio. In quarta parte quæ incipit (At verò.) Circa primum caput præfationis declarandum, impugnat Herophili ſequaces, qui differre voluerunt prænotionem, à prædictione: dixerat enim Hippoc. Prænoſcens enim atque prædicens. Prænotionem namque eſſe dicebant, atque verſari circa ea, quæ nunquam fallunt: prædictionem verò circa ea quæ non ſemper obſeruant veritatem, volentes in re ipſa eſſe differentiam: ſed quum neque homines aliud ſentiant, & aliud prædicent, neque has vocabulorum diuerſas acceptiones vulgus admiſerit: melius erit communem ſeruare conſuetudinem, ac medicum ita in prænotionibus exercitari, vt ferè ſemper verus ſit & melior, ac ſapientior euadet eo, qui ſæpius quàm ipſe fallitur, abalienare verò ſophiſmata, ac garrulitates Herophili. Vt enim ait Plinius 26. lib. nat. hiſt. Herophilo quidem quanquam ſubtilioris ſectæ conditori, ante omnes celebratam rationem eam paulatim vſu efficaciſſimo rerum omnium magiſtro, peculiariter vtique medicinæ ad verba garrulitatémque deſcendente. Sedere namque in his ſcholis auditioni operatos gratius erat, quàm ire per ſolitudines, & quærere herbas, alias aliis diebus anni. In principio ſimiliter lib. Prorrheticon. Herophili ſectatores Galen. reprehendit. *Præſentionem*, Græcè πρόγνωσιν, id eſt, prænotionem.

Sic enim corrigi debet, quoties aut præſentiri, aut præſentionem ſcribit, prænotionem, aut prænoſcere. *Aratus verſus cecinit de luna.* Plurimas prænotiones ſcripſit Aratus de lunæ apparentiis, quæ non omnino veræ ſunt, ſed magna ex parte. In Phænomenis enim dixit,

Εἰ δέ κεν ἐς κεράων τὸ μετήορον ἐπινεύῃσιν, οἱ
Δεῖ δέχθαι βορέω: ὅτε δ᾽ ὑπτιάῃσι, νότοιο.
αὐτὰρ ἐπὴν τριτόωσαν ὅλος περὶ κύκλος ἐλίσσῃ
Πάντῃ ἐρευθόμενος, μάλα κεν, τότε χείμερος εἴη.

Quod eſt: Si cornu ſublimis annuat, Boream expectare oportet: ſi tamen ſupina eſt, Notum, id eſt, Si inferior lunæ cornu ad ſuperiora vergens Annuat, Auſter eſt ſperandus. Si verò quum tertiam à coniunctione diem pertranſierit, circulus totus ipſam deuoluens rubens fuerit, tunc fient tempeſtates & procellæ. Vbi ſcribitur μετήορον, Gal. legit μετέωρον: vbi habetur ὑπτιάῃσι, in Galen. codicibus legitur malè ὑπτιάσειε. *Atqui*. Græcè, καίτοι, id eſt, quamuis. *Singularis*. Græcè, μία, id eſt vna. *Prodicus*, huius fecerat mentionem Gal. lib. a. de Naturalibus fa. & lib. 8. de Placitis Hipp. & Pla. ipſe quoque Plato in lib. cui titulus eſt, Meno, aut de virtute, in voce Socratis, Socratem & Gorgiam malè fuiſſe eruditos à Prodico refert. & in dialogo, Hippias maior, ſeu de pulchro, poſt initium, Socrates, inquit probè ô Hippia, & ſentire, & loqui mihi videris: vbi Gorgiam reprehendit, & Prodicum ſophiſtam, quòd magnum quæſtum fecerit apud vulgus concionatus, ac diſputans. *Præcepta medicorum.* ὅτι τάχιστα τοῖς σπεύδουσιν ἐπὶ τὰ τῆς τέχνης ἔργα. id eſt, Quam celerrimè properantibus ad artis opera.

In quinta parte, quæ incipit (quæque infirmi). legendum potius, & quæcunque prætermittunt ægrotantes exponens, credetur magis cognoſcere. quæ ad ægrotantes attinent. Admonet medicum qui tentauerit huiuſmodi librum exponere, vt priua ſe exerceat in prænotionibus & prædictionibus, vt opere poſſit oſtendere quæcunque dixerit eorum quæ non vidit: quod ſe facturum promittit in præſenti opere, maximè id faciens in Comment. 4. huius libri, etſi Hippocr. nihil prænoſcere doceat circa præſentia & præterita, propter rationem iam dictam. *Oſtendere ipſam.* Græcè ἔργῳ πρότερον ἐνδειξαμένους αὐτοὺς τολμᾶν, οὕτω γράφειν. id eſt, Ipſos prius operibus oſtendentes, ſic ſcribere aggredi. *Conſulta*. abundat.

In ſexta parte quæ incipit (Et ſi quid morbis). legendum potius, vt in 3. cap. præfationis, Pariter etiam ſi quid diuinum in morbis ineſt, eius etiam addiſcere prouidentiam. Primò reprehendit eos qui malè expoſuerunt id quod Hippoc. Diuinum appellauit: quidam enim ob id diuinum dixiſſe putant, quoniam morbos exiſtimabant hominibus euenire ob iram Deorum, afferentes ad id probandum appellatarum hiſtoriarum autores: non enim ſunt hiſtoriæ, ſed poëtarum fabulæ, vt apud Homerum Iliad. a. *Diuinum ad iram deorum non refertur.*

Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός. ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς
Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν, ὀλέκοντο δὲ λαοί.

Cùm tamen non omne quod verum nobis videtur, in expoſitionem duci debeat: ſed quod mentem explicat autoris, etſi fuerit falſum. hoc autem non eſſe de mente Hippocr. probatur. Primò quoniam βλητούς, id eſt, percuſſos, ipſe non retulit ad iram Deorum, de quibus maximè poſſet putari. nam lib. 1. de ratione victus in acutis, ſectione 35. de his loquens qui ptiſana eabibetur ſputo exiſtente viſcido ac crudo, quorum etiam dolor non ſedatur fomentis, aut miſſo ſanguine, aut ventre purgato,

maximè

maximè vbi tota vtatur ptiſana, inquit. Non perperam autem hos antiqui *βλητοὺς*, hoc eſt, ſideratos eſſe exiſtimarunt, tum maximè ob id, tum non minimè quòd mortuis ipſis latus liuidum, plagæ aliquatenus ſimile videatur. Ob mortis ergo celeritatem atque ob plagam ſideratos eſſe credebant: verumtamen cognitam in his inferioribus cauſam ſcripſit Hippocrat. Secundò, etiam ſi quis ſacrum morbum in deorum iram referret, non obſeruaret mentem Hippocr. qui multis argumentis confutat opinionem eorum, qui morbum comitialem in Deos referebant, lib. de Sacro. morb. inquit, De morbo ſacro appellato ſic ſe res habet, nulla re videtur mihi aliis diuinior eſſe morbis, neque ſacratior: verùm naturam habet quam etiam reliqui morbi, vnde fit. Homines verò naturam eius & cauſam diuinam eſſe putauerunt præ inexperientia & admiratione, propterea quòd reliquis morbis nulla re ſimilis eſt, & per inopiam quidam quòd non cognoſcunt, diuinitas ipſi conſeruatur. Per abundantiam verò & parabilem modum ſanationis medentur. Exſoluuntur enim aut expiationibus, aut incantamentis, contra quos Hippocr. conſequenter arguit, quia febres tertianæ & quartanæ nihil minus diuinum habere videntur. Item delirantes & inſanientes, & multa importuna facientes abſque manifeſta cauſa, quorum alij plorant, alij vociferantur, alij ſuffocantur, alij dormientes foras exeunt, & delirant, donec expergiſcuntur, quos omnes non minus poſſes diuino morbo apprehenſos dicere. Quod non eſt. Tertio, quoniam quod de Eraſiſtrato fertur, amorem filij regis deprehendiſſe, diuinum etiam foret, quum tamen ad id neque Hippocr. neque Eraſiſtratus talia retulerint: ad cauſas enim procatarcticas refertur ab autoribus ea diſpoſitio, per quam aliquis languet, aut pallet, & vigilat, ſiue ob amores fœminarum, aut pecuniæ cupiditatem, aut vtcunque conflictetur, atque animo perturbetur. Non ergo diuinum eſt amantem conflictari, ac pallere, quemadmodum neque auarũ cupiditate angi. Eraſiſtratus enim ad filium regis Syriæ (erat is Antiochus rex) curandum adductus, cùm ipſum pallere, vigilare, ac conflictari intelligeret, plures fœminas coram vocari præcepit, inter quas & nouerca, Stratonica nomine regis vxor acceſſit, qua inſpecta mirum, quantum pulſus ægri fuerit immutatus: quod Eraſiſtratus (qui pulſum inceſſanter tangebat) cum noſſet, cauſam ægrotandi regi detexit, quibuſdam habitis apud regem præfationibus: cuius rei mentionem fecit Galen. lib. de Prænotione, vbi de ſe quoque refert fœminam Pyladis amore deprehenſam cognouiſſe. Cùm enim ipſam ſine febre inueniſſet, in lecto ſe ab accubitu in accubitum proiicientem, ac vigilantem inquit. Nam cùm prius noſſem nulla corporis parte mulierem afflictari, verùm animi moleſtia quapiam tantùm conturbari, contigit vt quo tempore fœminam inſpicerem, illud ipſum quod eſſe ſuſpicabar, mihi confirmaretur. Nam quidam tunc è theatro cùm veniſſet narraſſétque Pyladem ſaltantem conſpexiſſe, ſtatim mulieris vultus & faciei color immutatus eſt: quod cùm viderem, brachio manum ſtatim admoui, pulſúmque varijs modis agitatum inueni, id quod animi perturbati indicium eſt. Ecce vbi Gal. Eraſiſtratus quoque à cauſa cognita huiuſmodi affectus originem habere intellexerunt, neque diuinum quidpiam tale exiſtimarunt, niſi quis credat poëtis. Poëtæ fabulantur Venerem Cupidinem peperiſſe, ac eum depingunt in manibus portantem facem ardentem, qua in amorem homines incendit, vt Moſchus inter Græcos, in Eidylio *ἔρως δραπέτης*. hoc eſt, amor fugitiuus, probè Cupidinem depinxit, quod pariter rectè tranſtulit Angelus Politia. lib. 7. Epiſt. ex Latinis Vergilius inquit.

Sacer morbus in deorũ iram non eſt referendus.

Antiochus Syriæ Rex.

Eraſiſtrati ſapientia.

Cupidinis pictura.

Occultum inſpires ignem, falláſque veneno.

Naſo in elegia de morte Tibulli.

Ecce puer Veneris fert, euerſámque pharetram,
Et fractos arcus & ſine luce facem.

Quidam verò fuerunt, qui diuinum in dies decretorios tranſtulerũt, volentes Hippocr. commendare notitiam dierum decretoriorum: quoniam horum cauſam Hippocr. ignorare credebant: verumtamen quàm falſum id ſit, hinc conſtat, quòd non omne id cuius cauſam ignoramus, eſt appellandum diuinum: ſed id quod admirabile habetur. Præter id quòd Hippocr. dierum iudicialium cauſam non ignorauit, vt in Commentariis de diebus decretoriis lib. 3. de diebus decret. de vigeſimo die loquens inquit Gal. quare potius iudicet quam vigeſimus primus, deinde quòd ſeptimana non integris ſeptem diebus conſtet: veluti prius expoſitum eſt. Nouit hoc quoque Hippoc. ſic in opere prognoſtico, inquiens: Hæ igitur acceſſiones per quatuor in viginti auctæ finiuntur, his ſubiungit verbum huiuſmodi, Supputatio per integros dies nimirum fieri non poteſt, quippe quum nec annus nec menſes ipſi integris diebus numerentur, cõcludit in fine aliorum erratis dimiſſis, quia non eſt propoſitum in præſenti opere ea confutare, id diuinum non eſſe aliud quàm aëris nos ambientis conſtitutionem, de qua tertia ſectione Aphoriſmorum egit, & in lib. de morb. pop. potiſſimum primo. Rectius tamen eſſet quærere, quare de tali diuino mentionem non fecit in hoc libro. Videtur enim id prætermiſiſſe, ne liber ad magnam ereſceret magnitudinẽ, & quia in lib. de morb. pop. & Aphoriſm. id percurrit, *Conditionem*. Græcè, *κατάστασιν*, id eſt, conſtitutionem, *Ergo quàm neceſſe ſit*. Græcè, *ὅτι μὲν ὦν χρὴ γινώσκειν τὸν ἰητρὸν ὁκόσα τῶν νουσημάτων ... φύσιος*, ἰδὴλωσεν. quod eſt, Quòd quidem medico opus ſit cognoſcere morborum popularium generationem, ſi quid aliud eorum quæ ad prænotionem attinent oſtendit.

Diuinum non eſt referẽdum ad dies decretorios.

PROGNOSTIC. I.

CONſiderare autem oportet hoc modo per morbos acutos: primùm quidem ægri vultum, ſi ſanorum ſimilis ſit, maximè verò ſuiipſius: ſic enim optimus erit, ſummè autem contrarius ſimili peſſimus eſt.

IN præſenti primo prognoſtico antequam viam aliquam prænoſcendi aggrediatur circa morbos acutos verſari, huius libri ſententias proponit, quod etiam repetit libro 3. Prognoſtico 36. dicens, Hæc autẽ dico de morbis acutis, & his qui fiunt ex ipſis. Per acutos tamen morbos non tantùm eos qui ſimpliciter tales ſunt intelligere oportet. ſed & acutos ex decidentia, vt in comment. 21. huius lib. & Comment. 25. huius lib. 2. explicat Gal. Ex morbis enim quidam ſunt diutini, quidam breues. Diutini ſunt, qui lento motu vigeſimum diem prætergrediuntur, vt declarabo libro tertio, in expoſitione 26. Prognoſtici. Morbi breues quidam ſunt acuti, quidam non acuti. Non acuti ſunt, qui ſine periculo finiuntur ante vigeſimũ diem, vt febris diaria. Acuti verò ſunt aut ſimpliciter tales, aut acuti ex decidentia, qui ad quadrageſimum, ſexageſimũ, octogeſimum, & centeſimum vigeſimum procogantur. Ex acutis ſimplici

Liber Prognoſticorum de morbis acu. eſt.

Morborum diuiſio.

& centeſimom vigeſimom protogantur. Ex acutis ſimpliciter, quidam ſunt acuti exactè, qui finiuntur quatuordecim diebus com periculo. Acutus non exactè finitur ad vigeſimum. Peracuti quidam ſunt exactè tales, quidam, non exactè. Exactè tales finiuntur quarto die, aut citius non exactè tales finiuntur à quarto in ſeptimum, vtcunque tamen morbus acutus eſt is cuius motus eſt velox, & cito pericula adueniunt. De acutis igitur eſt liber Prognoſticorum, ſiue ſint ſimpliciter tales ſiue ex decidentia. Quòd ſi quis interrogauerit, quare Hipp. non ſcripſit viam prædicendi circa morbos diutinos, reſpondebimus, quoniam morbi diutini non faciunt ſubitas mutationes ad ſalutem aut mortem, in quibus maximè exitus, ac præſagia ſpetantur. Verùm morbi diutini non iudicantur, ſed coctione paulatim finiuntur: non ergo tam vtiles erũt in ipſis prænotiones. Præterea quoniã in longo temporis proceſſu ægri ſæpe errores committunt, quorum cauſa prædictiones fallere ſolent, ac deficere. Præterea quia ex his quæ ſcribuntur ab Hippocr. de morb. acutis, & aliis quæ fiunt ex ipſis, poterit medicus plura ad prædictiones circa morbos diutinos transferre. In huiuſmodi itaque morbis præcipit Hipp. vt in primis medicus vultum ægri animaduertat, ac comparet ipſum dupliciter: aut ſuo ipſius, dum erat ſanus qui ægrotat: aut ſi ipſum non nouit, ſaltem reliquis ſanis hominibus faciat collationem. Itaque ſi facies ægri ſanis hominibus ſimilis fuerit, non opus habet alia collatione, aut inquiſitione circa faciem. Si tamen ſanis diſſimilis ſit, ipſi ſano cõparationem faciat, ſi ipſum alias nouit: ſin minus, alia ſigna conſiderabit, quæ ſi bona fuerint, conſtabit faciem illam non eſſe præter naturam. Verùm maioris certitudinis gratia interrogabit præſentes, & aſſiſtentes, & familiares. Nam fortè à natura ſua faciem habeat reliquis hominibus diſſimilem. ſin minus, tantò erit deterior, quantò propriè diſſimilior fuerit: itaque maximè contraria, peſſima erit. Incepit Hippocr. à facie, & conſequenter ab oculis: quoniam facies atque oculi ſe primùm offerunt medico, & via inquirendi, ſiue fuerit diagnoſtica pars artis medicæ, ſiue prognoſtica à notiſſimis procedere debet, ex quorum notitia veniemus ad cognitionem occultorum. Talis eſt notitia quæ ſumitur ex facie, oculis, naſo, temporibus: quibus cognitis, vbi medicus eorum diſpoſitionem, aliis ſanis, & eiſdem quum ſani erant, comparauerit: facilè cognoſcet quantum ſit id quod præter naturam ei ineſt, quantum etiam ſecundum naturam, talem tamen obſeruauit viam procedendi, qualem in lib. de Chirurgiæ officina, vbi ad initio dixit, ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μεγίστων, ἀπὸ τῶν ῥηΐστων, ἀπὸ τῶν πάντῃ πάντως γινωσκομένων. ἃ καὶ ἰδεῖν, καὶ θιγεῖν, καὶ ἀκοῦσαι ἔστι, ἃ καὶ τῇ ὄψει, καὶ τῇ ἀφῇ, καὶ τῇ ἀκοῇ, καὶ τῇ ῥινὶ, καὶ τῇ γλώσσῃ, καὶ τῇ γνώμῃ ἔστιν αἰσθέσθαι. ἃ καὶ οἷς γινωσκόμενα πᾶσιν ἔστι γνῶναι. quod eſt, Vel ſimilia vel diſſimilia à principio à maximis à facilimis, ab his quæ omni via, & omni modo cognita ſunt, quæ videre, & tangere, & audire licet, quæ & viſu, & tactu, & auditu, & olfactu, & guſtu, & mente ſentire licet, quæ & quibus cognoſcuntur omnibus licet cognoſcere. Placuit Græcè & Latinè referre ſententiam: eſt enim hoc totius artis medicæ procœmium, vt inquit ibidem Gal. Quemadmodum enim partis artis curatiuæ primum principium eſt, Contrariorum contrariis ſunt curationes, à quo omnem curationem incipere decet: ita à ſimilibus, & diſſimilibus, pars artis diagnoſtica incipit. Quòd ſi pars diagnoſtica hinc orſa procedit, & diagnoſtica prima eſt partium artis medicæ, conſtat quòd eius procœmium totius artis erit principium, quod confirmat ſententia Galen. in Comment. dicentis: Non enim ſolùm ex his prænotiones inchoantur, verùm etiam affectuum curationes. Hoc obſeruat Hippocr. in huius libri initio, incipiens à ſimilibus & diſſimilibus, præcipiens conſiderare an facies ſimilis ſit ſanorum faciebus, an ſuæ ipſius: non enim vnam tantùm comparationem facere oportet, inquit, ſed duas ad propriam ipſius naturam, & ad communem hominum ſimilitudinem, ac diſſimilitudinem diſquirendo, quod docuit lib. 1. de Morb. pop. part. 3. dicens: Morbos agnoſcimus ex communi omnium natura, & cuiuſque propria edocti, id quod ad communem naturam attinet, quod etiam Hippocr. in præſenti prognoſtico dixit, ſi ſanorum ſimilis ſit, intelligi debet, vbi non liceat ad propriam naturam facere collationem, quoniam ipſum ſanum non nouimus. Nam vbi licuerit ad propriam naturam comparare, non opus eſt ad communem tranſgredi, quemadmodum neque Hipp. lib. 1. de Arti. cùm dixit, Nam cùm iuſtum habeant corpus homines, & manus, & crura, ſano membro vti debemus, ad non ſani, & non ſano ad ſani exemplum. Neque alieni articuli inſpiciendi: alij enim aliis exarticulati, magis natura ſunt, ſed ipſa eius, qui laborat, membra attendenda, ſanúmne ægrotanti diſſimile ſit. Poterit autem peritus medicus ex abundanti poſtquam comparauerit ægrum ad ſeipſum, quum ſanus erat, atque diſſimilem inuenerit, alteram collationem facere ad communem hominum naturam, & inueniet an tantùm ſibi ipſi diſſimilis ſit, an & vniuerſæ hominum naturæ. Nam ſi ita fuerit, ſummè contrarius erit, & ex doctrina huius prognoſtici, peſſima atque exitioſiſſima erit diſpoſitio. A maximis etiam ac facilimis incœpit Hippocrat. ſunt autem eadem vt vult Galen. maxima & facilima. Quantò enim aliquid facilius cognitu eſt, tantò euidentius eſt, & clarius indicat id quod ſignificare habet: hoc autem eſt maximum eſſe in ſignificando. Talis eſt facies ægri, quam vbi medicus ſemel inſpexerit, facilimè intelliget quod habet ſignificare. Hæc etiam ſunt ſigna, quæ omni via, & omni modo notiſſima ſunt ſigna, nempe quæ ſumuntur à facie oculis, & naribus, fronte, & auribus, de quibus conſequenter Hippocr. dicet. Cùm enim, inquit, naſus compreſſus, oculi caui, ad ſenſum pertinent viſus: aures frigidæ, ad tactum: adſtricta tempora, aurium lobi inuerſi, ad viſum & tactum: ad auditum pertinet flatus qui cum ſonitu exierit, ac tuſſis: ad olfactum excrementorum fœtor, de quibus infrà.

Hippoc. quare non ſcripſit in morbis diutinis prænotiones.

Ars diagnoſtica & prognoſtica à notioribus incipit.

Artis medicæ primum principium.

Morbos comparatione cognoſcimus duplici.

GALENI COMMENT.

PErſpicuè indicant vt hoc libro de morbis agat acutis. Incepit autem ab indiciis quæ in vultu exiſtant: eò quòd in primis appareant, & vim obtineant maximam. Vt hæc igitur in primis appareant, cuiuis perſpicuum eſt: vt autem vim ad præſentiendum obtineant maximam, deinceps diſcas licebit. Atque in primis reuocetur in animum communis totius medicinalis artis præfatio, quam libro κατ' ἰατρεῖον præexuit hunc in modum: An ſimilia, an diſſimilia ſint, ſtatim inter initia conſiderandum de maximis: de facilimis, ex iis quæ ex toto & vſquequaque accedunt: & quæ contueri licet obtutu, tactu, auditu, lingua, & animo vſurpare, non enim præſenſiones, ſolùm ex his, verumetiam curationes affectuum inchoantur. Igitur quonam modo curari debeant affectus, libro de curandi via & ratione, definitum iam eſt, de præſenſione nunc agendum eſt, remouendúmque vt interſit præſentiendi artis non ſolùm futura, ſed etiam præterita ac præ

ſentia, ex quibuſdam indiciis in corpore inuenire. Sed præſentium cognitionem proprio & ſuo nomine conſueuimus nominare denotationem. Itaque conſiderandum admonet vultum ægroti inter initia, ſimiliſne an diſſimilis bene valentium ſit, ſed potiſſimùm ſui. Hoc enim ſignum ſecundùm decreta Hippocratis intelligitur, vt non ſolùm de communi natura omnium, ſed etiam de propria vniuſcuiuſque præcepta artis conſiderentur. Quando enim conferri partes affectas conſebat cum bene valẽtibus, non alienas intueri conſueuerat, ſed eius qui affectus ſit. Optimus igitur ægro vultus eſt, quoties ſimillimus ſui permaneat, econtrario deterrimus, ſi quammaximè in contraria vertitur. Ea verò quæ inter optimum & deterrimum habeantur, tua intereſt conſiderare finitis extremis. nam ſi propiora ſunt optimo, meliora: ſi deterrimo propiora, deteriora exiſtunt. media verò inter hæc ſunt quæ pari vtrinque intercapedine circumſiſtuntur. Itaque vultum optimum vno capite complexus indicauit. etenim ſimillimus ei qui ſecundùm naturam eſt, optimus exiſtit: maximè verò contrarium, vtpote nobis nequaquam familiarem. particularibus indiciis explanauit. quorum ſingula ſeorſum aggrediar, prodita deinceps ad hunc modum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte, de morbis acutis eſſe præſentem doctrinam refert.

In ſecunda parte, quæ incipit (incœpit autem) docet Hippoc. à ſignis, quæ ſunt in vultu, incœpiſſe, quia maximam habent vim in ſignificando, à quibus in procemio artis incipere docuerat lib. de Chirurgiæ officina, in principio. *Ex iis quæ ex toto & vſquequaque accedunt, quæ contueri licet, obtutu, tactu, auditu, lingua, & animo vſurpare.* Hæc omnia in Græcis codicibus non habentur: quæ ſi haberentur, non aliter eſſent legenda, quàm vt à me fuerunt adducta in expoſitione prognoſtici Græcè & Latinè.

In tertia parte, quæ incipit (Itaque conſiderandum) mentem Hippoc. exponit, qui ſibi ipſi potiſſimum comparari præcipit ægrum, vt intelligamus, quantum boni aut mali habeat (ſecundùm decreta Hippoc.) lib. 1. de articulis. in ſententia allegata in expoſitione prognoſtici.

In quarta parte, quæ incipit (Itaque vultum) vno capite dicit, vultum optimum comprehendi: nempè vbi fuerit ſibi ſano ſimilis, exitioſum verùm multis ſignis ſequentibus.

PROGNOSTIC. II.

ERit autem talis naſus gracilis in extremis.

Naſus gracilis.

Incœpit enarrare quæ pertinent ad faciem exitioſam, quam medici faciem Hippocraticam appellant ex omnibus his prauis ſignis conſtitutam. Primum eſt naſus ſiue gracilis in extremis, ſiue compreſſus. Comprimitur autem naſus quoties cutis ſubiectis cartilaginibus adhæret: quod fit quoties deficit id quod ſolet interponi, nempe ſanguis, & ſpiritus. Hæc autem deficiunt, aut quoniam abſumuntur, aut quoniam non tranſmittuntur à membris præcipuis, à quibus hæc tranſmitti ſolent, & toti corpori, aliquando etiam quoniam non tantùm non tranſmittuntur, ſed & recurrunt ad præcipuas partes ea, quæ iam fuerant tranſmiſſa. Abſumuntur à calore vehementi, aut pororum apertione, cum humorum acredine, ac tenuitate & ob imbecillitatem facultatis: id vult Galenus in Commentario quarto ſequenti. Non tranſmittuntur ob inopiam, cùm videlicet ſanguis atque ſpiritus in præcipuis membris deficiunt, vt iecore & corde. Recurrunt, vbi in partibus præcipuis fuerit inflammatio, quæ ſanguinem & ſpiritum ad ſe trahat, veluti cucurbita. Naſus ergo gracilis in extremis, ſiue compreſſus, malum ſignum eſt: quod poteſt duplici via probari, aut epilogiſmo, aut analogiſmo. Epilogiſmo ab vniuerſalibus & communibus, ſic omne quod eſt naturæ aduerſiſſimum eſt peſſimum: naſus compreſſus eſt naturæ aduerſiſſimus, ergo peſſimus. Quæ ratio circa omnia quæ præter naturam ſunt, verſari poterit, ac communis ratio erit. Analogiſticè verò probatur, quoniam ex euidentibus, quæ oculis apparent, nempe ex compreſſo naſo, & facie extenuata, conſtat imbecillitatem adeſſe facultatis, ſolam, aut ſimul cum humorum tenuitate & cutis raritate. Quod argumentum in morbis acutis validum eſt, vbi id non eueniat à cauſa manifeſta, vt aliqua magna euacuatione, & ſimilibus, de quibus in Comment. 4. ſequenti dicemus. Naſus ergo talis ſignificat imbecillitatẽ, & imbecillitas adducit corpus in talem diſpoſitionem. Dixi, gracilis in extremis: quoniam Gal. in Comment. ſequenti dixit καὶ μὴν οὐκ ἄλλον τινὰ ὀξεῖαν ὀνομάζομεν ῥῖνα, πλὴν τὴν κατὰ τὸ πέρας ἰσχνῆς. quod eſt, Non alium vocamus naſum ὀξεῖαν, præter eum qui eſt in extremis gracilis.

GALENI COMMENT.

MAlum hoc indicium primum adſcripſit, naſum compreſſum. Sed oportet, vt docuimus, tanquam ad eum qui ſecundum cuiuſque naturam eſt conferendo conſiderare. Nam ſi natura ſimus eſt, naſus prorſus compreſſior apparebit, quemadmodum ſi aquilinus aut etiam ſubrectus eſt. Ita verò conſiderandum eſt, vt inquantum à naturæ forma receſſit, intantum ipſe prauus exiſtat. Itaque compreſſus naſus planè apparet in iis qui longiore morbo extenuantur, aut labore conflictantur, aut quouis modo exoluuntur, aut animo linquuntur, & item omnibus defunctis. Et ob eam rem quis meritò colliget epilogiſmo, communi omnium hominum vtens ratione, prauum eſſe indicium quod per malam exiſtat affectionem. Cæterum quænam ſit talis affectio per quam naſus comprimitur, dogmaticæ iam contemplationis munus eſt indicare, quam deprehendi tantummodo analogiſmo conuenit. Analogiſmus verò ratio eſt quæ ab euidenti auſpicatur, rei obſcuræ faciens cognitionem. Epilogiſmus verò communis ratio eſt, & omnium aſſenſu conſpecta. Sed primum epilogiſticè de ſingulis conſideremus indiciis, rectius enim erit ex confeſſa communique omnium hominum ratione facere initialem doctrinam, quàm ſtatim inter initia venire ad analogiſmum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte docet naſum acutum tantum mali ſignificare, quantum à propria natura receſſerit, ad quam collationem facere oportet.

In ſecunda parte, quæ incipit (Itaque compreſſus) refert in quibus diſpoſitionibus talis naſus compreſſus appareat. Ex quibus licet eius malitiam epilogiſmo concludere: quoniam in his, qui admodum malè habent qui à Galeno recenſentur, inuenitur.

In tertia parte, quæ incipit (Cæterum quænam) ad doctrinã analogiſticam dicit pertinere, docet in quibus diſpoſitionibus & affectibus talis naſus appareat, quod dogmaticæ, id eſt rationalis eſt cõtemplationis. *Analogiſmus verò ratio eſt quæ ab euidenti auſpicatur, rei obſcuræ faciens cognitionem, Epilogiſmus verò communis ratio eſt, & omnium aſſenſu conſpecta.* Omnia hæc abundant, quoniam in Græcis codicibus non habentur, etſi vera ſint. Epilogiſmus itaque argumentum eſt, quod à ſingularibus procedit ad vniuerſalia,

In latino codice abundat.

Epilogiſmus.

mentum eſt, quod à ſingularibus procedit ad vniuerſalia,& totum firmatur eaperimento,qun etiam Empirici vtebantur, veluti ſi quis vnlens oxymel cnmpetere aduerſus pituitam, id probet, quoniam quntidianis febribus conuenit,& in tertianis nntis, & in comitiali mnrbn. Analngiſmus verò ratio eſt quæ à prioribus & vniuerſalintibus procedit ad ioueniendum aliquod incognitum, qua via dogmatici, qui & Rationales appellantur medici procedebant:veluti ſi volẽs quis prnbare oaymel prædictis morbis competere, ſic procedat: Quod acidum eſt ac tenuium partium,id facultatem habet attenuandi,ac diſſecandi:naymel eſt acidum tenuiũ partium: ergo diſſecat, & attenuat: præterea quod diſſecat & atteouat competit craſſis,& viſcidis humotibus. Talis eſt pituita, à qua pendent prædicti moibi: ergo eis competit. Quòd tamen hæc ſit mens Gal. conſtat,quoniam dixit, Et ob eam rem quis meritò colliget epilogiſmo communi omnium hominum vtens ratione,prauum eſſe indicium, quod per malam eaiſtat affectionem. Idem in Com. ſequenti. In præſenti namque promittit ſe primùm pnceſſurum epllogiſticè, & deinde analogiſticè: poſtquam autem rationem epilogiſticam fecit in Comm. ſequenti, ſtatim procedit ad inquiſitinnem cauſarum carum, quæ ſcripſit Hippnccrat. Qund eſt analogiſtica (quam promittit) doctrina. Rurſus lib. 4 de ratione vi.in acutis, Comm.44.inquit, Cur autem purgare eos baud velit in quibus ſumma eſt cruditas,cauſam recenſuit epilogiſticam,quam recenſere ad eum ſpectat, qui quòd ſit ſola citra logicam demouſtrationem experientia nouit. Dogmatici autem viti etat docere quam ob cauſam purgantibus ita babentes oon coquatur vrina febriſque ſine ſudore,& iudicatione perſeueret. Libt.item de Optima ſecta, dicit, analogiſmum eſſe comparationem & præceptionem cauſarum iuuantium per ſimilitudiuem.Et lib.de Subfigutatione empirica dicit, Empitici enim euidentibus, Dogmatici verò tationi ioagis innituntur. Pari modo dngmatica ratin hoc ab empitica differt, quòd hæc euidentium rerum, illa occultarum eſt: quæ vt nomine qunque diſtinguerentur, tationem qoidam empiricam epilogiſmum, dogmaticam verò analogiſmum vncitauerunt. Analogiſmus ergo, & epilogiſmus non aliter differunt, quàm ratio quæ ſumitur à prioti, & à cauſa, & ratio quæ ſumitur à poſteriori, & effectu.

Analogiſmus.

PROGNOSTIC. III.

OCuli caui, tempora collapſa,aures frigidæ & cõtractæ, ac lobi earum euerſi, & cutis circa frontem dura, & circumtenſa & arida exiſtens, & color totius faciei chlorus,vel niger, & liuidus,aut plumbeus.

Cauſa faciei exitioſa dua in ſumma.

Horum nmnium ſignorum cauſas adeo clatè ſcribit Gal. in Cnm. vt non egeant noſtra eapoſitione. Cauſæ tamen omnes in ſumma ad duas reduci poſſunt,nempe ad calorem abſumentem tanquam efficientem, & ad frigiditatem, quæ inde conſequitur,& quæ ſingnlas partes in caloris defectu occupat. Intemperies verò omnis quuni tantam infert corpori alterationem, vt ſpiritum reſoluat, & ſolidnrum membrotum tempetatutam ſubuertat, languidam efficiet facultatem in eſſentia: quoniam eius tobur in qualitate temperamenti ſolidorum membrorum conſiſtit, tum etiam in ſpiritibus, vt inquit Galen.lib.12.de Motb.cur.Sed cùm eſſentia virium, quibus regitur corpus, tum in ſpiritu, tum in ſnlidorum corporum temperamentn conſiſtit. Et lib. 1. de Mnrb.pnp.part.2.Comment.46.mbur facultatis refert ad temperamentum ſnlidnrum membrorum, & temperiem ipſotum ad elementorum ſymmetriam. Imbecillitas faeultatis quæ ſequitur ſpirituum reſolutionem, aliquando ea inopia ſanguinis ac eius diſtemperamento pendet, à quo ſpiritus, ſicuti & ab aëre fouetur, ſpiritum ergo reſolui, ac ſeparari facilè contingit, ſolidorum autem membrorum temperaturam ſobuerti oon facilè: ſubuertitur autem in longis morbis paulatim, io morbis etiam acutis nonnunquam ob vehementiam caloris abſumentis, ac permutaotis. De eſſentia facoltatis lib. 3. prognoſt.7. in expoſitione latius loquar. nunc verò ſatis eſt intellexiſſe nimiam caliditatem abſumendo faciem dictam ab Hippnc. facere poſſe, & imbecillitatem facultatis in eſſentia oſtendere, ob ſpirituum & ſolidorum membrntum cooſumptionem. Qunties verò calor naturalis paruus eſt, non eatenditur ad eattema membra, ſed ipſa à frigore necupantur. Inde eſt, quòd ea quæ in facie, quam depinait Hippoc. apparent, nonnunquam ad calotem conſumentem, ac colliquantem referuntur, nonnunquam verò ad frigiditatem. Lib. tamen 12.de Mor.cur.de febte loquẽs,quam ſyncope concomitatut frequenter,niſi ſedulo medicus aduertat, tales ægros facilè in faciem, quam depinait Hipp. incidere,inquit, Naſus acutus,oculi caui,ſi multum excernant,vigilent,contriſtentur,oon cito nutriantur,& ſubiungit, Non ſolùm autem extenuatis, ad eum modum ſpiritu horum & ſanguine digeſtio ſæpe incidere aſſueuit, ſed etiam eapultrice vi per vnsuerſam corporis molem immoderatius cõcitata, id quod incidere maximè ex imbecillitate retentricis ſolet. Sequitur ergo, non tantùm banc fieri faciem à calore, aut frigore, ſed ab irritatione expultricis facultatis, ſimul & ab imbecillitate retentricis. Verumtamen hæc omnia ad temperamentum reduci debent. Nam facultas expultrix ab humorum actedine irritatur, aeredo autem ipſnrum à nimio calore fit: imbecillitas etiam retentricis facultatis non aliter facit ſpirituom & membrorum occultam reſnlutionẽ, quàm vbi non retineat qund expultria eacernit, maximè quoniam in mnrbis acutis non alia via efficitur retentrix, quæ eſt in habitu totius corporis languida, quàm ob nimiã porotum apertionem, quæ etiam à calore fit poros magnificante, aut cutim attenuante. Quod ſi velit quis pertinaciter tenere propter calorem & frigiditatẽ eſſe tertiam cauſam,& quartã, quæ hanc faciẽ efficiant, nempe expultricia irritatiooem, & retentricis imbecillitatem, non inficiabimur. Oculi caui itaque fient immodicè reſolutis humoribus tunicas oculorum & ipſatum ambitum exteriorem implentibus: accedit ad id quòd ex ſententia Platonis, Empedoclis, & Galen. oculus eſt de natura ignis, & ſpiritus, qui in ipſo continetur, ignis naturã repræſentat, qui à calore reſolutus oculos minores reddit, ac inde cauos, quod eſt, eorũ cauitates non impleri. Tempora item collapſa fiuot, quoties cutis oſſi capitis hæret. quod fit reſoluta carne muſculorũ tempnrum, quos medici crotaphitas,& maſſetetas appellant, vt dicemus circa prog. 17. huius libri. Aures refrigerantur, ac inuertuntur earum lobi, quoniã calor abſumens refrigerat, atque exſiccat, & ea ſiccitate fiunt cõtractiones, quales ſunt in neruis cõuulſiones ex inanitione. Contra hanc Hipp. ſententiam obiiciendum videtur. Nam lib. 2. de Ratinne victus in morb. acut. ſect. 24. de his qui cibum bis die ſumere conſuerunt,

Cauſa faciei exitioſæ.

Oculi caui.

Tempora collapſa.

runt, inquit, Oculi cauantur, quæ tamen diſpoſitio non eſt lethalis: quandoquidem plurimi ex eis non moriuntur. Malè igitur modo inter lethales diſpoſitiones annumerat cauos oculos. Ad hác rationem

Muſæ error.

Antonius Muſa Braſauolus reſpondet loco citato, cauitatem oculorũ in lib. progn. eſſe intelligendam profundam & magnam, illam verò de qua loquitur in libro de Ratione victus, eſſe paruam. Addit etiam in lib. prognoſt. multa alia ſigna coniungi ad malitiam ſignificandam, ſimul cum cauitate oculorum. Verùm vtraque reſponſio extra mentem Hippocr. eſt. Primum quoniam in hoc prognoſtico Hippoc. de cauis oculis loquitur ſimpliciter, non de admodum cauis, quoniam loquitur de his qui apparent intra tertium diem, vt conſtat ex prognoſtico ſequenti: & caui admodum non apparent ante tertium, vt conſtat ex Galeno in Commentario 6. ſequenti, vbi dixit: Itaque rumentium oculorum accidens, inter initia quoque ægrotationis, fatigat maximéque vomentibus ex copia ingeſti vini cibique, caui verò admodum oculi nequaquam fiunt. Secundum etiam falſum eſt, quoniam ſola cauitas oculorum ſi ante tertium diem apparuiſſet ob malitiam ægrotationis, lethale ſignum eſſet. Ratio tamen quare cauitas oculorum, de qua loquitur Hippoc. 2. de Ratione victus in acutis, non eſt lethalis, ea eſt, quoniam fit ob inopiam alimenti, non ob morbi malitiam. Quod autẽ ea cauitas, quæ ob alimenti inopiam fit, lethalis non exiſtimetur ab Hippocr. conſtat ex prognoſt. ſequenti, cùm inquit. Interrogare oportet vigilaueritne homo, vel venter vehementer ſolutus fuerit, vel fames ipſum oppreſſerit, & ſi quidem aliquid horum confeſſus fuerit, minus malum eſſe exiſtimabit. Fit etiam ab immodico calore cutis circa frontem dura, circumtenſa, arida. Non tantùm id verum habet apud Galen. in Comm. de cute circa frontem, ſed & de cuti omni circa totum vultum. id eſt quod Paulus lib. 2. cap. 4. dixit, quum vultum exitioſum appellauit neruoſum. Quoties enim facies extenuatur, & cutis tota circa ipſam, dura, ac ſicca redditur, ac decolorata, meritò facies neruoſa appellabitur: accedit ad id quod cutis ipſa ex fibris neruorum ſenſui inſeruientium contexta eſt. Circa hanc partem aduertendum maximè, quod calor qui abſumendo ſanguinem & ſpiritum, quæ continentur in facie, reddit cutim faciei aridam, ac tenſam, antequam tantam inducat ſiccitatem, cutim ipſam reddit laxam, atque rugoſam, cuius contrarium efficit cauſa humectans, atque reficiens talem conſumptionem. Primò namque cutim reddit tenſam, deinde verò laxam, & mollem. Itaque contrariæ cauſæ eoſdem efficiunt effectus, contraria tamen via. Nam cauſa exſiccans, & cauſa humectans atque reficiens molliunt, ſiue laxant, atque intendunt cutim: verùm cauſa exſiccans primùm laxat, deinde intendit: cauſa verò humectans atque reficiens, primum intendit, deinde laxat. Quod Hippoc. ipſe teſtatur lib. 6. de morb. pop. part. 3. dicens, Extenuatio omnia cutim laxat, deinde circumtendit, recreatio contraria. Ratio eſt quæ ex Galen. in Comment. ſumitur. Quum enim corpus inaniri incipit, primùm reſoluuntur, aut manifeſta euacuatione humores & ſpiritus euacuantur: quibus euacuatis cutis rugoſa & laxa redditur: quòd ſi euacuatio amplius durauerit, ſolidorum ſubſtantia colliquabitur, & abſumetur, quo tempore cutis circũtendetur, quòd etiam in vtribus humore plenis contingit. Vbi enim euacuatur humor intus contentus, rugoſi redduntur: ſi tamen ipſis igni aut ſoli applicitis aliquid de ſua propria

Facies exitioſa neruoſa eſt.

Cutis antequam tendatur laxa fit.

ſubſtantia abſumatur, duri reddentur, ac tenſi. Quoties ergo aliquis ægrotat, ſolet cutis laxior reddi, humoribus euacuatis, aut manifeſtis, aut ſenſum effugiẽtibus euacuationibus. Cutis autem ipſa dura, ac circumtenſa non fit, donec cauſa diſſoluens, ipſa etiam ſolida membra tentauerit: quod in hac facie, quam depinxit Hippocrat. euenit: ad tantam enim ſiccitatem ac conſumptionem deuentum eſt, vt iam occupet ſolida membra, & cutim ipſam, quæ non rugoſa, ſed circumtenſa apparet. Contrarium euenire in refectionibus, hinc conſtat, quod in refectionibus primùm recreatur ſanguis, & ſpiritus implentes cutim: cutis autem plena, tenſa redditur, neque amplius rugoſa manet. Diſtenditur enim non aliter, quàm vtres aqua pleni. Quoniam tamen nondum ſolida membra humectantur, ſed poſterius inde eſt quod cutis ipſa adhuc dura manet in refectionibus poſt morbos ac conſumptiones, donec poſt humidorum refectionem ſolida quoque reficiantur, quod poſtremo loco fit: quum autem reficiuntur, humectantur omnia ſimul & cutis inde relaxatur. Ad finem Hippocrat. colorem depinxit in quatuor ſpecies diuidens: aut enim apparebit chlorus, aut niger, aut liuidus, aut plumbeus. Chlorum quidem dixi, quoniam non eſt Latinum vocabulum quod ſignificet ſimul viridem ac pallidum colorem, quemadmodum χλωρὸν Græcum. quòd autem hoc duos colores ſignificet, refert Gal. in Comment. 4. lib. 2. de Ratione vict. acut. & infrà Comment. 22. apud Laurentianum duo tantùm colores habentur, nempe chlorus, quem ipſe viridem dixit, & niger. In Græcis tamen codicibus præter hæc etiam habetur πελιτνὸν ἢ μολυβδῶδες, quod eſt, & liuidus aut plumbeus. De chloro itaque colore Galen. in Comment. agit, & infrà agemus circa prognoſtic. 2. & 47. lib. 2. De liuido colore conſtat ipſum demortuam ſignificare facultatem vitalem. Lib. namque 2. Comment. octauo, poſtquam Hippocr. duo ſigna lethalia ſcripſerat, quorum alterum pertinebat ad animalem facultatem, nempe corpus graue eſſe: & alterum quod pertinet ad vitalem, quod eſt vngues ac digitos liuere inquit Gal. Non ſimpliciter ait liuiditatem grauitati partium accedentem indicare mortem, ſed continuo, & ſine vlla cunctatione: propterea quòd vtriuſque intermortuæ facultatis ſigna appareant. Et 7. ſect. Aphor. Comment. 2. de liuido colore loquens, inquit, Non enim in mediocribus oſſium læſionibus, ſed fortibus putrilaginibus, talis ſpecies coloris circunſtantibus aduenit carnibus, extincto in eis ſcilicet calore natiuo: color eſt ſimilis moris, quæ integram maturitatem nondum ſunt aſſequuta, ſed prope accedunt. Qualis etiam in partibus percuſſis ſolet relinqui dolore ſedato, plumbeus color, qui in initio febris quotidianæ ſolet apparere in facie & labiis: liuido ſimilis ferè eſt, & in ſignificando pariter, nigro. Nam color ipſe plumbeus ad liuidum & nigrum inclinat, vt 12. de Morb. cu. inquit Galen. de colore faciei eorum qui delinquunt animo, ob craſſos, ac frigidos humores: nonnullis etiam ad nigrius, aut liuidius, quos quidem medici plumbei corporis appellant. Sic enim habetur in Græco codice μολυβδόχρωος. De nigro tamen colore dubitandum videtur. Nam Gal. in Comment. nigrum colorem damnat, quoniam ſanguine fit refrigerato, cùm tamen non tantùm ad frigiditatem, ſed ad calorem referri poſſit. Non tantùm enim frigus congelans, nigram reddit aliquam particulam, ſed & calor adurens vt conſtat in humidis omnibus cùm aduruntur, antequam in cinerem tranſeant,

Colores faciei exitioſi.

Liuidus color.

Plumbeus color.

Color niger.

item

itẽ carbones ex lignis fiunt vſtis,& fuligo nigra eſt: & in humano corpore gangrenæ ex magnis fiunt inflammationibus, in quibus pars demortua nigreſcit. Præterea Galen.in 21. Comment.lib.2.inquit, Siquidem nigredo aut ob vehementem accidit frigiditatem, qua ratione ſanguis quoque nigreſcit congeſtis globis,& quidquid extinguitur in plenum refrigeratum, aut propter exuperantem calorem. Etenim ſanguis rurſum trahit nigrorẽ, ſi crematur, quemadmodum alia omnia corpora, & qui diutius in ſole morantur æſtiuo nigri redduntur. Non ergo ad vnicam tantùm frigiditatem referri debet vultus color niger. Ad quæ reſpondetur, quòd niger color,qui in ægris apparet factus ex aduſtione, non ſignificat cutis ipſius aduſtionem ſed humorum qui intra cutem continentur. Nam in viuentibus maximè ſanis color quidam floridus apparet in cuti, qui ſanguinis & ſpirituum ſplendorem innatum oſtendit. Cùm igitur ſanguis ob nimiam refrigerationem ſplendorem amiſerit, talis fiet qualis qui in exterioribus concreſcit,ac nigrum oſtendit colorem,vt in facie quam Hippoc.depinxit.Calor etiam vrendo nigrum colorem efficere poſſet, non tamen in facie eius qui acuto morbo laborat. Nam in ipſo à calore vehementi humores omnes & ſpiritus qui in facie continebantur diſſipantur, poſtea verò remiſſo admodum calore à frigore ſuccedente ſanguis ſuperueniens amittens ſplendorem turbidus, opacus ac niger redditur, cutim quoque nigram oſtendit. Quòd ſi quando calor nigram aliquam reddat particulam,vt in gangrænis,id euenit humore in eo loco detento, ac ibidem aſſato, non vt in prædicta facie reſoluto. Æthiopum cutis nigra eſt, partim ob calorem ambientis, qui ipſam aſſare poteſt,ac vrere: partim quia alimentum ad ipſam perueniens aſſatur. Nigri etiam quidam fiunt ob id quòd in ipſis calor humores vrit, quorum fuligo cuti hæret,& alimẽtum quod ad ipſam cutim alendam deuenit, ſimiliter præaſſatum tranſmittitur: hinc omnes obiectiones facilè diluuntur. Calor enim febrilis in morbis acutis non aſſat,aut vrit humores vultus, ſed ipſos ſimul cum ſpiritu per cutis poros diſcutit,ac reſoluit. Aliter autem fiet: ſi quando aut cutis vreretur,aut humores,qui in parte aliqua continentur. Tali enim via nigrum colorem à calore fieri poſſe, non eſt negandum.

GALENI COMMENT.

HÆc quoque indicia omnia circa vultum exiſtunt in morbis diutinis,& laboribus, & animæ defectionibus: & multò magis in morte. Epilogiſtica enim ratio facilima eſt,vt diſſimilia naturæ,mali cuiuſdam obtineant ſignificationem: ſubiecti enim ſtatim ab initio id quod conſeſſum, conſpectúmque eſt, vt maximè contraria naturæ, exitioſa, ſimilia verò ſalutis indicia habeantur. Itaque hæc à nobis de eis epilogiſticè dicta ſint. Nam poſt exquiſita ratione de omni eorum natura conſiderabimus. Fiunt ergo tales affectiones, aut ob aliquam cauſam conſumentem & corrumpentem partes animalium carnoſas, aut ob debilitatem natiui caloris, qui non inſuper extendi in extremas corporis queat partes: ſed in viſceribus ſolis exiguus obſeruetur. Porrò huic ſcilicet comitatur affectus, vt non præterea affluat ad extremas corporis partes tantum ſanguinis aut ſpiritus quantum antea affluebat habentibus per naturam & ob eam rem in vultu maxima mutatio naturalis habitus liquidò apparet. Cum enim partes oſſea, & item carnoſa, & humidiores inter ſe adiuncta ſint: tum autem oſſea perſiſtant ſimiles, propter terreſtrem ſubſtantiam: carnoſa verò humidioréſque conſumantur facilè,& collabantur in eas,ob inopiam ſpiritus, & ſanguinis: facilimus cognitu affectus eſt. Naſi enim circa ſolas pinnulas nomine,ſubſtantia carnoſa: ſubſiduum verò omne oſſeum eſt. Meritò igitur quoties pars carnoſa conſumpta, aut vacuata conſidat, extremum eius tenue redditur: pari modo quoties vehementer refrigeratur: quod iam defunctis accidit. Stipata enim per refrigerationem ſubſtantia carnoſarum partium gracilentus in ſummis meritò redditur. Non enim alium quendam naſum vocamus compreſſum, quàm qui gracilentus in ſummis exiſtat. Igitur ad hunc modum naſus compreſſus apparet. Caui præterea fiunt oculi propter eas ipſas cauſas: ſed quantò humidiores molliorésque ſummo naſo ſunt, tantò citius cauantur. Quinetiam ſpiritus animalis copiam participant, & item caloris non parum habent: quibus deficientibus, meritò contrahuntur. Id verò, cauum oculorum eſt. Tempora ſimiliter aſtringuntur: propterea quòd ſola reliqui capitis muſculos habeant,quos nominant à temporibus crotaphitas: reliquum verò caput omne prorſus carne vacat. Aures frigidæ, & contractæ, quia cartilagineæ,carne vacant,exangues habentur. Itaque celerrimè refrigeſcunt,vt quæ ſuapte natura ad affectum inſtructiores,paratioréſque ſint. Sed quam ob rem fibræ earum verſæ ſunt? An quia molliorem obtinent ſubſtantiam, non quemadmodum ſubſiduum omne, quòd inquam tenuis cartilago exquiſitè eſt tenuiore intecta cute? Quam ob rẽ de prædictis cauſis fibræ extenuantur,vertuntur,ſiccantur,ſtipantur: ita verò affecta retrouerſus tenduntur magis ad originem præbentium illis ſenſum neruorum. Etenim conuelli cunctis corrigiis exſiccatis, commune eſt: proprium verò vnicuique in corpore parti eſt,illo verti & conuelli potius,vbi innexorum ei neruorum initium eſt. Id enim in digitis planè intueri licet, ſi enim intimus tendo ab aliqua cauſa afficiatur, digiti perſpicuè inflectuntur: ſi extimus,attenduntur. Cæterùm ob eam ipſam ſiccitatem, ſtipationémque, cutis omnis circa vultum omnem duriuſcula apparet & intenta. Affectus verò manifeſtius apparet circa frontem: quia carnoſa ſubſtantia tenuior hac in parte cutì ſubtenditur. De prædictis verò cauſis carnoſa natura afficitur magis,quàm quæ cutis inſtitutione conſiſtit. At verò coloris mutatio peſſima eſt, quoties ad nigrum exiſtat: vtpote ſanguine refrigerato: quemadmodum vbi foras effuſus ſanguis conglobatur: moderatior verò quoties in chloron,id eſt, viride fuerit. Veteres enim aſſolent ita nominare nonnunquam pallidum colorem, interdum, vt plerique,braſſicam & lactucam chloros, id eſt, virides nominant. qui quidem color nigrior eſt. quàm rubidus. eſt etiam tanquam initium quoddam nigri, liuidique, quem frigus, perinde quaſi nigrum efficit. Quocirca vultus, in quo omnia prædicta habentur,exitioſus meritò nominatur, iſque per morbos longiores ſæpenumero videtur. Rarò verò inter initia apparet: & ob eam rem cum maximo periculo eſt: vt qui nullam.abs tempore cauſam habeat. Longo enim interpoſito tempore conſumi corpus,& item refrigerari partes extremas, haudquaquam mirabile eſt. Inter initia verò,præſertim acuti morbi,prorſus exitioſum cenſetur: niſi ob aliquam aliam cauſam talis extiterit. Cæterum quanam committere cauſa eam rem poſſint ipſa procedente dictione docebit. Nunc verò rem adiiciendam, quam videtur Hippocrates omiſiſſe, prius audi. Vt enim per morbos diutinos talem fieri vultum non admodum exitioſum eſt: ita nec in terra frigida, hyeme, conditione frigida, ſenecta: quemadmodum per ſententias indicauit. Per morbos minus periclitantur ii, quorum natura morbus conuenit, aut ætati, aut habitui, aut tempori: quàm quibus non competit aliqua ex his ratione.

ANNOTATIO IN GALENI Comment.

IN prima parte omnia quæ in progn. continentur, vnica comprobat ratione epilogiſtica quæ ab

affectu procedit. Omne quod eſt naturæ maximè contrarium, peſſimum eſt: hæc eſt facies naturæ maximè contrsria, ergo peſſima. Minor probatur, quoniam hæc facies in animi defectionibus, morbis longis & in mortuis, & morti proximis inueuitur.

Secunda pars incipit (Fiunt ergo) in hac parte docet vno duorum modorum euenire tales diſpoſitiones in facie aut corruptis ac colliquatis iis quæ continentur in facie, nempe partibus carnoſis, aut ob nimium defectum caloris, cuius cauſa nihil poteſt ad extrema tranſmitti. Abſumptio ergo contentorum inter cutim & oſſa ſubiecta, & compreſſio à frigore facta, naſum in extremis gracilentum efficiunt. *Conſumentem.* Græcè συντήκουσαν, id eſt, colliquantem, à verbo, συντήκω, quod colliquo eſt, & in liquidam ſubſtantiam conuerto. Laurentianus verò ſæpe ſic tranſtulit vocabulum, ſed malè: non enim idem eſt colliquari, & conſumi. Nam vbi aliquid inſenſibiliter diſcutiatur, conſumi dicetur non autem colliquari: abſumi enim poſſunt ligna: & in humano corpore, oſſa, & reliqua ſolida membra, liquari tamen non poſſunt, quod eſt in liquidam ac fluidam ſubſtantiam conuerti. Ariſtot. lib. 4. Mete. cap. 7. inquit, Ligna verò terræ ſunt & aëris, quæ colliquari ac molleſcere nequeunt. Et Galen. lib. 10. de Morb. cura. ad finem, de febribus colliquantibus loquens, inquit, Siquidem quoad materiam vberem habent, hanc colliquāt, vbi illis tum adeps, tum caro mollis deficit, duras & ægrè liquabiles carnes ſiccant, à quibus propter ſiccitatem nihil defluit. Hinc igitur clarè conſtat, quòd id quod colliquatur, in ſubſtantiam fluidam vertitur, quo modo vſus vocabulo Hom. ὀδυσ. τ. de Penelope maritum alloquente, inquiens.

Τῆς δ᾽ ἄρ᾽ ἀκουούσης ῥέε δάκρυα, τήκετο δὲ χρώς,
ὡς δὲ χιὼν κατατήκετ᾽ ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν.

Quod eſt, Ipſa verò audiente fluebant lacrymæ, ac liquabatur corpus, quemadmodum nix colliquatur in ſummitatibus montium.

In tertia parte quæ incipit (Caui præterea) reddit cauſam quare oculi excauantur, nempe quoniam humores & ſpiritus reſoluuntur.

In quarta parte, quæ incipit (Tempora) reddit cauſam, quare tempora fuerint collapſa.

Aures frig. In quinta parte, quæ incipit (Aures frigidæ) reddit cauſam, quare aures refrigerantur, ac lobi ipſarum inuertuntur, quarum primum ad frigiditatem, ſecundum, ad ſiccitatem refert. Poſſet tamen quis obiicere: ſi enim verum eſt quod Gal. inquit, aures celerrimè refrigerari, non erit admodum mala ſignificatio, quæ ſumitur ex aurium refrigeratione: quoniam quod celerrimè efficitur, non eget magna cauſa ad hoc vt fiat, ſed non obuiat, quoniam non infertur magnum adeſſe malum, quoniam aures refrigerantur. Sed quoniam cum acuta febre tales fiunt, quod indicat tantùm caloris defectum, vt ad extrema extendi non poſſit, neque etiam febrilis ipſe.

In ſexta parte, quæ incipit (Cæterùm ob eam ipſam) cauſam ſcribit quare cutis circa frontem tenditur, quod ad ariditatem refert, & quia caro frontis minor eſt, & quia à calore præter naturam caro magis patitur quam cutis.

In ſeptima parte, quæ incipit (At verò) peſſimam dicit eſſe mutationem coloris faciei ad nigrum ob refrigerationem, quemadmodum ſanguini in exterioribus concreto euenit. Chlorus autem non eſt adeò malus: eſt enim veluti via ad nigrum. *Id eſt viride fuerit.* abundat præter id quòd non explicatur bene chlori ſignificatio per viride: quandoquidem vt Galen. inquit, pallidum & viridem colorem ſignificat.

In octaua parte, quæ incipit (Quocirca) concludit hanc faciem ſæpenumero apparere in longis morbis, tardò verò in acutis, maximè inter initia. Quare fit exitioſam eſſe quoties apparuerit, & non ob cauſam aliquam præincipientem, de quibus progn. ſequenti.

In nona parte, quæ incipit (Nunc verò) addit quod ab Hippocr. hoc in loco prætermiſſum eſt, nempe ætatem, regionem, anni tempus, eſſe conſideranda. Quemadmodum enim in longis morbis talem faciem effici non eſt mirandum: ita neque in regione frigida, aut ætate ſenectutis. Verùm id alibi notauerat Hippocr. nempe 24. Aphor. 2. ſection. vbi dixit, In morbis minus periclitantur ægrotantes, quorum propriæ naturæ, &c.

PROGNOSTIC. III.

SI igitur in principio morbi talis fuerit facies, & nullo modo poſſibile fuerit aliis ſignis coniectari: interrogare oportet vigilaueritne homo: aut venter vehementer ſolutus fuerit, aut fames ipſum oppreſſerit; & ſi quidem aliquid horum confeſſus fuerit, minus malum eſſe exiſtimabit, iudicantur autem hæc per diem & noctem, ſi ob has manifeſtas cauſas facies talis fuerit. Si tamen nihil horum eſſe dixerit, neque in prædicto tempore conſtiterit, noſſe oportet hoc ſignum lethale eſſe.

Quantum differant vires ſignorum vbi à cauſis euenerint diuerſis, ex præſenti progn. docet Hipp. quod in omnibus aliis ſignis obſeruabitur. Vnum enim & idem ſignum vbi à cauſa procatarctica habuit originem, parum periculi adeſſe oſtendit: vbi tamen ſine tali cauſa factum, mortem ſignificat, veluti facies prædicta, vbi talis apparuerit inter initia morbi, hoc eſt, in tribus primis diebus & ex vi morbi talis fuerit, lethale ſignum eſt, vbi verò non, ſed ob cauſam aliquam manifeſtam, aliam ab ipſo morbo, minus periculum in morbo oſtendet. Ad diſtinguendum tamen an æger ſit in tali periculo conſtitutus, alia ſigna à facie ſunt conſideranda, ſi apparuerint: ſi verò alia ſigna non apparuerint, ſed cogimur ex tali facie coniecturam accipere, cùm talis à cauſa manifeſta euenire poſſit, id prius erit diſtinguendum, interrogante medico an æger vigilauerit, an inediam paſſus fuerit, vel magnum ventris profluuium. Si namque aliquod horum fuerit in cauſa, non admodum exitioſa eſt diſpoſitio. Si tamen nihil horum paſſus fuerit, lethalis eſt diſpoſitio, quæ indicat nobis talem faciem ex malitia morbi euenitſe. Si in principio morbi talis facies fuerit: dixit, per principium intelligens trium dierum primorum ſpatium, quod in ſequenti clarius conſtabit. Quòd ſi talis facies in longo temporis proceſſu appareret, non ſignificaret magnum malum: quandoquidem morbus non admodum vehemens plurimis diebus infeſtans talem faciem efficere poteſt. Si tamen intra trium dierum ſpatium id efficiat, cauſam celariter abſumentem oſtendit. quod enim cauſa debilis longo tempore efficit, fortis breui efficiet. Secundò addit, ſi non fuerit poſſibile ex aliis ſignis coniecturam accipere, ad prædicendum quidpiam de ſalute aut morte ægri: ſed

Facies exitioſa à cauſa externa.

Facies exitioſa.

Signa alia ab his quæ ſunt in facie an appareant in principio.

ſed tantum ex ſignis quæ ſont in facie, intertogare oportet an vigilauerit, & teliqua. Contra hoe videtur quod ſeripſit lib. I. prognoſt. 8. quæ verò breuiſſimo temporis ſpatio iudicari debent, facilè cognoſcuntur, maximas enim habeot à principio differentias. Si ergo maximas babent differentias à principio, ita vt illi, qui quatto die iudicandi ſint, primo die notas eius, quod fututum eſt, præbeant. Et in hoc loeo Hippocr. de morbis acutis loquitur, vt in prognoſt. præcedenri. Malè diait modò, ſi alia ſigna ooo apparuerint: apparebunt enim neceſſatiò. Sed intelligandum Hippocr. non velle dicere alia ſigna à facie ounquam appatere, ſed ſi non appareant. Quoniam aliquando oon apparent, & aliquando appareot, ſed quæ nibil certi babent indicare: aliquando verò apparent ae eertum aliquid indicant. In morbis namque, qui intta primom quaternariom finiuntur, apparent, ae certum ſigoificant, in morbis tamen acutis, qui ad decimumquartum diem protogantur, in primis tribus diebus ſigna alia forte non apparebunt, aut ſi quæ appareant, non erunt ex eertis, veluti, ſitis, accubitus oon booos, capitis dolot, & ſimilia. Adde quod quamplurimi morbi acuti primis diebos incedont lento motu, io quibus vbi talis facies apparuerit, intra ſpatium ttium dierum, ooo licebit ea aliis ſignis ſcratati, ſed tantùm ex his, quæ in facie apparent. Vbi itaque non apparueriot, inquit in parte 3. Hippocrat. intettogate oportet vigilauetitne homo, & reliqua, nam ſi alia ſigoa appatereor, quæ ſimul cum tali faeie, motbi malitiam oſtendetent, non eogeteror medicus quidpiam intertogare, ſed morbi malitiam intelligere fuiſſe cauſam: ſi tamen ipſa non apparent, interrugandus eſt æger. Interrogare præcepit circa caoſas primitiuas: quia ipſe non docet io præſenti libro prædicere prætetita, maximè quoniam ad prædicendum aliquod eorum de quibus interrogare præcipit, oportet pulſuum habere notitiam, vt inquit Galen. in Comment. & ipſe in ſuis opetibus de pulſibus non docuerat, vt inquit Galen. lib. I. de differentiis pulſ. Omnium itaque quorum ad nos memoria peruenit, princeps Hippocr. nomen pulſus litteris prodidit, atque artis quam amplectitur oon viderur ignarus eſſe, tamen hanc parrem artis reliquit iotactam. & 3. de criſibus cap. vltimo inquit: Sed ſigna ex pulſibus ſumpta Hippoer. vel quia non nouerat, vel quia non magoi momenti exiſtimauit, idcirco ooo eſt exequutus. Tria itaque ſunt, quæ medicus interrogate debet, an vigilauerit homo, an aluus vebementer fuerit ſoluta, an fuerit fame oppreſſus, per quæ omnes cauſas manifeſtas intellexit Hippocr. Per vigiliam enim, vt vult Galen. triſtitiam eriam intellexit, ſiue quamois animi perturbationem. Nam & 12. de Morb. cur. triſtitia vna eſt ex cauſis, quæ citò faciem iſtam afferre poſſunt, præter id quòd huiuſmodi ſymptomata vigiliam adducunt. Per alui ſolutionem, omnem immodicam euacuationem, de manifeſtis intellexit. Diait etiam Hippoer. λιμώδης τὶ ἔχῃ αὐτὸν hoc eſt, vel aliquis alimeoti defectus ipſum obſederit. Hoc enim loco fames non ſignificat appetitum ad alimentum, neque triſtem ventriculi ſenſationem, ſed inopiam, aut voluntariam abſtioentiam, vt in Aphoriſm. 16. ſect. 2. vbi dixit. Vbi fames laborandum non eſt. Etſi Hippocr. præcipiat ægrum ioterrogari de ſingulis eauſis primitiuis: Galeo. vnum eorum dici poſſe, aut vnum ex duobus, aut vnum è tribus, credit, vt conſtat ea Commentar. Id enim eſt, cuius cauſa credit æger medicum agnoſcere, quæ attinent ad ipſum: quoniam enarrat quæ æger omittit, veluti aut inediam, aut vigiliam, aut ventris fluxum. Quod ſi interrogante medico aliquid horum æger fateatur, minus periculi imminet, quàm vbi oihil ipſorum conceſſerit. Cæterum noo omnino eſt ſine periculo, quoniam etſi ob cauſam aliquam ea prædictis euenerit, ſatis malum eſt, quum adeſt ſimul cum acuto morbo: quandoquidem talis facies ſine reſolotione magna oon fiet. Quum tamen id faſſus eſt æger, adhue aduertendum eſt, quoniam poſſibile eſt aliquid horum præceſſiſſe, & ægrum in maximo perienlo eſſe conſtitotum: quoniam adbuc vi motbi poteſt fieri, vt æger in talem habitum iocidat, ob malitiam morbi, ooo ob fluaum ventris, quamuis ipſum paſſus ſit: quo tempore diem ac noctem eapectare docet: per id eoim tempus iudicabitur. Quòd ſi intra id tempus finiatur, ſigoum eſt ab illa cauſa manifeſta habuiſſe originem: ſin minus noo ab ipſa, ſed à morbi malitia, atque eam faciem lethalem eſſe, videtur in contrarium poſſe adduci: non enim neceſſum eſt, ſi talis affectio euenit ob aliquam ex cauſis manifeſtis, quòd id iudicetur per diem & noctem: quoniam vbi motbi malitia coadiuuet, non reſtituetur facies ægri: quæ igitur erit via ad id deprehendendum, vbi ambotum cauſa euenerit talis facies? Rurſus, contra Galen. qui in Comment. inquit de cauſis eius faciei loquens: Si verò ex affectioone io corpore, aut permanebit talis, aut etiam deterior erit. Vbi enim eueniat talis facies, à morbi vebementia, ſimul & ab aliqua de cauſis manifeſtis: ceſſante cauſa manifeſta poſſibile eſt ipſam meliorem fieri: vbi enim malum à duabus cauſis fit, altera ceſſante, minuetur malum. Siue ergo à morbi vehementia fiat, ſiue à cauſa manifeſta, continget ægrum io meliorem tranſire diſpoſitionem intra diem & noctem: hæc tamen noo tollunt veritatem ſententiæ Hippoerat. nec Galen. doctrinam. Vbi enim aliqois paſſus fuerit ab aliqua de præfatis cauſis maoifeſtis, ſi intra diem & noctem reficitur, malom ea cauſa ortum habuit: ſi tameo non reficitur, id efficit morbi vehementiam, aut ſe ſola, aut ſimul cum manifeſta: primum ſine aliqua diſtinctione dici poteſt, æger iotra diei & noctis ſpatium refectus eſt: ergo morbus non eſt talis faciei cauſa. Nam ſi morbus cauſa non eſt, ceſſante manifeſta cauſa reficietur: ſi tamen non reficitur, diſtinguendum, aut intra diem & noctem peior euadit, aut nihilo melior: ſi peior, ferè nibil mali ad cauſam manifeſtam referri debet, ſed totum ad morbi vehementiam: ſi tamen nihilo melior redditur, non tamen proceſſit in deterius, quadamtenus etiam ab ipſa cauſa manifeſta originem habuit. Ad id verò quod adduximus contra Hippoerat. dico quod vbi à morbi malitia ſimiliter eueniat, non reſtituetur ægri facies. Quod tamen dixit Hippocrat. iotra diem & noctem iudicari, id eſt verum: quoniam intra id ſpatium cognoſcetur an à ſola cauſa manifeſta euenerit: quoniam ſi ita fuerit, reficietur. Ad aliud contra Galenum dico, quod vbi duæ cauſæ coniungontur, nempe maoifeſta, & morbus, ſi cauſa maoifeſta ceſſauerit, noo tamen reficietur, quooiam morbi malitia, quæ etiam eſt in cauſa, prauam illam diſpoſitionem conſeruare valebit, ac refectionem impedire. Libro tettio de Diebus decretoriis, argumentum ſcribit Galen. contra id quod diait Hippocrat. hanc diſpoſitionem vbi à cauſa manifeſta facta ſit, iudicari per diem & noctem: inde enim ſequetur aliquem morbum in prima die iudicari, cùm tamen apod ipſum primus ex iudicatoriis, ſit tertius. Verùm tali ratiooe vtentes reprehenden

Nota.

Hippocr. pulſuum doctrinam prætermiſit.

Triſtitia faciem efficit exitioſam.

Fames.

Facies exitioſa intra diem & noctem iudicatur.

hendendi ſunt, quoniam non nouerunt, inquit, quòd κρίνεται, id eſt, iudicatur, dictum eſt, ὡς ἐπὶ τῇ δοκιμάζεται, καὶ ἀναγνωρίζεται. id eſt, loco eius quod eſt, probatur ac cognoſcitur. Dixi manifeſtas cauſas, quoniam Græcè habetur προφάσιας. & Galen. libro 2. Commentar. 6. inquit, προφάσεις aſſueuit Hippocr. nominare manifeſtas cauſas quas tamen Hippocrat. manifeſtas appellauit Galen. in Commentar. in part. 4. externas nominauit, dicens: περὶ τῶν ἔξωθεν αἰτίων. id eſt, de cauſis externis. Explicat autem eas famem, vigiliam, ventris fluxum: ſi enti & lib. 3. Commentar. 23. angorem ac ſollicitudinem appellauit cauſas exteriores, non ob aliud, niſi quoniam extra morbum ſunt, etſi non extra corpus. Ad finem igitur inquit: Si nullum horum eſſe dixerit, neque prædicto tempore conſtiterit, ſignum lethale eſt: ac ſi dixerit, ſi cauſa manifeſta non præceſſerit, aut vbi præceſſerit non conſiſtat, ac reficiatur facies, lethalis eſt nota. Significatur enim tanta morbi vehementia vt poſſit intra triduum tantam efficere colliquationem, quantam alij morbi longo tempore efficere ſolent. Quòd etiam æger breuiſſimo tempore in eam incidat diſpoſitionem, admodum languidam ſignificat facultatem, vt Hippocrat. dixerat Aphor. 28. lib. 2. Febricitantium non omnino leuiter permanere corpus, nihil minui aut pluſquam ratio poſtulat contabeſcere, malum: illud enim morbi longitudinem, hoc verò facultatis imbecillitatem ſignificat. Quod enim hic intra ſpatium trium dierum ſiue in principio dixit, ſi talis facies apparuerit, hoc eſt, cum naſo gracili, oculis cauis, & reliquis in Aphoriſm. dixit, extenuari ac contabeſcere pluſquam ratio poſtulat. In primis namque ſtatim diebus talia fieri, plus eſt quàm ratio poſtulat, quæ ſumitur ex temporis ſpatio. Quod autem in Aphoriſmo dixit, de febribus non omnino leuibus, idem eſt, & quod in propoſito de morbis acutis loquitur. Quod autem in Commentar. præcedentis prognoſtici Galen. dicit talem faciem euenire ex imbecillitate facultatis, & à cauſa colliquante, ac corrumpente dixit, in Commentar. Aphor. non eſſe vnam cauſam quam Hippocrat. ſcripſit immodicæ extenuationis, ſcilicet imbecillitatem facultatis: ſed etiam humorum tenuitatem, & cutis raritatem. Quæ cauſa in idem concidit cum cauſa colliquante, ac corrumpente, quæ humores extenuat: cutis verò raritas, accidit, vt ab ipſo calore febrili fiat, quod ſi fiat ad cauſam ipſam colliquantem reducetur, eritque vnica cauſa in ſpecie quæ humores colliquat, & quæ eos extenuat, & cutim rarefacit. Idem etiam voluit libr. 2. de Ratione vict. cau. Commentar. 47. vbi poſtquam ſcripſit cauſas manifeſtas quæ facultatem reddunt languidam in eſſentia, addit: Omnes igitur hæ virium offenſæ ex manifeſtis quidem fiunt cauſis: ſed aliæ ex non manifeſtis, vt quando abſque manifeſta euacuatione, vel vigiliis, vel inedia, vel oris ventriculi ſenſu, ægri ad talem ſubtrahuntur affectionem corporis, qualem in prognoſtico circa initium ſcripſit Hippocr. inquiens: Naris acuta, oculi caui, collapſa tempora, & quæ deinceps ſunt. Nam hæc corporis conditio fit quidem & ob vigilias, & ob excretionem quandam quæ multa fit, & ob inediam fit quoque & abſque his, cùm ſcilicet corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris, nam euaporantur qui ita extenuantur per inſenſibilem euacuationem. Imbecillitas ergo facultatis, aliquando antecedit has inſenſibiles reſolutiones, & eſt imbecillitas retentricis, ſequitur autem ſemper ipſas immodicas euacuationes.

Cauſa manifeſta externa.

Cauſæ faciei exitioſæ.

GALENI COMMENTARIVS.

SVmmè exitialis, & inſanabilis morbus eſt, per quem ſtatim inter initia vultus exitioſus ſine exteriori cauſa extitit. Minori verò cum periculo eſt, ſi propter aliquam cauſam euidentem acciderit: verbi gratia, propter vehementem inſomniam, aut inopiam alimenti, aut alui fluorem. Præſtaret enim nec ex his cauſis quidem nimium exolui vires inter initia ægrotationis. Minori verò cum periculo eſt, quoties ob aliquam talem cauſam extiterit, non ob maleficentiam ægrotationis. Sed quænam ſit affectio corporis, in qua talis vultus efficitur ſtatim primis diebus, perſpicuè breuibus tibi iam explicabo. Vbi debilitas deterioris in animalibus facultatis pariter ſit, atque humores tenuiores, cum febre calida: præ debilitate excernitur ſubinde aliquid inuiſibile, propter paruitatem extra cutem, vtpote tenuioribus humoribus effluentibus. At verò febris etiam magis conſumit tenuiſſimos humores, minus verò tenues extenuat, ita vt nunquam vacuatio deſinat, ſed ſimiliter continuis vomitionibus, aut alui fluoribus, aut ex vrina immodicis vacuationibus. Verùm intereſt, quod ea ſenſibiles ſunt: ea verò quam nunc commemoraui, præ tenuitate fluoris inuiſibilis eſt. Talis ergo nequaquam conſiſtit vultus in morbo pituitoſo, quemadmodum nec in plethorico propter exuperantiam ſanguinis. Sed inopiam potius eſſe oportet in corpore, & dolorem præuenire, & angorem: ex his enim humor colligitur bilioſus. At verò ſi terra calida ſit, & anni tempus æſtiuũ, & conditio calida ſiccáque, tunc ſanè tali affectione prehendi hominem vel promptius eſt, potiſſimum quoties bilioſior fuerit ex natura. Quinetiam nonnulli facile diſcutiuntur, atque difflantur. alij verò os ventriculi debile habent, quæ omnia quoties ſimul concurrunt, tale corpus propenſiſſimè prehendi poteſt affectione, quæ vultum exitioſum committat. Si igitur hæc quiſpiam agnoſcit, non ſolum præſenſionem, ſed etiam curationem poterit inuenire habens intentionem firmare vires ventriculo idoneis alimentis. Sed hæc non parum extra itineris propoſitum dicta ſunt. De cauſis exterioribus conſiderandum exquiſitius eſt. Hæ ſunt (quarum ipſe nominatim habuit mentionem) fames, inſomnia, vigilia, fluor alui. Quibus adiicias licebit ſimilia horum, vacuationem immodicam ſanguinis è naribus, aut vulua, aut mariſcis, aut vulnere, aut quouis alio modo. Et item mœſtitiam vehementem, quæ quibus libeat cauſis conſtiterit. Sed forſan rectè ratione aliquis dicet hanc dictam eſſe ab Hippocrate poteſtate in ſermone qui eſt de inſomnia: accidit enim inſomnia ſeu vigilia etiam ob alias cauſas: accidit etiam propter mœſtitiam, ita vt inſomnia vniuerſalior ſit, quàm mœſtitia, & ob id continere eam meritò dicetur. Itidem aluus admodum fluens, exemplum tibi cuiuſuis immodicæ euacuationis erit. Si igitur diligenter verſeris in operibus artis, peritúſque ſis circa vniuſcuiuſque rei formam, ſæpenumero apparebit cauſa, quæ talem vultum committat. Signa verò earum dictu difficilia ſunt, & ob eam rem tradere ea ſermone, quanquam plerique nouerint medicorum, refugiunt. Sed omnia propriis, & ſuis locis à nobis explanata iam ſunt. Quapropter ipſe quoque poſtquàm didiceris ea, poteris interdum ingreſſus ad ægrum pronunciare de cauſa, quæ talem vultum commiſit: ſed potiſſimum vbi præcedentem omnem victus rationem noueris ægri: conſiderans præterea de temperamento eius, & multo magis vbi peritiam habeas de motu arteriarum, præterea & qualitate febris. Subiiciamus enim aliquem, gratia exempli, tempore æſtiuo, per conditionem calidam, & ſiccam, bilioſum ex natura adoleſcentem ex conflictatione, inopia, & mœſtitia incepiſſe ægrotare: ſitque calor eius, tangenti ſenſum admodum mordens: & vrina bilioſa, & pulſus virium indicans debilitatem: ſuſpicare hunc talem in relata fore conditione, ob quam vultum

citò

Digitized by Google

tiò ſit habiturus exitioſum, niſi congruè nutriri anticipet. Itaque ſi non ſint talia circa ægrum, neque præceſſerint, neque primo die, vel ſecundo exiſtant; tertio verò ingredienti tibi vultus appareat, qualis nunc dictus ab Hippocrate eſt: ſcias hunc propter aliquam cauſam exteriorem ita affectum. Igitur apud te conſiderabis quidnam potius in eo extiterit, num ſecretio aliqua multa, an inſomnia. Ex inopia enim non erit talis vniuerſim niſi præuenerint talia in morbo, qualia dicta iam ſunt, atque ex natura fuerit talis, qualis dictus eſt. Si igitur pridie videas ægrum, haudquaquam latebit multam fore ſpontaneam ſecretionem: firmiſſima enim eius indicia habentur, quæ à nobis in Commentariis de Indicationibus & item libro de Præſagiis ex pulſibus explanata iam ſunt. Quapropter licebit ſtatim aſpicienti hominem, definire vehementem extitiſſe inſomniam: etenim videbis oculos eius admodum ſqualidos: qui non propter euidentes & immodicas euacuationes, perinde vt propter inſomniam tales redduntur. Porrò videbis palpebras reſurgere difficulter, & item talem habere formulam in conniuendo, atque etiam & inſtabiles habere, quales per ſomnum obſtupidum (ita enim Coma interpretor) exiſtunt. Quinetiam vbi nunc primum tibi appareat æger, antea verò nullo pacto eum perſpexeris: talia ſigna, atque ea quæ ex pulſibus percipiuntur, aliquam indicabunt diſcretionem. Per immodicas enim excretiones ſeruabit aliquod adhuc (quamquam exiguum ſit) indicium formulæ, ſignificans eas, per inſomniam verò chordulæ extentæ ſpeciem refert. At ſi propter inopiam duntaxat in talem vultus venerit affectionem, ex dictis indiciis neutra adſunt, neque inſomniæ, neque excretionis, & ob eam rem potius ex accidentibus, quàm ex propriis ſignis, in illis præſagire conueniet, propter inopiam alimenti deductum eſſe eum in talem affectionem: & adhuc magis, quotiei febris, proprietatem caloris diſcutientis, exquiſita ratione conſideranti tibi nequaquam importet. Si enim talis appareat ob illam potius quàm ob exteriorem cauſam, gracilentum ita videri vultum exiſtimandum eſt. Cæterum conuenit immorari diutius attrectando omnem manum, non ſolùm carpum ægri, ſed etiam ſuperiores partes, diligenter animaduertentes, ſi non ſolùm acriorem, ſed etiamſi ſubſtantiæ copiam vnà ſecum, & quidem corpulentam reportet, veluti flammulam quandam peruadentem cutem tuæ manus, quæ cutem ægri contingis, ſéque inſinuantem perſpicuè in profundum. Tales enim febres ſunt, quæ vultum eiuſmodi committunt. Hæc igitur (vt docui) dici quidem poſſunt difficulter: non tamen omnino dici non poſſunt, neque difficulter agnoſci ab iis qui circa ea exercitati ſunt, quique viderint talia ſæpenumero à me omnia prædici: ſed multò magis ſi ſtuduerint agnoſcere operibus ipſis quæcunque in Commentariis de Præſagiis edocti ſunt: eò quòd videant quidem talia prædici, vt fieri poſſint, re ipſa dicentes, non reprobantes verò prius quæ ab initio videntur cognitu difficiliora. Nam geminos fratres ſimilimos quidem, ſemel, aut bis videndo, nequaquàm interſtingues: ex neceſſariis verò nullus hallucinatur. Hæc igitur dicta ſunt ad cohortandos iuniores, ſed potiſſimum eos qui nunquam prædici hæc omnia à nobis perſpexerunt: non enim ſolùm inſomniam dicere poſſunt, ſed etiam vt propter mæſtitiam tale quid extiterit. Non enim Eraſiſtratus videns coruos, aut cornices volantes, deprehendit adoleſcentis amorem, nec (vt quidam dixerunt) amatorium pulſantes ſenſit arterias adoleſcentis (nullus enim pulſus proprius amoris eſt) ſed quemadmodum apparuit interdum etiam mihi inijcienti manum carpo ægri, muliere verò quadam viſa earum, quæ in domo erant, ſtatim inæqualis pulſus, atque inordinatus euaſit: paulò verò poſt ad habitum naturalem ſimul recedente muliere viſa, rediuit. Ita enim mutatus pulſus, communem quendam ſignificat perturbationis affectum in animo fuiſſe ægroti. Perturbationem verò hanc interſtingui conueniet ex iis, quæ dicuntur ab eo pariter, aut videntur, etenim rurſus dictis quibuſdam, pulſus vertitur ad inæqualitatem, perturbato ægro ob ea quæ audiuit. Sed de his ſeorſum à me ſcriptum iam eſt dicato opere, cui titulus eſt, De præſentiendo. Nunc verò ad inſtitutum redeamus. Illud agitabatur, vt multa de præteritis, & item præſentibus coram ægro poteſt medicus dicendo commendari, velut ea, quæ nunc dicta ſunt hac oratione, inſomniam, aluí fluorem, famem. At verò interdum ex his vnum definitè dicere difficilè eſt: ſed è duobus alterum, aut è tribus vnum prorſus poſſibile erit firmiter præſentire. At verò id quoque laudem feret apud audientes interrogando, præſentione facta ad hunc modum: Num ob inſomniam vehementem, an alimenti inopia attenuatus eſt? Sæpe enim comprobant vtrumque, & demirantur biſariam medicum: interdum alterum eorum reſpondentes ita quoque demirantur. Hoc igitur eſt quod ab Hippocrat. dictum eſt: Interrogare oportet num vigilauit æger, an multa dexecit, an fameſcat. Deinde quid dicit? Et ſi quid horum comprobet, minori cum periculo eſt merito, Melius enim eſt adeo fortem eſſe facultatem, vt à nulla cauſa exteriori vincatur. Minori verò cum periculo eſt, ſi ob aliquam talem cauſam, nec ob ægrotationis maleficentiam talis conſumptio exiſtat. At verò quia poſſibile eſt, vt ambo concurrant, tum cauſa aliqua exterior (vt dixi) afficiens corpus, tum etiam febris conſumens, interſtitio erit tibi de ſubſequenti die noctéque. Si enim ab exteriori cauſa ſola, qualis dictus eſt, vultus extiterit, correctionem per diem, & noctem adipiſcetur, ſi verò ex affectione in corpore: aut permanebit talis, aut etiam deterior erit. Itaque conſtat vt hæc omnia ab Hippocrate rectè dicta ſint: Sed quamobrem dixit? Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, necdum ſcrutari aliis ſignis poſſibile ſit, deinceps conſideremus. Duorum enim alterum eſt, aut quia non accidunt inter initia morbi, aut quia nihil firmum denunciant, nequaquàm poſſibile eſt talibus vti ſignis, ad res dubias definiendas. Ego igitur dico non ſemper fieri talia: nec ſi fiant, firmum aliquid indicare. Cæterum quòd hoc ita ſe habeat, in enarrandis illis docebo, per hanc ſubſequentem dictionem.

Nullus propriè datur pulſus amatorius.

Annotatio in Galen. Comment.

In prima parte talem faciem exitioſam eſſe dicit, vbi non eueniat à cauſa exteriori, quam Hippocr. appellat manifeſtam: minus verò periculi imminere, ſi fiat à cauſa tali, vt vigilia, inedia, ventris fluxu: melius autem eſſet, ſi neque à talibus fieret. *Exitioſus.* Græcè νεκρώδης: *Quidem nimium* ἐσχάτως, id eſt, extremè.

In ſecunda parte, quæ incipit (Sed quænam) docet quam ob cauſam talis facies fit in primis ſtatim diebus, nempe vbi facultas retentrix ſit debilis, & humores tenues, & febris calida intelligendum, vehemens: inſenſibiliter diſcutiuntur humores tenues, & craſſi attenuantur, ac iterum extenuati diſcutiuntur, ac quod ſequitur faciei extenuatio, non aliter quàm è manifeſtis euacuationibus magnis ac perdurantibus. *Tenuitatem.* Græcè σμικρότητος, id eſt, paruitatem. Sed legendum λεπτότητος, vt Laurentianus.

Græcus codex corrigendus.

In tertia parte, quæ incipit (Talis ergo) talem vultum in corporibus pituita abundantibus, aut ſanguine, aut in plethoricis non fieri inquit, ſed in contrario modo affectis, nempe vbi adſit inopia, dolor, cura: accedit ad id calida corporis temperatura ambientis: ſimiliter vbi homo facilè diſſolui ſoleat, & maximè ſi os ventriculi fuerit debile, quæ omnia non tantùm ad præſagiendum, ſed ad curandum etiam inſeruient. Conſimilem ſcripſit ſententiam lib. 12. de Morb. cur. loquens de ſyncope, quæ incidit

incidit in corporibus refertis ſuccis tennibus, quæ facilè reſoluuntur, facilè eos incidere in faciem hanc quam depinxit Hippocr. dicens: Si vigilent, triſtentur, ſi multum excernant, ſi non cito nutriantur. Sed vbi ſimul cum aliqua harum cauſarum, non adeò malum erit, ſicuti ſi ſine ipſa, imo ex ſpiritu ipſo promptè digeſto. Non ſolùm autem (inquit) extenuatis ad eum modum ſpiritu horum & ſanguine digeſto ſæpe incidere aſſueuit, ſed etiam expultrice vi per vniuerſam corporis molem immoderatius concitata, id quod incidere maximè ex imbecillitate retentricis ſolet. *Quemadmodum neque in plethorico.* Græcè *καθάπερ οὐδ' ἐπὶ πληθωρικῷ*, intellige *νοσήματι*. quod eſt, quemadmodum neque in morbo plethorico: eſt enim plethora ex ſola ſanguinis abundantia, pariter ac ex abundantia aliorum humorum vt lib. de Plenitudine, Solo ſanguine abundanti contingit plethoram fieri, vbi autem aliquis aliorum, niſi ſimul ſanguis coaugeatur, plethora non erit, ſed cacochymia. Quoniam igitur in aliis pletboris eam faciem fieri contingit, in hac quæ euenit ex ſanguinis abundantia ipſam non fieri explicat per hanc ſententiam.

Laurentianus notatur.

Plethora duplex.

Q V A R T A pars, quæ incipit (De cauſis exterioribus) cauſas manifeſtas, à quibus talis facies euenire poteſt, explicat, vt Hippocr. additis mœſtitia, & aliis euacuationibus à fluxu ventris: verùm mœſtitia ad vigiliam traducitur, & omnes euacuationes manifeſtè ad fluxum ventris. Si ergo quis exercitatus & doctus fuerit in cognitione ſignorum, poterit ſingula exponere, antequam ei referantur, hæc autem explicuit locis ſuis, vt lib. 1. de Criſibus, capit. 1 s. de vrinis libr. de Cauſis & præſagitione ex pulſibus, ea quæ ad pulſum attinent: accedunt ad hæc notitia victus ægri, & temperaturæ ipſius.

Ex facie viſa vnum trium prædicere.

Q V I N T A pars, quæ incipit (ſubiiciamus) docet qua diuiſione procedentes vnum trium prædicere poſſimus. Ponamus enim aliquem ægrotare ex cauſis quæ poſſint adducere faciem dictam, vt mœſtitia, vigilia, inedia, dolore: hunc citu habituum talem faciem credendum eſt. Si tamen ſine his cauſis ægrotet, aut vidiſti ipſum antequam in talem incideret faciem, aut non: ſi ipſum vidiſti ſine tali facie, & hodie accedens eam habet, conſtat ipſam ob vigiliam eueniſſe. Non enim euenit ob inopiam, quoniam ſupponimus hanc non præceſſiſſe ante morbum, qood medicus iam nouit ex relatu & aliis, antequam talis facies eueniret: in ipſo autem morbo ſubito eueniſſe quod *ἀθρόως* dixit, non eſt poſſibile, niſi præceſſiſſet ipſa inopia, & in corpore aliæ diſpoſitiones de calida temperatura, mœſtitia, vigilia, dolore. Erit ergo aut ob vigiliam præcedentis noctis, aut euacuationem manifeſtam: non ob euacuationem manifeſtam: nam ſi ipſa nocte præterita adfuiſſet, præcognouiſſet ipſã medicus doctus ex 3. de Criſib. vbi futuræ iudicationes, antequam fiant, docentur cognoſci. Quòd ſi talia ſigna non præceſſerint, vigiliam fuiſſe certo dicet: accedet ad id notitia quæ ſumetur ex oculis & palpebris. Si tamen ægrum nunc primum vides, & talem habet faciem, cognoſces magnam aliquam euacuationem præceſſiſſe, ex pulſu, qui talis adhuc manebit, qualis antecedere ſolet illam euacuationis ſpeciem: vt pulſus vndoſus, qui ſudorem antecedit, talis etiam ſolet apparere paulò poſt ſudorem. Si fuerit talis facies ob vigiliam, pulſus erit tenſus vt chorda. Quæ ſigna vbi defecerint, oſtendent inopiam, ex accidenti, per abnegationem ſignorum, quæ ſolent reliqua oſtendere, maximè ſi diſtinxerit medicus febris naturam, ac intellexerit ipſam non eſſe talem, vt poſſit ſua magnitudine, ac vehementia, talem faciem adeò breui efficere. In his itaque decet medicum exercitari, vt quoties aliquod horum euenerit, poſſit id facilè diſtinguere ab altero, quamuis ſit ei ſimile. In Commentariis de iudicationibus libr. 3. cap. 11. docet ſingulas iudicationes futuras prædicere, quæ eſſet longum ad hunc locum adducere. In lib. de Præſagiis pulſ. 4. libr. cap. vltimo. *Et ob eam rem potius ex accidentibus.* Græcè *ὅτι ἐκ συμβεβηκότων μᾶλλον ἤπερ ἐξ οἰκείων, σημείων, ἐπ' ἐκείνων ἡ πρόγνωσις ἔσται.* Qood eſt, quare ex accidentibus potius quàm ex propriis notis, in illis prænotio tibi erit. Sed hæc ſententia falſa eſt: vult enim Galen. quòd quoties ſigna euacuationis manifeſtæ aut vigiliæ defecerint, poteſt medicus prædicere inopiam alimenti. Id autem non eſt prædicere quidpiam ex accidentibus, ſed ex non accidentibus: eſt enim argumentum à priuatione ſignorum aliarum cauſarum: Quare Græcus codex ſic legendus eſt, *ὅτι ἐξ ἀποσυμβεβηκότων μᾶλλον ἤπερ ἐξ οἰκείων ἡ πρόγνωσις ἔσται.* id eſt: Quare ex his quæ non eueniunt, potius quàm ex propriis notis, erit tibi prænotio in illis. Quod etiam confirmat Galen. Comment. 23. ſequenti, vbi poſtquàm Hippocrat. ſcripſit ſigna optimi hipochondrij ſignatim ex carentia doloris, ait, Particulatim verò docens eorum indicia Hippocrat. primum ſcripſit ex his quæ non exiſtunt: hæc ſolent medici recentiores *ἀποσυμβεβηκότα*, id eſt, non accidentia nominare. Ea ergo quæ quum non eueniunt, aliquid ſignificant, non accidentia, aut non euenientia appellantur. A quibus modò tanquam à ſufficienti diuiſione concludemus, per negationem aliarum partium ad affirmationem iſtius quam quærimus, argumento negatiuo, quod inopia fuit cauſa talis faciei.

Codex Græcus corrig.

Dicato opere. Lib. de Prænotione ad Poſthumum vbi meminit mulieris illius, quæ amore Pyladis deprehenſa iacebat. Lib. etiam 4. de Cauſis pulſuum. multa habentur de pulſuum mutatione ex accidentibus animi.

In ſexta parte, quæ incipit (Illud agitabatur) ſententiam Hippocr. explicat, qua dixit, Interrogare oportet vigilaueritne homo. Adhuc enim admiratione dignus erit, quamuis non vnum ſignatim dixerit: ſiquidem id difficile admodum eſt, vbi interrogauerit circa vnum duorum, aut trium: quoniam tunc ægro reſpondente, ac concedente vnum, aut duo, meritò medicus talia prædicens commendabatur.

In ſeptima parte, quæ incipit (Deinde quòd dicit) explicat aliam partem, in qua dixerat minus malum eſſe, vbi aliquid illorum conceſſerit. Malum enim aliquo modo eſt, etiam ſi à cauſa eueniat euidenti: melius enim eſſet à nulla tantùm vinci, ſed minus malum eſt, quàm ſi fiat à malitia morbi.

In octaua parte, quæ incipit (At verò) explicat quare dixit Hippocrat. Iudicantur autem hæc per diem & noctem: nempe quoniam dato quod æger fateatur aliquid horum præceſſiſſe, poterit etiam concurrere ad id faciendum malitia morbi, ita vt ceſſante cauſa exteriori adhuc facies talis remaneat, quod oſtendet morbi malitiam. Ad id igitur diſtinguendum die ac nocte ſperare oportet.

In nona parte, quæ incipit (Sed quamobrem) reddit rationem quare dixit Hippocr. Et nullo modo poſſibile fuerit aliis ſignis coniectari. Quoniam aut non apparent talia ſigna, aut ſi apparent, nihil certum oſtendunt: vt in fin. Comment. 6. ſequentis iterum clarè monſtrat.

PROGNO

Digitized by Google

PROGNOSTIC. V.

SI tamen morbo antiquiore triduano exiſtente, talis fuerit facies interrogare oportet de his, de quibus ante præcepi, & alia ſigna conſiderare, quæ in tota facie & in corpore ſunt.

Græcus codex corrigitur.

IN Græcis codicibus addenda eſt pars τοῦτον, vbi ego dixi: talis quoniam à Galen. in Comm. ſic ſcribitur, τὸ πρόσωπον τοῦτον, quod eſt, talis fuerit facies, antequam tertios dies pertranſiret, tali facie apparente, ex ſola ipſa coniecturam facere licebat: interrogare tamen præcepit, circa tres illas cauſas exteriores. Quum verò talis facies poſt triduum apparuerit, non tantùm interrogare oportet de cauſis prædictis, vigilaueritne homo, an venter ſolutus fuerit, an inopia præceſſerit, ſed & alia ſigna ſunt aduertenda, quæ inueniuntur in facie & reliquo corpore, quæ iam antiquiore exiſtente morbo apparebunt: de quibus dicet in ſequentibus. Quorum quædam dato quòd intra triduum apparerent, nihil certum oſtenderent, bene tamen poſt tertium, vt etiam dicit Galen. in Commentar. prognoſt. ſequentis. Si ergo morbo antiquiore triduano exiſtente talis facies apparuerit, interroget medicus, an cauſa aliqua de manifeſtis præceſſerit: quòd ſi id fateatur æger, minus periculum ſignificabitur: ſin minus alia etiam ſigna conſiderabimus, quæ oſtendent quantum mali morbo inſit. Quandoquidem ipſa facies poſt tertium non adeò mala eſt, vt quæ ante tertium, quandoquidem longo temporis ſpatio ipſam euenire ſine magno malo ſæpe videmus. Ex conſequtione literæ præſentis prognoſtici ad præcedentem, conſtat quòd vbi Hippocrat. in præcedenti dixit: Si igitur in principio morbi talis fuerit facies, per principium intellexit trium dierum ſpatium, quoniam addit: Si tamen morbo antiquiore triduano, contra eum qui eſt in principio

Principium.

diſtinguitur: ergo principium, triduanum ſpatium eſt. Qui modus principij ſatis explicatur 1. de Criſibus cap. 6. 7. & 8. quo in loco tribus modis probat principium accipi. Vno modo pro primo morbi inſultu, quomodo in nulla ſententiarum antiquarum accipitur ab Hippocr. quum enim dixit Aphoriſm. 29. 2. ſect. Quum morbi incipiunt, ſi quid videtur mouendum, moue. conſtat ipſum non loqui de primo morbi inſultu. Neque quum 1. ſect. Aphoriſm. dixit. Concocta medicari & mouere non cruda, neque in principiis, nulla enim horum in primo

Principium tempus cruditatis.

morbi inſultu facere poſſet medicus. Secundo modo accipitur principium pro tempore cruditatis, quod artificioſum admodum eſt, diuiſum contra augmentum, vigorem, & declinationem: quod ſimiliter in quibuſdam breue, in aliis longum habetur, appellatur quoque tempus cruditatis. Tali ſignificatione vſus eſt vocabulo Hippocr. in duobus Aphoriſm. citatis, & in penultimo ſectionis primæ, dicens: In acutis paſſionibus rarò, & in principiis medicamentis expurgantibus vti, & id cum præmeditatione facientis. Et in Aphor. 22. ſection. 4. Morbis quibuſlibet incipientibus, ſi atra bilis ſurſum ac deorſum exierit, lethale. Et lib. de Humoribus, vbi dixit: Decretoria non ſtatim appareant, oportet: id eſt, non appareant crudo morbo. Tertio modo accipitur principium pro ſpatio trium dierum, qui modus ſatis etiam vſitatus eſt apud Hippocr. vt in Aphor. 12. 1. ſect. acceſſiones & conſtitutiones morbi indicabunt. Veluti in morbo laterali, ſi ſputum inter initia appareat, morbum abbreuiat. Quod non ſignificat morbi primum inſultum, in quo ſpuere non ſolent homines: neque tempus cruditatis: quoniam repugnat eſſe tempus cruditatis, & apparere ſputum, quod bonum ſputum ac coctum ſignificat, & morbum poteſt abbreuiare. Rurſus primo de Morbis pop. part. 3. dixit: Statim continuæ febres ſunt, quæ incipientes floreſcunt & vigent. quod idem eſt, ac ſi dixiſſet: Quædam febres continuæ ſunt, quæ in primis tribus diebus floreſcunt, & in ſummo vigore conſiſtunt. Ad eundem ſenſum dictum modo eſt: Si igitur in principio ta-

Principium ſpatium 4. dierum.

lis facies apparuerit, contra quod diſtinguitur, quod nunc dixit: Si tamen morbo antiquiore triduano. Galenus verò libro 1. Prorrhet. Commentar. primo ad quartum quoque extendi vult principium latitudinem habens, dicens: Nempe principij nomen indicat quidem & primum morbi ingreſſum inſultúmque & eum qui ſecundùm latitudinem, ad tertium vſque vel quartum extenditur diem, indicat præterea & primum morbi tempus: quum morbum in quatuor diuidentes tempora conſtare ex principio, incremento, ſtatu, & declinatione pronuntiamus. In hac ſententia principium ſecundo modo acceptum ad tertium & quartum extendi dicit. Sed intelligendum eſt principium illo modo extendi vſque in tertium, & vſque in quartum, id eſt, donec quartum diem pertingat: id autem non extenditur vltra tertium. Quare autem principium

Principium trium dierum quare.

ſit appellatum ſpatium trium dierum, dubitandum videtur: cuius cauſa eſt, quòd morbi acutiſſimi ſunt bilioſiſſimi: vt 3. lib. Comment. 32. & morbi bilioſi omnes per tertium diem repetunt. Quare meritò principium dicetur tempus vnius ac primæ periodi, quæ intra trium dierum ſpatium finitur. Accedit ad id quod Hippocr. lib. 1. de Morb. popul. part. 3. primum omnium decretoriorum, tertium diem eſſe dixit: quod plurimum comprobat trium dierum ſpatium eſſe appellandum initium, donec ad primum decretoriorum deueniamus. Poſtquam iam morbus erit extra principium, id eſt, extra primam morbi acceſſionem, & poſt primum indicandi terminum. Contra id poſſet aliquis obiicere Hippocr. ſententiam lib. 3. prognoſt. 3. vbi poſtquàm dixerat, ſimpliciſſimas febres cum ſignis ſecuriſſimis. 4. die aut citius finiri, addidit. Primus itaque inſultus in hunc modum finitur, ſecundus in ſeptimum. Primus ergo morbi impetus eſt ad 4. non ad 3. eritque principium modo dicto quatuor dierum ſpatium, ſed tamen nos modò principium non definimus primo inſultu: qui à Græcis ἔφοδος appellatur, ſed termino primæ acceſſionis, qui terminus tribus diebus circunſcribitur.

GALENI COMMENTARIVS.

PRincipij nomen ſignificat primariam morbi acceſſionem, quæ nondum vllam obtineat latitudinem: & item eam quæ ad aliquod tempus, non tamen multum extendatur: nec non primum ægrotationis tempus, à quo alterum numerant aſcenſum, deinde tertium conſiſtendi vigorem, & demum quartum inclinationem. Cùm itaque dixerit paulò antè: Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus: per illam dictionem nequaquam indicauit cuiuſnam de tribus principiis faciat mentionem. Nunc verò ſcribens: Si verò morbo antiquiore exiſtente, vel tertiano, talis fuerit vultus: clarè docuit vt de eo agat quod habeat latitudinem, id enim ad triduum vſque porrigitur. Ergo tunc iis quæ docuit antea ſignis, exiſtimauit addendam eſſe ductam ab aliis ſignis determinationem, de quibus dixerat: Nec dum poſſibile ſit aliis ſcrutari ſignis. Ea autem enumerat per hæc ſequentia verba.

ANNO

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

Hic Commentarius non eget aliqua annotatione, quandoquidem totus clarus eſt, vbi tamen dixit: Quum itaque dixerit paulò antè legendum: Quum itaque Hippocr. paulò antè dixerit.

PROGNOSTIC. VI.

ET ea quæ in oculis ſunt, ſi lucem effugiant, vel nolentes illacryment, vel peruertantur, vel alter altero minor fuerit, vel albas partes rubidas habuerint, vel liuidas, aut nigras venulas in ipſis habuerint, aut ſordes appareant circa pupillas, vel inſtabiles, vel eminentes, vel admodum caui facti, vel pupillæ ſqualidæ, ac ſine ſplẽdore, vel totius faciei color immutatus fuerit, hæc omnia mala atque exitioſa eſſe exiſtimandum eſt.

ACCEDIT Hipp. ad ſigna alia ab his quæ ſolent intra triduum apparere, incipitque à ſignis quæ in oculis habentur, deinde perueniet ad alia, quæ in toto corpore apparent. Ex ſignis autem his quæ in præſenti prognoſt. habentur, quædam non apparent intra triduum, vt oculi admodum caui: quædam apparent quidem, verùm nihil certum oſtendunt, vt oculi eminentes, qui ob alias cauſas frequentius, quam ob malitiam morbi ſolent euenire, vt Galen. vult in Comment. vnico argumento epilogiſtico. Omnia quæ in progn. præſenti continentur, poſſent reprobari: quoniã contraria ſunt eis quæ ſecundùm naturam, verum ſingula per ſe probare conabimur à priori, & ex cauſa, ſi primũ, quoniam de oculis dicturi ſumus, eorum diſſectionem breui comprehendamus: quandoquidem anatome particularum huic libro non eſt accommodata. Ab intima oculi parte incipientes, cryſtallinus humor exiſtit in totius oculi medio, tanquam potiſſimum videndi organum, albus colore, mediocris craſſitudine: in anteriori parte ſphæricus, in poſteriori verò acuminatus. A poſteriorib. adiacet vitreus humor fuſcus, parum ad albedinem inclinans, cui inſertus eſt cryſtallinus veluti lapis in annulo, defértque alimentũ ipſi cryſtallino. Tertius humor à parte anteriori exiſtit, quem ad ſimilitudinem albi oui albugineum appellant, tenuis ſubſtantiæ, atque aëreæ, continetur in oculi pupilla, in cauitate rhagoidis, qui ſimul cum animali viſorio ſpiritu ſuſtinet membranam corneam, ne rhagoidi concidat. Ex membranis à parte poſteriori humori vitreo coniungitur retina, quæ ex neruo optico tenuiſſimè diſſeminato trahit originẽ, mollis admodũ, ita vt putetur de cerebri ipſius ſubſtantia. Secunda eſt choroides, quoniam à chorio, id eſt, ſecunda aut tenui cerebri membrana oritur, cui etiam annexa eſt tertia, in anteriori exiſtens parte arachnea dicta, quæ etiam retinæ primo loco dictæ, copulatur. Quarta rhagoides eſt, quæ etiam acinalis dicitur, ad acini vuæ ſimilitudinem: hæc non integrè complet ſphærã, quoniã in ipſa anterius patet foramen dictũ, pupilla, ne ſua craſſitie viſum impediret. Quinta eſt dura membrana à parte oculi poſteriori, quæ originem trahit à dura cerebri meninge, cui aliquæ tenues apophyſes muſculorũ oculum mouentium annectuntur, & ei firmantur. Ab hac naſcitur ſexta, quæ cornea nuncupatur, continens, ac firmans aliquas internas membranas, atque humorum & ſpirituum effuſionem impediens: hæc etiam multas alias membranulas in ſe continet, ex quibus ego ſæpe duas, & tres ruptas vidi, in lippitudinibus veſicis factis & ruptis, nondum tamen cornea integrè

Oculorum anatome.

perforata, neque effuſis humoribus. Septima eſt coniunctiua, ſiue adnata, quæ habet originem à pericraneo, quæ totum id quod in oculo album apparet, continet, pertingitque ad eam partem, quæ iris & corona appellatur. Prima itaque neruorũ coniugatio eorum qui à cerebro immediatè originantur, ad oculos peruenit, & eſt neruorum opticorum viſioni inſeruientium. Secunda peruenit ad mouendos oculos in muſculos diſperſa: tertia ad tempora, maxillas & radices dentiũ: quarta ad palatum: quinta ad aurea: ſexta ad œſophagum, ventriculum, inteſtina, iecur, & internam linguæ membranã: ſeptima ad linguam mouendam, & ad fauces. His obiter dictis, & extra id quod facere in hoc opere decreui, ſi lucem effugiant, malum eſſe vult Hipp. verùm, id non de magna, atque excellenti luce intelligi debet, quã & bene habentes effugiunt: ſed de moderata luce, quã ſani homines ſuſtinent, vbi non laborauerint peculiari oculorum morbo. Magnum ergo facultatis languorem oſtendit, atque inopiam animalis ſpiritus. Si namque talem habet lux modica ad oculos ægrotãtis acuto morbo proportionẽ, qualem habet ſol, & reliqua excellentia ſenſibilia, ad oculos ſani, languidam admodum eſſe oportet viſoriam ægri facultatem: diſſoluitur enim à modica luce. Lux nãque externa internã ad ſe trahit, & oculus de natura lucis eſt, & ſpiritus ipſius. Gal. namque 10. de Vſu partiũ, vſum membranæ corneæ explicans, ac quare dura effecta eſt, dicit ab externo lumine multum exolui viſoriam facultatem, quomodo & magna lux, candelæ lumen obſcurat, ac lucem eius diſſoluit. Xenophontis quoque milites per niuem iter agentes oblæſi ſunt: ac Dionyſius tyrannus homines obcæcabat à carceribus obſcuris repentè educens in loca lucidiſſima, ac calce oblita, & cruſtata. Hanc ob cauſam languidi oculi modicum lumen non tolerant à quo & ſpiritus diſſoluuntur, & humores colliquantur, ac defluunt in lacrymarũ ſpeciem. Quòd ſi nolentes illacryment, pariter ſignum malum eſt. Litera Græca habet *ἀπροαιρέτως*, & idem eſt quod & 4. ſect. Aph. 52. dixit: *μὴ κατὰ προαίρεσιν*, & lib. 4. de Morb. pop. dixit: *ἀκουσίως*. Vbi ergo lacrymæ manauerint, aut id fiet ex electione, aut ſine ipſa, ſi ex electione, nihil mali nunciat: ſi ſine ipſa, aut adeſt aliqua cauſa manifeſta, vt aër, aut fumus, aut lippitudo, & ſimilia: aut non, ſi aliqua ex cauſis manifeſtis adſit, eã ipſam oſtendent lacrymæ: ſi non, rurſus diſtinguendum. Aut enim æger bene aut malè habet, ſi bene habet, fluxũ ſanguinis narium oſtendent, ſi verò malè, lethale ſignum eſt, vt in præſenti loco qui febre acuta laborant, aut nolentes illacrymãt. Oſtendit enim imbecillam admodum facultatem naturalem, quæ neque poteſt pauciſſimum alimentũ, quod ad ipſum peruenit oculum, ſuperare, ac coquere, & vehementiam caloris colliquantis humores oculorum. De his multa dicemus lib. 3. in expoſitione progn. 53. *Vel peruertantur, ἢ διαστρέφωνται*. Peruerti autem ſolent oculi nobis nolentibus ob cauſam aliquam conuellentem ac diſtrahentem oculum in aliquam partem, quod ſimiliter oſtendit cerebrum ſiccitatem ac conſumptionem pati vehementẽ, cui conſentiunt proximæ partes. Sciendum ex anato. 10. lib. de Vſu partium, muſculos mouentes oculos eſſe ſex venientes à ſecunda coniugatione immediatè à cerebro, vnus mouet oculum ad internũ magnũmque oculi angulum, & vnus ad externum, vnus ad ſuperiora, & alter ad inferiora: duo etiam nigrum mouent oculum, vnus ad dextrã, & alter ad ſiniſtram. Neque ſufficeret vnus tamen vnus ad vnam tantùm mouet partem, cùm omnes non aliter quàm facta contractione, ad origine

Neruorum à cerebro coniugationes.

Lacrymæ.

Muſculi mouentes oculos.

originem moueant. Præter hos tamen eſt ſeptimus, qui firmiter adhæret oculo à poſteriori parte, per quem & firmatur totus ipſe oculus, & neruus opticus, quem ipſe amplectitur. Prodeſt etiam ad ſubleuandum oculum, & in quauis parte firmandum ipſum aliis muſculis fauens. Quoties ergo aliquis horum muſculorum conuellatur, oculus in eam diſtorquetur partem. ſi tamen duo ac contrarij ſimul conuellantur, aut in medio firmabitur oculus, veluti membrum, quod tetanum patitur: aut ſi alter eorum fortius conuellatur, reliquum ſecum deducet. Si etiam alter oculorum minor altero fiat, regens facultas laborat, quæ non conſimiliter omnibus diſtribuit alimentum: aut in ipſis oculis inæqualis ac varia diſtemperies, tantáque alimenti & ſpiritus inopia, vt non poſſit vtrique oculorum ſatisfacere. Ad cerebrum autem non refertur ſolummodò hæc diſpoſitio: nam ſi cerebrum eſſet eius cauſa, vtrique oculorum malum æqualiter impartiretur, ſed ad naturalem regentem facultatem, ad quam refertur corporis inæqualitas, hæc altrix appellatur. Lib. namque 6. de Morb. pop. par. 5. Comm. 5. Gal. poſtquam dixerat quaſdam eſſe primarias, quaſdam miniſtras facultates, addit: neque regentium nos poteſtatum dignitates adiicere me piguerit. Primæ igitur ſunt, ſalubrem animali moderationem in qualia quanto conſecrantes. Conſequenter hanc regentem facultatem, dicit eſſe altricem, cui inſeruit ſanguifica, & ei coctrix ventriculi, & omnibus, quatuor miniſtrantes. Per regentes autem facultates præcipuas intelligit 8. lib. de Placitis. & ſæpe alibi. Vel ſi albas partes rubidas habuerit, quod oſtendit nimiam ſanguinis abundantiam, in partibus cerebri, aut in ipſo inflammationem & impotentiam continendi, ac ſuperandi ipſum, vnde fit vt in oculos per venas albo oculi inſperſas demittatur. Quod vbi non euenerit ob cauſam aliquam manifeſtam, intelligendum eſt veluti lippitudinem, per quam ſimiliter rubidum apparet album oculi. deterius autem fore conſtat, ſi venulæ quæ ſanguinem deferunt, non rubidæ, ſed liuidæ aut nigræ fuerint: quod non ſolam abundantiam ac imbecillitatem ſignificat, ſed & veram mortificationem naturalis caloris. De his tamen coloribus ſatis dictum eſt in expoſitione 3. prog. Sordes ſimiliter circa pupillam apparent ſæpiſſimè his qui morti proximi ſunt, vbi nullo oculorum morbo infeſtentur, λῆμαι ab Hipp. appellantur: Celſus pituitam conuertit: ego verò, Sordem, ne hoc excrementum cum humore confunderem. Oſtendit autem quàm maximam imbecillitatem, quoniam pauciſſimum humorem, qui peruenit ad oculum alendum, ſuperare non poteſt. Quòd enim in ophthalmia id eueniat, non mirandum, quum in ophthalmia ob ſanguinis multitudinem, ipſum ſuperare non poſſit naturalis calor, quàm paucus verò ſit ſanguis qui ad oculos dictos confluit, cognoſcitur, quia ob defectum caui admodum fiunt. Similes ſunt huiuſmodi ſordes, vt conſtat eis qui ſæpè eas proſpexerint, mucoribus qui fiunt in dentibus per febres vehementes, de quibus dixit Hippo. apho. 53. lib. 4. Quibus circa dentes in febribus lentores naſcuntur, his fortes fiunt febres. Et Gal. in Comment. dicit fieri huiuſmodi diſpoſitionem, ob vehementiam caloris exſiccantis pituitam. Nonnunquam verò à calore vehementi intantum aſſantur iſtæ λῆμαι, id eſt, ſordes aut lemæ, vt ſpumæ aridæ ſimiles fiant, de quibus Hipp. lib. 6. de Morb. pop. par. 1. dixit, κακὸν δὲ καὶ τὸ ἀποξηραινόμενον τῆς ἄχνης. id eſt, malum autem & ſuperexſiccatum eſſe, velut ſpumam. Et Galen. in Comment. inquit, fieri in acutis morbis id videtur, cùm ſupremè ſicci fuerint, cum virtutis imbecillitate, paruis admodum lemulis, id eſt, ſordeculis, iuxta oculos inſidentibus, deinde rurſus ſuperareſcentibus. *Quod ſi inſtabiles fuerint.* Græcè habetur ἐναιωρούμενοι. & Gale. in Comment. inquit, οἱ γὰρ ἐναιωρούμενοι, τουτέστιν, ἀστήρικτοι, καὶ κινούμενοι διὰ παντὸς ὀφθαλμοί, quod eſt, Enæorumeni, hoc eſt inſtabiles ac omnino commoti oculi. Hos etiam Hippocr. lib. 6. de Morb. pop. part. 1. appellauit ἐνδεδινημένους, ac ſi diceret, intus agitatos: quo in loco Galen. dixit ſignificare delirium, aut tremorem muſculorum mouentium oculos, quemadmodum & in præſenti Comment. addit tamen delirium ob inopiam, & tremorem, ob ſiccitatem, inſanabiles eſſe. Contraria diſpoſitio dãnatur ab autore lib. Prorrh. part. 2. ſect. 11. cùm dixit, τὸ πεπηγὸς, id eſt, concretus ac immobilis oculus, immobilis autem inſtabili contrarius eſt. Et Galen. in Comment. dixit, Concretus oculus propter mouentium oculos muſculorum immobilitatem fit: immobilitas autem ea propter omnium ipſius muſculorum vel reſolutionem, vel æquam, & quæ in neutram partem vergat tenſionem, proficiſcitur, vel propter exactam mouentis muſculos potentiæ imbecillitatem. Talis conſtitutio contraria eſt, τῶν ἐνδεδινημένων ὀφθαλμῶν, id eſt, oculis interius agitatis nempe inſtabiles inconſtantéſque ſunt, non aliter quam qui ἵππον, id eſt, equum appellatum habent, ita vt nunquam conquieſcant. *Hippos.* Hippos verò morbus oculorum libro definitionũ definitur, eſt affectus ab ortu ipſo naſcens, propter quem inſtabiles ipſæ ſemper palpebræ: aut affectus eſt muſculi firmantis, & corroborantis oculum, qui comprehendit baſim viſorij inſtrumenti. Oculus ergo concretus & firmus, ac inſtabilis ab Hipp. vituperatur, ſicut & 6. lib. de Mor. popu. par. 1. Oculi ferocitatem & inordinatum proiectum. Primum θράσος, hoc eſt confidentia, ac ferocitas, quum æger intentè ac inuerecundè conſpicit, vt in concretis oculis dixit. & ſecundum ῥίψιν appellat oculorum proiectum, quales ſunt inſtabiles: de quibus modo ἐνδεδινημένοι, ἐναιωρούμενοι. *Eminentes oculi.* Eminentes item aut admodum caui facti mali ſunt; eminentes, aut tumeſcentes, qui à Græcis ἐξέχοντες appellantur, licet à cauſa manifeſta fieri poſſent, vt ebrietate, aut ictu, aut ophtalmia: hîc de ea eminentia loquitur, quæ euenit à morbi malitia, quæ ſignificat, plurimum ſanguinem in cerebro contineri, atque ipſius inflammationem. Poſſent tales antè tertium apparere, verumtamen non adeò certam præberent ſignificationem. Caui etiam admodum magnam ſignificant colliquationem, ac conſumptionem, verùm tales non apparent ante tertium, poſt tertium verò tantum mali poterunt oſtendere intra limites acutorum morborum, quantum caui abſolutè intra ſpacium trium dierum: Vtrum tamen licuerit intra ſigna faciei exitioſæ annumerare oculos eminentes, quum tamen hi contrarij ſint cauis, Gal. explicat ſatis in Comm. *Inutilis repetitio damnatur.* Non enim placet eadem ſæpius repetere, niſi magno vrgente vſu. quod improbè faciunt aliqui ex noſtri temporis ſcriptoribus, qui vt magna ſcribant volumina, non verentur cum magno legentium faſtidio, ſepties vnum & idem repetere ſub eadẽ pagina, nunc quidem ex Gal. nunc verò ex propria Minerua, iterum ex Philotheo, aliquando ex mentito Oribaſio, rurſus Græcè, atque Latinè: *Græci codices quando allegandi.* Remorantur enim inutiliter lectores, qui ſententiam aliquam Græcè allegant in libris Latinè ſcriptis, præterquam vbi Latina verſio in autoris codicibus ſuſpecta eſt, aut

Sordes circa pupillam.

Sordes oculorum videntium.

Nnn quum

quũ velimus vocabuli alicuius Græci ſynonimiam diſtinguere ex variis ſignificationibus, loco congruentem eligentes: aut perſpicuam facere partem, quæ Græcè aut Latinè obſcura habetur. *Vel pupillæ ſqualidæ, ac ſine ſplendore*, ἢ αἱ ὄψιες αὐχμῶσαι καὶ ἀλαμπέες. Hæc pars non legitur à Laurentiano. neq; à Gal. in nona parte Comm. 1. vbi Progn. ſcribitur. Verum in Græcis codicibus habetur. Similiter allegatur progn. præſens à Gal. lib. 6. de Morb. pop. par. prima, Comm. illius ſectionis, & quæcunque talia adſunt. Verumtamen neque ibi legitur pars iſta. Verumtamen eodem loco Hippo. ſignáque ab oculis ſcribens, dixit, καὶ τὸ ἀμαυρὸν κακὸν, καὶ τὸ αὐχμηρὸν κακὸν. quod eſt, Oculus tenebroſus malum, & ſqualidus malum. Quòd namque in præſenti progn. dixit, ὄψιες αὐχμῶσαι loco citato dixit, αὐχμηρὸν, quod idem eſt, nempe ſqualidus oculus, aut pupilla. Quod tamen in præſenti prog. dixit, ἀλαμπέες, loco citato dixit ἀμαυρὸν, quorum vtrumque obſcurum ſine ſplendore ſignificat. Quòd autem idem ſint, confirmat Gal. ſententia libr. 2. Prorrh. Comm. 12. vbi vocabulum, ἀμαυρούμενον, quod eſt hebetatus oculus, interpretatur, dicitque hebetatum oculum, ſuperiorem eſſe ad eum qui ἀχλυώδης appellatur: quoniam non tantùm qui hebetes ſunt, atque turbulentiam ſentiunt, hebetes appellantur: ſed etiam qui ſine tali turbulentia obſcurè vident, quoniam internam ſubſtantiam ſplendidam amiſerunt. loquit enim, Nempe quum in vtroque obſcurè cernatur, ægris tamen ipſis veluti ſenſio turbationis cuiuſdam, in turbulentis conſpectibus euenit. Extrinſecus verò videntibus oculus acie inertior hebésque nullam humidi præter naturam habere videtur ſubſtantiam. petit autem ex eo tum ſplendidum, tum lucidum, quod in acutè videntibus oculis ineſt. Hebetes item, imbecillique mortuorum oculis ſimiles exiſtunt, multíſque morientium, atque adhuc tamen videntium tales oculi videntur, veluti & his quos extrema habet ſenectus. Hic ergo ſplendorem amiſiſſe dicit eos, qui ἀμαυρούμενοι appellantur, quod etiam in præſenti progn. dixit. Mea igitur ſententia pars hæc in præſenti loco legi debet, quæ alibi etiam ab Hippocr. fuit ſcripta. Vnum aliud ſignum ſcribitur. 6. de Morb. pop. parte citata ab Hipp. dicente, καὶ τὸ ῥυτιδούμενον ἔνδοθεν hoc eſt, intus rugoſæ, quod magnam ſignificat imbecillitatem, & frigiditatem, & humorum, ac ſpirituum conſumptionem: quandoquidem ea oculorum diſpoſitio ſenibus eſt familiaris. Vltimò inquit, vel totius faciei color immutatus fuerit, id eſt, quod dixerat prog. 3. Et color totius faciei chlorus, vel niger, & liuidus, aut plumbeus. Eſt enim ſignum de his quæ poſſunt apparere, ante tertium, & poſt tertium diem.

GALENI COMMENTARIVS.

HÆc omnia accidentia in commune præter naturam ſunt: ſed diſſident inter ſe, eò quòd quædam contraria ſimpliciter naturæ: alia verò vt ipſe antea dixit, maximè contraria exiſtunt: & ob eam rem ex communi epilogiſmo omnia quidem exitioſa exiſtimabuntur: ſed pro quantitate contrarietatis minuſque & magis id obtinebunt. At verò affectiones ex quibus eueniant, ſecundum ſequelam decretorum Hippocratis, rectius eſt deinceps conſiderare. Itaque refugere lucem, quod inquam eſt auerſari, propter debilitatem accidit viſoriæ facultatis, quæ nonnunquam propter opificiorum affectionem laborat veluti per lippitudines, interdum ipſa ex ſe afficitur, dum exitiale indicium. Pari modo, ſi oculi illachrymant propter lippitudinem, aut fluxionem aliquam de capite decumbẽtẽm, præter naturam quidem affectus eſt, non tamen omnino ſignificat abolitionẽ, ſi verò propter debilitatem detenioria facultatis, exitioſum indicium lethaleq́; eſt. Porrò peruertuntur oculi, conuulſis muſculis eos commouentibus. quod ſi fuerit illorum tantummodò affectus, nihil difficile ſignificatur. ſi verò principij neruorum, (quòd quidem cerebrum eſt) ſummè exitioſum eſt. propinquantes enim muſculi, principij affectum prius quàm cæteri perſentiſcunt: interdum ij qui in oculis ſunt, de quibus nunc dicit: quãdoque crotaphita, id eſt muſculi temporum nominati, de quibus libro de articulis indicanit. Quinetiam fieri alterum oculum minorem, quàm qui conſtet ex natura, accidens exitioſum habetur. indicat enim extingui facultatem regentem eum. At verò albamentum oculi apparere rubrum (quomodo per lippitudines quaſdam accidit, & item quaſdam temulentias) copiam ſignificat, quæ in cerebro ac membranulis fit: interdum etiam inflammationem quæ in eo facta fuerit. Nam virorum modo ſanguis adoculorum venulas exprimitur: & ob eam rem pars in eis candida, rubra apparet, quæ corolla appellata ambit circiter, quam per diſſectiones docuimus omnium in oculis membranularum, tuniculariumq; copulam quandam haberi, & item docuimus, vt ambientis caluam membranulæ terminum, ad eam vnà cum venulis permeet. Cæterum vt ob hac dixerit candidum fieri rubrum, perſpicuè indicauit ex iis quæ ſubinferens ait: Aut liuidas aut nigras venulas habeant. id verò per quam exitioſum cenſetur. Rubræ enim apparent venulæ etiam propter nimietatem (vt dixi) vel inflammationem quandam eorum quæ in cerebro ſunt. At verò nigreſcunt, & liuent dum refrigerantur. refrigerantur verò dum extinguuntur. ita fit vt hi colores prorſus exitiales aſſiduè exiſtant. Cæterum pituita oculorum fit, vt conſtat, tum ob affectum opificiorum, quemadmodum & per lippitudines, & aliter, quæ nullo cum periculo eſt: tum propter imbecillitatem regentis oculum facultatis naturalis quæ impos ſit oculorum concoquere alimentum. pituita enim (vt oſtenſum iam eſt) excrementum ſemicocti alimenti eſt. Ergo per lippitudines præ copia humoris præter naturam, & item propter affectionem opificiorum, veriſimile eſt nequaquam concoqui rectè alimentum eorum. At vbi inopia perſpicua eſt, quam cauum indicat oculorum: cauſa de nimietate prorſus recedit, ſed reſtat virium debilitas ſola, non qualibet, ſed admodum vehemens, quæ nec minimum quid alimenti oculorum abundè concoquere poteſt. Quinetiam ſublimes oculi, id eſt inſtabiles & ſubinde commoti, ſignificant aut delirium, aut tremorem circa muſculos eorum, è quibus alterutrum in relata affectione exitioſum habetur. Profectò delirium ex inopia, maximo cum periculo eſt: & item tremor propter ariditatem opificiorum, inſanabilis eſt. At verò tumidos oculos, aut admodum cauos deteſtatur. Itaque tumentium accidens oculorum, inter initia quoque fit ægrotationis: maximéque vomentibus ex copia ingeſti vini cibique, caui verò admodum oculi nequaquam ſiunt: & ob eam rem neutrum commemerauit accidens inter initia, dum ait: Naſus compreſſus, oculi caui. Hoc quidem ea ratione, quod nullo pacto appareat in vultu exitioſo. nam quo pacto pariter caui tumidique oculi erunt? illud quia nullo modo tunc eueniat. Atqui videntur ea quæ dicta ſunt de oculis tumidis, cum prædictis pugnare. cùm enim dixerit de vultu exitioſo, naſum compreſſum, cauos oculos: tuto autem talia determinationem iis quæ poſt triduum appareant, tumidos nequaquam rectè adiecit. Sed quod mihi videtur ab Hippocrate factum hac oratione, iam explicabo, permutando omnem eius ſermonem in hanc dictionem. Si verò morbo antiquiori exiſtente vel tertiano talis fuerit vultus, de iis interrogare oportet, de quibus antea monui. alia quoque ſigna conſideranda, quæ in toto corpore atque etiam oculis exiſtant. in oculis verò ſigna exitioſa poſt triduum talia ſunt, ſi lucem refugiunt & lacrymant, ſi peruertuntur, ſi alter altero fuerit minor, & candida pars in eis rubra appareat, ſi venulas

ſi venulas habent aut nigras, aut liuidas, aut pituita ipſis inhæreſcit; aut ſublimes ſunt, aut tumidi, aut admodum caui, aut totius vultus color euariat: Hæc enim omnia exitioſa ſunt: & quicquid horum exiſtat circa vultum prædictum, indicium non paruum eſt futuræ mortis. Igitur ad hunc intellectum (vt mihi videtur) numerantur cum cæteris ſignis quæcunque in vultu exitioſo pariter exiſtere queunt, atque etiam tumidi oculi, qui ſimul exiſtere nequaquam poſſunt: quia non ſolùm inſtituerat dicere quæcunq; ſimul ſint cum vultu exitioſo, ſed etiam ex ſignis exitioſis quæcunque circa vultum apparent. Quocirca ſi non vnum ſolum, ſed etiam plura de prædictis non poſſunt eſſe in vultu exitioſo, nulla pugna erit in ſermone eius, qui de prauis ſignis omnibus faciat mentionem. Cæterùm vt rectè dixerit, necdum poſſibile ſit aliis ſeruari ſignis, conſiderandum iam eſt vno capite communi tali. Vnumquodque ex prædictis, aut non accidit inter initia, aut non ex toto exitioſum eſt. Sed ſeorſum ſingula conſideranti tibi, videbitur id quam maximè verum. Igitur ex multa vini potione nonnunquam & vomitione vehementi, inter initia morbi lucem effugiunt: itidem lachrymãt, & peruertuntur oculi aut ſublimes fiunt, aut tument, aut venulas habent rubras. At verò in colorem nigrum, aut liuidum mutatio venularum nunquam accidit inter initia, quo modo neque inſigne cauum, neque pituita oculorum, ſed triduum, aut quatriduum (quod minimum ſit) in genituram talium deſideratur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte, omnia accidentia quæ in progn. ſcribuntur damnat, tanquam præter naturam: quædam autem magis, quædam verò minus: quoniam non omnia æqualiter euariant à natura, quam dicit (vt ſuprà) eſſe epilogiſticam rationem.

In ſecunda parte, quæ incipit (Itaque) proſequitur ad reddendã cauſam ſingulorum. Primùm quare oculi lucem effugiunt, nempe propter debilitatem viſoriæ facultatis: etſi etiam in aliquibus, ob organorum læſionẽ ſoleat euenire: vt his qui ophthalmiam patiuntur, argumentum eſt analogiſticum, quo etiam vtetur in omnibus ſignis ſequentibus.

In tertia parte quæ incipit (Pari modo) lachrymas inuoluntarias, vbi non eueniant ob morbum oculi, ad imbecillitatem facultatis retentricis refert.

In quarta parte, quæ incipit (Porrò peruertuntur) cauſam peruerſionis oculorum eſſe dicit, conuulſionem muſculorum mouentium oculos. Quòd ſi læſio in ſolis ipſis exiſteret, parum mali ſignificaret: ſi tamen à cerebro originem traxerit, ſummè erit exitioſum. Compatiuntur enim cerebro, prius aliis, muſculi temporum, & oculorum. Aduertendum tamen eſt, quòd ſi conuulſio omnes muſculos pariter infeſtet, oculus non peruertetur, ſed firmus ac concretus manebit, vt dixit Galenus libro. 6. de Morb. popul. par. 2. in ſententia allegata in expoſitione, circa partem illam *τὸ πετηγὸς Interdum hi*. Cerebro compati citò dicit muſculos proximos, ſed interdum temporales, & interdum oculorum: quod etiam ſcribit infrà Comment. 17. ex hominum diuerſa præparatione euenire. Quidam enim paratiores habent muſculos temporales, ad compatiendum, & quidam eos qui ad oculos. *De quibus lib.* Lib. 2. de Articulis, ſectione 3. hos muſculos appellat *κροταφίτας καὶ μασσητῆρας*. quos Latini temporales, aut maſticatorios dicunt: & ſectione 7. quare muſculi temporales, qui ſunt ad maxillas, citiſſimè conuellantur, ad alium locum dicendum differt.

Muſculi temporales. Non eſt autem ignorandum, quòd etſi apud Hippocratem muſculi temporales appellentur maſticatorij; Galen. ſynonimiam euitare volens eos diſtinguit lib. 4. de Anatomicis adminiſtrationibus dicens: Quemadmodũ alij quos à mandendo Græcè *μασσητῆρας* nominant, latis maxillæ inferioris muſculis inſectuariis totam ipſam modis circumagunt. nam temporum muſculi, qui Græcis dicuntur *κροταφῖται*, non circumagere maxillam nati ſunt, verùm adducere, dum mordemus aliquid, vel edimus, vel os claudimus, qua de cauſa vocat & hos Hippocr. *μασσητῆρας*. Ego autem euitans homonymiam temporales toto ſermonis proceſſu appellaui: maſſeteras autem qui toti buccæ ſuperpoſitæ ſunt maxillam vtrinque, vt dictum eſt, mouentes.

In quinta parte reddit cauſam quare alter oculorum efficitur altero maior, ex imbecillitate regentis iam explicitæ.

In ſexta parte, quæ incipit (At verò album oculorum) reddit cauſam quare oculorum album, quod ad coronam & iridem appellatam pertingit, rubrum redditur: nempe quoniam ſanguis à cerebro exprimitur per venulas, quæ ſunt ad membranam coniunctiuam, quod etiam de venulis illis intelligatur. Rubedinem albo adferre, hinc conſtat, quod ſubiunxit Hippocr. vel liuidas, aut nigras, venulas diſtinctas contrà rubras. *Inflammationem quæ in eo facta fuerit.* Græcè, *καὶ φλεγμονοῖς ἐν αὐτοῖς γεγενημένοις*. hoc eſt & inflammationem in ipſis factam, nempe in membranis. *Quæ coronam appellatam ambit.* Hanc partem Græci appellant *στεφάνην*. 10. lib. de Vſu part. & iridem ipſam appellat, vbi ſimiliter hanc externam copulam eſſe aliarum inquit. cuius verba ſunt: Septima autẽ vltra has omnino eſt alia quæ eſt cataphyſis *περιοστίν*, ſimul quidem colligantis totum oculum oſſibus, ſimul autem & cooperientis mouentes ipſum muſculos: & ibi hanc membranam videre iam licet etiam ante anatomen, albam quidem qualis & apparet: finiente verò, ſicut & aliæ ſingulæ ſuppoſitæ in circulo vbi copulatur album nigro, vocatur autem *ἶρις* locus iſte ab hominibus harum rerum peritis. quidam autem *στεφάνην*, id eſt, coronam nominant.

In ſeptima parte, quæ incipit (Cæterum pituita) ſordes oculorum, quas Hippocr. *λήμας* appellat, ſignificare dicit imbecillitatem regentis facultatis, quum non poſſit pauciſſimum id alimentum quod ad oculos peruenit ſuperare. In ophthalmiis enim non mirandum, cùm abundet ſanguinis multitudo, inopia verò exiſtente, quod conſtat ex oculorum cauitate, admodum malum eſt: nutritiua enim virtus, quæ reficere ſolet ex alimento deueniente partem amiſſam, nõ commutat ipſum in oculi ſubſtantiam, ſed in ſordem ſemicoctum prætermittit. Sordes namque quæ in vlceribus generantur libro 3. de Morb. cu. imbecillitatem oſtendunt facultatis generantis carnem, quæ & partem regit, & nutritiua facultas partis eſt, ob cuius imbecillitatem, & id quod tenuiſſimum eſt, & inſenſibiliter diſcuti ſolet, craſſum efficitur ad ſordium ſpeciem. *Nota.*

Octaua pars, quæ incipit (Quin etiam) oculorum inſtabilium malitiam oſtendit: ſignificat enim aut delirium ob inopiam, quod moleſtiſſimum eſt, aut tremorem ob ſiccitatem, qui etiam inſanabilis eſt, quemadmodum & de ſiccis cõuulſionibus conſtat. *Quin etiam ſublimes.* Lege Quin etiam, *ἀνασπώμενοι*. & infrà vbi legitur ſublimes, lege inſtabiles, quos delirium ſignificare iterum ſcribit infrà Commen. 24. *Profectò delirium.* Græcè, *αἱ τε γὰρ μετ᾽ ἐνδείας παραφροσύναι, χαλεπώταται*) id eſt, Deliria enim cum defectu, grauiſſima ſunt.

In nona parte, quæ incipit (At verò tumidos) reddit cauſam quare oculorum tumentium, ſiue eminentium, & admodum cauorum mentionem non fecit ſuprà in progno. 4. Ratio, inquit, eſt præ-

per id quòd oculi tumentes ob vini, aut cibi ingeſti copiam euenire poſſunt, quoniam cum facie quam deſcripſit Hippo. ſtare non poſſunt, repugnat enim oculos eſſe ſimul eminentes ſiue tumentes ac cauos. Non etiam meminit oculorum admodum cauorum, quoniam in principio non fiunt. Obiicit etiam contra Hippoc. ſententiam ſic, Vbi facies dicta in prognoſt. 4. poſt diem tertium apparuerit, ſignis aliis eſt diſtinguenda eius malitia: quoniam tunc licebit aliis ſignis coniecturam facere. & addit ad id cognoſcendum, oculos cauos admodum, & eminentes, quod repugnat. Cui reſpondet Galen. ipſum non tantùm annumerare ſigna, quæ ſimul cum facie, quam deſcripſerat apparent, ſed & alia quæ non coappareut. Rectè etiam dixit Hipp. Progn. 4. Si non fuerit poſſibile aliis ſignis coniecturam facere: quoniam ex his quæ ſcribuntur in prognoſt. præſenti, quædam nihil certi indicant, ſed poſſent ex vehementi vomitione euenire, vt lucem effugere, illacrymari, peruerti oculos, aut prominere, & rubere venulas oculorum. Quædam verò non apparent intra triduum, vt venulæ nigræ, aut liuidæ, aut ſordes, aut caui admodum oculi. *Tum autem talia.* Græcè *ἔπειτα δὲ διορίζεται αὐτὰ τοῖς κατὰ τὴν τρίτην ὁρωμένοις.* hoc eſt, deinde definiens hæc per ea quæ poſt triduum apparent. *Cæterum vt rectè dixerit.* Græcè *ὅτι δὲ ὡς ἦρεν ὀρθῶς εἶπε.* quod eſt, Quod autem vt rectè dixit. Saluauerat enim Hippocratem à præcedenti obiectione.

PROGNOSTIC. XV.

CONſiderare autem oportet ſuſpectiones oculorum per ſomnum. Si namque aliquid ex albo ſubapparuerit, non commiſſis palpebris, non ob ventris fluxum, aut medicamenti potionem, vel non ſic dormire aſſueto, malum ſignum eſt, & lethale valde.

Suſpectiones oculorum.

Ad alia ſigna tranſit, quæ ex oculis ſumuntur, ſiue ipſa ſimul cum facie, quam depinxit, apparere poſſint, ſiue non. in præſenti verò progno. ſuſpectiones oculorum ſcribit lethale ſignum eſſe, dicens. Quoties alba pars oculi in ſomno appareat, quoniam non bene ac integrè conniuet (quam ſententiam ad literam ſcribit Aphor. 52. ſectionis 6.) quod ſi euenerit abſque cauſa manifeſta, lethale ſignum eſt. Hæc eſt prima diſtinctio, cauſas manifeſtas explicuit dicens: Non ob ventris fluxum, aut medicamenti potionem. idem etiam intelligere decet, de fame, vigilia, mœſtitia, & reliquis. Altera diſtinctio ſcribitur ab Hippocr. nempe vt non aſſueuerit ſic dormire. Nam in illis nihil mali ſignificatur, vt de multis aliis diſpoſitionibus dicemus in conſequentibus, quæ vbi à conſuetudine tales fuerint, pro naturalibus reputantur, vt aperto ore dormire. Quòd ſi nullum horum fuerit, ad malitiam ægrotationis referenda eſt diſpoſitio: cauſa autem ſignificatur apud Galen. in Commen. Aphor. citati. Nam omnis immodica euacuatio exſiccat, & palpebræ immodicè exſiccatæ non poſſunt integrè claudi: exſiccantur autem à cauſa manifeſta, vt ob magnam aliquam euacuationem, aut à febris vehementia. potiſſimum verò palpebræ, quæ ex natura ſiccæ ſunt, & pauci admodum caloris, & humoris: contingit etiam id fieri, ob potentiæ mouentis imbecillitatem & hæc duo vltima lethalia cenſentur. Dixi, Non commiſſis palpebris: quoniam in Græcis codicibus Hippocrat. legitur *τῶν βλεφάρων μὴ ξυμβαλλομένων.* ſicut & in Galenianis codicibus,

Euacuatio immodica omnis exſiccat.

Palpebra commiſſa, & non commiſſa.

vbi etiam negatiuè legitur: Item & Celſus lib. 2. cap. 6. negatiuam ſcripſit hanc ſententiam: in Aphoriſmo tamen citato affirmatiuè legitur, In codicibus Hippocrat. & Galen. ſimiliter, & à Galeno in præſenti Comment. Hæc diſcordia parua eſt: vera enim eſt ſententia ſiue affirmatiua ſiue negatiua legitur littera. Nam vbi palpebræ non integrè clauduntur, ita vt aliquid de albo oculorum conſpici poſſit, palpebræ commiſſæ dici poterunt, & non commiſſæ. Quæ enim non integrè commiſſæ ſunt, vtramque ſortiuntur appellationem.

GALENI COMMENTARIVS.

DE verbo ὑποφαίνεσθαι, id eſt, ſuſpici, ὑπόφασιν, id eſt ſuſpectionem fieri, cuius pluratiuum ὑποφάσεις id eſt ſuſpectiones, exiſtit: a quibus per diuiſionem Ionicam ὑποφάσιες, id eſt ſuſpectiones formantur. Cæterum non ſatis noui, qua ratione adducti Artemidori & Dioſcoridis ſectatores ſcripſerint ὑποφύσιας cum υ. Quod igitur eſt ab Hippocrate dictum, clarum eſt. Ipſe enim enarrauit quadnam appellet ſuſpectionem, dicens: Si quid enim ſubapparet candidæ partis commiſſis palpebris, atque etiam adiecit definitionem ad exquiſitiorem ſermonis cognitionem dicens: Neque fluor alui, aut medicamentum in cauſa eſt. Sed ſubaudiri oportet cætera quoque quæ vim eandem obtineant Vno enim capite complexus, dixeris accidens id propter imbecillitatem fieri mouentis palpebras facultatis: quod inquã exitiale eſt, quoties ſine cauſa conſtiterit exteriori. Has verò talia ſcilicet eſſe oportet natura, vt vires exoluant. Verbi gratia, alui fluor, aut purgatio ex medicamento purgante vehemens, aut mœſtitia vehemens, aut inſomnia, aut inopia alimenti, aut ſanguinis fluor multus, aut ſimpliciter quæuis alia immodica vacuatio. Cæterum enumerare Hippocratem (vt paulò ante dixi) omnia exitioſa ſigna, non ſolum quæcunque in vultu exitioſo habeantur, indicauit hac parte, adiiciens, Nec alui fluor, aut medicamentum in cauſa eſt. Prædixerat enim in vultu exitioſo talem determinationem, an aluus admodum reſoluta fuerit. Reſoluta enim aluus, commune quoddam eſt fluoris alui, & item medicamenti. Sed quoniam rurſus aliunde orſus omnia exitioſa percenſet indicia, meritò cuiuis eorum proprias definitiones apponit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN 1. parte exponit dictionem, ſuſpectiones, quas Hippoc. appellauit *ὑποφάσιας*: id enim nomen à verbo *ὑποφαίνω* & *ὑποφαίνεσθαι* deriuatur, inde fit *ὑπόφασις*, & in plurali & Ionico modo, *ὑποφάσιες*. & ſi ſectatores Artemidori & Dioſc. nullo ſenſu dixerint *ὑποφύσιας*.

IN 2. parte, quæ incipit (Quod igitur) mentem Hipp. explicat, quid inquam intellexerit per ſuſpectiones, nempe ſi apparuerit aliquid albæ partis oculorum, commiſſis palpebris, quod vbi non euenerit ob cauſam manifeſtam, imbecillitatem facultatis mouentis palpebras ſignificat.

IN tertia parte, quæ incipit (Cæterum) oſtendit mentem Hippo. eſſe annumerare non tantum ſigna quæ apparent in facie exitioſa, ſed & alia: quoniam addidit, vbi non euenerint ob ventris fluxum, aut medicamentum, quæ non repeteret, ſi hæc ſigna cum aliis quæ de facie dixit, coniungere voluiſſet. Iam enim ſcripſerat ſimul cum ſignis aliis, quæ ſunt in facie, talem diſtinctionem.

PROGNOST. VIII.

SI tamen retorta fiat, vel liuida, vel pallida palpebra, vel labrum, vel naſus, cum aliquo ex aliis ſignis: noſſe oportet morti proximũ eſſe. lethale etiã eſt, ſi labia ſubſoluta, & ſuſpenſa, & frigida, & albicantia fuerint.

IN

Digitized by Google

In præſenti ſigna exitioſa ſcribit, quæ oſtendunt mortem proximam, quorum quædam ſumuntur ex palpebris, vel labiis, vel naſo, ex palpebris, ſi torqueantur, aut colorem demutent in liuidum, aut pallidum: idem etiam de labiis,& naſo. Intelligendum autem id verum eſſe accedente aliquo alio ſigno exitioſo, vt imbecillitate facultatis. Ex labiis autem non tantùm hæc ſigna aduerti præcipit, ſed & alia quæ ſequuntur, nempe ſi fuerint ſubſoluta, ſuſpenſa, frigida, & albicantia. hæc omnia ſi ſimul inuenta fuerint, magnum oſtendent malum: quoniam euenient ex maximo facultatis naturalis langore, relaxatis muſculis mouentibus labia. Hoc cognoſcetur, quoniam ſunt ſubſoluta, & ſuſpenſa, & defectum caloris oſtendent: quoniam frigida & albicantia. Celſus lib. 2. cap. 6. inter alia ſigna mala ſcribit pallorem circa palpebras, labia,& naſum: licet tamen partem illam, vel pallida non tranſtulerit Laurentianus, in Græcis codicibus habetur: & Celſus eam legit. Peruerti autem, ac retorqueri vult Celſus non tantùm palpebram, ſed & labia,& naſum aut aliquid eorum dicens, Eadémque labia, & nares, oculíque, ac palpebræ,& ſupercilia, aliquáve ea bis peruertantur. Quando ergo dixit Hipp. vel labium, vel naſus, intellige, fiant retorta,& liuida, aut pallida. In præſenti etiam additur pars, quæ etiam non creditur extitiſſe in codicibus Laurentianis Græcis. in noſtris autem ſic habetur, θανατῶδες δὲ καὶ τὰ χείλεα ἀπολυόμενα καὶ κρεμάμενα, καὶ ψυχρὰ, καὶ ἔκλευκα, γινόμενα. quæ ad literam ſunt tranſlata in progn. Hanc eandem ſententiam enunciauit Hippoc. aphor. 49. lib. 4. dicens: In febre non intermittente, ſi labrum, vel oculus, vel naſus, vel ſupercilium peruertatur, vel non videat, vel non audiat, iam debili exiſtente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima eſt. Quod enim in prog. de mor. acu. loquitur, in aphor. dixit, In febre non intermittente. Quod autem in præſenti obſcurum videri poſſet, quum dixit cum aliquo ex aliis ſignis, ſatis clarè explicuit in aphor. dicens, Iam debili exiſtente corpore. Vtrobique tamen dixit mortem eſſe proximam: quod oſtendit maximam vim habere ad ſignificãdum. Signa enim, quæ proximam mortem apud Hippo. ſignificant, ex primo ordine peſſimorum ſignorum habentur, vt dicemus ſimiliter circa 20. prog. huius li. Hæc tamen eſt differentia inter aphor. & progn. quòd in progn. nullum ſignum ſcripſit, ſumptum ab actionibus facultatis animalis ſentientis: in aphor. tamen dixit, Aut non videat, vel non audiat: quæ duo ad ſentientem facultatem ſpectant. Quoniam reliqua ſigna partim expoſita ſunt,& quoniam non ſunt obſcura, de primo omnium dicemus inquit Hippocr. ſi tamen fiat retorta palpebra. καμπύλον enim dixit Hippoc. quod retortam aut inflexam ſignificat, licet alij aliter legant. vt Gal. in comm. recitat. Quod tamen in præſenti dixit, ἢν δὲ καμπύλον γίνηται. in aphor. citat. dixit ἢν διαστραφῇ, id eſt, ſi peruertatur. peruerti tamen idem eſt quod inflecti, aut retorqueri. Quo autem modo ipſam retortam fieri contingat intelligent qui prius nouerint ea Galen. 10. lib. de vſu par. quòd à magno oculi cantho, ſiue angulo, muſculus tendit per palpebræ medium tarſum, is quum contrahitur, totam trahit palpebram ac claudit ipſam: quoniam cum dura ſit ſimul tota trahitur. Alter muſculus ab exteriori parte ad aliam vſque medietatem inſeritur in tarſo palpebræ, cuius gratia quando is contrahitur, ſecum trahit palpebram, atque oculum aperit. Quòd ſi iſti muſculi conuellantur, retorta fiet palpebra, ſimiliter & ſi alter eorũ relaxetur, vt apud Gal. in comm. Si enim vterque conuellatur, internus claudet oculum, externus verò aperiet, ex qua motus inæqualitate, & contentione, retorta fiet palpebrá, altera videlicet parte ſuppreſſa, & altera eleuata. Sic enim dixit 10. lib. de vſu par. de muſculis his loquens: Si igitur vtrique ſimul tempore tendantur, ſimiliter palpebra, ſurſum quidem pars eius, quæ eſt ſecundum paruum canthum reuelletur, infernè autem trahetur ea, quæ eſt ſecundum magnum canthum. Quo fit, vt non magis aperiatur oculus, quàm claudatur, idque ipſum eſt, quod ab Hippocr. dictum eſt, καμπύλον, id eſt, retorta palpebra: quæ res magni quoque mali indicium in morbis eſſe ponitur. Et hanc conuerſionem vocat alibi ἴλλωσιν. Si verò alter quidem muſculus agat ad ſeipſum trahens palpebram, alter verò quieſcat, omnino aperiri tunc & claudi contingit totam palpebram. Simul autem ſemper attrahitur, tam altera pars tarſi, quæ vnà cum eo mouetur, quàm reliqua. cauſa autem eſt ipſius durities. Hæc Galen. ſententia manifeſtè oſtendit noſtrum primum intentum, nempe conuulſione facta fieri retortam palpebram. Secundum autem videtur pugnare cum his, quæ in præſentis progno. comm. dicit Galen. videlicet altero muſculorum relaxato fieri ipſam palpebram retortam: cùm tamen in allegata ſententia, ſi altero muſculo agente, atque trahente alter omnino quieſcat, tota palpebra ſimul trahatur ob duritiem oportet: veruntamen intereſt, quoniam lib. 10. de Vſu par. dixit altero tantùm operante, aut claudi, aut aperiri palpebram. De muſculo aperiente, aut claudente loquutus eſt, qui ad contraria loca mouent: altero enim ceſſante ab opere, reliquus ad ſe trahet palpebram. Nunc verò quoniam in præſenti Comm. dicit altero ipſorum relaxato retortam fieri palpebram, intelligit de duobus muſculis claudentibus palpebram: ſunt enim duo qui hoc funguntur munere. horum itaque duorum ſi alter relaxetur, veluti fracta videbitur palpebra. quod etiam voluit Galen. lib. 4. de locis pat. cap. primo, dicens: Igitur ſi muſculus ipſam ſurſum retrahens exoluitur, laxam efficiet palpebram, adeo vt oculus aperiri non poſſit. Si verò detrahentes (gemini enim ſunt) reſoluuntur: oculum claudere non poterunt. quorum ſi alter duntaxat afficitur, ad oppoſitum muſculum palpebra deflectetur, vt fracta videatur, in fine videlicet circa mediam vtriuſque lineam. Quippe ea pars, quæ iuxta muſculum affectum eſt, retrahi, quæ verò iuxta illæſum eſt, detrahi videtur. hæc Galen. vbi clarè monſtrat hanc palpebrarum torturam euenire per relaxationem vnius ex muſculis, qui ipſam palpebram claudunt. vbi enim vnus laxetur, alter ad ſe inæqualiter palpebram traher, quemadmodum in vnica conuulſione fieri ſolet, vnica tantùm parte faciei relaxata. Duobus itaque modis eueniet, fieri palpebram retortam, aut ob conuulſionem omnium muſculorum ſimul, aut ob relaxationem vnius eorum, qui ipſam claudere habent. Lib. etiam de mor. pop. 6. par prima, malam eſſe dixit βλέφαρον ἀπεστραμμένον, hoc eſt palpebra circuntenſa, quam dicit Galen. in Comment. fieri ex nimia ſiccitate, quemadmodum quum Hippocr. dixit cutis circa frontem dura intenta, quæ diſpoſitio conſtat quantum mali ſignificet in morbis acutis.

Codex Laurentiani diminutus.

Addita pars.

Prog. Aph. comparatur.

Retorta palpebra.

Duobus modis poteſt inuerti & contorqueri palpebra.

GALENI COMMENTARIVS.

IN multis codicibus ita legitur initium orationis, in aliis verò pro peruertitur, Diſtrahitur ſcriptum eſt: itavt ex voce, palpebræ contractio ſignificetur, velut ea quæ propter algorem refrixerunt. Id igitur indicium eſt extinctionis, quemadmodum liuida. Si verò peruertitur, tenſionem quandam conuulſificam, aut reſolutionem in altero ex muſculis oculos claudentibus indicat: vtrunque exitioſum cenſetur, quoties alia indicia ſuffragantur.

tur, quod indicauit dicens, tanquam hæc ſola nequaquam ſufficiant denunciare mortem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte dicit aliã fuiſſe ſcripturam huius prog. vbi enim legitur καμπύλον, id eſt, retorta: legebatur ῥικνὸν, id eſt, rugoſa: quod etiam partibus immodicè refrigeratis euenit. ſignificabit ergo caloris naturalis mortificationem. ῥικνὸν autẽ idem eſt quod ῥυσὸν, hoc eſt rugoſa. lib. de antiquis Hippoc. dictionibus. *Pro peruertitur, diſtrahitur.* Græcè, ἀντὶ τοῦ καμπύλον τὸ ῥικνὸν, quod eſt, pro retorta rugoſa.

In ſecunda parte palpebrã retortam dicit fieri ex conuulſione muſculorum mouentiũ palpebram, aut ex relaxatione alterius eorum, qui ipſam claudunt, idque ſignum oſtẽdere mortẽ proximam, ſi aliquod aliud ex malis accedat, vt in expoſitione explicui.

PROGNOSTIC. IX.

CVbantem autem oportet inueniri ægrũ à medico ſuper latus dextrum, aut ſiniſtrum, manibus, ceruice, ac cruribus parum inflexis, & vniuerſum corpus molliter iacẽs. Sic enim ſanorum plurimi decumbunt: optimi verò ſunt decubitus ſanorum ſimiles.

Procedit Hippoc. ad alia ſigna, quæ bonum aut malum oſtendere poſſunt, ex accubitu, & totius corporis inter cubandum figura: pertinent hæc ſigna ad animalem facultatem, quoniam oſtendunt ipſam languidam, aut valentem. Primum enim inquit, bonum eſſe ægrum iacere ſuper altero latere, ſaltem per id tempus, per quod medicum habet præſentẽ: licet enim aliter cubare aſſueuiſſet, tamen illo tempore, medicum ſuſpiciens ſuper latus cubare debet. Secundò laudat bonam figuram extremorum, vbi manus, ceruicem, & crura modicè inflexa habuerit. Tertiò, ſi totius corporis figura mediocritatem obſeruauerit. ὑγρὸν, id eſt, molliter iacens, ac ſi diceret ſolutum habens corpus, non diſtentum, aut contractum. Quartò argumento epilogiſtico concludit eum eſſe optimum decubitum: quoniam plurimi ſanorum ſic cubare ſolent, & decubitus qui ſunt ſimiles decubitibus ſanorum optimi ſunt: id enim in omnibus optimum eſt, quod maximè eſt ſecundùm naturam. Quod ſi dixeris, ſequitur quòd iſta non eſt vniuerſalis doctrina, qua docetur decubitum ſuper latus eſſe laudabilem: vbi enim æger aliter cubare aſſueuerit, non erit ei melior decubitus ſuper latus. Reſpondemus quòd cubare in latus melius eſt, quàm ſuper dorſum, in illis qui non aſſueuerunt cubare aliter, qui pauci ſunt. Nam maior pars hominum ſolet in latus cubare. Præter id, quòd & in illis qui ſolent ſuper dorſum cubare, laudandus adhuc eſſet accubitus in latus, quo tempore medicus præſens eſt. Ad intelligendum tamen quantum boni, aut mali ſignificet decubitus in latus, aut decubitus in dorſum, & veluti deciduo corpore, aduertendum quòd muſculi moueri dicuntur (licet impropriè) vno modo, quoniam mouentur, atque operantur: vt quoties muſculus aliquis contrahitur, aut diſtẽditur ab animali facultate: tunc enim mouetur, ſeruatque vt inſtrumentũ animæ. Aliter quoties trahenti facultati contrarij muſculi cedit: quod euenit internis muſculis brachij, quoties ab externis brachiũ diſtẽditur. tunc enim interni veluti inſtrumẽta cedunt, atque mouentur, non tamen operãtur. Tertio modo cõtingit moueri muſculos, non tamen vt inſtrumenta, aut cõſentiẽtes partes, vt quoties pars decidit, aut manus, aut brachium, ita vt citra omne volũtatis imperiũ decidat. quod pariter eis, & oſſibus & carni euenit: quòd ſi toti eueniat, potius decidentia, quàm decubitus appellabitur. Quarto modo muſculi operantur veluti inſtrumẽta, verùm non mouentur cõtrario modo ei, qui tertio loco dictus eſt: quòd euenit quoties natura firmũ retinet in parte aliqua ſignata mẽbrum, vt brachiũ in aëre extenſum, quomodo & auis in aëre firmatur, quã ſi mortuam in aëre poneres, neque momento tẽporis firmã permanere videres. Quos modos motus muſculorum recenſet Galen. lib. 1. de Motu muſculorum, dicens: Quoniam igitur ex motibus contractio quidem muſculi eſt tanquam inſtrumenti animæ actio, extenſio tanquam inſtrumenti quidem, non tamen operatio quædam, ſed ſimpliciter motus, qui modo adiunctus, eſt tertius motus, neque vt viuentibus quidem muſculis ineſt omnino, ſed vt inanimatis, ac penitus ex ſeipſis immobilibus. Ad reliquum & quartum motum tranſgreſſi conſideremus etiam modum iſtius, qui oppoſitus quodammodo tertio eſſe videtur. Tertio enim modo motus muſculi demonſtrati ſunt ceſſare ab operatione ſua, quamuis moueantur. Quarto autem operari demonſtrabuntur, quamuis moueri nequaquam videantur. Ex his motibus, qui tertio loco dictus eſt, non motus, ſed decidentia propriè appellatur à Galen. paulò antè ſententiam citatam. Qui verò quarto loco dictus eſt, functio eſt ſine motu. Itaque quoties corpus ægri in latus decumbit, functione ſua animalis facultas firmat corpus in tali figura, licet non moueat corpus, quemadmodum per quartum modum fit, qui non propriè motus appellatur. Quum verò corpus ſuper dorſum decumbit, nullam oſtẽdit naturæ functionem, aut motum à natura factum, ſed potius ipſius corporis decidentiam, qualis in tertio modo prædicto euenit. Quam ſententiam ſcripſit Galen. 2. libro de Motu muſculorum, dicens, Hipp. inclinationem ad alterum latus laudat: cognoſcere autem maximè poſſes, quanta operatio huiuſmodi diſcumbẽtibus ineſt, ſi corpus hominis mortuum ſic inclinaueris: non enim vel minimo tempore manebit, ſed ſupinum, aut pronum ſtatim fiet ad quamcunque partem exciterit grauitate vergens. Quoniam tamen ægri magis alias amant figuram mutare, non ſemper oportet ipſum ſic decumbere, ſed quo tempore medicus adeſt, niſi forte is eſſet, qui medicum parui penderet, quod magnates facere ſolent. Prætetea dixit, Manibus, ceruice, ac cruribus, parum inflexis: ea enim facillima, magis amabilis, ac omnino citra laborem eſt, per quam modicè inflexa membra figurantur. Sunt enim quinque membrorum figuræ apud Gale. 1. de Motu muſculorum, paulò ante finem. Summa contractio, & contractio ei proxima, ſumma diſtentio, & diſtentio ei proxima: & omnium media poſitura. Exemplum erit de brachio, quod omnibus corporis muſculis delegabitur, ſi externus muſculus brachij per tranſuerſum ſecetur. internus contrahetur, verùm non ſummè, ſed paulò magis quàm in media poſitura, ob id quòd internus muſculus cùm nõ habuerit contrarium externum impedientem contractionem, magis contrahetur. quàm vbi ipſe aderit: ſummè tamen contrahetur, ſi præter id quòd muſculus abſciſſus eſt, animalis quoque facultas contractionẽ imperet, maximè verò ſi os ſimiliter abſciſſum extrudatur. Nam oſſis grauitas poſſet muſculorum contractionem extremam impedire. His contrariæ ſunt duæ aliæ diſtenſiones, muſculo interno per trãſuerſum inciſo, ſtatim enim externus ad ſe trahit brachium, ac diſtẽdetur parũ vltra mediã figuram, verùm non diſtenderetur in extremo, niſi acceſſerit voluntatis imperiũ, & maximè dempto eſſe. Harum quatuor figurarum medium tenet quinta, quæ eſt omnium

Muſculi 4. modis mouentur.

Quartus iſte muſculorum motus vocatur Tonicus apud Gal. & alios.

Corporis decidentia.

Figura membrorum

Digitized by Google

omnium optima, per quam extrema medio modo figurantur, vt brachia, crura, & ceruix. Hanc figuram Gal. ἀνώδυνον, id eſt, ſine dolore appellat. Neque tamen ſic eſt ſine dolore, vt omnino dolore, aut labore vacet: ſed quoniam per hanc membra minimè laborant, quod conſtat. Nam abſciſſo altero muſculorum, reliquus paulò vltra mediā figuram contrahitur: quod non eſſet, niſi gratia externi, internus paulò minus contraheretur, & externus interni gratia, & ob id ſani homines mutare figuram coguntur, & ægri multò citius, quantò magis ab oſſiū grauitate in ægris muſculi grauantur, & labores moleſtius ferunt quàm ſani. Quod ſimiliter teſtatur Gal. lib. 1. de Motu muſculorum, dicens: Quare & mutatione figurarum quidem, quæ triſtitiam afferunt, celeri indigemus: eius verò quæ dolore caret, tarda. Cur autem omnino ipſam mutari deſideramus, cùm ſine dolore ſit? Quia in hac etiam figura tenſionē quandam muſculi ſuſtinent, verùm minorem quidem quàm in omnibus aliis, ſed eam dolore carere dicimus, non quia nullo penitus dolore participat, ſed quia minimo, & hoc ferme inſenſibili propter breuitatem, & tunc ipſam mutare cupimus, quum congregatus paulatim fiat ſenſibilis. Decubitus ergo in latus, & ſub media figura meritò ab Hippocrate laudatur, tanquā optimus cubandi modus, & ſanis magis aſſuetus. De malis verò cubandi modis conſequenter dicetur, ſi prius dixerimus, Ariſt. diuerſam admodum ſcripſiſſe cauſam, quare homines inflexo corpore cubare ſoleant, ſexta problematum ſectione proble. 3. dicens, cur inflexo corpore cubare melius eſt, quod etiam plerique medicorum præcipiūt. An quod venter quum recaleſcit concoquere melius poteſt. Scripſit certè Ariſtot. finem, & vſus talis decubitus: ſequitur namque ex ipſo vtilitas ab Ariſt. ſcripta. Verùm non ſcripſit, quam haberet vim ſignificandi, præter id quod de ſanis loqui videtur, quibus præcipitur, vt ſic cubent ad coctionē ventriculi, & iecoris coadiuuandam. Cùm enim reducuntur membra verſus ventrem, venter ab ipſorum circunſtantia incaleſcit. Hipp. tamen de ægris loquitur, & de decubitu tanquam de ſigno. Bonus itaque decubitus, vt cauſa, & vt ſignum bonus eſt.

Bonus decubitus vt ſignum & cauſa.

GALENI COMMENTARIVS.

ID quoque teſtatur numerari ab Hippocrate ſigna exitioſa hac tota libri parte: conſtat enim vt nobiliſſimus vir nunc non ab alio principio de ſignis in toto corpore doceat, ſed ea copulat prædictis. Cum enim antea dixiſſet in vultu exitioſo etiam alia ſigna conſideranda eſſe, quæ in toto corpore atque etiam oculis exiſtant, deinceps omnia inter ſe copulando perſequitur. Id verò quod dicitur, oportere offendi ægrum à medico conſiderante non cubantem ſupinum, ceu quendam reſolutum, ſed in alterum latus, prout medicus illi adfuerit, idcirco bonum eſt, quia robur indicat facultatis per muſculos firmantis corpus, quomodo rurſus debilitatem vbi cubare in latus non queat. Verùm ipſe Hippocrates adiecit orationi communem epilogiſmum, dicens: Ita enim plerique bene valentium cubant, ſcilicet potiſſimum tunc, cùm medicus ipſos conſiderat. Rectius enim eſt ſubaudiri in oratione proditum ab eo poteſtate per dictionem, dum ait: Cubantem offendi ægrum a medico oportet. Non enim ſimpliciter in latus ait oportere hominem cubare, ſed à medico offendi cubantem ita. Porro adiecit: Ac manus, ceruicem, & crura paulum reducta habentem. Id enim conſuetum pleriſque bene valentium eſt. Quinetiam adiiciens verbum, plerique, in memoriam tibi reuocanit diſtinctionem quandam alterum habentem caput aliis multis vtile præſagiis, cuius meminiſſe cōuenit, licet interdum omittatur. At verò quidnā illud ſit, iam explicabo. Quæcunque in ægris priuatim præter cæteros peculiaria ſunt: hæc haudquaquam veluti ſuperuacua conſiderari oportet. Si enim offendas ægrum vt plerique bene valentium cubantem, diliges talem decubitum. Si verò è contrario, non conuenit continuò horrere quaſi malum indicium: ſed requirere vtrum in conſuetudine ſit talis ægro figura. Cæterùm quod eſt dictum, molliter poſitum offendi corpus, exaduerſum interim proditum eſt. Quatuor enim membra, id eſt, crura ac manus paulùm reducantur, & omne corpus iaceat oportet, extra hyperbolicas figuras conſtitutum. Intelligo figuras hyperbolicas, quoties aut ſumme extenduntur, aut immodicè inflectuntur membra, aut ſpina, cuius partes vertebræ quoque in ceruice exiſtunt. Igitur hyperbolica figura extentis admodum neruis efficiuntur, quomodo libro de motu muſculorum oſtenſum iam eſt. Quæ in medio iam eſt hyperbolicarum, abſque tenſione eſt. Quocirca talem vocauit mollem, quia corpora molliora intendi non ſolent.

Quid ſit figura corporis hyperbolica. Item quid mollis.

Annotatio in Gal. comment.

In prima parte continuata oratione vult Hippo. procedere ad ea ſigna de quibus ſe dicturum propoſuerat, quum de vultu loquens, de exitioſo dixerat, conſideranda eſſe & alia ſigna, quæ in oculis, & toto corpore. Hæc igitur de ſignis in toto corpore ſunt. *Nobiliſſimus.* abundat.

In ſecunda parte, quæ incipit (id verò) rationem reddit quare Hippoc. dixerit oportere medicum inuenire ægrum in latus cubantem: nempe quoniam id arguit facultatis robur, quemadmodum vbi in latus cubare nequeat, imbecillitatem.

In tertia parte, quæ incipit (Verùm ipſe) Hippoc. dicit vſum fuiſſe epilogiſmo dicentem: Sic enim ſanorum plurimi decumbunt, ſaltem per id tempus, quo medicum habent præſentem. Epilogiſmo autem vtetur quoties ab eo, quod ſecundùm naturam eſſe probatum eſt, experimento proceditur ad alterius comprobationem, vt in præſenti: quoniam ſanorum plurimi ſic cubant, bonum accubitum probando. Idem etiam de manibus, ceruice, ac cruribus modicè inflexis interpretatur.

In quarta parte, quæ incipit (Quin etiā rationem reddit, quare dixit, Sic enim ſanorū plurimi decumbunt. Verbum enim plurimi, ſiue plerique, vt habet Laurentianus, vniuerſalem quandam virtutem habet ad omnia, quæ poſſent ægris priuatim euenire. Vbi enim quis conuenienti modo cubet, bene cubare dicetur: ſi tamen cubet in ventrem, aut ſuper dorſum, non erit malum ſtatim, ſed ſub diſtinctione, nempe vbi non ſic cubare aſſueuerit, ſicut & infra prog. 17. dicet de dentium ſtridore.

In quinta parte, quæ incipit (Cæterùm quod eſt dictum) docet quare Hippoc. dixit, Molliter iacens: quoniam decet extrema membra quatuor, & vniuerſum corpus extra omnem extremam figuram cōſtitui: quoniā figuræ extremæ, admodum extentis neruis fiunt. Vbi legitur, Habitus, Figura legendum. Græcè enim σχῆμα. habetur, quocirca Græcè, διὸ καὶ προσηγόρευσεν αὐτὸ, ὑγρὸν, τῶν ὑγρῶν σωμάτων ἀνεπιτηδειοτάτων τείνεσθαι. quod eſt, quamobrem, ὑγρὸν, id eſt, humidum, aut molle ipſum appellauit, quòd humida corpora inepta ſunt extēſioni, forte liquidum magis, quàm molle, vocabuli ὑγρὸν, ſignificationem exprimeret, quandoquidem mollia corpora ſatis apta ſunt extenſioni, non autem liquida. Quod autem ex lib. de Motu muſculorum citat. lib. 1. legitur, & loco citato in expoſitione.

PROGNOSTIC. X.

SVpinum verò cubare, manibus, ceruice & cruribus extentis, minus bonum eſt.

Supinus accubitus.

POSTQVAM optimum cubandi modum laudauit, ad reliquos procedit, inter quos ille primo loco damnatur, qui minus malus alijs eſt, & quodammodo medium tenere videtur inter præcedentem, & ſequentes: eſt enim præſens decubitus ſignum non bonum, nẽpè ſupino corpore cubare, manibus, ceruice, & cruribus extentis, mediæ nãque malitiæ eſt decubitus, qui malus eſt aliquando, & nõnunquam eſt non malus: vbi enim æger non ſic cubare ſoleat, & prudens ſit à natura, & medicũ reuereatur, malus eſt: vbi autem cubare ſoleat, ſic, aut non adeò prudens ſit, aut non reuereatur medicum, nõ eſt malus. De hoc decubitu loquens Gal. lib. 1. de Motu muſculorum dixit, Has tres Hipp. ambas damnat, & ſupinum iacere, & hiare dormientẽ. & patũ infra ſubdit, Itaque ſupinum iacere, & hiare dormiẽtem, non abſque actione ſtertendi, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ ſignum eſt. Quæ ſententia eadem eſt cum ea quæ in ſequenti progn. quòd enim aliquando homines ebrietatis cauſa ſupini cubãt, non pertinet ad prognoſticum, in quo ſicuti & ſæpe ſupra dictum eſt, ſignum quoduis, id quod Hippocr. dixit ſignificat, niſi euenerit à cauſa externa. Vbi igitur ab ebrietate, quæ cauſa externa eſt, non euenerit, aut fiet ob ignauiam, aut ob exolutionem. In prognoſtico tamen præſenti dixit minus bonũ eſſe: quoniam ſignificat ignauiam, aut exolutionẽ: ignauiam, vbi ſic dormire cõſueuerit, aut medicum non magnifaciat, aut minimè prudens fuerit, quod non eſt malum. malum verò erit, quoties ſine aliquo horum ſupinus cubet, quod ſignificabit langorem facultatis, ſiue animalis facultatis exolutionem. Quod iam intellectum factis diſtinctionibus manifeſtè indicat periculum aliquod, cuius gratia in ſequenti prognoſtico dixit grauius eſſe. Lib. item 6. de morb. pop. par. 1. ſect. penultima, Hippoc. dixit: Diſtentio corporis, articulorúmq; durities, & æger ipſe diſſolutus, atq; articulorũ κατακλάσεις, id eſt, confractiones, malum. Et Gal. in comm. dixit, quoſdam legere pro καταχλάσεις, κατακλίσεις, hoc eſt, decubitus, verũ hanc lectionem ipſe non probat, ſed infrà inquit, Supinum verò iacere, tum manibus, tum cruribus extentis, minus bonum, talem verò decubitum imbecillitatem virtutis oſtendere tibi demonſtrauimos, atque hanc adhuc magis decubitum eum, qui deinceps dictus eſt, his verbis: Si verò procliuior fuerit, atque à lecto ad pedes delabatur, grauius eſt. Supino itaque corpore cubare, ei qui non aſſuenit ſic dormire, oſtendit facultatis languorem, quæ non firmat corpus in aliqua poſitura, ſed quemadmodum corpus mortuum ſtatim delabitur in dorſum aut ventrem.

Supinus accubitus quas habet cauſas.

GALENI COMMENTARIVS.

TAlis decubitus omnino bonus non eſt, proindéq; nec minus bonus eſt. Si enim omnino bonus non eſt: vt minus eis bonus congruere dicatur, fieri qui poteſt? Cæterum vt id bonum non ſit, ipſe poſtea docebit hunc in modum. Si verò procliuior fuerit, & ſubinde ad pedes delabitur, maiori cum periculo eſt. Tanquam enim prædictus decubitus cum periculo ſit, ita dixit de eo: Maiori cum periculo eſt. At verò mihi videtur talis decubitus neutris adnumeretur indicijs, quæ nec ad ſanitatem vim habeant inſignem, neque ad mortem, ſed aut integrè media ſunt, aut parum ad alterum tendunt, ita vt qui negligentius loquuntur de eis, cum vtriſque conferre poſſint, velut hoc loco Hippocrates dixit minus bonam eſſe talem cubantis figuram, quàm quæ eſt antea prodita: deteriorem verò quàm hæc ea quæ deinceps dicta eſt: admonens hoc loco ſciri oportere in omnibus locis, num conſuetus ſit æger cubare ſupinus. Si enim ita fuerit, nec admodum magnifaciat medicum ingredientem: tunc neque in medio mali bonique decubitus exiſtimabitur, ſed potius bonus: Si verò neque hac ſoleat cubare figura, & admodum vereatur medicum, non bonum indicium eſt: ſed potiſſimum ſi fuerit prudentior ex natura. Quocirca talis decubitus, in medio boni malique collocandus eſt: quantum in ſeipſo eſt ſed vtroque verſum pro natura ægri transferendus eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte non admodum propriè dici hunc accubitum minus bonum probat. Nã accubitus, qui bonus non eſt, non dicetur minus bonus: quòd autem bonus non ſit, conſtabit ex ſequenti progn. vbi eum decubitum, qui ſequitur, dicit eſſe grauiorem, ſiue difficiliorem. quod non eſſet, niſi hic etiam eſſet grauis, & difficilis. *Iacentis habitus.* Græcè, κατάκλισις, id eſt, decubitus. ſic & in alijs locis ſimilibus, *Si verò procliuior:* Lege vt in progn. ſequ. *Tanquam enim,* Græcè ὥσπερ γὰρ καὶ τῆς προειρημένης δ᾽ ἐπὶ κατακλίσεως ὄντος: οὕτω δὲ αὐτῆς ἔφη ὡς δ᾽ ἐυβτερον ἐῖν. quod eſt, Tanquam enim de prædicto accubitu grauem, ita de hoc grauiorem eſſe dixit.

IN ſecũda parte, quæ incipit (At verò) definit huius ſigni vires, dicens ipſum eſſe ex his, quæ non habent inſignem vim in ſignificando, intantum, vt qui velit non adeò diligenter vires ipſius perpendere, poſſit ipſum cum bonis, & malis comparare: quoniã medium eſt, neque adeò bonum vt præcedens, neque adeò malum vt ſequens. *Conferre.* Græcè παραβάλλειν, hoc eſt, accommodare. Non enim vult Gal. hoc ſignum bonis, & malis comparari poſſe, vt Laurentianus: ſed annumerari inter bona & mala. *Laurentianus notatur.*

IN tertia parte, quæ incipit (Admonẽs hoc loco) mentem Hipp. declarat, voluiſſe inquam Hippo. diſtinctione vti, ad inueniẽdã huius ſigni bonitatem, aut malitiam. Vbi enim æger cõſueuerit ſic dormire, neque admodũ magnificat medicum ingredientẽ, bonus eſt decubitus dictus, ſi tamen non ſic cubare ſoleat, medicúmque magnifacit, ac fuerit pudentior à natura, non bonum erit. Vnde fit, vt talis accubitus in medio malorum, ac bonorum ſit. Hinc etiam ſequetur Hipp. ſatis rectè dixiſſe hoc ſignum minus bonum eſſe: quia minus bonũ eſt, quàm præcedẽs, vbi bonus fuerit: quoniam ſimiliter in aliquo caſu iam dicto, bonus non eſt, licebit Hippo. in ſequenti progn. alium accubitum grauiorem hoc appellare. Hippoc. ergo, qui hanc diſtinctionem boni, & non boni accubitus ſcribere ob prolixitatem vitandam prætermiſit, non potuit melius aut exquiſitius loqui.

PROGNOST. XI.

SI verò procliuis ſit, ac delabatur à lecto in pedes, grauius eſt.

Hanc ſententiam Laurentianus ſic tranſtulit: Si verò procliuior eſt, ac deorſum delabitur ſubinde ad pedes, maiori cum periculo eſt. Sicut & Celſus Meldẽſis lib. 6. de morb. po. pa. 1. comm. penultimo. ſic. Si verò procliuior fiat, atque ſupernè ad pedes delabatur, grauius exiſtit. Sed tamen vbi in noſtra traductione habetur, Procliuis, Græcè προπετὴς quod eſt idẽ quod προπετής, id eſt procliuis aut præceps. Vbi dixi A lecto ad pedes, Græcè habetur, ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ πόδας. Vbi dixi grauius eſt: Græcè δ᾽ ἐυβτερον ἐῖν. Vult autem Hippocrates hoc tertium ſignum grauius eſſe præcedenti: peius enim eſt non poſſe in lecto continere corpus ne decidat, quàm ſupino corpore cubare. Significat enim magnum languorem facultatis animalis: & in omnibus verũ habet citra omnẽ diſtinctionẽ. Decidere enim à lecto & ad pedes declinare, demortui hominis eſt, qui

non

Digitized by Google

non aliter quam lapis decidit aut cadauer: viuentes enim omnes, & modicè ſaltem conſtantes, cubant parum erecto ſuperiori medio corpore. Quod comprobatur ſententia Gal. x. lib. de Motu muſculorum, loco citato, in 9. expoſitione. Huius prog. veritas experimento quotidiano probatur in corporibus mortuorum. quæ ad pedes ſtatim delabuntur: & in his qui morti proximi ſunt, à ſola grauitate corporis deorſum demiſſa, animali facultate nihil contrà operante, aut renitente. De hoc iacendi modo Gal. lib. de Palpitatione, tremore, rigore, & conuulſione dixit, Viuentium autem mora iacere non poſſe, ſed corporis mortui inſtar atque inanimis ad pedes ruere, malorum eſt noniſſimum. Rem hanc in lib. de humoribus ἔῤῥιψιν vocauit, quod non intelligentes qui literam ſunt interpretati, vnà quidem multa fabulati ſunt, proſtratum eſſe, mortui corporis inſtar eſſe, omni virtutis robore exactè perdito ἔῤῥιψιν vocauit: vnde ἐῤῥίφθαι, κατακεῖσθαι, minimè eſt idem, ſed rationem eam habet, quam cadere cum iacere. Similiter in auibus aliud volare ad terram eſt, aliud cadere: vnum agere eſt, aliud pati: non ſecus κατάκλισις, actio eſt, ἔῤῥιψις paſſio. Aduertendum tamen, quòd vbi dixit. κατάκλισις, Græcus codex habet κατάλυσις. ſed corrigenda eſt litera in Græcis codicibus, & Latinis Baſilienſibus. Hoc prognoſticum malè excuſſum eſt in Græcis codicibus: inſeritur enim cum Gal. comm. tanquam pars ipſius.

Egregia Gal. prognoſis de prolapſu ægrorum ad pedes.

GALENI COMMENTARIVS.

Quemadmodum cubare in latus, quandam obtinet vim: ita erectius iacere, quo modo omnes cubamus. Et ob eam rem ſi in alterum colloces latus corpus defunctum, prorſus aut in partem pronam, aut ſupinam conuertetur: velut ſi illud accliue figures, ita quoque in pedes delabitur. Meritò igitur prauum id dixit haberi indicium: quòd quidem extinctionem quandam ſignificet regentis corpus facultatis.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

VNICA collatione probat huius ſigni malitiam: quemadmodum enim in latus cubare ſignificat efficaciam aliquam, ita erecto corpore iacere: & quemadmodum mortua corpora ſuper latus collocata ſtatim in dorſum aut ventrem decidunt, ita ſi talia corpora ſurſum vergentia ſtatuas: ſtatim ad pedes dilabentur. Significat enim talis delapſus animalem facultatem corpus regentem demortuam. *Quandam obtinet vim.* Græcè, ἔχει τινὰ ἐνέργειαν, id eſt, quandam obtinet efficaciam. *Ita erectius iacere.* Græcè. οὕτως καὶ ἡ ἀνάῤῥοπος ὑπτία, quod eſt, ſic & ſurſum vergens ſupinus decubitus, ὑπτία namque non omnem decubitum, ſed ſupinum ſignificat, quod Laurentianus inconſideratè prætermiſit, cum in præcedenti com. par. 3. vbi Gal. dixit, μήτε συνήθης ἐστιν ὑπτίῳ κατάκλισις τῷ κάμνοντι. ipſe tranſtulit, num conſuetus ſit æger cubare ſupinus. Ecce vbi ὑπτία ſupinus accubitus vertit, modò verò iacere tantum dixit. Voluit autẽ Gal. ſignificare quod Laurentianus non aduertit, nempe quòd quemadmodum cubare in latus habet aliquam efficaciam, ita cubare erecto corpore ſiue ſurſum vergente, quandam habet efficaciam, quamuis homo cubet ſupinus, ob id ſolum quòd erecto corpore cubet. Vbi namque erecto corpore cubaret, ſimul & ſuper latus duplici ratione efficaciam ſignificaret, prima ex eo quòd in latus, ſecundâ ex eo quòd erecto corpore: quorum alterum alteri comparare vult Gal. ſcilicet ſurſum vergentem decubitum quamuis ſupinum, ei qui in latus fit. Quod tamen ſtatim addit. Quomodo omnes cubamus: ad primam partem referri debet, hoc eſt,

Laurentianus notatur.

ad decubitum ſurſum vergentem, non ad ſupinum: quandoquidem non omnes ſupini cubamus, ſed erecti, corpore ſurſum vergente. *Regentis corpus facultatis.* In annotationibus circa 6. Comm. explicui quid intelligat per regentes facultates.

PROGNOSTIC. XII.

SI verò inueniatur nudos habens pedes (vbi non fuerint admodum calidi) & manus, ceruicem, ac crura inæqualiter diſperſa, ac nuda, malum eſt. Inquietationem enim ſignificat.

DAMNAT ſimiliter Hippo. eum accubitum per quem æger extrema diſcooperiens inæqualiter proiicit. Nam velle nudare pedes non admodum calentes, ſignificat implaciditatem & inquietationem, quæ ex malitia ægrotationis originatur. Cùm enim manus aut pedes non fuerint admodum calidi, non diſperget membra, aut nudabit æger vt refrigeret ipſa, quod faciunt homines quoties maximè calent in extimis, atque in intimis. Si ergo non ob id nudant extrema, interius ſentiunt cauſam, quæ ipſos monet ad inquirendas frigidas partes in lecto, & proiicienda ſtragula, quod manifeſtè oſtendit eas eſſe mali moris febres, & periculoſiſſimas. Si quidem extremis non admodum calentibus interiora ipſis vrũtur, quod in omnibus lippyriis febribus fit, & in principiis acceſſionum febrium omnium mali moris, acceſſiones habentium, & vbi plurima adfuerit imbecillitas facultatis, vt quæ non poſſit muſculi oſſium pondus tolerare. Dixit tamen, Si inueniatur: quoniam ſæpe fit vt æger medicum magni faciens ac reueritus extrema, interim dum medicus adeſt, cooperiat, etſi ipſe nudata habere cupiat, & talia antè haberet. Diſpergere quoque inæqualiter extrema, ac ceruicem non componere, malum ſignum, atque inquietationis, anguſtiæ, & anxietatis eſt: quod ob dictam cauſam euenire putandum eſt. Galen. libro tertio dè mor. popu. part. 2. in Comm. hiſtoriæ mulieris ex abortiuo fœtu τὸ δ' ἀσῶδες, id eſt, anxia & inquieta malignitatis febris factæ indicium eſt. Talis verò diſpoſitio eſt, per quam manus, ceruicem & pedes inæqualiter proiiciunt ægri. Quod etiam in præſenti progn. dixit Hipp. inquietationem enim ſignificat. ἀλυσμὸν habet litera Græca. Eſt autem ἀλυσμὸς, apud Gal. lib. de Antiquis dictionibus Hipp. quod appellant ῥιπτασμὸν. hoc eſt, inordinatum, proiectum, quod etiam appellat ἄσην lib. 2 de Ratione victus acut. Comm. 22. de his qui prandent præter conſuetudinem, maximè ſi ſupercœnauerint, eos, inquit Hipp. alui læuitas exercet. quo loco σπατίλην ſcribitur, in aliis verò non, ſed ἄσην, inquit Gale. vt eo vocabulo ῥιπτασμὸν: id eſt, proiectum intelligamus corporis hominis huius qui ita cibatus eſt. Corporis inquam ob cibi multitudinem, ἀσωμένου, id eſt, grauiter moleſtéque habentis atque implacidi inquietíque dum in lecto iacet, & ſeſe permutantis. Idem lib. 3. Comm. 14. de his qui aquam mulſam meraciorem bibunt, & lib. 2. ſect. 25. dixit, δυσφορεῖν, quod eſt malè in lecto iacere. Quoties ergo æger manus ac crura proiicit inordinatè, ἀλυσμὸν patitur, ſiue ἄσην, ſiue ῥιπτασμὸν, quæ omnia idem ſignificant, nempe moleſtiam, implaciditatem, & inquietationem: quæ eueniunt à cauſa grauante ac moleſtante præcipua membra, maximè os ventriculi, quod potiſſimum verum habet, niſi æger ſit mollis ac impatiens. Tales enim contingit ex paruo morbo conflictari, ac ſtragula proiicere.

GALENI

GALENI COMMENT.

Optimè determinauit orationem dicens: Nec admodum calidos. Per febres enim calidiſſimas vnà cum ceteris partibus, etiam pedibus ardeſcentibus, nudare eos ægri coguntur. Si verò febris non fuerit talis, nudare pedes malaciæ eſt ægri, vel inquietationis indicium. Porrò ſi manus quoque pariter cum ceruice, & cruribus non ex more componit, vt antea dixit, ſed inæqualiter tales diſpergit partes, malum indicium eſt. Dixit enim ſignificari inquietationem. Hoc verò nomine indicat illos conflictari quauis figura, necnon alium ex alio mutare. Quod ſi te præſente (vt docui) iacens æger ſtatim commutet priorem figuram ad alteram, pariter & membra diſpergat inæqualiter, vel etiam ceruicis poſituram: ſcias talem aut propter ventriculi vitium, aut propter virium debilitatem inquietari, colligens hoc etiam loco epilogiſmo ingenium eius, virum mollior ſit, & ad ſingula manus det promptius, licet perquam exigua, & peruincatur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte exponit, quare ſententiam ſuam Hippo. definioit, dicens (Vbi non fuerint admodum calidi.) Quoniam per febres calidiſſimas, per quas extrema quoque admodum calent, ægri coguntur membra diſpergere: in aliis verò non niſi ob inquietationem, aut ægri mollitiem. Nam, vt dixi, leues adhuc morbos non tolerant. *Malaciæ.* Græcè, *μαλακίας*, id eſt, mollitiei.

In ſecunda parte quæ incipit (Porrò ſi manus) docet malitiam ſignificationis, quæ ſumitur ex proiectione manuum, & crurum, & ceruicis: hoc enim ſignificat *ἀλυσμὸν*, id eſt, inquietationem, quod indicat omnem figuram male ferre.

In tertia parte, quæ incipit (Quod ſi te præſente) docet talem mutationem figurarum & inquietationem oſtendere, aut ægri mollitiem, aut vitium langorem, aut os ventriculi pati vitium. Sed mollities communi epilogiſmo, id eſt, argumento ab experimento, quod verſatur circa ſingularia, excluditur, vbi docetur veras eſſe ſententias Hippocrat. ſi non fuerit æger talis ex conſuetudine, aut à ſua natura. Quòd ſi nihil horum in cauſa fuerit, ſignificabitur langor facultatis non potentis corpus in certa figura diu ſeruare, aut os vētriculi pati. Quemadmodum enim in expoſitione dixi, ex libro ſecundo de Ratione vict. acut. com. 22. quibus ventriculus alimētis grauatur, inquietatio ſuperuenit, ſic etiā illi, quibus os ventriculi ab humore confluente in ipſum conſimiliter aut grauatur, aut mordetur, inquietationē patientur ob eandē cauſam. Id etiam teſtatur lib. 4. de Rat. vict. acut. Com. 47. dicens, *ἀσώδεας* febres appellat, in quibus ægri *ἀσῶνται*, id eſt, grauiter affliciuntur, atq; implacide habent. Difficile autem ferre cōſequitur interdum quidem fortem febrem æſtuoſámque: ſæpius quoque & ſtomachi malitiam, id eſt oris ventriculi, quod ſimiliter experimentū probat, quàm ſint inquieti hi qui vomere parati ſunt. Qua ratione Græci inquietationem ipſam, & faſtidium, quod paſſio eſt oris ventriculi, appellabant vno nomine *ἄσην*. Quòd enim ſignificet inquietationem, conſtat ex dictis in expoſitione prognoſtici: quòd etiam ſignificet faſtidium, conſtat ex 4. lib. de facultate tuen. vbi de his in quibus calidi ac mordaces ſucci abundant, inquit Gal. ſicut ruſſus omnino non nutrire, & faſtidia ſtomachi, quæ Græci *ἄσας* vocant, creat. Et Leonicenus lib. 2. Aphor. Comm. 9. vbi Galen. dixit: *ἀσώδεος τινος πολλῆς*, tranſtulit, Faſtidióque multo: licet ego potius, multa quoque inquietatione, tranſtuliſſem, & Apho. 61. quintæ ſectionis, nihil aliud potuit ſignificare, quum Hipp. dixit, Si mulieri ceſsēt purgationes, neq; febris neq; rigor ſuperueniat, & *ἄσαι*, id eſt, faſtidium incidat, iudica ipſam in vtero habere. Siue ergo *ἄσην*, inquietationem vt in præſenti, ſiue faſtidium, aut febris implacidiltatem, aut oris ventriculi vitium, aut facultatis langorem ſignificabit.

Inquietatio quid indicat.

PROGNOSTIC. XIII.

Lethale autem eſt, hiantem dormire ſemper.

Dormire ſemper aperto ore, manifeſtè indicat languorem animalis facultatis quæ per muſculos maſticatorios comprimere os, ac claudere ſolet, nobis adhuc dormientibus. Eſt enim talis circa maxillam diſpoſitio, qualis dicta eſt de ſupino accubitu: vtrumque enim euenit, animali facultate omnino ab operatione vacante, ac muſculis ſummè relaxatis, Galen. namque 2. de Motu muſculorum, poſtquam dixit Hippo. damnare ſupinum accubitum, & hiare dormientem: ac dixit hanc diſpoſitionem ſignificare ebrietatem, ignauiam, aut exolutionem, tres oris figuras diſpoſuit, quarum prima eſt quum os plurimum eſt apertum: ſecunda quum eſt clauſum: tertia eſt media, quum modicè appertum tenetur. Ad oris extremam apertionem coadiuuant muſculi, qui ſunt in mento & collo; ad extremam alteram figuram, clauſionémque oris operantur muſculi maſticatorij, qui ex capite deſcendunt. Os igitur modicè apertum eſſe ſignificat, tam inferiores, quàm ſuperiores ab actione ceſſare: quomodo & in tertia cubiti figura, quæ minimè dolens eſt, brachio euenit. Si ergo dormiens ſemper hiet, non ſic dormire aſſuetus, id ebrietatis cauſa non euenict, per quod cauſæ omnes externæ excluduntur, neque ignauia fuerit cauſa exolutio ſignificatur. Dices forte, videtur quòd in dormientibus id non ſit certum ſignum, quandoquidem adhuc validi non ſoleant animali facultate vti dormientes Secundò dubitatur, quare id in dormientibus, non tamen in vigilantibus dixit. Ad primum dicemus, quòd Galenus lib. 2. de Motu muſculorum parte citata multis viis conatur probare dormientes fungi animali facultate, quod conſtat ex eo quòd dormientes reſpirant: nonnulli etiam ſtantes viſi ſunt dormire, & plurimi ſedentes dormiunt, in quibus manifeſtum eſt animalem facultatem operari. Nam mortuum corpus, quod omnino priuatum eſt animalibus functionibus, non ſederet aut ſtaret. Galen. quoque de ſeipſo refert, fermè integrum ſtadium dormiendo peregiſſe. Inter reliqua argumentum eſt apud ipſum de dormientibus clauſo ore, quod non fieret niſi animali facultate per muſculos maſticatorios operante: quòd ſi apertum tenuerint, modicè ab hac ceſſabunt actione. Quæ diſpoſitio ſumma relaxatio eſt ipſorum muſculorum, in qua os tenere præcepit Hippoc. eum cuius maxilla exarticulata reponenda eſt, 2. lib. de Articulis, dicens, *κελεύειν χαλαρὴν τὴν γνάθον ἔχειν* hoc eſt præcipere vt laxam habeat maxillam: ac ſi diceret, ab omni functione ſolutam. Ad ſecundum reſpondemus, Hippoc. loquutum de dormientibus, in quibus conſtat minus malum eſſe laxam habere, ac diſſolutam maxillam, quàm in vigilantibus: verumtamen id ſcripſit de quo magis dubitari poſſet, & quod ſæpius fieri videmus, vt inde reliquum quiuis intelligeret. Si namque dormientem hiare ſemper malum eſt, vigilantem hiare ſemper peſſimum erit, quum maiorem ſignificet noxam vt Galenus inquit in fine commentarij.

Hiare quid indicat per ſomnum.

Figura oris tres.

Animalis facultas in ſomno.

Maxilla reponenda figura.

GALENI COMMENTARIVS.

Debilitatis hoc quoque ſignum claudentium os muſculorum eſt, quemadmodum paulò antè de muſculis

palpebras

palpebras committentibus explanatum iam eſt. Codex quidem ita legitur, quemadmodum nunc dixi, antiquique codices ita habent. Dioſcorides verò aliter legit, ad hunc modum: Difficile autem eſt & hiantem ſemper dormire, vbi duplex concurrit ſignificatio: vna quidem, vt ſemper hiet: altera, vt ſemper dormiat. Vbi igitur ſecundum malum ſit, quanquam non hianti fiat ore, planius indicante per illam ſententiam, quæ dixit: Somnus & inſomnia alterutrum ſi modum exceſſit, malum eſt. Sed primum dictum eſſe veriſſimile eſt, vt hiet tantiſper dum dormit. Si enim hiet non dormiens, multò maiorem noxam ſignificabit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte ſignificationem hiantium explicat eſſe languorem muſculorum claudentium os, quod dixerat de muſculis mouentibus palpebras, nempe comment. 8.

In ſecunda parte, quæ incipit (Itaque codex) prædictam prognoſtici lectionem dicit eſſe ex antiquis codicibus: Dioſcoridem verò aliter legiſſe, ſic, Difficile autem eſt hiantem dormire ſemper. Quæ lectio duplicem habet ſenſum, aut difficile eſſe dormire ſemper eum qui hiat, aut difficile eſſe dormientem hiare ſemper, & primam lectionem non eſſe huius partis dicit: ratio eſt, quia de decubitu agitur, & quia hoc damnauerat ipſe in Aph. nempe 3. Aph. ſectione 2. dicens, Somnus & vigilia vtraq; ſi modum exceſſerint, malum. Celſus tamen lib. 2. cap. 6. in hac parte eam lectionem ſequitur inter reliqua mortis ſigna ſcribens, vbi hiat, vbi aſſiduè dormit. Et licet vera ſit ſententia, neque eſt huius partis, neque illius, quæ apud Celſum. Alteram verò lectionem Galen. laudat, quòd difficilè eſt ſemper hiare dum dormiunt: id enim ſæpe euenit: vigilantem verò hiare, maiorem ſignificat noxam. Vbi legitur, vt hiet tantiſper dum dormit: adde, ὥτω γὰρ ὡς τὰ πολλὰ φαίνεται γινόμενον. hoc eſt, ſic enim vt plurimum fieri videtur.

PROGNOST. XIV.

Pariter & crura ſupini cubantis vehementer reducta diſtractáque.

Is cubandi modus delirium ſignificat, ac mente turbari ægrum, ſi crura vehementer contrahat ac diſtrahat. Non enim alij quàm delirantes ſimul contrahunt crura, ac diſtrahunt: quod fiet, ſi quis calcaneos ad nates vſque contrahat, deinde genua ſegreget, ac diſtrahat, id verò ſignificare delirium hinc conſtat, quòd de ſupinè cubantibus loquitur, quos ex modo decubitus conſtat languidos eſſe. Contrahere verò vehementer crura, ac ſeiungere, non fit abſque conatu & violentia: eſſe autem languidum, ac vehementi conatu figurare crura, delirantium eſt: adde quod talis cubandi modus abſurdus eſt, & extra omnium hominum conſuetudinem. Quòd ſi ſimul reducta vehementer ſint, & circumplexa, vt quidam legunt, pariter in Comment. damnatur accubitus talis tanquam abſurdos: eſſet verò talis, vbi quis crura ſimul contraheret, ac inuicem circumplecteretur. Et licet Galc. in Commen. hunc cubandi modum dixerit, ſignificare delirium, ac eſſe abſurdum decubitum lib. 7. de Morb. popu. par. 1. Comment. penultimo, dixit ſignificare, articulos fractos. Inquit enim, Si igitur tum manus, tum crura parum infleſa habere commendetur, quod vlterius exiſtit, maiorem oſtendit articulorum contorſionem. Sic enim appellauit eam in prognoſtico, his verbis: Lethale autem & aperto ore ſemper dormire, crutáque ſupini cubantis inflexa eſſe, & διαπεπλεγμένα, quod ſignificat, διεστραμμένα πλεῖον, Id eſt, plurimum diſſociata diſtractáque. Siue

Articulos fractos quid indicat.

autem inflexa ſcripſerit, ſiue diſſociata, ſecundum vtrunque fractos oſtendit articulos.

GALENI COMMENTARIVS.

HÆc vox διαπεπλεγμένα, id eſt diſtracta, vtroque ſcribitur modo, ſcilicet & per γ. & per χ, ſignificat autem crura, quæ plurimum diſperſa ſint, ac talis decubitus abſurdus eſt, ita vt indicet delirium, quandoquidem nullus ita cubare ſoleat. quemadmodum neque ſi circumplexa, legitur, talis enim decubitus abſurdus eſt, ſi quis cubando ſupinus habeat crura reducta, & inter ſe circumplexa.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Damnat decubitum ſupinum cruribus vehementer reductis, ſiue ſimul ſint διαπεπλεγμένα, id eſt, diſtracta, ac diſperſa: ſiue loco ipſius legatur, περιπεπλεγμένα, id eſt circumplexa.

PROGNOSTIC. XV.

SVper ventrem verò cubare eum qui non ſic aſſueuit dormire, dum ſanus eſſet delirium ſignificat, vel dolorem partium, quæ ſunt circa ventrem.

Vbi quis in ventrem cubet, non aſſuetus ſic dormire, vnum duorum vult Hipp. ſignificari, aut delirium aut dolorem. De delirio conſtat, quòd hi qui delirant, quamuis figuram eligunt ſibi etiamſi neque decens ſit, neque ſaluti conueniens: qui enim mente non conſtant, ſeligere neſciunt. Significatur autem dolor, quoniam qui ventris dolorem patiũtur, melius ferunt ipſum in ventrem cubantes: per eum namque decubitum ventris partes comprimuntur, & ſi humor aliquis in eas confluebat, quadantenus cohibetur leui compreſſione facta, quod omnibus dolentibus partibus accidit, cùm comprimuntur. Si flatus eum dolorem excitat, facilius diſcutitur: ſi à frigido humore aut crudo dolor fit, moderato calore acquiſito ex ventris compreſſione in dicto decubitu, frigidus calefit, & crudus coquitur, circa ventrem dixi, quia Græcè habetur, ἀμφὶ τὴν κοιλίην. & κοιλία ſignificat ventriculum & totum ventrem: hic verò de partibus circa totum ventrem potius intelligendum. Excipit Hippo. ab hac ſententia eos qui ſic dormire aſſueuerunt, quod omnibus dictis & dicendis commune eſt, ſine quo quidpiam rectè præſagiri eſt impoſſibile. Sunt enim plurimæ hominum conſuetudines, mores & proprietates, quæ licet ſint præter communem hominum conſuetudinem, in eis tamen nihil mali teſtantur: quæ omnia ad rectè præſagiendum medicum diligenter inquirere, & probè examinare oportet, vt Celſus ait lib. 2. ca. 2. Sunt enim quædam proprietates hominum, ſine quarum notitia non facilè quicquam futurum præſagiri poteſt, facilè itaque ſecurus eſt in his aliquis, quæ ſæpe ſine periculo euaſit, ille ſollicitari debet, cui hæc noua ſunt aut qui iſta nunquam ſine cuſtodia ſui tuta habuit,

Partes compreſſæ melius ferunt dolorem.

Conſuetudines & proprietates inquirendæ.

GALENI COMMENTARIVS.

CRebrò commemorat adiunctam his omnibus determinationem, vt ſecundum conſuetudinem aliquid accidat ægrotantis. Etenim nunc cubare in ventrem contra conſuetudinem, aut delirium ſignificat, quemadmodum in prædicta cubandi figura: aut dolorem quendam, qui circa tales partes fatiget, conſtat enim vt multi talem eligant figuram, quorum in ventre dolor infeſtat.

ANNOTAT. IN GAL. COMMENT.

Conſuetudinem ſæpe commemorare Hippocr. dicit, quoniam ſigna mala talia ſunt vbi cõtra conſuetudinem eueniant, veluti cubare ſuper ventrem. Significat namque delirium, aut dolorem in partibus circa ventrem, ſiquidem multi talem eum eligunt

Digitized by Google

gunt cubandi modum. *Crebrò commemorat.* Conſuetudinis fecit mentionem, ſupra progn. 7. & progn. 9. quum dixit: Sic enim ſanorum plurimi decumbunt, & in præſenti progn. & infra progn. 17. *Vt ſecundùm conſuetudinem aliquid accidat ægrotantis.* Græcè τὴν κατὰ τὴν συνήθειαν τοῦ νοσοῦντος γινόμενον. quod eſt, quod ſecundum eius conſuetudinem ægrotantis fit.

PROGNOST. XVI.

VElle autem ægrum reſidere vigente morbo malum eſt, in omni acuto morbo: peſſimum verò in peripneumonicis.

Vltimum ſignum quod ex decubitu accipitur, malum eſſe inquit, vbi æger in morbi vigore velit reſidere: quod in omni morbo acuto verum eſt, ſignatim verò in pulmonia, in qua non tantùm dicit eſſe malum, ſed peſſimum. In pulmonia enim ſignificat magnam anguſtiam in partibus thoracis, & pulmonis, ita vt recta ceruice reſpirare cogantur, in aliis verò acutis morbis vnum trium, aut delirium, aut inquietationem, aut magnam ſpirandi difficultatem. In his igitur acutis morbis, ſi delirium adſit, ſatis malum eſt, quoniam indicat præcipuam particulam laborare: difficultas reſpirandi tanta, vt cogat hominem in lecto erigi, maximum incendium oſtēdit: ob paruum enim non cogeretur reſurgere in lecto, eo tempore quo ægri magis amant quieti manere. Hinc etiam ſequitur quàm malum ſit vbi inquietationem ſignificat: quoniam magna eſt inquietatio quæ non permittit in morbi vigore hominem quieſcere ac iacere. Inquietatio verò quid mali oſtendat, diximus circa Comment. 12. Significat enim languorem aut febris implaciditatem, aut oris ventriculi vitium. Præſentis prognoſtici ſententia non tantùm pertinet ad ſigna quæ ſumuntur ex decubitu, ſed ad ea quæ ſumuntur ex difficultate reſpirationis. In pulmonia namque velle erecto corpore reſpirare, orthopnœa eſt: ſimiliter & in aliis morbis, vbi ægri ſe erigunt ad reſpirandum, non ob delirium, aut febris implaciditatem. (Languidi namque non tentant reſurgere in lecto, licet ſæpe figuram demutent. Oſtendet difficilem reſpirationem, quæ non niſi recta ceruice exercetur. Sed de orthopnæa lib. 3. dicemus in expoſitione progno. 16. Contra huius prognoſtici ſententiam videtur poſſe probari, non eſſe in peripneumonicis deterius ſignum velle reſidere, in vigore morbi, quàm in aliis acutis morbis, quin potius in aliis eſſe deterius ſignum, cuius contrarium dixit Hipp. volens in aliis morbis eſſe malum, & in pulmonia peſſimum. Sed propoſitum probatur, quando aliquod ſymptoma morbum aliquem concomitatur, non ſignificat magnum malum: vbi verò ipſum non ſolet concomitari, vbi ſuperuenit, deterius erit. Sed non omnes acutos morbos concomitatur orthopnœa: & omnem pulmoniam concomitatur, ergo in pulmonia deterior erit orthopnœa, quæ eadem eſt, vt dixi, & velle reſidere. In aliis quidem morbis non ſemper adeſſe orthopnœā conſtat: in pulmonia verò ſemper adeſſe, probatur ex Gal. lib. 4. de locis patientibus, cap. 8. dicente: Si verò ſimul conueniunt in ſpiritualibus inſtrumentis, calor & anguſtia, vt in peripneumonia, tum neque maxima, neque frequentiſſima, neque etiam celerrima reſpiratio ſufficere poteſt, ſed ſurgere tentant ſic laborantes. Si ergo peripneumonici taliter reſpirant, non erit in eis peſſimum ſignum talis reſpiratio, neque deterius quàm in aliis morbis. Ad quod reſpondemus duobus modis. Primò, quòd Galen. aliter videtur legiſſe literam Hippocr. nam in Commen. explicat malum eſſe in pulmonia velle reſidere in morbi vigore, in aliis tamen acutis morbis explicat id eſſe χαλεπώτατον, hoc eſt, peſſimum, aut difficilimum. Vnde fit vt velit mentem eſſe Hippocr. in pulmonia eſſe malum, in aliis verò morbis acutis eſſe peſſimum, eritque talis lectio. Velle autem ægrum reſidere vigente morbo, malum eſt in pulmonia, peſſimum verò in omni acuto morbo. Aliter ſecundò dicemus, quòd in pulmonia, aut non in omni tempore & in omni ipſius ſpecie, æger adeò difficulter ſpirat, vt cogatur reſidere, vt apud Aetium, lib. 8. cap. 66. ſi pelliculæ ipſius, quæ thoraci connexæ ſunt ſecundum longitudinem inflammatæ fuerint, dolor adeſt in pulmonia & difficultas reſpirandi, & ſurrecti ſedere volunt. In hoc caſu aut etiam dato quòd perpetuam orthopnœam æger patiatur, in vigore tamen, vbi non adeſſet admodum mala diſpoſitio ægri, æger potius amaret cubare quàm erigi: quo dato ſi erigatur per id tempus peſſimum ſignum erit. Significat enim extremam anguſtiam & intenſiſſimum calorem, qui eum reſurgere ad reſpirandum coegerunt. In aliis tamen morbis non vnum tantùm ſignificat velle reſidere in vigore, ſed aut delirium, aut inquietationem, aut reſpirandi neceſſitatem: delirium, vbi non ſit per eſſentiam, ſiue vera phrenitis, non eſt magnum malum: tale eſt, quod euenit in morborum acutorum ſummis vigoribus: inquietatio ſimiliter non eſt magnum malum, maximè quoniam talis ſolet antecedere iudicationes quæ fiunt in ipſis ſummis vigoribus. Si tamen ob difficilem reſpirationem in acutis morbis aliis à pulmonia cogatur æger erecto corpore reſpirare, magnum ſignificabitur incendium, idque deterius erit quàm in pulmonia. Si ergo in aliis acutis morbis à pulmonia, ſemper hoc vnum ſignificaret, peius ſignum eſſet, ad reſpirandum erigere corpus in illis, quàm in pulmonia: quoniam tamen non hoc tantùm, ſed vnum trium dictorum oſtendit, non eſt adeò malum ſignum, vt in pulmonia, in qua vnum ſemper ſignificat, nempe magnam anguſtiam, ac caloris vehementiam.

Reſidere in lecto orthopnœa cauſa.

Notabile dubium.

Pulmoniam patientes quando coguntur reſidere.

GALENI COMMENT.

QVi pulmonia infeſtantur, ij dicuntur ſentire magnam in thorace anguſtiam, dum ſupini cubant: reſidentes verò fieri ſpirantiores. Decumbit enim ad ſpinam, per ſupinum iacendi habitum, pars in pectore thoracis, à qua pulmo arctatur, nec idoneum accipit aërem inſpirando, per alios verò morbos, quoties vigent (id enim maximè conſiderandum eſt, tanquam non ſit temerè additum) exitioſiſſimum eſt velle ægrum reſidere in ipſo conſiſtendi vigore. Amant enim tunc maximè perpelli, immoti cubare: & ſi quis eos excitet, conſlictantur. Itaque arbitrare, propter vehementem ſpirandi difficultatem, aut inquietationem, aut delirium reſidere ægrum aggredi per conſiſtendi vigorem ægrotationis.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte refert id quod patientes pulmoniam ſe ſentire dicunt, id autem eſt, magna quædam anguſtia in thorace, dum cubant ſupini, cum verò ſe erigunt, facilius reſpirare. Ratio verò quare ſupini cubantes difficile ſpirant eſt, quoniam partes anteriores thoracis conſidentes pulmonem coarctant, & impediunt aëris conuenientem attractionem.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Per alios verò morbos) reddit cauſam quare dixit, in aliis morbis à pulmonia eſſe malum, velle reſidere in morbi vigore:

gore:ratio,inquit, eſt quoniam vnum trium ſignificat,aut vehementem difficultatem reſpitandi, aut delirium, aut inquietationem, non igitur temerè, aut ſine cauſa dictum eſt, quod tamen in expoſitione prognoſtici aduertendum dixi, quòd Galen. io præſenti loco periculum in aliis morbis à pulmonia teferens dixit,χαλεπώτατον,id eſt,exitioſiſſimum eſt velle ægrum reſidere io morbi vigore: vbi tamen Hippocr.non ſic,ſed πονηρὸν, id eſt malum. *Inquietatio.* Græcè ἄλυσ, eſt autem ἄλυς idem quod ἀλυσμὸς, cuius ſigoificationem diximus in expoſitione progn.ta.

PROGNOSTIC. XVII.

STridere dentibus in febribus, quibuſcunque id non eſt conſuetum à pueritia, maniam ac mortem ſignificat, verùm prædicere oportet ab vtriſque futurum periculum: ſi tamen delirans id efficiat, valde lethale iam eſt.

In præſenti prognoſtico duo ſigna ſcribit,quę ab animali facultate ſumuntur,quorum alterum ſignificat maniam, ſiue magnam mẽtis perturbatiunem, ac mortem: alterum verò ſignificat mortem proximam. Primum ſignum pertinet ad animalem facultatem ſecundum locum mouentem, quod eſt ſtridor dentium, qui in acutis febribus (de eis enim intelligitur quod dixit in febribus) magnam mentis cooturbationem oſtẽdit,& mortem. Qui enim ſtrident dentibus in acutis morbis, magnam aliquam læſionem in cerebro patiuntur, aut in eſſentia, aut per conſenſum, ad quam ſequitur tremor maxillæ inferioris: hæc autem coottemiſcit ob læſionem, quæ accidit muſculis maſticatoriis ſiue temporalibus, ad quos pertinet maxillam inferiorem firmare ac loco vno continere, aut clauſo, aut apetto ore, claudere verò,ac aperire os crebrò, & fere ſine mora, vt in ſtridore dentium, ſimilis eſt diſpoſitio, vt vult.Galen. in Comm. ei per quam oculi inſtabiles fiunt,de qua diximus circa 6.progn.Eſt quoque tremor quidam qui imbecillitati facultatis & grauitati maxillæ referendus eſt: qui ergo dentibus ſtridet, magnam mentis perturbationem patietur, & inde mortem.Nam qui magnam mentis perturbarionem patitur, magnam cerebri læſionem patitur, & magna præcipuæ partis læſio mortem prænunciat: id eſt quod Hippoc. dixit μανικὸν καὶ θανατῶδες, hoc eſt, maniam & mortem,ſiue furorem & mortem, furor verò ſiue mania,inquit Gale.in Comm. quaſi vehementem mentis perturbationem dixit.Quod tamen dixit Hipp.μανικὸν,Gale.in Comment.verſus finem παρακοπτικὸν, id eſt ſignum magnæ inſaniæ, μανῆναι verò,& παρακόψαι, valde inſanire eſt,vt vult Galen. lib.3.de Morb.popu.par.1.circa Pythionis hiſto.dicens: Quantitatem ſiquidem deſipientiæ aliàs aliis nominibus aſſueuit Hippocr. oſtendere, ληρῆσαι & παραληρῆσαι & παραφρονῆσαι & παρενεχθῆναι,inquiens, id eſt nugari,delirare, mente transferri, vel rurſus, παρακόψαι,ἐκστῆναι,μανῆναι, & ἐκμανῆναι, vbi hæc tria, μανῆναι,ἐκμανῆναι,& παρακόψαι,in maiori gradu deſipientiæ, & perturbationis conſtituit. Dixit autem: Quibuſcunque id non eſt conſuetum à pueritia: quod enim à pueritia conſuetum eſt, morbi malitiam non oſtendit.Communis eſt hæc definitio, ☛ diximus circa Comment. 15.omnibus indiciis: experimentum autem probat quàm plurimos homines ſtridere dentibus in ſomno ob imbecillitatem facultatis muſculorum mouentium maxillas.Quod potius io ſoiooo,quàm in vigilia fit: quoniam dormieotes tenete tentant maxillam compreſſam, & cùm in ſomno ſit animalis facultas ferè in totum abſorpta, reliquum eſt vt imperfectè, & cum tremore fiant eius functiones locales, maximè in his qui ſunt ſecundùm eaſdem partes à natura languidi:inde etiam fiet, vt ipſis ægrotantibus, facillimè etiam in eandem incidant paſſionem.Secundum ſignum,quod mortem proximam oſtendit,eſt ſi ſimul ſtridorem dentium patiatur æger in acuta febre, & delirium:quod ſignum à facultate animali ſentiente atque mouente ſumitur:à ſentiente, quia delirat: id enim eſt, quod Hippoc.dixit, ἢν δὲ καὶ παραφρονέων, eſt autem παραφρονεῖν non aliud quam deſipere, aut delirare. Alterum ſumitur ab animali facultate ſecundum locum mouente, quod eſt ſtridere, ſigoificántque ambo ſigna proximam mortem: ſi namque ſolus ſtridor mentis magnam turbationem ſignificat futuram, & deinde mortem, vbi delirium adſit ſimul cum ſtridore, non tantùm futuram, ſed iam proximè futuram ſignificabit mortem. Si enim ſtridor ſignificat mentis perturbationem, & deinde mortem, cùm iam mentis torbatio euenerit, nihil reliqui eſt,niſi vt mors ipſa ſequatur. Poteſt tamen delirium cum ſtridore coniungi duobus modis: aut quoniam ſtridor præceſſit, & in hoc caſu poterit medicus prædicere delirium, & adhuc maniam futuram, & poſtquam aduenerit,prędicere proximam mortem:aut fortè antecedit delirium, & deinde ſequitur ſtridor dentium, quo dato ſi delirium,quod præceſſit magnum non erat, duo prædicere poterit medicus, magoam pertorbationem mentis, & mortem proximam. Primum quoniam ſolus ſtridor in febribus ipſam magnam mentis perturbatiooem poſſet præmonſtrare, quantò magis, vbi ipſo actu turbetur mens:ſecundùm verò Hippocr.docet prædicere vbi ambo adſint, ſtridor & mentis turbatio, mortem proximè futuram.Admonet quoque Hipp. in vtriſque prædicere futurum periculum,quoniam futuram mortem prædicere nihilominus putat conducere medico, quàm ſi ſalutis cauſa cenſeatur, vt circa initium præfationis Galen. dixit in febribus id verum eſſe, quoniam acuti morbi febres habent coniunctas ferè omnes: quòd ſi in aliia morbis eueniat, aut ob læſionem neruorum peculiarem, vt in comitiali morbo, nihil horum ſignificaret dentium ſtridor. Dubitandum videtur,quare de ſtridore dentium malam ſignificationem aſſumens Hippocrat. non ſcripſit de oſcitatione, cùm oſcitationes eueniant læſis muſculis mouentibus maxillas. Similiter dubitandum quare non fiunt in ſomno oſcitationes: quandoquidem multas animales operationes fieri videmus. Ad quæ reſpondetur. Ad primum,quòd ſtridor dentium in febribus ſignificat cerebri læſionem, oſcitatio verò ex ſolo flatu incluſo in muſculis maſticatoriis concitari poterit, & in principiis acceſſionum fiunt ſiue aliqua noxa, quod pariter fit in ſtridoribus dentium. Vbi enim aliquis ſtrideat dentibus, incipiente aliqua acceſſione ob vaporum multitudinem, non ob febris malitiam exſiccantem ac conſumentem humiditatem naturalem illorum muſculorum, neque ob eius magnitudinem, quæ poſſit cerebri ac neruorum naturalem temperaturam ſubuertere, ſed ob incluſos vapores neque delirium, neque mortem oſtenderet. Ad ſecundum dicemus, quòd in ſomno licet vapores multi retineantur, non tamen ſentiuntur: retineotur quidem vt apud Galen.lib.a. de Cau. ſympto.illi nempe qui in vigilia & exercitatione diſcuti ſolebant, quo fit vt à ſomoo excitati vapores in muſculis

Stridor dentium cũ delirio.

Stridor dentium quidam tremor eſt.

Oſcitationes non fiunt in ſomno.

retentos ſentientes pandiculentur, ſic etiã vapores in muſculis maſticatoriis detenti in ſomno, aut omnino ſenſum non mouent, aut adeo parum, vt ad oſcitationem cogere non poſſint.

GALENI COMMENT.

Strident dentibus, quoties muſculi in temporibus, & maxillis modo conuulſionis commouentur, interdum affectis muſculis duntaxat, aut ab ortu natura, aut propter aliam aliquam cauſam poſteriorem nonnunquam origine neruorum in eiuſmodi affectionem deducta, de qua maximè conuulſiones fieri ſolent. Cæterùm agnoſcere oportet initialem vniuſcuiuſque præparationem partis propriam: de qua alio loco fuſius explanatum iam eſt. Nunc verò ſufficiet ſemel dicere, præcipientes hoc loco reuocari in animum reſiduum diſputationis, quo minus mireris fieri poſſe, vt communi neruorum origine affecta, muſculus alias alius tremore, aut conuulſione excipiatur. Vt enim clare videmus in quibuſdam corporibus optimam ineſſe crurum præparationem, in aliis deterrimam ſtatim ab initio: ita vt hi currant ociſſimè, illi vix ſtent, & item partes alias ſimiliter affectas: ita facilè offendi ab exiguis cauſis alios cruribus, alios ſummis pedibus, aut oculis, aut capite, aut alia aliqua parte ſtatim à principio ſequitur opificiorum præparationes. Nihil igitur mirum videri debet, ſi aliqui debiles habent muſculos, qui oculos mouent: alij verò eos qui maxillas mouent, qua de re nonnulli ſubinde ſtrident dentibus etiam, propter exiguas cauſas: illi verò ſubinde mouent oculos. Stridere enim dentibus ex natura, ſimile eſt affectus oculorum inſito quibuſdam quem appellant equum, cùm nullo tempore manere poſſint requieti, ſed in modum intremiſcentium ſubinde nictant. Cæterùm per morbos febriculoſos, affectu originis fieri conuulſionem, ſimile eſt rurſus illi præparationi muſculorum in oculis, de quibus ait: Aut ſublimes apparent. In quibuſdam enim corporibus citius accumbunt originis affectibus muſculi oculorum: in aliis muſculi temporum, aut maxillarum. Meritò igitur dixit accidens illud ſignificare inſaniam, aut mortem. Inſaniam quidem, quaſi mentis dixerit vehementem commotionem. Mortem verò, quia neruorum origo affecta eſt. Illud inquiſitione dignum eſt, quonam modo ſuprà dicens inſaniam ſignificari, mox dicat: Si verò mente commotus ita efficiat: admodum exitioſum iam eſt: etenim perſpicuum eſt, vt ſi ſtridere dentibus pronunciat delirium: adeò non deſinet, vt vehementius fiat accedente delirio, cum hoc quod alij quidam muſculi tunc in talem deducantur affectionem. Videtur ergo talis intellectus eſſe orationis. Stridere dentibus quibus ab initio non erat conſuetum, futuri delirij accidens eſt. Si verò adeundo interdum ægrum offendas vtrunque perpeti, delirare, & ſtridere dentibus hunc iam eſſe prope mortem arbitrare. Quocirca in priore ſermone cùm nondum commotus mente ſtridebat dentibus æger: ſimiliter id ipſum indicabatur duntaxat vt inſaniæ, ac mortis indicium haberetur, vbi verò iam delirat pariter & ſtridet dentibus, in propinquo mors eſt: id vero clarè docuit adiiciens verbum, iam, vt enim exitioſum ſit accidens, priore docuit oratione, ſequente verò, verbum, admodum, & iam, adiecit dicens: Admodum exitioſum iam eſt, id eſt, valde exitioſum: quod eſt quidem non multò poſt, ſed cito moriturum ægrum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte docet dentium ſtridorem euenire muſculis maſticatoriis conuulſionis modo motis atq; affectis: affici verò aut ob læſionem in origine neruorum, hoc eſt in cerebro, aut ob læſionem in ipſis muſculis, & id dupliciter: aut à natura contracta affectione, aut poſtea ob cauſam aliam. *Strident dentibus.* Græcè αἱ πρίσεις τῶν ὀδόντων γίνονται, id eſt, ſtridores dentium fiunt. *De qua maxime conuulſiones fieri ſolent.* Græcè ὑφ' ἧ μάλιστα δύνανται γίνεσθαι τῶν ἀπ' αὐ τῆς πεφυκότων σπασμοὶ, quod eſt, à qua maximè fieri poſſunt conuulſiones, eorum quæ ab ipſa originem trahunt.

In ſecunda parte quæ incipit (Cæterum agnoſcere) admonet ſcire vniuſcuiuſque partis præparationem ad patiendum, quod modo in ſumma reuocat ad memoriam. Poſſet enim quis dubitare, quare in quibuſdam febribus læſo cerebro, læduntur muſculi mouentes oculos, ac fiunt oculi inſtabiles, non læſis muſculis temporalibus: in aliis læduntur temporales, & fit dentium ſtridor, non læſis his qui oculos mouent. Pro reſponſione verò ſupponit quoddam ſimile de crurum præparatione; vt enim clarè videmus, quibuſdam crura ſunt adeo languida, vt vix ſtare poſſint: quibuſdam adeo robuſta, vt celertime currant, idem de pedibus, & oculis, & reliquis membris dicere poſſumus. Quum ergo ita ſit, non mirandum eſt, quoſdam ex leui cauſa ſtridere dentibus, quoſdam inſtabiles oculos habere, & hippon pati. *De qua alio loco explanatum iam eſt.* In lib. Artis medicinalis, & lib. 3. de Cauſis ſymptom. dixit: Etenim mirum incredibiléque videtur corpore aliquo noxam perpeſſo vires ipſius omnes non ex æquo lædi, ſed aliàs magis, aliàs minus, aliàs nequaquam. *Opificiorum.* τῶν σωμάτων, corporum. *Nonnulli.* Græcè, οἳ τοι μὲν, hi quidem. *Quem appellant equum* ὃν προσαγορεύουσιν ἵππον, manifeſtat autem ſtatim Galen. quid per hippon intelligat, dicens, Quum nullo pacto permanere poſſint requieti. Autor lib. definitionum, hippon dupliciter definiuit, & ſecundo loco melius ſic, Eſt affectus muſculi firmantis, & corroborantis oculum, qui comprehendit baſim viſorij inſtrumenti. Et lib. 2. Prorrhe. comment. 11. Galen. de concretis & immotis oculis loquens dixit. Talis conſtitutio ei qua oculi intus agitantur ex aduerſo pugnat, nempe inſtabiles inconſtantéſque ſunt, non ſecus quàm qui equum appellatum habent, ita vt nunquam conquieſcant. *Inſtant* Græcè σαλευομένων, hoc eſt, agitatis.

In tertia parte, quæ incipit (Cæterum per morbos) in febribus ſimiliter fieri oſtendit, vt in quibuſdam hominibus citius laborent muſculi mouentes maxillam, in aliis eos qui pertinent ad oculos, vt diximus in annotatione circa Comm. 6. parte 4. Et quemadmodum in quibuſdam ad cerebri læſionem ſequitur oculorum agitatio & inſtabilitas: ita in aliis ſtridor dentium. Meritò ergo dixit Hippo. inſaniam & mortem ſignificare; inſaniam quaſi vehementem animi perturbationem, & mortem ex læſione præcipuæ particulæ. *Sublimes* ἰνασωρούμενοι, id eſt, inſtabiles, vt diximus ſuprà circa 6. progn. *Inſaniam aut mortem.* Græcè καὶ μανικὸν εἶναι καὶ θανατῶδες, quod eſt, maniam oſtendere, ac mortem, vtrunque enim ſignificat; non alterutrum, vt putauit Laurentianus.

In quarta parte, quæ incipit (Illud inquiſitione dignum) docet qualis fuerit mens Hippocrat. quum dixit ſtridorem ſignificare mentis perturbationem, & mortem, & quando iam adeſt mentis turbatio, ſignificari proximam mortem, quod manifeſtauit dicens, valde, & addens, iam. Per hæc enim proximam ſignificauit mortem: ob id ergo ſignum eſt in extremo malorum. *Inſaniæ* παραφρονητικὸν, quod eſt, magnæ dementiæ, vt in expoſitione dixi.

PROGNO

PROGNOSTIC. XVIII.

VLcus autem ſiue prefuerit, ſiue in morbo fiat, ediſcere conuenit: ſi namque moriturus homo eſt, ante mortem liuidum & ſiccum erit, aut pallidum & ſiccum.

Vbi aliqua pars ſuerit exulcerata in acuto morbo, indicium hoc appariturum eſſe dicit, ſiccum nempe redderur vlcus, & aut pallidum aut liuidum: ſiue vlcus factum ſit in ipſo morbo, quod fit vbi in cuti vlcera erumpant, aut inflammatio quæpiam rupta fuerit, aut vbi tale vlcus ante morbum fuiſſet. Quod ad litteram tranſtulit Celſus lib. 2. dicens, Vlcus, quod aut ante, aut in ipſo morbo natum eſt, aridum, aut pallidum, aut liuidum factum eſt, Prognoſticum præſens plura ſigna comprehendit, quæ ſumuntur ex vlceribus: quòd enim dixit ſiccū, ad primas pertinet qualitates, aut ad vlceris ipſius ſubſtantiam: quòd verò dixit, liuidū, aut pallidum, ad colorem: ſiccitas imbecillitatem nutritiuæ virtutis oſtendit, quæ non reficit quod reſoluitur, ſed interim contabeſcunt labia vulneris, quemadmodum in cuiuſuis particulæ atrophia fieri cernimos. *Niger color.* Colorem verò damnat Hippoc. quoniam ſignificat humoris redundantiam, vt color pallidus bilem, liuidus melancholiam. Poterat quoque meritò damnare viridem colorem, & multò magis nigrum, qui non tantùm humoris redundantis naturam poteſt ſignificare, ſed & partis ipſius & mortificationem, & caloris naturalis defectum, verùm quoniam hi colores poſſent humorum naturam oſtēdere, licet aliqui præter humores poſſint etiam mortificationem indicare: ad maiorē certitudinem, ſiccitatem cum prædictis coloribus coniungi voluit. Sicca autem fieri vlcera contingit, vno trium modorum, aut quoniam caret excremētis, aut quoniam caro ipſa contabuit, & veluti ſalita fit. *Vlcera ſicca tribus modis.* Tertio modo, quum à cauſa aliqua externa exſiccantur, aut ob cauſam quamuis: quæ ſiccitas intemperies ſicca eſt in qualitate tantum conſiſtens, non in ſubſtantia. Si vlcera ſicca fiant ob defectum excrementorum, languorem ſignificat facultatis naturalis nutritoriæ. Si enim particula alimentum acciperet, ac nutriretur, duo excrementa ſepararentur, quorum alterum eſſet tenue, alterum craſſum, tenue ichor appellatur, & craſſum ſordes. *Excrementa alimenti.* Quemadmodum enim in ſanitate ex alimento particulæ cuius duo ſeparantur excrementa, vnum tenue, quod inſenſibiliter diſcutitur: alterum craſſum, quod ſordes eſt cutis ipſius: ita quum pars ægrotat atque exulceratur, vnumquodque ipſorum ſeipſo craſſius redditur, *Excrementa vlcerum.* nequeunte facultate, quæ in particula laborat tantùm attenuare ipſam, quantum tempore ſanitatis, fitque illud excrementum quod inſenſibiliter diſcutiebatur, ichor ſiue ſanies tenuis, & para craſſa ſordes etiam fit, ſed craſſior quàm in ſanitate. Huius rei cauſa Gal. lib. 3. de Morb. cur. omnibus vlceribus præcipit admouere medicamēta duorum generum, nempe quæ exſiccent aduerſus tenuea humiditates, & quæ detergāt aduerſus ſordes. Quoniam ergo omne vlcus quandoquidem alimentum accipit, excrementa huiuſmodi habere debet, inde eſt quòd omne tale eget exſiccatione, quæ eſt potiſſima intentio curationis vlcerum. His tamen excrementis deficientibus imbecillitas facultatis nutritoriæ ſignificatur: niſi aliqua magna adſit euacuatio, per quam ſanguis reuellatur in aliam particulam, aut à corpore defluat, quòd contingit. Si igitur talis euacuatio non adfuerit, ſed ob defectum ſanguinis boni, & caloris naturalis, membrum non alatur, ac ſiccum ea de cauſa fiat vlcus, mortem ſignificabit ob defectum caloris & ſanguinis, Si tamen talis ſiccitas non ſit ſubſtantialis, ſed qualitatiua, veluti ea quæ euenit à cauſa externa, aut ob ſiccam intemperiem ipſius partis, quæ forte ante morbum aderat, ſolius particulæ vlceratæ malū ſignificat. Quo tempore pręcipit Gal. humectantibus vti medicamētis, vt particula ad naturalem temperiem redocatur: neque enim aliàs ſanari contingit vlcera quàm prius curatis ſymptomatis, ſi quæ habuerint coniuncta, quorum vnum eſt ſiccitas. Hac ratione ſoluitur dubium, quare cùm Galen. dixerit primam ac potiſſimam intentionem curationis vlcerum eſſe exſiccationem, aliqua vlcera humectari præcipit, vt 4. de Morbis curandis, dicens, Ac carnis quidem intemperies ſi ſqualens ſiccáque videatur, aqua temperata fouens, humectánſque corriget. Quando enim per humidos fotus vlcera fouere præcipit Gale. non intendit vlcera ipſa curare, ſed ſymptomata coniuncta vt intemperies. *Nota.* Quando verò omnia vlcera exſiccari pręcipit, vlcerum curationem docet, qua vlcera ſunt. Quòd ſi dixeris contra ſententiam præſentis prognoſtici: Si vlcera ſicca eſſe, malum ſignum eſt, & ante mortem talia fiunt vlcera, quare Galenus omnia vlcera exſiccari præcipit? Reſpondemus hanc eſſe obſeruationem omnibus diſpoſitionibus corporis communem, tam in ſanis quàm in ægris. In ophthalmia namque oculis adhærere lippam, bonum eſt: nihilominus ipſam detergere oportet. Lippis etiam carere, defectum ſignificat, & cruditatem, & nonnunquam oculorum mortificationem. Pariter in ſanitate, non fieri in inteſtinis fæcem malum eſſet. Ipſas verò præſentes abluere oportet, ſicuti & in cuti ſordem eſſe oportet, ipſam quoque detergere oportet. Sic & in omni vlcere, carere excrementis malum eſſet, maximè vbi à morbi acuti malitia originem traheret, ipſa verò excrementa cùm adſunt, exſiccanda ſunt, intantùm, donec ſordes detergantur, & ſanies tenuis, craſſior fiat, & à natura ſuppurationem admittat, & ipſa naturalis facultas ſine impedimento carnem generet. *Vlcera ſubſtantificè ſicca.* Tertio modo vlcus ſiccum dicitur ſubſtantificè, veluti cùm caro contabeſcit, neque alitur, verùm excrementis non vacat: quòd non tantùm ſignificat recens alimentum ei deficere, ſed talem eſſe partis languorem, vt non tantùm non commutet alimentum præſens, ſed & priſtinum colliquatum & reſolutum ſit, & ipſius carnis ſubſtantia diminuta, & contabefacta: quod tamen peruenit ad ipſam alendam, in ſordium naturam & putrilaginem mutatur. Cuius eſt exemplum apud Hippocrat. libro de Vulneribus capitis, vbi de exitialibus loquens dixit, Quum quis os perfregerit, febris in hyeme plerunque ante 14. diem capiet, æſtate verò poſt ſeptimum: quo tempore diſcolor vulnus fit, ſaniéſque non multa, & pars inflammata demoritur, & glutinoſa efficitur: & apparet veluti caro ſalita, color ruffus & ſubliuidus. *Vlcus vt caro ſalita.* De his vlceribus conſtat ſicca eſſe, nihilominus excrementis abundare, & humiditate extranea, etſi propria & innata careant. Aduertendum tamen quòd etſi de vlceribus primo loco dictis ſiccis, littera Hippocra. in præſenti prognoſtico intelligi poſſit, de his tamen certiſſima eſt, talia nempe fieri vlcera ante mortem, qualia hoc tertio loco ex Hippocrat. depinximus. *Vlcerum lethalium curatio.* Talia vlcera, ſi quam ſpem ſalutis haberet medicus, humectanda eſſent, & ſiccanda: ſiccanda per medicamenta quæ vlceribus ſiccandis ac detergendis proſunt: humectanda verò non aliter quàm reſtituendo ipſam particulam ad priſtinum

ſtatum per alimenta, & roborando naturalem facultatem particulæ & totius corporis potiſſimum. Dixi hæc de curandi via, vt magis exponerem horum vlcerum naturam, & eorum ab aliis differentiam. Lethalem etiam vlceris ſignificationem ſcripſit Hippocrat. libro de locis in homine, dicens: Ex quacunque cauſa malè affligente quis atram bilem reuomerit, moritur qui vulnus habet, & qui ab euacuatione detinetur, & debilis eſt, & tenuis exiſtens derepente ſiccus ſubſidit, moritur, quum à caliditate detento vlcuſcula eruperint, debili exiſtenti circumcirca liuida moritur, quum à morbo quopiam detento debili iam exiſtenti liuida vlcuſcula enata fuerint mortale. In præſenti tamen prognoſtico, cùm Hippocrat. intelligeret, colotia variationem potius oſtendere qualitatem humoris peccantis, quàm mortificationem, vt certius efficeret præſagium, coloribus mutatis adiunxit ſiccitatem. Siccum enim debet fieri vlcus vtcunque, ſed aut pallidus aut liuidus color ſiccitati coniungendus: quoniam tamen non omnis ſiccitas vlceris lethalis eſt, vt ea quæ ſequitur cauſam exteriorem, aut ipſius partis ſiccitatem, aut eiuſdem ſolius languorem. Non dixit, ſi vlcus ſiccum fit, æger morietur: ſed ſi æger moriturus ſit, (quod ex aliis ſignis deprehendet medicus) ante mortem tale fiet vlcus. Docet namque prædicere, vlceris futuram exſiccationem, & inde mortem. In febre gratia exempli, acuta, vbi æger vlcus aliquod patiatur, ſi ſigna defuerint lethalia, prædicere poterit medicus, vlcus id ante mortem, ſiccum ac colore mutatum futurum, quibus iam viſis mortem multò certius prædicet.

Vlcus lethale.

GALENI COMMENTARIVS.

Siccum erit omnino vlcus, quoties facultas nutriens corpus debilis habeatur, nullus verò color in eo ſemper erit, ſed pro diuerſitate humorum in corpore, & item pro menſura læſionis euariabit. Si enim bilioſus humor exuperet, croceus erit color, ſi nigribiliarius, aut liuidus, aut ſecundùm alteram ſignificationem viridis erit. Antea enim docuimus vt chloron interdum pallidum colorem, interdum viridem ſignificet: ex qua ſignificatione ſolemus braſſicam viridem nominare. Pari modo læſio quoque maior liuidum ſolet efficere colorem, vt qui non longè diſtet à nigro: minor verò, rubrum aut pallidum. Quocirca finem dictionis quidam legunt ita: Aut pallidum & ſiccum erit, alij verò illo modo, Aut viride & ſiccum erit.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

Docet Galen. mentem eſſe Hippocrat. in omni euentu ante mortem vlcera debere fieri ſicca, colorem vèrò poſſe variari ſecundum naturam humoris peccantis, ita vt aliquando appareat pallidus, aliquando liuidus, aliquando verò chlorus, id eſt viridis, ſiue rubiginoſus. Significat enim chlorus, pallidum & viridem, vt docuit, nempe ſuprà Com. tertio. In ſignificatione namque viridis dicimus braſſicam chloram, id eſt, viridem. Liuidus autem color, ad maiorem ſequitur læſionem quàm pallidus aut viridis: ſic enim legi debet, quoniam & ipſe nigro magis ſimilis eſt. Sed vbi hic legitur pallidus, Græcè χλωρὸν, id eſt, viridis habetur. Quum autem chlori mentionem feciſſet, ſubiungit, quocirca finem dictionis quidam legunt ita, Aut ὠχρὸν, id eſt pallidum & ſiccum erit: Alij verò, Aut χλωρὸν, id eſt, viride aut ſiccum erit. Quum enim pallidus per chlorum ſignificetur, & viridis ſimiliter, Latina vocabula confuſionem parient, niſi Græca etiam apponantur, quod & alibi facere ſæpe conuenit. Confundit pariter Laurentianus literam, dicens à principio Comment. Croceus erit. Græcè enim ὠχρὸν habetur, quod in aliis locis pallidum tranſtulit, in præſenti comment.

Vocabula Græca ſæpe interponenda.

PROGNOSTIC. XIX.

De manuum verò latione hæc noſſe oportet: quibuſcunque in acutis febribus pulmoniis, vel phrenitidibus, vel capitis doloribus, ante faciem feruntur, vel venantur fruſtra, aut colligunt feſtucas, aut ſtamina de veſtibus euelluut, vel ſtipulas de pariete carpunt, omnes malos eſſe atque lethales.

Etſi per diuerſa media ab Hipp. præſens ſententia declaretur, vnicum ſignum eſt, quod ſcribitur in præſenti prognoſtico, quod ſumitur ab animali facultate ſentiente, interiori, immediatè: mediatè verò tanquam à re magis nota, à motu manuum in morbis acutis ab ipſo narratis, acuta febre, phrenitide, pulmonia, capitis dolore. Si æger tentet venari aliquid ante oculos apparens, quod verè non exiſtit, aut ſimile euellere, aut colligere, motus manuum oſtendit cerebri læſionem, in facultatibus internis ſentientibus exiſtentem & hæc læſio mortem ſignificat. Aut enim talis exiſtit in eſſentia, vt in phrenitide, & id ſatis conſtat lethale ſignum, quoniam læditur princeps particula, ſic etiam & in capitis dolore, in quo non peruenitur ad imaginationis læſionem & apparitionem phantaſmatum, niſi ingens fuerit malum, aut per conſenſum, vt in pulmonia, & febribus acutis. In quibus cùm magnæ admodum fuerint, tales viſiones fieri contingent, & imaginatiuæ facultatis læſiones. Phrenitis ergo ex ſpecie lethalis eſt: reliqui verò morbi de quibus Hippocrat. mentionem fecit non niſi ob id quòd in ſpecie ſua magni fuerint. Quod eueniet quoties talibus apparentibus æger manus moueat ad venandum aliquid fruſtrà, aut colligat feſtucas, aut euellat de veſtibus ſtamina, aut ſtipulas de pariete carpat. In aliis enim morbis à phrenitide ſignificat magnam vaporum copiam aſcendere in caput, & mentem turbare. Et in omnibus ſimul & in phrenitide oſtendet, malum non tantùm cerebro, ſed & oculis communicari. Quoties namque phantaſia læditur, alicui ſenſui exteriori communicatur malum, cuius gratia perturbantur phantaſmata: nam vbi cerebrum læditur, ſi læſio oculis non communicaretur, non moueret æger manus ante os, ſed aut nulla phantaſmata apparerent: vt in illo cuius æſtimatiua læſa eſt, non læſa imaginatiua. Ille enim nullam læſionem in ſenſu exteriori paſſus eſt, vt infrà conſtabit. Aut ſi phantaſmate apparente talis eſſet læſio, qualis à phantaſmate dirigeretur: eſſet enim phantaſma quod ad aliquem ſenſum exteriorem pertineret: gratia exempli ad auditum, quod contigit illi, qui tibicines ab angulo domus expelli clamabat, in quo læſa erat imaginatiua, vt poſt dicemus, & læſio communicabatur auribus. In his tamen qui manus mouent, vt ab Hippocrat. dictum eſt, læſio imaginatiuæ facultatis oculis communicatur, & multitudo vaporum ad ipſos perueniens, viſa antè oculis apparere facit: & læſa imaginatiua fit vt manus moueat ad venandum aliquid fruſtra, ſi muſcas ante oculos volitare putauerit, & feſtucas colligere, aut ſimile aliquod aſſequi. Diuerſimodè enim eis viſa repræſentantur, ex diuerſa forma vaporum, qui à cerebro ad oculos perueniunt. Nam & Theo

Phrenitis ex ſpecie lethalis.

Phantaſiam ſolã non contigit lædi.

& Theophilus medicus, de quo pòſt dicemus, tibicines & cantores quoſdam ſtantes, quoſdam ſedentes ſe videre putabat. Huic ergo malum viſui & auditui communicabitur, ſicuti etiam vbi noxa auribus communicetur, non omnes dicunt ſe audire tibicines, ſed me præſente contigit phreniticum quendam clamare, ac exorare, vt à domo expellerent diſputantes de legibus contradictoriarum: & ſimilia eis apparent, quod tamen Hippocrat. vult. letbale ſignum eſſe, quoties facultas interior animalis ſentiens læditur in eſſentia, aut per conſenſum. Id autem manifeſtatur, quoties exit in aliquod opus, quod non tantùm oſtendit illius facultatis læſionem, ſed quòd talis læſio ſenſui exteriori communicatur, vt oculis per vaporum tranſmiſſionem ab ipſo cerebro, vnde tales imagines phantaſiæ repræſentantur, quales in ſuffuſionibus, & in cruditatibus ventriculi vt libro quarto de Locis pat. capite primo vbi viſa in ſuffuſionibus, à viſis per ſtomachi cruditates diſtinguere docet Galen.

Phantaſia quare potius circa viſa quàm circa audita errat. Vtcunque tamen vapores tales delati intra oculum mouent imaginatiuam virtutem læſam, vt potius circa viſa erret quàm circa audita, talia extra eſſe putans qualia eſſe ſolent, quoties videntur ſano homine. Quòd verò manus moueant, non fit abſque læſione internæ facultatis: ipſa enim conſtante vt in ſuffuſionibus, etſi viſa appareant, non mouent manus iterum atque iterum, cognoſcentes id apparere, verumtamen non exiſtere, id eſt, cuius gratia manus mouent illi, de quibus Hippocrat. Pro huius prognoſtici ampliori expoſitione intelligendum eſt, præter quinque ſenſus exteriores eſſe facultates interiores in cerebro, qua parte reſidet rationalis facultas. Apud Ariſtotelem ſenſus communis, quem dicit eſſe in corde ac probare nititur, libro de Somno & vigilia, & phantaſia à qua diſtinguit ὑπόληψιν, id eſt, æſtimatiuam, quam etiam diuidit in ſcientiam, opinionem, & prudentiam, libro tertio de Anima cap. tertio addidit etiam memoriam. Itaque quatuor ſunt principes facultates ſentientes ſecundum Ariſtotelem, quas qui ipſum ſequuntur, ex operationibus diſtinguunt.

Senſus communis officiũ. De ſenſu communi quemadmodum & Ariſtoteles ſecundo de Anima ponendum eſſe dicunt, vt ſenſibilia diuerſorum ſenſuum cognoſcat, ſitque vnica potentia, quæ ponat differentiam inter album, & dulce. Nam duæ nullam ponent differentiam: quemadmodum ſi duo ſic viderent album & nigrum, vt vnus album tantùm videret, & alter nigrum tantùm, conſtat quòd nullam differentiam ponerent ambo, aut alter inter album & nigrum. Oportet ergo vnam eſſe potentiam quæ vtrumque percipiat, (guſtabile nempe & viſibile)

Phantaſia. quam ſenſum communem vocant, phantaſiam etiam, ſiue imaginatiuam dicunt eſſe ponendam ab hac potentia diſtinctam, cuius officium eſt, recipere ſimilitudines rerum, atque ipſas inuicem componere: veluti quum quis viſo monte & viſo auro, componit formam auri cum forma montis, & imaginatur montes aureos. Reſeruat quoque hæc potentia imagines rerum tanquam præſentes, & non aliter: inde fit quòd quo tempore cerebrum non integrè oppletum eſt vaporibus, hæc facultas excitata, inſomnia facit, quæ omnia res nobis oſtendunt tanquam præſentes. Tertia facultas eſt cogitatiua, quam appellant in hominibus, aut æſtimatiua, quam in brutis, etiam ſi quidam velint co-

Æſtimatiua. gitatiuam eſſe æſtimatiua perfectiorem. Ad hanc pertinet ſyllogiſmos componere, & complexa formare, & diſtinguere conueniens à diſconuenienti, & elicere intentionem amicitiæ, & inimicitiæ. Hæc immediatè ſeruit intellectui, ac ſuprema eſt omnium ſentientium facultatum: hanc in medio cerebri ventre ſitam volunt, ſicut ſenſum communem in prima parte primi ventris, & imaginatiuam in ſecunda: licet quidam velint omnes in omnibus exiſtere, & operari.

Memoria. Quarta eſt memoratiua, quæ reſeruat tantummodo rerum imagines circa quas verſata eſt cogitatiua facultas, & per modum abſentium, quod non facit phantaſia: hæc in poſtremo cerebri ventre ſita eſt.

Facult. diſtinctio ex Ariſtot. Has omnes non aliter diſtinguere docet Ariſtoteles quàm per functiones. Potentiæ, inquit 2. de Anima, diſtinguuntur per actus, & actus per obiecta. Hinc Ariſtotelem ſequentes probant virtutem vnam ab altera diſtingui ſpecie, quia actus ipſarum ſpecie diſtinguuntur: hoc argumento, actus iſtius potentiæ differt ſpecie ab actu alterius potentiæ: ergo potentia differt ſpecie à potentia. Hoc autem argumentum inualidum eſt: non enim ſequitur, viſio albedinis diſtinguitur ſpecie à viſione nigredinis: ergo potentia videns albedinem diſtinguitur ſpecie à potentia vidente nigredinem. Melior autem modus probandi apud Ariſtotel. quòd potentiæ diſtinguuntur ſpecie, eſt, ſi argumentum præfatum negatiuum fuerit. Hæc potentia poteſt aliquam efficere notitiam, quam non poteſt altera potentia efficere, neque ſimilem in ſpecie: ergo potentiæ iſtæ ſpecie differunt. Verumtamen difficilis admodum & obſcura via relinquitur volentibus facultates cerebri internas diſtinguere. Quærerem enim qua via poſſet philoſophus probare, quòd facultas æſtimatiua non recipit formas & imagines rerum, ſimul & ratiocinatur, ac complexa format, maximè quoniam rationi conſonum videtur, quòd ea potentia quæ ratiocinatur circa aliquid, illius habeat phantaſma, & quæ phantaſmata recipit, poſſit circa ipſa ſyllogiſare. Præterea quemadmodum ipſi concedunt phantaſiam poſſe rerum cognitionem habere, & reſeruare formas & imagines rerum, poſſem concedere æſtimatiuam poſſe ratiocinari, & conſeruare rerum ſpecies & imagines, neque opus eſſe memoria.

Gal. doctrina de ſenſibus interioribus. Quamobrem mihi melius videtur Galen. inſequi tam circa ipſarum potentiarum numerum, quàm circa viam diſtinctionis ipſarum, apud quem libro De differentiis ſymptomatum, tres tantùm annumerantur, quum inquit, Porrò reliqua animæ functio, quæ à principe potentia prodit, per imaginationem, cogitationem, & memoriam diuiditur. Et libro octauo de Vſu partium inquit, de cryſtalloide loquens, Sed neque ſenſus fiet, ſi hoc alteretur quidem, non cognoſcat autem alterationem eius phantaſia, & memoria, & cogitatio, quod eſt ἡγεμονικὸν, hoc eſt, princeps animæ facultas. Imaginatio eadem eſt cum phantaſia, & cogitatio quæ διανοητικὴ, id eſt, cogitatiua appellatur à Galen. eadem eſt quæ apud Ariſtotelem, ὑπόληψις, id eſt æſtimatiua. Neque opus eſt ad ſaluandas omnes animales actiones in ſenſibus interioribus plures, quàm tres potentias ponere, phantaſiam, ſiue imaginatiuam, quæ apud Galen. & Ariſtotelem phantaſia Græco vocabulo nuncupatur, & cogitatiua ſiue æſtimatiua, & memoria, quæ non dicitur

Nota. propriè facultas, quoniam verè conſeruare non eſt agere, ſed eſt eſſe debitum ſubiectum vt in ipſo diu duret quod imprimitur. Ariſtoteles verò ſenſum communem poſuit, de quo Galen. quoque mentionem fecit, loco citato, vbi poſtquam de reliquis læſionibus quæ contingunt, in prædictis

potentiis egetat, dixit: Quibus præterea duo non mediocris notæ addi debent, nempe vigilia & veternus, quæ in primo omnium ſenſu, qui communis quoque dicitur, conſiſtunt. Veruntamen per communem ſenſum, non aliud intelligit Galen. quàm principium ſentiendi, quod eſt cerebrum, & primum ſenſitiuum, vt inquit libro ſeptimo de placitis Hippocratis, & Platonis. Vbi poſtquam retulit ſententiam Platonis ex Timæo de ſenſu communi, ad quem locum lectores remitto, inquit: In his igitur & ſequentibus, tum in aliis quoque dialogis de communi quadam facultate & potentia docuit nos Plato, quæ à cerebro per neruos in ſingula ſenſitia penetrans alterationes ipſorum omnes perſentit. Id tamen non eſſe aliud ab ipſo cerebro docet eodem libro infrà dicens: Alteratio verò ipſa ab vna eadémque facultate omnibus ſenſoriis communiter impartita à principio emanante dignoſcitur, quod quidem principium ſiue ſenſum communem, ſiue primum ſenſorium appelles, nihil refert: hoc nos ſuperiori oratione cerebrum eſſe demonſtrauimus. Officium verò quod philoſophi ſenſui communi tribuunt, quod eſt ponere differentiam inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, conſtat quòd pertinet ad potentiam imaginatiuam, quæ non tantùm poteſt imagines rerum percipere, quod eſt pati, ſed & agere, ſingularum rerum notitiam formando, & diſtinguendo rem vnam ab altera. Galen. namque, vt infra dicetur ex libr. de Different. ſymptom. ille qui obſeratis ianuis ſingula vaſa per feneſtram proiiciebat, non habebat læſam imaginatiuam, quia ſingula vaſa propriis appellabat nominibus. Ad imaginatiuam ergo pertinet, propriis nominibus ſingula appellare, quod nihil aliud eſt quàm ſingula à reliquis diſtinguere, ſicuti ad memoriam nominum recordari. Ad cogitatiuam verò facultatem pertinebit, inter res cognitas atque diſtinctas quod melius eſt, eligere. Via tamen certiſſima ad diſtinguendas has potentias ſumitur ex Galeni doctrina, qui docet, aliquando vnam earum lædi ſine aliis, éſtque validiſſimum argumentum ad intelligendam ipſarum diſtinctionem, ſi contingat lædi phantaſiam non læſa cogitatiua, & è conuerſo: illæ non ſunt vnica, ſed duæ ac diuerſæ. Quod autem id contingat experimento probauit lib. de Differ. ſymptomatum, experimentum eſt de Theophilo medico ægrotante, qui cùm alioqui prudenter diſſereret, atque eos qui præſentes erant exactè noſceret, tibicines quoſdam eſſe in angulo cubiculi arbitrabatur, eóſque tibia canere, atque pulſare, & ſe illos videre putabat, alios quidem ſtantes, alios illic ſedentes, atque ita continenter canentes, vt neque temporis momento, aut noctu, aut interdiu, aut remitterent, aut quieſcerent, proinde aſſiduè clamans iuſſit eos à cubiculo expelli. Is poſtquam conualuit, id quod ſinguli eorum, qui ipſum viſitauerant, dixerant vel egerant narrabat, & phantaſmata quæ de cantoribus apparuerunt memoriter recitabat. Statim ſubiungit aliud exemplum eorum qui læſionem in cogitatiua patiuntur, neque rectè ratiocinantur, nulla eueniente læſione circa phantaſiam, vt phrenitico illi contigit, qui obſeratis intus ianuis protulit per feneſtram ſingula vaſa quæ propriis nominibus appellabat, interrogans prætereuntes an iuberent ea proiicere: vnde conſtabat memoriam non eſſe læſam neque imaginatiuam, ſed tantùm ratiocinatiuam, quoniam quod melius foret eligere nequibat. Quòd etiam memoriam ſine aliis lædi contingat, probat ex Thucydidis teſtimonio, qui nonnullos ex peſtilentia ſeruatos dixit adeò ſine memoria remanſiſſe, vt neque ſuos familiares neque ſemetipſos agnoſcerent, lib. 4. de Loc. patientibus, cap. 1. lege Galeni exemplum, læſæ imaginatiuæ ſine læſione cogitatiuæ de ſemetipſo: & exemplum læſæ cogitatiuæ ſine læſione imaginatiuæ, de illo, qui Romæ cum lanifici puero domi continebatur. Exẽplum quod refert de ſemetipſo, ſimile eſt exemplo adducto de Theophilo medico: exemplum verò phrenitici, qui cum lanifici puero continebatur domi, idem eſt quod adduximus de eo qui reſeratis ianuis ſingula vaſa proiiciebat per feneſtram. Verba Galen. ſunt: Quippe ſunt phrenitici quidam, qui de his, quæ oculis offeruntur, rectè (quantum ad ſenſitiuam notitiam pertinet) iudicant: cogitando verò à naturali iudicio aberrant. Alij rurſus cogitatione quidem falluntur minimè, ſenſibus tamen difformiter mouentur. Sunt præterea qui ſimul & ſenſus & cogitationis vitio laborant. Itaque cuiuſque læſionis modum ſic accipe. Cùm Romæ quidam cum lanifici puero domi contineretur, ſurgens à cubili, venit ad feneſtram per quam & ipſe videri & percurrentes videre potuit: itaque ex vitreis vaſis ſingula oſtendens interrogauit, imperaréntne vt ea proiiceret: illi verò ridentes plaudentéſque vt ea proiiceret rogabant. Tum ipſe deinceps omnia arripiens eiecit: at illi magnis acclamationibus riſerunt, poſtea iuberéntne puerum quoque proiici, cùm eos interrogaſſet, atque id illi iuſſiſſent, illico ipſum deiecit, quem ab alto cadentem videntes, ſuppreſſo ſtatim riſu accurrerunt, & confractum iam puerum ſuſtulerunt. At contrariam affectionem non ſolùm in aliis, verùm in meipſo, cùm puer adhuc eſſem, expertus ſum. Cùm enim per æſtatem ardenti febre laborarem, & feſtucas atro colore ex cubili eminere, & flocculos item ſimiliter in veſtibus eſſe putabam, quos auferre tentans, nihílque ſub digitis eductum inueniens, accuratius vehementiúſque id efficere conatus ſum: audiens itaque duos ex amicis qui tunc aderant dicentes, vidéſne hunc iam & floccos euellere, & feſtucas colligere? ſtatim intellexi id ipſum quod dicebant me feciſſe. Quum verò ſic animo conſtarem, vt rationalis in me facultas non vacillaret, rectè inquam dicitis, proinde ne phrenitis me arripiat, auxilio eſtote. Illi autem quum idoneis irrigationibus caput fouerent, tota die, ſequentíque nocte grauibus inſomniis turbatus ſum, vt interim & clamare & exilire viderer: verùm poſtero die mitigata ſunt omnia accidentia. Ex hac ſententia & ſupradictis conſtare poteſt has facultates diſtinctas eſſe, & via ad eas diſtinguendas. Ex quarum læſione diuerſa, Aëtius libro quinto phrenitidis ſpecies diſtinxit, in caſu ergo explicito ab Hippocr. læſio eſt in imaginatiua virtute, quæ oculis communicatur, vt viſa appareant, quæ non extra, ſed intra oculum ſunt, quibus manus admonere præcipit phantaſia. Poſſet autem contra dicta dubitari: ponamus quòd æger patiens pulmoniam, aut febrem vehementem, moueat manus ad euellendos pilos de veſtibus, nihilominus motus ille conſtans ſit, ac perfectus. In caſu dato ille motus nullam læſionem animalis facultatis oſtendet: quoniam actiones quæ perfectæ ſunt, non oſtendunt læſam facultatem. Sed aduertendum, quòd actio perfecta poteſt eſſe ſignum lethale, quod oſtendit motus prædictus, qui perfectus & conſtans eſt, & indicat phrenitidem, aut pulmoniam, aut febrem vehementem. Ad ipſam namque concurrit facultas exequens motum, & facultas imperans motum: facultas exequens motum à cerebro

Senſus communis apud Galen.

Facultatum interiorum diſtinguendarum via certa.

Phantaſia læſa exemplum.

Cogitatiua læſa exemplum.

Memoria læſa exemplum.

Thucydides lib. 2. Peloponneſiaci belli.

Phrenitis ſpecies unde diſtinguenda.

Digitized by Google

bro per neruos diſtribuitur: imperans tamen motum in cerebro exiſtit, conſtat autem facultatem vnam ſine altera laborare: nam ſtat cerebrum lædi, & læſionem non attinere ad corpus, vt quum imaginatiua aut cogitatiua læditur: & ſtat lædi facultatem cerebri, quæ muſculis & neruis diſtribuitur, aut ipſam non lædi, ſed non diſtribui conuenienti modo. Quo dato læſio erit in motu & facultate mouente, & non in facultate imperante motum, vt in morbo comitiali fit, ſic etiam modo euenit, quòd læditur animalis facultas imperans motum, non læſa facultate quæ exequitur motum. Vnde fit vt actio ſit ſatis robuſta & perfecta, nihilominus quia incaſſum ſit, & ſine cauſa indicat nobis facultatem imperantem motum eſſe læſam, nempe phantaſiam. Hinc ſequi videtur quòd aliqua actio perfecta eſt ſignum lethale. Fit etiam nonnunquam vt aliqua læſio ſit in potentia imperante, & in exequente motum, vt in phrenitide: in qua non tantum manus inordinatè & intempeſtiuè mouet æger, ſed etiam motus ipſe imperfectus & tremulus eſt, cùm tamen fiat, vt aliqui maniaci robuſtiſſimam habeant motiuam facultatem. Ratio huius diuerſitatis eſt, quoniam læſio cerebri aliquando vergit in corpus, aliquando vergit in animam. Si vergit in animam, corrumpit actiones ſenſitiuæ facultatis: ſi vergit noxa in corpus, lædit actiones potentiæ animalis mouentis: vt declarat Galen. libro tertio de Loc. part. capite ſexto exponens quandam ſententiam Hippocr. ex ſexto de Morb. pop. Inquit ergo Galen. Porrò quemadmodum hæ paſſiones quibus caput per conſenſum afficitur, ita quoque illæ quæ primogeniæ ipſius affectiones ſunt, non parum inter ſe differunt. Igitur craſſi humores qui in cerebri ſubſtantia abundant, interdum ei vt inſtrumentali, interdum vt ſimilari parti nocent. Quum enim meatus obſtruunt, vt inſtrumentali, cum verò temperamentum alteratur, vt ſimilari. Proinde totus hic ſermo, in fine ſexti libri de Morbis popularibus præſcriptus eſt. Melancholici magna ex parte morbo comitiali afficiuntur, & contra morbo comitiali laborantes efficiuntur melancholici: atque horum vtrumlibet magis accidit, prout in hanc aut in illam partem infirmitas repit. Si enim in corpus, epileptici: ſi verò in mentem, melancholici redduntur. Hoc ſermone primùm quidem declarauit, quod non ſemper, ſed magna ex parte horum affectuum alter in alterum tranſit: quippe non ſolùm atra bilis, ſed etiam pituita comitialem morbum efficit. Igitur ea quam atra bilis conſtituit, in melancholiam tranſit: quæ verò à pituita parta eſt, in aliam affectionem, de qua paulò pòſt dicturus ſum, melancholiam verò haudquaquam efficit. Altera verò Hippocratici ſermonis pars non parum contemplandi locum deſiderat: quippe cùm anima ſit aut temperamentum primarum qualitatum, aut ab ipſarum temperamento permutetur, bilem, cum cerebro vt parti inſtrumentali nocet, ad cerebri corpus connecti ait: quum verò temperamentum mutando, ei vt ſimilari nocet, ad mentem eam repere dicit. Hæc Galen. Quæ ob id adduxi, vt oſtendam in vera phrenitide meritò ſenſum & motum lædi, quoniam bilis in cerebro exiſtens, non tantùm temperaturam alterat, ſed obſtruit etiam ipſius meatus, quæ læſio ad corpus vergit. In mania verò ſolus læditur ſenſus: in morbo comitiali motus: in pulmonia tamen & febre acuta, & capitis magno dolore, vapores in caput aſcendentes, non tantùm perturbant imaginatiuam, ſed & cerebrum alterant ſatis magna alteratione. Dubitaret fortè aliquis, quod nunquam fieri poſſe videtur, lædi animalem facultatem ſentientem, non læſa mouente: quoniam facultatis robur conſiſtit in qualitate temperamenti. Si ergo in temperamento ſit permutatio, non manebit integra facultas mouens. Reſpondemus quòd facultas non redditur languida, niſi vbi mutetur in facto eſſe membri temperies: lædi autem actionem corruptè contingit, vbi alteratio nondum facta ſit: quo tempore continget corrumpi actionem animalis facultatis ſentientis, manentibus robuſtis principe ac mouente, læditúrque cerebrum non omnibus actionibus ipſius læſis.

Actio perfecta eſt ſignum lethale.

Cerebrum læditur non omnibus actionibus læſis.

GALENI COMMENTARIVS.

GEſticulationes manuum, id eſt, functiones & motus quos hoc loco commemorauit, ob imaginationem fiunt illi ſimilem, quæ per ſuffuſiones contingit. Ægri enim per ſuffuſiones quæcunque vident in medio loco cryſtalloidis (ita à glacie nominari humoris) & tunicula circa pupillam corneæ ſimilioris, foris ſita eſſe exiſtimant: quia ſemper aſſueti ſunt dum haberent per naturam, res per medium aerem intueri. Pari modo ij de quibus Hippocrates agit in febre acuta, pulmonia, phrenitide, ac dolore capitis, intueri ſe tanquam foris ſita credunt ea quæ intus in oculis habentur. Oſtendimus enim vt ſpiritus viſorius, vtpote ſplendens, ſibi medium aſſimilet cryſtalloidis (ita à glacie nominati) & pupilla humorem tenuem ac humidum, ſimiliſmum candido ouorum, quo per lippitudines vtimur. Oſtendimúſque etiam vt ſpiritus per hunc feratur humorem ex pupilla foramine ad aerem exteriorem vnà cum eo compactum. Quin etiam quòd aere illuſtrato vtatur tanquam inſito opificio, qui talis facultate exiſtit, qualis in corpore neruus habetur id docuimus ſeorſum dicato opere, quo agitur de viſu: necnon xiij. de Demonſtratione libro: atque etiam ſeptimo de Decretis Hippocratis, & Platonis: & item decimo libro de Vſu partium. Vt ergo cerebrum per neruum ſentit affectionem digiti in pede, ita per aerem circumductum externa viſibilia contuetur, quæcunque modicè ab ipſo diſtant. Itaque ſuffuſiones fiunt in hoc humore ſub ſimili (vt dixi) candidæ tenuiorique parti oui qui inter pupillam, & cryſtalloidem (ita dictum à glacie) incidit. Ita fit vt per cruditates quoque nonnunquam viſa ſimilia ſuffuſis contingat. Si enim reſtitit humor aut niger, aut craſſus prohibens digredi foras viſorium ſplendorem: ibi viſa pro natura humoris conſiſtunt: interdum pilorum quorundam, aut ſubtegminis, aut flammis, quandoque culicis nigreſcentis, aut muſculæ quæ volitare ob os videatur, quandoque rei ſimilis lenti, aut milio nigro. Ita accidit per febrem acutam ac pulmoniam, valde exhalantibus ad caput in corpore humoribus, vt humor ille in pupilla mundus, concipiat exhalationem: vbi verò & quodammodo perturbatur, prædicta viſa apparent. At per vehementem capitis dolorem, quemadmodum & per phrenitidem, præ capitis repletione perueniens aliquis humor in oculos, eadem accidentia committit. Et κροκυδίζειν, id eſt euellere ſubtegmina & καρφολογεῖν, id eſt colligere feſtucas (verba ab omnibus medicis de phreniticis dici ſolita) nomen inde traxerunt. Itaque nonnulli tradiderunt nobis ſubtegminis & ſtipula viſa tantiſper dum ſiunt: & item qui poſtea meminerunt. At verò duplex eorum differentia eſt. Quidam enim per ipſa ſenſibilia viſa cœperunt delirare, iudicandi facultate conſtante: alij verò propter eximiam prudentiam, attamen affecti, parua ex parte iudicandi facultate reſtiterunt, retuleruntque vt vincant & repugnent, nec viſis accedant. Hi igitur indicarunt nobis quibus viſis mouerant manus, vt Hippocr. ſcripſit. Sæpe enim videbantur illis ſubtegmina veſtium eminere: atque in pariete ſtipulas adiunctas eſſe: ſæpe verò & feſtucas multas impoſitas

Quid ſit κροκυδίζειν & καρφολογεῖν apud Medicos.

ſtragulis, atque etiam volare puſillas beſtiolas prope oculos, has igitur venari aggrediuntur, circunferentes manus tanquam aliquid arrepturi, alia verò quæ videntur eminere, partim de veſtibus carpere aggrediuntur, partim euellere de pariete. Meritò igitur affectiones talia committentes accidentia ſunt difficiles: quippe quæ à febre acuta, aut pulmonia, aut dolore in capite fuerunt propter magnitudinem affecta: à phrenitide verò, quia ſedes princeps eſt affecta: cuius vniuerſum genus exitiale habetur, febres verò, & item pulmonia, atque etiam capitis dolores, propter magnitudinem, quemadmodum dictum eſt.

Annotatio in Gal. comment.

IN prima parte comparat diſpoſitionem, de qua Hippocr. dixit, περὶ τῆς χειρῶν φορῆς, id eſt, de manuum verò latione, ei quæ fit in ſuffuſionibus. Qui enim ſuffuſiones patiuntur, putant, quòd humor, qui continetur inter humorem cryſtallinum & corneam, extra oculum eſt. Talem enim notitiam ſui præbebant ea quæ foris continebantur, quo tempore homo ſanus erat: ſic ille de quibus Hippocr. loquitur, quæ continentur in oculis, tanquam foris exiſtentia intuentur, cuius cauſa manus mouent. Ad quod declarandum adducit, quod multis in locis ipſe probauerat, nempe quòd ſpiritus viſorius aſſimilat ſibi humorem cryſtallinum, & albuginem ſplendore ſuo: præterea quòd ſpiritus ipſe deferatur per humorem albugineum, & pupillæ foramen vſque ad aërem exteriorem, quem illuminat, quo etiam vtitur tanquam ſibi connato inſtrumento, quemadmodum & neruus eſt inſtrumentum, quo cerebrum vtitur ad tangendas affectiones digiti, gratia exempli, pedis, *Geſticulationes manuum.* Græcè αἱ τῶν χειρῶν φοραὶ, id eſt, manuum lationes. *Ægri enim perfuſiones.* Græcè, ὑπόχυσις γὰρ, id eſt, namque, intellige ſuffuſionem patientes. Eſt autem ſuffuſio, quam Græcè ὑπόχυμα, & ὑπόχυσιν appellant, de quo morbo Paulus libro tertio inquit, Hypochymata verò humorum ſuffuſionem exiſtimauerunt, qui circa pupillam in medio corneæ & cryſtallini ſpeciem lucémque impediunt. Quòd autem refert ſe monſtrare ſpiritum viſorium ad aërem vſque peruenire, & aërem inſtrumentum viſionis eſſe, liber de Viſu, & libri de Demonſtratione non extant, quod ſciam, referam tamen quæ habentur ſeptimo de Placi. Hippocrat. & Plat. & lib. 10. de Vſu part. Lib. itaque ſeptimo de Plac. Galen. inquit, Eodem igitur modo veriſimile eſt, ſpiritum qui ad oculos fertur, primo incurſu cum ambiente aëre vniri, atque ipſum contactum ad naturæ ſuæ proprietatem alterare, atque immutare, non tamen vlterius, latiúſque extendi. Atque hoc ad hunc modum maximè fieri credes, ſi prius qua ratione par ſit intuitum noſtrum effici, didiceris, cuius quidem diſſertationis tale erit principium. Corpus quod videtur duorum alterum vel ex ſeipſo ad nos aliquid mittit, quo cum propriam ſui etiam dignotionem nobis oſtendit: vel ſi nihil mittit, vim aliquam ſenſiuam à nobis ad ſe vſque peruenire expectat. Vtrum verius ſit, ita iudicabimus. Per pupillæ exiguum foramen inſpicimus, quòd ſi expectaret, vt partem aliquam, aut facultatem, aut ſimulacrum, aut qualitatem ex corporibus intrinſecus obiectis ad ſe accederet, rerum magnitudinem nullo modo perciperemus, puta vaſti alicuius montis, tum magnum ſiquidem ſpectrum quantus ipſe eſt, in oculos noſtros ingredi oporteret: quod penitus eſt abſurdum, vt omittam interim quod vel in vno eodémque temporis momento, etiam ſi innumerabiles eſſent qui viderent, ad ſingulos eædem imagines ferrentur, ſi contra ſpiritus intuitus exiret, nulla ratione poſſet tanta diffuſione dilatari, vt omnes viſui expoſitas res circunfuſus complecteretur, nam quid aliud eſſet quam commentitia illa Stoicorum gutta, quæ cum toto mari commiſcetur? Reſtat igitur adhuc vt aër circunfuſus tale inſtrumentum nobis ſit quo tempore videmus, quale eſt ſemper neruus in corpore. Siquidem eodem pacto aër nos ambiens à ſpiritus viſiui occurſu, quo à ſolis fulgore effici videtur: nam & ille ſupremo aëris termino contactu ſtatim vim ſuam fulgidam in totum diſpergit, & noſtra per viſorios neruos acies progreſſa ſpirituali ſubſtantia prædita cùm in aërem incidit, primo appulſu in eum alterationem inducit, quæ longe, latéque in continuum ſcilicet nos ambiens corpus ſparſa repente in totum diffunditur, id quod liquidò etiam in vi ſolis ineſſe conſpicimus. Nam ſi ſolidum aliquod corpus in medio opponamus, videbimus confeſtim aërem interceptum fulgore deſtitui, vtpote qui dum continuam accipit mutationem illuſtratur, non in ſemel accepta mutatione perſeuerat. Nam ſi ita eſſet, aliquandiu lux in eo ſublato etiam illuſtrante permaneret. Eodem modo quoque ſi neruum præcidas, tota ea pars quæ à continuitate cerebri perfectione fuerit ſeparata, illico ſtupida efficitur. Patet igitur ſimilem quandam affectionem contingere neruo, & aëri. Hæc Galen. in quibus clarè monſtrat viſionem fieri: vbi ſpiritus viſorius aërem attingat, & lumen ipſius cum lumine aëris vniatur: & lumen id, quemadmodum lumen ſolis, ad res ipſas viſibiles perueniat, non quidem ſpiritus, aut ſubſtantia aliqua, quod falsò impoſuit Auerroës Galen. lib. 2. ſuarum collectionum, cap. 38. vbi dicit Galen. voluiſſe in oculo eſſe aliquod corpus, quod extra mittitur in viſione. Verùm fallitur vt in multis aliis, quæ ſophiſticè contra Gal. conatur aſſequi. *Auerroës falſus.* Galen. namque alterationem in aërem mittere dicit, non ſubſtantiam. Et verſus libri finem Galen. iterum contra Ariſtot. probat ipſum non ſatis conſtare, vnde vult viſionem fieri per radios intus ſuſceptos. Nam aliquando dicit ipſam fieri per emiſſionem, atque finaliter ſubiicit. Nos porrò per aërem medium intueri euidens eſt, atque inter omnes conſtat, ſed de eo quæſtio eſt, an per aërem tanquam per viam quandam mediam aliquid ex rebus quas videmus ad nos eueniat, an quale eſt neruus ad tactiles, tale inſtrumentum ſit nobis aër ad viſiles res diſcernendas, & concludit Galen. tale eſſe nobis inſtrumentum aërem ad viſionem, quale inſtrumentum eſt neruus ad tactionem. Quemadmodum enim neruus tanquam ramus à cerebro ortus, facultatem ab ipſo cerebro immediate coniuncto cum neruo, recipit, per quam ſentit: ita aër nos ambiēs, illuminatus ab ſpiritu recipit quandam aliam illuminationem, ob quam redditur aptum, atque tanquàm cognatum inſtrumentum ad viſionem. Mens itaque Galen. eſt, viſionem extrà mittendo fieri debere contra Ariſtot. Quam concluſionem in hoc loco non agitabo, quoniam ipſam latè diſcutere conabor circa librum artis medicinalia, impræſentiarum tamen ſatis erit intelligere ex mente Galen. ſpiritum viſorium eſſe fulgidum corpus, & oculum eſſe de natura ignis, contra mentem Ariſtot. qui ipſum voluit de natura aquæ lib. 5. de Generatione anim. cap. 1. Attenditur enim ad quantitatem humorum, qui in oculis continentur, & ad naturam humoris albuginei, & ignem dixit olfactui reſpondere inter elementa. Quòd igitur oculus de natura aquæ eſt, probat lib. de Senſu & ſenſato, ex humore

Viſio quomodo fiat ex Galen.

Ariſt. de oculi natura.

Digitized by Google

humore qui oculo ſauciato effluit aquæ ſimili. Quod verò oonoulli arguunt ex eo, quòd oculi ſplendent in tenebria,& clauſis oculis, inquit ipſe: id euenit,quouiam oculi leuore participaot,& leuia lucent in tenebris, vt conſtat de ſquamis piſcium, aut qoia celeriter mouentur. Verùm contra Ariſt. eſt argumentum, quoniam leuia noo ſplendent ſine externo lumine, oculi tamen clauſi ſi premantur, ſplendent, ad quod accedit autoritas Empedoclis, quæ citatur ab Ariſt.lib.de Seoſu & ſenſato. & à Gal.7. de Plac. quum inquit, Conſpicimus tellure terram, liquore liquorā, aëre naturam aëream, igne cernimos ignem,vbi quatuot ſenſibus quatuor tribuit elementa: terram tactui, aquam guſtui, aërem aoditui,ignem viſui, olfactum autem dixit mediam naturam habere aëris, & aquæ, cuius proprium eſt per vapores ſeotire: ſunt autem vapores mediæ naturæ inter aërem, & aquam. Plato quoque in Timæo inquit, Poſt hæc conſiderandum aſt ignis geoera multa extitiſſe, ptimum flammā quódque à flamma procedit, minime vrens illud quidem, ſed lucem oculis exhibens:tum qoòd flamma eatincta io ipſis ignitis corporibus teſtat.ex bis tribus generibus quod oon vrit, ſed lucem oculis eahibet, in viſus inſtrumento plurimum repetitur. Et rurſus eodem lib. Ex omnibua ioſtrumentis primùm luciferos conſtruaerunt oculos talibus indiris cauſis, macbinati ſunt ex igne,qui non vrit,ſed lumen ſuaue exbiber. Ad id facit, quòd animaiia, quorum oculi piurimo lumine participant, nocto quoque videre poſſunt, vt cati, maximè oculis ad naſum verſis,rurſus oculi compreſſi fulgurant,quod lumen internum atteſtatur. Rurſus 10. libro da vſu partium, Gal.idem probat,quoniam animalis ſpiritua luce cortumpitur, quod fit quia ad ſimile exhalat. Milites, inquit,Xenophootis per niuem iter ugentes obcæcati fuerunt, & Dyoniſius in carceribus obſcuris detentos diu ad domum lucidiſſimam calce illitam perducebat. Et viſus à ſolis radiis corrumpitur, quemadmodum lumen paruæ candelæ à ſolis lumine. Adde quòd albedo, quatenus luce participat,viſum diſgregat. Eſt igitur oculus da natura ignis. Gal. itaqua tria viſionis inſtrumenta lucidà eſſe teſtatur.Nam lib.Artis medicinalis inquit, Glancusergo oculus fit,vel propter magnitudinem, vel propter ſplendntem cryſtalloidis. Item inquit, Glauci qoidem oculi, qoi pura humiditata, ac oon multa perfulgent,fiunt ob ſplendidi homoris abundantiam. De vitreo humora lib.7. de Plac. Hipp.& Plato loquens de obſtructionibus, quæ in aliis ſenſibus factæ actiones ipſorum impediunt, inquit, Huiuſmodi obſtructionibus proportione reſpondet oculnrum affectio, quæ ſoffuſio appellatur, in qua fulgoris vitrei meatus,qui io acinali tunica eſt, obſtruitur, vt proprium viſos ioſtrumentum non amplius queat cum externo totum oculum ambiente copuiari. Rurſus lib.10. de Vſu partium inquit, Porrò noo ſolius cbryſtallnidis ſplendor, ſed cum eo ipſius quoque vitrei ex oculi natura diſcutiendus erat. Da ſpiritn etiam viſorin,quod lucidus ſit, eodem libro dixit, Nam ſpiritum lucidom permeare per illos neruos, &c. & verſos finem libri Ariſt.qui viſionem intns ſuſceptinne fieri dicebat, cauens ne efficeret aërem ſenſus capacem, inquit, Quid abſurdi in ſe habet illud, ſi ſolarem fulgorem ſenſificum ſtatuas? quum taiam maxime oculorum ſpiritum, qui à cerebro detiuatur, eſſa liquidò pateat: fulgidus quippe ipſe aſt,& infrà: anima etiam ſi ætherea ſit & fulgida, ſpiritum fulgidum efficera non mirandum docet. Humor itaque cryſtallineus, & vitreus,& ſpiritus viſorius, fulgidi ſunt. Lumen ergo ocolorum eum externo ambiente copulatur, non ſemper, ſed quoties aër ambiens à ſolis lumina præparatus eſt, qoo præparatn ex lumine oculi, & lumine ambientis vnum fit, & ambientis tale redditur viſui inſtrumeotum, quala neruus tactioni. Quoties verò color aliquis, aut quoduis aliud viſibiia, aërem ſic præparatum tetigerit, oculus ſentit hanc in aëre factam alterationem, quemadmodum cerebrum qnum vtitur neruo ad tangeodum, ſi aliqood tangibiie neruum tetigerit, cerebrum nerui alterationem ſentiet, ac perueniet ad oculum vſque aiterario, quemadmodum tangibilis alteratio peruenit à neruo vſque in cerebrum. Et quamadmodum dicendum noo eſt, in neruo non eſſe vim ſentiendi tangibilia, ita oon dicemus in aëre non eſſe viſoriam facultatem ob ſolis fulgorem, quod Auerroës libro de ſenſu & ſenſato, Comment. 56. teſtatur dicens, Galen. autem tantum applicabatur errori, vt crederet aërem habesa virtutem ſentientem. Galen. tamen id non putat aſſe falſum aut abſurdum, ſolarem fulgorem in aëre, ſenſificum. Ego crederem id poſſe ſaluari, quamuis Galen. id noo teneatur concedere: licet enim aër veluti quoddam connatum inſtrumentum ea ſpiritus viſorij cootactu efficiatur, quemadmodum & neruus, non io omnibus eſſe ſimilitudinem oportet, ſed concedeodum eſt, quòd neruus qui eſt internum organum, poteſt ſentire, non tamen aër, qui eſt organum eaternum. Quòd ſi id conceſſerit Galen.abſurdum non erit viſionem fieri in aëre concurrente fulgore ſolis, & ipſam ab oculo ad rem viſam extendi: quoniam tamen aër aoimam noo habet, talis viſio oculum, oon aërem videntem denominabit. Redeo igitur ad modum qon fit viſio. Spiritus viſorius ad aërem vſque peroenit, & ipſum irradiat, & non amplioa progreditur, qoum ſemel aërem attigerit. Itaque lumen oculi tadiis ſuis iunctis cum lumine externo peruenit ad rem viſam, quamuis diſtantiſſimam. Hooc ergo aërem ſic illuſtratum ſi quæ tes alterauerint, oculos eius ſentiet alterationem, colorémqua, magnitudioem, ac ſitum. Id voluit Plato in Timæo dicens: Cùm igitur diurnum lumeo ad aciei effluxum acceſſerit, tunc ſimile cum ſimili cooiungitur, atque inde vnum quoddam proprium, cognatúmqua corpus conflatur ad tectum oculorum intuitum, qua uimirū ille interni aaternlqne luminia occurſus extiterit. Totum id igitur cum ob ſimilitudinem iiſdem affectionibus obnoxium euaſerit, ſi quid attingit, aut à quopiam tangitur,illius motiones in totum corpus ad animam vſqoa diffundit, ſenſúmque hunc præbet, quo videmus. Galen. eandem prompſerat ſententiam eodem lib. in ſententia allegata, quo in loco Galen. duas ſubiungit rationes ad probandum viſionem ab oculo ad rem viſam procedere. Prima eſt, qoia oos percipimus rem omnem per foramen pupillæ, quod exiguum eſt: ſed per foramen adeo exiguum ſpecies, & ſimolacra rerum magnarum ſubingredi non poſſoot. Ergo ſimilitudioes rerum oon perueniunt ad oculum. Secundò, quia contingit vnam rem ſimul inſpici ab innumeris hominibus, quo dato innumeræ ſimilitudines rei ad oculoa deferrentur. Neqoe dicendum eſt,inquit, ſpiritum ad rem viſam venire, quum oon poſſit tanta effuſione dilatari: Vnum aliud argumentum fortiſſimnm facit Galenus ad id comprobandum eodem libro quod procedit ex modo cognitionis magnitudinis, & ſitus rei. Si namque rerum imagines ad oculum peruenirent, etiam

Elementa 4. ſenſibus etiam 4.

Platonis ſententia de viſus inſtrumento.

Viſionis inſtrumenta lucida.

In aëre ſenſificam vim quomodo intelligendum.

Viſio ex Platone.

Quòd viſio non fiat per intus ſuſceptionem.

Prima ratio.

2. ratio.

3. ratio.

etiam ſpecies quantitatis deueniret: quòd ſi illud oſſet, auditus ſimiliter perciperet magnitudinem, & diſtantiam rei, & ſimiliter olfactus. Quòd ſi ab his ſenſibus non percipiuunt, nou ob aliud eſt, niſi quoniam magnitudo non producit ſuam ſpeciem per aërem: ſed ſi percipi debet, neceſſum eſt poteotiam perueniře ad ipſam percipiendam, quod tactus facit, qui præter calidum, & frigidum cognoſcit magnitudinẽ cùm immediate tangit ipſam, perueniente tactu ad magnitudinem, non tamen perueniente ſimilitudine magnitudinis ad tactum. Nec valet, ſi dixeris id eſſe, quoniam maguitudo eſt ſenſibile commune, & non percipitur, neque immutat, niſi ſimul cum ſpecie ſenſibilis proprij, conſtat quòd vbi manus mea calefieret in loco diſtante ab igne, non tantùm deberet deprehendere calorem, ſed magnitudinem ignis: quod ſi id non fit, non ob aliud eſt, niſi quoniam magnitudo nullam imprimit ſpeciem per aërem. Si igitur ab oculo, & viſoria potentia magnitudo & ſimiliter ſitus deprehenduntur, viſoria facultas ad magnitudinem percipiendam deuenit. auditus tamen, & tactus, qui ad ipſam non perueniunt, non percipiunt ipſam. Accedit ad id, vt inquit Galen. quod in ſpeculo per reflexionem percipimus non tantùm rei colorem, ſed etiam magnitudinem, & formam: modò licet colores per reflexionem poſſent peruenire ad oculum, maguitudo non perueniret, aut forma. Nam formam conſtituit varietas figuræ membrorum, varietas verò talis nunquam perueniret ad oculum per refractionem ab ſpeculo, quod conſtare poterit de ſolis fulgore ingrediente per vitrum coloratum, per quem peruenit refractum lumen cum colore vitri, non tamen figura, aut magnitudo ſolis. Reliquum eſt viſionem fieri extrà miſſo lumine, aut ſplendore ad rem vſque viſam. Quòd ſi diaeris ea opinione Galen. viſionem fieri intus ſuſcipiendo, quoniam lib. 1. de Morb. cur. dixit de cryſtallino humore loquens. Id enim eſt quod alterari debet ab aliquo extrinſecus occurrentium colorum, vt animal videat. Alterari verò non potuit, niſi purum omnino perſpicuúmque eſſet. Et 1. de cauſis ſymptomatum ad initium, ſolum humorem cryſtallinum à coloribus alterati dicit, & 8. de vſu part. & 7. de Plac. Hippocr. & Pla. Color ergo ſpeciem ſuam ad oculos tranſmittit, ſed hoc non obſtat: hanc enim colorum alterationem defert aër, quando factus eſt connatum videndi inſtrumentum: id autem fit per emiſſionem luminis, quod lumen mixtum cum lumine ambientis ad rem vſque viſam peruenit, ſine quo magnitudinem non perciperet, videns, neque figuram, neque color oculum ipſum alteraret. Improbat etiam Galen. loco citato Ariſt. tanquam varium, quod ego ſatis declaraui circa ſecundum lib. Artis medicinalis, quo in loco quæſtionem hanc latius me ſcripturum ſpero. quantum verò ad hunc attinet commentarium ſatis ſupérque dictum puto. Quod tamen ea 10. libro de Vſu partium citat dicens, *Et item decimo libro de vſu partium.* Græcè λέλεκ) δ' ἐν ὀλίγα ἀεὶ αὐτῶ τὰ κ̀ κτ̓ τὸ δέκατον τῆν ἀεὶ χρείας μόριων, quod eſt, diximus autem non pauca de hac re libro decimo de Vſu partium. Hæc

Laurentianus notatur. verò ſententia ab ea quæ inſinuatur in Laurentiani litera, non parum differt: diaerat enim, Viſus vtitur aëre tanquam inſito opificio, & talem habere facultatem, qualem in corpore neruus. Verùmtamen id non docuit libro decimo de Vſu partium, quamuis docuerit multa alia ad id attinentia, ſupponátque ſæpe radios viſorios ab oculis ad res viſas peruenire, & oculos lucidos eſſe probauerit.

In ſecunda parte, quæ ita incipit (Ita fit vt) comparat hanc affectionem illi, quæ fit in cruditatibus vapore in oculos aſcendente: vbi enim in oculis humor craſſus aut niger interponatur, qui prohibeat viſorium ſpiritum tranſgredi ad aërem vſque ambientem, viſiones fiunt rerum, quæ per talia interpoſita repræſentantur, aut muſcarum, aut pilorum, aut lentis, aut milij nigri, aut feſtucæ. *Viſa.* Græcè φαντασίαι, id eſt, apparentiæ, ſic & in aliis locis.

In tertia parte, quæ incipit (Ita accidit) id euenire in diſpoſitionibus ab Hippocr. narratis docet, ſed differenti modo. Nam in febre continua, & pulmonia, ob nimiam vaporum multitudinem, qui caput turbare, & oculi pupillam confundere, ac phantaſmata oſtendere poſſunt. In phrenitide tamen & capitis dolore idem fiet per eſſentiam laborante capite, ac multitudine humorum oppleto, de quibus dixerunt medici, κροκυδίζειν, & καρφολογεῖν, hoc eſt, euellere ſubtegmina, & colligere feſtucas.

In quarta parte, quæ incipit (Itaque nonnulli) quoniã poſſet aliquis dubitare, vndénam, aut à quo accipit Galen. quòd delirantes, & reliqui mouent manus, quia illis talia viſa apparent, quum illi ad id referendum non conſtent mente. Reſpondet quòd patientes ipſi id referunt: nonnunquam adhuc laborantes, aliquando verò poſt affectionem reſtitutir, memoria ſeruantes quæ ſentire viſi ſunt. Hos autem in duplici dicit eſſe differentia. quidam enim laborant ſecundùm imaginatiuam virtutem, cogitatiua exiſtente ſana, & iſti referunt quæ vident, poſtquam à morbo liberantur. Cuius rei exemplum eſt Theophilus medicus lib. de differentiis ſymptomatum, de quo Gal. refert, poſt morbum retuliſſe viſa omnia. Quidam verò ſunt, qui laborante imaginatiua, & parum etiam cogitatiua, ob nimiam prudentiam inter ægrotandum admonnerunt medicos, vt malum vlterius procedere impedirent, quod de ſeipſo, vt in expoſitione dixi, refert Gal. 4. de locis patient. cap. 1. licet ibi rationalem facultatem in ſe non vacillaſſe dicat, quo in loco id expertum fuiſſe refert, non in ſe ſolo, ſed in aliis. *Sæpe enim* Græcè ἐξεῖχεν αὐτοῖς γὰρ ἐδόκων αἱ τῶν ἱματίων κροκίδες πολλαχόθι, quod eſt, Imminere enim videbantur ipſis veſtium amina multis in locis.

In quinta parte, quæ incipit (Meritò igitur) differentem dicit eſſe rationem, quare lethales ſint iſtæ diſpoſitiones. Nam febris continua, & pulmonia, & capitis dolor ob magnitudinem: phrenitis verò, ob id quòd laborat præcipua particula.

PROGNOSTIC. XX.

Spiritus verò frequens dolorem ſignificat, aut inflammationẽ in partibus quæ ſunt ſupra ſeptum tranſuerſum, ſi verò reſpiretur magnus, & ex longo interuallo, delirium nunciat. Frigidus verò expiratus ex ore, & naſo, valde lethalis iam eſt.

Præsentem ſententiam ſimul cum ſubſequenti ſcripſit Hippocr. de ſignis, quæ in morbis acutis vim habent bonum aliquod, aut malum ſignificandi: quatuor tamen ſolas ſpecies difficilis reſpirationis ſcripſit in præſenti prognoſti. Prima eſt frequens, in qua duas incluſit, nempe frequentem & magnam, & frequentem ac paruam: quoniam ea ſignificato ab ipſo Hippocr. explicito, id ſatis conſtat, cùm inquit, dolorem ſignificare, aut inflammationem in partibus ſupra ſeptum tranſuerſum. Tertium membrum eſt, reſpiratio magna & ex longis interuallis. Quartum membrum eſt, frigida *Reſpirationis cauſa contenta.*

exiens

Digitized by Google

exiens ab ore & naſo. Ad cuius ſententiæ claritatem, noraudum primò totam reſpirationem tribus cauſis contineri, vt vult Galen. libro de cauſis reſpitario, ſcilicet, facultate, inſtrumento, & vſu, facultas animalis eſt,& arbitraria, vt probat Galen. libro ſecundo de Motu muſculorum. Et ego contra Auerroëm circa librum artis medicinalis ſatis probaui, licet ob id quod affectibus corporis inſeruit, non ſatis ſit in hominis arbitrio ipſam cohibere. Sunt etiam inſtrumenta quæ mouentur, videlicet ſeptum tranſuerſum, thorax, & pulmo, per quem fit etiam reſpiratio, & aſpera pulmonis arteria, tum naſo & ore. Sunt etiam inſtrumenta quibus fit motus, quæ ſunt muſculi, qui ſunt in ſepto tranſuerſo, & muſculi intercoſtales, cum aliis qui à ceruice orti ſupremis thoracis coſtis inſeruntur: muſculi ſepti ſeruiunt naturalibus inſpirationibus, & muſculi ventris qui ſunt in epigaſtrio reſpirationi naturali, muſculi intercoſtales interni ſeruiunt ad maiores inſpirationes, & externi ad expirationes.

Reſpirationis inſtrumenta.

Ad maximas autem inſpirationes, & vbi admodum languida facultas eſt, concurrunt etiam muſculi qui per ſcapulas eueniunt ad thoracem. Vſus eſt duplex, qualis etiam in pulſu, vt attemperetur naturalis calor, & generetur in cerebro animalis ſpiritus.

Reſpirationibus diuerſis varij muſculi.

Ex quibus notum eſt inſpirationis differentias, quæ ſumuntur ex magnitudine, celeritate, & crebritate, non variari ad menſuram augmenti caloris, ſed etiam ad menſurã generandi ſpiritus animalis in cerebro. Quod conſtat in magnis & celeribus exercitationibus, in quibus ob ſpirituum animalium reſolutionem cogimur multò celerius, & magis inſpirare, quàm pro menſura caloris.

Reſpiratio non variatur ad menſuram caloris.

Calor naturalis flammæ comparatur candelæ.

Rurſus inſpirationis duo ſunt vſus dicti, expirationis vnicus tantùm, vt caloris naturalis conſeruetur modus. Conſeruatur enim naturalis calor per reſpirationem, non aliter quàm flamma candelæ, vt vult Galenus lib. de Vſu reſpirationis. Sicut enim flamma candelæ ſurſum mouetur, & per eum motum expurgatur à fumorum copia, à qua facilè extingueretur niſi accenderet, ita expirat animal vt à fumis malis ac multis expurgetur: & vt flamma eget alimento, ob idque deſcendit ad oleum, aut ſebum vnde reficitur, ſic naturalis calor alimentum, & refectionem recipit ab inſpirato aëre: deinde vt flamma extinguitur aliquo horum deficiente, ſic & naturalis calor. Secundo intelligere oportet ex Gal. lib. 3. de Diffic. reſpirationis, quòd præter id quod tota reſpiratio ex duobus conſtat, ſcilicet inſpiratione, & expiratione, cùm tamen reſpiratio motus ſit, & non vnus, ſed duo contrarij.

Reſpirationis prima differentia tres.

Tres primæ differentiæ neceſſariò inueniuntur in omni reſpiratione. Prima magnitudinis & paruitatis, quoniam omnis talis per ſpatium fit. Secunda celeritatis, & tarditatis quia de eſſentia motus tales ſunt differentiæ. Tertia raritatis & crebritatis, quæ differentia ex accidenti ipſi conuenit reſpirationi, quia ex contrariis conſtituta eſt. Tertio intelligendum quòd conſtante facultate, & obediente inſtrumento in reſpirationibus aucto vſu augentur, magnitudo, celeritas & crebritas ſicut in ipſo imminuto imminuuntur: de quibus plura lib. 1. de Diffic. reſpirationis. Magnitudo enim diminuitur etiam ob defectum in inſtrumentis aut in ipſa facultate. Primum ergo membrum, quod ab Hippocrat. ſcribitur, eſt reſpiratio frequens: per ſpiritum enim reſpirationem intelligit, (vt in annotatione circa commentarium dicemus) quæ ſignificat dolorem aut inflammationem. Nam aut eſt frequens, & parua, & ſignificat dolorem: aut frequens & magna, & ſignificat inflammationem. Per dolores enim paruæ fiunt reſpirationes, non tamen raræ: quando enim paruæ fiunt reſpirationes, ipſas fieri frequentes neceſſe eſt, vbi non ſit vſus diminutus. Suffocabitur enim homo, ſi deficiente magnitudine, ita vt non trahatur per ſingulas reſpirationes quantitas aëris conuenientis, ille defectus non reſarciretur frequentia.

Reſpiratio per dolores parua fit quare.

Cauſa tamen quare per dolores parua ſit reſpiratio, eſt, vt inquit Galen. libro primo de Diffic. reſpirationis, quia vbi aliqua pars dolet, ab arteriis circumpoſitis vexatur, in diſtentionibus compreſſa parte dolente, & fluxione etiam concitata: quo dato ſi pulſus motus eſſet liber, ipſum omnino cohiberemus, ſin minus à magnitudine detraheremus. Sic etiam dolente parte aliqua, vt thoracis, aut ſepti tranſuerſi: aut peritonæi, aut iecoris, aut quocunque eorum, quæ thoracis partibus compatiuntur, quia reſpiratio motus liber eſt, magnitudinem, quæ magis partes dolentes comprimere poteſt, coërcemus. Quod etiam in aliis, ſcilicet celeritate, & crebritate fieret, niſi vſus vrgeret: quia tamen reſpiratio, præter id quod arbitraria eſt, corporis affectibus inſeruit, ſimul cum paruitate accedit frequentia: fiet ergo parua & frequens: nam ſic magis corporis affectibus inſeruit. Hoc eſt igitur primum membrum, quod dolorem ſignificat in prædictis partibus. Secundum membrum, eſt frequens reſpiratio cum magnitudine, quod ex affectu explicito ab Hippocr. cognoſcitur; dicit enim frequentem reſpirationem ſignificare inflammationem in partibus ſupra ſeptum tranſuerſum, φλεγμονὴν, inquit Hippocr.

Reſpiratio magna & frequens.

Vbi idem voluit, ac ſi dixiſſet, φλόγωσιν, id eſt, incenſionem: quoniam vt vult Galen. Hippocr. temporibus φλεγμονὴ, ſiccam & humidam ſignificabat inflammationem, de quibus 2. de Arte curand. ad Glauconem. Eſt enim humida inflammatio tumor durus dolens, qui in primo membro incluſus eſt, quod dolorem ſignificabit: & ſicca, non eſt alia à calore incenſo, de quo dixit, Supra ſeptum tranſuerſum: quoniam non omnis incenſa caliditas, quæ in aliis partibus exiſtat, frequentem & magnam efficeret reſpirationem. Quum tamen dolorem dixit, non oportet intelligere ſupra ſeptum, ſufficit vt ſit in partibus thoraci & organis reſpirationis compatientibus. Finaliter de frequenti reſpiratione loquens Galen. libro tertio de Diffic. reſpira. inquit, Hoc ſolo in memoriam reducto, aut ob dolorem, aut locorum coarctationem, aut caliditatis multitudinem, denſus fit ſpiritus. Deinceps, &c.

Reſpiratio frequens.

Verumtamen quod dixit de locorum coarctatione, ad caloris augmentum referendum eſt. Locis enim coarctatis paucus attrahitur aër, & calor augetur, & inde frequentia. Vel dic coarctationem non eſſe de acutis morbis de quibus modo agitur. Vbi tamen frequens ſcribitur, celerem fieri oportet: quoniam ſi magna ſit & frequens, quæ differentiæ extremæ ſunt, media etiam fiet quæ eſt celeritas: hæ enim differentiæ per caloris augmentum fiunt. 1. de Difficultate reſpirationis. Tertium membrum explicitum ab Hippocr. eſt magna reſpiratio, & ex longis interuallis, quam etiam delirium ſignificare dicit: ſed contrà, vbi in facultate & inſtrumento nulla facta fuerit variatio, magnitudo adueniet reſpirationi, ob vſum adauctum: ſi tamen vſus adauctus eſt, reſpiratio non fit rara. Quomodo igitur ſimul rara fiet & magna? non aliter quàm ſi animalis facultas perturbata ſit, & fortibus imaginationibus impedita, quæ poſſint ipſam à conuenienti operatione diſtrahere. Simile exemplum ſcribitur à Galeno libro primo de Difficult.

Reſpiratio magna rara.

reſpira

Galen. exemplum de magna & rara reſpiratione.

teſpitationis. Quemadmodum, inquit, ſi quis ad opus aliquod obeundum concitato progrediatur motu: medio tamen itinere fortiter aliquid meditetur, multum remittet motus celeritatem, deinde ceſſante meditatione tanquam à ſomno excitatus diligentius ad iter perficiendum redit: ſic is qui animi perturbatione laborat, vehementibus imaginationibus detentus plurimum à frequentia reſpirationis deficit: deinde irritatus ab vſu plurimum aucto, quem non impleuit, quoniam rarò admodum reſpirauit, cogitur vſum breui tempore implere, magnam faciendo reſpirationem. Hæc ergo reſpiratio & magna erit, & ex longis interuallis. Idem autem eſt ipſam ex longis interuallis fieri, quam hic appellat διὰ πολλοῦ χρόνου, & quam libro ſecundo de Morbis popul. & ſexto libro parte ſecunda ſectione 2. appellauit ἀραιὸν, id eſt ratam, talem reſpirationem paſſum fuiſſe Philiſcum refert Hippocrat. 1. lib. de Morbis poupul. parte tertia, de quo inquit, Spiritus huic perpetuò veluti ei qui reuocatur, rarus magnus, quem tamen prorſus deliraſſe dixerat. Ibidem etiam in hiſtoria Sileni, quem dixit ſecunda die parum deliraſſe, & tertia die verba multa, cum riſu & cantu habuiſſe: in fine dicit ipſum habuiſſe à principio in finem reſpirationem magnam & raram. Et in eodem libro de Dromeadæ vxore, ſexta die dixit ipſam deliraſſe & habuiſſe ſpiritum magnum & ratum. Quòd ſi quis in contrarium adducat argumentum, quod affertur à Galen libro ſecundo de

Pythion.

Difficultate reſpirationis, de Phythione, cuius hiſtoria ſcripta eſt tertio de morbis popularibus parte 3. hic eſt Pythion in Thaſo, non ille qui 3. de Morbis popularibus in prima parte, & 1. hiſtor. qui prope Telluris ſacrum habitabat, de quo refert, ſecunda die circa meridiem extremitatum refrigeratio, & magis manus & caput refrigerabantur, mutus, & ſine voce, breuiſpirus multo tempore, & in die octaua, inquit, manè quidem parum dormiuit, celeriter verò frigus, aphonia, ſpiritus tenuis, & qui imminuebatur: veſperi autem recaluit, delirauit. Is vtique delirus erat, ſed non habuit magnam & raram reſpirationem, vt conſtat: ſpiritus enim tenuis, & imminutus non poterat eſſe magnus. Quod autem dixit, de die ſecunda ipſum fuiſſe breuiſpirum: conſtat eius reſpirationem non fuiſſe magnam: vtrum tamen fuerit rara an frequens hæc breuiſpira diſpoſitio, dubium eſt in Galen. ſcriptis. Quoniam 2. de Difficult. reſpirationis de Pythione loquens inquit,

Breuiſpirus.

Breuiſpirum ipſum appellat. Breuis enim ſpiratio & actionem, & quietem ipſam breuem fieri indicat, quemadmodum longa ſpiratio contrà ambo eſſe producta. Quòd ſi Galen. breuem dicit ſpirationem, quæ talis eſt in actione & quiete: parua ergo erit & frequens illa, quam patitur, qui breuiſpirus appellatur, ſiue βραχύπνους. Contrarius tamen vult ipſemet Galen. libro tertio de Morbis, popul. parte tertia in Comment. hiſtor. Pythionis, vbi ait: nempe hos, βραχυπότας, dices, qui & parum & longo interuallo bibunt: ſi verò quis parum quidem, ſed aſſiduè bibat, hunc non ſimpliciter dixeris βραχυπότην, ſed κατὰ βραχὺ πίνοντα, id eſt, ſenſim bibentem. eodem itaque modo qui propriè appellatur βραχύπνους, id eſt, breuiſpirus, non paucum ſolùm, verùm & multo interuallo aërem externum per guttur attrahit. Idem de breuiſpira, circa hiſtoriam Dealcis vxoris Galen. in Commentario dicit, vbi vult reſpirationem Pythionis paruam eſſe & raram, eiuſque cauſam infrà ſcribit, quod magis veritatem huius ſententiæ declarat, quia cùm ſecunda die ipſum refrigeratum ſcribat Hippocr. illa reſpiratio illi conueniens videtur. Niſi dicamus Galen. libro ſecundo de Difficultate reſpirationis iuxta ſententiam allegatam dubium quodammodo fuiſſe, cùm dicat, Atqui etiam ſi alterum eorum indicaretur, tamen etiam ſic in confeſſo eſſet, quòd non omnibus delirantibus magnus & rarus ſpiritus fieret. Vbi voluit innuere, quòd dato quòd per breuiſpirum nõ intelligamus eum qui habet hæc duo ſimul, nempe paruam & frequentem reſpirationem, vt ipſe explicuerat, ſed alterum ipſorum, videlicet paruam aut frequentem, non erit magna & rara, quod vult probare argumentum. Multæ etiam ſunt hiſtoriæ quæ habentur in libro de morbis popularibus, & a Galen. ſatis longo ſermone adducuntur, & declarantur libro ſecundo de Difficult. reſpirationis, vt Dealcis vxor, quæ decimaquarta die habuit ſpiritum magnum rarum, & rurſus breuiſpira, quæ aliquando magnam, aliquando paruam habuit ſpirationem. Quibus omnibus reſpondemus quod Gal. ibidem dixit. Nec verò pugnat hoc cum pronuntiato de eiuſmodi ſpirandi difficultate lato. Rarus enim & magnus ſpiritus proprius eſt delirij, & propterea neceſſario ipſum ſignificabit. Non tamen ſi quis delirat, neceſſario magnum & rarum ſpiritum habet: neque enim inſeparabilem, ſed proprium eſſe diximus delirij magnum & rarum ſpiritum.

Spiritus delirantium rarus & magnus quomodo.

Accedit ad ſolutionem argumentorum & defenſionem partis, quod dicit ibidem Gal. Dolor enim in partibus quæ ſunt in ſepto tranſuerſo, aut iuxta ipſam, paruam efficit reſpirationem, vt declaraui in primo membro, & ſimiliter frequentem delirium tamen magnam & frequentem, vbi ambæ cauſæ coniungantur doloris in partibus circa ſeptum, vt inquit Hippocrat. prognoſt. 24. ſequenti, Si pulſus in hypochondrio inſit, perturbationem ſignificat aut delirium. Iam ergo cum hypochondrij pulſu, id eſt, dolore & inflãmatione ponamus delirium adeſſe. Tunc ſic inflammatio & dolor reſpirationem habent efficere frequentem & paruam, delirium raram & magnam: aut ergo vincit delirium & inclinabit reſpiratio in magnam & raram, plurimum diſtracta facultate ab vſu reſpirationis, vincente tamen dolore, magis ad frequentiam, & paruitatem inclinauit. Medio tamen modo ſe habentibus dolore & delirio: aliquando vincet vna differentia, aliquando altera: vt in Dealcis vxore, de qua dicit. Decimaquarta, ſpiritus magnus rarus, & rurſus breuiſpira. In qua duæ complicitæ ſunt diſpoſitiones, ſcilicet refrigeratio, quæ facit raram reſpirationem, & paruam: & delirium quod facit ipſam magnam. Anaxion rurſus libro tertio de Morbis popularibus parte tertia cum morbo laterali delirauit, & difficulter reſpirabat, conſtat autem quòd illa reſpiratio non erat magna & rara.

Genuina explicatio huius loci Hippocratis.

Quartum membrum eſt, ſpiritus frigidus ex ore & naſo expiratus valde lethalis iam eſt: quoniam frigida reſpiratio parua eſt & rara. Differentia iſta non à motu, ſed à qualitate eius quod per reſpirationem expellitur ſumitur, videlicet ab aëre, facilè enim eſt intelligere motum, ſcripſitque Hipp. non quam ſignificat affectionem ſed quem exitum habiturus eſt morbus. Siquidem diſpoſitio ipſa, quæ talem efficit expirationem, ſatis facilis cognitu eſt: frigidum enim expirare, ipſam inſtrumentorum reſpirationi inſeruientium, & cordis oſtendit frigiditatem. Dixit, valde lethalis iam: quia proximam mortem oſtendit, quod tamen dixit, Valde. Græcè habetur, κάρτα, quod libro tertio de Ratione victus acuti expoſuit dicens, κάρτα, id eſt, valde. idem eſt quod λίαν, & σφόδρα, id eſt, admodum & vehementer. Hunc ſpiritum eſſe lethalem

Frigida expiratio.

declarat

Digitized by Google

declatat Galen. libro tertio. de Difficultate teſpitationis. Cùm enim de acutis loquatur morbis, in eis lethalis eſt frigida expirstio: in longis tamen ob multas cauſas fieri poteſt, & non indicare mortem, vt in principiis acceſſionum, & in morbis aliis toto corpore tefrigeratò, & in vteri præfocatione, quæ diſpoſitiones non ſunt extra periculum, non tamen omnino pernicioſæ, vt inquit, cùm de morbis loquitur acutis; non eſt adeò integra ſententia quæ ſcribitur libro ſexto de morbis popularibus parte quarta ſectione penultima vbi citatur à Galen. præſens progno. Poſſet tamen quis inſtare contra præſentem ſententiam, vt Galenus libro de Vſu reſpirationis, Si aër qui attrahitur per inſpirationem, vtilis eſt ſui qualitate, quia calorem naturalem cordis attemperat refrigerando, quando aër expiratur frigidus, cor frigiditate abundanti laborat, ergo non eget refrigerio: non igitur opus eſt reſpiratione.

Calor naturalis duobus modis attemperatur.

Reſpondetur, quòd calor naturalis non tantùm attemperatur per refrigerationem, ſed & per mundificationem expiratione: quia tamen non poſſumus expirare niſi prius inſpiremus (niſi forte quid parum fumi expiremus) neceſſum eſt aërem ingredi per inſpirationem, qui ſecum excrementa fumoſa educat in expirationem.

Reſpirationis differ.

Rurſus reſpiratio non tantùm neceſſaria eſt, ad caloris temperamentum, ſed ad generationem animalis ſpiritus in cerebro, quæ generatio, vt diximus, inſpiratione fit: quoniam tamen reſpiratio, quæ frigida eſt, ſtatim eſt parua & rara, ſequitur hanc eſſe paruam & raram, quod eſt quartum membrum declarandum. Non omnes differentias difficilis reſpirationis ſcripſit Hippocrat. in hoc loco, ſed reliquas addidit lib. 2. de Morbis popul. & lib. 6. Secundo libro dixit, Spiritus paruus denſus, magnus rarus, paruus rarus, extra magnus, intra paruus, alius quidem extendens, alius verò vrgens, dupla intrò reuocatio velut ſuper inſpirantibus, calidus, frigidus. Libro tamen 6. de Morbis popul. parte 2. ſectione ſecunda, magis cõpleuit difficilium reſpirationum differentia, dicens, Spiritus parui denſi, magni rari, parui rari, magni denſi, extra magnus, intra paruus, intra magnus, extra paruus, alius extendens, alius vrgens, dupla intrò reuocatio velut ſuper inſpirantibus, calidus frigidus, in hoc loco duo quæ deficiunt in ſecondo libro de Morbis pop. impleuit: in prima enim diuiſione quartum deficit membrum, hoc eſt magnus denſos, in 2. diuiſione deficit alterum membrum. Quum enim in 2. lib. de Morbis popul. dixit, extra magnus, intra paruus, deficit, intra magnus, extra paruus, quod in ſexto libro ſcriptum eſt: quare non creditur Hippocrat. ſed ſcriptorum ignauia factum. Sicut etiam in lib. 6. quum dixit, Dupla intro reuocatio veluti ſuperinſpirantibus, videtur deficere contraria illi, quæ contineat conſimilem inæqualitatem in inſpiratione, qualem cõtinet iſta in inſpiratione. Deſidiam autem ſcriptorum arguit quod ipſe libro 2. de Ratione victus acutis ſectione 44. de contraria mentionem fecit, vbi medici intempeſtinè cibo adhibito ægrotantes opprimunt. Inter reliqua, quæ ſuperueniunt, accidentia, inquit Hippocrat. anxietates inquietationéſque, & ſpiritus offendens in ea, quæ ſurſum fit, aëris latione, frequens vel magnus. Aëris ſurſum latio expiratio eſt: offendentem autem ipſam appellat tanquam intercidentem & inæqualem. De ea autem inquit Galenus in Commentario. Verùm ſpirandi difficultas, qua ſpiritus offenditur, ob cibum intempeſtiuum magis quàm ob indigentiam oritur. Nam ſpiritum inter inſpirandum, & offendere, & quaſi ſiſti, tum anguſtiæ, tum conuulſionis eſt nota. Latio etenim, quæ ſurſum fit, expirationem facit. Tali autem ſpiritui contrarium tum in 2. tum in tertio de Morbis popularibus, vagantibus libro percurrit, inquiens: Duplex intrò reuocatio veluti ſuperinſpirantibus.

Reſpirationis differentiæ methodo inuentæ.

In ſexto ergo libro, de Morbis popularibus methodo inuenit omnem differentiam difficilis reſpirationis, quod latè probatur à Galeno libro tertio de Difficultate reſpirationis. In hoc tamen loco tantùm eas quæ magis ad præſagiendum in morbis acutis proſunt. Neque etiam tenetur Hippoc. omnes differentias omni in loco ſcribere, ſicuti neque omnia præſagia ſcripſit in hoc libro, multis ſcriptis in libris Aphoriſ. & de aëre, aquis, & regionibus, quæ igitur addita ſunt in libro ſexto de Morbis popularibus, hæc ſunt, vbi in text. præſenti ſcribitur, Frequens, ibi habetur, Frequens parua & frequens magna: ambæ tamen ex ſignificato frequentis explicitæ ſunt hoc loco ab Hippocr. cùm dixit, dolorem aut inflammationem ſignificare. Rurſus cùm hîc dixit, Magnam ex longis interuallis, dixit, magnam raram ibi. Loco autem, paruæ & raræ, quæ illic ſcripta eſt: hîc ſcribitur, frigida ex ore & naſo: quæ enim reſpiratio euenit ob refrigerationem, qualis quæ frigida expiratur, rara & parua erit. Addit 6. libro de Morbis pop. Intra magnum, extra paruum. Sumitur hæc differ. inter partes vnius reſpirationis, vbi videlicet inſpiratio magna ſit, expiratio verò parua: vel vbi inſpiratio fuerit parua, magna exiſtente expiratione. Cùm dixit, Alius extendens, alius vrgens, differentias tarditatis & celeritatis ſcripſit, extendens enim eſt qui longo tempore, vrgens qui breui fit.

Reſpiratio intrò dupla. Illidens ſpiritus.

Cùm addit. Dupla intrò reuocatio, qualis ſuperinſpirantibus talis illa eſt, qualis ea quæ medio itinere interſecatur in aëris attractione. De qua etiam dixit Aphoriſm. 68. ſectione quarta: In febribus ſpiritus illidens malum, conuulſionem enim ſignificat. & 6. ſectione 54. Aphoriſm. In acutis morbis qui cum febre ſunt, luctuoſa ſuſpiria malum. Vbi Galenus in Commentar. hanc reſpirationem fieri dicit, aut ob imbecillitatem facultatis, aut duritiem inſtrumenti, aut diſpoſitionẽ ſimilem conuulſioni. Quæ omnes ad hanc referuntur, ſiue ſingulæ, ſiue ſimul omnes infeſtent: quoniam natura tentat thoracem eleuare, neque tamen vnica contentione finem aſſequi poteſt, qualis lugentibus fit. Huius etiam fecit mentionem Galen. inter conuulſiuos affectus numerandos 2. libro de Cauſis ſymptomatum, poſt initium, eius quoque meminit ſecundo de Morbis popularibus in hiſtor. Lyciæ fœmellæ.

Circa reſpirationem dubia.

De reſpiratione huic contraria, quæ eſt dupla expiratio, diximus ſupra ex libro ſecundo de Ratione victus acut. Comment. 44. Contra ſententiam præſentia prognoſtici quæſtiones plures agitat Galen. libro 3. de Difficult. reſpirationis. Prima eſt, quare Hippocr. de frequenti reſpiratione fecit mentionem, nulla facta diſtinctione, quum tamen contingat ipſam cum magna & parua cõiungi. Secunda quare dixit magnam eſſe aliquam reſpirationem & raram, & non adiunxit, contrariam, raram & paruam. Tertia, quare in primis duabus differentiis, prima, nempe quæ indiſtinctam continet frequentiam, & ſecunda quæ diſtincta eſt, magna & rara, affectiones in quibus eueniunt, præſagium autem de ſalute aut morte non ſcripſit. In tertio verò membro, quum de frigida reſpiratione ſcripſit, non affectionem ſed præſagium ad malum ſcripſit. frequentem namque reſpirationem dixit ſignificare dolorẽ, aut inflammationem: magnam & raram, delirium: frigidam tamen mortem. Quartò, cur de frigida mentionem fecit, non

de calida. Quintò quare mentionem non fecit de aliqua ex inæqualibus reſpitationibus, de quibus in 6. de Morbis popularibus,dixit,Intra magna,extra parua, extendens, vigens: & licet iſtæ in differentiis primis reſpirationis includantur, quæ ſunt magnitudinis, celeritatis, & frequentiæ: tamen de illis expediret mentiunetu feciſſe, quæ ſunt in vna parte reſpirationis inæquales: de quarum altera fecit in 6. de Morbis popularibus mentionem, cùm dixit,Duplex intro reuocatio,veluti ſuper inſpirantibus. Pro ſolutione Galen.ſupponit Hippoc. graui modo ſcripſiſſe & breui admodum, & ea nonnunquam reliquiſſe,quæ omnibus nota ſunt, ea dicens, quæ difficilem habent aſſequutionem. Neque enim omnia in omnibus locis ſcribere debet,tanquam in compendium ſcribens hæc in prognoſticis, vt eodem libr.3. de Difficulrate reſpirat. inquit Galen. Nam & in libro Aphoriſmorum multas ſententias ſcripſit, ad artem præſagiendi pertioentes, vt in libro tertio de Arris conſtitutionibus:& in libro 4. multa de Vrinis,& de febribus,& in 5.de fœminis, quæ omnia in prognoſticis relicta ſunt. Conſtat enim eius rei ipſum non fuiſſe ignarum, quam alibi ſcripſit, aut cuius manifeſtauit ſignificatum. Frequens itaque reſpitatio nota ſatis eſt,& quod in his, qui dolorem patiuntur,ipſa eſt etiam parua,in quibus verò calor ſuperat,magna. Cùm ergo ſignificationem magnæ & frequentis,& paruæ & frequentis ſcripſerit, ambas innuere videtur, cùm dixit frequentem: quæ ratio ſoluit primam quæſtionem. Circa iſtum locum aduertendum, quòd vbi Galen. de frequenti reſpiratione loquitur, in traductione Iani Cornarij ſic habet litera, In pleuritide enim, & peripneumoniis,& anginis,& ortopnœis, denſus & magnus fit ſpiritus. Scribendum potius denſus & paruus, quoniam Græcè habetur πυκνὸν καὶ μικρὸν γίνεται). Secunda quæſtio & quarta ſoluũtur,quoniam cùm frigidam dixit, paruam & raram dixit. Non enim, inquit Galen. alia eſt frigida à parua & rara, cuius contraria eſt,magna frequens: & ſicuti parua rara frigida eſt,ita magna frequẽs calida. Non enim aliam ob cauſam fiet, quàm creſcente calore in organis reſpiratoriis: de qua dixit quum explicauit eam frequentem,quæ ſignificat inflammationem ad modum ſupra expoſitum. Fecit ergo de parua rara & de calida mentionem, quod ſoluit ſecundam & quartam quæſtionem. Licet ergo ipſam raram & paruam appellare poſſit, ab euidentioribus auſpicatus eã frigidam appellauit. Sicut neque magnam & frequentem fieri cõtinget,niſi calida quoque ſit. Ad tertiam etiam vult Galen. quòd cùm reſpiratio frigida adeò mala ſit, opportunum fuit non tantùm quòd mala eſt, ſed quòd iam moriturũ ægrum ſignificat, ſcribere. Affectio enim, quæ per ipſam ſignificatur,namque refrigeratio organorum reſpirationis,non egebat ad ſui cognitionem interprete. In aliis autem reſpirationibus affectionem ipſam ſcripſit, vt quæ non omnibus nota eſſet. Et quoniam non erant ipſæ affectiones lethales, de earum ſucceſſu non ſcripſit: neque tamen voluit ipſas citra periculum eſſe. Si enim,vt vult in ſequenti prognoſtico,bona reſpiratio tantam habet vim ad ſalutem, eius contraria non vacabit periculo, neque tamen de neceſſitate lethalis erit. Ad quintam quæſtionem reſpondet Galen. quòd Hippocrat. non ignorauit illas ſpecies reſpirationum inæqualium, cùm de ipſis in aliis locis fecerit mẽtionem, potiſſimum de illa de qua in ſexto de Morbis popul. in hiſtor. Philiſci, & in Dromeadæ vxore, inquit, Spiritus magnus rarus, ſtatim reuulſus,& 4.ſect. Aphor.68. In febribus ſpiritus offendens, aut illidens, malum: conuulſionem enim ſignificat. Et ſectione 6. Aphoriſm.54. in acutis paſſionibus,quæ cum febre ſunt,luctuoſa ſuſpiria,malum. Quoniam tamen iſte ſpiritus conuulſionem ſignificat, & conuulſio non eſt acutus morbus,inde eſt quod in hoc loco de hac reſpirationis ſpecie mentionem non fecit, de morbis acutis loquens. Dicit enim 3.de Difficult.reſpirationis conuulſionem poſſe accidere in longis morbis, & in acutis poſſe etiam ſine febre exiſtere. Quod morbis propriè acutis non poteſt conuenire, vt in annotatione circa Comment. ſequentis prognoſtici dicetur.

Conuulſio acuta & longis morbis coniuncta eſſe poteſt.

GALENI COMMENTARIVS.

Hanc omnem dictionem, tertio de Difficultate ſpirandi libro, abſolutiſſimè enarraui: quocirca nunc duntaxat capita rerum attingam. Spiritum hoc loco vocat vniuerſam ſpirationem: qui ſi crebrior ſit (ait) interdum ſignificat dolorem, quandoque partium in thorace inflammationem,quæ ſunt cor ac pulmo,poſita ſupra ſeptum. Maiores enim præcordia ac ſeptum idem appellauerunt. Itaque per dolorem ſpiritus, quemadmodum oſtenſum iam eſt, creber paruúſque eſt: per inflamina verò creber magnúſque. Hæc enim aſſolent nominare inflammationes. At verò rarus ſpiritus, hoc eſt multo interpoſito tempore, ſi magnus eſt, indicat delirium: ſi paruus, extinctionem natiui caloris: ſed hanc affectionem ſignificauit ex accidente dicens: Si frigidus de naſo & ore,admodum exitialis iam eſt. Cæterum vt de his ſpirandi difficultatibus fecerit hoc loco mentionem, tantummodo de morbis agens acutis: itémque vt libro de morbis vulgaribus plures enarrauerit ſpiradi difficultates, tertio libro de Spirandi difficultate perpenſum iam eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte ptoponit ſe velle rerum capita tantum percurrere,quoniã omnia latè ſcripſit lib.3. de Difficultate reſpirationis. Primum ergo ſupponit Hippocrat.in hoc loco per πνεῦμα, id eſt, ſpiritum intelleaiſſe vniuerſam reſpirationem, nempe inſpirationem, & expirationem, quemadmodum & lib.1.de Ratione vict.acu.ſection.32.& idem vult Galen.in Commento dicens, Vocauit totam reſpirationem πνεῦμα. Et lib.1. de Morbis popularibus parte 3. in hiſtor. Philiſci.& lib.3. de Morbis popularibus parte 3.in hiſtor.in Thaſo Pythiona, qui ſupra phanum Herculis iacebat.dixit Hippocr. Spiritus tenuis, & qui imminuebatur pro reſpiratione. & Gal.in Comment. hunc allegat. Hæc ergo reſpiratio frequens vbi fuerit, dolorem, aut inflammationem ſignificabit: in partibus ſupra ſeptum tranſuerſum cum paruitate dolorem, cum magnitudine inflammationem. *Maiores enim* Græcè φρένας γὰρ καὶ διάφραγμα, ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ ταυτὸ, id eſt, Antiqui enim phrenas, & diaphragma,idem appellabant. Id dixit Galenus quoniam Hippocr. ad ſignificandum ſeptum tranſuerſum, vſus eſt hoc vocabulo, φρενῶν, non διαφράγματος,quod magis vulgare,& vſitatum erat. *Per inflamina verò.* Græcè κατὰ δὲ τὰς φλεγμονὰς, id eſt, per inflammationes verò. Hæc enim eſt, φλεγμονὴ, quam appellauit Hippocrat. in hoc loco magis propriè verò φλόγωσιν, vt Galen. appellaſſet: quæ eſt calida intemperies ſine humore, quam ſiccam inflammationem appellauit Galen.lib.2.de arte curatiua ad Glauconem. Nam reliqua inflammatio quæ ex humore fit,aut tumor durus, ac dolens eſt, & phlegmone propriè appellatur: aut eryſipelas, aut ex vtriſque mixta fluxio.

In ſecunda parte, quæ incipit (At verò) exponit ſignificationem raræ reſpirationis vbi fuerit coniuncta

iuncta cum magna,& vbi cum parua. Vltimam autem ſpeciem difficultatis reſpirationis expoſuit per quoddam accidens,qood in ipſa fit: expiratur enim per ipſam aër frigidus ex ore, & naſo. Addit ſe explicuiſſe tertio libro de Difficul.reſpirationis, alias ſpecies difficilinm reſpirationom, licet in hoc libro has tantùm ſcripſerit, quoniam de morbis acutis agit,hoc addit,propterea quæ diximus in expoſitione circa quintam quæſtionem.

PROGNOSTIC. XXI.

BOnam autem reſpirationem exiſtimare oportet, valde magnam vim habere ad ſalutem,in omnibus morbis acutis, quicunque cum febre ſunt, & in quadraginta diebus iudicantur.

Positis ſignificationibus, quæ ſumuntur à permotatis & difficilibus reſpirationibus, none de facili,& ſanæ ſimili reſpiratione ſcribit,ipſam habere quam magnā vim ad ſignificandam ſalutem ægrotaotis,cum diſtinctione tamen. Non enim in omnibus morbis eam vim habere vult,ſed in acutis,& in hia,qui 40.diebus terminātur:ac ſi diceret io acotis, ſi febrem habueriot, & in non acutis, vbi ex acutis deciderint, in diem quadrageſimum non tamen in aliis qui longius decidunt. Veritas huius ſententiæ explicatur à Galeno in Comment.nam ſi bona adeſt reſpiratio, oon aderit dolor in partibus thoracis, aut iis qui ipſi coodolent: vt iecur, ventriculus, lien. Libro primo de Difficultate reſpirationis addit: Aut io peritonæo. neque oimia caliditas,in partibus,intellige,ſupra ſeptum tranſuerſum:neque in ipſis nimia acciderit frigiditas, ita vt extinguatur calor: ſed nullo horum exiſtente,non adeſt periculum in acotis morbis. Ergo vera eſt ſententia Hipp. hanc bonam reſpirationem valde magnam vim habere ad ſalutem,in acutis morbis: quòd tamen cum boua reſpiratione nullom horum adſit, conſtat ex ſuperiori prognoſt. vbi omnia hæc diximus,difficilem facere reſpirationem ſecundùm aliquam differentiarum dictarum. *Acutus morbus.* Acutus verò morbus moltis in locis à Galeno diffinitus, maximè in Commentario 19. ſecunda ſectione Aphoriſm.dicente,Acuti morbi præter id quòd celeriter iudicantur, ſtatim magnitudinem habent. Sed hæc definitio antè fuit ſcripta ab Archigene in ſecundo de diebus decretoriis. Archigenes acutum morbum hunc eſſe ait, coi motus velox eſt, & ſubito pericula adoeniunt. Primom ergo dixit Hippocrat. ſe loqui de morbis acutis, quooiam in longis adhuc bona exiſteore reſpiratiooe, per virium tamen exolutiooem temporis proceſſu factam continget ægrom mori. Vbi enim multus calor, aut multa frigiditas iecur vexauerit, bona poterit perſiſtere reſpiratio: paulatim tamen æger tendet in mortem. Quòd tamen ex multo calore in partibus iecoris non ſit neceſſe mutare reſpirationem, conſtat ex Hippocrat. qui in ſuperiori prognoſtico dixit frequentem reſpirationem ſignificare dolorem, aut inflammationem, id eſt, incenſum calorem, addit tamen, in partibus ſupra ſeptum tranſuerſum. Pariter dicendum, quòd intemperies frigida, aut craſſorum humorum redundantia, aut vulcus in inteſtinis, poterunt non mutata adhuc reſpiratione lethales eſſe, & ad mortem paulatim reſoluta facultate perducere. Secundò declarauit ſententiam ſuam eſſe non de omnibus acutis morbis, ſed de his qui cum febre ſunt. *Acuti morbi febrem continuam habent coniunctam.* Sunt eoim ex acutis morbis quidam qui febrem habent cooiunctam, quidam febre carentes, febre carent conuulſio, diſtentio, cholera, morbus: quidam tamen febres habent conionctas,vt phrenitis,pleuritis, pulmonia. Dixit enim Galen. libro primo Aphoriſ. Coioment.7. & libro ſecuodo Comment. 19. & libro quinto Comment.30. & ſectione ſeptima Commentario primo cùm febres in morbis acutis dixit Hippocrat. eſſe ioſeparabiles, non vult morbos acutos habere de neceſſitate coniunctas febres, ſed vult quòd febres, quæ morbis acutis coniongontur,ſint continuæ & nunquam deficientes: quod maximè declarant verba Galen. libr.5. Aphoriſm.30. Comment.dicentis, Si enim ſit cum febre morbus,neceſſe eſt ipſum febres habere continuas, talis enim eſt morbus acutus. Cùm ergo Hippocrat. dixit eſſe intelligendum quod ſcripſit in morbis acutis qui ſunt cum febre, non adiecit continua. Si enim febris adeſt, continua erit: quod explicuit Galen. libro ſecuodo de diebus decretoriis, referens ſententiam præſentem dixiſſe Hippocrat. inquit, Facilis ſpiratio in acutis morbis magoum ad ſalutem momentum habet. Nunc autem cùm huiuſmodi dictionem ſimpliciter acutos morbos declaraturam ſciret, non tamen ita, ſed cum iis aliam complecti vellet, non ſine ratione appoſuit primum, quibus febris copulatur, non adſcribens continua, quòd abſolutè acutorum erat propria. Voluit ergo propriam eſſe acutorum,continuam: quoniam ſi febrem habent, continua erit. Hac ergo de cauſa dicit, Quæ cum febre ſunt: ſine additione cōtinuæ. *Nota.* Aduertendom tamen quòd licet aliqois morbus acutus poſſit eſſe ſine febre, non tamen erit propriè acutus, vt vult Galen.lib.3. de Difficult. reſpirat. reddens rationem quare non fecit Hippocrat. mentionem de ioæquali reſpiratione, qualis duplex intrò reuocatio. Reſpondet, quoniam ſignificat conuulſionem, quæ longis aſſidet morbis, & ſine febre eſſe poteſt, ſine qua non eſt morbos propriè acutos, vt voloit Hippoc. lib.1. de Rat. vict. acut. ſection.8. dicens, Sunt autem hîc acuti morbi quiconque nominant antiqni pleuritim, phrenitim, & peripneumoniam, & cauſum, & alia quæcunque ex his, continuis febribus omnino iunguntur. *Morborum diuiſio generalis.* Qui ergo morbus continuam febrem oon habet, licet acotus ſit, oon erit propriè talis. Rurſus hanc ſententiam verum habere voluit in morbis, qui qoadraginta diebus termioantur: voluit enim eos,qui quadraginta diebus iudicantur, acutos morbos eſſe, & ab iis, qui propriè acuti nominantur, eos excludere. Intelligendum tamen eſt, quòd, vt inquit Galenus libro ſecundu, de Diebus decretoriis, quidam non adſcripſerunt partem iſtam, Quicunque,vbi litera habet, In omnibus morbis acutis quiconque, volentes hanc literam Hippocrat. intelligi de morbis acutis, qui tales propriè ſunt, & de illis etiam qui cum febre ad 40.dies peroeniont. Nam, vt legitur litera Hippocr. videtur tantùm loqui de his qui morbos acutos habent, cum febribus extenſos ad diem 40. Verùm de vtriuſque ſermonem habuit Hippocr.de acutis qoi febrem habent,& de illis,qui perueniunt ad 40. diem. Aduertendom etiam quod dixit, Et 40. diebus iudicatur, vt vult. Galen. lib.2. de Diebus decretor. quoniam aliqui ſunt, quorum iudicium ex morbis acutis ad ſexageſimom perducitur, quos in Comment.præſenti Galeo. ſimiliter excludit à ſententia huius prognoſtici. Sunt enim acuti morbi, ſuot etiam diutini: acuti tamen quidam ſunt ſimpliciter tales, quidam cum additione, ex decidentia ſic appellari. Acutorum morborum terminus 14. dies eſt, vt vult Hippocr. Aphoriſm.32.2.ſection. Acuti

motbi in 14. diebus indicantut. Quoniam tameo contingit acutos motbos extendi ad diem vſque 20. cuius tei teſtimonium ptæbet Hippocr. in multis hiſtotiis ex lib. de Motb. pop. io quibua ægtoti 17. aut 20. die iudicantut, de quibus etiam in 24. Aph. 2. ſect. dixit: turſus vetò & 17. contemplabilis & 20. in lib. 3. progn. 3. ſeripſit iudicatotium, inde eſt, quod aliquando appellat cum Gal. acutum, ex decidentia. & lib. 3. Comment. 25. dicit, nullum eſſe certũ limitem acutotum motbotum. Quòd ſi quis dubitauerit, vt Galen. lib. 2. de Die. deetet. quare in Aphoriſ. diem 14. ſtatuit terminum acutorum, cùm tamen io ptogn. ſcribat 20. Reſpoodet primò, quod Hippocr. in Aphot. 14. diem ſtatuit tetminum, quia id magna ex patte contingit: vetùm profundiotem habet ſeotentiam Hippocrat. Voluit enim vnum duorum eſſe neceſſatium, in omni acuto motbo, aut terminari intta 14. aut ſi terminetut extra id 17. aot 20. fieri oon poſſe, quin antequam trauſeat 14. aliqnam tecipiat iudicationem, de bis quæ ab Hippoet. ſcriptæ ſunt, lib. 1. de Morbis pop. patte tettia, vel ad ſalutem, vel ad mortem, vel ad bonum, vel ad malum. Hac tatione, 20. dica quodammodo terminus acutotum ex decideotia dici poſſet: qui enim oon integrè iudicantur, tranſeunt ex acutis ſimpliciter in acutoa ex decidentia, talia eſt tranſitus à 14. in 20. Rurſum, ſecundò vult, quòd cùm Hippoe. dixit tetmioum motborum aeutotom eſſe diem 14. idem eſt ac ſi dixiſſet oon poſſe habere aeutum motbum plutes quàm 14. dies vebementiæ: quòd ſi aliquis ad 17. peruenit, iſte non habuit fottitudinem vſque in quattum: qui vetò non flotnit vſque in ſeptimum, potuit extendi vſque in viceſimum. Quòd etiam in exactè petacutis morbia vetum habete vult Gal. 1. de Motbis popularibus patte 3. in hiſtot. Eraſini, qui mortnus fuit die 5. cùm tamen in prognoſt. dictum ſit 4. diem eſſe terminum ad ſalutem, & ad mottem in acutiſſimia morbis. Reſpondet Gal. id cueniſſe, quooiam quatuor dies fottia motbi paſſus eſt Eraſinus: vt enim conſtat ex Hippoc. ſetiptura, primam diem quictè, & placidè tulit, quatuor autem teliquis & fortis morbus fuit, & in ipſis iudicatus. Idem ergo fit in motbis qui ad 20. perueoiunt: ſolùm enim 14. diebus acutum motbum paſſi ſunt. In acutis ergo omnibua tetminus ex diebus vehementiæ, & afflictionis venit definiendus. Motbi verò qui ad 40. diem perueniunt, quidam motu lento inceduot, quos diututnos appellat: quidam ſine temiſſione continua febre ad eum perueniunt terminum eis ſimilea: ſimilitet illos qui 20. diem pettranſeunt. Sed de diutinis morbis dicemus lib. 3. in expoſitione 26. prognoſtici. Qui verò vebementer affligentes ad diem petueniunt 14. & non integrè iudicantur aut pati modo effugiunt 20. aeuti fiunt ex decidentia, qui ad 40. aut 60. protogantut, vt 2. lib. progn. 57. vbi ſupputationes tumpi dicit die 20. aliàs 30. aliàs 40. aliàs 60. ſicuti & ipſe Hippocrat. lib. de Diebus iudicatotiis ad finem, vſque ad 60. appellat eoa aeutos: quod etiam ex præſenti progn. declaratut, eùm dixit Hippoc. bonam teſpirationem valde magnam vim habere ad ſalutem in omnibus morbis acutis, qui ſuot cum febre, 40. diebua terminantur: quoniam vltra quadrageſimum terminari poſſent, ſed de illia non loqnitur in præſenti. Dubitate poſſit aliquis contra Hippoerat. ſententiam, quoniam morbi acuti ex decidentia non tranſcendunt diem 40. malè ergo dixit de morbis aeutis loquens, quaſdam ſupputationes tumpi 60. die. & Galen. in Comment. huius prognoſt. dicit, vertitut verò per iudicationes imperfectas acutorum morborum oon ſolùm io hos, ſed etiam in alios dinturniores. Quòd autem acuti ex decidentia non tranſcendant diem 40. Galen. teſtatur Aphotiſm. 23. 2. ſectionis, dicens, Eſt autem & hatum imperfectatum iudicationum termioua quidam exterior, poſt quem non amplius fieri progteſſus natura ſolet, dies quadrageſimus, Ad quod teſpondemus, quod Galen. in hoc loco non vult negare aliquoa morboa acutos ex decidentia poſſe extendi vltra 40. diem, ſed vult aliquos eam habere natutam, vt poſtquam ex acutia deciderint, non tranſcendãt 40. quales etiam ſuot, de quibus in præſenti prognoſt. dixit, Et quadraginta diebus iudicantut, qooniam alij non iudicantut in 40. ſed in 60. aut 80. de quibus etiam ſunt, aqua intet cutim & phthiſis qui ſimpliciter deeidont ex aeutis. Antonius Muſa lib. 1. de Rat. vict. acutotum, Commentat. 32. exponens ſententiam Hippocr. in qua diserat, Si eibo ſtatim iocluſo, & eo non euacuato ſorbitionem quis dederit, frequentior redderur ſpiritus: quod malum eſt, inquit Hippocr. in 1. prognoſt. inquit: facilitatem teſpirationia habere magnam vim ad ſalutem io omni morbo acuto: è conttario difficultas teſpitationis magnum portendet malum in omni morbo acuto. Quod quàm falſum ſit, ſatis conſtat mediocriter exercitatis in dignoſcendia ſignotum vitibus: nam ſi bona teſpiratio valde habet magnam vim ad ſalutem, non bona reſpitatio licet non habeat valde magnam vim, non petinde erit valde mala, ſed etit non valde bona: adde qoòd difficultas teſpitationia in moibo lateiali non portendit magnum malum, cùm coniungatut omnibus motbis lateralibus. Non ergo ſequitur, neqoe ita fit, vt qnemadmodum bona reſpitatio valde magnam vim habet ad ſalutem, ita mala magnum malum ſignificet.

Acutorum terminus 20. quomodo.

Peracuti exactè ex decidentia.

Acuti ex decidentia non trãſeunt diem 40. quomodo intelligendum.

GALENI COMMENT.

Naturalem ſpirationem appellauit ſpirationis facilitatem, ſignificantem nec thoracem, neque cor, at pulmonem, neque pracordia, doloris quandam habere affectionem. Quinetiam neque partes quaſdam iis adiunctas. Cùm enim mouentur per ſpirationem, dolore afficiuntur & vbi prehendantur inflammatione, & item quouis modo doloris trahant affectionem. Ha verò ſunt ventriculus, lien, iecur. Si igitur nulla ex his afficitur, neque caloris infeſtat copia adeò, vt deuri inflammarique videantur: ſed neque econtrario, vt iam extinguatur calor inſitus: quo pacto non dixeris magnam ſpem ſubeſſe ſalutis in morbis acutis, in quibus propter magnitudinem febrium, aut propter inflammationem propriè nominatam, pericula imminent? At verò longi morbi, ſine his, eò quòd vires exoluant, non ſine periculo ſunt: proindéque eos ab oratione excepit, ac de ſolis acutis definiuit. At verò cùm duplex genus horum habeatur: ſiquidem nonnulli ſimpliciter ac primum vocantur acuti, quidam ex conuulſione: de vtriſque docuit dicens: Qui cum febre infeſtet, & quadrageſimo die iudicetur. Adiecit enim, qui cum febre infeſtet, vt eum à conuulſione & diſtentione neruorum, & bilari diſiungeret, & quicunque alij morbi ſine febre acuti ſunt. Quod verò dictum eſt: Et quadrageſimo die iudicetur: vt connumeretur cum ſimpliciter propriéque acutis acutus ex conuerſione: talis fit quoties inter initia acute ægrotauerint, poſtea verò quartodecimo die, aut etiam ante, non integrè iudicati fuerint, ſed vt morbi quadam reliquia ad quadrageſimum extendantur. Vertitur verò per iudicationes imperfectas acutorum morborum, non ſolùm in hos ſed etiam in alios diutinos, maximè marcorem, quartanam, ſuppurationem, tabitudinem, aquam intercutem. Verùm Hipocrates excepit à præſenti oratione etiam illos: in ſolis ſimpliciter morbis, qui cum febre infeſtent, & item ex

conuer

Digitized by Google

conuerſione in quadrageſimum veniant diem, optimum eſſe indicium dicens ſpirationis facultatem, non in omnibus qui ſine febri fatigem acutis, neque diutinis: ita vt tria ſint omnino genera morborum quantum in ipſam agitur temporis differentiam. Aut enim acuti ſunt quartodecimo iudicantur die, quibus diutini opponuntur, ambiguum verò & velut in confinio poſitum tertium genus, cuius terminus decretoriorum dierum quadrageſimus dies eſt. Hæc igitur dico confirmare ea quæ in ægris euidenter apparent: quòd ſi quis ea probet in illis, ita ſe habere naturam rerum agnoſcet. At verò quicunque volunt ſignificari numerum dierum decretoriorũ ab Hippocrate, dum ait quartodecimo die iudicari morbos acutos, præter quàm quod neſciunt ea quæ maximè oportet eos ſcire, dictiones quoque vetuſtiſſimi medici nequaquam intelligunt. Si enim quartodecimo die finiri morbum, ſignificat dierum decretoriorum multitudinem quanta ſit: quadrageſimo etiam die iudicari morbum, numerum ſignificabit decretoriorum dierum. Quærant igitur vt quemadmodum quatuordecim efficiunt ad quadrageſimum vſque, ita quadraginta nunc dies efficiant.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte, docet quid ſignificat reſpiratio facilis, quã ipſe dicit eſſe naturalem reſpirationem. Vnde ſequitur difficilem eſſe eandem, quæ non naturalis. Significat, inquit, neque partes thoracis dolore affici, neque partes eis cõiunctas: quæ ſimiliter vbi dolent, reſpiratione læduntur. Meritò igitur ſi neque dolor neque calor valde infeſtant ægrum, ne calor natiuus extinguatur, dicemus magnam ſpem haberi de ſalute. Quoniam in acutis morbis pericula ex inflammationibus, quæ phlegmonæ appellantur, & ex febribus imminent. Sed tamen contra id videtur eſſe, quòd non totum periculum imminet in acutis morbis ex inflammationibus & febribus, quod patet de morbo attonito & conuulſione, qui ſine febre, aut inflammatione periculoſiſſimi ſunt. Reſpondemus, quòd in progn. Hippoc. non tantùm dixit in morbis acutis valde magnam vim habere bonam reſpirationem, ſed addit, Quicunque cum febre ſunt: de quibus non ſunt conuulſio neque attonitus. *Neque præcordia.* Græcè *μήτε τὰς φρένας*, id eſt, neque tranſuerſum.

Reſpiratio naturalis quid indicat.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Itaque longi morbi) reddit rationem, quare de morbis acutis id explicuit, bonum eſſe bonam reſpirationem habere, valde magnam vim ad ſalutem: quoniam in longis dato quòd adſit bona reſpiratio, & cognitum ſit non adeſſe aliquod dictorum, nempe inflammationem, aut calorem, aut caloris extinctionem: tamen periculum imminet, ne temporis proceſſu morbus vires exoluat.

IN tertia parte, quæ incipit (At verò) exponit reliquum prognoſtici, duo verò reliqua ſunt, quæ dicit in acutis morbis, qui ſunt cum febre, & in his qui 40. diebus iudicantur: vtroſque appellamus acutos: primos ſimpliciter, ſecundos ex decidentia. primi cum febre eſſe debent: nam in diſtinctione, conuulſione, & cholera, non intelligitur, in quibus bona reſpiratio non valde habet magnam vim, in aliis etiam qui ſunt acuti ex decidentia, terminum explicuit 40. dierum. Quoniam in aliis qui ad 60. & 80. perueniunt, non ſic vera eſt prognoſtici ſententia, vt in quartana, aqua intercutem, marcore, & phthiſi, quos excluſit Hippoc. ab hac ſententia. Erit ergo bonũ iudicium bona reſpiratio in acutis morbis qui ſunt cum febre, & in acutis ex decidentia, qui perueniunt ad 40. diem, & non amplius procedunt. Quod ſimiliter confirmare videtur experimentum in ægris ipſis. Erunt etiam tria morborum genera ex temporibus ſumpta differentia. Nam quidam ſunt acuti, quidam diutini, nempe qui prorogantur plurimum, alij in medio conſtituti, qui decidunt ex propriè acutis. *Marcorem.* Græcè *μαρασμὸν*. *Tabitudinem.* Græcè *φθίσιν*.

IN quarta parte, quæ incipit (At verò quicunque) reprehendit eos qui exponentes Aphor. 23. ſect. 2. quum dixit. Acuti morbi, 14. diebus iudicantur: dicunt ipſum per 14. intellexiſſe 14. decretorios: verùm in Comment. citati Aphor. ipſos latius reprehendit, vbi præſens prognoſticon allegatur.

PROGNOSTIC. XXII.

SVdores optimi quidem ſunt in omnibus acutis morbis, quicunque in diebus decretoriis fiunt, & integrè febrem ſedant. Boni verò quicunque ex toto corpore procedentes, fecere vt homo facilius morbum ferret: ſi verò nihil horum fecerint, inutiles ſunt. Peſſimi verò ſunt frigidi, & circa caput tantùm, & vultum, & ceruicem facti: hi enim cum acuta febre mortem prænuntiant, cum leuiore verò morbi longitudinem.

Signa quæ in præſenti prognoſtico ſcribuntur ad exeuntia pertinent: exeuntia verò, ſiue excrementa multis viis excernũtur à corpore oſtendentia diſpoſitionem membrorũ, à quibus ſecernuntur, & robur & facultatem ipſorum. Ad quorum euacuationem, ordinauit natura inſtrumenta, quæ expurgent, ac ſeparent, & quæ traducant, & quæ in vnum ipſa colligant, & quæ expellant: veluti pro fece ventriculum, & membra circunſtantia, quæ expurgant ac ſeparant fecem ab alimento, & inteſtina cœna quæ deducunt, & recti cum quod retinet ac colligit, ſimul cũ recto; & muſculos ventris qui expellunt. Vrina à iecore & venis expurgatur, per emulgẽtes & vreteras fertur; in veſica colligitur & à muſculis ventris & fibris, veſicæ excernitur. Sudor verò receptaculum nõ habet in quo colligatur: eſt autem excrementum quod abũdat ex alimento mẽbrorum. Ab arteriis, & venis ſeroſa pars per vrinam excernitur. Excrementa verò carnis, & alimenta membrorũ, duo ſunt: vnum quod effugit integram commutationem, & alterum quod penetrationis gratia, cum ſanguine ad ſingula perducitur membra. Craſſum excrementum ſordes eſt. Tenue verò & aquoſum, aut inſenſibiliter diſcutitur, aut in forma ſudoris. Erit ergo ſudor excrementum alimenti membrorũ, ac ipſius vehiculum: quod confeſtim violento motu per poros cutis ſenſibiliter excernitur. Cuius rationem explicuit Gal. lib. 1. de ſanitate tuenda, vbi poſtquàm de excrementis ventris, & renum ac vaſorum egit, de excrementis partium ſingularum animalis loquens, dixit: Reliquum excrementorum genus in ſingulis animalis naſcitur particulis, ex ipſo vnde aluntur ſucco, aliud quidem ceu ſemicoctæ quæpiam reliquiæ quæ aſſimilari nutriendæ parti nequiuerunt: aliud quod tranſmittendi alimenti fuit vehiculum, nunc functum officio. Humidum tenuéque ſupereſt, quale nimirum ſeroſum illud iam dictum, quod ex vaſis, id eſt, venis & arteriis in veſicam defluit. Huic excremento nullus certus à natura præſcriptus meatus eſt, expellitur tamen partim actum per ipſa molliora corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedunt, potiſſimum quum à ſpiritu, maiore impetu irruente impellitur. partim etiam per exiguos omnes corporis mollis meatus (poros Græci vocant) quorum non modò reliquum corporis vniuerſum, ſed etiam

Sudor non colligitur in aliqua parte.

Sudor.

tota cutis plena eſt. Dictum autem oobis de generatione botum eſt, io libris quos de Teiopetamentis edidimus. Ergo tenuiſſimum buius generis eacremeotum facilè ſaoè eiicitur pattiо in ſpeciem halitus ab inſito calore ſulutum, pattim violento motu confertim erumpens: appellant verò quod ita exceroltor, ſudorem. Hæc eſt ſuduris ratio,& locus à quo excernitur, cuius diſpoſitionem quemadmodum & reliqua eacremeota oſteodere poteſt: vt etiam teſtatur Gal.lib.4.de Sanitate tuend.dicẽs: Ar ſudor qoidem ſuccorum, qui io toto corpore abundant, nota eſt: vrina verò, eotom tantùm qui vaſis cootinentur. Et tutſos infra ait, Sicuti verò vrina ſuccorum qui in vaſis ſont, qualitatem prodit: ita ſudoraliáque quæ per animalis habitum vniuerſum apparent, eos qui illic ſunt affectus demonſtraot.

Sudor duplex. Ex ſudoribus tamen quidam iudicationis, quidam ſymptomatis ratione excernitur, ſed vtcuuque membrorum patientium humiditatem eoacuat, vt apud Galen. Aphoriſm.28. ſect.4. dicentem, Fiunt enim ſudores, vel natura humiditatem ſuperfluam euacuaote, quando & optimè iudicium fit, vel quando ooo cootinetut in cotpore, ioorbi ratione, ſed ſiue boc, ſiue illo modo fiant, membrurum patientium bumiditatem euacuant. Qui etgo ſine ſignis iudicationis eacetnitur, ſymptomaticus eſt: de quo in commento vltimæ pattis præfationis loquotus eſt Galen. qui eum ſignis talibus, iudicatorius. Eruot aotem ſigna iudicatoria, quæ ſcribuntur *Humor ſudore excretus.* à Galen.1. Aphoriſ.ſectione, comment.2. de quibus eſt humorem ipſom peccantem excerni, qui cognoſcetur colore, ſubſtantia, ſapore, odore, & finaliter ex bona tolerantia ægri. Color in linteo, quo detergitur, eogooſcitur an albus, pallidus aut rubeus ſit, qualis ille de quo Atiſtoteles 3. de Hiſtor. *Nota.* aoima.cap.19.diait, Si ſanguis immodicè humeſcit, morbus infeſtat, ſic enim in ſpeciem ſaoiei diluitur, & adeò ſereſcit, vt iam nooouIli ſudore cruenio eaundarint. Redditur etiam craſſus, aut tenuis, quod attinet ad ſubſtantiam. Odor fœtidus, aut fœtòte ptiuatus, putredinem oſtendit: ſapor ab ipſo ægto percipitur vbi gutta aliqua in os iociderit. Diſtinguimus etiam quantitatem & lucum à quo exit: quoniam vbi ſudot, ibi motbus, diait Hippoc. Diſtinguitur etiam ea primis qualitatibus, vt quòd *Sudorum differentia.* calidus, aut frigidus ſit. In præſenti tamen progn. ſodotum omnes differentias ſcrihit, qoæ ſunt: optimus, peſſimus, bonus, & non bonus, ad quas aliæ ſequuntur: omnes docet diſtinguere ex die, ex luco à quo excernitur, & ex ſudotis qualitate, & in ſumma ex cooſereoria tanqoam ab effectu. Ea die, quum dixit, Quicunque in diebus decretoriis fiunt. Ex loco, quum diait, Ea toto corpore procedentes. Ex qualitate, quum dixit, Peſſimi verò ſunt frigidi. Ex tolerantia, quuio dixit, Et integrè febrem ſedant. Membra omnia quæ in prognoſt.contioentur, quinque ſuot. Primum eſt ſudores optimi, qoi eueniunt io diebus decretoriis, & integrè ſedant febrem. Secuodum eſt, ſudor bonus qui erit ex toto corpore, & facit vt æget facilius ferat morbum. Tertium eſt, ſudores qui nihil horum faciunt. Quartuio, frigidus ex toto corpore. Quiotum, calidus ex ceruice & capite tantùm. Verùm aliqua membra noo numerauit, quæ ſubintelligi debent, vt inter calidos, is qui exit ex toto corpore, ſed noo facit vt æger ferat morbum facilius: aut qui facit vt æger ferat facilius morbum, ſed non exit ex toto cotpore. Inter frigidos verò diſtioguere oportet eum qui eait à totu corpore, ab eo qui ex ceruice & capite tantùm. Erúotque membra omnia octo, quæ in ſufficienti diuiſione ſic cooſtabuot. Sudor aut eſt calidus aut frigidus: calidus aut ex totu corpore, aut non ex toto corpore. Si ex toto corpore, aut integrè ſedat febrem, aot non: ſi integrè ſedat febrem, optimos eſt in prima ſpecie: aut non integrè; & aut facit vt æger melius ferat motbum, vel noo. Si facit vt æger melios ferat motbum boous eſt, & eſt ſecunda ſpecies: quæ duæ, vt volt Galeo.in Comment. neceſſariò fient in die decretorio, ſi tameo cum boc quod ea toto eait corpore oon facit, vt æger melius ferat morbum, ioutilis erit. Si tamen oon exit ex toto corpore, aut eait à ceruice & capite tantùm, aut ab alia quauis parte: ſi ab alia parte, aut facit vt æger ferat morbum facilius, aut non. Si id facit, poſt bonum locabitur, & ante ioutilem quam prædixi. Si tamen ptæter id quod noo exit ex toto corpore non facit vt ferat æger morbum facillos, ioutilis erit, & poſt ioutilem ſuptadictum locaodus. Quandoquidem ille exit ex toto corpore, iſte non, & vterque inutilis eſt ad tolerandum morbum: ſi verò circa cetuicem, & caput taotùm prodeat, malus eſt. Frigidus etiam ſudor aut exit ex toto corpore, aut ex ceruice, & capite tantùm: ſi ex toro, peſſimos eſt, ſed adhuc ipſo deterior qoi ea ceruice tantùm ftigidus prodit: ſignificat enim iam præſentem ſyocopen. Hæc omnia clarè in tabella præſenti conſtabunt, diuiſioois integritas, & ordo bonitatis, & malitiæ.

Sudor	*Calidus*	*Ex toto corpore,*	*Integrè ſedat febrem, optimus.*	1.
			Facit facilius ferre morbum, bonus.	2.
			Facit facilius ferre morbum iuxta bonum.	3.
		Ex parte corporis,	*Facit facilius ferre morbum, vtilis.*	4.
			Non facit facilius ferre morbum inutilis.	5.
			Ex ceruice & capite, peſſimus.	6.
	Frigidus	*Ex toto corpore,*	*peſſimus.*	7.
		Ex ceruice & capite,	*ſummè malus.*	8.

Sudor optimus. Optimus ſudor qui primo loco cenſetur, tres haber conditiones, quarum duas ſcripſit Hippoc. vt videlicet per diem eueniat decretotium, & integrè ſioiat febreio, ad quas tertia ſequitur, vt ex tutu prodeat corpore. Qui enim integrè ſanat morbum veuoſi genetis qualis eſt febris, quæ per tutum corpus eapanſa eſt, à toto prodire debet. Quòd autem dixit per diem euenire dectetotium, ad firmitatem iudicationis optimè neceſſarium eſt. Iudicationes namque optimæ firmæ eſſe debent, id eſt, quòd tedeant ounquam. Hæc verò firmitas ea die ſumitur primo de diebus decretotiis. Dies autẽ recenſeotur ab Hippoc. Aphoriſm.36. ſect.4. dies 3.5.7.9.11.14. 17.21.27.31.34. inter hos duo taotum dies pares annumerantur: quooiam motbi qui ſudore finiuntur, magna ea parte ſunt bilioſi & per impares repetentes, & iudicationes in diebus acceſſionum fiunt. Nec meminit 4. diei, quoniam rarò iudicat, verùm memioit ipſius lib.3. de Morb.pop.par.3. in biſt. Periclis diceos, Quarto circa meridiem ſudauit multum *Sudor in 4.* calidum per totum corpus, ſine ſebre iudicatos eſt, neque febtis teuerſa eſt. Intellige quoqoe ſudorem huoc calidum eſſe, quoniam frigidus omnibus boois ſudoribus oppoſitus eſt. Talis fuit ſudur

Anaxio

Anaxionis patientis morbum lateralem in die tri-
geſima quarta. Secundum membrum eſt,ſudor bo-
nus,qui duas habet conditiones,quæ ab Hipp. ſcri-
buntur, quibus aliæ duæ accedunt. Prima eſt apud
Hippo. vt exeat ex toto corpore : quoniam in febri-
bus quæ ſunt venoſi generis morbi,euacuationes à
toto corpore fieri debent, quæ prodeſſe poſſunt:
cui coniungitur ſecunda.facit enim vt ęger facilius
ferat morbum: quod oſtendit manifeſtè ipſum fieri
cum ſignis concoctionis : nam ſine ipſis nihil pro-
deſſe poſſet, vt teſtatur Gal.lib.1.de Morb.pop.part.
2.Comm.27.dicens: Sudores adfuerunt, ſed qui ni-
hil iuuarent. Cauſa autē manifeſta eſt,cùm dicamus
ſudores incoctis morbis non conferre , neque ſi-
gnum bonum eſſe , nempe vel humidorum redun-
dantiam,vel virtutis imbecillitatē oſtendunt. Hinc
ſequitur 3.cōditio, vt fiat in die decretoria:nam ex-
tra ipſam non fiunt ſudores boni, & qui faciant æ-
grum ferre morbum facilius: quod voluit Hippocr.
Vbi ſuprà dies in quibus boni ſudores fiunt,recen-
ſuimus.Erit quoque calidus iſte ſudor propter cau-
ſam quam diximus in optimo ſudore. Quod ſi pe-
tas , quare cum iſte ſudor exeat ex toto corpore &
calidus & in die decretorio , & cum notis coctio-
nis non liberat integrè à morbo. Reſpōdemus vni-
cum habere defectum nempe ex quantitate quia
non excernitur per ipſum tota quantitas humoris
peccantis : quod conſtat intellectis cauſis quæ fa-
ciunt multum, aut paucū ſudorem:de quibus Gal.
Sudoris multi cauſa. lib.3.de Cauſis ſympto. Multus enim ſudor effluit,
aut ob corporis raritatem , aut ob excrementi te-
nuitatem , aut eius abundantiam:detinetur ob cau-
ſas contrarias, vbi fuerit excrementum paucum, ſi
viſcidum: ſi craſſum , & ſi meatus conſtipentur:
Conſtipari verò meatus contingit quia clauduntur,
aut quia obturantur : clauduntur ob inediam , aut
mollitiem, nam inedia adducit alimenti defectum,
& inde duritiem,& pororum defectum, & mollitie
concidunt ad pororum latera. Adde quòd quemad-
modum in omnibus aliis euacuationibus,ita in ſu-
dore contingit ipſum minui ex imbecillitate facul-
tatis. & augeri ob robur ipſius. Quando ergo ob
aliquam harum cauſarum à conuenienti quantitate
defecerit, ſudor optimus non erit. Talis fuit ſudor
Anaxionis in die vigeſima , & ſudor Nicodemi in
Abderis in die vigeſima , & lib.eodem 3. de Morb.
popu.part.2.in hiſtor. Cherionis ſeptimo ſuperri-
guit febris acuta,ſudauit per totum corpus, iudica-
tus eſt. Poſſes obiicere contra dicta, probando hūc
non eſſe bonum ſudorem ex Hippo.lib.2. de Morb.
popu.dicente. Iudicatoria quæ non iudicant , quæ-
dam difficulter iudicāt,quædam verò lethalia ſunt.
Iudicatoria quæ non iudicant. Cum ergo ſudor hic morbum non iudicet , quo-
niam non liberat ægrum , ſequitur vt oſtendat dif-
ficilè iudicium , aut mortem : non ergo erit bonus
talis ſudor. Reſpondemus hunc ſudorem , qui exit
à toto corpore, & facit , vt æger facilius ferat mor-
bum , eſſe bonum , & nihil mali oſtendere. Non
enim eſt de iudicatoriis, qui non iudicant : iudica-
tur enim non tantum qui integrè liberatur , ſed
etiam ille,qui ad melius facit mutationem. Hippoc.
enim quum dixit, Iudicatoria, quæ non iudicant:
nihil aliud dicere voluit , niſi iudicatoria quæ non
faciunt ad melius mutationem , qualis eſt ſudor in
3.ordine ſequens. Tertium membrum eſt,ſudor qui
neutrum horum facit,de quo dixit,inutilis eſt:inu-
tilis enim habetur ſudor , qui non exit ex toto cor-
pore , neque facit vt æger facilius ferat morbum.
Sudor inutilis. Exire à toto corpore robur facultatis expellentis
oſtendit, niſi morbus in certa parte exiſteret, in fe-
bribus tamen non aliud quàm robur facultatis,ſicut
exire à parte vna tantum imbecillitatem : proficere
tamen morbo euenit ex bonitate iudicationis,
quoniam humor peccans excernitur , & coctus. Si
itaq; ſudor euenit,quoties grauatur facultas à mul-
titudine humoris tenuis in partibus extremis va-
ſorum,& ipſa ex ſe languida eſt. Vbi enim ipſa ro-
buſta eſſet,à toto corpore faceret expulſionem. Ta-
liter ſudauit in Thaſo Patius,lib.3. de Morb. popu.
par.3.inquit Hippocr. Vndecimo ſudauit, ſed non
toto corpore circumfrixit , ſed mox recaluit : duo-
decimo febris acuta,& reliqua. Inter ſudorē bonum
ſecundo loco dictū,& hunc quē appellat Hip. inu-
tilē,duo alij ſunt ſecundo peiores & hoc tertio me-
liores. Alter eſt qui nō exit à toto corpore,ſed red-
dit morbū meliorem, & hic iuxta bonū collocatur,
& appellabitur ferè bonus , aut vtilis. Alter exit à
toto corpore,ſed nō reddit morbum meliorem:hic
poſt præcedentem collocatur iuxta inutilem , ac
inutilis meritò dicetur. Ratio eſt , quoniam mor-
bo non confert : eſt etiam præcedente deterior,
quoniam præcedens ex vſu eſt. Talis fuit ſudor in
Thaſo Parij loco citato, qui 18. ſudauit per totum
corpus,inſomnis , deiectiones bilioſæ,ciborum in-
appetens comatoſus. Quartum membrum apud *Sudor frig.*
Hipp.eſt ſudor frigidus, quem peſſimum eſſe dicit:
ille enim ſudor ſignificat tātam eſſe craſſitudinem,
ac frigiditatem humorum peccantium , vt nullate-
nus poſſint à febrili calore ſuperari : eritque tantò
deterior,quātò calor febrilis fuerit maior. A minori
enim calore non vinci, non eſt adeò malum , ſicuti
non vinci à maiori. Itaque in acutis febribus hic ſu-
dor peior erit,quàm in aliis. Intelligendum tamen,
quòd iſte ſudor frigidus , ex toto corpore prodire
debet.talē ſudorē paſſa eſt lib.3.de morb.pop.par.2.
mulier quæ iacebat in Mēdacium foro , quæ die ſe-
ptima circiter occaſum ſudauit per totū corpus fri-
gidum,quæ 14.die mortua eſt. Quintū membrū eſt, *Sudor circa caput.*
ſudor circa caput , vultum, & ceruicem factus. hic
ſudor languorem facultatis oſtendit , quæ non po-
teſt ex aliis partibus ſudorem excutere,& ſyncopen
futuram, à multitudine humoris grauantis : ſudor
enim circa vultum,& caput,& ceruicem, in his qui
conflictantur, & à multitudine grauantur, ſolet ap-
parere. Omnes enim qui anguſtiam patiūtur, ſtatim
circa vultum ſudorem effundunt. Corde itaqoe op-
preſſo, & viis reſpirationis obſtructis, homines cir-
ca vultum ſudant,ſed aut corde oppreſſo à multitu-
dine,aut viis reſpirationis obſtructis facilè incidunt
homines in animi defectum , qui ſyncope appella-
tur. Ergo ſudor hic ſyncopen oſtendet. Talis fuit
ſudor Pythionis in Thaſo lib.3.de Mor.pop. part.3.
qui die 2. vbi inquit Hippoc. Nox quieta ſudauit ca-
pite parum , & decimo die mortuus eſt. Et eodem
lib.par.1.in hiſto. eius qui in Dealeis horto iacebat,
4 die ſudauit circa caput,& clauiculam,quartam,&
quintam ſudoris ſpeciem paſſus eſt Silenus lib. 1.de
Mor.pop.par.3.Hic ſudor calidus etiā eſt, quoniam
in eodem ordine malitiæ conſtituitur ab Hippocr.
cum ſudore frigido. Et frigidus qui dictus eſt , ex
toto corpore prodire debet, eruntque ferè æquales
frigidus ex toto corpore , & calidus ex ſolo capite,
vultu & ceruice. Nam qui ex vtriſque compoſitus *Sudor frigidus circa caput.*
eſt , nempe frigidus , & ex dictis tantùm partibus
exiens, peior eſt quouis eorum,& ſummam ſignifi-
cat malitiam , & ſyncopen , non quidem futuram,
ſed iam præſentem. Talis fuit ſudor lib. 3. de morb.
pop.par.2. mulieris, quæ iacebat iuxta Mendacium
forum. Nam 2.die parum riguit febris acuta,parum
circa caput frigidum ſudauit. Et in hiſtoria alteram

ex abortiuo fœtu, 4. die ſudor circa caput paucus frigidus, extremitates frigidæ. Sed contra id intendet aliquis probare Hippocr. malè dixiſſe hos duos ſudores eſſe peſſimos, frigidum ex toto corpore, & calidum iuxta caput, & vultum. Nam alius eſt eis peior, nempe qui frigidus eſt, & circa caput tãtùm, vt diximus, & Galen. vult in Commen. Ad quod reſpondemus, quòd inter ſudores ab Hippoc. ſcriptos peſſimus eſt frigidus, qui à toto corpore prodit, cum quo coniũxiſſe viſus eſt ſudorem calidum iuxta ceruicem tantùm, qui tamen præter id quòd frigidus eſt, circa caput, & ceruicem tantùm prodit, is non tantùm peſſimus eſt, ſed omnium peſſimus, vt vult Gale. in Comm. cùm de talibus loquens dixit, κάκιστοι πάντων εἰσὶν. id eſt, omnium peſſimi ſunt. Ad finem tandem progn. Hipp. frigidi ſudoris ſignificationes ſcribit, dicens: Cum acuta febre mortem, cum leniore tamen morbi longitudinẽ prænunciat. quod ad literam ſcripſerat Apho. 37. ſect. 4. frigidus enim ſudor cum febre lenta non ſignificat mortẽ: poſſet enim facultas durare vſque ad morbi coctionem, quamuis humores craſſi ac lenti admodum ſint, quales eſſe decet eos, qui frigidi excernuntur cum febre. Cum acuta verò febre ſignificat mortẽ, quoniam morbi acuti breui terminantur, & ad bonum terminari non poſſunt morbi qui breui non poſſunt coqui, reliquum eſt vt finiantur ad malum, & mortem. Eſt enim talis ſudor cum acuta febre malum ſignum, & mala cauſa: cauſa quidẽ quoniam diſſoluit inutiliter corpora: ſignum etiam malum eſt, quia ſignificat tantam humorum craſſitudinem, & frigiditatem, vt neque à calore febrili poſſint ſuperari. Inde etiam fit, vt quamuis in longis morbis talis ſudor peſſimus non ſit, ſimpliciter dixit ipſum Hippoc. peſſimum, quoniam de acutis loquitur morbis. Poſſet tamen quis dubitare, quonam modo fieri poſſit, vt febre exiſtente acuta ſudor frigidus à corpore exeat. Ad quod reſpondet Galenus quarta ſectione Aphoriſmi 37. quòd febres acutæ ex humore putreſcente in vaſis fiunt, cui putreſcenti humori calor præter naturam inhæret. Si ergo tali calore exiſtente in humoribus, & vaſis, membra radicalia frigeant ob languorem caloris innati: pariter ſi internis calentibus cutis frigeat, ambo ſimul adeſunt, hoc eſt febris acuta in internis partibus, & vaſis, & ſudor frigidus, qui ex cuti, & à membris radicalibus prodit. Si verò quis interrogauerit, quænam ſint iſtæ febres acutæ, cũ quibus mortẽ oſtendit ſudor frigidus, Fuchſius vir alioqui ſapientiſſimus in Comment. Aphoriſm. citati dixit, per acutam febrem intellexiſſe idem quod per συνεχῆ, id eſt continuam, quod teſtatur (inquit) Gal. lib. 1. de Mor. pop. conſtitutione 1. Comment. 23. in eum ſcribens modum: Quæcunque febres manifeſtam habent remiſſionem, nunquam tamen febre prorſus vacant, acutæ, & cõtinuæ vocantur ab Hip. Verùm ipſe non ſatis obſeruauit mentem Hippocr. in præſenti prognoſtico, & in Aphoriſm. citato, quorum vnica eſt ſententia. Gale. enim in loco citato ex lib. de Morb. pop. non vult confundere febres continuas cum febribus acutis quas ſatis diuerſas eſſe conſtat: ſed vult oſtendere quales ſint febres, de quibus Hippo. in eo loco agit, cùm de ſemitertianis loquens dixit, Exercebant autem plurimos ipſorum pathemata talia, horridæ febres, continuæ, acutæ. Febres autem iſtæ, de quibus Hippocrat. loquitur, has duas habent conditiones: ſunt enim continuæ, & acutæ: non tamen ob id acutæ quia continuæ, neque ob id continuæ quia acutæ, ſed vt inquit Galen. in Com. Quæcunque febres manifeſtam habent remiſſionem, nunquam tamen febre prorſus vacant, acutæ, & continuæ vocantur. Hæmitritæus namque febris acuta eſt, ac breui facit aliquam indicationem, licet contingat aliquando in longum tempus decidere, quemadmodum acuti morbi ex decidẽtia. Eſt etiam & febris continua, quoniam continuæ febres appellantur, ſiue ſynechis, quæ cum continuitate habent remiſſiones aliquas, vt hæmitritæus: velle tamẽ has febres continuas eaſdem eſſe, quæ & acutæ appellantur in Prognoſt. & Aphor. eſt falſum. Nam frigidus ſudor mortem ſignificat cum febre continenti, quæ nullam facit remiſſionem: veruntamẽ illa non eſt continua de qua diximus, quòd cum cõtinuitate habet acceſſiones. Per febres ergo acutas nõ alias intellexit, quàm febres quæ cum breui terminatione habent annexum periculum. Itaque cùm febres continuæ ſint in duplici genere, quædam quæ cum continuitate habent acceſſiones, quædam non, de omnibus intelligitur Hipp. ſententia. Illæ enim ob vehementiam accidentium non poſſunt prorogari, & ob temporis breuitatem craſſi admodum, ac frigidi humores coctionẽ non admittẽt. Præterea quę tranſtulimus ac expoſuimus ex Hippoc. litera, vt refert Galen. in Comm. quædam fuerunt meritò ſublata. ob idque ego ea non ſcripſi in Prognoſti. neque hoc loco expoſui, quæ ſic habent: καὶ οἱ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ὡσαύτως γινόμενοι τοῖσι περὶ τὴν κεφαλήν. οἱ δὲ κεγχροειδέες, καὶ μοῦνον περὶ τὸν τράχηλον γινόμενοι πονηροί. οἱ δὲ κατὰ σταλαγμὸν, καὶ ἀτμίζοντες, ἀγαθοί. κατανοεῖν δὲ χρὴ τὸ ξύνολον τῶν ἱδρώτων, γίνονται γὰρ οἱ μὲν δι' ἔκλυσιν σωμάτων, οἱ δὲ διὰ συντονίην φλεγμονῆς. quod eſt, Et illi qui facti ſunt per totum corpus conſimiliter eis qui circa caput, & milio ſimiles & tantùm iuxta ceruicem facti mali: qui verò ſtillant, & vaporoſi boni ſunt. Conſiderare autem conuenit de ſudoribus in ſumma: fiunt enim quidam ob corporis diſſolutionem, alij ob inflammationis vehementiam. Huius prognoſtici ſententiam ſcripſit Hipp. lib. de Iudicationibus, in principio, vſque ad frigidum ſudorem, de quo dixit ad medium lib. De ſudoribus tamen prænoſcendis antequam eueniant, nihil docet Hippocrat. Galen. tamen vbi morbus iudicandus ſit per excretionem, an ſudor futurus ſit, vel non, docet lib. 3. de Criſibus cap. vltimo. In febribus enim maximè ardentibus rigor ſolet antecedere iudicationem & tunc aut ſupprimuntur aluus atque vrina præter rationem, aut alterum eorum: ſi ambo, ſudor ſperetur: ſi vrina tantum, diſtinguendum eſt. Nam aut multa deſcendunt per ventrem, aut non: ſi non, ſudor eſt ſperandus: ſi deſcendunt, ſperabitur fluxus ventris. vbi igitur venter nõ multa deiicit, aut adſunt ſigna vomitus, & erunt ſperandi ſudores, & vomitus. Si tamen ſigna vomitus non adfuerint, ſoli ſudores & vbi vtriuſque ſigna apparuerint, illud magis fiet, cuius ſigna præualuerint, & ipſis æquatis æqualiter. Ex pulſu etiam ſunt notæ, vt ſi fuerit vndoſus, ac inſigniter mollis, maximè ſi habuerit cum altitudine vehementiam, & rubor partium cutis, & vapor. Hæc omnia tranſtulit Aëtius. lib. 5. cap. 50. ad literam ex Galeno.

Fuchſius notatur.

Sudores cognoſcere antequam eueniant.

Pulſus ſudoris.

GALENI COMMENT.

IN ſudore optimo duo ſcribens indicia, tertium prætermiſit, tanquam neceſſario ſequatur ea quæ dixit. Qui enim die eueniat decretorio, & integrè ſedat febrem: is quoque ex toto corpore. In bonis verò, non tamen optimis, prodire ex toto corpore, & aliquid morbi tollere ſcribens, nihil præterea adiecit de diebus decretoriis, tanquam id quoque bonum rurſus ſudorem neceſſario comitetur. Cæterum tertius ſudoris ordo eſt modicè mali, de quo dixit: Si verò nihil

tale

tale efficiat, nequaquam vtilis eſt: vt nec ex toto corpore eat, neque faciat vt æger ferat facilius morbum. Sed conſtat vt ex his ipſis peior ſit qui neutrum efficiat: modicus verò qui alterum: & rurſus ex his ipſis qui efficit vt æger facilius ferat morbum, moderatior eſt. quanquam non ex toto corpore eat, peior qui grauiorem exhibet morbum, licet in omne extendatur corpus. Sed omnis eiuſmodi ſudor calidus eſt. & ob eam rem nullo de tribus ordine indicauit eum ſolitus omittere quæcunque ſequuntur alia neceſſario, & item quæcunque ex oppoſitione eorum quæ deinceps dicenda ſunt, demonſtrantur. Omnibus verò in hoc ſermone dictis ſudoribus opponit frigidos, dicens ita: Peſſimus verò eſt ſi frigidus egrediatur. & item cum eo malum eſſe dixit, ſi circa caput & ceruicem eueniat, licet frigidus non ſit. Hic enim minatur ſyncopen. Si verò & circa tales partes, & frigidus appareat, peſſimus eſt, quippe qui non inſuper fore, ſed iam eſſe ſyncopen indicet. Diſtinguuntur verò vehemētia febris. Nam ſi fuerit acuta, prorſus afferet mortem frigidus ſudor, licet ex toto corpore prodeat: & item ſi circa caput ceruicémque calidus eueniat. Si verò mitior febris eſt, poterit facultas non abſumpta prius ab acuta febre, ſpatio temporis prauos concoquere humores. Cæterum de diebus decretoriis non inſuper docuit aliquid in aliis ſudoribus: & ſi de optimo docuit inter initia, quia eſt vim quandam decretoriorum dierum in eorum ſermone dicturus: in ipſa verò dictione pariter demonſtrauit. Vna enim eorum vis eſt, reddere firmam iudicationem, ſiue in bonum, ſiue in malum finiatur. At verò agnoſci oportet prædictæ finem dictionis, quem Dioſcorides ſcripſit ita. Peſſimus eſt ſi frigidus eſt, & circa caput ceruicémque tantummodo prodeat. Hic enim aut mortem, aut morbi longitudinem præmonet. Sed conſtat vt hæc lectio ſit quàm prædicta conciſior, tamen eandem vim obtinet: atque addendum erit ab expoſitore id quod in prædicta ſcriptum iam eſt: Cum acuta febre mortem, cum mitiore longitudinem morbi. Cæterum deinceps alia quædam de ſudore ſunt ſcripta, non in omnibus codicibus, quæ merito illi quidam ſuſtulerunt, tanquam non ſint Hippoc. atque etiam Artemidori, & Dioſcoridis ſectatores.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte de ſudoribus calidis agit, declarans ſingula membra quæ habentur ab Hipp. in litera ſimul, cum aliis calidis ſudoribus, quorum notitia ex Hipp. litera conſtat, ad quam ſequitur, vbi dixit duas habere conditiones ſudorem optimum, ſcilicet vt in die fiat decretoria, & integrè ſedet febrem: non addidit ex toto corpore fieri, quoniam notum id eſt. Quod ſi integrè ſedat morbum, ex toto fiet corpore. In ſudore etiam bono dixit eum ex toto corpore prodire, & facere vt æger facilius ferat morbum, ad quod ſimiliter ſequitur vt in die fiat decretoria. Ratio eſt quoniam qui in aliis diebux fiunt, prodeſſe non ſulent: dies verò ſunt, quos in expoſitione recenſuimus. Tertium ordinem habent ſudores, qui nihil horum faciunt apud Hippocrat. id eſt, qui neque exeunt ex toto corpore, neque faciunt vt æger facilius ferat morbum, ante quos ſunt duæ alię ſudorum ſpecies. Quidam enim, licet non exeant à toto corpore, faciunt vt ferat æger facilius morbum, qui inter alios omnes ſunt meliores, & ſunt alij qui licet ex toto corpore exeant, non tamen faciunt ægrum facilius ferre morbum: omnes autem hi ſudores calidi ſunt neceſſariò, obidque non ſcribitur ab Hippocrat. *Vt nec.* Græcè. τελέει τότε δὲ ὅλε τοῦ σώματος γίνεσθαι, ſic enim habent omnes Græci codices, quos legi. Sed corrigendi ſunt ac ſic legendi, τελέει τὸ μήτε δὲ ὅλου τοῦ σώματος γίνεσθαι, id eſt, quod eſt, neque ex toto corpore fieri. *Modicus.* Græcè μετριώτερον, id eſt, moderatiores. Vbi autem Laurentianus transfert, moderatior, vnico dicto vocabulo vtitur Galen.

Codex Græcus corrigitur.

Peior qui grauiorem exhibet morbum, licet in omne extendatur corpus. Contra quod videtur dubitandum quia Galen. dicit quòd ſudor qui neutrum facit, id eſt, neque exit ex toto corpore, neque facit vt æger ferat morbum facilius, eſt peior aliis duobus, quorum vnus exit ex toto corpore, & non facit vt æger ferat facilius morbū: & alter facit, vt æger ferat morbū facilius, ſed tamen non exit ex toto corpore. Sed tamen ex verbis Galen. videtur, quòd ille non ſit his duobus peior: nam de eo quem dixit eſſe peiorem, dixerat neque exire à toto corpore, neque facere vt æger ferat morbum facilios. Sed de iſto qui exit à toto corpore non ſcribit, ipſum noo facere vt æger ferat morbum facilius, ſed reddere morbum grauiorem: peius tamen eſt reddere morbum grauiorem, quàm non facere vt æger ferat faciliua morbum. Ergo ex duobus illis qui alterum faciunt, vnus eſt deterior eo qui neutrum facit. Quæſtio pendet verbis Gal. qui referens ſudorem hunc qui alterum facit, & alterum non facit, dixit, grauiorem reddere morbum: cùm tamen de ſudore neutrum faciente dixiſſet, non facere vt æger facilius ferat morbum: quod minus malū eſt quàm reddere morbum grauiorem: non ergo erit in peiori loco ordinis recenſendus. Ad quod reſpōdemus, quod quando Galen. dixit, quòd ex ſudoribus qui alterum faciunt, alterum non faciunt, deterior eſt qui exit à toto, ſed reddit morbum grauiorem: nihil aliud voluit, quàm quòd poſt ipſum minus bene tolerat æger morbi magnitudinem, modo id etiam facit ſudor, qui neque exit ex toto corpore, neque facit vt æger ferat morbum facilius. Nam facta euacuatione ſi humoris excretio non prodeſt, languidior reddetur facultas, & quę minus poterit ferre morbum, quia igitur imbecillitatur facultas ex tali euacuatione, ſi non prodeſt, grauiorem reddet morbum. Quo dato, ambo ſudores morbum reddent grauiorem, ſed minus malus erit, qui exit à toto corpore. Ratio eſt, quoniam ſignificat facultatem robuſtiorem, quàm ille qui non exit à toto corpore.

Dubium.

In ſecunda parte, quę incipit (Omnibus verò) ſudorem frigidum dicit eſſe oppoſitū omnibus prædictis, cum quo etiam annumeratur vnus ex calidis: hic eſt calidus ex ceruice & capite. Hic autem ſignificat ſyncopé futuram, éſtq; minus malus quàm ſi circa caput & ceruicem eſſet frigidus: hic enim non tantùm futuram ſyncopen, ſed iam præſentem oſtendit. Qui enim animo delinquunt, cum ſudore ſyncopen patiuntur. Eſt autem in ipſa ſyncope recedente calore ad intima corporis frigidus: habēt autem id commune ſudor frigidus ex toto corpore, & calidus ex capite & ceruice, quòd cum acuta febre ſignificant mortem & cum mitiori morbi longitudinem. Quod ſic oſtenditur: nam ſudor frigidus ex toto corpore oſtendit magnam humorem craſſitudinem, & frigiditatem, & calidus ex capite imbecillam facultatem: craſſus autem humor & frigidus coqui breui tempore non poteſt. Ergo ſi morbus breui tempore terminetur, qualis acutus eſt, mortem afferet. Si tamen longus ſit ac mitis, poterit ſaluari in longo tempore, finita ac perfecta coctione. Sic etiam ſudor calidus ex capite oſtendens imbecillam facultatem, hæc tamen morbum acutum ac fortem febrem non fert, feret autem mitiorem.

IN quarta parte, quæ incipit (Cæterum de diebus) reddit cauſam, quare Hippo. in aliis ſudoribus nullam fecit mentionem de diebus decretoriis, præterquam cùm de optimo loquutus eſt, quem ſudorem dixit euenire in die decretorio. Ratio, inquit, eſt

Decretoriorũ virtus eſt facere firmum iudicium. eſt quoniam in lib. 1. de Diebus decret. referet vires decretoriorum, inter quas eſt facere firmam iudicationem,id eſt,vt ſedeat nũquam, ſicut vbi fuerit mala, firmam etiam malitiam. Erit ergo hæc communis ratio omnibus,etiam ſi optimi non ſint, vt dies decretorij firmitatem ipſis adiungãt. Lib.de iudicationibus,Hipp.recidiuam fieri dicit,& quibus ſebres ſedantur, neque ſignis ſolutoriis fientibus, neque in iudicatoriis diebus. quod etiam ſcripſit infrà lib.3.Progn.22.Ad finem commeot. aliam refert lectionem ex Dioſcoride illius partis, peſſimi verò ſunt frigidi, & circa caput tantùm, quam ſic legebat Dioſcorides, Peſſimi verò ſunt frigidi, & circa caput tãtùm & ceruicem facti. Hi enim mortem ſignificant, aut longitudinem morbi. A qua lectione prior tantùm differt,quoniam ad huius integritatem addendum eſt quod in priore habetur, cum acuta febre mortem, cum mitiore verò morbi longitudinem. Addit etiam meritò fuiſſe ſublata à littera Hippocrat. quæ retulimus in expoſitione: abſtulerunt etiam ea ſectatores Artemidori & Dioſcoridis.

PROGNOSTIC. XXIII.

HYpochondrium optimum eſt, ſine dolore, molle atque æquale, dextra ac ſiniſtra parte exiſtens: inflammatum verò vel dolorem præbens, vel intentum, vel inæqualiter affectum, in dextris per comparationem ad ſiniſtras partes, hæc omnia vitare oportet.

Hypochondrium optimum ac prauè affectum cognoſcere docet, quoniam ex huius ſanitate pendet etiam ſanitas totius,& ex morbo ipſius vniuerſum corpus ægrotare cogitur,maximè ſi per hypochondrium,non tantùm ſummas vẽtris partes,quę muſculis epigaſtrij reſpõdent,intelligamus,ſed etiã eas quæ ipſis ſubijciuntur internas.Quid tamen per hypochondrium intelligamus,dicemus prius intelligentibus, quòd ad vitandam vocabulorum confuſionem,nos in progn.& in Comm.quoties interpres dixit Ilia,dicemus Hypochondrium, in numero ſingulari vt Hipp. & Galen. Seruabimus itaque Græcam vocem, quoniam Latina non extat vna *Ilia.* apud autores. Nam illa non ſignificant idem quod apud Græcos hypochõdrium, ſed imas ventris partes à lateribus iuxta pubem,quæ à Gręcis appellan*Præcordia.*tur λαγόνες.Præcordia etiam non propriè dicitur ipſum hypochondrium. Nam Celſus præcordia appellat lib.2.cap.3. idem quod Hippoc. modò hypochondrium: transfert enim præſentem literam. Sed Plinius lib. 11.cap.37.dixit: Exta hominis ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membranis, quæ præcordia appellant,quia cordi prætẽduntur,quod Græci appellarunt phrenas. Appellat ergo præcordia ſeptum trãſuerſum:id enim vocant Gręci phrenas,vt teſtatur Ariſt.lib.3.de Par.anima.cap. 10. vbi de ſepto tranſuerſo loquens dixit,vbi enim propter vicinitatem attraxerint humorem calidum, atque excrementitium,continuo mentem ſenſúmque planè perturbant: quamobrem phrenes appellantur, quaſi participes prudentiæ ſint.Gal.ſupra Com. 20. & lib.5.de Lu.pat.cap.3.vbi poſtquam ex inflammatione ſepti tranſuerſi dixit fieri delirium ferè perpetuum:addit,Atque ob eandem ſuſpicionem phrenas,id eſt,mentem eam appellauerunt,tanquam ſapienti parti conferat quippiam. Adde quòd ipſum vocabulum,præcordia,non vnum tantùm habet ſignificatum apud Plinium, nam libro 30. capite 5. dixit,Præcordia vocamus vno nomine, exta in homine.Hanc ergo confuſionem vitare volentes,Gręco vtemur vocabulo Hypochondrium verò ſignifi*Hypochondrium quid.*cat propriè ventris ſupremam partem à latere in latus ſub coſtis,non tantùm ipſa latera, ſed & mediam partem, quæ ventriculo reſpondet. Vt enim habetur Comment. 26.à Galen. intima hypochondriorum ſunt,iecur,lien,vẽtriculus,& peritonæum. Ergo hypochondrium non ſolùm ſignificat latera, ſed mediam etiam partem: quod Medici non animaduerterunt.Nam & pars, quæ ſuperiacet ventriculo ſimiliter cartilagini ſubiicitur,nempe xiphoeidi,id eſt,enſiformi.Non propriè tamen hypochondrium ſignificat non tantùm ipſam abdominis partem, quæ eſt à latere in latus ſub coſtis, ſed etiam intimas & ſubiectas partes, vt vult Galen. 3. de Morb.popul in principio Commentarij: In ſecundam partem. Vbi poſtquam huius progn.ſententiam retulit, inquit, Si propriè quidem intelligamus hypochondriorum appellationem inter ſebres acutas læuiſſimæ ſunt:ſi verò non propriè, ſed cum appellatione comprehendimus, ventrem, hepar,lienem, & ſeptum tranſuerſum, nonnullæ quidem ipſarum malignæ,aliæ mites Hypochondrij ergo ſigna ſalu*Hypochondrij ſigna bona & mala.*tifera ſcribit,& ſigna mala: ſalutaria, optimum eſſe dicens hypochondrium ſine dolore, quod ſignificat,ibi non adeſſe intemperiem, quæ ipſum efficiat. Dolor enim ex intemperie aut ſoluta continuitate ortum habet, ſoluta continuitas à cauſa quæ vlcus infert fit,aut tumore præter naturam, vtrumque ſimiliter excluditur, cùm dixit, Sine dolore. Molle item dixit,vt excluderet omnem duritiem, aut ſcirrhum.Quod autem dixit,æquale, ad ſingulas ipſius partes eſt referendum, quas oportet ſimilitudinem habere in calore,frigore,tumore,dolore, & depreſſione.Contraria ſigna his ſunt inflammatum hypochond. id eſt,immodicè calidum,vel dolorem præbens, propter inflammationes, quæ ſunt tumores duri dolentes:aut intentum,quod poſſet flatum aut duritiem aliquam ſignificare. Quæ omnia ad totum hypochon. referenda ſunt. Quibus addit, aut inæqualiter affectum in dextris partibus, per comparationem ad ſiniſtras: per quod omnem inæqualitatem notat,in calore,aut frigore,aut tumore, aut tenſione, aut duritie, aut gracilitate. Cæterùm id non refertur ad totum hypochondrium,ſed ad eius partes,quas inuicem comparari præcipit, ac aduertere, an ſint inæquales, quod dixit ἀνωμάλως διακείμενον. Quod tamen in hoc loco dixit ἀνωμαλίαν, lib.4.de Rar.vict.acut.ſect.57. dixit Hipp. σκολιότητα. Inquit enim:Deinde ſi hypochondria latúſque dolore infeſtetur, ſi videlicet hypochondrium laboret,vel attollatur,vel σκολιότητα,id eſt,obliquitatem habeat.Et Galen.in Comment.inquit,vel quandam habeat σκολιότητα, hoc eſt ἀνωμαλίαν. In litera ergo Hipp.vbi Meldenſis tranſtulit obliquitatem,melius dixiſſet inæqualitatem.Obliquitas enim non ſignificat omnem inæqualitatem, quamuis ſit in qualitatibus:quam tamen Hip. ſi ſignificari voluiſſet dixiſſet potius varietatem. Quod autem dixit, Hæc omnia vitare oportet. Græcè habetur ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι χρή. verbum autem, φυλάττομαι, vito, & caueo ſignificat. Cùm ergo in ſecunda parte prognoſtici de ſignis malis loquatur,ea non ſolùm conſideranda eſſe conſtat, ſed vitanda. Scribens enim Signa bona dixit optimum eſſe hypochond. quod talia ſigna habet. Cùm ergo ſcribit mala,non ſcribit ipſa eſſe conſideranda, ſed tanquam mala damnanda, ac vitanda: vt enim inquit Galen. in Comment.Hippocrat.oppoſuit hypochondrio, optimo

& æqua

& æquali, ſigna peſſimi & inæqualis: quod autem tale eſt, vitandum eſt. Tangenda itaque ſunt hypochondria, ægro ſupino cubante, cruribus modicè inflexis, ne ob diſtentionem cutis ac muſculi ventris duri redditi ſenſum turbent, ac manu moderatè calida applicita, ventrem comprimere, quantum ſatis ſit ad cognoſcendum in abdomine & partibus ſubiectis, an adſit dolor, aut tumor, aut calor, aut frigus, aut inæqualitas, aut tenſio, & magis, aut minus comprimere manum, animaduerſa carnis mole, & internarum partium tumore, aut duritie: id autem facere vbi primùm æger ventrem exonerauerit ante prandium.

In quo corporis ſitu tangenda ſint laborantiũ hypochondria.

GALENI COMMENTARIVS.

OMnem aliquis orationem comprehendens, vno breuiſſimo capite dicet: Illa ſi natura ſimilia ſunt, ſaluberrima ſunt. Particulatim verò docens eorum indicia Hippocrates, primum ſcripſit ex iis quæ non exiſtunt: Hæc ſolent medici recentiores non accidentia nominare, duo verò alia ſigna accidentia ſunt in illis. Quamobrem illa dolore vacare, ex non accidentibus dictum eſt: mollia verò & æqualia eſſe, ex iis quæ exiſtunt. Sed mollia cognoſcuntur quotieſcunque modicè renituntur. Illis enim oppoſita, vt pote vehementer renitentia, dura ſunt. Cæterùm æqualia non ſecundum vnam intelliguntur qualitatem. Fieri ſiquidem poteſt vt ſimiliter æqualia ſint, ſed aut aliqua parte dolore vacent, aliqua dolore afficiantur: aut altera pars calidior, altera verò frigidior ſit, aut ſubleuatior, aut depreſſior. Opponens igitur ſaluberrimis, & æqualibus illis peſſimorum, & inæqualium ſigna, dixit: Si verò inflammatione vexantur, aut dolore, aut intenta ſunt, aut inæqualitate affecta dextra aut ſiniſtra parte. Itaque vexari inflammatione, de totis illis dixit. Significat verò verbum inflammari, velut ſi peruri, ſuccendi, ignirique productum ſit. Pari ratione dolore vexari, de totis illis dictum eſt: quemadmodum intenta eſſe: id enim totis etiam illis tribuitur. At verò inæqualiter affecta eſſe dextra ac ſiniſtra parte, quoties non tota illa eandem habeant affectionem, aut per caliditatem, aut per frigiditatem, aut per dolorem, aut per indolentiam, aut per gracilitatem laxitatémque & intentionem. Quandoque enim intenduntur illa ſine inflammatione propriè nominata, aut propter vehementem ſiccitatem non ſolùm in illa parte, ſed etiam in ſuccingente coſtas membrana, atque præcordiis: aut propter inflammationem cum tumore ipſorum in illis muſculorum conſiſtentem ſine inflammatione propriè nominata, quæ quidem tumor dolens eſt.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

IN prima parte ſignorum optimi hypochondrij rationem reddit, dicẽs poſſe omnia vno verbo comprehendi, ſi dixerimus, Hypochondrium naturæ ſimile optimum eſt, particulatim verò, quemadmodum Hippoc. fecit, primum ſcribens ſignum quoddam, quod eſt ex non euenientibus, quæ Græci appellant ἀνυπαρχόντα. id eſt, non euenientia. tale ſignum fuit cùm dixit, Sine dolore. Alia ſigna ex accidentibus ſunt, vt mollities, quæ oppoſitam habet duritiem, & renitentiam. Æquale verò non ob vnam qualitatem dicitur, ſed propter omnes tam primas quàm ſecundas. *Non ſecundum vnam intelligitur qualitatem.* Græcè οὐ κατὰ μίαν μόνην τήνδε ποιότητα. id eſt. Nõ ſecundum vnam ſolam hanc qualitatem intelligitur. Voluit namque Gal. ad mollitiem dictam referre ſententiam, de qua immediate dixerat: quoniam non in ipſa tantùm æqualitatem ſeruare oportet, ſed in omnibus aliis, ob idque ſubiungit, Fieri enim poteſt, vt ſimiliter mollia ſint, ſed aut aliqua parte dolore vacent, aliqua dolore afficiantur & reliqua. vbi enim litera habet, Fieri enim poteſt vt ſimiliter æqualia ſint. Græcè habetur δύναται γὰρ ὁμοίως μὲν εἶναι μαλθακὰ ἅπαντα. quod eſt, Fieri namque poteſt vt totum ſit conſimiliter molle.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Opponens igitur) declarat ſigna mala, quæ oppoſita ſunt optimo & ſaluberrimo hypochondrio: ea verò ſunt ſigna peſſimi & inæqualis, vt inflammari, quod ſignificat igniri & peruri: tale eſt enim Græcum vocabolum φλεγμαίνειν, id eſt, inflammari. Similiter dolore vexari, de toto hypochondrio dictum eſt, ſicut & intendi. Nam inæqualiter affici de ſingulis hypochondriorum partibus dicitur, cum inuicem comparantur, in calore, frigore, & dolore, indolentia, gracilitate, laxitate, & tenſione. *Inflammari.* Græcè τὸ φλεγμαίνειν, ὡς εἰ καὶ διακαίεσθαι, καὶ φλέγεσθαι, καὶ πυροῦσθαι λέγοιτο. hoc eſt, inflammari, ac ſi diceret exuri, incendi, ac igniri. *At verò inæqualiter affecta eſſe dextra ac ſiniſtra parte.* Græcè καὶ τὸ ἐλ ἀνωμάλως διακείμενον. quod & hoc inæqualiter affectum.

IN tertia parte, quæ incipit (Quandoque enim) docet hypochondrium intendi poſſe multis modis: aut enim intenditur ſine inflammatione propriè dicta, propter ſiccitatem, non tantum ob eam quæ eſt in ipſo hypochondrio, ſed ob illam quæ eſt in membrana ſuccingente coſtas: aut ob eam quæ eſt in præcordiis: Græcè φρέναις, hoc eſt, in ſepto tranſuerſo: aut ob illam quæ propriè nominatur phlegmone, vbi conſiſtat in muſculis hypochondrij, quæ eſt tumor durus dolens. *Aut propter vehementem ſiccitatem.* Græcè, ἢ τοι διὰ ξηρότητα τινὰ σφοδράν. id eſt, aut propter vehementem quandam ſiccitatem. *Aut propter inflammationem cum tumore ipſorum in illis muſculorum conſiſtentem, ſine inflammatione propriè nominata.* Græcè, ἢ διὰ τὰς μετ᾽ ὄγκου φλεγμονὰς αὐτῶν τῶν κατὰ τὸ ὑποχόνδριον μυῶν, ἔξω τῆς ἰδίως ὀνομαζομένης φλεγμονῆς καθισταμένας. quod eſt, vel ob inflammationes cum tumore muſculorum ipſorum, qui ſunt in hypochondrio, phlegmone propriè nominata, in parte exteriori conſiſtente.

PROGNOSTIC. XXIV.

SI verò pulſus inſit in hypochondrio, perturbationem ſignificat, aut delirium, ſed oculos talium inſpicere oportet. Si enim pupillæ frequenter mouentur, hos μανῆναι, hoc eſt, valde inſanire ſperandum eſt.

De ſignis, quæ ſumuntur ex hypochondrij diſpoſitione, eſt præſens prognoſticum, quod in duas partes diuiditur. Conſiderato hypochondrio, ſi per tactum conſtiterit, pulſum adeſſe, vnum duorum ſignificabitur, nempe delirium, aut perturbatio, tactu verò id inquirendum eſt. Nam viſu non cognoſcetur talis pulſus, niſi in muſculis ventris eſſet. Secundum quod docet Hippocr. eſt, ſi pulſus adfuerit inſpiciendos eſſe oculos ægri. Nam ſi pupillæ frequẽter mouentur, nõ tantùm delirium erit ſperandum, ſed etiam inſania, quæ magnum delirium eſt. Vbi ergo medicus dubitauerit, an delirium futurum ſit, à priori illud inquiret, ex particula læſa, & deinde à poſteriori ex effectu: nempe ſi accidens de inſtabilitate oculorum acceſſerit. id enim manifeſtè oſtendet futurum delirium. Pulſus itaq: per ſe ſignificat delirium, vbi euenerit ex inflammatione ventriculi aut ſepti tranſuerſi, quia hæc membra magnam habent cum cerebro connexionem. Si tamen in iecore, aut liene fuerit inflammatio, aut magna arteria vehemẽter pulſet, perturbatio ſignificatur, non neceſſarió delirium: eſt autẽ hæc veluti timor quidam de periculo mortis, & ipſius ægri turbatio, nempe corporis ipſius. Pulſus tamen talis ſimul cum oculorum frequenti motu, magnum delirium ſignificabit,

Iecoris & lienis inflãmatio non neceſſariò infert delirium.

cabit, ob magnitudinem læſionis cerebri, quæ cogit inſtabiles fieri oculos. Per pulſum autem intelligimus magnum pulſum. ſed nonnulli legebant palpitationem, & parum refert, vt dicemus in Comm. de inflammatione, quæ eſt in ſepto tranſuerſo, conſtat ipſam non tantùm delirium efficere, ſed ferè perpetuum, ac nunquam ceſſans, ita vt medici exiſtiment affectionem eſſe in cerebro: quam ob cauſam eam partem appellarunt phrenas; quoniã mente communicat. Hæc voluit Gale. lib. 5. de Loc. pat. cap. 3. dicens, Ab aliarum verò partium nulla perpetuum deliriũ procedit, dempto ſolo ſepto tranſuerſo, cuius vitio excitatum delirium parum continuo diſtat, adeo vt veteres putauerint hac parte inflammatione affecta homines phreniticos euadere, atque ob eandem ſuſpicionem, phrenas, id eſt, mentem, eam appellauerunt, tanquam ſapienti parti conferat quippiam. Docet autem ibi Galenus hanc delirij ſpeciem à vera phrenitide diſtinguere. Poſſet aliquis obiicere. Si inflammatio eſt in ſepto tranſuerſo, non ſentietur pulſus in hypochondrio: ſeptum enim tranſuerſum ſupra hypochondrium eſt. Reſpondemus quòd ſeptum tranſuerſum, diſtinguit partes intra thoracem à partibus, quæ ſubiiciuntur hypochondrio: eſtque adeò proximum ipſi hypochondrio, vt ſi inflammatio fuerit in ipſo, facile poſſit tangi compreſſo hypochondrio, ac percipi pulſus. Quod autem ex ventriculi inflammatione delirium ſequatur, conſtat ob maximam connexionem, quam habet potiſſimum os eius cum cerebro per neruos ad ipſum peruenientes, vt apud Galen. lib. 5. de Loc. pat. cap. 5. vbi narrat accidentia quæ ventriculus inferre ſolet, de quibus ſunt conuolſiones, morbus comitialis, & melancholia. Et lib. 3. cap. 5. de delirio ſequente febris vigorem, inquit, Haud ſecus fit ea affectio, quæ ſuffuſioni in accidentibus ſimilatur, à ventriculi diſpoſitionibus ortum habens, namq; cerebrum ventriculo, & ventriculus cerebro, ſuas affectiones tranſmittit: idque propter neruorũ à cerebro ad os ventriculi deſcendẽtium magnitudinem, per quos etiam ſenſus huic particulæ, quàm vlli reliquarum partium corporis acutior eſt. Neq; tamen credendum eſt omnem inflammationem oris ventriculi facere delirium, ſed tantùm eam quæ magna fuerit, vt vult Galen. in Comment. Et argumentum Hippoc. eſt validum in præſenti, ſi pulſus in ventriculo adſit, delirium ſignificat: nam non omnis inflammatio efficit pulſum, hoc eſt, magnum pulſum, niſi malum increuerit: quoniam pulſus non eſt de ſignis inflammationum ſed magnarum tantùm, & maximè cùm tendunt ad ſuppurationem, vt Galen. inquit lib. 13. de Morb. cu. iuxta initium. Si ergo ad pulſum faciendum opus eſt magnam eſſe inflammationem, & magna inflammatio communicans cerebro inferi delirium, meritò dixit, Si pulſus adeſt, delirium ſignificatur. Hæc de ſepti tranſuerſi, & ventriculi pulſu. In his autem ſicuti & in aliis omnibus partibus pulſus ex inflammationibus excitatur, quoniã partes inflammatæ immodicè calẽt, & calorem ſanguinis contenti in arteriis proximis, aut in ipſis ingredientibus augent, & inde coguntur magnas facere diſtenſiones. Si verò præter id quod in hypochondrio pulſus adeſt, oculos habuerit inſtabiles: (idem enim eſt crebro pupillam moueri, & inſtabiles eſſe oculos, qualem diſpoſitionem declarauimus circa prog. 6. huius libri) non tantum ſignificat delirium, ſed magnum delirium, quod explicuit Hippoc. per verbum μανῆναι, quod valde inſanire ſignificat. Mania etiam ſiue inſania tripliciter accipitur ab Hippoc. Vno modo pro magno delirio: alio modo pro delirio ſine febre, à calido humore: tertio modo pro delirio ſine febre à frigido humore. Primo modo accipitur in præſenti loco, vt inquit Gal. in Comm. verùm hoc loco non ſimpliciter ait fore delirium, ſed maniam, indicans vehemẽs quoddam delirium. Et ſupra in prognoſt. 17. dixit ſtridorem dentium non aſſuetis à natura eſſe μανικὸν. id eſt, ſignificarẽ maniam. & Galen. in Comment. maniam, (ſiue inſaniam) dixit quaſi vehementem mentis commotionem, vbi hanc acceptionem declaraui. Secundo modo accipitur pro delirio ſine febre à calido humore. Primum, quòd accipiatur pro delirio ſine febre, conſtat ex lib. 1. de Morb. pop. part. 2. ad finem ſecundi ſtatus, vbi dixit Hippocrat. Senioribus verò, & quibus iam calor vincitur, paraplegię, aut maniæ. Et Galen. in Comment. explicans vocabulum, dixit, maniæ autem ſine febre deliria. & lib. 1. Prorrhe. Comm. 1. μαίνεσθαι ſiquidem id eſt, inſanire omnes homines dicunt, eos qui deſipiunt citra febrem: φρενιτίζειν verò, qui cum febre id patiũtur. intelligitur autem cum continuitate delirij propter deliria, quæ fiunt in febrium vigoribus & lib. 3. de Morb. pop. par. 3. vbi dixit Hippocr. Nec̃ phreniticorum vllus valde inſaniuit. ibi Hippoc. hoc verbo ἐξεμάνη, vſus eſt. & Galenus id explicans in Comment. inquit, In hoc enim ſolo quòd continuè inſit cum febre, phrenitim intelligimus, nullo alio à mania differentem, præterquam febre. Sola ergo febre diſtinguuntur mania & phrenitis, & phrenitis fit à calido humore, fiet ergo & mania. Et lib. 3. de Loc. pat. cap. 5. ad initium inquit, Interdum verò vbi principales actiones læſæ ſunt, febris quoq; accedit, vt in phrenitide, & lethargo: interdum ſine febre vitium eſt, vt in mania, & in melancholia. Quòd autem mania à calido humore fiat, probatur ex Gal. lib. 2. de Cauſis ſymptom. dicente, Porro omne delirium depravatus eſt principis facultatis motus à prauis ſuccis, aut cerebri intemperie ortum habens, ac phrenitis nominatur, ſi febris acceſſerit. Mania verò ſi citra febrem accidat, hæc interim mordaces ſequitur ſuccos, qualis eſt præcipuè flaua bilis: interim à calidiori cerebri intemperatura naſcitur. Sola autem melancholica (vt vocant) dementia à frigidiori ſucco, vt cauſa euenire ſolet. Hæc eſt, de qua Paulus lib. 3. cap. 14. dixit, Si quando verò præaſſata plus æquo flaua bile, in atram facta iam fuerit permutatio, maniam inferre aſſolet, in qua ferocius quàm in melancholia deſipiunt. hanc itaque Latini furorem appellant. Inſania verò non tantùm hunc morbum ſignificat, ſed phrenitidem, & melancholiam apud Celſum lib. 3. cap. 18. Tertio modo accipitur ab Hippoc. mania, pro vera melancholia, quæ eſt delirium à frigido humore. vt in Aphor. 21. lib. 6. Furore correptis ſi varices, aut hæmorrhoides ſuperueniant furor ſoluitur & Galen. in Comm. inquit, Maniam hoc loco appellat eam, quæ eſt propriè melancholia, non eam quæ à bile: Varix enim dilatatio eſt venarum, quæ ſunt in femoribus, & cruribus à craſſo, & melancholico humore facta.

Ventriculus cerebro conſentit.

Pulſus non omnibus inflammationibus communis.

Mania tripliciter accipitur apud Hippoc.

GALENI COMMENT.

IN quibuſdam codicibus non pulſus ſed ſubſultio legitur. ac perſpicuum eſt vt tale accidens ob ſpiritum fiat flatuoſum. Sed in multis codicibus legitur pulſus: aut qui ſimul cum magnis fatiget inflammationibus, aut inſenſibilis ægro motus arteriæ in ſpina maiorae: quemadmodum libro de Morbis vulgaribus ſecundo dixit: Vbi vena in cubito pulſat, inſanum furibundúmque eſt. Conſtat enim vt pulſare de magna adeo & vehementi afferat motione arteriarũ, vt antequam contingatur, innoteſcat, interdum ægro duntaxat,

taxat, quandoque etiam deforis intuentibus. Sed quodcunque horum fuerit accidens, ſignum non bonum eſt. Maior enim arteria pars eſt maximè principalis, & item venter, ac iecur: quomodo ſeptum tranſuerſum? At ex his prorſus vnum afficitur, ſiue ſubſultio, ſiue pulſus legatur. Septum verò tranſuerſum, delirium infert promptiſſimum: quam ob rem maiores id præcordia nominauerunt: & item os ventriculi, quoties inſigni afficiat inflammatione. Aliæ verò partes, ubi quæ aliquam ex prædictis affectionem traxerunt, in periculoſam incidunt affectionem: Quapropter meritò Hippoc dixit, vel perturbationem vel delirium ab eo accidente ſignificari. perturbationem quidem vno communi accidente omnium periculoſarum affectionum: ex quibus non ſolùm ægri, ſed etiam medici perturbantur: delirium verò ob ſeptum tranſuerſum, & item os ventris. Cæterum de muſculis in ilius, conſiderandum eſt. neque enim neceſſariò delirium, neque periculum pulſantes ſubſultantéſue inferunt. Non igitur magis propriè inaudire oportet verbum, inſit, per dictionem qua dixit Hippo. Si verò pulſus inſit in ilius, quippe qui velit prædicte in ilius pulſum ſubſultionémve de vocula, inſit, ſignificari. Verùm conſpicari talium oculos oportet. Si enim crebro obitus mouetur, expectanda inſania eſt. Cùm perturbationem, aut delirium dixerit ab eo accidente ſignificari: nunc determinat, docétque quando delirium, quando perturbatio ſola futurã ſit. Determinatio verò ab oculorum ducitur motione. Quos nõ ſolùm hac in re, ſed etiam in aliis morbis omnibus, in quibus inſpexeris fore delirium, exquiſita ratione conſiderabis. Si enim inſtabiles apparent, iudicatur delirium. Verùm hoc loco non ſimpliciter ait fore delirium, ſed inſaniam, indicans vehemens quoddam delirium ex prædictis indiciis affuturum. Porrò vt oculorum crebra motio delirij firmet ſuſpicionem, patere arbitror ex iis quæ à nobis explanata iam ſunt, vbi muſculos oculorum diximus primos ſentire cerebri affectiones, ipſum verò cerebrum ſeptum ſepto tranſuerſo & ori ventriculi conſentit, quemadmodum cæteris omnibus neruoſis membris. Cùm enim ex illo omnes naſcantur nerui, quæcunque pars plurimis aut maximis participat, hæc meritò in conſenſum originem eorum perducit.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

In prima parte dicit partem illam (Pulſus) ab aliis legi palpitatio, quam conſtat fieri etiam ab ſpiritu flatuoſo: ſed in multis codicibus legi pulſum, & intelligi pulſum qui in magnis inuenitur inflammationibus, aut pulſum magnæ arteriæ, quæ dorſo adhæret. Quemadmodum & ſecundo de Morb. pop. dixit: Si vena in cubitu pulſat, inſanum, furibundúmque eſt. Eſt autem in eo loco pulſus, magnus motus arteriarum, qui innoteſcit vel ipſi ægro antequam tangatur, vel foris conſpicientibus nondum tangentibus. *Sed ſubſultio* Græcè, *ἀλλὰ παλμός*: hoc eſt, ſed palpitatio, ſicque in aliis locis. Sed non poteſt intelligi ſententia præſens de vera palpitatione: quoniam fit ab ſpiritu craſſo flatuoſo, & abundantia ipſius non oſtendet delirium, aut perturbationem, neque ſi cum tali palpitatione oculi inſtabiles eſſent, vehemens ſperaretur delirium: niſi ex ſola oculorum motione id poſſet ſegni. Gal. lib. de Palpitatione probat ipſam fieri á craſſo ac vaporoſo ſpiritu, diſcuſſu carente, quam affectionem contra Praxagoram conſimiliter probat non eſſe referendam ad ſolas arterias, ſed cutim, ac muſculos palpitare viſos. Largo tamen modo ſumendo palpitationẽ, aut pro vehementi motione arteriæ maioris & magno pulſu, poſſet legi palpitatio: quemadmodum legitur apud Hippoc. lib. 1. de Morb. po. par 3. in hiſtor. Sileni, de quo ſcripſit, Hypochondrij palpitatio continua. & Galen. in Commen. inquit, Præterea & hypochõdrij palpitationem tremorémque continenter illi fuiſſe ait, quod in prognoſtico vel turbationem, vel maniam ſignificare dicebatur. Viſa eſt autem homini fuiſſe quædam in ſepto tranſuerſo phlegmone. In hoc loco Hippoc. palpitationem appellauit eum pulſum qui prædictam ſequebatur inflammationem. Vtroque modo legi præſentem ſententiam pulſum, aut palpitationem, refert Galen. libr. 3. prorrhet. Comm. 52. *Lib. de Morbis vulgar. ſecundo dixit*. Adde ὁ ἀνὴρ, id eſt, vir. ſcribitur autem lib. 2. par. 5. cui vena in cubito pulſarit, inſanus & iracundus eſt.

Palpitatio.

Palpitatio largo modo pro magno pulſu.

In ſecunda parte, quæ incipit (Sed quodcunque) probat meritò Hippocr. dixiſſe, ſi adſit in hypochondrio pulſus, ſignificare perturbationem, aut delirium. Nam ſiue magna arteria, ſiue iecur, ſiue ventriculus, ſiue ſeptum tranſuerſum afficiatur, aliquod tale ſignificabitur. Si ſeptum tranſuerſum inflammetur, conſtat, quòd inferet delirium ob connexionem cum cerebro: quare ipſum φρένας appellarunt: ventriculi quoque inflammatio idem faciet. Si fuerit magna aliarum partium affectio, perturbationem oſtendet.

In tertia parte, quæ incipit (Cæterùm de muſculis) docet Hippocr. loquutum de pulſu, qui exiſtit in intimis partibus hypochondrij: quoniam in muſculis exterioribus ventris fieri poteſt pulſus, & non ſignificabit delirium, neque perturbationem, ſiue periculum. Quòd autem loquatur de intimis partibus pulſantibus conſtat, quia dixit ἐνεῖν, quod ſignificat, intus exiſtere. *Non igitur magis propriè inaudire oportet verbum inſit*. Græcè μήτε οὖν ἰδιώτερον ἀκούειν χρὴ τὸ ἐνεῖν ῥήματος. quod eſt. Non igitur inconſideratius accipi debet verbum, inſit, Litera tamen Laurentiani nullum facit ſenſum.

In quarta parte, quæ incipit (Verùm conſpicari) docet quo pacto diſtingui debet, an futurum ſit delirium, an perturbatio. Delirium enim oſtendunt oculi inſtabiles, qui non ſolum in præſenti diſpoſitione, ſed in multis etiam aliis, quum mouentur & agitantur, delirium oſtendunt. Cæterùm in præſenti, vbi cum pulſu adfuerit talis oculorum diſpoſitio, non tantùm ſignificabitur delirium, ſed mania, hoc eſt, vehemens quoddam delirium. Quòd autem oculorum frequens motus atteſtetur delirium, ob id eſt, quòd oculorum muſculi tanquam cerebro proximi, cerebro ſtatim compatiuntur. Quòd autem cerebrum conſentiat ſepto tranſuerſo, & ventriculo, ob neruorum multitudinem fit, quemadmodum & in omnibus neruoſis particulis contingit. Contra Gale. ſententiam poſſet quis inſtare. Non enim videtur quod oporteat medicum vti hoc ſigno de inſtabilitate oculorum ad cognoſcẽdum futurum delirium quoniam id ad maniam ſignificandam, id eſt, ad cognoſcendum vehemens delirium, eſt conueniens: delirium autem futurum oſtẽdet, quòd inflammatio ſit in ſepto, aut in vẽtriculi ore. Ad quod reſpondemus, quod Hipp. in progn. tantum pulſum ſcripſit, modò pulſus tantùm de ſe non magis oſtendit delirium, quàm perturbationem. Quia ergo ex ſolo pulſu id non poterat cognoſci, addidit aliud ſignum, quod oſtendet, quod ipſorum futurum eſt, aut delirium, aut perturbatio. Quòd tamen ſufficiat notitia partis patientis, ad id diſtinguendum, docuit Gal. non Hippoc. Quòd verò Hippoc. inſtabilitatem oculorum ſcribat oſtendere vehemens delirium, ſiue maniam, nihil obſtat: id enim quod oſtendit magnum delirium, ſimiliter oſtendit delirium: quia in magno delirio delirium ſimpliciter dictum includitur. *Sed inſaniam.* Vt dixi in expoſitione apud Celſum, inſania commune eſt vocabu-

Oculorum frequens motus oſtendit delirium.

Digitized by Google

lum ad maniam, phrenitidem, & melancholiam: inde eſt, quòd melius dixiſſet Laurentianus maniam.

PROGNOSTIC. XXV.

OEdema verò in hypochondrio durum, ac dolens, peſſimum eſt, ſi fuerit circa totum hypochondrium: ſi verò in altera parte fuerit, in ſiniſtra minus periculoſum eſt.

In præſenti progn. de phlegmone hypochondrij loquitur Hippoc. vt docet in Comment. Galen. verùm talis phlegmone aut erit in hypochon. propriè dicto, nempe in carne & muſculis abdominis, aut in hyppochond. impropriè, hoc eſt, in membris interioribus ſubiectis abdomini. Vtroque modo vera eſt Hippoc. ſententia, ſed magis in ſecunda acceptione: ab ea namque diſpoſitione maius imminet periculum, per quam iecur & lien inflammantur, quàm ab ea per quam muſculi ventris. Si quis ergo voluerit malitiam diſpoſitionis hypochondrij diſquirere, tactu eam inueniet. Si enim in ipſo tumor aliquis durus ac dolẽs fuerit, aut occupauit totũ ipſum hypochondrium aut aliquam eius partem. Si totum, peſſima erit hæc diſpoſitio: ratio eſt, quia in compoſitione & temperatura laborat totum ipſum. Vbi namque phlegmone adeſt, tumor adeſt, & calida intemperies, quibus durities eſt adiuncta. Quòd ſi in vnica parte tantùm exiſtat talis phlegmone, minus periculi imminet ex phlegmone quæ exiſtit in ſiniſtra, quàm ex illa quæ in dextra. Nam ſi intelligatur de phlegmone quæ eſt in membris interioribus, in iecore deterior eſt quàm in liene, quanto iecur liene magis præcipuum membrum eſt. Quòd ſi id fiat phlegmone in abdomine, quando fuerit in latere dextro iecur comprimet, ac alterabit: quando verò in ſiniſtra abdominis parte, lienem. Bene ergo dixit. Si verò in altera fuerit, ſiniſtra minus periculoſa eſt. Quòd tamen in dextra parte exiſtat iecur, & in ſiniſtra hypochondrij parte lien, ex anatome conſtat: & ſi prodigioſè contrarium viſum ſit apud Ariſto. lib. 1. de Hiſtor. animal. cap. 18. & lib. 2. cap. 17. lien in dextra parte, iecur in ſiniſtra. An tamen exiſtat inflammatio, & in quo loco facilè eſt tactu deprehendere, quando fuerit in muſculis abdominis, difficilè quando fuerit in partibus interioribus. Cùm enim in partibus his fuerit, tactus difficulter pertingit ad ipſam inflammationem cognoſcendam, cùm interponantur tot muſculi caro, cutis, & peritonæum. Quamobrem dixit Gale. lib. 5. de Loc. pat. cap. 6. Conſtat autem iecur intra hos ſub peritonæo eſſe poſitum, quod cùm tribus contegatur muſculis, fieri non poteſt vt tactus aliquam ipſius notitiam, præſtet, niſi magna in ipſo oriatur inflammatio, aut incumbentes ei muſculi extenuẽtur. Quæ ratio nõ minus doceret difficilè deprehendi phlegmonas lienis. Verumtamen lib. 6. de Locis pat. cap. 1. facilius dicit deprehendi lienis inflammationes quàm iecoris ob ipſarum duritiẽ. Quàm etiam difficilè tangantur inflammationes, quæ ſunt in iecoris ſimis partibus, ſatis conſtat: licet vt vult Gal. loco citato ex lib. 5. de Lo. pat. ſemper communicent inuicem ſimarũ & cauarum partiũ phlegmonæ, ob id tamen quia difficulter tactu deprehenduntur, alia ſigna ad huius morbi inflãmationes cognoſcendas ſcripſit. Docet quoque quo pacto muſculorum inflammationes ab inflammationibus iecoris diſtinguantur, dicens: Cæterùm quibus à natura vel à morbo extenuatum eſt abdomen, in his facilè eſt videre ingentem iecoris inflammationem, quæ propriam hanc à muſculorum tumoribus ſortitur differentiam, quòd moles ſub manibus ad concer-

Iecur à dextris, lien à ſiniſtris.

Iecoris & lienis inflãmationes difficilè cognoſcuntur tactu.

Iecoris inflammatio ab ea quæ in muſculis, quomodo diſtinguitur.

uatam circumſcriptionem deſinit. At muſculus quilibet cùm totus ſibi continuus ſit, inflammationis ipſius moles ſenſum diminui conſueuit: quippe ſoli iecinori proprium eſt, vt tumoris cumulum comprehenſum habeat circumſcriptum. Sententiam ſecundæ partis progn. quòd minus periculum ſignificent inflammationes ſiniſtri hypochondrij, quàm dextri. De intimis hypochondriorum partibus conſtat ex Hippoc. lib 6. de Morb. pop. par. 2. ſectione 31. dicente, Conſiderandæ hypochondriorum exceptiones, ex qualibus ad qualia, atque aliæ inflammationum item viſcera obſidentium, qualia poſſunt, ſiue ex iecinore in lienem fiant, ſiue contra, & quæcunque talia.

GALENI COMMENT.

OEdema ſolet Hippocrates nominare omnem molem præter naturam: recentioribus medicis vocantibus vnam tantummodo molem quæ premendo dolore vacat, & digitis cedit. Quam verò rurſus medici recentiores propriè nominant inflammationem: hanc Hippocr. compoſita dictione durum & dolens œdema appellitat. Inflammationis enim vocabulum de inflamine afferebat. Itaque conſtat vt talis affectio ſi dextra affligat parte, periculoſior ſit, propter iecur: indulgentior ſi ſiniſtra, propter lienem: exitioſiſſima ſi vtraque laceſſit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte, explicuit ſignificationem huius vocabuli οἴδημα, dicens Hippoc. appellare œdema omnem tumorem præter naturam, licet recentiores medici eum velint ſignificari, qui eſt mollis ita vt digitis cedat, & dolore vacet. Apud Hippocr. itaque œdema tumorem omnem ſiue mollem, ſiue durum ſignificabat, vt lib. 5. Aphor. Commen. 65. Gal. inquit, Omnes præter naturam tumores Hippocr. οἰδήματα nominat. Et lib. 6. de Morb. popul. par. 1. Comment. 2. inquit, œdematis nomen neceſſario conſiderare oportet, nempe videtur Hippo. perpetuo, vt ſæpius eſt demonſtratum, omnes præter naturam tumores ita nominare, ſiue abſque dolore & duri fuerint, quos propriè ſcirrhos appellãt, ſiue dolorem habuerint, quos priuatim phlegmonas vocant, ſiue dolore caruerint, & laxi fuerint, quos ſolos œdemata nominant. Et lib. codẽ, par. 3. Comm. 12. inquit: Dixi autem iam ſæpius œdema vocare ipſum tumorem præter naturam omnem, ſiue phlegmonoſus, ſiue eryſipelatoſus, ſiue ſcirrhoſus fuerit, recentioribus ſolùm qui laxus eſt, molliſque tumorem œdema vocãtibus, de qua ſignificatione in expoſitione prognoſtici 30. dicam Conſequenter Gal. explicat, quare dixit Hippo. œdema durum, dolens, quoniam phlegmonem ſignificare voluit. Ea tamen non propriè explicantur apud ipſum per hoc ſimplex vocabulum φλεγμονή, quoniam ſignificat id vocabulum, eam etiam quæ propriè appellatur φλόγωσις, id eſt, inflammatio. Significabat quoque eo tempore herpetes, & eryſipelata, & carbunculos, vt inquit Gal. lib. 4. de Ratio. vict. acut. Comment. 21. Quoties legitur *Molem.* Græcè habetur ὄγκον, id eſt tumorem. *Inflammatio.* Græcè φλεγμονή, id eſt phlegmone. *Inflamine.* Græcè φλεγόντων, id eſt inflammationis.

Oedema apud Hippocra. omnem tumorem ſignificat.

In ſecunda parte, quæ incipit (Itaque conſtat) concludit ſententiam Hippoc.

PROGNOSTIC XXVI.

SIgnificant autem huiuſmodi œdemata in principio periculum mortis breui futuræ.

De inflammationibus, quæ fiunt in iecore liene,

ventriculo

Digitized by Google

ventriculo & peritonæo, vera eſt præſens ſententia, ab initio huiuſmodi inflãmationes ſignificare mortem breui futuram, ob magnitudinem periculi imminentis ex ipſis. Reprehendendus tamen foret qui crederet id poſſe intelligi de inflammationibus muſculorum hypochondrij. Nam tales rarò inducent

Inflammationes muſculorum hypochondrij.

mortis periculum, aut ob inſignem magnitudinem fiet id. Hanc ob rem lib. 2. Prorrhet. Comm. ſectionis 21. Gale. reprehendit autorem libri qui dixerat, Febres ex hypochondriorum doloribus malignæ: dicens; orationem hanc, ſiue libri huius autor, ſiue alius ſcripſerit, non laudo: niſi etenim limitetur bifariã, falſa eſt, & gemina indiget limitatione. Cùm ergo non pauca in hypochondriis ſitæ ſint partes, febres non ſunt omnibus in his malignæ, ſed in ſepto tranſuerſo, ventriculo, & iecore. Scimus quoque & muſculos quoſdam qui inibi iacent, ſi inflammentur, febrem accendere. Quinimo neque vbi in iecinore, vel ventre, vel ſepto tranſuerſo phlegmone oriatur, febris hæc continuò maligna eſt, ſed acuta forſan fuerit, quanquam neq; hoc quidem perpetuò, nondum verò maligna. Quod ergo de febris malignitate, quam non credit neceſſariam in hypochondriorum inflammationibus, dixit hic Galen. ad periculum mortis transferri poteſt. Nam ex inflammationibus, quæ non ſunt in intimo hypochondrij, non conſurgunt febres malignæ, neque etiam periculoſæ, niſi vt dixi, rarò: neque ex intimis inflammationibus conſurgunt ſemper febres malignæ neque acutæ. Quare neque etiam imminebit periculum mortis breui futuræ. Eandem reprehenſionem repetit lib. 3. de Morb. pop. part. 2. in præfatione dicens, melius enim eſſet dixiſſe, febres ex cerebro affecto malignæ, febres ex cerebri membranis affectis malignæ, febres ex pulmone & multò magis ex corde affecto malignæ: quàm febres ex hypochondriis malignæ. Si propriè quidem intelligamus hypochondriorum appellationem, inter febres acutas leniſſimæ ſunt: ſi verò non propriè, ſed cum appellatione comprehenderimus ventrem, iecur, lienem, ſeptum tranſuerſum, nonnullæ quidem malignæ, aliæ verò mites: vt in commentariis de Locis pati. eſt demonſtratum. Ex his conſtat non tantum non omnes febres ex hypochondrio eſſe acutas, & graues, ac malignas, ſed neque eas quæ ſunt ex inflammationibus interiorum hypochondrij partium. Sed contra ſententiam Hippocr. videtur eſſe argumentum, ſi inflammationes hypochond. accepto propriè vocabulo, leniſſimæ ſunt, malè dixit, ex eiuſmodi pendere periculũ mortis breui futuræ. Quòd ſi diceris Hippocrat. impropriè vſum fuiſſe vocabulo ac intellexiſſe per hypochondrium intimas partes, vt iecur, lien, ſeptum tranſuerſum, & peritonæum, ac ventriculum, vt vult Galen. in Comment. contra id eſt quod dixit Galen. in duobus citatis locis, aliquas ex febribus, quæ ab intimis hypochondrij inflammationibus ortum habent, non eſſe malignas, ſed mites. & in Commentario allegato ex ſecunda Prorrhet. neque perpetuò acutam eſſe talem febrem dixit. quod manifeſtè eſt contra Galen. in Comm. qui de inflammationibus intimarum partium dicit intelligendam ſententiam prognoſtici.

Hypochõdrij inflammatio quando mortem minatur.

Ad quod reſpondemus, quòd Hippocr. in præſenti prognoſtico non vult omnem inflammationem hypochondrij adhuc interioris afferre periculum mortis breui futuræ, ſed eam tãtùm quæ præter id quod in intimo hypochondrio fit, febrem atque acutum inducit morbum, aut quæ cum acuto morbo coniungitur: quod de illis, quæ febrem continuam acutam coniun[illegible]m non habent, non eſt neceſſum vt mortis periculum breui futuræ immineat.

Hypochondrium apud Hippocratẽ.

Accipitur autem hypochondrium in hoc ſignificato pro partibus, quæ ſubiacent in intimo hypochondrio apud Hippoc. in prognoſt. 28. ſequenti, vt vult Gal. in Comment. & ſimiliter in Aphor. 64. ſectionis 4. vbi dixit, Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quatuordecimo ſuperuenerit, bonum, niſi dextrum hypochondrium obduruerit, id eſt, niſi aliquis malus affectus ex iis quos antea diximus, viſceri, hepati videlicet acciderit. De harum ergo partium intimarum hypochondrij inflammationibus verum eſt quod dixit Hipp. ſignificari mortis breui futuræ periculum. Quòd ſi dicas paruæ inflammationes iecoris non oſtendunt mortis periculum, vt ſupra ex Galeno diximus, verum eſt, ſed Hippoc. de his loquitur, quæ febrem afferunt continuam, vt dixi. Prætetea de eis loquitur quæ tumorem durum dolentem efficiunt: qui magnus quoque eſſe debet, ſi tactu percipi poſſit. Talis autem meritò afferret periculum mortis breui futuræ.

Mortem indicare quid.

Dixit autem futuram mortem indicare, non quoniam omnes mori neceſſum ſit, qui tales inflammationes in intimo hypochondrio patiuntur: ſed quoniam id eſt de lethalibus ſignis, & cum aliis mortem adducet, licet per ſe id non poſſit. quoniam ſignorum vires perpendendæ ſunt. Habent enim alias terminationes inflammationes iecoris, aut lienis, vt per fluxum ſanguinis narium, vt in progn. 23. ſequ. aliquando etiam per ſuppurationem, vt in prognoſtico ſequ. 31. & 35.

Periculum mortis primis diebus.

Dixit tamen à principio ſignificari periculum mortis breui futuræ: quoniam in primis diebus aliud ſignificat quàm in ſequentibus, vt alij ſimiliter morbi. In primis enim naturam oſtendit acuti morbi, & acuti breui tempore iudicantur: ergo cùm ex morbi ipſius natura periculum immineat, id erit breui futuri mali. Si tamen primos dies tranſgrediatur, cùm iam referat naturam longi morbi non terminabitur cito, & id erit aut per coctionem & ſuppurationem, aut per reſolutionem: quam diuerſitatem ex temporibus ſignificandi ſimiliter explicuit Hipp. lib. 3. prog. 11. vbi capitis dolores vehementes cum febre, aliud primis, aliud poſtremis diebus ſignificare dicit. & in progno. ſequ. poſt diem viceſimum dicit eſſe ſperandam ſuppurationem.

GALENI COMMENTARIVS.

PRaditum in ilsis ædema ſi durum ac dolens eſt a medicis recentioribus propriè nominatum inflammatio, periculum mortis cito futuræ ſignificat. At verò id, niſi aliquid intimum afficiatur, mendacium eſt. Conſtat verò vt intimum ſit iecur, & item ventriculus, lien, & peritonæum. Nam muſculi in ilsis, ſi inflammatione laborant inferre mortem qui poſſunt? niſi ſanè rarò, aut propter magnitudinem inſignem inflammationis, aut propter virium debilitatem, aut etiam quia medicus malè curet, aut quia æger aliquid committat. Itaque confuſius indefinitiuſque talem dictionem ſcripſit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In præſenti comment. explicat membra quæ attinent ad hypochondria, ex quorum inflammatione poterit mors ſperari, aut periculum ipſius imminere, vt iecur, lien, vẽtriculus peritonæum, de quorum inflammatione intelligi poteſt dictum Hippo.

Dogmata antiquorum quomodo accipienda.

de illis verò quæ in muſculis fiunt, non niſi fuerint ingenter, aut ob virium imbecillitatẽ, aut quia medicus eas malè curet, aut ob ægrotantis errorem itaque indefinitè loquutum Hip. dicit. Poſſet certè Gal. tanquam veram & ſatis manifeſtam ſaluare Hipp. ſententiam, vt dixit, & nos explicuimus ipſam de intimis inflammationibus intelligendo. Nam vt ipſe

dixit lib. 2. de cauſis ſympto. qui antiquorum dogmata enarranda ſuſcipit, amicè magis deſiniere, quàm moroſè redarguere debet.

PROGNOSTIC. XXVII.

SI autem febris perſeuerans vigeſimum diem tranſgrediarur, & œdema non ſubſiſtat, in ſuppurationem vertitur.

Proſequitus Hippocrates doctrinam ſuam de tumoribus hypochondriorum duris, dolentibus, quos phlegmognas appellant: & quoniã de periculo mortis egerat, quod in primis imminet diebus: plures autem ex eis contingit liberari, conſequenter ſcribit alios duos modos terminationis ipſorum. Primus de quo in præſenti prognoſtico per ſuppurationem: ſecundus, de quo in 28. & 29. per fluxum ſanguinis narium. Per ſuppurationẽ verò illæ phlegmonæ hypochondriorum terminantur, quæ duas obſeruant conditiones: prima vt tumor non deſiſtat ante viceſimum diẽ: ſecunda vt ſimiliter febris non deficiat per id tempus. Tumor ſubſiſtere non debet, quoniam aut ſubſiſter quia omnino reſoluetur, & ſic non oportet alium finẽ ſperare, aut ſecundum partem reſoluitur, quo dato tenuis reſoluetur, & craſſa manebit in ſcirrhum verſa, in qua diſpoſitione ſuppuratio nõ ſperatur. Quod ſi non ſubſiſtat, neq; reſoluatur temporis ſpatio à calore maximè febrili coadiuuante, in pus vertetur humor: febrem autẽ durare per id tempus oportet, ſi phlegmone ſuppurari debeat. Nam febrem deficere indicat, in ſcirrhum verſum tumorem, & non adeſſe in parte calorem, neque in humore diſpoſitionem ad ſuppurationem recipiendam. Statuit verò viceſimum diem limitem, quoniam vt in expoſitione 21. prognoſt. viceſimus dies alter terminus eſt acutorum morborum, nempe externus, vt 2. lib. de Diebus decretoriis dixerat. Similem huic ſententiam ſcripſerat Aphor. 8. ſectionis 5. dicens, Quicunque morbo laterali laborantes quatuordecim diebus non repurgantur, in ſupputationem vertuntur. Sed tamen futuræ ſuppurationis terminum in morbo laterali definiuit, diem decimumquartum: neque obeſt quippiam præſenti ſententiæ. Nam duplex eſt acutorum morborum terminus, 14. & 20. Ex acutis ergo vehementiores & calidiores citius finiuntur, & breuiori termino: qui verò ſunt his magis tepidi, in longiori. Quia ergo morbus lateralis inflammatio eſt ex calido humore & iuxta cor ſita, citius quàm illa, quæ exiſtit in hypochondrio, meritò terminabitur. Similiter dixit, ſi viceſimum diem tranſgrediatur. Nam inflammationes non incipiunt ſuppurari ante viceſimum, neque in ipſo viceſimo, ad quem vſque poſſet aliqua iudicatio ſperari, quemadmodum & in laterali morbo non ſperatur ſuppuratio ante diem decimumquartum, neq; in ipſo, ſed poſt ipſum. Itaque ſi non repurgetur in quatuordecim diebus, is incipiet ſuppurari. Si ergo in viginti diebus non fuerit indurata phlegmone hypochondrij, aut reſoluta in die vigeſimo primo, incipiet ſuppurari. Contingit etiam ob caloris copiam, & humoris tenuitatem, & multitudinem, & alia, quæ ſolent coadiuuare, ſuppurationem ipſam ante vigeſimum incipere: quemadmodum & in laterali morbo ante diem decimumquartum. Veruntamẽ vtrobique Hipp. ſtatuit terminum certum, vltra quem non progredietur ſine ſupputatione. Nam ex acutis morbis aliqui terminantur die vndecimo, licet terminus ipſorum ſit dies decimus quartus. De huiuſmodi ſupputationibus, quæ fiunt poſt viceſimum diem, dicemus lib. 3. prognoſt. 11. & prog 25.

Quas conditiones debeāt habere tumores hypochondriorum vt ſuppurentur.

Morbi laterales ante ſuppurantur quàm inflā. hypochond.

GALENI COMMENTARIVS.

OMnis tumor præter naturam deſiecto committente eum humore curatur. Ergo perſpicuum eſt, vt niſi deſiſtat cunctantur humores, ac ſpatio temporis prorſus mutatio futura eſt per qualitatem, interdum ad putredinem, quoties (vt in defuncto corpore) nihil ad eorum concoctionem natura molitur: interdum ſi vires valent, in pus. Itaque meritò Hippocrates ait: Niſi deſiſtat inflammatio, & febris detinet ægrum, in ſuppurationem vertitur. Sedata enim febre, conſiderandum eſt num inflammatio aliqua ſcirrhoſa infeſtet. Nam ſæpenumero euenit ita, vbi morbum committentis humoris pars tenuior diſſletur, craſſior verò & ſequax in amplitudine corporis affecti depactaſit. Cæterùm quam ob cauſam vigeſimum diem limitem ſtatuit talium abſceſſuum ſuppurationis, lib. 2. de Diebus decretoriis dicemus.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte, omnem modum terminationis tumorum præter naturam calidorum de quibus hîc loquitur, ſcribit, vt inde probet veritatem prognoſtici. Tumores enim aut curantur, aut ſubſiſtunt reſoluto humore intus contento, aut ſi non diſcutitur longo tempore detentus, aut mala putredine afficietur, qualis eſt illa quę in corporibus mortuorum, in quibus putredines nullum opus naturæ referunt, aut vincẽte & valida natura in puris formam tranſeunt. ſed de his circa progn. vltimum huius lib. pluſa dicemus. *Omnis tumor.* Græcè. ἅπαντες οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι, διαφορουμένων τῶν ἐργαζομένων αὐτοὺς χυμῶν, θεραπεύονται καὶ καθίστανται. hoc eſt, Omnes præter naturam tumores diſcuſſis humoribus facientibus ipſos, curantur, ac ſubſiſtunt. *Interdum.* In primo loco. ποτὲ μὲν id eſt, interdum quidem. In ſecundo loco, ποτὲ δὲ, id eſt, interdum verò.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Itaque) concludit ſententiam progno. Quòd ſi febris detineat, & inflammatio non ſubſiſtit, ſuppuratio eſt ſperanda. Nam vbi febris deſinit, conſiderare oportet, an remaneat ſcirrhoſa phlegmone: id enim euenire ſolet, quoties inflammationis tenuior pars diſcutitur, craſſiore impacta manente in tenuibus meatibus patientis particulæ: de illa enim non ſperatur ſuppurationem futuram. Scirrhus ex 2. lib. de Arte cur. ad Glauconem, aliquis eſt exquiſitè talis, qui eſt tumor durus ſenſu priuatus: aliquis eſt non exquiſitè talis, qui non eſt omnino inſenſibilis, qualis eſt de quo in præſenti Comm. dixit eſſe ſcirrhoſam phlegmonem. De modis autem generationis ibidem, fieri à craſſis humoribus & & lentis indiſſolubiliter impactis, & induratis: aliquando quũ ſtatim à principio tales ſunt, aliquando etiam vbi inflammationes & eryſipelata medici immodicè adſtringunt, aut refrigerant, & ſtatim docet ne quis duros tumores immodicè reſoluẽtibus curare tentet. licet enim manifeſtam faciant in tumore diminutionem, reſoluto tenui, reliquum lapidis duritiem aſſequetur: quod etiam in caſu à Galen. explicito euenit, diſcuſſa tenui inflammationis parte. Finaliter quare ſtatuat Hippo. viceſimum diem limitem acutorum, rationem reddit lib. 2. de Diebus decretoriis ad finem. & nos de hac re diximus in expoſitione prognoſtici 21.

Scirrhi generatio.

PROGNOSTIC. XXVIII.

FIt autem his ſanguinis eruptio ex naribus in primo circuitu, & valde iuuat. Verum tamen interrogare opor.₃t, ſi dolet caput,

put, vel hebetantur oculi: ſi namque quippiam tale fuerit, eò tendet.

Tertium modum, quo finiri contingit inflammationes hypochondrij, ſcribit Hippocr. per fluxum ſanguinis narium, laudat hanc iudicationem, tanquam ſalutarem, vbi in primo circuitu eueniat, docet quoque ipſam antequam eueniat prædicere duobus ſignis, quorum alterum eſt capitis dolor, ſecundum hoc oculorum hebetudo. vt tamen docet Gal. in Comm. de inflammationibus hypochondrij interioris, intelligitur Hippoc. ſententia: quòd conſtar ex eo, quòd tales ſunt, quæ fluxu ſanguinis narium ſolent finiri rectitudine ſeruata, quemadmodum dixit Galen. lib. 3. de Criſibus, cap. vltimo. Sic etiam viſcerum ſub hypochondriis exiſtentium inflammationes, cauſæ ſunt ac ſigna ſanguinis fluxuum, quando morbus per excretionem debet terminari. Quòd ſi ad latus diuerſum ſanguinem fluere non eſt bonum, ſecundum directum verò eſt bonum. vt docet Hipp. & experientia monſtrat: iam tibi facilè eſt narem, ex qua fluxurus eſt ſanguis, præſcire, vbi cauſam iam fluxuri ſanguinis inueneris: dextrum enim hypochondrium ex dextra nare bonam criſim affert, ſiniſtrum ex ſiniſtra. Bona itaque iudicatio eſt in iecoris, & lienis inflãmationibus fluxus ſanguinis narium, ſeruata tamen rectitudine, quam in omnibus euacuationibus obſeruare oportet medicum, quemadmodum eam obſeruat natura: etſi aliquando fiat, vt medicus ignoret rectitudinem, quam natura ſeruauit. Fieri quoque ipſam decet in die decretoria, quod ſimiliter ad certitudinem, & firmitatem iudicij eſt neceſſarium. Per ipſum autem circuitum ſpatium ſeptem dierum intelligere oportet, intra quod commodè ſolent tales fluxus ſperari, licet aliquando poſt ipſum euenire ſoleant, ſed rarò, quemadmodum Hippocr. ſcripſit lib. 3. progn. 11. Signa verò quæ ſcripſit de capitis dolore, & de hebetudinibus oculorum lib. 3. in expoſitione progn. 33. latius exponentur.

Hippoc. inflammatio qua fluxus ſanguinis curatur.

Fluxus ſanguinis nariũ in iecore & lienis inflammatio.

GALENI COMMENTARIVS.

Quia inflammationes in illis indefinitius commemorauit, per hanc quoque dictionem definire ipſe videtur. Sanguinis enim fluorem fieri dicit è naribus, qui ex vſu admodum fit: id quod per inflammationes in iecore & liene fieri potiſſimum ſolet: de quibus alicubi, fluere ſanguinem recto itinere commendauit: è contrario verò culpauit, docens ipſe quidnam econtrario intelligat: verbi gratia, liene grandiore fluere ſanguinem è nare dextra. Sanguinis fluorem in prima circuitione fieri dixit decretoriorum ſcilicet dierum: ac legitur dictio biſariam, ſingulariter & pluraliter. Singulariter quidem in prima circuitione: pluraliter verò, in primis circuitionibus. Si igitur legatur ſingulariter, ſeptenariam indicat circuitionem. Si pluraliter, conuenit quoque ſeptenariam intelligi circuitionem. In quibuſdam enim ſanguis ſecundo ſeptenario effluit. Sed potius intelligi oportet in tali dictione quaternarias circuitiones. Nam in pleriſque funditur ſanguis primis ſeptem diebus: paucis nono & vndecimo: rariſſimis quartodecimo. Cæterùm tendentibus ſurſum verſus humoribus, ſanguinis fluorem fieri docuit, adiiciens ſigna, capitis dolorem, & item hebetudines oculorum. Sed deinceps de eo latius docebit, quo loco nos quoque ſermonem omnem de ſanguinis fluore integrè abſoluemus.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte docet ex hac ſententia manifeſtè declaraſſe Hipp. mentem ſuam eſſe loqui de intimis hypochondrij partibus: quoniã id non declarauerat in ſuperioribus, quod tamen declarare deberet, in progno 26. Conſtat autem mens ipſius, quoniam dixit, in ipſis prodeſſe ſanguinis fluxum è naribus, qui in inflãmationibus iecoris, & lienis recto tramite factus ab ipſo commendatur. *Sanguinis enim fluorem* Græcè, *αἱμοῤῥαγίας*, id eſt, ſanguinis eruptiones. Corrigendus etiam codex Baſilienſis, qui habet, *αἱμοῤῥαγίας*. *Alicubi.* Lib. 6. de Morb. popu. par. 2. ſectione 12. vbi dixit, Secundum rectitudinem fiunt lateris dolores, hypochondriorum diſtenſiones, lienis tumores, & ex naribus eruptiones. Vbi in omnibus inflammationibus, & in ipſo laterali morbo oſtendit obſeruandam eſſe rectitudinem in euacuationibus, quam ipſa natura obſeruat. Quod ſatis poſſet barbarorum ſectam cõfutare, niſi fuerint prauè à pueritia inſtructi. Verùm ego neminẽ adeò inſanum exiſtimo, qui non nouerit in morbo laterali ſanguinis miſſionem recto tramite eſſe exercendam niſi à recto tramite diſcedere propoſuerit: verùm ignoſcendum, quibus pudet recãtare. Habetis de hac re quæ ſcripſi de ſanguinis miſſione in morbo laterali manu ſcripta, quæ excudenda dare non placuit, quia multorum ſapientium ſcripta traduntur hodie, quæ ſatis ſupérq; impugnant barbarorũ doctrinam.

Morbi lateralis curatio contra barbaros.

In ſecunda parte, quæ incipit (Sanguinis fluorem) dupliciter legi literam Hippoc. dicit, quidam enim legunt in primo circuitu, numero ſingulari, & ſignificat diem ſeptimum: quidam legunt in primis circuitionibus numero plurali, & ſimiliter ſignificat diem ſeptimum, qui continet duos circuitus quaternarios: nam duos ſeptenarios non comprehendet: quãdoquidem poſt ſeptimum rarò fiunt fluxus ſanguinis narium: vt in die 9 & 11. rariſſimè in die 14. licet in prg. 11. lib 3. aliquãdo, etſi rarius, dicat tales ſanguinis eruptiones euenire vſq; in 20. diem. Circuitiones ergo in plurali quaternarius ſignificabit.

In tertia parte, quæ incipit (Cæterùm) ſigna quædam addidiſſe Hippoc. dicit, quæ oſtendunt humorem ſurſum tendere, de quibus latius ſe dicturum promittit, id erit in Comm. 33. lib. 3.

PROGNOST. XXIX.

Sanguinis eruptionem magis expectare oportet in iunioribus trigeſimum quintum annum agentibus.

In duobus prognoſticis præcedentibus duas terminationes in inflãmationibus hypochondriorum ſcripſit, ex dierum numero diſtinctas. Nam quæ ſperatur per ſanguinis è naribus eruptionem, diem 7. habuit limitem, quæ verò per ſuppurationem diem 20. Nunc diſtinctionem ſcribit ex ætatibus illos aptos fluxui ſanguinis ſcribens, qui 35. annum nondum attingunt, quod etiam obſeruauit lib. 3. progno. 11. vbi de terminationibus doloris capitis cum febribus agens, ad 7. vſque dixit ſperari fluxum ſanguinis narium, viceſimo verò abſceſſus. In prog. 12. ab ætatibus facit diſtinctionem dicens, ſanguinis eruptionem eſſe ſperandã in natu minoribus 35. annorum, addit quoque in aliis ſperandam potius ſuppurationem, quod ſimiliter in præſenti locũ habet in inflammationibus hypochõdriorum. Quemadmodũ enim in morbi temporibus in primis diebus, in quibus magis ſapit naturam acuti morbus ipſe, oportet expectare fluxum ſanguinis: in aliis verò temporibus, quando ſapit naturam longi, minus calido facto morbo ſperatur abſceſſus. Sic & in ætatibus, in quibus maior eſt calor, fluxus ſanguinis ſperatur, in aliis potius abſceſſus: quales ſunt quæ trigeſimumquintum tranſgrediuntur. In illo loco duæ cauſæ ſcribũtur à Gal. nempe ſanguinis copia, & calor: in hoc tamen tres, copia ſanguinis, calor, & robur facultatis. Quòd autem dixit magis ſperandam in iuuenibus,

Fluxus ſanguinis cauſa.

ſanguinia eruptionem, ob id magis dixit: quoniam quemadmodum in progn. præcedenti dixit fluxum ſanguinis narium eſſe ſpectandum in prima circuitione, id eſt, vſque in 7. diem, nihilominus Galen. in Comment. concedit ipſum poſſe euenire 9. die aut 11. Ita modo licet tumoribus eueniant huiuſmodi ſanguinis eruptiones, non tollit, quin aliquando, ſed rarò poſſint euenire poſt ipſam ætatem.

Ætatum vniuerſalis diuiſio.

Quoniam autem in hoc opere ſæpe de ætatibus mentio fit, ſemel ætates omnes diſtinguere expedit. Ex Galen. doctrina ætates omnes quinque ſunt, pueritia, pubertas, adoleſcentia, iuuentus, ſenectus. Pueri, παῖδες appellantur à Græcis, quorum quidam ſunt ante dentitionem: ſecundo loco qui dentes edunt: tertio medij inter dentatos, & pubertati proximos: quarto pubertati proximi, de quibus 3. ſectio. aphor. Comment. 26. & 27. dixit, duodecimum & tredecimum annum attingere. Secunda ſequitur pubertas, de qua Comment. 27. adducto dixit, incipere à 14 anno. & 5. ſectione. Comment. 7. dixit ipſam procedere à 14. anno in 25. hanc Græci vocant ἥβην. Diuiſa tamen eſt in duas, in eam, quæ propriſſimè eſt pubertas, quæ extenditur à decimoquarto anno in decimum octanum, & in μειρακίων ἡλικίαν, id eſt adoleſcentium ætatem, quæ eſt à 18. in 25. vt prima ſect. Aphor. Com. 13. & 5. ſect. Comment. 9 dixit. Ea quæ eſt à 18. in 25. adoleſcentia eſt. Tertia ætas eſt iuuentus, quæ νεανίσκων & ἀκμαζόντων appellatur, id eſt iuuenum & vigentium, quos etiam appellauit Hippocr. νέους & νεωτέρους. lib. 3. progn. 14. vt ibidem latius declarabo. Sunt autem tales à 25. in 35. annum, vt 3 Aphor. ſect. Comment. 30. Iuuenum ætas quinta ſeptimana finitur. Et quinta ſect. Comment. 9. Quæ ætas à 25 in 35. eſt, iuniorum ætas eſt. Et prima ſect. Comment. 13. hanc ætatem dicit eſſe mediam inter adoleſcentes καθεστηκότας, id eſt ſubſiſtentes. Quarta ætas, ſubſiſtentium, quam appellauit Hippocr. aphor. 13. prima ſect. & Galen. in Comment. καθεστηκότων. Hæc ætas media eſt inter ſenes, qui propriè ſic appellantur, & iuuenes: hanc nonnulli appellant conſiſtentem, & malè, quoniam ætas conſiſtendi eſt vigor ætatis, qui ἀκμὴ, & ætas, ἀκμαζόντων, appellatur. Leonicenus in aphor. citato ipſam appellauit conſtitutam ætatem. Fuchſius conſtantem. Ego verò ſubſiſtentem, quoniam καθεστηκότες iam diminui incipiunt, & à vigore ſubſiſtere. Conſtat autem tales eſſe, qui poſt 35. annum ſtatim ſequuntur, aliquam in viribus patientes remiſſionem, etſi paruam, vt dixit Galen. lib. 6. de Sanit. tuen. Initium præterea remiſſionis nonnulli habent ſtatim à 30. anno, nonnulli poſt trigeſimumquintum, ac robur quidem omnibus minuitur, poſt ipſam ſummi vigoris ætatē: non tamen hi ſanitatem amittunt, tametſi minus hanc, quam ante laudabilem habent. Meritò ergo tales non conſtituti, aut conſtantes, ſed ſubſiſtentes appellandi ſunt. Hæc ætas à 35. in 49. annum extenditur apud Galen. 3. ſect. aphor. Comment. 30 dicentem, Nam quæ ætas iuuenibus continuatur, ad duas ſeptimanas extenditur, in qua ætate omnia vitæ munia æquè atque illi qui in vigore conſiſtunt, conantur peragere. non tamen eodem modo ad labores ſufficiunt. Vocabulum quoque καθίστασις, idem oſtendit. Galen. namque lib. 2. de Arte cur. ad Glauc. cap. de œdemate dixit, καὶ γὰρ ἀνάτριψις μόνη μετ᾽ ὀξυῤῥοδίνε, καὶ ποτὲ δὲ ἁλῶν καὶ ἐλαίου καθίστασθαι τὸ πάθος. Quod eſt, Nempe frictio ſola cum oxyrrhodino, & nonnunquam cum ſale & oleo paſſionem ſubſiſtere fecit.

Fuchſius notatur.

Et in progn. 27. præcedenti dixit, Si autem febris perſeuerans viceſimum diem tranſgrediatur, & œdema μὴ καθισταμένου, hoc eſt, non ſubſiſtat, In ſuppurationem vertetur. καθίσταμαι ergo, ſubſiſto ſignificat apud Hippocr. & Galen. quemadmodum in prædicto aphor. Iſti ſunt qui ὠμογέροντες, hoc eſt, crudi ſenes appellantur, non vt Fuchſius putauit eos eſſe dicens in Comment. 13. 1. ſect. aphor. qui ab anno 50. ad 60. perdurant. quod probo: quoniam 3. ſect. aphor. Comment. 30. dixit Galen. de ſubſiſtentibus, Qui à 35. in 49. perdurant. dixit etiam de crudis ſenibus lib. 5. de Sanitate tuenda. Prima pars (inquit) ſenectutis ὠμογερόντων, id eſt, eorum qui cruda, viridique ſenecta adhuc ſunt: dicitur propterea quòd adhuc obire ciuilia negotia poſſunt. Et loco citato dixit, omnia vitæ munia æquè atque illi, qui in vigore conſiſtunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores ſufficiunt. Item qui robur, non ſanitatem amittunt, verè crudi ſenes ſunt, nondum propriè ſenes. Tales verò dixit eſſe eos qui poſt ætatis vigorem ſunt. lib. 6. de Sanitate tuenda, loco allegato.

Crudi ſenes poſt vigentes ſequuntur ætate.

Prætereà infià lib. 2. Comment. 69. explicans Galen. verbum Hippoc. cùm dixerat, quòd ſupputari ea pulmonia ſi fuerint, ſeniores potius intereunt: inquit, Seniores non ſimpliciter ſenes, ſed comparatiuè aduerſus minores natu intelligi debēt. nam qui per ætatem nimium iam proceſſerunt, ex nullo morbo magis quàm iuniores conualeſcunt: ſed qui inter hos, & ætate vigentes interiacent, vtpote ſemicani, crudique ſenes nomine, conualeſcere videre licet, interdum magis quàm vigentes. Ecce vbi Galen. ſenes ſimpliciter appellatos, non comparatiuè appellauit etiam eos qui nimium ætate proceſſerunt, inter quos & vigentes, dixit mediare, crudos ſenes. Crudi ſenes ergo poſt vigentes ſequuntur: ſed poſt vigentes ſequuntur καθεστηκότες, id eſt ſubſiſtentes. ergo iidem met ſunt. Hanc ætatem appellat Galen. lib. 3. Comment. 28. παρακμὴν, quæ ſequitur poſt 30. aut 35. annum. Quod autem Fuchſius in compendio dixit, Hippocr. lib. de Vict. ratio. appellaſſe hos πρεσβύτας, id eſt ſenes, quum dixit: Vir vbi iam corpus conſtiterit, frigidus & ſiccus eſt, quòd nimirum caloris exceſſus impetúſve non amplius præpolleat, corpúſque quieſcens augeri deſinat, ac frigidius factum ſit: ſiccitas enim prioris ætatis ineſt, neque à ſequentis ætatis, & humiditatis acceſſione aliquam humectationem habet, eſt falſum. hoc enim dixit de illis, qui ſtatim ſequuntur poſt viros, vt conſtat, quos ego ſubſiſtentes appello, & ὠμογέροντας. Verùm quod ipſe dixit de his, quos appellat πρεσβύτας, ſtatim ſcribit dicens, οἱ δὲ πρεσβῦται. id eſt, ſenes autem frigidi ſunt & humidi: quòd ſi frigidi & humidi ſunt, non erunt illi quos ipſe dixit, qui frigidi & ſicci ab Hippocr. ſcribuntur. Eſt autem πρεσβύτης nomen generale ad hos & illos. nam lib. 3. Comment. 14. eoſdem ſignificat. quos Hippocr. appellat γεραιτέρους, nempe primos ſenes. Quinta ætas eſt ſenectus, quæ à quinquageſimo anno incipit vſq; in 60. quæ propriè ſenectus appellatur.

Senectus.

Nam ante ipſam fuit quam diximus crudam ſenectam, & poſt ipſam decrepita eſt: in has enim tres partes diuiſa eſt ſenectus, vt lib. 5. de Sanitate tuēda, ad finem inquit, primam eius partem eſſe quæ ὠμογερόντων, id eſt eorum qui cruda, viridique ſenecta adhuc ſunt, dicitur, propterea quod adhuc obire ciuilia negotia poſſunt: ſecunda autem cui aptè nomen ipſum inditur. Deinde eſt tertia ſpecies, de qua inquit: nominant autem eum qui ad hanc partē peruenit, Græcè, πέμπελον, ſicut aiunt qui vocabulorum etymologiis gaudent, ab eo quod eſt πέμπεσθαι εἰς τὸν ἅδην. id eſt mittendo in pompam, quæ ducit ad manes. Omnes iſtæ ætates non annorum numero, ſed ipſis diſtinguuntur temperaturis, vt 6. de Sanitate tuenda, vbi dixit, Nec tamen eſt has ætates annorum numero

Ætates temperamentis diſtinguuntur.

circum

Digitized by Google

circumſcribere,quemadmodum nonnullI ſecerunt, niſi fortè in laritudioem quandam.Et lib 5.de ſanit. tuenda defioiuot ſenectutem dicens: Quod omnes homioes ſeoectutem vocant, ooo aliud eſt quàm frigidum & ſiccum corporis temperamentum xnnorum numero perueniens. Et lib.2. de Temperamentis ex humiditate diſtinguit ætates. quòd ſi ſenectus frigidum, & ſiccum temperamentum eſt, & illi qui ſunt poſt vigorem ſtatim frigidi ſunt & ſicci, vt dixit Hippoc.loco allegato. ex lib.de Vict. ratione. Sequitur quòd ſubſiſtenies, ſiue καθεστῶτες, erunt ſenes & non alij quàm primi: ergo illi ſunt crudi ſenes,qui à 35.lo 49.annum. vſq; ad haoc itaque ætatem,quæ attiogit 30.aut 35. annum, fluxus ſanguiois narium ſperatur: poſt ipſum verò non, quoniam tranſit iam corpus in habitum frigidiorem, vt Commentario 28. libro tertio docet Galenus. Ante ipſam verò iuuenum ætatem. in adoleſcentia quammaximè ſperatur. vt vult Gale.3.Aph. Comm.29. tibi de ea loquutus dixit, ſed hoc habet proprium & peculixre maribus è naribus,ſanguinis profuſionem de qua commemioit io illis, qui ſunt prope pubertatem. Nam hic caſus incipit Illa ætate apparere, ſed maximè viget in adoleſcentibus, deinde ſubſiſtit in viris. In quo loco Leonicenus emẽdandus, qui ſcripſit, Sed hoc habet peculiare in maribus, ſanguinis è naribus profuſionem: Græcè enim habetur, ἴδιον δ' ἐξαίρετον ἐχόντως ἐπὶ τῶν ἀρρένων τὴν ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίαν. quod eſt, proprium autem habet, peculiare io maribus, ſanguinis è naribus eruptiooem, vt denotet fluxum ſanguinis narium eſſe proprium ætatis ſymptoma, ſed maribus peculiare: quoniam etſi fœmiuis quoqoe fiat, non adeò freqoeoter, ob id qoòd meoſtruas habent purgationes.

Senectus, frigidũ & ſiccum temperamentum.

Leoniceni locus in traductione corrigendus.

GALENI COMMENTARIVS.

DVctam ab ætate definitionem in præſagium fluoris ſanguinis docet. Expectandum enim ſanguinis fluorem eſſe potius in iunioribus quintum & trigeſimum annum agentibus. etenim per hanc ætatem ſanguis plurimus eſt, & item facultas valentior, atque etiam calor exuperant.

ANNOTATIO SN OAL. COMMENT.

Reddit cauſas quare io hac ætate,quæ eſt aute 35. annũ,mxgis ſperatur ſanguinis fluxus. Sanguis plurimus eſt prima cauſa, contra quam videtur poſſe obiici. Nam in pueritia maior eſt ſanguinis copia, & in adoleſceutia: ergo non etuot tunc magis ſperandi fluxus ſanguinis.Reſpoodemus,quòd antè 35. annum ſimilliter eſt etas adoleſcentiæ, in qua,vt diximus in expoſitione, magis adhuc ſperatur fluſus ſanguinis, quàm in iuuentute, ſed tamen eos comparat Hippoc.ad eos qui ſunt poſt ipſos, nempe ſeniores. Neqoe negat in pubertate, & adoleſcentia ſanguiois eruptiones magis ſperari,quàm in his quę ſunt poſt annum trigeſimumquintum. Quòd ſi dixeris ſaltem contra Gal.29.Comment.lib.2. Aphor. procedit ratio. Nam ſi ob ſanguinis copiam talis fluxus ſperatur,maximam copiã habent pueri: quare ergo à pubertate dixit iocipere in illis qui prope pubertatem,vt io Aphor.27.3.lib.reſpondemus ante illam ætxtem adhuc maiorẽ adeſſe ſanguiois copiam in comparatione ad vaſorum xmplitudinem, etſi plorimi crudi ſucci io pueris acetuentur.Sed tamen non ſicerumpit ſanguis, vt in aliis adultioribus,quoniam pueri celeriter admodum creſcuot, & in eo augmento plnrimus ſanguis xbſomitur, & commutatur in membra. Secundx cauſa eſt,facultas validiſſima, quæ ad hanc iudicatiooem eſt neceſſaria.Græcè autem ἰσχυροτάτη,id eſt, validiſſima habetur. Tertia cauſa eſt caloris copia qui facit ſaoguinem ebullire, quod etiam ad ſaoguinis eruptiooem eſt oeceſſarium.

Pueris fluxus ſanguinis non ſicut adultioribus.

PROGNOSTIC. XXX.

OEdemata verò mollia, & ſine dolore, & quæ digito compreſſa cedunt, diuturniores faciunt iudicationes, ac illis minus grauia ſunt.

Da œdematibus loquitur Hipp.explicaos eorum naturam per hoc quòd ſint tumores molles ſine dolore,& qui cedãt preſſis digitis,de quibus inquit iudicatiooes tardius euenire & minus periculum ex ipſis imminere. Comparat autem huiuſmodi œdemata tumoribus duris, dolentibus, quos œdemata dura dolentia appellauit in progoo.25.quoniam ergo illa calida ſunt, qoæ plegmonas eſſe diximus, iſta verò frigida & ab humore frigido effecta, manifeſtũ eſt quòd hæc œdemata mollia,tardius quàm illa dura ad iudicatiooem peruenient, ob id maximè quòd iudicationes poſt coctionem fiunt, & frigida tardè ad coctionem perducuntur. Quòd autem minus periculum ex ipſis immineat, quàm ex aliis duris, ac calidis, cooſtat, quoniam dolore vacaot, quæ eſt voa ſuarum cooditionum. Similiter ſunt talia œdemata mollia: tertiò ſunt talia vt preſſa digito cedant. Neque tamen exiſtimare oportet talia eſſe exquiſita œdemata: nam illa ex ſimplici fiunt pituita: aut ſpiritu flxtuoſo, quorum neutrum perueniet voqoam ad ſuppurationem, niſi aliquam habeant calidi humoris mixtionem, aut à principio, aut quoniam ad locum attractus pituitæ commiſcebitur.Et in ſumma omnibus his concurrentibus,adhue rarò ſperantur ex huiuſmodi tumoribus ſupputationes.Quòd tamen œdema ſignificet apud Gal. non tantùm tumorem à pituita,ſed eum qui ex flxtu fit,conſtat ex 2.de Arte cur. ad Glauc. cùm dixit:Oedema autem vocamus tumorem mollem doloris expertem,qoem ex pituitoſa ſubſtãtia, aot ſpiritu flatuoſo,vaporoſo fieri conſtat, qualia in cadaoeribus euenit, nonounquam etiam io pedibus & cruribus eorum,quos aqua inter cutim vexat, & in tabidis, & aliis, qui malo habito laborant. Verùm tale œdema in periculoſis illis diſpoſitionibus accidens eſt,nulla propria.præcipuáque curatione indigens. Vbi dixit, *Compreſſa cedunt.* Græcè habetur, πιεζόμενα, καὶ ὑπείκοντα. à quo particula καὶ expungenda eſt.

Oedemata tardè ſuppurantur.

GALENI COMMENTARIVS.

HOc eſt quod propriè medici iuniores appellant œdema: quod nunnunquam dixiſſe maiores ſufficere volunt,molle œdema: quandoque etiam adiiciunt, nec dolens. Quoties igitur id dicere ſuperſedent: tanquam vnà cum molli ſignificetur, omittunt. Molle enim œdema dolore vacat. At verò nunc Hippocrates non id ſolùm adiecit, ſed etiam vt digitis cedat: quod quidem in verbo, molle contineri videtur: niſi velit intelligi id quod preſſum cauatur in foueam: quod quidem non cuilibet cedenti accidit: at verò id accidit cute in œdema ſe attollente. Et quia omne tale pituitoſum cenſetur, idcirco diutius immoratur, ac minori cum periculo eſt. Immoratur enim diutius, quia frigidus eſt. Calore enim concoctio fit. Porrò minori cum periculo eſt, quia dolore vacat. vires enim exoluit dolor.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte explicat Hipp. loqui de vero œdemate & propriè ſic à iunioribus appellato. quod antiqui per additionem, mollis, dicentes, Mollis tumor, aut Molle œdema ſignificabant: adiiciebant etiam nonnunquam, ſine dolore. Verùm Hipp. mo-

do non tantùm dixit mollia œdemata,& ſine dolore,quod ſatis erat:ſed addit, Et cedunt preſſa digito.Quòd ſi intelligat Hippoc.ea tantùm quæ preſſa cedũt:manifeſtum eſt,quòd omnibus his, quæ mollia ſunt competit,nõ ergo opus eſt eam partem addere, cùm dixiſſet mollia, poſſet tamen intelligere ea quæ preſſa cauātur, quod non omnibus œdematis competit. Ego crederem Hipp. hoc. addidiſſe ad maiorem explicationem, & vt magis œdematum natura conſtaret. Cùm enim dixit, cedunt preſſa digito:non addidit, & tardè redeunt, quòd illis quæ cauantur proprium eſt: licet verùm ſit quod pituitoſis conuenit cauari, quod eſt cedere ac lentè redire.

In ſecunda parte, quæ incipit (Quia omne tale) quoniam talia œdemata pituitoſa ſunt, diutius immorari, ac minus periculoſa eſſe dicit. Diutius immorantur ob id quod frigida ſunt, & calore coctiones omnes perficiuntur, minori cum periculo eſſe dicit, quia dolore vacant, & dolor vires exoluit. quod ſimiliter ſcripſit lib.2. de Ratione victus acutorum, Comment.48. Animæque deliquia incurrunt,& nullo pacto queunt moueri.& lib.3.Comm. 33.inquit,Scimus autem dolorem omnem vires exoluere.Dolor autem non ob aliud vires exoluit, niſi quoniam ſpiritum omnem vitalem ad partem dolentem natura tranſmittit, & cor relinquit ſpiritu priuatum. Animalis quoque facultas tam eſt intenta dolori, quòd conuerſa ad partem dolentem, & ad ſenſum vehementer contriſtantis, ceſſat ab omni functione,ita vt neque ſentiat,neque moueat.

Dolor vires exoluit, & quare.

PROGNOSTIC. XXXI.

SI verò pertranſierit dies ſexaginta, febre detinente, & œdemate non ſubſiſtente, ſuppurandum eſſe ſignificat,& hoc, & quod fuerit in alio ventre ſimiliter.

De laxis tumoribus proſequitur ſcribens eorum terminum diem 60 non tantùm vbi in hypochondrio fuerint, ſed etiam vbi fuerint in quauis alia de partibus totius ventris. poterat certè (vt fit) ſperari ſuppuratio 40. die, vbi œdema exiſteret in ipſo hypochondrio:quoniã iſtæ partes aliis ſunt calidiores: vt tamen extremum limitem ſtatueret, vltra quem non prorogantur ſuppurationes, ob id 60. diem ſcripſit, vltra quem non protogantur œdematum ſuppurationes, ſi febris adhuc perſeueret. quemadmodum tamen phlegmonæ in hypochondrio tranſacto 20. ſuppurantur, & œdemata quamuis in imo ventre ſuppurantur 60. ita œdemata, quæ ſunt in hypochondrio ſuppurantur 4 die Phlegmonæ namque in hypochondrio duas cauſas habent breuis ſuppurationis, nempe calorem partis, & calorem humoris facientis ſuppurationem: œdemata verò, quæ in imo ventre ſunt,duas habent cauſas prorogationis,frigiditatem humoris,& frigiditatem partis. Illa ergo œdemata, quæ fuerint in hypochondrio, medio tempore finientur, quia medias habent cauſas, frigida enim ſunt ex humore, calorem verò habent ex hypochondrio:quia ergo phlegmonæ tranſacto 20. ſuppurantur & œdemata in imo ventre poſt 60. œdemata in hypochondrio ſuppurantur poſt 40. Quod ſi dixeris, Hippocr.60. diem ſtatuiſſe omnibus œdematibus, qui dixit:ſuppurandum eſſe ſignificat, & hoc & quod fuerit in alio ventre. ergo vnum limitem ponit omnibus. Reſpondemus, quòd dies 60.ab Hippoc. ponitur terminus vltimus & maximus, poſt quem ſperatur ſuppuratio, in omnibus peruenientibus ad ipſum cum febre non deficiente. Quod autem ante ipſum aliquod contingat ſuppurari, ſententiæ ipſius non obſtat, qui maximum terminum ſolùm ſcripſit, ſic etiam in morborum acutorum termino fit:nam etſi 14. dies ſit terminus, plures acutos morbos contingit in die 11.finiri & in 9.

Oedematum ſuppurationis terminus.

GALENI COMMENTARIVS.

SVpra de œdematis agens phlegmonoſis, vt pote calidioribus: niſi febris deſinat, a die vigeſimo dixit fore ſuppurationem. Nunc vero de frigidioribus, ſexageſimum limitem poſuit ſuppurationis. At verò alia inter hæc media incidunt, quadrageſimum diem habentia terminum ſuppurationis.Sed vniuerſum de his omnibus ſermonem ad librum de Diebus decretoriis diſtuli.Porro non ſolum œdemata quæ in illis fatigent ſuperſedentia ſuppuratura, ſed etiam in reliquo ventre dixit, tanquam alia ſecundum aliquam ſignificationem partes ventris exiſtant.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Galeni Commentarius perſpicuus eſt: breuiter tamen notandum,quòd vbi dixit, Sermonem ad librum de Diebus decretoriis diſtuli lib.2. poſt medium de acutis ex decidẽtia,loquens dixit.Pari modo,quum de ſuppurationibus tabidíſque affectibus. Item de his,qui ex abſceſſu in longum tempus prorogantur, verba facit, clarè innuit propoſiti ſe non oblitum eſſe, morbos qui ex acutis diuturni fiunt commemorans. Sic ergo & illi dicti ſunt: reliquæ autem ſuppurationes magna ex parte rumpuntur, ſed aliæ in die 20. aliæ 30. aliæ 40. nonnullæ ad 60. vſque perueniunt. Hæc tamen ſententia infra habetur ab Hippoc. lib.2. progno.57. rurſus eodem 2. lib.de Diebus decretoriis, dixit, Quod iam vtilitatem huius diſciplinæ inſpiciens Hippoc.ſimpliciter quidem acutos 14.diem habere terminum rectè dixit, ex decidentia verò acutos, nunc 40. nunc. 60. diem aſſequi abundè oſtendimus. *Superſedentes.* Græcè, χρονίζοντα, id eſt, cùm prorogantur. *Secundum aliquam ſignificationem.* Supra in expoſitione 23.progn. expoſui vocabulum hypochondrium,ac dici duplex habere ſignificatum,& in altero ſignificare ventris partem quæ coſtis ſubiacet.

PROGNOSTIC. XXXII.

QVæcunque igitur dolentia, dura, ac magna ſunt, periculum mortis breui futuræ ſignificant: quæcunque verò mollia, ſine dolore, ac digito preſſa cedunt, diuturniora illis ſunt.

Ea quæ in duobus prognoſticis prædixit Hippo. modò etiam repetit. Primum eſt quod dixerat in progn.26. de tumoribus duris dolentibus. hoc vno addito,quòd in illo loco,à principio dixit imminere periculum mortis breui futuræ,ex tumore duro dolente in hypochondrio. Sed vt dixit Gal. in illo Comm. non habet veritatem ſententia de inflammationibus muſculorum hypochondrij. In hoc tamen loco illud addit,quod ad integritatem deficiebat, nempe vt eſſet magna inflammatio, quoniam vbi talis fuerit, verum erit quod dixit Hippocr. adhuc de inflammationibus muſculorum. Secundum quod dixit Hippocrates eſt, quod dixerat in præcedenti prognoſt.30.

GALENI COMMENTARIVS.

NIhil amplius hac docet dictione, quàm quod ſuperiore dictum iam eſt, præter quòd adiecit dolentis duríque œdematis magnitudinem: quam nos antea diximus, dum doceremus non eſſe cum periculo inflammationes muſculorum in iliis, niſi magna admodum fuerint.

Hic Comm. nulla eget annotatione. vbi tamen dixit, Dictum iam eſt:id dixit commentatario 26.

PROG

PROGNOSTIC XXXIII.

OEdemata quæ in ventre ſunt, minus faciunt abſceſſus, quàm quæ in hypochondriis: minimè verò ſuppurantur quæ infra vmbilicum ſunt.

De œdemate duro ac molli in præſenti ſcribit Hippo. ea quæ fiunt in diuerſis ventris partibus, inuicem comparans in facilitate, ac difficultate recipiendi ſuppurationem, primum locum babere dicens œdemata, quæ fiunt in hypochondriis: ſecundum ea quæ ſupra vmbilicum, aut circa ipſum: tertium locum babent quæ infra vmbilicum: quæ omnia ad calorem particulæ patientis ſunt referenda. Nam quæ in locis fiunt calidioribus, citius & frequentius ſuppurantur: quæ verò in frigidioribus, tardius, & rarius. Ad quod etiam accedet loci patientis mollities: ſunt enim partes ventris altiores, molliores, vt tactu deprehenditur. Hanc tamen non parum facere ad ſuppurationem docuit Gale. lib. 2. Comm. 57. vbi de ſuppurationibus loquens inquit, Cæterum differentiæ communes omnium duæ habentur, ob quas ſpatio temporis variant inter ſe, affecta ſede, & item nocuo humore. Calidiores enim ac molliores particulæ citius ſuppurantur, frigidiores verò ac duriores tardius. Iidem ex humoribus calidior citius, frigidior tardius Hanc Hipp. ſententiam voluit Celſus lib. 2. cap. 7. dicens, Cúmque omnis longus tumor ad ſuppurationem ferè ſpectet, magis eò tendit is qui in præcordiis, quàm is qui in vẽtre eſt: & is qui ſupra vmbilicum, quàm is qui infra. Oedemata quæ in ventre ſunt, dixit Hipp. Græcè, *ἐν τῇ γαστρὶ*. Eſt autem *γαστὴρ*, totus venter à thorace vſque in pudenda, Latinè aluus appellatur, cuius ſuprema pars, quæ coſtis & cartilagini enſiformi ſubiacet, hypochondrium appellatur, de quo in expoſitione 23. diximus. Hic comparauit ſupremam partem ventris reliquo ventri, cuius media pars eſt *ὀμφαλὸς* hoc eſt, vmbilicus: inferior pars à Græcis *ἦτρον*, appellatur, & *ἄδην*, vt Galen. lib. 5. de Vſu partium, Latinis pubes, aut imus venter. Partes verò quæ pubi ſunt à lateribus, Græcis *λαγόνας*, apud Ariſtot. 7. de Hiſtor. animal. cap. 3. & apud Gal lib. 5. de Vſu partium prope finem. Latinis partes iſtæ ilia dicuntur. Vult ergo magis ſuppurari partes ad hypochondria quã ad vmbilicũ: & magis partes ad vmbilicum, quàm ad pubem, & ilia. Quòd autem in primo loco dixit. Minus faciunt abſceſſum: & in ſecundo dixit, Minimè ſuppurantur, nihil refert dicere tumorem aliquem abſceſſum facere aut ſuppurari. Nam quo tempore phlegmone ſuppuratur, aut eryſipelas phlegmonodes, partes abſcedunt, quemadmodum quum à parte in partem humor tranſmittitur, lib. 2. de Arte curat. ad Glauconem cap. de abſceſſibus. Minimè ergo facere abſceſſus dixit, quia minimè ſuppurantur. Sed de abſceſſibus latius dicemus lib. 2. in expoſitione 65. progno. Quòd verò infra vmbilicum minimè ſuppurari œdemata dixit, ſcripſerat lib. 6. de Morb. popul. par. 2. ſectio 40. dicens, *τοῖσι ἐμπυήμασιν ὀμφαλὸς ὅρος· ὅσοι μέλλουσι ἐκπυΐσκειν κοιλίας ταράσσονται*. quod eſt, Suppurationum vmbilicus terminus eſt, quibus ſuppurationes rumpi debent, ventres turbantur. quo in loco ſignum ſcripſit, quod oſtendit ſuppurationes quæ in ventre fiunt ruptum iri. *ἐκπυΐσκειν* enim rũpi ſuppurationem ſignificat, in hoc loco, non vt Fuchſius credit, ventrem turbari ſignificare, quando in pus vertuntur tumores. Nam quum Græcè habeatur *μέλλουσι ἐκπυΐσκειν* ipſe vertit, ſuppuraturis, modo quæ ſuppuranda ſunt, etiam ſi tã prope ſint ſuppuratura, non mordent ventrem, neque ab ipſis ea humorum mordentium copia eleuatur, quæ irritet ad excretionem, id autem quum rumpi debent, fit quàm maximè. Irritat enim maximè pus quum rumpit ambientia corpora. Ad quod etiam probandum accedit quod Gale. in Comment partem exponens dixit, Quibus autem ſuppuratio rumpenda eſt, venter turbatur. Non minus errare videtur Fuchſius in eius partis expoſitione, quum dicit Hippocr. eo loco voluiſſe ſignum ſcribere, quo oſtenderet ſuppurationem fieri infra vmbilicum. Id enim maiorem habet veritatem de aliis, quæ ſupra vmbilicum ſunt, præter id quod Hippocr. loquitur de ſuppurationibus quarum terminus eſt vmbilicus, modo de ſuppurationibus partium ſupra vmbilicum rectè dicitur, quod terminatur ad vmbilicum: quoniam infra ipſum rariſſimè fiunt, & ferè nunquam. Meritò ergo dicetur quòd ad vmbilicum terminantur. Malè verò dixerit aliquis, ab ima ventris parte incipiens, in qua rariſſimè fiũt ſuppurationes, terminum eſſe vmbilicum, quoniã in ipſo non finiuntur, ſed multo magis ac frequentius ſupra ipſum fiunt. Quod igitur in illo loco Hippocrat. dixit, idem eſt quod in præſenti progno. nempe infra vmbilicum minimè fieri ſuppurationes. *ἥκιστα* enim idem ſignificat quod *ἐλάχιστα*, id eſt minimum. vt in Comment. vltimo huius libri dicetur, & lib. 3. de Ratione vict. acut. Comment. 63.

Suppurationes in quibus locis citius, aut tardius fiunt.

Venter & eius partes.

Suppurationes ventris quum rumpuntur, ventrem turbãt. Fuchſius notatur.

Fuchſij error.

GALENI COMMENTARIVS.

OEdema ſi non diſcutitur, non ſolum citius, ſed etiam magis in illis ſuppuratur, propterea quòd ſedes calidior eſt. Quod verò longius abeſt, deorſum verſus ſerius minúſque ſuppuratur: & ob eam rem œdema ſubter vmbilicum, raro in pus vertitur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

HIC Galeni commentarius nulla eget annotatione quando ex ſe ſatis clara eſt litera. Omnes enim partes noſtri corporis tanto ſunt calidiores, quanto ſunt cordi & iecori propinquiores: & tanto frigidiores, quanto diſtantiores. Sed id intelligitur de temperatura, quæ eis à corde & iecore influit: nõ membrana. quæ cor obuoluit, licet natura frigida ſit, de aſcititia caliditate plurimum cõtinet.

PROGNOST. XXXIV.

SAnguinis verò eruptionem maximè de ſupremis partibus expectare oportet.

Veritas præſentis progn. ex locis patientis temperatura conſtat. Partes, quæ ſunt ad vmbilicum, medio modo calidæ ſunt inter partes ventris. In inflammationibus ergo quæ ſunt ad ipſum eruptio ſanguinis ſperatur: ſed magis ſi fuerint in partibus ſupra ipſum, ac maximè, ſi in ſupremis fuerint totius ventris. De his verò quæ fiunt intra ipſum, aut non ſperabitur eruptio ſanguinis, aut rariſſimè. Quoniam tamen videtur in præſenti prognoſtico loqui de inflammationibus, quæ fiunt in ventre, poſſet quis inſtare ex his quæ Galen. dixerat ſuprà Comment. 28. vbi videtur literam Hippocrat. tanquam indefinitam accuſare, dicens: Quia inflammationes hypochondriorum indefinitius commemorauit, per hanc quoque dictionem definire ipſe videtur. Sanguinis enim eruptionem fieri dicit è naribus, quæ ex vſu admodum ſit, id quod per inflãmationes iecoris & lienis fieri potiſſimum ſolet. Vbi ducet Gal. ex inflammationibus internarum partium hypochondriorum ſperari huiuſmodi ſanguinis eruptiones, non ex inflammationibus ventris. ſed tamen id non obſtat: quoniam Galenus ex internis inflammationibus dicit potiſſimum ſperari, non

Sanguinis è naribus eruptio ab externis inflãmationibus ſperatur

non tamen negat ex aliis aliquando etiam fieri, quæ conſiſtunt in ventre. Sed tamen & in ipſis eſt diſcrimen: quibuſdam enim frequentius ſolent ſuperuenire, quibuſdam rarius, vt in præſenti prognoſtico.

GALENI COMMENTARIVS.

IN quibuſdam codicibus dictio cum, & copula præſcripta eſt: atque oſtenditur non ſolum ſanguinis fluorem fieri ſi in aliis infeſtet œdema, ſed etiam ſi in imis ſedibus affligat. In quibuſdam verò ſine, & copula: & oſtenditur quidem fieri ſi in his quoque infeſtet, ſed minus. In aliquibus verò ſine verbo, maximè, adhunc modum: Sanguinis vero fluorem de ſupremis ſedibus expectari oportet. Nam inferiores nequaquam afferre ſolent ſanguinis fluorem. Sed res ita ſe habet vt ſi in vmbilico fatiget, ſanguinis fluor eueniat, magis de ſede ſuperna, maximè de ſuprema. Sed de ſanguinis fluore deinceps ab ipſo agetur, vbi nos quoque toto repetito ſermone, abſolutius dicemus.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

Triplicem dicit fuiſſe huius prognoſtici lectionem, prima cum hac particula, & ſic ſanguinis eruptionem, & maximè de ſupremis partibus expectare oportet, quæ lectio docet, ex omnibus tumoribus, tam ſupremis quàm infimis ſperandam. Secundo modo ſic legitur, vt tranſtulimus: & ſimiliter docet ex vtriſque partibus ſanguinis eruptionem ſperandam, & ex infimis minus. Tertio modo legitur ſine particula, maximè, ſic, (Sanguinis verò eruptionem de ſupremis partibus expectare oportet) ac ſi de aliis non ſperetur. Veritas tamen, inquit Galen. eſt, quòd ſanguinis è naribus eruptio in inflammationibus, quæ ſunt ad vmbilicum, ſperatur, & magis ex locis ſupra ipſum, & maximè ex ſupremis partibus. *Sanguinis fluorem.* Græcè αἱμοῤῥαγίαν, id eſt, ſanguinis eruptionem, ſic & in aliis locis. Differt autem fluere ſanguinem ab eo quod eſt erumpere, quod impetum quendam oſtendit. *Deinceps ab ipſo agetur.* Lib. 3. prog. 11. & 33.

PROGNOSTIC. XXXV.

IN omnibus œdematibus, quæ prorogantur circa has partes, ſuppurationes conſiderare oportet.

Si tumores hypochondriorum calidi fuerint, ac febre detinente perſeuerauerint, ad diem vſque vigeſimum ſuppuratio conſideranda eſt, ac ſperanda. ſi tamen frigidi fuerint, poſt diem ſexageſimum cõſimiliter ſperabitur ſuppuratio. ſed de his ſatis dictum eſt in præcedentibus prognoſt. Eſt enim hic veluti concluſio eorum quæ præceſſerunt. Vbi dixi ſuppurationes, in Græcis Aldinis codicibus habetur ἐμπυήσιας, & bene licet in Baſilienſibus habeatur ἐκπυήσιας, id eſt puris eruptiones, ſed malè, quoniam vt vult Galenus, hoc eſt caput eorum quæ dixit, cùm tamẽ antè de ſuppurationibus loquutus ſit. *Codex Baſilienſis corrigendus.*

GALENI COMMENTARIVS.

VNo comprehendens capite perſtrinxit, quæ ſuprà docuit particulatim: & ob eam rem dictio nona enarratione non indiget.

Annotatione non eget Galeni commentarius.

PROGNOSTIC. XXXVI.

SVppurationes in hoc libro ſic oportet conſiderare: quæcumque enim foras vergunt optimæ ſunt, & paruæ, & quàm maximè foras inclinantes, & in acutum curuatæ: quæ verò magnæ ſunt, & latæ, & minimè in acutum faſtigiatæ, peſſimæ.

CIRCA ſuppurationes quæ in ventre fiunt, quædam præcipit conſiderare ad cognoſcendum quantum boni aut mali habeant, eritque præſens doctrina omnibus inflammationibus communis. Optimas dicit eſſe ex ſuppurationibus illas quæ foras vergunt, & paruæ ſunt, & quammaximè foras inclinantes, & in acutum faſtigiatæ. Singulæ harum conditionum bonæ ſunt: ſed omnes ſimul optimam oſtendunt ſuppurationem, ſicut contrariæ peſſimã: tales ſunt, magnæ, & latæ, & minimè in acutum faſtigiatæ. Foras vergentes dixit, & poſtea quammaximè foras vergentes optimas eſſe, quoniam vult ex his quæ vergunt foras, quaſdam magis, quaſdam minus vergere, vtrumque tamen optimum ſignum eſt, foras vergere, & ab internis & nobilioribus partibus recedere. Paruas etiam dixit, vt paruum occupent locum, quod paucitatem oſtendet humoris peccantis: in acutum etiam curuari manifeſtè oſtendit humoris tenuitatem atque calorem. Quod conſtat ex Galen. libro 6. Aphoriſm. Comment. 9. vbi dixerat Hippocr. Latæ puſtulæ non admodum pruriunt, ipſe inquit: Sublimiores autem puſtulæ & tubercula à calidiore humore generantur, humiliora autem à frigidiore. Similiter etiam acuminati tumores robur ſignificant expellentis facultatis, & paruum locum occupant: minúſque de parte laborante corrumpent, toto ipſo humore ad cutim vergente: vt vult Galen. in Commentario. Hanc ſententiam ſcripſerat Hippocr. lib. 6. de morb. popul. par. 1. ſectio. 14. dicens: Phymata foras extumeſcentia, acutáque & faſtigiata, & æqualiter commatureſcentia, & non circumquaque dura, & deorſum tendentia, & non bifida, meliora, contraria verò mala: & quò plus ſunt cõtraria, eò ſunt deteriora. Et Gal. in Comment. Phymata dicit Hippocr. appellaſſe tumores præter naturam, abſque cauſa manifeſta, maximè ſi ad externum erumpant locum: & lata nonnunquam ſic appellant, quod & Hippo. fecit; bona eſſe inquiens & extumeſcentia, hoc eſt, in quibus effatu dignus eſt tumor: vel quæ augmentum non intrò, ſed foras efficiunt veluti in prognoſtico ſcribens dixit, Quæcunque in exteriorem conuertuntur partem, optima ſunt, parua & quàm maximè foras tendentia, atque in acutum faſtigiata. Quo in loco Galen. à calidioribus & tenuioribus humoribus dicit fieri ea quæ in acutum faſtigiantur, & ob id citius coqui: quæ verò fiunt à craſſis, & viſcidis, & frigidis lata ſunt, & tardè ſuppurantur. Verũtamen in illo loco Hippo. aliquas conditiones ſcripſit, quæ in præſenti non habentur. nam dixit, bona eſſe æqualiter commatureſcentia, quoniam illa à calore naturali facilius & ſuperantur, & difficilè curantur: quoniam vbi pars vna eget ſuppuratoriis, alia pars eget ſarcoticis, aut aliis: qua ratione ſimiliter dãnãda veniũt circumquaque dura, & bifida. Sũt enim circumquaque dura quæ in medio maturantur, & in lateribus dura manent: & bifida quæ maturationem in lateribus recipiunt, media parte exiſtente dura. Laudat etiam tubercula deorſum tendentia, ita vt habeant apicem in inferiori parte totius tumoris, eritque pars inferior aut in hominis naturali ſitu, aut ſaltem quæ in inferiori parte reſpondeat, poſt conuenientem decubitum, idque vt melius pus excernatur ab ipſo tumore ſuperato.

Tumorum ſigna optima.

Puſtulæ ſublimiores & latæ.

Bifida tubercula.

GALENI COMMENTARIVS.

APpellare Hippocratem ſuppurationem purulentiãque vbi pus vniuerſum conſtiterit, concocto tumore quopiam præter naturam perſpicuum erit. ſimul vniuerſã hanc orationem eius euolueris, qua de œdematibus in illis habuit mentionem. At verò colligitur pus in eis quandoque

ſub cute,

ſub cute, ſæpius in profundo, duplici de cauſa: aut quia purulenta pars intra peritonæum affecta eſt: aut quia licet muſculus affectus ſit, pus ab aliqua tunicula eius includitur, haudquaquam prius in exteriorem deductum ſedem, propter lentorem craſſitudinémue, aut continentis membranulæ denſitatem. Etenim ſtudet natura ſecernere pus de affecto corpore, expellendo: ſæpiúſque finem aſſequitur, quoties nacta ſit meatulos idoneos in ſecretionem, veluti quoſdam aquæductus: non tamen ſemper eos aſſecuta, pus adiacentes compellit ſedes: quæ quoties exiguæ fuerint derodit continens eas tegumentum, ſub eo amplificando ſedem. Conſtat igitur vt ex his ſuppurationibus indulgentior habeatur, quæ foras non intro tendit: atque ex his ipſis quæ non ampliorem prehendit ſedem in latitudinem extenta: in ſublime verò reſurgit, cùm in verticem quendam extenditur, conſ formulam reddens: hæc autem ſimul robur foras expellentis indicat facultatis: & item non magnam corrumpit ſedem corporis quod erodit. Cæterùm ſiue in mucronem ſubducta, ſiue in gibbum legatur, nihil intereſt. Nam ex vtraque lectione vnus idémque ſenſus eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte docet Hippocr. in his ſententiis vſum fuiſſe duobus vocabulis ad ſignificandum id, vbi pus acetuarum continetur, nempe *ἐμπυήματα*, & *διαπυήματα*, hoc eſt ſuppurationes & purulentias. *Vniuerſum.* Græcè, *ἀθρόον* id eſt, accumulatum, aut aceruatum.

IN ſecunda parte, quæ incipit (At verò) docet puris collectionem aliquando fieri in partibus exterioribus, aliquando in interioribus. Hoc autem duabus de cauſis, aut quoniam verè pars ipſa laborans eſt interna, aut quoniam in ipſis muſculis laborantibus contingit humorem intra aliquam muſculi tunicam immergi, & deinde non diſcuti foras, ob craſſitudinem ipſius, aut membranæ ipſum obuoluentis. Quoties ergo natura idoneas ad euacuationem vias adepta eſt, humorem per eas pellit: ſi verò eas nacta non fuerit, partes circumiacentes pus rodit, & ſedem efficit ampliorem. Hoc dicit Galen. tanquam ſuppoſitum ad probandum in tertia parte, quæ ſequitur bonas, aut malas ſuppurationes.

Natura vbi non inuenit viam euacuationi.

IN tertia parte, quæ incipit (Conſtat igitur) probat veritatem ſententiæ Hipp. cauſas dictorum adiungens, de quibus in expoſitione dixi, ad finem, circa illas duas partes prognoſtici, in quarum altera dixit, In acutum curuatæ: & in altera, In acutum faſtigiatæ: vtcunque legi poſſe, neque intereſſe quippiã dicit. Græcè tamen in primo loco legitur, *ἐπὶ ὀξὺ ἀποκυρτούμενα*, quod eſt, in acutum curuata, in ſecundo loco legitur *ἀποκορυφούμενα* id eſt, in acutũ faſtigiata.

PROGNOSTIC. XXXVII.

QVæcunque verò intro rumpuntur optima ſunt, quæ nihil cum exteriore regione communicant, ſed ſunt contracta & ſine dolore: & tota exterior regio vnicolor apparet.

Suppurationem rumpi qua parte melius eſt.

Vbi ſuppuratio in partem rumpatur, exteriorem, minus malum erit, quam ſi in interiorem. Verùm Hippoc. in præſenti loco tantùm eas rupturas ſuppurationum comparat, quæ ad ioteriorem partem fiunt, ex ipſis dicens meliores eſſe quæ non communicant cum cuti exteriori, ſed pars ipſa ſine dolore manet contracta, ac vnius coloris. Quanto ſit deterior ruptio tumoris ad partem internam, quàm externam, de ſe conſtat, & à Galen. in Comment. explicatur. Quòd etiam melius ſit ad partem internam tantùm rumpi, ſine eo quòd rumpatur in parte exteriori: ſimiliter duas ſcribit cauſas Galen. Prima, quia malum geminatur intra & extra: ſecunda, quia natura recipit initium recreationis, vbi ſaltem partem habeat exteriorem, à qua incipiat carnis appoſitio. Peſſima igitur eſt, quæ intra & extra rumpitur: minùs mala quæ intra tantùm: minimè quæ extra tantùm. Quoniam tamen intendit Hipp. ob id eſſe melius intrò tantùm rumpi, vt maneat pars aliqua à qua incipiat natura tanquam à fundamento reficere corruptũ, addidit, ſit contracta pars exterior, non dolens, & vnicolor: quoniam vbi aliquod horum adſit, regenerationi carnis non adminiculabitur pars illa. Cõtracta pars dicetur, vbi non afficiatur phlegmone aut alio tumore præter naturam, diſtendente partem. Non etiam dolere debet, quoniam dolor intemperiem oſtendet, aut continuitatis ſolutionem, quæ fit: non fiet tamen niſi ob humorem, qui decumbens in partem, ipſam ſoluet. Coloris præterea mutatio ſignificat humorum abundantium malitiam, corruptionem etiam carnis, & putredinem, & intemperiem: vbi autem aliquod horum adſit, impoſsibile eſt moliri naturam carnis generationem, antequam hæc ſanentur. Quare idem erit carnem deficere, quemadmodum quum in vtramque partem erumpit pus: & vbi adeſt, ipſam prauè affici: vbi enim prauum aliquod ſymptoma vlceri coniunctum eſt, Galen. lib. 4. de Mor. curandis docet, non curare ipſum, niſi ſymptoma prius curetur, ſiue fluxio, ſiue intemperies, ſiue tumor fuerit præter naturam, quoniam id impoſsibile eſſe exiſtimat. Huius prognoſtici ſententiam ſcripſit Celſus lib. 2. cap. 8. dicens: Et è ſuppurationibus hæ peſsimæ ſint, quæ intus tendunt: ita vt exteriorem quoque cutim decolorent, hinc ſequitur aliquam eſſe ſuppurationis rupturam deteriorem, ea quæ fit ad partem interiorem, de qua loquitur Hippo. & ea quæ fit ad interiorem, & exteriorem partem ſimul: nempe ea quæ fit ad interiorem tantùm & cum ſede exteriori cõmunicat, quod cognoſcetur vbi exterior pars contracta non fuerit, aut doleat, aut calore vario ſit affecta: quod manifeſtè conſtat, quoniam hæc præter id quòd non habet carnem ſanam qua vtatur, tanquam fundamento, ad carnis recreationem, medicamenta ad locum vlceratum non poſſunt permeare. Bene tamen vbi ſuppuratio intra & extra erumpat: intelligitur prognoſticum de ſuppurationibus quæ fiunt in abdomine. Illæ enim tantùm ſunt, quæ cùm intrò rumpuntur, poſſunt cutis colorem mutare, non illæ quæ in viſceribus. Vbi dixi, optima ſunt, quæ nihil cum exteriori regione communicant: Græci Baſilienſes codices habent *ἄριστά ἐστιν μηδὲν ἃ τῷ ἔξω χωρίῳ ἐπικοινωνεῖ* in Aldinis codicibus Galeni ſic *ἄριστά ἐστιν ἃ τῷ ἔξω χωρίῳ ἐπικοινωνεῖ*. Prima lectio articulum *ἃ*, habet mutatum: ſecunda affirmatiua eſt, cùm tamen negatiua eſſe debeat, vt in Græcis Aldinis codicibus Hippoc. vbi rectè ſic legitur, *ἄριστά ἐστιν ἃ μηδὲν τῷ χωρίῳ ἐπικοινωνεῖ*, quod in prognoſtico tranſtuli, reliqui codices ad huius normam corrigendi ſunt.

Vlcera non curãtur ante ſymptomatũ ablationem. Celſus.

Græci codicis erratum.

GALENI COMMENTARIVS.

NOn ſimpliciter talis ſuppuratio optima eſt: ſed earum quæ intro foráſque rumpuntur, optima eſt. Siquidem hæc deterior eſt, quàm quæ foras rumpitur. Hæc enim eruptio in partes multo nobiliores fit, quàm ſit in illis cutis: & item non æquè medicamentum adhiberi curatorium poteſt, quoties introuerſus rumpantur, atque etiam ſecretum pus mordet & conſerpit ea difficultatémque committit inteſtinorum: & ſi quando in ieiuno aut tenuioribus fiat inteſtinis, alimonia vitiat diductionem: atque in ventriculo debilitat concoctionem. Itaque perſpicuum eſt vt peſſima ſit, quoties in vtramque rumpitur ſedem, introrſum atque extrorſum. Ita enim geminatur malum: nam

nec ſedem

nec ſedem, nec velut initium refectionis vllum obtinet natura reparandis ruptis, quo tanquam ſolo firmiora iaciat fundamenta repletionis.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte deteriorem eſſe dicit rupturam ſuppurationis, quæ fit ad partem interiorem, quàm quæ fit ad exteriorem, ob tres cauſas, 1. quia tendit ad nobiliores particulas. 2. quia medicamenta quæ vlceribus proſunt, non poſſunt rectè parti admoueri 3. quia vbi per inteſtina pus excernatur, ipſa mordere debet, & ſolet difficultatem inteſtinorum efficere. Et vbi à ſupremis incipiat inteſtinis, vitiabit alimenti diſtributionem, atque coctionem. Sed dubitabis quo pacto ſuppurationes in abdomine poſſunt inteſtina irritare, & dyſenteriam efficere, & reliqua vbi rumpantur ad interiora, debet enim pus intra peritonæũ recipi. Ad quod dicemus, quòd cum fuerit intra peritonæũ pus, poterit aut ſuperiora, aut inferiora inteſtina irritare, ac mordere, & tandè intus penetrare. Quòd ſi eroſerit inferiora, efficiet dyſenteriã, quòd ſi ſuperiora, coctionẽ, & diſtributionem alimenti turbabit. Poſſet quoque idem efficere pus mordens inteſtina, quãuis non penetraret ſolo morſu irritãdo inteſtina ſuperiora ad excretionem: licet illud facere poſſit per poros inteſtinorum penetrando inteſtina, & nonnunquam iecur ipſum, quod fit in aſcite, quando aqua penetrat iecur, & deiicitur. Quòd autem, dato quòd in abdomine ſit ſupputatio, quum rumpitur, inteſtina irritet, dixerat Hippo. lib. 6. de morb. pop. par 1. ſect 43. ſuppurationũ vmbilicus terminus eſt, quibus ſuppurationes rũpi debent, ventres turbantur, vbi cunſtat Hipp. loquutum de ſuppurationibus, quæ fiunt in abdumine, quæ ruptæ mordent inteſtina, aut quum rumpi debent, ac deinde penetrant, & per ipſa purgantur. *Atque etiam ſecretum pus.* Græcè, ἥ τ᾽ ἔκκρισις τοῦ πύου διὰ τῶν ἐντέρων γενομένη. quod eſt, & puris excretio per inteſtina facta.

Rumpi ſuppurationem ad interiora quare peius.

In ſecunda parte, quæ incipit (Itaque) rationem reddit quare peſſimæ ſunt ſuppurationes, quæ rumpuntur intrò & extrà, *Repletionis.* Græcè σαρκώσιος, id eſt generationis carnis.

PROGNOSTIC. XXXVIII.

Signa puris laudabilis.

PVs autem optimum album eſſe debet, æquale, ac læue, & quàm minimè fœtidum: huic verò maximè contrarium peſſimum eſt.

Qvoniam loquutus eſt Hippo. de ſuppurationibus, & earum eruptione, in præſenti puris eiũpentis naturam oſtendit quantũ habeat bonitatis, optimum, ac peſſimũ cognoſcere docens: ex quibus conſecuta poterit quiuis aliud quodcunque cognoſcere, quàm bonum, aut malum ſit ex acceſſu ad aliquid extremorum optimi, & peſſimi puris. Optimi itaque puris conditiones ſunt, vt ſit album, æquale, læue, & quamminimè fœtidũ. Peſſimũ autem pus vnico verbo declarauit, dicens id eſſe quod huic optimo maximè contrarium eſt, nempe nigrũ, aſperũ, inæquale, aut valde fœtidum. Puris itaq; ratio primum exponetur, deinde ſingulæ puris optimi conditiones. Ad quod intelligendũ aduertere oportet, quòd duo inueniuntur calores in corpore humano, quorum alter eſt naturalis: alter verò præter naturam, qui in ſpecie & eſſentia diuerſi non ſunt, etſi varios demõſtrent effectus. Nam ipſe naturalis calor vbi modum excesſerit, aut intenſione, aut ſiccitate, opera efficit caloris præter naturam. Eſt autem is calor principium, à quo omnes ferè actiones, quæ apparent in humano corpore eueniunt. Ab hoc ergo calore tres fiunt in corpore alterationes: vna omnino ſecundùm naturam, alia omnino præter naturam, alia inter has media. Alteratio omnino ſecundùm naturam fit, vbi calor naturam ſuam obſeruauerit, & materia circa quam operatur omnino ſecundùm naturam fuerit, aut quæ poſſit ad id quod ſecundùm naturam eſt reduci, qualis eſt alteratio, & commutatio, circa bonum alimentum ſano homine, tam in ventriculo, quàm in iecore, & venis. Alia alteratio eſt omnino præter naturam, vt quoties calor alterationem efficiens omnino præter naturam eſt, & ad nihil vtile facit commutationem: quod non tantùm ex caloris ipſius malitia poſſet originẽ trahere, ſed etiam ex malignitate materiæ. Alia eſt media alteratio inter has, veluti quum efficit in materia commutationem, per quam ipſam vincit, atque reducit ad quandam ſpeciem puris, vt in tumoribus præter naturam, & vlceribus. Has tres alterationes fieri (vt diximus) teſtatur Gal. lib. 5. de Simp. med. fac. cap. 5. dicens: Etenim cùm tres in animalium corpore fiant alterationes, vna planè ſecundum naturam eſt, quum videlicet in ventre cibus coquitur, aut in viſceribus & vaſis, qui inibi generatur ſuccus, vnde tuſus pars vnaquæque nutriatur: altera contrà planè præter naturam, nempe in putreſcentibus omnibus: atque hæ quodammodo inuicem ſibi contrariæ ſunt. Tertia ex vtraque mixta & media eſt, partim ſecundùm naturam exiſtens, partim præter naturam: ſiquidem alterationi ſecundum naturam hæc duo inſunt, vt ex familiari animantis natura fiat alteratio, & ab ingenito calore planè ſuperetur: ei verò quæ præter naturam eſt, & ab aliena qualitate mutario proueniit, & ad nihil vtile: at media earum, quæ ſcilicet ſuppurationes comitatur, ab ingenito quidem fit calore, ſed non planè vincente: neque enim ex materia peragitur, quæ prorſus benigna ſit, neq; tamen ex omnino maligna. In hac trimembri diuiſione puris generatio medium tenere videtur, inter mutationem ſummè naturalem, & eam quæ eſt ſummè præter naturam. Verumtamen eas alterationes, quæ fiunt à calore, quæ non ſunt omnino ſecundum naturam, in triplici membro euenire docet Galen. lib. 1. de Diffe. feb. cap. 6. Aut enim fiunt ſuperante natura, aut ſuperata, aut medio modo ſe habente. In qua diuiſione pus non obſeruat medium, ſed vnum extremorum, nempe quod fit natura vincente, ac ſuperante. Ratio eſt, quoniam in hac diuiſione omnibus membris commiſcetur, actio præternaturalis caloris, modo inter alterationes, quæ ſiunt calore præter naturam concurrente, puris generatio optimum obtinet extremorum, licet in alterationibus ſimpliciter, quales quæ habentur in prima trimembri diuiſione, in medio conſtituatur. In hac igitur ſecunda diuiſione, quæ habetur à Gale. loco citato, calore operante circa humores contentos in tumoribus aut vlceribus, ſi ſuperauerit in ea actione, ita vt victoriã aſſequatur, fiet puris generatio: quoniam hæc eſt coctio, quæ licet non ſit ad formam, & naturam, quemadmodum generatio carnis, aut oſſis, contendit tamen ad certam quandam formam, nempe ad formam puris, quam etiam concoctionem appellauit Ariſtot. lib. 4. Meteororum cap. 2. quemadmodum & vrinæ coctæ dicuntur & deiectiones, quia ſunt à natura ſuperatæ, ad illam formam contendentes, quam aſſequuntur, etſi cocta & victa alere non poſſunt: licet alter ſit apud ipſum coctionis modus, quum id quod ſuperatur à natura alit, quæ coctio ab ipſo appellatur perfectio, per quam contenditur ad formam, & naturam, ſiue ſpeciem. Cùm verò calor naturalis admodum languet, ita vt

Alterationes in humano corpore tres.

Pus medium obtinet, & extremum.

Puris generatio coctio eſt.

Coctio duplex.

ita vt id quod alteratur nullam ſpeciẽ referat naturalis caloris, ſed calor præter naturam omnino vincat, aut quoniam facultas in extremo languet, aut ipſa non adeo languente, vbi materia fuerit admodum deprauata, hæc propriè eſt putredo atque corruptio. Contingit tamen facultatem non eſſe in extremo languidam, aut humorem non eſſe admodum vitiatum, & putredinem quandam fieri quodammodo mediam, quæ tamen non obſeruabit vnicam ſpeciem, neque vnicum calorem, aut odorem: non vt euenit natura vincente, ſicut in puris generatione, in qua ad vnam puris ſpeciẽ quæ optimum pus dicitur, fit permutatio eius quod ſimul putreſit, & coquitur. Puris ergo generatio alteratio quædam eſt, à calore naturali circa materiam quæ extra vaſa continetur. In tumoribus præter naturam & vlceribus, quòd puris generatio ab vtroque fiat calore, teſtatur Galen. 2. ſectione Aphor. Comm. 47. vbi de tranſmutationibus quæ in corpore fiunt, loquens dixit, At quæ pus generant, medium inter has obtinent locum, neque à ſolo calore extra naturam, neque à ſolo ſecundum naturam facta. Mixtus enim quodammodo ex vtriſque eſt calor inflammationis. Idem cap. 6. lib. 1. de Diff. feb. de duabus trãſmutationibus, quæ eueniunt rebus, quæ putreſcunt dixit: At duorum generum alterum quidem fit ſuperãte natura, alterum verò ſuperata: & ſuperante quidem ſicuti in inflãmationibus, & ſimilibus collectioni tumoribus pus, vbi ſimiliter Gal. explicat puris generationem fieri ex materia quæ cõtinetur extra vaſa, vt in tumoribus, & vlceribus. Accipitur tamen in præſenti prognoſtico pus amplo vocabulo, quo cõprehenditur pus omne tam bonum quàm malũ. Dixit enim huic maximè contrarium eſſe peſſimum. id ergo quod puri optimo quàm maximè contrarium eſt, pus peſſimum eſt. Et lib. 1. de Diffe. feb. cap. 6. bonum pus deſcribit, & poſtea malũ, quod non obſeruat calorem, odorem, aut ſubſtantiã. Apud Celſum tamen lib. 5. cap. 16. de Sãguine, ſanie & pure, de bono tantùm dicitur. Nam inquit, exit autẽ ſanguis ex vulnere recenti, aut iam ſeneſcente. Sanies eſt inter vtrunque tempus: pus ex vlcere iam ad ſanitatẽ expectante. id autem cõſtat non eſſe malũ, ergo ſolum bonum ſignificat. Sanies etiam quid diſtinctum à pure eſt, neq; tamẽ eſt idem quod ἰχὼρ, Græcis, quoniam ſanies aliqua eſt tenuis, aliqua craſſa: ἰχὼρ autẽ ſemper eſt tenuis, vt cõſtat ex Celſo loco allegato, dicẽte, Rurſus & ſanies, & pus, quaſdam habẽt ſpecies, Græcis nominibus diſtinctas. eſt enim quædã ſanies, quæ vel ἰχὼρ, vel μελικηρία nominatur: & pus quod ἐλαιῶδες ἰχὼρ, tenuis ſubalbidus ex malo vlcere exit, maximéq; vbi neruo læſo inflãmatio ſequuta eſt. μελικηρία, craſſior & glutinoſior, ſubalbida melliq; albo ſimilis fertur. Craſſum ergo excremẽtum in ſaniei genere continetur. Et lib. 4. de ratio. vict. Com. 1. inquit. Quòd Hipp. tenues humiditates appellet ἰχῶρας, liquido conſtat omnibus. Et lib. 5. de Sanit. tuẽ. inquit, Quinetiam in vlceribus tenuis excrementũ, ἰχὼρ appellatur: quod craſſum eſt, ſordes. Præterea Ariſt. lib. 2. de par. ani. ca. 4. inquit, ἰχὼρ eſt pars ſanguinis aquoſa, ob id quòd nullatenus cocta eſt, aut putruit. Si ergo vt diximus ita eſt, quòd ſanies aliqua eſt craſſa, & ἰχὼρ, de tenui tantum dicitur: vbi Græcè ſcribatur ἰχὼρ, non licebit ſanies transferre, ſed tenuis ſanies. ἰχὼρ tamẽ præternaturalibus diſpoſitionibus inuenitur, pariter & in naturalibus. in præternaturalibus dixit de vlceribus, & tumoribus ruptis: in diſpoſitionibus tamẽ naturalib. ἰχῶρες ſunt, qui omnibus humoribus commiſcentur, tanquam tenues quædã ſeroſitates humorum, que ipſis ſecundùm naturã cõmiſcentur. Dixerat enim Plato in Timæo, ἰχὼρ autẽ, qui ſanguinis ſerũ exiſtit, mitis eſt, nigræ verò bilis & acidæ agreſtis. ἰχῶρες ergo, & ſera in naturali diſpoſitione, quatuor ſunt 4. humoribus reſpondentes, quod confirmat Gal. lib. 6. de mor. po. par. 2. Com. 15. Hoc ergo pus, quod ex vlceribus & ſuppurationib. manat cognoſcere docet, dicẽs albũ eſſe debere. Quod enim tranſmutatur, vbi integrè victũ fuerit, omnino trãſit in naturã tranſmutantis: ſin minus, ſaltẽ magnã cum tranſmutante recipiet ſimilitudinem. talis eſt humor qui manat ex vlcerib. & ſuppurationibus, qui omnino vinci nõ poteſt, ita vt alat mutatus, tamen ad calorẽ tranſiuit membrorũ ipſum commutantium. Cùm ergo illa alba ſint, pus album eſſe debet, quemadmodum & ſemen album eſt, & ſedimen in vrina contentũ. Simili ratione vſus eſt Gal. lib. 6. de Pla. Hipp. & ad probandum ſanguinem generari à carne iecoris, nõ a venis ipſius, quoniã ruber eſt, & à membro rubro generari debet, vt alba ab albis generantur. Æquale ac læue eſſe debere optimum pus, docet Hip. quam partẽ interpretari prętermiſit Gal. in Comm. etſi dixit, quòd calore naturali, aut præter naturam vincente, ſigna accedũt neceſſario tum coloris, tum odoris, atque etiam conſiſtentiæ. Lib. tamen 1. de Diff. feb. cap. 6. inquit. Superãte verò integrè ipſa natura optimum fit pus conſpectui album, & craſſum, & quaquauerſum ſibi ſimile. Læue autem tangenti ac minimè fœtidum: dixit ergo quaquauerſum ſibi ſimile: loco illius quod dixit Hipp. æquale, quoniam omnes eius partes vult eundem colorem, odorem, & conſiſtentiam obſeruare. Læue etiam dixit, vt ipſum contra aſperum diſtingueret, quod tactu diſtinguere docet. Eſt enim lęue, quod tactum læuorem repręſentat. lib. 2. Comm. 21. Læue in deiectionibus explicat Gal. id quod nos diximus æquale per totam materiam recipiens, aut naturæ comptũ, aut turpitudinis prauitatem. Celſus item loco citato dixit, Melius eſt, quo minus eſt, quo craſſius, quo albidius. Itémque ſi læue eſt, ſi nihil olet, ſi æquale eſt. Quòd autem dixit, quamminimè fœtidum, ſignum eſt quòd oſtendit in pure quãnis optimo aliquam adeſſe putredinem, fœtor enim ſignum putredinis eſt: ob id in ſedimento quod continetur in vrina, nullus adeſt fœtor, quoniam nõ participat calore præter naturam, ſic enim fit, quæ continentur in vaſis magnis perfectè ſuperantur à natura: nam quod exierit ab ipſis, tale eſt ſedimen. Quod cùm in vaſis contineatur, adeo ſuperatur à natura, vt nullam repræſentet putredinẽ. Pus autem quod emanat ex vlceribus & ſuppurationibus, quamuis optimum ſit, fœtore ſuo putredinem oſtendit: quoniam non ſic ſuperatum eſt à natura, vt nullo modo repræſentet calorem præter naturam. Tanto etiã magis pus omne fœtore participat, quantò magis participat calore præter naturã.

Putredo.

Puris generatio.

Pus.

Pus apud Celſum de bono tantum.

Sanies.

ἰχὼρ in ſanis & ægris.

Pus album.

Albedo puris.

Pus æquale ac læue.

Puris fœtor. Fœtor putredinis ſignum.

GALENI COMMENT.

VT quàm minimè fœtidum pus eſſe debeat, propalam eſt, etenim ſuperans grauеolentia, putredinis eſt, non concoctionis indicium. Vt autem candidam quoque eſſe conueniat, diſcas licebit, ſi genituram eius intelligas ex iis quæ alibi demonſtrata ſunt. Omnia enim iam omnibus docere locis, nugacitatis potius quàm doctrinæ proprium eſt. Quæ verò aliis ſunt commentationibus demonſtrata, talia ſunt: Libro de viribus naturalibus dictum iam eſt vnam ex ipſis eſſe vim alteratoriam, quæ & in ventriculo & in iecore molitur concoctionem, commutata alimonia in iecore quidem ad ſanguinem: in ventriculo verò ad idoneum ſanguini humorem, & item vniuſcuiuſque partis animalium officium eſſe ad pro-

Digitized by Google

priam deducere naturam propinquantem humorem. Nouiſſima enim concoctio fit propterea quòd alimentum in nutrito apponatur atque aſſimiletur. Itaque perſpicuum eſt vt ſpatio temporis longiore in talem preparetur ſimilationem. Porrò proditum eſt libro de ſemine, vt in conceptaculorum tuniculis, de quibus aluntur teſtes, ſæpe appareat liquidò commutatus iam ſanguis ad ſeminis creationem. Non enim conuenit ipſas conceptaculorum tuniculas ab alio quopiam nutriri, atque appellant eiuſmodi humiditatem, nonnulli medici genitale virus: & ob eam rem ſemen ipſum, genitale virus nominatur. Sed potiſſimum ij qui vim eius dictitant ſemen, non ſubſtantiam corpulentam. Quinetiam & decumbens ſanguis in partes laborantes inflammatione, commutat inflammationes, ita vt ab initio quidem ſola conceptacula repleat, diſtendátque, mox adiacentes ſedes inanes complures atque exiguas in ſingulis membris: libro De tumoribus præter naturam definitum iam eſt, & item dictum quoque libro de inæquali intemperie. Talis igitur ſanguis ad exiguas diſperſus partes in locis inflammatione affectis, ſpõte extra propria conceptacula poſitus, non inſuper remeare ad antiquam naturam poteſt: mutatur verò ac putreſcit, quomodo omnia quæcunque in alieno loco vehementius caleſiunt. Si igitur natiuus calor de propria exorbitat temperie, plurimum, vt in corpore inanimi, putreſcit ſanguis. Si verò vim ſeruet quandam, permixta quadam commutatio de cauſa per naturam, & item præter naturam efficitur. ſiquidem cauſa naturalis concoquit, præter naturam putrefacit. vtra earum magis exuperet, per eam ipſam neceſſariò ſigna accedunt, tum coloris odoriſque, tum etiam conſiſtentiæ. Ex his igitur (vt dixi) demonſtratis in aliis commentationibus, ſeries eſt vt colligas ſanguinem qui probè ſit in pus commutatus: primo quidem non putruiſſe, ſed potius concoctum fuiſſe: ſecundò verò in ipſo ſimul quod putredinis præter naturam apparere, parum verò illud eſſe, & vt Hippocrates dixit, quam minimè fœtidum: etenim hæc vox, quàm minimè, id pollet quòd quàm pariſſimè. Ad hæc, colorem eius reddi ſimilem ſeminis, ratio eſt: candidum verò non exquiſita ratione velut nix eſt. Semen enim è natura ducitur in ſolidiorum corporum colorem, exquiſita ratione: modicè pus. Siquidem ſemen nihil habet præter naturam permiſtum: pus verò non aſſiduè par, vt explanatum iam eſt, permiſcetur tamẽ omnino aliquid, quoniam ſanguis de propriis opificiis exiliuit. Hæc itaque cauſa eſt, ob quam candidum ſemen ac pus eſt. Pus enim quodammodo ſolidioribus aſſimilatur corporibus, quæ quidem ſunt conceptaculorum tunicula venique, & copula, ac membranulæ, atque etiam cartilago, oſſaque. Eadem cauſa eſt ob quam ſubſidet in vrina candidum ſedimentum. etenim id quoque obtinet generationem, quæ puri proportione reſpondeat, inter id & naturales humores iniectum. Quicquid enim alimenti in ſanguinis generatione natura refugit confectionem, ſubſidet in vrina, neque vt ſanguis ab ea commutatum, neque vt pus, præter naturam cauſa particeps.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte exponit quare dixit Hipp. de pure optimo, quod eſſe debet quàm minime fœtidum: quoniam ſuperans graueolẽtia, putredinis, non coctionis ſignum eſt. & infra lib. 2. Comm. 22. inquit, Graueolentia putredinis indicium eſt: & nullo certiori argumento putredo probari poteſt in exterioribus, niſi fœtore.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Vt autem candidum) incipit probare pus, optimum debere eſſe album, vbi quis intellexerit eius generationem, non videtur dubitandum. Hanc autem alibi ſe ſcripſiſſe refert, vt in lib. 1. de Differ. cap. 6. & 2. ſect. Aphoriſ. Com. 47. Ad quod etiam modo probandum ſupponit quædam neceſſaria. Quorum primum eſt, quòd datur vna facultas alterandi, quæ circa alimentum verſatur, quę conuertit alimentum in ventriculo ad chylum, & in iecore ad ſanguinem, & in vnaquaque particula animalis eius officium eſſe commutandi ſanguinem in partis naturam. Vltima enim coctio fit, quoniam alimentum corpori apponitur, & aſſimilatur. lib. 2. de Naturalib. facul. dixit eſſe facultatẽ aliquam, quæ alterat atq; commutat alimenta. Non enim ob id ex melle plurima bilis generatur, quoniam bilis in melle continebatur: ſed ob facultatem generantem, quæ in iuuene ex melle multam efficit bilem. in ſene bonum ſanguinem. Et lib. 3. inquit, At quoniam particularum, aliæ viribus ſunt firmioribus, alię magis imbecillis, vincent quidem omnes nutrimentum id quod animali eſt conueniens, non tamẽ omnes æquali modo. Ergo vincet etiam venter ac nutrimentum alterabit, non tamen ſic vt iecur, & venæ, & arteriæ, & cor. Clarius etiam in libri tertij principio, vbi colligens quæ libro 2. dixerat, inquit, Ac quod nutritio quidem ſit, cùm id quod nutrit alteratur, & ei quod nutritur ſimile fit, tum quòd in quaq; animalis particula facultas quædam inſit, quã ab actione ipſa generaliter alteratricem, membratim aſſimilatricem, nutritoriámque nominamus, in proximo indicatum eſt libro. Hanc itaq; actionem, quæ perficitur aſſimilatione, & appoſitione, aliquando appellat Galen. coctionem, aliquãdo nutritionem. Coctionem appellat vtens vocabulo generis, & nutritionem vtens vocabulo proprio & ſpeciali: nam in præſenti Com. dixit, Extrema enim coctio appoſitione & aſſimilatione nutrientis ad nutritum fit, & 4. lib. de Sanit. tuend. ad finem inquit, Quòd ſi quis dictorum cuiuſque certam ex demonſtratione ſcientiam cepiſſe velit, is lib. de Naturalibus facultatibus legat vbi Gal. præfatam ſententiam ex lib. de Natura facul. 3. allegat. Et rurſus 3. de Natur. facult. inquit, Quando non aliud erat cocti quàm alteratio: in propria eius quod nutritur qualitate. Ex his conſtat, quòd ipſam carnis generationem appellat coctionem. Si tamen quis exquiſitè vocabulis vti voluerit, diſtinguet coctionem à nutritione eritque πέψις id eſt, coctio omnis alteratio circa alimentum, donec parti alendæ apponatur. Commutatio verò eius quod appoſitura eſt, θρέψις, id eſt: nutritio quod teſtatur Galen. lib. 8. de Compoſitione med. per loc. cap. de affect. iecinoris, vbi de natura facu. loquens inquit, Porrò oſtenſæ ſunt hæ facultates omnes ſingulis partibus per totum vitæ curriculum ineſſe. Omnes ſiquidem attrahunt quod ſibi eſt proprium, atque excernunt quod alienum: alterant quod eſt attractum, & tantiſper dum alterant continent & ſtringunt. Cæterũ hæc alteratio donec in ſimilitudinẽ particulæ alendæ tranſeat, vocabitur πέψις, id eſt, coctiò: vbi verò iam apponitur particulæ θρέψις, hoc eſt nutritio.

Mel quare tranſit in bilem.

Nutritio.

Nutritio coctio eſt amplo vocabulo.

Naturales fac.

IN tertia parte quæ incipit (Porrò proditum) in libris de Semine docuiſſe inquit, quòd in tunicis vaſorum, à quibus teſtes alimentum accipiunt, ſæpe apparet ſanguis commutatus ad generationem ſeminis. Nam non conuenit, vt ex alia materia tales alantur tunicæ. Appellantur autem à nõnullis medicis, maximè ab his, qui tenent vim generatiuam, eſſe propriè ſemen, non ipſam corpulentam ſeminis ſubſtantiam, θορώδη, quoniam & ipſum ſemen vocant θόρον. Quod dixit ex libro de Semine 1. libro ſcribitur, cùm aduerſus Ariſt. inquit, Sed nos inquitamus argumenta, quæ tum ex iam demonſtratis, tum ex diſſectione euidentibus adhibeamus, arteria & vena, quæ capiti teſtis committuntur, ſeminalem quendam humorem iam habere conſpiciuntur: & ipſe etiam teſtis totus huiuſmodi humore plenus reperitur.

Semen arteria & vena conficiunt.
Ariſto. opinio de ſemine.

repetitur. Et rurſus infrà inquit, Vnumquodque verò ſibi ſimillimum alimentum reddit. Semen igitur efficiunt teſtes, id quod efficere etiam venas & arterias demonſtrauimus, ſed illæ paucum multo temporis ſpatio, hi non ſolùm multum & cito, ſed exquiſitè etiam cõſectum. Quòd dixit, à quibuſdam dici ſemen θόρον, maximè ab his qui tenent ſemen eſſe facultatem, non corpus, Ariſto. fuit opinio 2. de Gener. animal. cap. 3. vbi dixit, Ineſt enim in ſemine omnium, quod facit vt fœcunda ſint ſemina, videlicet quod calor vocatur: idque non ignis, nec talis facultas aliqua eſt, ſed ſpiritus qui in ſemine ſpumoſóque corpore continetur & natura, quæ in eo ſpiritu eſt, proportione reſpondens elemento ſtellarum. Et infrà, Corpus autem genituræ, in quo ſemen animalis principij contentum vnà prouenit, partim inſeparabile à corpore, in quibus diuina pars comprehenditur, qualis eſt, quæ mens appellatur: partim ſeparabile, hoc inquam genituræ ſemen diſſoluitur: verſúmque in ſpiritum euaneſcit, cùm naturam humidam aquoſámque habeat. Quo in loco comparat ſemen ſucco à quo lac coagulatur, dicens: Nam is quoque mutat, & nulla pars conſtitutæ magnitudinis eſt. Voluit ergo Ariſtoteles, ſemen non eſſe corpus, neque partem corporis animalis geniti. Et lib. 1. de Gener. anim. cap. 20. inquit, Hinc etiam quemadmodum mas conferat generationem acceperis. Nec enim mas omnis ſemẽ emittit, & quibus emittitur maribus nulla pars fœtus, hoc eſt, ſicut nec à fabro quicquam ſecedit ad lignorum materiam, neque pars vlla artis fabrilis in eo quod efficitur eſt, ſed forma & ſpecies ab illo per motum in materia exiſtit. Semen verò appellat Ariſtoteles, θόρον, in piſcibus maſculis: quoniam credit facultatem generatiuam in ſolo ſemine maſculi contineri. Vocabulum verò ſemini piſcium appropriat, vt libro quinto de Hiſt. anim. cap. quinto inquit, ſed binos meatus tum ſerpentes, tũ etiam piſces maſculi continent, qui θόρου, id eſt, prolifico ſemine, cùm coëundi eſt tempus, implentur, & lacteum omnes emittunt humorem. Rurſus eod. cap. inquit, piſcium oua parientium coitus minus patet, quamobrem complures fœminas θόρου, id eſt, ſemen prolificum maris vorando impleri crediderunt. Et lib. 1. de Gener. anim. cap. 20. inquit. Hoc idem quoque in generatione ouiparorum piſcium euenit: vbi enim fœmina oua ediderit, mas θόρον, hoc eſt, ſemen prolificum aſpergit, & quæcunque attigit, fœcunda efficiuntur: quæ non attigit, remanent infœcunda: quaſi non ad quantitatem mas conferat, ſed ad qualitatem. Ecce vbi Ariſt. facultatem ipſam, quæ eſt in ſemine, nõ corpus θόρον, id eſt, ſemen prolificum appellat. Hæc vox in codicibus Galeni ſcribitur, accentu in vltima, θορὸν, in codicibus Ariſtot. accentu in penultima, θόρον, in lexicis etiam vario modo ſcribitur.

Phlegmones generatio.

In quarta parte, quæ incipit (Quinetiam) vt ſupponit phlegmonis generationem fieri ſanguine replente primùm vaſa, deinde ſpatia inania membrorum: & quòd talis ſanguis extra propria vaſa poſitus, cùm non poſſit redire in propriam naturam, putreſcit, quemadmodum quæcunque in loco alieno, id eſt, non naturali plurimum incaleſcunt, quod ipſe docuit lib. de Tumoribus præter naturam, vbi inquit, Hæc igitur omnes notæ ſunt, partes phlegmone infeſtatas ſanguineo humore eſſe repletas, calidæ verò immodicè non protinus ab initio, ſed temporis proceſſu fiunt, reſpiratione priſtina propter meatuum omnium obſtructionem retenta, neceſſarium ſanguinem diu immorantem computreſcere. Omnia ſiquidem calida & humida corpora in calidum collecta locum, ſi neque euentantur, neque refrigerantur, putreſcunt. Item libro de Inæquali intemperie, inquit: Quippe calida fluxio vbi in muſculum procumbit, primum maiores arteriæ venæque opplentur ac diſtenduntur ab his minores, atque ita res procedit, donec ad minimas ſit peruentum: in his vbi valenter impacta fluxio eſt, nec adhuc ſiſtitur, partim eius per ipſarum ora, partim per tunicas veluti colatorium foras tranſmittitur, tum verò ſpatia ipſa vacua, quæ inter prima ſunt corpora, fluxione implentur, ſic omnia ab humore omnique ex parte incaleſcunt, ac perfunduntur, & ſubdit: Appellatúrque morbus ipſe phlegmone.

Putrent quæ non euentantur.

Sãguis extra vaſa putreſcit.

Quòd etiam ſanguis extra vaſa contentus putrefiat, dixit loco citato, ex lib. de Tumor. præter naturam, & ſic eſt intelligendus Aphor. 20. ſect. 6. Si in ventrem ſanguis præter naturam effunditur, neceſſe eſt ſuppurari, habétque verum Apho. vbi in locum calidum effundatur, quemadmodum dixi ex Galeno lib. de tumo. præter naturam, & in præſenti Com. vbi potius referenda eſt putredo ad incaleſcentiam, quàm ad exiſtentiam in loco præter naturam, ob id putandum eſt Ariſt. dixiſſe libro 3. de Hiſtoria animal. cap. 2. cap. 19. non alibi contineri ſanguinem, quàm in venis & corde: eũ autem qui extra effunditur ſanguinem non eſſe putat, quoniam quum ſemel venas exierit in aliam naturam corruptus mutatur.

Sanguinẽ extra cor. & venas nõ eſſe vult Ariſtoteles.

Caloris naturalis & præter naturam actio mixta.

In quinta parte, quæ incipit (Si igitur) tria membra docet compoſitionis caloris naturalis cũ calore præter naturam. Aut enim quo tempore calor operatur circa ſanguinem, qui extra vaſa cõtinetur, plurimum calor naturalis diſcedit à propria tẽperie, & efficitur alteratio, qualis in corporibus mortuorum: aut non omnino langueſcit naturalis calor, ſed adhuc manet eius virtus, & manifeſtatur actio caloris naturalis, & præter naturam, naturali calore coquente, & præter naturam putrefaciente, apparebúntq; ſigna quæ oſtẽdent calorem vincentem ex colore, odore, & ſubſtantia. Intelligendum quòd ex corporibus mortuorũ putreſcẽtibus ichores manant, ac virulẽtiæ, quemadmodum & ex partibus demortuis fit, vbi tamẽ caloris naturalis actio repræſentatur, pus fit bonum aut malum.

In ſexta parte quæ incipit (Ex his igitur) concludit Gal. ex dictis, quomodo deprehendendũ ſit pus bonum. Primò ex coctione, quod docebit ſubſtantia læuis, & æqualis, & modicè craſſa. Secundo etiam ſi putret, & quantum putret: potret enim quàm minimè pus optimũ, quoniam & fœtet quàm minimè, vt vult Hippo. eſt enim idem ὡς ἥκιστα. id eſt, quàm minimè, ac ſi diceret: ὡς ἐλάχιστα. Id eſt quàm paruiſſimè, quod etiam dixit libro 3. de Ratione vict. acut. Com. 61. per hæc verba, Ait præterea balneũ ἥκιστα, id eſt minimè iuuare eos qui ſolo vtuntur potu. vbi ἥκιστα, ἐλάχιστον, id eſt, minimũ, ſignificat, non vt quidam aiunt, οὐδαμῶς, id eſt, nullo pacto. Cognoſcetur etiam pus optimũ, quia candidum eſt, quemadmodum & ſemen genitale, quia ſimiliter cõmutatur à radicalibus membris, colore albis, quemadmodum & ſemen: verùm non adeò exquiſitam aſſequetur albedinem, quoniã ſemen calorem præter naturam nõ recepit, pus verò recepit quidem, ſed nõ ſemper conſimiliter, ſed quandoque magis, quandoque minus: ſemper verò aliquid, quoniam exiuit vaſa, quæ ſunt ſanguinis naturalia receptacula. Membris itaque radicalibus ambo aſſimilantur, quæ ſunt tunicæ venarum, nerui, ligamenta, oſſa, cartilagines: ſic etiam fit ſedimẽtum vrinæ album, quoniam à mem-

Albedo puris non æquat albedinẽ ſeminis.

bris radicalibus alteratur ad album calorem, verùm non repræſentat cauſam præter naturam, licet non adeò bonam, vt ſanguis recipiat commutationem.

Sedimen non adeò benè alteratur, vt ſanguis.

Nam ſedimen vrinæ eſt alimétum quod effugit naturæ confectionem apud ſanguinis generationem, non vt ſanguis à natura commutatus, neque vt pus particeps cauſæ præter naturam. *Præter naturam cauſæ particeps.* Græcè τῆς παρὰ φύσιν αἰτίας ἐν τῇ γενέσει μεταλαβὸν: hoc eſt, cauſæ præter naturam particeps in generatione. Quòd ſi Gal. lib. 1. de Diffe. feb. cap. 6. dicit, ſedimentum album, læue, & ęquale, & quàm minimè fœtidum, eſſe optimũ, quando talem mutationem à continentibus vaſis aſſequutum fuerit: ibi loquitur Galen. de ſedimento factu ex humore putreſcente: in hoc tamen loco de ſedimẽto ex crudo humore loquitur.

Puris generatio à quo calore fit.

An tamen hæc puris optimi forma generetur à calore naturali tantùm, vel à calore naturali coquente, & à calore præter naturam putrefaciente: quidam voluit in generatione formæ puris optimi, nullum habere concurſum calorem præter naturam, quia putredinalis calor (inquit ipſe) non agit diſpoſitiones per ſe facientes ad formæ puris generationem. Quandoquidem hoc dato, ageret coquendo, & eſſet naturalis. Poſtea ad ſaluándum concurſum præternaturalis caloris inquit: Quemadmodum in generatione fœtus præcedit actio iecoris in generatione ſanguinis matris, non tamen coagit ad generationẽ fœtus iecur matris: & vt actio ventriculi antecedit iecoris actionẽ: ſic dato quòd ad puris generationẽ ſit neceſſum actionẽ præternaturalis caloris præceſſiſſe, non tamen coagit ad eius generationẽ pręternaturalis calor.

Puris generatio à calore naturali & præter naturam fit.

Mihi tamen dicendum videtur ad puris generationem, non ſolùm naturalem calorem, ſed & illum qui eſt præter naturam concurrere, ſicut enim putredo, qualis eſt in corporibus mortuorum, fit omnino à cauſis præter naturam, & forma carnis, aut ſeminis omnino à calore naturali: ſic forma puris ab amborum concurſu. Quod dixit Gal. in pręſenti Com. cùm ait. Siquidem ſemen nihil habet cauſæ præter naturam permixtum, pus verò non aſſiduè par, vt explanatũ iam eſt, permiſcetur ergo omnino quoties ſanguis de propriis opificiis exiliuit. Vult igitur in omni tali generatione in ratione cauſę, calorem præter naturam concurrere in puris generatione, quoniam ſanguis de propriis opificiis exiuit. Ratio etiam quæ id probat eſt: quoniam diſpoſitio immediata propinqua, ad alicuius formæ generationem eſt illa, qua poſita ſequitur generatio, & qua remota remouetur. Sed poſita actione caloris naturalis, & caloris præter naturam ſequitur formæ puris generatio, & ipſis remotis non ſequitur, ergo amborum actio eſt neceſſaria ad formæ puris generationem. Si dixeris quantitatẽ eſſe diſpoſitionem immediatam propinquam ad formæ extenſæ cuiuſuis inductionem, non tamen concurrere ad generationem puris, verum eſt, ſed illa non eſt forma actiua, poſſes etiam dicere hinc ſequi, quòd ſi ex pituita generetur ſanguis, frigiditas pituitæ coaget ad formæ ſanguinis generationem: quoniam præſens eſt, & habet agendi virtutem, Primò dico, quòd in ſanguine genito nullum veſtigium manet actionis frigiditatis, vt in pure fœtor eſt caloris præter naturam veſtigium. Secundò concederem conſequens, & dicerem ſimile fieri in generatione mixtorum, in qua dato quòd mixtum quod generatur calidiſſimum ſit, ad eius generationem frigida coagũt elementa.

Accidentia non coagunt ad generationem formæ ſubſtãtialis.

Quòd ſi rurſus dixeris, calorem præter naturam non coagere ad formæ generationem, id eſt libenter & ad placitum dictum, quoniam accidentia ſecundùm veriorem opinionem non coagunt ad generationem formæ ſubſtantialis, ſed tantummodo diſponunt, quod non minus facit calor præter naturam quàm naturalis. Quòd ſi velis dicere caliditatem in generatione formæ ſubſtantialis ignis coagere: dicam tibi quòd caliditas præter naturam non minus coagit ad formæ puris generationem quàm calor naturalis. Non enim magis proprium eſt caloris naturalis generare pus, quàm caloris præter naturam, vbi vterque ſolus ageret, ſicut enim calor præternaturalis ſolus faceret putridum aliquod, non pus: ita calore ſolo naturali agente fieret caro, non pus optimum. Si dicas, loquamur modo de optimo pure, cuius generatio fit à naturali calore vincente. Verum eſt, ſed tamen quemadmodum calore naturali vincente, fit optimum pus: ita ipſo ferè victo, fit peſſimum, ambobus coagentibus. Malum autem pus, pus eſt, & formam continet puris, ad cuius generationem calorem naturalem coẽgiſſe non negauit aduerſarius, non tamen ſuperaſſe integrè. Vt igitur pus malum à calore naturali, ſic & à calore præter naturam: vincit autem pręternaturalis, non tamen intantum, quin caloris naturalis veſtigia appareant coagentis. Ita in generatione optimi ambo ſimul agent, & naturalis vincet præternaturali coagente: maximè quoniam, vt dixi, amborum actio non eſt alia quàm materiam diſponere: forma autem ab alia forma ſubſtantiali introducetur, quæ eſt forma membri radicalis, aut membrorum partis inflammatę. Quòd autem ipſe dicit de generatione chyli, quæ præcedit generationem formæ ſanguinis, conſtat quòd non eſt ſimile. Actio enim ventriculi non coniungitur cum actione iecoris, ſed ipſam præcedit tempore: ſed in generatione puris, naturalis & præternaturalis caloris actiones ſimul tempore ſunt in eadem materia. Idem ad id quod dixit de generatione ſanguinis in iecore matris per comparationem ad fœtus generationem.

Puris generatio, coctio & putrefactio eſt.

Hanc ob cauſam iſtam puris generationem, putrefactionem, & coctionem appellat Galen. libro primo de Differen. febr. capite ſexto, dicens, Altera autem putrefactio, quam & coctionem eſſe diximus, ſemper ad vnicam puris ſpeciem terminatur, non tamen diceretur putrefactio, niſi ageret aliquid in tali generatione calor putrefaciens. Conſtat etiam Galen. in fine huius commentarij dixiſſe, Neque vt pus cauſæ præter naturam particeps in generatione. voluit ergo calorem putridum in puris generatione habere cauſæ rationem.

Sedimentĩ vrinæ generatio.

In fine commentarij Galenus intulit ſimile contingere in generatione ſedimenti apparentis in vrina. Id namque album eſt, quoniam ſimilem puri habet generationem, quoniam à vaſis generantur, quæ membra radicalia ſunt & alba. Cęterum non omnino ſimilia ſunt: pus enim cauſã præter naturam participat, non autem ſedimẽtum, quod verè medium continet inter pus & naturales humores. Alimentum enim quod naturalem actionem effugit in ſanguinis generatione, ſubſidet in vrina, neque vt ſanguis commutatum, nec vt pus cauſæ præter naturam particeps. Hoc idem teſtatur Gal. lib. 1. de Differentiis febrium capite ſexto, dicens, Humorum autem putredo, quæ in vaſis fit, ſimilis eſt ei, quæ in inflammationibus atque abſceſſibus accidit, aliiſque collectionibus. Vbi teſtatur ſimilitudinem puris & ſedimenti vrinæ.

Sedimentum vrinæ an ſit pars humoris in febribus.

Circa iſtam partẽ hoc maximè videtur egere declaratione, an ſedimentum in vrina apparens ſit pars humoris geniti in iecore, quæ à virtute vaſorum coquitur in venis. An pars aliqua quæ nõ fuit vnquã aſſequuta

formam

Digitized by Google

formam humoris, quòd ſit pars humorũ qui exiſtũt in vaſis, quæ ſeparatur per tertiã coctionem, quæ fit in ipſis, probatur. Primò, quia ſi eſſet pars chyli nõ cocta in iecore, neq; ad ſanguinẽ conuerſa in principiis febrium maior ipſius copia appareret, quàm in ſanitate: quoniam in principio febrium magis languet ventriculus quàm in ſanitate. Plus igitur adeſſet crudi humoris inepti ad ſanguinis formam accipiendam, & contingeret ipſam in morborũ initiis apparere, in quibus ex præcedenti victu cruditates ventriculi adhuc adſunt. Secundò, quia ſi ſedimentum eſſet pars cruda ex chylo non ſignificaret robur vaſorum: nec prædiceret ſanitatem in morbis venoſi generis, cuius contrarium vult Galen. 1. de Criſibus, & 4. de ſanitate tuenda. Tertiò, ſi ita eſſet ſedimentum non oſtenderet diſpoſitionem & alterationem, quæ contingit in humoribus qui ſunt in vaſis: ſi enim eſſet ipſius humoris pars, ſignificaret nobis humorem reliquum ſimilẽ paſſum diſpoſitionem, atq; coctionem: vbi tamen fuerit pars chyli eius excrementi coctionem, non humorum, qui in vaſis ſunt ſignificaret. Quartò videtur dubium cõtra opinionem: nam ſi ſedimentum eſt pars cruda, quum conficitur ſanguis in iecore, non deberet plurimum eius ſeparari. Nam ſedimentum eſt albũ, & iecur non eſt album: ergo non conficitur in iecore. Quòd tamen in tempore coctionis, quæ in iecore fit, plurimum ſedimen appareat, docet Gale. lib. 1. de Criſi. cap. 12. dicens: Nam quum adhuc coquitur ſanguis, vrina quæ mingitur, læuem, & æqualem, & albam ſubſidentiam, ac multam facit. Iam verò perfecta coctione, & color quidem vrinæ intenditur, minus autem ſubſidet. Quintò ſi ſedimentum eſſet pars cruda ex ventriculo delata, non appareret multum ſedimentum tempore hyemis, quoniam eo tempore calor maior eſt in ventre, quàm in aliis, quòd tamen tunc maior appareat copia, conſtat ex Galen. Commen. 15. primæ ſectionis Aphoriſ. quum ait: In his enim plus eſt ſedimenti quàm in æſtate, præter id quòd tota vrinarum multitudo hyeme ſufficienter augetur. Si tamen quis velit Gal. mentem ſequi, dicet ſedimentum & quoduis aliud bonum contentum in vrina, ſiue nebula, ſiue appendiculum, eſſe ſecundum partem de crudo humore, qui è ventriculo proceſſit ad iecur & venas, qui in ipſis vaſis coctionis, quendam modum aſſequitur, demum cum vrina retrocedit ad renes & veſicam. Talis ſuccus crudus in pueris multus eſt: quoniam voraces ſunt, & intempeſtiuè edunt, & pluſquam poſſit à ventriculo ipſorum ſuperari: quoniam non tantùm nutritioni, ſed & augmento ſufficere debent. Rurſus membra ipſorum, quorum naturales facultates robuſtiſſimæ ſunt, & celeriter trahunt alimenta, antequam integrè perficiatur in ventriculo, ſuóque robore tale crudum excrementum ſuperant, ſimiliter eius multum apparet in hominibus otioſis, in quibus etiam plurimum crudi ſucci congeritur, & aliis vtcunque, in quibus abundat cruditas. In ſanis itaque corporibus pars cruda eſt, quæ non potuit à calore naturali iecoris vinci, & in ſanguinem commutari. In ægris tamen pars eſt de crudo humore ſimul tendente cum humoribus morbum facientibus, pars etiam eſt de ipſo humore malo putreſcente, quæ partes à naturali calore vincuntur, in vaſis demum cum vrina excernuntur. Quòd igitur ſedimentum pars ſit cruda è ventriculo veniens, quæ non eſt aſſecuta in ipſo coctionem, patet ex Gal. in præſenti Comment. quando dixit, Alimentum quod naturæ refugit confectionem, apud conuerſionem in ſanguinem ſubſidet in vrina, neque vt ſanguis ab ea commotatum.

Vrina contentum.

Sedimentum vrina in ægris pars eſt humoris & pars crudi ſucci.

Quòd tamen tam in ægris quàm in ſanis poſſit inueniri huiuſmodi crudum excrementum, ex quo ſedimentum fit, probabo. Non enim voluit Gal. hoc ſolum appellare ſedimẽtum, ſed dixit, quòd id quod habet hanc conditionem, in vrina ſubſidet, & ſedimentum appellatur. In ſanis namq; ex crudo humore, qui in ventriculo non fuit confectus, fieri ſedimentum probat Gal. lib. 1. de Cri. cap. 12. vbi inquirens optimam vrinã, vt aliàs intelligere quiuis poſſit, quantũ ab ipſa recedunt, inquit: Nam ſi colorem exquiſitè ſeruauerit, ſubſidentiã verò albam, & læuem, & æqualem, & multam fecerit, ſic quidem erit coctionis etiã ſignũ, plus etiam de humore qui crudus nominatur, euacuari etiã demonſtrat. Præterea in pueris omnibus ferè perfectã ætatem agentibus, qui otioſam ætatẽ degũt, aut quouis alio modo pleni ſunt, ſatis multam habent vrinæ ſubſiſtentiam. Quoniam in his omnibus plus eſt de inconfecto & crudo humore, his quidẽ propter deſidẽ vitam, illis verò propter ſatietatẽ: quoniã magis voraces ſunt, ſed ob id etiam quòd operatio nũ poteſt duobus ſimul ſufficere, augendo ſcilicet atq; alendo. Antequã ergo in ipſo ſufficienter alimẽtum decoquatur, trahit ad ſe corpus: atq; hinc fit vt plurimũ crudi humoris coaceruet. Quòd etiã Gal. id velit reſidere in vrinis ægrorum, conſtat ex litera ſequenti, cùm ait, Hæc quoq; cauſa eſt, vt iis ex otio & repletione febricitantibus ſi ſanitati reſtitui debeant, neceſſariò plurimum ſubſideat. Hoc autem nõ fieret, niſi quoniam ſuccus iſte crudus, cuius plurimũ colligitur in pueris & otioſis, ſiue in ſanis ſiue in ægris ſeparatur, & cum vrina trãſmiſſus ſubſidet in ipſam: ſi tamen ſani inedia & exercitiis vtantur, id crudum nõ erit ſedimentũ, ſed ob paucitatem & tenuitatẽ nebula, aut appendiculum: aut omnino non aderit aliquod contentum in vrina. Hinc conſtat falſam eſſe opinionem illorum, qui dicunt ſedimentũ in ſanis eſſe crudam ſuperfluitatem, & in ęgris partẽ humoris: quoniam in ęgris etiam eſt pars cruda. Veruntamen in ægris non ſolùm apparet in vrina ſedimentum ex crudo ſucco prædicto, ſed etiã nonnihil de ipſo humore putreſcente. De crudo ſucco primo dicamus, crudus ſuccus enim non mutatur ad formã ſanguinis in iecore, tranſit tamẽ ad venas cum ſanguine, & plurimum eius ad formam ſedimẽti tranſit in iecore, quod ſimul cum vrina deſcendit per emulgentes venas tempore generationis ſanguinis, cùm interim etiam permeet & trahatur à membris non enim totus vnico momento perficitur, ſed ſenſim chylus peruenit ad iecur, ſenſim etiam alteratur & perficitur, & quod perfectum eſt trãſit. reliquo nondum perfecto, quo toto tẽpore plurimum ſedimenti apparebit in vrina vt vult Gal. 1. de Criſi. cap. citato dicens: Nam cùm adhuc coquitur ſanguis, vrina quæ mingitur, læuem & æqualem & albam ſubſidentiam ac multam facit: iam verò perfecta coctione, color quidem vrinæ intenditur, minus autem ſubſidet. Eo modo tamen quo non totum ſerum ſanguinis expurgatur per emulgentes venas, ſed multum cum ſanguine tẽdit, ſic etiam & aliquid de ſucco iſto crudo tẽdit ad venas. Quòd ſi talis ſuccus in ſedimẽti formã tranſit in iecore, cum ea forma retrocedet ad vrinam: ſi verò crudus, nec à iecore ſuperatus tranſcendat, à venis ſuperabitur, vt in ſanis & iam perfecta coctione ſanguinis, deſcẽdet ſimul cũ reliqua parte vrinæ aut crudus exiſtens in corporibus febricitantiũ aliquam cõtraher putredinem, & in venis ſuperabitur, & dealbabitur, non aliter quàm pars humoris peccantis, in ægris:

Crudus ſuccus in vrina ſubſidet.

namque præter prædictam crudam ſuperflui, quæ formam ſuſcipit ſedimenti, eſt etiam ſedimentum aliud quod ex humore faciente morbum fit: de quo fecit mentionem Gal. lib. 3. de Præſagitione ex pul. *Sedimentũ ex humore.* cap. 7. dicens: Atque is eſt vigor acceſſionum, vbi fuliginoſum natura excrementum, expiratione & contractione arteriarum expellit: quod verò eſt veluti cineritium, non perinde poteſt excernere, quia craſſum eſt, ſed per inſignes meatus educit, hoc in partibus inflammatis pus eſt, in ipſis vaſis ſedimentum vrinæ, vides vbi cineritium, quod remanet ex humore in febrium vigore reſoluto tenui, ſedimentum vrinæ appellat, id autem humoris peccantis pars erat, non cruda ſuperfluitas. Hinc conſtat quare dato, quòd totus humor malus coquatur in vaſis, non totus tranſit ad formam ſedimenti, ſed ille tantùm qui in extremis venis exiſtens, quo tempore coquitur à naturali calore, magna ex parte reſoluitur, & veluti cinis remanet, non potens cum reliquo exhalare per poros. Quod non fit in humoribus in magnis vaſis exiſtentibus, à quibus non exhalat tenuis pars, ſed totus humor vnà concoquitur: oſtendit autem ſedimen tale naturam validam, quæ partem reſoluit, reliqua ſuperata & dealbata. Gal. etiam cùm intellexiſſet aliquod eſſe ſedimentum ex cruda ſuperfluitate, quod nunquam occupauit calor putrefaciens, vt in ſanis corporibus, quondam ex parte humoris, aut crudæ ſuperfluitatis, putreſcentibus, vt in febricitantibus, in Comm. præſenti dixit ſedimen non eſſe particeps cauſæ præter naturam, quod verum eſt in ſanis corporibus, & lib. 1. de Differ. feb. cap. 7. videtur velle calorem præter naturam putrefacientem concurrere: comparat enim putredinem eorum, quæ continentur in vaſis, ei quæ fit in tumoribus præter naturam, & ſuperante natura in vtriſque, inquit, Et ſuperante quidem ſicut in inflammationibus & ſimilib. collectioni tumorib pus: in humorib. autem qui in venis & arteriis continentur, quoddam quod pari proportione reſpondet ſubſidens in vrinis. Sedimentum ergo putredine participat: id videlicet quod ex humoribus putreſcentibus generatur. Petet autem aliquis, quare non fœtet, quemadmodum & pus optimum, quod eſt quàm minimè fœtidum. Reſpondemus, quòd in fine generationis ſedimenti omnino amittit caloris præter naturam notas, quoniam calor *Sedimentum vrina quare non fœtet.* validus eſt in vaſis, quod in pure optimo non fit: quoniam extra vaſa generatur. Quod ergo dixit in præſenti Commen. ſedimentum non eſſe particeps cauſæ præter naturam: verum eſt in fine actionis & generationis ſuæ: ad finem namque omnem amittit putredinem à natura integrè victam. Ad argumenta in contrarium facta reſpondetur. Ad primum dico non eſſe neceſſum in morborum initiis ſedimen apparere. Ratio eſt, quia crudum illud excrementum non generabitur ægro, recto conuenienti victu. Dixit enim Galen. libro 1. de Criſib. cap. 12. quòd in *Nota.* iis qui inedia vtuntur, & exercitio, non neceſſum eſt hoc crudum excrementum in vrina apparere, quanto magis id erit verum in febricitantibus, & tenui victu vtentibus, ob caloris copiam, & alimenti inopiam? Aut ſi quid generetur, non conficietur à iecore & venis, nec ſegregabitur à reliquis humoribus, aut ſi quid parum ſeparetur, non perſeuerabit, quod ad coctionem eſt neceſſarium. Quod magis placet, eſt, quòd ſi quid crudum procedit à ventriculo in iecur, id erit pauciſſimum, & non ſeparabitur in principio morbi in forma ſedimenti. Ad tertium dico, quòd pars cruda procedit cum ipſis humoribus, & pars alia ab ipſis humoribus ſeparatur, quia pars ipſorum erat. Ad quartum dico quòd verum eſt multum ſedimentum apparere, quo tempore ſanguis conficitur, quia ſedimen illud in vrinis ſanorum eſt, de quo loquitur Gal. & in illis in iecore ſeparatur ex cruda ſuperfluitate ventriculi, quia excrementum venarum in ſanis per poros diſcutitur. Ad quintum dico, quòd hyemis tempore licet melius perficiantur coctiones, plus apparet ſedimenti, quoniam cruditates temporum calidorum magna ex parte exhalant inſenſibiliter per cutim: hyeme verò cuti conſtipata reliquum retrocedit ad vrinam.

LIBER SECVNDVS PROGNOST. HIPPOCRATIS, CVM EXPOSITIONIBVS CHRISTOPHORI A VEGA, & Annotationibus eiuſdem in Galeni Commentarios.

PROGNOSTIC. PRIMVM.

HYdropes autem omnes, quæ ex acutis morbis fiunt, malæ ſunt, non enim à febre liberant, & valde doloroſæ ſunt, ac lethales. Incipiunt autem plurimæ quidem ex partibus inanibus, & lumbis, quædam autem à iecore.

Ordo non ſeruatur ab Hippoc. In hoc ſecondo lib. ſigna plurima progn. ſcribuntur ab Hipp. nullo ferè ordine ſeruato: quorum quędam ſumuntur ex morbis, vt ab hydrope, empyemate, veſicæ inflammatione: quædam ab actionibus animalibus, vt ſomno: quædam à qualitatibus, vt extremorum frigore: quædam ab excrementis, vt deiectione, vrina, vomitu, excreatione. Nunc verò ab aqua intercutim incipit, quæ morbus acutus eſt, *Aqua inter cutim.* non ſimpliciter, ſed ex decidentia. Eſt autem aqua intercutim Latinis, quæ Græcis ἀνάσαρκα, teſte Celſo lib. 3. cap. 21. licet Plinius non Latino, ſed Græco ipſo vtatur vocabulo, hydropiſim appellans, tamen hydropem, & hyderon, eundem morbum appellant: licet nonnulli diabetem etiam appellauerint hyderon, & hydropen, teſte Aëtio lib. 11. cap. 1. verùm in propria ſignificatione non definitur à medicis Gręcis, ſed à Gal. & reliquis. Primum diuiditur, deinde diffinitur, quia analogum eſt. Nam nomen hydrops magis propriè de aſcite, quàm de aliis dicitur, per hunc enim morbum aqua abundat magis, quàm per

per alios. Latinom etiam vocabulum ei magis reſpondere videtut, aqua intercutem; licet Alexander Trallianus libro 3. eap. 30. explicans cauſam ipſius, eam deſeripſerit dicens: Naſcitur magna ex parte ex ieciuore in tantum refrigerato, vt nequeat pro ſuo munere ſumpta eibaria cuncoquere, & in ſanguioeam ſubſtantiam conuettere: ſed in aqueam modo eſſentiam tranſmutare, vel in flatulentos ſpiritus, vel in pituitam denique transformare.

Aqua intercutim cauſa.

Aqua intercutim tres ſpecies.

Diuiditur autem in tres ſpecies à Galen. lib. 4. de Rat. vict. acut. Comment. 110. vbi autorem illius partis teprehendit, quoniam duas tantum ſcripſit ſpecies hydropum, ſiue naturas. Reprehendit etiam eos qui fecerunt 4. ae ſubinfert, Nempe hydropum vnus humidi ſubſtantia, ac tenuis eopiam in tota inferiori thoracis regione aceruat, quam aliquando per purgantes humidum euacuamus. Alter locum hunc non aqua, ſed ſpiritu, & ferè ſuperiora omnia tumentia, hunc tympaniam appellant. Qui autem habitum totum pituitæ plenum habet, eum hypoſarcidum nonnulli appellant. Rurſus Paulus lib. 3. cap. 48. inquit, Et appellatur morbus ille hyderus, in quu quandoque quidem multitudo ſpiritus cum exiguo aquoſo humore inter petitonæum, & partes ei ſubiacentes congregatur, ita vt ſi pulſetur venter inferior, ſonitum inſtat tympani propemodum edat. Proinde & tympania hydrops appellatur. Aut inflammationibus quæ eirca ſtomachum, aluum, & eolon inteſtinum, & inueteratis febribus conſiſtunt, interdum adhue etiam petitonæi, aut in mulieribus vuluæ aut ſcirrho, nonnunquam è contrario ingens humorum copia cum perexiguo ſpiritu, in eiſdem loeis eoaceruatur, perinde atque in ἄσκῳ, id eſt, vtre quopiam ſeruatur, hinc ægritudo ἀσκίτης ὕδρωψ, id eſt, aſcites, paſſio nomen habet. Qui vtique etiam ipſe ex cauſis iampridem numeratis conſtans, à duritie verò & ſcirrho, magna ex parte, quæ lieoem atque hepar moleſtat, necnon fluxibus circáque inteſtina diuturnis, præ quibus venter intumeſcere, reliquum corpus colligari conſueuit. Quandoque ſanè in vniuerſæ corporeæ molis tumorem frigidior ac pituitoſior ſanguis continetur. Partim quidem ab hepatis eioſdem conſtitutione delatum, partim verò ab vniuerſa eorporis carne, tanquam aqua ſtillante natum, vt pallidum atque pituitoſum mortuo compar appareat, leucophlegmatias, & hypoſarcidis, hyderus, aut anaſarca nuncupatur. Rurſus lib. 10. cap. 20. Hydropis differentiæ tres ſunt, alius enim aſcites ab vtre appellatur, alius tympanites à tympano, & tertius ſarcites, aut iuxta carnem, hoe eſt ſubtercus, à Græcis etiam leucophlegmatias nominatus. Celſus lib. 3. cap. 21. ſpecies eaſdem narrãs inquit, Primum, τυμπανίτην, ſecondum leucophlegmatiam, vel anaſarea: tertium ἀσκίτην Græci nominant. Fit hie morbus ſemper læſo iecore, aut primario affectu, aut per coonſenſum. Primarius ipſius affectus eſt intemperies, aot tumor præter naturam. Conſentit aotem lieni, tenuioribus inteſtinis, venis meſeraicis, ſepto tranſuerſo, pulmoni & renibus, ſimiliter & vtero. Conſentiunt enim quæcunque aut proxima ſunt, aut magnis vaſis, aut neruis communicant, vt Galen. in Comment. Vtcunque ſit, neceſſum eſt facultatem ſanguificam laborare, vt Galen. in Comment. teſtatur. Itaque cuiuſuis aquæ intercutim communis genitura eſt, vbi ſanguificationis officium intercidat, & lib. 2. de Naturalibus fa. Eſt enim ea prima generandi hydropis cauſa ex ſanguificationis defectu proueniens. Et libro 6. de Loc. pat. cap. 1. Hallucinantur, inquit, qui indurato lieni aquam intercutim fieri credunt, nollam affectionem patiente iecore. Et libro 5. de Loc. pat. cap. 6. inquit, Quippe niſi hepar afficiatur, haudquaquam fieri poteſt huiuſmodi affectus, non tamen ſemper ob primariam eius affectionem excitatur, quamuis hoe ſit quàm frequentiſſimum. Etenim quia ipſum eius facultatis quæ ſanguinem gignit, inſtrumentum eſt, conſequens eſt vt vitiato hoc viſcere, actio quoque eius vitietur. Accidit autem (vt dixi) cùm aliàs aliam partem frigida intemperies afficit, vt hepar quoque refrigeretur. Igitur ſi vel lienis cauſa, vel ventriculi, vel inteſtinorum vniuerſorum, maximè ieiuni, meſentericæ venæ, habituali intemperie afficiantur, facilè etiam vnà refrigerare poſſunt omnes ſimarũ iecoris partium venas. Quo fit vt ad hepatis quoque corpus intemperies ipſa perueniat. Si verò vel pulmonis, vel ſepti tranſuerſi, vel renum occaſione id accidat, in primis venæ, quæ in viſceris huius partibus gibbis conſiſtunt per conſenſum afficiuntur, deinde tractu temporis hepar quoque eadem diſpoſitione infeſtatur. Haoe ſententiam citare ad literam placuit, quoniam tria hæc ſimul approbat in ipſa Gal. nempe quòd ſine iecoris affectione non fit aqua intercutim. Secundum, quòd aliquando fit ex primaria affectione iecoris, & aliquandu per conſenſum. Tertium quoniam plura alia membra explicantur, ex quorum conſenſu fit, quàm hie ab Hippoc. ipſe enim in præſenti de aqua intercutim, quæ fit ex morbo acuto loquens, non fecit mentionem de ea quæ fit ex lienis inflammatione, aut ſepti, aut pulmonis, aut ventriculi: neque etiam de frigida intemperie harum particularum, ſiue ſequatur fluxum ventris, aut fluxum ſanguinis, aut frigidæ potũ, aut cauſam quamuis refrigerantem: quia hæc non niſi longo tempore adducunt morbum hunc. Iecoris tamen, aut venarum meſeraicarum, aut tenuiorum inteſtinorum inflammatiooes acuti morbi ſunt, & breuì aquam intercutim afferre poſſunt, deficiente iecoris ſanguifica facultate: facto etiam ex acuto morbo, altero ex decidentia acuto. Is autem noo ſedat febrem: quia vt ait Aëtius libro 10. cap. 20. humor; qui detinetur, ſalſus eſt, & putrefactus: quare ſitis & febris augetur. Ferè enim in totum, plurimi ex hydropicis febriunt, neque dolorem lenit. Adaugetur namque humorum putredo languente iecore, & fumorum malorum multitudo aceruato humore: augetur etiam ex tumore diſtenſionéque afflatus, & aquæ multitudine, inde ſequitur vt lethalis ſit hæc diſpoſitio. Et ob id Celſus lib. 2. cap. 8. inquit, At aqua intercutim ſi ex morbo acuto cœpit, rarò ad ſanitatem perducitur. Quòd autem dixi, ex partibus inanibus, Græcè habetur, ἀπὸ τῶν κενεώνων, & hæc eadem ſunt, quæ appellantur τὰ λαπάρα, id eſt, flaccidæ partes, apud Galen. in Comment. Hoc vocabulo κενεὼν. vſus eſt Homerus Iliad. ε. vbi Pandarus Diomedi dixit, βέβληαι κενεῶνα διαμπερές. hoc eſt, traoſfixit partem flaccidam. Appellat autem Homerus eo nomioe partes, quas zona cingit. Libro eodem, vbi Diomedes vulnerauit Martem, inquit, νείατον ἐς κενεῶνα ὅθι ζωννύσκετο μίτρην. quod eſt ad extremum ventrem, qua parte cingebat baltheum: zona verò partes ſub thorace cingebat tempore Homeri, vt Iliados λ. Ἰφιδάμας δὲ κατὰ ζώνην θώρηκος ἔνερθεν, quod eſt, Iphidamas verò iuxta zonam ſub thorace. Sunt ergo partes flaccidæ, aut inanes iuxta zonam ſub thorace, qoo loco ſunt ieiunum inteſtinum & venæ meſeraicæ.

Tympania.

Partes quarum conſenſu fit aqua intercutim.

Aqua intercutim non omnes cauſas explicat Hippocr. & quare.

GALENI COMMENTARIVS.

INter initia libri ipſe dixit: Conſiderari conuenit hunc in modum per morbos acutos, principiò vultum ægri, ſiue ſimilis beneualentium. Ita aliqui dicunt non ſolùm de vultu exitioſo per morbos acutos, ſed deinceps de omnibus ipſum facere ſermonem, cùm haudquaquam legerint finem ſermonis, vbi dixit: Hæc dico de morbis acutis, necnon quicunque ex acutis morbis conſiſtunt. Atqui conſtat vt de purulentis docuerit, non ſolum illis quæcunque vigeſimo die rumpi ſolent: ſed quæ ad trigeſimum, quadrageſimum & ſexageſimum deuenerunt: atque etiam antea de morbis qui ad quadrageſimum vſque diem proceſſerunt, vbi dixit: Spirationis facilitatem exiſtimari oportet perquàm magnam habere vim ad ſalutem in omni morbo acuto, qui cum febre infeſtet, ac quadrageſimo die iudicetur. Et item hoc loco ait, non de quauis aqua intercutem facere ſermonem, ſed quæcunque ex acuto morbo exiſtat: atque etiam de purulentis tabidiſque deinceps docebit: & ad hæc de quartanis, vt conſtat, etiam diutinis morbis. Igitur vt aqua intercutem omnis ſi ex acuto morbo exiſtit, malo ſit nequaquam ſedans febrem, ſed inferens dolorem: ipſe dixit, porrò docuit genituram eius, iecoris nominatim faciens mentionem: atque vna communis ratione partis inanis, quæ ſunt ieiunum, & lactes, & item inteſtina tenuiora. Nam in more eſt vocari illas partes inanes quæcunque inter extremam thoracis coſtam, & femoris oſſa habentur. Atqui inanis videtur omnis talis ſedes, ſi eam cum ſupernis inferniſque partibus vtriſque oſſeis conferas. At verò omnis talis pars flaccida habetur, quoties non fuerit aliquis paulò ante repletus eſculentis poculentiſque. Ita mihi videtur poëta has ipſas corporis partes: eò quòd flaccida ſint, appellare laparas. Itaque cuiuſuis aqua intercutem communis genitura eſt, vbi ſanguificationis officium intercidit. Etenim quemadmodum in ventriculo concoquuntur eſculenta, pari ratione in iecore & venis præconcoctum in ventriculo alimentum. Quinetiam vt in ventriculo interdum minus intercidit concoctionis officium, interdum magis ita in iecore. Nonnunquam enim iecur afficitur per ſeſe primum quemadmodum etiam ventriculus: interdum per conſenſum aliarum partium. Itaque conſtat vt omne ſibi inuicem conſentientes partes: aut quia vicina ſint, aut quia habeant ſocietatem magnam, per conceptacula neruóſque afficiantur. In hunc modum iecur per magnas venas copulatur & lieni, & ventriculo, & inteſtinis. Atque etiam poſitura eorum ita vicina eſt, vt quædam contingant ipſum: quædam propemodum tangant. Itaque lienis nequaquam mentionem habuit Hippocr. Siquidem de morbis acutis agebat, etenim hoc viſcus quando per longos morbos traxerit ſcirrhoſam diſpoſitionem, ad conſenſum agit iecur, omnique corpori per tale medium aquam intercutem concinnat. Porrò iecoris, ac partis inanis mentionem facit, ac docet differentias aquæ intercutis ex illis, quomodo procedente ſermone perſpicuum erit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte narrat quorundam occaſionem, qua voluerunt dicere Hippoc. in hoc libro de morbis ſolis acutis agere, quoniam dixit, Conſiderari conuenit hunc in modum per morbos acutos principio vultum ægri, volentes Hippocr. non tantùm de vultu ægri velle conſiderandum eſſe in morbis acutis, ſed etiam de omnibus aliis ſignis: non aduerterunt tamen, quòd ipſe libro tertio prognoſt. 30. dixit, ſe loqui de morbis acutis, & de his quæ fiunt ex ipſis. Præterea quòd libro præſenti progn. 57. fecit de abſceſſibus mentionem, qui 20. aut 30. aut 40. aut 60. die rumpuntur. Et libro primo prognoſt. 21. dixerat bonam reſpirationem valde magnam vim habere ad ſalutem in morbis acutis, & in his quæ cum febre ſunt, & quadraginta diebus iudicantur. Rurſus non aduerterunt quòd in progn. præſenti agit de aqua intercutim, quæ fit ex morbo acuto: & infrà prognoſt. 60. agit de purulentis, & lib. 3. prognoſt. 27. de febribus quæ intermittunt, ac errabilem in modum accedunt, quartanas futuras. Vult Hippocr. non tantùm loqui de morbis acutis ſimpliciter, ſed de acutis ea decidentia. Sed de his ſatis dixi in expoſitione prognoſt. 21. libri primi.

Lib. pri. de quibus morbis eſt.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Igitur vt aqua) refert Hippocr. dixiſſe aquam intercutim factam ex acuto morbo, malum eſſe, febrémque non ſedare, & valde doloroſam eſſe: ac docuiſſe Hippocr. eius generationẽ à iecore ſignatim, & à partibus inanibus. Partes autem inanes comprehendunt totum id ventris molle, quod pertinet ad inteſtina tenniora ieiunum & lactes, quæ venæ meſeraicæ appellantur. Sunt autem hæ partes, ab extrema thoracis coſta vſque ad oſſa ilium. Iſtæ autem partes meritò inanes appellantur, vbi ad ſuperiores & inferiores comparentur, quæ omnes oſſeæ ſunt, niſi fortè aliquis ſe cibis impleuerit: tunc enim non dicentur propriè inanes: tenduntur namque in ea diſpoſitione. *Et femoris oſſa.* Græcè κ̀ τῦ τ̃ λαγόνος ὀςῦ, id eſt, & ilium oſſa. Explicuimus namque quas partes lagones, ſiue ilia appellant Græci, ſuprà lib. 1. in expoſitione 23. prognoſt. flaccida. *Ita mihi videtur Poëta has ipſas corporis partes eò quòd flaccidæ ſint, appellare laparas.* Homerus ἰλιάδος ξ. cùm Aiax Oileus Satni Enopidem vulnerauit, inquit, οὗτα κτ λαπάρην, id eſt, vulnerauit in lapare. Hippoc. ipſe multis in locis eodem vocabulo vſus eſt, vt lib. 3. de Morb. popul. part. 1. in Hermocratis hiſt. inquit, Hypochondrium λαπαρῶς, id eſt, molliter intendebatur, & Galen. in Comment. explicat idem eſſe λαπαρῶς quod κενὸ, id eſt, inanis: nam inanis ex laparu ſignificatur. Et lib. 1. de Morb. popul. part. 3. in Hiſtoria Sileni, Hypochondrij contenſio ὑπολάπαρος, id eſt, ſubmollis, & Galen. in Comment. ὑπολάπαρος, ὑπόκενος, id eſt, ſubinanis eſt. Et lib. 3. part. 3. in hiſtoria, Adoleſcens in Melibœa inquit, Hypochondrij contenſio ὑπολάπαρος, id eſt, ſubflaccida, aut ſubmollis. Et Galen. in expoſitione antiquarum dictionum Hippocr. λαπαχθῆναι, propriè eſt κενωθῆναι, id eſt, inanire.

Quid ſint Lactes.

IN tertia parte, quæ incipit (Itaque cuiuſvis) docet omnem aquam intercutim habere originem ex imbecillitate iecoris nequeuntis ſanguinis generationem perficere, comparátque imbecillitatem iecoris ad imbecillitatem ventriculi. Imperficitur enim aliquando operatio ventriculi circa chyli generationem, aliquando magis, & aliquando minus. Sic etiam iecoris facultas ſanguifica: & hoc aut per ſe, quod etiam ventriculo contingit, aut per conſenſum. Conſentiunt autem partes aut ob viciniratem, aut ob connexionem per magna vaſa, aut neruos: quomodo iecur ob vaſorum magnorum communicationem, conſentit ventriculo, & lieni, & inteſtinis: habent etiam poſituram vicinam, ita vt ſe tangant, aut ferè. Quòd omnis aqua intercutim habeat originem ex iecoris imbecillitate, docuimus in expoſitione. Quòd iecori inſit facultas ſanguifica, probauit Galen. 6. lib. de Placitis Hippocrat. & Plato. Quòd membrum aliquod alteri per magna vaſa conſentiat, & per neruos magnos conſtat intelligenti, quantum caput conſentiat ori ventriculi, & ſepto tranſuerſo, vt dixerat Galen. lib. 1. Comm. 24. Communicant itaque omnia præcipua

Iecoris facul. ſanguifica læditur aut per ſe, aut per conſenſum.

Membra præcipua quibus communicãt ſuas offenſas.

membra

membra ſuas offenſas membris exortis ab ipſis, & eorum læſionem pariter ſentiunt. Quibus tamen modis fiat partem aliquam alteri conſentire, dicemus in expoſitione prognoſt.30.lib.3.

In quarta parte, quæ incipit (Itaque lienis) excuſat Hippocrat. qui inter cauſas, quæ per conſenſum adducunt iecur ad id mali, vt aqua intercutim ſequatur, non numerauit lienem, quoniam aqua intercutim, quæ ſequitur duritiem lienis, longo tempore conſentiente iecore in longis morbis fit. Hic verò de morbis acutis igitur.

PROGNOSTIC. II.

QVibus igitur ex partibus inanibus, & lumbis hydropum initia fiunt, pedes intumeſcunt, & alui fluor diutinus fit, nec ſoluens dolorem, qui ex inani parte efficitur, ac lumbis, neque molliens ventrem.

Qvoniam in præſenti prognoſt. dixerat hydropem ex acuto morbo factam ferè omnem incipere ex partibus inanibus, & lumbis, aut à iecore: nunc ad ſigna accedit, quæ oſtendunt, quando incipit ab altero horum, & quando à reliquo. Is tamen non eſt eius finis. ratio eſt, quoniam cognoſcere qua parte æger primario affectu laborat, non pertinet ad partem artis prognoſticam, ſed ad diagnoſticam. Voluit autem ſingula membra de prædictis explicare per ſigna, vt procederet ad oſtendendum quod propoſuerat, nempe malum eſſe fieri aquam intercutim ex morbo acuto, quia febrem non ſedat, & valde doloroſa eſt: quod in præſenti prognoſt. concludit de ea, quæ fit ex partibus flaccidis, & lumbis. dicens, Neque ſoluere dolorem, quæ fit ex partibus inanibus, ac lumbis, neque mollire ventrem. Ad quæ ſequi etiam febrem non euacuata cauſa ferè ſemper contingit, vt ſuperiori expoſitione adduxi ex Aetio. Primum ergo ſignum, quo notat morbum ex inanibus partibus incipere, eſt, quoniam pedes intumeſcunt. Id ſignum inſeparabile non eſt, ſed neque proprium: conuenit enim & iis quæ fiunt ex iecoris inflammatione, vt in ſequenti prognoſt. dicetur. Non eſt autem inſeparabile ob id, quod perpetuò non durat: nam in aſcite, & tympania ſæpe pedes areſcunt, & extenuantur. Erit autem ex ſignis aſſidentibus, vt exponemus in annotatione circa Comm. In vtriſque ergo pedes intumeſcunt, ſicuti & manus, & oculorum palpebræ, maximè inferior, ob humorem pituitoſum, ſiue ſanguinem frigidum, ad membra venientem, cuius vaporem craſſum non diſcutit calor. Languor etiam caloris naturalis ipſorum membrorum plurimum facit ad idem, ſicut & craſſi vapores aliunde venientes, & cum excremento alimenti mixti. hac ratione in membris extremis & pauci caloris id magis fit, & in pedibus maximè. Cognoſcitur etiam, quòd incipiente morbo, vapor ſanguinis id efficiat: quoniam incipiente hoc morbo, hora veſpertina & maiori parte noctis inflantur pedes, & mane detumeſcunt completa coctione, & calore aucto, & coadiuuante calore lecti. Rurſus ad idem facit, quòd homine erecto, & ambulante, plus de ſanguine craſſo declinat ad pedes, qui poſt in vaporem verſus non tamen diſcuſſus, pedes inflat, quod cubantibus non euenit. Hanc etiam ob cauſam fit, quòd reſurgentibus à ſomno oculorum palpebræ tumidæ apparent, magis quam reliquo tempore. decumbentibus enim plus in caput inclinat ſanguinis, & vaporum, cui etiam accedit quòd ſomnus caput implere ſolet. Secundum

Vapor cauſa eſt vt pedes intumeſcant.

ſignum eſt alui fluor diutinus: per partes flaccidas, inteſtina tenuiora, & meſeraicas venas intelligit Galen. licet Celſus ilia ſcripſerit lib.1.cap.7. dicens, Vbi dolor in imo ventre, ac coxis eſt, aqua intercutim inſtat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri ſolet. in his tamen ſi inflammatio fiat, quæ morbus acutus eſt, aqua intercutim fiet compatiente iecore, aderitque fluxus ventris per totum morbum. Si enim fuerit inflãmatio in ipſis venis meſeraicis, non tranſibit alimentum, vt à Galen. ſatis in Comment. declaratur. Et lib.5. de loc. pat. cap.7. docuit ex deiectionibus cognoſcere inflammationẽ in meſaren. Erunt enim non tantùm ſimiles hepaticis, nempe vt lotura carnis, ſed apparebit, veluti ab inflammatione ichor quidam admixtus, qui cocta inflammatione craſſior redditur. Si ergo in iecore non exiſtente inflãmatione, tale quid apparuerit, in meſareo exiſtit inflammatio, neque etiã penetrabit alimentum, ſi inflammatio fuerit in ieiuno inteſtino. Ratio eſt, quoniam à ieiuno maior pars alimenti rapitur à meſeraicis, quarum ora claudentur facta inibi inflammatione. Quòd ſi alimentum ad iecur non trahatur, per inteſtina defertur, & fluxum ventris efficiet, eritque multa bilis commixta egeſtioni, quoniam præaſſabitur & torrebitur in eis locis alimentum, & in iecore accreſcet bilis, ex parte quæ ad ipſum perueniet, reditus etiam bilis à iecore ad ieiunum inteſtinum, ſecundùm naturam eſt, vbi iterum inflammabitur, & mordens irritabit ac augebit fluxum. Diutinus etiam fiet talis fluxus ventris, quoniam inflammatio in ſcirrhum tranſit, & ipſo durante fluxus ventris perſeuerat. Ad hæc autem ſequitur ipſam aquam intercutim non ſoluere dolorem, qui oritur ex eis partibus, adhuc remanente tumore, & cauſa irritante, quæ eſt corruptum alimentum, & bilis ad locum veniens. Accedit etiam flatus diſtendens partem, qui ex cibis corruptis generatur. Quamobrem non detumeſcet venter, nec mollior reddetur, ob flatuum multitudinem, qui continentur in inteſtinis. Sed non tantùm in inteſtinis, verùm etiam in ſpatio inter peritonæum & inteſtina continentur. Quod vult Aëtius lib.10.cap.20. qui poſtquam dixerat locum, in quo continetur aqua in aſcite eſſe intra peritonæum, inquit, Tympanites verò flatus aëre repleti ſuperflui, plurimam collectionem in eiſdem ventri incumbentibus locis facit. Tales autem diſpoſitiones laterales eſſe meritò in præcedenti prognoſt. dixit. Ex partibus inanibus naſcitur hic morbus, & à lumbis. Lumbus Græcis ὀσφὺς eſt, quæ pars à thorace incipiens, ad os ſacrum terminatur, vt Galenus lib. de Oſſibus cap.7. inquit: Ceruix capiti annectitur, huic deinceps dorſum, cui par ineſt quæ & pectori longitudo (quod ſubeſt reliquum, lumbi appellantur, quorum pars vltima, ſacro latóve (vt nonnullis placet) oſſe finitur. Eadem ergo eſt flaccidarum partium & lumborum altitudo. Sed flaccidæ partes anterius, lumbi poſterius ſiti ſunt: tenuia verò inteſtina anteriora, & lumbos perreptant. Nam & Galen. in Comment. præcedenti dixit, Nam in more eſt vocare illas partes inanes, quæcunque inter extremam thoracis coſtam & ilium oſſa habentur, ad quod ſpatium in poſteriori corporis parte lumbi extenduntur.

Aqua intercutim dolorem non ſedat.

Lumbus.

Inanes partes.

GALENI COMMENT.

INtumeſcere pedes, omnis aquæ intercutim commune eſt: ſane & quibus in iecore vitium eſt aſſidere dixit. Sed conſtat vt vitio lienis, & ſimpliciter omnibus aliis committitur. Sed alui fluor peculiare eſt aquæ intercutim ex inani

inani parte affligentis, vbi ieiunum & lactes inflammatione vexentur. Hæ enim potiſſimum venæ debiles fiunt, per quas iecur ad ſe trahit alimentum: ita fit vt nequaquam ſubſerniant viſceri ad diductionem, neque maneat in ieiuno tenuioribúſque inteſtinis alimentum. Quod ſi grauetur ab eo, vtpote debilia, ſtatim id omne pellunt deorſum, atque hæc alui fluoris cauſa eſt. Quinetiam corrumpi alimentum, biliſque colligi copiam, ratio eſt: ob calorem partium, quæ inflammatione vexantur, & ob eam rem inteſtina admodum mordentur, proindéque incitantur ad excernendum contenta ibi excrementa. atque hæc rurſus altera cauſa alui fluoris eſt. Quocirca merito ait neque ſedare dolorem ipſum, neque mollire, id eſt vacuare ac contrahere ventris œdemata: indicans ex his quòd cum dolore excernant, & quòd hypogaſtrium totum attollatur in molem, fieri enim dolorem neceſſe eſt ob inflammationem demorſicationémque. ventrem verò omnem ſubleuari, repletis inteſtinis ſpiritu flatuoſo: cuius genitura, optima ratione ſubſequitur cruditatibus: & tandem non manere intus ex imbecillitate comprehenſoria facultatis inteſtinorum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte, circa primum ſignum, quod eſt, pedes intumeſcere, dicit id ſignum eſſe commune aquæ intercutim, quæ fit ex partibus inanibus: & illi quæ fit ex iecoris inflammatione, accidere vult id ſignum & illis etiam hydropum ſpeciebus, quæ alienæ originantur, & omnibus aliis vndecunque eueniunt, ſiue ex vẽtriculo, ſiue ex ſepto tranſuerſo. *Aſſidere.* Græcè συνεδρεύειν. ſunt autem ſigna aſſidentia diuerſa à pathognomonicis, id eſt, paſſionis ſignificatiuis, vt lib. 3. de Morbis popul. parte 3. Commentar. 34. & libro primo Aphoriſmorum Comment. 12. inquit Galen. paſſionis ſignificatiua ſunt, quæ vnà cum morbo inuadunt: quæ verò aſſident, aliquando ſimul inuadunt, aliquando ſuperueniunt, nonnunquam verò neque omnino veniunt, neque enim ſunt à morbo inſeparabilia, neque eius veluti ſubſtantiam conſtituunt, ſed proprias faciunt differentias, & infrà Comm. eodem exemplum poſuit dicens: In morbo igitur laterali, acuta quidem febris, vnà cum ſpirandi difficultate, & tuſſi, & dolore lateris pungenti ſimili, ſigna paſſionis ſignificatiua nominantur. Quòd autem dolor, aut ad ilia, ad clauum perueniat, aſſidentia dicuntur, ſicuti & quod facilius in latus patiens, quàm in alterum decumbat æger, ad idem genus aſſidentium attinet. Et aſſidentibus quoque quædam perpetuò adſunt, quamuis non ſint paſſionis ſignificatiua: quædam non perpetuò, vt inquit Galen. lib. 4. de Rat. vict. acut. Comment. 4. veluti in febre ardenti exquiſita, linguæ ariditas perpetuo adeſt, mentis aberratio aliquando adeſt, & aliquando deeſt. *Sed conſtat vt vitio & lienis & omnibus aliis comitetur.* Ex hac Laurentiani traductione mens Galeni non conſtat. Videtur enim velle quòd in morbis lienis, & in omnibus aliis, aſſidet tumor pedum, & primum non eſt neceſſarium in morbis quibuſvis lienis adeſſe pedum tumorem. Secundum etiam eſt falſum in omnibus morbis adeſſe. Veruntamen Græcè ſic habetur, γινώσκειν δ' ὅτι τοῖς ἐπὶ σπληνὶ, καὶ ἁπλῶς ἅπασι τοῖς ἄλλοις, Quod eſt: Notum autem eſt, quòd illis qui ex liene, & ſimpliciter omnibus aliis, (nempe hyderis) aſſidet tumor pedum. Voluit itaque aſſidere illis qui à iecore, & illis qui à liene, & illis qui ex quauis parte originem traxerint.

Aſſidentia ſigna.

Aſſidentia ſigna quædam perpetuò adſunt.

In ſecunda parte, quæ incipit (Sed alui fluor) ſignum peculiare eſſe refert aquæ intercutim, quæ fit ex partibus inanibus, alui fluorem, ac reddit duas cauſas ipſius. Prima eſt, quia ſi venæ meſeraicæ, aut ieiunum inteſtinum inflammentur, alimenti diſtributio impeditur, quo non tranſeunte in iecur, quamuis languida inteſtina ſint grauata, tamen expellent alimentum deorſum. hæc eſt vna cauſa fluxus ventris. Altera eſt, quoniam ob calorem partium, quæ inflammatione vexantur, alimentum corrumpitur, & bilis accreſcit, & inde mordentur, & irritantur ad excretionem eorum quæ in ipſis continentur.

Ieiuno inflamato alimenti diſtributio impeditur.

In tertia parte, quæ incipit (Quocirca) rationem reddit quare in huiuſmodi diſpoſitione neque dolor ſedetur, neque venter molliatur: dolent enim quo tempore deiiciunt, & quia inflammationem, & morſum patiuntur. Eleuatur etiam totus venter in tumorem, ob id quòd inteſtina ſpiritu flatuoſo implentur, & non expellitur, ſed intus manet ob imbecillitatẽ conſtringentis facultatis, *Non manere intus.* Græcè habetur, τὸ δ' οὐ μένειν ἔνδον. In aliquibus tamen Latinis codicibus Laurentiani legitur, Et tandem manere intus, & mihi videtur ipſum inueniſſe literam Græcam affirmatiuam, τὸ δὲ μένειν ἔνδον. quæ litera magis conſonat ſententiæ. Intumeſcere enim ventrem vult ob id quòd implentur inteſtina ſpiritu flatuoſo ob cruditates, quæ etiam ex imbecillitate ventris & inteſtinorum naſcitur, ad quod magis conducet manere flatum ipſum intus, quàm non manere. Præterea addit, ob imbecillitatem τῆς συσταλτικῆς δυνάμεως, quod eſt, conſtringentis facultatis. Conſtat autem, quòd ſi facultas conſtringens inteſtinorum imbecilla eſt, retinebitur flatus. Si enim aliqua imbecillitas conſtringentis facultatis poſſet facere vt flatus non contineretur, eſſet imbecillitas muſculi conſtringentis anum. verùm Galen. de imbecillitate facultatis inteſtinorum loquitur. Ego itaque affirmatiuam legerem hanc literam: manere enim intus flatum conuenit cum tumore ventris: & ex imbecillitate conſtringentis inteſtinorum id euenire rationi conſonat. Antiquus quoque interpres ſic tranſtulit, Cauſa autem fixionis ventoſitatis in ventre eſt debilitas virtutis expulſiuæ. Hæc autem eſt virtus conſtringens per fibras tranſuerſas, quales ſunt omnes, quæ in inteſtinis exiſtunt. Conſtat autem ex Gal. inteſtina duas habere membranas, & in ipſis vnum tantùm genus fibrarum tranſuerſarum, à quibus alimenti excrementa excernuntur, ſola facta compreſſione. lib. 4. de vſu partium, & lib. 6. de Anatomicis adminiſtrat. & tertio de Naturalibus facultatibus. Aquam hanc intercutim tympaniam eſſe ſatis conſtat: efficitur enim à multitudine flatus diſtendentis ventrem. Sed tamen ad finem Comment. dixit Galen. ventrem omnem ſubleuari: & paulò antè dixit imum ventrem attolli, quod mihi ſatis dubium videtur, cùm dixiſſet Hypogaſtrion, quare dixit totum. nemo enim crederet aliquam partem ventris inferioris eleuari in tumorem, maximè quoniam cùm inflammatio ſit in venis meſeraicis, aut ieiuno inteſtino, conſtat quòd potius deberent ſuperiores partes eleuari in tumorem, quia partibus altioribus ventris membra hæc ſubiiciuntur. Adde, vt dixi, quòd ſtatim totum ventrem ſubleuari inquit. quare vbi legitur Hypogaſtrion, ſic enim Græcè legitur, potius legendum videtur, ὑπογάστριον id eſt, abdomen, de quo meritò dicetur totum, & totum epigaſtrium in tumorem eleuari, idem eſt & eleuari totum ventrem, quod dixit, & antiquus interpres ventrem legit, non imum ventrem. Ad finem quum inquit, *Inteſtinorum.* adde γίνεται, id eſt, fit.

Codex Græcus corrigitur.

Inteſtinorum facultas.

PRO

PROGNOSTIC. III.

QVibuſcunque verò à iecore hydropes fiunt, tuſſes cupiditáſque ipſis ineſt, & nihil excreant effatu dignum, & pedes intumeſcunt, & venter non deiicit, niſi dura & ægrè, & circa ventrem fiunt œdemata, quædam in dextra, quædam in ſiniſtra parte exiſtentia, ac ceſſantia.

Aqua intercutim à iecore. In hoc loco Hippocr. de ſecundo morbo cauſarum, quæ facient aquam intercutim, quæ ſunt acuti morbi, agit. Eſt autem id, cùm iecur per eſſentiam laborauerit: quod fit, quoties inflammationem patitur. ſigna tamen quæ ipſam oſtendunt, ſunt quinque. *Signa inflammationis iecoris.* Primum tuſſis, cum qua nihil excreatur effatu dignum: cuius rei cauſa eſt, quoniam in huiuſmodi inflammationibus fit aliqua ſepti tranſuerſi compreſſio, aut coſtarum notharum compaſſio: quo fit vt tuſſim, vt inquit Galen. in Comment. eo modo quo per affectus partium reſpirationi ſeruientium euenit, nihil tamen excreant, quoniam cauſa comprimens ſeptum tranſuerſum, eſt extra thoracem, & pulmonem. *Tuſſis ſignum inflammationis iecoris.* Tuſſim eſſe ſignum inflammationis iecoris, dixit Galen. lib. 5. de Locis patientibus. cap. 6. vbi inter ſigna reliqua dixit, In dextra hypochondrij parte grauitas: dolor totum hypochondrium promptè retrahés, atque ipſius coloris vſque ad clauiculam extenſio, (nam & hoc nonnunquam euenit) exigua tuſſis. Et lib. 5. de Loc. patient. cap. 7. in hiſtor. Siculi medici, quem cum Glauco philoſopho viſendum acceſſit, hunc ob iecoris inflammationem pati dixit dolorem in dextra hypochondrij parte, ad nothas coſtas, ac prædixit ipſum tuſſiendi cupiditate vexari, ex interuallis, tuſſe exigua, arida, & qua nihil expuebat. Poſſet quis obiicere, quòd non in omni iecoris inflammatione debeat adeſſe tuſſis: quoniam quæ fiunt in ſimis partibus, non communicant membris ſeruientibus reſpirationi, quibus adiacet gibba pars, ſima autem ventriculo & inteſtinis. Ad quod Galen. reſpondet præcitato loco, dicens: Quæ in ſimis iecoris partibus eueniunt inflammationes, vt magis quam illæ, quæ in eius gibbo fiunt, faſtidium, nauſeam, vomitum biliosum, ſitim ingentem inducunt: ſic è contrario hæ maiore, quam illæ inter ſpirandum dolore (vt dictum eſt) laborantem afficiunt, magiſque tuſſim excitant, & dolorem vſque ad dextram clauiculam, ita vt detrahi videatur, extendunt. *Notha coſtæ vtrique parti iecoris conſentiunt.* Porrò vtrique parti cùm dolor adeſt, nothæ coſtæ nonnunquam conſentiunt: nam in hac re ambæ eius partes meritò communicare videntur: quod paulò inferius declarat dicens, igitur quemadmodum interdum in gibbis duntaxat, ita & in ſimis huius viſceris partibus inflammatio oritur, quamuis in neutra partium exquiſitè diſtincta poſſit conſiſtere. Nam omnium eius partiû carnes inter ſeſe continuantur. Ex iis conſtat in omni iecoris inflammatione partes inſeruientes reſpirationi conſentire, magis autem eis quæ in gibbo: nam & inflammatio vtriſque partibus communicatur, quæcunque fuerit. Secundum ſignum eſt cupiditas, quæ Græcè θυμὸς. Eſt autem, vt vult Gal. cupiditas ad tuſſiendum, à qua ſtatim ceſſant experientia ducti, quòd nihil tuſſis affert iuuamenti morbo. Tuſſis ergo vnum eſt ſignum, & tuſſiendi cupiditas alterum: quamobrem corrigendus eſt Laurentianus, qui vnum tantùm fecit dicens, Tuſſiendi cupiditas, non enim eſt idem tuſſis, & cupiditas tuſſiendi. Græcè enim habetur, βῆχές τε καὶ θυμὸς, hoc eſt, tuſſis, cupiditáſque. Quare tamen cupientes tuſſire aliquando non tuſſiunt, explicat Gal. in Comment. Similiter quare tuſſientes nihil expuunt effatu dignum. Quòd ſi adduxeris in contrarium Hippocr. Aphoriſm. 35. ſection. 6. dicentem, Aqua intercutim laborantibus, tuſſis ſuperueniens malum. Sequitur ergo quòd tuſſis non eſt de ſignis concomitantibus morbum, cùm ſit ſignum de ſuperuenientibus. Reſpondemus, quòd non omnes aquas intercutim comitatur, ſed eas, quæ ſunt à iecore, in quibus non erit malum, niſi fortè quoniam ſignificaret magnitudinem inflammationis. In aliis tamen, in quibus à principio non adeſt, cùm ſuperuenit malum eſt. Ob id ergo Hippocrat. dixit Superueniens, vt non intelligatur de his, quæ ab initio inceperunt. Tertium ſignum eſt, pedes intumeſcunt quod commune eſt omni ferè aquæ intercutim, ſaltem inter initia. Cauſa huius reddita eſt in ſuperiori Comment. quando verò calor non ſufficit vapores eleuare, aut non tranſmittuntur ad extrema membra, non fiunt in pedibus tumores. *Dura deiectio in hydrope.* Quartum ſignum eſt, venter non deiicit, niſi dura & ægrè: dura quidem non ſimpliciter intelligi debet, ſed vt explicatur à Galen. libro quinto de Loc. pat. cap. citato. Aluus quoque aſtringitur, niſi vnà cum viſceris huius imbecillitate, inflammationem excitari contingat. Putreſcit autem propter cauſam à Galeno ſcriptam in Comment. *Ægrè deiicere.* Ægrè etiam excernuntur, quod Græcè πρὸς ἀνάγκην antiquus interpres dixit, cum violentia. alter etiam, cum anguſtia. vtrunque ſignificat, quòd ob duritiem non excernetur, niſi ipſe violentia cogat inteſtina, ac labore comprimendo excernat. Laurentianus tranſtulit, ac pro neceſſitate: neſcirem ego quo ſenſu. Celſus etiam lib. 2. cap. 7. ſic conuertit, cùm ait, Venter nihil reddit, niſi & ægrè, & durum. Contra hanc ſententiam videtur hiſtor. ſuperius allegata, de medico Siculo: ille enim patiebatur iecoris inflãmationem, verùm non deiiciebat dura, & ægrè, ſed cruenta ſimilia loturæ carnis. *Notanda reſponſio.* Ad quod reſpondetur, quòd quando inflammatio iecoris fit cum ipſius imbecillitate, non fit dura deiectio: talis autem erat diſpoſitio Siculi medici. Ille enim cum iecoris imbecillitate inflammationem eſt paſſus. Quòd ſi dixeris, ergo ſigna quæ hîc ſcribuntur ab Hippocr. non oſtendent iecoris inflammationem, falſum eſt. Licet enim ſine ipſis poſſit exiſtere iecoris inflammatio, tamen vbi aqua intercutim fiat cum illis ſignis, non fiet abſque iecoris inflammatione. Adduces fortè in contrarium hiſtor. Hermocratis ex tertio de Morbis pop. parte prima vbi cum iecoris inflammatione inquit Hippocr. Ex aluo exuſta non pauca deiecta ſunt. Malè ergo modo dixit, Pauca, & ægre. Reſpondemus, quòd in aqua intercutim præter id quòd dura eſt deiectio, pauca eſſe debet, quoniam plurimum tranſit intra peritonæum, in formam aquæ & flatus, quod in Hermocrate non contingit. Adde quod potuit ipſe plurima excrementa habere in ventre, & meſeraicis, quæ illo tempore exuſta excernebantur. Quod ſi adduxeris in contrarium Hippocr. lib. 4. de Ratione vict. acut. ſection. 4. in ſignis febris ardentis, vbi inter reliqua dixit, Deiectiones valde liquidæ, vbi tamen adeſt magna iecoris caliditas, quæ fæcem adurat. Reſpondemus, quòd in cauſa non eſt locus, in quo recipiantur excremẽta, vt in aqua intercutim. Quintum ſignum eſt, tumores apparentes, qui nonnunquam etiam occultantur in dextra, atque ſiniſtra parte. Duplicem ſenſum habet præſens litera explicitum à Galeno in Comment. Hæc igitur ſecunda ſpecies

aquæ

Digitized by Google

aquæ intercutim mala eſt, per quam nihil excernitur de peccante humore, ſed totus intra peritonæum ſeruatur, tumores ventri inferens, ad quos etiam ſequentur dolores peritonæo diſtento. Aduertendum eſt, quòd non tantùm ob iecoris inflammationem euenit aqua intercutim, tanquam ex acuto morbo, ſed etiam ob ipſius calidam intemperiem, quæ ſequitur acutam febrem, vt vult Gal. lib.6.de Loc.pat.cap.1.dicens, Haud ſecus hallucinari conſueuerunt, in ea quoque aquæ intercutim ſpecie, quæ ad acutos morbos ſequitur: quippe ab his iecur, calida, & ſæpenumero ſicca quoque intemperie tam grauiter afficitur, vt cibum in ſanguinem transſmutare nequeat. In hac affectione certum eſt quod non aderit tuſsis ab initio, reliqua tamen aderunt.

Aqua intercutim ex iecoris intemperie.

GALENI COMMENT.

CVpiditatem dixit in hoc loco propenſionem, quam quidam ad tuſſiendum obtinent, incitati quidem tanquam ad accidens, ſtatim verò ab hoc deſiſtentes tantummodo tentantes initium tuſſiendi. etenim iecoris moles incidens præcordiis, facit anguſtiam in pulmone. Cùm ergo ſimilis reddatur affectio vera illius anguſtia, ob quam inflammatione laborans decumbente ex capite materia afficitur: cupiunt tuſſire, ſperantes nocuam vacuando materiam, eſſe anguſtiam curaturos. Sed incipientes ſtatim deſinunt, ob experientiam ipſam deducti in notitiam diſpoſitionis exquiſitiorem, ſentientes quàm temerè ſperauerint. Quinetiam natura ipſa per ſe infert tuſſim infarctiones expurgando pulmonis, quanquam ipſi nequaquam tuſſire cogitemus, ita vt difficile ſit ſæpenumero obſiſtere inhibereque accidens. Nunc igitur quando ob anguſtiam ad tuſſim ægri veniunt fruſtra, eius auxiliaturam affectus, naturalis facultatis nequaquam habentes miniſterium, continuo deſinunt. Ergo ob hæc propenſiores ita affecti ad tuſſim redduntur, ſed eos cito tale deficit munus propterea quòd nihil dignum commentatione excreant, ſed tantùm quantum in aſperam materiam ſeroſum tenuéque ex conceptaculis ſanguinem continentibus ſeroſum, comprimitur in modum ſudoris cuiuſdam. Igitur hoc pacto aqua intercutem, quæ de iecore exiſtit, à prælatis interſtinguitur, atque etiam paucitate & ariditate deiectionum. Incitantur enim illi perpeſſi ipſis vel inteſtinis, vel lactibus, per aquam verò intercutem, quæ à iecore exiſtit, vtpote imperpeſſis his, nec vitiato alimento, neque grauatis ab eo partibus (etenim bene valent) nec alius fluor infeſtat, manéntque diutius inibi reliquiæ alimenti, quæ partim mittuntur ad intimam peritonæi ſedem, partim inflammatione iecoris torrentur. Porrò vniuerſa cutis, vtpote quæ de pituitoſo ſanguine nutriatur, intumeſcit. quòd ſi premas eam digito, ſtatim apparet caua, ſed paulò poſt ad priſtinam reuenit conditionem, non tamen ſtatim ab initio ſimul vt acutus vertitur morbus, ita fieri ſolet, ſed pedes intumeſcunt primi. quippe qui procul à calidiſſimis abſunt partibus: tum autem ſubrepens accidens circa ventrem omnem, eam ipſam quoque committit affectionem: itaque ſi premas œdema digito, cauatur, ac velut foueam facit: cum autem paulò poſt ad priſtinam remeat conditionem. quod Hippocrat. ait: Atque etiam circa ventrem œdemata fiunt, quæ conſiſtant deſinántque. At verò fieri poteſt vt id quoque dixerit de prima eorum genitura. Nam incipientia conſiſtere, ſæpenumero deſiſtunt: ita vt videantur quidem integrè deſtitiſſe, mox rurſus ſubleuantur, & rurſus deſiſtunt: & rurſus ſubleuantur: procedente verò tempore permanent non inſuper deſiſtentia. Sanè diſtant à prædictis, quæ infeſtant ex inani parte, eò quod preſſa cauentur, pituitoſam habentia naturam, nec inſuper ſpiritu flatuoſo, quemadmodum illa conſiſtentia.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte exponit, quo pacto contingat in ipſis cupiditas tuſſiendi, & ipſa tuſſis, quare etiam ceſſant cùm tentauerint tuſſire ab incepto opere. θύμ☉ ergo Latinè cupiditas, & promptitudo quædam ad tuſſiendum eſt: tumor namque iecoris inſidens ſepto tranſuerſo, pulmonem comprimit, quemadmodum in vera pulmonis inflammatione, credentes ſe curaturos anguſtiam, cùm autem fruſtra conari ſentiunt, deſiſtunt continuò. *Cupiditatem.* lege *θύμον Præcordiis. ταῖς φρεσὶ*, id eſt, ſepto tranſuerſo.

In ſecunda parte, quæ incipit (Ergo ob hæc) reddit cauſam, quare auxilium non ſentiunt, nempe quoniam non expuunt aliquid effatu dignum, ſed id tantum quod in ſudoris modum reſudat in aſperam arteriam, ex vaſis ſanguinem continentibus. Cogitur autem aliquid reſudare per leues tuſſes, in aſperam arteriam, & in fauces: ob id enim ſitis non admodum infeſtat in febribus ardentibus eos qui tuſſi non magna exercentur, vt Hippocrat. dixit Aphoriſm.54.ſect.4. Quibus plurimum ſiccæ tuſſes fiunt, leuiter irritantes in febribus ardentibus, non admodum ſiti infeſtantur. & Galen. in Comment. inquit, Propter motum in tuſſi factum ex locis vicinis humor aliquis trahitur.

Tuſſis aliquid attrahit ex vaſis circumiacentibus.

In tertia parte, quæ incipit (Igitur hoc pacto) aliud ſignum explicat, quod eſt, deiectionem fieri duram. Addit autem Galen. paucitatem ipſius, licet ipſam non ſcripſerit Hippocr. ſed dixit ipſam ægrè deiici. Verumtamen deiectio quæ dura eſt, pauca eſſe debet: quia pauca deiectio fit, quoties plurimum reſoluitur, aut diſtribuitur de humido ipſius excrementi, hoc autem reddit ipſam duram. Torretur autem deiectio à vehementi iecoris calore, neque antequam ad ipſum veniat corrumpitur, vt in aqua intercutim, quæ fit ex partibus inanibus. Sed non tantùm, quoniam torretur, deiectio dura redditur, ſed quoniam pars eius ad peritonæum mittitur.

In quarta parte, quæ incipit (Porrò vniuerſa cutis) duobus modis explicat partem illam. Circa ventrem fiunt œdemata, quædam in dextra, quædam in ſiniſtra parte exiſtentia atque ceſſantia. Primò dicit cutim vniuerſam in tumorem pituitoſum eleuari ob ſanguinem pituitoſum, ita vt ſi digito prematur cedat: at paulò poſt ad priſtinum redibit ſtatum. Sed tamen ante id ſolent tumores in pedibus fieri, quoniam longè abſunt à præcipuis & calidiſſimis partibus: deinde tumor peruenit ad ventrem. Quoniam tamen iſti tumores à pituita facti digito premente cedunt, & iterum redeunt, Hippocr. dixit exiſtere, ac deſiſtere. Secundò alterum explicat ſenſum, vt exiſtere ac deſiſtere ſignificetur in principio generationis ipſorum tumorum, quo tempore apparere ſolent tales tumores, atque occultari, & iterum redire. Differunt tamen huiuſmodi tumores ab his qui fiunt ex partibus inanibus: quoniam illi fiunt à flatu, & ob id non cedunt preſſi digito: illi verò qui à pituita, cedunt. Hoc autem ſatis conſtat, quoniã œdema ex pituita fit, eſtque tumor laxus. De flatuoſo tumore lib.4. de met.med. dixit, colligi ſub cuti, aut muſculis, aut ſub membranis, quæ oſſa circunſtant, aut in viſceribus, aut intra peritonæum, aut ventre, aut inteſtinis. Differunt huiuſmodi tumores ab œdematis, quòd & preſſa digitis non retinent veſtigium & ſonitum veluti tympanum reddunt, item quòd in cauitate ſenſibili ſubinde continentur, atque hæc nonnunquam maxima.

Tumores exiſtentes ac deſiſtentes.

PRO

Digitized by Google

PROGNOSTIC. IV.

SI caput, manus, ac pedes frigidi ſunt, ventre coſtiſque calentibus, malum eſt.

SIGNVM quod ſcribitur ab Hippocr. in progn. præſenti, à qualitate mutata ſumitur, ac pertinet ad ſenſum tactus. Malum eſſe inquit, ſi extremis refrigeratis partes ventris & coſtarum caleant: qnoniam magna aliqua inflãmatio in viſceribus ſignificatur, quæ inſtar cucurbitulæ ſanguinẽ ad ſe trahens non permittit extrema calefieri, aut calorem ad ipſa diſpergi. Multis in locis Hippoc. conſimilem ſcripſit ſententiam, cæterùm nullibi adeò præciſè, atque diſtinctè, vt in præſenti prog. Nam Aphor. 48. ſect. 4. inquit, In febribus non intermittentibus ſi partes exteriores frigidæ, interiores vrũtur, ſitim habeant, lethale. Abundat enim in hoc Aphor. pars illa, in febribus non intermittentibus, vt enim vult Gal. in Comment. eiuſdem Aphor. nec vidit, neque animo concepit alias fieri poſſe, quàm in febribus non intermittentibus, quæ ſunt ardentes valde malignæ, veluti lypiriæ, vt interioribus exuſtis extrema refrigerentur. Licet ergo Hippocr. non propoſuiſſet in præſenti opere ſe acturum de acutis morbis, adhuc eſſet integra ſentẽtia literæ præſentis. Quod etiam in illa parte dixit, Sitim habeant: conſequens erat ad interiorum vſtionem, vbi à cauſa alia non impediretur. Ad Aphor. itaque veritatem nihil addit pars iſta, Sitim habeant. Et Aph. 1. ſect. 7. dixit, In morbis acutis frigus partium extremarum malum. Veruntamen non adeò integrè comprehendit veritatem, vt in præſenti progn. Nam vt vult Gal. in præſenti Comm. per morbos acutos interdum acceſſio cum rigore prehendens, aut frigore, non ſolùm extremas corporis partes, ſed etiam cutim circa coſtas ac ventrem, frigidam reddit: quo dato talis extremorum frigiditas nõ erit malum ad mentem Hipp. in Aph. in quo, vt vult Gal. ſignificari voluit inflammationem cum vehemẽti calore trahente ad viſcera ſanguinem, in qua diſpoſitione partes circa ventrem & thoracẽ calidæ manent, aut calidiores quàm ſecundum naturam, quod in Aphoriſmo non explicuit, modo tamen dixit, Ventre coſtiſque calentibus. Integerrima itaque eſt præſens ſententia, ſi manus, pedes, & caput frigida ſint: vẽtre & coſtis calentibus ad tactum, ſignum eſt hanc extremorum refrigerationem non eueniſſe ex rigore, aut frigore, & principio acceſſionis. Significabitur tamen per frigiditatem extremorum vel inflammatio magna in viſceribus, vel langor naturalis caloris, quorum alterum tantùm explicuit Galen. in Comment. nempe inflammationis magnitudinem in viſceribus affligentem. In morbis autem longis imbecillitatem caloris innati. Itaque in morbis acutis vnum, & in longis alterũ vult ſignificari: id enim eſt quod maxima ex parte contingit. Verùm in acutis morbis poſſe vtrúmque ſignificare frigus partium extremarum, probatur primò ex Comm. 37. 4. ſect. Aphor. Nam dixerat Hippocr. Frigidi ſudores, cum acuta quidem febre facti, mortem. & Gal. in Com. inquit, Quòd igitur in aliis partibus corporis ſit neceſſarium eſſe vehementem caliditatem, ex aliis verò ſudores frigidos euacuari eſt manifeſtum. Eſſent enim calefacti, ſi ex partibus calidiſſimis efferrentur. Euacuantur autem ex cute ſudores, quam frigidam eſſe contingit: cùm tamen ea, quæ ſunt ſub ipſa, comburuntur, & parum infrà ait, Quum verò hæc duo aliquando contigerint, & humores qui ſunt in vaſis putreſcere, & eã quæ ſolida corpora regit, naturam (quæ ſecundum Hippoc. eſt calor naturalis) vel extingui, vel proximam eſſe extinctioni: quæ quidem ex iis euacuantur frigida ſentiunt, eam verò, quæ fit ex putredine, caliditatem nihil prohibet vehementiſſimam eſſe. Ecce vbi frigus extremorum cum interiorum exuſtione innati caloris membrorum ſignificat languorem. Languido namque exiſtente calore ſudor frigidus efficitur, quod non eſſet, niſi extrema cutis frigeſceret. Idem lib. 3. de Morb. pop. part. 2. in hiſt. Adoleſcentuli, qui iacebat in Mendacium foro, dixit Hippocr. extremæ partes liuidæ & frigidæ. Galen. in Comment. dixit, Extremæ autem partes liuidæ & frigidæ tertio die factæ lethales, atque adhuc magis in hac ætate: hoc autem fit vel propter excedentem magnitudinem phlegmonas viſcera obſidentis, aut naturali caliditate ad extinctionem properante. Vnam duarum cauſarum oſtendit Gal. frigiditatis extremorum, & de acuto morbo loquebatur. Obiit enim 7. die, ad quod ſpatium non perueniſſet, niſi ob ætatem, aut quia ipſe aliàs erat natura validus, tanta fuit eius morbi vehementia. Aduertendum etiam quòd hoc ſignum in adoleſcentibus voluit eſſe deterius ſignum, quàm in aliis, in præcitato loco: quoniã magis contrariam diſpoſitionem propriæ naturæ oſtendit.

Progn. ſententia integerrima.

Prog. ſententia aliis magis integra. Frigus extremorũ vnum duorum indicat in acutis.

GALENI COMMENTARIVS.

PEr morbos diutinos, potiſſimum hyeme & ſenibus, non ſolùm per incurſiones febrium, quas nominant adnotationes, ſed etiam ex intermiſſionibus, nihil mirum videri debet extremas corporis partes refrigerari, quippe quæ carne vacant ex natura, longéque ſunt à viſceribus poſita. Verùm hoc libro nequaquam agit de morbis diutinis. Itaque per morbos acutos, tales refrigerantur partes: propè dixerim propter affectionem contrariam illi, quæ per morbos diutinos tale accidens infert. Per illos enim calor natiuus pro debilitate nequaquam permeat ad extremas corporis partes, in morbis verò acutis, propter inflammationis magnitudinem in viſceribus fatigantis, parum ſanguinis in omne permeat corpus, plurimum verò eius in parte affecta inflammatione includitur: & ob eam rem media corporis partes, quæ ſunt thorax ac venter, admodum calent. At verò per morbos acutos interdum adnotatio cum rigore prehendens aut frigore, non ſolùm extremas corporis partes, ſed etiam cutem circa coſtas ac ventrem, frigidam reddit. ea quidem circa viſcera vitium non oſtendit: ſed vbi permanentibus partibus circa coſtas ac ventrem calidis, aut etiam calidioribus quàm ſoleant ex natura, ſumma refrigerantur corporis partes, in viſceribus magnitudo ſignificatur inflammationis. Ac fortè melius eſt intelligere ventre ac coſtis calentibus ita dictum, vt planius caleſiant quàm dum haberent per naturam. Cæterùm vt febris lepyria nominata relegetur ad hoc genus, cuius perſpicuum eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte dicit non mirandum aut magnifaciendum id accidens, vbi apparuerit in morbis longis maximè, hyemis tempore, & ſenibus. Refrigerantur enim in ipſis extremæ partes corporis in principiis acceſſionum, & in tẽpore intermiſſionis inter diuerſas acceſſiones: quoniam partes extremæ carne vacant, & longè à præcipuis ſitæ ſunt, in quibus id frequenter fieri videmus. Sed tamen de his morbis non agit modo, ſed de acutis tantùm. *Per incurſiones febrium, quas nominant acceſſiones.* Græcè *ἐν ταῖς εἰσβολαῖς τῶν πυρετῶν ἃς ἐπισημασίας ὀνομάζουσι*, quod eſt, In febrium inuaſionibus, quas appellant annotationes, itaque *εἰσβολὴ*, ſimiliter appellatur *ἐπισημασία*. Quod etiam indiuiſibile exquiſitè primum in acceſſionibus eſſe voluit Gal. lib. de Morb. temporibus, dicens, Appello autem *εἰσβολὴν παροξυσμοῦ*, id eſt, inuaſionem acceſſionis, primum

exquiſitè tempus indiuiſibile, hoc autem ipſum *Προνοιαν* conſueuerunt nominare.

In ſecunda parte, quæ incipit (Itaque per morbos) docet contrarias eſſe diſpoſitiones, in quibus extrema refrigerantur per morbos acutos, & per morbos diutinos. In morbis enim longis id euenit ob imbecillitatem caloris innati, qui non poteſt ad extrema peruenire: in morbis tamen acutis id fit ob magnitudinem inflammationis exiſtentis in viſceribus, quæ trahit ad ſe totum calorē, & ſanguinem, & non permittit ipſum extendi ad extrema, cuius cauſa partes ad ventrem & coſtas, calent ſatis. Poſſet aliquis obiicere contrà ſententiam Galen. ex his quæ diximus in expoſitione. Nam ſi contingit in acutis morbis extrema refrigerari interioribus exuſtis, ſine inflammatione viſcerum, malè inquit in Comment. eam eſſe differentiam inter morbos longos & acutos, quod in longis talis extremorum frigiditas fit ob imbecillitatem, & in acutis ob magnitudinem inflammationis. Reſpondemus, quod dato quòd in morbis acutis euenire poſſit prædictum accidens ſine inflāmatione, poteſt tamen ob ipſam euenire. Quod tamen non contingit in morbis longis, in quibus ſemper euenit ob imbecillitatem caloris. Aut dices, quòd neque in febribus lipyriis, in quibus extrema frigent ob languorem facultatis, neque in adoleſcentulo ex libro tertio de Morbis popularibus interna exurētur, niſi ſimul cum frigore extremorum adfuerit in viſceribus phlegmone, quod cognoſcetur ex calore in viſceribus & in cuti partium eorum. *Viſceribus*, Græcè *σπλάγχνων*. Sunt autem viſcera, lib. 3. de Aliment. facultatibus, iecur, lien, pulmo, cor, & apud quoſdam renes. *Sanguinis*. Græcè *τῆς αἱματώδους οὐσίας*, id eſt, ſanguinolentæ ſubſtantiæ. *Admodum calent*. Græcè *ἱκανῶς φαίνεται θερμά*. hoc eſt, ſatis calida apparent. Refert autem non parum ad Gal. lectionem, qui infrà vult eſſe intelligendum ventrem, & coſtas calere manifeſtius, quàm ſecundum naturam quod tamen non eſt valde calere.

Viſcera.

In tertia parte, quæ incipit (At verò per morbos) reſpondet ad quandam obiectionem, quam poſſet aliquis in contrarium afferre. Ponamus aliquem in morbo acuto pati aliquam acceſſionem cum rigore aut frigore. conſtat quòd ille patietur extremorum refrigerationem, verùm non ſignificatur inflammatio in viſceribus, ergo non ſatis explicuit, diſpoſitionem, per inflammationem. Reſpondet, quòd in tali diſpoſitione verum erit extrema refrigerari, ſed tunc cutis quoque circa thoracē & ventrem frigida apparebit. Conſequenter addit duo Gal. primum, quòd cùm Hippocr. dixit, Ventre coſtiſque calentibus: intelligi debet manifeſtius, quàm in naturali diſpoſitione. Secūdum eſt, quòd nomen lipyriæ febris eſt de hac ſpecie. Eſt autem febris lipyria apud Aetiū lib. 5. cap. 88. illa, quæ fit ex ventriculi inflammatione iecoris fumoſa: & illa, quæ ex inflammatione pulmonis, algida. Sed tamen temporibus Hippocr. febris lipyria, & epiala, appellationes erant febrium, quæ non eueniebant ex inflammatione: nam eas quæ eueniebant ex inflammatione, nōn appellabant febres, ſed ſymptomata: vt apud Galen. 7. ſectione Aphor. Comment. 43. Vbi diſtinguens febres quæ eueniunt ex inflammationibus ab aliis, inquit, Verùm tales morbos aut laterum inflammationes, aut pulmonis, aut hepatis, aut lienis antiqui nominabāt, volentes febrem non eſſe morbum, ſed morbi ſymptomata. In quibus autem ſine partis inflammatione, qui in venis putrent humores, febrem accendunt, in illis ſolis dicebant hominem à febre moleſtari, & ipſum à febre haberi. In illis autem & febrium ſcripſere differentias, hepialon & lipyriam, elæodem, & typhodem, peſtilentem, & ardorem nominantes. Hepaticam verò febrem, vel lienoſam, aut pulmoniam, aut lateralem nemo dixit eſſe, vbi Gal. ex antiquorum conſuetudine dicit inter eas febres, quæ non fiunt ab inflammationibus, annumerare lipyriam. Nec video Galen. velle lipyriam febrem habere originem ex inflammationibus, licet ſit ex ſua natura talis: vt per ipſam interioribus exuſtis extrema refrigerentur, vt libro de Inæquali intemperie Galen. de febribus, in quibus calor adeſt & frigus in partibus diſtinctis, manifeſtè dixit. Nam intus in ipſis viſceribus calorem ſentiūt, in extremis partibus vniuerſis frigus. Tales perpetuò febres ſunt, & quæ Græcè lipyriæ vocātur, præterea febrium ardentium quoddam pernicioſum genus. Et 4. Aphoriſm. ſectione Commentario quadrageſimooctauo interiora exuri extremis refrigeraris dixit, in febribus, quæ ab incendio cauſi appellantur, pernicioſis, vel ſi aliter libeat appellare, valde malignis, veluti lipyriis: malignam autem ardentem ſuperuenire, eryſipelaribus iecoris aut vētriculi, aut pulmonis dixerat ſecundo de Criſibus, capite ſeptimo. An tamen temporibus Galen. ea tantùm appellaretur lipyria, in qua interioribus exuſtis extrema refrigerantur, & omnem talem debere ex inflammatione viſcerum originem trahere non ſatis conſtat. Licet enim in præſenti comment. dixerit nomen lipyriæ febris eſſe relegandum ad ſpeciem prædictam, poſſet intelligi ipſum relegari ad febres, in quibus interioribus exuſtis extrema algent, licet id non eueniat ex inflammatione. Quòd ſi velis eas tantùm dici lipyrias, quæ ex inflammatione ortum habent, non inficiabor, quamuis vt probaui, temporibus Hippoc. alter erat vocabulorum vſus. Quo etiam dato ſciendum eſt non omnes ardentes malignas.

Lipyria apud antiquiores Galeno.

Lipyriis extrema refrigerantur internis calentibus

PROGNOSTIC. V.

Optimum verò eſt totum corpus calidum eſſe, ac molle æqualiter.

ÆQVALITATEM vult Hippocr. in hoc progn. obſeruari in calore & frigiditate, in humiditate & ſiccitate: rurſus & ſiccitatem non multum abundare, in caliditate & frigiditate æqualitatem voluit, vt optimam diſpoſitionē peſſimæ opponeret. Peſſima quidem eſt, ſi extrema refrigerentur exuſtis intimis, & mediis: optima ergo erit, ſi pari proportione per vniuerſum corpus calor extendatur, ita vt conſimiliter augeatur calor in manibus ſupra naturalem calorem, vt calor viſcerum ſupra eum qui præfuerat. Æquè molle verò, ne in aliquibus partibus fiat maior aſſumptio naturalis humiditatis quàm in aliis: molle autem eſſe oportet, quòd æquè molle eſt, Molle autem non erit, ſi ardentiſſima febris corpus exſiccauerit: quòd enim corpus ſiccum redditur, id etiam durum fit, ſicut & humidum molle. Quod ergo dixit Hippocr. æquè molle: idem eſt, ſi dixiſſet, æquè humidum: quod probatur ex Gal. libro 2. de Temperamentis, dicente, Ergo calidi frigidique corporis ſolus tactus eſt index, humidi autem & ſicci, vna cum tactu ratio: quippe quod ſiccum, durum prorſus eſt, verùm hoc tactu omnino dignoſcitur, quòd ſi corpus molle atque humidum eſt, febris non eſt de iis quæ vehementer reſoluunt ac deurunt. Cōtra hæc poſſet aliquis obiicere: Nam iſti morbi acuti ſunt, & febres continuas habent coniunctas, tales autem febres fientes ſunt, non factæ, vt hecticæ. Sed febres fientes ſunt inæqualis

Optima corporis diſpoſitio.

Molle humidum eſt.

intem

intĕperaturæ : Ergo tales inæqualem intemperiem per corpus patiuntur, non ergo continget corpus eſſe æqualiter calidum : eſſet enim talis diſpoſitio hectica febris. Quòd tamen inæquales intemperies non occupent æqualiter omnes partes eius, cuius temperies alteretur, ſcripſit Galen.lib.de Inæquali intemperie. Ad quod reſpondemus, quòd in omni febre fiente, quales ſunt iſtæ de quibus modò loquimur, adeſt inæqualitas partium, quoniam calor non conſimiliter occupat partes, licet omnes occupet : quod non putabant neoterici : ſed tamen alio loco hanc & ſimiles opiniones ridiculas confutabimus. Dicemus itaque modo, quòd illa inæqualitas non eſt talis vt à medico, aut ab ægro percipi poſſit.

Inæquale corpus quare.

Æquale ergo dicetur corpus quod non eſt adeò inæquale, vt percipiatur partium inæqualitas, ita vt aliquæ partes maiorem acquiſierint proportionem caloris quàm aliæ notabiliter. Quòd ſi dixeris, æger ipſe ſentit inæqualitatem, quoniam tales febres dolorem efficiunt, qui fit ex partium inæqualitate, lib. de Inæquali intemperie. Reſpondemus, ipſam dolorem efficere, verùm non ſentiri talem inæqualitatem à manu medici aut ægri tangentis partem ipſam inæqualiter affectam, neque ſi diuerſas partes tetigerit inter proportiones incrementorum intelliget differentiam.

GALENI COMMENT.

CVm deterrimam prædixiſſet conditionem morbi, quoties mediis corporis calefactis partibus, refrigerentur partes extremæ : hoc loco opponit optimam in nobis, in qua corpus omne æque calidum & item æquè molle eſt : etenim verbum, æquè, commune vtrique exiſtit. Igitur æquè calidum corpus omne eſt in febribus ardentiſſimis, ſed mordens & ſiccum per eiuſmodi affectiones haudquaquam molle apparet, quòd ſi molle pariter, & calidum æquè ſit, optimam indicat corporis affectionem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hic commentarius non eget alia annotatione, præterquam quòd vbi legitur Æquè, in omnibus locis legendum eſt, Æqualiter, quemadmodum in prognoſt. Præterea vbi legitur, Igitur æquè calidum corpus omne. Illa particula, Omne, abundat.

PROGNOSTIC. VI.

EVm qui dolet, vt facilè conuertatur, ſitque reſurgendo leuis oportet.

Licet Hippocrat. in præſenti litera de his, qui dolent, tantùm mentionem habuerit, de omnibus tamen ægrotantibus loquitur. Omnes enim dolent ex decubitu, etiam ſi optimam in ipſo obſeruent figuram. In media enim figura, quam Hippocrat. (vt inquit Galen. lib. 2. de Motu muſculorum, ad initium) appellat ἀκαμάτον, non ſic ſunt ſine dolore, vt nunquam per eum decubitum iacentes doleant, ſed quoniam tardius. Omnem enim decubitum etiam optimum mutare cogitur æger, talis eſt muſculorum contraria poſitura, vt in optima figura aliquam patiantur violentiam, quæ temporis proceſſu dolorem infert. Accedit & oſſium ipſorum grauitas, à quibus membra premuntur, & muſculi dolent. Quamobrem in omni decubitu dolent ægri, & ad dolorem leuandum figuram mutare coguntur, quandam citius, quandam etiam tardius, & ex ægrotantibus ipſis quidam citius, quidam verò tardius, vnam & eandem figuram corporis obſeruantes, mutare coguntur. Nam languidi magis grauantur ab onere oſſium, quàm robuſti, & ex figuris quædam ſunt aliis meliores, minúſque dolorem inferentes. Hanc omnem doctrinam complectitur Galen. lib. 1. de Motu muſculorum, ad finem, dicens : Media verò iſtorum figura, & ab operatione & à nimia tenſione vtroſque releuãs merito iucundiſſima. Quare & mutatione figurarum quidem, quæ triſtitiam afferunt, celeri indigemus, eius verò quæ dolore caret, tarda. Cur autem omnino ipſam mutari deſideramus, quamuis ſine dolore ſit? quia in hac tenſionẽ quandam muſculi ſuſtinent. Verùm minus quidem quàm in omnibus aliis. Sed eam dolore carere dicimus, non quia nullo penitus dolore participat, ſed quia minimo, & hoc fermè inſenſibili, propter breuitatem, & tunc ipſam mutare cupimus, cùm congregatus paulatim fiat ſenſilis. Quòd autem & in hac figura tenſionem quandam muſculi habent, ſi meminimus ſermonum antea habitorum non amplius demonſtratione egemus: tendi enim diximus eos à membris in quæ inſeruntur, & propter hoc liberatos ab illa intenſione in abſciſſione tendinis contractionem ſecundum naturam promptè reſumere. Nunquam igitur vnus muſculus extra tenſionem eſt, neque quando in mediis figuris conſiſtit. Sed quia hanc quidem, vt breuem contemnimus, cæteras verò alias vehementes vt violentas nõ ferimus, hoc quidem eligimus, alia verò fugimus. Cùm autem imbecilli extremè facti fuerimus, vt in ſtomachicis & cardiacis ſyncopis: tunc nec breuem quidem tenſionem mediæ figuræ ferentes toleramus, & propter hoc quamuis impotentes ſimus ad motus, tamen alias alio proiiciemus partes, deſiderantes aliquam quidem conſequi figuram dolore carentem, ſed nihil tale perfectè inuenire potentes. Vt igitur ſi quis noſtrum neceſſariò haberet lapidem aliquem non magnum ex collo ſuſpenſum circunferendum, robuſtus quidem exiſtens abſque moleſtia ferret, infirmus autem factus ſtatim tanquam onus deponere deſideraret: eodem modo & muſculorum vnuſquiſque quaſi quendam lapidem geſtans annexum os, donec quidem validius ſit contemnit, ne ſentiens quidem frequenter, vel parum grauitatem: cùm autem infirmius fuerit, tunc ſentit, & ægrè fert, & quaſi quoddam onus excutere cupiens, aliàs aliam figuram appetit. Hæc Gal. quæ placuit hic transferre, vt intelligatis illam partem literæ Hippoc. de omnibus ægrotis intelligi: omnes enim in decubitu dolent, & figuram mutare conantur. Quòd ſi facilè conuertantur in aliam corporis figuram, & alium decubitum, ſignum bonum eſt, quod robuſtam indicat animalem facultatem, quæ facilè fert onus corporis de vno in alterum decubitum. Quòd autem dicit, Sit reſurgendo leuis, ad ſimilem cauſam referendum eſt : tentant enim ſurgere à lecto nonnunquam ægri ad mingendum aut egerendum, aut fortè reſidere in lecto volentes. Leuem autem eſſe nihil aliud eſt, quàm facilè poſſe id aſſequi, & ſine miniſtrorum adiutorio.

Figura optima dolorem affert.

GALENI COMMENT.

SVmma totius præſagitionis in morituris conualituriſque eſt, quoties vis ægrotationis cum ægri facultate confertur. Si enim morbus vehementior eſt, æger omnino morietur, ſi debilior quàm ægri facultas, haudquaquam morietur, vbi nihil commutatur. Hanc verò ſummam ipſe ſcripſit per ſententiam, cuius initium eſt : Colligendum etiam eſt an æger poſſit eo victu, quem præceperis, durare ad conſiſtendi vigorem vſque ægrotationis. Hæc ergo ſumma præſagitionis habetur. Cæterùm cùm tres ſecundùm genus vires ex triplici pendeant origine, cerebro, corde, iecore : per earum miniſteria firmitas, atque infirmitas cognoſcitur. Præcipua verò cerebri

Vires humanæ à triplici pendent origine.

miniſteria ſunt, meminiſſe ac cogitare: ſubſeruientia verò, ſentire & moueri ſecundum deſiderium. Cordis verò, motus arteriarum. Iecoris verò, generatio ſanguinis, & humorum. Itaque cùm præſentionis contemplatio in hæc diuidatur capita, quodcunque ſignum eſt ab Hippocrat. dictum, conſiderandum quo genere collocetur, velut nunc vt facilè vertatur æger, atque reſurgendo ſibi leuis appareat. Hæc enim ſigna ſunt facultatis corpus ſecundum deſiderium commouentis. Cæterùm conſtat vt in præſens nequaquam interſit dicere ſecundùm deſiderium, aut appetitum, aut voluntatem. Ad hunc modum: ſuprà de decubitu dictum eſt in dictione, cuius tale eſt principium: Cubantem offendi ægrum oportet. Indicatur enim vt talis decubitus, quemadmodum etiam accliuis, fiat fungentibus officio muſculis, quem ſolent tonicon, id eſt, firmum nominare. Sed de eo, libro de Motu muſculorum fuſius dictum iam eſt. Perhibuit autem & Diocles, vt animalium corpora conſiſtant ex eo quod fert fertúrque, fert facultas, corpus fertur. Ergo quemadmodum ferentes onera, aut grauati ab eis vix mouentur, aut ſi leuius appareat onus, innoxie ferunt: ita facultas. Si enim valida eſt, facilè corporis onus fert vt haudquaquam mouendo offendatur, ſi debilis, vtpote grauata, vix ſubleuat corporis partes.

Ex quibus cōſiſtant animalium corpora ſecundum Dioclem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte hanc dicit eſſe ſummam totius præſagitionis, ac ſi diceret hinc pendere omnium prognoſticorum veritatem, nempe ex cognitione magnitudinis morbi, & roboris facultatis, & eorum collatione. Si enim morbus maior appareat, quàm vt poſſit à facultate ſuperari, lethalis habendus eſt; ſi tamen intelligatur facultas maior morbo, ſperanda eſt ſalus, vbi nihil erretur. Quando verò medicus credit aliquem eſſe moriturum, quoniam facultas non poterit peruenire ad ſummum vigorem; id intelligendum eſt, adhuc adhibita optima & conuenientiſſima victus ratione: id enim eſt quod præcepit Hippoc. aduertendum an æger ſufficere poſſit cum ea victus ratione ad morbi vigorem, vel prius virtus deficiat atque ſuccumbat. Id dixerat Aph. 9. lib. 1. Contra ſententiam huius partis poſſet quis obiicere, & in vniuerſum contra totam ipſam artem medicam, dicit enim Galen. quòd qui facultatem habent morbo maiorem liberantur, qui verò minorem, moriuntur. Non ergo opus eſt parte curatiua, ſed ſola parte prognoſt. artis. Ad quod reſpondemus Quod ex hac ſententia Gal. nihil aliud vult, vt ipſe explicat, niſi quòd Hippocr. dixerat in Aphoriſmo citato, Coniectari oportet ægrotantem, ſi ſufficiat cū ea victus ratione perdurare, donec morbus conſiſtat, & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus ante deficiat, atque hebeteſcat. Medicus ergo collationem facere debet facultatis ad morbum, quòd ſi facultas maior eſt, ſanitatem prædicet: cognoſcet autē id ex ſignis omnibus, quæ in hoc opere ſcribuntur, quæ oſtendunt ex facultate conſtantiam, aut imbecillitatem, & ex morbo vehementiam. Quòd ſi morbus maior apparet facultate, aut ſimpliciter maior erit, ita vt omni adhibita diligentia impoſſibile ſit ipſam ad ſtatū vſque perducere: & in hoc caſu ſalus omnino deſperata eſt: ac tunc tenetur medicus mortem prædicere, & non aggredi curationē, niſi fortè rogatus, victum tantum inſtituat. Quoniam id eſt Galeni præceptum lib. 2. Aphor. Comm. 29. dicentis, victis non oportet adhibere manus. Et 10. lib. de Method. med. inquit, In his quorum ſalus omnino deſperata eſt, imprudentis cōſilij fuerit apud vulgus infamare præſidia quæ multis fuère ſaluti. Si tamen facultas minor morbo ſit ad hunc ſenſum quòd non poteſt inediam eōuenientē tolerare, neque eam humorum malitiam, niſi attemperentur, & euacuentur, & alia victus ratio craſſior inſtituatur, is adhuc curari debet, ſanguine miſſo ob morbi magnitudinem, & adaucto alimento. Quamuis ex ea victus quantitate noxa manifeſta morbo ſequatur. Reficietur enim per ipſam facultas, & permanebit vſque in vigorem. Illi itaque quorum ſalus deſperata eſt, tales ſunt, vt nulla via, nulla ratione perduci poſſint ad vigorem, & tempus coctionis morbi. Cùm tamē facultas minor morbo cenſetur, non autem ſimpliciter diſtinguendum: aut enim ipſa eſt languida in eſſentia, aut per aggrauationem: ſi in eſſentia, ipſa venit roboranda per victum craſſiorē: ſi per aggrauationem, vbi plenitudo adfuerit: ſanguinē mittemus à principio: vbi verò in cacochymia, morbo exiſtente magno pariter ſanguinem mittemus: ſi verò non fuerit magnus, aut humor eſt ab initio turgens, & purgandus erit, ſi tamen non turget, nullatenus purgabitur. Quoniam vbi morbus magnus eſſet, ad humorem diminuendū ſatisfaceret ſāguinis miſſio: vbi tamen non eſſet magnus, & ipſum adhuc non turgentem facultas non toleraſſet, deſperata ſalus eſſet. Hæc dixi propter quoſdam medicos noſtri temporis, qui putantes ſe poſſe humores minuere crudos non turgentes abſque noxa magna facultatis, medicamenta propinant omnibus fere diebus ægritudinis. A quibus ſi petatur, quare cōtra præceptum Hipp. primæ ſectionis Aphoriſm. cùm dixit, Concocta medicari oportere, mouere non cruda, neque in principiis non turgeant, id exercentes. Referunt ſe id facere, quoniam intelligunt, in quanto diſcrimine ſit æger conſtitutus, oppreſſus à multitudine humorum ac deſperatam ſalutem, niſi purgetur. Cùm tamen non aliunde poſſit maius imminere periculum quàm ex tali purgatione. Adde quòd ob hanc cauſam neminem ad iudicationē permittūt deuenire, ſed bonam ſuſpendunt, & malam accelerant. Quòd ſi dixeris, ponamus facultatem eſſe languidam, & humores malos plurimos, & morbum magnū, nónne licebit eos minuere, vt natura ad ſtatum perueniat, facta potentia ſuper reſiduum, vt voluit Gal. Comm. 29. 2. ſectionis Aphor. Reſpondemus diſtinguendo, aut enim facultas lāguida eſt in eſſentia, aut per aggrauationem: ſi in eſſentia, ipſa eſt roboranda: ſi per aggrauationem, ſanguis mittendus, aut ſi humores turgent, purgandus. Id enim eſt quod dixit Hippoc. Si quid videtur mouendum, moue cùm morbi inchoant. Poſſes dicere: ponamus ipſum non poſſe ſanguinis miſſionem ferre, & humorem non turgere. Certè talis erit languidus in eſſentia, & per aggrauationem, & qui talis exiſtit in morbi initio, nunquam perueniet ad ſtatum. Dices, fortè tolerabit purgationem, & ſi non toleret, ſanguinis miſſione & purgatione minor reddetur tumor. Hoc eſt quod eos decipit. Facultas enim adeò languida non poterit purgationem tolerare, quæ adeò violenta ſit, qualis exigitur, ad hoc vt crudi humores euacuentur, quando non turgent. Nam leuia medicamenta mouebunt tantùm humorem ipſum, & fortia non feret facultas ob maximam agitationem. Vbi ergo putant ſe reddere languentes exoneratos, ipſos deiiciunt, atque peſſundant. Sed de his alibi latius dicemus. De comparatione facultatis & morbi dicemus lib. 3. circa Comment. 6.

Ars medica quibus proficit.

Medicus quos curare tenetur, & quos non.

Crudi humores non ſunt purgandi, etſi turgeant.

Contra vulgus medicorum.

Nota.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm quum tres) docet ex functionibus vires ægri deprehēdere. functiones verò ſunt in triplici genere, quoniam tria ſunt membra præcipua à quibus originem trahunt, cerebrum, cor, iecur. Cerebri functiones ſunt,

memoria

memoria & ratiocinatio: ſeruiunt autem his ſenſus & motus. Cordis functio eſt motus arteriarum: iecoris generatio ſanguinis & aliorum humorum. Quia ergo iudicium firmatur in cognitione harum facultatum, intelligere oportet in quo genere ſignorum, vnumquodque eorum, quæ ab Hippoc. ſcribuntur, collocari debeat. Quòd enim in præſenti progn. ſcribitur, inter operationes quæ fiunt ab vna de facultatibus miniſtrantibus, rationalis collocatur, tres facultates eſſe dixit, ac tria præcipua membra, licet quatuor ipſa ſint. Nam teſtes inter præcipua annumerantur. Quoniam hîc de facultatibus corpus gubernantibus loquitur, à quibus etiam indicia in morbis accipi poſſunt, de his tamen non ſunt teſtes, hæc eſſe membra præcipua probauit in libris de Placitis Hipp. & Platonis. & lib. de meth. med. hanc ſcripſit ſententiam, & ſæpe alibi. Sed id probare non attinet ad hunc locum, ſed ad lib. Artis medicinalis. *Meminiſſe ac cogitare.* Græcè κτ̀ μνήμας ϰ̀ διαλογισμὸν, hoc eſt, circa memoriam & ratiocinium. Sed de facultate animali ſatis dictum eſt lib. 1. Comment. 19.

Membra præcipua tria.

Facult. tres.

In tertia parte dicit ſimilem eſſe hanc ſententiam ei, quod dictum eſt de decubitu lib. 1. Comment. 9. Quemadmodum enim ille accubitus, & erectio ad facultatem pertinent animalem, ita facilè conuerti ac leuiter reſurgere. *Accubitus* Græcè ἀναῤῥοπος, id eſt ſurſum vergens. De huius vocis ſignificatione lege in annotatione circa Comment. 11. lib. 1. *Sed de eo.* Lib. 1. de Motu muſculorũ, ad finem, recitat ſententiam quam hîc dicit eſſe Dioclis.

P R O G N O S T I C. V I I.

SI ergo graue videatur reliquum corpus & item manus ac pedes, periculoſius eſt.

Corpus non facilè mouere quare.

Signum hoc malum contrarium eſt ſigno bono ſupra ſcripto: ſicut enim facilè moueri, ſignum eſt roboris animalis facultatis, ita grauitas ſignum eſt imbecillitatis facultatis. Quòd enim facultas non poſſit facilè quemadmodum in ſanitate aut leuibus morbis, corpus mouere, aut transferre, aut ob id eſt, quoniam facultas minor multò eſt quàm in aliis morbis, aut quia corpus grauius, facultate non admodum diminuta, facultas læditur in eſſentia, variata naturali temperatura partis præcipuæ, aut in inſtrumento, vt reſoluto ſpiritu, vt in morbis plurimis fit, in quibus hæc mala eſt ſignificatio, ſicuti & quoniam corpus grauius redditur. Reſoluta enim tenui ſanguinis parte, ac reſoluto ſpiritu animali, & vitali, corpus magis terrenum remanet, quàm antè: & quod magis terrenum eſt, & minus de aerea ſubſtantia commixtum habet, grauius eſt. Quum igitur talis adfuerit corporis difficultas ad motum, vt totum corpus difficulter transferatur, aut crura figuram mutent, aut non facilè manus miniſterio applicent, labor animalis facultatis ſignificabitur ſecundum locum mouentis, ſimiliter & corpus magis terrenum factum eſſe, & minus aëreum. Dixitque periculoſius, vt inter ſigna quæ ſunt aliquanto magis periculoſa hoc connumeretur: vt enim lib. 3. Comment. 41. per has denominationes, quæ apud Hippocr. habentur, in comparationem veniunt cum aliis ſignis, vt ipſorum vires perpendamus: neque oportet vt in præſenti ad aliud ſignum fiat comparatio.

GALENI COMMENTARIVS.

AGgredienti moueri ſecundum deſiderium, grauitas partium conſpicua redditur, crurum quidem dum ſurgere & ambulare, aut etiam omnino transferre ea cubando æger tentet. Pari modo manuum, dum capere aliquid, ac dimittere, necnon transferre tentet. Simili ratione ceruicis ac ſpinæ, dum commutare corporis habitum ſecundùm eas partes experiatur. Eſtque hoc maximum indicium, præcipuúmque debilitatæ facultatis, ipſa ſcilicet partium grauitas, non cuiuſlibet (vt antea eſt proditum) ſed eius quæ in muſculis ac neruis tantummodo eſt.

Annotatio in Gal. Comment.

Ex grauitate partium maximum indicium accipi vult, ad ſignificandam imbecillitatem facultatis, & exempla ſubiungit in cruribus, cùm quis tentauerit aut ſurgere, aut incedere, aut crurum ſitum mutare. Ex manibus, ſi capere, aut dimittere, aut transferre ipſas tentet. & Ex ceruice, dum voluerit mutare corporis habitum.

P R O G N O S T I C. V I I I.

SI verò præter grauitatem, vngues quoque, ac digiti liuidi ſint, expectanda mors ſtatim eſt.

Cum mala ſignificatione, quæ ſumitur ex animalis facultatis imbecillitate, aliam adiungit, quæ ſumitur ex imbecillitate facultatis vitalis, ſcilicet in liuorem in vnguibus, & digitis. Quibus ſignis coniunctis mors ſignificabitur proxima, quoniam languor in duabus gubernantibus corpus facultatibus oſtenditur: liuidus enim color in acutis morbis damnatus eſt in facie, lib. 1. progn. 3. ab Hippoc. in pictura faciei lethalis, dicente, Et color totius vultus viridis aut niger, aut liuidus, aut plumbeus. Liuidum autem colorem à frigore fieri vult Galen. in Comment. dicens, De colore viridi eſt etiam tanquam initium quoddam nigri liuidique, quem frigus efficit, quemadmodum & nigrum. In principiis etiam acceſſionum frigiditas, extremorum liuorem inducit. Et Aphoriſm. 19. lib. 5. Frigidum autem conuulſiones, diſtentiones, liuores, rigores febriles. Licet namque μελασμὸν, liuores transferre. Cùm ergo à corde in totum corpus calor diſtribui ſoleat, quando ad eam peruenerit impotentiam, vt quamuis calore febrili coniunctus ſit, ad extremas tamen partes peruenire non poſſit, vitalem facultatem demortuam ſignificabit. Inquit etiam Ariſtot. lib. 8o. Problematum, primo problemate, Qua de cauſa liuidi qui rigent efficiuntur, an quoniam ſanguis appulſu frigoris gelaſcit? gelatus autem nigreſcit propter caloris inopiam, albedo namque igni tribuitur. Quapropter his maximè qui ætate proceſſerunt, caro liueſcit, eò quòd calorem minimum obtinent. Omnia namque quæ ex opaca & ſplendenti ſubſtantia concinnata ſunt, quantò in eis ſplendens pars abundat magis, ad album vergunt colorem: & quantò magis opaca pars abundat & ſplendens deficit, ad nigrum vergunt. Fit autem hoc modo ſanguis, qui peruenit ad manus & vngues ex ſubſtantia aërea ſpirituoſa & craſſa, terrena ac melancholica conſtituitur, plurimum abundante ſpiritu, & aërea parte: color ſanguinis ad rubedinem claram vergit, qui magis proximus eſt albo, quàm rubeus obſcurus. Si verò pars terrena opacáque abundauerit, deficiat etiam pars ſplendida, totus ſanguinis color ad nigrum verget, fiétque aut niger, aut liuidus, qui ei proximus eſt. Quod in extremis refrigeratis, aut à frigore ambientis, aut ob caloris naturalis inopiam, vt in malignis febribus & lethalibus calore naturali cordis victo contingit. Poteſt etiam color liuidus partium extremarum inflammationem in viſceribus ſignificare, vt apud Galen. lib. 3. de Morbis popul. part. 2. in Comment. Adoleſcentuli in Mendacium foro, vbi

Facul. vitalis languida ſigna.

Liuidus color.

Nota.

Color liuidus internam inflammationem efficiat.

dixit: Extremæ autem partes liuidæ & frigidæ tertio die ſactæ, in acuta febre, lethales, atque adhuc magis in hac ætate: hoc autem fit vel propter excedentem magnitudinem phlegmones viſcera obſidentis, aut naturali caliditate ad extinctionem properante. Vngues dixit, quoniam illis ſolet ſuperuenire huiuſmodi liuor ob naturalem ipſarum conſtructionem, venis multis atque arteriis ad ipſas terminatis, vt dixerat Hippocr. lib. de Natura infantis, cuius verba ſic tranſtuli, Ex digitis autem tanquam habentibus oſſa denſa, parua, & venas & neruos. Sic & vngues ex ipſis naſcuntur tenues & denſæ, & comprehendunt venarum ſummitates, vt non amplius augeantur, neque altera alteram præcedat. Cùm igitur venarum multitudinem terminent, & venæ etiam appellentur ab Hippoc. illæ quæ propriè ſunt arteriæ, terminabunt etiam arterias. Quod ſi venarum & arteriarum ſanguis tennis recedat, & craſſa eius pars remaneat, nigriores apparebunt vngues. Cùm itaque principaliũ membrorom propagines vngues excipiãt, cùm liueſcunt, aut denigrantur, magnam vim habebunt ad ſignificandam inconſtantiam facultatum ipſorum, licet vnguium coloris permutatio nullam vim habeat in genere cauſæ ad ſalutem, aut mortem: quod voluit Galen. lib. de Pulſuum vſu, prope initium, vbi poſtquam monſtrauit ex ligatura arteriarum nullum ferè damnum ſequi in animalis corpore, inquit: At verò ſi cùm læſæ ſunt, nihil tamen efficiunt, conſtat arbitror vt cùm valentes ſunt, nihil eas conferre: at quomodo igitur ex pulſu maximè præſagimus? At inquies, minimè quidem vt ex cauſis id genus, quæ plurimum momenti habeant, imo vt ex opportunis ſignis: ita nimirum vt ſi quis mortem ex incuruis vnguibus, & iis nigricantibus coniectet.

Vnguium ſtructura.

Vnguium color mutatus malum vt ſignum non vt cauſa.

GALENI COMMENT.

Diximus alio loco quonam modo gubernantes animal vires ſimul intereant, & vt animal prorſus viuat quoad quæuis earum ſeruetur. Cùm ergo dixerit Hippocrates languentis indicia facultatis, à qua muſculi mouentur, addit alia facultatis, quæ extinguitur propria indicia. nam liueſcere ſignum eſt extingui calorem innatum qui de corde emanat: & ob eam rem non ſimpliciter ait liuiditatem grauitati partium accedentem indicare mortem, ſed continuo & ſine vlla cunctatione, propterea quòd vtriuſque intermorientis ſigna appareant facultatis.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Facultates gubernantes omnes ſimul amitti.

DOCET quàm malum ſit, duarum facultatum gubernantium languores coniungi, nempe animalis & vitalis: atque alio loco dixiſſe facultates gubernantes ſimul deficere: nam vna deficiente omnes deficiunt. Dixerat id lib. 9. de meth. med. his verbis: Gubernant animal (vt in lib. de Hippoc. & Platonis dogmatis eſt demonſtratum) tres diuerſi inter ſe generis facultates, toti corpori ex ſuo quodam veluti fonte quæque diſtributæ: eas Plato animas vocat, propriam cuiuſque ſubſtantiam inueniens. Eſt enim earum quædam ad nutriendum animal neceſſaria, ac ſtirpibus communis, quæ iecur veloti pro fonte habet: canales verò ad hoc in totum corpus ſparſos, ipſas venas. Hanc ſeu appetitricem, ſeu naturalem, ſeu altricem voces, nihil intereſt: veluti nec ſi animam, aut facultatem appelles. Altera eſt, quæ non modo in ſtirpibus, aut vita præditis, ſed etiam vt animalibus nobis eſt inſita. Hæc ſedem in corde habet, ipſo quoque inſiti caloris quodam ceu fonte. Ab hoc fonte canales arteriæ ſunt, vocatúrque hæc multis ſanè nominibus. Nam & facultas ſiue virtus vitalis, & facultas ſiue virtus animoſa, & anima animoſa dicitur. Tertia ratiocinatrix in cerebro domicilium habet: ea voluntariis actionibus vnà cum ſenſibus præſidet. Vtitur & hæc particulis quibuſdam ſeu canalibus nempe ipſis neruis: ſenſum motúmque per os in totum animal tranſmittens. Ergo has facultates ſeruare, nihil planè eſt aliud, quàm vitam ſeruare. Siquidem monſtratum eſt, qualibet earum amiſſa neceſſe eſſe reliquas quoque perire. Ac propterea in opere de Sanitate tuenda, huc omne conſilium direximus. Verùm circa hanc ſententiam videtur dubium. Non enim neceſſum eſt vna facult. deficiente omnes deficere. Primò de facult. animali: in vtero namque præfocatis deficit omnino nondum mortuo animali, ergo non omnes ſimul pereunt. Quod conſtat ex Galen. lib. 6. de Loc. pat. cap. 5. vbi de vna ſpecierum vtero præfocatarum dicit, alias quidem ſine ſenſo immobiléſque iacere cum obſcuro paruóque pulſu, adeò vt in quibuſdam ne percipi quidem pulſus poſſet, quas infrà viuere dicit, ac vitam ipſarum ſolo tranſpiratu ſaluari, & motu cordis & arteriarum. Quod de animalibus in latebris degẽtibus conſtat: ea enim ob caloris paucitatem poſſunt ſolo tranſpiratu ſaluari. In his itaque nulla actio animalis facultatis conſtat, verùm, vt inquit Gal. ex ipſis aliquæ ſaluantur. Rurſus ſi quis alligauerit venam quæ deducit alimentum in aliquam particulam, & impediat tranſitũ facultatis, aut alimenti à iecore, adhuc ſeruabuntur reliquæ facultates: in ea parte ergo non habent eam, quam diximus connexionem, vt vna ſine alia permanere non poſſit. Ad primum horum diximus, quòd in vtero præfocatis non deficit animalis facultas, deficit tamen operatio ipſius, aut quoniam ſpiritus reſoluitur, aut quoniam maximè opprimitur, quod etiam in animi deliquiis euenit. Verùm in ipſis non eſt corrupta, ſed ceſſat ab operatione, quemadmodum in attonito morbo fit, aut ſi quid eius manet, percipi non poteſt. Ad ſecundum dicimus, quòd etſi alligata vena non perueniat ad particulam alimentum, poterunt animalis & vitalis facultas peruenire, quamuis longo tempore id foret impoſſibile, quoniam deficiente alimento deficeret calor, & temperies particulæ neceſſaria ad vitalem facultatem & animalem recipiendas. Sed tamen reliquum eſt de vniuerſali facultate naturali, quæ à iecore ortum habet: vbi enim hæc corrumpatur, quod fiet corrupta temperatura iecoris, eodem tempore quo ipſa mutatur, in aliis præcipuis particulis tanta fiet permutatio, vt nulla aliarum manere poſſit ipſa corrupta. *Gubernantes.* Græcè *ἀρχηγέτας*. has facultates libro primo. Comment. 6. tranſtulit Regentes, quo loco quæ ſint regentes facultates diximus.

Vtero præfocatæ nõ amittunt facult. animalem.

Gubernantes facultat.

PROGNOSTIC. IX.

SI digiti ac pedes omnino nigreſcunt, minus pernicioſi ſunt quàm ſi liueant. Sed alia ſigna conſideranda ſunt: ſi enim facilè ferre malũ videatur, & aliquod aliud ſignum ſalubre ſubindicet, morbum verti ad abſceſſum ſperandum eſt, ita vt æger conualiturus ſit, & corporis partes denigratæ caſuræ.

Nigredo pedum.

IN præcedenti malam ſignificationem oſtendit eſſe vnguium & digitorũ liuorem: modo verò non ex ſolis iis, ſed ex totis pedibus liuidis, aut nigreſcentibus vult accipi ſignificationem, dicens: Si digiti, ac pedes omnino nigreſcant, minus pernicioſum eſſe, quàm ſi liueant. poteſt enim nigredo, quæ

per

per totos pedes fit, aliquid boni ſignificare, vbi alia bona ſigna acceſſerint, nempe iudicationem per abſceſſum fieri ad extrema corporis, quo tempore nõ tantùm digiti, ſed totus pes niger redditur. Solis enim digitis nigreſcentibus non ſignificaretur iudicatio, cùm ipſi ſoli non poſſint peccantem humorem excipere. Non ergo abſque ratione additum eſt, Pedes omnino nigreſcunt: cum bonis enim ſignificationibus, vt bona tolerãtia, & ſignis coctionis in vrina, & conſimilibus, quæ ſolent ſalutares præcedere indicationes, minus malum eſt quàm ſi liueant: liuere enim ſimiliter duobus modis fit, vt nigreſcere ob frigidam intemperiem, & innati caloris imbecillitatem: vt in Aphor. 17. 5. ſectionis, aut ob humoris nigri melancholici præſentiam. Quiuis horum colorum ſi eueniat, ob imbecillam facultatem, mortem ſignificabit: ſi ob melãcholici humoris præſentiam, niger color poterit morbum, qui iudicatur per abſceſſum, oſtendere: quia ſignificat multum de humore melancholico tranſmiſſum ad pedes per modum iudicationis, maximè dictis ſignis accedentibus. Liuor autem non poterit talem ſignificare iudicationem bonam per abſceſſus: quoniam dato, quòd ab humore fiat melancholico, is erit paucus, & qui non ſufficiet ad iudicationem, vt ſufficit niger. Quod tamen niger color multam, & liuidus paucam ſignificet melãcholiam, docet Gal. in deiectionibus Comm. 22. dicens: Nigra deiectio ab atra bile ſyncera tingitur: liuida verò, vbi modica bilis modicè permiſcetur. Quòd ſi liuidus color non poteſt iudicationem ſignificare, ſed ſemper aliquod malum, & niger non ſemper ſignificat malũ, ſed aliquando bonam iudicationem, pedes nigreſcere minus pernicioſum erit, quàm liuere. Quòd autem dicit Hipp. nigras corporis partes caſuras: ob id dictũ eſt quoniam iſti abſceſſus ex humore nigro prouenientes ad ſimilitudinem gangrænarum fiũt, a quibus demortuæ partes non reuiuiſcunt. Sic & in iis cutis corporis denigratur, & in conualeſcentia decidit. Parum autem, aut nihil de ſubiecta carne corrumpet, quia coctus excernitur, & à natura ſuperatus, aut inſenſibili euacuatione diſcutietur, mitiórque multò eſt, quàm ſanguis, qui magnam inflammationem efficit, quæ tranſit in gãgrænam, magiſque diſperſus, vt non ſic motum arteriarum ſupprimat, vt in gangrænis.

Liuere duabus cauſis fit.

Nigra partes corporis cadunt.

GALENI COMMENT.

Non minus peſtifera dixiſſe, quàm ſi liueant oportuit, ſed vt interdum nullo pacto, interdum ſummè peſtifera ſint. ac forſitã exiſtimabit aliquis Hippocratem ignoraſſe id, propterea quòd n... ...riè vtitur dictione: ſed adiiciens determinationem deinceps, ac docens vtrunque eorum quæ dixi, conſtat vt agnouerit veritatem, ſed haudquaquam exquiſitè loquutus ſit. Nam interdum pars nigreſcit, quia materia eò decumbit, interdum quoniam moritur. Sed quonam modo aliquis internoſcat eam rem perſpicuè indicant. Si enim facilè ferre malum appareat, id eſt, facilè ſe habeat æger, & item aliquod aliud ſalutare affuerit ſignum, materiæ decubitus eſt: ſin ſecus, mortificatio.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Galenus in hoc Comment. Hippo. reprehendit, quòd impropriè dixit, pedes omnino nigreſcere, eſſe minus pernicioſum ſignum, quàm liueſcere: quoniam nigreſcere pedes aliquando eſt bonum, vel ſaltem non eſt malum: aliquando eſt maius malum, quàm liueſcere. Igitur nũquam propriè dicetur minus pernicioſum: quando namque bonum eſt, non eſt pernicioſum, ergo non erit minus pernicioſum. Quando verò malum eſt, ac ſummè malum, non dicemus eſſe minus pernicioſum, quam liueſcere. ergo impropriè loquutus eſt Hippo. conſequenter rationem reddit, quoniam nigreſcere contingit nonnunquam in via decubitus, nonnunquam in ratione mortificationis caloris naturalis. Quando fit in ratione decubitus, eſt bonum: eſt enim iudicium quoddam, etſi non optimum, bonum ſaltem, quia humor peccans in morbo acuto vſtus, & denigratus tranſmittitur ad membra ignobilia: quando verò nigreſcunt, indicantes caloris naturalis languorem, ſatis conſtat quantum mali ſignificent. *Quæ materia eò decumbit.* Græcè ἀποσκήμματος λόγῳ, hoc eſt, in ratione decubitus, de quibus infrà in expoſitione prog. 65. dicemus. vſus eſt hoc vocabulo Gal. lib. 1. de Criſib. cap. 14. & 4. Aphoriſm. ſect. Comment. 44.

PROGNOSTIC. X.

TEſtes, ac pudendum contracta, fortes ſignificant dolores, & periculum lethale.

Quemadmodum à frigore externo membra genitalia contrahuntur expreſſis ſpiritibus, & ſanguine, ac refugiẽtibus, & fibris ipſorum à frigore compreſſis: ita in iis, qui morti proximi ſunt, ſanguine & ſpiritu reuocatis ad cor, contingit: & vaſa omnia eundem ſequi motum, & ad cor reduci, vnde habent arteriæ originem. Colis enim ſubſtantia neruoſa eſt, lib. 15. de Vſu part. Et cauus ille, ſiue fiſtuloſus neruus, non ex cerebro, aut ſpinali medulla originem habet, ſed ex oſſibus pubis, vt durior eſſet, diſtendirúrque: vt lib. 6. de Lo. pat. cap. 6. quia plurimus ſpiritus ex arteriis ibidem diſperſis (quarum ora admodum lata ſunt) tranſit in neruum fiſtuloſum. Quando igitur ſummè inaniuntur arteriæ, vt in proximis morti, & refrigerantur extrema, plurimum contrahetur quoque pudendum, lateribus fiſtuloſi nerui inuicem concidentibus, & arteriis ipſis reductis verſus cor: quod fit, quoniam à frigore magis conſtrictæ ac breuiores redduntur. Ad teſtes rurſus venæ, & arteriæ perueniunt, ex 14. lib. de Vſu part. Propter ſimilem ergo cauſam continget vaſis ipſis reductis, inanitis, & refrigeratis, teſtes conuelli, & ad interna reduci: cuius ſimile in doloribus fieri vult Hipp. non in omnibus, ſed fortibus: fortes enim dolores à ſoluta continuitate fiunt, quoniam intemperies, vbi non inferant cõtinui ſolutionem, non afferent dolores vehementes. Vehemens ergo dolor animalem facultatem conuertit, & ſpiritum ad partem dolentem, & dolor fluxionem commouet; occurrentibus igitur ſanguine & ſpiritu ad internam aliquam partem dolentem, contrahentur teſtes, ac pudendum vaſis ipſis contractis & exinanitis, quod in doloribus ab inflammatione euenientibus maximè fit, facta diſtentione particulæ dolentis, & contractione extremarum, quæ illi per arterias, aut venas, aut neruos communicãt. Seruit hæc pars ad prædicendos dolores in his qui morte non conſtant, quoniam tales non referũt dolores, quos patiuntur. Vbi tamen Hippoc. dixit Cõtracta, Græcè ἀνεσπασμένα, & Laurentianus traduxit, Conuellantur: placuit potius Contracta cõuertere, ne quis puter hanc eſſe veram conuulſionem, de qua Gale. lib. 2. de Cauſis ſympt. inquit, conuulſio neruos, ac muſculos ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, cùm naturalem habitum ſeruarent, ducebantur. Illa enim paſſio ad animalis facultatis inſtrumenta pertinet, quæ ſunt nerui, ac muſculi à cerebro aut ſpinali medulla orti: præſens autem pudendi & teſticulorum retractio ad vitalem pertinet: neque enim eis adſunt nerui motiui,

Membra genitalia quare contrahũtur. Colis ſubſtantia.

Dolores prædicere in his qui non conſtant mente.

Nota.

vt ex anatome conſtat, quibus patientibus in ipſis fiant conuulſiones veræ, ſed quædam ad originem contractiones ac reductiones.

GALENI COMMENT.

Conſtat vt in quibus infeſtat dolor, ea conuellantur partes quemadmodum in morientibus: idque habet rationem. Nam vbi vitalis facultas intermoritur, proindéque extendi ad fines vſque corporis impos eſt, ſed accumbit, & ad ſuam cogitur originem, partes conſitentur viribus concurrántque, & ad intermedia corporis copulentur neceſſe eſt. Cæterum vt dolor contrahi faciat vires ad ſeſe, perſpicuum eſt. Ita fit vt ob eam rem partes ad originem conuellantur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In præſenti Commentario rationem reddit, quare ex his duabus cauſis contingit contrahi pudenda, nempe ex languore facultatis, & ob dolorem. Inſtrumenta enim inſeruientia alicui facultati, motum ipſius facultatis inſequuntur. Contracta ergo facultate contrahentur inſtrumenta. *Conuellantur.* Græcè ἀνεσπασμένα, hoc eſt, contractæ, vt diximus in expoſitione. Et rurſus ad finem Comment. *Perſpicuum eſt.* Græcè, ἐμφανὲς ἤδη πολλάκις, hoc eſt, ſæpe didicimus dolores ad ſe trahere 5. ſectione Apho. Comm. 23. dixit, Quum partes dolentes ſemper ad ſeipſas moueant fluxiones. idem lib. Artis medicinalis cap. 95. rurſus ſecundo de Differentiis febrium cap. 11.

Dolor fluxionis cauſa.

PROGNOSTIC. XI.

De ſomno verò quemadmodum ſecundum naturam nobis eſt in conſuetudine, interdiu vigilare, noctu dormire conuenit; ſi tamen hoc tranſgreſſum fuerit, deterius eſt. minimè verò nocebit, ſi dormiatur, prima luce ad tertiam diei partem. Somni tamen extra id tempus peiores ſunt.

De ſomno conſequenter ſcripſit Hippo. in præſenti, & ſequenti prognoſt. primo loco eum ſomnum, qui eſt ſecundum naturam laudat, ſecundò alios diuerſorum temporũ vituperat. Laudat ſomnum ſecundum naturam, qui etiam in conſuetudine hominum erat, interdiu vigilare, ac noctu dormire: talis enim erat in conſuetudine: decet autem conſuetudinem non aliter, quàm ipſam naturã obſeruare. Vbi ergo id quod eſt ſecundũ naturã, idem eſt in conſuetudine, vtrumque ſimul ac magnopère obſeruabitur, quod temporibus Hippocr. vt inquit Gal. in Com. fiebat. Non enim erat diuerſum tempus dormiendi in conſuetudine, ab eo quod erat hominibus ſecundum naturam. Id autem erat, noctu dormire, & interdiu vigilare. Quòd quidem naturale ſit hominibus vigilare interdiu conſtat, quoniam eo tempore vigilant homines, quo calor expanditur ad membra exteriora, ſed interdio id fit, ergo tunc ſecundum naturam vigilabunt. Præmiſſum conſtat, quoniam calor ſolis calorem noſtrum educit tanquam ad ſimile: præterea ex fine, quoniã quo tempore homo munia ſua obire debet, eo tempore debet etiam vigilare: ſed quo tempore ſol terram illuminat, homines munia ſua, & nõ alio tempore rectè obire poſſunt: ergo tunc natura ipſa inclinante vigilare debent homines. Dormire etiam noctu ſecundum naturam eſt: nam eo tempore ob frigus noctis, & ſolis abſentiam calor recedit ad partes interiores, & ab omni actione conuenit ceſſare, lumine ſolis abſente. Quòd ſi quis conſuetudinem peruerteret, & contra ordinem naturæ ſomno vteretur, per morbum conſeruare ipſam oportet.

Vigilare interdiu naturale eſt.

Conſuetudo enim praua conſeruanda eſt, quoad ægrotant homines lib. 8. Meth. med. & 2. de Ratio. victus acutorum, ſatis docet Hippoc. quantum conſuetudines ſint obſeruandæ, ac quantum noceant repentinæ mutationes à conſuetudinibus naturalibus. Quòd tamen in conſuetudine hominum fuerit Hipp. temporibus noctu dormire conſtat ſimiliter ex lib. 2. de Ratione vict. acut. ſectione 23. cum loquens de his, qui cùm non fuerint aſſueti prandere, pranſi ſunt, præcipit eis dormire poſt prandium eo modo, quo noctu à cœna dormire ſolent. Dixit enim, Conuenit autem his permutationem æqua virtute compenſare. Dormire ſiquidem eos oportet tanquàm noctu à cœna, hyeme quidem citra frigus, æſtate verò citra calorem. Paulus etiam libro primo cap. 97. inquit, Occaſio autem ſomni à cibo opportuniſſima iudicatur: nam meridianus nõ omnibus conuenit. & infrà, Nocturni ſomni omnium facilè præſtantiſſimi ſunt: ſiquidem nocte, humiditate & quiete ſua ſomnum iuuante, coctionem omnibus numeris abſoluit. Rurſus inquit Hippocr. Si tamen hoc tranſgreſſum fuerit, κάκιον, hoc eſt, deterius erit. non in omnibus id verùm habet, ſed tantùm in his, qui ſimul cum natura coniunxerũt conſuetudinem. Qui enim conſueuerunt interdiu dormire, ſic dormire debent, cùm ægrotant: in illis verò qui ordinem naturæ obſeruant, malum erit vbi id non ſeruauerint. Dixit tamen deterius eſſe, vt ſigni huius virtutem exprimeret in gradu comparatiuo. Quòd ſi ab eo, quod ſecundum naturam eſt, variatio fiat, minimè omnium nocebit ſomnus, qui fit prima luce ad tertiam diei partem. Poſſet id ad conſuetudinem referri: conſueuerunt enim homines quando ob occaſionem aliquam ſomnum interruperint, manè dormire prima luce ad tertiam diei partem: verum tamen id cauſam habet, quare in illo tempore ſomnus minimè nocet. Id enim ob id eſt, quoniam ille naturaliſſimo ſomno maximè ſimilis eſt. ſomnus enim poſt cibum conciliatur ob vaporem alimenti, qui in caput aſcendit, & obſtruit animalis facultatis vias, quo tempore coctio fit in ventriculo. Hac tamen perfecta, iecur ſanguinem generat, & tenuiorem partem tranſmittit ad cerebrum, cuius vapor perueniens ſimiliter obſtruit animalis facultatis vias, & ſomnum conciliat. Somnus hic paulò minus naturalis eſt priore, & inde fit, vt ſecundum locum habeat: fit enim quemadmodum & primus ex vapore alimenti: id autem alimentum non eſt in ventriculo, ſed in iecore. Cùm tamen iam integrè ſanguis diſtributus fuerit, animal à ſomno excitabitur, & nõ antè, ſecundùm naturam, vt eſt apud Ariſt. lib. de Somno & vigilia, ad finem dicentem, Expergiſcitur animal, quando abſoluta coctio eſt, & calor, qui ambientis frigoris opera ex amplo in arctum coierit, euincit, atq; ſanguinem feculentum à ſyncero diſcreuerit. Eſt autem tenuiſſimus atque puriſſimus ſanguis, qui in capite continetur: contrà craſſiſſimus, & turbidiſſimus, qui partibus committitur inferioribus. Ecce vbi non vult animal à ſomno expergiſci, donec ſanguis confectus, & diſtributus ſit, ac coctio perfecta, quæ circa ſanguinem fit, & vaporis ſanguinis cauſa, naturalis ſomnus fiet: quod erit coctione ventriculi iam perfecta, quæ incipiet ſex horis à cibo tranſactis: adde quòd qui interrumpit ſomnum nocturnum, non complet coctionem, neque integrè reficit facultatem animalem, & ſtatim ipſam reficere bonum erit, id autem fiet prima luce, ſtatim ab hora ſomni conuenientiſſima. Quòd autem dixit ad tertiam diei partem conuenire ſomnum, id ſpatium eſt

Conſuetudo adhuc praua.

Noctu dormire hominibus cõſuetum.

Dormire prima luce.

Dormire ad tertiam diei

eſt 4. aut 5. horarum. Nam dies ſignificat ſpatium temporis quo ſol tranſit noſtrum hemiſphærium, vt etiam diſtinguitur contra noctem. Id autem in 5. climate in quo Hipp. habitabat, erat aliquando 11. aliquando 15. horarum paulò plus aut minus: id enim eſt ſpatium à maximo in minimũ diem. Tertia ergo pars erit ſpatium 4. aut 5. horarum. Poſſumus etiam intelligere id eſſe ſpatium quatuor: quoniam antiqui dies omnes in 12. horas diuiſerunt, ſiue dies magnus, ſiue paruus ſit: quod modo ſeruat Eccleſia Romana. Harum horarum tertia pars eſt horę 4. dicetúrque æger per id tempus dormire ad tertiam diei partem, id tamen non conſiſtit in puncto, ſed 4. horis, aut 5. perficietur, de horis naturalibus, ſic enim Celſus dixit lib. 2. cap. 4. Ex quo tamen peior eſt qui inter quartam horam, & noctem eſt, quàm qui matutino tempore ad quartam, quod ſimiliter addit Hippocra. quemadmodum & Celſus, dicens, Somni tamen extra id tempus peiores ſunt. In hoc loco Hippocr. laudat ſomnum, qui ſecundùm naturam eſt, quoniam talis nec breuior, nec lõgior erit, quàm ſecundùm naturam. Nam reliqui ex Apho. 1. 4. ſectio. veniunt damnandi. Vbi dixerat ſomnus & vigilia, vtraque ſi modum exceſſerint, malum. Significat autem ſomnus conueniens quòd vapor alimenti non eſt mordax, & acris qui ſolet animal euigilare: neque adeò frigidus, vt ipſum camatoſum, ac ſoporatum reddat. Medius enim ſomnus vaporem ſuauem alimenti ſignificat. Plinius lib. 10. cap. 71. ſomnum ſic definiuit: eſt autem ſomnus nihil aliud, quàm animi in medium ſeſe receſſus. Planius verò Paulus lib. 1. cap. 97. ſomnum definiuit dicens, Somnus igitur (vt in forma oſtendam) requies eſt animalium facultatum, factus propter bonam humiditatem cerebrum irrigantem, quemadmodum & Ariſtot. lib. de Somno & vigilia, cap. tertio dixit. Sed enim, vti iam diximus, non omnis impotentia ſentiendi ſomnus eſt, ſed ea ſolùm, quam diuaporatio committit alimenti. Sciendum autem eſt medicos & philoſophos per vaporem alimenti, intelligere vaporem, qui eleuatur ad caput ex eo alimento, quod in ventriculo continetur, quo tempore prima coctio perficitur, & eum qui eleuatur ex ſanguine, & aliis humoribus, cùm in iecore conficiuntur. Nam multi ſine eo, quòd habeant in ventriculo alimentum, atque ipſo iam attracto ad venas, dormiunt. Verùm tamen id non diſcordat à doctrina Hipp. qui lib. de Alimento, triplex dixit eſſe alimentum, primum quod nutrit, ſecũdum quod eſt veluti alimentum, hoc eſt proximum ad alendum, tertium quod futurum eſt alimentum. Primo modo dicuntur alimenta humiditates appoſitæ, non vnitæ aut aſſimilatæ. Secundo modo ſanguis qui continetur in iecore, & venis. Tertio modo, alimentum quod in ventriculo continetur. Itaque primo & ſecundo modo, accepto vocabulo dicemus ſomnum naturalem fieri aſcendente in cerebrum vapore alimenti, qui ſi mulcebres fuerint, ſomnos conciliabunt: ſin minus, euigilabũt hominem, quòd ſi frigidi, ac craſſi admodum fuerint, pro ſomno veternos efficient, ac graues ſopores, quorum vtrunque modum excedit. Neque fient quales ſecundùm naturam, & ſecundùm conſuetudinem: ſed aut interdiu dormiet homo, aut ſimul noctu, & interdiu, aut neque noctu, neque interdiu. Oſtendet autem ſomnus maior quàm ſecundùm naturam, hoc eſt longior, aut profundior, frigiditatem aut ſolam aut iunctam humiditati, aut immodicam humiditatem. Habet enim in ſomno naturali humiditas, ac vapor alimenti, primas partes, in ſomno verò prętet naturam frigiditas habet primum locum, humiditas ſecundum. In vigilia verò calor primum locum, ac ſiccitas ſecundum. Quod in ſomno naturali vapor alimenti, ac humor primum locum habeat, conſtat ex definitione ſomni apud Paulum, & Ariſt. ſuprà, quibus accedit Gal. lib. 3. de Cauſis pulſuum. cap. de pulſu expergiſcentium, vbi dixit, Nam ſomnus incidit, cùm natiuus calor aut ex fatigatione, & ex nimia ſiccitate, ad alimentum ſe conuertat, aut ob immodicam humiditatem foras nequeat progredi: quorum eſt ſalubris primus & naturalis: alter quem memorauimus, veluti ſomnus qui eſt in comatibus & lethargis, & infrà. Nam cùm indigeat, ſimúlque deſideret naturalis animalium calor copioſam humiditatem, ideóque in viſcera conueniat, & ventrem, fit ſomnus. Et lib. 1. de Cauſis ſympt. dixit, Cęterùm quòd capitis repletio ſomnum conciliet, iam Ariſt. ſatis demonſtrauit, adeo vt nihil ſit opus hanc nos rationem perſequi. Ad ſomnos ergo præter naturam primum locum habere frigiditatem, & ſecundum humiditatem dixit, lib. 3. de Loc. pa. cap. 4. vbi poſtquam docuit, quod611 bilioſi, ac calidi morbi afferunt vigilias, deliria, ac phrenitides: & pituitoſi, ac frigidi, ignauiam, atq; ſoporem: addit, Igitur omnia hæc argumento eſſe poſſunt, ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam ſecundas partes obtinere, frigiditatem verò peiores. Proinde vt humiditas abundans, vel ſola, longos profundóſq; ſomnos: ita ariditas quoq; ſola vigilias efficit. Finaliter lib. 1. de Cau. ſympt. de medicamentis ſomnum conciliantibus dixit, Igitur ea, quæ duntaxat humectant, non ab re ſomnifera nominantur: quæ verò refrigerant, ea neque ſomnum conciliare, nec indolentiam inducere rectè dicentur, ſed pro ſomno, veternum grauémq; ſoporem. Cùm ergo ſomnus ſuperfluit, aut eſt longior, aut profundior, aut vtrunque, ſignificat frigiditatem, aut humiditatem abundare, aut vtrumque. Sic & vigilia immodica calorem, aut ſiccitatem, aut vtrunque. Naturalis verò ſomnus ſignificat vaporem ſuauem alimenti, aut ſanguinis à calore naturali eleuatum, cùm calor ad alimentum ſe conuertit ob ſiccitatem, aut imbecillitatem, vt ex alimento reficiatur. Vapor autem hic obſtruit vias animalis facultatis, quibus obſtructis ſequitur vt nõ poſſit facultas exire in actum aliquem ſentiendi, aut mouendi. Hanc impotentiam, & actus priuationem conſtat eſſe ſomnum, non vt quidam putarunt eſſe reditum animalis facultatis ab inſtrumentis ſenſus, & motus ad ſuum principium, is enim reditus motus eſt. Sed ſomnus non eſt motus, neque eſt frigiditas: nam ſomnus eſſet prima qualitas, aut fortè aggregatum ex frigiditate, & humiditate, quod conſtat eſſe falſum: quoniam ſomnus mera priuatio eſt. Apud Paulum enim loco ſuperius allegato, requies eſt, modo requies non eſt aliud quàm actionis priuatio. Ariſtoteles item libro de Somno & vigilia cap. 1. inquit, ac primum quidem illud conſtare arbitror ad eandem animalis partem, ſomnum, & vigiliam pertinere: quandoquidem oppoſita inuicem ſunt, & ille vt priuatio quædam huius habetur. Et ad finem capitis inquit, Senſus verò immobilitatem quandam, & quaſi modum, & vinculum ſomnum eſſe dicimus: contra exolutionem, atque relaxationem vigiliam. Sed rationibus facilè probari poſſet ſomnum eſſe priuationem. Nam ſomnus & vigilia contraria ſunt: ſed vigilia non eſt aliud, quàm ſenſuum actio aut motus localis: ergo ſomnus non erit aliud, quàm priuatio ſenſus & motus. Rurſus aut ſomnus eſſet obſtructio, aut frigiditas, aut aliqua naturæ

Somnus qui modum excedit, damnandus eſt.

Vapor qui ſomnum conciliat.

Cauſa ſomni naturalis & præter naturam.

Somnus priuatio eſt.

naturæ actio. Non obſtructio, nam ſi ſomnus eſſet obſtructio, vigilia eſſet meatuum apertio, quod eſt falſum, quamuis vigilia ſequatur apertis meatibus. Neque eſt frigiditas, nam eo dato, vigilia eſſet caliditas, quod eſt falſum. Non eſt aliqua actio, quoniam aut eſſet facultatis naturalis, & eſſet aut attractio, aut retentio, aut coctio, aut expulſio, quorum nullum eſſe ſatis conſtat. Non eſt etiam vitalis facultatis actio, quoniam ad ipſam tantùm attinent pulſatilis, & iraſcibilis facultas, & verè iraſcibilis eſt quæ arterias mouet. Non pertinet etiam ad animalem facultatem, quoniam non eſt ſenſatio, aut motus localis, Erit ergo, vt diximus, ab initio vera priuatio. Hæc dixi ad refutandas opiniones quorundam, de ſomni eſſentia.

GALENI COMMENT.

NOn ſolùm rectè pronuntiauit de ſignis per ſomnum, ſed etiam cauſam eis adiecit, in habitum referens naturæ quæcunque vtilia ſunt: contraria verò damnans, quia præter naturam exiſtant. Ad hunc modum res ex conſuetudine habet. Quod enim conſuetum eſt, bonum eſt: inconſuetum verò, malum eſt. At verò temporibus Hippocratis non aliud fuit ex natura, aliud in conſuetudine. Nunc verò diuites econtrario agunt, tum in quibuſdam alijs tum etiam in ſomno: interdiu dormientes, noctu vigilantes. In his igitur, vt qui ſoliti ſint viuere præter naturam, doctrina ab Hippocrate dicta nequaquam vera eſt, etenim hoc tempore magis rata conſuetudo eſt, quàm natura: non in mulieribus ſolùm diuitibus, ſed etiam in non paucis viris.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Laudat Hippocratem, quòd non tantùm rectè dixerit ea quæ ad ſomnum attinent, ſed & cauſam reddiderit: voluit enim noctu dormire, & interdiu vigilare, eſſe bonum, quoniam id eſt ſecundùm naturam & ſecundùm conſuetudinem: erat enim eo tempore in conſuetudine id, quod erat ſecundùm naturam, *Ad hunc modum* Græcè, ἔτι δ', hoc eſt, ad hunc autem modum. *Magis rata.* Græcè, κυριώτερον, id eſt potentior.

PROGNOSTIC. XII.

PEſſimum verò eſt, neque interdiu, neque noctu dormire: vel enim ex dolore, & laboribus vigilabit, vel delirium inde ſignificabitur.

Vigiliarum cauſa. Quãtum mali ſignificet perpetuò vigilarẽ, oſtendit Hippocrat. per tria membra, quorum vnum ex immodica vigilia ſignificatur. Aut enim vigilat homo ob dolorem, quod ſæpe contingit: nam dolor excitat animalem facultatem, ac conuertit ipſam in partem dolentem, non permittens ipſam recurrere ad originem, aut ibidem retineri. Aut vigilabit homo ob labores. Græcè πόνων habetur: eſt autem πόνος, vnum quatuor, aut exercitatio, aut dolor, aut laſſitudo, aut nocumentum. In præſenti non ſignificat exercitationem, quoniam vigilia nõ ſequitur exercitationem, ſed potius ſomnus: excitati namque proniores ſunt ad ſomnum, vt dixit Galen. 1. de Cauſis ſympto. neque ſignificat dolorem: quia iam explicuerat ipſum Hippocr. Non ſignificat læſionem, quoniam id ad membrum ſequens pertinet, vt dicemus. Significat ergo in præſenti laſſitudinem. Nam laſſitudines non aliter quàm dolores dormire non permittunt, ſed cogunt ægrum ſæpe iactare corpus à parte in partem, ac figuram mutare. *Vigilia magna delirium nuntiat.* Quod autem ſequitur, *Vel delirium inde ſignificabitur*, ob id dictum eſt, quoniam ſi nimia vigilia non fit ob dolorem aut laſſitudinem, eueniet ob læſionem, quæ euenit à morbi malitia. Hæc autem læſio fit ab humoris calore & acredine: eadem autem ratione, qua humoris calor ac ſiccitas poſſunt hominem euigilare, poterunt irritare facultatem animalem ad delirandum, & formandas falſas imagines, quæ non exiſtunt. Non enim verum delirium vult ſignificari, ſed παραφροσύνην, id eſt, mentis perturbationem. *Vigilia vnũ trium ſignificat.* Vigilia itaque immodica vnum trium ſignificat, aut dolorem, aut laſſitudinem, aut malam qualitatem quæ irritat cerebrum.

GALENI COMMENT.

NEque interdiu, neque noctu dormiunt ij, qui ex dolore, ac labore contenduntur, & item qui incipiunt delirare. Nam id quoque committit inſomniam ob temperamenti in cerebro ſiccitatem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Contenduntur. Græcè κατατεινομένοις, ſignificat, autem κατατείνω in voce paſſiua idem quod κατεργάζομαι, id eſt, conficio, aut rumpo, aut frango, vt Athenæus, κατατεινόμενος ὑπὸ τῆς ποδάγρας πλείους ἡμέρας, id eſt, fractus à pedum dolore multis diebus. Melius ergo dixiſſet, Fractis à dolore, aut laſſitudine euenit.

PROGNOST. XIII.

OPtima verò deiectio mollis eſt, & conſtans, & quæ eo tempore ſecernitur, quo per bonam valetudinem, quantitas verò ſecundùm rationem ingeſtorum. Sic enim exeunte, imus venter bene vtique valebit.

Quamuis Hippocra. in præſenti prognoſtico ſigna ſcribat optimæ deiectionis: non tamen omnia, ſed in conſequentibus alia ſcribet, quemadmodum & malarum deiectionum notas. Hic verò tantùm ea ſigna ſcribit, quæ imum ventrem bene valere ſignificare poſſunt. Sunt autem hæc tria, quorum primum ſumitur ex conſiſtentia, ſecundum ex tempore deiiciendi, tertium ex quantitate: quæ autem in his modum obſeruauerit, certè indicabit imum ventrem bene valere. Iſtæ conditiones in optima *Deiectionis optima conditiones.* deiectione inueniuntur, non tamen ſufficiunt ad optimam, ſed eis adiungenda ſunt duo alia ſigna, quorum alterum ſumitur à calore, & alterum ab odore, de quibus in prog. 17. inquit, Subruffa verò ſit, neque admodum malè olens. Ad ſignificandum ergo imum ventrem bene valere, ſigna ſcripta ſatiſfaciunt: quorum primum fuit, ex conſiſtentia: quod diuiditur in duo, quorum alterum eſt, mollis. Deiectionem oportet eſſe mollem, vt diſtinguatur contra duram, & coactam, in ſpiras: talis enim vbi non euenerit ob ciborum qualitatem, manifeſtè indicat caliditatem exurentem, in partibus ventris, quæ abſumit totum fecis humorem, & ipſam deiectionem relinquit aridam ac duram. Coniunxit autem Hippocrat. cum molli conſtantem: nam mollities non debet tanta eſſe, vt liquida reddatur deiectio: ſed quemadmodum per bonam valetudinem fieri ſolet, quod liquidum eſt ſugi debet à iecore ad humorum generationem, & reliquum per inteſtina deſcendere, molle quidẽ, ſed adhuc conſtans. Quanta autem debeat eſſe conſtantia, explicuit Celſus lib. 2. cap. 3. vbi Hippo. ſententiam tranſtulit dicens, At venter ei qui à periculo tutus eſt, reddit modò mollia figurata, eodem ferè tempore, quo ſecunda valetudine aſſueuit: modò conuenientia his quæ aſſumuntur. Tantam vtique vult eſſe conſtantiam vt *Figurata deiectio.* figurata ſit, hoc eſt, vt figuram propriam ſeruare

poſſit,

Digitized by Google

poſſit, ſimul cum mollitie. Nam quæ his adhuc molliores fuerint, non poterunt proprio termino terminari, ſed alieno. Talis verò deiectio, quæ mollis ac conſtans, ſiue figurata eſt, ventris ſanitatem oſtendit, neque id tantùm, ſed etiam partes circumiacentes nullam inflammationem pati, ac diſtributionem probè fieri, vt inquit Galen. 1. de Criſi. cap. 11. Poſſet tamen quis obiicere contra Hippoc. ſententiam, qui videtur diminutus in explicanda conſiſtentia deiectionis optimæ. Non enim ſatis eſſe videtur deiectionem fieri mollē atque conſtantem, ſed deceret ipſam æqualem: quemadmodum de pure optimo dixerat ipſum eſſe æquale, & infrà de ſedimento optimæ vrinæ, album, læue, ac æquale eſſe debere inquit. Nunc tamen mollem, & conſtantem dixit, æqualem autem prætermiſit, quod non minus videtur concernere bonitatem deiectionis. Significat enim æqualitas omnia fuiſſe ad vnam ſubſtantiam & conſiſtentiam perducta, naturalis caloris vigore. Ad quod reſpōdemus, quòd cùm dixit Hip. mollem & conſtantem, æqualem comprehendit: omnis enim deiectio cōſtans æqualis eſt: quæ namque inæqualia ſunt, conſtare nullo modo poſſunt. Veluti ſi deiectio in aliquibus partibus dura fuerit & aſpera, in aliis tamen liquida & aquea, conſtat talem deiectionem non poſſe in partibus ſuis conſiſtentiam obſeruare. Nam quæ partes duræ fuerint, à liquidis ſeparabuntur, & duris ac aſperis relictis aqueæ partes defluent, neque alligati inuicem poterunt. Si ergo deiectio conſtans eſt in partibus ſuis, aut figurata, ita vt figuram vnam obſeruet, æqualis neceſſariò erit.

Deiectio æqualis.

Secunda conditio eſt, vt eo tempore deiiciatur, quo ſolet per bonam valetudinem. Hæc conditio communi epilogiſmo eorum quæ ſunt ſecundum naturam poſſet probari: quia quod ſecundùm naturam eſt, optimum eſt. Sed tamen à priori, quàm bonam ſignificet ventris diſpoſitionem, oſtendemus. Deiectio namque, quæ conuenienti tempore excernitur, trium facultatum ventris conſtantiam ſignificat, nempe coctricis, retentricis, & expultricis: nam ſi tempus variat, aut anticipat tempus, aut poſtponit: vbi anticipet, ſignificabit imbecillitatem retentricis facultatis, aut celeritatem coctionis: ob celeritatem coctionis, deiectio non poterit anticipare deſcenſum, quoniam in morbis non eſt poſſibile coctricem facultatem robuſtiorem eſſe, quàm in ſanitate: bene enim actum erit cum ipſa, ſi vt in ſanitate conſtiterit. Referendum igitur erit ad retentricis imbecillitatem, vbi ob alimenti aut excrementi qualitatem id non euenerit, quod contingit vbi cum morſu deſcendant, aut alimentum lentore ſuo delabatur, aut nimia copia grauauerit: ſed hæc non variant ſententiam Hippocrat.

Deiectionis optima tempus.

Si tamen tempus poſtponat, aut ſignificat coctionis tarditatem, aut expultricis imbecillitatem. Lib. 3. de Cauſis ſympt. cauſas anticipationis & poſtpoſitionis ſcribit: anticipat enim, aut quoniam grauatur venter: aut quoniam mordetur, & talia tanquam aliena expellere molitur: aut quoniam alimentum glutinoſum eſt, & humidum, cui accedit motus corporis ad deſcenſum. Vbi id euenerit ob mordacem qualitatem, aut alimenti lentorem, id ad alimenti aut excrementi naturam referendum eſt, non ad ventris diſpoſitionem: quemadmodum & cum copiæ ratione grauat, cogitque ad celeriorem expulſionem. In ſumma ergo, vbi neque ad excrementi aut alimenti quantitatem, aut qualitatem referatur, citus deſcenſus deiectionis, ad imbecillitatem retentricis referetur. Quòd ſi dixeris in inteſtinis non adeſſe facultatem retinentē, quoniam retentrix facultas operatur per fibras obliquas, modo in inteſtinis non adeſt tale fibrarum genus: ergo non habent facultatem retentricem.

Deiectio quæ poſtponit tempus.

Antecedens probatur: quoniam apud Gale. lib. 6. de anatomicis adminiſtrationibus, & libro 4. de Vſu partium, in duabus membranis, quæ conſtituunt totam ſubſtantiam inteſtinorum, vnicum tantùm eſt fibrarum genus tranſuerſalium, per eas tamen expulſio exercetur, non autem retentio. Nam hæc per fibras obliquas perficitur apud Galen. lib. 3. de Nat. fac. cuius contrarium videtur aſſerere lib. 3. Aphor. Comm. 12. de læuitate inteſtinorum loquens, quam dicit fieri ob vlcerationem in ſumma parte ventriculi, & inteſtinorum, aut ob retentricis imbecillitatem, inquit, quorum primum ex mordacibus & ſubſtantiam tenuem habentibus humoribus fit, ſecundum verò ex magna vētriculi & inteſtinorum prouenit intemperie. Et loco allegato ex lib. de Cauſis ſympt. & rurſus imbecillam dicit eo lib. eſſe facultatem retentricem puerorum, quòd ſæpe tum vomunt, tum deiiciunt. quidam reſpondent ad quæſtionem, quòd in inteſtinis non eſt facultas retentrix, quemadmodum in aliis membris: ſed dicimus retineri feces, aut potius contineri ab inteſtinis, quemadmodum ſi ſuper tabulam ponantur, à tabula continebuntur, non tamen per aliquam facultatem retinentem. & ad autoritates Gal. dicit lienteriam ex imbecillitate retentricis ventriculi fieri. Et ſi quando medici emplaſtra adſtringentia ventri applicant in fluxibus, non ad roborandam facultatem retentricem inteſtinorum id faciunt, quia talis non eſt, ſed ad roborandas venas, per quas ex toto corpore ad inteſtina excrementa mittuntur, & ad Gal. in Comm. 12. lib. 3. dicit, quòd cùm Gal. imbecillitatem facultatis retentricis retulit ad intemperiem ventris, & inteſtinorum, noluit in inteſtinis eſſe retentricem, ſed intemperiem dictam extendi à ventre in inteſtina.

Inteſtinorum retentrix.

Mihi tamen aliter ſentiendum videtur. Apud Gal. namq; lib. 3. de Naturalib. facult. omne membrū 4. habet naturales facultates, attrahentem, retinentem, concoquentem, & expellentem: quare in inteſtinis nihilominus aderūt. Iſtæ tamen facultates duobus generibus inſtrumentorū vtuntur: nam licet facultas attractrix fibris vtatur oblongis, non negandum eſt caliditatem eſſe attractionis inſtrumentum qualitatiuum. Quemadmodum etſi facultas expellens fibris vtatur tranſuerſis, nemo negabit ad expulſionem humiditatem proficere: quemadmodum & ſiccitas, ad retentricis facultatis obeūda munera. Nam pueri lib. 3. de Cauſis ſympt. ſæpius vomunt ac deiiciunt, ob facultatis retentricis imbecillitatem. Siccitas ergo aliarum ætatū retinendi inſtrumentum eſt.

Inteſtinorum retentrix probatur.

Inſtrumenta facultatum.

Præterea ſi non alibi adeſſet facultas trahens aut retinens, niſi vbi adeſſent fibræ longæ, aut obliquæ, oſſa nullum traherent ad ſe alimentum, neque attractum retinerent: quod conſtat eſſe falſum, & contra Gal. qui omnibus mēbris tribuit 4. facultates. Adde quod niſi alimētum ab oſſibus traheretur, ipſum non ingrederetur oſſium ſubſtantiam ſuapte natura, neque hoc potius quàm illud deueniret, neque familiare potius quàm nocuum. Pariter ergo in inteſtinis fit, quæ licet fibras oblongas non habeant, calore ſuo alimentum trahunt. Neque opus fuit eis fibras addere, quoniam alimentum inteſtinorum partim trahitur per venas quæ ſunt in ipſis, & venæ illæ fibras habent oblongas, partim cum fece deſcendit, quod ſine eo quod trahatur à longè perueniet ad ipſa. Oſſa pariter non egent fibris oblongis, quoniam alimentum ad extremas venas perducitur ab attrahente venarum,

Oſſa ſine fibris trahunt alimentū ac retinent.

Digitized by Google

rum,& inde ſudoris modo tranſit intra oſſis membranam, & inde appoſitum ab oſſis naturali facultate trahitur,ac intus ſugitur. Expellunt etiam oſſa excrementa ſine fibris, & alimentum retinent per naturalem facultatem retinentem, quæ conſiſtit in temperatura naturali ipſorum, maximè in ſiccitate qua vtitur retentrix facultas.Sic & in inteſtinis, quoniam magna retentione non egebant, lib. 4. de Vſu part. & ad paucam ſatisfacere poterat moderata quædam ſiccitas, cum quadam aſperitate. Inde eſt, quod natura non dedit eis fibras obliquas ad retinendum: retinent autem parum per naturalem facultatem retinentem, quæ ſiccitate vtitur, tanquam qualitatiuo inſtrumento. Quoties ergo inteſtina immodicè humectãtur, ſaxea redduntur,& facultas retentrix inualida.Quòd tamen retẽtio non tota pendeat ex fibris obliquis, ſed ipſas coadiuuare retentionem,dixerat Gale.libr.3. de Naturalibus facultatibus, vbi de fibris obliquis loquens dixit, Hæ ſanè maximè auxilium præſtant retentricis facultatis actioni. Inteſtina ergo ſine fibris retinent. Ad propoſitum iam redeamus, ſi deiectio tempus poſtponat,ad paucitatem alimenti, aut eius acerbitatem,aut ſenſus hebetudinem,aut coctionis tarditatem, aut expultricis imbecillitatem referendum eſt. Adiuuat etiam ad id muſculorum ventris languor, quoniam ipſi ad excretionem ſimul cum ſepto tranſuerſo concurrunt. Quòd ſi ob alimẽtorum inopiam,aut acerbitatem non eueniat, ad ventrem referenda eſt diſpoſitio. Habet etiam id verum abſolutè, nec oportet ſemper addere, dummodo non eueniat ob ciborum qualitatem: nam id ſemper intelligitur,vt inquit Gal.lib.1.de Criſib.cap.11. Tertia conditio eſt, quòd deiectio optima reſpondere debet quantitati ciborum ingeſtorum.Nam vt vult Gale.lib.1.de Cauſis ſympt. minor fit quàm pro ratione multitudinis ingeſtorum deiectio, cùm ex iis in corpus plus eſt diductum: contra cùm plus quàm pro ſumptorum portione deiicitur, aliàs ob diductionis defectum, aliàs confluentibus supernè aliquibus in ea,quæ circa ventrem ſunt loca. Vbi igitur deiectio minor fuerit,ſignum eſt plurimę distributionis,ac iecur vehementer trahere:ſi tamen fuerit maior,aut parum diſtribui,aut multum confluere ad ventrem. Poſſet tamen aliquis obiicere, hanc conditionem non eſſe neceſſariam, ac inutiliter additam ab Hippocrat. Si namque plurimum diſtribuitur,dura redditur deiectio:ſi parum,reddetur liquida.Pariter etſi aliunde in ventrem confluat aliquis humor, quòd ſi durior aut mollior fuerit, deiectio non erit mollis ac conſtans. Excludetur ergo per conditionem, quæ ſumitur ex conſiſtentia, & non opus erit addere conditionem ex quantitate, ad ſignificandam optimam deiectionem. Soluitur autem facilè obiectio ex Gal.lib.1.de Criſi. cap.11. vbi deiectionem aliquam vult eſſe mollem ac conſtantem, non tamen reſpondere rationi ciborum, neque poſſe ſignificare imum ventrem bene valere, inquit ergo:Excrementum igitur molle atque coniunctum,& quod horam, qua excernebatur ſanitatis tempore,ſeruat, niſi etiam ſeruauerit ad ea, quæ intus aſſumuntur, conuenientem proportionem, aliqua eius pars iuxta cæcum, & id, quod vocatur colon, inteſtinum retinetur, aut in aliis tenuibus inuolucris. Non eſt autem hoc,nec veluti ſignum, nec veluti cauſa bonum;ſicuti ſignum quidẽ, quoniam vim expultricem nominatam ac propulſoriam, debilem eſſe ſignificat: ſicuti cauſa autem, quoniam ibi quædam ſuperfluitates intus remanent,quas potius emitti oportebat. Aduertendum

Deiectio optima rationẽ ſeruat ad ciborum quantitatem.

Deiectio aliqua mollis ac conſtans, ex quantitate debita minor.

etiam quòd in hoc loco Gal. quantitatem deiectionis, definiens de ea, quæ minor eſt quàm debeat, mentionem facit,atq; explicat eius malitiam:nõ tamen refert malitiam eius,quæ quantitatem conuenientem excedit. Et ratio eſt, quoniam loquitur de deiectione molli,ac conſtante,quæ poteſt eſſe debito minor,non tamẽ debito maior. Nam ſi talis fuerit,ſignificabit,aut paucam diſtributionẽ,aut aliunde excrementum in ventrem defluere,quorũ vtrunque reddit deiectionem liquidam, non permittens ipſam mollem, & conſtantem. Idem autem ſignificare deiectionem liquidam & abundantem, in ſequenti dicemus expoſitione.Si ergo tales adfuerint conditiones,neceſſum erit imum ventrem bene valere:nam ſi imus venter non valeret,aliquam mutationem feciſſet in deiectione, quo dato non ſeruaſſet prædictas conditiones. Non tantum autem per imum ventrem intelligimus ventriculum, ſed inteſtina: imus autem venter in comparatione dicitur ad thoracem, ac continet totum, quod eſt ab enſiformi cartilagine vſque in os pubis.Cuius pars,quę eſt ab vmbilico in os pubis,ſolet etiam imus venter appellari ab Hipp.vt in Aphor.25.ſect.2.cùm dixit, In omni morbo,partes ad vmbilicum & imum ventrem craſſitudinem habere melius eſt, quo in loco, imum ventrem, ἦτριν appellauit, hîc verò τὴν κάτω κοιλίην.Quamuis tamen deiectio hæc imum vẽtrem bene valere ſignificet,non tamen ſi imus venter bene valeat,neceſſum eſt talem fieri deiectionẽ. Nam ſtabit imum ventrem bene valere: quoniam tamen ex aliis partibus excrementum aliquod ventri trãſmittitur,deiectionem variari.Hãc ob cauſam Hipp. in præſenti progno.non omnes notas optimæ deiectionis ſcripſit, ſed eas tantùm quæ imum ventrem ſignificant bene valere. Si tamen ſcripſiſſet omnes optimæ deiectionis notas, non tantùm imum ventrem bene valere ſignificaſſet, ſed neq; aliquid mali in ipſum aliunde confluere, neque noxam aliquam in circunſtantibus membris adeſſe. Eſſet vtique talis, ſi præter id quod prædictas habet conditiones, illud etiam habuerit, quod in ſequentibus dicet Hippo.vt ſubruffa ſit,& non admodum malè olens: quorum alterum ad colorem, alterum ad odorem attinet.Nam talis imum ventrem bene valere ſignificat, & ex aliis particulis nihil ad ipſum peruenire, quod colorem naturalem poſſit variare.

Imus venter

GALENI COMMENT.

A Conſiſtentia, qualitate, & tempore, quo deiectiones excernuntur, dignotionem facit optimæ deiectionis, non tamen deterrimæ ex hoc ſolum, ſed adiecit eis indicia a colore atque ab odore,& ad hæc ſonitu per ſcreationem adiunctio. Itaque conſiſtentiam obtinet per naturam,vbi non omnino dura ſit,quemadmodum lapides, neque extremè humida vt diffluere queat,ſed intãtum mollis quoad conſtans permaneat: copia verò proportione reſpondeat ingeſto cibo oportet: ac tempus quo vacuatur, aſſuetum ægro.Cæterùm addendum eſt vt color & odor naturalis ſeruetur: quæ quidem ipſe Hippocrat. non adſcripſit, cenex iis quæ ſunt produa præter naturam, hæc quoque intelligere poſſis,id enim illis eſſe in conſuetudine, ſæpenumero docuimus,vt ex contrariis indicet contraria, prætermiſſis appellationibus eorum. At verò bene valere ventrem dixit inferiorem, tanquam conferens eum cum thorace,vt intelligamus ventriculum ipſum, & item ieiunum ſimul cum inteſtino omni, per ventrem inferiorem. Non tamen contraria deiectio continuo indicabit habere præter naturam. Id enim nec ipſe dixit, nec alioqui verum eſt. Itaque conuenit bene valere ventrem inferiorem: à iecore verò aut bene aliquid in eum confluens variare non ſolum colorem, per naturam, verum etiam conſiſtentiam

atque

Digitized by Google

ctionis. Porrò quandoque permutabitur copia illius permiſtione decumbentis humoris, neque ſeruabitur tempus ſecretionis aſſuetum. Ergo ſimilliſma naturali deiectio indicat non ſolum inferiorem bene valere ventrem (id quod ipſe dixit) ſed etiam nihil in eum decumbere ex viſceribus prædictis. Quæ verò habet præter naturam, ſignificat ventrem interdum ſolum eſſe affectum, ſæpe verò decumbentis aliunde materia in eum indicia habet: atque hæc multiplicia ſunt, eò quòd tecur non ſolum ſua ipſius excrementa ſaniémque & humores præter naturam demittit in vētrem, ſed etiam corporis totius: quandoquidem venter per id omnibus corporis partibus copulatur, ac per illud recipit excrementa earum: quæ quandoque decumbunt purgantia omne corpus, aut partem vnam, aut duas, aut plures pariter: ſæpe verò quæ accidentia ſint indicantia affectionem, aut corporis omnis, aut partis alicuius, aut aliquarum. Sed animaduertamus deinceps ſermonem eius de talibus docentem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte conditiones optimæ deiectionis ſcriptas ab Hippocr. refert. Galen. Cùm tamen deterrimæ deiectionis ſigna ſcribet, inquit, Non hæc tantùm, id eſt, non ea his tantùm eam denuntiabit, ſed etiam ex colore, odore, & ſonitu.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm addendum) addendum eſſe vult his conditionibus, colorem ac odorem, quæ non fuerunt addita ab Hippoc. quoniam ex malarum deiectionū coloribus & odoribus, boni conſtabunt, adde quòd infrà progn. 71. hæc ſigna ſcribentur.

IN tertia parte, quæ incipit (At verò) per imum ventrem, dicit ventrem inferiorem per comparationem ad thoracem intelligi. Hic autem continet ventriculi & inteſtina omnia, de quibus Hippocr. intelleait.

IN quarta parte, quæ incipit (Non tamen) docet malam deiectionem, non ſignificare ventrem imum malè valere. Id enim nec ab Hippoc. dictum eſt, nec verum eſt. Non inquam, ſequitur, mala eſt deiectio, aut non eſt optima: ergo imus venter non valet: contingit enim aliquando imum ventrem valere. Sed deiectionem variare, aut colore, aut copia, aut tempore, vbi ea iecore, aut liene aliquid in ipſum ventrem decumbat, concludit. Itaque Gal. deiectionem naturali ſimilem, vult ſignificare imum ventrem, valere, ac nihil in ipſum aliunde confluere: illa verò, quæ præter naturam eſt, ſignificat aliquando ſolùm ventrem malè affici, aliquādo verò aliunde in ipſum fieri defluxum, aut ex iecore & circumſtantibus, aliquando etiam ex toto corpore: quoniam per inteſtina vniuerſum corpus purgatur, vt etiam per vrinam contingit, vt infrà dicet, Comment. 57. huius libri. *Contingit.* Græcè ἐγχωρεῖ, hoc eſt, euenit. *Quæ accidentia ſunt.* Græcè ὡς συμπτώματα, hoc eſt, tanquam ſymptomata.

PROGNOSTIC. XIV.

SI autem fuerit deiectio liquida, expedit ne ſubducatur cum ſtridore, aut crebrò & ſenſim: laborans enim homo ex frequenti ſurrectione, vigilabit vtique. Si verò accumulatim & ſæpe deiecerit, periculum eſt ne animo delinquat.

Liquida deiectio.

Deiectio liquida, de qua impræſentiarum agit Hippocr. non eſt abſolutè in numero bonarum aut malarum deiectionum ponenda: poteſt enim eſſe bona, poteſt etiam eſſe mala. Bona erit vbi neque ſtrideat, neque deiiciatur crebro & paulatim: ſi tamen alterum eorum habuerit, non erit bona, ſiue vtilis, vt dixit Hipp. humida itaque deiectio, vnum duorum ſignificat apud Gal. in Comm. aut paucam diſtributionem, aut aliunde in ventrem confluxum: quod ſimiliter dixerat lib. 2. de Criſibus cap. 11. de deiectione maiori quàm pro ratione ciborum. Hæc itaque ſi cum ſtridore deſcendat, non eſt laudanda, nec ex vſu. Non ſcripſit Hipp. quantum mali ſignificet, verumtamen Galen. lib. 3. de Cauſis ſymptomatum, τρυσμὸν, ſiue per υ, ſiue per ι, dixit ſignificare flatum cum humiditate commixtum, & inſtrumentorum anguſtiam: quod etiam ſcripſit lib. 1. de Criſibus. cap. 11. Flatum autem commiſceri ſignificat caloris imbecillitatem. Id igitur mali eſt, quod ex ſtridore ſignificatur. Si tamen ſine ſtridore deiiciatur humida deiectio, diſtinguendum eſt: aut enim deiicitur crebrò, aut rarò: ſi crebrò, aut ſenſim, aut accumulatè. Si tamen rarò deſcendat, non erit ſenſim ſed in magna copia: nam quæ fit rarò & pauca, non erit humida, quoniam deiectio minor quàm pro ratione ciborum humida non eſt, maximè rarò excreta. Ex his quatuor membris Hippoc. duorum tantùm fecit mentionem, nempe earum deiectionum humidarum, quæ fiunt frequenter, dicens, Si crebrò fiat, & ſeorſim, vigilabit homo ob frequentem ſurrectionem: ſi tamen frequens deiectio fiat atque in magna copia quòd dixit ἀθρόον, periculum eſt deliquij animi. De deiectione frequenti paulatim excreta conſtat malam cauſam eſſe, & malum ſignum: cauſam, quoniam adducit ad immodicam vigiliam hominem: nam qui frequenter ad deiiciendum ſurgit, euigilat, atque inquietus exiſtit, ac vires eius ex nimia ſurrectione, & ex labore deiiciendi franguntur: adde quod aliquando febres etiam concitantur diariæ ex frequenti ſurrectione: vt Galen. lib. 8. de Meth. med. dicit, Febricitant autem nonnulli, & ex his quos diarrhæa poſt cruditates malè habet, quibus vtique non minimè proritatur febris ea deſurgendi frequentia. Vt ſignum, pariter mala eſt, nam ſignificat imbecillitatem facultatis retentricis, aut eroſionem. Imbecillitas intemperiē oſtendit, roſio verò, aut excremēti qualitatem, aut aliunde venientis, aut geniti in inteſtinis aut inteſtinorum vlcus. Poſſet etiam frequēs deiectio euenire ex relaxatione muſculi claudentis anum. Si tamen deiectio crebrò fiat, & in magna copia, non ſimpliciter ipſam vituperauit, ſed dixit periculum imminere deliquij animi. Et quemadmodum etiam lib. 4. de Ratione vict. acut. Comment. 62. dixit, Nempe ea repentinis deiectionibus linqui animo periculoſum eſt, veluti & voce priuari, & grauiter habere. Verùm tamen aliquādo talis deiectio iudicatoriè euenit, magnam aliquam mutationem ſubito natura moliente, aliquando verò ſymptomatis ratione euenit, quod ſæpius accidit, rarius autem in modum iudicationis. Sed tamen tam in illis quàm in aliis quæ ſymptomaticè eueniunt, animo delinquere ſolent homines, vt conſtat experimento in bonis iudicationibus, quæ repente admodum fiunt, ac cum magna & continua aliqua euacuatione. Quod ſimiliter in euacuationibus arte factis euenit, de quibus Aphoriſm. 27. ſection. 6. dixit, Quicunque ſuppurati aut aquam intercutim patientes vruntur, aut ſecantur, ſi pus aut aqua vniuerſim effluxerit, omnes moriuntur. Vnus ergo tantùm humidæ deiectionis relinquitur modus, & eſt deiectio rara & accumulata. Hæc eſt quæ ſolet in bonis iudicationibus euenire, & talis bona eſt, vbi non ſtrideat, licet non explicetur ab Hippocr. ſufficit enim ei qui breuiloquiis vtitur, vt malas vituperet: inde enim quæ bonæ fuerint, tales eſſe intelligentur.

Deiectio ſtridens.

Febris ex deſurgendi frequentia.

Accumulata & rara deiectio.

GALENI COMMENT.

MAdentem fore deiectionem, propterea quòd non fuerit ex ventriculo diductio ad iecur, vel quia de iecore, aut liene aliquid defluxerit in eum, cunnis perſpicuum eſt. Sed fieri poteſt vt id bonum ſit, quoties expurgetur iecur, aut lien, aut omne corpus per iecur: non bonum verò, quoties accidentis ratione fiat diductione à finibus concidente, aut iis quæ de iecore eunt in ventrem, bona affectiones ſigna non habentibus. Hac interſtinguntur, ſi nec ſtridet, nomen enim de ſonitu confectum eſt, & item ſi nec crebro ac pedetentim deiiciatur. Quæ ita enim deiiciuntur, accidentis obtinent rationem. Quæ verò multo interpoſito tempore vniuerſim, ſæpenumero bonæ ſecretionis indicia erunt, quia natura expellet nocuam, qualitate aut quantitate materiam, omne corpus, aut aliquam eius partem vacuando purgandóve. Porrò vacuationem appello propria materia, vbi quantitate exuperet: purgationem verò aliena per qualitatem. At verò ſequuntur quadam alia talem deiectionem, quorum mentionem habuit Hippocrat. dicens, Frequens enim deſidendi labor inſomniam facit. Quinetiam ſæpe & multum excernere, ceu vires exoluens, criminatur: atque admodum rarò tales ſecretiones bonæ ſunt. Namque eis adiuncta eſt exolutio virium, quæ nequaquam bona eſt, quemadmodum decretorio quidem ſed immodico ſanguinis fluori.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Liquidæ deiectiouis duplicem reddit cauſam: aut quoniam uou fit à ventriculo diſtributio, quam appellant ἀνάδοσιν, aut quoniam aliunde confluit aliquid iu ventrem. Talis autē deiectio poteſt eſſe bona, aut mala. Bona, ſi fiat per modum iudicationis, mala verò quoties ob defectum diſtributionis talis fuerit, aut quando quod aliunde defluit, prauam ſignificat affectionem: diffinitio verò an ſit mala, ſumetur ea ſtridore: quæ enim ſtridet, bona non eſt. Quantum verò mali ſignificet in expoſitione diai. Nou autem putandum eſt, quòd ſtridor ſic ſignificat malum, quòd nou ſumatur aliuude iudicium ad cognoſcendum, quando deiectio non eſt bona. Sed tameu hoc vnum ſcripſit Hippo. in præſenti. Poterat enim liquida deiectio ex colore, odore, & aliis malitiam affectionis corporis oſtendere. Vbi litera habet *Stridet*, Græcè habetur τρύζει

Græcus codex mêdoſus.

ſed tamen in Græcis codicibus quos legi, præter id habetur, γέγραπται δὲ καὶ μετὰ τοῦ σ, καὶ χωρὶς τοῦ σ, quod eſt, ſcribitur autem & cum ſigma, & ſine ſigma. Verùm hæc omnino ſunt abiicienda à Græcis codicibus tanquam adiecta, vel ſcribi debet γέγραπται δὲ καὶ μετὰ τοῦ υ, καὶ μετὰ τοῦ ι, vt adduxi io expoſitioue lib. 3. de Cauſis ſymptomatum.

In ſecunda parte, quæ incipit (Quæ verò) docet deiectionem, quæ in magna quantitate rarò fit, ſæpe eſſe bonum indicium, quod ſignificat naturam expellere humorem quantitate, aut qualitate peccantem, hāc purgationem, illam euacuationem appellat. lib. 2. Aph. Comm. 17. diait, Quòd autem euacuationem ſimpliciter Hippoc. dicere conſueuerit, quando humores omnes æqualiter euacuantur, purgationem autem quando praua affecti qualitate, meminiſſe oportet, & lib. 1. Aphor. Com. 1. diait. Eſt autem purgatio, humorum, qui ſua qualitate moleſtant, euacuatio. Fuchſius verò in eius Apho. Comment. pat. qualitatem diait Hippoc. non intellexiſſe primam aliquam qualitatem ſolam, vt caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & ſiccitatem. Nam vbi ſola qualitas peccauerit, potius alterationem, quàm euacuationem requiret. Erit potius qualitas, inquit, idem quod cachochymia, quæ apud Gal. 13. Therap. metho accidit, vbi flaua bile, vel atra, vel pituita, vel

Quid ſit intelligendum per qualitatem humorū.

ſeroſis humoribus corpus refertum fuerit. Et inferius iuquit, ſe abunde oſtendiſſe, qualitatem iu illo 2. Aphoriſm. prim. ſectio. ſignificare ſpeciem humorum redundantium, corruptorum, ac corpus infeſtantium. Vult ergo Fuchſius, quòd cùm Hippocrat. diait. Si talia purgentur qualia oportet, & confert, & leniter ferunt, idem eſt, ac ſi dixiſſet, vbi humor eius fuerit ſpeciei cuius eſſe debet, ipſius euacuatio & confert, & leuiter fertur. Erit ergo ſpecies bilis pituita, melancholia, erúntque bonæ purgationes in bilioſis, ſi qualia oportet purgentur, id eſt, ſi bilis purgetur. Contrà quam expoſitionem videtur multis modis repugnandum, primò quoniam Galen. ſimiliter cùm Hippocrat. hoc vocabulo ποιότης vtuntur, quod nuuquàm ſubſtantiam potuit ſignificare, aut ſubſtantialem ſpeciem, quòd ſi de ſpecie accidentali vocabulum iotelligi poſſe coocederet, immeritò accuſaret eos, qui per ſpeciem iutellexerunt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, quum hæc ſint ſpecies accidentales: præterea vbi bilis, aut pituita corrumpantur, poſtea verò excernantur, ante coctiouem ille humor erit qualis eſſe debet, id eſt, eius ſpeciei. Sed tameo nou confert, & facile fertur: ſed potius abundantiam oſtendit, & iu ratione ſymptomatis effertur. Quare ergo non tantùm humorem dicit peccantem, ſed cum debitis conditionibus, ita vt inter qualitates, & cōditiooes bonæ purgationis, quæ omues io qualitate ab Hipp. comprehenduntur, iutelligere oportet coctionem, vt apud Gale. lib. 1. de Rat. vict. acut. Comm. 23. vbi explicans quare Hipp. diait, Et quæ à pulmone expuuntur talia ſuot, inquit, Nempe verba hæc, Qualia eſſe oportet: coctionis habent notas. Per qualitatem ergo adhuc ipſam coctiouem comprehendit Hipp. Cum ergo Hipp. diait, Si qualia oportet purgari, purgētur, qualitas includit conditionem eius quod purgatur, ac iucludit humoris ſpeciem, & caliditatem, aut frigiditatem, humiditatem, ac ſiccitatem, craſſitudinē, teouitatem, putredinem, ac coctiouē. Hæc enim omnia concurrere debent ad hoc, vt id quod purgatur tale ſit, quale eſſe oportet. Erunt autem bonæ purgatioues, quæ fiunt ſeruatis omnibus conditionibus in humoribus qui purgantur: & in præſenti loco purgationes diait deberi qualitati, id eſt vbi fuerit peccatum in cōditione ipſorum humorū. Quale peccatum in cacochymia repetitur, in qua competit purgatio: quouiam humores, quamuis ſunt quantitate peccantes, deprauati ſunt, ac corrupti: hi tamē ſi talis fuerint cooditionis, qualis eſſe debent, purgationes conferent & facilè ferentur. Quantitati verò, cui non coniuugitur corruptio, aut praua cōditio, propriè debetur vacuatio. Quod tamen arguit Fuchſius quale non ſignificare ſolā caliditatem frigidi, humidi, aut ſicci, ſatis clarum eſt. Verùm nemo dubitat an de ſolis primis qualitatibus quale dicatur. vbi enim in ſolis qualitatibus eſſet peccatum, alteratio eſſet debita curatio ſine euacuatione: ſed tamen quale oou tantùm primas comprehendit qualitates, ſed omnem peccaotis humoris conditionem ad bonam purgatiooem neceſſariam, in quibus etiam ſunt primæ qualitates. Nam in tertiana, vna de notis oſtendentibus purgationem eſſe peccantis humoris, eſt caliditas humoris qui excernitur. Quòd ſi dixeris, purgatio debetur cacochymiæ, & cacochymia eſt peccatum humorum io quantitate: ergo humoribus quaotitate peccantibus debetur purgatio. Maior oſtenditur, quoniam iu ſententia allegata ex 13. Metho. med. cacochymia fit abundaote flaua, aut atra bile, aut pituita, aut ſeroſis humoribus: his autem purgationes

Fuchſij expoſitio impugnatur.

Qualitas coctionem comprehendi.

Qualitas apud Hippoc. coctionem dicit.

Cacochymia quantitatis redundantia cum corruptione.

purgationes debentur. Minor nota eſt, & docebitur lib. 3. circa Comm. 15. Ad quod reſpondemus, quòd in cacocbymia non tantùm adeſt quantitatis redundantia, ſed etiam humoris corruptio. Corruptioni itaque debetur purgatio: nam vbi abundantia ſola quantitate conſiſteret, non opus eſſet purgatione: corruptio tamen quæ omnem cacochymiam comitatur, purgationem præcipit, corruptio tamen qualitati attinet.

In tertia parte, quæ incipit (At verò) explicat quæ mala ſequantur ad frequentē deiectionem, vbi fuerit frequens, in magna, aut parua quantitate, ex Hip. doctrina: licet aliquando frequens magna poſſit eſſe bona, ſed rarò Aduertendum etiam, quod dixit fluxum ſanguinis eſſe aliquando decretorium, ſed immodicum. Id enim contingit ex errore naturæ, quæ impetu quodam trudit humorem, neque ſiſtit euacuationem quando oportet, quod etiam in fluxu ventris ſæpe fieri videmus, fit etiam in omnibus euacuationibus id accidens, quando natura admodum cito finire, ac perficere tentat aliquam iudicationem.

PROGNOSTIC. XV.

SEd oportet pro quantitate ingeſtorum deiicere bis aut ter in die, noctu ſemel: plurimum autem ſubeat primo manè, quemadmodum homini conſuetum eſt.

Deiiciendi numerus.

Numerum deiiciendi definit Hippoc. in præſenti, quantitate eius quod deiicitur non variata: decet autem aut bis, aut ter deiicere interdiu, & ſemel noctu: & decet vt maior quantitas prima luce deſcendat. Sic enim eſt hominibus conſuetum. Crederem ego temporibus Hippocr. homines pro maiori parte dictis vicibus deiicere ſolitos. Conſuetudo namque hominum multum agit ad ſæpius aut rarò deiiciendum: nam ille qui aſſuetus eſt ter deiicere, quando tempus deiiciendi accedit, ſi nō deiiciat, maximè grauabitur à fecis quantitate: aut ſi mordendi facultatem manifeſtam habuerit, mordebitur, quam ſi non deiecerit, tormina patietur. Bis aut ter dixit interdiu, & noctu ſemel: quoniam quando homines exercitantur, feces celerius deſcendunt, & quod per ventrem deſcendens grauat, aut mordet, in vigilia magis grauat, aut mordet, quàm hora ſomni: quoniā in ſomno animalis facultas ſopita eſt. Meritò ergo ſæpius deiiciunt homines interdiu, quàm noctu. Plurimum etiam prima luce dixit, quoniam temporibus Hippocr. cœna maior erat prandio, & coctio atque expulſio vſque in auroram rectè perficitur, inde eſt quòd tunc maior quantitas deiicitur, quoniam à pluri alimento maior fecis quantitas ſeparatur. Accedit ad id, quòd longiori tempore retenta deiectio, ac remorata, maior copia ſuccedit. Cuius tamen alimenti ſit excrementum quod excernitur prima luce, dubium videtur, an ſit fex alimenti aſſumpti externa nocte, an eius quod in die externa

Fex alimenti quandiu immoratur.

Hippocr. docet lib. de Morb. 4. duplex eſſe alimenti excrementum: vnū quod eſt fex: alterum eſt excrementum humorum, qui trāſeunt ad venas. Primum deſcendit poſt diem, & ſecundū poſt tertium diem, quod ſimul cum fece alimenti miſcetur, vt conſtat: fex enim à bile tingitur. multa de his ab Hippo. ibidem ſcripta ſunt, & præter reliqua inquit, Et cibi quidem ſemper poſtridie per aluum ſecedunt, humor autem ad tertiam diem. finaliter dixit. Quemadmodum homini cōſuetum eſt. hanc referens hominum conſuetudinem. Id enim quod hominibus conſuetum eſt, quantum debeat obſeruari, ſæpe docuit Hippocr. maximè lib. 2. de Ratio. victus acut. ſupra pro. 11. quòd ſi id conſuetū non erat homini, quo tempore ſanus erat, neque in morbo exigetur. Temporibus noſtris, quamuis homines voraciſsimi ſint, ferè omnes bis in 24. horis deiiciunt: pauciſsimi ſunt qui ter, & quamplurimi ſunt qui ſemel deiiciant, & id eſt in conſuetudine ferè omnibus qui modicè viuunt. Noui ego hominem ſeptuagenarium iuriſperitum, qui vſque in 45. annum ſemel deiicere ſolebat, inde verò vſque in 70. ſemel tantùm in quinque, aut ſex diebus, & ſanus degebat. Noui alterum octogenarium, cui ab adoleſcentia fuerat in conſuetudine ſemel deiicere in 8. diebus. verum huic oculi perpetuò illachrymabant, & halitum emittebat fœtidum: quod multis aliis euenit quibus fex diu retinetur. Noui ſimiliter multos homines ter, & quater quotidie deiicientes, & duos alios, qui ſani adhuc ſepties, & octies fecē deponebant, quibus parum curæ erant, quæ attinent ad Muſas, & Philoſophiam. Laudo eā conſuetudinem, qua homines ſemel deiiciunt in 24. horis, nec vitupero eam, qua bis. Signū enim eſt, quòd tales non ingurgitant ſupra modum, ita vt fex multum grauet inteſtina, neque bilis confluens ad inteſtina valde irritat ad excretionē. Obiiciet fortè aliquis contra ſententiam huius progn. In morbis namque exactè peracutis, homines valentes, cum omnimoda inedia perducimus ad iudicationem vſque: in illis ergo nō eſt ſperanda deiectio, bis, aut ter in die, noctu ſemel quamuis illis fuiſſet in conſuetudine. Præterea ille qui aſſuetus erat bis deiicere, vbi alatur ſola priſana ordeacea, conſtat quòd non deiiciet bis aut ter in 24. horis. Dices fortè ex Hippoc. 2. de Rat. vict. acut. Qui bis in ſanitate comedere ſolebat, bis priſanam ſorbere debet in acutis morbis: poterit ergo bis deiicere, aut ter, ſi ita erat ei conſuetum. Hoc non ſufficit, quoniam fex quæ ſeparatur ex ordeacea priſana, pauca admodum eſt, & quæ nō grauabit inteſtina, neque deiicietur: accedit ad hoc quòd in acutis febribus tantus eſt calor ventris, & partium circunſtantium, vt feces exſiccentur, & minorentur quantitate, & in deſcenſu tardentur, quod experimentum cōmemorat. Rariſsimè enim fit, vt in febribus acutis, quantumuis ſalubres ſint homines, ordinem, & numerum deiiciendi obſeruent: ſed omnibus ferè opus eſt clyſteria iniicire, vt fex deſcēdat, antequam exuratur. Neque ſufficit, ſi dixeris in quibuſdam febribus aluum eſſe ſolutam, ac deiectionem poſſe reſpondere conſuetudini: gratia exempli, in febri ardenti exquiſita apud Hippo. lib. 4. de Rat. vict. acut. ſect. 1 vnum de ſignis febris ardētis exquiſitæ eſt aluus ſoluta. Verum in bis neque id quod deſcendit reſpondet quantitati ingeſtorum, neq; numero conſueto deiiciendi, ſed irritationi quæ fit ab humore bilioſo confluente ad inteſtina. Ad quæ reſpondemus, quòd Hippo. in præſenti non definit numerum deiiciendi in acutis morbis in omni tempore morbi, ſed quando morbus declinat, & homo ad victum ſanorum paulatim accedit. Tunc enim expedit deiectionem reſpondere quantitati ingeſtorum, & numero conſueto deiiciendi. Hipp. ergo quo tempore id euenire ſolet non ſcripſit, ſed bonum eſſe quo tempore apparuerit, rectè dicit.

Numerus deiiciendi in morbis acutis.

GALENI COMMENTARIVS.

ID quoque ſuprà docuerat, ſed rectius erat eum diſſeruiſſe, nunc de ſecretione decretoria quidem, ſed vniuerſa quemadmodum ego proximè feci. Cæterùm damno tanquam ſuperuacuū, bis aut ter die: noctu ſemel, & quicquid aliud poſtea ſcripſit. Abundè enim fuerat dixiſſe, quemadmodum homini fuerat conſuetum. At verò ſententia finis

Digitized by Google

legitur bifariam: in quibuſdam codicibus cum verbo Subeat, in alijs ſine tali verbo, ad hunc modum: Plurimum verò luce, quemadmodum homini fuerat conſuetum. Sed nihil intereſt, hoc an illo modo ſcribatur. nam vtrouis modo ſeruatur optimum eſſe. quòd quàm maxime fuerit conſuetũ.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte, duabus cauſis damnat Galen. ſententiam Hippo. primò quoniã non fecit mentionem de deiectione decretoria, quæ accumulatim deſcendit. De optima tamen dixerat reſpondere debere quantitati ingeſtorum. Secundò damnat id quod in præſenti dixit, præter id quod ſuprà dixerat, nempe bis aut ter in die Satis enim fuiſſet dicere, Quemadmodum homini eſt in conſuetudine: nam in hoc omne aliud includitur. Si tamen quis vellet Hipp. ſaluare, rectè poſſet. Quantum ad primum, quum dicit Gale. ipſum non diſſeruiſſe de deiectione decretoria accumulata, ſatis fuit Hipp. malas ſcribere deiectiones: inde enim poterit colligi, quæ erunt bonæ. Malas dixit frequentes accumulatas, & frequentes, quamuis ſint in parua quantitate. In parua non erunt: nam non erit poſſibile deiectionem liquidam fieri, niſi ob paucam diſtributionem, aut ob id quòd in ventrem aliquid confluit, vtcũque talis erit abundans quantitate: nõ ergo erit rarò pauca. Reliquum ergo eſt, vt deiectio fiat rarò multa. Quòd ſi alij duo modi deiectionũ, quia frequentes, vituperantur, iſte tãquam laudabilis relinqueretur. In criſibus namq; quamuis ſubitæ fiant mutationes, ſi per ventris fluxum fiant, inter vnam & aliam deiectionem tempus conueniens interuenire debet: frequentius enim vbi ſucceſſerint, animi deliquium afferent. Secũdum quod damnat Gal. quoniam dixit bis au ter eſſe interdiu deiiciendum, pro copia ingeſtorum, ac abundare id quod dixit de cõſuetudine. Poſſet Hipp. ſaluari: quoniam quamuis ſuprà dixiſſet, deiectionem debere reſpondere quantitati ingeſtorum, hîc non intendit loqui de quantitate, ſed de numero deiiciendi. Addit autẽ id de copia, vt intelligatur quòd ille numerus eſt ſeruandus, non mutata copia, ſed vbi reſpõdeat his quæ fuerunt ingeſta. Quod tamen dicit, ſatis eſſe dicere, quemadmodum eſt in conſuetudine: dicemus quòd ipſe non intendit aliud quàm conſuetudinem eſſe obſeruandam in numero deiiciendi. Quòd tamen dixerat prius, *Bis* aut ter interdiu: non fuit aliud à conſuetudine diſtinctum, ſed tantummodo conſuetudinem illam narrare, tanquam magis communem apud homines ſui temporis.

In ſecunda parte, quæ incipit (At verò) Partem illam, plurimum prima luce ſubeat, dicit dupliciter legi ſed nihil referre.

PROGNOSTIC. XVI.

INcraſſari autem oportet deiectionem, morbo eunte in iudicationem.

Mutationem, quam facit deiectio à principio donec morbus iudicetur, ſcribit Hippoc. laudans eam per quam, morbo ad ſummum vigorem tendente, craſſior redditur quàm ante: verumtamen contingit, quòd deiectiones à principio morbi ſunt craſſæ, aut non tantùm craſſæ, ſed etiam duræ: & in talibus non oportet ſpectare incraſſationem, ſed potius tenuitatem, vbi videlicet cauſa, quæ ipſam deiectionem exuit, atque induat, remiſſior fiat, & humor criſi excernẽdus iam incipiat declinare ad ventrem qui reddet molliorem ac magis liquidam deiectionem. Vbi itaque quis ab initio liquida deiiciat, ſi æger ſaluari debet, coquẽdus eſt humor morbum faciens; coctio tamen perpetuò perducit id quod coquitur ad craſſiorem ſubſtãtiam, vt dicemus in annotatione circa comm. 33. Hoc ſignum vnum eſt de ſignis quæ oſtendunt morbum eſſe ſalubrem, quoniam oſtendit coctionem in deiectione. hanc autem craſſitudinem intelligendum eſt non debere eſſe maiorem ea, quæ dicta eſt de optima deiectione, nempe vt ſit mollis ac conſtans.

GALENI COMMENTARIVS.

COrpulenta ſcilicet redditur, ſi aquoſa ac tenuis haudquaquam corpulenta duráque exiſtat. Quocirca ſermo eſt de humida ſtatim inter initia deiectione. Id enim proprium eſt breuitatis, quam in dicendo maiores ſeruarunt potiſſimum Hipp. vt ex oppoſitis interdum indicentur quadam nequaquam prodita nominatim.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hic commentarius non eget annotatione, præterquam quòd vbi legitur. *Corpulenta ſcilicet redditur.* Græcè habetur, *παχύνεται δηλονότι.* hoc eſt, craſſa nempe fit. Et vbi legitur. *De humida ſtatim inter initia deiectione*, Græcè, *περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑγρὰ διαχωρεόντων.* hoc eſt, de his, qui ab initio liquida deiiciunt.

PROGNOSTIC. XVII.

SVbruffa autem ſit, neque admodum graueolens.

In 13. progno. ea tantùm ſigna bonæ deiectionis *Deiectionis*
ſcripſit, quæ poterunt oſtẽdere, imum ventrem be- *optimæ ſi-*
ne valere: non tamen ea, quæ vbi ſimul omnia in- *gna.*
ueniantur, conſtituent optimam deiectionem: de quibus ſunt duo, quæ in præſenti progn. ſcribuntur, quorum primum ſumitur à colore, de quo dixit deiectionem debere eſſe ſubruffam. Secundũ eſt, quòd non ſit admodum graueolens. Hæc autem duo non ſunt neceſſaria ad hoc vt deiectio ſignificet ventrem imum bene valere. Vbi enim deiectio fuerit mollis ac conſtans, & tempore conuenienti excreta, & reſpondens quantitati ingeſtorum, coctio rectè fiet: & vbi coctio rectè fit, calor naturalis ſuperat, quo ſuperante imus venter bene valebit, & non erit deiectio admodum graueolens. Quod tamen ipſa ſubruffa ſit, aut non, parum agit ad ventris diſ-
poſitiones cognoſcendas, vt inquit Galen. lib. 1. de *Bilis per in-*
Criſib. cap. 11. propterea verò neque coloris memi- *teſtina de-*
nit excrementi, quoniam non magnam vim habet, *ſcendens.*
ad inferioris ventris diſpoſitionem ſignificandam. Nam quòd id excrementum ſit bene coctum, ſufficiunt indicia prædicta. Complet itaq; Hipp. per hoc duo ſigna omnia neceſſaria ad optimam deiectionem oſtendendam. Subruffam dixit debere eſſe deiectionem optimam: is autem color non euenit ei ex ventre, ſed aliunde deſcendente humore bilioſo ad inteſtina, aut ex iecore, aut veſica fellis: quorum diſpoſitionẽ oſtendet color deiectionis, ſimul cùm diſpoſitione viarum, quæ ſunt à veſica fellis ad inteſtina, & nonnunquam oſtendet totius corporis diſpoſitionem. Lib. 5. de Vſu partium, ſatis latè probat Gal. vſum humoris bilioſi, quem tranſmittit natura ad inteſtinum ieiunum, vt pituitam, quæ in inteſtinis generatur, detergat, atque deducat per inteſtina. Hæc bilis modicè deſcendens cum fece, ipſam modicè tingit, ac ſubruffi coloris reddit. Quæ ſi immodica fuerit, deiectio ruffa fiet, aut flaua: ſi tamen minoris quantitatis fuerit quàm decet, pallida reddetur deiectio: aut ſi nihil deſcendat cum fece, alba, ſimilis ei, quæ deiicitur in his, qui ictericã patiuntur. Quod tamen modò de copia bilis dixi, idem eſt intelligendũ de bilis colore inteſiori. Nam bilis flaua magis tingit quàm ruffa, & ruffa quàm pallida, vbi in quantitate miſceantur æquali. Quamuis tamen alimentum, quod ſimul cum fece cõtinetur à iecore

itahatur

Bilem non trahet iecur. trahatur per venas meſeraicas, bilis tamen, quæ cum fece deſcendit, non trahetur: quoniã iecur non rtahit niſi conueniẽs, id videlicet circa quod propriam ſuam operationem efficere poteſt, ſanguinis nempe & aliorum humorum generationem, cui bilis non præſtabit materiam, quandoquidem ex bile nullus humor naturalis poteſt generari. De colore ſubruffo in expoſitione progn.26. diximus. Addit etiam, deiectionem non debere eſſe admodum graueolentem: ſignificat namque calorem naturalem vincere ac ſuperare in coctione qua fex confecta eſt, licet aliquo modo à calore præter naturam occupetur. Ratio tamẽ, quare feces fœtore aliquo participant, in morbis & in ipſa ſanitate eſt, quoniam inteſtina exanguia ac frigida ſunt, & quæ in ipſis continentur ob defectum caloris, partim etiam quia non tranſpirant, fœtore participant, licet minus in ſanitate, magis in febribus. Quare itaque non admodum fœtere debeat deiectio, Gal. lib. 1. de Criſib. cap. 11, hoc modo ſcripſit, Et quidem quod vehementer fœtet, ſi hoc etiam ex cibo non accidat vehementem putrefactionem oſtendit. *Faces fœtore participant in morbis ſanitatéque.*

GALENI COMMENTARIVS.

ID inter initia dicendum erat, dum ageretur de deiectionibus ad hunc modum: Deiectio optima eſt, ſi mollis conſtánſque eſt, & eo tempore ſecreta quo ſecunda valetudine aſſueuit, ac ſubruffa, nec admodum graueolens: vt (quemadmodum paulò ante dixi) conditionem eius & quantitatem, atque tempus ſecretionis, & item vtramque qualitatem, tum viſibilem, tum etiam olfactilem definiſſet. Cæterùm naturalem deiectionem ſubruffam eſſe ſuſcipientem de iecore bilem decumbentem in ventrem, modica quidem qualitate, pauca verò quantitate, clarum eſt, & omnibus medicis conſpectum. Si enim ſyncera, aut multa decumbit bilis, ruffam reddit, aut flauam deiectionem, Si verò nullo modo permeat ad inteſtinum, vt in arquatis, candida deiectio erit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte doctrinam de optimis deiectionibus integram reddit, componens hæc duo ſigna, quorum alterum ſumitur à calore, alterum ab odore cum aliis quæ in progno. 13. ſcripta ſunt. *Aſſueuit*, Adde, πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. hoc eſt, quantitas verò ſecundum rationem ingeſtorum.

In ſecunda parte, quæ incipit. (Cæterùm) deiectionem dicit debere eſſe ſubruffam, ob bilem, quæ per inteſtina deſcendit, quæ vbi aucta fuerit quantitate, aut qualitate, reddet deiectionẽ ruffam, aut flauam: ſi verò non deſcendat, fiet deiectio, qualis io icteriicis. *Aut multa.* In Baſilienſibus codicibus legitur, ἢ χολὴ, id eſt bilis. Verùm meliùs legitur vt in codice Aldino ἢ πολλὴ, hoc eſt, aut multa. ſicut etiam legit Laurentianus, & antiquus interpres, & litera hæc congruit cum præcedenti. Dixerat enim, bilem cum naturali deiectione deſcendentem, debere eſſe modicam qualitate, quantitate paucam. Modò verò flauam aut ruffam reddi dicit deiectionem, ſi bilis aut ſyncera, aut multa deſcendat: vt ſynceram opponeret ei quæ eſt qualitate moderata: & multum, ei quæ eſt quantitate pauca. In morbo autem regio deiectio bile priuatur, quoniam tota ad cutim tranſmittitur. Vtrunque extremum in colore, vel flauum, vel nõdum ſubruffum, vituperauit Galen. lib. 1. de Criſi. per hæc verba, Si enim ruffum purum, vel nullo modo ſubruffum extiterit, ſed etiam ſecundum ciborum colorem, alterum duorum ſignificat, ſcilicet plus flauæ bilis io ventrem decumbere, aut nihil omnino. Horum verò primum quidem ſi circa initia fiat, bilioſiorem morbum oſtendit: ſi verò declinationis tempore, corpus integrè expurgari. *Codex Græcus Baſilienſ. errat.*

PROGNOSTIC. XVIII.

EXpedit autem lumbricos teretes cum deiectione exire, morbo ad iudicationem eunte.

In inteſtinis lumbrici generantur in tribus ſpeciebus rotundi, qui ἕλμινθες στρογγύλαι appellantur, de quibus mentionem fecit Hippocr. aphor. 26. lib. 3. vbi etiam ἀσκαρίδες nominauit, qui ſunt lumbrici paruiſſimi, has duas lumbricorum ſpecies dicens generari in pueris poſt dentitionem, quod ſatis probat experimentum. Rurſus de aſcaridibus loquutus dixit, lib. de fœminarum morbis, gigni in pudendis, & ano ipſarum. Rurſus de rotundis lumbricis lib. 4. de Morb. ad finem, vbi etiam de tertia ſpecie fecit mentionem, quos appellat, ἕλμινθας πλατείας, id eſt, latos lumbricos, vbi etiam latos, & rotundos in inteſtinis infantium gigni dicit in vtero matris, cauſámque materialem adiungit, humorem dulcem putridúmque diu retentum: quæ non tantùm in infantibus, ſed etiam in adultioribus materia eſſe poterit generationis vermium. Quod etiam methodus curatiua docet, quæ per amara, & acida, ac detergentia exercetur. Eaſdem ſpecies ſcribit Paulus lib. 4. cap. 57. & 58. & Ætius lib. 9. cap. 39. 40. 41. Celſus lib. 4. cap. 17. de latis, & rotundis egit, & latos peiores dixit. ſed de his ſatis. De rotundis igitur loquens Hippocr. dixit bonum eſſe ſi deſcendant, & ſimul cum deiectione & morbo ad iudicationem tendente. De rotundis loquutus eſt, quoniam lati rarò admodum videntur, & aſcarides in recto generantur inteſtino, & ſine deiectione ipſi ferè ſemper deſcendere ſolent. Rotundi tamen, qui etiam & oblongi appellati ſolent, io cæco inteſtino magna ex parte, vbi feces, & pituita diu retinentur, generantur, qui poſtea inteſtina perrepiant, & ad ventriculum aſcendunt. Hos igitur deſcendere melius eſt, quàm aſcendere. Cùm enim aſcẽdunt per viam cauſæ mali ſunt, ventriculum mordentes, & fumos putridos ad cor, & caput tranſmittentes, & inde animi deliquia & mentis perturbationes afferentes. Per viam etiam ſigni, quia ſignificat in inferioribus partibus, non in ſuperioribus degere, quæ ignobiliores ſunt. Quod autem dixit, cum deiectione exire, & ſimul addidit ἅμα, dicens, id eſt, quoniam ſine ipſa contingit ipſorum exitus, quod ſignificat ipſorum abundantiam, aut quòd fugiunt humorum in corpore exiſtentium malitiam. Quod dixit morbo eũte in iudicationem: id eſt quod Celſus dixit, Sub fine morbi, quo tempore vniuerſa excrementa præter naturam excerni bonum eſt. ἐπιτήδειον, inquit Hipp. id eſt, opportunum & decens, quod Celſus dixit, Nihil nocet, neque altiorem aliquam ſententiam voluiſſe Hippo. exiſtimauerim, quàm quòd deſcendentes nihil mali afferunt, quod tamen aſcendentes afferre poſſunt. *Aſcarides generantur aliquando in pudendis muliebribus.*

GALENI COMMENTARIVS.

SI natura pariter cum cæteris excrementis hos quoque pellit deorſum, melius eſt quàm ſi ſurſum, & quoties aliter poſt appareat ratione accidentis. Sed de differentia eorum quæ decretoriè poſt apparent, libro de iudicatione latius explanatum iam eſt.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

Docet bonam eſſe expulſionem omnem quæ fit à natura, omnem autem aliam fieri in ratione accidentis: cùm enim à natura fit expulſio, decretoriè fit euacuatio. *Aliter* Græcè ἄλλοις, legendum potius ἄλλως, vt Laurentianus. *Differentia.* Græcè, ἡ διαφορὰ πᾶσα, id eſt, differentia omni. *Libro de iudicatione.* lib. 1. cap. 14. ſigna decretoria duplicia eſſe *Codex Græ. corrigendus.*

dicit, quædam vt ſigna & cauſæ, quædam vt ſigna tantùm.

PROGNOST. XIX.

DEcet autem in omni morbo ventrem flaccidum, ac bonæ molis eſſe.

In progn. 13. ſcripſerat Hipp. ſigna bunæ diſpoſitiònis ventris inferioris, de eodem etiam loqueos in præſenti ſigna alia ſcripſit. Verùm ſuperius ſigna ſcripſit à poſteriori, nempe deiectione, quæ eſt ipſius ventris effectus: modo verò ſigna ſcribit, quæ docent à priori bonam valetudioem ventris. Quorum primum eſt, vbi fuerit venter flaccidus, ſecundum, vbi fuerit bonæ molis. Primam conditionem dixit Hippocr. λαπαρὸν, id eſt, flaccidum. Dicitur autem pats aliqua, λαπαρὸν, vbi nõ fuetit plena, & venter vbi non fuerit eibis, aut potibus repletns, quemadmodũ in 1. huius lib. Com. de partibus inter thoracem & oſſa ilium loquens, dixit: Eſt autem & λαπαρὸν id eſt, flaccidas, tota hæc pats, cùm non fuerit parum antè cibis & potibus plena. Quod igitur vacnum eſt, flaccidum meritò dicerur. Sic enim Galen. dixit lib. 1. de Morb. pop. par. 3. in Comm hiſt. Sileni, idem eſſe referens, ὑπολάπαρον & ὑποκενὸν, id eſt, Subflaccidum, & ſnbuacuum. Artificioſè admodum & exquiſitè vſus eſt vocabulo Hippo. nam ventrem hunc non appellauit μαλθακὸν, id eſt, mollem, vt Laurentianus in ſua tranſlatione. Nam mollis duto oppoſitus eſt: & duta fiunt omnia, apud Galen. lib. 5. de Simpl. medi. fac. cap. 4 aut concretione, aut repletione, aut cæcitate. Ea verò quæ à repletione indnrantur, veluti quæ phlegmone laborant, non propriè dura dicuntur, ſed ἀντίτυπα, id eſt, renitentia. Si ergo quæ plena ſunt, non propriè dicuntur dura: quæ vacua fuerint, non propriè dicentur mollia, ſed vt Hipp. λαπαρὰ, id eſt flaccida. Præterea illa ſunt propriè dura apud Gal. citato loco, quæ à ſiccitate indutuerunt, talis eſſet venter vbi cõtabeſceret, ac ſiccitate indurarernt. Modo hæc vẽtris diſpoſitio à ſecundo membro excluditur, vbi ventrẽ vult eſſe bonæ molis: nã qni bonæ molis eſt, apud Gal. in Com. non eſt aſſumptus. Si ergo per λαπαρὸν mollẽ intellexiſſet, non adderet, καὶ εὔογκον, id eſt, & bonę molis, Nam qui talis eſt, durus propriè ob ſiccitatem eſſe non poterit. Damnatur itaque omnis durities ventri euenire potens, à concretione enim venter durus non fiet, quandoquidem viuente animali, venter eam frigiditatem non patietur. Renitentiam autem damnauit in ſigno præhabito, vbi flaccidum ventrem eſſe debere voluit, contra plenum, & renitenteu diſtinctum. Damnat quoque durum à ſiccitate, vbi laudat in ſecunda conditione præſenti ventrem bonæ molis Quod ſignum ad bonam ventris compoſitionem, & carnis copiam pertinet, ſicuti & durities ad extenuationem, & carnis paocitatem, vt Gal. ait in Comm. Cnius etiam mentionem fecit lib. 1. progn. 13. cùm damnauit hypochondria intenta. Quam etiam ventris diſpoſitionem laudauerat in Apho. 25. lib. 2. dicens: In omni morbo partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes craſſitudinem habere melius eſt, multum verò extenuari ac contabeſcere malum. Quod enim in præſenti progn. dixit, in omni morbo decere ventrem eſſe bonæ molis, in Aph. dixit in omni morbo partes ad vmbilicum & imum ventrem craſſitudinem habere eſſe melius. Venter enim pro imo ventre, & partibus ad vmbilicum conmuratur. Et qood in prog. dixit, εὔογκον, id eſt, bonæ molis: rectè dixit in Aphoriſm. πάχος ἔχειν, id eſt, craſſitudinem habere. Vbi aduertendum, quòd quemadmodum in Aphoriſm. craſſitudinem habere, diſtinguit contra multum extennari, ac contabeſcere: ita in progn. bonam molem ventris diſtinguit contra id quod bona mole caret: & booa moles ex carnis copia pendet, & defectus ipſius vera contabeſcentia eſt, & attenuatio.

Bona valetudinis ventris ſigna.

Laurentianus notatur.

Durorum cauſa.

GALENI COMMENTARIVS.

MOllis opponitur intento, aut repleto, corporatus verò abſumpto: vt principio de contentis in eo doceat, deinde de ipſo ventre: quaſi dixerit in hunc modum: At verò in quouis morbo, modicè venter inanis ſit & corporatus ex propria ſubſtantia, haudquaquam tenuis, oportet.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Doeet Hippocr. mentem eſſe, diſtinguere flaccidum ventrem eontra plenum: & bonæ molis contra liquatum ac diſſolutum. *Mollis.* Græcè, λαπαρὸν. i. flaccidum. *Corporatus.* Græcè, εὔογκον, id eſt, bonæ molis.

PROGNOSTIC. XX.

VAlde tamen aquoſum, vel album, vel chlorum, vel vehementer tubrum, vel ſpumoſum deiicere. Omnia hæc mala ſunt.

In progno. præſenti. & quibuſdam ſeqnentibus nonnullas malas deiectiones vituperat: ſed tamen qnædam, quæ in ſequentibus ſcribentur, multò deteriores ſunt, qnàm quæ babentur in præſenti. De aquoſa conſtat ipſam cruditatem oſtendere potius quàm perniciem: nam ſigna cruditatis de ſe mala nõ ſunt, niſi quatenus ad facultatem comparata, medicus intelliget facultatem non poſſe ad horam coctionis perdurare. Eſt autem cruda quæ tenuis: quoniam per coctionem omnia incraſſantur: oſtendit ergo cruditatem ac ſeroſos humores abundare. Appellauit hanc Celſus, per liquidam deiectionem, lib. 2. cap 4. plures alias damnans deiectiooes, eùm dixit: Vtique ſi quod deſcendit, eſt perliquidum, aut albidom, aut pallidum, aut ſpumans. Album verò ſi deiiciatur, malum eſt: ſignificat enim bilem totam per venas tranſmitti, vt in rubiginoſis, & hoc aut quia adeſt obſtructio in meatibus bilem perducentibus ad inteſtina, aut in iecore inflammatio: tunc eoim deiectio noo tingitur. Nec tamen putandum eſt albam deiectionem ſic dici albam vt lac, aut alia alba alimenta, quæ ingerũtur: ſed dicuntur albæ per eomparationem ad eam quæ in ſanitate excernitur, vt dixit Galen. lib. 1. Prorrhet. Comment. 13. vbi docet qoòd quoties medici dicunt ictericos album deiicere, id collatione facta ad naturalem deiectionem intelligi debere. Chlorum etiam damnauit Chloron autem pallidum ſignificat, & eruginoſum, qnod ſimilem colore bilem per inteſtina deſcendere oſtender. quodeunque horum fiat, malum erit. Nam pallida bilis crnda eſt, & multum ſerum commiſceri cnm ipſa ſignificat. Nam quæ parum ſeri habet, ruffa & flaua redditur, ſicuti quæ multum ſeri habet, pallidior ſemper redditur. Si tamen æruginoſa fuerit, vbi nõ ſequatur ciborum naturam, humorum aſſationem ſignificabit. Sed de his in expoſitione 39. infrà dicetur. Placuit autem in præſenti chloron dicere non mutata Græca dictione, quoniam non eſt Latina vox quæ pallidum, & rubiginoſum ſignificet: ſignificat autem hos colores chloron apud Gal. in Comm. præſentis progn. & in Com. 21. ſequenti. & lib. 6. de Mor. pop. part. 2. Comm. 17. dixit chloron ſignificare herbaceum colorem, & ſimiliter ſignificare colorem pallidum. Herbaceus autẽ verè viridis eſt. Celſus tamẽ in ſententia allegata pallidum loco huius ſcripſit. Præterea dixi

Aquoſa deiectio.

Alba deiectio.

Chlora deiectio.

Pallida bilis.

Google

ea dixi, vel vehementer rubrum, quoniam in Græcis codicibus legitur, ἢ ἐρυθρὸν ἰσχυρῶς, id eſt, vel vehementer rubrum. Galen. tamen partem illam, ἐρυθρὸν nõ legit, ſed aduerbium ἰσχυρῶς, cum parte χλωρὸν coniungit dicens, τὸ δὲ χλωρὸν ἰσχυρῶς, hoc eſt, vehementer tamen chloron. Et erit ſententia ſatis perſpicua, malum eſſe dicens, ſi fuerit excrementum vehementer pallidum, aut vehementer rubiginoſum. Si tamen vehementer rubrum legatur, bilem rubram miſceri ſignificabit. eſt autem bilis aliqua rubra apud Galen. lib. de atra bile, dicentem, Pari igitur modo rubram nonnulli bilem nominant, cuius ſubſtantia tenuem propè ſanguinem oſtendit, at quod non concreſcit, bilem ipſam nominant. Actuarius quoque lib. de Vrinis cap. de vrina rubea, bilem rubeam appellat. Spumoſum quoque vituperat ſi deiiciatur excrementum, humiditatem flatui commiſceri ſignificat talis deiectio, aut vehementiam caloris: vt lib. 1. de Criſib. cap. 11. dixit, Spumoſum verò (veluti etiam in exterioribus accidit) cùm ſcilicet feruor ineſt, vel aliquis flatuoſus ſpiritus humiditati commixtus, primum immoderatæ caliditatis corpus colliquantis, ſecundum verò eſt inæqualis perturbationis effectus. Magis autem explicuit ſpumæ cauſas, tam materialem, quàm efficientem, ſecunda ſect. Apho. Commen. 43. vbi materiam ſpirituoſam, & humidam dixit componere ſpumã. Cauſam autem efficientem duplicem eſſe dixit, calorem, & aliquando motum calorem monſtrat ſpumam efficere in lebete, vbi ſuccus aliquis efferueſcat, & in apris ita concitatis, qui ſpumam ore fundunt. Ex motu etiam ſpumam generari probat, in mari ventis agitato, & in morbo comitiali laborantibus vehementer commotis. Coniunguntut autem calor & motus in equis celerrimè currentibus. Et infrà Comment. 47. de ſpumæ generatione Galen. doctrinam completiſſimam ſcribit. Quantum autem mali ſignificet hæc deiectio, ſi ſimul billioſa ſyncera deiecerit æger, dixit Galen. lib. 3. de Rat. vict. acutorum, Comment. 13. vbi poſtquam Hippocrat. dixit mulſam meraciorem, reddere deiectionem ſpumoſam. dixit Galen. ſpumoſas item deiectiones, & in prognoſt. damnauit. Et infrà inquit, Cùm vel ex mulſa èpota, vel citra ipſam quis ſpumoſa ſimul & ſyncerè biliosa deiecerit, febrem ſcito eſſe, quæ liquefaciat, & ad tabem perducat. Per ſe tamen ſola ſpuma cauſas efficientes quas diximus ac materiales ſignificabit.

Rubra bilis nihil aliud eſt quam ſerũ ſanguinis.

Spumoſa deiectio.

Spuma cauſa.

GALENI COMMENT.

AQuoſa deiectio, cruditatis indicium eſt. Candida vero haudquaquam decumbere croceam de iecore bilem in ventris ſede ſignificat. Porrò admodum chloron, id eſt, viridis aut crocea (id enim vtrouis modo vertas licebit) quia gemina ſignificat, vt antea dictum iam eſt, in altera ſignificatione, bilis croceæ copiam permiſtam eſſe, in altera rubiginoſa, ſignificabit. Cæterùm ſpumans deiectio, interdum ſpiritum flatuoſum humore permiſtum eſſe ſolutu difficili, quandoque caloris copiam indicat. Ita enim per exteriora corpora fieri cernitur, in mari incurſantibus flabris, in lebete ex polentis pra copia caloris.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Singula eorum quæ ab Hippoc. damnantur, percurrit Gale. ſignificationes ipſorum, explicans prætetquam rubri excrementi, & ad finem modum generationis ſpumæ ſcribit. *Aquoſa deiectio.* Græcè, τὸ μὲν ὂν ὑδαρὲς, hoc eſt, aquoſum quidem: *Candida verò.* Græcè, τὸ δὲ λευκὸν ὡς εἴρηται πρόσθεν ἤδη, hoc eſt, album verò, vt dictum prius iam eſt. Dixerat autem id ſuprà Comment. 17. in fine. *Croceum.* Græcè ὠχρὸν, id eſt, pallidam, & ſic in reliquis locis, Aduertendum, quòd cum pallida bilis reddat pallidam deiectionem, non ob aliud damnatur à Galen admodum pallida deiectio, & vult ſic legere Hippoc. literam: niſi quoniam admodum pallida ſignificat bilem plurimum ſeri continere, aut parum eius miſceri eum excremento.

PROGNOSTIC. XXI.

MAla autem deiectio eſt, ſi fuerit parua, & glutinoſa, & alba, & ſubchlora, ac læuis.

Quamuis Hipp. in præſenti progn. videatur damnare plures ſpecies deiectionum, duæ tamen ſunt in ſumma quas damnauit, oempe paruam glutinoſam, & albam, & ſubchloram ac læuem. Significat autem omnes colliquationem: ſed tamen parua glutinoſa, & alba, minorem ſignificat colliquationem, atque recentem pinguedinem colliquari, quod ſignificat color albus: præterea non plurimum occupatam eſſe pinguedinem a putredine. Subchlora verò ac læuis deterior eſt, quæ non tantùm colliquationem, ſed pinguedinem vetuſtam colliquari ſignificat, atque ipſam iam putreſcentem & caloris vehementiam, quod oſtendit caloris mutatio, ad pallidum aut rubiginoſum. Vtrunque enim ſignificat chlorum, vt Galen. vult in Comment. præcedenti, & ſequenti. Quòd autem deiectio chlora cum læui iungatur: ad maiorem malitiam ſpectat: quamuis læuor in omnibus deiectionibus malis magnitudinem augeat malitiæ. Significat enim malum omnes partes conſimiliter occupare. Celſus tamen lib. 2. cap. 4. aliter coniungit partes has diceos: Præter id periculum oſtendit id quod excernitur, ſi exiguum glutinoſum, læue, album, idémque ſubpallidum. Vult enim cum exigua glutinoſa ac læui eſſe coniungendum album, aut eſſe cooiungendum ſubpallidum colorem, quam Hippoc. appellauit, ſubchloram, ac ſi diceret exiguam, glutinoſam, læuem, vtcunque malam eſſe, ſiue fuerit alba, ſiue ſubpallida, quæ ſubchlora eſt. quo modo mihi videtur eſſe legendum Hippo. atque vbi Gal. inquit, Subchlora verò ac læuis, ipſum loqui de exigua glutinoſa ſubchlora, cùm iam loquutus eſſet de exigua glutinoſa & alba. Nam ſubchlora & læuis non ſignificaret colliquationem, niſi eſſet glutinoſa. Legit etiam Celſus vnum tantùm ſignificatum ſubchlori coloris, aliter quàm Galen. qui duos ſignificare vult, ac de vtroque intelligi, ſicut etiam in præcedenti prognoſt. Huiuſmodi deiectiones aut ſunt in parua quaotitate, vt voluit Hippocrat. aut magna: in parua ſemper malæ ſunt, & colliquationem oſtendunt. Hanc ob cauſam Hippocrat. cùm dixit glutinoſas ac læues malas eſſe paruas, etiam dixit, Si tamen magnæ ſint, poſſent ob ciborum cruditatem euenire, poſſent etiam euenire ex vehementi colliquatione. Sed diſtinguuntur iſtæ duæ ſpecies deiectionum, fœtore. Nam quæ eueniunt ob cruditatem, non fœtent: ſed illæ quæ ob colliquationem, fœtore participant. Omnes hæ deiectiones, etſi pinguedine colliquata fiant, non ſunt omnino lethales. Nam vbi colliquatio pinguedinis colliquationem ſequitur, non carois ipſius, non omnino eſt diſpoſitio exitioſa, cùm ſignificet moderatiorem eſſe caliditatem, ea quæ carnes colliquat, vt lib. 3. de Morb. populat. in Hiſtor. in Taſo Parium, vbi dixit, Nam ſi pinguedinem quandam vrinæ habuiſſent, veluti & deiectiones, prauas quidem ipſas exiſtimare oporteret, non tamen lethales prorſus, niſi idem ſit & carnem & pinguedinem colliquare: feruidiſſima quidem exiſtente caliditate quæ carnes colliquet, moderatiore quæ pinguedinem.

Albus color deiectionu.

Subchlora deiectio.

Celſus aliter quàm Gale. legit Hippo.

Pingues deiectiones.

nem. Similiter in Comment.Galen.has colliquationes potius ad caloris vehementiam, quàm ad ipſius malignitatem refert.

GALENI COMMENTARIVS.

DVplicem hoc loco deiectionum formulam docet, ambarum euenientium propter abſumptionem, diſſidentium verò inquantum exigua ac glutinoſa candidáque deiectio pinguedine abſumpta ab igneo calore non tamen vehementer maligno efficitur: ſubcrocea verò ac læuis abſumpta quoque pinguedine conſiſtit, ſed aut propter caliditatem vehementiorem, aut quia pinguedo ipſa vetuſta, ac velut ſemiputris exiſtat. Itaque exterior non ſolùm pinguedo, ſed etiam ſeuum mutare ſpatio temporis priorem colorem, ac perſpicuè ſubcroceum reddi perſpicitur. Si verò ſubuiridis ſit, de rubiginoſa bile (id enim vt antea dictum eſt, ſecundùm voculæ chloras, id eſt: viridis aut crocea, ſignificatum eſt) vehementis conſumptionis indicium eſt. At verò læue redditur quicquid de corpore excernitur, aut quòd habeat æqualem concoctionem: vt nulla eius pars effugerit naturæ alterationem. aut propter vehementem conſumptionem, vt nulla materiæ pars imperpeſſa ſuperſit. Vt igitur quicquid ſalubre eſt, id omne ſalubrius redditur quoties æquale ſit: ita quicquid malum eſt, id omne euadit deterius ſi æquale exiſtat. Vtrumque enim per omnem materiam apparet, quæ aut naturæ conceptum recepit, aut turpitudinem prauitatis. Cæterùm vt lentor ſæpenumero fiat vbi quædam calefacta admodum ſint perſpicuum eſt. nonnunquam etiam qualitas eſculentorum tales reddit humores. Sed hi quoties commouentur ad excretionem, haudquaquam exigui ſunt: deiectio verò ſenſim ſecreta, ſi glutinoſa ſit, ab his abeſt, tribuitur verò modicæ conſumptioni. Sed interdum vehemens conſumptio deiectionem reddit vniuerſam, ſed talis admodum graueolens eſt, ita interſtinguitur ab humore crudo, quippe qui graueolens non eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte duas formas deiectionum damnaſſe Hippo. refert, quarum vtraque euenit ob colliquationem, ſed tamen differunt: quoniam parua glutinoſa alba, fit colliquata pinguedine ab igneo calore non tamen vehemente maligno: ſubchlora verò ac læuis aut fit à calore vehementiore, aut quia colliquatur pinguedo vetuſta ac ſemiputris. Mutant autem colorem temporis proceſſu non tantùm pinguedo, ſed & ſeuum. Siue ergo per ſubchloram intelligamus ſubpallidam, ſiue ſubærugineam (vtrumque enim ſignificat vocabulum) mala erit talis deiectio, ac vehementem colliquationem ſignificabit. *Abſumptionem.* Græcè, *ὑπὸ συντήξεως*, hoc eſt, propter colliquationem. Sic & in aliis locis. *Subcrocea*, *ἢ ὑπόχλωρον*, hoc eſt, ſubchlora verò ſic & in aliis locis. *Subuiridis.* *ὑπόχλωρον*, id eſt ſubchlora. Id enim, vt antea dictum eſt, ſuprà Comm. præcedenti. *Id eſt viridis aut crocea.* abundat.

IN ſecunda parte, quæ incipit (At verò læue) læuorem in his quæ excernuntur ad cauſas refer. Nam aut coctionem per totum ſubiectum æqualiter procedere indicat, & naturæ actionem per omnes partes æqualiter procedere, vel magnam colliquationem, vt nulla eius pars imperpeſſa remaneat. In ſalubribus ergo diſpoſitionibus valde bonum, in malis valde malum. Eſt autem læue in vniuerſum id *Læue quod appellat Galen.* quod aut per totum recipit naturæ conceptum, aut turpitudinis prauitatem *Quicquid ſalubre.* Græcè *ὅτα χρηστὰ βελτίω ταῦτ' ἐστίν.* hoc eſt, quæcunque bona vel meliora ſunt.

IN tertia parte, quæ incipit (Cæterum) partem illam glutinoſã explicat, dicens ipſam fieri aliquando à caloris vehementia, cùm aliquid admodum calefit: aliquando ob ciborum naturam, qui glutinoſi ſunt. Sed quando fit à calore, deiectio parua eſt: magna verò vbi à cibi natura. Contingit autẽ aliquando à calore talem fieri, vbi magna fuerit colliquatio: quo tempore deiectio non oſtendit ciborum cruditatem, ſed vehementem colliquationem, quam fœtor diſtinguit. Erit ergo ex doctrina Gal. talis di- *Glutinoſa deiectio.* ſtinctio in deiectionibus glutinoſis, aut enim ſunt paucæ, aut multæ quantitatis: ſi paucæ, colliquationem ſignificabunt non vehementem: ſi multæ aut cum fœtore, aut ſine ipſo: ſi ſine fœtore, ciborum naturam oſtendent, quæ multum viſcoſum humorem ac crudum aceruarunt: ſi cum fœtore, vehementem oſtendent colliquationem. *Vniuerſam.* Græcè *ἀθρόας γλίσχρας.* hoc eſt, glutinoſam accumulatam.

PROGNOSTIC. XXII.

HIs autem magis lethales erunt nigræ, vel pingues, vel liuidæ, vel æruginoſæ, vel fœtidæ.

DAMNAVERAT Hippocrat. in prognoſt. præcedenti deiectiones paruas glutinoſas, albas & ſubchloras, ac læues: in præſenti verò alias damnat, tanquam magis illis lethales. Sunt autem 4. nigra, pinguis liuida, æruginoſa ac fœtida. Nigra mala eſt, vt inquit Gale. in Comm. quoniam ſignificat atram bilem ſynceram miſceri cum deiectione, conſtat autem omnem humorem ſyncerum eſſe malum, & bilem nigram ſynceram fieri ex aduſtione conſumpta tenui ac ſeroſa parte ipſius humoris. Cauſam materialem deiectionis nigræ explicat in Com. Gal. *Nigra deiectio.* cùm ipſam referat ad commixtionem nigri humoris. Lib tamen 1 de Criſibus, cap. 11. cauſam efficientem expoſuit, dicens ipſam ſignificare atræ bilis, aut ſanguinis peruſtionem. Deiectiones nigras du- *Nigræ deiectiones duobus modis fiunt.* pliciter fieri ex commixtione contingit, aut ob fecem ſanguinis, quæ eſt verè humor melancholicus, de quibus dixerat Hippocr. Aphor. 21. ſect. 4. Deiectiones nigræ qualis ſanguis, ſponte venientes, ſiue cũ febre, ſiue ſine febre peſſimæ, aut fiunt nigræ ex mixtione atræ bilis exquiſitæ, de quibus Aphor. 22. eiuſdem ſectionis dixit, Morbis quibus licet incipientibus, ſi atra bilis vel ſurſum, vel deorſum exierit lethale. Iſtæ omnes nigræ deiectiones ab Hipp. damnantur, & in præſenti progn. ſimiliter. Sed tamen non omnes qui eas excernunt, moriuntur. Nam omne pernicioſum, quod à corpore ſecernitur, dupliciter ſecerni contingit, aut à principio, aut poſt *Morbo crudo nulla euacuatio bona fit.* morbi coctionem. Ante coctionem nulla euacuatio bona eſſe poteſt, ſiue humor qui excernitur melancholicus, ſiue atra bilis exquiſitè fuerit, ſiue quiuis alter quouis modo deprauatus, quod conſtat ex Gal. 4. ſect. Aphor. Comm. 22. cùm ait, Quando aliquis incipit morbus, ſi quid excernitur nihil tunc excernitur naturæ ratione, ſed ſunt omnia hæc caſus præter naturam earum, quæ ſunt in corpore diſpoſitionum. Quo enim tempore à cauſis quidem morbum facientibus natura grauatur, adeſt autem cruditas humorum, tunc aliquid bene euacuari eſt impoſſibile. Ad quod comprobandum adducit Hippocr. ſententiam ex lib. 1. de Morb. popul. vbi dixit, Coctiones criſis celeritatem & ſecutam ſanitatem oſtendunt: cruda verò & incocta, & ad malos abſceſſus conuerſa, criſis carentiam, vel labores, vel temporum longitudines, vel mortes, aut morborum conuerſiones. Talis euacuatio in ratione cauſæ poterit eſſe bona, mala verò in ratione ſigni. Iecoris enim languorem oſtendit ſect. 4. Apho. *Niger humor cum ſignis coctionis bonus eſt.* Comm. 21. Si tamen humor niger, qualis fex, ſanguinis excernatur, apparentibus ſignis coctionis, bonum erit in ratione cauſæ, & ſigni in ratione cauſæ,

quia

quia malus humor à corpore euacuatur: in ratiooe ſigni quia ſignificat naturam valentem, & cocta, ac ſuperata excernentem quod docuit in Comm. citato: de nigria deiectionibus loquens, cùm dixit, Ad morbos conſiſtentes ſeqnuntur ſæpius, natura ſuperfluitates expurgante. Et lib. de Atra bile, de nigri humoris euacuatione loquens, qui in peſtilentia illa, quam narrat in illo loco, excernebatur, inquit, Atque atrotum, vti vocaot, per anum excretio, non paucis qui ſuperſtites manſerant, nono vt plurimum die, vel ſeptmo, vel vndecimo contingebant. Si tamen deiectio nigra ab atra bile exquiſita fiat, cum ſignis cruditatis, vt dixi, mala erit, atque lethalis, apud Hippocr. Aphor. 22. ſectio 4. Morbis quibuſlibet incipientibus ſi atra bilis vel ſuprà, vel infrà exierit, lethale. Si tamen exierit morbo exiſtente in ſumno vigore, ac ootis coctionis apparentibus, bonum erit, vt ſignum, & vt cauſa: vt Gal. in eodem Com. explicat. Contra dicta dupliciter videtur repugnandum. Primò dato, quòd atra bilis exquiſitè excernatur io priocipio, videtur eam euacuationem eſſe proficuam, proficiet enim humorem adeo prauũ à corpore excerni, potius quàm retineri. Intelligo per atram bilem exquiſitè, humorem nigrum, acidi ſaporis, quem etiam odore repræſentat, qui non concreſcit, ſed tamen eſt acetũ craſſioris ſubſtantiæ, quod ad perniciem ipſius multum agit. Adhæret enim vehementius parti cuiuis, quàm acetum: terram fermentat, & muſcæ ipſam deguſtare fugiunt, habet fulgentem nigredinem, generatur ex ſanguinis, aut bilis atræ aduſtione: quibus deterior eſt quæ ex bilis flauæ aduſtione generatur, quantum flaua bilis aliis deterior eſt. Secúdò videtur repugnandum, quòd cum ſignis coctionis non ſit bonum atrã bilem exquiſite deiici, quoniam nunquam deiiciitur ad bonum: vt vult Gal. lib. de Atra bile. vbi de atra bile exquiſite tali, & de non exquiſite tali loquens dixit, Ego verò ab adoleſcentia, cùm ex Pelope præceptore meo vtriuſque humoris notas didiciſſem, dein ipſas per totam vitam, in hunc vſque diem obſeruaſſem exactè, bilis atræ humorem, ſemper in perniciem excerni conſpexi. Et rurſus infrà narrauit peſtilentiam illam, cuius meminit 4. ſectio. Aphoriſmo. comment. 21. lib. 1. de Different. fe. cap. 9. & lib. 3. de Morb. popul. par. 3. in Comment. hiſto. in Thaſo Parium, & lib. 10. de Mot. cur. in qua peſte plurium modorum nigra deiiciebantur, ac inquit, Iam qui exactam bilem atram deiecerunt, omnes mortui ſunt. Reſtat ergo vt nunquam ad bonum terminentur nigræ deiectiones ab atra bile exquiſite. Ad quæ reſpondemus, ad primum, quòd deiectiones malorum humorum maximè atræ bilis exquiſite, licet bonæ ſint in via cauſæ, malæ tamen ſunt in via ſigni, oſtendentes maximam in humoribus aduſtionem, & naturalis facultatis imbecillitatem. Ad ſecundum dicemus, quòd ſi atra bilis exquiſitè cum ſignis coctionis deiiceretur, bona eſſet ſignificatio, quod Gale. non negat, vt in Commen. 22. 4. ſect. Aphoriſm. Quod tamen dixit lib. de Atra bile, eſt, ſe id non vidiſſe, & ob id in illa peſte omnes qui talia deiiciebant, moriebantur: quoniam ſine ſignis coctionis talia deiiciebantur. Euenit autem rarò vt ſigna coctionis appareãt in morbis ab atra bile exquiſitè, in tantum vt Gal. id nunquam perſpexerit, ob humoris peccantis malitiam tantam, vt nunquam natura ipſum teneat, aut ſuperet. Proximè ad nigras deiectiones accedunt liuidæ, quæ tantò minus malæ erunt nigris, quantò color minus malus eſt, & minorem copiam atræ bilis abundare, ac miſceri deiectioni ſignificant. Oſtendunt quoque caloris naturalis mortificationem, apud Gal. lib. 1. de Criſibus, cap. 11. dicentem. Si autem veluti liuidum quoddam in excremento apparuerit, vbi non fuerit tale aliquid intus aſſumptum, frigiditatem quandam, ac interiorum partium extinctionem non paruam oſtendit. De liuido colore diximus lib. 1. circa 6. prognoſt. De pinguibus deiectionibus Galen. in Comment. dicit ſignificare pinguedinem colliquari ab ignito calore. Et libro primo de Criſibus, cap. 11. effectum ſolùm explicuit dicens, Sicuti ſi aliquando pingue, vbi rei pinguis eſus non præceſſerit, colliquationis eſt ſignum. Et libro tertio de Morbis popularib. par. 3. in hiſto. in Thaſo Parium, Galen. in Comme. de pinguibus loquens deiectionibus, inquit, Hæc itaque fieri videntur liquata ob febrem pinguedine. Sed contra ſententiam Hipp. dubitare poſſet quiſpiam Primò, quia deiectio pinguis non videtur eſſe magis lethalis, quàm præcedentes: quoniam in Com præcedenti Gal. explicuit deiectionem glutinoſam & ſubchloram ſignificare colliquationem, hoc addito, quòd ſubchlora ſignificat calorẽ vehementiorẽ, quàm alba, & pinguis deiectio, vt diximus, ſignificat ſimiliter pinguedinem colliquari: ergo pinguis non eſt deterior, quàm glutinoſa, & ſubchlora. Ad quod reſpondemus, quod deiectiones pingues, de quibus in præſenti progn. fœtorem habent coniunctum, quoniam in litera Hippocr. pars illa, Fœtidæ, cum omnibus præcedentibus, quæ ſolo colore differunt, coniungi debet, ita vt pingues, quæ fœtorem habent coniunctum, magis lethales ſint, quàm quæ habitæ ſunt in præcedenti progno. Ex fœtore ergo habent iſtæ maiorem malitiam aliis. Aduertendum autem, quòd deiectiones quæ ſequuntur carnis colliquationem, adhuc ſunt deteriores omnibus his, quoniam vehementiorem ſignificant caliditatem, & appellantur illæ à medicis colliquationes, non pingues deiectiones, vt Galen, inquit in hiſtoriæ allegatæ, Comm. feruentiſſima quidem exiſtente caliditate, quæ carnes colliquet, moderatiore verò quæ pinguedinem. Colliquationes quoque, quæ per ventrem excernuntur, ex communi vſu medicorum dicit differre à pinguibus deiectionibus, & meritò: quoniam colliquationes ſunt ſimiles ſubſtãtiæ, quæ effluit, & exprimitur à carnibus aſſis nondum exſiccatis: & pingues deiectiones ſunt pinguedini colliquatæ ſimiles, ſolo colore mutatæ, licet non ſemper colore mutentur, vt cùm recens pinguedo non putreſcens à calore non admodum vehementi liquatur. Sunt autem iſtæ colliquationes adeò peſſimæ, ſi fœtidæ fuerint, vt breuiter perducant ad mortem. Quod ſimiliter dixit loco citato. In longiſſima (inquit) apud nos peſte, omnes ferè aliquid colliquationis excreuerunt, alij quidem exactè fuluæ, alij moderatæ, omnes verò graueolentis. Verùm tales deiectiooes lethales ſunt, & tempus non perferunt. Secundò etiam dubitaret aliquis. Videtur enim, quòd glutinoſæ deiectiooes ſint pinguib. deteriores: quoniã pinguis ſignificat, vt dixi pinguedinis colliquationem: verùm glutinoſa ſignificat ſolidorum colliquationem, vt voluit Gale. lib. 1. de Criſi. capit. 11. dicens, Si verò pingue, vbi non fuerit tale aliquod aſſumptum, pinguis colliquationis eſt ſignum. Quinetiam viſcoſum, niſi & hoc ex cibi natura ſit, colliquationis eſt indicium. Sed quod quidem pingue eſt, ex pinguedine fit liquefacta: quod verò viſcoſum, ex ipſis ſolidis animalis partibus cõtabeſcentibus: quare multo grauius. Quod non tantùm Hippocr. contrauenire videtur, qui has deiectiones, quæ habentur in præſenti prognoſtico dixit

Nigra deiectio ab atra bile.

Atram bilem exquiſitè nunquam vidit Gal. ad bonum deiici.

Liuidus color deiectionum.

Pingues deiectiones.

Deiectiones pingues & fœtidæ perículoſiores ſunt quam non fœtidæ.

dixit magis lethales : ſed & ipſi Galeno, qui in Comment. præcedenti dicebat glutinoſas deiectiones fieri pinguedine colliquata ab igneo calore. Ad quod dicemus, quòd deiectio, de qua loquitur Hip. ſo prog. præcedenti, eſt exigua glutinoſa, quæ tamen ea ſola pinguedinis colliquatione fieri poteſt, vt dixit Gal. Neque tamen illa deterior eſt, quàm pinguis ſimul, & fœtida. Glutinoſa tamen, de qua Gale. lib. 1. de Criſibus, ex colliquatione ſolidorum fit, & magna copia excernitur, hæc aliis deterior erit, & fœtorem habebit coniunctum. Tales colliquationes appellantur, ac fiunt vbi vehementer membra colliquētur quæ nondū fuerint exſiccata, aut contabeſcentia, ſed humiditate abundantiā. Vbi enim ſicca fuerint vt in hecticis, quod ex ſolidis ipſis colliquatur, in vaporem tranſit, quemadmodum vbi ſylueſtrium animalium carnes torrentur in craticulis. In hecticis ergo quamuis ſolida membra colliquentur, nihil in ventrem confluet lib. 10. de Morbis curandis Gal. Quod autem dixit æruginoſam eſſe magis lethalem conſtat id eſſe verum, vbi ad ſimilem in præcedenti progn. comparetur, quam ſubchloram dixit. Nā ſubchlora ſubæruginoſam ſignificat. modo æruginea peior eſt, quàm ſubæruginoſa. Adde etiā quòd ærugineæ coniungit Hip. fœtorem.

GALENI COMMENTARIVS.

Nigra deiectio, ab atra bile ſyncera tingitur: liuida verò vbi modica modicæ permiſcetur. Porrò optima deiicitur, quoties pinguedo ab igneo calore conſumitur, graueolentia verò putredinis indicium eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Gal. Comm. expoſitus eſt ſimul cum progno. ideo non eget annotatione, præterquam quòd vbi legitur, *Permiſcetur*, addendum, fiunt talia. Græcè enim habetur γίνεται τοιαῦτα. De graueolentia verò, quæ putredinis indicium eſt, diximus circa progno. vltimum primi libri, & Gal. 1. de Criſib. dicit vehementem fœtorem vehementem putredinem ſignificare: & verè nullum ſignum putredinis adeò certum eſt ad cognoſcendam putredinem. Lege etiam prognoſticum, 17.

PROGNOSTIC. XXIII.

VAriegatæ tamen deiectiones, his diuturniores ſunt, ſed nihilominus lethales: ſunt autem tales, ramentoſæ, &ললbilioſæ, & cruentæ, & porraceæ, & nigræ, nonnunquam quidem ſimul, nonnunquam verò viciſſim procedentes.

Deiectiones variegatæ.

Deiectiones diuerſorum colorum malorum & ſponte venientium vituperat tanquam diuturnas, & lethales. Verſicolores verò ſunt quoties ramenta deiiciuntur, & bilis flaua, & ſanguis & bilis porraces, & nigra. Vbi enim tam varij fuerint colores deiectionum, longus erit morbus ſimul & lethalis: longus, quia cum multis ac diuerſis cauſis natura pugnare debet, quas non niſi longo temporis ſpatio vincere poterit: lethales verò ſunt, quoniam iſti colores mali ſunt, & quiuis eorum per ſe lethalem oſtenderet diſpoſitionem, quanto magis vbi omnes ſimul coniungantur? Hanc autem malitiam oſtendunt tales deiectiones, ſiue ſimul, ſiue viciſſim excernantur tales colores: viciſſim verò fiet, quoties in ſingulis deiectionibus ſinguli apparuerint colores: ſimul verò, vbi in vnaquaque deiectione plures fuerint, colores non tamen adeò commixti quin diſtingui poſſint viſu, atque oſtendent diuerſiſſimam naturam humorum peccantium. Quibus accedit malitia quæ oſtenditur à malis coloribus dictis. Hanc ſententiam confirmauit Galen. libro 1. de Criſibus, capit. 11. dicens: Varium autem variis affectibus corpus obnoxium oſtendit, ob hoc igitur & diuturnum, & malignum exiſtit. Multi enim affectus ad coctionem longiori indigent tempore, periculúmque afferunt paſſioni æquale: nam ſimplex affectus facilius cōcoquitur, & minus eſt quàm multiformis pernicioſus. Intelligitur autem id de ſpontiuis euacuationibus. Nam Hippocr. Aphor. 21. ſectio 4. de ſpontiuis deiectionibus loquens dixit, Et quanto colores magis praui fuerint plures, peius. Vbi damnauit diuerſitatem coloris deiectionum, vbi colores praui fuerint. & Gale. in Comm. huius rationem ſcribens dicit, Siquidem multi deiectionum colores præter naturam ſponte quidem vacuati multarum atque malarum in corpore diſpoſitionum ſunt ſigna, vbi tamen vi medicamenti expurganti tales euenerint, nihil mali ſignificant, ſed vim ipſius medicamenti, quæ poteſt multos humores diuerſæ naturæ euacuare. Quod etiam in Aphoriſ. citato dicebat Hippoc. cum medicamento verò melius, & quanto colores plures non malæ. Intelligendum autem eſt, quòd non omnes verſicolores deiectiones adhuc ſponte venientes malæ & lethales erunt, niſi quoties colores ipſi mali fuerint, vt dixit Hip. in Aph. citato & quales sūt colores qui ſcribuntur in progn. præſenti, & Aph. 14 ſectio 2. In alui profluuiis mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat. & Galen. in Comment. varias deiectiones dicit ſignificare, corpus à variis humoribus expurgari exquiſitius, niſi vbi deiectiones colliquationem aut putredinem oſtendant, quales in prog. Nempe quæ dictæ ſunt in prog. præcedenti, & quæ habentur in præſenti, quæ omnes malæ ſunt, vt conſtat. Ramentoſæ enim ea bile fiunt admodum acri, quæ inteſtina abradit: & bilioſæ bilem ipſam flauam oſtendunt, aut colore alio ſynceram: cruentæ, ſanguinē excerni, quod iecoris imbecillitatem ſignificabit. Si fuerit cruor ſimilis loturæ carnis, aut erit craſſus ſanguis & ſplendens, & ſignificabit aduſtionem. Licet ſæpe fiat vt ſola bile acriore deſcendente per inteſtina, deiectio fiat bilioſa, ramentoſa, & cruenta apud Galen. 4. ſectione, Aphor. Comment. 24 dicentem, Ab illa quæ à quibuſdam pallida, ab aliis flaua bilis appellatur, magna ex parte incipit inteſtinorum difficultas, abraſis quidem in primis ob humoris acrimoniam inteſtinis, poſtea verò exeſis, ita vt exulcerentur, & fiat, inteſtinorum difficultas. In hoc caſu quoniam difficultas adeſt inteſtinorum, ſanguis excernetur, & quoniam à bile euenit, bilioſa erit deiectio, & vt conſtat ramentoſa. fient igitur omnes hæ ab vna cauſa. Porracea verò vbi ob eduliorū naturam talis non fuerit, calorem ſignificabit præter naturam, vt Gal. in Comm. 39. infra, de nigris ſatis dictum eſt in præcedenti Com. Celſus lib. 2. ca. 6. has deiectiones vituperat dicens, Aluus quoque varia peſtifera eſt, quæ ſtrigmētum, ſanguinem, bilem viridem, aliquid modo diuerſis temporibus, modo ſimul & in mixtura quadam, diſcreta tamen repræſentat. Verumtamen Aphor. 47. ſectio. 4. dixit Hippoc. excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, omnes malæ, & bilioſæ: & ſi bene exeūt, ſiue per alui excretiones, ſiue per vrinas bonæ. Si verò non aliquid eorum, quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum, vbi Hippoc. colores omnes dictos damnat, vbi in eodem morbo exierint, hac adhibita diſtinctione: ſi bene exierint, aut ſi non aliquid eorum, quæ iuuant, exierit, quod idem eſt cum his quæ diximus de nigris deiectionibus. Et in vniuerſum de omnibus

Deiectiones verſicolores malæ ſi ſponte eueniant.

Porracea deiectio.

Colores deiectionum mali apud Celſum.

Colores deiectionum

Digitized by Google

de omnibus quæ à corpore excernuntur, ſi cum ſignis coctionis euenerint, bona ſunt; ſin minus, mala: maximè vbi talia à ſua natura fuerint mala. Poſſet tamen quis obiicere, quòd non ſignificent diuturniorem diſpoſitionem, ac longum morbum deiectiones diuerſorum ac malorum colorum: nam iſtæ deiectiones lethales ſunt. Ergo vbi cum plurimis natura pugnatura ſit, diſpoſitio magis lethalis erit: & cauſæ plurimæ præter naturam citius hominem interiment, quàm vnica. Galen. ergo in Comm. malè probat ex cauſarum diuerſitate morbum prolixiorem. Ad quod reſpondemus, quod apud Hippocr. in præſenti prognoſtico verſicolores deiectiones duo ſignificant, ſub diſiunctione tamen. Aut enim facultas languida eſt, ac ſigna alia bona non accedunt, & morietur æger: aut ſigna bona accedunt, quæ ſumuntur ex pulſu, vrina, & animali facultate: & tunc dato quòd tales deiectiones mortem ſignificent, vbi tale ſignum ab aliis vincatur, non morietur æger, ſed longo temporis ſpatio ſalusbitur, & hoc eſt ſecundum ſignificatum ab huiuſcemodi deiectionibus. Qui ergo cum his moritur, poſſet cito mori. Sed qui ſaluari debet, non niſi longo tempore ſaluabitur. Secundò obiicier aliquis non eſſe diuturniores has deiectiones, quia cum multis pugnandum eſt. Nam hemitritæus breuior morbus eſt, quàm quotidiana febris, vt lib. 2. de Diff. feb. dixit Galen. Verùm hemitritæus fit ex cauſis diuerſis, cùm tamen quotidiana fiat ex vnica tantùm cauſa, nempe pituita. Ad quod reſpondemus, quòd in hemitritæo componuntur diuerſæ ac contrariæ cauſæ, quarum vna corrigit malitiam alterius, vt bilis quæ corrigit craſſitudinem pituitæ & eius frigiditatem, & coadiuuat ipſius coctionem, & reſolutionem. In his tamen deiectionibus, de quibus loquitur Hippocr. tanta eſt prauitas, vt nulla poſſit alteram corrigere, ſed potius addere in malitiam. Quod tamen Hippocr. dixit, has deiectiones eſſe nihilominus lethales: non retulit ſententiam ad alias, ſed voluit ipſas præcedentibus eſſe deteriores, & ſimiliter eſſe lethales; ac ſi diceret, vtrumque ſignificare, & mortem, & diuturnitatem ad modum ſuprà dictum.

Verſicolores deiectiones duo ſignificant.

GALENI COMMENTARIVS.

DEiectio verſicolor multas haberi indicat affectiones, & ob eam rem tractu temporis eget ad concoctionem. Si enim multæ exiſtunt affectiones, aliquas earum diutinas eſſe veriſimile eſt: ſi ſecus: at prorſus occurunt naturæ, quæ tanquam cum multis pugnatura inimicis, multum temporis conſumat neceſſe eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hanc innuit Galen. diſtinctionem, qua probare vult has deiectiones eſſe diuturnas. Nã tales occurrunt naturæ ſeiunctim, & cùm ipſæ ſint adeò diuerſæ, veriſimile eſt aliquam earum cauſarum, quæ morbum efficiunt, diuturnum morbum cauſaturam, & conſtat, quia aliqua ex cauſis erit frigida & craſſa. Si tamen cauſæ ſimul occurrant, conſtat quòd plurimos debellare, non fiet breui tempore.

PROGNOSTIC. XXIV.

FLatum verò ſine ſonitu aut crepitu exire optimum eſt. Melius autẽ eſt cum ſonitu exire quàm reuolui: quamuis ſic procedens ſignificet hominem aliqua parte dolere aut delirare, niſi volens ſic flatum emiſerit.

Flatus cauſa.

QVONIAM in hac libri parte de deiectionibus agit Hippo. iure de flatu quoque agit, qui cum fece aut ſine ipſa deponi ſolet: flatus verò apud Galen. libro tertio de Cauſis ſympt. à calore languido generatur, quem ipſe minus valentem appellat: quoniam qui ſatis valens eſt, alimenta conficit, & vaporem ac flatum diſcutit, & nimia frigiditas vaporem non eleuat, neque excitat flatum. Cuius exemplum eſt de aere ambiente, qui neque æſtate feruente calore, neque flante Borea nebuloſus aut vaporoſus eſt. Flatus itaque in ventre genitus aliquando expellitur per ſuperiora tuctu: aliquando per inferiora, ſæpe verò reuoluitur, ac cohibetur. Et ex ſonitu quẽ efficit acutiori aut grauiori, licet coniectari in quo inteſtino deuoluitur: nam ſi ſonitus eſt acutus, flatus continetur in tenuibus: ſi grauis, in craſſioribus. Cùm etiam excernitur flatus, ſi ſonitum edit, vbi murmurili ſpeciem referat, egeſtionem ſubſecuturam indicat: ſi verò ſonitus purus ac clarus fuerit, aut deiectionem non ſuccedere, aut in altioribus inteſtinis contineri duram oſtendit. Eſt alter ſonitus bomboſus, qui mediam inter dictas ſignificat affectionem. Qui verò cum ſtrepitu emittitur, ab inſtrumentorum anguſtia, inflãte ſpiritu, & pauca humiditate procedit. In morbis acutis aliquando æger flatum hunc cum ſonitu mittit præſente medico aliquando ſine ſonitu, & aliquando retinetur in inteſtinis, ac reuoluitur. De quibus omnibus Hippocrat. in præſenti loquitur prognoſt. in tres partes diuiſa ſententia, quarum prima eſt. Optimus flatus eſt ille, qui excernitur ſine ſonitu, ac crepitu: intelligitur vbi medicus præſens fuerit, aut alij quos ipſe ſuſcipere ſolebat. & quamuis Hippocrat. rarò aſſueuerit dictorum rationem reddere, modo ſubiungit ipſam. Qui enim flatum cum ſonitu excernit, aut dolore magno vexatur, in tantùm vt cogatur ipſum cum ſonitu expellere, quamuis inuitus, aut mente vacillare videtur, neque ſatis noſſe quæ committat. Sunt enim nõnulli, qui quandiu mente cõſtant, eligerent potius mori quàm tale quippiam facere. Secundum quod voluit Hipp. eſt, quod ſi flatus ſponte emittatur cum ſonitu, nihil mali ſignficabit: ſignificat enim quòd volens ac intelligens quæ committit id efficit, aut quoniam medicum & aſſiſtentes parui pendet, aut quoniam magna eſt erga ipſos familiaritas, & hanc ob cauſam eligit potius cum ſonitu flatum emittere, quàm ab eo moleſtari. ſed in his adhuc foret melius ſine ſonitu flatum excerni. flatus enim cum ſonitu, vt vult Gal. in Comment. & lib. 3. de Cauſis ſympt. loco citato, ſignificat plurimum flatum & inſtrumẽtorum anguſtiam, aut alterum. Contrarium ergo ſignificabit ſine flatu exire, nempe flatus paucitatem, & meatuum laxitatem Tertium, quod voluit Hipp. etſi ſecundo loco ab ipſo poſitum ſit, eſt, melius eſſe flatum excerni quamuis cum ſonitu, quàm reuolui, vel quàm ſurſum deuolui: dixit enim ἀνειλεῖϛ quod vtrunque poteſt ſignificare. Hanc partem non expoſuit Gal. quoniam ex ſe conſtat ægrotanti eſſe vtilius. In ſumma igitur melius eſt excerni flatum quàm ipſum reuolui, & cùm excernitur melius eſt vt excernatur ſine ſonitu quàm cum ipſo.

Sonitus loci flatus oſtendit.

Bomboſus ſonitus.

Flatus cum ſonitu.

Flatus ſponte cum ſonitu.

GALENI COMMENT.

FLatum nonnulli cum ſonitu, deuorato pudore, excernunt. Alij verò deligerent prius mori quàm aliquid tale committere. Hos igitur quoties audientibus multis dimittunt flatum, ſcire oportet è duobus alterum aut non ſatis intelligere quæ gerant: aut propter vehementiam doloris agere aliquid contra arbitrium & voluntatem. In aliis verò qui præſentes parui pendant, nullum malum ſignificare flatum cum ſonitu, cenſendum eſt. Sed ſalutarius in his eſt, vbi ſine ſonitu excernatur, etenim prorſus indicat aut flatuoſi copiam ſpiritus, aut anguſtiam orificiorũ. At verò quoties ſpiritus copia non admodum fuerit, & item orificia

Digitized by Google

item orificia per quæ excernitur, laxiora, tunc ſine ſonitu in talibus flatus excernatur oportet.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Circa Com. vbi legitur, *Intelligere*. Græcè τὸ ξυγκαλεῖν. *Arbitrium.* abundat. *Præſentes parui pendat.* Græcè, μηδ' ὅλως φροντίζωσι τῶν παρόντων, hoc eſt omnino negligunt præſentes *Laxiora*. Græcè, χαλαρὰ τελέως ᾖ. hoc eſt perfectè laxa fuerint.

PROGNOSTIC. XXV.

DOlores autem atque tumores ex hypochondriis, ſi recentes fuerint ac ſine phlegmone, ſoluit murmuriũ factum in hypochondrio, & maximè ſi exierit cum ſtercore, vrina, & flatu. Si verò non exierit, proficiet vbi ad inferas partes deſcendat.

Prognoſticum de tumoribus à flatu cum aliqua humiditate coniuncto loquitur. Nam vbi humiditas plurima in ventre continetur, ac in inteſtinorum inuolutionibus, calore accedente flatus generatur, qui cum humore per inteſtina delatus murmurium facit, Borborygmos à Græcis appellatur. *Borborygmos.* Et ſic ab Hipp. in præſenti loco. Hoc autem autore Gal. lib. 3. de Cauſis ſympt. humidum excrementum excernendum denuntiat. Inquit enim, Quòd ſi humor quiſpiam in his continetur, accedit huic quoq; bóbo ſorma quædam, vocántque omnes huiuſmodi ſonum, vel potiùs murmuriũ. Græcè borborygmon, qui humidum excrementum excernendum denuntiat. Et 4. ſect. Aphor. Comm. 73. parte prima, vbi de murmurio loquens, inquit, Sic autem nominatur ſpiritus ſonus, cùm neque magnus, nec multus exiſtit, cum quadam autẽ modica humiditate ad inferiora motus. Inquit itaq; Hip. Murmurium in hypochondriis ſoluit dolores, atque tumores qui ſunt in hypochondriis. Intelligitur autem vbi dolor, aut tumor nó eueniat ob inflammationẽ, neque ob antiquũ aliũ tumorem, ſed ob recentem diſpoſitionem, Ratio ſumitur à Gal. lib. 3. de cauſis ſymp. parte allegata. Cùm enim hæc diſpoſitio fiat ab humiditate cũ flatu cómixta, & ſonitus ſignificet excrementum humidum excernendum, ſignificabit ſanitatem, aut meliorem diſpoſitionem. Aut enim, vt inquit Hipp. murmurium erit cum deiectione, aut vrina, aut flaſu, & ſic integrè ſanabitur, & maximè ſoluetur dixit Hip. Si tamen non exierit deſcendens ad inferas ſedes, proficit: quoniam dolorem ſedat atque tumorẽ hypochondriorum, qui nó fuerit antiquus, vt œdema, aut ſcirrhus, neque fuerit phlegmone in ipſis: hæc enim non ſoluentur. De hac eadem hypochondriorum diſpoſitione locutus eſt Hip. Aph. 73. lib. 4. dicens, Quibus hypochondria ſuſpenſa murmurantia lumborum dolore ſuperueniente, iis alui humectantur, niſi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat, hæc verò in febribus. *Quod hic ſuſpenſa.* Græcè μετέωρα, idem eſt, tumida, ſiue in tumorem eleuata, de quibus 5. ſect. Com. 64. dixit eſſe ἐμπνευματώδεα, & φυσώδη, id eſt, inflata, aut flatuoſa. Galenus. Qui tumores in præſenti κυρτώματα appellantur, & à Gal. in Tom. œdemata, in amplo ſignificato, vt œdema cum tumore conuertatur præter naturam. Quòd in præſenti prognoſt. νεαρὰ, id eſt recentes dixit, & ſine phlegmone: voluit excludere tumores omnes ventris qui ſunt aut phlegmonæ, aut œdemata, aut ſcirrhi. Per recentes enim œdemata, & ſcirrhi excluduntur, non tamen phlegmonæ. Hac de cauſa addidit, non cum phlegmone: quæ recens diſpoſitio etiã eſt. In Apho. 1. ſimiliter tumores omnes excluſit, qui poſſent hypochondria ſuſpenſa facere, præter flatum: quia dixit, hæc in febribus. Nam vt vult Gal. in Comm. febres quæ ob loci alicuius inflammationem originantur, non febres, ſed pleuritis, peripneumonia, & talia nominantur: ob alios autem tumores febres non fiunt. Itaque totum hoc, recentes, & non cum phlegmone: conuertitur cum illa parte, hoc in febribus. Non vt Fuchſius, qui lib. 6. de Mor. popul. part. 2. in expoſitione Aphoriſ. 24. dixit idem eſſe quod dixit in progn. non cum phlegmone, & in Aphoriſm. hoc in febribus. *Fuchſius notatur.* Nam illa pars, hoc in febribus, includit totum hoc, recens & non cum phlegmone. Qui enim dicit, hoc in febribus, excludit omnem phlegmonem, & omnem antiquum tumorem, quia alterum febrem non facit, alterum febris non appellatur, & Fuchſius non docet ex Aphor. excludere durus tumores, & œdemata. Malè etiam Muſa in expoſitione huius partis dixit in febribus dixiſſe Hipp. quia febres imbecillitant naturalem calorem, & coctio minus bene perficitur, & inde humidæ materiæ abundant. *Muſa notatur.* Hoc enim pro maiori parte eſt falſum. Calor enim febrilis humiditatem abſumere magis, quàm creare ſolet, vt etiam expoſui, multò alia eſt interpretatio Gal. in Comm. illius Aphor. Dolores etiam ex hypochondriis idem ſunt, & lumborum, qui in Aph. quoniam hypochondrij ſub coſtis ſunt, & lumbi vertebris quinque ſub thorace definiuntur apud Gale. lib. de Oſſibus modo vbi dolor ex hypochondriis procedit per inteſtinorum inuolutiones ad lumbos defertur. Hic etiam tales tumores ſolui dicit, vbi murmurium exeat cum ſtercore, vrina aut flatu: illic verò ventrem humectari dicit, quod eſt cum ſtercore ſolui, niſi flatus erumpent, aut vrinæ multitudo: quoniam ſic etiam ſolui poſſent, vt in præſenti prognoſtico, aut humore per inteſtina deſcendente cum ſtercore, aut ſi per iecur deferatur humiditas vſque in veſicam, aut flatu ſolo per inteſtina exeunte, humore toto in ſpiritum flatuoſum verſo. *Ventrem humectari.* Hac tamen in re ſolummodo differt ſententia prognoſtica, ab aphoriſtica, quòd in Aph dixit, dolore ſuperueniente ſolui tumores, qui cum murmurio ſunt, hîc verò tumores, & dolores ſolui dicit murmure ſuperueniente. Idem autem eſt in re, quoniam dolor non ſanaret tumorem, niſi murmurio deſcendente, hoc eſt, humore ac flatu. Quemadmodũ enim murmurium deſcendẽte flatu, & humore, ſanat dolores ex hypochondriis, & tumores, ſic etiam dolor lumborum ſanat tumores hypochondriorum, quoniam deſcendit dolor ab hypochondriis ſimul cum flatu, & humiditate. Quando enim ab hypochondriis ad lumbos peruenitur, deſcenditur per inteſtinorum reuolutiones, is etiam deſcenſus cum murmure fiet, qui dolores & tumores ſanabit. Lib. 6. de Morb. pop. par. 2. ſect. 40. narrat Hippo. iudicatorium fuiſſe per vrinam ſimilem genituræ, & credit Galen. in Cum. talem fuiſſe diſpoſitionem in hypochondriis ipſorum qualis in præſenti prognoſtico, cùm dixit Hypochondrium dolores, atque tumores. *Indicatoriũ per vrinam genituræ ſimilem.* Talis autem vrina ſignificabat vitream pituitam expurgari, ſed tamen caſus erat ille particularis in Perintho, & vitrea pituita abundante. Prog. verò doctrina vniuerſalis eſt, de tumoribus à flatu, & humiditate, qui vbi ſine febre cœpiſſent, febre ſuperueniente ſanarentur, vt inquit Hippoc. 40 Apho. ſect. 6.

GALENI COMMENTARIVS.

CYrtoma, id eſt tuberculum in illis appellauit, quem antea nominauit œdema. Talis eſt omnis moles præter naturam, hæc vbi ſine inflammatione eſt, flatuoſa exiſtit: potiſſimum vbi recentior fuerit. At verò ſolui dolorem ait, ſi murmur acceſſerit circa ilia. Talis enim

ſonitus

Digitized by Google

ſonitus non ſolùm ſpiritus indicium eſt, ſed humore permiſti,& corpore ſolidiore. Quoties igitur aut permeet deorſum ſpiritus ille flatuoſus flatus effectus, aut nequaquam permeans ſubdeſcendat deorſum ad aliquam inferiorem ſedem, ilia vindicantur vtroque accidente, tum dolore, tum etiam œdemate, ſed potiſſimum ſi cum vrina, & ſtercore vacuetur. Talis enim vacuatio nullum præterea relinquit in ilus excrementum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Exponit vocabulum κύρτωμα, dicens idem eſſe quod œdema, amplu ſignificatu, ita vt comprehendat omnem tumorem, etiam ſi ſit à flatu, nã & hunc ſignificat κύρτωμα. Deinde explicat quo pacto murmurium ſoluat hypochondriorum dolorem. Quoniam inquit, murmurium ſignificat flatum deſcendere ſimul cum humore, & ex tali deſcẽſu, aut euacuabitur flatus efficiens tumorem, aut ad partes inferiores delatus, dolorem ſedabit, & tumorem diſſoluet. *Ilus*, lege Hypochondriorum, & ſic in aliis. *Talis eſt.* Græce, ἐστι δὲ ταῦτα, πάντες οἱ τῇδε φύσιν ὄγκοι, χωρὶς μὲν φλεγμονῆς ἤτοι γινόμενοι, πνευματώδεις, quod eſt, Sunt autem hæc omnes præter naturam tumores flatuoſi, vbi ſine phlegmone fiant. Vult namque Galen. omnes tumores hypochondriorum præter naturam eſſe à flatu, vbi non ſint phlegmones, quod declarat ſubiungens, maximè ſi fuerint recentes. Antiqui enim poterant eſſe aquoſi, aut pituitoſi, aut ſcirrhoſi: recentes tamen, qui non ſint phlegmones, flatuoſi ſunt.

PROGNOST. XXVI.

VRina verò optima eſt, quando ſedimentum fuerit album, & læue, & æquale, per totum tempus, donec morbus iudicetur, ſecuritatem enim ſignificat ac morbum futurum breuem: ſi verò intermittat, ita vt aliquando pura mingatur, aliquando verò ſubſideat album ac læue, morbus diuturnior ac minus ſecurus eſt.

Ad facultatem naturalem pertinent ea, quæ ab Hippoc. in ſequentibus de vrinis ſcribuntur, quemadmodum & ea quæ de deiectionibus dicta ſunt. *Excrementorum tria genera.* Et naturalium potiſſima concoctrix eſt, cuius conſtantia, aut defectus excrementis dignoſcetur. Sunt autem huiuſmodi excrementa, vt lib. 1. de Cri. c. 14. vrinæ, deiectiones, & ſputa. Deiectiones oſtendunt ventris diſpoſitiones: ſputa thoracis & pulmonis: vrinæ iecoris & totius venoſi generis. *Vrina iecoris & venarum indicium.* Vt enim inquit Gal. 4. lib. de Sanitate tuenda eorum humorum qui in venis ſunt, nullum certum aut euidens ſignũ haberi poteſt, præter vrinam; in vrina tamen multa ſunt conſideranda, nempe color, odor, ſubſtantia, ſpuma, contentum. De ſpuma nihil ſcribitur ab Hippocr. in hoc loco odore fœtidam damnat progno. 32. De colore, ſubſtantia, & contento, reliqua ab ipſo ſcribuntur. De ſubſtantia ibidem, aquoſam vituperat, & craſſam ſimiliter. & Galen. in Comm. dicit conditione debere eſſe mediam inter tenuem & aquoſam, ac corpulentam, qualis iumentorum. Et *Vrinarũ colores.* lib. 1. de Criſi. cap. 12. inquit de vrina optima, ſtatim verò & hæc mediocrem craſſitudinem habet. Nam quæ ſcipſa craſſior eſt, atque tenuior, coctionem imperfectam ſignificat: ſiquidem altera nondũ conſiſtit in humoris natura, altera verò nuper conturbata eſt. De colore pariter optimus omnium eſt ſubrufus, aut ſubflauus, ſed potius ſubrufus. Talis enim apparet in vrina, quoties flaua bilis modicæ quantitatis miſcetur cum ſero ſanguinis: talis rurſus apparet coctione ſtatim finita. Nam poſtea ſolet magis intenſa apparere in colore, & ante magis remiſſa; bilis enim finita iam coctione ſemper augetur, & inde vrina magis tingitur. Tranſit enim ſanguis in bilem excedente coctione. Erit igitur cruda quæ fuerit alba ſyncera. Et illa quæ ſubalbida eſt, quæ parum rufæ bilis cum vrina aquoſa commixtæ retinet, quemadmodum ſi cum ipſa alba aquoſa vrina, parum vini albi tenuis miſceas. Poſt hanc aliquanto minus cruda eſt ſubpallida, deinde pallida. Hæc autem eadem eſt cum ſubrufa, quã magis omnibus laudat. Cruda etiam ſignificatur paſſio, vbi rufa fuerit, ſed tenuis, vt in progno. 30. Talis etiam eſt, quæ turbida mingitur, ac ſupermanet, vt vult Gal. lib. 1. de Criſib. cap. 17. ſignificat nondum fuiſſe finitum principium: quæ tales ſunt, cum imbecilla facultate mortem, cum forti verò longitudinem ſignificant, vt infrà prog. 31. De ſe igitur non ſunt ſigna cruditatis mala, ſed nun bona, vt 1. Criſi. cap. 5. Aliæ autem tanquam malæ damnantur, vt infra conſtabit, de quibus eſt nigra. De contento autem, *Vrina contentum.* quod à Græcis αἰωρούμενον appellatur, aut eſt in ſuprema matulæ parte, & appellatur νεφέλη, id eſt, Nebula: aut in medio, & eſt ἐναιώρημα, quod eſt, Appendiculum: aut in ima parte, & eſt ὑπόστασις, ſiue ſedimentum. In optimis vrinis tale debet eſſe album, læue, & æquale, vbi apparuerit. Non enim eſt neceſſum, vt appareat: nam vt inquit Gal. 1. de Criſib. cap. 12. de iis in quibus multi crudi humores aceruantur. Hæc quoq; cauſa eſt, vt qui ex otio, & repletione febricitant, ſi ſanitati reſtitui debeant, neceſſariò plurimum ſubſideat: contra iis qui ex inedia, & labore, ruffæ quidem, & bilioſæ vrinæ. Soluitur autem morbus priuſquam aliquid ſubſidear: plerũque enim ſufficit in iis & nebula, & ſuſpenſio bona: talis autẽ eſt alba: læuis & æqualis. Nam & ex ipſis ſanis his qui multũ laborant, & pauciori cibo vtuntur, ſunt vrinæ bilioſiores. Cauſa autem quare in *Nebula in morbis bilioſis coctioni ſatisfacit.* morbis ad integritatem coctionis ſufficit nebula, eſt: quoniam quæ coquuntur, omnia reddũtur craſſiora, & cum ęquali incraſſatione facta à natura coquente circa craſſos, ac crudos humores, & circa tenues & bilioſos, vbi craſſi humores acquiſierint craſſitudinem, & grauitatem talem, qualem habet ſedimẽtum vrinæ. Humor bilioſus ſolam eam craſſitudinem aſſequetur, quam habet nebula, aut appendiculum. In morbis itaque à craſſioribus humoribus pendentibus ſedimentum ſolet mingi in vrina, idque album, læue, & æquale. Album probatum *Album eſſe debet ſedimentum.* eſt 1. lib. Com. vltimo: quoniam vt in puris generatione, ita in ſedimento vrinæ ſuperatur à natura humor, qui ſimilem membris radicalibus acquirit albedinem, ac in ſubſtantia craſſitudinem: hęc enim eſt maxima ſimilitudo, quam poteſt natura in humore malo non reducibili ad benignum inducere. Læue etiam redditur ſedimentum vbi ſimilem in *Sedimentum læue.* omnibus partibus aſſequatur naturæ alterationem, vt explicitum eſt à Gal. ſuprà Com. 21. Sicuti vbi diuerſæ partes ſediminis in diuerſa parte vrinæ exiſterent, & quædam craſſæ, quædam verò tenues eſſent, quædam magis aliis albæ, nondum eſſet perfecta coctio. Æquale etiam dicetur ſedimentum, vbi *Sedimentum æquale.* tale fuerit veſpere, quale fuit manè. Licet enim vrinam inſpicere quauis hora diei, contra communem medicorum vſum, vt conſtat in Comm. Gal. aut ſi fortè veſpere ſedimentũ habuit, manè diei ſequentis conſimiliter ſubſideat, neque intermittat, vt in ſecundo membro ſententiæ Hippoc. lib. 1. de Criſibus. Addit etiam, nulla parte diuulſa ſint contenta. id ad læuorem referri debet. Nam læue contentum nulla parte diuulſum eſt. Hæc ergo vrina, quæ non

intermittit, optima eſt, ſedimentum habens album, læue, & æquale per totum tempus ad morbi vſque iudicationem 1. de Diffe. feb. cap. 6. Addit inter ſedimenti optimi conditiones, vt ſit quàm minimè fœtidum, quo tamen modo intelligi debeat, diximus lib. 1. in annotationibus, iuxta Commẽtarium vltimum. Tale ſedimentum ſignificat morbi ſecuritatem, ac breuitatem, quod dixerat lib. 1. de Mor. pop. par. 2. ſect. 44. & 45. Coctiones excuntium omnes omni ex parte tempeſtiuas, vel bonos & indicatorios abſceſſus conſiderare oportet. coctiones celeritatem iudicij, & ſecuram ſanitatem oſtendunt. Quod etiam dixit 3. lib. progn. 2. ſimpliciſſimę enim febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſſimis, quarto die, aut citius deſinunt. Itaque ſi prima die ſigna coctionis apparuerint, 4. ſoluetur morbus: & ſi 4. in ſeptima. Sic enim inquit Hippo. 4. ſectione, Apho. 71. quibus 7. iudicatur, iis nebulam rubeam habet vrina, & reliqua ſecundùm rationem. Quòd ſi hoc verum eſt, quantò magis vbi ſedimentum apparuerit, & id perſeuerans, quod eſt æquale? Quod autem addit, per totum tempus, donec morbus iudicetur: ad maiorem claritatem ſcriptum eſt. Idem enim ſignificat quod ad æquale. ob id Celſus vrinam laudat, cuius ſedimentum eſt album, læue, & æquale, non addita parte alia. Poſſes etiam intelligere ęqualitatem, non in duabus aut tribus tantum vrinis eſſe accipiendam, ſed in omnibus ad iudicationem vſque. Secundum locum habere vult eam vrinam, quæ ſedimentum habet præcedenti ſimile: non tamen perſeuerans, ſed quod aliquando excernitur cum vrina: aliquando verò vrina eſt ſyncera cui non ſubſidet, quod dictum eſt. Hæc inquit Hippoc. morbum ſignificat diuturniorem, ac minus ſecurum. Morbus enim is in augmento eſt, ſed morbus qui eſt in augmento diuturnior eſt, quàm qui eſt in ſtatu, maior eſt, Galen. 1. de Criſib. cap. 12. cùm ait, Nam ſi alternatim mingatur pura, in ſubſidentibus, ſemicoctum eſſe morbum ſignificat. Talem vrinam viſus eſt habuiſſe Cleonactides, qui ſupra Heracliũ habitabat, lib. 1. de Mor. popu. par. 3. de quo inquit Hippoc. Die 40. tranſacto, poſt hæc variæ fuerunt vrinæ, ac interdum quidem ſedimentum habentes, interdum non ſexageſimo, vrinæ ſedimentum habuerũt multum, album, & læue, remiſſa ſunt omnia, febres intermiſerunt: vrinæ iterum tenues, ſed boni coloris, his 80. die iudicatus fertur ab Hipp. & Gal. in Com. inquit, A 40. die ſcripſit varias fuiſſe ipſi vrinas, interdum quidem ſedimentum habentes, interdũ verò non, id quod errantibus acceſſionibus conuenit, illæ ſiquidem ex humorum morbos procreantium varietate proficiſcuntur. Vrinæ quoque incoctio, & coctio, alternis apparentes, aliquos quidem coqui ipſorum oſtendebát, aliquos verò incoctos permanere. Ecce tria quæ ſignificantur ex hac intermittẽti vrina, morbi longitudo, errantes acceſſiones, humores quorum quidam cocti ſunt, quidam crudi, & in ſumma heterogenei. Talis autem non omnino vacat periculo, vt illa in qua ſubſidet læue, album, & æquale. Non enim eſt vehementia morbi cũ ſignis coctionis, vt inquit Gale. 1. de Criſi. cap. 17. Vbi tamen morbus in augmento eſt, ſiue ſemicoctus, non poſſet peruenire ad coctionis integritatem. Cum ſignis tamen coctionis lib. 3. de Criſ. cap. 3. dixit Gal. Siquidem ego millies, cùm dum criſes fierent, intereſſem, neminem vnquam vidi intereuntem, qui cum ſignis coctionis criſim habuiſſet. Verùm hæc ſententia multò aliter accipitur à iunioribus medicis, putantibus non poſſe mori ægrum apparentibus ſignis coctionis in vrina: cum tamen iam cocto

Vrina cuius ſedimentum intermittitur.

Cocto morbo æger moritur.

humore ob imbecillitatem expultricis poſſit mori. Gale. tamen non tantùm ſigna coctionis appoſuit, ſed etiam humorum expulſionem. Dixit ergo neminem vidiſſe mortuum cum ſignis coctionis, vbi criſim habuerit. Oſtendit etiam mentem ſuam lib. eodem, cap. 5. dicens, Neque enim vel animo concipi poteſt, quòd poſt morbi exquiſitá coctionem, criſis mala ſequatur. Vbi tamen contingeret in vrina alicoius febricitantis per febres humorales apparere integras coctionis notas, pulſus autem eſſet malus: aut vbi pulſus bonus eſſet, vrina tamen cruda, aut aliter mala, quod eſſet certius ſignum ſalutis, aut mortis, vertitur in dubium apud iuniores medicos. Ad quod reſpondemus, quòd aut ſigna ſunt in eodem ægro, aut in diuerſis, in eodẽ, aut ſimul ſignum ex pulſu & ſignum ex vrina, ſunt ad bonũ, aut malum: aut vnum ad bonum, & alterum ad malum. Si ambo idem indicant, non oportet facere collationem, ſed ex ambobus firmiſſimum ferre iudicium. Aut oſtendunt contrarium, exempli gratia, vrina ſalutem, & pulſus mortem, aut ecótrà. In hoc caſu dicemus, quòd quantum vigorem habet pulſus ad ſignificandam ſalutem, tantum habet vrina ad ſignificandam mortem: ſic etiam quantum poteſt pulſus malus ſignificare circa mortem, poteſt bona vrina ſignificare ſalutem. Quo dato, viribus optimi pulſus & peſſimæ vrinæ collatis, aut optimæ vrinæ, & peſſimi pulſus, ex aliis oportet coniectari quò vertet morbus. Aut dices id eſſe omnino impoſſibile in eodẽ ægro pulſu exiſtente in extremo peſſimo, vrinam eſſe in extremo bonam. maius ergo dubiũ eſt, vbi fuerint duo homines in morbis conſimiles, & reliquis ex ætate temperatura, quorum alter habeat peſſimũ pulſum, & alter peſſimam vrinam, quis certius morietur, & vbi contingat conſimiles, alterum habere optimum pulſum, alterum optimam vrinam quis, ſaluabitur certius? Dicemus quòd ad ſalutem certius ſignum eſt, quod ſumitur ex vrina, quàm ex pulſu: & ad mortem certius ſignum eſt quod ſumitur ex pulſu, quàm quod ſumitur ex vrina. Primum probatur, nam conſtante facultate naturali in morbis materialibus, ac victo humore, quod indicat vrinæ coctio, rariſsimum eſt mori hominem. Cum bono autem, & conſtanti pulſu, ob defectum facultatis naturalis cõcoquentis peruentum eſt tandem temporis proceſſu ad mortem, & oſtenderet talis pulſus cum vrina mala aut mortem, aut longitudinem morbi. Si tamen ambo indicauerint mortem, certius ſignum eſt quod ſumitur à pulſu, vbi in propriis ſpeciebus pulſus & vrina fuerint æquè mala. Ratio eſt, quoniam vbi pulſus adeò malus fuerit, etiam ſi facultas naturalis non ſit in extremo languida, nunquam ipſa poterit malum facultatis vitalis reſarcire, quæ maiori robore, & maiori eget calore quàm facultas naturalis. Verùm tamẽ facultas vitalis poterit naturalem ferè in extremo languentem reficere: & ob id indicium ad mortem ex naturali facultate ſumptum non erit adeo certum.

Signa ex pulſu ſignis ex vrina cõferuntur.

Nota.

GALENI COMMENT.

QVemadmodum paulò ſupra diximus ex voluntariis functionibus agnoſci vim vnam quo pacto & robore, & imbecillitate prædita ſit quam ſuperioris originis eſſe docui, quam alio loco in cerebro domicilium ac ſedem habere indicauit: ita nunc alterius facultatis naturalis Hippocrates indicia partim expoſuit, partim hoc ſermone exponit. Hæc verò facultas, de qua dico fieri ſermonem, alterans & concoquens appellatur. Igitur facultatis in ventre indicia agnoſcuntur ex iis quæ quotidie deiiciuntur: facultatis verò in iecore ac venis, ex vrina. In his enim indicia clara ſunt partim exquiſitioris, partim

parcioris,

Digitized by Google

partioris, partim irrita in plenam concoctionis: quemadmodum in ventris indiciis: & ad hæc extrinſecus, quemadmodum illic quædam indicia ſimul aliarum diſpoſitionum, pari modo hæc excernūtur. Exorditur ergo tractatum Hippocrates ab indiciis concoctionis, deinde cum eis cætera copulabit. Igitur & nos in primis dicamus ea quæ ipſe principio docuit in præſenti dictione, ſedimentū vrinæ conſiderari præcipiens. Si cădidum, læue, & æquale ſemper, nec interdum tale, quandoque diuerſum exiſtat. Id enim ſæpiſſimè euenit: vt aliquis emittens vrinam ſecunda die inculpabilem, alteram ſequenti nocte culpabilem emittat, deinde rurſus inculpabilem, tertia die prima luce, poſtea veſpera culpabilem. In tali enim vrina alius concoctus deniſtiſque à natura conditus in conceptaculis humor, alius incoctus apparet. Si verò incoctus humor nequaquam interponetur concocto, talis vrina optima eſt. Si igitur vrina habeat ſedimentum, id cădidum, æquale, ac læue ſit, quoad diſſoluitur morbus, neceſſe eſt. Si verò non habet, prorſus aliquam nubeculam candidam obtinebit. Neceſſario verò colore erit modicè crocea: & conditione media inter tenuem & aquoſam ac corpulentam, qualis iumentorum habetur. Cæterùm vrina nullo pacto ſedimentum habet ſi tenuiter, copioſum verò ſi largius, exiguum verò ſi modicè viuitur. Quinetiam in morbis biliosis ad colorem croceum, in iis verò quos crudi committunt humores, ad candidius tendit. Porrò ſedimentum habet copioſum, quoties morbus ex humoribus crudis fatiget, nullo verò modo, aut omnino minimum, quoties ex bilioſis fatiget, ſed ſatis erit ſi habeat ſublimamentum. Intelligo ſublimamentum id, quod corpulentius candidiúſque in vrina, neque in ſummis eius, neque in fundo vaſis, ſed in media ſede ſublime, vel exquiſitè medium, vel deorſum potius quàm ſurſum exiſtat. Id igitur ſolitus ſum nominare ſublimamentum. Sed ab Hippocrate id quoque nubecula nominatur eandem obtinens proportionem circa vrinam quam vera nubecula ad aerem præferunt: etenim ha humore qui circiter eſt, corpulentiores: & item illa aere ſunt. Itaque ſæpenumero (vt dixi) ſupernatat in vrina deſuper, quam ego nubeculam propriè ſoleo nominare. Sed hæc tibi ſint in primis cognita atque in animo poſita, mox animaduerte ea quæ Hippocrates ſcripſit. Vrina enim aſſiduè faciens ſedimentum, quale dixit, ſecuritatem ſignificat, id eſt morbum eſſe ſine periculo, atque integrè exoluendum, ita vt non ſit præterea repetiturus: & item celeriorem fore ſolutionem, ita vt ſi prima die aut proxima nocte apparens, perſeueret ſimile, die ſecunda aut nocte prima circuitionis decretoriorum dierum, non vltrà procedat ægrotatio. Porrò hæc dicit ſcilicet de morbis febriculoſis. Quæcunque enim ſine febre affligunt, aut in cerebro, aut membranulis, aut in thorace, ac pulmone, ex aliis indiciis agnoſcuntur, ſiue maiores breuioréſque ſint, ſiue periculoſi diutiniique. Cæterùm quam ob rem vrina ſedimentum candidum eſſe conueniat: dum ageretur de pure, in calce primi voluminis explanatum iam eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte dicit Hippocr. in hac parte ſigna ſcribere quæ pertinent ad facultatem naturalem, quorum partem expoſuit in præcedentibus progn. de deiectionibus. Quemadmodum etiam ſuprà docuit ſigna quæ oſtendunt conſtantiam facultatis animalis, nempe Comm. 6. huius libri. Quemadmodum ergo facultatem naturalem ventris docet cognoſcere ex iis, quæ deiiciuntur: ita ex vrina facultatem iecoris, & venarum: In his enim ſunt indicia bonæ, diminutæ, aut omnino deficientis coctionis. Et quemadmodum ſimul cum deiectione contingit alia expurgari per vētrem, ita aliquid ſolet cum vrina miſceri, vt ex veſica aut renibus, aut ſi aliunde aliquid cum vrina mittatur. *Alio loco,* Nempe in libro de Placitis Hippo. & Plato.

In ſecunda parte, quæ incipit (Exorditur) Hipp. exordiri inquit tractatū à ſignis coctionis, & deinde ſigna alia his coniungere. Vult tamē à ſententia Hippo. incipere Gal. quæ verſatur circa vrinæ ſedimentum, quod vult Hipp. debere eſſe album, læue, & æquale ſemper, hoc eſt, donec morbus iudicetur. Nam aliquando euenit, vt vrina mingatur modo cum ſedimento albo, læui, & æquali, & craſtina die ſyncera, aut manè cum tali ſedimento, & veſpere ſine ipſo, eritque hæc vrina indicium quod aliquis humor eſt coctus ac victus, & aliquis nondum coctus, quēadmodum & ipſe lib. 1. de Criſibus cap. 12. hunc in modum ſcripſit. Nam ſi alternatim mingatur pura in ſubſidētibus, ſemicoctum eſſe morbum oſtendit. Ex hac ſententia Commentarij docet Gal. inſpicere vrinas in febribus quauis hora diei, tam veſpere quàm manè. Quemadmodum & libro de Prægcognitione, in Hiſtoria Eudemi. Nam ſub ortum ſolis vrinā inſpexit, & ſi quid interim mingeret, ſeruari iuſſit. Debet tamen aduerti quod Galen. ſcribit lib. 1. de Criſibus cap. 12. de mutatione coloris, poſtquam perfecta eſt coctio: & de quantitate ſedimenti. Intenditur enim color vrinæ proceſſu temporis, longè ab alimenti coctione, & minuitur ſedimentum. Optima verò vrina erit, vbi ſedimentū dictum habuerit donec morbi iudicentur, vel ſaltem albam nebulam cū colore modicè pallido, & media inter aquoſam tenuem, & craſſam veluti ſubiugalium. *Quoad diſſoluitur morbus.* Græcè, *διὰ παντὸς τῦ χρόνυ μέχρι λύσιος τῦ νοσήματος ὁμοίως γινομένων*. hoc eſt, per totum tempus donec morbus ſoluatur conſimiliter factum, *Crocea* Græcè *ὠχρὸν*, pallida.

Vrina intermittens quid indicat.

Vrina quauis hora inſpicienda eſt.

In tertia parte, quæ incipit (Cæterum vrina) docet diuerſitates vrinarum circa contentum: nam ex hominibus quidam largè viuunt, hoc eſt, lautè comedentes, & illi copioſum habent ſedimentum in vrina, quoniam in illis crudus ſuccus abūdat, qui in ſedimentum tranſit. Quidam parcè viuunt, & tenui vtuntur victu, quorum vrinæ ſedimēto carent. Quidam modicè viuunt, qui ſedimentum mittunt cum vrina, ſed exiguum. Hęc cùm ſani ſunt, in morbis tamen ſi bilioſi fuerint, ſedimentum, aut non apparebit, aut paucū. Satis eſt ſi ſublimamētum, hoc eſt, enæorema apparuerit in vrina, & lib. 1. de Criſi. cap. 17. nebula ſola in morbis bilioſis oſtendit coctionem, eritque colore ad pallidum inclinante. Si tamē fuerit ex crudis humoribus, plurimum aderit ſedimentum, idque ad album inclinabit. Declarat etiam quid intelligat per *ἐναιώρημα*, id eſt appendiculum. Quare autem in morbis bilioſis ſufficit appendiculum ad coctionem oſtendendam eſt, quoniā humor coctione incraſſatur, & tenues qui ſunt in bilioſis morbis per incraſſationem perueniunt ad nebulæ ſubſtantiam, neq; craſſiorem, neque grauiorem: & craſſi ad ſubſtantiam craſſiorē & grauiorē, qualis eſt ſubſidentia, vt in expoſitione dixi. Vbi itaque vrina fuerit bene colorata craſſitudine mediocris, Gal. lib. 1. de Criſ. cap. citato, ſignificat finitum fuiſſe principium, quod eſt aliquam adeſſe coctionem. Nebula in vrina ſupernatans ſecundum locum habet, adhuc melior eſt illa quæ appendiculum habet in medio vrinæ, magiſq; deorſum quàm ſurſum. In illis verò morbis, qui à craſſis pendent humoribus, ſedimentum ſperatur, & hoc eſt in vrina optimum ſignum, vt apud Hippocr. in præſenti prog. *Ad colorem croceum* *ἐπὶ τὸ ξανθότερον ῥέπει κατὰ τὴν χροιὰν*, hoc eſt, ad flauius vergit in colore. *Sublimamentum.* Græcè, *ἐναιώρημα*, id eſt appendiculum. *Sed ad Hippo.* Hippo. id quod in vrina inuenitur appellabat nubem, vt dicemus infrà prog. 29. *Nubecula.* Græcè, *νεφέλαι*, id eſt, nebulæ, ſic in aliis locis.

Sedimentum vrinæ quibus copioſū. Nota.

Similitudo quæ ſcribitur de nubibus in aëre ad ſignificãdam nebulam, ſcribitur à Gal.lib. 3. de Mor. pop.par.1.in Comm.hiſtoriæ Pythionis.

Vrina enim ſedimentum nõ intermittat, quæ bona ſignificet.

In quarta parte, quæ incipit (Sed hæc tibi) explicat mentem Hip. fuiſſe, vrinam quæ aſſiduè facit ſedimentum, ita vt non intermittat, ſignificare ſecuritatem, & morbum ſine periculo, in totum ſoluendum, ita vt nunquam ſit repetiturus, & quod citò ſoluetur: Ita vt ſi apparuerit tale ſedimentum primo die, morbo nõ eſſe prorogandum vltra primam circuitionem, id eſt, nõ vltra quartum diem. Omnia hęc nota ſunt. Securus enim morbus eſt, in quo coctionis notæ apparent, quoniam oſtendunt victoriam naturæ ſupra morbum, quòd integrè ſit ſoluendus, ita vt non redeat. Conſtat, quoniã quæ ſoluuntur cum ſignis coctionis nõ ſolent reuerti, quia illi ex ratione melius ſe habent. Breui tamen finiẽdum morbum dicit, quoniam ex celeri coctione ſignificatur breuitas morbi: vt in 2. prog. lib. 3. cõſtabit, omnia comprehendit Hipp. lib. 1. de Morb. po. dicens, coctiones criſis celeritatem, & ſecurã ſanitatem oſtendunt. Addit ſimiliter Gal. ad finem huius Comm. Hipp. loqui de morbis qui ſunt cum febre. Nã in aliis aliunde quàm ex vrina ſumitur certitudo de ſalute aut morte: vt in morbis thoracis ex ſputo, & in morbis vẽtris ex deiectione. Nihilominus & in his ipſis conſiderandæ ſunt vrinæ, quãuis humores peccantes ſint extra venas, quemadmodum Hipp. fecit lib. 3. de Mor. po. par. 2. in hiſtoria apud Tiſameũ. Illa enim mulier ileum patiebatur, id eſt, in inteſtino tenui inflammationẽ & Hip. vrinas inſpiciebat, ac Gale. in Com. explicuit, quantum in illis morbis vrinarum notitia proſit, dicens, Parua igitur ex vrinis, vbi bonæ ſunt, vt ita habentes ſeruentur, eſt ſpes: non parua verò in exitium vergentia, ſi malæ fuerint. idem lib. 3. de Criſibus cap. 3. ad initium.

PROGNOSTIC. XXVII.

SI verò vrina fuerit ſubrubra, & ſedimentum ſubrubrũ, ac læue, diuturnior quidẽ hæc quàm prior eſt, valde tamen ſalutaris.

Ex ſubrubentibus vrinis quarum ſedimentum eſt ſubrubrum, Hippo. ſicut ex duabus præcedentibus, docet duplici vti præſagio, quorum vnum eſt de ſalute, alterum de morbi diuturnitate, vbi vrina fuerit ſubrubra & ſedimentum ſubrubrum, dicens hunc morbum eſſe diuturniorem priore, admodũ tamen ſalutarem. Salutarem quidem, quoniã humor peccans mitis eſt, & qui non ſolet paruitate ſua magna pericula adducere, & diuturnior; quia humidus ac ſeroſus eſt humor, qui peccat, & qui talis eſt, tẽpore eget ad coctionem. Hæc ſunt ex Gal. Comm. Facere autem oportet comparationem in diuturnitatem, ad eum morbum qui in præcedenti ſecundo loco ſcriptus eſt, in quo mingitur vrina intermittẽs, nõnunquam ſyncera, aliquando verò cum ſedimento albo, læui, & æquali. Seroſa enim ſanguinis ſuperfluitas cum rufa quoque bili mixta magis crudam ſignificat affectionẽ, quàm vbi aliquid reſidet candidum & læue, magiſq; imbecillam ſignificat concoctricem facultatem, quare & longiorem morbum. Quod Galen. dixit lib. 1. de Criſi. cap. 12. ſed &

Vrina ſubrubra cauſa.

de ſubrubentibus vrinis, & ſtatim habentibus ſubſidentiam ſubrubentem, ac læuem, rectè dixit, quòd ſunt quidẽ ſatis ſalubres: ſed diuturniores his, quas paulò antè ſemicoctas nominaui, ſanguinis enim tenuis ac ſeroſa ſuperfluitas iſtas tingit: oportet autem non modò hanc, ſed etiam aliquid rufæ bilis admiſceri. ſi verò calor naturalis adeò eſt imbecillis, vt neque flauam generet bilem, nec ſanguinem exquiſitè coctum ſed adhuc ſero ſimile, atque humidum, quod quidem ad ſui robur tempore egeat, eſt manifeſtum. Quòd verò hæc diſpoſitio ſine periculo ſit, natura oſtendit materiæ, quæ neque tenuis aut aquæ ſimilis eſt, neque integrè craſſa, ſed neque acris quædam ac putrida, optima verò exiſtẽs & iuxta naturam ſanguinis. Hæc litera Gal. eſt totius textus Hippoc. expoſitio ſimiliter Actua. lib. 2. de Iudiciis vrinarum, cap. 15. refert rubeum colorem ad rubram bilem, & ad ſeream ſanguinis ſuperfluitatem. Notãdum ergo, quòd iſtæ vrinæ tertium locum habent bonitatis, ſecuritatis, ac breuitatis. Primo namque loco ſunt, quæ optimæ ab Hippocr. appellantur. Secundo loco quæ intermittunt, ita vt aliquando mingantur ſynceræ, & aliquando cum ſedimento albo, læui, & æquali. Tertiò ſubrubræ, quarum ſedimentum eſt ſubrubrum. Hinc fit, Laurentianum non paruum erraſſe, qui vbi Hippocr. dixit, πολυχρονιώτερον μὴν τοῦτο τοῦ πρώτου γίνεται. tranſtulit, diuturniòr hic morbus quàm primus: dicturus potius, diuturnior quidem hic quàm prior eſt: vt per priorem intelligat præcedentem: vt Galen. loco allegato non primum, qui primo videlicet loco ſtatuitur. Et lib. 2. Prorrhe. Comm. 25. loco illius partis πρῶτον, legit Gal. πρίζων. Meldenſis item, malè tranſtulit lib. 3. de Morb. pop. par. 1. in hiſtoria Hermocratis in Comm. hunc locum Hippoc. Eſt autem diuturnior quàm ſubrubra rubra, & adhuc magis perrubra. Hæ ſiquidem ſunt vrinarum diuerſæ rubedines, & peſſima eſt perrubra, ſecundum locum rubra, earum melior quæ ſubrubra, vt inquit Gale. lib. 2. Prorrh. Comm. 25. vbi etiam præſentis progn. mentionem fecit, dicens, Volo autẽ te memoria tenere, ea quæ in prognoſticis dicta ſunt de ſubrubẽtibus vrinis, ad hunc modum, Si autem fuerit vrina ſubrubra, & ſedimentum ſubrubrum, ac læue, diuturnior hæc quàm prior eſt, admodum verò ſalutaris. Quæ igitur in prognoſtico dicitur ſubrubra, plurimum differt ab eis quas modò dixit perrubras. Quòd enim perrubra ex crudis eſt prius oſtendit. ſubrubram verò laudat vt ſalutarem, multi verò temporis ſignum eſſe dicit. Quoniam autem rubra in medio ordine eſt perrubræ & ſubrubræ, manifeſtum eſt, quòd in medio quoque erit ipſarum in laude & reprehenſione. Vbi rubram ἐρυθρὸν, ſubrubrã vt etiam in præſenti prognoſtico ὑπέρυθρον, perrubram verò ἐξέρυθρον, quod vocabulum apud Galen. lib. 6. de Morb. popul. part. 1. Com. 30. interpretatur dicens, Colores verò ἐξέρυθροι, quod eſt σφοδρῶς ἐρυθροὶ, id eſt impenſè rubri. Damnauerat autem vrinam perrubram autor Prorr. lib. 1. ſect. 31. vbi Gale. cauſam ipſius explicat dicens: perrubra verò vrina differt quidem à ſubrubra, de qua in prognoſticis dictum eſt, tempus ſignificare, non quidem periculum. Quam autem aliam intelliget quis vrinam per-

Vrina perrubra quid indicat

rubram, præter eam quæ ab omnibus ſanguinolenta appellatur, quam plurimi ex nephreticis mingũt. Quod ſi hoc vult oſtendere, ſimile quid ſignificat ei quod prius dictum eſt, ventris [illegible], id eſt, proluuies perrubra. Quemadmodũ enim illam diximus iecore languente fieri: ad eundem modum renibus malè affectis vrinam perrubram fieri dicemus: Dixerat autem de tali proluuie eodem lib. ſect. 2. De perrubra igitur in hoc loco fecit autor lib. mentionem, & Galen. in Comment. de ſubrubra in præſenti progn. De rubra verò 3. de Morb. popu. par. 1. in hiſtor. Hermocratis, qui minxit craſſa rubentia: vbi Gal. huius progn. mentionem fecit, & de vrina rubra ſcripſit, quale præſtet ſignificatum. Vbi

Vrina rubra.

dixit,

dixit, quòd ſi Hippocr. dixit in prognoſticis ſubrubras eſſe diuturnas, multò magis id verum erit de perrubris, longius tempus ſignificare, non tamen mortem ex ſe, neque deſipientiam. Et infrà, de rubris inquit. Quapropter rationi conſentaneum eſt, vt cùm ſanguis copioſior & ſemicoctus, per vrinas expurgetur, rubras has efficiat. Atque ob id quòd longus futurus quidem ſit morbus, ſanguine ad coctionem longiori tempore indigente, ſi ex tempore coctiones fiant, ac neque vnquam futurus ſit lethalis talis morbus, quantum ex iis ſit vrinis, neque phreniticus. Præterea lib. 1. de Morb. pop. part. 3. in hiſt. Cleonactidis, Hip. dicit ipſum minxiſſe vrinam die 40. ſubrubram, cum ſubſidentia multa rubra, & Gal. in Comm. inquit, Die igitur 40. minxiſſe ipſum ait ſubrubra, & quæ rubentem ſubſidentiam haberent multam. talem verò vrinam in Prognoſtico ait longè diuturniorem quidem eſſe ea quæ album habet ſedimentum, ſed valde ſalubrem. De nebula verò rubra iterum dixit Gal. Aphor. 71. 4. ſectio. vbi ſimiliter huius prognoſtici ſententiam retulit, vrinam ſubrubram ac rubram tempus ſignificare dicens. Poſſemus itaque omnes has quinq; vrinarum differentias ſic ordinare, optimam ex Hipp. dicentes eſſe, cuius ſedimentum eſt album, læue, & æquale, ſine intermiſſione: ſecundo loco eam quæ intermittit: tertio ſubrubram: quarto rubram: quinto perrubram, quam etiam ſanguinolentam appellat Gal. lib. 1. Progno. Comment. 31.

Ordo colorũ vrinarum.

GALENI COMMENT.

QVoties ſanguinis ſerum pariter cum vrina excernitur, colore ſubrubra apparet. Indicat autem exuperantiam ſanguinis non exquiſita ratione confecti. Igitur quia integerrimi humoris exuperãtia eſt: idcirco ſine periculo eſt. Sed quia humidioris & item ſeroſioris eget concoctione. Si igitur ſpatio temporis concoctio fit, meritò talis vrina ſignificat, vt diuturnior quam primi morbi ſolutio futura ſit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Circa Gale. Comment. notandum, quod ſanguis confectus exquiſitè mediocrem aſſequitur craſſitudinem ex coctione, ſeroſus autem inconfectus eſt, atque tenuis. Cùm autem talis fuerit vrina, colorẽ recipit ſeri ſanguinis, ſiquidem ipſa omnium humorum eſt veluti ſerum, atque abundãtium & peccantium humorum colores in ipſa manifeſtantur. Cùm autem ſanguis perfectè confectus eſt, modicè craſſus redditur, & vrina ſubrufa colore mingitur.

PROGNOST. XXVIII.

SVbſidentiæ verò in vrinis ſpeciem farinæ craſſioris referentes malæ ſunt, his autem peiores ſunt ſquamoſæ: tenues verò & albæ, valde malæ: his vero peiores ſunt furfuraceæ.

Laudauerat Hipp. ſedimentum album, lęue quod ſemper conſimiliter apparet, id etiam quod intermittit, & tertio loco ſedimentum ſubrubrum & lęue. In præſenti verò quatuor ſpecies ſedimentorum damnat. Prima eſt κριμνώδεις: ſecunda eſt ſquamoſa: tertia tenuis alba: quarta furfuracea. Crimnodes ſimilis eſt partibus craſſioribus hordei, quæ cum farina hordei deferuntur, quæ etiam exquiſitam effugerunt in mola triturationem, vt vult Gal. in Com. etſi Dioſcorides lib. 2. cap. 81. craſſiorem farinæ partem eſſe dicit ſiue ex hordeo ſit, ſiue non. Ex tritico enim & zea ipſam fieri dicit, & hordei mentionem non facit. Quantum autem mali ſignificet huiuſmodi ſedimentum, explicat Gale. in Com. vnum enim duorum ſignificat, aut ſanguinem craſſiorem aſſari, aut inęqualiter colliquari carnes. Vbi ſanguis aſſatur, aliquam rubedinem contrahet ſedimẽtum: vt Actuarius lib. 2. de Iudi. vrin. ca. 10. vbi verò carnes inæqualiter colliquantur, aut minorẽ, aut nullam: vt Silenus, qui tale ſedimen album minxit, de quo infrà duo ſignificata iis ſimilia ſcribuntur lib. 1. de Criſ. cap. 12. à Gal. dicẽte. Nam farinæ hordeaceæ craſſiori ſimiles, duarũ ſunt diſpoſitionum indicia, grãdis ſcilicet colliquationis & caliditatis æſtuoſæ, quæ ſanguinem adurit. Quod ergo dixit lib. de Criſib. ſanguinem aduri, dixit in hoc Com. ſanguinem craſſiorem aſſari. Siquidem craſſus eſſe debet, ne in vaporẽ totus exhalet. Quod in lib. de Criſib. dixit, Grandem colliquationem, in hoc Com. dixit, Carnes inæqualiter colliquari. Ea eſt enim magnitudo colliquationis quæ ex hoc ſedimẽto ſignificatur, vt ad recentem & vetuſtam carnem perueniat. Verùm non ſic pernicioſum ſignũ putandũ eſt, vt neminẽ cũ eo ſaluari poſſe exiſtimemus, ſicuti & ex aliis omnibus ſignis prognoſticis, quorum vires ſemper ſunt perpendendæ. Quoniam vbi robur facultatis acceſſerit, poſſibile erit ęgrotãtem liberari: verũ non niſi longo tẽporis ſpatio, quo ad coctionẽ egebit: alter verò cũ ſignis malis citò morietur. Lõgitudinem ſignificari dixit Hipp. Apho. 31. ſect. 7. Quibuſcunq; febricitantibus in vrinis fiunt ſedimina, veluti farina craſſior, longam ęgritudinẽ fore ſignificat. Quod in eo qui in Dealcis horto iacebat, expertus eſt Hipp. lib. 3. de Mor. pop. par. 1. qui cum enæorematis ſimilibus farinæ craſſiori 40. die per ſudorem integrè iudicatus eſt. Muſa temerè videtur arguere Gal. quòd in Com. Aphor. citati, adduxerit hãc hiſtoriã, quoniam (inquit Muſa) de enæorematis loquitur Hip. in lib. de Mor. po. & in Aph. de Sedimine, nõ ergo licebit Apho. probare per hiſt. ex lib. de Mor. po. Conſtat autẽ, quòd & enæoremata & ſedimina ſimilia farinæ craſſiori, vnũ & idem habent ſignificare, vel ſanguinis aſſationẽ, vel carniũ colliquationẽ. Quare ſatis erit ad propoſitũ demõſtrandũ, aliquẽ videlicet ab ea affectione ſaluari tẽporis proceſſu, cum in genere cauſæ nulla ſit differentia, præterquam quod in ſedimine paulò maior aduſtio ſignificatur, ſicut & in nigro ſedimine maior malitia eſt, quam in tali appendiculo, & minor adhuc in nebula. 1. de Criſ. Verùm hoc nihil detrahit à veritate ſententiæ Gal. qui etiã lib. 3. de Mor. pop. par. 3. in hiſt. in Lariſſa virgin. in Com. Gal. appendiculum magis ſurſum, aut deorſum moueri dicit ob flatus commixtionẽ. Nã hoc pacto loci diuerſitas, vbi in aliis fuerit ſimilis diſpoſitio nõ variat ſpeciem, ſed flatũ adeſſe aut abeſſe ſignificat. Quod etiã ad ſedimentũ referri poteſt. Præterea etſi nigrũ ſedimentũ deterius ſit, quàm nigra nebula, vtrumque eſt lethale. Deceptus etiam mihi videtur Actuarius lib. 1. de Differen. vrinarum, cap. 15. vbi enæorema negat eſſe eiuſdem naturæ cum hypoſtaſi. Nam ab omni bono ſedimento coctio ſignificatur, ſimiliter & ab omni bona nebula, ſola ratione maioris & minoris differentibus. Alterum etiam mortuum dixit, lib. 1. de Mor. pop. par. 3. Silenum nomine, qui decimo minxit ſubcraſſum confertim, hypoſtaſin farinam craſſiorem repræſentantem albã, vndecimo obiit. Accuſatur etiam Gal. à Muſa, quòd caſus non ſit ad propoſitum, quoniã in 10. minxit hoc ſedimentum, & in vndecimo mortuus fuit: cùm tamen pluribus ex præcedentibus diebus, minxerit nigram vrinam, in quibus vrina nõ habet illod ſedimentum: verũ ſatis ineptè. putat enim fortè Muſa, quòd vbi aliquod ſignum poteſt præoſtendere aliquem moriturum, aut

Sedimentum referens ſpeciem farinæ craſſioris quid indicet.

Muſa reprehenditur.

Digitized by Google

ſaluandum, tam firmum futurum eſt medicò ex eo ſigno argumentum ad ſalutem, aut mortem, vt nullo alio fretus id euenturum exiſtimet: cùm tamen Gal. in exemplo id tantum oſtendere contendat, vt in illo morièti tale ſignum apparuerit. Nemo enim dubitat nigram vrinam in morituris aliquando apparere, nec tamen ſolam, ſed & multa alia coniungi, quæ ad alias facultates pertinent, nihilominus & vrina nigra & reliqua, ob id ab Hipp. & Gale. exitioſa putantur, quòd in morituris præappareant, non quoniam ea ſola appareant in aliquo ex morituris, vt putat Muſa. In his enim quæ habent cauſæ rationem, vbi multæ coniungantur, nó poterit medicus ex affectu vnam aut alteram intelligere fuiſſe cauſam. Ex ſignis tamen, ſatis eſt ad malitiam eorum oſtendendam, intelligere quod in morituris apparent, & quòd maiori ex parte moriuntur hi, in quibus appareat. Præterea qui in Dealcis horto habitabat, vrinam minxit tertia die cum nigra hypoſtaſi, nihilominus liberatus eſt, meritò ergo alia conſiderantur. Præterea de hoc ſedimento vrinæ Sileni Gale. lib. eódem in hiſt. Cleonactidis inquit, Memoriæ hic rurſus mandabis ſedimenti ſpeciem formamque, quæ maximè poteſt: in vrinis quidem album, ſed craſſium in iis, qui obierunt, fuiſſe ait. Nam in Sileno, qui ſecundus in lib. hoc ſcriptus eſt, ita dixit, Minxit affatim multum ſubcraſſum, ſubſidentiæ craſſiorem farinam repræſentabant albæ. Quòd igitur is moriatur, ille verò non, potius ad craſſitudinem cõrenti ſimilis farinæ craſſiori, quam ad locum eſt referendum, quod non aſſecutus eſt Muſa. Secundo loco ſquamoſum ſedimentum eſt, quod πεταλώδης appellat Hippocra. quod etiam lamineum appellant. Id deterius eſt, quam κριμνώδης, ſiquidem iam non carnem, ſed ipſorum ſolidorum membrorum intimas partes exuri ſignificant: ſicuti & ſedimentum furfuraceum, de quo fere idem ſignificare cum laminco vult Gal. lib. 1. de Cri. dicẽs, At quæ ſolia repræſentant, ſunt vaſorum partes ſuperficiales, quæ ſcilicet omnino ſunt reſoluta, ac contabuerunt, ita vt furfureæ. Quantum verò hæ cum craſſitie habent paruitatem, tanto foliis ſimiles latitudinem, ac tenuitatem maiorem obtinent. Differunt ergo ſola latitudine & anguſtia, craſſitudine, & tenuitate: nam lamineæ ſunt latiores, & tenuiores: furfureæ verò, profundiores ac minus latæ. Præterea ſimilis eſt amborum efficiens cauſa. Cùm enim in Comm. Gal. dixiſſet ſquamoſam ſiue foliis ſimilem fieri ſolidis partibus corporis colliquatis, ad finem Comm. loquens de furfureo dixit, Indicat enim quemadmodum primum ac ſecundum, flammeam febris caliditatem, & colliquantem. Fortè in contrarium adduces ſententiam Hip. lib. 4. Aphor. 77. dicentis, Quibus in vrina craſſa, furfurea quædam ſimul exeunt, iis veſica ſcabie laborat. Non ergo ſignificatur caloris vehementia, & membrorum colliquatio. Reſpondemus quòd Hip. ſatis id diſtinxit dicens, in vrina craſſa, vt per craſſam mediocrem intelligamus: non enim aliunde quàm ex veſica furfures educentur, vrina exiſtente mediocris ſubſtantiæ. Nam ſi vaſa in tantum laborarent, vt ex ipſis furfures educerentur, colliquatis, & exuſtis internis ſuperficiebus, cruda & tenuis mingeretur vrina. Prætee laminas igitur & furfures, vrinæ conditio eſt conſideranda. Nam cum tenuitate ipſius prognoſtica ſententia veritatem habet, licet non ſemper. Vbi enim cum ſcabie veſicæ crudus aliquis morbus in vaſis exiſtat, furfures cum vrinæ tenuitate non indicabunt vaſorum colliquationem. Poſſent etiam vtrinque excerni, ex vaſis & ex veſica, ex quibus caloris præter naturam abundantiam, & veſicæ morbum intelligere licet. Cum craſſa verò vrina citra omnem diſtinctionem verum putandum eſt, quod dixit in Apho. à veſica fieri ſecretionem, ſimiliter & quod non à vaſis. Quod etiam vult de laminea & furfurea. Actuatius lib. 2. de iudiciis vrinarum, cap. 10. vbi de orobea idem refert ad renes & vaſa, cũ vrina tenui aut craſſa: quod dixit de laminea & furfurea, ad veſicam, & vaſa, cũ craſſitudine vrinæ, aut tenuitate. Quod autem dicit Actuarius ex febre etiam diſtingui, non eſt admodum certum. Nã poſſet aliquis ſimul febrili, & veſica ſcabie laborare, neque valeret affirmatiuum argumentum. Febris adeſt, & ſedimentum vrinæ eſt furfureum, ergo euenit ex colliquatione. Nam poteſt fieri, vt ſimul febriat, & veſicæ ſcabiem patiatur. Negatiuum autem valet, Non adeſt febris, ergo non euenit tale ſedimentum ex colliquatione. Adde his omnibus, quòd Gal. 4. ſect. Apho. Comm. 77. furfuream vrinam dicit, non tantum ſignificare veſicam laborare, aut venarum tunicas, ſed aliquando euenire ex eo quòd ſanguis, qui in venis continetur, ſuperaſſatur. Vbi tamen quis voluerit, poterit diſtinguere an ſit à ſanguine, an à venarum ſubſtãtia, ex colore, quemadmodum Actuarius id docuit, circa ſimilaceam vrinam, lib. 2. de Iudic. vrinarum. cap. 10. dicens, veruntamen hic eſt diſtinguenda ſimilacea hypoſtaſis ab aſſato ſanguine: namq; ſi contenta fuerint alba, tunc ſignum eſt ſimilaceam eſſe: ſi verò ſint rubea, ſignum eſt ſanguinis aſſati. Hoc eodem argumento nos in furfurea vtemur. An a veſica eueniant furfures conſulit aduertere Hipp. infrà prognoſt. 37. Tertia ſpecies malorum ſedimentorum in ordine ab Hipp. ſtatuta eſt, tenue album, quod valde malũ eſſe dicit. Sed eò deterius eſt furfureum, quod quarto ordine ſtatuitur, Malitiã autem albi & tenuis Gal. in Com. explicat dicens, Generatio eius eſt de ſpiritu flatuoſo permixto tenacius ſemicocto humorum excremento. De quo etiam & Actuarius lib. 2. de Iudiciis vrinarum cap. 11. eiuſdẽ mentionem fecit dicens, Non latere nos oportet interdum humores quoſdam ad ipſum matulę fundum iam ſubtiliatos & disiunctos à craſſo ſpiritu, aſſatos verò, atque conſiſtentes oſtendere ſimilitudinem quãdam talium hypoſtaſeωn. Aduertendum autem eſt, quòd apud Actuariũ lib. 1. de Differ. vrin. cap. 15. quatuor ponuntur horum ſedimentorum differentiæ, orobinum, furfureum, laminoſum & ſimilaceum. In ſedimento orobino & ſimilaceo aliquam habet à Gal. & Hipp. differentiam: nam lib. de Diffe. vrinarum cap. 15. ſimiliter ipſum depingit, & quod in præſenti dicitur κριμνώδης: dicit enim, Similas omnes nominus vocatas eſſe, quæ ex male molito tritico, hordeóque cribrato videntur, furfures. Quæ namque furfure ſunt pleniora, hæ ſimilæ vocantur, non vt furfures tenues, ſed vt triplici ſpatiatæ. Et ob haſce vocantur ſimilaceæ hypoſtaſes. Sed tamen lib. 2. de Iudiciis vrin. cap. 10. ſimilaceam dicit furfurea, laminea, & orobea peiorem. Cùm tamen Hipp. in præſenti ſedimentum lamineum, aut ſquamoſum dicat deterius, eò quod repræſentat farinam craſſiorem. Pręterea lib. 1. de Diff. vri. cap. 15. orobeum ſedimentum dicit eſſe ſimile orobo excorticato, & eſſe coloris vitelli oui. Et lib. 2. de Diff. vri. cap. 10. dixit ſignificare, pinguedine colliquata iam carnem colliquari. Quod fuſe dicit Gale. de ſedimento ſimili farinæ craſſiori, in præſenti Comm. κριμνώδης. Igitur quòd apud Hippoc. ſimile eſt in pictura, cum ſimilaceo, & ſimile in ſignificatione cum orobino, quæ ſunt apud Actuariũ, poſſet dici, quòd

ſedimen

Squamoſum ſedimentum.

Vrina furfurea ſubſtãtia conſiderãda.

Actuarij argumentum inualidum.

Sedimentum tenue album

ſedimentum, quod eſt veluti farina craſſior, ſi eſt ruffum eſt orobinum & eſt minus malum quàm furfureum & laminoſum, quia ſignificat carnium colliquationem, & ſi eſt album, eſt ſimilagineum, & eſt deterius furfureo, & laminoſo, & ſignificat ſolidorum magnas portiones colliquari, licet Actu. à Gal. aliquo modo varius ſit.

GALENI COMMENT.

CRaſſior farina pars appellatur, quæ effractio inuehitur hordeo grandiuſcula, refugiens ſcilicet molæ confectionem exquiſitiorem. Hæc igitur quoties inuehitur vrina ſedimento indicium non bonum eſt. Si enim farina non affringitur in partes admodum tenuiores, ſpecies farinæ redditur craſſioris. In vrina verò, quoties alimonia pars haud ſanè dedita inſuper duriuſcula permanet. Sed aſſato ſanguine craſſiore, vel conſumptis inæqualiter carnibus, ita contingit. At verò inæqualiter accidit, quoties à calore igneo, quæ recens eſt & nuper concreta caro, in ſaniem reſoluatur, duriuſcula verò ſi iis quæ friguntur in ſartagine ſubſimilis, exſiccata conſtiterit. Prima enim noua ac recens pinguedo conſumitur per huiuſmodi febres, deinde durior ac vetuſtior & ab his deinceps noua, ac recens caro: mox dura, ac vetuſta, poſtremò ſolida iam corporis membra: quibus rurſus inæqualiter conſumptis, ſquamulæ pariter cum vrina excernuntur: & ob eam rem talis vrina deterior eſt, quàm quæ tantummodo ſpeciem farinæ referat craſſioris. Cæterùm aliud eſt tenue ſedimentum, id eſt, non habens corpulentiam, ſed (vt ita dicatur) ſubſimile ſpumæ, tale verò continuo album exiſtit, propterea quòd recipiat in ſe totum circumfluis ſplendorem aëris magis quàm quod craſſius eſt. At verò generatio eius eſt de ſpiritu flatuoſo permiſto tenacius ſemiconcocto humorum excremento. Proprium enim concocti integrè ſedimenti eſt id quod conſueuimus nominare æquale. id accidit quoties totum ſimilare exiſtat. Quod enim vario permiſcetur corpore, diſſidentes obtinet in conditione & colore partes. Inæqualium verò corporum, quæ ex partibus tenuioribus habeant inæqualitatem, deteriora ſunt, quam quæ ex maioribus. Quæ enim ſunt partium maiorum, magnum indicant naturæ robur tantum, quanta fuerit ſubſtantia magnitudo exquiſita ratione confecta. Quæ verò tenuiorum ſunt, promitti à materia indicant facultatem, & veluti pugnam habere æqualem atque ea res in omni inæquali corpore promiſcua eſt. Particulares verò in eo differentiæ pro virtute concoctæ materiæ, vitióque non concoctæ, exiſtunt. Porrò ab his tribus ſedimentorum differentiis aliam quartam adiecit, furfureum ſedimentum: quod inquam deterius quàm tertium eſt. Indicat enim quemadmodum primum ac ſecundum flammeam febris caliditatem & conſumentem: quo quidem non quartum ſed tertium proditum eſſe oportet.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte vocabulum κρίμνον, interpretatur, dicens ſignificare partes grandiuſculas ex hordeo, quæ cum farina hordei deportantur, quæ effugerunt molæ integram confectionem. Hoc ſedimentum in vrina non bonum ſignum eſſe dicit: non enim ſequitur defectum confectionis alimenti, ſed aut aſſatum ſanguinem craſſiorem, aut carnes inæqualiter colliquatas. Colliquantur autem carnes inæqualiter, quoties calor præter naturam recentem carnem conuertit in ichôrem, hoc eſt, tenuem ſaniem & vetuſtam exurit, ac ſi fricta eſſet in ſartagine. Ordinat etiam quinque conſumptiones, quas fieri contingit: à calore enim præter naturam, primò colliquatur recens pinguedo, deinde antiqua, deinde recens caro, deinde antiqua, & quinto ac vltimo loco ſolida membra, quibus colliquatis

Ordo eorum quæ colliquantur.

ſedimentum ſquamoſum excernitur. Hoc ſatis conſtat, quoniam vnumquodque horum quantò minus reſiſtit, tantò facilius & citius colliquatur. *Craſſior farinæ pars.* Græcè κρίμνα. *Sic enim farina.* Græcè ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀλεύροις. hoc eſt, in farina enim. *In ſaniem.* Græcè εἰς ἰχῶρας, id eſt, in tenuem ſaniem, Vbi legitur *Conſumptis.* Græcè συντηκομένου, id eſt, colliquatis. Sic & in omnibus locis. Colliquatur autem caro à calore quemadmodum & pinguedo, ſolida quoque membra ſubſtantiam quandam habent inter fibras quæ eſt carni ſimilis, quæ ſimiliter colliquari poteſt vt caro, vt lib. 10. de Morb. cur. Galen. inquit, Siquidem in ſingulis ſimplicium, ac primarum, quas vocant partium (vt in diſſectionibus contemplatur) alia portio ſubſtantiæ earum eſt, veluti fibroſa, alia membranoſa, alia carnoſa, ſicut exempli cauſa, cùm vena vnicam tunicam habeat & eam tenuem, licet fibras in ea inuenire multas quæ ſint araneoſis quibuſdam interlitis contexta, quibus vtriſque ipſa propria venæ ſubſtantia adnaſcitur. Hæc alia in aliis partibus habetur, nec vllum commune nomen eſt nacta. Cæterùm docendi cauſa nihil vetat eam carnoſam ſubſtantiam voces, vel certè huius particulæ carnem. Quando ergo Gal. in præſenti colliquari dicit ſolida membra, intelligere oportet ipſorum carneas partes: ſubſtantia enim fibrarum, & membranarum non colliquatur, ſed vt vult Galen. 10. de Morb. cur. parte citata, nec fas eſt eiuſmodi ſingularum partium fibras à malignis, febribus liquari, ſicuti & carnes. Et infrà ipſam duram carnem potius ſiccari, quàm colliquari vult, dicens: Vbi illis tum adeps, tum caro mollis deficit, duras & ægrè liquabiles carnes ſiccant, à quibus propter ſiccitatem nihil defluit. Si ergo à duris carnibus nihil defluit, quantò minus ab ipſis membranoſis, & fibroſis partibus, & oſſibus? Quo tempore ergo caro ſolidorum colliquatur, ſubſtantia ſolidior exſiccatur, & à partibus fibroſis, & membranoſis ſquamulæ, & furfures exiliunt. Ratio verò quare pinguedo & caro colliquantur, non tamen ſolidæ particulæ, ſumitur ex eo quod dixerat Galen. lib. 7. de Morborum curatione. Nam eſt & altera ſiccitas, vtique cum ea quorum ſubſtantia ex humore concreto conſtat, ſicut caro & adeps ſunt liquata. Vult ergo ea liquari, quæ ex humore concreto ſunt, liquatur autem à calido, quod à frigido concreuit, apud Ariſt. lib. 4. Meteororum, cap. 6. Si ergo pinguedo & caro à calido liquantur, à frigido concreuerunt: & ſignatim de carne lib. 2. de Gen. anim. cap. 4. loquens de alimento, quòd per venas deducitur, inquit, per venas igitur & meatulos, quouſque alimentum reſudans, quemadmodum aqua per crudiuſculam cutem, in carnem, aut carni proportionale conuertitur, frigore conſiſtens, ex quo fit, vt caro ab igne reſoluatur. Quòd ſi obſtiteris, dicens in humano corpore non eſſe adeò abundantem frigiditatem, vt poſſit concretionem efficere. Reſpondemus, paruam poſſe id perficere: nam in locis cordi proximis adeps concreſcit, quum tamen nemo neget adipem à frigore coaleſcere, licet & caro, & adeps à calore habeant generationis principium: ſolida verò membra à calore & ſiccitate in totum efficiuntur.

Fibra non colliquantur

In ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm) de tertia ſpecie ſedimentorum, de quibus loquitur Hipp. dicit generationem eſſe ex tenui ſubſtantia, quæ recipit aëris ſplendorem, quemadmodum ſpuma materia ipſius eſt, ſemicoctum excrementum, mixtum flatuoſo ſpiritu tenacius. Si enim coctum eſſet,

inæquale non eſſet, neque ex diuerſis mixtum ſubſtantiis. Eſt autem deterius, quia ex paruis partibus conſtituitur. Quantò enim maiorem molem habet id quod præter naturam excernitur, robur oſtendit minus: quantò verò minorem, maiorem pugnam naturæ & morbi. Contra hanc Galen. ſententiam poſſet quis obiicere probando, quòd quantò maiores fuerint partes, quæ excernuntur, tantò contenta in vrinis ſint deteriora. Nam quantò calor præter naturam magis occupat ſolida membra, tantò ſquamæ, aut furfures exilientes ſunt maiores, ergo maiores portiones minoribus ſunt deteriores. Primum probatur ex Actuario lib. 1. de Cauſis vrinarum cap. 20. qui de contentis in vrina ſimilaceis, lamineis, & furfureis loquens, dixit, Hanc ob rem quò febris magis attigerit ſolidiora membra, eò maiora, & euidentiora fruſtula abſciſſa conſpectabuntur: maiores maiorem febrem oſtendunt. Ad quod reſpondemus, quòd eorum quæ ſunt præter naturam, quæ in vrinis continentur, quædam ſunt partes cauſarum præter naturam, vt humorum malorum, aut excrementorum, vt ſedimen album tenue, quod ſpumoſum dixit Galen. in Comment. quædam ſunt partes membrorum, quæ ex materia erant ſecundum naturam, & cauſam efficientem habent præter naturam, vt ſquamæ, & furfures. Contenta quæ ſunt partes membrorum, quantò maiora, peiora ſunt, vt vult Actua. contenta verò quæ ſunt excrementorum partes, quantò maiora, tantò meliora, & quantò minora, tantò peiora: vt vult Galen. in Comment. de ſubſidentia alba tenui, quam dicit fieri ex ſemicocto humorum excremento cum ſpiritu flatuoſo mixto, & idem vult ipſe Actuarius cap. citato dicens, Verùm non ignorare portet interdum humorum crudorum ſpiſſatorum effigiem quandam apparere vergentem ad ſpecies ſimiles prædictarum hypoſtaſium, quemadmodum accidere ſolet iis quæ coquuntur in ſartagine. Hæc enim dum aſſantur, arctantur, atque quò magis vſtulantur, eò peiora rediguntur. Similia his conſiderare oportet, & hoc pacto ſe habere in vrinis, atque coniectandum quò minora fuerint fruſtula, eò imminentiorem febrem eſſe. *Peruinci à materia.* Græcè νικᾶσϑ πρὸς τ̃ ὅλης, hoc eſt, in totum vinci: ſed tamen verior eſt Latina litera, & codex Græcus legendus, vt Laurentianus ipſum legit, νικᾶσϑ πρὸς τ̃ ὕλης. paruiſſimo namque lapſu mutati ſunt, qui modo extant codices. Antiquus quoque interpres vt Laurentianus legit.

Maiora maius robur oſtendunt.

Contentum præter naturam quanto maiora, peiora.

Codex Græcus corrigitur.

In tertia parte, quæ incipit (Porrò) quartam ſpeciem ſubſidentiæ refert, nempe furfuraceã, quæ potius tertia eſſe deberet, vt coniungeretur cum aliis, quæ ſequuntur aduſtionem & igneam caliditatem. Eſt tamen tertia deterior; nempe alba tenui, vt vult Hippoc.

PROGNOSTIC. XXIX.

NEbulæ verò quæ vrinis inuehuntur, albæ quidem bonæ, nigræ verò malæ.

Hippocrates νεφέλην, id eſt, nebulam ſolet appellare, non tantùm quod in ſuprema naturæ parte ſupernatat, ſed & quod in media ſuſpenditur, vt hic, & infrà progn. 36. vt etiam refert Galenus lib. 1. de Criſib. capit. 12. licet Galen. claritatis gratia ſtatuat eam quæ ſupernatat appellare nebulam, & quæ ſuſpenditur, ἐναιώρημα, id eſt, appendiculum, Hippoc. quoque in præſenti loco de ſuſpenſione loqui volens, nebulæ ἐμφερόμεναι, dixit, hoc eſt, nebulæ, quæ inuehuntur, aut intus latæ. licet etiam in lib. de Morb. popul. ſæpe hoc vocabulo, ἐναιώρημα vtatur. Hoc itaque appendiculum vbi album fuerit, laudabile eſt, propterea quæ de albedine ſedimenti, & puris dicta ſunt ſuprà, & in Com. vlt. 1. libr. Nigrum autem appendiculum malum eſt, quoniam ſignificat vehementem frigidi, aut incendentem caliditatem, vt vult Galen. in Comm. & oſtendunt eius exempla. minus autem malum eſt appendi nigrum quàm ſedimen nigrum, & magis malum quàm nebula nigra. Galen. enim libr. 1. de Criſib. cap. 12. inquit, Atque etiam earum quæ in ipſis (ſcilicet vrinis) attolluntur, aut ſuprà vehuntur nebularum, ad eaſdem cauſas refertur, calorem ſcilicet immoderatum, aut mortificationem ex refrigeratione vehementi. Peſſima eſt igitur omnis vrina denigrata, adeò vt neminem vnquam ſeruatum viderim ex his qui talem vrinam minxerunt. Minus verò perniciosa, ſi ſolum id quod ſubſidet nigrum fuerit: atque adhuc minus, ſi ſolùm id quod in medio iacet, ac multò etiam minus ſi nebula. Intelligendum enim eſt, quòd quemadmodum bonum contentum quantò inferius, tantò melius: malum quantò inferius fuerit, tantò deterius eſt. Quod etiam ſcripſit Actuarius lib. 2. de Iudiciis vrinarum, cap. 13. dicens, Itaque bona contenta à ſuperioribus locis ad inferiora deſcendendo volunt transferri: ab inferioribus verò reuerti contrarium eſt. Praua verò melius eſt vt à fundo abſiſtant, quàm ad ipſum concedant. Præterea eſt aduertendum, quòd hic de duabus nebulis extremis ſiue duobus appendiculis fecit mentionem, quarum alba bona eſt, bonum quæ iudicat in morbis futurum iudicium: nigra verò mala, quæ malam ſignificat iudicationem. Quædam tamen eſt media non ſimpliciter alba aut nigra, quemadmodum & in aëre ambiente aliquando nubes obſcuræ, nigræ, & tenebroſæ apparent, aliæ non adeò obſcuræ, vt nigræ dici poſſent, quales in aëre ſereno permeare videntur, quæ neque adeò bonæ vt albæ, neque adeò malæ ſunt vt ſimpliciter nigræ. Quale appendiculum habuit Pythion lib. 3. de Morb. pop. par. 1. hiſt. 1. vbi Hipp. de eius vrina loquens dixit, ἴσχοντα ἐναιώρημα ἐπινέφελον, id eſt, habentem appendiculum nebuloſum, qui iudicatus eſt: verùm quarto die à iudicatione ſuppuratio facta eſt, & ſtrangurioſus abſceſſus, vt inquit Hipp. & Gal. in Com. hoc idem teſtatur dicens, Sic vrinam & enæorema nebuloſum mihi videtur appellare Hipp. quod neque album eſt colore, neque nigrum exactè, ſed inter hæc medium. Tale igitur enæorema Pythioni factum eſſe eſt ſuſpicãdum. Nam ſi album fuiſſet imperfectam iudicationem non feciſſet, quemadmodum ſi nigrum, non probant: quoniam verò inter album & nigrum eſſet, ob id quidem bona effecta eſt iudicatio, ſed incompleta. Sed ex appendiculis quidam tendunt magis ſurſum, quidam magis deorſum, quod ad flatus mixtionem eſt referendum, vt Gal. lib. 3. de morb. pop. par. 3. in Comm. hiſt. in Lariſſa virgine ad finem.

Nigrum appendiculum.

Appendiculi locus ad flatum refertur.

GALENI COMMENT.

CVm de diſcrimine docuiſſet ſedimentorum, deinceps ad nubeculas ſe confert, indicans, vt ſublimamentum appellitet nubeculã, adiectione verbi inuehitur, è quibus vt nigram meritò criminetur, perſpicuum eſt. ſiquidem nigredo aut ob vehementem accidit frigiditatem, (qua ratione ſanguis quoque nigreſcit congeſtis globulis: & quicquid extinguitur, in plenum frigeſcit) aut propter exuperantem calorem, etenim ſanguis rurſus trahit nigrorem ſi crematur quemadmodum alia omnia corpora; & qui diutius in ſole diuerſantur æſtiuo, nigri redduntur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte dicit Hipp. vſque adeò locutum

de ſedi

de ſedimento in vrina, modò verò loqui de nebula. Hæc autem appendiculum eſt, quod oſtendit per verbum ὑποφερόμενα, hoc eſt, quæ iouehuntur. Nam quod iouehitur, appendiculum eſt, neque vt nebula ſupernatans, noque vt hypoſtaſis ſubſidens.

In ſecunda parte, quæ incipir (Siquidem nigredo) malum eſſe dicit appendiculum nigrum, quoniam ſignificat vehementem frigiditatem, aut ſimilem calorem.

PROGNOSTIC. XXX.

QVandiu vrina fuerit ruffa & tenuis, crudum ſignificat eſſe morbum.

Vrina ruffa tenuis cruditatem ſignificat.

Ex ſubſtantia & colore argumentum accepit Hippocr. ad ſignificandum morbi cruditatem. Vt enim explicui in expoſitione 26. ſi vrina ſubtuffa fuerit, bene colorata eſt, ac bilem ruffam modicè commiſceri cum vrina ſignificat, conſtat autem qoòd ruffa aut plutimam bilem, aut ipſam admodum ſinceram & intenſam in colore ſignificabit. Quoniam tamen contingit ob laborem, aut inediam mingi vrinam colore intenſiorem, quàm naturalis, & magis bilioſam, quæ tamen non erit ctoda: ad ſignificandam cruditatem, addit Hippoc. tenuitatem. Vbi enim ſimul cum ruffo colore contuogitur tenuitas, cruda ſignificatur ægritudo, maximè quoniam vrina, quæ talis fuerit, nullum ſedimētum habere poterit. ſic enim inquit Gal. lib. 1. de Criſibus cap. 12. Nam & ex ipſis ſanis his, qui multum laboraot, & pauciori cibo vtuntur, ſunt vrinæ bilioſiores, quare neqoe ſimpliciter Hippoc. vituperaoit vrinam ruffam, ſed quando ſimul cum ruffedine habuerit ſubtilitatem. Ita igitor inquit, Dum ruffa fuerit vrina ac tenuis, morbum crudum ſignificat. Liquet autem quòd neqoe aliquid ſubſidet vrinis huiuſmodi: neqoe enim contingit vt quæ tenuis ſufficienter fuerit, vel ſi multo tempore quieta ſteterit, aliquam recipiat ſecretionem: adeò vt craſſior pars, quæ in ipſa peodebat, ſubſideat, tenuiot verò ſuperferatur. nam hoc ſolùm aduenit iis, quæ aliquam craſſitudinem habent. hæc Galen. Micta igitur & ſtatim viſa vrina ruffa tenui, morbum eſſe in principio dicere licebit, neque expectare opus eſt, an reſideat, quoniam nunquam teſidebit. Quare autem de ruffis id ſcripſit Hippocr. cùm tamen ſatis eſſet dixiſſe tenues vrinas ſignificare cruditatem? Ratio eſt, quoniam poſſet aliquis putare ruffam coctam eſſe, quoniam in ea caloris oſtenditur abondantia. Nemo igitur putet ruffaoi vrinam coctam eſſe, niſi ſimul habuerit craſſitudinem. Huius ſententiæ meminit Galen. lib. 3. de Morbis popul. part. 1. in hiſtor. Pythionis, Comment. 4. vbi πυῤῥὸν, quod nos ruffam, Meldenſis fuluam dixit, & lib. 1. de Criſibus cap. 17. dixit eſſe ſignum debilis, & occultæ coctionis vrinam ruffam tenuem, quemadmodum quæ turbida mingitur & talis permanet.

Vrina ruffa tenuis non ſubſidet.

GALENI COMMENTARIVS.

VRina naturalis modicè crocea eſt, vtpote ex humore conſiſtens concocto, qui flaua bilis parum recepit. Hac vbi modum excedat, aut admodum ſyncera permiſcetur, vrina ruffa apparet. Ergo ſi adeò talis colore eſt, vt etiam tenuis ſit, crudam eſſe ſignificat ægrotationem, oportet enim vt in colore diximus, modicè croceam eſſe debere naturalem vrinam, ita etiam modicè ſe habere in conditione, nec ita tenuem eſſe, quemadmodum aqua, nec adeò craſſam, vt aſſimiletur vrina iumentorum. Sed omnia ſunt integrè de natura vrinæ, ac differentia prodita libro de Indicatione: inde ea diſtas licebit, ſi verus fueris præſenſionis amator. Intentio namque in enarrationibus eſt, illuſtrare id quod obſcurum dictum videtur. At verò decernere quædam verè ſint prodita, & quæ ſecus, & item adiicere demonſtrationis fidem vtriſque, ex ſuperabundanti extitit.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

Primò Galen. oſtendit qualia debeat eſſe vrina naturalis, nempe modicè pallida, & in ſubſtantia modicè craſſa: non adeò tenuis vt aqoa, neque adeò craſſa vt iumentorum. Hæc enim duo vt extrema craſſitudinis ac tenuitatis ſtatuit Gal. *Crocea.* Græcè ὠχρὸν, id eſt, pallida. *Libro de Indicatione.* Græcè ἐν τοῖς περὶ κρίσεων. id eſt, in libris de Criſibus nempe 1. cap. 12. & 17. *Præſenſionis.* Græcè προγνωστικῆς θεωρίας, id eſt, prognoſticæ conſiderationis. *Intentio namque in enarrationibus.* Quod ſit expoſitoris officium explicuimus in expoſitione præfationis: ac cauſiloquia ſiue rerum demonſtrationes, ex abundanti eſſe.

Vrina extrema craſſitudinis ac tenuitatis.

PROGNOSTIC. XXXI.

SI autem diuturnus fuerit morbus, & vrina talis fuerit, periculum eſt ne homo ſufficere non poſſit, donec vrina concoquatur.

Medici generoſi officium.

Vt inquit Galen. lib. 1. de Criſibus cap. 4. generoſi medici eſt, atque arte Hippocratica digni officium, futurum ſtatum præcognoſcere: cùm omnem victus rationem ad ipſum inſpiciens inſtituat. Ratio eſt, quia nemo ante ſtatum iudicari poteſt, aut non bene iudicabitur. Id enim eſt quod dixit Hippocr. Aphor. 9. 1. ſection. Conſectari autem oportet ægrotantem, ſi ſufficiat cum victu donec morbus conſiſtat, & ounquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare: vel morbus antè deficiat atque hebeteſcat. Quod etiam Galen. in præſenti Comm: ad memoriam reuocare præcipit ex Aphor. Cùm igitur vrina ruffa tenuis crudum ſignificet morbum, ſignificat morbum eſſe in principio, ac longè diſtare ab ſtatu: quòd ſi diu talis fuerit, multo magis conſequitur, vt cum periculo morbus ſit. Si enim finiri debet in ſtatu cum integra coctione, & cum vrina ruffa tenui nulla nota adeſt coctionis, longè aberit ab ſtatu. Sed longo tempore durare facultatem non eſt poſſibile, niſi fuerit fortis. Periculum igitur erit abolitionis. Verumtamen addit Hippocr. vbi in diututno morbo talis fuerit vrina. Nam vbi breui tempore talis apparuerit, & rurſus, gratia exempli, poſt 4. aut 5. mingatur craſſa, aot cum aliqua nebula, noo longè abeſt tempus ſtatus, neque imminet periculum abolitionis, ante perfectam coctionem. Æquale enim, aut ferè æquale tempus requiritur ad hoc, vt coctio finiatur cum tempore ab initio morbi, vſque qoo aliqua coctionis nota manifeſtetur. Ob id dixit Hipp. Aphor. 71. 4. ſection. Quibus ſeptima iudicatur, his nebulam rubeam quarta die habet vrina, & reliqua ſecundùm rationem. Æquale tempus definit Hippoc. ab initio vſque ad nebulæ apparitionem, & à oebula in coctionem integram. Velle enim in omnibus quatnor dierum ſpatium ſufficere ad integritatem coctionis, eſt contra id quod probauit Gal. qui in Comm. illud negat. Sed vbi in 14. apparuerint ſigna, in 20. finiri dicit: & ſi in 11. apparuerint, in 17. aut 20. Itaque aut æquale, aut paulò minus tempus exigitur, ab hora qua apparet nota aliqua coctionis, donec coctio finiatur, cum tempore ab initio vſque io tempus, quo primùm talis apparuerit nota. ſi ergo diutius mingitur vrina ruffa tenui, hoc eſt, cruda,

Tempus quo apparent nota coctionis, cùm æquale eſt tempori complementi fere.

Digitized by Google

cruda, aut in ipſa die, aut ſubſequenti, longum futurum morbum prædicere poteſt medicus, ſcilicet aut in die, in qua apparuit talis ruffa tenuis, aut in ſequenti, in qua notæ coctionis fortè iam incipiunt apparere, vbi diu non apparuerint. Quo præſagio habito coniectari oportet facultatem, an ſufficiat ad horam perfectæ coctionis, & morbi finem. Prædicere quoque periculum, quod pendet ex comparatione facultatis, ad ipſam morbi longitudinem, & nonnunquam etiam mortem. Qui tamen ſint morbi diuturni dicam circa progn. 35. libro tertio.

GALENI COMMENT.

Quoties morbus diutius incoctus permaneat, periculum imminet abolitionis, niſi facultas morbo reſiſtens quam maximè valeat. Cæterum conſtat vt ad hūc reuocari locum poſſit ſententia, qua præcipitur conſiderandum eſſe quo pacto ſuperſint vires, & quantum morbus concoctionis requirat, & vtrum æger durare poſſit ad conſiſtendi vigorem vſque ægrotationis.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hic Comm. non eget annotatione, præterquàm quòd vbi legitur, *Sententia qua.* Græcè habetur, τὸ κατὰ τοὺς ἀφορισμὸς, id eſt, quod in Aphoriſmis. *Quo pacto ſuperſint vires.* Græce πηλίκη μέν ἐστιν ἡ ῥώμη τῆς δυνάμεως, hoc eſt, quantum eſt facultatis robur.

Ad conſiſtendi vigorem vſque ægrotationis. Græcè μέχρι τῆς ἀκμῆς αὐτοῦ. hoc eſt, vſque ad eius ſtatum.

PROGNOSTIC. XXXII.

EX vrinis verò magis exitioſæ ſunt fœtidæ, & aquoſæ, & nigræ, & craſſæ.

Quoniam Hippocr. periculoſam dicit vrinam ruffam tenuem, vbi diutius mingatur, ad eius comparationem magis exitioſas dicit eſſe, quæ ab eo in præſenti prognoſt. ſcribuntur. Quarum quædam ſubſtantia, quædam colore, quædam odore damnantur. Subſtantia damnantur aquoſæ & craſſæ: aquoſæ tamen in ſubſtantia ſimul & colore peccant: quæ verò tales ſunt cruditatem oſtendunt ſummam in humoribus. Habent enim duas conditiones, quibus aquæ ſimiles ſunt, nempe ſubſtantiam veluti aquam, & colorem album. Licet non propriè liceat albam aquam appellare, ſatis eſt ſi fuerit omni colore priuata, & ob tenuitatem & tranſlucentiam, alba vulgo appelletur. Sicut & vinum album dicimus, & ab Hippocr. appellatur 3. de Rat. vict. acut. Hæc itaque magis cruda eſt, quàm quæ mingitur turbida, & talis permanet: ſiquidem hæc aliquam ſignificat in humoribus factam agitationem, vt vult Galen. 4. ſection. Aphor. Comment. 70. & magis cruda eſt quàm quæ dicta eſt ruffa tenuis, ad quam venit tanquam deterior comparanda. Quoniam hæc non tantùm cruditatem ſignificat, ſed adeò magnam, vt neque bilem generare, neque vrinæ commiſcere ipſam poſſit naturalis facultas ruffa & tenuis. lib. 1. de Criſibus cap. 12. occultæ & debilis coctionis eſt ſignum. Dixit autem Galen. in Comment. ſignificare ſummam cruditatem, quia illa quæ præter id quòd aquoſa eſt, ſtatim mingitur, licet duarum facultatum ſignificet languorem, vt 1. lib. de Criſibus. cap. 12. non tamen ſignificat magis hac concoctricis languorem, ſed adhuc minus. Nam quæ ſtatim mingitur non concoquitur, cùm non retineatur: hæc tamen de qua loquimur, nec detenta coquitur. Confirmatur hæc ſententia ex lib. 1. de Criſibus. cap. 12. cùm de turbatis vrinis loquens inquit, Quæ verò ad ſummum eſt incocta, has omnes ſuperat. eſt autem aquoſa exquiſitè, neque iam coqui incipiens, nec turbulenta, neque coquenda, ſicuti quæ paulò pòſt perturbatur, ſed veluti deſperatæ coctionis accidens, quæ talis eſt, venoſæ naturæ paſſionem oſtendit, ſimilem ei quæ ventris cruditas nominatur. Contra ſententiam præſentem videtur, quòd ſigna cruditatis non debeant eſſe mala, vt libr. 1. de Criſibus cap. 5. ſed non bona, quæ potius ſignificant longitudinem quàm perniciem. Quod etiam lib. 1. de Morbis popul. part. 3. in hiſtoria vxoris Philini, de ſignis loquens Galen. inquit, Augetur itaque ex his omnibus dignotio malitiæ morbi, non tamen quòd prorſus ex his morietur nobis conſtat, veluti quòd ſitibunda eſſet, neque quòd vrinæ eſſent tenues, & decolores. Nempe tales vrinæ vt coquantur tempore egent, non tamen pernicioſæ prorſus exiſtunt. Si igitur tenues & decolores non ſunt pernicioſæ, & tales ſunt aquoſæ, conſtat quòd aquoſæ non erunt magis exitioſæ, vt inquit Hippoc. quoniam non ſunt exitioſæ. Præterea Galen. 1. ſect. Aphor. Comm. 12. inquit, At verò ſigna cruditatis diutinum quidem ex neceſſitate morbum ſignificant, ſed quantum in ipſis eſt, neque moriturum, neque euaſurum è morbo hominem oſtendunt. Ad quod reſpondemus quòd aquoſa exquiſitè neque coqui incipit, neque coquenda eſt: tollit ergo coctionem & ſpem coctionis: tenuis autem & decolor tollit coctionem, ſed non ſpem: quia quæ talis eſt, non neceſſariò habet aquæ tenuitatem. Quare prima erit *Aquoſa vrina valde exitioſa in acutis.*
de qua loquitur Hippocr. in prognoſt. ſecunda eſt, de qua Galen. in locis citatis, vbi non pernicioſum, ſed diuturnum oſtendere morbum inquit. Aliter dici poteſt, quòd intelligitur in acutis morbis: in aliis enim non eſſet exitioſior. Hæc enim vrina aquoſa, 4. ſection. Aphoriſ. 72. appellatur alba perſpicua, de qua Galen. in Comment. inquit, Vrinæ tales extremam cruditatem oſtendunt, quare & morbos longos faciunt. quædam verò ex ipſis, cùm anticipauerint vires diſſoluere, ſunt pernicioſæ, veluti in phreniticis, & infra. Aquoſæ autem vrinæ (tales autem ſunt albæ perſpicuæ) magnam cruditatem oſtendunt, & præterea flauæ bilis impetum ad caput factum eſſe. Intelliges itaque in morbis talibus vrinam aquoſam admodum exitioſam eſſe: quia acuti ſunt & breui ipſam coqui eſt impoſſibile. Fœtida item vrina damnatur, quoniam magnam *Fœtida vrina.*
ſignificat putredinem in humoribus: fœtor enim putredinis indicium eſt, vt ſuprà dictum eſt de deiectionibus, Comment. 22. Vbi fœtidas deiectiones dixit magis lethales, ſicut hìc fœtidas vrinas. Quòd ſi ſimul eſſet fœtida, & prauè colorata, eò deterior eſſet, vt Actuarius lib. 1. de Prauidentiis ex vrinis cap. 17. inquit, Igitur vrina malè olens cum prauis ſubſtantia, & contentis profluens, arguit omnem corporis habitudinem maleficatam eſſe: ita vt opinandum ſit mortem vicinam eſſe. Nigra ſimiliter damnatur, vt in Comment. 25. quia ſignificat color niger frigiditatem internecinam, aut caliditatem vrentem. De hac dixit lib. 1. de Criſibus cap. 12. Peſſima igitur eſt omnis vrina denigrata, adeò vt neminem vnquam ſeruatum viderim ex iis, qui talem vrinam minxerunt. Contra ſententiam Galen. eſt Hippocr. 3. de Morbis popul. part. 3. in hiſtor. in Abderis Heropitus. & in hiſtor. in Abderis Nicodemus, qui nigras tenues minxerunt vrinas, verùm liberati ſunt. Sed aduertendum quòd Galen. in lib. de Criſibus non negauit id eſſe poſſibile, ſed id ſe vidiſſe negat. & in hiſtor. Heropiti

piti

piti dixit tempore longo egere ad coctionem. Præterea in longis morbis facta excretione per modum iudicationis, vt in quartana, lienis inflammatione, aut obſtructione, aut in morbis renum, poſſibile eſt cum vrina nigra ægrotantem ſaluari, vt conſtat. Cæterùm in acutis morbis, de quibus modo loquimur, lib.3. de Morbis popul. part.3. In Thaſo mulier auſtera vrinam habuit tenuem, nigram, & liberata eſt, vt inquit Gal. in Comment. quia menſes retenti fuerunt melancholici, & erat per vrinam à natura facta excretio. Nigra itaque vrina nonnullos liberat, quemadmodum & nigra deiectio, per modum iudicationis. Craſſa rurſus vrina damnatur, tanquam magis exitioſa. Vrina verò craſſa ab Hippocr. appellatur aliquando quæ mediocris eſt, vt à tenui differat: vt in Aphoriſm.76. & 77.
Vrina craſſa. 4. ſection. Quibus in vrina craſſa exiſtente, & in illo, quibus in vrina craſſa furfurea. Gal. enim in vtroque Comment. de mediocri dictum putat. Sed impropriè craſſæ dicuntur tales, vt ait ibi. Gal. Comment.76. nec nos latet, quòd propriè quidem ſecundum exceſſum oppoſitiones ita nominantur: per abuſionem autem, & medio, & mediocri, & extremorum nomina tribuuntur, cum & ad maximè craſſum, tenue: & ad maximè tenue, craſſum nominetur. Vrina item craſſa appellatur, quæ mediocri craſſior eſt, vt infrà prognoſt.65. vbi admodum craſſa ſcribi non debet, ſed craſſa, vt conſtat ex Græco codice, & Galen. in Comment. explicat eam eſſe, quæ eſt naturali craſſior. Is etiam eſt communis hominum intellectus, quoties aliquid craſſum, aut tenue appellant, vt ad mediocre comparationem faciant. In præſenti tamen loco Hipp. craſſam eam appellat, quæ mediocri craſſior multò eſt. Poſſet autem craſſa ſimpliciter eſſe admodum exitioſa, etiam ſi non eſſet admodum talis, vbi ſimul eſſet craſſa ac nigra. Quod credi poſſet eſſe ad mentem Hippocr. Si tamen quis velit nigram à craſſa ſeparare, & craſſam adhuc naturalis coloris, magis exitioſam dicere, verum dicet, vbi fuerit craſſa admodum, qualis iumentorum. Nam Comment.26. dixit optimam vrinam debere eſſe conſiſtentia mediocrem, inter tenuem aquoſam & craſſam corpulentam, qualis iumentorum. Vbi in extremo craſſitudinis ſcripſit eam, quæ eſt veluti iumentorum. Craſſa enim vrina, vbi non eſſet admodum talis, poſſet morbum iudicare, ſi multa ſimul fuerit. ſicuti in prognoſt.65. infrà. Verùm craſſa admodum agitationem ſignificat craſſæ materiæ, ac denſæ, factam à colore, vt in Comment.70. ſect.4. Aphoriſm. quas paucas eſſe ſtatim ſequitur. Nam id voluit Galen. 4. ſect. Aphoriſm. Comment.69. dicens, Non abſque ratione autem craſſæ vrinæ ſunt multitudine paucæ, vt quæ vix renes pertranſeant. Has etiam vituperauit Galen. lib.1. de Morbis popularibus part.1. Comment.26. dicens, De vrinis quoque didicimus, quòd tenues decolores & paucæ, aut craſſitudinem habentes, & paucæ ſunt prauæ. Ratio autem quare iſtæ ſunt eædem quæ in prognoſt. præſenti, apud Hippocrat. eſt, quoniam craſſæ admodum, ſtatim ſequitur vt paucæ ſint, vt dixi ex Galen. Præterea tales ſubſidere non debent: nam ſi ſubſiderent, ex craſſis fierent tenues: ſed debent tales permanere. Si tamen velis dicere non neceſſariò eſſe paucam eam craſſam vrinam, de qua loquitur Hippoc. dices etiam, quòd vbi in magna quantitate mingatur, in ratione iudicationis euenire poterit. Et quòd cùm non euenerit, ſub tali ratione erit pernicioſa, & id ex coctione diſtingues, quæ præceſſit.

GALENI COMMENT.

VRina aquoſa, tenuis quidem conditione, colore verò candida eſt, ſummam indicans humorum cruditatem, naturalis verò facultatis debilitatem. At verò de quauis vrina fœtida antea eſt (quemadmodum de nigra quoque) perſcriptum. Hæ igitur iunctim ac ſeorſum per ſe exitioſæ ſunt. Cæterùm craſſa vtrum per ſe ſeorſum exitioſa cenſenda ſit, an copulanda cum prædictis, aut nigra, dignum conſideratione eſt. Igitur quæ ipſi nouimus diligenter obſeruando, dicemus, vt ex illis orſus, ſimul ſcias veritatem. ſimúlque meliorem eligas enarrationem. Vrinam nigram quò fuerit craſſior, eò deteriorem haberi obſeruauimus. At ſi colorem habeat naturalem, duplicem habet euentum, interdum ad mortem, interdum ad ſanitatem propinquam, quemadmodum alia multa præter naturam, quippe corpus per illa repurgatur. Cæterùm conſtat vt ab Hippocr. craſſa dicatur vrina, quæ permultum talis habeatur. Quæ enim ſimpliciter craſſior quàm naturalis exiſtit, non admodum exitioſa habetur. *Nota quæ de vrina nigra dicuntur hoc loco à Gal.*

ANNOTATIO SN GAL. COMMENT.

IN prima parte de vrina aquoſa dicit ſummam indicare cruditatem, & fœtidam ac nigram, ſiue iſtæ duæ notæ ſimul in eadem vrina coniungantur, ſiue vnumquodque per ſe exiſtat. *Vrina aquoſa.* Græcè τὰ ὑδατώδη, λεπτὰ μὲν τὴν σύστασιν ἐστί, λευκὰ δὲ τὴν χροιὰν ἀπεψίαν μὲν ἐσχάτην ἐνδεικνύμενα τῶν χυμῶν. quod eſt, aquoſæ vrinæ, tenues quidem ſubſtantia ſunt, colore verò albæ ſummam humorum cruditatem indicantes. Differt autem hæc litera à Laurentiani traductione, quoniam hæc eſt tanquam definitio vrinæ aquoſæ, non tamen illa quæ in Laurentiani verſione habetur.

IN ſecunda parte, quæ incipit, (Cæterùm) docet malitiam vrinæ craſſæ. An tamen craſſa cum nigra & fœtida coniungi debeat, non declarat, id tamen quod obſeruauit, ſcribit: nempe, nigram quanto craſſior fuerit, tanto deteriorem eſſe: atque vbi coniuncta fuerit craſſitudo cum colore naturali, aliquando perducere ad mortem, ac iuxta mortem apparere, aliquando verò ad ſalutem, corpore per ipſam purgato. Intelligitur autem craſſa ab Hipp. admodum craſſa: craſſior enim quàm naturalis ſimpliciter, non eſt admodum lethalis. *Si colorem habeat naturalem.* Adde craſſa. Græcè enim habetur, παχία. id eſt, craſſa.

PROGNOSTIC. XXXIII.

VIris autem & mulieribus vrinæ nigræ peſſimæ ſunt, pueris verò aquoſæ.

Quum locutus eſſet Hippoc. de vrinis admodum exitioſis, de quibus fuerunt aquoſa & nigra: modò eas comparat ad ætates: ſiquidem non habent æqualem malitiam in omnibus ætatibus. In pueris enim aquoſæ ſunt peſſimæ, & in adultis nigræ. *Aquoſa vrina quibus peſſima.* Quod Galen. lib. de Criſibus cap.12. ſcripſit dicens, De hiſce igitur omnibus admirabilis Hippocr. primus omnium, quos ſcimus, optimè docuit, & quo pacto in viris quidem & mulieribus nigræ vrinæ peſſimæ ſunt, in pueris autem aquæ ſimiles. Nam in his maximè conſuetæ craſſiores, imperfectis autem magis ruffæ. Quod verò maximè contrarium eſt, conſuetis pernicioſum. Duo ſunt in præſenti expoſitione declaranda, ad verificationem ſententiæ Hippocr. Primum eſt, quantum conſtet naturalis concoctrix facultas in pueris: quantum etiam reliquas ſuperent ætates. Secundum eſt, coctiones omnia reddere craſſiora, inde ſequetur puerorum vrinas debere eſſe craſſiores quàm aliarum ætatum.

hoc

Digitized by Google

hoc ſecundum circa Galen. Comment. declarabitur. Circa primum igitur intelligendum, quòd pueri, qui à Græcis παῖδες, appellantur, ſunt omnes qui nondum 14. annum prætetierunt, licet ea eis quidam ſint ante dentitionem, quidam qui dentes edunt: quidam medio inter dentatos & pubertati proximos: quidam verò pubertati proximi. Omnes igitur qui ſunt infra pubertatem, pueri appellantur. Pubeſcere autem incipiunt homines tranſacto 14. anno, aut paulò pòſt, vt Galen. 6. de Sani. tuen. cùm ait, Ergo pubeſcere quidem incipiunt aliqui vbi 14. annum impleuerunt, quidam vno poſt anno, aut etiam amplius. & lib. 3. Aphoriſm. Comment. 27. inquit, Incipiunt quidem pueri pubeſcere poſt annum 14. Vſque ad illam igitur ætatem pueri appellantur, deinceps verò puberes. In his robuſtiſſimæ ſunt facultates naturales, vt inquit Galen. lib. 6. de Sanit. tuen. Quum enim duplices actiones in animalibus ſunt, certè corporales pueri præcipuas obtinent: quæ animi ſunt, ea quæ à pueris ad remiſſionem vſque ſuccedit ætas. De alteratrice tamen id maximè verificatur, quæ eadem eſt cum coctrice, vt 3. de Cauſis ſympt. Cùm inquit, igitur pueri (nam de his nobis ſermo eſt) vt alteratricis facultatis robore iuuenes ſuperant, ita in attrahendi facultate ſunt ipſis longè inferiores: quamuis ne in hac quidem deficiat eis quicquam, quod ad eius muneris functionem deſiderari poſſit. Præterea facultas alteratria puerorum non tantùm ſufficit refectioni, ſed etiam magno augmento. Ergo robuſtior eſt quàm alteratria aliarum ætatum, quæ aut ſufficit ad augmentum, aut parum. Per viros autem & mulieres intelligemus quemadmodum Galen. in Comment. eos qui in vigore exiſtunt: quemadmodum in Comment. 43. lib. 3. vbi dixit, In hominibus perfectis, quibus aſſolet tribuere virorum & mulierum appellationem. Cùm itaque in ætatum proceſſu naturalis concoctria facultas tendat in diminutionem, minus poterit humores & excrementa coquere, aut vrinas craſſas reddere: quare per omnes alias ætates à pueritia minus malæ erunt vrinæ aquoſæ. In viris autem & mulieribus, hoc eſt, in adultis, vt contra pueros diſtinguuntur, cùm nec tenuis, neque craſſa, neque fœtida ſit è regione ætati aduerſa, qualis eſt aquoſa pueris: & iſtæ ſunt omnium peſſimæ, vt in prognoſt. præcedenti: reliquum eſt, vt illa ſit eis peſſima, quæ abſolutè peſſima eſt, hæc autem eſt nigra. Nec etiam putandum in adultis nigram eſſe peſſimam, quia ſit peior quàm in pueris: ſed quia in pueris eſt alia peior hac, nempe aquoſa; in adultis autem nulla. Contra id eſt argumentum. Nam data ætate, in qua vrina tenuiſſima mingitur ſecundùm naturam, in illa vrina craſſa erit exitioſiſſima, quoniam erit illi ætati maximè aduerſa: ſed in adultis vrina eſt tenuior, quàm in aliis ætatibus, in illis igitur craſſa erit peſſima. Sed tamen aduertendum, quòd in nulla ætate inuenitur vrina tantùm diſtans tenuitate ab optima mediocri, quantum puerorum vrina labitur ad craſſitudinem. In adultis enim eſt omnium tenuior, & non eſt admodum tenuis, ſed mediocris in conſiſtentia, inter extrema craſſitudinis & tenuitatis, quæ per morbos inueniuntur: puerorum verò ferè eſt in altero horum extremorum, quæ apparent in morbis & præter naturam diſpoſitionibus. Poſſet ſimiliter quis inſtare: Si humores puerorum craſſi ſunt, quare non percolantur in renibus, in quibus magna eſt meatuum anguſtia, quod etiam in adultis fit, & hanc ob cauſam lapides in renibus ipſorum creſcunt? Dicemus cum Galen. lib. 6. de Morbis popularibus part. 3. Comment. Illius lapis à mictu pueris magis. In pueris cùm naturales functiones validæ omnes fuerint, ſuccorum craſſities tum fuſa, tum diſſoluta eſt: in ſeneſcentibus verò coaleſcit, id quod in externis apparet. Nam quæcunque pertenuia colare volumus, quæ quidem fuſa ob caliditatem liquatáque ſunt, ea facile penetrant: quæ verò neque liquefacta neque fuſa ſunt, ea non pertranſeunt. Exempla huiuſmodi materierum ſunt, pix, reſina, ſeuum, cera, & mel. Pueris itaque qui calorem natiuum multum habent, & validas functiones, materiæ craſſities fuſa ad renes peruenit, atque ob id facilè ad veſicam colatur, functionum robore non parum ad craſſitiei penetrationem conferente. Addit etiam in eodem Comm. cauſas alias craſſitudinis vrinarum puerorum, vt quòd voraces ſunt, & à cibo mouentur, & ſaliunt, & ludunt: & in lactentibus lactis vſus. Celſ. lib. 2. cap. 6. dixit in mulieribus, & viris, peſſimam vrinam nigram craſſam mali odoris.

Pubeſcere quando incipiunt homines.

Facul. naturalis in pueris robuſtiſſima.

GALENI COMMENTARIVS.

IN omni ætate vrina nigra & aquoſa, exitioſiſſima eſt: ſed in ætatis vigore conſiſtentibus inter exitioſas primum habet ordinem nigra, in pueris verò aquoſa. Superius enim eſt ab Hippocrate dictum, vt maximè contraria naturæ, exitioſiſſima habeantur. Contraria verò naturæ in pueris non ita nigra perinde, vt tenuis eſt. Per naturam enim in illis eſt vrinam emittere corpulentam, ac ſedimentis copiam habentem. In ætatis verò vigore conſiſtentibus, tenuiſſima eſt, & habet exiguum ſedimentum: & ob eam rem in eis vrina nigra, exitioſiſſima eſt: in pueris verò ob aliam quoque cauſam, aquoſa peſtifera eſt. In eis enim omnia concoquuntur ocyſſimè præ robore facultatis alterantis. At concoctio craſſiorem reddit non ſolùm vrinam, ſed etiam deiectionem, quoties bene in ventre concoquatur, & item ſcreationem in pulmonia & coſtali, atque etiam pituitam per diſtillationes & grauedines, necnon per lippitudinem, & pus in vlceribus. Si igitur in pueris manere videas plurimum temporis vrinam aquoſam, ita vt nullam habeat mutationem ad corpulentiam, indicium exitiale eſt.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

Galen. in præſenti Comment. peſſimas dicit eſſe inter omnes vrinas, eas quæ nigræ ſunt, aut aquoſæ. Verùm non in omnibus hominibus ſimiliter. Nam in viris nigræ ſunt omnium peſſimæ, in pueris tamen aquoſæ, quoniam maximè contrariæ ſunt eis, quæ ſunt ſecundùm naturam. Solent enim pueri ſecundùm naturam mingere craſſas vrinas, ac cum plurimo ſedimento. In conſiſtentibus verò, qui tenues mingunt vrinas, ac cum pauco ſedimento, vrina nigra magis mala aliis eſt. Aliam ſubiungit rationem ad probandum quàm mala ſit vrina aquoſa in pueris: quoniam pueri citiſſimè coquunt omnia ob robur facultatis alterantis: & coctio omnia reddit craſſiora, & adiungit exempla. Harum duarum rationum prima fuit epilogiſtica, quoniam quod maximè naturæ contrarium eſt, peſſimum eſt: & ſecunda ratio eſt analogiſtica, quæ procedit à cauſa: redditur namque craſſa vrina in pueris ob id quòd robuſtiſſimam habent naturalem concoctricem facultatem, & coctio omnia reddit craſſiora. Quod etiam verum habet apud Ariſtot. 4. lib. Meteororum, dicentem, Quæ igitur matureſcunt, omnia ex aëreis aquea, ex aqueis terrea conſiſtendo fiunt, & ex tenuibus craſſiora ſubinde reddi aſſolent. Idem Galenus libro quarto de Ratione victus acuti. Commentario. quarto.

Habet

Digitized by Google

Coctio omnia innuiſſat. Habet autem id verum in omni coctione tam ea quæ fit ab arte, quàm quæ fit à natura, tam in bonis quàm in malis ſuccis, tam in his qui alere poſſunt, quàm in aliis. Quòd enim humores omnes ad expulſionem parentur per attenuationem, non obſtat. Nam hæc præparatio, non eſt coctio, apud medicos, neque apud Philoſophos, quamuis nonnulli ex barbaris has duas coctiones diſtinxerint. Sed de coctione ſuo loco dicetur latius. *Exitioſiſſimè:* Græcè ὀλέθρια. hoc eſt, exitioſa. Falſum enim eſſet de quacunque illarum vrinarum, ipſam eſſe exitioſiſſimam in omni ætate. Senſum itaque literæ peruertit Laurentianus. *Ab Hippocr.* abundat. *Necnon per lippitudinem.* Græcè ἐς λήμα ἐν ὀφθαλμίαις. hoc eſt, & in ophthalmiis lipa.

Laurentianus notatur.

PROGNOSTIC. XXXIV.

QVibuſcunque tenuem ac crudam longo tempore mingentibus vrinam, ſi cætera, vt in conualituris, indicia fuerint, iis abſceſſum ad partes ſepto tranſuerſo inferiores expectare oportet.

Vrina cruda longo tempore. Vbi vrina cruda longo tempore mingitur, periculum eſt facultatem non poſſe ad horam perfectæ coctionis peruenire, vt dictum eſt in prognoſt. 31. nunc verò appoſita conditione abſceſſus ſunt ſperandi, non mortis periculum. Conditio autem eſt, vt ea adſint ſigna, quæ ſolent in conualituris apparere. Tunc enim ſalus ex ſignis ſperatur, non tamen adeò perfecta, vt in optimis iudicationibus. Eueniet ergo media, & hæc eſt criſis per abſceſſus. Si enim ſalus ſperatur, & non cum ſignis coctionis, ipſa non erit perfecta: talis autem eſt quæ per abſceſſus. Vbi ergo vrina longo tempore cruda mingitur conſtante facultate, ſignum eſt crudos humores eſſe morbi cauſam, qui ſolent ſicuti & longi morbi, potius per abſceſſus quàm per excretionem finiri, vt vult Galen. in Comment. 65. vbi latius de his dicemus. Tenues enim per excretionem, & craſſi per abſceſſus finiuntur. *Signa ſalutis.* Signa autem quòd homo ſaluari debet, vbi adſit cruditas, ſunt ea, quæ oſtendunt facultatum conſtantiam, vt appetitus in naturali, & in animali mente conſtare. Sic enim ait Hippocr. Conſtare mente, & bene ſe habere ad oblationes bonum, contrarium verò malum. Sic ſigna quæ ex ſomno, ac decubitu, de quibus 1. lib. dixerat, & ſimilia. *Abſceſſus ad inferas partes.* Dixit etiam ad partes infra ſeptum tranſuerſum, quia craſſi humores, maximè vbi non fuerit calor fortis, ad inferas ſedes deuoluuntur: tenues autem ad ſuperiores, vbi etiam calor fuerit fortis. In morbis autem longis neque tenues humores ſolent peccare, neque calor poteſt eos agitando ad ſuperiora mouere. Integra autem diſtinctio an abſceſſus futuri ſint ad ſedes ſuperiores, an ad inferiores, ſumitur apud Galenus libro tertio de Criſibus ad finem, cùm inquit, Si verò ad abſceſſus conuertantur, communia quidem omnium indicia, quòd vbi de ægri ſalute non deſperatur, neque morbus ſoluitur, neque vrina multa, multam habens ſubſidentiam, ſed cruda & tenuis fertur: propria verò ſi morbus non fuerit diuturnus, ſubita difficultas anhelitus ſuperueniens mox quieſcens, quam grauitas capitis ac dolor ſequitur, & granis ſomnus ac ſurditas. Huic in glandoſa carne poſt aures neceſſe eſt abſceſſum fieri. Si verò morbus diu durauerit, neque vllum ex iis ſignum affuerit, ſed in ægroto ex locis inferioribus, vel grauitas, vel tentio, vel inflammatio, vel dolor apparuerit, huic abſceſſus ad partes inferiores eſt expectandus. Comprobatur huius prognoſtici ſententia in Pythione, de quo 3. de Morbis popularibus part. 1. inquit, Vrinæ circa principia quidem ad octauum vſque diem tenues, decolores, ſublime petentes, nebuloſum habentes: decimo ſudauit, ſputa ſubcocta, ſubiudicatus eſt, vrinæ circa iudicationem ſubtenues: quadrageſimo à iudicatione die poſtea ſupporatio facta eſt, & ſtranguorioſus abſceſſus. Et Galen. in Comment. vrinas tenues explicans dicit, Vrinæ circa iudicationem ſubtenues, quæ in prognoſtico de tenuibus vrinis ſcripſit iudicantes, quæ geminæ ſunt, quoad ruffa tennuíſque fuerit vrina, crudus erit morbus. Altero verò hi qui tenues & crudas diutius mingunt vrinas, atque alia qualia reſurgentium ſigna adfuerint, in his abſceſſum ad inferas ſepto tranſuerſo ſedes expectare oportet. Ob id igitur in calce eorum quæ Pythioni contigerunt, ad verbum ita ſcripſit. Quadrageſimo autem à iudicatione die, poſtea circa ſedem ſuppuratio, & ſtrangurioſus abſceſſus factus eſt. Meminit rurſus huius ſententiæ Galenus 3. de Morbis popularibus parte prima in Commentar. hiſtoriæ Hermocratis, qui prope nouum murum habitabat. In ſumma igitur, vbi vrina cruda diu mingitur, cum bonis ſignis ſalus ſperatur, non per excretionem, ſed per abſceſſus, & non ad ſuperiores, ſed ad inferiores partes.

GALENI COMMENTARIVS.

ID quoque veriſſimè eſt ab Hippocrate dictum. Morbus enim concoctu difficilior, vt qui craſſiore frigidioréque humore conſiſtat, per abſceſſum iudicari aſſolet, qui verò calidiore tenuioréque excretione. Quoties igitur plus maneat temporis vrina nequaquam concocta, definiendum vtrum nequaquam duraturus longitudine ægrotationis æger ſit, an iudicandus per abſceſſum morbus. Definitio verò ex aliis indiciis erit. Exitioſa enim indicant mortem, minora ſalutem. At verò abſceſſus in iis qui admodum immorantur, ad inferas erumpunt ſedes, ob frigus, craſſitudinémque materiæ, ac virium ſpatio temporis languentium debilitatem. In acutioribus verò, propè auriculas. Etenim per eos craſſi minus humores exiſtunt, & item copia caloris, ac valentior facultas. At morbi medij, inter hos obtinent abſceſſus, qui medio genere ambigunt neque conuenit, quantum in ipſum agitur tempus, quærere ſintne ſurſum potius quàm deorſum erupturi: ſed ex aliis definiri ſignis oportet.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Miro modo ac perſpicuo docet, qui morbi iudicandi ſint per abſceſſum, & qui per excretionem, & ex his qui prolixiores ſunt, qui finientur ad malum, & qui ad bonum per abſceſſos. Et ex his, qui per abſceſſum finiri debent, qui ad ſuperiores, & qui ad inferiores futuri ſint. Sed de his libro tertio in annotatione vigeſimoquarto dicemus latius. *Pingue ſupernatans vrina quid indicat.*

PROGNOSTIC. XXXV.

ET pinguedines ſupernatantes, ſimiles telis araneorum damnandæ ſunt: ſignificant enim colliquationem.

Pingue ſimile telis araneorum ſolet in vrinis ſupernatare, ad ſimilitudinem illius quod concreſcit ſummis iuſculis refrigeratis, quod à Græcis appellatur γραῦν. Significat autem vnum trium, vel pinguedinem ſanguinis abundare, cuius pars per vrinam excernitur, vel pinguedinis totius corporis colliquationem, vel quod ex pinguedine renum colliquata deſcendit: diſtinguitur autem ex corporis diſpoſitione. Vbi enim corpus ſanum eſt, bonorum

coctionem, & pinguis in ſanguine abundantiam ſignificabit; vbi verò adſit acuta febris, colliquationem oſtendet, ac deſcendet paulatim. Si tamen athroos, id eſt, affatim excernatur, renum ſignificat colliquationem. Neque neceſſum erit febrem adeſſe, ſed in renibus ardorem. In ſana enim diſpoſitione pingue vrinæ ſupernatare voluit Galen. lib. 4. de Sanit. tuend. vbi in ſanguine perficiatur coctio, dicens, Ergo vbi crudus plane is eſt, vtique tennis & aquoſa vrina cernitur, nihil neque quod ſubſideat, neque quod pendeat in ſe habens: ac vbi is concoctus eſt, hæc in vrina apparent, atque etiam nubeculæ quædam deſuper tenues ſuperſtant, veluti quod in ſummo lacte colligitur, Græcè χαῦς dicitur & quod in ſummo refrigerati iuſculi concreuit: habet enim, vt conſtat, ſanguis pinguem quandam partem, cuius aliquid percolari ſimul cum ſero ſanguinis contingit, licet non ſemper fiat, ſed vbi in ſanguine tale pingue abundauerit. In febribus tamen ardentibus, calor præter naturam, qui ſanguinem occupat, quod tenue eſt, ac pingue in bilem mutat, vt vult Galen. libro ſecundo de Differ. febr. cap. 9. & 2. de Criſibus cap. 12. Si igitur pingue in talibus febribus mingatur, idque ſenſim, pinguedinis & adipis colliquationem ſignificabit ad vias vrinæ recurrentium. Si tamen affatim mingatur pingue renum vitium, & pinguedinis ipſorum colliquatio ſignificatur, vt Hippoc. 7. ſection. Aphor. 35. Quibus inſidens pingue ac ſimul totum, his renum vitium acutum ſignificatur. Et Galen. in Comment. inquit, Quod verò mihi videtur iam dicam: ſimul totum, ſermoni adiectum, mihi videtur de tempore dictum: atque ideò adipis renum oſtendere colliquationem. In aliis enim partibus corporis adipes colliquati paulatim, & non vniuerſim cum vrina exeunt primùm colliquatione recepta à venis illi vicinis, deinde ab his quæ continuantur, & rurſus ab aliis, donec ad renes peruenias. Adipis verò circa renes colliquati, tranſumptio ad vrinas celerrima eſt, & non paulatim, ſed ſimul tota fit. Atque ideò in renibus ipſis diſpoſitionem eſſe monſtratur. Hanc eandem differ. ſcribit Actuar. lib. 1. de Iudic. cap. 19. additque vnam aliam dicens, Quibus quoque fidem faciat vehementia caliditatis præſentis. Nam hoc modo caliditas in renibus ſolis excitatur, illo verò in toto corpore ardere ſentitur. Hic tamen quia de morbis acutis loquitur, vnum tantum explicuit, nempe colliquationem. Dixit autem Hippocr. pinguedines ſupernatantes, quoniam nunquam viſum eſt tale pingue ſubſidere. Tale enim eſt, quod dixit Hippocr. in Aphoriſm. citato, & quod vult Galen. in Comment. dicens, Inſidet enim ſemper quod pingue eſt, non ſubſidet, neque viſum eſt, neque pendere, aut totam vrinam pinguem eſſe: vt vult Galen. lib. 3. de Morbis popularibus parte 3. in hiſtor. in Thaſo Parium. in Comment. vbi de pingui vrina citra malum aliquod micta, & de illa quæ colliquationem oſtendit, ſcripſit. Sæpius verò vrinam talem mictam vidi citra vllum laborantis malum, ſed interdum contrario modo prorſus in morbi coctione. Neque tamen viſa eſt aliquando vrina tota ita pinguis, vt oleum, nempe vrina quam nuper percurrit, oleo ſimilem colore & ſubſtantia, minimè pinguis videtur, inquitque, & in prognoſtico Hippocrat. pinguitudines quoque ſupra innatantes telis araneorum ſimiles conſiderandæ, ſunt etenim colliquationis ſigna. Suprà itaque innatantes ſæpius vidimus pinguedines, neque verò totam emictam aliquando vrinam talem, neque in medio ipſo pinguitudines peruehi, neque (quod magis fit) deorſum ſeparati. Naturam enim habet pingue omne, vt cæteris liquidis ſuperfundatur. Neque verò quippiam de talibus vrinis ſcripſit in prognoſtico Hippocr. quanquam omnia percurrerit tum exactè, tum euidenter, quæ morbis acutis contingunt. Has vrinas depinxit Actuarius libro de different. vrinarum, cap. dicens, Apparent itaque in vrinis aliquãdo innatantia quædam veluti araneæ: quales ſunt maximè cõtinuæ, atque velamini ſubtili ſimiles: nõ quales ſunt illæ, quæ non omnino ſunt continuatæ, ſed cùm ſuper plures lineas plures tranſuerſæ ſunt lineæ, & has ſiue rectas, ſiue obliquas ſecuerint lineæ ortæ à centro, atque profectæ ad extremitates. Interdum autem fit, vt ferantur in ſuperficiem vrinæ, puncta olei, nunc pauca, nunc plura, nunc tenuia, nunc craſſa, veluti in pingui iure reſtigerat natare videntur: quæ res à multis appellata eſt ſpuma: crederem in Græco codice haberi χαῦς. Et lib. 2. de Prænidentiis ex vrin. cap. 17. inquit, Quinetiam ſi colliquamina continua innatantia & veluti araneæ apparuerint, malum eſt, atque proferendum eſt, vel renes læſos eſſe, vel corpus non ali colliquatione præſenti. Vbi litera Latina habet, damnandæ ſunt, Græci cod. habent μέμφεσθ. Verùm lib. 3. de Morbis popul. parte allegata, Galen. referens Hippocr. ſententiam, ὁπιπεύεσθ, id eſt, conſiderare, dixit.

Nota.

Pingue affatim mictum.

Pingue deſuper natat.

Vrina tota pinguis nunquam viſa.

GALENI COMMENTARIVS.

QVale pinguioribus iuſculis refrigeſcentibus ſupernatat, vocata à multis vetula: tale in vrina ex conſumptione exiſtit, de qua ipſe diſputans cauſam adiecit.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

Docet ſimile eſſe pinguedines has ſupernatantes in vrinis, ei quod ſupernatat iuſculis refrigeratis: Quod à multis appellatur vetula, Græcè χαῦς, habetur. Quo vocabulo vſus eſt Ariſtotel. libro de Generatione animalium, cap. 4. poſt medium, dicens, Cutis carne ſiceſcente efficitur, quemadmodum in polentis, ἡ καλουμένη γραῦς, id eſt, quæ appellatur Graus. Ab Hiſpanis ſimiliter graſſa vocatur.

PROGNOSTIC. XXXVI.

COnſiderare autem oportet vrinas in quibus nebulæ ſunt an ſurſum, an deorſum exiſtant, & colores quales habent, & eas quæ deorſum feruntur cum coloribus, qui dicti ſunt, bonas eſſe ac laudabiles: quæ verò ſurſum cum coloribus, qui dicti ſunt, malas ac damnandas eſſe.

Quemadmodum in prognoſt. 29. per nebulam appendiculum intellexit, quod per verbum, inuehitur, declarauit: ita in præſenti nebulam appellat, quod nos, verba Galen. & vocabulorum vſum apud ipſum ſequentes, appendiculum appellamus. Huius locum ac colorem conſiderare præcipit, ex loco id laudans, quod fertur deorſum: ex colore verò vbi habuerit colorem dictum progn. 29. nempe album, nam appendiculum album naturam præualere oſtendit: quod ſi fuerit læue & æquale, & deorſum deſcendat, iam ad optimi ſedimenti naturam accedere videtur: bonitas enim coctionis vrinæ maximè oſtenditur ex contento, & loco contenti: vt Actuarius lib. 2. de Indiciis vrinarum, cap. 13. contentum album quantum magis ad inferiora deſcendit,

eſt me

Appendiculum ſublime Hippoc. damnat.

eſt melius: quòd ſi cum colore dicto, ſcilicet albo ſurſum fuerit, malum eſt, & damnandum. Deterius enim eſt, quod ſurſum continetur: quoniam flatus ſignificat commixtionem, qui ſurſum mouet appendiculum: quod tamen deſcendit, naturæ dominium. Rurſus appendiculum ſublime ſolet Hippocr. damnare in lib. de Morb. pop. vbi cùm ſcribit enæorema ſublime, ſtatim addit, delirauit. Quòd Gal. lib. 3. de Morbis popularibus part. 3. in hiſtor. in Lariſſa virginem, explicuit, quantum vtique mali ſignificet ſublime appendiculum, dicens: Poſterius, quoniam vbi in aliis ægris dixit, enæorema ſublime, ſtatim ipſe intulit, delirauit: dementiam conſequi talia enæoremata indicans, quanquam in Prognoſtico omnia de vrinis percurrens, nullam de ipſis ad dementiam fecit prænotionem. Videtur itaque ſignum hoc per ſe quidem nunquam indicare deſipientiam: ſed interdum per accidens commonſtrare, quoniam flatuoſius eſſe indicat enæorema, nempe in eo quod prorſus flatu caret, ad fundum vaſorum deſeruntur enæoremata. Quod dixit de colore, qui dictus eſt, non poteſt intelligi de nigro colore: quoniam color niger in ſedimento magis malus eſt quàm in appendiculo, vt vult Galen. libro primo de Criſibus cap. 12. & quoniam cum colore qui dictus eſt, laudatur contentum, quod deſcendit deorſum, & cum nigro colore nullum contentum laudabile eſt. Voluit igitur Hippoc. per colorem qui dictus eſt, in vtroque loco album ſignificare, & laudare album contentum quod ſubſidet, & damnare album contentum ſublatum, vt expoſui à principio. Nam album contentum ſublatum non ob aliud damnatur, niſi quoniam flatum habet commixtum à Galen. in Comment. quòd ſi cum hoc nigrum intelligeret, magis ob id damnandum eſſet, quàm ob id, quòd ſurſum fertur.

GALENI COMMENT.

Quod à me libro de Indicatione ſæpenumero ſublimamentum eſt appellatum, id ſolere Hippocratem nominare nubeculam, hac quoque dictione non obſcure ſignificauit. Sed alicubi ipſe ſublimamentum genituræ ſimile dixit, ita vt e duobus alterum ſit, aut vt generalioris rei nomen exiſtat ſublimamentum, ſectionem habentis in nubeculam & id quod genituræ ſimile eſt: aut nunquam nubecula ab eo ſublimamentum nominatur. Cæterum vt quidquid inuehitur in vrina, vtile ſit, & quanto ſubſidet deorſum, tanto melius habeatur: antea definitum iam potentia eſt, vbi diximus tali interdum ſpiritum permiſceri flatuoſum. Quod igitur exquiſite concoctum ſecretúmque eſt, æquale ac ſimilare, vtpote nullum habens flatum, in fundum deſcendit vaſis vrinam continentis. Quod verò permiſtum eſt aereo quodam & vaporoſo flatu, id ſubductum ab eo quod proportionale ſit quantitati ſubducentis, minúſque & magis ſurſum fertur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte refert Hippoc. appellare nebulam id quod ipſe in lib. de Criſib. nempe cap. 12. appellat appendiculum. Quoniam tamen poſſet quis obiicere, quòd Hippoc. non tantùm vtitur hoc vocabulo, nebula, pro omnibus aut nebulis, aut appendiculis, ſed aliquando vtatur hoc vocabulo, ἐναιώρημα, id eſt, appendiculum: quoniam ipſe aliquando dixit, ἐναιώρημα γονοειδὲς, id eſt, Appendiculum genituræ ſimile. Reſpondetur vnum duorum eſſe neceſſarium in doctrina Hippocr. aut quòd ipſe appellat tam nebulam, quàm appendiculum, ἐναιώρημα, aut quod Hippoc. non appellat hoc nomine, Galen. appellat appendiculum, ſed solùm id quod eſt genituræ ſimile. Conſtat autem Hippocr. vti vocabulo, Enæorema genituræ ſimile libro primo de Morbis popul. parte 3. in hiſtor. Philiſci, vbi dixit, Vrinæ variæ enæorematis rotundis genituræ ſimilibus, & lib. 3. part. 1. in hiſt. eius qui in Dealcis horto iacebat, inquit, Vrinæ tenues varia habentes enæoremata minutatim diſperſa, & veluti craſſiorem farinam genituræ ſimilem. Et hoc modo enæorema dicetur de ſimili genituræ, cum additione gonuides: & nebula dicetur de contento deſuper natante, & de eo quod apud Gal. appellatur appendiculum. *De indicatione*. Græcè *περὶ κρίσεων*, id eſt de Criſibus.

In ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm) approbat magis ex contentis id quod inferius eſt, quoniam non eſt commixtum flatui: & id quod ſupernatat, tantò magis ab infimo loco ſublatum eſt, quantò magis flatui commiſcetur, ſiue nebula ſiue enæorema fuerit. Magis aut minus ſurſum tendere, ad flatus commixtionem retulit lib. 3. de Morbis popul. part. 3. in Comment. hiſt. in Lariſſa virginem. *In vrina*, adde, *κάτω* id eſt deorſum.

PROGNOSTIC. XXXVII.

Nec te decipiat, ſi veſica ægrotans aliquam talem reddiderit vrinam: non enim totius corporis morbum oſtendit, ſed ipſius ſolius.

Veſicæ diſpoſitiones aduertendæ.

Quoniam Hippocr. ſupra progn. 28. ſedimentum ſquamoſum atque furfureum damnauit, cum tamen poſſet tale fieri citra morbum acutum, ex veſicæ ſcabie, quod diſtinguere docuimus in eius expoſitione. Et quia progn. 35. pinguedinem ſupernatantem damnauit tanquam colliquationem ſignificantem, cùm tamen poſſet ex renum pinguedine colliquata euenire, conſulit aduertere veſicæ diſpoſitiones, ne fortè ab ipſis fiat vrinæ mutatio, putantibus nobis id mali aliunde euenire. Quando verò dixit veſicæ vitium eſſe aduertendum, omne vitium inſtrumentorum vrinæ inſeruientium intelligi voluit. Pari enim ratione renes, vt dixi, vrinam immutare, vt veſica, valent. Quemadmodum enim in expoſitione prognoſtici 13. diximus, vbi deiectio bona ſit, ſignificari imum ventrem bene valere: non tamen ex multa deiectione malè; ita modo bona vrina ſignificat renes & veſicam bene valere, non tamen mala, malè, ratio eſt, quia cum vrina excernitur, ſi inſtrumenta inſeruientia prauè affecta fuerint, neceſſum eſt in ipſa aliquod veſtigium reportari: quòd ſi tale non adſit, bene valent talia inſtrumenta. Si tamen vrina male eſt, non eſt neceſſum inſtrumenta vrinæ prauè affici, ſiquidem potuit hæc immutatio aliunde euenire, à ſuperioribus videlicet partibus, quæ per vrinam ſano, aut ægrotante homine repurgari ſolent: quod fit ſanguine, pure, ſquamulis, furfuribus, & ſimilibus mictis, & per vrinam, vt fas eſt, repurgato corpore toto in iudicationibus. Hanc ſententiam cum reliquis, quæ de vrinis in hoc libro ſcribuntur, ab Hippocr. refert Galen. libr. de Atra bile.

GALENI COMMENTARIVS.

Optimè id adſcripſit, reuocans in mentem quod nos interdum omiſimus definire in ægris. Atque oportet in ventris deiectione reponere in animum nunc prodictam definitionem, etenim promiſcuum eſt vtrique ſecretioni, totius corporis recipere excrementa, atque etiam illarum partium per quas excernuntur. At verò per naturam habentibus nobis, excrementa totius corporis

repurgantur per vrinam: ea verò quæ in ventrem condita ſunt, pariter cum ſtercore excernuntur. Præter naturam verò habentibus, cum vrina pariter quædam morborum in renibus, ac veſica inducia excernuntur: cum ſtercore verò, corporis totius. Itaque non raro per vrinam purulentam, quæſtio exiſtit, vndénam vniat pus: itidem vbi ſquamulæ excernantur, ea ipſa quæſtio eſt, & item aſpera, fœtida, ac biloſa ſæpe redditur vrina propter veſicam & renes, non raro verò propter omne corpus, id eſt perfectricem humorum in toto animali facultatem, quæ (vt indicauimus) veluti focum ardentem, & fontem obtinet iecur. Interdum ea ipſa haudquaquam affecta, per veſicam & renes omne animal expurgatur: vt partium aliquarum in eo excrementa quædam incidentia venis, purgato ſanguine de renibus excernuntur, quemadmodum abſceſſus quoque conſiſtentes ſæpenumero per vrinam excernuntur.

Annotatio in Gal. comment.

Adeo perſpicuus eſt Galeni commentarius, vt nulla egeat enarratione: id enim ſolùm modò intendit docere, ſimile eſſe quod fit in vrinis, & deiectionibus. Quemadmodum namque per vrinas non tantùm partes renum, & veſicæ expurgantur, ſed etiam & iecur, & corpus vniuerſum: ſic etiam per deiectionem non tantùm partes inteſtinorum, & ventriculi purgantur, ſed etiam vniuerſum corpus. Itaque de vrina purulenta, ſquamoſa, acri, fœtida, biliosa, & talibus medici dubitare ſolent, an deſcenderint à renibus & veſica, an à toto corpore. Quæ omnia facilè ſoluet qui legerit cap.3.lib.6.de Locis patientibus. Et de furfuribus, & ſquamulis ſuprà in expoſitione 28.progn. *Aſpera.* Græce δριμεῖα, hoc eſt, acris. *Perfectricem.* Græce πεπτικὴν, hoc eſt, Coctricem. *Conſiſtentes ſæpenumero.* Græce πολλαχῶς γινόμενα, multis in locis facti.

Prognostic. XXXVIII.

VOmitus autem vtiliſſimus eſt, quàm maximè pituita ac bile commixtus: non admodum craſſus, nec multus. Synceriores namque deteriores ſunt.

Vomitus actio eſt.

De vomitu conſequenter Hippocr. agit, non tanquam de ipſa actione, ſed tanquam de re ipſa quæ euomitur. De ipſa actione, Galen. lib.2. de Cauſis ſymptom. legit, tanquam de ſymptomate pertinente ad naturalem facultatem dicens, Qualis eſt per vomitiones in ventriculo expultricis facultatis actio, eiuſmodi etiam per tuſſes, in pectore eſt, & in pulmonibus. Et rurſus de tuſſi & ſternutamento loquens, inquit: Atque hæc ſunt facultatis à voluntatis imperio pendentis ſymptomata: vomitus verò quamuis illis proportione quadam reſpondeat, ad naturalem refertur facultatem. Hippocr. verò in præſenti non de ipſa actione, qua expellitur aliquid à partibus ventris, & inteſtinorum per os, agit, ſed de ipſo excremento quod vomitu ſecernitur. Docebit autem lib.3. prognoſtic. 32. ipſum venturum prædicere. Eſt enim vna de iudicationibus, quibus à morbis liberantur homines, eſtque cùm præſens adeſt argumentum ad cognoſcendum quantum conſtet naturalis facultas, quæ coquit humores, quos poſtea excernit vomitu, quoniam grauant, aut quoniam mordent, aut tertiò, quoniam ſunt in ventriculo præter naturam. Grauant aut mordent biliosa aut pituitoſa excrementa, aut in ipſo ventriculo genita, aut aliunde tranſmiſſa, aut alimenta in ipſo contenta multa, aut corrupta, & mala qualitate prædita. Sunt autem præter naturam, vt dulcis pituita, aut ſanguis in ventriculo. De pituitoſo, & biliosa vomitu præſentem ſententiam ſcribit Hippocrat. bonum ac malum vomitum deſignans: vomitum vtiliſſimum eſſe dicens eum, qui maximè commixtus eſt bile, ac pituita, quoniam qui talis eſt, nullam obtinet extremam qualitatem. Pituitoſo namque exiſtente vomitu, vbi aliquid flauæ bilis commiſceatur, non erit extreme frigida pituita: calor namque bilis pituitæ compeſcet frigiditatem.

Vomitus vtiliſſimus.

Eſt namque pituita frigidiſſimum, quod eſt in corpore noſtro. libro primo de Temperamentis, & libro de Inæquali intemperie. Bilis ſimiliter pituitæ mixta ipſam attenuat, & eius coctioni coadiuuat, quemadmodum in hemitritæo. Contraria bis fient, vbi ſyncera vomatur pituita. Craſſiſſima quoque redderetur à frigore veluti concreta. Pariformiter vbi vomitus bilioſus fuerit, expedit vt aliquid de tenui pituita, & ſeroſo, atque aquoſo humore ipſi commiſceatur, vt attemperetur eius calor, quando ipſe calidiſſimum eſt eorum, quæ in corpore continentur. 2. de Temperamentis. & lib. de Inæquali intemperie. Similiter ne nimio calore aſſetur bilis, atque craſſa admodum reddatur: quod euenit vbi ſyncera fuerit bilis. Talis eſt pallida bilis, quæ ex flaua commixta cum ſeroſo humore perficitur.

Frigidiſſimum eorum quæ ſunt in corpore.

Calidiſſimum eorum quæ ſunt in corpore.

Syncera verò eſt ea, quam appellant Vitellinam: hæc bilis colore flaua eſt: nam oui vitellus flauus eſt. Quæ Galen. libro de Atra bile in hunc modum ſcripſit, Iam verò alius humor aliquia amarus ſemper apparet ipſum vomentibus, non ſemper autem flauus, verùm pallidus nonnunquam eſt, quo flauus craſſior perpetuò conſpicitur. Quare non inepte hinc ſumunt coniecturam qui de humoribus optimè ſentiunt, humiditatis aquosæ, ac tenuis mixturæ flauam bilem pallidam apparere: nonnulli aquoſam humiditatem vocant, quidam ſeroſam, huius generis exiſtentem, vnde vrina, & ſudor prouenit. Sicut verò tenuis humoris temperatura bilis colore pallidior, & conſiſtentia humidior euadit. Itaque cùm impenſius ipſa digeſta fuerit, diſcuſſáque oui vitello ſimilis videtur: atque eius rei gratia, λεκιθώδης, quaſi vitellum oui referens, à Græcis dicitur. Flaua itaque bilis redditur ex ſynceritate, talis colore, & craſſitudine, colore flauo, ſubſtantia craſſa, & ob calorem vſta. Quæ verò mixta eſt, colore pallida redditur, ſubſtantia tenuior, colore remiſſior. Et Galen. in Commentar. hanc ſynceram, & flauam bilem dicit nominari vitellinam. Et libro ſecundo de Naturalibus facult. de bilis naturalis generatione ex alimentis loquens, inquit: Eſt autem hoc tenue humidum atque fluidum, non quale, cùm ad vltimum excoctum eſt, flauum, igneum, & craſſum, vitellis ouorum ſimile, hoc namque iam præter naturam eſt. Flaua bilis itaque, ſiue vitellina, ac ſyncera aſſatione fit, & nimio calore, quemadmodum, ex libro de Atra bili adduxi, pallida verò commixtione cum tenui excremento, quo reſoluto, (vt etiam vult Galen. in Comment.) quod reliquum eſt, & flauum, & craſſum, & vitelli colore fit. De pallida bile omnes conſentiunt mixtam eſſe, de vitellina verò Barbari volunt duplicem habere generationem: alteram ex aſſatione, quam retulimus ex Galeno: alteram ex mixtione cum pituita craſſa. Contra quos aduertendum, quòd hæc bilis vitellina, non eſt propriè talis: licet enim craſſam habeat ſubſtantiam veluti vitellina, non tamen colorem. Non enim fieri poteſt, vt mixtum ex flaua bile, & craſſa pituita flauum obſeruet colorem, qualem habere debet vitellina, de qua diximus, ſed colorem pallidum qui ex flauo & albo concinnatur. Erit igitur apud Gal. talis

Vitellina bilis flaua eſt.

Flaua bilis aſſatione fit.

Vitellina biles duæ.

Vomitus cauſæ.

Digitized by Google

talis bilis pallida, & craſſæ ſubſtantiæ: poterit autem appella ri vitellina, quoniam quidam ſunt ex vitellis ouorum colore pallidi. Sed vtcunque inter pallidas biles comprehendetur, licet Galen. de ſola pallida, quæ fit tenui ac ſeroſo humore commixto, meminerit locis citatis. Et hæc ſola ab ipſo naturalis: flauam verò, ærugineam, nigram, & ſimiles, præternaturales. lib. 6. de Morbis popularibus pat. 5. Comment. illius ſententiæ, lingua humorum ſerum. vbi dixit, Itaqoe linguas dixit, vt in vita ex conſuetudine appellant homines, χλωρὰς quoſdam vidiſſe inquientes, quibus color ad bilioſius tranſierit, pallidæ ſcilicet bilis: hanc enim ſimpliciter vocant non vt reliquas, cum additione, vel nigram, vel æruginoſam appellantes, vel rubram, vel flauam, vel vitellinam, proxima ſiquidem eſt, & ferè eiuſdem generis flaua bilis cum pallida. Addit Hippoc. maximè commixtam eſſe debere. Nam quæ non ſunt maximè cõmixta, non ſunt integre cocta, aut ſuperata à natura: quod in omni bona coctione eſt neceſſarium, vt docet experimentum, & infrà Comment. 44. declarabitur. Subiungit quoque rationem Hippocr. quoniam ſynceriores, deteriores ſunt. Græcè ἀκρητέστεραι, ſcribitur. ἄκρητον autem à Galeno exponitur, lib. 3. de Morbis popul. part. 1. in Comment. hiſtor. eius, qui in Dealcis horto iacebat, cùm dixit, Nempe vbi familiarem tum colorem tum ſubſtantiam quiuis humor veram ſeruauerit, tum vacuari ipſum ἄκρητον dicimus. Et libr. 1. de Morbis popul. part. 3. in Comment. hiſtor. Philiſci, inquit, Cùm itaque vel deiectionem, vel vomitum, ἄκρητον dixerit, ἄμικτον, id eſt, impermixtum dicit. Idem ex doctrina Hippocr. apud Gal. lib. 2. Prorrh. Comment. 15. & 3. de Morbis popularibus part. 2. in Comment. hiſt. Alteram ex abortiuo fœtu, determinans qualis ſit ſyncera bilis, quæ euomitur, & qualis eſt illa quæ à medicis talis appellatur, inquit, Cognoſcentibus nobis Hippoc. ipſum ἄκρητα, id eſt, mera vocare, quæcunque familiarem colorem habent cum altero humore impermixtum, vt ſi quis finxerit balioſa deiecta mera, id eſt, vel flaua colore, vel fulua, nempe æruginoſa & nigra adiecto colore dicere mos eſt, tum huic, tum aliis medicis, & ſection. 7. Aphoriſm. Comment. 6. inquit, Synceras verò deiectiones nominauit, impermixtas aquoſæ humiditati: quoniã ſolus humor euacuatus deiicitur, ſiue ſit bilioſus, ſiue melancholicus, ſiue potri colorem perferens, ſiue bilis, quæ æruginoſa nominatur. Vomitus ergo bilis ſynceræ dicetur, quoties bilis flaua, aut fulua vomitur: reliquas verò bilioſas malas, ſynceras appellandas cum additione, de quibus in ſequenti progn. dicemus, ſynceras æruginoſas, ſynceras nigras. Quòd autem dixit, non multus, neque admodum craſſus. De craſſo in Comment. dicemus; multum autem damnauit, quoniam quæ excernuntur moderata eſſe debent quantitate.

Bilis naturalis.

Cocta mixta eſſe debent.

Syncera ἄκρητον.

Quid ſit propriè vomitus bilis ſynceræ.

GALENI COMMENTARIVS.

Per hanc quoque dictionem indicaui quidnam appellet ſyncerum, opponens illi permiſtum: quamuis etiam nomen ipſum nihilominus ſuam indicet ſignificationem. Etenim vinum dicimus ſyncerum, quo cum aqua permiſta non eſt, aut perquam exigua permiſta eſt, nec non quodlibet aliud eſt, & nominatur ſyncerum, quoties ipſum per ſe tantummodo, impermiſtum aliena materia eſt. Itaque flauam bilem intueri licet interdum craſſam ac ſummè flauam vomitione reiectam, & item deorſum deiectam, quam ſanè nonnulli nominant vitellinam. Sæpe verò humidiorem, ac minus flauam, quæ magis propriè crocea nominatur, permiſtum habens in ſe tota pituitoſum humorem, tenue aut aquoſum quoddam excrementum. Vult igitur Hippocrates neutrum humorem ſyncerum apparere, ſed eos inter ſe quodammodo permiſceri. Bilioſus enim ſyncerus, caloris copiam: pituitoſus indicat frigus. Quinetiam ſyncerus humor craſſior redditur, pituitoſus quidem propter frigiditatem quaſi concretus: bilioſus verò, propter exuperantiam caloris euaporatus, & tanquam aſſatus. Hæ enim duæ cauſæ contrariæ craſſitudinis ſunt, calidum admodum ac frigidum. Calidum enim euaporat, frigidum adſtringit.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

IN prima parte explicat, quid intelligat Hippoc. per ſyncerum: id enim tale eſt, quod cum aliena, ſubſtantia permixtum non eſt: quemadmodum & vinum impermixtum dicimus, quod aqoæ commixtum non eſt, aut pauçæ admodum.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Itaque) docet flauam bilem aliquando apparere ſynceram, extremè flauam, aliquando remiſsè talem, quæ magis propriè pallida appellabitur, quàm flaua. Habet autem hæc commixtum per ſe totam pituitoſum humorem tenuem, aut aquoſum excrementum, per aquoſum tamen excrementum ſerum humoris proprium intelligere oportet. Non ergo decet ſyncerum apparere aliquem humorem: nam bilioſus calorem ſignificat, & pituitoſus frigiditatem. *Crocea.* Græcè ὠχρὰ. id eſt, pallida. *Pituitoſum.* Græcè φλεγματώδη χυμὸν λεπτὸν ἢ ὑδατώδες τι περίττωμα. hoc eſt, pituitoſum humorem tenuem, vel aquoſum quoddam excrementum.

IN tertia parte quæ incipit, (Quin etiam) ſyncerum humorem dicit eſſe craſſum, calidum ob vſtionem, frigidum ob concretionem. Frigidum enim eſt, inquit, πηγνύον, id eſt, compingens: ſic enim legi debet, non vt legitur adſtringens. Contra ſententiam Galen. poterit quis inſtare probando, quòd non omne ſyncerum eſt craſſum, ex Hippoc. lib. 1. de Morbis popul. part. 1. in prima aëris conſtitutionẽ, ſection. 26. dicente, Alui turbatæ erant, & bilioſæ, pauca exierunt, ſyncera, tenuia & mordentia, & frequenter ſurgebat. Non ergo ſyncera omnia craſſa erunt. Galen. quoque in Comment. excretiones ſynceras explicat, & earum malitiam comprobat cum præſenti prognoſtico. Præterea Hippoc. in hiſtur. ſuprà allegata, alteram ex abortiuo fœtu, inquit. Secundo die aluus turbata eſt, primum excretis paucis tenuibus, & ſynceris. Huius excrementa tenuia erant & ſyncera. Et Gal. in Comment. inquit, Fieri ſiquidem poteſt, vt mera, pallida, & flaua, & fulua, & rubra, & æruginoſa, & nigra deiiciantur. Pallida in hoc loco mera, ſiue ſyncera appellauit, cùm tamen in præſenti Comment. pallidum vomitum, fieri ex commixtione bilis cum humore pituitoſo aut aquoſo excremento dicat. Ad primum & ſecundum, quæ ſumpta ſuot ex Hippoc. reſpondemus, quòd tenuia & ſyncera non ſunt eadem. Sed illic de quibus Hipp. loqoitur deiiciebaot diuerſa, quorum quædam erãt tenuia, quædam verò ſyncera: & eadem tamen ſimul eſſe tenuia & ſyncera eſſet impoſſibile, niſi in partibus diuerſis. Ad vltimum tamen de pallida bile, quam inter ſynceras numerauit Gal. dicemus, quòd pallida bilis dici poteſt ſyncera, quando non appareat alter humor commixtus cum ipſa, alterius coloris aut cõditionis, ſed hic qui cõmixtus cum ipſa eſt ad vnam ſubſtantiam pariter cum ipſa eſt reductus. Altero modo dicitur merus, qui nullatenus commixtus eſt, neque ſecundùm apparentiam, neque ſecundùm rei veritatem.

Syncerum duobus modis. Duobus itaque modis aliquid ſyncerum dicetur, aut quoniam nullam habet veram commixtionem, vt in præſenti Comment.vult Galen. aut quoniam nullam habet commixtionem apparentem, quamuis habeat veram, quomodo in allegata ſententia pallida bilis ſyncera appellatur. Quod etiam videtur velle Galen.loco citato: qui ſtatim addit, mera explicans, dicens, vt ſi quis finxerit bilioſa deiecta mera, id eſt, vel flaua colore, vel fulua: & pallidæ non meminit, quoniam pallida mixta ſunt in re.

PROGNOSTIC. XXXIX.

SI tamen fuerit id quod vomitur, porraceum, vel liuidum, vel nigrum, quicunque ex his coloribus fuerit, malum eſſe exiſtimare oportet.

CIRCA progn.præſentis expoſitionem, de bile porracea tantùm dicemus, quantum mali oſtendat vbi vomatur: quoniam de nigro & liuido vomitu non aliud dicendum eſt, quàm de liuidis & nigris deiectionibus ſuprà dictum eſt circa prognoſt.21. *Porracea bilis dupliciter generatur.* Damnatur itaque in præſenti porraceus vomitus, quoniam ſignificat caliditatem excedentem ac præaſſantem. Habet hæc porracea bilis duplicem generationis modum: aut enim generatur in vaſis ab intentiſſima exurente caliditate, aut in ventriculo ex alimentorum cruditate: quemadmodum & Gal. in Comment. teſtatur. Lib. tamen de atra bile, de ea quæ ex aſſatione generatur in vaſis, locutus eſt & Hippocr. in præſenti prognoſt. quoniam de illis ſignis loquitur, qui morbi malitiam, aut ſalubritatem oſtendunt, non de iis quæ ſequuntur cauſam aliam quemadmodum bilis porracea, quæ ſequitur alimentorum corruptionem: licet ipſe id non explicuerit, ſatis eſſe exiſtimans quòd de morbis acutis loquitur, & Galen.lib.1.de Criſibus cap.11. inquit, Vt autem ſummatim dicamus, in omnibus, niſi pro cibi qualitate talia fuerint excrementa, ita oportet affectionem conſiderare, adeò vt ſicubi hoc taceatur, ſubintelligere oportet, & quæcunque ab Hippocr. in prognoſticis dicuntur, ita dicuntur. *Bilis porracea in ventre generatio.* Altero verò modo bilis porracea, quæ ciborum corruptionem ſequitur, à calore languido generatur ob defectum coctionis. Alimentum verò calidum eſſe debet pro maiori parte, quod talem patitur corruptionem, vt oſtendam, ac in ſanitate excerni poteſt. Inde eſt, quòd cùm inter malos vomitus numeretur ab Hippocr. ipſe non intelligendus erit de hac bile porracea, ſed de illa quæ in venis generatur ex adurente calore. Eius quæ in ventre generatur meminit lib. de atra bile: vbi poſtquam dixerat pallidam, & vitellinam in venis generari, de porracea dixit, In ventriculo porri figura alia quædam gignitur, Græci vocant πρασοειδῆ, à porrorum colore nomine deſumpto. De hac tamen in præſenti Comm. ob eſculentorum cruditatem generari dixit. Et lib.2. de Naturalibus facultatibus, inquit, Nam quibus in ventre bilioſum excrementum gignitur, id porri virorem perfert. Et conſequenter inquit, Præterea quibus in ventriculo bilis illa gignitur, quæ porri colorem imitatur, debet omnino his cibus fuiſſe non panis, non ſuilla caro ſimiléve aliquid, ſed neceſſario aliquid, quod his calidius fuerit, neque id boni ſucci. Hoc in loco calida alimenta dicit præſtare materiam huic generationi. Et infrà inquit, Quæ verò bilis porrum *Bilis porracea in ſanitate excernitur.* refert, iis ſolis gignitur, qui vtique concoxerunt malè. Quòd autem dixi ipſam in ſanitate aliquando fuiſſe excretam, teſtatur Galen.lib.3.de Alimentorum facult.cap.de melle, vbi de bile diuerſorum colorum loquẽs dixit, nullam porro ex his omnibus porracea excepta, niſi in corpore admodum ægrotante excerni videmus: flaua verò, pallida & porraceà, valentibus etiam nobis vomuntur ſæpenumero, ac deiiciuntur. Atteſtatur huic rei experimentum: nam infantes ex lactis cruditate & corruptione ſæpiſſimè deiiciunt porraceam bilem. Ex quo etiam conſtare poterit, quòd etſi pro maiori parte ex corruptione ciborum calidorum talis generetur in ventriculo bilis, aliquando contingit ipſam fieri ex corruptione frigidorum. Æruginoſi vomitus *Æruginoſa bilis.* non meminit Hippocr. in præſenti, quoniam colore fere eodem eſt cum porraceo, & generationis ſuæ cauſam habet ſimilem, & bilis ſignificat aſſationem, quemadmodum & porracea: vt apud Galen. lib.1. de Morb.popul.part.2. ſection.54. vbi præter id quod Hippoc.dixerat, ſed æruginoſa quoque vomunt, atque ex his aliqui citò moriuntur. Galen.in Comment.inquit, Omnes eiuſmodi deiectiones, & vomitus flaua aſſata bile fieri oſtendimus. Et lib.1. Prorrh.Comment.10.inquit, bilis autem flaua præaſſata primùm quidem in æruginoſum ſuccum vertitur, poſtea in nigrum: præaſſatur verò ob febris magnitudinem. Hæc bilis ſolet in iecoris inflammationibus excerni apud Galen. lib.5. de Loc.par. cap.6.vbi inter reliqua ſigna dixit, Et vomitus quidam bilis ſyncerae, atque oui vitelli ſpeciem referentis, poſtea verò aliquando æruginoſæ.

GALENI COMMENT.

DE liuido ac nigro colore ſuprà definitum iam eſt. Porracei verò nunc primum habuit mentionem non habentis quidem proprium nomen, ſed vtentis porri appellatione: niſi aliquis velit econtrario à colore porraceo dictum eſſe porrum, non à porro porraceum. In quibuſdam enim clara eſt deductio vocabulorum, vt cognoſcatur id quod a Grammaticis prototypum nominatur, & quod ab eo deductum eſt, quemadmodum de lacteo colore. In aliis verò haudquaquam clara eſt. Dicas enim licebit non à Phœnice (talis eſt fructus palmæ arboris) phœniceum: ſed eſſe à Phœniceo phœnica dictum: quemadmodum cyanon (talis eſt aqua maris) non à cæruleo magis, quàm cæruleum ab illo. Itidem ochra & ochron, id eſt, croceus color in eandem ſeriem reponuntur. Ochram verò dixi, non vltima acuta, quo pacto aliquis dicet ochron, id eſt, croceum adoleſcentem, & ochram, id eſt croceam ſeu pallidam mulierem: ſed penultima acuta. Ochra enim genus quoddam terræ eſt: cuius potiſſimum Attica probatiſſima eſt. Hæc igitur nunc ſemel ſint a me perſcripta. Aſſiduè enim in animo habeas oportet, ſtudendum eſſe nominibus tantum, quantum ad illuſtriorem ſignificationem eorum quæ dicimus, ex illis iuuari poſſis: reliquum verò tempus ſuperuacuum exiſtimabis, ad ſtudium rerum meliorum reponens. At verò gignitur in corpore quemadmodum crocea bilis per naturam habentibus, ita porracea altera præter naturam, conſtátque vt hæc ſæpenumero in ventriculo gignatur, propter quorundam cruditatem eſculentorum aut olerum, qualia beta, cepa, braſſica ſunt: atque vt etiam interdum talibus nequaquam ingeſtis, ratione ægrotationis in venis gignatur, ac decumbat aut in ventrem ſuperiorem, aut in inferiorem, calorem in corpore indicans præter naturam, atque excrementi proprietatem talis temperamento, qualis prædictorum olerum ſuccus eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte dicit ſe egiſſe prius de liuido & nigro colore, nempe Comment.21.& 19.nunc verò de porraceo dicet, primùm non eſſe ei proprium

nomen

Digitized by Google

nomen, ſed à porro deduci, niſi quis velit dicere, porrum accepiſſe nomen à colore porraceo, licet in quibuſdam non ſit facile inuenire primitiuum nomen & deriuatiuum. Nam in cæruleo colore & phœnice, id eſt, dactylo, dubium videtur, quod ſit primum. Similiter ὤχρα, penultima acuta, quod vocabulum terram quandam pallidam ſignificat, cuius ſpeciei Attica optima eſt:& ὠχρὸν, id eſt pallidus color, dubium eſt de primitiuo. Sed tamen non dubitandum inter ſubſtātiuum & adiectiuum: nam ſubſtantiuum habet locum primitiui. *Et ochram, id eſt croceam ſeu pallidam mulierem.* Græcè, *ὠχρὰν δὲ τὴν γυναῖκα*, hoc eſt pallidam autem mulierem, ſed primæ dictionis accentus corrigendus, & ſcribendum ὠχράν.

Bilis porraceæ generatur dupliciter. In ſecunda parte, quæ incipit (At verò) duplicem docet generationem bilis porraceæ: vnam quemadmodum & pallida, nempe in diſpoſitione naturali quemadmodum generatur pallida bilis, hoc autem euenit ob aliquorum alimentorum cruditatem: de quibus ſunt beta, cepa, braſſica. De quibus conſtat betam frigidam eſſe, nec opus eſt omnia eſſe calida, vt in expoſitione dixi. Alter generationis modus eſt in venis per modum aduſtionis, demum ipſo humore ad ventriculum tranſmiſſo, vomi contingit ipſum, *Crocea*, lege pallida.

PROGNOSTIC. XL.

Si tamen omnes colores idem homo vomuerit, valde lethale iam eſt.

De vomitibus diuerſorum colorum ac malorum præſens ſcribitur ſententia: ſuprà tamen in expoſitione 23. de deiectionibus verſicoloribus ſatis dictum eſt, quod ad hunc locum transferri poterit. Siue enim ſimul omnes dicti colores vomantur, ſiue ſigillatim, multæ cauſæ ſignificantur, quæ naturæ aduerſantur. Sunt enim omnes tales colores, præternaturales diſpoſitiones oſtendentes, ſiue ſint qui in prognoſt. præcedenti ſcribuntur, ſiue alij eis ſimiles in malitia, vt æruginoſus, & pinguis, & ſummè flauus. Quòd ſi facultas fortis eſſet, morbus poſſet quidem produci, nihilominus exitioſa admodum eſſet diſpoſitio, qualem progno. 23. in verſicoloribus deiectionibus putauit Hippocr. Non tamen putat ipſe eum his vomitibus poſſe facultatem cōſtare, neque morbum futurum eſſe diutinum: hanc ob cauſam dixit, *κάρτα ὀλέθριον ἤδη γίνεται*, hoc eſt, valde lethale iam eſt. Qualem ſententiam ſcripſerat lib. 1. Progn. 27. de reſpiratione frigida ex ore & naſo: vt non tantùm magnum indicium habeatur ad mortem, ſed & breui ipſam futuram ſignificet. Vomere itaque diuerſos colores malo deterius eſt, *Nota.* quàm eos deiicere: quoniam magis præter naturam eſt vomere, quàm deiicere. Et quoniam magis appropinquant membris præcipuis humores qui vomitu reiiciuntur, quàm qui per ventrem deſcendunt: & quia humores aſcendentes calidiorem morbum oſtendunt, inde licet Hippocr. vtramque exitioſam exiſtimet diſpoſitionem, breuiorem tamen eam, qua vomuntur. Celſus lib. 2. cap. 6. inquit, Atque in omni morbo vomitus, qui varius & multorum colorum eſt: præcipuéque ſi malus in hoc odor eſt, ac ſanguinem quoque in febre vomuiſſe peſtiferum eſt.

GALENI COMMENT.

Siue de prædictis coloribus, porraceo, liuido, nigro ſit prolatum verbum, omnes, ſiue etiam de aliis cum ipſis quicunque præter naturam habentur colores, vtroùis modo exitioſiſſimum eſt, indicantibus in corpore multas haberi difficiles affectiones.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Duobus modis intelligi poſſe ſententiam Hipp. docet: aut enim vult per omnes colores intelligere omnes eos qui dicti ſunt in præcedenti Progno. aut ſimul etiam omnes alios quicunque fuerint præter naturam.

PROGNOSTIC. XLI.

Celerrimam autem mortem oſtendit liuidus vomitus, ſi fœtidum oleat.

De liuido colore Comment. 8. dixit intermortuam oſtendere facultatem velut in 22. Comm. modicam atram bilem modicè commiſceri. Et de fœtido odore dixit 22. Comm. putredinis ſignum eſſe. *Liuidus vomitus.* Magnum igitur malum erit, vbi hæc duo coniunguntur, liuidus color & fœtor, ſi namque color liuidus ſignificat intermortuam facultatem, languidum in extremo naturalem calorem ſignificabit, ſi fœtor putredinem ſignificat, ea non fiet ſine caloris extranei abundantia. Summum ergo malum erit, quia naturalis caloris defectus, & extranei exceſſus adeſt, vbi liuidus & fœtidus fuerit vomitus. Vidi fœminam nobilem ſexagenariam morbo laterali laborantem, qui liuidum vomuit tertia & quarta die, & liberata eſt, verùm fœtorem non habuit coniunctum.

GALENI COMMENT.

Aliis enim vomitio putredinem indicat cum extinctione, ſi quæ ſuprà diximus, in animum reuocentur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Commentarius nulla eget annotatione: nam qui præcipit ad memoriam reuocare, in expoſitione citaui.

PROGNOST. XLII.

Omnes verò ſubputridi, ac fœtidi odores, mali ſunt in omnibus, quæ vomuntur.

Celſus lib. 2. cap. 6. inter ſigna mortis ſcripſit, atque in omni morbo vomitus, qui varius & multorum colorum eſt, præcipuéque ſi malus in hoc odor eſt. In omni autem vomitu id habere verum vult Hipp. nempe malum eſſe, vbi malus acceſſerit odor. Ratio eſt, quia cum omni deiectione, quantumuis naturali, aliquis malus coniungitur odor: ob id dixit progno. 17. Subtuſſa verò ſit, neque admodum graueolens. In ſana autem diſpoſitione vbi quis humorem aliquem vomat, nullum fœtorem repræſentat vomitus: quòd ſi fœtor coniungatur, eundem vomitum, qui aliàs aut ex ſubſtantia, aut ex colore malus eſt, deteriorem reddit: ſiquidem putredinem adeſſe ſignificat. Is malus odor cum peſſimo colore, vt liuido, aut nigro, celerrimam oſtenderet mortem, cum aliis autem coloribus, malum ſignificat ſimpliciter, aut ſeipſo deterius eſſe.

GALENI COMMENT.

Conſtat enim vt cuius affectioni permiſceatur putredo, ea ipſa deterior euadat.

Hic Comment. nulla eget annotatione.

PROGNOSTIC. XLIII.

Sputum autem in omnibus doloribus qui ſunt circa pulmonem & coſtas, vt cito, ac facilè reiiciatur oportet.

Gal. lib. 1. de Criſi. cap. 14. ſigna coctionis & cruditatis dixit eſſe ſtatuenda, vrinas, deiectiones, & ſputa. Quemadmodum autem deiectiones, vt diximus, immediatè ventris oſtendunt diſpoſitiones, atque inteſtinorum: ita vrinæ vaſorum omnium ac iecoris, & inſtrumentorum vrinæ inſeruientium. *Signorum diuiſio.*

ſputum verò, partium thoracis, & reſpirationi inſeruientium. In morbis namque, qui pendent à materia, ſigna quædam ſunt propria, quædam mox apparentia: vt primo de Criſi. cap. 3. Propria ſunt, vt in morbo laterali, febris acuta, dolor punctorius lateris, tuſſis, inſpirandi difficultas, & pulſus ſerratus: verùm hæc præter id quòd propria ſunt, inſeparabilia ſunt, & paſſionem conſtituentia. Quæ etiam παθογνωμονικά dicũtur, quia ab aſſidentibus diſtincta: quia licet morbo propria ſint, ſeparari tamen poſſunt, vt quòd dolor ad iugulum aſcendit, aut ad hypochondria deſcendit, vel leuius ſuper dextro aut ſiniſtro latere cubate. Præter hæc ſunt alia ſigna, mox apparentia, quę nõ comitãtur aut conſtituunt morbum, ſed poſt apparent in duplici genere: quædam enim ſunt veluti propria, quædam communia omni ægrotationi, veluti propria, vt in morbis venoſi generis vrina in morbis ventriculi & inteſtinorum, deiectio: in morbis thoracis ſcreatio. Signa alia ſunt communia omni ægrotationi, vt conſtare mente, bene cubare, & quæ ex ſomno, & reliquis dicta ſunt ab Hip. in hoc lib. De ſcreatione igitur in præſenti cum multis aliis ſententiis prognoſticis ſcribit Hip. bonas primùm, deinde malas conditiones. Sputum, inquit, oportet in morbis coſtarum & pulmonis, vt duas conditiones habeat, nempe vt citò, & facilè excernatur, vbi particula aliqua noſtri corporis inflammatione vexatur, ac diſtenditur ob ipſam, & membrana tenuis ipſam obuoluerit inflammationem, aliquid reſudare ſolet veluti in lippitudinibus, & in morbo laterali: eritque id quod reſudat, tenue in principio atque incoctum, in morbi autem proceſſu & craſſius, & magis coctum, ſi ſalubris eſt, vt ſcribit Gal. prima ſectio. Apho. Com. 12. dicens, Hoc enim accidit omnibus inflammationibus, quæ non teguntur operculo denſiore, vt in his quæ exteriorem occupant cutim, quandam ſaniem reſudare, ab initio tenuem, poſtea verò ſi coctionem accipiant, & ad melius proficiant, craſſiorem, & ex hac ipſa craſſiore aliquam eſſe magis coctam, aliquam verò minus. Hoc idem in omnibus inflammationibus, quæ vel os vel oculos infeſtent, licet intueri, quãdo pars aliqua interior ſimul cum cutis diuiſione patitur inflammationem. Nam ex eiuſmodi vlceribus ſanies profluit, qualē diximus. Quando igitur aliqua fuerit inflammatio cum tanta meatuum anguſtia, vt nihil extra effundatur, neceſſe eſt illam eſſe & coctu difficilem, & longo tempore perdurare. Idem infra Com. 50. Docent autem hæc quo pacto humor qui continetur in inflammationibus laterum reſudat in ſpatium proximum, quod eſt thoracis cauitas. Quod rurſus vehementer, compreſſo thorace aſperis pulmonis arteriis innititur, non autem in ipſis thoracis & pulmonis diſtentionibus. Quod voluit Gal. libro 5. de Locis pat. cap. 2. dicens, Niſi enim vehementer admodum thorax pulmonem ex omni parte comprimat, humor in aſperarum arteriarum ora recipi non poterit: quamobrem natura, quo robuſtior fieret expreſſio, tuſſi vocata donauit animalia. Eandem ſententiam ſcripſit lib. 3. de articulis, tractatu de coſtarum fractura, Commen. 5. Cùm verò humor ipſe in aſperis pulmonis arteriis contentus fuerit, (in eis enim recipitur, quia ora habent magis aperta, & quæ nunquam integrè clauduntur, ob duritiem, & bronchiorum naturalem conſtructuram) facilè poterit vnuſquiſque intelligere, ſicuti in pulmonis morbis, quo pacto tuſſi vrente natura, & flatu, tanquam inſtrumento alio corpore pellantur, quæ in ipſo pulmone congeſta fuerint, aut aliunde delata,

Margin: Morbi lateralis ſigna.

Margin: Aſſidentia ſigna.

Margin: Mox apparentia ſigna.

Margin: Sputi duæ conditiones.

Margin: A thorace in pulmonem tranſmiſſio.

quæ ſubſtantiam quandam non admodum craſſam, neque admodum tenuem habere debent: vt declaratur ſatis à Gal. in Com. & ego exponam. Si enim aliquod horum acceſſerit, aut omnino non adducetur ſputum, aut id malè, neque cum conditionibus ab Hippocrat. ſcriptis. Si nihil educitur, aut ſi quod educitur crudum eſt, morbi longitudinem ſignificat, atque ipſum eſſe in principio, quales ſunt illæ, de quibus Galenus lib. 1. de Criſib. cap. 5. dixit, Quæ vero propriè expuitiones nominantur, ex his quæcunque ſubflauæ, & ſubpallidæ, & ſpumoſæ, & tenues exiſtunt, ſolam cruditatem ſignificant, nullum verò inſigne malum prænunciant. Si verò præter id quod non educitur, coctum malam etiam aliquam habuerit ſignificationem, perniciem & periculum oſtendet, vt in ſequentibus dicetur. Diuerſum ab his eſt ſputum coctum, quod verè ſputum dicitur, de quo in Aphoriſmo 12. primæ ſect. quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum abbreuiat: ſi verò poſtea appareat, producit. Hoc autem quod in principio, id eſt in primis tribus diebus apparere debet, ſputum appellat, quod explicat Galen. eſſe ſimpliciter ſputum, πτύελον à Græcis appellatur. Quod enim non eſt bonum, neque ſimpliciter ſputum, non πτύελον, sed πτύσμα appellãt, vt 1. de Criſibus cap. 5. Quamobrem & in præſenti prog. ſputum legi debet, quoniam tale ſimpliciter bonum eſt: reliquum verò aut flauum, aut viride, aut ſpumans, & magis propriè πτύσμα eſt, minimè verò ſimpliciter tale. Huius ſputi naturam docet Gal. Comm. citato dicens: Sicuti igitur ſputum perfectæ coctionis eſt ſignum, quando album fuerit, læue & æquale conſiſtentia, neque nimis humidum, neque nimis craſſum: eodem modo integram cruditatem oſtendit, quod nullo modo ſpuitur. Iſtæ ſunt ex colore & conſiſtentia ſputi optimi notæ, quas tamen in præſenti Hippo. non percurrit: quoniam cùm dixit, ſputum, has incluſit conditiones, & ideo ab ipſarum narratione excuſatur. Dixit enim Gal. 1. de Criſib. cap. 5. hanc exponens partem, Neque in dubio eſt, quòd hoc loco Hippoc. ſputum vocat, id quod ſecundum naturam ſe habet, cui flauum admixtum eſſe oportere inquit. Declarat tamen quo tempore, & quanta facilitate excerni debeat optimum ſputum, citò dicens ac facilè eſſe excernendum: citò quidem, vt in Aphor. dixit, ſi ſputum inter initia ſtatim appareat, morbum abbreuiat. ταχέως enim, id eſt, citò. ad morbi tempus refertur. Idem enim eſt ac ſi diceret, ſputum optimum debere apparere breui tempore ab initio. Id autem breue tempus principium ab Hippoc. appellatur trium dierum ſpatium, multis in locis: vt declarauit primo lib. expoſitione 4. Quũ igitur ſputum quod coctum eſt, apparet in principio, id eſt, intra trium dierum ſpatium, optimum eſt: breuis enim morbus ſignificatur, ſi quidem humor citò ac breui tempore aſſecutus eſt coctionem, morbus enim qui intra triduum conſiſtit, & coctionem admittit, non vltra ſeptimum prorogabitur. Similiter ad bonum terminari neceſſum eſt omnem morbum, cui ſigna coctionis adſunt, breuem enim morbum atque ſalutem coctiones oſtendunt, vt primo libro de morbis popu. parte 2. coctiones criſis celeritatem, & ſecuram ſanitatem oſtendunt. Quod etiam infrà declarat progno. 45. cùm inquit, deteriorem eſſe vbi multo tempore ab initio ſcreatur. Facilè etiam excerni debet id ſputum bonum, quod Hippocr. dixit εὐπετέως: id enim ſignificat neque magnum adeſſe dolorem, neque ex facultate, aut humoris excernendi natura, aliquod adeſſe impedimentum.

Margin: Spuere citò.

Digitized by Google

pedimentum. Hæc enim tria impedimentorum genera multa tuſſi excerni faciunt ſputum. Facilè enim opponitur ei quod multam infert tuſſim, de quo in progno. 45. infrà dicemus. Conſtat autem, quòd aliquo horum trium impedimentorum concurrente, neceſſum eſt, vt non facile neque abſque magna tuſſi excernatur præ dolore. Quoniam vbi dolor partem infeſtat, motus ipſum augebit, & maximè qualis tuſſis, & cogitur ab opere ceſſare, ac multam, id eſt, frequentem efficere tuſſim, vt id quod in vno motu ob paruitatem facere non poteſt, frequentia compleat. Similiter ob imbecillitatem facultatis tuſſes multæ ſiunt neceſſariæ ad expulſionem ſputi, vbi ipſa adeò fuerit languida, vt vno impetu id efficere non poſſit. ſputi etiam craſſitudo aut tenuitas impedit, aut quoniam non cedit aëri pellenti, aut quia refugit flatum, ac diuiſum cedit ipſi exeunti, neque ambo ſimul exeunt, ſed ſolus aër humore relicto.

GALENI COMMENT.

Verbum cito, ſignificat inter initia ægrotationis. Promptè verò, pro eo quod eſt facile, ac propè ſe dictum eſt: id verò ſignificat citò ac ſine dolore vacuari ſcreationem. Fieri enim cito aliquid intelligimus bifariam, tum vt omnis principium morbi, tum etiam vt tempus adiunctum functioni, ſignificetur. Prompta enim ſcreationis vacuatio, id eſt propenſa ac facilis eſt, quoties nec vehemens in thorace dolor infeſtet (hic enim interpellat ſiſtitque in medio priuſquam abſoluatur, naſcentem adhuc thoracis functionem) nec vires deſint: hæ enim accumbunt in media functione: ita vt inchoatum inabſolutúmque officium reſtet. Quinetiam ipſa ſcreatio ſi vehementer fuerit viſcoſa, oblita tenacius membris, excurrénſque ſæpenumero ſubſiſtit, fiſtulis agglutinata pulmonis: quemodo ſi fuerit admodum craſſa, difficulter excurrit ac longiore temporis tractu male affici cogit, atque etiam ſtipatur in quibuſdam itineribus anguſtis: & ob eam rem nonnullis ſtrangulari contingit. Cæterùm ea ipſa materia ſi admodum tenuis & aquoſa eſt, vix ſcreatur. vt quæ circiter ſpiritus circumfluat. Hæc enim prima cauſa vacuationis eſt, quam etiam continuam nominant. Duplex enim prima cauſa eſt (quemadmodum dictum eſt, cum ageretur de cauſis) tum materiæ vitium, tum etiam id quod initium habeat motionis. Itaque motionis initium ex facultate mouente thoracem in taſſientibus eſt. Id enim libro de Cauſis accidentium definitum iam eſt. Violenta verò contractio eius facit, vt ſpiritus feratur foras vehementer. huius verò vehementia refert ſecum materiam conditam in fiſtulis pulmonis, quæ quidem aſperæ arteriæ ſunt. Quoties ergo thorax validè ſuo fungatur officio, & humor in fiſtulis pulmonis conditus, modicè craſſus ſit facilè ſcreatur. Si verò neutrum extitat, difficile, agréque. Quòd ſi ex prædictis cauſis altera ſit, altera deſit: vacuatio inter optimam ac deterrimam media accidet: & vt in totum dicatur, prout magis ac minus cauſæ intenduntur, aut euoluuntur, eorum quidam facilius, quidam difficilius expuunt. Quid igitur ſit promptè excreare, perſpicue pariter ac verè perpenſum iam eſt. Si igitur id verum eſt, quemadmodum eſt, verum quoque erit vt cito excreetur. Non enim adiunctum ipſi tuſſedini tempus, ſed primum morbi tempus ſignificat: de quo per ſententias dixit: In morbo coſtali ſi ſcreatio ſtatim inter initia exiſtit, breuem ægritudinem fore oſtendit: vt ſi quis de tempore functionis intelligat eſſe Cito dictam (quod quidem docui in verbo Promptè contineri) peccabit bifariam: principio vt tempus ab eo ſit bis inconſiderate proditum, tum autem, vt quod eſt lib. Sententiarum præſcriptum, omittatur, vim alioqui obtinens maximam. Cæterùm vt non ob hæc ſolum, ſed etiam propter ea quæ ſunt proximè dicenda ita intelligi conueniat, dum eam ipſam enarrabimus dictionem, oſtendetur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte verba Hipp. exponit quæ ſunt ταχέως, id eſt cito. & εὐπετέως, id eſt facilè. Cito namq; morbi principium indicat, quoniam cito ſpuitur, quod ſpuitur inter initia morbi, εὐπετέως verò, id eſt, facile, idem eſt apud Græcos, quod ῥᾳδίως, id eſt, liberaliter: & ἑτοίμως, id eſt, prompte. Verumtamen cito ſignificat etiam id quod celeriter. nã cito duas habet ſignificationes, quarum vna dicta eſt, quod eſt inter initia morbi, & ſignificat id quod fit ſine labore, & habet in actione ipſa facilitatem adiunctam, ac promptitudinem. *Cito* Græcè, ταχέως, *Promptè*. Græcè, εὐπετέως, id eſt facile. *Id verò ſignificat*. Græce, συμβαίνει δὲ ταχέως τὸ καὶ ἀπόνως ἀναπτυόντων, hoc eſt contingit autem hoc, cito ac ſine dolore ſcreantibus. *Tum vt omnis principium morbi*. Græcè τὸ μὲν ἕτερον καὶ τὸ νοσήματος, τὸν πρῶτον χρόνον. id eſt, tum vt primum totius morbi tempus. *Cito dupliciter.*

In ſecunda parte, quæ incipit (Prompta enim) quare ſputum facile excernitur, reddit cauſas tres: nempe facultatem, inſtrumentum, & humoris præparationem. Facultas imbecilla ſi fuerit, non perficit actionem: in inſtrumentis ſi exiſtat dolor, interpellat ob dolorem natura actionem ſuam: quod etiam contingit in reſpiratione, vbi quis morbo laterali laborauerit. Ex humoris diſpoſitione ſi glutinoſus fuerit, vehementer adhæret fiſtulis pulmonis. craſſitudo quoque excreationem remoratur, partim quoniam craſſus humor reſiſtit, partim quoniam anguſtos meatus pulmonis obſtruit. Nimia quoque tenuitas facit, vt quoties flatus violenter tuſſi impellitur, humorem ſecum non deferat, ſed ipſum interrumpat, humor verò circumfluat: quod fit in bullis, quæ ex aqua & flatu conficiunt: parum enim durãt, quoniam flatus cito penetrat, ac diſrumpit aquam quæ tenuis eſt, & minime tenax. Humor itaque qui tuſſi excernitur, modicam habere debet craſſitudinem, Concurrunt enim duo ad expulſionem, & tuſſim, facultas, & humor: quòd ſi facultas fuerit robuſta, & humor modice craſſus, optime ac facillime excercebitur euacuatio: ſi ambo defecerint, peſſime, aut nullo modo: ſi tamen alterum adſit, & alterum defecerit, medio modò ſuccedet. Hoc habet peculiare euacuatio eorum quæ in thorace continentur, quòd ſub mediocri craſſitudine optime parata ſunt, quæ expelluntur. quod non conuenit his, quæ à vaſis excernuntur: ea enim quanto tenuiora, tanto paratiora ſunt, & tenuiſſima paratiſſima. ratio eſt, quoniam vaſorũ euacuationes à facultate naturali fiunt, & per fibras tranſuerſas facta compreſſione. In compreſſionibus autem tenuibus facilius pellitur, ac magis cedit facultati pellenti: id tamen quod à thorace tuſſis excernitur, niſi impellatur commode, nunquam excernetur ab animali facultate: potius impulſu, quàm compreſſione. Ad id autem, vt diximus, maxime conduxit ſubſtantiæ mediocritas. quod docet ſimiliter lib. 2. de Cauſis ſympt. Vbi de expulſione, quæ fit per tuſſim loquens inquit, Atque magna ex parte ſortitur effectum, præſertim ſi & ſpiritus impetuoſè feratur, & ea quæ obſtrunnt facile poſſint expelli. Sunt ad hoc idonea, quorum neque aquoſa, neque lenta ſit ſubſtantia. Nam aquoſa, ob tenuitatem diſſecantur potius à ſpiritu, quàm vltra ferantur: lenta verò adeò inhærent arteriæ, vt ab ea ſolui vix poſſint. *Prompta*. Græcè, εὐπετής, id eſt, facilis vt in progn. *Vacuatio*. Græci codices Aldini habent, ἀνάγκη: corrigendi tamen ſunt ad inſtar Baſilienſium, in quibus habetur ἀναγωγὴ, id eſt, reiectio, *Excurrénſque* Græcè ἀναφερομένη, id eſt, ſurſum lata. Sic etiam vbi legitur, Excutit: lege, ſurſum fertur.

Cauſæ tres facilitatis.

Modicè craſſa eſſe debẽt quæ in thorace continẽtur.

Aldi codex corrigitur.

tur. *Continuam.* Græce, προσεχῆς. hoc eſt, contentiua. *Dum ageretur de cauſis.* Græce, ἐν τοῖς περὶ αἰτίων λόγοις. hoc eſt, in ſermonibus de cauſis. Gale. lib ſcripſit de cauſis contentiuis, qui non extat. *Id enim lib. de Cauſis accidentium.* Lib. 2. de Cauſ. ſympt. de tuſſi, & ſternutamento loquens, inquit, Nempe quòd huiuſmodi motus naturæ ſunt opera, annumerantur tamen ſymptomatis præter naturam, ob cauſas naturam ad huiuſmodi motum cogentes. Et paulò inferius iterum idem repetit.

In tertia parte, quæ incipit (Si igitur) docet quòd ſi verum eſt, quod dixit de prompto, & facili ſputo, verum etiam erit, quòd ipſum oportet cito excerni, vt cito, ſignificet primum morbi tempus, non tempus actioni iunctum, quod eſſet ipſum pauca tuſſi excerni. Cùm enim cito, id eſt, in principio morbi, excernitur ſputum, morbũ breuem futurum oſtendit, vt in Apho. 12. 1. ſect. dixerat. Hippo. Sic in morbo laterali ſi ſputum inter initia appareat, morbum reddit breuiorem. Quòd ſi quis diceret, per verbum, cito, Hippo. intellexiſſe breuem tuſſiendi actionem, duplici cauſa erraſſet. Primò, quia bis de tali actione feciſſet mentionem, quum dixiſſet, facile, & quoniam omiſiſſet rem admodum vtilem, de qua in Aphor. citato meminit. Tertium etiam addit, cito, quod tempus primum morbi ſignificat: vt conſtabit in expoſitione prog. 45. ſequentis.

PROGNOSTIC. XLIV.

PErmixtúmque appareat flauum admodum, ſputo.

Sputum commixtum eſſe debet.

Id quod refudat ex inflammatione, quæ vere morbus lateralis eſt, aut ex pulmonia, cum ſaliua commiſceatur. Nam ſyncerum omne vndecumque excernatur, ſiue flauum, ſiue rubrum, malum erit, vt de vomitu diximus in expoſitione 38. Commendat autem id quod admodum commixtum eſt, non quod admodum flauum: non admodum commixtum robur naturæ coquentis, ac commiſcẽtis oſtendit. Quòd ſi flauũ, quod excernitur, quod ſignificat morbum biliofum eſſe, admodum commiſceatur ſputo, ex flauo ſubruffum, aut ſubflauum efficietur, quod inter initia morbum oſtendet futurum breuem, atque ſalubrem. Si namque tale apparuerit in 4 in 7. coctum integrè apparebit, album, læue, & æquale. Cito ergo ac facilè ſcreari ſputum decet, & flauum, ſi quid fuerit, admodum cum ſputo commiſceri. Huius prognoſtici ſententiam refert atque exponit Galen. lib. 1. de Criſib. cap. 5. dicens. Et quid oportet nos plura dicere? quum poſſimus verba, quæ in progn. ſcribuntur, apponere. Sputum oportet in omnibus doloribus, qui ſunt circa pulmonem, ac latera, celeriter ſpui, ac facilè, commixtúmque videri vehementer flauum ſputo. Neque in dubio eſt, quod hoc loco Hipp. ſputum vocat id, quod ſecundum naturam ſe habet, cui flauum admixtum eſſe oportere inquit.

Sputum ſecundum naturam.

GALENI COMMENT.

VErbum admodum, de permiſta, non de flaua bile afferendum eſt, velut ſi in hunc modum dictum ſit, Appareat flaua bilis permiſta admodum ſcreatione, oportet. Verbum admodum, id poteſt, quod nimium & maximè valet. Itaque paulo ante dixit, Vomitio vtiliſſima eſt, ſi pituita ac bile permixta maximè eſt. Nunc vero in ſcreatione voculam admodum, adiecit. Cæterùm quàm rectè enarrauerimus, ſequentem inaudiens dictionem diſcas licebit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hanc dictionem ἰσχυρῶς, id eſt, admodum, dicit non ad flauum eſſe referendam ita, vt docet velit Hippo ſputum debere e[illegible] [illegible] um, ſed vt velit eſſe commixtum [illegible] quemadmodum & vomitum diximus admodum commixtum eſſe debere. *Verbum admodum.* Græcè, τὸ ἰσχυρῶς ἐπὶ τὸ ξυμμεμιγμένον, οὐχ ἐπὶ τὸ ξανθὸν ἀκουστέον [illegible], hoc eſt, dictio admodum, de permixto, non de flauo, afferenda eſt. *Admodum.* Græcè, τὸ γὰρ μὴν ἰσχυρῶς, αὐτῷ τῷ λίαν καὶ μάλιστα σημαίνει ταὐτὸν, hoc eſt, vox enim ἰσχυρῶς, id eſt, admodum, idem ſignificat, quod λίαν, id eſt, valde & μάλιστα, id eſt, maximè.

PROGNOSTIC. XLV.

SI enim multò poſt initium doloris ſpuatur flauum, aut ruffum, aut plurimam tuſſim inferens: & non admodum commixtum, deterius eſt.

Tribus conditionibus præhabitis in duobus prognoſticis præcedentibus, contrà ponit alias tres quas vituperat. Ei quod eſt, cito & in principio morbi, opponit, multò pòſt initiũ doloris. Et quod dixit, facile, opponit, multam inferens tuſſim. Et denique quod dixit, admodum commixtũ: opponit, flauum, aut ruffum, aut non admodum commixtum. Nam cui opponitur etiam ruffum & flauum. Id enim quod ruffum aut flauum eſt, non admodum commixtum eſt Hanc ob cauſam mihi videtur Hippoc. non interpoſuiſſe aliis duobus ſignis, flauum, aut ruffum, vt in progno. habetur. ſed potius legendum, Si namque multò poſt initium doloris excreatur, aut plurimam inferens tuſſim, aut non admodum permixtum, aut flauum, aut ruffum, deterius eſt. Hæc eadem retulit Gal. 1. de Criſib. cap. 5.

GALENI COMMENT.

IN hac pollicitus ſum dictione oſtendere vtraſque enarrationes antea proditas, veras eſſe: tum verbi cito, tum etiam verbi admodum, intellectum. Hippo. enim ſe ad contraria conferens, quemadmodum conſueuit, cito oppoſuit illud: Si enim multo pòſt ab initio doloris ſcreatur. Et verò quod eſt admodum permiſta, oppoſuit, non admodum permiſta: & item ei quod eſt, promptè excreatur, illud, multam inferens tuſſim. Quoties enim materia ſine dolore citóque vacuatur, tuſſi pauca opus eſt. Antea enim dictum iam eſt, ſalubrius eſſe permiſceri materias quæ vacuantur, quodammodo inter ſe, nec quicquam excerni exquiſitè ſyncerum: & item dictum eſt, vt oporteat cito extitere in coſtalis ſcreationem, in Commentariis De iudicationibus, atque etiam libro Sententiarum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Quàm rectè expoſitæ ſint tres dictiones in duobus Commentariis præcedentibus docet, ex contrapoſitis in præſenti prognoſtico, vt ei quod cito, id quod multò poſt initium: & ei quod facilè, id quod plurimam tuſſim infert, & ei quod dixit, admodum permixtum, non admodum permixtum. Quòd ſi hæc mala ſunt, alia erunt bona, quæ in præcedentibus progn. laudauimus. *Citóque* Græcè, ταχίον, ſed & potius legendum εὐπετέως, id eſt facilè: nam inquit Galen. Quoties enim materia ſine dolore, citóque vacuatur, tuſſi pauciore opus eſt. Contrà, ſi quòd cito euacuatur, pauca eget tuſſi, fruſtra additur, facilè, quod ſignificat cũ pauca tuſſi in progn. 43. Rurſus ſi id quod cito euacuatur, pauca eget tuſſi, quod multa eget tuſſi cõtrarium erit ei, quod cito educitur. Quũ tamẽ Gal. id quod cũ multa tuſſi excernitur opponat ei, quòd facilè excernitur. *Id.* Græcè, μοι, id eſt, mihi.

Codex Græ corrigendus

PROGNOST. XLVI.

FLauum enim, cùm ſyncerum ſit, periculoſum eſt: Et album glutinoſum & rotundum, pernicioſum.

Flaua

Flauum eſt ſyncerum.

Flaua bilis ſyncera eſt, quoniam commixta, ſtatim redditur colore remiſſior, vt docuit Gal. Com. 38.ſuprà,& lib. 10.de Simp.med.facul. inquit, Nam ſeroſo excremento flauæ bili commixto pallidam conſtitui contingit:ſicut & flauam pluſculum excalfactam conſiſtentia reddi craſſam,dolore autem flauam. Quod cùm ita ſit,vbi Hipp.dixit, τότε γὰρ ξανθὸν ἄκρητον ἐὸν, κινδυνῶδες, rectè diximus, Flauum enim cùm ſyncerum ſit, periculoſum eſt. Non vt Laurentianus,Screatio flaua ſi ſyncera eſt, ac ſi poſſet non eſſe ſyncera. Sic etiam & Leonicenus rectè tranſtulit lib. 1.de Criſi.cap. 5. Gal.verba dicens, Sed & poſt hæc ſubiungens manifeſtius dicet ſuam adhuc mentem aperiens: nam flauum impermixtum exiſtens,periculoſum:impermixtum autem eſt,quod ſputo non commiſcetur, flauum itaqoe vituperauit Hipp.tanquam ſyncerum, & periculoſum eſſe dixit: album tamen, non ſimpliciter, ſed vbi fuerit glutinoſum ac rotundum: id enim pituitam aſſatam ſignificat. Quod enim album eſt, ſi ſimul læue & æquale fuerit,optimum ſputum erit,vt 1.ſect. Aphor. Com.12.glutinoſum tamen ac rotundum, quatenus glutinoſum eſt, pituitam oſtendit: quatenus verò rotundum,inæqualem ipſius aſſationem.Quòd ſi album ſimul & glutinoſum eſſet, non tamen rotundum,poſſet coctionem ſignificare.Nam glutinoſum eſt,quod coquitur, quod tamen glutinoſum eſt, ita vt malum ob eam cauſam dici poſſit, non tantùm glutinoſum ſed glutinoſum atq; rotundum, vt hîc, aut valde glutinoſum dicitur, vt lib.1. de Rat. vict. acut. ſect.33.quum ait, Præterea ſi lateris dolor aſſiduus eſt, calidiſque fomentis non remittitur, ſputúmque non procedit, ſed καταγλισχραινόμενον ἀπεπτίως,id eſt,admodum glutinoſum, citra coctibilitatem ſit:niſi quis dolorem, vel alui ſubductione, vel ſecta vena pro vtriuſuis exigentia ſoluerit,ptiſanam autem ita affectis dederit præcipitem aget in mortem.Et Galen.in Com. inquit. Continuo autem adiicitur & alia pleuritidis non modo magnæ, verùm & moroſæ nota, quòd ſcilicet ſputum abundè glutinoſum ab euacuatione arceatur,infarctúmque affectis partibus ſit,& detentum.Nempe hoc verbum, καταγλισχραίνεσθαι, plus aliquid indicat, dictione maximam ſignificante glutinoſitatem, facta præpoſitionis huius κατ' adiectione. Satis igitur fuerit ex ipſius additamento, quod ita glutinoſum ſit ab eo quod concoquitur,diſtinxiſſe: nempe quod concoquitur mediocriter glutinoſum exiſtit, non tamen καταγλισχραίνεται,id eſt,neque extremè, neque ſummè id habet.Et ne quis in ea te falleretur, continuò Hippoc.verbo huic καταγλισχραινόμενον, ad verbum hoc ἀπεπτίως adſcripſit, quod idem cum ἀπέπτως, id eſt,incoctibiliter ſignificat:nempe καταγλισχραινόμενον ἀπέπτως, id eſt,citra coctibilitatem glutinoſum, malum eſt.Id quod Hipp.& Gal.in hoc loco appellant ſputum valde glutinoſum, citra coctibilitatem: in præſenti appellant glutinoſum atque rotundum: quod enim glutinoſum & rotundum eſt valde, glutinoſum & compactum eſt.Et quod tale eſt,coctum nõ eſt,ſed potius aſſatum.Gal. etiam dixit ſignificare pleuritidem mali moris.Merito igitur,vbi Hipp. in præſenti progn. dixit ἀλυσιτελὲς, diximus pernicioſum, nam quod ſignificat morbum mali moris, pernicioſum eſt.Et Galen.in Com.ſequenti dicit ſignificare aſſationem: verùm quod tale eſt,non tantum inutile eſt,ſed pernicioſum. Adde quod ſigna inutilia nec bona,neque mala ſunt,qualia ſunt ſigna cruditatis, non ſigna caloris aſſantis, & vocabulum ipſum ἀλυσιτελὲς,id valet,quod βλαβερὸν.βλάβος verò perniciem ſignificat. Quæ expoſitio melior eſt, quàm inutile, conuertere cum malo, vt Fuchſius lib.6.de Morb.pop.par.3.in expoſitione Aphoriſ.28. Præterea ſputi rotundi malitiam explicuit Hip. lib. 6.de Morb.pop.par.3.* alienationem ſignificare dicens.Id autem glutinoſum quoque eſt, quod materia ipſius oſtendit. Apud Gale. in Comm.eiuſdem, vbi materialem & efficientem cauſam explicuit dicens, Sputorum rotundorum vt materialis cauſa eſt craſſities, & viſcoſitas humorum in bronchiis pulmonis collectorum, vt effectrix verò caliditas loci: nonnullis quoque & id febrientibus fieri conſpexi, qui in valde multo tempore nihil habere mali videbãtur. Poſtea verò hi omnes ex phthiſi contabuerunt. Quod ſi eum febre aliquando fiat,cùm cæteris delirium portendentibus,delirium nuntiat,conferéntque hæc ad eius; quod deſipientiam portendere natum eſt, præſentionem, aliàs autem non. Nunquam eſt igitur ſoli ipſi,ad prædictionem deſipientiæ, confidendum.

** Ita Hippo. loco citato de ſputo rotũdo τὰ πτύαλα στρογγυλώδεα παρακρουστικά.*

GALENI COMMENT.

NOn aliud nunc dicit, quàm quod antea dictum iam eſt. Si enim ſcreatio nequaquam permixta eſt, ac redditur flaua propter flauam ſcilicet bilem:candida verò, glutinoſa,ac rotunda propter aſſatam: Sæpe enim demonſtratum iam eſt, vt decumbentes membris quibuſdam fluxiones inflammationem,ſacrum ignem,œdemata, ſcirrhos, cancrum committentes, pro diſcrimine exuperantium humorum indulgentiores ac maleficentiores euadant. Sanguinea enim ac pituitoſa modeſtiores habentur. Quæ verò flaua aut atra bile conſiſtunt ægrotationes,difficiliores cenſentur. Alterutra enim derodit corpus, idque commune illis eſt. Proprium verò vtriſq; flaua quidem bilis,vt acutas accendat febres:atra verò vt ſolutu difficilem committat affectionem. Humor enim, vtpote craſſius terreniúſque, adeo infarcit membra, quibus conditus eſt, vt difficilius e cernatur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN præſenti Com.oſtendit Hipp. nihil aliud docere,qoàm in prog.44. permixtum eſſe debere flauũ ſputo.Docet etiam diuerſas ſpecies ſputorum: quædam enim ſunt à bile,quædam à ſanguine, quædam à pituita, & quemadmodum naturæ & ipſorum tumorum ſunt diuerſæ.De qoibus illi,qui fiunt à ſanguine,aut à pituita,ſunt minus mali, à bile verò deteriores,ſiue ſit flaua,ſiue atra.lib.6.de Morb.po.par. 3.Com.illius,ob inclinationem.Gal.in Com. vbi ex coloribus,ſputorum humores peccantes diſtinguit, dixit, expuitur ſiquidem hinc aliis aliud iuxta humorum affinitatem ſpumoſum quidem,cùm humor pituitoſus fuerit: pallidum, cùm bilioſus: nigrum verò, cùm melancholicus, velnti rubrum, cùm ſanguis in illapſu ſyncerus fuerit. De his in Comm. 50.dicet,Atram bilem erodere,quemadmodum flaua, libro de Atra bile dixit, & experimentum in cancris docet.

PROGNOSTIC. XLVII.

MAlum verò, & quod valde chlorum eſt,& ſpumoſum.

Duo alia ſputa tanquam mala damnat in litera præſenti,chlorum admodum,& ſpumoſum.De ſpumanti bene multa dicuntur à Gal. in Com. de chloro verò,partim dicit lib.5.Com. 10.partim etiã lib. 2.Com.20.Præterea 3.Prorrhe.Com.7. & 2.de Rat. vict.acu.Comm. 22. pro pallido accipi dicit, quem ignis dicit eſſe colorem.Lege expoſitionem 20. huius lib. Color itaque iſte, quem Græci chloron appellant,de pallido, & de æruginoſo dicitur. Hic autem non ſimpliciter qui talis eſt,vituperatur,ſed qui admodum talis: quoniam vbi pallidum colorem ſignificet,

Sputum chlorum.

ſignificet, non admodum talem, non eſt neceſſum aſſationem ſignificari. Quod vult Galen. in Comm. cùm inquit, Flauus inquam, vbi ſeroſus humor ipſe aſſatur, quo permixto pallidus apparet: rubiginoſus verò, vbi is vehementer aſſatur. Vbi pro pallido admodum flauum explicat. Pallidum ergo cum conditione, admodum, flauum etiam ſignificat, & flauum, bilis pallidæ ſimpliciter talis ſignificat aſſationem, quia pars ſeroſa, quæ cum bile mixta eſt colorem remittens pallidam abſolutè reddit. Æruginoſa rurſus mala eſt, vt in præſenti Comment. fit enim flauo vehementer aſſato: vt de vomitibus æruginoſis dixit Gal. 5. de Morb. popu. part. 2. Comment. 54. & ſuprà declaratum eſt.

GALENI COMMENT.

SÆpenumero dictum iam eſt, vt chloron (id enim vertimus viride) de croceo dicere ſolitum ſit, & item de eo quòd à nõnullis vocatur rubiginoſum. Cæterum vt vtrumuis horum, ſi ſummè fuerit tale, difficilè ſit, non inſuper neceſſe habeo docere, cùm antea de quouis ſyncero humore tradiderim. Præter enim ſanguinem quiuis alius humor ſi ſyncerus fuerit, prauam indicat affectionem, flammido calore obtinens generationem Flauus inquam, vbi ſeroſus humor ipſe aſſatur: quo permiſto, croceus apparet. Rubiginoſus verò, vbi is vehementer aſſatur. Niger verò, aut quoties is ipſe vehementer aſſatur (qua ſanè deterrima, & quammaximè derodens atra bilis exiſtit) aut vbi craſſus ſanguis ſimiliter excitetur: aut ratione extinctionis & refrigerationis. Sed hæc ſemper in animo ſeruanda ſunt, atque exiſtimandum ſubinde ea ipſa præcepta de eiſdem rebus intelligi oportere. Cæterum ſpumans ſcreatio (id enim in calce dictionis eſt proditum) ex aerea ac pituitoſa ſubſtantia pariter permiſta eſt. Ex enim his qualibet ſpuma conſiſtit: in mari quidem ex violento ventorum afflatu in multas & exiguas partes attrita aqua: in iis verò quæ elixantur, præ copia caliditatis. At verò promiſcuum in vtriſque cenſetur gigni bullulas multas & exiguas, ſolutu difficiles, potiſſimum quoties ambo concurrant, tum aer turbulentus ac nebuloſus, tum etiam humor quodam modo craſſus ac glutinoſus: nam tenuis humor, qualis exquiſita aqua habetur quoties aerem comprehendit mundum, non diutius continet, ſed ſtatim reſciſſis bullulis, in propriam remeare ſedem permittit: & ob eam rem ſpuma in mari celeriter ſoluitur. Craſſus verò viſcoſuſque humor quoties (vt dixi) turbulentam ac nebuloſam ſubſtantiam intra ſe clauſerit, plurimum detinet temporis, eò quòd nec illa ſurſum verſus feſtinet, quemadmodum mundus aer, & quia ipſe difficulter reſcinditur. Vt enim gignuntur bullulæ ex humida ſubſtantia includente intra ſe aerem: pari modo ſoluuntur, propterea quòd humida ſubſtantia reſcindatur. Facilè ergo reſcinduntur, quoties ſpiritus tenuis ſurſum verſus feratur, non reſcinditur verò quoties neque tenuis fuerit, neque ſurſum verſus feratur. Talis eſt aer nebuloſus, vt qui nec conuolet in ſublime, neque tenuis, ſed per quàm humidus ſit, ita vt ferre queat humorem ſibi circum extentum, ita fit vt quoties elixatur aqua, non difficile ſoluatur bullula, ſed quoties aut craſſus aut optimus humor eſt, ex quo genitus ſpiritus flatuoſus vaporoſuſque eſt, atque etiam ſummo tenus in lebete humor oleaceus, pinguis, ac viſcoſus eſt. Ita igitur in corporibus animalium ſpuma gignatur oportet. non enim vehementiores flatuum quemadmodum in mari procellas, exiſtimari conuenit, ſed ignis calorem conſumentem pariter, ac ſpiritum efficientem flatuoſum tantum; quod oculis ipſis in multis licet infirmis intueri. Sed hæc abunde ſunt nobis prodita. ipſe verò ſeruabis in animo quemadmodo gignatur ſpumans ſiue ſcreatio, ſiue deiectio, ſiue vrina. Intus enim interdum fluitat vocata bulla, ne præterea deſideres rurſus de his ipſis aliquid inaudire.

Quomodo fiat ſpuma.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte, chlori ſputi malitiam declarat: ſignificat autem colorem pallidum, & viridem, vt ipſe dixit in locis citatis in expoſitione. Vbi autem quodcunque tale ſiue pallidum, ſiue viride fuerit, admodum tale exiſtat, ſyncerum eſt, & ea de cauſa damnãdum. Admodum enim pallidum, flauum redditur, & flauum aſſatione pallidi fit, & ſi vehementer aſſetur, fiet rubiginoſum, quo vehementer aſſato nigrum etiam fit.

Colorum bilis generatio.

IN ſecunda parte latè admodum ac diſtinctè ſpumæ generationem docet, vt quemadmodum ipſe inquit, præter hæc non ſit opus de hac re plura audire. *Conſumentem*, lege. Colliquantem: vt ſuprà diximus in annotatione circa Comm. 3. lib. 1. *Tantùm quod.* Græcè, μόνον ἢ καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπὶ πολλῶν τῶν ἀῤῥώστων θεάσασθαι. hoc eſt, tantùm non ipſis oculis, in plurimis ægris videre licet.

PROGNOST. XLVIII.

SI verò adeò ſyncerum fuerit, vt nigrum appareat, grauius illis hoc eſt. malum autem, ſi nihil aut expurget, aut admittat pulmo, ſed plenus in gutture ferueat.

NIGRA quæ deiiciuntur ſyncera appellantur, vbi familiarem obſeruauerint colorem, vt reliqua omnia: quemadmodum Galen. lib. 3. de Morb. pop. part. 2. Commen. Aliꝗam ea abortiuo fœtu quod ad ſputum referri poteſt, de quo pariter conſtat verum eſſe quod dixit Hipp. eſſe illis deterius, ad chlorum, & ſpumoſum facta collatione. Quòd præterea ſcriptum eſt, malum autem etſi nihil aut expurget, aut admittat pulmo, ſed plenius in gutture ferueat. in Græcis codicibus illa pars habetur, quam non habuit Laurentianus: habetur etiam in antiqua verſione, quæ ſic habet, Si in pulmone cohærens ſonuerit, nec quicquam inde exierit, malum eſt. Voluit autem Hippoc. malam eſſe diſpoſitionem, per quam neque euacuatur quod in ipſo pulmone continetur, neque aliunde aduentens admittitur, ſecundum magna ea parte ſequitur ad primum. Vbi enim quod in pulmone continetur non reiiciatur, plenus pulmo non admittet, quod aliunde in ipſum decumbit, velut in diſtillationibus, neque id quod in cauitate thoracis contentum tuſſi exprimi ſolet in pulmone. E a pulmone nihil purgari ſignificat imbecillitatem facultatis, aut doloris magnitudinem, aut humoris inobedientiam. Vbi igitur ob aliquod horum non expurgauerit ſua excrementa pulmo, cõſequens eſt, vt neque quidpiam admittat. Veruntamen ſi pulmo non admittit diſtillationem, aut aërem inſpiratum, id ad ſolam pulmonis plenitudinem referri poterit. Si non admittit ea, quæ in cauitate thoracis continentur, ad idem referri decet, & craſſitudinem humoris, qui non poterit penetrare pulmonem, aut ad imbecillitatem facultatis, non potentis magnam tuſſim efficere, qua humorem pulmoni immittat, ſequitur etiã vt plenus pulmo in gutture ferueat, talem referens ſonitum, qualem ea quæ elixantur & feruent. Contingit autem pulmoni, quod vaſis anguſti orificij: vbi enim aër ſubingreditur, humore exeunte, ſonitus editur, qui appellari poſſet murmur. Talis fit in gutture, vbi multus humor diuidi debet à ſubingrediente aëre per inſpirationem. Id in præſenti ob plenitudinem feruere dicitur, quod etiam in orthopnæa, & aſthmate quotidie euenit: & cum morbo acuto thoracis & pulmonis proximam oſtẽdit ſtrangulationem. Hoc ſymptoma Barbari oregmon appellant.

Pulmonis feruor.

Vnde naſcatur expectorationis difficultas.

Quid ſit oregmon.

GALENI COMMENT.

ANte dictum eſt de omni vacuatione ſyncera vniuerſim, ac de nigra ſeorſum quòd ſi nequaquam hæ-

rent

rent in memoria quæ ſuprà definita ſunt: rurſus ea ipſa reuolue. Rectius enim eſt ita efficere, quàm vt ea ipſa præcepta de eiſdem rebus ſæpenumero pandam.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Quod in præſenti Com. refert ſe dixiſſe in vniuerſum de ſynceris euacuationibus, dixerat Comm. 38. quod refert de nigris, dixerat Comm. 22.

PROGNOST. XLIX.

GRauedines, & ſternutamenta in omnibus morbis, qui ſunt circa pulmonem, præcedere ac ſuperuenire malum. Verùm in aliis morbis exitioſiſſimis ſternutamenta vtilia ſunt.

ANTE huius ſententiæ expoſitionem, opus eſt nominum æquiuocationem diſtinguere: primùm in-
κόρυζα. cipientes à grauedine, quæ κόρυζα appellatur à Græcis. Humor namque, qui à capite diſtillat, per capitis cruditates, quales etiam ſunt in ventriculo illæ, à quibus diarrhœa manat, aut deſcendit in narés, & appellatur κόρυζα, Latinis grauedo: aut diſtillat in
κατάῤῥους. os, & fauces, & appellatur κατάῤῥους, id eſt, diſtillatio: aut diſtillat in guttur, & aſperas pulmonis arterias, & appellatur βράγχος. i. raucedo. Hæc ſumuntur ex Galen. lib. 3. de Cauſis ſymptom. & ex Paulo lib. 3. ca. 28. in definitione grauedinis. nulla eſt inter eos differentia, in diffinitione tamen diſtillationis differunt, quoniam Galen. inquit, καταῤῥέειν μὲν ὀνομαζόντων ἡμῶν, ὁπόταν εἰς τὸ ςόμα καταῤῥέῃ τὸ περίττωμα. quod eſt, Catarrhum appellantibus nobis, quando in os defluxerit excrementum. Paulus verò lib. 3. cap. citato, inquit, κατὰ δὲ φάρυγγα, καὶ τὴν ὑπερῴαν ἁπλῶς κατάῤῥους, id eſt, Circa fauces vero & palatum ſimpliciter catarrhus. Facilè tamen ſoluitur, quoniam fauces, & palatum, partes oris ſunt: non igitur variant, ſententia qua dixit Galen. in os, & qua dixit Paulus in fauces & palatum. Præterea differre vi-
Raucedo. dentur: quia Galen. de raucedine loquens, inquit, ὁ δὲ βράγχος, ἐπὶ καταῤῥοῦς γίγνεται, διαβραχείσης τῆς φάρυγγος. Raucedo verò in catarrhis fit, irrigatis faucibus. Paulus tamen inquit, ὁπόταν δὲ κατὰ τὴν λάρυγγα, καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐπισχεθῇ, ὥστε καὶ τὸν ἔσω ἐπαλείφοντα, ταύτην ὑμένα τραχύνεσθαι, βραγχώδης ἡ φωνὴ γίνεται: καλεῖται δὲ βράγχον τε τὸ πάθος, καὶ ἀρτηριακόν. id eſt. Quando verò per guttur & aſperam arteriam differatur, ita vt illita internam membranæ partem exaſperet, rauca vox efficitur. vocant autem paſſionem, branchum, & arteriacum conſtat diuerſitas: quia Galen. eam, quæ fit ad fauces deſtillationem, appellat raucedinem. & Paulus eam quæ ad guttur, & aſperam arteriam. Quam difficultatem facilè ſoluit Fuchſius dicens, Facilis enim à faucibus ad loca iam dicta (ſcilicet guttur & aſperam arteriam) defluxus
Lib. Aphor. Com. 42. Fuchſius notatur. humoris, cùm fauces gutturi præiaceant. Verum meo iudicio ipſe, quamuis aliàs doctiſſimus in interpretandis Galeni ſcriptis, non ſaluauit Galen. & Pauli differentias. Primum, quoniam ſi ob quòd facilis eſt à faucibus ad guttur tranſitus excrementorum, liceret volenti cùm diſtillatio peruenit ad fauces appellare raucedinem, ſaltem quando non tranſierit, non appellabitur talis. cuius tamē contrarium vult Galen. litera. Præterea pari ratione poſſes diſtillationem, quæ peruenit ad os, appellare raucedinem. Nam ſi quando ad fauces deſcendit, raucedinem appellat Galen. & à palato in fauces, ſatis facilis eſt communicatio, ipſam quæ ad palatum fit appellare poteris in Galeni doctrina raucedinē, quod non ſtat. Tertiò, quoniam magis claram differentiam, quæ eſt in eiſdem dictis, non ſoluit: nam Paulus, cùm excrementum ad fauces defertur, appellat diſtillationem: quam tamen diſpoſitionem Galen. appellat raucedinem. Poſſet autem ſolui dubium rectè, quoniam cùm Galen. dixit raucedinem fieri, διαβραχείσης τῆς φάρυγγος, intellexit irrigato gutture. Quod etiam dixit Paulus. Nam φάρυγξ, fauces ſignificat, & ſimiliter guttur, & aſperam arteriam. Vel dices facillimo lapſu errâſſe Gal. Græcam literam, vt φάρυγγος dictum ſit, vbi dicendum erat, λάρυγγος: quod fit vnica litera immutata. & λάρυγγος vocabulo Paulus vſus eſt, ad raucedinem explicandam. Sed primum magis placet, quoniam nemini dubium, licet ſecundum facilè credi poſſet. Erit igitur grauedo, cùm excrementum ad nares fertur è capite: cùm tamen ad os & fauces diſtillatio, ſiue catharrus: & quando ad guttur & arteriam aſperam, raucedo, Græcè branchus. Secundum declarandum *Sternutamentum.*
eſt, ſternutamentum, quod animalis facultatis ſymptoma eſt; fit enim ab animali facultate, veruntamen à cauſa præter naturam irritatur. Quod dixit Galen. lib. 2. de Cauſis ſymptom. de tuſſi & ſternutamento loquens, nempe quòd huiuſmodi motus naturæ ſunt opera, annumerantur tamen ſymptomatis præter naturam, ob cauſas naturam ad huiuſmodi motum eugentes. Et iterum in eodem libro, parum infra de eiſdem loquens, inquit, Atque hæc ſunt facultatis à voluntatis imperio pendentis ſymptomata. Eſt etiam quædam vehemens expulſio flatus ex pulmone & capite, per quam, quod nares moleſtat, atq; cerebri partem anteriorē, excernitur, vt inquit Gale. loco citato. Iam ſternutamenta validiorem, quàm tuſſis habēt ſpiritus impetū, ſed aliam habent generationis ſuæ cauſam: quippe non ab ea, quæ aſperis arteriis, ſed naribus moleſta ſunt, ſpiritus violenter emittitur; cū quo & ex prioribus quoque cerebri ventriculis nonnihil emitti ſolet. Sternutamenta verò, niſi ob diſtillationem euenerint, haud mediocre præſidium afferunt capiti vaporibus oppleto. Neq; mirum videri debet, ſpiritum vnico impetu, & ex pulmone, & ex capite mitti. etenim in tractatu de Muſculis, indicauimus cerebrum thoraci principium motionis trāſmittere, à thorace verò diſtendi contrahíque pùlmones. Erit ergo ſternuta- *Sternutamentum.*
mentum, motus thoracis & pulmonis à cauſa præter naturam irritante, ad expellendum cauſam moleſtantem nares, aut partē cerebri anteriorem, vehementi flatus expulſiue. Adde quòd præter id quòd à cauſa mordente irritatur natura, vbi ab humore in capite fiat irritatio, aliquid eius in flatum verti neceſſe eſt; licet aliquādo fiat à cauſa exteriori, vt penna naribus immiſſa, & ſimilib. quod ſcribit Galen. 7. ſect. Apho. Com. 52. De ſternutamentorum malitia *Sternutamentorū malitia.*
in morbis pulmonis nihil refert dicere: quoniā manifeſtum eſt, quòd ſiue præueniant, ſiue mox appareant, concuſſo thorace, dilaniāt etiam pulmonem, caliditatem, ac plenitudinē augendo. In aliis autem morbis Gal. explicat in Cōm qualem habent naturā: aliquādo enim ſunt ſignū bonum. Grauedines item *Grauedinum malitia.*
ſimul cum diſtillationibus iūctæ malæ ſunt præuenientes, ac ſubſequentes. Præuenientes, quoniam implent pulmonem, ſequentes verò, quia indicant eam eſſe in pulmone multitudinem, vt cerebrum quoq; implere poſſit. adaugēt quoq; pulmonis malum. Grauedines item ſolæ pòſt apparentes nō ſunt cauſæ malæ, ſed tātum ſigna, quæ oſtendunt pulmonis plenitudinem. In principiu tamen, & ante morbi aduentum malum afferre poterūt, quoniam ad grauedines, magna ex parte ſequuntur ſternutamenta, quæ pulmonem motu vehementi lædunt. Ob id igitur grauedines præire malum eſt, quia eis ſternutamenta ferè ſemper coniunguntur. Sententia itaque

Y y y Hipp.

Hipp. de grauedinibus iunctis cum ſternutamentis intelligi debet: etſi poſſit intelligi, vt Gal. in Comm. de grauedinibus coniunctis cum diſtillationibus.

GALENI COMMENT.

HVmorem qui de naribus ſecernitur, tenuem, & incoctum nominare aſſolent omnes veteres medici grauedinem, quemadmodum deſluxionem talem qui de pulmone ſecernitur. Ac miror quonam modo Hippo. non deſluxionem adiecit grauedini, ſed ſternutamentum. Itaque grauedines, vna ratione nocua ſunt, vbi per tales exiſtunt morbos, deſluxiones duabus. Dictum à nobis antea ſæpenumero eſt, aliqua praua malis adnumerari ſignis ex accidenti: alia ſimpliciter id ipſum tantummodo eſſe indicia praua, nullum ipſa committentia malum, indicantia verò difficilem quandam affectionem ii qua conſtiterunt. Porrò alia ab his eſſe indicia vtroque modo praua, tum quia ſigna, tum quia cauſa ſunt. Signa quidem, quoties ex difficilioribus fiant affectionibus. Cauſæ verò, quoties ipſa rurſus alias committunt prauas affectiones. Itaque eueniunt deſluxiones, & item grauedines in morbos, qui affligant in pulmone, quia calidos recipiat cerebrum vapores. Sed pulmo non ab vtriſque, ſed à diſtillatione tantummodo afficitur. Materia enim quæ per grauedines defertur, per naſum foras excernitur, & ob eam rem deſluxiones deteriores quam grauedines habentur. Ergo non ſatis noui quam ob rem eas Hippocr. per hunc omiſerit ſermonem, niſi aliquis velit vt per grauedines eas quoque intelligi dederit, ac fortaſſe ab eo, qui inter initia librum tranſcripſit, omiſſa ſunt. innumera enim talia etiam nunc fieri cernimus. Itaque grauedines ac diſtillationes aſſiduas, non eſſe bona indicia cenſendum eſt, præuenientes quidem, eo quòd males repleant humoribus pulmonem: procedente verò morbo ſi exiſtat, quia magnam pulmonis affectionem, & ab eo ipſa caput eſſe affectum ſignificent. Sternutamentum ſequitur grauedines magna ex parte: ſanè concutiens thoracem, vitiat quoque pulmonem. At verò ſternutamentum per alios morbos nunquam ſimul prehendit nec aliquod aliud accidens, procedente verò morbo ſi exiſtat, oſtendit ſalutem; quanquam exitioſus, quantum in alia agitur indicium morbus habeatur. Indicat enim concoctionem, ac robur ſecretorium in cerebro facultatis, de qua cum in naſum flatuoſi ſpiritus ſecernuntur pariter cum alio quoque humore, nonnunquam ſenſibili & conſpicuo, quandoque tenuiore, & ſpectatu difficili, ſternutamentum conſiſtit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte primo exponit vocabulum, grauedo, & vocabulum diſtillatio: ſiue deſluxio, deinde confert grauedinem diſtillationi, miratúrque cur Hip. non coniunxit cum grauedine diſtillationem, ſed ſternutamentum, quum tamen ipſa diſtillatio deterior grauedine ſit. Grauedo enim mala eſt, vbi morbis acutis ſuperueniat in ratione ſigni, quia ſignificat abundantiam, quæ caput implere poteſt. Diſtillatio verò duobus modis mala eſt, vt ſignum, quia ſignificat prauam affectionem, & vt cauſa, quia lædit pulmonem deſcendens ad ipſum. Sunt enim quædam mala in via ſigni, quædam in via cauſæ, quædam in ratione ſigni, & cauſæ. Defluxiones ergo grauedinibus deteriores ſunt. *Vbi per tales exiſtunt morbos.* Græcè, τοῖς τοιούτοις ἐπιγινόμεναι νοσήμασιν. hoc eſt, vbi talibus ſuperueniant morbis. *Indicia.* Græcè, σημεῖα, hoc eſt, tertia.

IN ſecunda parte, quę incipit (itaque grauedines) docet grauedines & diſtillationes (intellige vbi coniunguntur) malas eſſe in morbis, ſiue præueniant, ſiue ſubſequantur: vbi præueniant, quoniam replent pulmonem prauis ſuccis: ſequentes verò, quoniam ſignificant magnam affectionem pulmonis, quæ caput implere poteſt. Voluit autem Hipp. coniungere ſternutamentum cum grauedine, vt innuit Gal. quoniam ſternutamentum ſæpe coniungitur cum grauedine. malum autem eſt, quoniam dilauiat pulmonem. Hæc ſunt mala quæ oſtendunt, & afferunt grauedines & ſternutamenta, in morbis pulmonis. Grauedo ſe ſola ſi præcedat, non eſt malum ſignum, cũ diſtillatione tamen, ſiue præcedat, ſiue ſubſequatur. ſternutamentum verò ſiue præcedat, ſiue ſequatur, pulmonem offendit. *At diſtillationes aſſiduè non eſſe.* Græcè, καὶ καταῤῥοῦς ἀεὶ χρὴ νομίζειν οὐκ ἀγαθὰ σημεῖα. hoc eſt, ac diſtillationes ſemper exiſtimandum eſt non eſſe ſigna bona.

IN tertia parte, quæ incipit (At verò) declarat ſecundam partem prognoſtici, in qua dixit Hippocr. in aliis morbis, quamuis exitioſiſſimi fuerint, bonum eſſe ſternutamentum. Diſtinguendum autem vult Galen. nam aut talia ſternutamenta coapparent morbo, & neque erunt bonum, neque malum ſignum, quemadmodum neque alia ſigna coapparentia: ſi tamen pòſt appareant, id eſt, in morbi proceſſu, bonum ſignificabunt, nempe robur facultatis expultricis cerebri, ac coctricis. Maximè tamen habet verum in morbis acutis, in quibus aut primaria affectione, aut per conſenſum cerebrum laborat. Conſtat autem quòd ſigna quæ concomitantur aliquem morbum, nihil boni aut mali ſignificant, ſed tantum ipſam præſentem affectionem, quemadmodum tuſſis in morbo laterali. Dixit autem Hippo. id eſſe verum in morbis exitioſiſſimis: quoniam inde tãquam à maiori licebit in aliis morbis minus exitioſis, ſimiliſe intelligere. *At verò ſternutamentum.* Græcè, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις νοσήμασι οὐ συμβάλλονται οὐδέποτε καθάπερ οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν σύμπτωμα. hoc eſt, in aliis quidem morbis neutiquam coincidentes ſicut neque quoduis aliud ſymptoma.

Sternutamenta quando bona.

PROGNOSTIC. L.

SI verò ſputum flauũ ſanguini non multo commixtum, in iis qui pulmonia laborant inter initia ſpuatur, valde vtile eſt. Septimo verò aut tardius, minus ſecurum eſt.

IN pulmonia ſputum mixtam habere debet naturam ex bili, & ſanguine: quoniam inflammatio exquiſitè biliosa, ſiue putum eryſipelas, rarò fiet: ſi tamen ex puto fiat ſanguine, per aſſationẽ, facilè tranſit in bilem aliqua eius pars: ſi etiam fiat ex vtroque humore ſputum, vtrumque oſtendent. itaque ferè ſemper ſputum in pulmonia flauum eſſe debet, ac ſanguineum. Quòd cùm fuerit perfectè mixtum, colorem habebit medium inter flauũ & rubrum. Multo etiam ſanguini commiſceri non decet, quoniam bilis multum poteſt reſudare ex lenibus in aſperas arterias, ſanguinis autem non multum ob craſſitudinem. Quòd ſi multum ſanguinis cum ſputo flauo ſpueretur, ruptura venæ eſſet in cauſa. Sputum ergo quod in pulmonia apparet, ex flauo colore pauco ſanguini mixto conſtare debet. In præſenti tamen progn. non intendit Hip. ſputi colorem laudare, ſed commixtionem: commixtio namq; aliquam coctionem & naturæ opus oſtendit. Vult etiam id ſputum, deſcribens tempus ſuæ apparitionis laudare: pertinet namque iſta ſententia ad dierum criticorum naturam. Vult enim Hipp. valde vtile eſſe, ſi intra primum quaternarium apparuerit. ratio ſimilis eſt ei, quæ habetur circa 12. Aphor. 1. ſect. Si ſputum inter initia ſtatim appareat, morbum abbreuiat. Inter initia autem idẽ eſt, & in ſpatio trium dierum, & intra primum quaternarium. Et quod in præſenti Hipp. dixit, inter initia, & quod dixit prognoſt. 43. celeriter. Quemadmodum enim ſputum, coctum ſputum ſignificat, & coctio criſis celeritatem oſtendit,

Sputum in principio pulmoniæ.

ita

Digitized by Google

ita in præſenti, cùm ſputum ex flauo & rubro mixtum apparuerit, aliquam oſtendit coctionem, & inde morbi ſtatum breui futurum, ac breuem terminationem. Quæ enim habent ante 4. coctionis indicia, ad ſeptimum, & non vltrà prorogantur. Addit etiam Hippocrat. Si 7. die, aut tardius apparuerit ſputum ſic commixtum, minus ſecurum eſt. Ratio eſt, quoniam notæ coctionis remiſſæ, quales ſunt, quæ ſumuntur ex ſola flaui cum rubro mixtione, in 7. aut pòſt apparentes longum futurum morbum ſignificabunt. Longus autem morbus cum remiſſis ſignis coctionis parum ſecurus eſt: vel, vt inquit Hippocrates minus ſecùtus eſt, quàm præcedens, in quo ante primum quaternarium talia ſigna apparuerunt. Quod ſimiliter dixit de vrina ſubrubra, cuius ſedimentum eſt ſubrubrum, in comparatione ad præcedentes progno. 27. Accedit ad id, quòd ſi ad ſeptimum vſque crudum apparuit ſputum, ea imminent pericula in morbi proceſſu, quæ à Galen. ſcribuntur in Comment. quod ſimiliter dixit Hippoc. progno. 31. Si autem diuturnus fuerit morbus, & vrina talis fuerit, periculum eſt, ne homo ſufficere non poſſit, donec vrina concoquatur. Celſus ſic ſcripſit progn. Neque inter initia terreri conuenit, ſi protinus ſputum mixtum eſt ruffo quodam, & ſanguine, dummodo ſtatim edatur.

GALENI COMMENT.

PRomiſcuus hic ſermo per omnem inflammationem eſt iam à nobis ſæpenumero proditus, vt decumbentis ad ſedes inflammatione laborantes humoris pars tenuior reſudet, quoties continẽs inflammationem ſuperficies haudquaquam denſa ex natura quemadmodum exterior cutis exiſtat: & ob eam rem ſiue in meatibus naſi, vel oculorum, vel oris inflammatio fatiget, humores tenues ſimiles vlcerum ſanies effluunt. Itidem pulmo laborans inflammatione, excernit humorem quendam ad intimas ſui ipſius ſedes inanes, quæ inquam aſpera arteria ſunt, qui cum à tuſſedine ſurſum feratur, excreatur, indicium afferens committentis pulmonem fluxionis, illius enim cen ſerum quoddam habetur. Itaque erit ſi bilioſa admodum eſt, flauus tantummodo: ſi ſanguinea, rubidus: ſi ex vtroque permiſta, rubidus pariter ac flauus. Hi igitur humores boni ſunt. Paulo vero abſiſtunt ab iis per quos ſanguinem integrum deſpuunt, fortéque indicium terrebit quempiam, quemadmodum quoties conſiſtente in pulmone vlcere, fatiſcit conceptaculum. etenim tunc ſanguinem deſpuunt. Sed ſanguis in pulmonia eueniens prorſus exiguus ſcreationi per exilitionem à medicis nominatæ ſimilis eſt. Id accidens fit, propterea quòd ſanguis conditione tenuis decumbit ad os, cùm gingiuæ rariores exiſtant, ita vt ipſum nequaquam contineant. In faucibus quoque ob eandem cauſam talis ſanguis ſeroſus quandoq; excernitur. Non igitur abſurdum eſt, quoties aliquid tale in pulmone generatur, id verò ex conditione ſanguinis, atque eius copia facile cognoſces. Nam qui ita ſcreatur, nequaquam craſſus, neque multus eſt. Cæterùm non expectare accidens ad ſeptimum vſque diem oportet, ſed potiſſimum ante primum quartum, vt concoctus alteratus ſit, ſi ſecus, ſed omnino ante ſeptimum expectandum eſt. Si verò talis perſiſtat, qualis ab initio erat, perſpicuum eſt, vt plurimum temporis proceſſuram ſignificet ægrotationem. nam vbi nõdum ſeptimo die concoqui cepit, longiſſimam fore demonſtrat integram concoctionem. At longiore temporis ſerie multa quoque alia abſurda incidere aſſolent, tum ægroti culpa, & adminiſtratoris, tum etiam vitio aliorum, quæ inopinata forinſecus accidunt, nec non interdum medici commiſſo, quòd ſi nihil ex his accidat, periculum, antequam concoquatur morbus, exolutionis virium imminet. & ob eam rem minus ſecurum videri dixit; pluribus diebus talem permanere ſcreationem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte modum tranſmiſſionis ſputi in pulmonia ad aſperas pulmonis arterias communem eſſe dicit, cum omnibus reſudationibus humorum ex inflammationibus, quæ fiũt in partibus quæ obuoluuntur tenuibus membranis, quales ſunt quæ fiunt in oculis, & in ore, tales etiam ſunt, quæ fiunt in faucibus, ſicuti & in pulmone. Tenuior enim humoris peccantis pars, qualis *ἰχὼρ*, reſudat ex ipſa inflammatione. Ex leuibus igitur arteriis in aſperas tranſmittitur, tãquam in partes inanes, deinde ſputione reiicitur, repræſentans humoris peccantis in inflammatione naturam. Quòd ſanies tenues reſudent ex partibus inflãmatis, vbi membrana tenuiore obuoluuntur, dixerat 1. ſectio. Aphor. Comm. 12. his verbis, Hoc enim accidit in omnibus inflammationibus, quæ non teguntur operculo denſiore, vt in his, quæ exteriorem occupant cutem, quandam ſaniem reſudare, & ab initio tenuem, poſteà verò ſi coctionem accipiant, & ad melius proficiant craſſiorem, & ex hac ipſa craſſiore aliquam eſſe magis concoctam, aliquam verò minus. Hoc idem in omnibus inflammationibus, quæ vel os, vel oculos infeſtant, licet intueri. Colores etiam ſputorum definit, dicens flauum oſtendere bilem, rubidum, ſanguinem: ſi mixtum ſit ex flauo, & rubro, vtrunque. Hos colores docere humores peccantes, lib. 5. de Locis part. cap. 2. in hunc modum ſcripſit, Etenim ſi bilis abundat, pallidum aut flauum: ſi atra bilis, nigrum: ſi pituita, ſpumoſum, & candicans, ſi ſanguis, rubrum ſputum reiicitur. Idem lib. 6. de Morb. pop. Comm. allegato in annotatione circa Comm. 46. lege ibidem, *Sanies*. Græcè, *ἰχῶρας*, id eſt, ichoribus aut tenuibus ſaniebus.

Reſudat ex inflammatione humor.

Sputorum colores.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Hi igitur) primò dicit parum intereſſe inter ſputum hoc, ex flauo & rubro mixtum, & id per quod verus ſanguis ſpuitur. Deinde reſpondet ad dubiũ, in quod poſſet aliquis incidere, exiſtimans illud eſſe ſanguinis ſputum quod ſequitur ad vaſis alicuius rupturam, vt in vlceribus pulmonis. Sed tamen id non eſt timendum: ſanguis enim is, qui in pulmonia excernitur, ſimilis eſt ei, qui reſudat ex gingiuis, per exilitionem nominatam. Verùm ſanguis talis ab eo, qui ex vlcere vaſe rupto manat, diſtinguitur: quia is neque multus eſt, neque craſſus. *Humores*. Græcè, *αἱ ὑγρότητες*, id eſt, humiditates. *Per exilitionem*. Græcè *κατὰ διαπήδησιν*, id eſt, per diapedeſin. de qua lib. 5. de Method. vbi cauſas fluxus ſanguinis tres ſcripſit, vaſis diuiſionem, anaſtomaſin, & diapedeſin. Porrò diuiditur ipſa tunica tum exulceratione, tum contuſione, tum ruptione, tum eroſione. Anaſtomoſis accidit propter tum vaſis imbecillitatem, tum ſanguinis, qui ad os eius impetu ruat, copiam, ad hæc acrem quampiam, quæ illi extrinſecus incidat, qualitatem. Diapedeſis ex tunica quidem ipſa rarefacta, ſanguine verò tenuato oritur. Accidere præterea interim poteſt, & ex gracilium vaſorum ore adaperto.

Fluxus ſanguinis cauſæ.

IN tertia parte, quæ incipit (Cæterum) docet hoc ſputum ante ſeptimum diem euenire debere: melius enim eſt euenire ante quartum: ſin minus ante ſeptimum: quod ſi non fiat, poſt ſeptimum notæ coctionis adhuc remiſſæ apparentes, longum morbum ſignificant, & ob id periculoſum. In lõgo enim temporis ſpatio multa mala ſuperuenire ſolent, ob erratum commiſſum ab ægro, aut aſſiſtẽtibus, aut à medico, aut aliquo extrinſecus occurrente, aut quoniam poterit facultas in longo temporis ſpatio deficere. Cauſas exteriores expoſuit Gal. lib. 6. de Mor. popu. part. 4. circa ſectionem, gratiæ ægrotantibus. &

Cauſæ exteriores.

ſequenti ipſum & in Comm. 1. ſect. 1. Aphor. & lib. 1. de Diebus decretoriis, ad rectè prædicendum eſſe errores exteriorum præcauendos. Vt ſi æger incendio domus accidente, aut latronibus graſſantibus, aut fluuio inundante, ſubitò cogatur fugere, quanta ei noxa aduenerit, quorſum attinet referre? Simili modo ſi tegmen aliquod delapſum, vel parietem ſentiens extimeſcat, ſimul & fugam repentè moliatur. item ſi per tegulas quippiam defluat, vel pluuia copioſior oborta capiti ægrotantis incidat, vel alius ipſum quomodocunque irrigauerit, vt locum mutare, vigil eſſe, & timere cogatur. Et hoc non mediocrē ipſi offenſam conciliat. Eodem pacto vicinorum tumultus, vel alia quædam vigiliæ cauſa eueniens, aut nuntium aliquod triſte pro noxæ ipſius magnitudine, etiam prædictionis perfectionem corrumpit. Videntur ergo apud Gal. illæ exteriores cauſæ, quæ ex inopinato occurrunt, & quæ non attinent ad ęgrum, aut aſſiſtentes, quatenus miniſtrant: aut ad medicum quatenus artifex eſt. Hoc vltimum addidi propter medici ornatum & œconomiam.

PROGNOSTIC. LI.

OMnia ſputa mala ſunt, quæcunque dolorem non ſedauerint. Nigra verò peſſima, vt ſcriptum eſt. Quæ verò cùm reijciuntur dolorem ſedant, omnibus ſunt meliora.

Euacuatio bona.

Ex his quæ à corpore excernuntur, nullum indicium accipi poteſt ad futurum prænoſcendum adeò validum, vt ipſa ægrotantis bona tolerantia. Quemadmodum enim à priori illos humores docet cognoſcere, qui euacuati debēt artificio medici, vt eligi poſſit is quem conducat euacuare: ita cùm euacuatio fit à natura à poſteriori ex conferentia, & bona tolerantia, docet cognoſcere Hip. talem eſſe euacuationem, qualis eſſe debet, prima ſectione, Aph. 1. Proficítque hæc notitia non parum ad vſum medicamentorum expurgantium & in operibus naturæ ad cognoſcendum, an opus ſit ſiſtere eam euacuationem, vel ipſam permittere. Sæpe enim humor niger à corpore euacuatur in magna copia, & bona tolerantia oſtendit competentem eſſe eam euacuationem: ſicuti vbi non conferret, aut bene ferretur, omnium euacuationum eſſet peſſima. Quemadmodum verò in aliis morbis aliunde ſumi poſſet indicium boni excrementi, ad intelligendam bonam euacuationem: ita in Morbis thoracis bonum ſputum cognoſcitur, quia dolorem ſedat. Inquit ergo Hip. primò, ſi ſputum dolorem non ſedat, malum eſt. ſignificat enim quòd non educitur ex humore faciente morbum, neque eſt tale, quale excerni, & ſpui debent. Si enim tale eſſet, quale eſſe debet, neceſſariò conferret, & bene toleraretur. Non tantùm inquit Hipp. inutile eſſe, ſed malum, quoniam tale aut pallidum, aut flauum, aut nigrum, aut alioqui malū eſt, & quoniam eam euacuationem ſymptomatis rationem habere ſignificat, & à multitudine factam irritationem naturæ potius quàm à facultatis vincentis robore. Robuſta namque facultas ſæpe ſolet malum excernere, veluti nigrum humorem per vrinam, aut ventrē, quod à natura factum eſſe oſtendit à priori, quoniam coctionis notæ præceſſerunt. Ab effectu rurſus ex bona ægrotantis tolerantia, quod etiam in ſputo per morbum lateralem oſtenditur. Nam vbi nigrum excernitur ſignis coctionis præcedentibus, ſignum bonum eſt, cui accedit bona ægrotantis tolerantia: quemadmodum vbi neque ſigna coctionis præcedant, neque eam euacuationem natura bene toleret, nullum ſputum aliud erit adeò malum ſicuti nigrum: vt dixerat Hip. in prog. 48. Bona autem tolerantia huius euacuationis, quam Hip. hîc, & in 2. Apho. primæ ſectionis appellat εὐφορίαν, ex doloris ſedatione cognoſci vult, ſimilitudine ſumpta ex febre biliosa, in qua fluxus ventris aut vomitus biliosus conferre dicetur: quia febrem mitigat. & verè hæc eſt illius euacuationis bona tolerantia. Quemadmodum etiam ad cognoſcēdam bonitatem euacuationis non oportet finem expectare in vomitu bilioſo, & febre tertiana, ſed ipſo incipiente, ac natura bene tolerante, quæ à febre leuius habet, licet conijcere bonam eſſe euacuationem: ita ſi ſputum dolorem alleuians, bonum eſt, neque expectare oportet integram doloris ablationem, ad cognoſcendam eius bonitatem. Vbi enim funditus dolorem ſedauerit, id bonum eſſe idiotis quoque innoteſcet. Sed quēmadmodum bonum ſputum dixit quod dolorem παύει, id eſt, ceſſare facit: ita nos id quod ſpuitur, quo tempore ſpui incipit, bonum eſſe dicemus, ſi dolorem alleuiat, ac mitiorem reddit. Quod autem dixit, inter ſputa non ſedantia, nigrum peſſimum eſſe, ſatis conſtat. Quoniam ſi quod non ſedat dolorem, eſt malum: nigrum quod dolores non ſedat, duplici ratione erit malum, & quia non ſedat dolorem, & quia malam affectionem in corpore ſignificat.

Sputum nigrum duplici ratione malum.

GALENI COMMENT.

COmmunis hic quoque ſermo eſt in omni materia quæ ex corpore ſecernitur: de qua aliis libris atque etiam volumine Sententiarum dixit: vt facultatem potiſſimum ſpectari conueniat. Sæpe enim valuit natura prauā vincēs affectionem, expurgare corpus, & in hoc terrentur multi aſpicientes vitiū eius quæ ſecernitur materiæ, nequaquam cognoſcentes vtrum id accidentis fiat ratione, an quia natura prauam materiam foras expellat. Itaque per ſententias tantummodo facultatis ſcripſit appellationem. hoc loco doloris indicauit ſedationem, ob quam commendat ſcreationem, quæ dolorem ſedat. Paulo poſt omnia deinceps indicia docebit in melius proficientium ægrotationum: quæ inquam nomine facultatis complexus eſt, quinetiam poſtea præcipit dictarum indictionum exquiſite perpendi vires, vt ea inter ſe conferendo, poſſis ex magnitudine in deterius, aut melius totius corporis ſcrutari momentum, quemadmodum præſenti ipſe oratione effecit. Si enim à ſcreatione nequaquam deſinit dolor, indicium bonum non eſt, non tamen ſufficiet tibi id vnum cognoſcere ad exquiſitam futuræ ſortis præſenſionem, ſed conſiderari conuenient & alia accidentia. id enim demonſtrauit nigræ mentionem habens ſcreationis. Igitur cùm indicium commune ſit non deſinere dolorem ſi crocea fuerit ſcreatio aut rubra, minori cum periculo eſt: ſi nigra, exitioſiſſima eſt. Quocirca cuncta conſiderans, non ſolum prædictam ſummam vnam exquiſite colliges præſenſionis, ac ipſe Hipp. omnia indicia tū bona, tum etiam mala percenſuit prædictis in animum reuocatis.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte docet ſententiam huius prognoſtici eſſe communem omnibus his, quæ excernuntur à corpore, vt videlicet bona ſint, quoties natura eorum euacuationem bene tolerat, quamuis vitioſa admodum ſint. Sed in aliis locis tales euacuationes vniuerſaliter comprobat ex bona tolerantia: in præſenti verò prognoſtico, ſingulariter ex eo quòd dolorem ſedat ſputum, id tamē in vniuerſali bona tolerantia comprehenditur. *Aliis libris, atque etiam volumine ſententiarum.* Lib. de humoribus dixit Hippoc. Quæcunque circumfluunt, ferendi facilitatem contemplari oportet, item difficultatem, priuſquam periculum veniat. Et lib. 6. de Mor. pop. par. 4. inquit, Si talia purgentur qualia oportet, & bene ferunt & lib. 1. de Rat. vict. acu. ſectio. 23. com. 27. *In volumine*

Qualia purgata bene tolerant

Sententia

Digitized by Google

Sententiarum.hoc eſt, Apho.21. ſect. & vltimus eiuſdem,& 3.quartæ ſectio. *Facilitatem.* Græcè εὐφορίαν, id eſt,bonam tolerantiam.& idem io aliis locis.

In ſecunda parte, quæ incipit (Paulò) duo refert docere Hippocr. in ſequentibos, ſigna omnia bona, & poſtea ſignorum vires perpendere, vt omnium inuicem facta collatione,poſſit medicus bonum,aut malum prænoſcere.Nam vbi ſignum aliquod id tãtum mali habet, quod dolorem non ſedat, malum appellatur, ſed nou exitioſum. Si tamen præter id quod dolorem non ſedat,nigrum ſputum eſt,pernicioſum, & exitioſiſſimum eſt:rubrum verò aut pallidum minus malum.*Paulò pòſt*.progn.56. *Facilitatis*. Græcè,εὐφορίας,id eſt,bonæ tolerantiæ,ſed tamen in progn.56.non ſic,ſed εὐπετέως φέρειν, dixit, quod eſt facilè ferre:verumtamen idem ſignificãt.*Prædictionis*. Græcè,προγνώσεως,id eſt,prænotionis.

PROGNOST. LII.

QVicunque autem dolores harum partium non ſedantur, aut ſputorum purgationibus, aut ventre exonerato, aut ſanguinis miſſione, ac victus ratione, & purgatione per medicamentum, ſuppurationem fieri ſperandum eſt.

Dolores qui moleſtant partes thoracis & pulmonis,ſanantur nonnunquam ſputo reiecto: quoniam per id humor efficiens morbum purgatur, paulatim reſudans, & in aſperas pulmonis arterias delatus. Has euacuationes appellauit modò τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας,id eſt,ſputorum purgationes & 8. Apho.5. ſect.ἀνακάθαρσιν dixit. Itaq; ſputitionem,purgationem ſputi appellauit. & 1.de Rat.vict.acut. ſect. 15. dixit,καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται, hoc eſt, & quanto maior fuerit purgatio.Finitur etiam ventris ſeceſſu, vbi natura per eum locum peccantem humorem excreuerit à vaſis, & reliquum in loco patiẽte,aut per ſputum,aut inſenſibiliter reſoluat. Aliquando ſanguinis miſſione, aut purgatione quæ fit medicamento adhibito: vt apud Hipp.2.de Rat.vict. acut.ſect.10 & 11. Aliquando etiam ſola victus ratio ſufficit, in qua nullo commiſſo errato natura peccantem diſcutit humorem. Aliquãdo etiam omnibus,aut pluribus ex iis opus eſt, vt experimentum probat,quod ipſa morbi natura oſtẽdit. Quòd ſi hæc non profecerint,morbus ſuppurabitur. Decet autem horum auxiliorum commoditatem ſpectare ad diẽ vſque 14. quòd ſi ad ipſum perueniens dolor auxiliis non curatur ſcriptis ab Hipp. in ſuppurationem tranſibit morbus. Sic enim dixerat 8. Aphor.5.ſect. Quicunque morbo laterali laborantes in 14.diebus non repurgantur,ij ad ſuppurationẽ vertuntur. Per ſuppurationem autem non oportet intelligere in præſenti progn.ſicuti neque in Apho.puris eruptionem in ſpatium thoracis.de qua in Apho.15.ſect.5. ſed puris collectionem, ſiue humoris contenti in inflammatione in pus verſionẽ. Simile ſcripſit Celſus lib.2.cap.7.dicẽs, Dolor autem pulmonis, ſi neque per ſputa,neque per cucurbitulas, neq; per ſanguinis detractionem, neque per victus rationem finitus eſt, vomicas aliquas interdum excitat. Addit Celſus cucurbitulas, de quibus non meminit Hipp. in præſenti. Libro quoque primo,de Rat. vict. acut. ſect.32.inter remedia quæ dolorẽ lateris ſedare poſſunt, fomentorum meminit. Vbi ergo per aliqua, aut omnia hæc auxilia,dolor non ſedatur, ſperanda eſt ſuppuratio.Prætetea qui morbo laterali laborantes non purgantur intra 14.dies,tranſeunt in ſuppurationem:non omnes,ſed qui facultatem habent robuſtiorem, quoniam languidi moriuntur. Et hæc morbi iudicatio per ſuppurationem, media eſt inter optimam & peſſimam. Ita qui nulla ſpecie curationis ſanantur in ſuppurationem tranſeunt, vbi ſigna alia non habuerint ſalutaria:aliàs non ſuppurabuntur,ſed morientur. Aliquando verò aut ob humoris ineptitudinem,aut caloris remiſſionem, contingit ſuppurationem ad vigeſimum diem differri, qui terminus eſt exterior morborum acutorum. Sic enim dixit Hipp Aphor.38.ſect.7. Diſtillationes in ventrem ſuperiorem ſuppurantur intra 20. dies, vbi per ſuperiorem vẽtrem thoracem intelligere oportet,vt vult Gale.in Comm. Decimuſquartus autem dies, medius terminus ſuppurationum eſt. Sed de his in expoſitione progn. 55. infrà,quum de abſceſſibus loquemur.

tur-

Dies ſuppurationis ſperanda.

GALENI COMMENT.

QVicunque dolor circa thoracis ac pulmonis ſedes non deſinit adhibitis ſubſidiis, idque malum tantummodo habet,nec vllum aliud exitioſum indicium adeſt:eũ ſuppuraturum expectabis.hic namq; quodammodo medius eſt inter eum qui ſoluatur celeriter, & eum qui inſanabilis exiſtat.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In hoc Com.præter claram expoſitionem progn. hoc vnum aduertendum eſt,quod ſuppuratio in tumoribus præter naturam mediam quædam terminatio morbi eſt, inter reſolutionem per ſenſum effugientem diſcuſſionem, & inſanabilem diſpoſitionem: quemadmodum in febribus media terminatio inter integram ſanationem, & mortem, eſt finis morbi per abſceſſum. Sed de his in expoſitione vltimi progn. 1.lib diximus.

PROGNOSTIC. LIII.

EX ſuppurationibus quæcunque pus effundunt,adhuc bilioſo exiſtente ſputo, valde lethales ſunt, ſiue viciſſim, ſiue ſimul bilis ac pus reiiciantur.

In deiectionibus malum eſt,partem aliquam eſſe coctam, aliam verò crudã: ſicuti & in vrinis quandã mingi cum ſedimento albo,læui,& æquali,quãdam verò ſynceram: ſignificatur enim humorum diuerſitas. Io ſuppurationibus tamen, eam eſſe diuerſitatem maius malum ſignificatur, quàm in febribus, & morbis venoſi generis: nam in his humores non adeò mixti ſunt, & aggregati, vt in tumoribus præter naturã: in quibus,ſi pars ſit ſuperata,& pars ſub forma bilis permanſerit, magna malitia partis illius ſignificatur, quæ non admiſit alterationem à calore robuſto, ac potenti partem aliam ſuppurare. Hanc ergo diſpoſitionem valde lethalem eſſe dicit Hipp. non tantùm morbum longiorem,ac minus ſalutarẽ, quemadmodum de vrina intermittẽte dixerat:peiorem enim diſpoſitionem hoc ſputum oſtẽdit,& maiorem humoris bilioſi,malitiam. Dixit tamen, Pus effundũt:quoniam Græcè,ἐκπυΐσκονται habetur,quod eſt,pus effundunt,aut emittunt. Quando enim pus cum bile ſpuitur,rupta eſt ſuppuratio.Et Gale.infra Com. 57. explicat Hipp.loqui in præſenti de ruptis ſuppurationibus,dicens, Dico enim nõ de omnibus ſuppurationibus eum, ſed de his (vt ipſe dixit) quæ habent permixtá bilem,hactenus feciſſe orationem: nec de his omnibus, ſed quæcunq; ſeptimo die ruptæ fuerunt:id verò rarũ eſt. Celſus ſic, Sputũ etiam bilioſum & purulentum, ſiue ſeparatim iſta, ſiue mixta proueniunt,interius periculum oſtendunt.

GALENI COMMENT.

EOrum quæ in partibus corporis perſpicuis ſuppurãtur, ſi talia in parte pus habeant,parte reliquã materiam,

nullum curatu facile eſt. Si verò vltra quòd nondum habeant pus, adhuc & maleficum quoddam illis adfuerit indicium multò magis praua ſunt. Sex ex his magis prauum eſſe cenſendum eſt id quod præcipua ſede fatiget. indicatur enim humor quidam ferociſſimus, quandoquidem demonſtrante natura quonam modo preparata ſit ad concoquendum, nihil prorſus illi conceſſit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

A ſimili intendit Gal. ſententiam Hipp. comprobare. Si enim malæ ſunt ſupputationes, quæ fiunt in membris exterioribus, vbi in parte fuerint ſuppuratæ, in alia parte manente humore, & multò magis ſi aliud ſignum acceſſerit pernicioſum; quanto magis in internis inflammationibus, de quibus modo loquitur Hippo. Quod tamen de exterioribus inflammationibus verum ſit, dixerat Hipp. 6. de Mor. pop. par. 1. ſect. 14. vbi damnauit phymata non æqualiter matureſcentia, & circumquaque dura, & bifida. Sed de his lib. 1. in expoſitione progn. 36. latè ſcripſimus. *Reliquam materiam.* Græcè, τὸ λοιπὸν, id eſt, reliquum. *Demonſtrante natura.* Oſtendit natura ſe eſſe paratam ad concoquendum humorem, quoties adeò robuſta eſt, vt ipſam aliqua parte perfecit: quòd ſi ipſam non perficit, id ad humoris rebellem & prauam qualitatem referri debet.

PROGNOSTIC. LIV.

MAximè verò ſi ſeptima die morbi incipiat ſeparari ſuppuratio, ab huiuſmodi ſputo.

Verum eſt quod dixerat Hipp. progn. præcedenti, malam eſſe affectionem, per quam pars ſupputatur, & pars in forma bilis ſecernitur. Supputata tamen pars diſtincta atque ſeparata eſt, & apparet in ſputu à parte, quæ in forma bilis remanſit. Quòd ſi talis ſeparatio incipit apparere in ſputo die ſeptima morbi, maximè obſeruabit veritatem, quod Hippo. dixit in progn. præcedenti. nempe admodum lethalem eſſe ſignificationem. Ratio eſt, vt inquit Gale. in Comm. quoniam etſi bonitas, aut malitia eorum, quæ eueniunt in diebus decretoriis, aliunde ſumatur, firmitas tamen ex die ſumitur. Quæ enim bona ſunt in eis dieb. facta, & quæ mala, firmitatem ex diei natura habent. Maximè tamen firmatur eius malitia, cùm firmitas malitiæ accedit. Adde, quòd ſi ſeptima die morbi tale ſputum apparet, oſtendit valde conſtantem facultatem, & ex conſequenti magnam humoris malitiam, quæ non conſentit facultati adeò validæ, quæ poſſit intra terminum morborum peracutorum morbi cauſam coquere.

Iudicationis firmitas ex die.

GALENI COMMENTARIVS.

ID quoque commune eſt cunctis per diem decretorium ſecretionis. Decretorius enim ad iudicationis firmitatem conducit. Vtrum verò bonum, an malum ſit, aliis cognoſcitur ſignis. Si enim ſudor fiat ſeptimo die, ſiue deiectio alui, ſiue ſanguinis fluor, melioremq́; ſi reddiderit ægrum, iudicium bonum: ſi deteriorem, malum eſt: & alterutrum firmum eſſe oſtenditur, non quemadmodum ſi alio die extitit. Sed de his libro de Diebus decretoriis, atque etiam volumine De iudicatione fuſius definitum iam eſt, in quibus oportet antea exercere eum cui libeat dicta Hipp. exquiſita conſequi ratione.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN præſenti Com. docet Gal. id tantùm voluiſſe Hippo. cùm dixit, Maximè habere veritatem, vbi ſeptima die morbi euenerit. nempe ea die & reliquis iudicatoriis accipere firmitatem iudicationem omnem. Licet enim ex aliis notis bonam, aut malam eſſe criſim iudicemus, dies tamen oſtendit firmum eſſe iudicium, & malum firmitatem ſuæ malitiæ aſſumere. *Libro de Diebus decretoriis.* Libro 1. ad mediſ. ſcripſit ſententiam lib. 3. ſequenti in expoſitione 22. ad fin. vbi de notis bonæ ac firmæ iudicationis agemus. Diei ſimiliter iudicantis potentiam commendauit ad bonitatem iudicatiui, lib. 3. de Criſib. cap. 3.

PROGNOSTIC. LV.

SPerandum verò eſt moriturum decimoquarto die, eum qui talia ſpuit, niſi aliquod ſignum bonum ei ſuperuenerit.

Proſequitur doctrinam de his qui ſputum purulentũ ac biliosum ſpuũt, vbi à ſeptima die talia ſpuere cœperint, dicens ipſum moriturum decimaquarta die, non autẽ putãdum eſt aut omnes morituros, aut ex his qui morituri ſunt, omnes defuturos decimaquarta die. Nam qui præter id quòd bilioſum & purulentum ſpuunt, omnia alia ſigna ſalutaria habent, ſaluantur, vt inquit Hipp. in ſequenti prog & Gal. in Com. de aliis tamen, qui non omnia ſigna habẽt ſalutaria, non fuit mens Hipp. omnes morituros decimaquarta die: licet enim omnes moriantur, aliqui tamen citius, & aliqui tardius. Conſiderare ergo oportet ſignorum omniũ vires, & ſi ſigna bona malis æquipatentur, æger medium mortis impetum feret, morietúrq; die 14. Quod voluit Hipp. eum enim tanquam medium limitem definiuit. Si tamen ſigna ſalutaria & lethalia inæqualia viribus fuerint, vincentibus malis, mors ante ſeptimum eueniet, nempe nona die, aut vndecima. Si tamen vincant bona ſigna, mors in ſequentes dies differetur, ad tertiã vſque hebdomadam: vt Gal. in Com. Signorum tamen vires docet Hipp. perpendere lib. 3. Prog. 37. quemadmodum & in ſingulis ſcripſit, tam bonis quàm malis: in præſenti opere, vigorem ipſorum ac dignitatem explicans, quædam bona appellans, quæ ſimpliciter talia ſunt, vt in progn. 59. ſuprà, quum dixit; Nebulæ verò, quæ in vrinis inuehuntur, albæ quidem bonæ, nigræ verò malæ. Et lib. 1. de ſudore qui facit, vt æger facilius ferat morbum. Altioris ordinis ſunt ea ſigna, quæ in ordine comparatiuo ſignantur ab Hipp. vt ſcreatio, quæ dolorem ſedat, melior aliis eſt. prog. 51. Similiter in eodem ordine eſt, quod valde vtile appellatur ab Hippo. in progn. 50. ſputum flauum, ſanguini non multo commixtum. Tertio ordine ſunt optima ſimpliciter talia: vt pus album, læue, & æquale, & quamminime fœtidum, in prog. vltimo primi lib. optimum eſt, & deiectio mollis & conſtans, & quæ eo tempore ſecernitur, quo per bonam valetudinẽ, quantitas verò ſecundùm rationem ingeſtorum. In eodẽ ordine eſt vomitus vtiliſſimus, qui pituita ac bile admodum commixtus eſt, neque multus, neque admodum craſſus. In ſupremo ordine ſignorum bonorum ſunt illa, quæ quammaximam vim habent ad ſalutem, vt bona reſpiratio in acutis morbis, & his qui cum febre 40. diebus iudicantur. Quædam ſunt in medio bonorum & malorum, quæ inutilia appellantur, vt in progn. 22. lib. primi quum de ſudore dixit, Si verò nihil tale efficiat, inutilis eſt. Et lib. 3. prog. 15. fauces exulcerari cum febre difficilè. De malis quoque ſignis quædam talia ſimpliciter dixit, vt lib. 1. prog. 12. Si verò inueniatur nudos habens pedes (vbi nõ fuerint admodũ calidi) malum eſſe dixit. Et in progn. 19. De manuum verò latione hæc noſſe oportet: quibuſcunq; in acutis febribus, & reliqua. vbi illa ſigna damnauit, tanquam mala, ſed adiecit, atque lethalia. Et ſupra 47. progn. de ſputo chloro, & admodum ſpumoſo, mala eſſe dixit. Alia ſunt in ordine comparatiuo mala, vt ſupra prognoſt. 7. Si verò graue videatur reliquum corpus, & itẽ manus ac pedes, periculoſius eſt. Et in 45. Si enim multo

Bilioſum & purulentum ſpuentes, 14. moriuntur.

Signorũ ſingulorum dignitas.

mulio poſt initium ſpuatur flauum aut ruffum, aut plurimam tuſſim inferens, & non admodum commixtum, deterius eſt. Quædam etiam peſſima ſunt, vt lib. 1. progn. 12 Peſſimi verò ſunt frigidi, & circa caput tantùm, & vultum, & ceruicem facti. Et ſuprà prognoſtic. 12. dixit, Peſſimum verò eſt nec noctu nec interdiu dormire. Præter hæc ſunt ſigna, quæ omnium peſſima cenſentur, quæ proximam oſtendunt mortem. Contraria his, quæ quàm maximam vim habent ad ſalutem: vt lib. 1. prognoſt. 8. ſi tamen retorta fiat, vel liuida, vel pallida palpebra, vel labrum, vel naſus cum aliquo ex aliis ſignis, noſſe oportet morti proximum eſſe. Et progn. 17. inquit, Si delirans id efficiat, valde lethale iam eſt. Et in prognoſt. 20 Frigidus verò expiratus ex ore & naſo, valde lethalis iam eſt. Et ſuprà prognoſt. 8. Si verò præter grauitatem vngues quoque ac digiti liuidi ſint, ſpectanda mors ſtatim eſt. Et in prognoſt. 40. Si tamen omnes colores idem homo vomuerit, valde lethale iam eſt. Et 41. Celerrimam autem mortem ſignificat liuidus vomitus, ſi grauiter oleat. Sic ergo per Hippocr. verba ſingulorum ſignorum vires ſunt perpendendæ, vt intelligamus ex ægris quis morietur, & quo die.

GALENI COMMENTARIVS.

Horum veritatem re ipſa didiciſtis me prædicente experti, quocirca animaduertere vos oportet, ea quæ Hippocr. dicit non exiſtimare poteſtate haberi, qualia à multis medicis ſcripta iam ſunt: quippe talia quæ commentationibus tenus & rationibus veriſimilia ſint, ſed ægrotationum operibus exploſa. Etenim intentionem ab eo proditam mediam aliorum omnium bonorum malorúmque conſiderando poteris prædicere diem quo moriturus aliquis eſt. Subiiciamus enim ægrum ſcreare purulenta ſeptima die, non tamen per totum diem, ſed aut cum eo bilioſum aliquid, aut illud tantummodo ſine materia purulenta, atque in eo eſſe alia omnia media ab ætate, natura, tempore, terra, ac propria facultate, ita vt nec facultas vehementiſſima, neque debiliſſima habeatur, itidem & temperamentum ægri, nec optimè conſtans, neque deterrimè pari modo tempus, terram, conditionem, ætatem ægri inter optimam ac deterrimam eſſe ſubiiciamus, ſimili ratione in vnoquoque ſignorum genere quæ media ſunt, ægro ineſſe ſubiiciantur, hunc ſperabis quartodecimo die moriturum, ita vt hic medius mortis terminus cenſeatur. Accedentibus verò bonis indiciis, plus temporis preceſſurum mortis aduentum: malis verò, citius quam quartodecimo die moriturum.

Prudenter & cum iudicio prognoſis facienda in morbis acutis.

At verò quænam ſint bona aut mala indicia perſecutus ipſe deinceps, quædam nominatim expoſuit, quædam breui ſumma perſtrinxit. Cæterum ipſe nequaquam hæc accipies, perinde, vt ſi cuncta æqualia habeantur, ſed in animo retinens ea quæ Hippocrates ſcripſit, quæque ipſi adiecimus, numerum ipſum conſiderabis ac poteſtatem, dum ipſe ait: Salutaris admodum eſt, & exitioſus admodum eſt: primariæ id poteſtatis alterum in bonis, alterum in malis inſtituens. Itidem dum ait proximam fore mortem: aut vbi exitioſiſſimum dixit, non ſimpliciter exitioſum. Quin etiam de ſignis ſalutaribus quoties dicit: Magnam vim obtinet ad ſalutem, & rurſus, Securitatem enim indicat, ac morbum fore breuem, vel aliquid tale adiecit. Alij verò ſimpliciter exitioſi: aut rurſus ſimpliciter ſalutares medij ordinis ambo pro natura propria ſunt. Porrò præter hos ambos quoſcunque dixit comparatiuè, aut exitioſiores, aut ſalubriores, aut adiecit magis ac minus. Si quod enim primi ordinis malum acceſſit iudicium quinto aut ſeptimo die prædictæ exitioſæ ſcreationi, æger ad vndecimum diem nequaquam deueniet, magiſque ſi plura talia, non vnum tantummodo exiſtat. Pari ratione ſi quod admodum ſalutare exiſtat, ad tertiam vſque ſeptimanam extendetur morbus. Permiſtis verò inter ſe exitioſis ac ſalutaribus ſignis, aut his magis in vtroque genere, minus illis, aut quouis alio modo, ex pluribus inquam ac fortiſſimis bonis ſignis ſperari poteſt ægrum plus temporis duraturum, ex contrariis verò minus: nec ſecus ſi quis ſenex, aut debilis viribus, aut in tẽperata, terra, conditione praua ac malè tempore ægrotet, acceleraturum mortis aduentum expectari oportet, maximam rurſus vim habere exiſtimant ductam à viribus intentionem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Medius mortis impetus.

In prima parte ſententiam Hippocr. docet non eſſe verbo tenus accipiendam, ſed mentem aduertendam, qui medium quendam mortis impetum ſcripſit, eius qui purulentum, ac bilioſum ſeptima die ſpuit, ſiue ſimul, ſiue viciſſim, reliqua verò ſigna media fuerint vt facultas, temperamentum, ætas, regio, is morietur 14. die. Sicuti ipſis ad bonum inclinantibus, differetur mors in 14. aut 20. aut ſi inclinauerint ad malum, morietur in diebus intermediis, inter ſeptimum, & 14. *Iam.* abundat. *Quippe quæ.* Græcè μέχρι γραμμάτων καὶ λόγων τὸ πιθανὸν ἐχόντα. hoc eſt, literis tenus ac verbis probabilia. *Intentionem.* Græcè τόνον, ſic & in fine Comment. *Non tamen per totum diem.* Græcè οὐ μὴν μόνον, οὐδὲ δι' ὅλης ἡμέρας ἐφεξῆς, hoc eſt, non tamen ſolùm, nec per totum diem, ſine intermiſſione. *Terra.* Græcè χώραν, id eſt, regione. Sic in aliis locis. *Conditionem.* Græcè κατάστασιν, id eſt conſtitutionem. Sic & in aliis locis.

In ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm ipſe) admonet ſignorum omnium, quæ in his ægrotantibus apparent, vires perpendere, ad doctrinam & ordinem ipſius Hippocr. Sed de his in expoſitione diximus. *Nequaquam hæc accipies.* Græcè μηδὲ αὖ ταῦτ' ἀκούειν ἁπλῶς. hoc eſt, nequaquam hæc ſimpliciter accipies.

PROGNOSTIC. LVI.

SVnt autem bona hæc facilè ferre morbum, bene reſpirare, vacare dolore, & ſputum facilè ſcreare, corpus æqualiter calidum, ac molle apparere, non ſitire, atque vrinas, deiectiones, ſomnos, & ſudores, ſingula intelligere bona ſuperuenire: ſic enim omnibus ſuperuenientibus, non vtique peribit homo. Quòd ſi quædam ex his ſuperueniant, quædam verò non, morietur vtique homo, non pertranſiens 14. diem. Per contraria tamen horum: difficilè ferre morbum, ſpiratio magna & frequens, dolorem non ceſſare, vix ſpuere, valde ſitire, corpus à febre inæqualiter affici, vẽtrémque ac coſtas vehementer incaleſcere, fronte, manibus, ac pedibus frigidis, vrinas verò & deiectiones, & ſomnos, & ſudores: mala ſingula intelligere, vt deſcripta ſunt. Sic certè ſi ſputo quippiam horum acceſſerit, morietur homo, antequam ad 14. diem perueniat, aut 9. aut 11. Sic igitur coniectari oportet, hoc tanquam valde lethale ſputum, & non perducens vſque ad 14. diem. Eum verò qui de bonis ac malis ſignis ſuperuenientibus ratiocinatur, ex his decet prædictiones præmittere: ſic enim maximè vera dicet.

Digitized by Google

In præſenti prognoſt. Hippocr. recenſet ſigna bona ac mala; quæ diuerſimode iuncta ſputo prædicto, bilioſo & purulento, oſtendunt hominem liberandum, aut moriturum: & vbi moriturus ſit, an in die 54. vel ante ipſum, vel poſt ipſum. Prognoſticum verò hoc, nulla eget expoſitione, ſicuti nec Galen. Commentarius annotatione.

PROGNOSTIC. LVII.

Aliæ verò puris eruptiones fiunt, plurimæ quidem 20. die, quædam verò 30. quædam 40. quædam autem ad ſexageſimum diem perueniunt.

Suppurationum rumpendarum termini.

Quoniam dixerat prognoſt. 53. rumpi quaſdam ſuppurationes die 7. quibus etiam mortem 14. ſuperuenire dixit, & quoniam rarum eſt ſuppurationes adeò citò rumpi: addit in præſenti terminos alios, in quibus frequentius ſuppurationes in partibus thoracis & pulmonis rumpi ſolent. Admodum enim calidum eſſe oportet, atque acrem humorem, qui & ſuppurari & rumpere tegumentum in ſeptem dierum ſpatio poſſit. Reliquæ tamen rumpuntur 20. aut 30. aut 40. aut 60. De die 14. mentionem non fecit: quia ſi aliquæ ſuppurationes rumpuntur 7. & aliquæ 20. non eſt dubium, niſi quòd illæ quæ non fuerint adeò calidæ, vt rumpi poſſint ſeptima, neque adeo frigidæ, vt ad 20. differantur, rumpentur 14. ſicuti & loci patientis calor poſſet non minus protogare inflammationum ſuppurationem, atque rupturam. Quæ duæ cauſæ a Galeno, tanquam vniuerſam de his doctrinam integrantes, ſcribuntur. Non etiam peruertit doctrinam Hippocr. quòd quidam ex acutis morbis terminentur ad quadrageſimum & ſexageſimum diem, vt declaratum eſt in Comment. 21. lib. 1. Morbi namque acuti ex decidentia in diutinos nonnunquam tranſeunt. Et lib. 2. de Diebus decretoriis, Gal. volens probare hanc eſſe Hippoc. mentem quoſdam eſſe morbos acutos ex decidentia, quorum terminus eſt ad 40. & vltra, dicit, Pari modo de ſuppurationibus, tabidiſque affectibus: item de his qui ex abſceſſu in longum tempus protogantur, verba faciens. Clarè innuit propoſiti ſe non oblitum eſſe, morbos qui ex acutis diuturni fiunt commemorans. Sic ergo & illi dicti ſunt. Aliæ verò ſuppurationes magna ex parte rumpuntur: ſed aliæ in die 20. aliæ 30. aliæ 40. nonnullæ ad 60. vſque perueniunt.

GALENI COMMENT.

Obſcurum eſt, quas alias dicat ſuppurationes. Fieri enim poteſt, vt de ſuppurationibus, quæ in aliis fatigent partibus, ſermonem faciat: omittendo thoracem ac pulmonem, de quibus hactenus perpenſum eſt. Fieri etiam poteſt, vt de iis agat ſuppurationibus, quæ in iiſdem affligant opificiis, ſed quæ non ſimiles ſint prædictis, contingit quoque vt de vtriſque etiam agat. Sed quia quæ non ſimiles ſint prædictis, dixi, id enarrare oportet. Dico enim non de omnibus ſuppurationibus eum, ſed de iis (vt ipſe dixit) quæ habeant permiſtam bilem, hactenus feciſſe doctrinam, nec de his omnibus, ſed quæcunque ſeptimo die rumpuntur, id verò rarum eſt: plerunque enim vigeſimo rumpuntur: quædam diutius immorantur: de quibus nunc agit. Cæterum differentiæ omnium communes habentur, ob quas ſpatio temporis enariant inter ſe, ex affecta ſede, & exuberante humore. Sedes enim calidior ac mollior, citius ſuppuratur: frigidior verò ac durior, tardius. Itidem ex humoribus, calidior citius, frigidior tardius. Hæ quidem ſecundum rei ſubſtantiam differentiæ ſunt. Porrò accedunt extrinſecus ea quæ ab ætate dicuntur natura tempore, terra, conditione, ac viribus ægri. In omnibus his calidus humor citius, frigidus tardius ſuppuratur. Hæc igitur vniuerſim ſcire de omnibus ſuppurationibus bene eſt. Sed mihi videtur nunc quoque docere de iis quæ in thorace ac pulmone fatigent.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte dubitat, de quibus ſuppurationibus dixerat Hippocr. Aliæ: nam poſſet loqui de aliis ab his, quæ fiunt in thorace & pulmone, de quibus locutus eſt vſque adeò: & poſſet loqui de illis, quæ fiunt in thorace, & pulmone, quæ non ſunt eius naturæ cum illis, de quibus dixerat, ſeptima die ruptas, aut poteſt de omnibus loqui, tam quæ fiunt in aliis partibus, quàm quæ fiunt in thorace, & pulmone, non tamen rumpuntur dicto termino. In præcedentibus enim locutus eſt de ſuppurationibus, quæ pus & bilem mixta habent, & non de omnibus, ſed iis quæ die 7. rupta fuerunt: quòd rarò fit, ſed in fine Comm. de iis, quæ fiunt circa thoracem, & pulmonem, vult eſſe intelligendum: quamuis de omnibus ſuppurationibus verum ſit quod docuit Hippocr. & quod docet Galen. in Comment. *Suppurationes*, abundat. *Rumpuntur*. Græcè ἐῤῥάγησαν, hoc eſt ruptæ fuerunt.

Cauſa cita aut tarda ſuppurationis.

In ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm) docet duabus rationibus, non omnes ſuppurationes rumpi in eiſdem diebus numero. Prima ratio eſt ex loco patiente: nam calidior, ac mollior pars citius ſuppuratur, frigidior verò ac durior tardius admittit ſuppurationem. Secunda ratio ſumitur ex humore: calidus enim citius, & frigidus tardius ſuppuratur, addit etiam cauſas alias exteriores. Quòd molles partes citius ſuppurentur, ad duo referri poterit, quoniam à partibus internis facilius admittent fluxionem caloris & ſpiritus, qui coadiuuant coctionem, aut ab extrinſeco vires medicamentorum ſuppurantium facilius permeabunt ad humorem ipſum ſuppurandum. Adde quòd partes molles humidiores ſunt, & humiditas eſt vnum de principiis coctionis, & putredinis, quibus completur ſuppuratio. *Terra, conditione.* Lege, regione, conſtitutione: vt ſæpe ſuprà diximus.

Molles partes quare ſuppurentur facilius.

PROGNOSTIC. LVIII.

Conſiderare autem oportet principium ſuppurationis fore ratiocinantes, à prima die qua homo febricitauit, ſi quando primum rigor ipſum prehendit, & ſi dixerit, in parte quæ dolore vexabatur, pro dolore, pondere ipſum grauari. Hæc enim in principiis fiunt ſuppurationum. Ex his igitur temporibus rupturam ſuppurationum fore ſperandum eſt prædictis temporibus.

In prognoſt. præcedenti ſcripſit Hippoc. tempora, quibus ſolent ſuppurationes rumpi. Siquidem magna ex parte, inquit, rumpuntur 20. 30. 40. aut 60. die. Cæterùm id nũ eſt intelligendum à prima die ægrotationis, ſed à prima die, qua incepit puris generatio. Quamobrem opus fuit Hippocr. principij ſuppurationis notas ſcribere, vt intellecto principio poſſit medicus prædicere tempus eruptionis inflammationis. Quoniam tamen id non eſt vnum, conijcere oportet loci calorem, & humoris peccantis, vt in Com. præcedenti: ad quæ etiam multa alia accedunt, ex regione, ætate, & tempore. Siquidem calida omnia citius, frigida tardius & ſuppurantur, & ſuppurata rumpuntur. Signa igitur, quæ incipientem ſuppurationẽ oſtendunt, ſunt febris, rigor,

Rumpendæ ſuppurationis ſigna.

pondus

pondus pro dolore. Febris quidem, vt in Aphor. 47. ſecundæ ſection. Dum pus conficitur, dolores ac febres magis accidunt, quàm iam confecto pure. Quando enim humor ſubingreditur particulam, atque in ipſius poris & anguſtis meatibus infarcitur, principium inflammationis eſt. Quum verò is humor, qui phlegmonem efficit, à calore agitatur, & putreſcit, ac extenditur, & in flatum vertitur, augetur etiam tumor, dato quod nihil defluat in partem: & tunc eſt tempus augmenti. Quum tamen iam hic humor in pus vertitur, ſummus vigor eſt inflammationis: in quo etiam maximè febres fiunt atque dolores, vt inquit, Galen. lib. 1. de Generalibus morbi temporibus. Porrò cùm in pus iam vertitur, maximi videlicet dolores tunc partem prehendunt. Nam in puris generatione, dolores febréſque magis, quàm prius, infeſtant. Vocatur autem huiuſmodi tempus vigor affectionis. Aliud igitur eſt principium inflammationis, & aliud initium ſuppurationis. Nam initium inflammationis, eſt totius morbi initium: ſed initium ſuppurationis eſt ipſius inflammationis ſummus vigor, in quo magnitudo febris adeſt. Id etiam eſt tempus, quo primum homo febricitauit, magna & ſumma febre: aut primum tempus, in quo cum rigore febris inuadit, & maior quàm ante, id eſt, quod dixi, à prima die, qua homo febricitauit, à quo tempore tanquam à principio ſummæ magnitudinis febris, quod etiam eſt ſuppurationis initium, ſuppuratio de inflammationis ſuppuratione rumpenda, facienda eſt. Quare autem eo tempore maximè fiant febres, vult Galen. 2. ſect. Aphoriſm. Comment. 47. ob humoris ebullitionem concalefacto principio. Maximè etiam fit in vigore, quia tunc coctiones maximè fiunt: vt 1. de Criſib. cap. 8. & Comment. 7. primæ ſection. Aphor. & inde fumorum copia maior eleuatur ad cor. Secundum ſignum incipientis ſuppurationis, à quo computatio rupturæ facienda eſt, inquit Hippoc. eſt, rigor. Definiuit Galen. rigorem primo libro de Cauſis ſymptom. ad finem, dicens: Voco autem rigorem, inæqualem vniuerſi corporis concuſſionem quaſſationémque. Et libro ſecundo ipſum à palpitatione, & conuulſione, & tremore diſtinguit: quoniam hic motus non eſt omnino præter naturam, vt palpitatio, & conuulſio: nec pertinet ad animalem facultatem, vt tremor, ſed ad naturalem expultricem, cum à cauſa præter naturam irritatur, inquit enim, Sed motus hic non eſt totus præter naturam, veluti in conuulſione, palpitationéque alium habens à tremore motum. Quanquam ipſe quoque mixtus eſt ex cauſa præter naturam, & animantis facultate: ſed plus virium in ipſo quàm in tremore requiritur. Quin ſi verùm dicere oporteat, totus motus ad natiuam facultatem referendus eſt, hanc nos vſitato vocabulo expultricem, aut deiectricem nominamus. Cauſa efficiens igitur rigorem naturalis facultas eſt. Præternaturalis verò cauſa, concurrens, & irritans, eſt celer motus rodentium excrementorum: vt lib. 10. de Morbis curandis, inquit Galen. Mordens halitus, & ſuccus, vbi per ſenſibilia corpora fertur, horrores, & inæquales totius corporis concuſſiones ῥίγη Græci dicunt, facit: vbi excrementorum copia præſente, alias conditiones ſcribit, ad concitandos rigores, Galen. eodem loco dicens, Ac concuſſio quidem iſta ſuccedet propter eorum quæ feruntur, excrementorum, tum multitudinem, tum acrimoniam, tum impetus celeritatem, tum laborantis virium infirmitatem. Hæc maximum efficiunt rigorem: ſed contraria remiſſum & media ſi concurrant, medium rigorem efficient. Quando igitur pus inflammationibus incipit generari, ab humore fumi multi acres eleuantur a calore putreſcente, qui celeriter per membranas ipſas, & loca ſenſu prædita moti rigorem faciunt. Maximè verò fiunt ob mordentem qualitatem puris, quemadmodum vbi medicamentum aliquod acre vlceri admouetur, neque ſordes eius contractum impedit. Hoc ſymptoma, horror apud Celſum appellatur: quo in loco docuit, à quo termino fieri debeant vomicarum rumpendarum ſuppurationes, dicens: Numerauimus autem ab eo die, quo primùm febricitauit aliquis, aut inhorruit, aut grauitatem eius partis ſenſit. In inflammationibus, in quibus nullus adeſt rigor, neque acceſſiones cum ipſo fiunt, euentus rigoris erit ſignum incipientis ſuppurationis: in illis verò, quæ febres habent cum rigoribus, euentus rigoris maioris cum febre maiori coniunctus, ſignificabit ſuppurationem incipientem. Tertium ſignum, ſi dixerit æger in parte dolente grauitatem ſentire, ac pondus. Collectus enim humor in cauitatem vnam magis grauat, quàm vbi in poris contentus diſperſus fuerit: cùm autem ſuppuratur, colligitur in partem vnam: igitur tunc pondus ſentiet æger. Verùm duplex videtur ratio dubitandi, contra præfatam ſententiam. Prima, quia Hippocrates dicit, Pro dolore pondere grauari: ac ſi tempore ſuppurationis grauaretur particula, non tamen doleret, cùm tamen contrarium ſit oſtenſum, maximè ex Aphoriſm. ſententia, ſic, Dum pus conficitur, dolores & febres magis accidunt, quàm iam confecto, ſed in initio ſuppurationis pus conficitur, & nondum eſt confectum: ergo tunc maximè dolor aderit, & non, vt Hippocr. inquit, pro dolore pondus. Secunda ratio dubitandi ſumitur ex litera Galen. qui cauſam, quare eo tempore pondus ſentitur, dicit eſſe, quoniam humor qui diſperſus erat in parte inflammata, poſt mutationem in pus colligitur ad aliquam ſedem inanem. Modò ſi tunc ſentitur pondus, quando humor poſt conuulſionem in pus colligitur in partem illam: ergo ante conuerſionem in pus, aut in ipſa conuerſione, non eſt cur pondus ſentiat æger: quoniam nondum facta eſt talis collectio in partem vnam. Hoc ergo ſignum non oſtendet initium ſuppurationis, quod voluit Hippocr. ſed finem. In fine enim dolore deficiente pondus aderit. Pro prima, intelligendum eſt, quòd initium ſuppurationis non eſt tempus, in quo nihil puris genitum eſt. Principium enim non eſt indiuiſibile tempus, ſed paruum quoddam, in quo pars humoris parua ſuppurata eſt, & totus reliquus humor tendit in ſuppurationem: Quum igitur parum illud pus genitum colligitur in partem vnam, dolores magni, qui fiunt ex acredine humoris erodentis, partim cōuerſi ad puris naturam paulatim in pondus commutantur: ſicuti & ſenſim pus generatur, & carnem rodit donec in ſpatium vnum colligatur: & in fine dolor ad magnam peruenier remiſſionem, & creſcet ſenſus ponderis. Et hoc eſt pro dolore pondus ſentire, id eſt, ſenſim dolorem maximum, qui illo tempore fit, in alteram naturam mutari, non tamen mutatum eſſe. Hinc conſtat ſolutio ad ſecundam rationem. Quum enim dixit Gal. cauſam ponderis eſſe collectionem humoris in partem inanem, poſt mutationē in pus: nihil aliud voluit, niſi quod ſingulæ partes humoris ſicuti in pus mutantur, ita colliguntur in partem inanem, & pondus pro dolore inferūt. Itaque poſt mutationem in pus, vnaquæque pars, ponderis ſenſum, non dolorem efficit. Quòd ſi velles intelligere Galen. mentem, de totius humoris mutatione ad puris formam quòd toto mutato totus etiam colligetur in partem inanem:

Febris ſuppurationis ſignum.

Initium inflammationis diſtinguitur ab initio ſuppurationis.

Rigor eſt ſignum ſuppurationis.

Rigoris cauſa.

Horror pro rigore apud Celſum.

Pondere grauari ſignum ſuppurationis.

inanem: conſtat id eſſe ad maiorem manifeſtationem. Si enim, cùm totus humor eſt ſuppuratus, totus etiam eſt collectus, & dolor ceſſat, ſuccedente pro ipſo grauitate: ita etiam fiet, vt parte aliqua primùm ſuppurata, ſuppuratione videlicet incipiente, partia fiat collectio, & partis doloris permutatio in ponderis ſenſum. Quo dato ſuppuratione incipiente, incipiet dolor in pondus mutari. Quare autem eo tempore dolores maximè fiant, quo doloris commutatio fit in ſenſum ponderis, facilis eſt ratio, vt dixi: quoniam etſi in parte non fiat diſtenſio fit tamen eroſio ſingularum partium, quæ pus continent. Quas erodi & exedi neceſſum eſt, donec totum pus in vna tantùm contineatur cauitate. Præter hæc tria ſigna incipientis ſuppurationis, vnum aliud ſcribitur 4. lib. de Cauſis pulſus à Galen. dicente, ſuppuratorum verò pulſus initio ſtatim pulſum refert vigeſcentis inflammationis: hoc enim initium eſt ſuppurationis. Vbi dixit Hippoc. *Vel quando primum rigor ipſum prehendit*: in quibuſdam Græcis codicibus ſic legitur, ὅτ' ἂν αὐτὸν πρῶτον ῥῖγος ἐλάβεν. in aliis, ἢ ὅτε αὐτὸν πρῶτον ῥῖγος ἔλαβεν. hoc eſt, vel ſi quando primum ipſum rigor prehendit. Prima lectionem tranſtuli.

Dolores maximi in puris generatione quare.

Pulſus incipientis ſuppurationis.

GALENI COMMENT.

Confeſſum id vnum eſt omnibus ferè medicina profeſſis, cùm etiam perſpicuè conſtet, vt quoties inflammatio affligens in parte præcipua, haudquaquam diſcutiatur adhibitis ſubſidiis ſed ſuppuratur, rigor tūc, ac febres conſiſtant. Etenim libro de Rigore, perpenſum iam eſt, vt puris acrimonia generati mordens ac derodens adiuncta corpora, rigorem committat perinde quaſi medicamenta acriora quibus ingeſtis interdum malignis vlceribus, aut cuidam affectioni putredinoſæ rigere & febricitare contingit. At verò febris talem comitatur rigorem. Sanè & Hipp. alterutrum commemorauit, ac febrem prius, dicens, à die quo primum homo febricitauit, non illum definiens diem, qui totius ægrotationis extitit primus: ſed quo rigor vna cum febre, vehementiore ſcilicet admodum quàm anterior facta, coincidit. Quinetiam ponderis euenit ſenſus tunc ægrotis, cum humor in multas & exiguas partes diſperſus in partibus inflammatione laborantibus poſt mutationem in pus colligatur ad aliquam ſedem inanem continuam omni parti quæ inflammatione laboret. Igitur ex hoc, inquit, tempore quo primùm hæc extiterunt, expectare oportet & vigeſimo die, & trigeſimo, & quadrageſimo rumpi ſuppurationem. Quæ verò dixit indicia, tria numero ſunt, pondus, rigor, febris, quæ multo quàm anterior vehementius affligat.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte rationem reddit, quare & rigor, & febris fiunt in his, quæ ſuppurantur, vbi inflammatio, quæ in præcipua parte exiſtit, non diſcutiatur per conuenientia remedia. Rigor autem fit, quemadmodum quoties acre aliquod vlceri admouetur: acore enim participat pus. Febris verò prius, quàm rigoris, meminit Galen. quamuis rigor præcedat. Febrem autem intelligere conuenit, non eam quæ à principio morbi exiſtit, ſed ea vehementiorem, & ea quæ cum rigore ſuperueniat. *Lib. de rigore.* In libro de Rigore, à cauſis calidis rigores fieri probat, vt in tertianis febribus, & in abſceſſibus, & vlceribus inquit. Sed nonne acre aliquod pharmacum vlceribus adactum, primò dolorem, mox horrorem, demum rigorem infert? Nos multo irritatis ab acri pharmaco vlceribus rigore & febrire, vidimus. Inflammationi etiam, dum ad abſceſſum vertitur, horrorem & rigorem adeſſe eſt operæ pretium. *Comitatur.* Græcè ἀκολουθεῖ, id eſt ſequitur.

Rigorum efficiens.

In ſecunda parte, quæ incipit (Quin etiam) docet quare dolor in pondus mutatur: nempe quoniam humor, qui in poris membri inflammati, & in tenuiſſimis venis ipſius continebatur, in vnum ſpatium continuum tranſit, quod grauitate potius moleſtat, quàm antè, & minore dolore ſaltem in fine, vt dixi in expoſitione. Ab eo ergo collectionis tempore ſupputare oportet rupturam futuram.

PROGNOSTIC. LIX.

SI verò empyema in altera tantùm parte exiſtat, hos conuertere, ac diſcere oportet, doleátne in altero latere, & an alterum altero calidius ſit. Atque cubantem ſuper ſanum latus interrogare, an videatur ſibi onus aliquod deſuper ſuſpendi. Si enim ita eſt, in quodcunque latus pondus inſit, in altero ſuppuratio exiſtit.

In prognoſt. 57. tempus rupturæ ſuppurationum ſcripſit, & in 48. tempus principij ſuppurationis, à quo ſpectare oportet rupturam. In hoc tamen ſcribit locum, in quem delabitur pus ex ſuppuratione rupta. De hac enim loquitur Hippoc. vt vult Galen. in Comm. qui hanc ponit differentiam inter ſuppurationem, quæ fit intra peritonæum, & eam, quæ fit intra thoracem, quòd in ea, quæ fit intra thoracem, pus non permeat à latere vno in alterum: & in illis, quæ fiunt intra peritonæum pus omnibus inteſtinis circumfertur. Huius locum ex decubitu docet Hippocr. cognoſcere: pendet autem via inuentionis ex anatome. Nam ſuppuratio, quæ in altero latere tantùm fit, & rumpitur, alteri nullatenus communicat: quoniam membrana ſubcingens coſtas, diuidit totum thoracem in duas partes: & cùm in alterum latus incidit morbus, in cauitatem illius partis incidet pus, ab inflammatione ſuppurata ac rupta, & in alteram non poterit permeare. Cùm tamen homo in latus, quod continet pus, cubat, pus ipſum coſtis ſuperiacet interpoſita membrana: non igitur ſentietur pondus, veluti ſuſpenſum, ſed aut pondus non ſentiet, aut non ſuſpenſum: vt fit, quando in diuerſo latere cubat homo, tunc enim ſuperiacet pus parti membranæ, quæ medium thoracem interſepit. Quæ pars, cùm non aliunde habeat fulcimentum, quod ei ſupponitur, grauat, ac ſuſpendi videtur: & ita eſt, quoniam in aëre medio totius cauitatis thoracis, à tenui membrana ſuſtinetur. Cùm igitur æger in contrarium latus cubat, ſuſpendi ſibi onus ſentit in thorace: in eodem verò cubans, minimè. Sententia præſens ad partis patientis dignotionem attinet, vtilis eis, qui non adfuerunt morbi principio: & quando quis duos morbos laterales paſſus eſt, & in altera tantùm facta eſt ſuppuratio: & pro dignotione ſuppurationis, inflammationiſque, quæ facta eſt in medio thoracis, in quo duæ ſunt membranæ thoracem interſepientes: & ad cognoſcendum quæ illarum paſſa ſuis inflammationem: ſi quidem loci dolor id oſtendere non potuit, dignoſcetur ex Hipp. præſenti doctrina. Hæc vera ſunt de inflammationibus membranarum, non de illis, quæ fiunt in pulmone. Ratio eſt, quoniam inflammatio pulmonis in vtranque partem rumpi poteſt. Membranæ diuidentes thoracem ex diſſectione lib. 5. de Anatomicis adminiſtrationibus, non diuidunt pulmonem in duas partes, ſed ad ipſum pertingentes totum circumuoluunt. Poterit ergo pulmonis inflammatio aut per omnes cauitates pulmonis diſpergi, tam dextras, quàm ſiniſtras, aut rumpi in cauitatem dextram, ac ſiniſtram thoracis. Alterum ſignum ponit Hipp. ad cogno

Suppuratio quæ fit in abdomine, à ſuppuratione thoracis quomodo differt.

Puris locus ex decubitu. Pus in thorace ſuſpenſum ſentitur.

Dignotio loci.

Suppuratio pulmonis aliter cognoſcitur, quàm thoracis.

ad cognoſcendam partem, in qua facta eſt ſuppuratio, nempe calorem maiorem. Oſtendit enim ibidem adeſſe morbum, vbi adeſt caloris abundantia, quæ ſignificat pus in ea parte putreſcere. Verumtamen non eſt neceſſarium calorem in ea parte eſſe maiorem: poteſt enim fieri, vt puris caliditas non ſit tanta, vt in exteriori parte manifeſtetur. Sed voluit id eſſe conſiderandum Hippocr. nempe an altera pars ſit altera calidior: id enim nonnunquam fit, quo dato, vbi maior adeſt calor, ſuppurationem adeſſe intelligimus. Aëtius lib. 8. cap. 65. inquit: Cognoſces autem ſuppuratos hoc modo quum lateris dolor præceſſit, deinde vehementes febres quieuerint & ex magna parte quoque dolor, grauitas autem ſenſus remanſerit, Intus in lateribus in profundo thoracis, ſimúlque transfluere aliquid appareat, iuxta multiplices reclinationis permutationes, & maximè cùm ab vno latere in alterum decumbunt: tunc ſanè multitudo puris manifeſtatur, & fluctuationis cuiuſdam ſonitus, ſæpe ſenſibiliter in reclinationibus ipſorum auditur. Cognoſcitur itaque ſuppuratio facta, tum ex prædictis, tum quòd nihil relatu dignum per ſputum reiectarunt, in eo qui præceſſit vehementi lateris dolore. Quam ſententiam accepit à Galen. lib. 4. de Loc. pat. cap. 9. dicente, At vbi pleuritis præceſſit, mox remiſſa febris vehementia intrinſecus laterum grauitas in imo thoracis derelicta ſentitur, ac vbi quis affatim à decubitu tranſmutatur, idque maximè ſi ab vno latere in aliud ſe conuertens, defluere aliquid ſentiat, puris multitudinem ibi contineri haud dubia coniectura eſt, Quin etiam in his fluctuatio ſæpenumero haud obſcure auditur.

Suppurationum locus ex calore.

GALENI COMMENTARIVS.

Conſtat ex diſſectionibus, vt membranulæ thoracem interſepiant a pectore peruadentes vſque ad ſpinam, ita vt duo caua ipſa conficiant. Quocirca nullam ineunt ſocietatem, quæ affligunt in altera parte ſuppurationes, cum iis quæ in altera fatigant, quemadmodum in illis quæ intra peritonæum conſiſtunt. In illo enim circiter omnibus inteſtinis circumfluit pus, in hac verò neque materia dextere partis thoracis tranſmeare in ſiniſtram: neque econtrario quæ in ſiniſtra eſt, tranſmeare in dexteram poteſt. Ob eam igitur rem cenſet ediſcendum eſſe, num æger in vtraque parte habeat pus, an in altera duntaxat. In pulmonia enim quoties in ſuppurationem vertitur, in vtraque potius quàm in altera colligitur pus: per coſtalem verò in altera potius quam in vtraque. Cæterum pars affecta cognoſcitur ex differentia caloris. Calidior enim affecta pars eſt: & quia cubans æger in latus oppoſitum, onus ſublimiori inſidens parti perſentiſcit. Conſtat enim vt pus hoc collectum loco oneris ſenſum importet.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte ſupponit Galen. ex anatome conſtare, quòd pus contentum in thorace, non permeat à latere in latus, quemadmodum quod continetur intra peritonæum quod omnibus inteſtinis circumfertur. Hinc ſequitur vtilem eſſe doctrinam Hippocr. quæ docet pure exiſtente in cauitate thoracis, locum eius inuenire, qua via inueniendi non licet vti in ſuppurationibus pulmonis. Permeat enim in illis pus à latere in latus, aut in vtraque parte ab initio fit. In inflammationibus tamen membranæ ſubcingentis coſtas facta ſuppuratione, pus in ſpatium thoracis effuſum, non poſſe vtrumque latus peruadere, docet diſſectio apud Gal. lib. 5. de Anatomicis adminiſtrationibus, poſt medium, vbi inquit, Ex vtraque autem ipſius parte ſuperiore puta, & inferiore, tenuis membrana adhæreſcit, quam accuratè, ſi animum huic accommodes ſermoni, deteges.

Thoracis duplex cauitas ex anatome.

Harum itaque elatior duplici ſtructura, totam thoracis regioné ſublimat, à dextera parte altera, à ſiniſtra quoque altera. Non enim vna quædam eſt intra thoracem ſpatioſa laxitas ſibi continua, ſed à prædictis membranis intercipitur: quæ recta linea ad pectoris longitudinem mutuo ſibi cohærent, niſi quantum in ea parte abſcedant, diſtántque qua cor ſitum eſt. Et parum infra has membranas, qua parte coſtis reſpondent, ὑπεζωκότα, id eſt, ſubcingentes appellant: quæ verò coniunctæ in medio thoracis ſunt διαφράττοντες, id eſt, interſepientes.

In ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm) duo ſigna ſcripta ab Hippocr. ad cognoſcendum locum puris recitat.

PROGNOSTIC. LX.

Huiuſmodi ſignis omnes ſuppuratos dignoſcere conuenit. Primum quidem, ſi febris non dimiſerit, ſed interdiu tenuiter afficiat, noctu verò plus: & plurimi ſuperueniunt ſudores atque tuſſiendi cupiditas eis ineſt, & nihil ſcreant effatu dignum: oculi fiunt caui: malæ verò rubent, vngues manuum incuruantur, digiti incaleſcunt & potiſſimum ſummi, in pedibus fiunt œdemata, cibos non appetunt, & phlyctænæ per corpus erumpunt.

Ad partem artis diagnoſticam pertinet ſententia præſens, in qua Hipp. docet cognoſcere ſuppuratos, eos videlicet, qui pus effuſum continent in cauitatibus thoracis: non tamen omnes, ſed eos qui pus diu continent, vt conſtat ex ſequenti prognoſt. Iſti tamen aut phthiſim patiuntur aut ad ipſam proximè parati ſunt. Incidunt enim in ipſam, vbi rupta inflammatione pus contentum in cauitate thoracis non repurgatur intra quadrageſimum diem, vi puris exeſo pulmone, vt conſtat ex Aphoriſ. 15. ſect. 5. Quicunque morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur, liberantur: ſi verò non, in phthiſin tranſeunt. Quo in loco Leonicenus errandi occaſionem præbet, conuertens pro φθίσιν, tabem: quum tamen lib. 1. de differ. febr. cap. 9. & ſæpe alibi, pro μαρασμῷ vtatur tabis voce, quin & in eodem cap. phthiſin, & maraſmum, appellat tabem: quum tamen inter ſe plurimum differant. Quum ergo tales diutius immorantur, phthiſis ſigna habent, quia præſentem patiuntur, aut quoniam ad eam proximè accedunt. Signa verò quæ ſuppuratos ex longo tempore oſtendunt, ſunt decem. Primùm febris, quæ non intermittit, affligitque magis noctu, quàm interdiu. Febris hæc hectica eſt, ſed putridam habet commixtam, quod conſtat: quoniam præter id quòd in temporis proceſſu facta permanet in membris, vapor adhuc putridus eleuatur ex pure putreſcente, qui febrem quoque facere poteſt de genere febrium putridarum. Accedit ad id, quòd antequam febris hectica adueniret, putrida aderat, quæ non habuit cauſam aliam præter humorem ſuppuratum, ac putreſcentem, qui hectica producta adhuc manet. Ob id verò quòd hectica eſt, & in ſolidis corporis partibus facta, interdiu minus, noctu magis vexat. Quod ex ſententia Galen. in Comment. ad alimentum referri debet, quo aſſumpto breui corpus incaleſcit, vapore alimenti diſtributo ad ſolida membra, tali ipſis eueniente alteratione, qualis calci, cùm humore irrigatur. Hoc ſignum febres hecticas oſtendere dixerat Galen. lib. 1. de Different. febr. cap. 9. per hæc verba, Maximum verò ac indubitatum

Empyci ſunt phthiſici.

Leonicenus notatur.

Febris empyicorum ſignum hectica & putrida eſt.

Digitized by Google

tantum hoc erit eius naturæ indicium, ſi cibum homini obtuleris, eo præſertim tempore quo maximè omnes horas ſuſpectas ſubterfugiſſe videtur: ſtatim enim hora vna, aut duabus, poſt acceptum cibum, quicunque ægrotantem tetigerint, alteram febris acceſſionem adeſſe opinabuntur. Cauſa etiam, quare accepto alimento incaleſcunt hectici, ſcribitur à Galen. in Comment. præſenti, & 1. de Differ. febr. cap. citato, vbi inquit, Id enim eis contingere videtur, quod in calce ac lapidibus calefactis. Si enim aquam frigidiſſimam infundas, multò calidiorea ſentiútur, nutrita, vt par eſt in ipſis arida caliditate, ab humida ſubſtantia. Hoc idem quod noctu euenire dixit, interdiu contingere poteſt, vbi interdiu alimentum acceperit æger: nam hoc accidens alimentum inſequitur, non horam diei. Verumtamé noctu id euenire dixit, quoniam homines temporis Hipp. omnes cœnabant, non tamen omnes prandebant: ſed qui ſemel in die comedebant, cœnabant & non prandebant, vt conſtat ex lib. 1. de Ratione vict. acu. ſect. xx. vbi quoſdam bis die comedere, dicit, quoſdam ſemel, quoniam prandere non conſueuerunt. Inquit itaque, Nempe tum his, qui bis die comedunt, tum his qui ſemel, noxam imbecillitatémque pariunt repentinæ mutationes: quique prandere non conſueuerunt, & prandent, ſtatim ægrè habent. Illos ergo, qui ſemel in die comedunt, non conſueuiſſe prandere dixit. Quòd tamen inflammationes ſuppuratas ſequantur hecticæ febres, conſtat ex Galen. eodem cap. 9. citato, dicente. Maximè igitur viſcerum collectiones ſi non recta cura adhibeatur, inſequentur hecticæ febres, adeo vt plerique exiſtimauerint eas nulla alia ex cauſa generari. Et paulò infra inquit, Aduenit autem & hæc paſſio nonnunquam quidem per ſe ipſam, ſicuti in excandeſcentiis, vehementibúſque triſtitiis ac diuturnis: nonnunquam verò in ardentibus febribus, aliquando autem in pulmonis ac thoracis affectibus, ac præſertim in ſuppurationibus, & phthiſi. Contra illud, quod dixit Galen. de cauſa incaleſcentiæ ex cibo, quarto libro Collectionum cap. 33. arguit Auerrous, dicens, Cauſas, quæ ab aliis medicis dantur, eſſe accidentalos, & ſicut fabulæ: quoniam dicunt quòd cibus in talibus patientibus & corporibus, eſt ſecundùm ſimilitudinem aquæ ſuper calcem proiectæ: quia impoſſibile eſt vt virtus nutribilis à nutriente tantum ſit elongata, vt ipſum eidem ſit contrarium, ſicut aqua calci. Reperitur enim, quòd vnumquodque iſtorum alterum corrumpit. Argumentum itaque ipſius eſt: licet calx habeat contrarietatem cum aqua, alimentum non habet adeò magnam cum membro: & inde eſt, quòd non fit ſimiliter in calce aqua ſuperfuſa, & in membro ſuperfuſo alimento. Verùm quàm inconſideratè Auerrous modo vt ſæpe alias, Galenum mordere tentauerit, manifeſtè conſtat ei, qui intellexit mentem Galeni. Nam experimentum de calce aqua ſuperfuſa nemo negabit, neque experimentum de membro ab alimentó irrigato in hectico. Similitudo verò in cauſa, hinc conſtat, quòd quemadmodum calx ſiccitatem habet intenſam admodum cum calore arido: ita membra hectici ſicca ſunt, & calorem aridum habent. Quòd ſi calx aquea humiditate irrigetur, efferueſcit, atque oſtendit tactui vehementiorem calorem quàm antè: poterunt ergo membra hectici calorem ſuum oſtendere ac manifeſtare, ſuperfuſo humore alimenti. Quòd ſi dixerit Auerrous, eſſe impoſſibile, virtutem alimenti tantú elongari à virtute membri, vt ſit ei contraria: videtur bonæ philoſophiæ oblitus. Omne enim alimentum quandiu ab alio patitur, contrarium eſt ipſi: & quandiu non eſt integrè aſſimilatum, tandiu patitur: ergo quandiu non eſt integrè aſſimilatum, eſt ei contrarium. Et hoc maximè cum hecticam febrem patitur æger: tunc enim ſicca admodum ſunt ſolida membra, & alimentum omne humidum eſt actu, quamuis non omne ſit potentia humidum, ſaltem in comparatione ad corpus alendum. Aduertat ergo Auerrous oportet Galen. verba, qui de calce dixit, caliditatem aridam nutriri in calce, ab humida ſubſtantia: quod ſimiliter fieri in membris hectici, in quibus multa adeſt arida caliditas, ſolus temerarius ille negaret. Adde, quòd ipſe eodem loco rationem reddere tentauit, quare id hecticis eueniat, ac dixit, id fieri, quoniam de natura nutribilis eſt, (vt verbis ipſius vtar) ſibi nutriens aſſimilare: atque inde neceſſe eſt, vt cibus corpori adueniens calorem extraneum adipiſcatur, quamuis cibus frigidus ſit, aut non: propterea febris fortificatur, & accidentia augmentantur. Quod in febribus putridis nó fit, propterea quòd in eis calor extraneus radicaliter non eſt fixus. Reſpondet hoc in loco ad quæſtionem, & ad argumentum. Ad quæſtionem, quòd hectici caleſiunt ex cibo, quoniam alimentum recipit calorem præter naturam, à membro conuertente ipſum, & ad argumentum contrà, ſimiliter in febribus putridis eſt in membris calor præter naturam, ergo & in ipſis fieri deberet. Reſpondet nó eſſe ſimile, quoniam in putridis calor præter naturam non eſt factus. Quæ ſolutio ineptiſſima eſt: nam ſi caliditas præter naturam, præter id quod facta eſt, ſiccitatem non haberet coniunctam, illud accidens non feciſſet in febricitátibus. Quoniam ſiue vi caloris euenit, ſiue is factus ſit, ſiue fiens, ſimilem habebit virtutem alterandi humidum adueniens. Quoties tamen ſiccitati coniunctus eſt, aliter alterat, quàm ſi humiditati iungatur. Calx enim nôn aliter ex aqua, ſed tamen accenditur per ipſam calor calcis, quia aridus erat, vt in hectico. Quod ſi aliquod ſubiectum dederis, quod calorem habeat ſine ſiccitate, id non accendetur ex aduentu humidi alicuius irrigantis, veluti humor putreſcens. Is enim calorem extraneum factum habet: verùm quamuis irrigetur alimento, aut potu, aut quouis alio humore, non accendetur in ipſo vehementior calor. Dicet fortè aliquis non eſſe ſimile de humore habente calorem præter naturam factum, & de membro: nam humor non intendit commutare alimentum in ſui ſubſtantiam, ſicut membrum. Hæc ſolutio non ſatisfacit: quoniam calòr membri ob id excitatur ab humore alimenti, quoniam agit in ipſum, ſiue huius actionis finis ſit alitio, ſiue non, id enim contingens eſt: ſtat enim membrum alteraſſe alimentum, & ſuperaccenſam fuiſſe caliditatem, & deinde non ſequi alitionem. Ergo ſuperaccenſio caloris, ex alteratione caloris circa humorem ſuperuenientem naſcitur, non ex eo quòd ipſi membro futurum eſt alimentum. Adde, quòd in calce irrigata id fit, quamuis calx non intendat formam calcis in aquam inducere. Verum ergo eſt, ac infallibile, in his, quæ calore ſicco areſcunt, vt hecticis, & in calce, cùm irrigantur humido quopiam, ſuperaccendi. Ac conſtat, Auerroum non tantùm temerè tentare mordere Galen. ſed ineptam adhibuiſſe cauſam accidentis. Secundùm ſignum eſt, ſudores multi ſuperuenientes. Hoc ſignum oſtendit ſuppuratos ex longo tempore qui iam languidi redditi ſunt: ad languorem namque facultatis tales ſequenter ſudores, natura nequeunte alimentum ſuperare, vt Galen. quoque in Commen. teſtatur. Lib. quoque 4. de Loc. part. cap. 8. dixit, omnibus ſuppuratis vires reddi

hube

Hectici cur calent ex cibo.

Qui ſemel comedebant tempore Hip. cœnabant.

Suppurationes ſequuntur hecticæ febres.

Auerrous temerè mordet Galenum.

Auerrois ratio inepta probatur.

Suppuratorum ſudores.

imbecilliores. Sed contra id ſignum eſt argumentum quod accipitur ex ſententia Gal. 4. ſect. Aphor. Comment. 41. vbi explicans cauſam Aphor. in quo Hippocr. dixerat, Sudor multus ex ſomno factus abſque manifeſta cauſa, ſignificat corpus plurimo cibo vti: ſi verò cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet, quòd euacuatione indiget corpus, inquit Gal. Quod verò in præſenti Aphor. docetur, in verbo πολὺς, id eſt, multus, adiecto, maximè exiſtit: ſi enim ſudor multus non eſſet, poſſet, & propter virium imbecillitatem, & corporis raritatem accidere. Ipſius verò multitudo, altera duarum cauſarum fit, vel propter ciborum qui ſunt recenter aſſumpti, immoderantiam, vel illorum qui antea. Ecce vbi Galen. dicit ſudores multos eſſe ad cauſas alias referendos, non ad imbecillitatem. Hoc argumentum facilè ſoluitur verbis Hippoc. & Gal. animaduerſis. In hoc enim Aphor. de ſudore multo ſiue copioſo loquitur: quem conſtat non euenire citra cauſam manifeſtam, niſi ob cauſas ab Hipp. & Galen. dictas. Sudores verò, de quibus in progn. loquitur Hippoc. multi ſunt numero non quãtitate continua. Suppurati enim ex longo tempore, & languidi plurimi, ſæpe ſudant: parui verò ſunt omnes ipſorum ſudores, quos dixit, ἱδρῶτες πολλοὶ, id eſt, ſudores multi, & in Aphor dixit, ἱδρὼς πολὺς, id eſt, ſudor multus. Quamobrem valde errauit Laurentianus, in præſenti prognoſt. transferens. Si copia ſudoris elicitur, neque enim id verum eſt, neque litera Græca id ſonat. Eueniunt itaque languidis ſudores multi, qui ſignificant facultatem imbecillam, non potentem ſuperare ac continere alimentum, quamuis conuenienti quantitate adhibitum. Tertium ſignum eſt, cupiditas tuſſiendi, cum qua nihil effatu dignum ſpuunt. Refertur id maximè ad imbecillitatem facultatis: licet tres ſint cauſæ, ob quas aliquid aut non ſpuitur, aut difficulter, craſſitudo ſiue lentor humoris expellendi, denſitas membranæ obuoluentis pulmonem, quæ non admittit humorem, & imbecillitas facultatis comprimentis thoracem. In Comment. 8. huius libri, difficilis excreationis cauſas duas ſcripſit, alteram ex humoris excreandi ineptitudine, alteram ex defectu facultatis: hic tamen tres adſcripſit, quarum tertia eſt, cutis pulmonis denſitas quam non ſcripſit in eo loco, quamuis de meatuum pulmonis anguſtia mentionem fecit: quoniam in eo loco de reiectione humorum, qui iam in pulmone continentur, loquitur, hic tamen de his, qui ex thoracis cauitate nondum pulmonem ingreſſi ſunt. Quartum ſignum eſt, oculi caui. Id ſignum inter initia acutorum morborum apparens malum eſt, nunc verò affectionem ipſam oſtendit eſſe exſiccantem, quæ & faciem exſiccet, & humores qui circa oculos continentur, & in ipſis etiam oculis. Quintum ſignum eſt, rubor maxillarum: rubent autem ob tuſſim, ſicuti & in omnibus, qui tuſſi infeſtantur, & quoniam à pulmone calidi vapores ad caput & faciem aſcendunt. Sextum ſignum eſt, vngues incuruati: quod fit, quoniam abſumitur caro, quæ exiſtebat in ſummis digitis, quæ etiam vngues firmabat: adde quòd calor vehementer exſiccans corrugat ac contrahit ſubſtantias corporum. Septimum ſignum eſt, extremorum digitorum calor. Caleni inquam extrema, quoniam in hoc morbo ſolida membra afficiuntur, non vt in aliis longis, in quibus extrema refrigerantur: ſummi verò digiti id patiuntur, quia carnis maiorem habent copiam, & in partibus humidioribus ſolidorum calor magis manifeſtatur. Octauum ſignum eſt, fieri in pedibus œdemata, quoniã calor naturalis deficit in partibus diſtantioribus à corde, ad quas vapor tranſmittitur, qui non diſcutitur, & humor crudus, qui neque coquitur, neque tranſmutatur, neque ſuperatur ob languorem. Nonum ſignum eſt, defectus appetitus, quod multis cauſis euenit ſed in his ad mortificationem referri debet, & ſenſus defectum. Non enim ſatis ſentiunt ſuauiorem, quæ fit ab aliis membris. Decimum ſignum eſt, phlyctenæ per corpus erumpentes, ob ſeroſos humores ad cutim tranſlatos. Sed de iis in ipſa Comment. Galen. dicemus. Paulus lib. 3. cap. 32. phthiſis ſigna ſcribens dixit. Febrẽ hecticam eſſe ſignum, quod ſuppuratos comitatur, quamuis nondum phthiſin patiantur. Quum tamẽ iam ipſam patiuntur, ſigna ſcribit maxillarum liuorem, ſudores circa frontem, & collum, vnguium etiam cauitatem. Celſus tamen lib. 2. cap. 7. in hunc modum ſcripſit, Omnis etiam ſuppuratio, quæ nondum oculis patet, ſic deprehendi poteſt. Si febris non dimittit ea quæ interdiu lenior eſt, noctu increſcit, multus ſudor oritur: cupiditas tuſſiendi eſt, & penè nihil in tuſſi excreant: oculi caui ſunt, malæ rubent, venæ ſub lingua inalbeſcunt, in manibus fiunt adunci vngues, digiti maximéque ſummi pallent, in pedibus tumores ſunt, ſpiritus difficilius trahitur, cibi faſtidium eſt, puſtulæ toto corpore oriuntur. Qua parte dixit, Pallent: potius, callent, ſcribi debet, ad Hippocratis normam.

Notanda diſtinctio.

Tuſſis ſuppuratorum

Excreationis difficilis duæ ſunt cauſæ.

Oculi caui.

Maxillarum rubor.

Vngues incuruati.

Pedum œdemata.

Phlyctenæ.

GALENI COMMENTARIVS.

QVicunque pus obtinent intus in corpore vniuerſum, ſiue contentum antè in parte affecta inflammatione, ſiue etiam poſt eruptionem, homines tales purulentos licebit. Sed medici adſolent ſolos, aut potiſſimum eos qui in thorace ac pulmone talem habeant affectionem, purulentos nominare, Id verò pus poſt eruptionem inter thoracem pulmonémque continetur, & niſi cito excreetur, abidi intereunt febricitantes tenuiter quidem, at calore tamen quodammodo in noctem creſcente: id accidit omnibus febricitantibus hectica febre, non ratione affectionis nocte augente illis febrem, ſed ex quodam accidenti, quod inquam, tale exiſtit. Per febres hecticas nomine, partes ipſa corporis ſolidiores ignitiores euadunt. Ob id igitur aſſiduè febris in ſeipſa ſimilis manet, calorem obtinens perinde, vt calx, debilem contingentibus. Itaque quoties edunt ac bibant, ſimile quiddam accidit quod in calce euenit aqua perfuſa: quo fit vt contingentes exterius ægrum, multo calidiorem perſentiant. Ego verò vobis eam rem perſæpe oſtendi in ægris alias alio tempore alendo ita febricitantes, vt crederetis id illis propter alimentum euenire, non ratione affectionis. Perſpicue enim apparet incidere calorem febriculoſum vna cum tempore alimenti, ſtatimque adhibito augeri cibo, & quam maximè vehementem per diductionem illius apparere: ſudores verò continui eliciuntur propter virium debilitatem, eò quòd diductum alimentũ diſcutiatur. Quin etiam tuſſiendi cupiditas, id eſt, voluntatis contentio eſt: nec quicquam dignum commentatione expuunt. Si enim excreaſſent, nequaquam purulenti euaſiſſent. Cæterum cauſa ob quam nihil expuunt commentatione dignum, triplex eſt, tum puris ipſius lentor & craſſitudo, atque etiam continentis pulmonem membranulæ condenſitas, tum etiam debilitas in ægro facultatis. Sed & oculi (dixit) caui redduntur. Id commune eſt omnium longarum febrium: ſed potiſſimum earũ quæ perſpicue exſiccent. Genæ rubent, propter calorem in pulmone, & item tuſſedinem. Hæc enim ambo calefaciunt vultum & totum caput, quia ex defluxione in pulmonem decumbente vapores in ipſum redundant. At verò vngues curuantur, quia firmans eos vtrinque caro conſumitur. Itaque digiti quanquam refrigeſcentes magna ex parte in morbis diutinis, tamen per omnes hecticas febres calidi permanent. Siquidem hæ ſolidiores potiſſimum corporis partes

Cur quidam purulenti parum aut nihil excreent.

occuparunt, ſanè in ſummis ipſis perſpicuè calidiores apparent, non in partibus exterioribus, ſed interioribus, vbi carnulentiores exiſtunt. Cauſa verò perſpicua eſt, ſi in memoria hærent quæ ſunt de cibo ingeſto paulò antè perſcripta, vbi enim humor largior ineſt, dilucidior in his ſedibus calor euadit. Procedente verò tempore & pedes eorum intumeſcunt totius corporis extinctione inde incipiente. Quippe quòd partes ab origine longiſſimè abſunt. Tunc iam & cibum faſtidiunt, ſcilicet appetendi facultate pariter cum aliis moriente. Puſtulæ quædam erumpunt derodente ſanie in corpore collecta, talem enim Hippocr. illarum eſſe docuit generationem ſecundo libro de morbis vulgaribus, dum ait: Sanies in cute exiſtit, ibique comprehenſa caleſit. Hæc enim ſanies in reliquam cutem, quacunque laxior eſt, ſe inſinuans, in exteriori eius ſuperficie vtpote denſiori ſubſiſtit. Porrò hanc dirimit, & ab interna abſiſtere facit ſede, atque in ea collecta puſtulas gignit.

Annotatio in Gal. Comment.

Quoniam ex his, quæ in præſenti Comment. dicta ſunt à Galen. quædam antè explicita ſunt in expoſitione, quædam etiam de ſe perſpicua ſunt, breuiter circa ipſum quędam annotabimus. A principio enim exponit dictionem, ἐμπύους, id eſt, ſuppuratos. Solent enim, inquit, medici appellare tales eos, qui pus continẽt in quauis inflammatione: & maximè venit in conſuetudinem ſic appellare eos, qui continent pus in thoracis cauitate, rupta inflammatione iam ſuppurata. *Vniuerſum.* Græcè ἀθρόον, id eſt, accumulatum. *Ignitiores.* Græcè διαπυρα, id eſt, ignitæ. *Si enim excreaſſent.* intellige, aliquid effatu dignum. Nam non quæuis excreatio liberaret ægrum a phthiſi, ſed in continenti quantitate. *Vbi carnulentiores exiſtunt.* Græcè ἵνθα τὸ σαρκῶδες αὐτῶν ἐστὶ, id eſt, qua parte carnoſum ipſarum eſt. *Puſtulæ.* Græcè φλύκταιναι. Harum generationem dixit fieri ab erodentibus ichoribus, id eſt, tenuibus ſaniebus (ſic enim ſcribi debet, quoties in hoc Com. ſcribitur Sanies) quemadmodum Hippocr. lib. 2. de Morb. pop. iuxta initium inquit, Et ſubnaſcebantur quidem in cute ſanies tenues: dum autem intrò cõcipiebantur, caleſcebant, & pruritum inducebant: deinde φλυκταινίδες, id eſt, puſtulæ, velut ab igne inuſtæ excitabantur, & ſub cute vri ſibi videbantur, in ardoribus ſiccitatis. Appellantur hæ puſtolæ ab autore, 4. de Rat. vict. acut. ſection 43. φλυζάκια. inquit enim Galen. in Comment. Phlyctænas in ſuperciliis habentem: nempe id ſignificant φλυζάκια. Harum puſtularum generationem in fine præſentis Comment. rectè docet Galen.

Quinam ſint propriè Empyici.

PROGNOSTIC. LXI.

QVæcunque igitur ex ſuppurationibus prorogantur, talia ſigna habent, & eis maximè credere oportet. Quæcunque verò recentes ſunt, per hæc innoteſcent, ſi quid apparuerit eorum, quæ in principio fiunt, ſimul autem etſi difficilius ſpirarit homo.

In duas partas diuiditur prognoſt. hoc. Prima eſt concluſio pręcedentis prognoſt. Secunda determinat ſigna, quæ oſtendunt empyicos, ex breui tempore. Concluſio eſt hæc, Signa quæ ſcripta ſunt in prog. præcedenti, omnibus ex longo tempore empyicis conueniunt, & eis valde credere oportet. Meritò addit Hippoc. eis eſſe valde credendum, quoniam maior pars ſignorum eorum, oſtendit conſumptionem, & hecticam febrem, quæ ſinè dubio ſequitur ad inflammationes partium thoracis, & pulmonis, cùm ſuppurantur, & ſuppuratæ ac ruptæ prorogantur. Signa verò, quæ oſtendunt empyema recens, id eſt, puris recẽtem effuſionem in cauitates thoracis, non ſunt adeò manifeſta, quoniam non habent eam febrem coniunctam. Sunt autem hæc, ſi apparent quæ dicta ſunt de incipientibus ſuppurationibus, nempe rigor, febris, pro dolore pondus: & præter hæc difficultas reſpirandi. Verumtamen aduertendum, quod ſuprà progn. 58. Hippocr. docuit, per hæc ſigna cognoſcere principium collectionis puris in partem vnam, vt inde coniectari liceret, quo tempore futura eſſet eruptio puris in cauitates thoracis: vt conſtat ex Gal. in Comment. Verumtamen modò ex eiſdem docet, cognoſcere puris effuſionem in cauitates thoracis, eam quæ non eſt antiqua. Neque tamen obiicit Galen. vt Hippoc. quòd eadem ſigna, quæ oſtendebant incipientem puris collectionem, oſtendant etiam eius effuſionem, & inflammationis rupturam, vbi cum eis alia coniungantur: veluti ſi aliquod coniungatur ex eis, quæ dicta ſunt de empyicis ex longo tempore, præterea & difficultas reſpirandi: hiſ enim omnibus iunctis, recens ſignificabitur empyema. Signa ſuppurationis incipientis, quæ oſtendunt puris collectionem, ſunt, rigor, febris magna, pro dolore pondus. Hæc eadem ruſus apparent, quo tempore pus iam confectum, & in thoracem effuſum, membranas thoracis mordet, & ex morſu concitatur rigor, & vaporum multitudo febrem efficit: effuſum enim pus magis euaporat. Pus itẽ ante eruptionem membranam erodebat, ac efficiebat erodentem dolorem, & is in pondus tranſiuit, facta puris effuſione. Habet tamen hoc veritatem, maximè vbi accedat aliquod ex ſignis antiqui empyematis, & difficilior reſpiratio. Licet enim Hipp. tantùm duo ſcribere videatur, videlicet ſigna quæ dicta ſunt de incipiẽte ſuppuratione, & difficultatem reſpirationis: Galen. tertium ſcribit in Comm. dicens, Si quid eorum, quæ dicta ſunt, de iis quæ prorogantur, apparuerit: id eſt, ſi ſimul cum ſignis incipientis ſuppurationis, apparuerit aliquod eorum quæ dicta ſunt in progn. præcedenti, vt caui oculi, defectus appetitus, ſudores plurimi, & ſimilia. Quare vbi Hippocr. litera habet, ὁκόσα δὲ ὀλιγοχρόνια ἐστὶ, σημαίνεσθαι τουτέων, ἤν τι ἐπιφαίνηται. legendum videtur magis ad Galen. mentem, ὁκόσα δὲ ὀλιγοχρόνια ἐστὶ, σημαίνεσθαι τουτέων καὶ ἤν τι ἐπιφαίνηται. quod eſt, Quæcunque verò recentia ſunt, per hæc innoteſcẽt, etſi quid apparuerit. In qua lectione, tria erunt ſigna ab Hipp. ſcripta, quemadmodum à Gal. Quum enim dixit, Per hæc innoteſcent: intellexit, ſi aliquod horum apparuerit, quæ ſcripta ſunt in præcedenti progn. & ruſus, Signa quæ apparent inter initia, & difficultas reſpirandi maior quàm antea, eligat lector quod maluerit. Erit autem difficultas reſpirandi pure iam effuſo, magna, & per ipſam pinnas narium mouent afflicti, magna inquam, ob magnam thoracis dilatationem, vt ſcripſit Gal. lib. 4 de Loc. pa. cap. 8. dicens, Sic etiam iis quibus inter thoracem pulmonémque magna puris quantitatis collecta eſt, quos ſuppuratos vocant, totus thorax attollitur, ſed neque calidus eſt ipſorum ſpiritus, neque etiam exufflando emitti ſolet, niſi adurens fortaſſe febris acceſſerit. Quòd tamen hæc reſpiratio magna appelletur, per quam totus thorax eleuatur, dixit Gal. parùm infrà, eodem cap. Præ omnibus autẽ vos meminiſſe velim, magnæ reſpirationis geminas eſſe differentias: fit enim interdum ob dilatationis à thorace procedentis magnitudinem, interdum verò ob inſpirati aëris multam eſſentiam. Hanc reſpirationem parùm infrà eodem cap. potius ſublimem, quàm magnam vult appellari; ſicuti & lib. 3. de Mor. pop. par. 2. in hiſt. anginoſæ, vbi hæc duo ſigna inueniri vult in empyicis, magna reſpiratio, quę ſublimus appellatur, & pinnas narium

Signa recentis rupturæ ſuppur.

Reſpiratio ſublimis.

tiatium mouere, ioquit enim, Videtur autem mihi velle indicare illos ſumma nate reſpirare, qui cùm reſpirant, pinnas ipſius naris mouent. Multos ſiquidem ægros ita reſpirantes videmus, vt in inſpirationibus quidem ipſas dilatent: contingitque hoc iis, qui ob anginã ſtrangulantur, vel peripneumoniam, vel empyema: contingitque & iis, qui imbecilla ſunt virtute. Et conſequenter, explicans quare hunc ſpiritom appellet ſublimem Hippoc. inquit, Videntur ſiquidẽ ita affectis, ſummæ thoracis partes ad omoplatas vſque moueri: & rationabile eſt hoc, dici nunc ab ipſo fieri ſublimem ſpiritum, non ſolùm in cynanchicis, verum quoque & in peripneumonicis & empyicis appellatis affectibus. Sublimis igitur eſt empyicorum inſpiratio, omnibus concurrentibus thoracis muſculis facta, ob id maximè, quòd non poſſunt thoracem eleuare, niſi omnibus muſculis ipſius concurrentibus. Quoniam omnium empyicorum facultas languida eſt, vt Galen. inquit lib. 4. de Loc. par. cap. citato. Verùm ij celerrimè ſuffocantur, tum ob affectum ipſum, tum quòd vires omnibus empyicis ex neceſſitate imbecilliores redduntur. Galen. in Comment. per difficilem reſpirationem intellexit, difficiliorem quàm antè. Nos tamen ſpecies difficilis reſpirationibus explicuimus.

Empyicorum facultas languet.

GALENI COMMENTARIVS.

REctè dicit credendum eſſe diuturnioris indiciis ſuppurationis. Adeo enim valida ſunt poteſtate, vt nullam de ſe relinquant ambiguitatem. Breuiorem verò cognoſcendam eſſe ex indiciis antea prædictis, ea verò ſunt, rigor, febris, pondus, & ſi quod ex dictis in ſuppuratione iam appareat diutina, & ſi æger difficilius quàm antea ſpiret, id verò accidat neceſſe eſt propter anguſtiam pulmonis, quoties pus inanet thoracis prehendat ſedes.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Commentarius non eget annotatione, præterquam quòd vbi legitur, *Et ſi quod ex dictis à ſuppuratione exiſtat diutina.* Græcè enim habetur, εἴτε τι τῶν ἐπὶ τοῖς χρονίοις εἰρημένων ἤδη φαίνεται, quod eſt, Et ſi aliquod eorum, quæ iam dicta ſunt, de iis quæ prorogantur, apparuerit.

PROGNOSTIC. LXII.

QVæ verò ex eis celerius aut tardius rumpũtur, his ſignis cognoſcere oportet: ſi dolor ab initio fiat, & difficultas reſpirandi, & tuſſis, & excreatio perſeueret, rupturam ſperare oportet vigeſimo die, & adhuc antè. Si verò dolor mitior fuerit, & reliqua omnia ſecundùm rationem, in his poſterius ruptura ſperanda eſt. Præcedente autem neceſſe eſt ante puris eruptionem, dolorem, difficultatem reſpirandi, & ſcreationem.

Supra prognoſt. 57. dicit, ſuppurationes quaſdam rumpi 20. die, 30. 40. & 60. verùm non ſcripſit ſigna, quæ oſtendunt ipſas citius aut tardius rumpi debere, de quibus in præſenti ſcribitur. Primò igitur ſcribit ſigna rupturæ ante diem 20. aut in ipſo, quæ ſunt dolor, tuſſis, difficultas reſpirationis, & ſcreatio, vbi ab initio perſeuerauerint. Nam ſi hæc à principio ad finem vſque perſeuerant, morbus magnitudinem & grauitatem obſeruat, & inde breuem terminationẽ oportet ſpectare. Dolor itaque à principio ad finem perſeuerans, acredinem humoris ſignificat, aut multitudinem, aut vtrunque. Tuſſis quæ non ceſſat, cauſam perpetuo irritantem difficultatem reſpirationis, aſſiduum etiam ſignificat dolorem. Screatio, humoris tenuitatẽ & acredinem, ob quam penetrat membranam, in qua inflammatio continetur, non enim ſignificat humoris coctionem: nam talis ſcreatio cocti humoris dolorem & morbum finiret, vt puris generationem. Talia ergo ſigna breui futuram ruptionem ſignificant, nempe 20. die, aut ante, vt die 17. aut 14. ſeptimo enim rumpi rarum eſſe dixerat Gal. Comm. 57. Vigeſimum autem diem non pertranſibit, quoniam is eſt terminus longiſſimus acutorum morborum, vt ſæpe declaraui. Et hic morbus acutus ex ſignis prædictis oſtenditur. Vbi dixi, Perſeueret, Aldinus codex habet διατείνῃ, id eſt, extendatur. Cratandri verò codex habet διατελέῃ, quod eſt perſeueret. Et lib. 1. de Morb. pop. part. 3. in Com. Eraſini, διατελέων ſignificat per totũ morbum, quod eſt perſeuerare. ſicut & lib. 3. part. 3. in Comm. in Thaſo Dealcis. Tardius verò rumpi ſuppurationes dicit, quæ dolorem habent mitiorem, & reliqua ſecundùm rationem, hoc eſt, reliqua ad menſuram & proportionem doloris, nempe difficultas reſpirationis, & tuſſis. Quæ igitur tardius rumpitur, non habet dolorem continẽtem, ſed intermittit aliquando, atque remittit, neque toto perſeuerat morbo: is autem ſignificat minus acrem cauſam, & minus calidam, & quæ difficiliùs poterit membranam continentem erodere. Quamobrem ad 30. 40. & 60. prorogabitur ruptio. Verumtamen quo tempore rumpi debet, humor agitabitur, cuius pars excernetur ſcreatione: pus etiam ipſum erodens efficiet dolorem, & difficilem reſpirationem: ſine his enim non rumpetur ſuppuratio. Si igitur intermiſerunt, vt eo tempore redeant, oportet. Hinc ſequitur, quòd vbi dolor placidior ac mitior fuerit, & reliqua remiſſiora, ad 60. prorogabitur ruptura: vbi verò minus placida, ac minus remiſſa fuerint reliqua ſymptomata, morbus medium tempus obſeruabit.

Suppurationum rumpendarum ſigna.

Dolorem intermittere quid oſtendit.

GALENI COMMENT.

EX quibus vt ruptionis periculum immineat ſuppurationis, ex his ipſis indiciis, vt celerius id accidat, cognoſcas licebit. Ea ſunt, dolor, difficultas ſpirandi, tuſſedo, & ſcreatio. Si igitur continenter & vehementer infeſtent, celerem fore ſignificant eruptionem. Si verò non continenter affligant, nec vehementer, diuturniorem. Cæterùm neceſſe eſt, cum corpus obuoluens pus derodatur ab eius acrimonia, dolorem fieri ob id ipſum: tuſſedinem verò & ſcreationem, quia ſanies iam quadam tenuior obductum penetret corpus: ſpirant verò difficulter etiam propter vniuerſam corporis conditionem, ſed præcipuè propter accedentem dolorem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN præſenti Comment. qua parte ſcribitur, *Propter vniuerſam corporis conditionem*, conſtat hanc literam nullum ſenſum habere, nempe difficilem fieri reſpirationem, ob vniuerſam conditionem corporis. Græcè tamen ſic habetur, ἢ διὰ ὅλην μὲν τῆ νοσήματος τὴν κατάστασιν. hoc eſt, & ob vniuerſam morbi conſtitutionem. Ratio huius eſt, quoniam quoties morbus conſtituitur in partibus thoracis, difficilem reddit reſpirationem læſo ipſius organo.

PROGNOSTIC. LXIII.

LIberantur autẽ ex his, maximè quidem, quos febris dimiſerit eodem die poſt eruptionem & qui cibos citius appetunt, & ſiti vacant, & venter pauca ac conſtantia dimittit, & pus album, læuẽ, vniúſque coloris fuerit, ac ſine pituita, & ſine dolore, aut tuſſi vehementi. Sic enim optimè, ac citiſſimè liberantur. Sin minus hi, qui ad hos maximè

accedunt. Moriuntur autem quos febris minimè dimiſerit, vel cùm dimiſiſſe puretur, iterum incaleſcere videātur,& ſitim habuerint,& cibos non appetant, venter humidus fuerit, & pus chlorum, & liuidum ſpuant, vel pituitoſum,& ſpumoſum,ſi omnia hæc fiant moriuntur. Quibus verò ex his quædam ſuperuenerint, quædam verò non: quidam ipſorum morientur, quidam longo tempore ſaluabuntur: verùm ex omnibus indiciis in ipſis inuentis, coniectari oportet de aliis omnibus.

Supparationum ruptarum fines quatuor.

Quatuor terminationes ſuppurationum, quæ rumpuntur,ſcribit Hippoc.quas præſagiri docet per ſigna, quæ hic ſcribit: aut enim terminantur ad bonum aut ad malum: ad bonum, quædam optimè ac citiſſimè cum omnibus,aut ferè omnibus ſignis bonis, quædam longo pòſt tempore cum bonis & malis quibuſdam. Ex his etiam quæ ad malum, quædam cum omnibus ſignis malis citiſſimè, quædam cum mixtis tardius. Quæ itaque omnia ſigna bona habuerint, vt febre vacare ſequenti die ab eruptione,& ſiti carere,& cito cibos appetere:rurſus deiectio pauca & conſtans,quæ ſignificat plurimam diſtributionem alimenti per corpus, & concoctricis facultatis robur,& pus coctum ſpuatur, cum conditionibus ab Hipppoc.ſcriptis 1.lib.progn.vltimo:& ſine pituita,id eſt,ſine mixtione crudi humoris, ſine dolore, & cum tuſſi mediocri, quod fiet vbi facilè ſpuatur(neque enim ſine tuſſi excernuntur,quæ ſunt in thorace) tales citiſſimè finiuntur ad bonum.Quoniam tamen rarò fit aliquem conſequi omnia ſigna bona, Non tantùm, inquit,liberantur iſti citiſſimè, ſed illi, qui maximam partem horum ſignorum bonorum aſſequuntur,de quibus dixit,Sin minus hi, qui ad hos maximè accedunt. Qui verò habuerit omnia ſigna mala,quæ ſunt his contraria morietur, intellige citiſſimè, quoniam quemadmodum cum omnibus bonis citiſsime ſaluatur homo, ita cum omnibus malis citiſsime moritur,ex Hipp.doctrina, lib.3.prog.2.cùm ait,Simplicisſimæ namque febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſsimis, quarto die aut citius ceſſant:peſsimæ verò,ac cū ſignis grauiſsimis factæ, quarto die, aut citius interimunt. Quemadmodum ergo omnia bona ſimul ſunt ad citiſsimam ſalutem, omnia mala ſimul erunt ad citiſsimam mortem. Sunt autem hæc,aut febrem non dimittere,aut dimittere atque reuerti, ſiti vexari, cibos non appetere. Quod malum damnatur maximè in longis morbis ab Hippocrate, ſexto Aphoriſmorum ſection ſeptima. In morbo diutino cibi faſtidium,& deiectiones ſyncetæ,malum. Et Galen. in Comment. inquit, Nam in his qui à talibus morbis ſunt euaſuri, contrarius effectus ſolet accidere, vehemens ſcilicet ciborum appetentia. Præterea venter humidus, ob tenuem & crudum humorem,per album excretum:pus etiam quod ſpuitur, ſi fuerit pituitoſum, ſpumoſum, aut chlorū,id eſt,pallidum aut viride:& ſi fuerit liuidum aut pituita refertum, de quibus in progn. de ſputo. qui tamen ſigna habent medio modo mixta, partim moriuntur, intellige tardius: quoniam enim in eis ſigna mala vincunt bona,moriuntur,tardius tamen, quoniam aliqua bona habent, quæ malis obſiſtunt: vincuntur tamen ab ipſis.Quod etſi explicitum non ſit ab Hipp.intelligi poteſt facilè ex eo quod de his qui ſaluantur ex ſignis bonis & malis addit, Longo tempore, quod etiam ad eos qui cum ſignis mixtis

Cibos non appetere in longis morb. damnatur.

moriuntur,transferri debet à pari ratione, & cauſarum ſimilitudine. Quidam etiam ex eis liberantur, ſed longo tempore: quoniam ſigna mala vincuntur à bonis, ſed id temporis proceſſu fit, vt Hipp.inquit in litera, ob idque conſulit ad finem, vt per ſigna omnia coniecturam faciamus, vt mortem, & tempus mortis, & ſalutem, & tempus, & ſi quid aliud ſcire conuenit,vt criſim, & ſpeciem criſis intelligamus. Hæc enim præſagire ſolet medicus.

Signa omnia quæ docet in ſuppuratis aduertere.

GALENI COMMENTARIVS.

HIc ſermo omnis ab hac incipiens dictione, totus perſpicuus eſt,ſi in animo exiſtunt ea quæ ſunt antea perſcripta. Omittens igitur eum ad proxima veniam.

Hic Comment. non eget annotatione.

PROGNOSTIC. LXIV.

QVibuſcunque ex pulmonia abſceſſus circa aures fiunt& ſuppurantur,vel ad inferas ſedes,& fiſtulantur,ij liberantur.

IN Græcis Hippocr. codicibus Aldinis hoc prognoſticum ſic legitur, ἐκόσοισι δὲ ἀποςάσιες γίγνονται ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων, παρὰ τὰ ὦτα, καὶ ἐκπυΐσκει, ἐς τὰ κάτω χωρία, καὶ συριγγοῦται, οὗτοι δὲ περιγίνονται. quod eſt, Quibuſcunque autem abſceſſus fiunt circa aures,ex pulmonis morbis, & in partibus inferioribus ſuppurantur, ac fiſtulantur, ij liberantur. Differt autem hæc lectio à priori: quoniam in hac copulatiue legitur, Si abſceſſus fiant circa aures, & in partibus infernis ſuppurentur, quod eſt ſatis obſcure dictum, au , impoſsibile in re. In noſtra autem lectione ſub diſiunctione, παρὰ τὰ ὦτα καὶ ἐκπυΐσκει ἢ ἐς τὰ κάτω χωρία καὶ συριγγοῦται. qualem lectionem habet Galen. lib 3.de Criſibus cap.11.& in ſermone,de Peripneumonicis, dicens ita, quibus abſceſſus fiunt ex pulmonis morbis, circa aures, & ſuppurantur, vel ad inferiora loca ad fiſtulam perueniunt, iſti euadunt. Vt etiam Gal. vult in Comm. duos modos terminationis morborum pulmonis ſcribit Hippoc. Primus eſt ad abſceſſus circa aures,qui ſuppurantur: ſecundus eſt ad inferas ſedes, & fiſtulantur. Quum enim abſceſſus in partibus ſupernis fiunt circa aures, ſatisfacit ad ſanitatem, ſi pus contraxerint. Si tamen abſceſſus fiant ad inferas ſedes, fiſtularum modo factis vlceribus, ſanare poterunt manatione perpetua pulmonis morbos, vt multos alios,quos fiſtulis ſuperuenientibus ſanari videmus, & ante quàm fiant, per fiſtulas præuenire licet. Eſt autem fiſtula quidam abſceſſus, qui morborum aliorum medela eſt,vt inquit Hippoc.lib.6. de Morb popu.part.3. his verbis, Et quicūque alij abſceſſus,vt fiſtulæ,aliorum medela. Galen.rurſus in Com.inquit,Sæpius inuenimus Hippocr.ἀποςάσιας, id eſt, abſceſſus, appellare non eos ſolùm qui κατ' ἀπόθεσιν, id eſt, depoſitionem fiunt,ſed & eorum, qui κατ' ἔκρουν, id eſt, effluxum. Vnum itaque ex his pathematis, ſunt & fiſtulæ,per quas humorum ſuperflua expurgantur.Paulus lib.4. cap.49. fiſtulam diffiniuit dicens: Eſt ſinus in callum induratus, ex abſceſsibus plerunque conſtans, ſumpta per tranſlationem ab arundinum fiſtulis appellatione.Et lib.6.cap.77.inquit, Fiſtula eſt ſinus calloſus,dolore aliquantulum vacans. Id tamen non omnibus fiſtulis cōmune eſt:ſunt enim fiſtulæ quædam ſic appellatæ, quæ callum nondum contraxerunt:vt Galen.lib.2.de Arte cur.ad Glau.cap.de ſinu. vbi de medicamento cirrho appellato loquens, inquit,Vidiſti verò & ipſo ſanatas fiſtulas aliquando, in quibus anguſto exiſtente foramine, quum nondum

Aldi. codex corrigitur.

Fiſtula definitio.

dum intus callum haberent, ſed ſordiciem. Quomodo nunc etiam acceptum videtur vocabulum, fiſtula, ab Hippoc. pro longa quadam excurſione: vt vult Gal. in Com. callus enim in longis atque anguſtis vlceribus, non niſi tempore contrahitur. Fiſtulæ igitur vocabulum, hoc modo hîc ab Hippoc. accipitur, pro vlcere fiſtulæ ſpeciem obſeruante, etſi nondum calloſum ſit.

GALENI COMMENT.

VErbum, fiſtulantur, tantummodo in hac dictione obſcurum eſt, dictum per tranſlationem. Quæ enim propriè fiſtulæ nominantur, nempe hæc muſicorum inſtrumenta, oblonga obtinent caua. Quoties igitur in animalium corporibus ſimiles præter naturam gignuntur, ex eadem appellatione ſignificantur. Itaque mihi videtur vt nunc etiam Hippocr. verbo Fiſtulantur, vſus ſit propter longitudinem excurſionis. Sed vniuerſa ſumma de acceſſibus eſt, qui ex pulmonnia infeſtent, interdum ad adenas ſub auriculis, interdum ad inferas thoracis ſedes.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

IN hoc Com. primò declarat vocabulum, Fiſtula, ex ſimilitudine earũ, quæ verè fiſtulæ & ſunt, & nominantur. Deinde docet, Hippoc. reduxiſſe omnes abſceſſus, qui fiunt in pulmonia ad eos qui fiunt poſt aures, & eos qui in partibus infra thoracem.

PROGNOSTIC. LXV.

COnſiderare autem oportet talia hunc in modum. Si febris detinet, & dolor non ceſſauerit, & ſputum non excernatur ſecundùm rationem, neque biliosæ fuerint alui deiectiones, neque diſſolutæ atque ſynceræ, nec vrina valde multa, & craſſa, ac plurimum continens ſedimentum: paratur autem ſalubris ab omnibus aliis ſalutiferis ſignis: in his oportet huiuſmodi abſceſſus futuros ſperare.

Abſceſſus futuri ſigna duobus comprehenſa.

Quando finis morbi ſperandus eſt futurus per bonos abſceſſus, ſcribitur in præſenti progn. ab Hipp. Summa autem ſignorum comprehenditur à Galen. in Com. duobus tantùm, nempe, vt morbus ſit coctu difficilis, & non exitioſus. Nam qui morbi breui terminantur, & ſubitò, per manifeſtas ſcreationes finiuntur: quales ſunt qui ab humore coctu facili pendent. Quòd ſi exitialis fuerit, nullus bonus abſceſſus ſperabitur, cognoſcitur autem morbus coctu difficilis, non exitioſus, per ſigna quæ ab Hipp. ſcribuntur, ſi febris & dolor perſeuerant. Nam vbi hæc non perſeuerent, morbus magnus non erit. Signum autem, quod indicat criſim eſſe in morbis ſperandam, eſt ipſa magnitudo morbi, vt Galen. lib. 3. de Criſib. cap. 4. vbi de finibus morborum loquens, inquit, Vtrum verò per ſolutionem vel criſim, magnitudine & paruitate diſtinguitur: ſi quidem magni iudicantur omnino, parui autem ſoluuntur ſolùm. Si ſputum non excernitur ſecundum rationem, ſed crudum, aut non facilè, aut non inter initia, ſed eius coctio & ſcreatio in poſterum differatur. Hoc enim oſtendit longitudinem morbi, & coctionis difficultatem, quemadmodum & vbi deiectiones alui non fuerint bilioſæ: quoniam bilioſi humores ac tenues potius iudicantur per excretionem. Accedit ad hoc, quòd vbi morbus fuerit ſalutaris, (qualis debet eſſe is, de quo modò loquimur) bilioſus humor facilem coctionem admittet. Neque diſſolutæ, ac ſynceræ deiectiones eſſe debent: quod μηδὲ εὔλυτοι καὶ ἄκρητοι, dixit: quæ pars ſatis explicatur in diuerſo ſenſu à Galen. in Com. & ob id de ipſa dicere modo ſuperſedeo. Neque vrina valde multa & craſſa, ac plurimum continens ſedimentum: vbi enim vrina aut multa craſſa mingatur, aut multum obtinens ſedimentum, hic eſſet finis morbi per coctionem, paulatim excreto humore, neque abſceſſus eſſent ſperandi.

Morbi magnitudo docet futuram criſim.

Vbi legimt, *Neque vrina valde multa & craſſa, ac plurimum continens ſedimentum.* Gal. codices habent, μηδὲ τὸ οὖρον κάρτα πολὺ τε, καὶ παχὺ, καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον. quod tranſtuli ad literam. Verumtamen in Aldino Hippoc. codice ſic habetur, καὶ μηδὲ τὸ οὖρον πολύ τε κάρτα, καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον. quod eſt, Et neque vrina multa valde, ac multum habens ſedimentum. Galen. tamen in Comment. duplicem dicit fuiſſe huius partis lectionem: vna eſt modò dicta, altera eſt, μηδ' οὖρον πολύτε καὶ παχὺ, καὶ ὑπόστασιν ἔχον πολλήν. quod eſt, Neque vrina multa, & craſſa, & plurimum habens ſedimentum. Quarum nulla eſt illa, quæ à me tranſlata eſt in codicibus à Galen. expoſitis inuenta. Sed verè illa pars, καὶ παχὺ, videtur abundare in codicibus Galeni. Ac legendum videtur in codi. Hippocr. Neque vrina valde multa, ac plurimum continens ſedimentum, quæ eſt ſecunda de lectionibus Galen. & hæc eſt melior ex lectionibus, quæ à Galen. in fine Comment. recitantur. Nam altera, nempe, Neque vrina multa, & craſſa, & plurimum habens ſedimentum, partem illam, Et craſſa, ſuperfluam habet. Quæ enim vrina plurimum continet ſedimentum, craſſa etiam eſt: vt vult Galen. in Comment. dicens, Vbi verò ſedimentum plenius eſt, vrina ipſa prorſus craſſior eſt, quàm ſoleat per naturam. Quare fruſtra pars illa, Et craſſa, ponitur. Secunda igitur lectio de his, quæ à Galen. ſcribuntur in Comm. eſt eligenda, quam ipſe quoque tanquam meliorem ſcribit lib. 3. de Criſib. cap. 11. & infrà allegabitur. Quòd tamen, vbi vrina talis fuerit, abſceſſus non ſint ſperandi, dixerat Hipp. Aphor. 74. 4. ſection. Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abſceſſu vrina multa craſſa, alba facta, qualis in laborioſis febribus, 4. die quibuſdam incipit fieri. In hoc Aph. Craſſam ſcripſit, quia non addit, Plenius habens ſedimentum. Quòd ſi cum omnibus his ſignis, quæ oſtendunt morbum coctu difficilem, coniungantur ſigna ſalutaria, quæ ſumuntur ex aliis ſignis, abſceſſus ſperãdos fore dicit. Erunt autem hæc, veluti quæ ex accubitu, ex ſomno, ex ſitis defectu, ex mentis conſtantia, & apud nos vitalis facultatis robur ex pulſu, & reliqua quæ ſuprà ſæpius ſunt repetita. Dixi, paratur autem ſalubris ab omnibus aliis ſalutiferis ſignis: quoniam Hippocr. hoc verbo ὑπερετέηται, vſus eſt, quod parare ſignificat. Hinc abſceſſus ſperandos eſſe conſtat hac diuiſione.

Codex Græcus corrigendus.

Nam morbi in vniuerſum ſex modis terminantur: vt vult Galen. lib. 3. de Criſib. cap. 1. ſubito ad ſanitatem, ſubito ad mortem: paulatim ad ſanitatem, paulatim ad mortem, vel mixtim dupliciter: vt ſi ſubito ad melius facta mutatione, deinde paulatim ſanetur: aut facta ſubita ad peius mutatione, ſenſim deinde moriatur. De his autem, quæ ſubito fiunt mutationibus, criſis dicitur, & magis propriè de his, quæ fiunt ad ſalutem. Reliquæ enim non ſimpliciter criſes, ſed malæ appellandæ ſunt. Præterea eodem lib. cap. 7. Morbi autem terminantur ad ſalutem, aut mortem. Si ad mortem, ſubito aut paulatim. Item ſubito, aut cum criſi, aut ſine ipſa. Paulatim, aut cum criſi, aut ſine ipſa. Ad ſalutẽ, aut paulatim, aut ſubito. Paulatim, aut cum criſi, aut ſine ipſa. Subito, cum criſi, non tamen ſine ipſa: quoniam modus mortis quartus hoc eſt. Subito ad mortem, ſine criſi, non habet modum ſalutis oppoſitum: quia nemo ſubito ſanatur ſine criſi. Harum duarum diuiſionum ſequens tabella eſt exemplum:

Morborum terminationes ſex.

- *Mutatio morbi*
  - *ad ſalutem,*
    - *ſubitò, cum criſi*
      - *excretio.* / *abſceſſus.* { *vrina. fluxus ventris. vomitus. ſudor. flux. ſang. nar. menſtruus. hemorrhois.* }
    - *paulatim,*
      - *cum criſi imperfecta.*
      - *ad melius,* { *ad ſuperius. ad inferius.* }
      - *ſine criſi.*
  - *ad mortem,*
    - *ſubitò,*
      - *ſine criſi.* / *cum criſi.* { *excretio. abſceſſus.* }
    - *paulatim,*
      - *ſine criſi.* / *cum criſi* { *excretio. abſceſſus.* }
      - *imperfecta, ad peius.* { *excretio. abſceſſus.* }

Bonæ igitur mutationes aot fiunt per manifeſtas excretiones aut effatu dignos abſceſſus, vt eodem lib. cap. 2. inquit, Sola igitur ſubita ad ſanitatem conuerſio ſimpliciter criſis nominatur. Et quidem omnino fit, ſubitis quibuſdam excretionibus, aut effatu dignis abſceſſibus. Quando igitur pulmonia, de quamodò loquitur, morbus magnus in ſpeciem fuerit, & criſis in ea ſperetur, in præſentiarum Hippocr. an per excretionem, an per abſceſſus ſit futura, diſtinguere docet. Dixerat enim in progn. præce. pulmoniam terminari per abſceſſus, aut ad ſuperas, aut ad iuferas ſedes: modò antequam eueniant, eos euenturos docet prænunciare. Sic enim dixit 3. de Criſibus cap. 15. & etiam in ſermone, de Peripneumonicis, ita inquit, Quibus abſceſſus ex pulmonia fiunt circa aures, & ſuppurantur, vel ad inferiora loca, & ad fiſtulam perueniunt, iſti euadunt, Deinde ſubinferens, inquit, Conſiderare oportet & talia hoc modo: ſi febris perſeuerauerit, & dolor non ceſſauerit, & ſputum non proceſſerit ſecundùm rationem, neque alui excrementa bilioſa fuerint, neque facilè ſolubilia ac ſyncera, neque vrina plurima valde & multam habens ſubſidentiam, reliqua autem ſigna ſalutem ſignificauerint, his oportet & tales abſceſſus ſperare. Neque tamen volo hanc ſententiam ſolis peripneumonicis conuenire, vt conſtabit in expoſitione ſequentis prognoſtici: ſed de ipſis locutum Hippoc. ampliati autem doctrinam ad omnes morbos, in quibus ſigna cruditatis, ſiue longitudinis morbi, & ſalutis coniungantur. Morbi enim, qui citò iudicantur, magis per excretionem: qui verò prorogantur, magis per abſceſſus finiuntur. Vnum aliud argumentum validiſſimum ad ſperandos abſceſſus, ſcribitur à Galen. lib. 3. Com. 16. & ſumitur ex comparatione facultatis ad morbi materiam. Vbi enim facultas fuerit robuſta cum craſſis & crudis humoribus, aut facultas imbecilla cum humorum tenuitate, medius exitus morbi eſt ſperandus, neque per manifeſtas excretiones, neque ad mortem, ſed per abſceſſus. De his tamen loco ſuo. Per abſceſſus tamen apud Gal. lib. 2 de Arte cur. ad Glauc. humores eos intelligere oportet, in quibus partes, quæ antè coniunctæ erant, modo abſcedont: quæ diſpoſitio, ἀπόστημα, ſiue ἀπόστασις, appellatur, ab abſcedendo: fitque vno trium modorum, aut ob inflammationem, aut eryſipelas phlegmonodes cum ſuppurantur, partes enim eo tempore abſcedont, & pus intus continetur in cauitate: aut quoniam flatus, aut humor, aut aliquid diuerſi generis, vt lapides, pinguedines, intra cauitatem congeruntur, aut congeſta corrumpuntur. Pariter vbi aut humores

Argumentum ſperandorum abſceſſuum.

Abſceſſus.

aut excrementa ab alia parte decumbentia, partem abſcedere faciunt: quæ diſpoſitio ἀπόκλιμα potius, id eſt, decubitus dicitur. Addit etiam Galen. Quocunque autem modo fiat abſceſſus, id ſpatium, quod abſcedentes interiacet partes, humiditatibus, quæ ipſum faciunt, complctur. Vbi ergo exquiſitè quis vocabulo vtatur, in abſceſſo partes membra abſceſſu laborátis inuicem abſcedere neceſſum eſt. Sed apud Hippocr. vbi humor à parte in partem decumbat, ἀπόστασις appellatur, ſiue in aliqua parte firmetur, ſiue per partem aliquam excernatur, quamuis non reponatur in parte: vt difficultates inteſtinorum, alui profluuia, & lienteriæ: præterea cùm morbus alter in alterum tranſit, quod eſt tertium membrum. Primum membrum ſatis notum eſt, de parotidibus, & abſceſſibus ad articulos, vt in prognoſt. præced. & in ſequentibus. Secundum autem conſtat ex lib. 1. de Morbis popul. part. 2. ſection. 35. vbi dixit, Cùm autem tempora longa eſſent, laboréſque multi, & colliquatio mala, in his abſceſſus erant, vel maiores, quàm ſuſtineri poſſent, aut minores quàm conferrent, ſed celeriter recurrerent, & in deterius euaderent. Rurſus conſequenter Hippocr. Quæ hoa exercebant, erant dyſenteriæ, teneſmi, lienteriæ & alui fluxiones, quibuſdam & hydropes cum his, & ſine his erant. Et Galen. primam partem explicans, inquit, Quòd autem & nunc per emiſſionem vacuationes, ἀποστάσεις, id eſt, abſceſſus appellet, per eam quæ infertur orationem demonſtrauit. Voluit ergo Hippocr. omnes has euacuationes, abſceſſus appellare: quod etiam declarat Galen. eadem parte, Comment. 8. dicens, Iuxta Hippocr. abſceſſum fieri volentem, non ſolùm κατ' ἀπόθεσιν, i. per repoſitionem, verùm quoque & κατ' ἐκροήν, i. per emiſſionem. Et Comm. 41. idem. quod confirmat ſcriptum Hipp. lib. 2. de Mor. pop. vbi de abſceſſibus loquens, inquit, ἄριστα ἢ μάλιστα, αἱ κάτω τῆ κοιλίης, καὶ πορρωτάτω τῆ νόσου, καὶ αἱ κατ' ἔκρουν, οἷα αἷμα ἐκ ῥινῶν, πύον ἐξ ὤτων. ſic enim legi debet, etſi paulò aliter habeat, quod eſt, Optimi verò, qui infra ventrem, & longiſſimi à morbo, & qui per defluxum, vt ſanguis è naribus, & pus ex auribus. Tertia ſignificatione vſus eſt Hippoc. lib. 1. de Morb. pop. part. 2. ſect. 21. dicens, ἔτι δ' οἷσιν οὐκ ὀλίγοισιν ἐξ ἄλλων πυρετῶν, καὶ νοσημάτων ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους ἐγίνοντο. quod eſt, Quibuſdam verò non paucis, ex aliis febribus, & morbis, in quartanas, apoſtaſes, id eſt, digreſſiones fiebant. Et Gal. in Comm. inquit, Vt autem in præſentia memoriæ mandes volo, vſum nominis, cum inquit Hippoc. ἀποστάσιες, id eſt, digreſſiones, in quartanas fiebant. videtur enim non ſolùm, κατ' ἔκρουν, id eſt, per confuſionem, ἀποστάσεις appellare, verum

Abſceſſus tribus modis ex Hippoc.

Abſceſſus digreſſus eſt à morbo in morbum in acceſſione quadam.

verum quoq; & per alterius morbi in alterum tranſitum. Hæc Gal. Quibus accedit, quod Hippo. lib. 3. de Mor. pop. par. 1. in Com. Hermocratis, ictericam appellauit abſceſſum icterioſum, non quoniam partes per ipſam abſcedant, neque ob defluxionem, humore à corpore tranſmiſſo per partem aliquam, ſed quoniam à parte in partem tranſlatus eſt humor.

GALENI COMMENT.

Abſceſſus prædictos quonam modo aliquis præſentiat erupturos, docet, in gemina diuidens orationem, ita vt prima pars eius indicet fore abſceſſum, ſecunda verò vtrum ſupra thoracem ad adenas ſub auriculis, an infrà præcordia ſit futurus. Itaque exordiamur & nos à prima parte, in qua ſumma eſt morbum eſſe concoctu difficilem, non tamen exitioſum. Non enim ſi concoctu facilis ſit, per abſceſſum, ſed aut per excretionem, aut ſenſim ſoluetur concoctus. neque ſi exitioſus exiſtat, aliquis abſceſſus bonus apparebit. Quocirca medius inter indulgentiores ſit, atque exitioſos, oportet. Igitur Hippo. merito ex his indiciis quædam mala, quædam bona adſcripſit, quæ particulatim iam perſequor, incipiens à primo, de quo ſtatim inter initia dixit ita: Si febris detinet, id eſt prehendit hominem, ita vt nunquam intermittat, & dolor non deſinit. Nam vbi deſinat, nihil amplius opus eſt abſceſſu ad ſolutionem, eò quòd morbus placidior habeatur. Et ſcreatio, dixit, non excernatur ex ratione. prorſus enim morbus non requiret abſceſſum, quoties ſcreatione purgetur. Tum deinceps: Neque biliosa fuerint alui deiectiones. Antea enim dictum iam eſt, vt per morbos bilioſos abſceſſus nequaquam conſiſtant. Oportet enim craſſam habere ac crudam humorum materiam, vt morbus plus temporis eduret: nec per excretionem, ſed aut per abſceſſum, aut ſolam concoctionem curetur. Quod verò hoc ſequitur, quidam ita ſcribunt: neque ſolutiores ac ſynceriores exiſtant. quemadmodum dixit, neque bilioſa alui deiectiones, ita nec ſolutiores ac ſynceriores exiſtant, ſynceriores ad aliorum humorum cuiquam impermiſtas referendo: propterea quòd ea non habeant bilioſa materiæ qualitatem: nec ſolutiores verò ad copiam excretionum, vt ſi & bilioſæ fuerint & ſolutiores, per excretionem potius quàm per abſceſſum iudicatio quoque futura ſit. Alij econtrario ſcribunt dictionem ita, Neque bilioſa fuerint alui deiectiones, ſed ſolutiores ac ſynceriores. ſolutiores habere volentes eas, quæ modicè excernantur: ſynceriores verò, aquoſas & impermiſtas. Superius enim dictum eſt, vt ſyncerum de qualitate impermiſta dicatur. Itaque pronuncians Hipp. inquiunt, bilioſas deiectiones de ſynceris, quod eſt impermiſtis, ac veluti ſummis per vnam qualitatem, conſtat vt aquoſas dixerit, quæ incocta ſunt, & ob eam rem ſpatio temporis egent ad concoctionem, quo etiam abſceſſus conſiſtunt. Acuti enim morbi per excretionem potius iudicari, diutini per abſceſſum adſolent. Sed de differentia in prædictis ſcripturis, rurſus in maiori ocio conſiderare licebit. Hoc loco totius compendium ſermonis perſtringam, vt ex ipſo pateat vtilitas in operibus artis. Itaque inſtituit Hippoc. ſcrutari de morbis euntibus ad abſceſſum. Hi verò ſunt omnino ex crudis craſſiſque humoribus oportet, non tamen exitioſis: Tales enim vbi diutius immorantur, committunt abſceſſus, niſi per concoctionem (ita enim nominare adſolent Hippocratici) eorum ſolutio præueniat. At vero indicia concoctionis erunt, ſi vrina copia excernatur quæ multum obtineat ſedimentum. Vbi verò ſedimentum multum eſt, vrina quoque ipſa prorſus craſſior eſt, quam ſoleat per naturam. Itaque merito duplex ſcriptio per dictionem habetur: quibuſdam ſcribentibus ita, Nec vrina multa & craſſa, multúmque obtinens ſedimentum. Aliis verò, Nec vrina admodum multa, multúmque obtinens ſedimentum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte docet, ſententiam de abſceſſibus, duobus membris contineri: quorum primum ſcribitur in præſenti ſectione, quod docet abſceſſum futurum: ſecundum membrum ſcribitur in ſectione ſequenti, quod docet, qua parte futurus eſt. Primum membrum, quod in præſenti progno. ſcribitur, ad id tantùm contendit, vt morbus ſit coctu difficilis, & vt nō ſit lethalis. In lethalibus enim nullus bonus abſceſſus ſperatur. In his tamen, qui facilè coquuntur, abſceſſus non ſperantur. *Erupturos.* abundat. *Præcordia.* Græcè, τῶν φρενῶν, id eſt, ſeptum tranſuerſum.

In ſecunda parte, quæ incipit (Igitur Hipp.) percurrit ſigna mala, quæ habere debet æger, vt abſceſſus ſperentur: quæ ſunt ſi febris detinet, & dolor nō ceſſauerit, & ſputum non excernatur ſecundum rationem: niſi enim hæc adfuerint ſigna, morbus ſoluetur abſceſſibus non ſperatis. Conſequenter exponit partem illam. Neq; bilioſæ fuerint alui deiectiones. Quoties enim morbi bilioſi fuerint, abſceſſus non ſperantur, ſed ex craſſis humoribus. Pars autem ſequens, cum præſenti, dupliciter legebatur Galeni temporibus. Primò ſic, Neque bilioſæ fuerint alui deiectiones, neque diſſolutæ atque ſynceræ. Aliter ſic, Neque bilioſæ fuerint alui deiectiones, ſed diſſolutæ, atque ſynceræ. Vtraque lectio congruere poteſt menti Hipp. Nā ſi abſceſſus ſperantur, deiectiones nō debent eſſe adeò copioſæ, vt morbū finiant: quod fieret, vbi deiectiones ſiue bilioſæ, ſiue aliter ſynceræ, ſine flaua bile, ſed aut pituitoſæ, aut melancholicæ, ex humore fierēt ſyncero, ac eſſent diſſolutæ. i. copioſæ, talē ſenſum habet prima lectio. Similiter crudi & tenues, & aquoſi humores ad abſceſſus ſunt parati, quoniam tardè coquuntur: non ergo eſſe debent deiectiones bilioſæ, ſed diſſolutæ, id eſt, modicè fluentes: id enim ſignificat vocabulum, ἔκλυτοι, ſynceræ verò, idem eſt, quod aquoſæ non permixtæ: quæ etiam ad abſceſſus ſperantur. Superius enim dixerat, ſyncerum eſſe, quod eſt impermixtum qualitate, nempe Com. 38. huius lib. *Sed de differentia in prædictis ſcripturis.* Facilè eſt intelligere, in quo differunt, vtræ enim ſunt ambæ, ſed prima negat futuros abſceſſus, vbi humor fluxu ventris euacuetur: ſecunda promittit futuros abſceſſus vbi aquoſi fuerint humores, non permixti cum bile, ita vt longo tempore egeant ad coctionem.

In tertia parte quæ incipit (Hoc loco) docet mētem Hipp. eſſe, ſcrutari morbos per abſceſſum iudicandos, illi tamen ſunt, qui ex craſſis fiunt humoribus, vbi per coctionem non finiantur, antè quàm abſceſſus adueniant. Terminantur verò morbi per coctionē, vbi paulatim humor excernatur, aut per deiectionem, quod fit tardò, aut per vrinā, quod fit frequenter, vt lib. 3. Com. 23. dicet Gal. Per vrinam verò fit, quando fuerit craſſa, multa, cum multo ſedimento. Duplicem quoque dicit eſſe huius partis lectionem, quod in expoſitione latius explicauimus. *Vrina finiens morbum per coctionem.*

PROGNOSTIC. LXVI.

Fiunt autem hi quidem in partibus inferioribus, quibus circa hypochondria φλέγμα, id eſt inflammatio quæpiam innaſcitur: illi verò in ſuperioribus, quibus hypochondriū flaccidū ac ſine dolore perſeuerat. Si verò aliquādo difficulter reſpirauerit, ſine alia manifeſta occaſione, ceſſabit.

Huius prog. ſententia latè patet in omnibus morbis, docens ex motu naturæ ad humoris excretionem intelligere, ſurſúmne an deorſum ſint futuri abſceſſus. Gal. namque id docens lib. 3. de Criſi. cap. 11. ita inquit, Hunc ſiquidem vniuerſum ſermonem

veluti io eaemplo petipneumonicorum tranſegit Hippo. Excreto itaque humore ad aliquam ignobilem particulam abſceſſus fiunt, quos futuros oſtendunt ſigna in præcedenti prog.ſcripta: an tamen ad partes ſuperiores, ſiue poſt aures, an ad inferiores, docet diſtinguere, hypochondriorum diſpoſitione. Si namque in hypochondtiis præceſſerit phlegmone, aut ſacer ignis, ad inferiora ſpectantur abſceſſus, vt ad articulos crurum: vbi tamen nullum horuio in hypochondriis adfuerit, ad ſuperiores partes futuri ſpectantur. Si namque inflammatio, vt voluit Hipp. in hypochondriis fuerit, alterum duorum erit, aut phlegmone, aut ignis ſacer, & id manifeſtat humoris inclinationem ad partes inferiores. Et quoniam hypochondria phlegmone aut ſacro igne laborantia, dolorem, aut duritiem ſimul & dolorem pati ſolent, huic bypochondriorum diſpoſitioni oppoſuit flaccidum, ac ſine dolore perſeuerans. Flaccidum enim opponitur ei, quod pblegmone laborat: quoniam plegmone duritiem coniunctam habet. Sioe dolore verò, ei quod laborar phlegmone, aut eryſipelate: babent enim hæc duo dolorem coniunctum. Sana ergo diſpoſitio hypochondriorum, vbi aliàs abſceſſus futuri ſint, indicat humorum raptum ad partes ſuperiores: ad quod non parum facit, ſi æger difficulter reſpirauerit. Hæc enim difficultas reſpirationis, ſine manifeſta cauſa ceſſabit, id eſt, abſque aliqua maoifeſta eaereatione, ſignificat enim humores rapi ad partes ſuperiores, & venam magnam aſcendentem, & ramulos eius, qui ſunt ad thoracis muſculos impleri, atque grauari: superueoieotibus tamē parotidibus ceſſabunt, ſine ſcreatioe, aut vomitu, aut ſāguinis profluuio. Nā ſi per hæc ceſſaret, non ſequetentur abſceſſus. Vbi Hippocrat. dixit, Phlegma: nomen hoc à verbo φλέγω, hoc in loco habet deriuationem, quod vro, aut inflammo ſignificat, & inde phlegma, inflammatio: non tamen à verbo φλεγμαίνω, quod eſt, tumeo à quo phlegma humor, habuerit deriuationem, qui à Latinis pituita, ſiue mucus, à Græcis βλέννα ppellatur. Hinc manifeſtè viſus eſt errare Plato, qui in Timæo, phlegma humorem eom inflammatione confundit: intellexit enim per phlegma humorem, & dixit ipſum ea carnis colliquatione fieri. Cùm tamen qui phlegma appellatur, frigidus ſit, ob tumeſcentiam à φλεγμαίνω, quod eſt tumeo, deſcendens, non ob calorem, à φλέγω, quod eſt inflammo. Inquit enim Plato: Sæpe verò tenerioris recentiſque carnis portio quædam vnà cum aëre colliqueſcit: deinde vento inflatur incluſo, humiditate protinus circumfuſa, fluúntque ex boc ampullæ, quæ ſigillatim propter paruitatem videri non poſſunt: iunctæ verò ſimul, & in grandiorem tumefactæ molem, conſpiciuntur, coloremque propter ſpumæ generationem habent album. Omnem hanc tenerioris carnis colliquationem vnà cum ſpiritu factam, quæ ex humiditate vento circumfuſa tumeſcit, album phlegma appellamus. Hæc Plato. Nominis itaque varia ſignificatio tolerabilis eſſet Platoni, ſicut Hipp. non tamen mala ipſarum rerum cognitio, ita vt pituitam ex carnis colliquatione fieri exiſtimet. Prodicus etiam hoc vocabulo, φλέγμα, pro re inflammata & vſta vſus eſt. Licet in re noo differat ab aliis, nouit enim pituitam tanquam humorem non vſtum: vt inquit Galen. 2. lib. de Natu.fac. Sanè Prodicus in opere, de Hominis natura, id quod vſtum eſt, & veluti ſupra modum coctum in ſuccis eſt, φλέγμα, Græcè nominat, à verbo, πεφλέχθαι, quod vſtum eſſe ſignificat. Cæterum dictione aliter vtitur, quàm cæteri: de re tamen idem ſentit cum cæteris. Sed de hominis huius nominum innouatione Plato abunde indicat. Ceterum hoc albi coloris, quod omnes homines Græcè φλέγμα vocant, Prodicus Græcè βλένναν: hoc eſt mucum appellat. Reprehēdēdus ergo fuit Prodicus, ſed minus quàm Plato: nam Prodicus ſolum nomen immutauit, bilem & vſtos humores appellans phlegma. Plato verò rem ipſam, hoc, eſt pituitæ naturam ignorauit Hip. verò frigidum ipſum humorē phlegma appellabat. In hoc tamen prog. non ipſum calidum humorem, ſed tumorem ab ipſo euenientem nuncupauit φλέγμα. Vbi dixi, *Flaccidum*: Græca litera haber, λαπαρὸν, quod vocabulum ſuprà, Comm. 5. huius lib. ſatis explicitum eſt. Vbi dixi. *Sine alia manifeſta occaſione*. Græca litera habet, ἄτερ φανερῆς προφάσιος ἄλλης. Sic & in omnibus codicibus, quos legi, habetur. Verùm illa pars, φανερῆς, videtur abuodare: ſufficit enim dixiſſe, ἄτερ προφάσιος ἄλλης. πρόφασις, namque manifeſtam occaſionem ſignificat, vt vult Gal. in Comm. dicens, προφάσεις εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης τὰς φανερὰς αἰτίας, niſi ad maiorem claritatem poſita ſit. Supra etiam in expoſitione prognoſt. trigeſimaquarta quædam alia diximus ad hunc locum attinentia.

Abſceſſuum futurorū locum prædicere vnde ſcire quimus.

Diff. reſpirationis ſignificat abſceſſ. ad ſuperiora.

Phlegma.

GALENI COMMENT.

OCcaſiones conſueuit Hipp. nominare cauſas euidentes. Quoties igitur ſpirationis repente eueniens difficultas per prædictas affectiones rurſus derepente deſiſtat, habeátque id vt & eueniat & deſinat ſine euidenti cauſa, ſignificat tendere humores ad caput, quemadmodum ad infernas ſedes calor quidam euidens in alibus. Non enim pituitoſum humorem exiſtimari conuenit nunc intelligi ab eo per dictionem in quo ait, Quibus circa alia phlegma fatiget. Nam multo melius eſt intelligere de calore præter naturam flammido, productum eſſe phlegma. Is euenit ob ignem ſacrum, aut inflammationem propriè nominatam. Quod ſi fuerint alia è contrario ſine tumore ac dolore, humores verò tendant ſurſum verſus, quod indicat prædicta ſpirationis difficultas, abſceſſum erupturum ſupernis ſedibus expectato.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte exponit vocem πρόφασιν, qua vſus eſt Hipp. dicens ſignificare φανερὰς αἰτίας, id eſt, manifeſtas cauſas. Verumtamen aliquando omnem cauſam ſolet ſignificare apud Hippo. vt Gale. inquit lib. 1. de Mor. pop. par. 1. Comm. 11. his verbis, Vocat autem προφάσεις Hipp. interdum quidem vt conſuetudo eſt multis, nomen in cauſis, quæ falsò dicuntur inferens: ſæpius autem manifeſtas cauſas ita vocat: interdum quoque & ſimpliciter omnes. Et lib. 1. de Rat. vict. acut. Com. 34. inquit, Quòd ſæpius appellat cauſas προφάσεις, demonſtratum quidem & in his, quas in alios libros parauimus expoſitiones. *Ilia.* Lege Hypochondria, ſic in aliis.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Non enim) interpretatur huius vocabuli φλέγμα, ſignificationem. Non enim ſignificat in hoc loco humorem, ſed inflammationē, vt phlegmonē, aut ſacrum ignē. *Inflāmatio.* φλέγματος, *Inflāmationem.* Græcè, τὸ φλέγμα.

PROGNOSTIC. LXVII.

OMnes autem abſceſſus, qui fiūt in cruribus, in pulmoniis vehementibus ac periculoſis, vtiles ſunt: optimi verò, qui fiunt ſputo iam in pus mutato. Si namque tumor ac dolor fiant, ſputo facto purulento ex flauo, & foras procedente, ſecuriſſimè liberabitur homo, & abſceſſus citiſſimè ceſſabit ſine dolore: ſi tamen ſputum non bene proceſſerit, nec vrina cum bono ſedimine apparuerit,

rit, periclitatur articulus claudicare, aut multum negotium præbere.

Iudicationes per abſceſſus.

De iudicationibus per abſceſſus in præſentiarum loquitur Hip. ex quibus in pulmonia euenientibus, ſicuti & in omni morbo, illi qui fiunt ad loca diſtantiſſima a particula patiente, boni ſunt: ſi tamen præter id ſigna coctionis præceſſerint, optimi erunt. Namque cum notis coctionis abſceſſus, & quæuis alia iudicatio, optimi ſunt, & ſine ipſis non

Abſceſſus ſine coctione adhuc boni.

adeò boni. Vbi ergo pulmonia vehemens ac periculoſa fuerit, abſceſſus ſuperuenientes in cruribus vtiles ſunt, hoc verum habet, adhuc notis coctionis non apparentibus. Ratio eſt, quia etſi non liberetur omnino æger, ſaltem à pulmonia liberabitur, quamuis in cruribus futurum aliquod malum ſperetur. Liberatur enim æger à pulmonia, vbi humores à pulmone in partes ignobiles tranſmutantur: verum notis coctionis non apparentibus, non erit ſecuta iudicatio, neque perfecta ſanitas. Si tamen notis coctionis apparentibus (quod indicauit dicẽs, Facta ſputi mutatione) optimi erunt tales abſceſſus non enim ſolummodo liberant à pulmonia, ſed & articuli ſine periculo erũt, ac ſine dolore fient citiſſimè conſtante ſatis naturali concoctrice facultate: id eſt, quod dixit, Securiſſimè homo liberabitur, & abſceſſus ſine dolore citiſſimè ceſſabit. Addit, Sputo foras procedente, nam, vt inquit Galen. in Comm. ſæpe coctus morbus eſt, & ſputum non ſatis excernitur, quod non minus poteſt hominem interimere, quàm eius cruditas, aut malitia. Quoniam verò à principio omnem abſceſſum ad crura factum vtilem eſſe dixit, quamuis notæ coctionis abſint, quantum ab optimis & cum notis coctionis factis deficiat, explicat dicens, Si tamen ſputum non bene proceſſerit, neque vrina cum bono ſedimine apparuerit, periclitatur articulus claudicare, aut multum præbere negotium. Nam ſi crudus humor ad articulos decumbat, & craſſus (is enim eſt qui ad articulos decumbere ſolet, vt inquit Galen. lib. 7. Apho.

Claudicatio in articulis vnde ſperatur.

Commen. 74.) languida exiſtente facultate naturali, periculum eſt claudicatis, aut quòd non ſine magno medici atque ægri negotio liberabitur æger ab ipſa. Dixit autem. Si non bene proceſſerit ſputum, neque vrina cum bono ſedimine apparuerit: quoniam vbi vellet ipſe tantummodo non bonum depingere ſputum, ſatis eſſet, vt ſuprà prognoſt. 45. dixiſſe, Si non cito, ac facilè ſpuatur, quod eſt non bene excerni. Hic tamen non ſolùm, ſputum non bonum ſcribit, ſed etiam docet futurum periculum claudicatis, aut magni negotij, in præſenti pulmonia, vehementer periculoſa, cum abſceſſibus ſuperuenientibus, in cruribus. Id autem licebit prædicare, vbi non tantum bene procedat ſputum, ſed & cruditas adſit in vrina. Id itaque quod dixit, Non bene proceſſerit, idem eſt, ac ſi dixiſſet, Aut non proceſſerit facilè. Ex vrinæ tamen cruditate ſignum, etſi neceſſarium non ſit, ad verificandum abſceſſus non eſſe optimos, certificat tamen magis ſententiam, ac periculum claudicatis, vel multi negotij, vbi ſimul cum ſputo non recte procedente coniungatur. Sequitur autem id periculum, ex humoris cruditate, & naturalis facultatis imbecillitate. Itaque iſti abſceſſus vtiles ſunt, quoniam omnes vtiles eſſe dixit eos abſceſſus, qui in cruribus fiunt in pulmonia. Verùm inter duo extrema abſceſſuum quorum Hippo. fecit mentionem, alij ſunt medij, qui erunt his poſtremis meliores, ſed nondũ optimi, de quibus Hip. mentionem non fecit ſpecialem, licet omnes vtiles eſſe dixerit. Vnum enim extremum eſt, vbi ipſis euenientibus coctum ſit ſputum, ac foras excernatur: alterum vbi neque coctum ſit, neque bene foras mittatur. Medium tenent, coctum ſputum non excretum, & crudum excretum. Sed inter has diſpoſitiones melius eſt ſputum coctum eſſe, & non excerni, quàm crudum eſſe, & excerni. Cùm enim humor coctus fuerit, licet non ſcreetur, per abſceſſus poterit humor excerni, & partes præcipuas relinquere: vbi tamen humor crudus fuerit, nulla euacuatio functionis rationem, ſed ſymptomatis habebit. Natura enim non ſolet aliquid excernere, niſi prius fuerit coctum: quod verò ante coctionem euacuatur id irritationem ſignificat, aut impotentiam continendi: quorum vtrumque malum eſt. De pulmonia vehementi, ac periculoſa, locutus eſt Hippocrat. quoniam in aliis non ſperantur iudicationes, aut per excretiones, aut per abſceſſus, ſed aut occultè diſcutitur humor, aut ſenſim coctus excernitur. Magni enim morbi ſunt, qui iudicantur, vt ſuprà diximus.

In pulmonia vehementi & periculoſa criſis ſperatur.

GALENI COMMENTARIVS.

I*N pulmonia vehementi abſceſſum erumpere in cruribus, prorſus bonum eſt. Siquidem maximè vera ſententia Hippo. eſt ſecundo libro De morbis vulgaribus perſcripta, de bonis abſceſſibus, vt optimi ſint, ſi maximè deorſum & quam longiſſimè ab ægrotatione abſiſtant: magis verò ſi concoctione pariter erumpant. Etenim id quoque commendauit primo libro De morbis vulgaribus dicens: Concoctio celerem iudicationem, ac ſecuram ſanitatem promittit. At vero concoctionem indicat ſcreationis mutatio, & item vacuatio innocua atque abundans. Hoc enim indicauit dicens, Ac foras excernatur. At ſi citra morbi concoctionem, abſceſſus conſiſtat in cruribus: vendicabitur quidem & hunc in modum homo à periculo in pulmonia imminente: ſed articulus ipſe in quem decubuit, difficilius ſanitati reſtituetur, ac forſitan quandoque æger ex eo claudicabit. Rurſus hoc loco præſcriptum eſt ei non vnum cruditatis indicium, quemadmodum concoctionis: ſed ſcreationibus adiecit ductam quoque ab vrina dinotionem. In ipſis tamen maleficis ſcreationibus non inſuper adiecit incoctionem. atqui id oppoſitum concoctioni erat. ſed abundè ei fuit duntaxat non excerni, idoneum id haberi ſignum maleficæ ægrotationis exiſtimans, vt ſcreari tantummodo, aut concoqui tantummodo, neutrum idoneum exiſtat: eo quod ſæpenumero ſatis ſcreatur, quanquam morbus incoctus ſit: & item quandoque concoquitur morbus, ſcreatio verò non ſatis excernitur, interdum præ debilitate mouentis thoracem facultatis, interdum propter craſſitudinem & lentitiam ſcreationis, quandoque propter amborum concurſum, tũ virium debilitatis, tum etiam qualitatis puris. Itaque neceſſe eſt, & concoctum eſſe morbum, & excerni rectè ſcreationem, per affectionem quæ in ſanitatem iturà ſit. per affectionem verò contrariam, idoneum ſignum & non ſcreari tantummodo eſt, ex ſuperabundanti verò in ea ipſa indicium erit malefici morbi, ſi cum eo quòd non rectè excreatur, nec vacuatur materia in thorace condita ac pulmone, etiam adſint indicia quædam cruditatis humoris. Conſtat enim vt difficilior ſit affectio, in qua neque excreant, & item cruditas permanet: modeſtior verò, per quam concoquitur quidem, ſed non abundè excreant, nec integrè perpurgantur. Cæterum vt abſceſſus maximè circa articulos erumpat, id quod & in libro De morbis vulgariis ſcripſit, hoc etiam loco indicauit, extra propoſitum dicens: Periculum claudicatis in articulo imminet. At verò cauſa talium abſceſſuum amplitudo articulorum eſt imbibens decumbentes fluxiones. Ad id quoque conducere quicquam poteſt motio eorum. Omnes enim humores ad ſedem commotam & calefactam facilius permeant.*

ANNOTA

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte laudat abſceſſus, qui fiunt ad crura in vehementi pulmonia, quoniam ad partes longiſſimas à laborante fit expulſio. Laudantur autem maximè, vbi fiant notis coctionis præcedentibus. quæ oſtēdunt morbi ſecuritatem, & etiam iudicationem. Coctionem tamen ipſam indicat mutatio ipſius ſputi, & quòd multum ſpuitur innocue, hoc eſt, & facilè fertur, & confert: id enim pars ἄλυπος, id eſt, innocue, in hoc loco ſignificat. Quòd ſi ſine his fiant, abſceſſus, quod ſignificauit dicens: Si non rectè proceſſerit, liberabitur homo à pulmonia. Verùm articulus in quem decumbit, periclitatur aut claudicare, aut multum negotium præbere. *Secundo lib. de Mor. vul.* lege ibidem, par. 1. Hip. ſic dicentem, Optimi verò, qui infra ventrē & longiſſimi à morbu. Sic autem legi debet vt in expoſitione. prog. 65. dixi. *Lib. 1. de Mor. vul.* ſcribitur. par. 2. ſect. 45.

In ſecunda parte, quæ incipit (Ruſus) duo ſigna cruditatis refert ſcripſiſſe Hipp. & vnum tātùm coctionis, hoc fuit ſputi mutatio: cruditatis autē vnū, ex ſputo non bene procedente, alterum ex vrina nō habente bonum ſedimentum. Sed tamen ad hoc, vt abſceſſus non ſint optimi, ſufficere non procedere bene ſputum, aut quoniam procederet non coctum, aut quoniā adhuc coctum non excernererut. Quod tamen addit de vrina, ex abundanti dictū eſt, ad maiorem certitudinē malitiæ, vbi præter id quod ſputum non bene procedit, vrina bona non fuerit: vrinæ enim in morbis extra vaſa aduertendæ ſunt, vt diximus in annotatione, circa 26. Comm. huius lib. In expoſitione tamen ego aliam retuli cauſam, quare Hippoc. iudicium ſumptum ex vrina adſcripſit.

In tertia parte, quæ incipit (Cæterùm) reddit cauſas eius, quod obiter dixit, de articulorum claudicate. Quæ ſunt duo, nempe articulorum laxitas, & ipſorum motus. Has eaſdem cauſas fluxionum ad articulos ſcripſit quarta ſect. Apho. Commen. 31.

PROGNOSTIC. LXVIII.

Si verò abſceſſus ἀφανίζωνται, id eſt, repente occultantur, atque recurrunt, ſputo non procedente, ac febre non dimittente, malum eſt: periclitatur enim homo delirare atque mori.

Abſceſſus ſi occultētur repente, & recurrunt.

Licet in præſenti prognoſtico de abſceſſibus tantùm loquatur Hippo. quia de his propoſitum eſt modò tractare, latè tamen patet ſententia, de omnibus tumoribus præter naturam, vt de tumoribus præter naturam in vlceribus factis, & de phymatis, & exanthematis, & defluxionibus. Vbi abſceſſus repente occultentur, ac recurrant, inquit: intellige in ſedem aliquam præcipuam, vel in eā, à qua primum truſi fuerunt. Vt in pulmonia, de qua hic loquitur, & in prog. præcedenti, Si humor recurrat in pulmonem, malum ſignum eſt, videlicet delirij, ac mortis. Cognoſcetur autem recurrere in ſedem præcipuam, aut eam à qua primùm truſus fuit, tribus ſignis ſcriptis ab Hipp. ſi repente occultetur, febre detinente, ac humore non excreto, ſi namque febris detinet, & humor non excretus eſt in ſedē internam recurrit. Non enim ſublatus eſt tumor ſecundùm rationem, neque huic diſpoſitioni credere oportet, vbi humor non fuerit expulſus excretione, & febris detinet: ſi tamen non detineret, poſſet euanuiſſe ſubito, ob humoris tenuitatem, & robur facultatis, vt vult Gal. in Comm. fiet, adiuuantibus aliis. De tumoribus in vlceribus factis dixerat Apho. 65. quintæ ſect. vbi inquit, quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelluntur maximè, neque inſaniunt: verùm his

Tumores vlcerum repente occultati.

euaneſcentibus derepente, quibuſdam à tergo conuulſiones, & diſtenſiones fiunt: quibuſdam ante inſania vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel difficultas inteſtinorum, ſi tumores ſunt rubicundi. In hoc Apho. quoniam non ſignauit partē in quam recurrere deberet ex tumoribus humor, pariter non vnum tantum ſubſcripſit morbum, ſed vbi ad poſteriores partes recurrat, conuulſiones: vbi ad anteriores, quoniam & ibi diuerſæ partes ſunt, maniam, dolorem lateris acutum; ſuppurationē, aut difficultatem inteſtinorum, ſubſequuturam prædixit. Hic tamen quoniam ad pulmonem recurrere voluit, delirium & mortem præſignare dixit. Delirium à vapore aſcendente: id enim eſt, παραφρονῆσαι, quod dixit, id eſt, iuxta delirium pati, & mortem ex difficultate reſpirationis prænoſcere, poſſibile eſt. De phymatis, & exanthematis, & fluxionibus, cùm recurrunt, aut ceſſant repente. & antè quàm perficiantur, Gale. peſſima ſigna eſſe dixit, 5. lib. Prorrhe. Comm. 1. vbi de diminutis indicationibus loquens, inquit, Manifeſtum autem eſt, tale ſignorum genus peſſimum eſſe. Quæcunque enim φύματα, id eſt tubercula & exāthemata ad cutim ex profundo floreſcentia recurrunt, omnium peſſima ſunt: & ſudores incipientes, & ſtatim ceſſantes, & ij praui, & deiectiones ſimiliter, & quæcunque per ſanguinis eruptionem, aut ex vtero in mulieribus euacuantur. Omnia enim hæc deteriora ſunt iis, quæ nullatenus apparent, cùm incipientia ceſſauerint. Nonnunquam enim euenit, naturam concoquentem quæ contriſtant, nondum ad eorum excretionem excitari: in illis verò, quæ ceperunt quidem, ſed ſtatim ceſſarunt, tāquam quidam impetus apparet naturæ properantia ad excernendum quæ contriſtant, & ob imbecillitatem nequeuntis perficere, quod propoſuerat. In hoc loco Gal. præſentē diſpoſitionē oſtendere docuit, nempe imbecillam facultatem, quæ nequit perficere inceptum, quoties aut tumores recurrunt, aut fluxiones nondum finitæ deſiſtunt. Hippocr. verò in præſenti progn. futurum malum prædicere docet, hoc eſt, delirium & mortem aut conuerſionem humorum ad principes particulas. Quod ſimiliter confirmat Gal. Com. vlt. lib. 3. Prorrhe. Dixerat enim Hippo. aut libri autor, Dolores abſque iudicatione ſoluti inutiles. Et Gal. in Com. Repente verò occultari doloriſicas affectiones, abſque hoc quòd in alia quadam, quæ manifeſta ſit, parte abſceſſus fiant, tranſmigrationem contriſtantiū ſuccorū ad viſcera ipſa factam oſtēdit. Sed aduertendū, quòd vbi dixit, ἀφανίζωνται, in Apho. 65. ſect. 5. dixit, ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, vbi particula, ἐξαίφνης, videtur abundare, niſi maioris claritatis gratia poſita ſit. Quoniam, vt vult Gal. in Com. præſenti ἀφανίσθαι, idē eſt, quod repente occultari. Et lib. 6. de Mor. po. pat. 4. ſect. 1. inquit Hip. Quibus tumores ſecundum aures circa iudicationem facti non ſuppurarunt, oppreſſis his, & vaneſcentibus, reuerſiones fiunt, iuxta rationem reuerſionum. Vbi dixit, Oppreſſis, Græca litera habet, κατασβεσθέντων, & Gale. in Comm. inquit, κατασβῆναι, hoc eſt, προσίζανται, & ἀφανίζεται, quo in loco vocabulum, ἀφανίζεται, per euaneſcere, & optimi declarat, & reliquas voces per ipſam. Reuerſiones autem inde futuras prædicere docet Hipp. in eo loco, & Gal. in Comm.

Phymata recurrentia.

Fluxiones incipientes non finitæ.

GALENI COMMENT.

Euaneſcere quendam tumorem præter naturam, non id quod deſiſtere indicat. Verbum enim deſiſtere, aliquid generalius: euaneſcere verò, citò deſiſtere ac velut derepente ſignificat. Id igitur accidit interdum propter humoris tenuitatem, & partis laxitatem, & item circumuenientis nos aeris caliditatem, atque

adhibito

adhibiti medicamenti poteſtatem, ac virium ægri firmitatem. Si enim omnia prædicta concurrant, moles præter naturam citò diſcutietur, ſed magna ex parte talia euaneſcere accidit, tranſmeantibus committentibus ea humoribus, aut in eandem ſedem vnde commota ſunt, (quod propriè nominat Hippo. retrocedere) aut ad aliquam aliam ſedem in profundo corporis poſitam. Tanquam igitur ex cauſis maximè contrariis moles euaneſcat præter naturam, finem habet, maximè contrariam, aut citiſſimam indicans nocuæ materiæ ſolutionem, aut deterrimam affectionem, ea in partes præcipuas remeante. Hæc igitur omnium abſceſſuum communia cenſentur. Definitio verò communis quidem & ipſa euaneſcentis tumoris eſt. Conſiderari verò oportet & alia indicia, potiſſimum quæ propria affectarum partium ſint. Hoc loco ſpiritalium opificiorum propria definitio ab Hippo. proxima ſcilicet communibus, præſcripta eſt. Itaque dixit ita, Si abſceſſus euaneſcit, nequaquam egrediente ſcreatione, ac febre deſinente, difficilis morbus eſt. Conſtat enim vt ſeceſſerint in profundum ad ſedem præcipuam. Si enim diſcuſſi eſſent, non inſuper febricitarent, ac facilè ſcrearent. Itaque veriſimile eſt in pulmonem iis omnem ſeceſſiſſe fluxionem: & ob eam rem delirare eos ratio eſt. Siquidem id quoque vnum ex iis habetur, quæ per tales in pulmone affectiones eueniant. At verò vt ſpirantes difficulter morituri ſint, dicere ſuperſedit, ſciens nos eam rem eſſe ex prædictis intellecturos.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Cauſa abſceſſuum repente ceſſantium. In prima parte ponit differentiam inter παυσάσθαι, id eſt, ceſſare, & ἀφανισθῆναι, quod eſt repente ceſſare, aut repente euaneſcere.

In ſecunda parte, quæ incipit (Id igitur) reddit cauſas, quare contingit abſceſſus repente occultari, quæ ſunt duæ admodum contrariæ: aut quoniam recurrit ad intimas & præcipuas ſedes, aut quia diſcuſſus eſt citiſſime humor, qui abſceſſum faciebat. Diſcutitur autem multis cauſis coniunctis quàm cito: hæ ſunt, humoris tenuitas, partis laxitas, ambientis caliditas, medicamentorum applicitorum poteſtas, virium ægri robur, hoc eſt, naturalis calor.

In tertia parte, quæ incipit (Diffinitio) ex Hippo. litera docet diſtinguere, quando repente ceſſauit abſceſſus, an id fit, quoniam diſcuſſus eſt humor repente, vel quoniam recurrit in partem aliquam præcipuam. Diſtinctio tamen ſumitur ex verbis Hipp. qui dixit, Si abſceſſus repente occultentur, & febris non dimittat. Quòd tamen addit, delirium inde ſequi, ac mortem, in abſceſſibus, qui ſequuntur ad pulmoniam, de quibus in præſenti progno. locutus eſt, verum habet præſens ſententia. Si enim abſceſſus, qui ad pulmoniam ſequuntur, ad pulmonem recurrant, vaporum copia delirium inferet, & multitudo difficultatem reſpirationis efficiens, mortem adducet. Vbi legitur in Comm. *Euaneſcere*. Græcè, ἀφανισθῆναι, id eſt, repente occultari. Vbi legitur, *Retrocedere*. Græcè, παλινδρομεῖν, id eſt, recurrere.

PROGNOST. LXIX.

EX empyicis, qui ex pulmonis morbis tales ſunt, γεραίτεροι, id eſt, ſeniores potius moriuntur: ex aliis verò ſuppurationibus iuniores potius intereunt.

Pulmonis ſuppurati indicium ad ſalutem. In ſuppurationibus, quæ in pulmone fiunt, maximum indicium ſalutis aut mortis ſumitur ex robore facultatis potentis humorem ſuppurare, ac ſuppuratum excernere, aut ſecus. In aliis autem non tantùm ex hoc, ſed ex doloris vehementia, quæ fluxionis & ſuppurationis tempore excitatur, mortis periculum imminet. Pulmo namque per inflammationes ſolo ſenſu grauitatis moleſtatur. Et inde eſt, quòd non ob eandem cauſam periclitantur ij, qui ex pulmonia, & ij qui ex aliarũ inflammatione ſuppurãtur: de quibus lib. 3. prog. 16. ob febres & deliria magis mori dicit Gal. & in Com. præſenti ob dolorem & deliria, quæ magis iunioribus eueniunt. Per ſuppurationes igitur pulmonis iuniores magis liberantur: quia robuſtiorem habent naturalem expultricem facultatem. Qui tamen ſunt iuniores, dicetur lib. 3. in expoſitione progn. 16. Seniores verò minus liberantur, quòd non tantùm in eis conſtent naturales facultates: per alias verò ſeniores magis, quoniam minus doloribus ac delirio vexantur. Seniores itaque γεραιτέρους appellat, qui etiam μεσαιπόλιοι, & ὠμογέροντες, à Gal. appellantur. Tripartita enim eſt ſenectus apud Galen. lib. 5. de Sanit. tuen. ad finem, cùm inquit, Hæc verò dicta mihi de iis ſunt, qui mediã ſenectutis ætatem agunt, vtique neque ignoranti primam eius partem eſſe, quæ ὠμογερόντων, id eſt eorum qui cruda viridiq; ſenecta adhuc ſunt, dicitur, propterea quòd adhuc obire ciuilia negotia poſſunt: ſecundam autem, cui aptè nomen ipſum inditur, eò quòd ipſa ſit, de qua dicitur, Vt lauit, ſumpſitq; cibum, det membra ſopori. Quod tamen in tertiam non conuenit, in qua Telephum Grammaticum bis terve menſe lauari dixit. Propter enim virium infirmitatem aſſiduam, hi balnei vſum non ſuſtinent. Hunc πέμπελον appellant, ab eo quod eſt, πέμπεσθαι εἰς τὸν ᾅδην. De his igitur primis ſenibus verificatur Hipp. ſententia, quos intelligere oportet, ab ætatis vigore vſque in eam, quæ propriè ſenectus appellatur, contineri: de quibus 3. lib. Apho. Comm. 30. dixit Gal. Nam quæ iuuenibus ætas continuatur ad duas ſequentes ſeptimanas extenditur: in qua ætate omnia vitæ munia æquè atque illi, qui in vigente ætate conſiſtunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores ſufficiunt. Eſt ergo ætas à 35. in 49. annum. Idem etiam ſunt qui in ſubſiſtenti ætate, qui γεραίτεροι, ſiue crudi ſenes ſunt: quoniam crudos ſenes dicit Gale. in Com. eſſe medios inter veros ſenes ſimpliciter ſic appellatos, & ætate vigentes. Cuius cõtrarium ſentit Fuchſius in Com. 13. primæ ſectionis Apho. Conſtat autem ipſum erraſſe, quoniã ὠμογέροντας dicit incipere ab anno 50. quum tamen eos dicat Gal. in Comm. medios inter eos qui plurimum ætate proceſſerunt, & vigentes. Sed ætas quæ ſequitur poſt vigentes, peruenit à 35. in 49. annum: ergo illa eſt crudorum ſenũ, qui etiam ſunt, vt dixit Gal. poſt vigentes: & verè, cùm poſt 35. annum (vt dixit Gal. 3. Apho. ſect. Com. 30.) non eodem modo ad labores ſufficiunt: & in illu Aph. 13. primæ ſect. appellantur καθεστῶτες: eos ergo Latinè, ſubſiſtentes potius, quàm conſtantes appellarem, de his latius lib. in expoſitione 29 lege. Quòd ſi de aliis ſenibus loqueretur, ſeconda pars prognoſtici falſa eſſet, iuniores magis mori per alias inflammationes cùm ſuppurantur, quàm ſenes, qui verè tales ſunt, & propriè ſic appellantur, in quibus facultas non integrè conſtat. Quod etiam declarat Galen. cùm inquit, Nam qui per ætatem nimium iam proceſſerint, ex nullo morbo magis, quàm natu maiores, conualeſcunt.

Triplex eſt ſenectus.

GALENI COMMENT.

MAiores natu non ſimpliciter ſenes, ſed in collatione, vel comparatione, ſeu quouis modo nominare cuiquam libeat, vt ad minores natu intelligi debet. Nam qui per ætatem nimium iam proceſſerint, ex nullo morbo magis quàm natu minores conualeſcunt. Sed qui inter hos & ætate vigentes interiacent, vtpote ſemicani, crudique ſenes nomine conualeſcere videre licet interdum magis, quàm qui ſint in ætatis vigore: quemadmodum

Hippoc

Digitized by Google

Hippo. ipſe docuit de inflammationibus, quæ in auribus fatigent, & nunc de purulentis ex pulmonia. In his enim, quia propter excretionem ſanatio eſt viribus egens validioribus: ob id potius minores natu quàm maiores ſeruantur. In cæteris, minores natu antea moriuntur ex doloribus ac febribus: id quod ipſe dixit de auribus. Febres enim ac dolores minus illis accidunt, proindéq; aures antea ſuppurantur. Porrò minores natu (dicit) antequam aures ſuppurentur, multi intereunt: quoniã ſi effluxit pus ex auribus, conualiturum eſſe ægrum ſperari poteſt. Itaque & per alias ſuppurationes, ſub ipſum ſuppurationis tempus minores natu ex magnitudine febrium ac doloris morte praeoccupantur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte, explicat quos appellat Hippocr. *γεραίτερος*, id eſt, ſeniores. Nou enim, funr illi, qui propriè ſenes appellantur: nam illi à nullo morbo conualeſcunt magis quàm ætate vigentes, id fit ob languorem facultatis ipſorum. Intellexit autem per ſeniores, illos, qui ſunt medij inter ſenes & vigentes, de quibus dixit, potius liberari à dolore auris quàm iuuenes: quoniam morbus hic dolore ſolet homines interficere. In pulmonia verò aliter fit: in hac enim ex defectu excreationis imminet periculum, ad quod robuſtiſſima facultas aliis melior eſt, qualis in vigentibus inuenitur. *Maiores natu.* Græcè, *γεραίτερος*, id eſt, ſeniores. *Minores natu.* Græcè *νέοι*, id eſt, iuuenes, de eis namque loquitur lib. 3. Com. 14. dixit habere biliosum temperamentum, quod ſolis eis ab ætate conuenit. Sic in aliis locis. *Hipp. ipſe docuit*, lib. 3. progn. 14.

In ſecunda parte, quæ incipit (In cæteris) rationem reddit, quare ex aliis inflammationibus potius moriuntur iuuenes, quàm ſeniores, id eſt ſubſiſtentes. Ratio clara eſt, & pertinet potius ad expoſitionem 14. lib. 3. *Quoniam ſi* Græcè *ἐπὴν γὰ.* hoc eſt, quum autem.

PROGNOSTIC. LXX.

Dolores verò cum febre facti circa lumbos & inferas ſedes, ſi ſeptum tranſuerſum attigerint, inferas ſedes relinquentes, valde lethale. Aliis igitur ſignis mentem adhibere conuenit. Quoniã ſi aliquod aliud ſignum malum apparuerit, deſperatus homo eſt. Quicunque verò ex empyicis vruntur, quibus pus purum, album, & ſine prauo odore fuerit ſeruantur: quibus verò ſuberuentum, & cœnoſum, moriuntur. Si autem aſſurgente morbo verſus ſeptum tranſuerſum alia ſigna superuenerint non mala, ipſum empyicum futurum valde ſperatur.

Secundum eam diuiſionem, quæ in Græcis codicibus habetur apud Gal. ab hoc progn. incipit lib. 3. Ego tamen diuiſionem, quæ in Latinis codicibus habetur obſeruabo, maxime quoniam in ipſis incipit 3. liber à tractatu de febribus. In præſenti ſententia Hipp. de morbis, qui ex aliis fiunt, loquitur: vbi cauſa eos efficiens ab ignobili particula permutetur in nobilem, vt à lumbis in ſeptum tranſuerſum: vtcunque enim talis permutatio mala eſt, ſiue cum bonis ſignis, ſiue cum malis, vbi & cum febre fiat, & aſcendens inferas ſedes deſerat. Cum malis enim ſignificat mortem ac deſperatam ſalutem: cum bonis verò, quòd ad empyema vertetur morbus. De doloribus cum febre illud intelligere oportet: ſine febre enim neque morbus acutus foret, de quo modo loquimur, neque empyema foret ſperandum, maximè vbi à flatu eueniret, quod ſæpe contingit. Quid autem per lumbos ſit intelligendum, ſupra progno. 2. expoſuit per *φρένας* verò, ſeptem trãſuerſum: per inferas autem ſedes, partes infrà ſeptum intelligendæ ſunt. Si attigerint ſeptum, relictis partibus inferioribus, dixit, Quoniam vbi iecur vexatur inflammatione, dolor peruenit ad ſeptum tranſuerſum, non relicto iecore: non tamen eſt neceſſum ex hoc ſigno mortem ſequi, quoniam eſt ſignum proprium. Præterea neque inde in empyema trãſire morbum, bonis ſignis accedentibus, vt inquit Hippoc. neceſſe eſſet. Empyema enim propriè eſt puris effuſio in cauitates thoracis, in quas nunquam effundetur pus, quod in iecoris phlegmone generatur. Si itaque dolor lumbos vexauerit cum febre, & lumbos reliquerit, ad ſeptum tranſuerſum aſcendens coniectari oportet ſigna alia, quæ ex robore facultatis trium membrorum præcipuorum ſumi ſolent, quæ etiam ſuprà pro maiori parte narrata ſunt. Quòd ſi hæc inclinauerint ad malum, nulla ſpes de ſalute habetur: ſi verò ad bonum, empyema futurum ſperabimus, hoc eſt, quòd in cauitatem thoracis pus effundetur. Similem ſententiam ſcripſerat autor libri Prorrheticon, parte 2. ſect. 35. dicens, Ex lumborum recurſione oculi peruerſio mala. Quemadmodum enim cùm rapitur in ſeptum, efficit thoracis morbos: ita cùm recurrit in caput, efficit oculi peruerſionem: ex oculi enim peruerſione licet intelligere conuulſionem, quæ inſequitur humorem in caput recurrentem. Quare Gal. in Com. huius prorrhetici ſententiam ampliorem efficit, dicens: Hic ſermo his ſimilis eſt, quæ in progno. dicta ſunt, qui cum febre circa lumbos, & inferas ſedes fiunt dolores ſi ſeptum tranſuerſum relictis infernis ſedibus attigerint, lethales admodum exiſtunt. rurſus & lib. 6. de Morb. popu. parte octaua, Hippocrates mala quædam enarrans ſigna, ſcripſit, Lumbis dolentibus, recurſus ad latus, & extuberantiæ, quæ ſeps appellantur. Quemadmodum enim hîc damnat recurſum ad ſeptum tranſuerſum, ita illic recurſum ad latera: ferè enim ſimilis eſt mutatio atque ſucceſſus morborum. Et quemadmodum hic aliquando ſequi dixit empyema: ita in lib. de Morb. popu. extuberantiam, quæ appellatur ſeps, id eſt, tumorem, qui ſuppuratur, *σήπω* enim putrefacio ſignificat, & *σῆψ* ipſam putredinem, qualis in ſuppuratis tumoribus continetur. Quod verò continetur inter duas partes huius ſententiæ: nempe, Quicunque verò ex empyicis vruntur, quibus pus purum, & album, & ſine prauo odore fuerit, ſeruantur: quibus verò ſuberuentum, & cœnoſum, moriuntur, mihi videtur à progn. abiiciendum, tum quia inordinatè ſcribitur, interrumpens veram atque integram ſententiam, quæ remanet ipſo ablato: tum etiam quia Gal. eius nullam fecit in Comm. mentionem. Vbi tamen cœnoſum dixi, Græca litera habet, *βορβορώδες*: quod verbum, puris craſſitudinem: aut eiuſdem fœtorem oſtendere poteſt. vt 4. ſect. Aphor. Comment. 69. inquit Galen. Nonnulli quidem non grumoſas ſcribunt, ſed *βορβορώδεα*, id eſt, cœnoſas, ſicuti Numeſianus, & Dioniſius: qui ſiquidem fœtorem quẽdam ſimul oſtendentes, plus aliquid, quàm alij demonſtranti: ſi verò quaſi craſſitudinis quantitatem, nihilo plus hoc ipſo docent, *βορβορώδεα* igitur & fœtorem & craſſitudinem oſtendere poteſt. Empyici vruntur ex præcepto Hippoc. lib. de Internis paſſionibus, vbi inquit, Si tamen pus in pectus eruperit, qua parte tibi videbitur ſignificare, ea vrens, aut ſecans, detrahe parum in primis. Talis eſt Aphor. 27. 6. ſect. ſententia, Quicunque ſuppurati, aut aquam intercutim patientes vruntur,

Definitio Empyematis.

Prog. corrigendum.

Empyici vruntur

vruntur, aut ſecaotur: ſi pus aut aqua vniuerſim efluxerit, omnes moriuntur. Vbi igiur alia remedia non ſufficiunt, neque ſperatur naturam per ſputum pus euacuaturam, ſecare eos docet, qui pus in cauitate thoracis continent Hipp. partem item, quæ vri debet, aut ſecari, explicuit, diceos, Qua parte tibi videbitur ſignificare, id eſt, qua parte magis inclinauerit pus.

Empyici qua parte vrendi aut ſecandi.

Nam aliquando decliuat io ventrem, facta inflammationis ruptura, ad partem inferiorem, aliquando non pertranſit ſeptum tranſuerſum, ſed deſuper cootioetur. Sed tamen ex Hipp. precepto vſtio aut ſectio ad locum puris penetrare debet, vt pus ſtatim emanet, & parum In primis. Poſtea verò, vt in eodem præcipit, linamentum crudi lini immittere oportet. Aëtius tamen eſcharas facere præcipit, multis io locis, à collo vſque io vẽntrem, ante & retro, li. 2. ſermone 4. c. de orthopnoicis & anheloſis, vnde curationem ſumi præcipit, cap. de pectore ſuppuratis. Paulus item lib. 6. cap. 44. Ferro itaque candenti (inquit) exulcerant multis iu locis: vt inter iugulorum coniunctionem, vno, retracta ſuperius cute: duobus iuxta mentum, ſeorſum à ſoporiferis arteriis: & ſub mammis, inter tertiam & quartam coſtam duobus, ferro latius impreſſo: duobus etiam inter quartam & qointam deorſum verſus, vno medio pectore, altero ſuper os ventriculi: Quas vſtiones multo tempore conſeruabant, vt per eas totum pus paulatim emanaret, vt Aëtius. Sed perforabant etiam alij ferro aut igne vſque ad puris locum: de quibus inquit Paulus. Alij verò, vt inqnit Leonides, ferramento tenui, ad nuclei oleæ figuram candenti, inter coſtas ea in parte, qua abſceſſum eſſe fuerit notatum, vſque ad pus adurunt. Suot qui ſcalpellũ quoque adhibere audeant, inter quintã & ſextã coſtam traoſuerſa linea, paululũ tamen obliqua, cutim ioſeiduot, deiode aculeato cultello coſtas ſubcingente membrana perforata, pus excernont. Verùm & iſti, & qui vſq; ad pus adurunt, vel protinos mortem inferunt, cùm voà cum pure vitalis etiam ſpiritus vniuerſos exinaniatur, vel fiſtulas inſanabiles inducent. Noſtro itaque tempore cruſtis potius quam vſtionibus penetrantibus ſuppuratos curamus.

GALENI COMMENT.

SI præcordia attigerint, quidam de delirio intellexerunt, velut ſi in hunc modum dixiſſet: Dolores qui cum febre affligant circa lumbos & inferas ſedes, ſi aſcendentes commutant delirium, difficiles ſunt. Alij melius quàm hi præcordia partem corporis dictam volunt, quod ſeptum quoque tranſuerſum nominatur. Suffragatur veritati orationis, illud quòd eſt in calce ſermonis perſcriptum, vbi dixit. Hunc fore purulentum ſperari admodum poteſt. Vult enim aſcendente in thoracem morbo, è duobus alterum, aut derepente interire ægrum: aut ſi ſecum optimè agatur: prorſus fore purulentum. Porrò hæc interſtinguuntur aliis indiciis. Si enim non praua ſint, purulentus euadet. Si prauum aliquod fuerit prorſus moriturus eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Mentem Hippoc. exponit cùm dixit, φρενῶν per id eoim vocabulum, ſeptum traoſuerſum intelligi voluit, noo mentem: ita vt delirium faceret humor, qui antè lumbos infeſtat. Accedit ad confirmationem huius, quod Hippo. ad finem prognoſt. dixit, quòd ſi cum ſignis oon malis permutatio à lumbis ad ſeptum tranſuerſum fiat, ſperandum eſt hominem futurum empyicum: quod non fieret, ſi ad caput facta fuiſſet permutatio. *Si præcordia attigerint.* Græcè, τὰ τῶν φρενῶν ἅπτεσθαι, hoc eſt, quod dixit, phrenas tangere. *Præcordia.* Græcè φρένας, id eſt phrenas, ſic enim legi debent Latinè. Ac cogitur Latinus interpres boc loco, & multis aliis, Græcum vocabulum vſurpare, quoties de vocis ipſius ſignificatione autor diſceptauerit. Quemadmodum libro primo in aonotatione circa Commeni. 19. diximus, cuius rei exemplum in præſenti Commen. habetur: in quo conſtat, quàm ineptè dixerit Laurentianus, Si præcordia attigerint. Quidam de delitio intellexerunt: ac ſi aliquis Latinè locutus, per præcordium intelligere poſſet, delirium. Quod tameo dixit Gal. eſt manifeſtum, per id quod dixit Hippo. nempe phrenas tangere, quoſdam intellexiſſe, delirare, quòd eſt παραφρονεῖν: nam delirantium mens tangitur.

PROGNOSTIC. LXXI.

VEſicæ duræ, ac doloroſæ, malæ omnino ſunt, & exitioſæ: exitioſiſſimæ verò, quæcunque cum febre continua ſunt. Dolores namque ab ipſis euenientes interimere valent, & ventres in talibus non deiiciunt, niſi dura, & ægrè.

Veſica dura ac dolens reddi poteſt, aut ob lapidem, aut ob vrinæ ſuppreſſæ multitudinem: ídq; ob grumos ſanguinis, aut craſſam pituitã, aut tuberculũ in cole, aut inflãmationem, quæ eſt tumor durus dolens, aut ob tumorẽ alium factũ ab humore mixto, ex bile, pituita, aut ſanguine: quæ diſpoſitiones mixtæ inflammationes ſunt, cum eryſipelate, aut œdemate. Lapis morbus prolixus eſt, de quo modò non eſt ſermo. Si veſica dura dolẽs reddatur, ob ſuppreſſam vrinã, aut propter craſſam pituitam, aut ob ſanguinem concretũ, aut tuberculũ in cole, exitialis diſpoſitio eſt.

Veſica dura dolentis cauſa.

Non tamen erit aliqua harũ diſpoſitionum admodum exitioſa, ſicuti cum laborat phlegmone, quæ febrem efficit contiouã, quã aliæ diſpoſitiones non neceſſariò efficiũt.

Veſica phlegmone laborãs continuã febrem efficit.

Quando ergo dura ac doleos fuerit, hoc eſt phlegmone laborauerit, & cõtinua febre exitioſiſſima eſt diſpoſitio, & quæ ſolet, vbi nõ remittat, primis circuitionibus, interimere. Progn. 73. infrà. Per alias tamen diſpoſitiones veſica dura dolens non facit continuam febrem: neqne exitioſiſſimum ſignũ eſt, ſed tantùm exitioſum. Vbi Hipp. ſcripſit, ξὺν πυρετῷ συνεχεῖ. id eſt, cum febre cõtinua Gal. io Comm. dixit, ὅταν πυρετὸς ὀξὺς ᾖ. id eſt, cùm febris acuta fuerit.

Febris continua cũ malis accidentibus acuta eſt.

Cõſtat autem idẽ eſſe febrẽ acutam, & cõtiouam, cũ fortibus ſymptomatis: acuta eſt enim illa, cuius velox eſt motus, & cito pericula adueniunt. Modò febris continua, cum duritie & dolore veſicæ, & deiectionis ſuppreſſione, breuem habet terminationẽ, & pericula iniuncta. Noo ergo differt Ga.. dicens acutã febrẽ, ab Hip. qui dixit continuam. Ratio tamen quare exitioſiſſima diſpoſitio cenſetur, veſica phlegmone laborans cum acuta febre, ſumitur ex magnitudioe doloris & deiectionis ſuppreſſione. Veſica, quæ vrinæ conceptaculum eſt, vnam habet membranam, ex tribus generibus fibrarum cõſtitutam.

Veſica diſpoſitio exitioſiſſima.

Veſica cõſtrictio.

Vnicam eſſe dixit Gal. lib. 1. de Naturali fac. cootrà Aſclepiadẽ, his verbis, Verùm ſi ipſe diſſecuiſſet veſicam, fortaſſe oon ignoraret exteriorem veſicæ tunicam eandem cum peritonæo naturam habere, vtpote ab eo ortam: Internam verò, quæ ipſius veſicæ eſt propria, pluſquam duplo eam craſſitudine ſuperare. Et quòd tria fibrarum genera contineat, ioquit, lib. 5. de Vſu partium. Quæ verò veſicarum ſunt tunicæ, rectos & rotundos, & obliquos habent villos, vna enim vtriuſque veſicæ tunica cùm ſit ad omoimodam ſpeciem motus idooea, acquiſiuit cõſtructionem: reliqua verò membrana, quæ veſicæ ſuperpoſita eſt, à peritonæo habet originem, vt dixit lib. de Naturalib. facult. allegato loco. & lib. 4. de Vſu partium, inquit, Voiuerſaliter,

Veſica triplex genus fibrarũ continet.

enim, nullum eſt organum eorum, quæ ſub phrenibus, quod non operiatur aliqua tunica, principium generationis ex peritonæo accipiente. Præterea lib. 6. de Anatomi. adminiſtrationibus, de peritonæo loquens, qualiter omnibus membris infra ſeptum tranſuerſum obducitur, inquit, Cuius nimirum gratia nonnulli peritonæum ipſum tunicam appellant, quoniam ventriculi, iecoris, lienis, renũ, inteſtinorum, veſicæ, & vuluæ inuolucrum eſt. Hinc ſoluitur apparens contradictio apud autores: quidam enim dicunt veſicam duas membranas continere, quidam vnicam. Qui duas enim dicunt, peritonæum annumerant inter partes veſicæ. Veſicæ nerui quidam non parui implantantur, ab oſſe ſacro originem habentes, vt inquit Gal. lib. 5. de Vſu partium veſicæ. Igitur quæ vrinam ſuſcipit, neruos ab amplo oſſe dorſalis, quod ſacrum nominant, implantauit, qui ſenſum exactiorem ipſi præbēt, quàm qui aliis multis infra ſeptum tranſuerſum. Nam vt vult Gal. lib. 5. de vſu partium, tribus finibus neruos dedit natura mēbris: aut ſentiendi gratia in ſenſoriis organis: aut motionis in motoriis: aut ad dignotionem triſtantium, ſentiendi gratia, aut auribus, oculis, linguæ, manibus internis, & ori ventriculi: mouendi gratia, vt muſculis: ad ſentiendum verò contriſtantia, ipſis internis particulis neruum inſeruit, quibuſdam quidem maiorem, quibuſdam verò minorem, non ſecundùm particulæ dignitatem, ſed ſecundùm exigentiam. Iecori ergo, quia ad excernendum quod nocet, plures habet expurgationis vias, natura minimum neruum impartita eſt: veſicæ fellis ſatis etiā paruum, quoniam à propriis & familiaribus ſibi excrementis non moleſtatur, etſi multis annis in ipſa contineantur, & mortuo iam animali ibidem bilis aſſeruetur. Inteſtinis tamen, quia aliquando ab acribus excrementis mordentur, & exulcerantur, ſenſus contriſtantium datus eſt, per ſingulos neruos ſingulis inuolutionibus diſtributos. De veſica verò ſic ait, Magnæ verò veſicæ, quæ vrinam ſuſcipit, nociua vtique fieret perſæpe, niſi celeriter excernatur, acrior & bilioſior vrina: non enim erat ſubſtantia corporis eius cognata, ac congener cholericæ qualitati, (ſicut eſt illa ſubſtantia veſicæ choleram ſuſcipientis) ſed vrinis ſolis, quarum gratia à natura facta eſt. Et propter hoc cùm bene ſe habent omnia, quæ ſunt in animali, neque aliud quid peccat in quauis particula ſeroſarum ſuperfluitarum ſubſtantia, neque acris neque doloroſa fit veſicæ: errore verò aliquo in organis concoctoriis præcedente tanto, vt nondum benignus generetur ſanguis, tum aliæ ſuperfluitates, tum vrina fit acris adeò ac mordax, vt radat & rodat veſicam. Non igitur ſpectat tunc animal eum, qui ſecundùm naturam eſt, terminum meiendi, ſed mox excernere eam, etiam antequam impleatur veſica, feſtinat. Hæc itaque natura prudens, plurium & maiorum neruorum fecit eam participem, ad ſenſum perfectiorem & exactiorem. Hæc Galenus. Quæ fuſius, quàm ſolemus, tractauimus, vt monſtraremus veſicam ſenſu acri præditam eſſe, & inde eius ex inflammatione dolores, maximè cum acuta febre exitioſiſſimos eſſe. Perueniunt etiam ad ipſam venæ & arteriæ magnitudini vaſis reſpondentes ab ea parte à qua primùm explantantur rami venarum, & arteriarum, venientium a dorſo ad crura, vt ſcribit Galen. libro quinto de Vſu partium. Per has venas & arterias ſanguis copioſè delatus, inflammationes efficere poterit, non aliter quàm in omnibus aliis particulis, vbi ſanguis à forti in imbecillam truditur particulam. Cohibetur etiam atque ſupprimitur in ipſis ſtercus, vt inquit

Circa veſicæ membranas opiniones.

Nerui quibus cauſis membris demandantur.

Veſica vena & arteria.

Hippoc. quod fit propterea, quòd veſica recto inteſtino proximè ſita eſt, & in viris magis quàm in fœminis, in quibus vterus intermediat. Partes autem proximæ in doloribus condolent: deiectio quoque deſcendens comprimit ipſam veſicam. Rurſus & deiectioni cooperantur muſculi epigaſtrij, qui non compriment fæcem ſine veſicæ compreſſione, & inde maximus dolor excitabitur. Bene igitur dixit Hippoc. dolores hominem interimere poſſe & ventrem nihil reddere niſi durum. Et ægrè durum, dixi, quoniam longo tempore retinetur, quo exſiccatur, & maximè partium illarum calore, ex inflammatione accedente. Græca litera habet, εἰμὴ σηρωραί τε ϗ πρὸς ἀνάγκην. ſcribendum tamen, σκληρά τε id eſt, dura. Et Ægrè dixi, quoniam partem, πρὸς ἀνάγκην. ſic eſſe conuertendam, vt dixi, explicui ſupra Comm. 3 huius lib. etſi Hippoc. hæc tantùm duo ſigna ſcribat, quæ oſtendunt periculum, & malitiam huius ægrotationis, ſimul cum duritie, quæ oſtendit morbum. Multa alia ſcribuntur ab Aetio lib. 3. ſermone 3. ex quibus periculoſiſſima oſtenditur diſpoſitio, cùm ait, Conſequuntur autem ægros communia inflammationis ſigna, febri acuta infeſtantur, & vigilant, delirantes aliena loquuntur, & vomunt bilioſa pura, & lotium eiicere non poſſunt, durus fit pecten, & pubes cum vehementi dolore, & egerendi appetentiæ veluti in teneſmo fieri ſolent: quod verò egeritur, tenue eſt, & ſubſidentiam non habet. Aliquando & inflationes ſequuntur, & aluus adſtricta eſt, inteſtino recto ab inflāmatione veſicæ compreſſo. Quòd ſi quis inſtiterit, videtur quod Aetius contradicit Hipp. cùm dicat tenuem aliquando eſſe deiectionem eorum, qui veſicæ inflammatione moleſtantur, & aliquando duram Hippocr. verò de dura: tantùm fecit mentionem. Sed intelligere oportet, Hippocr. id ſignum ſcripſiſſe, quod maiori parti euenit, id autem eſt, duram fieri deiectionem, & ægrè excerni. Quòd ſi aliquando mollis, & liquida excernatur, id minus euenit, & non tollit veritatem ſententiæ. Vbi enim veſicæ inflammatio adfuerit cum febre continua, doloris vehementia hominem interimere poterit, ſiue liquida, ſiue dura fuerit deiectio. Contingit enim aliquando humorem ex inteſtinis à calore trahi, aut ex abundantia deſcendere ad rectum inteſtinum, qui leui expreſſione excernetur, muſculis ventris non coagentibus, aut parum admodum: aliquando verò duram reddi deiectionem ob dictas cauſas.

Veſica inflāmata fæcem cohibet.

Tenuis deiectio cum veſica inflammatione.

GALENI COMMENT.

SÆpenumero dictum mihi eſt, vt phlegmone, id eſt inflammationis vocabulum Hippocrates de phlogoſi, id eſt, inflammatione afferat, ſermone indicans quam Eraſiſtratus & eo poſteriores nominant ſingulari appellatione phlegmonem: quemadmodum ſanè & nunc dixit: Veſica dura ac dolens. At vero quamobrem talem dixit eſſe difficilem affectionem, maximèque quoties febris infeſtet acuta, perſpicuè ipſe indicauit, magnitudinem cauſando doloris & deiectionis ſuppreſſionem. Supprimitur verò propter anguſtiam porrecti inteſtini, atque veſica dolorem. Deſinunt enim ægri tali fungi officio, quoties ſtatim ſi cœperunt, dolor infeſtet. Idque commune omnis doloris eſt. At verò dolor affligit interdum, quia fungentia officio opificia inflammatione laborant, interdum quia proxima ipſis membra afficiuntur. Ita reſpirantes, dolore infeſtantur ex inflammatione lienis, aut ventriculi, aut iecoris, aut intimis muſculorum: & ob eam rem ſpirare difficulter coguntur illo genere ſpirationis difficultatis, quo ſpiratio parua ac crebra fit. Sed huius ſpirationis difficultatis atque etiam aliarū cuiuſlibet cauſa libro de ſpirationis difficultate primo dicta eſt.

ANNOTA

Digitized by Google

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte exponit ſignificationem vocabuli, φλεγμονή, apud Hip. accipitur enim pro φλέγοντι: vt declarauimus ſuprà Com. 20. & 25. li. 1. Vtitur enim eo vocabulo non ſolùm ad ſignificandum tumorem durum dolentem: nunc verò veſicam durã dolentem dixit ad phlegmonem ſignificandũ, quæ vera phlegmone exiſtit. *Inflamine*. Græcè, τῆς φλεγούσης.

IN ſecunda parte reddit cauſam, quare dixit Hip. talem diſpoſitionẽ eſſe exitioſam, maximè cum febre acuta, quã appellauit Hip. cõtinuam Rurſus notandũ, quòd id quod dixit Gal. maxime dixiſſe Hip. exitioſam diſpoſitionem, vbi adſit febris acuta: Hip. dixit exitioſiſſimã diſpoſitionẽ cum febre continua, veſicam duram dolentẽ. Cauſa verò ab Hipp. ſcripta eſt duplex, doloris vehementia, & deiectionis ſuppreſſio. Quoties enim pars aliqua dolore vexatur, aut ei proxima, ob vtrunq; ceſſat ab opere pars, ſtatim dolore concitato. Itaq; muſculi ventris ceſſant à compreſſione inteſtinorũ, quoniam fæx per inteſtinum rectum deſcendens dolorem veſicæ auget. Quod etiam in reſpiratione contingit, quando aut iecur, aut lien, aut ventriculus inflãmatione vexantur. De quibus in expoſitione prog. 10. late diximus. *In illis*. ἐν ὑποχονδρίῳ, hoc eſt, in hypochondriu.

PROGNOSTIC. LXXII.

SOluit verò morbum, vrina quæ purulenta mingitur, album ac læue habens ſedimentum.

Veſica inflãmata terminationes.

Sicuti & omnes aliæ inflammationes, ita illæ quæ in veſica fiunt, multis modis finiuntur, aut induratæ, aut ſenſim diſcuſſæ, aut ſuppuratæ: nonnunquam etiam, vt inquit Aëtius, repente oborto eryſipelate, in cutis ſuperficie perſeuerante: neque intro recurrente: aut multo lotio eiecto. Quum ergo veſicæ inflammatio ſuppuratur, pus erumpit in cauitatem veſicæ, atque exulceratur: quòd ſi pus album ac læue effluxerit, ſanabitur æger, maximè vbi ſucceſſerit.

Vlcus veſicæ.

Huius autẽ ſubſidentiæ in fundo matulæ ratio eſt, quoniã à partibus proximis deſcendit, non ſubactũ, neque admodũ commixtum vrinæ, id enim oſtendit in veſica adeſſe exulcerationem: ſicuti pluſmũ commiſceri, cum vrina pus ex locis diſtantioribus venire. quod teſtatur Gal. lib. 6. de Loc. par. 4. vbi vnã aliã ſcribit notam ſuppurationis factæ in veſica, dicens,

Pus ſine vrina mictum.

Plerunque verò ſolum pus ſine vrina mingitur, idq; manifeſtè indicat in veſica ſuppurationem. Paulus tamen ſolum pus citra vrinam mingi, dixit pudendorum exulcerationem ſignificare. Cæterùm pus (inquit) aut ſanguis, nonnũquam ſolus, abſque vrina excernitur, idque non alicuius ex prædictis, ſed pudendi vlcus oſtendit. Et Gal. ipſe 4 ſect. Apho. Com. 75. inquit, Vlcera autem ſi in pene fiant, etiam ſine vrinis, & pus excernitur, & ſanguis. Neq; tamen iſtæ ſententiæ contrariæ ſunt: nam & ex veſica, & ex pudendis excerni contingit pus ſine vrina, ſed diſſimiliter: nam cùm mingitur, facultate videlicet expultrice veſicæ & muſculorum epigaſtrij concutientibus, à veſica deſcendit pus: ſi tamen exeat pus, nulla in veſica aut ventre facta expreſſione, in pudẽdis eſt vlcus, aut in collo veſicæ, quòd ipſis cõiunctum eſt.

Pus reſidens in vrina.

Vbi igitur ſine vrina pus excernatur, ex aliis diſtinguetur locus patiens. Id etiam pus quòd ex veſica excernitur, in fundu matulæ reſidet, inquit Paulus, quod ad paucam cum vrina mixtionem, quam diximus, referẽdum eſt. Et vbi coctio perfecta ſit in pure, quæ oſtendit morbum ſolutum iri, id pus quod reſidebit, album erit, ac læue. Hæc enim puris ſunt electiones 1 lib. vult progno. vbi tamen & quàm minimè fœtidum eſſe debere dixit pus optimum: hĩc verò non niſi album ac læue. Eſt enim veſica membrũ exangue, ac frigidum, vnde fit, vt pus ab ipſa excretum grauẽ ſecum ferat odorem. Id eſt quod dixerat Apho. 81. quartæ ſectionis, Si ſanguinem aut pus minxerit, & ſquamulas, & odor adſit grauis, veſicæ ſignificat exulceratiōnẽ. Meritò igitur in hoc prog. puris odorẽ nõ adiecit, ſatis fore exiſtimãs, ſi in veſicæ inflãmationibus vrina mingatur, cũ ſedimẽto puris albi, ac læuis, ad coctionem inflãmationis oſtendendam, & inde ſalutẽ.

Pus à veſica fœtidum.

In huiuſmodi vrinis purulẽtis, à veſica excretis, ſquamulæ non apparebunt, quæ alias ſolẽt veſicæ vlcus oſtendere: illæ enim nõ apparẽt, niſi quoties ab acribus & erodentibus humoribus vlcus incepit. Quòd ſi quis obuiauerit, per hoc quod dixit Hip. Aph. 18. ſextæ ſect. veſicam diſciſſam ſignũ lethale eſſe, ac veſicã vlceratam eſſe diſciſſam: nũ ergo ſoluitur morbus pure erũpente. Reſpondemus, quòd Hip. per diſciſſionẽ vlcus magnum atque profundũ, vt vult Gal. in Com. intellexit, & quod in veſica ad profundũ vſque penetrat: vlcus tamẽ ex ruptura inflãmationis, non penetrat totã veſicæ ſubſtantiam, quã ſi penetrauerit, lethalis erit diſpoſitio.

Squamulæ non ſemper in vlceroſa veſica.

Veſica vlcus lethale.

GALENI COMMENT.

QVoties veſica inflammatio concocta ſit, confluunt in ſedem eius interiorem concocti humores, ac pariter ſcilicet cum vrina excernuntur, indicium habentes bonæ in ſedimento coctionis.

Hic Comm. nulla eget annotatione.

PROGNOST. LXXIII.

SI verò vrina nullatenus ἐνδιδῷ, id eſt, cõcedat, neque veſica molleſcat, & febris continua vexauerit, in primis morbi circuitibus ſperatur dolentem moriturum.

Vrina in quibus inflãmationibus veſicæ ſupprimitur.

Veſica inflãmata cum vrina ſuppreſſione exitium intra 7. diem.

Aëtius parte citata in Com. 71. vrinæ ſuppreſſionem ſcripſit inter ſigna quæ oſtendunt veſicæ inflammationem: quod ſignum non cum omnibus inflammationibus ipſius coniungitur, ſed cum periculoſiſſimis, vt inquit Gal. in Comm. Id enim accidere ſolet: vbi perquam exitioſus morbus eſt, quod eueniet, vbi inflãmatio in collo veſicæ, aut iuxta ipſum fiat. Quàm exitioſa verò ſit hæc diſpoſitio, in qua cum febre continua veſica dura dolens fuerit, maximè vbi vrinæ ſuppreſſio accedat, oſtendit dicens: Dolentem moriturum primis circuitibus. Cùm dixit, Neque veſica molleſcat, intellexit duram. Cùm dixit, Dolentem: conſtat ipſum de tumore duro dolente loqui, vbi pariter febris continua vexauerit: quod declaraui Com. 61. Si etiam non concedat vrina. Quod ſignificauit dicens, μηδὲν ἐνδιδῷ. hoc eſt, non fecerit in melius mutationem (nempe à ſuppreſſione in ſolutionem) concludit ipſum primis circuitibus moriturum. Per primos autem circuitus intelligere oportet primum & ſecundum quaternarium, quod ſpatium ad 7. peruenit diem, vt declaratum eſt lib. 1. Commen. 36. Magnitudo autem huius morbi oſtendit, hos primos circuitus non eſſe ſeptenarios: nullus enim talis 7. diem tranſcendet. Adde quod progno ſt. 71. exitioſiſſimam dixit diſpoſitionem veſicæ duræ dolentis cum febre continua: quanto magis vbi acceſſerit vrinæ ſuppreſſio, vt in progn. præſenti quod breuiſſimum morbum oſtendet, & à quo rarò aliquis euadit.

GALENI COMMENTARIVS.

NEque molleſcere veſicam, ac febrem continuam eſſe, perſpicuum eſt. Vrinam verò nequaquam concedere, obſcurum inexplanatúmque eſt. Etenim nomen de affectibus & accidentibus ferre aſſolet: quemadmodum omnes alij poſteriori eius concedere inflammationem, mol-

lem, duritiem, tentionem, dolorem dixerunt: non tamen aliquis concedere vrinam dixit. Itaque forſitan de prædictis Hippocrates appellationem tranſtulit ad vrinam, vt mutationem eius in melius, ita intelligamus. quod quidem ſi concedatur, vacuationem quoque ex ſuppreſſione, prodituram ab eo mandamus licebit: vt intelligamus per inflammationem veſicæ, ſupprimi vrinam. Id enim quoque interdum accidere ſolet, quoties perquàm exitioſus morbus eſt, ac rarenter ex eo conualeſcunt. Igitur ad hanc modum legitur in aliis quibuſdam, & item in codicibus Artemidori & Dioſcoridis. in aliis verò dictio ita habet: Si verò nec vlla fuerit vrina, neque dolor concedat. ac talis lectio nullam habet quæſtionem aut ambiguitatem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In hoc Comm. Gale. tantùm id contendit interpretari, quod dixit Hippoc Si verò vrina nullatenus ἐνδιδῶν, id eſt, conceuat. Nam hoc verbum, ἐνδῦναι, de morbis & ſymptomatis ferre ſolet Hipp. vt concedit inflammatio, aut tumor, aut dolor, niſi ob ſimilitudinem dictum ſit, ita vt quemadmodum dici ſolet, concedit dolor, quia in melius mutatur: ita, concedit vrina, qua cùm eſſet ſuppreſſa, vbi exierit, in melius facit mutationem. Aliam etiam refert lectionem diſtinctam, vbi verbum, Concedat, cum dolore iungatur, ſic, Si verò neque vlla fuerit vrina, nec dolor concedat.

PROGNOST. LXXIV.

MOdus autem iſte potiſſimum tentat pueros, à ſeptimo in quartumdecimum annum.

Pueri veſicæ morbis magis laborant potiſſimum vero calculis.

Pueri magis aliis veſicæ morbis laborant, ob immodicum ac intempeſtiuum ciborum vſum, ventriculo non ſufficiente alitioni, & augmentu. Antè igitur quàm coquatur, alimentum ipſum ad ſe trahunt venæ: & inde plurimum in ipſorum vrinis ſubſidet. vt primo de Criſibus, cap. 12. Craſſæ igitur vrinæ ipſorum, ad veſicam peruenientes, lapides generant, & per venas alentes veſicam, vbi crudi craſſique prædicti humores peruenerint, cum ſanguine efficient inflammationes. Potius verò in illis, quàm in adultioribus, propter eandem cauſam, propter quam & lapides magis in ipſorum veſicis fiũt, apud Aëtium lib. 3. ſermone 3. dicentem, Generantur etiam in veſica lapides pueris frequentius, quàm ætate prouectis: voraces enim pueri ſunt, & perpetui motus, & cibis vtcunque oblatis & nociuis vtuntur, & neque horam cibi capiendi ſeruant ordinatam: quinetiam priuſquam prior aſſumptus cibus concoquatur, alium ingerunt: & cùm vehementius à cibo moueantur, & crudus & incoctus in venas cibus diſtribuitur. Mollia autem ſunt ipſorum corpora, & quæ facilè cedant, eiúſque rei gratia obturationem circa renes non perferunt. Cùm verò craſſiſſima lotia in veſicæ amplitudinem perferantur, ibidem, veluti vini fæx, & limus aquæ ſubſiſtunt, ac poſtea ex loci caliditate & deſiccata lapideſcunt. Et autor lib. de Renum affect. dignotione, inquit, neque alij cauſæ acceptum feremus, quod pueris in veſica lapides generentur, qui verò ætate ſunt florenti, quòd in renibus eorum calculi conſtituantur: quippe cùm actiones naturales in pueria ſint: omnes fortes, fuſa eſt in eis & diſſoluta ſuccorum craſſities: contrario modo habent, qui ætate proceſſerunt, nam actionibus in hiſce debilioribus coacta eſt craſſities ſuccorum. Ratio ergo veritatis progno. ſumitur ex communicatione venarum, quæ ſubingrediuntur renes, cum iis quæ alunt veſicam in vena magna deſcendente: cui accedit humorum craſſorum fuſio cum ſanguine mixtorum, qui in cauitatem deſcendentes, lapidem: in corpus verò veſicæ, inflammationem efficiunt, in pueris maximè: hi verò ſunt, qui ad 14. perueniunt annum.

Humores puerorũ fuſi ſunt.

Veſica puerorum quare magis aliis inflammantur.

GALENI COMMENT.

P*Ropter importunum atque exuperantem cibum, copia plurima colligitur humoris crudi vocati in corporibus puerorum. Is igitur per renes expurgatus quotidie, atque etiam per vrinarios meatus in veſicam collectus, interdum calculos in ea gigni, ſæpe etiam inflammationem, quoties veſica ab humoribus talibus, ſubinde traiicientibus vehementer afficiatur.*

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hic Com. nulla eget annot. præterquam vbi legitur, *Vehementer afficiatur.* Græcè enim hæ dictiones ſcribuntur, τύχῃ σφοδρότερον κακωθεῖσα. hoc eſt vehementius fuerit praue affecta.

LIBER TERTIVS
PROGN. HIPPOCRATIS,
CVM EXPOSITIONIBVS CHRISTOPHORI A VEGA, & Annotationibus eiuſdem in Galeni Commentarios.

PROGNOST. PRIMVM.

FEbres verò iudicãtur, in eiſdem diebus numero, ex quibus ſuperſunt homines, & ex quibus moriuntur.

Febres ab acutis morbis inſeparabiles.

Hoc loco incipit lib. 3. prog. Cuius prima pars de febribus atq; iudicationib. tractat: ratio tamẽ quare de febriũ iudicationibus loquitur, eſt, quoniam lõgi morbi rarò per iudicationem finiuntur, ſæpius verò acuti, & febres ab acutis morbis ſunt inſeparabiles: ob id de febrium indicationibus agit, tanquam de his quæ inuicem adeò ſunt cõiuncta, vt rarò admodum iudicationes ſpectẽtur, niſi in morbis febrilibus. Refert itaque plurimum medico prædicere,

Medico quæ refert ſcire.

Morbum iudicandum magnitudo docet.

an mor

ſit morbus ſit iudicandus, an ſolutione finiendus ſine aliqua ſubita mutatione, & qua via, & quo die, & an ad bonum. Cùm ergo cognouerit morbum iudicandum (quod ex magnitudine deprehendet, ſiquidem magni morbi iudicãtur, parui verò ſoluuntur) an vomitu, an fluxu ventris, an ſudore, an profluuio ſanguinis, perquirere tenetur. De quibus multa dicentur infrà, & 3. de Criſibus, ſunt à Gale. explanata abunde. Præterea medico conducet maximè diem in quo talis euẽtura eſt iudicatio, cognoſcere. Dies iſti qui iudicatorij appellantur, in quibus magna ex parte eueniunt ſubitæ morborum mutationes, annumerabuntur ſtatim ab Hipp. de iiſdem etiã quædam dicemus, ſi primũ intellexerimus, vt vult Hip. quòd ſiue morbus ad ſalutem terminandus ſit, ſiue ad mortem, vnicum habet terminum. Quod enim morbus cito terminandus ſit, aut tarde, ſumitur ex morbi natura, anni tempore, ætate, temperatura, regione, & ſignis coctionis. Si namque febris tertiana eſt in iuuene temperatura bilioſo, regione calida, æſtatis tempore, cito finietur, ſicuti quotidiana in ſene pituitoſo, hyeme, ac regione frigida, tardè. Tertianæ ergo febris cum reliquis conditionibus breuis terminus eſt, ſiue qui ea laborat ſaluandus, ſiue moriturus ſit. Quòd enim ſaluari, aut mori debeat, ex aliis ſignis coniectari oportet, terminus verò ex morbi natura, & reliquis. Morbi item peracuti exactè, vt in progn. ſequenti dicetur, 4. diebus finiuntur, ſiue cum bonis ſignis, ad bonum, ſiue cum malis, ad malum. Semel igitur intellectis, morbi natura, anni tempore, & reliquis, conſtabit, ſtatim breuem aut longum eſſe morbum: ſiue cum eo ſigna ſalutis, ſiue mortis coniungãtur. Salutis verò ſigna aut mortis, hos terminos iam ex dictis ſignis intellectos, variare non poterunt, præterquam ſi ſigna coctionis inter ſigna ſalutis annumeres. Quòd tamen ad ſalutem vel ad mortem terminari debeat, ex ſignis in progno. ſcriptis cognoſcemus: de quibus ſunt etiam ſigna coctionis, quod ſatis docet Hippo. Aphor. 12. primæ ſect. quum ait, Acceſſiones & conſtitutiones morbi iudicabunt, & anni tempora, & circuituum incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus fiant. Quum enim dixit, Morbi iudicabunt, morbi naturam intelligere oportet, quæ indicat cum reliquis, acceſſiones, ac conſtitutiones, vnde pendet breuis aut longa morbi terminatio, cum ſignis ſalutaribus ad ſalutem, cum letalibus ad mortem. Sic etiam de omnibus morbis acutis & longis verum habet ſententia Hippo. eorum eundem eſſe terminum ſalutis & mortis: eandem enim ſeruat naturam morbus, ſiue cum his, ſiue cum illis iungatur ſignis. Lib. quoque 3. de Criſib. cap. 4. Galen. 4. conſiderare præcipit in morbis, magnitudinem, motum, morem, & ſpeciem. Magnitudo ex magnitudine ſignorum propriorum cognoſcitur: ipſa verò magnitudo cognita oſtendit morbum iudicandum fore, maximè ſi accedat motus celeritas. Motus cognoſcitur ex frequentia acceſſionum, cùm celerites accedunt, & celerem habent ad ſummum vigorem aſcẽſum. Quòd itaque iudicabitur morbus, oſtendunt magnitudo, & motus, & morbi ſpecies, & anni tempus, & accidentia ſuperuenientia: veluti illa, quæ decretoria appellantur, quæ imminentem oſtendunt iudicationem, de quibus multa pòſt dicentur. Motus etiam celeritas præſtat ad diem iudicationis oſtendendam. Species autem morbi, quæ natura appellata eſt ab Hipp. in Aph. 12. primæ ſect. ex propriis indiciis cognoſcitur, vt in morbo laterali, tuſſis, difficultas reſpirandi, febris continua, dolor lateralis pungenti ſimilis, pulſus ſerrantis ſpeciem referens. Cognita

Signa ſalutis non variant morborum terminos.

igitur natura ſiue ſpecie morbi, qui acutus abſolutè eſt, ipſum intra 14. terminandum cognoſcemus: an verò in 11. an in 14. motus celeritas, anni tẽpus, ætas, temperatura, ambiens nos aër: ad id etiam facit, quòd morbus in ſua ſpecie magnus eſt, vt cito terminetur. Maximè etiam ad id coadiuuabũt ſigna coctionis: nam ſi morbus aliquis in 4. ſigna coctionis oſtendat, in 7. finietur: ſi in 7. appareat, in 11. aut 14. ad quod diſtinguendum facit motus ipſius celeritas. Morem etiam morbi conſiderare præcipit, qui ex ſignis ſalutis & mortis cognoſcetur: de quibus plurima dicta ſunt in duobus præcedentibus libris, inter quæ ſunt etiam coctionis ſigna, quæ in Apho. citato appellantur, mox apparentia. Quæ igitur illic ſigna mox apparentia appellantur à Gale. in lib. de Criſi. citato loco, in ſignis morẽ morbi oſtendentibus includuntur, quæ ſunt ea, quæ ſalutem, aut mortem oſtẽdunt. His igitur omnibus animaduerſis, præcognoſcet medicus, an morbus ſit iudicandus, & an ad bonum an ad malũ, & diem qui vnicus erit, ſiue ſaluandus, ſiue moriturus æger ſit. qua autem via, docetur à Gal. lib. 3. de Criſ. cap. 11. & ab Hip. multa dicentur in ſequentibus. prog. 30. & 33. Poterit autẽ aliquis inſtare contra ſententiã huius prog. ex dictis Gal. lib. 7. Aphor. Com. 31. vbi de vrina crimnodi, repræſentante ſpeciem farinæ craſſioris, loquens Hip. dixerat longam ægritudinem ſignificare. Gal. infert: & hic ſermo adhibita diſtinctione fit verus ab experientia comprobatus, quia tales vrinæ exitiales ſunt, ſicut etiam in prog. dictũ eſt, & plurimi morte præripiuntur, antequam morbus diutius protrahatur. Et qui neque ex ipſis ſunt liberati, iis omnibus in longum producta eſt ægritudo, cùm diſpoſitio multam requireret coctionem, in qua talis vrina mingitur. Ex quo loco ſequitur, quòd morituri breuiter moriuntur, & ſaluandi non niſi longo tempore ſaluantur, per morbos, per quos vrina ſimilis farinæ craſſiori apparet. Soluitur tamen iſta difficultas, quoniã Hipp. in præſenti progn. de morbis loquitur, Galen. verò loco citato de ſignis. In hoc enim progno. vult Hip. vnius & eiuſdem morbi terminum ad ſalutem cum ſignis ſalutaribus & terminum ad mortẽ cum ſignis letalibus eſſe eundem. Gal. tamen dicit, cum ſigno vno quoſdam cito mori, quoſdam longo tempore ſaluari. Intelligendum in diuerſis morbis: nam in morbo acuto mors breui ſequetur, ſi tale ſedimentum apparuerit, in longo tamen poterit cum eodem ſedimento liberari. Erit igitur ſedimentum eiuſdem ſpeciei, non tamen morbus. Ad eorum, quæ dicta ſunt, & in ſequentibus dicenda, integram cognitionem, quædam de diebus decretoriis dicenda ſunt. Primo probabitur, dies aliquos eſſe iudicantes, & iudicationis ratio explanabitur: ſecundo diſcutietur, an 20. dies ſit decretorius potius, quàm 21. Tertio dies omnes decretorios ordine recenſebo, ex doctrina Hippoc. Quarto loco ſingulorum dierum iudicialium hiſtoriam enarrabimus. Circa primum igitur notandum, quod iudicatio, quæ à Græcis *κρίσις* appellatur, de mala ac bona dici poteſt, de perfecta ac imperfecta. Si tamen quis exactè vocabulo vti velit, dicet cum Gal. lib. 1. de Dieb. decret. Bona quidem, ſimúlque perfecta ſolutio, ſimplici ſermone criſis vocabitur: reliquæ omnes cum appoſitione, ac ſi diceret, criſes malæ, aut criſes imperfectæ. Sicuti & lib. 3. de Criſib. cap. 1. loquit, De prima igitur, quæ repente fit, permutatione dicamus, quoniam omnium, quas antè diximus, optima eſt, atque ideo ipſam per excellentiam criſim nominamus: quoniam natura, quæ præter naturam ſunt, ſeparante, exquiſitè perficit. Ex aliis autem permuta-

Obiectio.

Dubij ſolutio.

Indicationis ratio.

tionibus, quæ quidem ad ſubitam mortem, mala criſis eſt, quæ verò aliquam effatu dignam faciunt mutationem, non tamen integram ſolutionem, imperfectæ criſes vocantur: ſicuti & quæ paulatim, vel ſcilicet virtute debilitata, vel morbo contingunt, quamuis diſſolutiones ſimpliciter non criſes nominantur. Sola igitur ſubita ad ſanitatem conuerſio ſimpliciter criſis nominatur, & quidem fit omnino ſubitis quibuſdam excretionibus, aut effatu dignis abſceſſibus. Hæc eſt eius definitio. Harum iudicationum ratione dies quidam iudicarij ſunt appellati: nomen autem iudicij ſubitæ mutationi attributum eſt, quoniam in criſibus ſpetandis non aliter ſe habent ægri, quàm qui in foro mortis ſententiam audire ſpectant. Quòd autem aliqui ſint dies iudiciarij, Galen. ſatis probat lib. 1. de Dieb. decre. maximè quoniam experimentum oſtendit in quibuſdam diebus magis quàm in aliis ægrotantes à morbis cũ ſubitis mutationibus liberari, aut interire. Quod probarunt Archigenes, Philotimus, Heraclides, Tarentinus, & Hippoc. Licet enim in omnibus diebus

Bonæ iudicationis conditiones. iudicationes viſæ ſint, non tamen æquè frequentes, neque æqualiter fidę. In 12. enim, & 16. nullum iudicatum vidit Galen. in ſeptimo verò innumeros. Præterea ſeptimus plurimos indicat abſolutè, fideliter, tutè, manifeſtè, conſpicuè, & ſalubriter. abſoluta dicitur iudicatio, quæ in morbo nihil facit reliqui, firma, fida, ſecura, certa, quæ redit nunquam: tuta verò, quæ ſine periculoſis ſymptomatis accidit: manifeſta, ſiue conſpicua, quæ fit cum manifeſtis excretionibus, aut effatu dignis abſceſſibus: ſalubriter, id eſt, cum bonis ſignis in die iudicatoria iudicatur, & ad ſalutem finitur. In aliis verò diebus, qui iudicatoriis non annumerantur, aut iudicationes non fiunt, aut rarò, imperfectæ, infirmiter, cum periculo, obſcuræ, ſine ſignis, & malæ. Imperfectæ, cùm ex morbo aliquid relinquitur: incertæ, aut infidæ, cùm ſuperuenit recidiua, periculoſæ, id eſt, cum prauis ſymptomatis: obſcuræ, id eſt, ſine manifeſtis excretionibus, aut effatu dignis abſceſſibus: ſine ſignis, quoniam è nullo præcedente fuit die iudicata: malæ, quia fiunt in ægri perniciem. Si igitur non omnes dies vim iudicandi habent, ſed in quibuſdam nullus vnquam iudicatus eſt, aut rariſſimè, vt in 12. die, in aliis iudicantur ſemper ad malum, vt in die 6. in aliis plurimi iudicantur, & ipſi ad bonum ſæpiſſimè, & cum conditionibus bonarum iudicationum narratis, qualis ſeptima dies experimento probata eſt, aut 14. meritò aliqui dies erunt decretorij aſſignandi. Cauſa tamen quare in ipſis ſæpe eueniant

Iudicationes quare eueniunt. iudicationes in inferioribus, eſt humorum diſpoſitio, & corporum: ex ſuperioribus verò, ad lunam id referunt, non inuenientes cauſam aliam ſtabilem, quæ ſignatis diebus tribuat facultatem iudicandi frequenter de morbis. Cùm itaq; menſis lunæ quatuor hebdomadis ferè compleatur, per hebdomadas etiam diuidunt menſem, & ex diuiſione ſingulos dies iudiciarios inueniunt. Quod clarum facientes ſecundum quod propoſuimus, notum erit an viceſimus dies ſit decretorius magis quàm viceſimus primus: ex comparatione enim 17. ad 18. & 20. ad 21. fuit diſcordiæ initium, lib. 2. de Dieb. decret. Argumentum verò ſumitur ex lunæ motu, in quo tres menſes diuerſi contemplantur, menſis peragrationis, qui etiam proprius appellatur, & menſis coniunctionis, & menſis illuminationis, qui etiam com-

Menſis peragrationis. munis impreſſionis dicitur. Menſis peragrationis, eſt tempus in quo luna integram vnam circuitionem complet, ab aliquo puncto, donec redeat ad idem punctum: eſt autem id ſpatium 27. dierum, & horarum 8. ferè. (licebit enim modò nobis vt Aſtrologis ſemper hoc additamento vti, ferè) Hic eſt motus ipſius ab occidente in orientem, in ſuo excentrico deferente planetam ſuper polos zodiaci. Alterũ motum habet ſuper caput & caudam draconis, & tertium in proprio epicyclo, qui aliquando eſt ſecundùm ordinem ſignorum, aliquando contra ordinem ſignorum: vnde luna in ſuo motu, velox curſu, aut retrograda, aut ſtationaria appellatur, fitque omnino irregularis ac inæqualis eius motus. Secundus *Menſis coniunctionis.*

menſis eſt coniunctionis, quod tempus menſuratur ab hora qua luna coit cum ſole, donec iterum in coitum redeat: eſtque id tempus tantò maius menſe peragrationis, quantò eget luna ad tranſitum illius ſpatij, quod à ſole peragratum eſt verſus occidentem, interim dum luna ſuum integrum circulum peragebat: eſtque id ſpatium non ſemper idem, ſed à duobus diebus, & 4. horis, in duos dies, & 16. horas. Itaque menſis coniunctionis, aliquando continet viginti nouem dies cum dimidio, aliquando triginta. Tertius menſis eſt illuminationis, ſiue communis

Menſis illuminationis. impreſſionis, ſic appellatus, quia quo tempore luna illuminatur à ſole, & terram illuminat, apparet, & in hæc inferiora imprimit. eſt autem id tempus ſpatiũ tribus ferè diebus minus menſe coniunctionis, quibus luna occultatur, & lumen à ſole receptum non retribuit nobis: erit ergo ſpatium 26. dierum cũ dimidio, aliquando maius, aliquãdo verò minus: quo- *Menſes illuminationis ſemper æquales.*

niam non ſemper eſt luna in ſolis coitu tribus præcisè diebus: variatur enim ex ſignorum obliquitate, & motu epicycli lunæ, & laterali lunæ ſub ingreſſu. Gal. lib. 1. de Dieb. decr. Hip. adhærens, 20. diem magis de morbis decernere, quàm 21. & 27. magis vigeſimooctauo dicit, contra Dioclis & Archigenis ſectatores. Vt igitur id, quod Hipp. multis probauerat experimentis, & poſt ipſum Gal. nempe vigeſimum eſſe radicalem decretorium, aliquo argumento probaret Gale. ad cauſam aliquam ſuperiorem reducere *Gal. cauſam dierũ decret. inquirit.*

tentauit lib. 3. de Dieb. decret. via aliqua à priori ac demonſtratiua probare tentans, ex motu lunæ, menſe toto præintellecto, atque in hebdomadas diuiſo, viginti dies tres hebdomadas continere, & quatuor totius menſis hebdomadas, quatuor finiri terminis iudicatoriis: primam ad ſeptimum iudicatorium, ſecundam ad 14. tertiam ad 20. quartam ad 27. Id autem probari non poterat menſe 30. dierum diuiſo: ſic enim 20. non finiret tertiam hebdomadam. Neque etiam dies, menſes, aut annos integros numerare conuenit, vt infrà progn. 5. Hipp. & Gal. in Com. annus non eſt trecentorum ſexaginta dierum tantùm, ſed vltra id quartæ partis diei. Sic ergo & mẽſis non continet 30. dies adæquatè. Penes menſem tamen peragrationis computatio fieri non debet, quia is menſis eſt proprij motus, & dies iudiciarij non inſequuntur ſolum motum lunæ, ſed etiam impreſſionem communem, quam facit in his inferioribus. Quemadmodum ergo ex propria humorum impreſſione in corpus humanũ, & ex communi quæ fit à luna, eueniunt iudicationes in his aut illis diebus: ita ex menſe communis impreſſionis lunæ, & menſe propriæ actionis, licet componere quendam tertium menſem, quem, ſi vis, appellabis medicinalem, medium duorum menſium, nempe peragrationis, qui eſt 27. dierum, & 8. horarum, & menſis illuminationis 26. dierum cum dimidio: totum enim conſtitutum eſt ſpatium 53. dierum, & 20. horarum, cuius medium eſt 26. dies, & 22. horæ: is eſt, quem ſequitur Gal. cuius medietas eſt, 13. dies, & 11. horæ, *Menſis Gal.*

qui etiam eſt aſpectus oppoſitionis: quoniã his diebus & horis tranſactis, luna eſt in puncto oppoſito

illi,

illi, in quo erat, quo tempore cepit morbus. Quarta pars continet 6. dies, & 17. horas cum dimidia, eſtque is aſpectus quartus: his enim tranſactis diebus, *Media inimicitia,* quartam vnam circuli tranſiuit luna, & aſt mediæ inimicitiæ aſpectus, qui ex cauſa ſuperiori non efficiet adeò vehementes iudicationes, vt medietas menſis: ea parte verò inferiori vehementiores multò ob humorum motum, & morborum vehementiam. Erit igitur finis tertiæ hebdomadæ in 20. diebus, & quatuor horis cum dimidia: indéque conſtat, 20. diem magis decretorium, quàm 21. & quoniam totus menſis completur 26. diebus & 22. horis, ſequitur, vt 27. ſit magis decretoria, quàm 28. quod maximè voluit Hippoc. in lib. de Morb. popul. & in progn. 3. *Dies computationis.* ſequenti. Hinc ſequitur diem menſis medicinalis, ſiue computationis, continere 23. horas, & quartamdecimam partem horæ. Qualibet etiam hebdomada in duas partes diuiſa, inuenies per quaternarios dies contemplatorios, qui etiam ſæpe de morbis *Intercidentes.* decernunt: hi ſunt 4. & 11. & 17. & 24. Item ſunt alij intercidentes dies, qui potius humorum motum, quàm lunæ inſequuntur, qui ſolent ſæpe de morbis decernere, quod de tertio & quinto die explicauit Galen. lib. 3. de Diebus decr. dicens, Huius rei gratia 3. & 5. meritò decernunt, non ex lunari circuitu decernendi potentiam ſortiti, ſed quòd ob violentam acceſſionem tertij, criſim 4. die futuram peruertit: & per Iouem, natura dum quarto die laſſa, nec quouis modo incitata conquieſcat, quinto ad iudicium *Fuchſius non ſequitur Galen.* commouetur. Fuchſius in expoſitione Aphoriſm. 24. ſecundæ ſectionis, vult dierum iudicialium computationem fieri debere, ad Galeni mentem, per quartas menſis peragrationis 27. dierum, & octo horarum. Vnde ſequitur tertiam hebdomadam finiri 20. diebus, & 12. horis: & hebdomadam vnam diebus ſex, & horis 20. & menſem hunc appellat Medium. Quæ omnia à Galen. mente videntur aliena. Nam Galen. lib. 3. de Diebus decr. medium inuenit menſem, ex coniunctione menſis peragrationis, cum menſe apparitionis, vbi initium ſermonis eſt. Quoniam ergo mutationes corporibus noſtris accidere diximus, quaſdam proprias, quaſdam communes: proprias, quæ tanquam ad propria principia ſpectent: communes, quæ ad communem ambientis vſum, ad eundem modum, vtroſque lunæ circuitus fieri contingit, & communes propriis paulò breuiores eſſe, atque ſic iam ex ſeptimanæ numero quippiam auferetur. Nam ſi propriæ & communis admiſceatur, ſitque paulò diuturnior, ita quoque ſeptimanam imminui, & velut in medio quodam propriæ & communis conſiſtere neceſſe eſt, &c. Conſequenter etiam explicat, quam appellet propriam, & quam communem. Itaque medius menſis non eſt, quem putauit Fuchſius 27. dierum, & 8. horarum, hunc enim menſem proprium appellat dicens, Voco autem propriam, quæ ex ſigniferi circuitu proficiſcitur. Et paulò infrà, vult penes eum, quem ipſe 26. dierum, & 22. horarum componit, computationem eſſe faciendam, cuius tres ſeptimanæ 20. diebus, & quatuor horis cum dimidia cõplentur, inde concludens 20. magis decretoriã, quàm 21. Quod argumentum non valet in ſeptimanis menſis peragrationis. Non defuerunt ex Barbaris & indoctis hominibus, qui Gal. mordere tentauerint, argumentis probare conati, hanc non eſſe rectam dierum iudicialium inuentionem. E quorũ numero fuit Petrus Apponen*Conciliator nihil Barbarorum reprobat.*ſis cognomento Conciliator, vir adeò raſa fronte, vt non vereatur proprio chirographo comprobare omnia Barbarorũ volumina, quamuis aut falſa, aut deprauata fuerint: quidquid enim aut Auicenna, aut Auenzo. dixerint, aut verum ſenſum, aut congruentem habere expoſitionem exiſtimat. Et eò magis mirandum, quòd nunquam ſubiit in animum ipſius, aliquem ex Barbarorum autoribus aut traductoribus, potuiſſe errare: tam erat addictus illorum corruptis documentis. Iactat quoque Græcorum autorum traductionem, cui ſatis fuiſſet Latinam linguam probè didiciſſe. Quantam verò confuſionem *Conciliator confundit legentes.* animis ſtudiorum introduxerit in concordantijs ſuis differentiarum liber, bene norunt, qui libero ingenio & linguarum eruditione Græcorum (& Galen. potiſſimum) libros anxie perlegerunt. Argumentatur itaque contra Galen. Primò, quoniam ſi computatio iudiciariorum fieri debet penes hebdomadas menſis compoſiti ex menſe peragrationis & apparitionis in tempore coniunctionis lunæ cum ſole, quo tempore luna non apparet, non erit menſis compoſitus, neque penes ipſum fiet compoſitio & computatio: per illud ergo tempus ægritudo non annumerabitur per iudiciarios dies. Secundò, quoniam medietas menſis Gal. continet 13. dies & horas, ergo 13. dies magis decretoria eſt, quàm 14. quod eſt contra Galen. ipſius doctrinam, conſequentia tenet in doctrina Galen. qui cùm inueniſſet 3. de Die. decr. tres hebdomadas continere 20. dies & 4. horas cum dimidia, concluſit, vigeſimam magis decretoriam vigeſima prima, quoniam plures apprehendit horas. Tertio, quoniam ex computo Galen. ſexageſimaprima dies magis eſſet decretoria, quàm 60. quod eſt contra ſuam doctrinam, quod ſequitur, probat, quoniam nouem hebdomadæ continent 60. dies, & 3. horas cum dimidia. Quartò quoniam menſis illuminationis non ſemper eſt æqualis: ſiquidem non ſemper æquo tempore ſunt ſol & luna in coniunctione: ergo neque compoſitum ex ipſo, & menſe peragrationis, erit ſemper æquale: & id eſt menſis Galen. Quòd ſi non ſemper menſis eſt vnus, nulla *Conciliatoris argumenta nullius momenti.* erit horum dierum certa doctrina inuentionis. Verumtamen hæc argumenta adeo ſunt nullius momenti, vt nullatenus Galeni mentem deturbare poſſint. Quòd enim 20. dies ſit decretorius, veriſſimum eſt, & id experientia probauit, Galen. adiunxit etiam hiſtorias ex lib. de Morb. popul. in quibus frequenter in viceſima die fiebant iudicationes, rarò verò in 21. Acceſſit quoque Hippoc. autoritas, qui in prognoſt. 3. ſequenti dixit, Primus itaque inſultus ita dominatur, ſecundus verò ad 7. tertius ad 11. quartus ad 14. quintus ad 17. ſextus ad 20. Hi igitur per quatuor ex acutis ad vigeſimum ex adiectione finiuntur. Et Aphoriſm. 24. ſecundæ ſection. decimumſeptimum dixit contemplatorium, eo modo quo dixerat 11. contemplatorium. Vt igitur 11. indicat 14. ita 7. indicat 20. Et lib. 1. de Morb. popul. part. 3. ſaltem in Galen. lectione, in Comment. 20. decretorius ab Hippocr. recenſetur. Inuenta igitur veritate experimento, tentauit Galen. viam à priori inuenire: non tamen credit ſe demonſtrare, neque irrefragabilibus vti argumentis, ſed his, quę ipſi viſa ſunt magis conducere, ad inueniendum menſem, cuius tres quartæ 20. diebus finirentur. Et ob id lib. 3. de Die. decr. dixit, neminem ex ſuo præcepto eſſe cogendum ad lectionem illius tertio libro in quo ipſe hanc tractat doctrinam ex lunæ menſibus. Legat igitur, inquit, primum tantùm: quòd ſi non eſt laboris inimicus, legat ſecundum, & abſtineat à tertio: tertium namque quorundam amicorum precibus ad ipſum ſcribendum fuiſſe adactum iurat. Ad primum itaque, quum Galen. menſem medium inuenit ex compoſitione menſis peragrationis, & communis impreſſionis, ſiue illuminationis noluit,

in aliquo die curſum dierum & morbi motum deficere, ſed eius meminit, vt ex ipſius compoſitione cum reliquo inueniret menſem, cuius tres hebdomadæ 20. ferè diebus complerentur. Neque enim ſecundùm Galen. neceſſe eſt menſem illuminationis ſemper eſſe præſentem, ſed intelligere eius longitudinem, vt ex ipſo & altero vnam medium inueniamus. Ad ſecundum non negat Galen. vt etiam in hiſtoriis dierum dicemus, decimamtertiam eſſe iudicatoriam, ſed experimentum inuenit, 14. plus iudicare 13. & 20. plus 21. Adde quòd, vt dixi ab initio, Galen. non putat ſuum argumentum validiſſimum, quod ipſe gratia diei 20. inuenit, non aliorum. Ad tertium dic, quòd Galen inuenta 20. die ex numero trium ſeptimanarum, poſt diem 34. omnes vult reduplicato 20. numerari, vt 40. 60. 80. 100. 120.
Conciliator ſuo argumento iugulatur. Adde quòd ſecundum viam ipſius Conciliatoris pariter 40. & 60. & 80. neminem iudicarent. ſed 41. 61. 82. Ad quartum dico, verum eſſe, quòd menſis illuminationis non ſemper eſt æqualis, ſed quod magis ad ſuam inuentionem facere videbatur, ſibi propoſuit ad annumerandum: id autem fuit menſis illuminationis, qui longiſſimam ſequitur coniunctionem, hoc eſt, eam, quæ tribus integris diebus durat. Verumtamen pari ratione menſem peragrationis confutabis: quoniam eius quartæ non omnes æquales ſunt, neque, vt ipſe vult, ſeptimana vna erit 6. dierum, & 20. horarum, ſed aliqua maior, & aliqua minor, neque 14. dies erit finis duarum ſeptimanarum, neque erit aſpectus oppoſitionis in 14. die naturali, ob varietatem motus epicycli lunæ. In ſumma ergo exiſtimare oportet, nulla ratione poſſe id probari ſed ſolo experimento, & omnes rationes, quæ videntur contra Galen. eſſe omnino inutiles, militant enim non contra experimentum, quo comprobatur opinio, ſed contra argumentum, quod ipſe quoque Galen. inualidum exiſtimat. Aduertendum etiam, quòd cùm dicimus 7. 14. & 20. iudicatorios, quemadmodum & reliquos, dies naturales intelligimus, vicesſimus enim dies naturalis decretoriorũ eſt 21. quia 3. continet ſeptimanas. Ad tertium deueniamus, in quo propoſitum eſt dies decretorios recenſere, atque iudicatorios, ſiue contemplatorios.
Dies decr. recenſentur. Recenſentur autem per hebdomadas, & quaternarios, vt in Aphoriſ. 24. ſecundæ ſection. vbi Hippocr. dixit, Septenorum quartus eſt iudex alterius ſeptimanæ, octauus principium, eſt autem & vndecimus contemplabilis, ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ: rurſus verò & 17. contemplabilis, quippe ipſe quartus eſt à quartodecimo, ſeptimus verò ab vndecimo. Hoc loco Hippoc. medietates etiam ipſarum hebdomadarum recenſet: qui dies contemplatorij appellantur, & iudicatorij, Græcis verò, ἐπίδηλοι καὶ θεωρηταὶ, eorum quæ futura ſunt 20 diebus iudicatoriis radicalibus: quartus enim iudicat ſeptimum, 11. iudicat 14. 17. iudicat 20. Quando etiam Hippocr. dixit, Alterius ſeptimanæ octauus principium: ſecundam ſeptimanam ſeiungendam eſſe voluit à prima, non tamen 3. à 2. quoniam dixit 17. eſſe quartum à 14. & 7. ab 11. quod non eſſet, niſi 14. dies bis numeraretur, tanquam poſtremus ſecundæ ſeptimanæ, & primus tertiæ. In 3. etiam prognoſt. ſequenti, per ſeptimanas, & quaternarios ad 20. numerando procedit: vbi à 14. die in 17. vnum definit quaternarium. Verumtamen id quod in ſeptimanis fit, de dierum reduplicatione, faciendum etiam eſt, ad inuentionem 20. diei, in ipſis quaternariis. Prima namque ſeptimana, à ſecunda ſeparata eſt. Sed tamen quaternarij ipſarum inuicem ſunt coniungendi, tantùm verò ſeparandi ſunt, vbi ipſæ ſeptimanæ ſeparantur: vt tertius quaternarius à ſecundo ſeparatur, quoniam tertius eſt principium ſecundæ ſeptimanæ, & in ipſo ſecundo ſeparatur à prima: ſic etiam & ſeptimus quaternarius ſeparatur à ſexto, quoniam eſt principium quartæ ſeptimanæ, quæ à tertia ſeparatur. Reliqui omnes quaternarij coniunguntur. Separari autem non eſt aliud, quàm ſeiunctim numerari: & coniungi non eſt aliud, quàm diem vnum habere communem. Ex ſeptimanis ergo ſecunda ſeparatur à prima: incipit enim à die 8. & tertia coniungitur ſecundæ, quoniam dies quartadecima communis eſt ambabus, finis vtique ſecundæ, & principium tertiæ, quarta à tertia ſeparatur, incipit enim à die 21. Ex quaternariis rurſus ſecundus primo copulatur: dies enim quarta finit primum, & inchoat ſecundum: tertius à ſecundo ſeparatur, ex ratione ſeparationis ſeptimanarum, quartus tertio copulatur in 11. die bis repetita, quintus etiam copulatur quarto, quoniam ſeptimanæ ſimiliter copulantur in die 14. ſextus quinto copulatur, quia 17. dies bis repetitur finis quinti, & initium ſexti quaternarij, ſeptimus à ſexto ſeparatur, quoniam ſeptimanæ etiam eo in loco ſeparantur, & quarta à 21. incipit, cùm tamen tertia in 20. finiatur, octauus eum ſeptimo copulatur in die vigeſimaquarta, quæ finis eſt ſeptimi, & initium octaui. Præterea à vigeſimo in quadrageſimum idem eſt numerandi modus, ex Galen. doctrina, qui vſque in vigeſimum. Secunda igitur ſeptimana, à 28. die incipit, quæ à prima ſeparatur, & tertia ſecundæ coniungitur in die 34. quæ finis eſt ſecundæ, & initium tertiæ: vel à prima die numerantes, finis quintæ, & initium ſextæ. Nonus ergo quaternarius à 28. incipit, & ab octauo quaternario ſeparatur, decimus nono copulatur in 31. die, & vndecimus decimo copulatur in 34. die, quoniam & ſeptimanæ in ipſo copulantur, duodecimus vndecimo item copulatur in 37. die. Deinceps verò 40. tranſacto, viginti dies repetere debemus annumerantes vſque in 60. 80. 100. & 120. diem: niſi fortè aliquis ante 60. fuerit inuentus iudicatorius 20. de quibus poſt dicemus, vt dies 48. Recenſentur inter iudiciarios quidam dies, qui appellantur intercidentes, vt 3. & 5. qui ſolent de morbis decernere, tertius præoccupans iudicationem, quæ futura erat in 4. & quintus iudicans eum, qui ex 4. excidit in quintum, ſic & 6. iudicat plurimos ad malum, quum præoccupat ægrotantes, in 7. iudicandos, & nonus etiam plures iudicat, raro octauus præterea 13. Qui omnes ex cauſa inferiori & humorum motu iudicant, extra ſeptimanas & quaternarios. Rurſus 18. & 21, minus tamen quàm 17. & 20. iudicant, in ratione quaternariorum & ſeptimanarum: nam 18. contemplatorius eſt 21. vt 17. eſt 20. In prima ſeptimana à tertio die in ſeptem omnes iudicant, inquit enim Galen. lib. 3. de Diebus dec. Quare in omnibus ferè diebus peracutos morbos iudicari videre licet: quod in ſecunda non euenit, & in tertia ſeptimana adhuc minus, & minus in quarta. Ratio eſt, quoniam in prima ſeptimana morbi admodum acuti terminantur, & in ipſis omni die inueniunt humorum motus perducentium ad iudicationem à cauſa inferiori. In ſecunda morbi non ſunt adeo acuti qui terminantur in ipſa, ſicuti neque in ſequentibus. In primis etiam morbi diebus iudicationes magis eueniunt in diebus imparibus: & in poſterioribus, & longis morbis, magis in diebus paribus. Hippoc. lib. 1. de Morbis popul. part. 3. ſection. 13. & 14. quæ diebus paribus exacerbantur, paribus iudicantur: quorum vero acceſſiones diebus imparibus fiunt,

diebus

diebus imparibus iudicantur. Eſt autem primus iudicatorius circuituum, qui diebus paribus iudicantur, quartus, ſextus, octauus, decimus, decimusquartus, trigeſimusoctauus, trigeſimus, quadrageſimusoctauus, ſexageſimos, octogeſimus, & centeſimus. Ea circuitibus verò iudicantibus in imparibus primus, tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, ſeptimusdecimus, primus & vigeſimus, vigeſimusſeptimus, trigeſimus primus. Galen. in Comm. hos dicit non eſſe appellandos circuitus propriè, ſed dies iudiciarios, è quorum numero in aliis ſcripturis demuntur 8 & 10. nam poſt 6. in numero parium ſequitur 14. & deinde 20. qui hic non ſcribitur. Et in quibuſdam lectionibus ſequitur 24. & in aliis 34. poſt hos 40. 60. 80. 100. Concludens itaque Galen. ex parium numero vult 10. & 28. eſſe excludendos. Præterea vbi legitur, Quadrageſimusoctauus, ſexageſimus: Græcè legitur, μ. η. ξ. in aliis tamen exemplaribus, μ. κὴ η. ξ. hoc eſt, 40. & 60. vt vult Galen. Lib. item ſecundo de Die. dec. ſit refertur ſententia Hippocr. Eſt autem primus decretorius circuituum, qui paribus diebus decernunt, quartus, ſextus, decimus, decimusquartus, decimusoctauus, vigeſimus, vigeſimusquartus, vigeſimusoctauus, trigeſimus, trigeſimusquartus, quadrageſimus, ſexageſimus, octogeſimus, centeſimus, centeſimusvigeſimus. Eorum qui in imparibus iudicant, primus eſt tertius: reliqua conſimiliter habent, vt in lib. ipſo de Morbis popul. In præhabitis verò, quantum differat hæc ſcriptura ab illa, quæ adducta eſt ea lib. de Morbis pop. conferenti licet inſpicere. Sed in Baſilienſi codice, ante decimum, octauus legitur corrigitur namque ſic, δ. ε. κ. ι. impares verò rectè numeratos dicit, præterquam quòd primum obijci præcipit, de quo poſtea dicam. Non etiam prætermittendum, quòd in Comment. Galen. ſcribitur ἔτριτος δ᾽ αὐτῷ γίγνονται δ, κὴ χ. potius legendum eſſet, δ, κὴ λ. quod eſt, quartus, & trigeſimus in forma literæ lapſu facili. Ad quartum tandem accedendo hiſtoria ſingulorum dierum enarrabitur ea doctrina Galen. in lib. de Die. dec. De 1. itaque & 2. die intelligendum, quòd, vt vult Galen. lib. 1. de Die. decr. Dioclis ſectatores primum & ſecundum diem decernere de morbis dixerunt, Sed tali modo id diſtinguendum eſt, ſi criſis, omnem ſignificat morbi ſolutionem, febres diariæ in ipſis ſoluuntur: ſi tamen criſis ſignificet ſolutionem, quæ fit præcedente conturbatione, aut ipſam perturbationem, conſtat neminem in eis iudicari diebus. Viſum eſt etiam principium morbi, vt s. de Die. dec. eſtque dies iudicatoria: Licet Muſa in expoſitione Aphoriſm. 24. 2. ſection. dicat, Primus dies nec iudicatorius eſt, nec iudicatiuus: contradicit enim Galen. qui lib. 1. de Die. dec. iuxta finem, inquit, Iterum igitur ad inſtitutum reuerſi dicamus, ſi quis primo die acuta febre infeſtatur, nullum autem periculoſum ſignum adfuerit, ſed in vrinis coctionis nota, non extra quartum diem morbus diſcutietur. Quinetiam ſi multa letalia primo die ſtatim deprehendantur, morietur planè, non vltra quartum diem. Et 1. lib. de Criſibus cap. 16. inquit, Quid enim, ſi aliquis primo ſtatim die, nullum habens ſignum periculoſum, verùm inſuper omnia ſalutaria, acutè quidem febricitet, vrinam autem mingat bene coloratam, ac mediocriter craſſam: an non in propatulo eſt medico, qui in artis operibus eſt exercitatus, hunc in primis quatuor diebus criſim habiturum: & eo magis, ſi vel bulla aliqua, vel ſuſpenſio optima ibi foret: atque tanto plus, ſi bona ſubſidentia? Sed hoc quidem breuiter dictum eſt, non tamen breui tempore diſci poteſt. Quod ſi quis obuiauerit probando primum eſſe decretorium, ex lib. 1. de Morbis popularibus, vbi dixit Hippocr. Ex circuitibus verò iudicantibus in imparibus, primus, tertius, ſcribitur enim, α γ, dicam idem eſſe ac ſi dixiſſet, primus eſt tertius: ex imparibus enim diebus primus circuitus ad tertium diem peruenit, vbi primùm acutiſſimi morbi iudicantur. Tertius dies primus de iudicatoriis imparibus eſt, vt diximus eſt Hippocr. mente: & ratio eſt, quoniam morbi acutiſſimi ſunt, & bilioſiſſimi, infrà Comment. 32. & morbi bilioſi repetunt per dies impares, Morbus ergo, qui celerrime iudicatur, tertio die iudicabitur, qui eſt principium ſecundæ acceſſionis, cùm in prima non contingat ipſum iudicari, cum perturbatione præcedenti. Iudicari autem debent morbi in diebus acceſſionum, vt dixi ex Hippocr. primo de Morbis popul. part. 3. Inſequitur autem id iudicium cauſam morbi irritantem, non lunæ motum: qui namque 4. die ex motu lunæ iudicari deberet, irritatione facta anticipat in tertium iudicationem. Eſt etiam ex intercidentibus, ſiue prouocatoriis. Quartus dies primus eſt de iudicatoriis paribus, vt vult Hippocr. lib. 1. de Morbis popul. eſt etiam & indicatiuus, ex Aphor. 24. ſecundæ ſectionis iudicat 7. & in Aphoriſm. 71. quartæ ſection. quæ iudicantur in 7. quarta die nebulam rubeam habet vrina, & reliqua ſecundùm rationem. Et aliquando iudicat ſeatum, non ex ratione ſua, ſed quoniam medicus intelligit eum qui ad malum iudicatur in 4. celeriter morbus moueatur, aliquando à ſexto die præoccupari morte. Iudicat etiam acutiſſimos morbus, quos exactè peracutos appellamus, & vt inquit Hippocr. primus inſultus in hunc modum finitur, 1. in 4. diem. Verumtamen aduertendum, quòd raro euenit aliquem in 4. die iudicari, ſed eius diei iudicium aut anticipat in 3. aut poſtponitur in 5. Galen. namque tertio, de Criſibus cap. 4. dicit Archigenem bis tantùm in diebus ſuis vidiſſe iudicationem in die 4. & ſe vidiſſe ipſam ſemel. Et ratio eſt, quoniam aut febris eſt continens, aut continua: ſi continua, per impares reperit, & criſes in diebus fiunt ipſarum acceſſionum: iudicabitur itaque aut 3. aut 5. die, ſi verò fuerit continens, quæ ſynochus appellatur, is raro fit, intellige qui ſit exactè peracutus: quòd ſi talis fuerit in 4. iudicabitur, nullo commiſſo errore. Sed quia ipſe raro fit, raro etiam non committitur error: inde eſt, quod raro fiunt in 4. iudicationes, ſed aut in 3. aut 5. transferuntur: in 3. ſi mori debet, ob erratum: & in 5. ſi ſaluari debet, differtur enim ſalus à 4. in 5. Quintus dies eſt iudicatorius per intercidentiam, habétque iudicandi vim à cauſa inferiori: iudicat enim morbos per tertium repetentes aliquando, nonnunquam etiam eos qui à 4. in ipſum decidunt, ob erratum commiſſum. Vbi etiam in eo primo notæ coctionis apparuerint, iudicare poteſt iudicium in 9. aut 11. die, infrà prognoſt. 31. Sextus dies decretorius eſt, non ſimpliciter, ſed ad malum: plurimi namque in ipſo iudicantur: cum omnibus ſignis malæ iudicationis (quæ relata ſunt ſuprà, quum probaui aliquos dies eſſe decretorios) vt ſine ſignis, imperfectæ, & cum periculo, & infidæ: redit enim morbus in ea iudicatus: Quartus etiam dies ipſum iudicat, vt dixi in hiſtor. 4. qui enim 4. die ad mortem iudicantur, mala in ipſo facta mutatione, aliquando moriuntur in 7. nonnunquam differuntur in 8. ſæpe verò 6. præoccupat ipſum. Eſt itaque veluti tyrannus: ſeptimus vero vt rex. Vt rex enim ſeptimus aut ſupplicij partem adimit, aut victoriam illuſtrat:

Iudicatorius in paribus diebus.

Codex Græc. corrigitur.

Dies primus & ſecundus non iudicant.

Error Muſæ.

Dies primus indicatorius.

Quintus iudicatorius.

Sextus dies.

Sextus dies tyranno ſimilis.

illuſtrat: ſextus verò vt tyrannus, de pernicie gaudet, de ſalute dolet, & quærit vbi animum capiat, atque ægrum malè tractet, aut lunga punitione exerceat. Poſſet aliquis dictis obuiare ea Hippocr.

Obiectio. Criſis in 6. & non redit morb.

lib. 3. de Morbis pop. parte 3. in hiſtor. In Lariſſa virginem, quæ 6. die iudicata, non redijt morbus. Inquit enim è naribus ſanguis largiter valdè effluxit, horruit, ſudauitque ſudore multo calido, per totum corpus, ſine febre iudicata eſt. Et in fine ait, Huic non reuerſa eſt febris, ſed indicata eſt, fueruntque dolores diebus paribus. Sed aduertendum, quòd iſte morbus per dies pares habuit acceſſiones, ob idque in diebus paribus iudicatus eſt.

Dubij ſolutio.

Quòd autem non redijt, reſpondet Galen. in Comment. dicens, ſed admirabile eſt, quòd morbus non reuerſus fuerit, quum 6. dies nunquam fideliter indicet: nouum itaque & valde rarum in ipſa fuiſſe ſignificauit, vbi ſcripſit, Huic non reuerſa eſt febris, ſed indicata eſt, tanquam reuerti deberet. Sed & cauſam ſcripſit, quòd non reuerterit adijciens in febre, & iam iudicata muliebria prouenerunt, nempe quòd maneret diebus poſt iudicium ipſi vacuatio, ſatis erat ad muniendam, quæ 6. die præceſſerat iudicationem, per ſanguinis eruptionem, & ſudores, & maximè quòd nulla phlegmone eſſet principis partis, neque maligna eſſet abundantia. Septimus dies decretorius eſt, & qui frequentiſſime iudicat, finis primæ ſeptimanæ, in quo morbi peracuti non exactè terminantur. De quo Galen. lib. 1. de Die. decr. inquit, Primum itaque omnium decretoriorum dierum ſeptimum dicimus, non numero videlicet, & ordine primum, ſed potentia, & dignitate, omnes enim ſummatim decretoriorum notas occupant. Quoniam verò plurimi in ipſo iudicantur, & ad bonum, ipſum regi aſſimilare placuit Galen. quemadmodum ſextum tyranno. Octauus dies inter iudicatorios annumeratur, non ex lunæ motu, ſed quoniam intercidit, & excipit aliquos ex his, qui 7. iudicandi forent, & maxima ea parte vbi ad malum iudicari debent: & motus morbi non eſt adeo celer, vt à 6. præoccupetur, differtur in 8. Adde, quòd iudicationes quæ fiunt in 7. aliquando duos comprehendunt dies. Cui autem ſit aſcribenda talis iudicatio, docet Galen. lib. 1. de Die. decr.

Iudicatio duorum dierum cui aſcribenda ſit.

Natura autem talis criſis fuit indicata in die contemplatorio, vt in 4. aut in 11. & poſtea perficitur 13. & 14. vel 7. & 8. & ſic iudicatio diei decretorio eſt adſcribenda. Si tamen non fuerit iudicata ad quartum, hæc attendere oportet, acceſſionum collationem, ad dierum naturam, ad temporum iudicandi numerum, ad temporis ſpatium, ad acceſſionum collationem: vt ſi morbus repetat per pares, diei paris erit iudicatio: ſi per impares, imparis. Ad dierum naturam, ſi bona eſt iudicatio, & comprehendit 7. & 8. ad 7. eſt referenda: ſi mala ad 8. Ad temporum iudicandi numerum, vt ad hæc tria, quæ ſunt iudicandi tempora, decretoriæ acceſſionis initium, decretoriæ motionis principium, finis iudicij, ſi qua dies omnia hæc, aut plura tempora ex his comprehendat, ei adſcribetur iudicatio. Sic & tempus iudicij, quod fuit 4. vtra die fuerit longius, ei magis attribuetur iudicatio.

Nonus dies.

Nonus dies de intercidentibus eſt, cuius iudicium ab humorum motu habet principium, de quo lib. 2. de Die. decr. inquit Galen. Cæterùm ad iam factam criſim iudicandam, omnibus velut ſemper cognitis: verbi gratia, tutiorem eſſe criſim, quæ nono, quàm quæ octauo die accidit: minus fidam, quæ octauo, quàm quæ nono contingit, arbitramur. Et lib. 3. inquit, Iam verò & nonus inter duos decretorios, ſeptimum, & vndecimum medius, vel nondum factum ſeptimo die iudicium, vel vndecimum futurum ipſe ſibi vendicat, rarius quidem ſeptimo, ſæpe vndecimo criſim aſſumit. Etenim peculiare ſeptimo die iudicium non admodum, modò pauci errores commiſſi ſint, vnquam peruenerit: ſed hoc lib. de Criſibus declarabimus. Vndecimo propria criſis econtrario habet, nempe ſi exactè etiam omnia geſta ſint, & violenta noni diei acceſſio inuadat. Primo etiam libro poſtquam primo ordine iudicantium ſcripſit 7. & 14. in ſecundo ordine ſcripſit 9. 11. & 20. & poſt hos quintum, & 13. & poſt hos 4. deinde 3. & 18. Itaque 9. eſt ante 5. & 5. ante 3. in frequentia & fidelitate iudicandi: licet 4. non in frequentia, ſed tantùm in fidelitate ſit ante 3. & 18. Et infra lib. 3. prognoſt. 31. dixit Hippocr. Plurimi autem ipſorum tertia dolere incipiunt, quinta verò maximè vexantur, liberantur verò nona. Vbi Galen. in Comment. inquit, Cæterùm in animum rurſus reuocabis, vt nonum diem hoc loco commemorauit, tanquam decretorium, quemadmodum vt antea docui tertium, non per quaternariam aut ſeptenariam circuitionem haberes iudicationem, ſed ea ratione, qua intercidant: quemadmodum lib. de Die. decr. definitum iam eſt.

Decimus dies.

Decimus, inquit, Galen. ſi aliquando in 8. diem, vel 10. ſubita morbi ſolutio incidat, ſimilis ferè ei eſt, quæ ſexta accidat: verùm verò in his ſoluitur neque cum fide, nec bene ac ſalubriter, nec perfectè: inſuper ad hæc obſcurè, & citra notas. Tam rarò itaque decimus dies iudicat, vt Galen. lib. 1. de Morbis pop. part. 3. Comm. 14. dixerit, Inter pares verò non rectè dixerunt 18. & 10. nullo pacto enim ſunt iudicatorij.

Vndecimus dies.

Vndecimus frequenter de morbis iudicat, licet minus 14. eſtque reſpectu ipſius iudicationis, ſiue contemplatorius: oſtendit enim quæ futura ſunt in 14. licet ſæpius contingat, vt morbus qui adeo tardè mouetur, vt coctionis notam non præbeat ante 11. finem non aſſequatur ante 17. aut 20. niſi forte interim accelerato motu ad 14. finiatur. Quartus quoque in his, qui tardi motus ſunt, vndecimum iudicat. Morbi capitis, maximè vulnera, in 11. die magnas recipiunt ad bonum vel ad malum mutationes.

Duodecimus dies.

Duodecimus iudicatorius non eſt, inquit enim Galen. de 8. & 10. loquens quemadmodum in his morbus ſubito non diſcutitur, ita neque in his, quos ſtatim recenſuimus, 12. 16. & 19. Et à principio lib. 1. inquit Galen. In 12. etenim & 16. nullum vnquam iudicatum vidi. Et parum infrà, Et ſi cui aliquando ante nos in die 12. criſis eueniſſe viſa eſt, vel imperfecta, vel incerta, vel periculoſa, vel obſcura, vel ſine ſignis, vel omnino ad malum accidere viſa eſt. Terdecimus dies nonnullos iudicat eorum, qui per impares motu ad ipſum perueniunt: maiori tamen ex parte iudicantur in 14. diem ad quem vſque acceſsio terdecimi protogatur. In his etiam, qui per impares motum habent, hanc experientiam cùm habuiſſent, Hippoc. & Galen. 14. terminum ſecundæ ſeptimanæ radicalem iudicatorium ſtatuerunt. Dixit autem Gal. 13. mediam naturam habere inter eos dies, qui frequenter iudicant de morbis, ac ſubito, & eos qui non iudicant.

Dies tredecimus mediam ſeruans naturam.

Medius (inquit) inter hos ordines dierum ſubito non ſoluentium, (octaui dico, decimi, duodecimi, decimiſexti, deciminoni, quos etiam retulimus: & tertij, quarti, quinti, ſexti, ſeptimi, noni, vndecimi, decimiquarti, decimiſeptimi, decimioctaui, vigeſimi) decimuſtertius maximè videtur in his eſſe poſitus. Decimus quartus dies, inquit Gal. lib. 1. de Diebus decr. 7. naturam maximè imitatur: ſeptimus verò, omnium potiſsimus: in ipſo iudi-

caotur

cantur morbi acuti exactè, terminus enim eſt acutorum, vt inquit Hippoc. Aphoriſm. 23. 2. ſection.
14. dies. Acuti morbi 14. diebus iudicantur, medium totius menſis, in eo namque finitur ſecunda ſeptimana, & incipit tertia. Decimus quintus dies non ſcribitur inter iudicatorios, neque contemplatorios, neque intercidentes, licet rarò admodum contingat, alicuius ex præcedentibus diebus, iudicationem in ipſum delabi. Archigenes voluit ab eo incipere tertiam ſeptimanam, quoniam 28. fecit decretorium. Decimus ſextus dies non eſt iudicatorius, vt vult Galen. de hoc lege hiſtoriam 21. Decimusſeptimus dies principium eſt ſextiquaternarij, contemplatorius 21. atque 20. Sed magis 20. quàm 21. vt vult Galen. in lib. 1. de Diebus decr. ad fi. & in Aphoriſm. Hippocrat. contemplatorium appellauit ipſum: vt etiam vult ipſe ſæpe decernit de morbis nam lib. 2. de Diebus decr. inquit, Quare non ſolùm frequenter decernere decimusſeptimus, ſed etiam firmiter idoneus eſt. Non igitur ex coincidentibus, ſed validis & primis annumerari debet. Decimusoctauus dies eam rationem habet ad 21. quam habet 17. ad 20. & quemadmodum 20. magis decretorius eſt, quàm 21. ita 17. magis 18. ex Archigenis opinione ipſe eſt medium tertiæ ſeptimanæ, rarò tamen apud Hippoc. & Galen. iudicat, ac imperfectè. Decimusnonus dies nunquam de morbis decernit ex opinione Galeni & experimentum id comprobat, de quo
Vicesimus dies & sequentes. in hiſtor. 12. dictum eſt. Vicesimus dies decretorius eſt radicalis, finis tertiæ ſeptimanæ, à quo initium fuit diſcordiæ antiquorum, an ipſe fuerit decretorius magis, an 21. lib. 2. de Diebus decr. Hippocr. namque ipſum & decretorium, & finem tertiæ ſeptimanæ ſtatuit. Hoc habet ſingulariter, quòd ex eius reduplicatione omnes dies ſunt, decretorij, quod nulli alteri ex decretoriis conuenit: duplicatus enim fit 40. & triplicatus 60. & reliqui. Et prognoſtic. 4. ſequenti, terminus acutorum ſtatuitur ab Hippocr. aut quoniam lento motu aliquibus proceſſerit diebus, aut quoniam imperfectè iudicati morbi in ipſum decidunt. Vicesimusprimus dies apud Archigenem magis decretorius eſt quàm 20. ſed ex doctrina Hippocr. & Galen. 21. minus iudicatorius, & ſolos eos iudicat (licet non omnes) qui motum per impares ad ipſum perducunt. Poſt hunc 27. magis aliis iudicat morbos, eſtque finis menſis: licet ex opinione Archigenis 28. magis quàm 27. Poſt 27. ſequitur 40. qui ex 20. duplicatione fit, non additis horis. Hunc autem magis, quàm 34. iudicare vult. Galen. 1. de Diebus decr. qui, vt ait Galen. eodem loco, potentiam iudicandi habet mentione dignam. Poſt hunc ſunt, & vigeſimus quartus, & 31. minus his iudicat 37. qui in fine vndecimi quaternarij conſtitutus eſt: de quo Galen. dicit, quod in medio iudicantium & non iudicantium eſt conſtitutus, & plus inter non iudicantes annumeratur. Reliqui dies duodecim, qui ſunt inter 20. & 40. nullam habent iudicandi vim. Iſti 12. dies non enumerantur perfectè in lib. Galen. quia litera eſt errata. Præterea Galen. inquit, Criſes quæ fiunt vſque in 14. diem efficaciſſimæ ſunt. Secundum locum habent, quæ ſunt vſque in 20. inde verò vſque in 40. vigorem atque efficaciam remittunt paulatim. Poſt 40. verò omnes prorſus languent, coctione potius, & abſceſsibus, quàm criſibus morbos finientes. Quòd ſi quæ in illis diebus fiant iudicationes, id eſt rarò, & ſine magna vehementia, & maiori parte fiunt in pluribus diebus, potiſsimum, ſi per abſceſſus fiant. Alios, qui ſunt poſt 40. contemnit Hippocrates. verùm ſexageſimi, 80. & 100. mentionem fecit. Præter hos eſt 120. in quo eſt differentia: nam in codi. Hippocr. lib. 1. de Morbis popul. part. 3. ſection. 14. & in codi. Galen. legitur, π. ρ. id eſt, 80. 100. & in Galen. Comment. ſimiliter. Verùm in libro ſecundo de Diebus decre. Galen. enarrans Hippocr. ſententiam ſcribit, π. ρ. κ. id eſt, 80. 120. & ter in eodem lib. annumerat poſt 80. ſtatim 120. & nunquam diem 100. deinde verò menſibus, & ipſorum quaternariis, & ſeptimanis iudicia ſperantur ſiuè morborum fines, qui potius ad ſolis motum ſunt referendi, & multo magis vbi in annorum numero & ſeptimanis annorum finiantur. Quartus etiam menſis ſeptimum, & 7. vndecimum iudicat. Sic & in annis ipſis computandum. Non defuerunt etiam, vt inquit Galen. qui conſiderauerint, in numero dierum iudicantium 42. & 45. & 48. qui potius 44. & 47. conſiderare deberent.

GALENI COMMENT.

DVo habetis volumina (vobis enim id dico ſodalibus, quicunque coegiſtis me quod nequaquam inſtitueram ſcribere, enarrationes Commentariorum Hippocratis) in quibus omnia præcepta de diebus decretoriis ac iudicationibus perpenſa ſunt. Porrò ſcitis vt eas quoque non tanquam edendas in vulgus, ſed tanquam vobis tantummodo legendas ſcripſerim. Accedit autem vt exciderunt, & in manibus multorum ſint, quemadmodum & alia multa à nobis perſcripta: & ob eam rem nullum in Commentariis mihi libuit enarrare volumen Hippocr. Quæcunque enim arti vtilia ab eo didiciſſe oportuit, ea ſunt in multis a me voluminibus pariter cum propriis enarrationibus comprehenſa. Sed quoniam & quædam dictiones obſcurius dicta prauam nactæ ſunt enarrationem, ita vt nullum vobis placeat ex iis qui commentationes ſcripſerunt: melius verò quàm hi ſcrutari, ſententiam Hippocr. viſus ego ſum vobis: idcirco me ſcripta relinquere voluiſtis vobis, quæcunque ſermocinando coràm audiuiſtis. At verò id ipſum ego quoque vobis prædixi, vt neceſſe ſit enarrationes fore inæquales, non omnibus æqualiter dictionibus enarratis, ſed integrius illis quarum nuſquam in Commentariis meis habui mentionem: ſummatim verò de iis de quibus in eis iam cumulatiſſimè docui: ne ſæpenumero ea ipſa præcepta ſcribere cogamur. Ergo quia omnem de diebus decretoriis ſermonem, pariter ac de iudicationibus in quibuſdam perſecutus ſum libris: hoc loco ſumma rerum duntaxat earum quæ ibi prodita ſunt, in animum reuocabo, petito inde initio. Iudicatio enim per morbos, de foro translatitia appellatione dicta eſt, ſignificans præcipitem in morbo mutationem: quæ quadrifariam exiſtit. Aut enim ſtatim vindicantur a morbis, aut magnam obtinent in melius mutationem aut ſtatim moriuntur, aut multo deteriores euadunt. Itaque duas primas iudicationes, ſimpliciter nominant iudicationes, proximas duas magna ex parte cum adiectione malam iudicationem, aut prauam iudicationem, aut aliquid tale verbo iudicationis adiicientes, quandoque verò & ſine adiectione ſimpliciter. Didiciſtis præterea vt omnis iudicatio cum quadam euidenti fiat vacuatione, aut abſceſſu. Rarò enim pueruli tantummodo per ſomnum altiorem ac longiorem, celeres in melius fecerunt mutationes, quas nonnulli volent etiam nominari iudicationes, alij nequaquam comprobant. At verò dies nominant decretorios, in quibus tales firmæ pariter ac plurimæ fiunt mutationes: per alios dies neque firmas certumue, neque multas fieri iudicationes. Cæterùm cognouit non primus ſolùm, ſed etiam maximè admirandus Hippocr. decretoriorum dierum naturam: atque etiam iudicauit cauſam generationis eorum, quam nos quoque libro De diebus decretoriis docuimus, validiorem iudicantes eſſe circuitionem decretoriorum dierum ſeptenariorum. Secundùm verò poteſtate quaternariorum, eò quod ſeptenarius bipartitò fecerit.

ſecetur. Porrò denuntiari futuram iudicationem ſeptenarij circuitione à quaternario. Quartus enim dies ſeptimi, vndecimus verò quartidecimi index eſt: quos Hippoc. indices & contemplabiles nominat. Sanè tali modo numerari vult ſeptenarios. Duo deinceps primi a ſe inuicem diducuntur, ſequens verò tertius copulatur. Itaque diducuntur, quoties in alium diem deſinente primo ſeptenario mox ſequens ab altero incipit. Copulantur verò quoties vnus dies vtriſque ſeptenarius communis eſt, deſinente in eum primo ſeptenario, proximo verò ab eo ipſo incipiente, & ob eam rem vigeſimum diem, tertij ſeptenarij nouiſſimum eſſe perhibuit, quòd ſi hic quoque ex diductione numerans eſſet, primum & vigeſimum, non vigeſimum validiorem eſſe oportebat. Sed conſtat vt non ita eueniat. Vigeſimus enim & ſæpenumero & valide iudicationem efficere cernitur. Igitur cùm tres ſeptenarij viginti impleant dies, cum autem quartus ſeptenarius primo & vigeſimo inchoetur, ex ſeptenariis deinceps tribus viginti implentibus dies, meritò Hippocr. quadrageſimum diem, non quadrageſimum ſecundum decretorium eſſe dixit. Itidem & ſexageſimum & octogeſimum, non ſexageſimumtertium, neque octogeſimumquartum. Hæc igitur circuitionum per ſeptenarios digeſtio eſt. Numeratio verò per quaternarios huic ſubſequens eſt. Diducto enim quouis ſeptenario in duos in eo quaternarios, quartus ab initio morbi dies, finis erit primi quaternarij, initium verò ſecundi. Tum autem quaternarius deinceps tertius, ab octauo inchoabitur die, quia ſecundus ſeptenarius ab eo ipſo incipit. Ita fit vt vndecimus dies, finis ſit tertij quaternarij, initium verò quarti. Porrò quintus quaternarius a quartodecimo inchoabitur die, eo quod & tertius ſeptenarius. Igitur ad ſeptimumdecimum finis eius peruenit: qui rurſus duobus quaternariis, quinto ac ſexto communis eſt, in quo tertius ſeptenarius diductus eſt, itaque vigeſimus dies ægrotationis, finis trium ſeptenariorum, & quaternariorum ſex habetur. Hi igitur per circuitionem decretorij ſunt. Alij verò intercidunt per morbos acutos: qui quamobrem intercidant, lib. de Diebus decr. perpenſum eſt. Ii ſunt tertius, quintus, ac nonus Intercidit quandoque ſextus qui malè iudicat, propterea quod cum accidentibus difficilioribus interdum faciat iudicationem, atque ad hypercriſim nominatam, hoc eſt, acerbiorem iudicationem excidat, & verò etiam quod non integre diſcutiat morbum, ſed imperfectè: & ſi quando integrè diſcutiat, prorſus efficiat recidiuam. Hæc & alia multa ſunt à nobis libr. de Die. decr. prodita: quæ omnia ferè Hippocr. ſcripſit alia aliis voluminibus, ſed à me ſunt vno libro comprehenſa, cui titulus de Diebus decr. eſt, ſimul definitis iis quæ minus definitè erant, atque etiam integrè explanatis iis quæ ab Hippocr. videbantur negligentius prodita. Cui verò libeat exquiſita ratione præſentire futura, reuoluendæ ſunt duæ commentationes illæ, è quibus altera de Diebus decret. altera de iudicationibus eſt. Nunc verò inſtituimus duntaxat enarrare dictionem Hippocr. in propoſito lib. Ex quibus ſuperſunt homines, & ex quibus intereunt. Verbum ex quibus, aut iudicationibus, aut diebus dicit. Sed rectius eſt non diebus intelligere, ſed iudicationibus. Si enim & quam maximè poteſt verbum ex quibus, & de diebus dici: tamen primaria ratione in iudicationibus, & ob illas etiam in diebus exiſtit. Cæterùm ex his ſupereſſe hominem aut interire, iudicat appellari ab eo iudicationem in quauis celeri conuerſione, non ſolùm ea quæ ad ſalutem exiſtit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMANT.

IN prima parte proponit ſe velle in ſummam quædam de diebus decretoriis ſcribere: quoniam in aliis libris, nempe de Dieb. decr. & de Criſi, hæc omnia latè percurrit. *Legendas*, ἐσομένας, hoc eſt, futuras. *In quibuſdam*, τισὶ τισὶ, hoc eſt tribus quibuſdam.

IN ſecunda parte quæ incipit (Iudicatio enim) explicat naturam, & quid nominis iudicationis. Cùm enim ſint quatuor mutationum ſubitarum modi, vel ſubito ad ſalutem, vel ſubito in melius: vel ſubito ad mortem, vel ſubito ad deterius: duas primas dicit propriè appellari iudicationes, & duas ſecondas, non ſine additione, vt malam, aut prauam iudicationem. Lib. tamen tertio, de Criſibus cap. 2. ſolam ſubitam mutationem ad ſalutem vult eſſe nominandam ſimpliciter criſim: reliquas verò omnes, vt dixerat in primo capite, eam quæ ad mortem fit, malam criſim eſſe appellandam: eas verò, quæ recipiunt aliquam effatu dignam mutationem, non tamen integram ſolutionem, imperfectas. Contrarius igitur videtur ſibi Galen. circa ſubitam mutationem in melius: hic enim dicit eſſe ſimpliciter nominandam criſim, & in lib. de Criſibus dicit eſſe appellandam talem, non ſimpliciter, ſed criſim imperfectam. Sed credendum eſt, Galen. eo loco intellexiſſe per iudicationem ſimpliciter talem, eam quæ opponitur malæ aut imperfectæ. In præſenti verò Comm. criſis ſimpliciter diſtinguitur contra malam & pernitioſam *Raro verò*. Reſpondet ad obiectionem, quæ adduci poſſet de puerulis, quos euenienti longiſſimo ſomno magnam in melius facere mutationem videmus, ac celerem, non enim comprobatur ab omnibus, talem mutationem eſſe iudicationem. Prædixerat enim, iudicationem omnem eſſe ſubitam mutationem, factam per manifeſtas excretiones aut effatu dignos abſceſſus. De puerulis & aliis, poſt vigilias longas plurimum ſomno fuiſſe adiutos, ſcripſit lib. 2. Prorrhe. Comm. 29. dicens, Vidimus enim in ægris quibuſdam, qui tribus vel quatuor deinceps diebus, vigiles permanſerant, difficilem excitatu ſomnum ſuperuenientem, qui prorſus nocte diéque perſeuerans, magnum attulit auxilium. Sæpius quoque & in infantibus ſomnum eiuſmodi ſuperuenientem non vno die ſolùm, verùm quoque & duobus ex ordine diebus magno ipſis fuiſſe commodo conſpexi. Quòd ſi quis vellet intelligere, qua cauſa iam longus ac altus ſomnus potuit eis prodeſſe, quibus voluit Galen. dicemus per ſomnum maximè coctiones perfici: & vbi humorum crudorum copia aliquis ægrotaret, non parum iuuamenti reciperet ex longo ſomno: ob id enim & pituitoſis confert ſomnus ad pituitam concoquendam, & puerulis ad crudorum ſuccorum maturationem.

Criſis ſimpliciter duobus modis apud Galen.

Somnus duorum dierum.

Somnus longus qua cauſa pueris profuit.

IN tertia parte, quæ incipit (Cæterum cognouit) dicit Hippocr. cognouiſſe dierum iudiciariorum naturam, & qui ſunt qui maiorem habent in iudicando vim, nempe ſeptenarij, deinde quaternarij, vt in prognoſt. 3. ſequenti, & Aphoriſm. 24. lib. 2. exequitúrque modum annumerandi quaternarios, & ſeptenarios per copulationem, & coniunctionem, eo modo quo ſuprà docui in expoſitione, ob idque ſuperſedeo ab huiuſmodi longiori enarratione.

IN quarta parte, quæ incipit (Alij verò intercidunt) præter dies iudicatorios radicales, alios vult eſſe intercidentes: quoniam (vt dixi) & ex Galen. probaui in expoſitione) à luna non habent virtutem iudicandi, ſed ab ipſo humorum motu: quales ſunt 3. 5. 9. ſextus etiam intercidit, nonnunquam ſua malitia arripiens de medio ægrotantes, & cum accidentibus difficilioribus: nonnunquam faciens incidere iudicationem in hypercriſin nominatam. Quæ omnia ab Hippoc. alia in aliis voluminibus ſcripta ſunt, vt in lib. de Morbis popul. & lib. de Iudicatione, & lib. de Dieb. iudic. & lib. de Criſibus & de Dieb. decr. à Galen.

In

In quinta parte, quæ incipit (Nunc verò inſtituimus) explanat partem progn. in qua diait Hipp. febres iudicari eiſdem diebus numero ex quibus liberantur ægri, & ex quibus moriuntur. Aut enim, Ea quibus, referri debet ad dies, aut iudicationes: ita vt velit dicere, Ea quibus diebus liberantur ægri, aut velit dicere, Ea quibus iudicationibus. Verùm etſi magis propriè ad dies fiat relatio, magis conuenit, vt de iudicationibus dicatur, primaria ratione, quoniam in vigore iudicationum ſaluantur homines potius, quàm in ratione dierum. Quare autem magis propriè conueniat in Hippocr. vt pars, Ea quibus, potius referatur ad dies, quàm ad iudicationes, conſtat legenti literam Hippocr. in qua non meminit huius nominis κρίσις, id eſt, iudicatio, ſed huius verbi, κρίνονται, i. iudicantur, diait enim, αἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσι αὐτῇσιν ἡμέρῃσιν τὸν ἀριθμὸν ἐξ ὧν. quod eſt, Febres verò iudicantur in eiſdem diebus numero, ex quibus. Poterit igitur legi, Ea quibus, nempe iudicationibus: quoniam diait, Iudicantur: quod etſi non adeò propriè dicatur, quum ſit nomen in oratione ad quod poſſit referri, magis tamen conuenit naturæ rerum, vt ad ipſas iudicationes fiat relatio.

PROGNOSTIC. II.

Simpliciſſimæ namque febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſſimis, quarto die aut citius ceſſant: peſſimæ verò ac cum ſignis grauiſſimis factæ, quarto die aut citius interimunt.

Magnitudo à malitia diſtinguitur. Non eſt idem, morbum eſſe magnum, & mali moris: neque paruum, & boni moris: quandoquidem magnitudo à more morbi diſtincta eſt. Plurimæ enim ſunt febres malignæ, & prauiſſimæ, & plurimæ magnæ, & non mali moris: vt etiam declaraui in præcedenti capoſitione, & ſignatim hanc voluit diſtinctionem Galen. lib. 3. de Criſi. cap. 4. Et lib. 4. de Method. med. vlcera tribus modis grauia dici vult, aut propter particulæ afflictæ præſtantiam, aut propter affectus magnitudinem, aut propterea quòd ſunt cacoërhe: vnde fit, vt cacoëthe. ſiue mali moris vlcera, alia ſint à magnis. Vult ergo Hippocr. in præſenti prognoſt. duo exempla ſcribere, ad manifeſtandum, quod diacrat in præcedenti prognoſt. vnum, de febribus ſimpliciſſimis, ac ſi diceret, optimè moratis: aliud de peſſimis, ac peſſimè moratis, ſimpliciſſimas dicens abſolui quarto die, aut citius, peſſimas verò interimere in eodem termino, aut citius. Simpliciſſimæ verò (vt diai) non ſunt eædem, quæ paruæ: quoniam febres acutiſſimæ, quales quæ intra primum quaternarium finiuntur, de quibus in præſenti loquitur, magnæ erunt, & non malæ, ſed ſimpliciſſimæ. Paruæ etiam admodum ſunt aliquæ febres, cum extremorum frigiditate, quæ nihilominus adeo ſunt peſſimæ, ac malæ, vt intra quartum, hoc modo arripiant. De optimis igitur ac peſſimis loquitur Hippoc. terminum ipſarum ſcribens diem quartum. Et licet in præſenti loco, bene moratæ aliæ ſint à paruis, & malæ moratæ à magnis, non dubito apud Hippocr. nonnunquam malè moratum appellari magnum, atque inſigne, & paruum bene moratum, & etiam apud Galen. Hippocr. namque lib. 1. de Ratione vict. acut. ſection. 51. diait, Nam ſi quis vlcus acceperit non valde ἐπίκαιρον, id eſt, inſigne, neque valde εὐηθες, id eſt, bene moratum, aut ſimplex. Et Galen. in Commentar. inquit. Liquet autem quod nihil refert dicere, ἐπίκαιρον vlcus, id eſt inſigne, & μέγα, id eſt magnum: ſicuti neque μικρὸν, id eſt paruum, & εὐηθες, id eſt, ſimplex ac bene moratum. Nempe, ἐπίκαιρον, propter loci naturam, tale fit: magnum verò virtute perficitur, etiamſi ſectione corporis paruum ſit, vel ipſa ſectionis magnitudine inſigne fiat, εὐηθες verò, id eſt, vile, quod ſimplex & paruum vel propter loci naturam, quæ vilis & abiecta eſt, vel propter ſectionem paruam facta dicitur. Vlcus ergo in hoc loco, quod magnum eſt, inſigne appellatur, diſtinctum contra id quod appellat εὐηθες: quum tamen in his, quæ diximus, quod magnum eſt, εὐηθες eſſe poſſit, id eſt, ſimplex. Præterea neque idem eſt, febrem aliquam eſſe ſimpliciſſimam, & bonis ſignis ornatam, neque peſſimam & prauis ſignis coniunctam: ob idque Hippoc. in præſenti non tantùm dixit. Simpliciſſimæ: ſed etiam addidit, Signis firmatæ ſecuriſſimis. Signa enim, quæ docēt febrem aliquam eſſe malè moratam, ſymptomata quædam ſunt, cū quibus ſtare poſſunt ſigna bona, quæ morbi coctionem oſtendant, & ſigna ſalutis de quibus in prognoſt. 8. ſequenti. Vt igitur excluderet omnia ſigna ſalutis, atque omnino lethalē ſcriberet diſpoſitionem, quæ in 4. diebus finiretur, diait, Simpliciſſimæ, cum ſignis ſecuriſſimis: & peſſimæ, cum ſignis grauiſſimis. Nam cum vnico ſigno febris aliqua dicetur malè morata, cum quo ſtabit multa coniungi ſalutaria: vt lib. 3. de Morb pop. part. 2. in Comment. illius, Mulierem ea abortiuo fœtu dixit, Febris celeritatem magnitudinémque, per id quod inquit, Ignis prehendit, demonſtrauit: & per id quod adiecit, Lingua arida, ſitibunda: verbum verò, Anxia, malignitatem febris factæ ſignum exiſtit. In hoc loco manifeſte monſtrauit diſtinctionem magnitudinis à malignitate, & conſtat, cum illo ſigno malignitatis, poſſe ſtare multa ſigna ſalutaria, inter quæ ſigna coctionis annumerantur. Præterea malignitatem febris non tollere ſigna ſalutis, docuit Galen. lib. 1. Prorrhe. Comm. 14. dicens, κακοήθεις verò morbos, id eſt, malignos appellamus, quicunque periculum minantes, ſpem ſalutis non adimunt. Dicam ergo meritò Hipp. dixiſſe, Simplicisſimæ febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſsimis, id eſt, cum ſignis ſalutaribus, veluti quæ ſumuntur ea coctione. De peſsimè moratis quoque dixit, Cū ſignis grauiſsimis, id eſt, cum ſignis contrariis coctioni, & reliquis ſaluti aduerſis: de quibus progn. 8. ſeq. primos ſaluari intra 4. diem, & ſecundos in eodem termino mori. Oſtendit enim ſalutem non tantùm quòd febris bene morata eſt, ſed & quòd ſigna ſalutis coapparent, primo die. Similiter quòd febris ea cacoëthes ſit, non inde ſequitur moriturum ægrum: ſed ſi ſimul primo die ſigna lethalia apparuerint, æger 4. die, aut citius moritur. Referunt autem omnia facultatem, quæcunque aut ſalutem, aut mortem oſtendere poſſunt: quandoquidem ex collatione facultatis, & morbi, omne de ſalute aut morte præſagium pendet: vt lib. 2. Comment. 6. Galen. Poſſes etiam dicere Hippocr. diaiſſe, Et ſignis firmatæ ſecuriſsimis, ad maiorem declarationem & confirmationem. Contra huius prognoſt. ſententiam inſtat autoritas Hippoc. lib. 1. de Morbis pop. part. 3. in hiſtoria Eraſini, qui laborabat morbo acutiſsimo, & cum ſignis peſsimis, verùm non fuit mortuus 4. die, ſed 5. vt recitat Hippocr. Signa tamen in ipſo peſsima erant, vrinæ nigræ, excrementorum frigiditas, mentis alienatio, non dormire, ac conuelli. Malè ergo 4. diem definiuit limitem acutiſsimorum morborū, nempe eorum qui peſsime morati ſunt, ac cum ſignis peſsimis. Hanc quæſtionem diluit Galen. in Comment. ea verbis Hipp qui inter reliqua, quæ de illo ægrotante retulit, diait, primum diem quietum tuliſſe.

Febris aliqua malè morata & cum ſignis ſalutaribus.

Obiectio.

Solutio.

Eraſinus (inquit) itaque, quanquam grauia omnia haberet; ad diem tamen quintum productus eſt, quòd primo die mediocriter haberet, ſcripſit ſiquidem in eo ad verbum ita, Primus dies quietus, Quintus itaque dies, quo defunctus eſt, quartus eſt, ſi primum non connumeraueris.

GALENI COMMENTARIVS.

SImplices dicuntur homines, & item malefici in quadam ſimulatione, quemadmodum & Simia Callias. Porrò dicuntur etiam ij qui ſint probis imbuti moribus. Sed enim primi frequens vſus apud authores, ſecundi verò rarior eſt. Itaque dicunt interdum & ita non ſolum ſimplicem, ſed etiam ſimplicitatem de affectione bonis moribus prædita. Dinarchus igitur in Daonem ita dixit: Gubernans rem ſuam Cephalion adoleſcentulus & natura probus erat ac ſimplex. Demoſthenes aduerſus Æſchinem cum iudicibus diſputans ait: Nunc verò ob veſtram ſimplicitatem & indulgentiam pœnas dat, & hæc quoties libet. Plato libro de Republica tertio: Igitur rectus ſermo, conuenientia, honeſtas, concinnitas ac ſimplicitas comitatur: non inſcitiam intelligens vocatam ſimplicitatem, ſed re vera rectum ac bonis moribus paratum intellectum. Itidem in Euthydemo ſimplicem dixit eum qui ſimplices habeat mores & honeſtos: & vt demiratus eſt, hic eſt adoleſcens, ac ſimplex. Sed hæc abunde ſint exempli gratia prodita, ad cognoſcendam authorum conſuetudinem in verbo ſimplicitatis ac ſimplicis, ſecundùm duas ſignificationes factam. Nunc Hippocr. in altera earum, febres dixit ſimpliciſſimas, tanquam dixerit placidiſſimas, ac mitiſſimas haudquaquam maleficas, & quoties ſecuritatis indicia extiterunt, vltra primum quaternarium nequaquam procedes, ſed aut quarto die, aut citius deſinet. Pari modo maleficæ quoque febres & cum indiciis exitioſis factæ, quarto die aut citius interimunt. Itaque conſtat vt & tertium diem adnumeres decretoriis, dum ait, Quarto die aut citius deſinunt. Itidem libro De vulgaris morbis primo volum., primum inter dies decretorios ſcribens tertium. At vero ſecuriſſima dicit indicia ea quæ particulatim ab eo magnopere commendantur, quorum & nominatim paulò poſt habes gratia exempli mentionem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte interpretatur εὐηθέστατοι, id eſt, ſimpliciſſimæ, ſignificationem, εὐήθεις, namque dicuntur homines ſimulati, aliquando etiam qui re vera ſunt bonis moribus præditi. Sed pro maiori parte Græci vtuntur vocabulo ſimulandi cauſa: quoniam apud eos ſignificat εὐήθης idem, quod ἀνόητος, aut μωρός, aut ἀσύνετος. Hoc etiam ſimulato modo dicunt, πίθηκος καλλίας, hoc eſt, ſimia Callias, nomine ſumpto à pulchritudine ſatis ſimulate: nam vt habetur in adagio, ſimiarum formoſior deformis eſt, ſolebant autem Lacedæmonij ſimiam καλλίας appellare. Pati etiam ſimulatione, ἠλίθιος, hoc eſt, ſtultus, & ἀσύνετος, id eſt, imprudens appellatur, εὐήθεις, apud Græcos, id eſt, bene morati, quemadmodum etiam tales ſunt hi, quos vulgus bonos homines vocat, qui etiam ἁπλοϊκοὶ, & ἀφελεῖς nominantur, ac ſi diceres, ſimplices, & deceptu faciles: quemadmodum & Terentius imperitos rerum, quum in Andria dixit, Tune adoleſcentulos imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis: Re vera autem εὐήθης dicitur, qui bonis moribus præditus eſt, quemadmodum Hipp. quum dixit, εὐηθέσταται, id eſt, ſimpliciſſimæ, ac optimè moratæ. In qua ſignificatione nonnunquam Græci vtuntur, vt in locis à Galen. citatis, ex quibus vnum placet explanare, qui vtrunque explicat ſignificatum, & eſt Platonis ſententia libro tertio de Republica, ſiue de Iuſto, vbi inquit, εὐλογία ἄρα, καὶ εὐαρμοστία, καὶ εὐσχημοσύνη, καὶ εὐρυθμία, εὐηθείᾳ ἀκολουθεῖ, οὐχ ἣν ἄνοιαν οὖσαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν ὡς εὐήθειαν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἀληθῶς, εὖ τε καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατεσκευασμένην διάνοιαν, quod eſt, Ergo ſermonis probitas, morum compoſitio, decus, & concinnitas ſequitur, εὐήθειαν, id eſt, ſimplicitatem, non hanc, inquam, quam eo nomine vocamus vitio blandientes. quaſi ſit morum bonitas, quum ſit amentia, ſed mentem verè moribus bonis & pulchris inſtructam. Primum itaque ſignificatum, quod frequentius eſt apud Græcos, dicit Galen. dictum eſſe ἐν ὑποκρίσει τινὶ, id eſt, in quadam ſimulatione, quod Plato dixit, ὑποκοριζόμενοι, rem vitioſam honeſtis verbis celantes, quod idem eſt, & ſimulare ac fingere honeſtũ, quod vitioſum ac turpe eſt. Secundum ſignificatũ, in quo eo vocabulo rarius Græci vtuntur, id eſt, pro re vera bene morato, quod explicuit Galen. dicens, λέγονται καὶ οἱ ἐπιεικὲς ἔχοντες τὸ ἦθος, quod eſt. Dicuntur & qui ſunt bonis moribus præditi. Plato verò dixit, εὖ τε καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατεσκευασμένην διάνοιαν, quod eſt, bonis moribus pulchriſque inſtructam mentem. In præſenti ergo morbum εὐηθέσταλον appellauit Hippocr. ſimpliciſſimum, ac optimè moratum. Lib. etiam 2. de Rat. vict. acut. ſection. 40. inquit, Nempe hoc pactò mortem plurimis liquido affert, niſi morbus omnino εὐήθης ἦν, id eſt, mitis fuerit, & Galen. in Comment. explicans vocabulum dixit, Morbos præterea εὐήθεις, id eſt, non malignos dixit, quos κακοήθεις vocant, ſed εὐπειθεῖς, id eſt, qui facilè ad bonum vergunt. Scimus etenim veterum multos ita vti dictione. Ita quoque & Hippocrat. vt alibi eſt demonſtratum. Huic contrarius erit malè moratus. Lege quæ dixi circa Commentar. 4. lib. 2.

Simia Callias.

Platonis ſententia exponitur.

Mali moris morbus.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Nunc Hippocr.) declarat in qua ſignificatione fuerit vſus Hippocr. vocabulo.

IN tertia parte, quæ incipit (Itaque) probat Hippocrat. annumerare tertium inter decretorios, quemadmodum & lib. 1. de Morbis popul. part. 3. ſection. 14.

PROGNOSTIC. III.

PRimus itaque inſultus ipſarum in hunc modum finitur, ſecundus autem ad ſeptimum perducitur, tertius ad vndecimum, quartus ad quartumdecimum, quintus ad decimumſeptimum, ſextus ad vigeſimum: hi igitur ex acutiſſimis morbis facta per quatuor additione, ad vigeſimum finiuntur.

Huius progn. ſententia ſatis nota eſt, ex his quæ late dicta ſunt in expoſitione primi prog. præcedentis: annumerat enim dies omnes criticos radicales, qui ſunt vſque in 20. diem, facto per quaternarios augmento, quorum quoſdam coniungere, quoſdam verò ſeparare docuimus, vt probe omnes inueniantur. Idem autem eſt, ac ſi dixiſſet, Morbi peracuti exactè 4. diebus finiuntur, peracuti non exactè ſeptem, acuti exactè in 14. acuti non exactè in 17. aut 20. Nam acuti ſimpliciter non omnes perueniunt ad 14. ſed aliqui finiuntur in 11. Sic etiam & acuti non exactè terminum vltimum habent diem 20. etſi nonnulli in 17. finiantur.

GALENI COMMENT.

SÆpenumero offendes ab autoribus proditum impetum hoſtium aut latronum: ex quo nunc Hippocr. ſic tranſtulit appellationem ad circuitionem decretoriorum dierum.

dierum. Cæterum quæ ſunt deinceps ſcripta, per ſe patent, potiſſimum quibus in animo hærent ea quæ paulò antè docuimus.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hoc vocabulum, inquit ἔφοδος, de incurſu & impetu latronum dici ſolet, tranſlatitiè verò & de circuitionibus morborum ab Hippoc. in præſenti loco. Notandum, quod ἔφοδος, in genere maſculino ſignificat circuitorem, & vigiliarum recognitorem: in genere tamen fœminino ſignificat impetum ac incurſum infeſtum: vt Polybius de ſtatiuis Romanis dixit, τὴν δ' ὅλης φάλαγγος ἔφοδον καὶ περιβολὴν, hoc eſt, totius agminis impetum ac incurſum, quomodo hic ab Hippocr. accipitur, quom dixit, ἡ μετὰ πρώτην ἔφοδος, id eſt, primus itaque inſultus. Et lib. 6. de Morb. pop. part. 5. ſect. 2 inquit, ἀνευρίσκει ἡ φύσις ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους οὐκ ἐκ διανοίας, quod eſt, inuenit ſibi vias & impetus abſque mente. Galen. in Comment. inquit, ἐφόδους ὀνόμασε φύσεως, ὡς εἰ καὶ ὁδοὺς ἢ ὁρμὰς ἐπὶ τὰς ἐνεργείας εἶπεν, id eſt, ephodus naturæ nominauit, ac ſi dixiſſet, vias, & impetus, ad operationes.

PROGNOSTIC. IV.

Fieri verò non poteſt, vt aliquid horum integris diebus verè annumeretur, non enim annus, aut menſes integris diebus annumerari ſolent.

Quaternarij non ſunt integris diebus annumerandi.

Dies decretorios annumerauit vſque in 20. per quaternarios. Verumtamen, inquit Hippocr. hi quaternarij non debent integris diebus annumerari, ſed aliquid detrahendum eſt, ita vt ex duobus quaternariis vnus ſeptenarius conſtituatur: & ab ipſis ſeptenariis aliquid eſt detrahendum: alias enim tres ſeptenarij non 20. dies, ſed 21. conſtituerent. Erit igitur numerandi via, quam ſupra dixi, ex quaternariis & ſeptimanis quibuſdam coniunctis, & aliis inuicem ſeparatis. Neque id præter rationem fit: nam neque ipſe annus, aut ipſi menſes integri annumerantur: menſis enim ſpatium eſt ferè 30. dierum, aliquanto minus, & non ſemper æqualiter accedens ad ipſum 30. dierum ſpatium. Et ratio eſt, quoniam, vt dixi in expoſitione 1. progn. motu peragrationis luna complet circulum vnum 27. diebus & 8. horis, quo tempore ſol elongatur à loco illo, in quo erat ab initio menſis in lunæ coniunctione, fere 27. gradibus. Quod ſpatium, non ante duos dies peragrabit luna, quoniam omni die percurrit 13. gradus, & 11. minuta ferè: & in eiſdem duobus diebus per alios duos gradus ferè recedit ſol. vnde ſequitur, vt luna egeat ferè duobus diebus cum dimidio, paulò plus, aut paulò minus, ad conſequendum ſolem, poſt peractum proprium curſum 27. diebus, & 8. horis. Eritque totus menſis à coniunctione in coniunctionem (id enim magis propriè menſis lunaris appellatur) à viginti nouem diebus cum dimidio, vſque in 30. neque ſemper æquale. Triginta igitur dies menſem coniunctionis efficientes, non ſunt integri numerandi. Neque etiam annus integer numerari ac metiri debet: licet enim tota orbis diuiſio 360. partibus ab Aſtrologis facta ſit, ſol ipſũ non permeat 360. diebus, ſed 365. neque his adæquate, ſed in 365. diebus, & 6. horis ferè, vt probauit, & experimento inuenit Ptolemæus in 3. dictione Almageſti, cap. 1. Verus enim motus ſolis, & eccentrici orbis deferentis ſolem, circa centrum eccentrici ipſius eſt quouis die ab Occidente in Orientem, ſecundùm curſum ſignorum, quinquaginta nouem minutis, & octo ſecundis ferè. Annum itaque integrum non 365. dierum, ſed 365. dierum, & 6. horarum ferè eſſe intellexit Ptolemæus experimento: vbi comprehendens ſolem alicui aſtro fixo iunctum, ad eum coniunctionis locum non vidit ipſum redire, niſi præfato ſpatio, nempe 365. dierum, & 6. horarum ferè tranſacto.

Menſis ſpatium.

Orbis cæleſtis diuiſio.

Verus motus ſolis.

Annus integer.

GALENI COMMENTARIVS.

Cum tres in diem vigeſimum ſeptenarios adduxiſſet, obid ait, non poſſunt talia diebus integris numerari: neque enim annum, neque menſes integris numerari diebus, & verè ſanè talia dixit. Annus enim non trecentorum & ſexaginta quinque dierum tantummodo eſt, ſed etiam quartæ partis diei, & item ad hæc partis cuiuſdam propè quodammodo centeſimæ. Vnuſquiſque verò menſis minor eſt triginta diebus, maior verò nouem & viginti. Nominatúſque eſt ab antiquis menſis, vt etiam nunc in multis ciuitatibus, tempus inter duas lunæ ac ſolis coitiones intercidens. Et cui libeat tempus id exquiſite ediſcere, ſimul cum idoneis demonſtrationibus quantum ſit, integrum habet volumen ab Hipparcho factum, quemadmodum & de tempore annuo commentarium noſtrum. Ita ergo etiam Hippocr. ſeptenarium dicit, necnon videlicet & quaternarium non eſſe integrorum dierum, ſed partem quandam deeſſe, tantam, vt tres ſeptenarij viginti circumſcribantur diebus. Sed quænam ſit cauſa horum, ipſi tentauimus docere libro De diebus decretoriis tertio, cùm tamen nemo antea vel dicere aggreſſus ſit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte dicit annum non eſſe annumerandum integrum, quoniam non eſt adæquatè 360. dierum, quemadmodum circulus in cœlo 360. partium, (ſic enim intelligi debet) neque etiam continet adæquatè 365. dies, ſed & partem quartam diei & fere centeſimam, quod conſtat intelligenti motum ſolis ab Occidente, vt dixi in expoſitione prognoſtici. Annum, vt ferunt, primus omnium inuenit ac compoſuit. Εὔδοξος Mathematicus, magnus Geometer, Æſchinis filius, ab inſula Gnido, vnde Gnidij medici dicti ſunt. Eſt autem annus paruus, & eſt menſis lunaris, vt apud Plini. lib. 7. Natu. hiſt. cap. 48. annum quidam determinabant lunæ ſenio, vt Ægyptij: contra quem dicitur annus magnus, vt Vergilius,

Eudoxus anni inuentor.

Annorũ multorum vſus.

Interea magnum ſol circumuoluitur annum.

Eſt & magnus annus, quem ſic Mathematici nominarunt, vt inquit Cicero lib. 2. de Nat. Deorum: & eſt tempus, quum ſolis, & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter ſe comparationem, confectis omnium ſpatiis, eſt facta conuerſio. Et in ſomnio Scipionis inquit, Quum autem ad idem, vnde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandémque totius cæli deſcriptionem longis interuallis retulerint, tum ille vere Vertens annus appellari poteſt: in quo vix dicere poſſum, quàm multa hominum ſecula teneantur. In his ergo annus magnus, & annus conuertens appellatur, ac completur ſpatio duodecim millium quingentorum quinquaginta quatuor annorum ſolarium. Eſt & alius annus, qui reſpondet motui octauæ ſphæræ, ab Occidente in Orientẽ, quadraginta millibus annorum. Eſt etiam annus Saturni, qui reſpondet ſuæ integræ circuitioni, annorum ſolarium triginta. Præter hos eſt annus ſolaris, quo in computo vtebantur Romani, ex Romuli inſtituto, eratque trecentorũ quatuor dierum, qui poſtea intellecta magna temporum varietate, quæ ſequebatur ex ea annorum computatione, à Græcis commutarunt annum, qui erat apud ipſos

Cicero.

Annus ſolaris.

trecentorum qoinquaginta quaruor dierum, quod factum eſt, quinquaginta diebus additis. Poſtea Numa Pompilius alios decem addidit dies, & finaliter Iulius Cæſar integrum coſtituit annum, qui vni ſolis circuitioni reſponderet, nempe treceotorum ſexaginta quinque dierũ & quarta parte, quod ſimiliter Plinius lib. 18. Nat. hiſtor. cap. 25. in huoc modum ſcripſit, Primùm omniom dierum ipſius anni, ſoliſque motus, prope inexplicabilis ratio eſt, ad 365. adiiciunt etiamnom intercalarios diei, noctiſque quadrantes.

In ſecunda parte, qoæ incipit (Vnuſquiſque verò menſis) menſem explicat ex communi Aſtrologorum conſuetudine, ſpatium ab vna coniunctione in alteram ſolis & lunæ, quòd vt dixi in expoſitione 1. progo. maius eſt 29. diebos, & minus 30. Accipitur enim aliter menſis, vt qoum annos in 12. menſes diuiditur, quorum quidam continent 31. dies, & quidam 30. & Febroarius 28. præterquam in anno biſſextili. Hipparchi liber oon habetur. Commentarius de Tempore annoo, Galeni non extat.

In tertia parte, quæ incipit (Itaque Hippocr.) docet Hippocr. in hebdomadis voluiſſe, noo eſſe integre aooumerandas: quod in quaternariis etiam verum habebit, ad hoc vt tres hebdomadæ 20. dies impleant.

PROGNOSTIC. V.

POſt hæc autem eodem modo, & ſecundùm eandem adiectionem, primus circuitus quatuor & triginta dierum, ſecundus quadraginta dierum, tertius ſexaginta dierum eſt.

Docet Hippocr. poſt 20. reliqnos decretorios ordine recenſere, per 20. reduplicationem, eo modo quo diximus in expoſitione 1. progn. Quare autem ante 40. nomerat 34. & non alios, qoi ſunt intermedij decretorij explicat Galen. in Comment. Hæc itaque eſt 20. dierum perſectio, qoi ex tribus ſeptimanis conſtituti ſunt, vt per eorum repetitionem omnes in 120. vſque fiant decretorij, quod nulli alteri ex decretoriis conuenire poteſt. Quod explicuit Galen. lib. 2. de Dieb. decr. per hæc verba, qoæ integre explanant prognoſt. Hippocr. Quare hoc ipſum Hippocr. nos docens in prognoſt. vbi de vigeſimo die verba fecerit, deinceps inquit, Poſt hos eadem ratione, eodémque decoto, primos per quatuor & triginta dies fit. Primum enim dixit 34. poſt 20. vt circuitum, non vt diem decretorium, quoniam trigeſimusquartus, & 37. poſt 20. eſt decretorius. Sed qnooiam de minoribus periodis (ſunt autem quaterniones) abunde ſatis docuit, ad hæc ſeptimanas ipſas expoſuit, reliquos ſtatim duos circuitus voluit ſimul diſciplinæ cauſa adiicere, nempe ex duabus ſeptimanis compoſitum, & illom qui tribus conſtat: verùm qui duas continet, velut imperfectum quendam: qui tres, exactè perfectum. Siquidem iam quadrageſimum, ſexageſimum, octogeſimum, & centeſimum vigeſimum, ex 20. ſæpiua aucto fieri contingit. Hoc igitur ipſum & non aliud, perfecti circuitus eſt iodicium, vel compoſiti ſemper, & ſæpins in ſe, aucti, quòd alium non magis requirat. Atqui neque vnus eorum, qui 20. præcedont, hoc obtinet: nam ſeptimus ſi per ſe ſemper auctus ſit ad 21. 28. 35. & 43. excidet decimusquartos, pari modo 28. faceret, & 42. verùm qoaternarius, ſi eius compoſitionem in ſe faceret, 8. 12. & 16. fortes decretorios efficeret. Hæc Galen. quæ integrè ſententiam prognoſtici exponunt.

Vigeſimi perfectio.

Circuitus perfecti iudicium.

GALENI COMMENTARIVS.

NOn id nunc dicit Hippocr. quia poſt diem vigeſimum, ad quartum & trigeſimum vſque nullus intercidat decretorius. Sibi enim ita pugnaret, medios quoſdam dies decretorios libro De morbis vulgaribus commemorans, & quæ apparent in ægris, talem coarguunt ſermonem. Sed quia trium ſeptenariorum ad vigeſimum vſque diem inter ſe deinceps numeratorum, non eadem fuit compoſitio: (ſecundus enim à primo ſeiunctus eſt: proindéque quartodecimo die finitur, tertius verò huic copulatus eſt: & ob eam rem vigeſimum habet limitem) idcirco & ſequentem ſeptenarium pariter procedere volens: vt ex duobus ſeiunctis, tertio verò copulato viginti impleantur dies, quadrageſimum nouiſſimum ſtatuit terminum ſequentium trium ſeptenariorum, in ipſis verò duobus terminum circumſcripſit trigeſimumquartum: & ob eam rem fecit huius ante quadrageſimum mentionem. Pari ratione mox ab his tres ſeptenarij in ſexageſimum deducuntur, & verò octogeſimum decretorium perhibuit, non octogeſimumquartum, libro qui eſt De morbis vulgaribus. Ita tres ſeptenarij viginti dierum numerum abſoluunt. Idque euenit propterea, quod duo primi ſeorſum numerantur, ita vt quartodecimo deſinant die, tertius verò iunctim cum ſecundo, ita vt hic quoque vigeſimo die contineatur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte excuſat Hippocr. ab obiectione, quæ poſſet afferri. Videtur enim ipſum malè annumeraſſe poſt diem 20. diem 34. quum tamen aote ipſum ſit 24. & 17. & 30. dies. Verùm, inquit Galen. ſignatim de 14 mentionem fecit, vt oſtenderet nobis eadem via eſſe procedendum poſt 20. qua procedebatur ante 20. nempe ſeparando duas primas hebdomadas, & coniungendo tertiam ſecundæ, quemadmodum fecimus, incipientes annumerare ſecundam hebdomadam à die octaua, & tertiam à die 14. ſic etiam modò docet à die 14. io quam finitur ſecunda hebdomada, incipere tertiam.

In ſecunda parte, quæ incipit (Pari ratione) idem ſeruari vult in aliis annumerationibus, quæ ſunt à quadrageſimo in 60. & 80. Nam 80. ſtatuit Hippoc. decretorium, non 84. in lib. de Morb. vulga. nempe lib 1. part. 3. ſection. 14.

PROGNOSTIC. VI.

INter initia tamen horum difficilius eſt prænoſcere ea quæ multo temporis ſpatio iudicari debent: ſimillima enim eorum initia ſunt. ſed à primo die animum adhibere opus eſt, ac per ſingulos quaternarios additos conſiderare: nec latebit quo vertetur morbus.

Nihil contemnendum, nec quippiam comprobandum temerè præcipit Hippocr. lib. 6. de Morbis pop. part. 2. docens, ne in præſagiis medicus temerè ſalutem aut mortem prædicet futuram, niſi prios ſatis bene ſigna ac ſignorum vires perpenderit, atque ipſorum aduentum ſpectauerit. Sunt enim morbi qoidam, de quibos non niſi multo temporis proceſſu ſpectato licet quidpiam certum proferre: de quibus dixit, Inter initia horom, qui multo temporis ſpatio iudicari debent, prædixerat enim quoſdam morbos poſt 20. differri in 34. & in 40. & 60. diem: & de eiſdem loquens inqoit, Inter initia, id eſt, in ſpatio primorum quaternatiorom, difficile eſt prænoſcere, quò vertet morbus qoi longo temporis ſpatio iudicandus eſt, ſimilima enim habent initia morbi longi, ſiue æger ſaluandus, ſiue moriturus ſit.

Nihil temere prædicendum

Quare

Quare conſilium Hippocr. rectè ſequetur, vt nihil tale temere aut contemnamus, aut approbemus, ſed per ſingulos quaternarios procedentes, expectemus donec aliqua nota appareat, quæ nobis oſtendat, quod ſalubris morbus eſt. Atque approbanda ſigna ſalutis: in morbis enim longis non niſi temporis proceſſu talia apparent.

Officium medici in præſagiis.

Solet autem ex officio tria medicus præſagire, vt inquit Galen. lib. 4. de Præſagitione ex pulſibus, cap. 11. primum quo vertet morbus, an ad mortem, an ad ſalutem, ſecundum, quo potiſſimum tempore, hoc eſt, citòne, aut tardè, & quo die, & qua hora, tertium, quomodo eueniet mors aut ſalus, id eſt an oppreſſione an reſolutione, & tabe, aut criſi, aut ſine ipſa. Hæc autem ſcire non licet, niſi morbum ac facultatem cognoſcamus, & conferamus. Ex morbo, vt cognoſcamus & paſſionem, & particulam patientem, vt docetur in libro de Loc. pat. facultas ex temperamento membrorum ſolidorum cognoſcetur.

Robur facult.

In hoc enim conſiſtit robur facultatis, quod factum eſſe ac permanens habet in membro: variatúrque quando extranea qualitas facta naturalem temperaturam membri euertit. Spiritus autem quum deficit ex accidenti, variat facultatem, & facilè talis defectus reſarcitur. Eſſentia tamen facultatis in qualitate temperamenti ipſius membri ſolidi, cuius eſt facultas conſiſtit, ob idque in hecticis febribus pulſus languidus eſt perpetuò, quia variata eſt naturalis cordis temperatura in facto eſſe. Libro primo de Cauſis pul. cap. 1. dubitauit Galen. de eſſentia facultatis pulſum facientis, dicens, At quæ hæc ſit, non procliue inuentu eſt, vnus natiuum calorem, alius contentionem, alius temperamenti proprietatem: hic vniuerſam ſtructuram corporum, ille ſpiritum tantùm: eſt qui quædam horum, alius etiam omnia ſimul affirmat: & verò quidam etiam facultatem quandam nullo præditam corpore introduxerunt, quæ peculiaribus inſtrumentis motus quos retulimus, vtatur, vel omnibus, vel pluribus, vel vno. Dubitat in eo loco Galen. de eſſentia facult. pulſum facientis, verumtamen lib. 2. de Præſagitione ex pulſibus, cap. 5. declarans quid ſignificet pulſus caprizans, & dicrotus, inquit.

Eſſentia facult.

Nunc quando facultatum eſſentiam adducti ſumus nihil eſſe præter qualitatem temperamenti, omniáque in dignoſcendo, & prædicendo, & curando conuenire, cum hoc decreto animaduertimus, non abſordè nos arbitramur feciſſe, qui pulſus hìc comitantes cordis inæqualem intemperiem explicauimus. Et libr. 1. de Præſagit. ex pulſu, cap. 4. clarius vult in qualitate temperamenti membri conſiſtere robur facultatis: quæ etiam temperatura æqualis, ac facta eſt contra fientem diſtincta, vt hectica ab humorali. Inquit enim, facultatis eſſentia ſingularium partium, in ſingularum illarum poſita commodo temperamento eſt. Nam tum demum ſuum quæque munus obit ſtrenuè, vbi ſit temperatiſſima: contrà malè fungitur, ſi intemperata ſit, atque hactenus mala, quatenus ſit intemperata. Ibi per mutationem factam, dicit facul. mutare, & non fientem, ſubiungens, Eandem habet rationem refrigeratum, & refrigerari, vbi in ipſo cordis corpore temperando præpolleat elementum frigidum: læditur facultas, ſi in tunica cor ambiente, & in pulmone, & ſanguine, ſpiritúque, quos eius ventriculi continent, vſus eſt remiſſo. Significat autem facultas nihil aliud, quàm cauſam agentem, vt lib. 1. de Nat. facul. inquit. Ac quo ad agentis cauſæ ſubſtantiam ignoramus, facultatem eam, ſiue potentiam appellamus. Pendet autem apud Galen. ignorantia eſſentiæ facultatum ex ignorantia eſſentiæ animæ.

Animæ eſſentia.

Hanc autem ignoraſſe fatetur lib. quòd animi mores corporis temperaturam ſequantur. Item libro de Naturalium facult. ſubſtantia dubitat, an ſit aliqua animi eſſentia, an non. Et lib. 5. de Simplic. med. facul. cap. 8. nequicquam audet proferre de animi eſſentia. In lib. 7. de Pla. Hippoc. & Plat. inquit, Verumtamen ſi de animæ ſubſtantia quoque eſt ſententia proferenda, de duobus alterum dicamus neceſſe eſt, vel ipſum eſſe fulgidum, ac quaſi æthereum corpus, ad quod aſſerendum velint nolint conſequutione cogente deſcendent & Stoici & Ariſtoteles: vel ipſam incorpoream quidem eſſe ſubſtantiam, vti tamen hoc corpore, tanquá principali vehiculo. Si ergo cognouerit quis animam incorpoream, & corpore vti ad actionem, vel corpoream, qualis ſenſitiua, aut altrix, & lib. 1. de Natur. facul. loco allegato, ipſam agentem cauſam appellamus facultatem, erit eſſentia animæ eadem, quæ eſſentia facultatis. Robur autem ipſius in qualitate conſiſtet temperamenti, vt 1. de Præſag. ex pul. cap. 4. quod finaliter confirmatur ex Galen. lib. 1. de Morb. pop. par. 2. Comm. 46. dicente, Diſtenſa ſiquidem eſt per corpora ſolida natura, quæ illorum virtus exiſtit, ſique ſucci concoctio à partibus ſolis ſanis, vt cùm eadem ægrotarint, iam in habitu morbus ſit, periculúmque ſummum quibuſdam afferat: ſanari verò prius non poteſt, quàm ſolida ipſa corpora propriam recuperauerint facultatem, quæ in calidi, frigidi, humidi, & ſicci ſymmetria poſita eſt, vt nihil referre videatur, vel bonú ſimilarium temperamentum, ſanitatem eſſe dicas, vel elemétorum, ex quibus generati ſumus, ſymmetriam. Hæc obiter de eſſentia facultatis dicta ſint. Morbum itaque ac facultatem inuicem conferre decet. Quòd ſi facultas morbi vigorem ſuperare poſſit, liberabitur æger, niſi aliquod extrinſecus obuians impediat: ſin minus, morietur. Tempus quo morietur, aut ſaluabitur, ſcietur, vbi medicus intellexerit, quo primùm tempore integrè aut ſuperabit, aut ſuperabitur facultas. Ratio mortis cognoſcetur ex modo defectus facultatis vitalis, naturalis, & animalis, an opprimantur à multitudine, an ab intemperie permutentur, ac in eſſentia deficiant: ſiquidem vt dixi, facultatis robur aut imbecillitas, in eſſentia, ſequitur qualitatem temperamenti membri. An verò per criſim, an ſine ipſa, dixi in expoſitione 1. prognoſt. huius lib. Primum itaque, quod medicus prædicere tenetur, eſt an morbus ſalubris ſit, an lethalis: id autem diximus pendere ex eo, quòd facultas poteſt ad morbi vigorem ſuſtinere, vel non.

Morbus ſalubris aut lethalis vnde.

Oportet igitur morbi vigorem intelligere antè quàm eueniat, ex his maximè, quæ ſcribuntur ab Hippoc. 12. Aphor. 1. ſection. In ſummo enim morbi vigore iudicationes omnes fiunt quæ ad ſalutem: in morituris verò ſatis eſt intelligere, quòd ad ipſum nunquam peruenient, aut præſentem non tolerabunt, cùm tamen ex morbis quidam habeant proximum, quidam longinquum vigorem. In his qui proximum habent, vt in 4. aut 7. intra primum quaternarium tenetur medicus intelligere eius euentum: in quo ſi ſemel aut bis errauerit, inquit Gal. lib. 1. de Criſi. cap. 16. venia dignus erit: ſi tamen exiſtimet nullam eſſe viam præcognoſcendi vigorem, neque minimam medicinæ partem eſt aſſequuturus.

Errans bis aut ſemel, venia dignus.

Qui enim 1. die ſigna omnia habet ſalutaria, 4. die aut citius ſaluabitur: ſi verò omnia mala, morietur. Si tamen morbus nulla ſigna ſalutaria oſtendat ante 7. non finietur ante 14. niſi forte celeriter admodum moueatur. Ponamus tamen morbum aliquem non ante 20. diem vigorem habiturum, conſtat quòd is non præbebit

ſigna ſalutis ante 11. aut 14. Quòd ſi ante 20. talia ſigna, exempli gratia, coctionis in vrina non oſtendat, is non ante 34. aut 40. finietur. Qui ergo ante 20. ſigna coctionis non habet, primo, ſecundo & reliquis quaternariis, vſque in 6. veluti longo tempore finiendus tractabitur. Verùm 1. 2. & 3. quaternario medicus prædicere non poterit, quò vertet morbus, neque id eſt admodum vtile ſcire, ſufficit enim, quod longus morbus eſt ad victus rationem inſtituendam. Per quaternarios tamen procedendo ad 20. vſque diem, in ipſo 20. prædicere poterit, quò vertet morbus: eo enim tempore medico collationem facere licebit morbi & facultatis, ac intelligere an facultas poterit morbi ferre vigorem. Id eſt, quod voluit Hippocr. modo in morbis longis difficilè a principio intelligere quo vertent, ſed proceſſum expectare oportet, per quaternarios annumerando. Quod autem dixit, Difficile, non omnibus eſt æque difficile: pugnant enim à primo die morbus & natura: quod ſi fortis fuerit concertatio, non erit difficile id intelligere: id autem in morbis contingit acutis, ſi leuis, tardius intelliget medicus, quis horum victoriam eſt aſſequututus. Cæterum ex medicis, peritior, & magis exercitatus citius, reliqui verò tardius id cognoſcent. Quoniam tamē lenta eſt à principio pugna, nulla notabilis fit ad bonum aut malum inclinatio, quod dixit Hippocr. ſimilia eſſe eorum initia. Proficit hoc prognoſt. ad præſagiendum, & ad victus rationem inſtituendam: quemadmodum docet in Aphoriſm. 9. 1. ſection. Coniectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat.

GALENI COMMENT.

RVrſus hoc etiam loco verbum iudicanda, tranſlatiuum eſt, tum in bonam, tum etiam in malam mutationem, ac dicit inter initia morborum, qui breui iudicandi ſunt, facilimè cognoſci, quonam deſituri ſint: quemadmodum paulò antè dixit de iis qui primo quaternario iudicandi ſunt. Etenim febris ipſa ſi curanda eſt, placidiſſima: ſi interemptura eſt ægrum, maleficentiſſima eſt. & quæcunque in vtraque indicia ſunt, in priore quidem omnia ſaluberrima: in ſequenti verò deterrima ſunt. Ita fit vt neutra quartum tranſiret diem, quandoquidem diximus vt ſemper fiat iudicatio, vel natura ſuperante morbum, aut victa ab eo. Itaque placidiſſimas natura ægrotationes ocyſſime ſuperat, à difficillimis vero celerrimè vincitur. Ita efficitur vt maximè contrarij ſint inter ſe morbi qui celeriter iudicantur, ſimiles vero qui permultum temporis ad ſolutionem requirant. Vt enim per morbos breues magnus exceſſus quandoque naturæ eſt, quandoque ægrotationis: ita quoties neutrum magnopere exuperet alterum, ſed ceu pariter quidam hoſtes pugnent, plus etiam temporis ad alterius victoriam deſideratur. Itidem luctantes quicunque palæſtrices peritiores habentur internoſcunt, vbi magnum viderint exceſſum, ſtatim alterum peructurum. Si verò neuter magnopere exuperet, profectò plus temporis pugnaturos pronuntiabunt, nondum cognoſcentes vter eorum victurus ſit: ſed proceſſu temporis id quoque prius quàm cæteri cognoſcent: quippe qui vel exceſſum exiguum exquiſitius animaduertant. Artifex enim maximè diſſidet ab eo qui artis expers eſt: vt vel exigua rerum diſcrimina præſentiſcat. Sed quia aliqua nullo pacto ſentiri queunt, præ exiguitate, talia neque etiam artifex cognoſcit. Itaque quamprimum ſentiri poſſunt, tunc cognoſcuntur: ob eam igitur rem præcipit Hippocr. per ſingulos quaternarios conſiderari mutationem. Non enim liceбit quonam vertetur, id eſt, verum in ſanitatem ſalutémque ægri exuperante natura, an exuperata, ad interitum, atque hæc rerum ſumma eſt. Sed quonam modo eam rem potiſſimum agas, libro de iudicationibus à me perſcripto optime diſcas licebit.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

Prima pars Commen. ſic legitur, κ' ἐν ταῦθα πάλιν ἐπὶ ἀμφοτέρων ἔταξε, τὸ κρίνεσθαι, τῶν τ' ἐπ' ἀγαθῷ καὶ τῶν ἐπὶ κακῷ τὴν μεταβολὴν ποιουμένων, quod eſt, Rurſus & hoc loco verbum, κρίνεσθαι, id eſt, iudicari ambobus ordinauit, & his qui ad bonum, & his qui ad malum, mutationem efficiunt. Refertur enim ad prognoſt. 2. vbi de ſalubribus, & lethalibus morbis ſcripſerat. Quod iudicatio de bona & mala dici poſſit, ampla ſignificatione explicuimus in 1. huius libri expoſitione.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Ac dicitur) manifeſtat mentem Hippocr. in præſenti, & 8. prognoſt. ſequenti: nam vbi morbi breui temporis ſpatio iudicandi ſunt: aut ſimpliciſſimi erunt, aut maleficentiſſimi: vtcunque verò, ſtatim ſigna habebunt, aut optima aut peſſima, quæ oſtendent, non vltra quartum morbum fore protogandum, quod fiet aut natura vincente, aut victa: in placidiſſimis vincente, in peſſimis victa. Vbi vero pares quodammodo permanent natura ac morbus, longiori tempore opus habet medicus ad prænotionem. Conſtat enim vt ſemper fiat iudicatio, vel natura ſuperante morbum, aut victa ab eo. Ex collatione facultatis ad morbum, pendet tota ratio prædicendi ſalutem aut mortem, vt lib. 2. Comment. 6. dixit, Summa totius præſagitionis in morituris, conualituriſque eſt, quoties vis ægrotationis cum ægri facultate conferatur. Et 3. de Criſib. cap. 5. dixit, Quòd ſi à morbo natura non vincatur, mortem ſubſequi nullo modo contingit, ſiquidem nihil aliud eſt, quàm omnimoda naturæ proſtratio. Vbi vero ipſa perdurat, dominatur, ac vincit, hominem neceſſe eſt liberari. Rurſus lib. 4. de præſagitione ex pulſibus, cap. 11. *Ratio prædicendi vnde ſumitur.*

IN tertia parte, quæ incipit (Itidem luctantes) exemplum adducit in arte luctatoria, in qua peritus artis ſi viderit duos luctantes vbi alter alterum manifeſte ſuperauerit, facilè cognoſcet, quis eorum victurus ſit: vbi tamen parum interſit, iudicabit longo tempore certaturos, procedente tamen tempore, quum primùm alter alterum ſuperauerit, ſi paruiſſimus fuerit exceſſus, aut omnino ſenſum effugiet, aut à peritiori & magis exercitato citius, ab aliis tardius deprehendetur. Sic & in arte medica notæ remiſſæ ſalutis, aut mortis, inexercitatum effugient, non tamen exercitatum, ac artis peritum, etſi aliquando adeo remiſſæ ſint, vt omnes effugiant ſenſus, quo tempore expectare debet medicus, donec ſigna magis manifeſtentur. *Artifex enim* Græcè, ᾧ γὰρ ὁ τεχνίτης, ἀτέχνου διαφέρει μάλιστα, τοῦτό ἐστιν αὐτὸ, quod eſt, Quo enim differt artifex, ab artis experte, hoc eſt. *Luctatorum exemplum.*

IN quarta parte, quæ incipit (Itaque quàm primum) infert, quod ſi ex notis quædam omnino non ſentiuntur, quædam tempore, quo primum ſentiri poſſunt, ſentiuntur, merito Hippocr. per quaternarios procedendo admonet expectare, donec intelligere poſſit medicus ſalubrē aut lethalem eſſe morbum, per quaternarios numerando: quod amplius docet cognoſcere in lib. de Criſib. per totum opus.

PROGNOSTIC. VII.

EST autem & quartanæ conſtitutio, ex tali concinnitate.

Quartanam tanquam exemplum, longis morbis annumerandam eſſe inquit, quoniam ex natura ſua longum

Digitized by Google

longum habet ſtatum, vt docuit Aphoriſm. 12. primæ ſect. Acceſſiones & conſtitutiones morbi iudicabunt, & anni tempora, & circuitum ſucceſſiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant. Neque in ipſa poſſibile eſt à principio prædicere, quò vertet morbus: tardè enim oſtendit notas coctionis. In ea igitur per quaternarios annumerando perueniemus ad eum, qui oſtendet nobis quò vertet morbus. Quaternarij autem non debent per ſingulos dies recenſeri, ſed per ſingulas acceſſiones: itaque quatuor periodi quartanarij vnum quaternarium conſtituunt, vt vult Galen. in Comment. eſt enim numerus acceſſionum in intermittentibus, qualis numerum dierum in continuis. Quod ſimiliter docuit Commen. 59. lib. 4. Aphoriſm. de tertiana febre, vbi præſens allegat prognoſticum. Contra ſententiam huius prognoſtici videtur, quòd de quartanæ longitudine importunè dictum ſit in hoc loco, quum Hippoc. prognoſt. primo, lib. 1. propoſuerit, de morbis acutis eſſe præſentem doctrinam, & infrà prognoſt. 36. Rurſus non omnis quartana longa eſt, ſed aliqua breuis, vt in Aphoriſ. 25. ſect. 2. Æſtiuæ quartanæ breues ſunt, autumnales verò longæ, & maximè quæ hyemem attingunt. Accedit ad id, quòd quartanæ, de quibus hic loquitur Hippocr. ſunt ex acutis morbis factæ per aduſtionem bilis: quare tales ſimiliter erunt breues, ſicuti & quæ fiunt æſtatis tempore, habent enim ſimilem generationis modum, ſcilicet per aduſtionem. Primum horum ſoluitur ex verbis, quæ diximus circa prognoſt. 31. libri primi. Hic enim non tantùm de acutis agitur, ſed etiam de his qui decidunt ex acutis. Secundum etiam ſoluitur per id, quòd licet Hippocr. dixerit in Aphoriſm. adducto, aliquam quartanam eſſe breuem, non id ſimpliciter eſt intelligendum, ſed in comparatione ad alteram. Itaque quartana æſtatis breuis eſt, non ſimpliciter, ſed vt ipſe dixit in comparatione ad autumnalem, quam longam appellauit, maximè ſi hyemem attingat. Quartanam etiam longam eſſe ex natura ſua intelligendum eſt, quoniam ab humore pendet, qui difficilè coctionem admittit, etiam ſi ex paucitate humoris, temporis calore & regione, ac ægri temperatura aliquam contingat eſſe breuem. Ad id etiam, quod ſubiunxi, de generatione quartanæ poſt acutum morbum verum eſt quòd ſimiliter generatur per aduſtionem vt quartana æſtatis: verumtamen vtraque ſimpliciter eſt longa, licet iſta breuior ſit quàm quæ generatur ex humore melancholico naturali. Dicimus etiam aliter, quòd quartana æſtatis non eſt breuior, quàm hyemis, ob id quod æſtatis ſit ab humore aduſto, & quartana hyemis à melancholia naturali: ſed quoniam tempus æſtatis coadiuuat coctioni, & reſolutioni, hyemis tamen obſiſtit. Sic etiam de quartana ex aduſtione genita in febribus acutis, atque de aliis quartanis dicemus ex ſe æquè longas eſſe, niſi ex alia cauſa diuerſitatem aſſequantur, maximè ſi inæquales fuerint quãtitates humorum peccantium. Hoc mihi magis placet: humor enim aduſtus non minus obſiſtet coctioni, quàm non aduſtus, cùm ſit magis cinereus. Quartana itaque omnis longa eſt à natura ſua, temporis autem ratione hyemalis longior: hyems enim morbos omnes reddit longiores, & æſtas breuiores. Licet Antonius Muſa Braſauolus, in Commen. Aphor. citati, morbos hyemis longiores dixerit non eſſe vniuerſaliter verum, ſed pro maiori parte: victus futilibus quibuſdam argumentis, quorum vnum eſt de ſicca cõuulſione, quæ hyeme facilius curatur, quàm æſtate: breuior ergo eſt hyeme, quàm æſtate: & de frigida intemperie lethali, quæ citius hyeme interficiet, coadiuuante temporis frigiditate, & de morbo attonito, qui ſuffocando interficit, & magis poterit hyeme ſuffocare. Quæ argumenta ipſe nugas poſtea appellat. crederem ego, quoniam ipſum nugari coegerunt. Cæterùm Hipp. doctrina latè patet, de omni materiali morbo, vt inquit Gal. in Com. Non ſolum quartanæ, ſed & alij morbi æſtate breues fiunt, propterea quòd humores funduntur, & per totum corpus feruntur, ac difflantur. Verificatur etiam tam in ſalubribus, quàm in lethalibus. in æſtate enim & morbis ſalubribus citò humores diſſoluuntur, in lethalibus verò ſimul cum humore diſſoluitur facultas, in hyeme verò contrarium. Neque argumenta contra hoc quidpiam conuincunt: quod enim diximus de ſicca conuulſione, & frigida intemperie, conſtat eos non eſſe morbos materiales, de quibus in præſentiarũ loquimur. Quod etiam adduxit Muſa cum reliquis de morbo attonito, conſtat quòd humor obſtruens, vbi fuerit æqualis quantitatis, æſtate & hyeme, magis effundetur in æſtate à calore ambienti, ac maiorem occupabit locum: vnde ſequitur, vt magis obſtruat, & citius interficiat. & ſi ſaluari debet homo, citius à calore effuſus humor, tranſmittetur à meatibus crebri in loca inferiora. Præterea attoniti omnes morientur ob defectum reſpirationis. Vbi autem vſus maior eſt, vt in æſtate, citius ob defectum morietur homo, quàm vbi vſus eſt minor, vt hyemis tempore: quoniam tunc ſine reſpiratione diutius viuere poteſt homo. Adde, quòd ſi morbus attonitus æſtate fiat, ſignificat multò maiorem cauſam feciſſe ipſum, quàm ſi veniret tempore frigido: ac inde ſequitur, vt citius hominem poſſit interimere, quàm tempore hyemis, vbi à minori ſit cauſa. Omni modo ergo morbi æſtatis breuiores ſunt: & quod voluit Hippocrat. in quartana, id etiã ad omnes materiales morbos applicatur.

Obiectio. (margin)

Obiectio. (margin)

Quartana ex aduſtione non eſt breuior, quia talis. (margin)

Muſæ error. (margin)

Argumenta Muſæ futilia. (margin)

GALENI COMMENT.

ID quoque pleriſque incognitum eſt: & ob eam rem mirabunda ſæpenumero vaticinium quoddam noſtrum præſagium credunt, vt febre detentus quartana, vindicabitur poſt diem (ſi ita fors tulerit) quintumdecimum. Atque per tertianam non demirantur præſagium. Sed in vtriſque ratio communis eſt. Vt enim per febres continuas numeramus omnes deinceps dies in præſenſionem futuræ indicationis: ita per intermittentes adnotationes: vt quod per continuas ſeptimus dies valet, id per intermittentes ſeptima circuitio præſtet. Ob id igitur exquiſita tertiana ſeptem circuitionibus, non diebus ſeptem iudicari natura ſolet. Quin etiam quod quartus dies à principio numeranti aduerſus ſeptimum eſt, id quarta circuitio aduerſus ſeptimam circuitionem. Quartus enim dies, ſeptimo index eſt: & item quarta circuitio, ſeptimæ index eſt. Sed de his omnibus libro De indicationibus perpenſum eſt. Quocirca nunc id vnum intellexiſſe ſufficiet, vt & quartanæ febris indicationes ex numero circuitionum accidant, non dierum: ex eodem coſmo, id eſt ordine, eſt. Coſmon, id eſt ordinem appellauit decretorium ordinem dierum. Vt enim acoſmias, id eſt inordinationis proprium eſt ataxia, id eſt inordinatio: ita coſmi, id eſt ordinationis, taxis eſt ordinatio. Et ob eam rem appellarunt mortales vniuerſum hoc, coſmon, argumento ordinationis, quandoquidem in eo cuncta rectè diſpoſita ſunt. In medio enim eorum terra poſita eſt, extra mare circumit, id ambit aer, illum æther, demum his omnibus cœlum circumobtenditur. Quin etiam conuerſiones inerrabilium ſtellarum, quid opus eſt dicere quàm ordine eant, vt quæ aſſiduè ſimiliter habeant, erranuum verò reuolutiones, quanquam non ſingulis diebus pares exiſtant, attamẽ ordinem paribus temporis circuitionibus ſeruant, ipſis aſſiduè eaſdem ſigniferi partes perreptantibus.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte plurimis incognitum eſſe dicit, quare quartana eſt de hac concinnitate, & numero longorum morborum: qui quoties audiunt medicum prædicentem, quartanam non finiendam ante diem 14. demirantur, ac dicunt, id potius ad artem vaticinandi, quàm ad artem medicam pertinere: non tamen ſi quis dixerit ſimile aliquid de tertiana: quum tamen eadem via ſit prædicendi quippiam de tertiana & quartana. Qualis enim eſt numerus dierum in continuis, talis eſt numerus acceſſionum in intermittentibus: & quemadmodum in continuis 4. dies indicat 7. ita in intermittentibus 4. acceſſio indicat ſeptimam. Ratio verò quare communis eſt via prædicendi in tertiana & quartana eſt, quoniam in omnibus medicus inſequitur quod docuit Hippocr. in Aphor. 12. primæ ſectio. Acceſſiones (inquit) & conſtitutiones morbi iudicabunt, id eſt, natura morbi indicat, ſi cito aut tarde perueniet ad ſummum vigorem, poſt quem ſequitur declinatio. Quæres circa ſententiam præſentem, quare in febre tertiana & quartana dies quietis non annumerantur, ſed tantùm acceſſiones: quum tamé natura tempore quietis adhuc operetur humorem coquendo aut reſoluendo, quorum vnumquodque poteſt morbum efficere breuiorem: quo dato, erit nihilominus in febre tertiana terminus dies ſeptimus totius morbi, quemadmodum in continua. Reſpondemus, quòd humores per febres tertianas aut ſunt reducendi ab benignum, aut à corpore expellendi: quibus duo coctionis modi reſpondent. Qui nondum actu putrent, poſſũt coqui eo modo quo dixit Gal. in lib. Art. medi. per alterationem, quæ facit ceſſare putredinem manente ſubſtantia: & hæc multò melius fit in diebus quietis à ſolo naturali calore reparante putredinem adhuc fientem, ne vlterius procedat, ac ſubuertat in ſacto eſſe naturalem compoſitionem humoris ex primis elementis. Quòd ſi humores ſunt à corpore pellendi, quales ſunt qui in ſacto eſſe putreſcunt, id fieri debet coctione, quæ eſt media quædam mutatio inter optimam & peſſimam, quam ego ſæpe oſtendi non eſſe aliud, quàm naturæ dominium, & ſuppuramentum, ad quam conſequendam plurimum coadiuuat calor præter naturam, vt in Commen. vltimo lib. 1. dixit Galenus. Quando igitur humor putridus mouetur, & vehementem recipit caloris præter naturam alterationem, tunc ambo calores ſimul in ipſo humore mediam illam coctionem perficiunt: & ſi reſolui ac diſcuti debet, celerius diſcutitur, quorum neutrum in tempore quietis perfici poteſt, ob defectum caloris præter naturam ignei, à quo perficiuntur huiuſmodi reſolutiones, ſiue ab ipſo naturali calore, quum ad igneam naturam fuerit conuerſus. Conuerti namque ad igneam naturam proficit ad huiuſmodi actiones peragendas. Inde eſt quòd acutiſſimi morbi, ſunt bilioſiſſimi, & calidiſſimi, & lenti ſunt longiores. Inde etiam fuit, quod in hiſtoria Sileni, in expoſitione 2. huius libri diximus, quòd quinta die finitus eſt morbus, quia diem vnum placide tulit, in quo non tantùm incenſus ſuit præter naturam calor. In febribus ergo intermittentibus, in diebus quietis, actio caloris circa humores morbum facientes ſuſpenditur, ac ferè ceſſat, neque inter morbi dies annumeratur. Adde quòd quartana aliis morbis longior eſt ob humoris peccãtis naturam: & dato quòd quartana nullam haberet intermiſſionem, adhuc eſſet morbus longior febre ardente: quoniam adhuc perpetuo exiſtente feruore febrili, maiori temporis interuallo egeret ad coctionem aut reſolutionem.

Via prædicendi in morbis omnib. longitudinem.

Febrium intermittentiũ quietes quare non annumerantur.

Quartanæ longitudinis cauſa.

Vaticinium quoddam. Græcè, ἐκ μαντικῆς τινος, quod eſt, & ex quadam vaticinandi arte.

In ſecunda parte, quæ incipit (Ex eodem coſmo, id eſt, ordine eſt) docet huius vocaboli, κόσμος, id eſt concinnitas ſignificationem. Habet enim ordinem ſignificare dierum decretoriorum, in hoc loco: quoniam quemadmodum inconcinnitas, quæ eſt ἀκοσμία: propria eſt inordinatio: ita κόσμος, id eſt concinnitas, propria eſt inordinatio, & hæc ad dies decretorios, de quibus loquitur, refertur. Quam totam partem inepte & confuſe tranſtulit Laurentianus dicẽs, Ordinem appellauit ordinem decretoriorum dierum. Et rurſus, Vt inordinationis propria eſt inordinatio, ita ordinationis ordinatio. Ad quod coactus fuit, quoniam in prognoſt. interpretatus eſt, vbi Hipp. dixit, κόσμου, ordine. Galen. ergo partem illam, ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου, id eſt, ex tali concinnitate proponit declarandam, dicens, (ſic enim legi debet litera) Ex hac κόσμου, id eſt, concinnitate, κόσμον, id eſt, concinnitatem dixit dierum decretoriorum ordinem. Vt enim ἀκοσμίας, id eſt, inconcinnitatis propria eſt ἀταξία, id eſt, inordinatio, ita κόσμου, id eſt, concinnitatis τάξις, id eſt, ordo. Conſeqoenter infert, merito vniuerſum fuiſſe coſmum appellatum propter ordinationem: ſita enim eſt in ipſo terra imo, deinde mare, deinde aër, deinde æther, deinde cœlum obtenditur. Præterea non errantium aſtrorum motus, quantam ſeruent concinnitatem, & errantia aſtra, quamuis errent, neque omnibus diebus pares motus efficiant, conſtat omnes ad vnam concinnitatem & ordinem reduci. Hoc vltimum, quod dicit Galen. in expoſitione primi prognoſt. de luna ſatis declaraui, quæ licet non habeat omnes quartas, motus & circuitiones æquales, tamen omnes menſes peragrationis ex quatuor hebdomadis conſtitutos habet æquales, ob concinnitatem, & correſpondentiam, ac mirum ordinem. Mundum ex elementis & cœleſtibus orbibus coſmum meritò appellari, conſtat ex Platone in Gorgia, vbi inquit, φασὶ δ' οἱ σοφοί, ὦ Καλλίκλεις, καὶ οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θεοὺς, καὶ ἀνθρώπους, τὴν κοινωνίαν συνέχειν, καὶ φιλίαν, καὶ κοσμιότητα, καὶ σωφροσύνην, καὶ δικαιότητα, καὶ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσι, ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἀκοσμίαν. quod eſt, Dicunt autem philoſophi, ô Callicles, & cœlum, & terram, & deos, & homines, ſocietatem habere, & amicitiam, & concinnitatem, & modeſtiam, & iuſtitiam, & hanc ob rem totum hoc coſmum, id eſt, ordinem vocant, ô amice, non inordinationem. Præterea Ariſt. lib. de Mundo, ſic ait: κόσμος μὲν οὖν ἐστι σύστημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως κόσμος. ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεοῦ τε, καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. quod eſt, κόσμος. id eſt, Mundus igitur eſt conſtitutio ex cœlo & terra, & naturarum, quæ inter hæc continentur, dicitur autem aliter κόσμος, rerum omnium ordo ac concinnitas, à Deo, & pro Deo ſeruata. Hæ ſunt duæ vocabuli acceptiones, in quarum ſecunda ordinationis cauſa, quæ à Deo, & propter Deum eſt, vniuerſum coſmos ſiue mundus appellatur. Plin. lib. 1. cap. 3. inquit, Equidem & conſenſo gentium moueor. nam quem κόσμον, Græci nomine ornamenti appellarunt, eum & nos à perfecta abſolutáque elegantia mundum.

κόσμος, & ἀκοσμία.

κόσμος ex Platone.

PROGNOST. VIII.

Qvi verò minimo temporis ſpatio iudicari debent, facillimi cognitu ſunt: maxime enim ab initio differunt. qui enim conualituri ſunt, facilè ſpirant, & ſine dolore agunt, noctu dormiunt, ac reliqua ſecuriſ-

ſima

ſima habent: morituri tamen difficile ſpirant, delirantes, vigilantes, ac reliqua ſigna peſſima habentes.

In morbis qui breui terminantur facilè eſt prædicere.

I N prognoſt. præcedenti, in quartana exemplum poſuit longorum morborum, de quibus loquutus fuerat in prognoſt. 5. & 6. Nunc autem in progno. 8. facile eſſe inquit, in morbis, qui breui terminantur, prædicere quò vertet morbus, de quibus in progno. 2. egit. Nunc verò amborum ſcribit exemplum, ſcilicet eorum qui ad ſalutem, & eorum qui ad mortem breui iudicandi ſunt: quorum quoſdam dixerat ſimpliciſſimos, quoſdam verò peſſimos, in prædicto prognoſt. Seruit autem exemplum ad omnes febres quæ breui terminantur: vt in 7. aut 14. die: in illis enim 1. aut ſecundo quaternario tenetur medicus futurum prædicere. Dixerat ergo, ſimpliciſſimæ febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſſimis quatuor diebus aut citius finiuntur. Tenetur ergo medicus inter initia ipſarum prædicere, quo vertet morbus: erunt autem hæc ſigna in extremo bonitatis. Talia ergo ab initio maximè diſtabunt à contrariis, ſi in initio talia in extremo fuerint. Quæ enim in extremo bonitatis ſunt, maximè diſſident ab his, quæ ſunt in extremo malitiæ. Facilè igitur erit ab initio intelligere, quò vertet morbus. Signa autem talia ſunt, in conualituris, facilè ſpirare, noctu dormire, & ſine dolore agere: exempla ſunt omnium bonorum ſignorum, quæ ſcribuntur in hoc libro ab Hippocr.

Morituri primo quaternario ſtatim ſigna mala habēt.

Qui etiam primo quaternario morituri ſunt, ſtatim ſigna mala habent: & ſi in ſecundo mori debent, intra primum apparebunt ſigna mortis, quæ oſtendent morbum citò ſuperaturum naturam. Hæc autem ſunt, inquit Hippoc. difficile ſpirare, delirare, vigilare, ex quibus iam apparentibus, medicus peritus tenetur prædicere futuram mortem, cùm primùm apparuerint; in quibus tamen non ſtatim apparent, non tenetur id prædicere, donec appareant. Poſuit autem hæc tria ſigna tantùm, tanquam exempla ſignorum malorum: reliqua tamen in toto hoc volumine comprehenduntur, & tam bona, quæ ſalutem, quàm mala, quæ mortem oſtendunt, recenſuit lib. 2. prognoſt. 56. quæ hîc breuitatis cauſa omiſſa ſunt. Circa quæ tanta eſt medicorum noſtri temporis ignorantia, támque laborem omnem effugiunt, vt non tantùm quum opus eſt cognoſcere, quò vertet morbus, id ignorant, ſed neque morbum ipſum ſatis norunt: quos ego memini me inueniſſe, poſt mortem ægri diſceptantes, an fuerit morbus ille lateralis. Sed de his ſatis, qui longum vale dixerunt arti prædicendi. Vbi dixit, delirantes, Græca litera habet, ἀλλοφάσσοντες. quod vocabulum, vt inquit Galen. in Commen. poteſt Conflictantes, & Delirantes ſignificare: in hoc tamen loco potius ſignificat delirantes, quoniam aliàs alia loquuntur. Merito igitur reprehendendus venit Laurentianus, qui Conflictantur, dixit. Et in lib. antiquatarum dictionum Hippocr.

Laurētianus notatur.

ἀλλοφάσσοντες ſunt, παραπαίοντες, & παραφρονοῦντες, hoc eſt, deſipientes atque delirantes. Contra ſententiam huius progno. eſt Aphor. 19. 2. ſect. Acutorum morborum non omnino certæ ſunt prænuntiationes, aut ſalutis aut mortis. Vbi Hippocr. (vt etiam vult Gale. in Commen.) prædictionibus, quæ fiunt in morbis longis, videtur fidere, quoniam in ipſis humores fixi ſunt, in aliqua parte: non tamen illis quæ fiunt in morbis acutis, quoniam in illis humores mobiles ſunt, & ſubitas facere ſolent mutationes, ac, vt dixerim, inopinatas. In præſenti tamen prognoſt. facilem dicit eam, quæ in acutis prænotionem. Veruntamen ſi quis aduertat Hippocrat. mentem in Aphoriſ. non

Obiectio.

Aphoriſ. & prognoſt. concordia.

negat facilem eſſe prænotionem in morbis acutis de exitu morbi, ſed negauit eſſe certam: præterea non ſimpliciter negauit ipſam eſſe certam, ſed voluit non omnino certam eſſe. Facilitatem igitur dicemus maiorem in acutis, quia facilius ſigna ſalutis aut mortis ex ſe præbent: certitudinem tamen in longis maiorem: nullam enim ex inopinato facere ſolent ſubitam mutationem. Progno. itaque de tempore præſagiendi loquitur: aphoriſmus verò de certitudine præſagij.

GALENI COMMENT.

VErbum propenſius, vt antea eſt proditum, promptius faciliúſque ſignificat. Propenſiora enim appellitat faciliora: & ad cognoſcendum promptiora. Itaque paulò antè dixit, Simpliciſſimæ enim febres, ac ſignis firmatæ ſecuriſſimis, quarto die aut citius deſinunt. Sed nunc recenſuit id, vt per exempla planius indicetur, quænam ſigna ſaluberrima ſint. Igitur ipſa inferēs dicit, Qui enim conualiturus eſt, facilius ſpirat, ſine dolore agit, noctu dormit. Qui verò moriturus eſt: ſpirat difficulter, conflictatur, vigilat. Deinde vtrique ſermoni adiecit: priori quidem, Et alia ſigna ſecuriſſima habet. ſecundo verò, Et alia ſigna deterrima habet. clarè indicans vt exemplorum cauſa fecerit mentionem trium ex vtroque genere ſignorum. Porrò id etiam merito adiecit ſermoni: Maximè enim ab initio diſſident: id quod antea quoque dictum mihi eſt: cùm inſigne ſit diuortium inter ſe morborū, qui minimo temporis tractu diſceſſuri ſint aut in ſanitatem, aut in mortem: quomodo eorum qui plus temporis extendantur, conſimiles nota in principio exiſtunt. Cæterum verbum ἀλλοφάσσοντες (nam dictum quoque id nomen eſt in dictione non admodum conſuetum Græcis) aut delirare, aut inquietos agere: quod verbum ἀσφαδάζειν, id eſt, conflictari, ſignificat. Sed rectius, quantum ex ipſa voce conijcio, prius ſignificatum eſt, vt nomen ſit factum hoc ἀλλοφάσσοντες, ἐκ τοῦ ἄλλοτε φάσκειν ἄλλα, id eſt, propterea, quòd aliàs loquatur aliud. nonnulli, quia mutet aliàs in aliam figuram τὰ ὦπα, id eſt, oculos, extitiſſe dicunt appellationem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

I N prima parte explicat vocabulum, quo vſus eſt Hippoc. Faciliimi dicens, quòd hæc dictio, εὐπετέως, id eſt, facilè, idem eſt, quod εὐπόρως, promptè, & ῥᾳδίως, id eſt, cito. Sic enim legi debet, dictio εὐπετέως, hoc eſt, facilè (vt prius dictum eſt) ſignificat promptè, & ſine mora: dictio verò εὐπετεστέρη, etiam admodum dicit & promptiorem dignotionem. Quod dixit, *Antè dictum eſt*. intellige lib. 2. Commen. 43.

I N ſecunda parte, quæ incipit (Itaque paulò) docet hanc ſententiam eſſe exemplum prognoſt. 2. vbi præter, id quod dixit, Simpliciſſimæ enim febres: addidit, Et ſignis firmatæ, ſecuriſſimis. Quæ coniungi debent cum febribus ſimpliciſſimis, ſicuti & cum febribus peſſimis ſigna peſſima adiunxit: quorum etiam exemplum ponitur ab Hippocra. in prognoſtic. *Conflictantur*. lege, vt in expoſitione dixi, Delirantes.

I N tertia parte, quæ incipit (Porrò) meritò inquit Hipp. dixiſſe, Maximè enim à principio differunt. Maximè enim diſſident morbi ſalubres à lethalibus, à primis diebus: quemadmodum in aliis longis parum eſt in primis diebus interuallum.

I N quarta parte, quæ incipit (Cæterum verbum) exponit verbum ἀλλοφάσσοντες, quod delirantes, & inquietos ſignificare poteſt: in hoc loco tamen, non inquietos, ſed mente agitatos ſignificat: quoniam ἀλλοφάσσειν, ſignificat alias alia loqui.

PROGNOSTIC. IX.

HIs igitur ita euenientibus conîectari oportet per tempus, ac per ſingulas

las additiones, morbis euntibus in iudicationem.

Perſequitur in hac parte Hippoc. quod dixerat in prognoſt. 7. quòd per quaternarios additos procedendo oporter ad eum peruenire, qui indicet quò vertet morbus, antè quam medicus quippiam de morbi euentu prædicat. Quum igitur ita ſit, quòd quidam citò, quidam tardè iudicantur, per tempora & quaternariorum additione, coniectari oportet de ſignis id oſtendentibus. Addit, Morbo eunte in iudicationem: ac ſi dixiſſet, morbo eunte in ſummum vigorem, in quo iudicationes fieri ſolent.

GALENI COMMENT.

VT antea quæcunque dixit de primo quaternario iuxta initia recenſuit, adiiciendo & exempla: pari modo rurſus per hanc dictionem perſequitur ea quæ ſunt per illa tradita, in qua ait: Sed a primo animaduertendum eſt, conſiderandúmque ſingulis additis quaternariis, nec latebit quònam vertetur morbus.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN hoc breui Commen. claram mentem Hippo. clariorem efficit. Quum antè Hipp. fecerit mentionem de febribus ſimpliciſſimis, cum ſignis ſecuriſſimis, & de eis contrariis, quas peſſimas ſiue grauiſſimas appellauit, & appoſuit earum omnium exemplum in progno. præcedenti: nunc, quoniam prædixerat in quibuſdam morbis non eſſe poſſibile ſtatim ab initio cognoſcere, quò vertet morbus, vt in progno. 6. ſed per quaternarios annumerando eſſe procedendum, in præſenti id etiam amplius declarat Hipp. conſulens, vt per ſingulas adiectiones quaternarias procedamus; morbo eunte verſus iudicationem, nos verò numerantes ac attendentes, donec notæ ſpectatæ appareant.

PROGNOST. X.

SEcundum eandem rationem, & fœminis iudicationes fiunt ex partu.

Quoniam de iudicationibus in præſenti parte huius libri tractare decreuit, hoc ſatis notatu dignũ inſerere vtile fuit, nempe vt computationes dierum decretoriorum in mulieribus parientibus, ac poſtea febricitantibus, à die partus fiant. Itaq; ſi poſtquam mulier, exempli gratia, pepererit, ei ſuperueniat febris aliqua acuta, de qua iudicet medicus ipſam eſſe de natura earum, quæ 7. die iudicantur, is ſeptimus à die partus eſt annumerandus, non a die quo mulier poſt partum febricitare cœpit. Mulieres naturalem habent menſtruam purgationem, per quam ſanguis, qui in ipſis abundat, vtilis ad conceptionem & fœtus altionem, extra ipſam verò abundans, atque inutilis, ea purgatur. Is in maſculis non abundat, quum ſani degunt: ſunt namque, vt inquit Hippocrat. maſculi fœmellis calidiores, & ideo nigri, & earũ prominent venæ, & hilioſiores exiſtunt, lib. 6. de Morb. pop. par. 2. ſect. 47. Ideóque in dextris partibus vteri maximè generantur, habéntque à priori cauſam, quoniam iecur caliditate ſua coadiuuat ad maſculorum generationem, & eorum caliditatem. Facit etiam ad id maximè alimẽtum, quod purius ac ſyncerius peruenit ad dextrũ, quàm ad ſiniſtrum teſtem Lib. 14. de vſu part. ea anatome docet Galen. ex ipſis magni vaſis originem trahere venam, & arteriam, quæ ſunt ad dextrum teſtem: eas verò, quæ ad ſiniſtrum, ex his quæ eueniunt ad renes, quę ſanguinem ſeroſum atque impurum portant. Voluit ergo Hippoc. loco citato, & Gale. in Commen. eodem, & 48. & lib. 2. de Temperamentis, marem fœmina calidiorem. Quòd ſi aliquando apud Hippoc. inueneris fœminam calidiorem, vt lib. de Fœminarum morbis, quum inquit, Nam fœmina calidiorem ſanguinem haber, quàm vir, propterea calidior eſt, quàm vir, id abiiciendum eſt à libris Hippo. ſicut & multa alia, quæ ſuis operibus inſerta ſunt, atque partim temporis antiquitate, & ſermonis obſcuritate, partim ſcriptorum incuria fuère deprauata. Conſulo ergo eis qui Hippo. volumina legere atque euoluere cupiunt, vt attentè admodum inſpiciant: ſi namque liber eſt ex his qui à Gale. interpretantur, ipſius ſequantur interpretationem, & approbare velint, quæ Gal. approbat, ac refellere, quæ ab ipſo refelluntur. Quòd ſi non adfuerint iuxta eum librum Galeni commentaria, eáque non videntur ſapere doctrinam antiquiſſimi Hippoc. eiúſque laconicam breuitatem, cum veritate, ac ſententiarum grauitate coniunctam, tanquam adulterinam explodant: prius, ſi licuerit, cum eis, quæ circa eam doctrinam à Gal. ſcribuntur, facta collatione. Neque hoc temere dictum putet quiſpiam: nam liber Aphor. ab omnibus Hippo. eſſe approbatur, verùm plurimos Aphoriſm. eius, tanquam ſpurios, reiicit Gal. Liber item de Ratio. vict. acutorum, Hipp. eſt, & ab omnibus talis eſſe cenſetur: cæterum Gale. multas eius ſententias tanquam falſas & ſpurias explodit, quoniam veram Hippoc. doctrinam non videntur ſapere. Vbi igitur Galen. non habemus authorem, & maximè in eis libris, quos Galen. non expoſuit, multo plura errata quàm in aliis eſſe non dubitamus. Quamobrem conſilium meum in hac re videor mihi eſſe vtile, vt tantùm id approbemus, quod Gale. approbat, aut quòd Hippoc. & Galen. ſententiis conſonum videatur. Ad hoc comprobandum accedit, quod Gale. lib. de Chirurgi officina, Com. 4. lib. primi, excuſari poſſe literam Hippoc. inquit, etſi de olfactu non fecerit mentionem: licet enim dicere, à librariis fuiſſe prætermiſſum: quemadmodum alia multa, in multis Hippoc. & aliorum libris inueniuntur partim errata, partim prætermiſſa. Ad rem itaque redeundo, lib. 14. de Vſu partium, fœminam mare frigidiorem probat, vſúmque declarat: ea enim eſt fœminis conuenientiſſima temperatura, per quam ſanguinem generent, conuenienti copia, vt & ſe & infantem alere poſſint, conceptus tempore: neque tamen tantus ſit earum calor, vt diſcutere poſſit, quod abundat, quemadmodum in maſculis. Sunt ergo fœminæ maribus paulò frigidiores, vt quæ ſufficiant generationi multi ſanguinis, non tamen eius diſcuſſioni. Is ſanguis qui abundat à quartodecimo anno, in quinquageſimum, quouis menſe per vterum purgatur in bene habentibus fœminis. Neque negamus, quibuſdam parum ante 14. aut poſt ipſum incipere menſtruas purgationes, quibuſdam etiam pinguioribus ad 40. deficere, & quibuſdam poſt 50. etſi tardò: tempore tamen conceptionis, nouem integris menſibus cohibentur, vt fœtum alant, neque ipſum corrumpant. Huius ſanguinis partem optimam ſibi trahit fœtus, reliqua ad horam partus purganda ſeruantur. Eſt hæc purgatio quædam naturæ operatio, per quam à ſuperabundanti, ac venas implenti exoneratur: is nunquam eſt inculpatus, vt loquit Gal. lib. 2. de Mor. pop par. 3. in Hiſtor. Philini, in Com. Quòd ſi quum mulier naturaliter parit, purgationes conuenienter ſuccedant, libera manet fœmina, non aliter quàm qui ex morbo optimè iudicatur: ſolentque hæ iudicationes paulatim euenire. Siquidem non tribus tantùm aut 4. diebus perficiuntur, ſed 30. & nonnunquam 40. quem terminum excedere non ſolent, niſi ægrotationis ratione. Ante 30. verò ſæpe finiuntur, & ſæpe ante 20. Quum tamen imperfectè

Menſtrua purgationes.

Maſculus calidior fœmina.

Abiicienda quadam à libris Hippo.

Fœmina maribus paulò frigidiores.

Menſtrua purgationes quo tempore incipiunt ac deſinunt.

Menſes quo tempore durant.

perfectè aut tardè iudicantur, ac lentè, & humores, qui in vaſis continentur, deprauati, corruptiq; ſunt, febricitant fœminæ, aut eodem quo pepererunt die, aut 2. aut 3. poſt. In quibus fines ac iudicationes ſperandæ ſunt, à die partus, non à die quo fœmina ipſa febricitare cœpit, inqoit Hippoc.

Obiectio.

Contra quod videtur eſſe, quod ſcribitur à Galen. lib. 3. de Diebus decretoriis, de morbi principio: dubitans namque à quo tempore dierum iudicialium computationes ſunt faciendæ, ſubdit. Non à primo morbi inſultu: id enim inſenſibile eſt. non etiam videtur à decubitu facienda: ſiquidem plurimi molles ac timidi ob quamuis leuem cauſam ſtatim decumbunt: alij verò robuſti ac mali patientes, & negotiis ciuilibus occupati, longius eunt, & aſſueta munia obeunt, neque adhuc decumbunt. Erit igitur principium, inquit, non primum tempus inſultus, non hora decubitus, nõ tempus quo primùm cibos faſtidiunt, diſplicent, caput dolent, atque grauantur: ſed quo primum febrire, atque ob febrem decumbere cœperint. Quod & ſi in quibuſdam exactiſſimè notum non fuerit medico atque ægrotanti, ad prædicendum, & computationem dierum faciendam, nihil refert. Malè ergo docet modò Hippoc. ab hora partus, quum nondum febrit fœmina, computationem facere: pari enim modo doceret, ab hora diſplicentiæ, faſtidij, & doloris capitis ante febrem computare. Ad quod reſpondendum eſt, quod iudicationes morborum maximè ſolent euenire in die motus humoris: in illis verò quæ pepererunt, motus humorum potius ſequitur partum, quàm febrem, quoniam in partu maximus motus, ac validiſſimus humorum fit: inde ſequitur, vt iudicationes, quæ omnes per manifeſtas excretiones, aut effatu dignos abſceſſus fiunt, in diebus partui reſpondentibus eueniant: quia maximus ille excretionis motus in die partus incœpit, cui eos omnes, qui eum ſequuntur, in proportionatis diebus euenturos ſperandum eſt. Tales autem ſunt & euacuationes, & abſceſſus. Neque valet argumentum de neutralitate decidentiæ, in qua ægri ſentiunt faſtidium, diſplicentiam, ac dolorem capitis: iſta enim neque paria ſunt, cum motu corporis, & doloribus partus: neque ſimilia excretioni, quæ cum partu fit fœtus, & humorum: neque ipſamet febris, & humorum febrem facientium motus, parem habet cum iudicationibus ſimilitudinem, ac reſpõdentiam, ſicuti partus, in quo & motus & euacuationes omnium maximè fiunt: & iudicationes ipſæ, motus ſunt, atque excretiones. Mouentur itaque ad excretionem & criſim humores omnes poſt partum, in diebus partui reſpondentibus.

Neoterici cõfutantur.

Quòd etiam exiſtimant aliqui Neoterici, Hippocrat. ſententiam eſſe intelligendam de partu non naturali, eſt falſum. Dicunt enim, quod febris, quæ ſequitur partum non naturalem, eſt accidens partus, & computatio non debet fieri ab accidente, ſed ab ipſo morbo, maximè ſi febris parum poſt partum ſequatur: vbi verò partus naturalis fuerit, febris ſequens potius videbitur ſequi cauſam aliam ex malo regimine, & tunc computationes ab ipſa febre erunt faciendæ.

Febres à partu non ſunt ex accidenti.

Sed in omnibus his falluntur. Primò, quia febres, quæ ſequuntur partum ſiue naturalem, ſiue non naturalem, febres ſunt in eſſentia, cùm non ſequantur inflammationes: tantùm enim illæ febres accidentes dicuntur, quæ ſunt ſymptomata ſequentia alicuius partis inflammationem, quas non febres, ſed pleuritidem, phrenitidem, & pulmoniam ſolent antiqui medici appellare, non eas, quæ ſequuntur humorum putredinem. Quod ſatis late declaraui, quum in celebratiſſima Salamanticenſi Academia publicè profitebar medicinam, in expoſitione diuiſionis febris, in febrem in eſſentia, & febrem accidens: quo tempore contigit mihi, vt plurimas Barbarorum ſectas ab animis ſtudioſiorum propulſarem. Quod etiam referunt, febrem poſt partum naturalem non ſequi partum, & poſt partum non naturalem ſequi partum, eſt falſum.

Febres quæ ſequuntur partus.

Febres enim quæ ſequuntur partus, ob id maximè eos ſequuntur, quòd humores mali corrupti longo tempore aceruati, agitantur, maximè ſi non ſufficienti copia purgentur: quod ſæpiſſimè poſt partum naturaliſſimum euenire ſolet, vbi ante partum mulier malo victu vſa fuerit, plurimos prauos ſuccos congerente, aut vbi ob ipſorum craſſitudinem non probè purgentur, aut quoniam vbi acres admodum fuerint, vterus ob dolorem irritatus non admittit purgationem. Hi igitur humores agitati, & non conuenienti copia purgati, febrem accendere poſſunt poſt partum naturalem, cuius cauſa primitiua partus erit. Cauſa enim actu febrem faciens, putreſcens humor eſt, tam naturali quam in non naturali partu.

Solus motus non efficit febres acutas ſine corporis apparatu morboſo.

Exiſtimare autem febrem acutam poſſe ex ſolo motu partus euenire, eſt falſum, niſi in corpore præfuiſſent mali ſucci, vt inquit Gale. lib. 3. de Mor. popu. par. 3. in Comm. hiſto. adoleſcentuli, qui in Mendacium foro: Ego verò, labores quidem & curſus, ſi plures exercitationes hac appellatione ſignificentur, pertinenter affirmauero, nequaquam morbis cauſas fuiſſe, niſi in corpore morboſus apparatus ante fuiſſet. Et lib. 1. de Morb. popu. par. 3. in Comm. hiſtor. Sileni inquit, Vbi quis ex cauſis manifeſtis febricitare cœperit, ſi nullo modo corpus ad morbum paratum fuerit, diaria corripitur febre. Motus ergo ſolùm febrem non efficiet acutam. De vtroque igitur intelligenda eſt Hippocra. ſententia, neque eſt cur diſtinctionem faciamus: partum enim fuiſſe naturalem nihil refert ad febrem humoſalem faciendam.

Computationes non ſunt à partu & febre, vt putant neoterici.

Quod etiam quidam dicunt, computationem à die partus & febris fieri debere, itaque duas computationes faciendas eſſe, vbi febris in diẽ partus non incidat, falſum eſt: quoniam Galen. 10 Commen. damnat hanc ſententiam, quum inquit, Principium numerationis erit, non quo die cœperint febricitare, ſed pepererint. In quibuſdam igitur circa ſecundum, aut tertium diem à partu incipiũt, ex quo multi numerant futuram iudicationem. Sed res non ita ſe habet, ſed ex quo pepererint, numerationem fieri oportet dierum. Præterea nullus antiquorum duas computationes faciendas eſſe præcipit. Rurſus ponamus aliquam mulierem ſecundo die à partu in febrem incidere, quam putet medicus 11. die iudicandam. Conſtat, quòd ſi computatio fit ab vtroque, ratione febris eueniet in 11. & ratione partus in 20. aut ſi iudicatio ſperatur à febre in 17. ratione partus fiet in 16. & aliqua fiet in 19. quæ ſperatur 10 die 20. quod nunquam fit, & dies hos non iudicare in expoſitione primi prognoſtic. huius lib. diximus. Præterea partus non habet de ſe naturam aliquam, quæ oſtendat, quòd febris, quæ ſequitur ipſum, iudicanda eſt citò, aut tardè: ſed ſola ipſa morbi natura cum motu, & anni tempore, & reliquis, oſtendunt quando morbus finietur. Non igitur erunt duæ computationes faciendæ, ſed vnica. Vbi enim febris, quæ ſequitur partum, fuerit acuta, quæ iudicet morbum intra 14. finiendum, quæ computatio à febre ſumitur quærerem quam iudicationem præbet partus, aut quæ computatio fieri debet à partu, alia ab iſta.

Computationes à partu.

Sed quoniam id videtur eſſe contra Hippo. ſimiliter, qui à partu præcipit facere computationes, notandum, quòd conſideratio ſumitur à febre, computatio autem vnica eſt, quæ ſumitur à

partu,

partu. Conſiderare enim oportet morbum, an acutus ſit, an peracutus: quòd ſi acutus, intra 14. terminabitur, is autem erit 14. à partu: ſi peracutus non exactè, qui intra 7. terminari debet, is dies erit à partu 7. non à febre. Et ſi ſecundo die, à partu incidat in febrem exactè peracutam, 4. die, aut citius à partu numerato finietur. Quamobrem Gal. in Comm. videtur velle id intelligendum eſſe, in febribus, quæ ſecunda, aut tertia die à partu ſequuntur. Nam ſi 6. die à partu ſuperueniat febris, quæ à natura ſua ſit 7. die finienda, hæc 7. non erit à partu: eſſet enim a. dies febris, in qua morbus ille non potuit ex natura ſua finiri. Ratio huius eſt, quoniam vbi poſt partum ſequitur febris, intra ſecundum aut tertium diem, motus humorum facientium febrem, videtur ſequi motum factum in diem partus: in reliquis verò non, vbi morbi ſequantur acuti. Morbus igitur, quippe febris, oſtendit citam aut tardam iudicationem: dies autem erit is qui à die partus facta computatione fuerit iudiciarius. Quòd ſi in ipſo non fiat, fidum non erit iudicium. Hanc expoſitionem lectores aduertant oportet: hæc enim eſt mens Hippoc. & Gale. Confirmat præſentem ſententiam prognoſticam, hiſtoria In Thaſo Philini vxorem lib. 1. de Morb. pop. part. 3. quæ poſt partum 14. die febricitauit, & computatio ipſius à febre facta eſt, non à partu, Hanc ego exiſtimo eſſe veram Hipp. mentem, licet aliquando, ſed rarò fiat, aliquam iudicationem ſequi computationem factam à die febris, non eam quæ fit à partu, vt libro primo de Morbis popularibus parte tertia in hiſtor. vxoris Epicratis, quæ filiam peperit, & ſecunda à partu die febricitauit, & ab eo die omnem fecit computationem Hippocrat. dicens, Sexto à febre die, ſub noctem mente vacillauit, ſeptimo prorita ſunt omnia, & reliqua. Et in hiſto. Dromeadæ vxorem quæ filium pepererat, quam poſtridie rigor, & acuta febris prehendit: & ſtatim inquit, Secundo à rigore die &c. vbi omnem computationem facit à die febris, non à partu. Neque tamen mirandum eſt, in his duabus aliter eueniſſe: quandoquidem & ſi 14. dies ſit iudicatoria radicalis, in morbis acutis exquiſitè nonnunquam euenit, iudicationem fieri in 13. etſi rarò, pariter & in 20. & 21. euenit. Sic etiam dato, quòd dies omnes iudicatorij in fœminis parientibus, quibus paulò poſt febres ſequuntur, partum ſequi deberent, nonnunquam fit, vt ſequantur ipſam febrem, licet rarò.

GALENI COMMENTARIVS.

PRincipium numerationis ubi fiat non quo die cœperint febricitare, ſed quo pepererint. In quibuſdam igitur circa ſecundum aut tertium incipiunt diem a partu: ex quo multi numerant futuram iudicationem. Sed res non ita ſe habet, ſed ex quo pepererint, numerationem fieri oportet dierum. Cæterum cum hæc omnia ſummatim de diebus decretoriis docuerit Hippo. libet vt in animum reuocetur id quod a me ſæpenumero dictum eſt, id eſt quaſdam conquiſitiones haud quicquam conducere ad artis miniſteria, logicam habentes conſiderationem. Vſus enim prædictionis eſt agnoſcere diem quo morbus iudicandus eſt. Sed vtrum talis ſit acutus appellandus, an peracutus; an longus, an acutus adauctus, an acutus ex conuerſione, de nominibus quærere eſt potius quàm de rebus. Quod ſi cui placeat vel talem quæſtionem eſſe de rebus, tamen non iis rebus eſt ex quibus orſus quiſpiam aut præſentiat futura, aut rectè medeatur. Itaque ſubiiciatur nobis verè præcognitum eſſe vigeſimo die fore morbi ſolutionem: tum re ita eueniente, quemadmodum expectabatur, quendam dicere acutum morbum extitiſſe, quendam non acutum permittere nominari ipſum, finem enim eſſe morborum acutorum quartumdecimum diem: deinde eos inter ſe rurſus diſſidere: & alter appellet perſpicuè longum, propterea quòd exciderit ex acutorum limite morborum. quippe nullam eſſe exiſtimandum eſt per morbos aliam tertiã differentiam de quantitate temporis: alter vocet acutum ex conuerſione talem morbum: alius acutum adauctum nominet: alius non ſimpliciter ita dicat, ſed appellet acutum paulò adauctiorem. Si quis igitur primùm audiat ea ex quibus ſinguli diſcrepantes veriſimilibus communiunt opinionem, deinde decernat quiſnam eorum melius peiúſve ſentiat: multum conteret temporis, nec aliquid in arte iuuabitur. Pari modo ſi quis nouit præſentire vigeſimoſeptimo ſolutum iri morbum, nec poſſit definire vtrum acutus, an acutus ex conuerſione ſit, nequaquam in artis officio offendetur. Optimum enim eſt per differentias in morbis ab tempore ductas, tantum earum exiſtimare eſſe numerum, quanta decretoriorum circuitio habetur: vt breuiſſimus quidem primo circumſcribatur quaternario, poſtea verò is qui ſecundo, tum qui tertio, deinde qui quarto, mox qui quinto, ac demum qui ſexto, qui quaternarius in diem vigeſimum deuenit: poſtea verò aboleri quaternarios, fierique per ſeptenarios iudicationes, deinde etiam hos aboleri procedente tempore: ita vt per vicenos dies morborum efficiantur ſolutiones: poſtea ad menſium numerum deuenire. Duæ enim ſunt temporum præfinitiones in morbis: vt aut acuti, aut diutini nominentur. Sed gratia illuſtrioris diſciplinæ ſæpenumero ita nominauimus, mox ab ipſis ducti rebus cogimur alios inter eos rurſus ponere acutos ex conuerſione: & omnes differentias tres facere: è quibus rurſus ſingulas partimur: velut in primis nempe acutis, hic ſimpliciter acutus, ille peracutus ab ipſo Hippocrate nominatur. Peracutus, ſi ſeptimum non tranſmeet diem, ſed aut in eo, aut etiam maturius iudicetur acutus, ſi vſque ad quartumdecimum extendatur. tum autem huic quoque paulùm quid adiici cernentes ambigimus propriam non habentes deferre appellationem morbo qui ſeptimodecimo iudicetur: quemodo nec ei qui vigeſimo finiatur: ita vt appareat hac in re ambiguitas acerui nominata, videaturque interdum nobis veriſimile non eſſe quartumdecimum limitem acutorum morborum, ſed vigeſimum diem. At vero rurſus & alia non parua ambiguitas ſuper ea ipſa re eſt. Etenim morbus acutus cum magnitudine quadam ac febre continua intelligitur. Si enim non ita ſit, quanquam circa quartum decimum ſoluatur diem, aut etiam citius, eiuſdem appellationis, nequaquam cenſemus. Igitur hæ ſunt & tot acutorum differentiæ perſcripti temporis morborum: aliæ verò eorum qui ad ampliorem latitudinem, poſt diem vigeſimum extendũtur, & verò illorum conſonum rationi videtur, vt qui vſque ad quadrageſimum protrogentur diem, quadam propria differentia collocentur, qui autem ab his ad ſeptimum menſem extenduntur, alia differentia: quemodo & qui annui ſunt, rurſus alia comprehenduntur, & ad hæc qui habent non menſium, ſed annorum numerationem. Quod igitur aſſiduè moneo, talia prætermittenda ſunt, danda vero opera eſt, vt idoneus ſis præſentire, quonam tempore conualiturus ſit æger. Itaque conſtat vt Hippocrates in vno morbi genere quem ſolet nominare ſuppurationem, interdum vigeſimum diem ſtatuat terminum eruptionis, interdum trigeſimum, aut quadrageſimum, aut ſexageſimum. Quocirca permittens deferre appellationes iis qui circa talia peritiores exiſtunt, ipſe ſtudet præſentire in quem de relatis terminum ruptio perrepturaſit: Id comperies duobus velut inſtrumentis, experimento ac ratione. Experimento quidem, vnam & item alteram docente ſuppurationem eruptam, alterutram proprio ſeorſum temporis ſpatio. Ratione verò, cognoſcente materiæ ſuppurationis ſubſtantiam, & item cauſam efficientem eius, & ea quæ cum illa cooperantur. Simul enim aliquis vidit primam ſuppurationem quadrageſimo, ſi ita contingat, erupiſſe die, quam talis commiſit humor, verbi gratia modicè frigidus, ac tempore ſimiliter modicè frigido,

& ætate

& ætate, & regione, & natura totius morbi, atque etiam affectæ partis: & rurſus ſimul videt alteram erupiſſe ſexageſimo de omnibus prædictis frigidioribus, item autem vigeſimo, ſi ita fors tulerit, calidioribus: ex his orſus, poterit alias ſcrutari ſuppurationes intentionibus vtens empirice perſpectis, conferens verò cum illis ea quæ nunc accidunt per caliditatem & frigiditatem ipſorum humorum euariantium, & item alterantis eos cauſæ efficientis, quæ calor natiuus eſt: & quæcunque alia huic cooperantur ex terra, tempore, conditione. Porrò cauſæ ipſius efficientis magnitudinem ab ætate conijciens, & item propria ipſius natura, atque etiam parte in qua accidit fieri ſuppurationem, & alijs indicijs quæcunque robur atque imbecillitatem indicant in arterijs ac venis facultatis: (qui enim nihil ex his agnouit, ſed expectat ex obſeruatione cunctas diſcere ſuppurationes, mille tempus annorum ad eam rem nequaquam ſufficiet: quemadmodum rurſus qui ad natiuum reſpiciens calorem quantus ſit, cúmque eo confert concoquendorum naturam humorum, viam habet inueniendæ eius rei quam veſtigat) is igitur eſt, qui poteſt ex iis quæ nouit, ea etiam quæ non nouit, artificij ratione præueſtigare. Hic vnus dicet vt circa vigeſimum diem talis ſuppuraturus ſit, circa trigeſimum talis, & in alijs ſimiliter, nihil inſuper neceſſe habens addere vtrum oporteat nominari acutum, an longum, an acutum ex conuerſione morbum. Hæc enim interſtinguere, officium eſt non medicorum medicinæ fidem miniſterijs artis ſtudentium, ſed ſophiſtarum ſermonibus vacantium: & ob eam rem de eiuſmodi quæſtionibus in excelſo inſidentes ſolio, ſcite admodum plerique ſermonibus perhauriunt auditores: quid verò ſit ægris euenturum, magis latuit eos quàm maris congij. Alij e contrario idonei ſunt ad cognoſcendum morbos, ac præſentiendum futura, ſed nihil habent quo logicas diluant quæſtiones: & ob hanc cauſam alij exiſtimantur medici ab hominibus: alij ſophiſtæ aut medici verbo tenus. eos enim ita appellant, & ſi quos viderint librum aliquem legentes, & ratione vtentes ad vtilium medicaminum interpretationem, tales medicos verbo tenus eſſe ſuſpicantur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte dicit comparationem fieri debere, non à quo die cœperint febricitare fœminæ parturientes, ſed à die quo pepererunt. Et id ſignatum vult, vbi in illis, quæ circa ſecundum aut tertium diem à partu febrire incipiunt. hoc tantùm ſcribit Gal. in hoc longo Commen. quod ad progn. expoſitionem pertineat.

De nominibus quanta ſit habenda ratio.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Cæterùm quum hæc omnia) reprehendit tanquam inutilem diſputationem de nominibus: ſufficit etiam intelligere quòd morbus cito, aut tarde iudicabitur, etiã ſi medicus ignoret, an talis morbus ſit appellandus acutus, an peracutus, an celeriter irritatus. Quòd ſi aliquis contenderet, de rebus eſſe quæſtionem: veruntamen quæſtio de his rebus nullam afferet curationi aut prognoſtico vtilitatem. Ponamus enim, inquit, prænoſcere medicum alicuius morbi ſolutionem 20 die morbi futuram, quo ita eueniente, quidam eum morbum appellet acutum, alter verò dicat ipſum non eſſe acutum, quoniam terminus acutorum eſt dies 14. Præterea diſſideant, altérque dicat ipſum eſſe acutum ex decidentia, alter non eſſe talem morborum differentiam, ſed omnes limitem acutorum excedentes eſſe longus: alter ipſum dicat acutum adauctum: ſi etiam fiat, vt aliquis audiens eos ſic diſcrepantes, velit diſcernere quis verior ſit, multum conteret tempus, & nihil capiet frugis. Et Gal. multis in locis reprehendit quæſtionem de nominibus, potiſſimum lib. 11. de Morb. curan. inquit, Verùm quòd diuinum Platonem ſequuti, ſemper teſtamur, contemnere nomina oportet, minimè autem ſcientiam rerum, ea namque ad ſalutem hominum magis pertinet, errorisque in ea finis eſt pernicies. Nominibus ſiue propriè, ſiue impropriè vtare, ad ægros id parum attinet. Præterea 14. de Morb. cur. & 2. de Mor. cur. & multis alijs locis, quæ prætermitto, ne faſtidium ingeram legentibus. Tamen lib. 1. de Temperamentis, contrarius videtur, dicens, Et iam apparet, quod de homonymia diſtinguere, tametſi res parua, tamen in rerum vſu non leuis experitur momenti. Videtur ergo non omnino contemnere de nominibus quæſtiones. Quid igitur agendum eſt quoties ſe obtulerit de nomine, quæ frequentiſſima eſt, maximè noſtris tẽporibus, quum quotidie medici ex Auicenna, ſelectiſſimos quoſq; medicos prouocant, quoties eos audierint Coctionem appellantes eam mutationem quæ fit alimentorum in ventriculo: aut Reuulſionem eam, quæ fit ad contrariam humorum defluentium conuerſioné.

Medici ex Auicenna.

Quod ſi euacuationem per epicraſim fieri debere aliquando proferat, hæc & ſimilia impropertis agẽt. Quid igitur agere debet medicus, tali oblata occaſione (vbi cum ſapientibus fuerit diſcordia) conſulit Galen lib. de Differ. ſymptom. dicens, Atque meminiſſe oportet eius quod ſemper dicere ſolemus, vt quod ad nomina pertinet, celerrimè mutuam pacem componamus, atque ad res ipſas feſtinantes, in ipſis verſemur, ac diu perſiſtamus. Verùm inueniuntur complures etiam eruditionis titulo ſe venditantes, qui omnia peruertunt: quippe omnem vitam de nominibus altercando conterunt, adeo vt nunquam poſſint ad artis finem peruenire. Quid igitur faciet vir veritatis ſtudio æſtuans? principio oſtendere debet res, quæ ſuapte natura inter ſe ſimiles ſunt, atque ob hoc neglectæ: deinde imponere eis nomina, maximè quoad eius fieri poteſt vſitata, & à patrio ſermone non aliena. Quòd ſi hæc ignorat, fingat ſibi propria, idque ſummopere curet, vt ſingulis rebus ſingula adhibeat nomina, ne ob homonymiam ſermo reddatur obſcurior, néve ſophiſmatis perturbetur, neque etiam res aliqua omittatur. Addidit etiam, bonum eſſe, ſi quis tot morborum ponat differentias, quot ſunt circuitiones vſque in 20. diem. per quaternarios. & deinde per hebdomadas. Tandem concludit, tres morborum differentias. dicens, quoſdam acutos, quoſdam diutinos, quoſdam veluti medios, qui ſunt acuti ex decidentia; eruntq; tres differentiæ, in acutum, peracutum, & acutum ex decidentia. Peracutus intra 7. finitur, acutus intra 14. Sequitur verò ambiguitas, an ille qui 17. aut 20. finitur, ſit appellandus acutus, vel non. Eritque primum dubium: quoniam ſi 14. eſt terminus acutorũ, ille qui ad 17. peruenit, non erit acutus. Secundum dubium eſt, quoniam intra diem 14. finiuntur aliqui morbi, qui non ſunt acuti, videlicet qui nec magni fuerint, neque febrem continuam habuerint coniunctam. Primum dubium facilè ſoluitur, quoniam acuti abſolute ſunt, qui 14. diebus finiuntur, non abſolutè ad 17. & 20. perueniunt. Aliter ſic, licet terminos acutorum morborum ſit dies 14. quoniam ferè omnes intra ipſum finiuntur, non inconuenit aliquos ad 17. aut 20. prorogari, aut quoniam deciderunt ex acutis, aut quoniam aliquo ſpatio temporis lento inceſſerunt motu. Qui autem ob id, quòd vniuerſalis aliqua ſententia aliquando deficit, volt ipſam peruertere, Soreticam agitat dubitationem. Eſt enim Soretica dubitatio, vbi quis probatam aut ratione, aut experimento ſententiam peruertere tentat, quoniã aliqua ſingularis ex aceruo deficit: Soretica enim dubitatio acerualis eſt. Exemplum huius

Soretica dubitatio.

dubitationis Soreticæ eſt apud Galen.lib.1.de Dieb. decr.ſi quis proponat ad hoc, vt dies aliquis ſit decretorius,oportere ipſum frequenter decernere, de morbis bene, perfectè, ſecurè iudicare: poſtea verò vbi aliquid horum deficere inueniat,exiſtimet illum non eſſe decretorium, omnibus præſentibus, aut plurimis, & maximis, Soreticam dicit eſſe hanc dubitationem, ſummamque ſtultitiam, quoniam de vniuerſali dubitamus,ob id quod non omnia ſingularia acertantur. Ad ſecundum dubium reſpondemus, quòd non appellatur morbus acutus, niſi cum breui terminatione habuerit annexum periculum, febrem quoque continuam coniunctam præter quoſdam, vt attonitus, & comitialis, &c. Reliqua quæ in hac parte de morborum diuiſionibus habentur,nota ſunt, & lib.1.in expoſitione 21.progno. dicta. Exemplum autem quod de ſuppurationibus allegat Hippo.lib.2. habetur progn.57. Vbi ſcribitur, *Acutus adauctus*. Græcè περουξυμένον ὀξύ.

Via probandi duplex.

I N tertia parte, quæ incipit (Id comperies) duplici via oſtendit,inueniri poſſe breuem, aut lógam futuram morbi cuiuſvis terminationem,aut experimento,aut ratione,(ac ſi diceret epilogiſmo)aut analogiſmo. Epilogiſmo, vt ſi quis videns calidiores ſuppurationes, ac in corporibus calidioribus finitas 20. die: modice calidis 4. frigidioribus 60. poterit intelligere argumentum ab experimento, omnium ſuppurationum terminos. Analogiſtico item argumento, additis etiam aliis notis, ad quas collationem facere conuenit, vt ad conſtitutionem, regionem,facultatem, & reliqua. Vterúrque epilogiſmo ab huiuſmodi cauſis incipiens, conſideratis his quæ ſolent morbos breues aut longos efficere, ſine quibus ſi quis vellet, ſolo experimento vſus, omnium terminos intelligere, mille annorum numero egeret. Quemadmodum is, qui nouit morbi cauſam, quæ coqui debet, & naturæ coquentis robur, ſolus poterit ex his, quæ nouit, ad notitiam eorum, quæ non nouit, peruenire: veluti in futurorum prænotionem artificioſa via, neque curabit an morbus acutus an diuturnus ſit appellandus, an talis ex cunctione.

Empirici mille annorũ numero egẽt.

I N quarta parte,quæ incipit (Hæc igitur inueſtigare)reprehendit eos,qui conterunt tempus in quęſtionibus dictis, quæ circa nomina verſantur, & in logicis quæſtionibus. Id enim non eſt medicorum officium,ſed vacantium ſophiſticorum ſermonibus. Quod faciunt in excelſo ſolio ſedentes, haurientes auditores ſermonibus; qui magis ignorant quæ ægris ventura ſunt, quam maris congros. Alij tamen idonei ſunt ad cognoſcendos morbos, ac prædicenda in ipſis futura: licet non diluant facilè logicas quæſtiones. Inde fit, vt vulgus hominum cùm intellexerit aliquos eſſe ſophiſticos medicos,omnes eos,quos videt legẽtes libros,& ratione aliqua viẽtes,circa vſum vtilium medicamentorum,ſtatim ſuſpicantur ipſos eſſe ex λογιατρῶν, id eſt,ex verbo medicis, λογιάτροι verò appellantur, qui turpiter ſe gerunt circa agenda in arte medica: vt apud Gal. lib.3. de Mor.pop.par.1.Comm.vltimo,dicentem,Addidit autem hoc,nullam aliã ob cauſam,quàm quòd multi ex non rectè ſcriptis in protrhetico errauerunt,ab Hipp. mente valde recedentes, & ea quæ in ægris fit prænotione, & ob id Logiatri quidem ſunt. Ita ſiquidem vocant multi ex doctis, eos, qui turpiter ſe in operibus gerunt. *Scitè admodum*, Gręcè, σεμνῶς πάνυ hoc eſt,venuſtè admodum. Theſſalus in excelſo ſolio ſedens, inter ſordidos homines docebat, aduerſus quem ſcribitur præſens ſententia. Sic & lib.6.de Mot.cutan.quum aduerſus Theſſalum qui omnibus vlceribus recentibus dicebat vnicam competere curationem: inquit, Theſſalus verò, cum ſuis vna ſophiſtis,in alto throno reſidens, ἐν κρημμύξοις ἀνδράσι, hoc eſt, inter mucoſos viros (vt Cercidas inquit) in precio erit, dum ſuis rationibus confirmat, omnis vlceris recentis eandem eſſe curationem.

Theſſalus in alto ſedens throno.

PROGNOSTIC. XI.

CApitis autem dolores vehementes, atque continui cum febre, ſiquidem aliquod ex ſignis lethalibus acceſſerit, valde exitioſum eſt. Si tamen abſque talibus ſignis dolor viginti dies tranſcendat, & febris detineat, ſuſpicari oportet ſanguinis è naribus eruptionem,vel aliquem alium abſceſſum ad inferas ſedes. Donec autem dolor recens fuerit, conſimiliter ſanguinis è naribus eruptionem, vel ſuppurationem ſpectare oportet, præſertim ſi dolor circa tempora & frontem fuerit.

Prognoſt. iſtud,vt vult Gale. inordinate ſcriptum eſt. Primum,quoniam à doloribus,qui tranſcendunt 20.dies ſine ſignis lethalibus,incipit, & ſecundo loco redit ad dolores recentiores. Præterea poſt 20. dicit expectãdos abſceſſus, & ſanguinis eruptiones, & prætermiſit ſuppurationes,quæ magis quàm fluxiones ſanguinis eo tempore expectandæ ſunt. Rurſus confusè dictum eſt quòd cùm recens dolor fuerit, expectare oportet ſuppurationem, aut eruptionem ſanguinis, præſertim vbi adſit dolor in fronte, & temporibus. Dolores namque harum partium non oſtendunt indiſtinctè ſuppurationem, aut eruptionem ſanguinis, ſed ſolam ipſam ſanguinis eruptionem. Quamobrem non aliter quàm vt habetur in Com.Gal.legendum eſt præſens progn.vbi corrigitur ac componitur ſententia.

Hipp. inordinatè procedit

Hipp. progn. corrigitur.

GALENI COMMENT.

I*Nordinatè explanat rem, quæ ad prædicendum maximè conducit, ſed recto ordine texitur hunc in modum, Capitis dolores vehementes, & continui cum febre, ſi quod ex lethalibus ſignis acceſſerit, omnino exitioſum. Si verò ex his quæ didiciſti, de ægro tanquam valituro ſperes: à principio quidem ad ſeptimum diem ſanguinis è naribus fluorem expectato, procedente verò tempore, id etiam eueniet. Pus autem exibit è naribus, aut auribus in ſalutem ægrotantis. Si verò ad viginti dies extendatur accidens doloris capitis, tunc etiam ſanguinis eruptionem rariorem expectabis: magis verò ſuppurationem, aut abſceſſum ad inferas ſedes expectabis. Per id verò tempus,per quod ſanguinis eruptionem ſperaueris, augebit tibi ſpem, ſi circa tempora & frontem dolor vehemens perſeuerauerit.*

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Præſens prog.(vt legitur à Gal.)cum ſequentibus, vſque in 23.docet prædicere quædam circa affectiones capitis, & gutturis, & partium oris. Sententia igitur de dolore capitis vehementi cum febre continua ſcribitur. Itaq; in caſu dato cum dolore morbus poteſt terminari ad ſalutem,aut ad mortem: etſi ad ſalutem,aut per fluxum ſanguinis narium,aut per ſuppurationem,aut per abſceſſus. Mors ſignificatur, vbi alia adſint ſigna exitioſa: vehemens enim dolor capitis,cum ſignis malis in febre, quæ morbus acutus eſſe debet, omnimodo exitioſus erit. Imminet autem mortis periculum breui futurum, ob morbi vehementiam,atque magnitudinem,& quia ſignificat cerebrum inflammari, vbi alia ſigna exitioſa cõiungantur. De tumoribus namque iecoris, & lienis, ſimilem

Mors breui futura quibus ſignis.

ſimilem ſcripſit ſententiam lib. 1. prog. 32. Significat autem huiuſmodi œdemata, in principio quidē periculum mortis breui futuræ: ſi tamen ſigna adſint ſalutaria, ſaluabitur æger. Veruntamen diſtinguendum eſt: aut enim morbus extenditur ad 7. tantùm, aut ad 14. aut ad 20. Si intra ſeptimum terminatur, iudicabitur per fluxum ſanguinis narium, ad quem modum de inflammationibus Hipp. lib. 1. progn. 28. dixit, Accidit his in prima circuitione ſanguinis è naribus eruptio, atque admodum iuuat. Si primam pertranſeat ſeptimanam, aut finietur fluxu ſanguinis, aut ſuppurato humore, atque emiſſo per nares, aut aures. Diſtingues autem hoc ab illo, inquit Hip. ſi dolor capitis frontem, ac tempora vexauerit: id enim augebit ſpem fluxus ſanguinis. Simul etiā addes alia ſigna, quæ ad progno. 33. differuntur. Si tamen ad 20. diē prorogetur morbus, finietur aut fluxu ſanguinis narium, ſed rarò, aut ſuppuratione facta, aut abſceſſu ad inferas ſedes. Ratio eſt, quoniam ſi humores ſatis calidi eſſent, ac tenues, non prorogaretur morbus in 20. vbi verò tales non fuerint, non, niſi rarò, ſperatur fluxus ſanguinis narium: ſi medio modo calidi fuerint humores, medio quoque modo tenues ſuppurabuntur. Non enim ſunt adeò calidi, vt fluxum ſanguinis narium efficiant: neque adeò frigidi ac craſſi, vt abſceſſus ſperentur. Si tamen fuerint frigidiores ac craſſiores, per abſceſſum finientur (ob frigiditatem vtique, & humorum craſſitudinem) ad inferas ſedes, ſed non ſine diſtinctione, quam ſcripſit Hippo. 66. prog. lib. 2. Fiunt autem hi quidem (hoc eſt abſceſſus) in partibus inferioribus, quibus circa hypochondria inflammatio quæpiam innaſcitur: illis verò in ſuperioribus, quibus hypochondrium flaccidum ac ſine dolore perſeuerat. Si verò aliquamdiu difficiliter reſpirauerit, ceſſabit ſine aliqua manifeſta cauſa: quemadmodum coma & ſurditas ſubitò euenientes, parotidas oſtendunt, & humorum raptum ad ſuperiores regiones.

Fluxus ſanguinis nariū rarò poſt 20.

PROGNOST. XII.

MAgis autem oportet expectare ſanguinis eruptionem in iunioribus trigeſimumquintum annum agentibus: in ſenioribus verò ſuppurationem.

Similem huic ſententiam ſcripſit progno. 29. lib. 1. de Hypochondriorum inflammationibus. Sumitur autem argumentum ab ætate: in his enim qui nondum 35. annum attingunt, copia maior ſanguinis adeſt, & ob id in ipſis magis quàm in aliis fluxus ſanguinis eſt ſperandus. Accedunt ad id duæ aliæ cauſæ, quarum vna hîc ſcribitur à Gal. nempe quòd per hanc ætatem ſanguis eſt calidior ac bilioſior, quod non parum facit ad ſanguinis ebullitionem: & altera quæ cum prædictis ſcribitur Commen. 29. citato, quæ eſt facultas validiſſima, qualis etiam opportuna ad excretionem ſanguinis per partes corporis ſupernas. Quod autem ſubiungit, In ſenioribus verò ſuppurationem, argumentum eſt etiam ab ætate frigidiori. Lib. tamen 1. prognoſt. 27. ſcripſit argumentum, ad coniectandam ſuppurationem futuram, in hypochondriorum inflammationibus, ex morbi longitudine, ſi inquam, vigeſimum diem pertranſierit, quod hic ſcripſit in prognoſt. præcedenti. Id autem quod ab ætate ſumitur, quod videlicet in frigidiori potius ſuppuratio, quàm fluxus ſanguinis ſperatur, perſimile eſt illi, quod ſumitur ex proceſſu morbi. Qui enim morbi 20. diem attingunt, manifeſtè indicat humorem frigidiorem, quàm qui ante id finiuntur.

Fluxus ſanguinis nariū cauſa.

Facultas valida ad ſanguinis excretiones.

Suppurationes in ſenibus magis.

GALENI COMMENT.

FInitio ducta ab ætate eſt, quò magis expectes ſanguinis è naribus fluorem. Cauſa verò perſpicua eſt, ac ſæpenumero prodita, vt ætas ad quintum & trigeſimum annum plurimum gignat ſanguinis. Accedit ad hoc, vt ſanguis per hanc ætatem calidior ac bilioſior habeatur, At (vt antea definitum iam eſt) id quoque ad ſanguinis fluorem à natura factum idoneum eſt, in natu verò grandioribus vltra trigeſimum quintum annum expectanda magis ſuppuratio eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Duas cauſas ſcribit, quare in ætate ad 35. annum magis eueniant ſanguinis eruptiones è naribus. Prima eſt, quoniam ea ætas plurimum ſanguinem generat. Secunda eſt, quoniam in ea ætate ſanguis calidior eſt, ac bilioſior. Quòd in ætate ante 35. annum plurimus ſanguis generetur, dixerat etiam in Com. 29. lib. 1. & in Comment. 28 ſequenti, per omnes ætates, vſque ad eam, quæ eſt 35. annorum, procedens, ſanguinem in ipſis abundare, præterquam quòd in ea quæ eſt ad 35. ſanguinem & bilem ſimul creſcere dicit. Quod etiam probat naturalis temperatura, quæ calida eſt vſque in illam ætatem, & modicè humida in poſtremis annis, qui ſunt ad ætatem adoleſcentiæ, & iuuentutis: quòd animalia omnia, quo tempore augeri debent, caliditate & humiditate opus habent. Quum autem ceſſat augmentum à 25. in 35. per id ſpatium non diminuitur humiditas manifeſte, neque corpus excedit temperiem in ſiccitate, per quem exceſſum impediatur à multi ſanguinis generatione. In eodem Commentario dixit bilem ſimul cum ſanguine abundare: quod comprobat ſecundam cauſam ſcriptam in præſenti Commentario.

Ætas ad 35. annum ſanguine & bile abundat.

PROGNOST. XIII.

AVris verò dolor acutus, cum febre continua, ac vehementi malum. Periculum enim eſt delirij atque abolitionis. Quoniam igitur fallax hic locus eſt, cito mentem adhibere conuenit, & omnibus aliis ſignis à prima die.

IN præſenti prog. duo docet Hipp. Quorum primum eſt, quantum periculi ſignificet nobis dolor auris acutus, cum febre continua ac vehementi: ſignificat enim periculum delirij & mortis. Secundò conſulit, vt à primo die morbi coniecturam faciamus, eorum quæ in ipſo futura ſunt, ſignis animaduerſis. Ratio in promptu eſt ex his, quæ diximus in expoſitione prog 8. Illi enim morbi, qui breui terminandi ſunt, ſtatim à principio maximam habent ſignificationem eorum quæ futura ſunt: ſiquidem eorum initia maximè diſſident. Talis autem eſt dolor auris acutus, cum febre continua vehementi, qui breuiſſimè interimere poterit: vt in progno. ſequenti: quoniam, vt inquit in præſenti, fallax hic locus eſt. Licet tamen in Græcis codicibus, quos legi, non τόπος, id eſt, locus, ſed τρόπος, id eſt, modus ſcribatur. Verùm τόπος, legendum, vt Laurentianus legit, & erit hæc ſcriptura ὡς ἂν τοῦ τόπου σφαλεροῦ ἐόντος quod eſt, quoniam igitur fallax hic locus eſt. Auris Latinum vocabulum, auriculam externam, cartilagineam ſignificat, magis propriè verò organum intrinſecum audiendi: ſic & οὖς Græcum aurem, & auriculam ſignificet, licet auricula magis propriè ὠτίον appelletur. Ad ſignificandum ergo internum audiendi organum, ſatis propriè vſus eſt vocabulo Hippoc. dicens, ὠτὸς δὲ ὀξέη ὀδύνη. hoc eſt, auris verò dolor acutus. Cel. quoque lib. 2. cap. 7. inquit,

Auris dolens quàm periculoſa.

Auris.

Auris quoque dolor acutus. Vt ex diſſectione probat Gale.lib.9. de Vſu par.& lib. de Diſſectione neruorum. Quinta neruorum coniugatio, quę à cerebro oritur, vtrinque ſecatur in duas propagines: quarum altera foramen ingreditur, cæcum appellatum ab antiquis, etſi cæcum nõ ſit: altera verò ad organum auditorium peruenit, ſimul cum membrana ipſum oboolucnte: hic locus neruoſus eſt, ac cerebro admodum coniunctus. Poterit ergo, vbi inflammationem patiatur, magnitudo doloris facilè delirium aut mortem inferre: quod docet experimentum, & ratio ſimiliter, quæ ſumitur ex compaſſione cerebri. Ducitur autem cerebrum ad compaſſionem facilè à membro proximè ſuo, potiſſimum cum plurimis aut maximis neruis cerebro communicat: quod de ſepto tranſuerſo, & ore ventriculi, & cæteris neruoſis membris dixit Gal.lib.1.Comm.32. Quum enim ex illo omnes naſcantur nerui, quæcunque pars plurimis aut maximis participat, hæc meritò in conſenſum originem eorum perducit. Perducit autem ad delirium, quemadmodum phrenitis ob inflammationem & dolorem, etſi phlegmone in ipſo cerebro non ſit. Spiritum namque calefacit, inflammat, ac diſſoluit, & motu celeri confundit agitando: diſtemperat item ipſum ſimul, & cerebri ſubſtantiam, quod ad delirium proximè facit. Dolore item animam à conuenientibus imaginationibus diſtrahit, præterea cerebrum implere poteſt doloris magnitudine, fluxione adaucta: ad id verò mors facilè ſequetur vt in attonito morbo. Si itaque cerebrum diſtemperetur ob auris inflammationem ducto in conſenſum, animæ actiones lædentur: ſi verò ob dolorem fluxionem admittat, corporis actiones corrumpentur. Hæc igitur læſio in corpus, illa verò in animam vergit: vt in expoſitione 19. prognoſt.lib. 1. explicui latius. Bene igitur dictum eſt, aut delirium, aut mortem minari præſentem affectionem: delirium ob intemperiem, & reliqua, mortem ex plenitudine cerebri: quibus accedit febris vehementia, ac continuitas. Meritò igitur locus hic fallax ab Hippoc. appellatur, quemadmodum lib.6. de Morb. pop. par. 5. vbi docuit doloribus aurium ſubuenire tanquam vehementi malo, lana ex vnguento aut oleo, inuoluta digito, deinde in aurem expreſſa, donec aliquid intus effluat. Quum verò aliquid exierit ex aure igni applicetur, ad intelligendum an pus ex aure manet: quia locus hic decipit. Verba Hippocrat. hæc ſunt, ſi auris doluerit, lana circa digitum inuoluta, calidum infundere vnguentum: mox ſuppoſita interiori manus volæ lana in aurem imponere, donec aliquid exire videatur: deinde in ignem inijcere, deceptio. Quod in prognoſt. dixit, σφαλερὸν, id eſt, fallax: in allegata ſententia dixit, ἀπάτη, id eſt, deceptio. Verum eſt, quod in Commen. poſtquam mentem Hippocr. expoſuit, & aliorum expoſitiones adduxit, dixit dictionem nullo modo eſſ. Hippocr. quod tamen mihi perſuaſi, eſt Hippo. in eo loco admonere, vt medicus perſeueret in adminiſtrando paregorica medicamenta, non narcotica, vt Fuchſius inquit, de quibus in eo loco non eſt mentio, & quæ pus mouere non poſſunt, ac attendere an pus manet ex aure, admoto igni, eo quod emanat: quoniam ea eſt via ſalutis, vt in ſequenti prog. dicit: Vt tamen, quanta ſolicitudine faciendum ſit, doceret, dixit, Deceptio, id eſt, fallax locus eſt, decipit enim breuiſſimo tempore hominem interimens. Nec etiam rectè Fuchſius lanam ipſam igni ad experiendum admouet: odor enim lanæ vſtæ cognitionem odoris puris confunderet: quin potius lana ſuper ignitos carbones exprimenda.

Neruus ad organũ auditorium veniens.

Phrenitis per conſenſum.

Fallax locus auris.

Fuchſius notatur.

GALENI COMMENTARIVS.

Nvnquam vehemens dolor in his euidentibus auriculis infeſtat: neque ſi infeſtet periculum comitabitur, propterea quod neque pars ipſa præcipua eſt, neque parti cuiquam præcipua continuetur, ſed conſueuerunt nominare dolorem aurium, quoties in profundo ex auditorio meatu doloris ſenſus affligat: tunc enim ipſe afficitur auditorius nominatus neruus, non ex longo interuallo cerebro copulatus. Itaque meritò multi interimuntur per dolores aurium vehementes, in conſenſum perducto cerebro. Quocirca nonnulli ægri delirant, necnon aliqui derepente moriuntur, quem in modum attoniti, quoties in cerebrum decumbat vniuerſum aurium dolorem committens fluxio.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte explicat per aurem non eſſe intelligendam auriculam exteriorem, ſed internum auditorium meatum: quoniam exterior aut nũquam vehemẽter dolet, aut quamuis doleat, non inde imminet mortis periculum, & delirij. Vbi autem dolor fuerit in auditorio neruo, ex breui interuallo cerebro copulato, dolor aurium dicitur.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Itaque merito) concludit ſententiam Hippocrat. nempe multos interimi à dolore aurium, ducto cerebro in conſenſum, ob quem ex ægris nonnulli delirant, quidam repente moriuntur.

PROGNOST. XIV.

PEreunt autem ex hoc morbo iuniores quidem ſeptimo die, & adhuc citius: ſeniores verò multò tardius: febres namque & deliria minus eis ſuperueniunt, & hanc ob cauſam aures ſuppurari præueniunt. Verùm in his ætatibus recidiuæ morbi ſuperuenientes, plurimos interimunt. Iuniores tamen ante auris ſuppurationem moriuntur. Si autem pus album ex aure defluat, ſpes habetur de ſalute iuuenis, ſi aliquod aliud bonum ſignum ei ſuperueniat.

Qui iuuenum ætatem prætergreſſi ſunt, γεραίτεροι, id eſt, ſeniores ab Hipp. appellantur, ac crudi ſenes à Gale. vt in Comm. 69. lib.2. quod vocabulum hanc habere ſignificationem declarauimus eodem locu. Iuuenes verò ipſi, atq; iuniores, νέοι & νεώτεροι: & in præſenti prog. & alibi, νεανισκοὶ ab Hipp. appellantur. Νεώτεροι tamen id eſt, iuuenes ſunt, qui in ætatis vigore conſiſtunt, de quibus loquitur hîc Hip. Illi enim & iuuenes ſunt, & dicentur rectè νεώτεροι, id eſt, iuniores. Iuuenes itaq; à 25. in 35. annum durare conſtat apud Gale. 5. ſectio. Aphor. Com.9. Quæ ætas à 25. in 35 eſt νεανίσκων, id eſt, iouenum ætas eſt. De eiſdem tamen intelligi litteram Hip. conſtat ex Com. Gale. vbi cauſam referens, quare νέοι, id eſt, iuniores magis affliguntur febre, atque delirio, inquit, Ob calidum ac biliosum temperamentum, id autem temperamentum νεανίσκων, id eſt, iuuenum proprium eſt, vt 3. ſect. Aph. Comm. 29. vbi de febribus acutis (quas νεανίσκοισι, id eſt, iuuenibus euenire dixerat Hipp.) Gal. loquens, dixit, Sed ex acutis tertianas maximè, & febres ardentes: hæ enim præ cæteris febribus ſunt biliosiſſimę, & plurimæ νεανίσκοισι, id eſt, iuuenibus accidunt: quoniam & flaua bilis hac ipſa ſuperabundat ætate. Idem ergo ſunt νέοι & νεάνισκοι, hoc eſt, iuuenes, eorúmque ætas à 25. in 35. Rurſus Commen.69 lib.2. explicans præſentis progno. ſententiam, dicit Hippoc. voluiſſe crudos ſenes magis conualeſccre ex doloribus aurium, quàm qui ſunt in ætatis vigore, quos hîc νέους appellat, aut νεώτερους. De ſenibus namq; locutus, qui ætate multum

processe

proceſſerunt, inquit, Sed qui inter hos & ætate vigentes interiacent, vtpote ſemicani, erudique ſenes nomine, conualeſcere videre licet interdum magis, quàm qui ætate vigent, quemadmodum & Hippocr. ipſe docuit, de inflammationibus, quæ in auribus fatigent. Quos igitur hîc appellat Hippocr. ipſe νέοις, & νεωτέρους, illic Gal. dicit eſſe ἀκμάζοντας, id eſt, vigentes qui etiam νέοι & νεανίσκοι appellantur, Latinè iuuenes, atque ætate vigentes, iſti à vigeſimoquinto in trigeſimumquintum annum perdurant, in qua ætate ſenſus alacrior eſt, quàm in aliis. Neque enim ab humiditate vt in pueris, hebetatur, neque à ſiccitate, vt in ſenibus. Quòd ſi adoleſcentes illis comparaueris, aut non æquè alacrem ſenſum habent, aut ſufficiet non eſſe eorum humores adeo mordaces, & calidos, vt in iuuenibus, ad doloris remiſſionẽ. Hac de cauſa iuniores ſenioribus comparans, dixit, Citius à dolore auris acuto, cum febre continua vehementi interimi, id eſt, Illi qui à 23. in 35. annum ſunt, citius interimuntur, quàm qui a 35. in 49 qui parum minus illis conſtat in naturalibus facultatibus. Seniores verò, inquit, id eſt, illi, qui à 35. in 49. multò tardius interimuntur. Redditque cauſam Hippocr. quoniam febres & deliria minus ei ſuperueniunt. Ratio Hipp. conſtat, quoniam, vt probaui, iuuenum temperatura calidior eſt, ac bilioſior: bilis item dolores & febres maiores, quam alij humores, efficere ſolet, & inde deliria ſequentur maiora, quàm in ſenioribus. Vnde ſequitur, vt plures ex eis liberentur facta ſuppuratione: ſuppurantur autem antè quàm moriantur: quoniam mors non inſtat ob dolorum & febrium magnitudinem, vt in iuuenibus. Præterea inquit, In his ætatibus, nempe ſeniorum (de his enim explicatur à Galen. reuerſiones morborum ſolent plurimos interimere. ratio eſt, quoniam ob defectum naturalis facultatis, & caloris remiſſionem, non aſſequuntur perfectam ſuppurationem: & quæ iudicantur, ſine ſignis coctionis ſolent non eſſe fida, vt 1. lib. de Morb. pop. ſect. 45. Coctiones celeritatem iudicij, & ſecuram ſanitatem oſtendunt: cruda verò, & incocta, & in malos abſceſſus conuerſa, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidiuas. De morborum reuerſionibus dicemus in expoſitione prognoſt. 22. Rurſus per contrarium inquit, Iuuenes ante ſuppurationem moriuntur: anticipat enim delirium & febris, mortem afferre ante partis ſuppurationem. Habetur tamen ſpes ſalutis, ſi pus album ex ante defluat, & ſi aliquod aliud ſignum bonum iuueni ſuperueniat. Vbi ergo iuuenis aurium dolorem prædictum cum febre patiatur continua, vnica ſalutis ſpes habetur, perſeuerante dolore, ſi pus album effluxerit ex aure: non enim tantùm ſuppurari ipſum oportet, ſed pus album effluere: quoniam in ſenioribus ſuppurationem præuenire mortem dixit. Cæterùm recidiuas ſuperuenire, ac interimere plurimos: quoniam illi non ita integrè ſuppurantur, vt pus album effluat ab aure. Saluantur autem iuuenes ſuppurati, & albo pure emanante: tamen pus album emanare decet ante 7. diem: iuuenes namque ex eo morbo 7. die aut citius moriuntur. Prius igitur pus emanate oportet, quòd maximè morbi acuitatem oſtendit: intra 7. namque humor defluit inflammationem faciens, & ſuppuratur, & inflammatio rumpitur: quod etiam caliditatem, & tenuitatem humoris oſtendit. Euenit quoque mihi ipſi hoc morbo laboranti, vt intra quatuor omnia hæc ſuperuenirent, cùm iuuenis eſſem 25. annorum. Addit, Si aliquod aliud ſignum bonum ei ſuperueniat. quod non paruam ingerit dubitationem: inutiliter enim additum eſſe videtur: ſufficeret namque ad ſalutem præſagiendam, pus album effluere, licet aliud bonũ ſignum non accederet: quoniam ſignis coctionis apparentibus non contingit mori ægrotum. Sunt autem ſigna optima coctionis, in morbis venoſi generis, vrina, in morbis thoracis & pulmonis excreatio: in morbis ventris, deiectio: in tumoribus, & vlceribus, pus: quale modo in aurium inflammatione album apparens. Veruntamen aduertendum, quòd Hippocrat. in hoc loco non tantùm de dolore auris acuto loquitur, ſed cum febre continua. Potuit tamen ſuppurari inflammatio auris nondum coctis humoribus facientibus febrem continuam, quo dato, pus album erumpet, & æger morietur ex defectu coctionis humorum facientium febrem. Erit ergo ſignum aliud bonum, quod ſumitur ex vrina. In morbis itaque, qui febres non ſunt, cum ſignis coctionia poſſibile eſt mori ægrum. Quod contingit in parotidibus Craſtitonactæ & ancillæ Pictoris lib. 1. de Morb. pop. par. 2. ſect. 25. Idem etiam docet Gal. in eodem Commen. quod etiam docet Hippoc. lib. 2. de Mor. pop. par. 3. in hiſt. Zoili, qui laborabat febre acuta, cum faciei rubore & reliquis, cui auris valde dolebat: is enim non fuit iudicatus, quamuis pus ex aure manauit, ſed aliam paſſus eſt iudicationem, quæ febri reſpondit, per ſudores, & vlcuſcula in capite ad multum tempus. Inquit enim, Sed alia iudicata ſunt, & iuxta aurem pus multum erupit, circa octauam aut nonam diem: principio verò noni diei, ex dolore auris haud ſcio quomodo ſine rigore iudicatio facta eſt. & hic ſudor firmus erat, quod quidem ſudor etiam ſiniſtri lateris eſſet. Quòd ſi dixeris hunc non tantùm auris, ſed lateris paſſum inflammationem, eadem ratio eſt, quandoquidem ab ipſo laterali morbo non liberatus fuit ſolo ſputo, ſed ſudore opus habuit, vt in hiſt. Ad quod accedit Anaxion. lib. 3. de Mor. pop. par. 3. qui præter ſputorum reiectionem, totius corporis ſudore opus habuit ad criſim & perfectionem, quia febricitabat.

Iuniores dolores auris citius interimunt.

Reuerſiones morborũ plurimos interimunt.

Iuuenes ante ſuppurationẽ auris moriuntur.

Hiſtoria.

Dubium.

Solutio.

Parotide. Craſtitonacta, & ancilla Pictoris Zoilus.

GALENI COMMENT.

IN minoribus natu febris & delirium potius accidunt ob calidum ac bilioſum temperamentum. Itaque meritò interimuntur, antequam aures ſuppurentur. Maiores natu, quantum in hac agitur, minus periclitantur: ſed recidiuæ ipſis eueniunt affectionum, quia non integrè concoquitur dolorem committens humor, ob temperamenti frigiditatem. Cæterum reſiduum dictionis ſatis perſpicuum eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN præſenti Com. rationem reddit, quare minores natu, quos iuuenes appellauimus in expoſitione progn. antequam aures ſuppurentur, interimuntur: nempe ob delirium & febrem, quę in ipſis ſunt maiores ob calidum & bilioſum temperamentum. In quibus minus periclitantur maiores natu, ſed ſolent eis ſuperuenire recidiuæ, ob coctionis defectum. Præter duas cauſas, quæ mortem iuuenibus afferre poſſunt, quas hîc ſcripſit, tertiam ſcripſerat lib. 2. Com. 69. & eſt dolor, qui (vt dixi in expoſitione) maior eſt in iuuenibus. *In minoribus natu*, Grçcè, τοῖς νέοις hoc eſt, iuuenibus. *Maiores natu.* Græcè. πρεσβύτας, id eſt, ſeniores, idem in hoc loco ſignificat, vt dixi in expoſitione 29. libri primi.

PROGNOSTIC. XV.

FAuces exulceratæ cũ febre, difficile: verumtamen ſi aliquod aliud ſignũ ſuperuenerit eorum quæ malis adiudicata ſunt, prædicendum hominem in periculo eſſe.

DE faucibus quædam conſequenter ſcribuntur. Primùm de exulceratis, ſecundum de inflammatis. Exulcerati tamen multis cauſis contingit, aut ob

Faucium cũ febre vlcera.

Digitized by Google

cauſam procatarcticam, aut ob ruptam inflammationem, aut ob humorem à capite diſtillantem, de quo tantùm intelligitur præſens ſententia. Vbi enim aut ob cauſam externam fiat, aut ob ruptam inflammationem, non dixiſſet Hippocra. Cum febre: ſed quando vi febris, aut cauſæ ipſam facientis fit, vt contingit febre eleuante vapores acres in caput, aut rurſus ipſis ad fauces deſcendentibus. Quantum autem mali ſignificent, explicuit, dicens, Difficile eſſe, ac reliqua ſigna eſſe aduertenda: quòd ſi aliquod malum ſignum ſuperueniat, periculum ſignificabit. Itaque ad periculum ſignificandum, non tantum febrem & exulcerationem adeſſe ſufficit, ſed aliud ſignum malum ſuperueniente In ſumma, parum mali ſignificat, ſiquidem eſſe difficilem diſpoſitionem, non tamen lethalem, aut periculoſam ſignificat. Indicat tamen difficilem diſpoſitionem, per viam ſigni, & cauſæ: per viam ſigni, quoniam indicat humorem acrem erodentem in fauces deſcendere: in via cauſæ malum ſignificat, quoniam fauces exulceratæ deglutitioni ſunt impedimento. Quid per fauces ſignificet Hippoc conſtabit ex Gale. in Commen. ſequenti.

GALENI COMMENT.

Fauces exulceratæ labem indicant derodentis humoris. Cauſæ verò difficultatis non parua eſt, quia cum dolore deglutiunt. atque conſiderare conueniet & alia indicia, vt exquiſitius futura cognoſcantur. Commune verò in cunctis erit tibi præceptum, potiſſimum vero in iis qui nec exquiſitè optimi affectus, neque deterrimi habeantur: in quibus & ipſe Hippocrates cenſere aſſolet alia quoque indicia eſſe conſideranda.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte damnat fauces exulceratas, quia ſignificant humores malos erodentes, & quia ſunt mala cauſa, impediens deglutitionem, ac in ipſa dolorem inferens.

Signū quod ſe ſolo nihil certi ſignificat.

IN ſecunda parte, commune præceptum eſſe dicit omnibus, qui non ſunt optimi, neque deterrimi affectus, conſiderare ſigna alia. Hinc etiam elicere poterit lector, vbi apud Hippo. inuenerit aliquod ſignum, ex quo nihil certi præſagiri præcipit, niſi aliis adiunctis ſignis, illud nō eſſe de fortibus & dignioribus in ſignificando. Circa primam partem vbi legitur, *Fauces exulceratæ labem indicant derodentis humoris.* Græcè habetur, αἱ ἑλκωμέναι φάρυγγες σημεῖον δεῖ κακοχυμίας διαβρωτικῆς. quod eſt, Fauces exulceratæ ſignificant abundantiam malorum humorum erodentium. Cacochymia verò, praui ſucci abūdantiam ſignificat, ſiue mala qualitate peccet, ſiue non. Vtcunque enim ſi ſola bilis, aut pituita, aut melancholia, aut ſeroſus humor, in corpore abundauerit in quantitate, ea cacochymia à Gale. appellatur lib. 13. de Mot. cur. quemadmodum & plethora, ſiue plenitudo, quum omnes ſimul abundauerint. Et ſi contingit inter eos vnum reliquos excedere, aut ſimpliciter vt ſanguis, aut ad portionem magis aliis, vt alij à ſanguine: in plethora enim aliquando vincit pituita, aliquando flaua, aliquando atra bilis, nō quoniam ſanguinem quantitate excedant, ſed quoniam omnibus ſimul auctis, pituita, gratia exempli, propriam menſuram ad portionem aliorum magis excedit. Semel ergo id dixiſſe ſatis erit: abundantia aut eſt in qualitate humorum, aut in quantitate. Præterea abundantia in quantitate, aut eſt vnius humoris alterius à ſanguine, & eſt cacochymia: aut omnium ſimul, & eſt plethora. Rurſus aut quum omnes aucti ſunt, vaſa diſtendunt, aut facultatem grauant: hæc plenitudo quoad vires, illa quoad vaſa appellatur. Hæc contra communem vſum vocabulorum apud iuniores medicos ſtatuit & confirmat Fuchſius, vir ſapientiſſimus, lib. 2. Paradoxorum ſuorum, ſicut & multa alia, quæ ipſe in reparanda ſchola medicinæ (quæ à Barbaris & ineruditis medicis in tyrannide tenebatur, ac partim tenetur) inuenit, aut inuenta perfecit.

Cacochymia. *Plethora.* *Fuchſij laus.*

PROGNOST. XVI.

ANginæ autem grauiſſimæ ſunt, ac celerrimè interimunt, quæcunque nihil conſpicuum faciunt in faucibus, neque in ceruice: plurimum verò dolorem inferunt, atque orthopnœam. Hæ enim eodem die ſtrangulant, & ſecundo, & tertio & quarto.

DE gutturis & faucium inflammatione Hippoc. conſequenter tractat, quæ à Latinis angina, à Græcis vero, συνάγχη, aut κυνάγχη, appellatur, aut παρασυνάγχη, aut παρακυνάγχη, ex diuerſa huius morbi ſpeciei ſumpto vocabulo, vt inquit Celſus lib. 4. cap. 4. Quatuor itaque erunt ex locis differentiæ, vt vult Gal. 4. de Loc. pa. cap. 5. Vbi namq; gutturis muſculi interni inflammantur, κυνάγχη, appellatur: ſi in faucibus fuerit inflammatio, συνάγχη ſi tamen fuerit in muſculis gutturis exterioribus, παρακυνάγχη: ſi in partibus fauciū exterioribus, & mento, παρασυνάγχη. Quo in loco quintam addit ſpeciē ex vertebrarum ceruicis luxatione de anginæ nominibus, idem Gal. lib. 4. Aph. Comm. 34. Idem Paulus lib. 3. cap. 27. Idē Aetius inquit, eſſe doctrinam Gal lib 8. ca. 47. Cæterùm Gal. plurimum ſubterfugit de nominibus quæſtiones, Commen. 20. ſequenti, & 4. de Loc. pat. cap. citato dixit, Quippe tum primum homines res ipſas neglexerunt, quum nimio ſtudio nomina quærere inciperent. Quia igitur temporibus Hippoc. horum nominum diſtinctiones non præualebant, Hippoc. κυνάγχην appellabat omnem affectionem regioni gutturis accidentem, quam comitaretur difficultas reſpirandi, etiam ſi ex vertebrarum luxatione talis diſpoſitio ſuperueniret. Hoc etiam teſtatur Galen. lib. 4. de Loc. pat. cap. citato & lib. 4. de Rat. vict. acut. Commen. 20. inquit Galen. Angina partium, quæ in gutture ſitæ ſunt, phlegmone eſt. Anginæ itaque ſpecies tres magnitudine morbi & breuitate terminationis, ordinat Hippoc. in ſequentibus: quarum prima grauiſſima eſt, & quæ eodem, aut 2. aut 3. aut 4. die interimere poteſt: quod morbum peracutum exactè oſtendit: ſiquidem primo quaternario finiunt. Huius tria ſigna ſcribit, primum, vt ne quid conſpicuum faciat in faucibus, aut ceruice: ſecūdum, vt plurimum inferat dolorem: tertiū, vt orthopnœam efficiat. Primum in hac diſpoſitione, inflammationem ſignificat in muſculis gutturis internis: ſi namque plurimus dolor cum difficultate reſpirationis cōiungatur, & non eſt inflammatio in partibus conſpicuis (intellige effatu digna) erit in interioribus muſculis eius partis, quæ reſpirationis via eſt: maximè vbi non adſit vertebræ luxatio, quæ etiā in parte ceruicis poſteriore cauitatem cōſpicuam efficiet. Cùm igitur via reſpirationis anguſta ſit, creſcente inflammatione facile ſequetur integra canalis obturatio, & animalis ſtrāgulatio. Per fauces verò intelligere oportet, eā partem, quæ gulæ & gutturi præiacet: vt Gal. in Comm. præſen. & Comm. 34. ſect. 4. Apho. ex Homeri ſententia. Per ceruicem verò id, quòd à Græcis αὐχὴν, καὶ τράχηλος appellatur, & eſt ſpatium à capite in thoracem, quod ſeptem vertebris comprehenditur, vt lib. de Oſſibus, & 13. de Vſu partium. Secundum ſignum eſt, plurimum inferre dolorem: quod ſignificat magnitudinem inflammationis,

Angina 4. ſpecies ex locis diſtincta. *Angina periculoſiſſima ſigna.* *Fauces.* *Ceruix.*

rionis, ad quam ſequitur vehemens diſtenſio particulæ. Tertium eſt orthopnœa, hoc eſt recta ſpiratio: qui enim patiuntur meatuum reſpirationi ſeruientium anguſtiam, orthopooici fiunt, id eſt recta ceruice ſpirantes, vt diſpicere poſſint meatum, & viam ampliorem facere 3.lib.de Differ.reſp. inqoit, Galen. Omnibus igitur, qui ob coarctationem locorum, ſeu orgaoorum, difficulter reſpirant, etiam paruus fit ſpiritus, & ex neceſsitate ſequuntur duo ſymptomata, ſeu acceſſoria mala: ſtertoroſa videlicet reſpiratioois ſpecies, & paulò antè dicta orthopnœa ſiue ſpiratio recta. Et lib.2. Prorrhe.Com.54. ſignificationem vocabuli apud Hippocr. explicans Galen. inquit, ὀνομάζει δὲ καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὀρθόπνοιαν, ἐκεῖνο τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος, ἐν ᾧ πνίγονται κατακείμενοι, καὶ μόλις ἐξαρκοῦσι, ὄρθιον ἔχοντες τὸν θώρακα, καὶ μηδενὸς ἐρειδομένου μεταφρένου. qood eſt. Vocat autem ipſe ac reliqui omnes orthopnœam, illam ſpeciem difficultatis ſpirandi, per quam ſuffocantur iacentes, & via ſufficiunt, erecto thorace nihil dilatato dorſo. Reſpiratio item in angina omnibus thoracis muſculis fit, vt eſt doctrina Galen. 4. de Loc. par. cap.5. Quando enim laborans inter ſpirandum totum mouet thoracem, vt in parte anteriori ad iugulum, in parte poſteriore ad ſcapulas, in lateribus ad ceruicem: vnum trium ſignificatur, aut imbecillitas facultatis, aot immodicus calor in partibus cordis, & pulmonis, aut meatuum anguſtia. Imbecillitas cognoſcetur ex languore animalis facultatis, circa motum, & ſenſum, & ea his quæ præceſſerunt euacuationibus, & intemperantiis præſentibus. Calor tactu thoracis, & ea frequentia reſpirationis, & ea eo quod exufflando mittitur, mittunt enim aërem exufflando, quoniam per cooarum thoracis aër frigidus à thorace comprimitur, ac per ſingulos ipſius pulmonis meatus adhuc anguſtiſsimos emittitur, demum iam calefactus celerius expellitur. Quo enim tempore exufflamus, primom comprimimus guttur, atque thoracem, deinde aërem exire permittimus aperto gutture. Conſtat autem, quòd gutture ſimul & thorace expreſsis, aër anguſtiſsimos pulmonis meatus ſubire cogitur. Hæc igitur eſt cauſa, quare exufflando aërem emittimos in ardentibus febribus: quod neminem vſque adeò aduertiſſe intellexi. Et ex abundanti, ea oculorum rubedine, capitis dolore, ſiti, linguæ ariditate, thoracis calor deprehenditur. Si igitur ſigna caloris non adfuerint, & thorax vehementer dilatetur, anguſtia inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium ſignificatur. Conſiderare igitur oportet an pulmo, aut thorax humoribus impleantur, aut ſuppurationem, aut tuberculum patiantur: ſin minus, in gutture labor eſt, aut in eſſentia, aut per conſenſum. Ad id maximè facit dolor, qui particulam oſtendit laborantem. Cum dolore igitur hæc difficultas reſpirationis, per quam totus thorax dicto modo diſtenditur, quæ etiam rectè ſpirare hominem cogit, manifeſtè oſtendet paſsionem, & particulam patientem, nempe guttur. Præterea lib.3. de Morbis popularibus, part.2. in hiſtor. anginoſæ, quæ circa Bitonis habitabat. hanc orthopnœam Hippocr. ſublimem ſpiritum appellauit, vel quia orthopnoici totum thoracem mouent, ad externum aërem attrahendum, aut quia ſe erigunt ad reſpirandum: ſic enim Galen. dicit Comm. citato, ob id quòd ſuffocantur, ad ſurrectionem excitantur, & ad externum aërem toto thorace attrahendum. Hac quidem ratione anginoſis, ſublimem appellatum ſpiritum ratione quis dixerit: fieri aotem poteſt, vt & quia ſeſe erigere velint, ita dicantur, idem ſignificante ſublimi ſpiritu, quod in prognoſt. orthopnœa. Hanc reſpiratioois ſpeciem, etſi propriè appellet Hippocr. ſublimem, magnam etiam poſſemus appellare, ex magnitudine dilatationis thoracis, licet noo ex quantitate aëris attracti: vt conſtat ex Galen. libr. 4. de Loc. par. cap.8. quum inquit, Præ omnibus aotem vos meminiſſe velim magnæ reſpirationis geminaſſe differentias: fit enim interdum ob dilatatioois à thorace procedentis magnitudinem, interdum verò ob inſpirati aëris multam eſſentiam. Huius anginæ malitiam ſignificauit Hippocr. 34. Aphoriſm. 4. ſection. dicens, Si à febre, habito tumore non exiſtente io faucibus ſtrangulatio repentè ſuperuenerit, letale. Eius etiam meminit autor lib. Prorrhet. part.2. ſect.54. dicens, Fauces dolentes tenues, cum qoadam difficultate ſtrangulaotes, velociter exitium afferentes, etiamſi ibi noo explicuerit difficultatis reſpirationis ſpeciem, nempe orthopnœam, dixit tamen, Cum quadam difficultate ſtrangulantes, dolentes, & tenues, quaſi ſine inflammatione, quæ videri poſsit, & velociter exitium ferentes, quod hic dixit, Eodem die, 2.3. aut 4.

Orthopnœa. — *Exufflant febrientes, & quare.* — *Thoracis calor deprehenditur* — *Sublimis ſpiritus.* — *Orthopnœa magna reſpiratio.*

GALENI COMMENTARIVS.

VT fauces præiacentem gulæ & gutturi ſedem appellet, perſpicuum eſt etiam ex iis quæ hoc loco ſcripſit illam anginam dicens eſſe grauiſſimam, quæcunque nec in ceruice, nec in faucibus diſpoſitionem aliquam indicet præter naturam, ex colore, calore, mole, ceruicem enim intelligit collum: fauces verò aperiendo os: ac linguam comprimendo deorſum, euidentem amplitudinem, in qua gemina oſtiola viſuntur tum gulæ, tum etiam gutturis. Quoties igitur in neutro horum appareat aliquid præter naturam, exiſtimandum eſt intra gutturis corpora laceſſere inflammationem, ex qua ſtrangulantur. At cùm animæ iter anguſtum natura ſit, ſtrangulentur neceſſe eſt eo integrè clauſo ob circumuenientium corporum inflammationem. Itaque coguntur dirigendo collum ſpirare, quo diſpeſcant paululum meatum. Supinus enim iacentis habitus eum extremè claudit, priore corpore magis concidente in ceruicis vertebras. Igitur ob eam rem, & quia inflammatione vexantur muſculi in gutture, meritò dolore afficiuntur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte dicit conſtare, fauces ipſum appellare ſedem gulæ & gutturi præiacentem: quoniam dixit eam anginam eſſe grauiſsimam, in qua nihil conſpicitur immutatum in faucibus & ceruice. Per ceruicem enim collum intellexit: per fauces verò eam partem, quæ adaperto admodum ore oſtenditur gemina oſtiola habens, nempe gulæ, & gutturis. Immutari enim ſolent io angina aut partes externæ, quæ ad mentum & collum attinent, aut internæ, quæ in intimo ore, vbi eſt œſophagi foramen, & gutturis, id eſt, aſperæ pulmonis arteriæ. Commune enim eſt id foramen ambobus: guttur enim ſuprema pars aſperæ arteriæ eſt. Immutantur autem io colore ad rubedinem, aut in calore ad maiorem caliditatem, aut io mole, quoniam intumeſcunt.

Fauces.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Quoties igitur) ſic argumentatur: Si ergo homo ſtrangulatur, & nulla mutatio in faucibus apparet, ſequitur quòd intra corpus guttoris adeſt inflammatio. Strangulantur namque homines, qootics via reſpirationis anguſtatur, ob inflammationem partium circumiacentium, hinc etiam ſequitur, vt erigendo collum, cogaotur reſpirare: nam ſupinus modus iacendi facit, vt ante-

riores partes gutturis, poſterioribus concidant, ac extremè guttur claudatur. Poſſes quærere, quare qui angina laborant, reſident, ac recta ceruice reſpirant. Licet enim verum ſit, quòd vbi reſpirauerint ſupino corpore, partes anteriores decident, & poſteriores comprimient: veruntamen poſſent proni cubare, quo dato, guttur à nulla de circumiacentibus partibus comprimeretur. Reſpondemus, quòd ex gutturis poſitura facilè deprehenditur, quòd recta ceruice partes infernè appenſæ, ſupernas reddunt patentiores, & conſtat, quòd non tantùm in ſupino, ſed & in prono accubitu, & in decubitu ſuper latus, latera gutturis a circumiacentibus comprimentur, & multò magis vbi pronè quis cubauerit. Accedit ad hoc, quòd per eum decubitum, thorax & venter à conuenienti dilatatione impediuntur. *Priore corpore.* Græcè *κατ' πεττύιλον μᾶλλον τῶ πρόσω σωμάτων.* quod eſt, anterioribus corporibus magis concidentibus.

Dubium. *Solutio.*

Doloris anginam patientium cauſa.

In tertia parte, quæ incipit (Igitur ob eam rem) duas cauſas ſcribit, quare dolent, qui anginam patiuntur. Quarum ſecunda eſt, quoniam patiuntur inflammationem, & inflammatio (vt conſtat) eſt tumor durus, & dolens. De prima verò dixit, Ob eam rem, hoc eſt, quoniam reſpirant viam dilatando: dilatatio verò magnum infert dolorem. Si namque via latior fieri debet, neceſſe eſt vt inflammata pars adſtringatur, ac comprimatur: quomodo etiam contingit dolorem fieri quoties pars quæcunque corporis inflammatione laborans arterias habuerit proximas, aut multas, aut magnas: tunc enim ab arteriarum diſtentione compreſſa inflammatione, dolor augetur ad menſuram diſtentionis arteriarum, compreſſa parte laborante, exemplum eſt Galen.lib.1. de Diffic.reſp. ad probandum, quòd ſi dolor adeſt in partibus thoracis, reſpiratio debet fieri parua. quoniam quemadmodum pars inflammata dolet, ex motu arteriarum circumiacentium: ita pars inflãmata thoracis in dilatationibus ipſius. De his amplius lib. 1. in expoſitione prognoſt.20. ex arteriarum pulſu fieri ſenſum cum dolore, in parte inflammata, teſtatur Galen. lib.6. Aphoriſm. Comment.21.

PROGNOSTIC. XVII.

Qvæcunque verò dolorem alioqui alteri ſimiliter inferunt, attollunt autem, ac in faucibus rubores efficiunt, valde quidem lethales, cæterum præcedentibus diuturniores, ſi magnus fiat rubor.

Angina ſecunda ſpecies.

Secunda anginæ ſpecies minoris eſt malitiæ, quàm prima, & adhuc diuturnior: aut enim liberantur, qui hoc morbo laborant, aut poſt quartum diem morientur. Veruntamen non vacat magno periculo, quoniam dolorem infert ſimilem ei, quem infert prima ſpecies. Infert etiam reſpirandi difficultatem, quoniam in hac ſpecie muſculi gutturis affecti ſunt, etſi non adeò grauiter, vt in prima. Diſperſus enim eſt humor per fauces, magnum ibi efficiens ruborem: humor ſic diſperſus non infert adeò magnam inſpirandi difficultatem, & facilius à calore diſcutietur. Vbi dixit, *Cæterum præcedentibus diuturniores.* ſic habent Græci codices, *χρονιώτεραι δὲ μᾶλλον τῶν πρόσθεν.* Lib. tamen 4. de Loc.pat. cap 5. legitur, *χρονιώτεραι δὲ ὀλίγον τῶν πρόσθεν.* quod eſt, paulò præcedentibus diuturniores, & bene: quæ enim ſunt in tertia ſpecie, adhuc ſunt magis diuturnæ, quàm quæ in ſecunda. Is autem rubor non quiuis, ſed magnus eſſe debet, vt internos muſculos gutturis poſſit à magnitudine inflammationis liberare, humore pro maiori parte ad fauces inclinante. Hinc ſequitur, quòd illa angina, in qua cum magnitudine doloris & orthopnœa paruus tumor in faucibus apparet, ad primam anginæ ſpeciem eſt reducenda. Quod non aduertunt medici: talis enim paruus tumor à magna illa difficultate reſpirationis non liberat ægrum. Sic etiam legitur litera præſens, lib.4. de loc.pat.cap.5. vbi in Latina Copi verſione, iſta pars, Si magnus fiat rubor, legitur, licet in Græcis codicibus non habeatur ibidem, habetur tamen in Græcis Aldinis codicibus Hippocr. & in his, qui adiunctam habent Galen. expoſitionem. Malè ergo eam partem omiſit Laurentianus. Secunda tamen ſpecies eò diſsidet à prima, quòd in prima difficilius ſpirant, quàm in ſecunda. Diſſimile quoque eſt tempus periculi. Huius anginæ meminit Hippocr.lib.2. de Morbis popul.part.2. dicens, linguam non facilè vertebant, ipſiſque & maior eſſe videbatur, & prominentior, & ſub lingua venæ conſpicuæ, deglutire non poterant, aut valde difficulter, modo ad nares fugiebat, ſi valde cogerent, & per nares loquebantur: ſpiritus autem his non valde ſublimis, quibuſdam venæ in temporibus, & capitibus, ac ceruice eleuatæ. Hæc omnia ſigna ab Hippoc. ſcripta, ſecundam anginæ ſpeciem oſtendunt.

Laurentianus notatur.

GALENI COMMENTARIVS.

Secundam nominat anginæ differentiam, in qua attollitur quidem locus in ceruice, & fauces rubent: dolore verò æquè quam prædicti afficiuntur: non tamen ſubrecti ſpirant, id eſt non ſpirant admodum difficulter: quia nec muſculi in gutture admodum vexantur inflammatione. Merito igitur eam exitialem haberi dixit, non tamen perinde vt prædictam celerrimè interimere.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In præſenti Comm. Galen. eam dicit eſſe ſecundam ſpeciem anginæ ad doctrinam Hippoc. in qua attollitur ceruix, ac fauces rubẽt, dolore enim ſimilis eis qui ſunt in prima ſpecie, affliguntur, verùm non patiuntur orthopnœam, id eſt, rectam reſpirationem: quoniam muſculi gutturis non ſic, vt in prima ſpecie, patiuntur, vnde fit, vt exitioſa ſit diſpoſitio, non tamen vt ſpecies. Circa præſentem Comment. dubitandum videtur, quoniam dixit, ceruicem attolli: Græca enim litera habet, *συνεπαίρεται*, id eſt, coëleuatur. Hippocrat. namque non dixerat in hac ſpecie ceruicem coëleuari, ſed fauces, quum dixit, Attolluntur autem, ac in faucibus rubores efficiunt, vbi de ceruice non fit mentio. Accedit ad id, quod in prognoſt. ſequenti, tertiæ ſpeciei eſſe vult, quum fauces & ceruix ſimul rubent. Si dixeris, in præſenti dixiſſe. Attolli, Galenum, & in ſequenti dixiſſe Hippocr. Rubere, nihil refert: quoniam quæcunque pars à phlegmone attollitur, niſi ex intimis fuerit, rubet, quamuis eſſet in ipſo pedis veſtigio, aut palma manus, ſi in ſignis fuerit inflammatio, vt lib. 13. de Mot.cur.iuxta initium. Si ergo ceruix eleuatur in ſecunda ſpecie, rubeſcet ſimiliter, quare erit de tertia ſpecie? Reſpondemus, quòd in hac ſecunda ſpecie fauces rubent ob inflammationem, quæ non tantùm occupat guttur, ſed & ipſas fauces: vnde ſequitur, vt ceruix attollatur, non ob inflammationem quæ eſt in ipſa, ſed ob eam, quæ eſt in gutture, & faucibus, quibus eleuatis in tumorem, ſequitur vt partes circumiacentes, quæ ad ceruicem attinent, pariter attollantur. Non autem rubent, quoniam in ipſis non eſt inflammatio, quòd ſi eſſet, ruberent quoque, quemadmodum in 3. ſpecie, de qua inquit.

Dubium circa ſecundam anginæ ſpeciem.

PRO

PROGNOSTIC. XVIII.

QVibus verò fauces & ceruix ſimul rubent, hæ ſunt diuturniores:& maximè ex ipſis liberantur, quibus ceruix & pectus ruborem traxerint, niſi ſacer ignis intrò recurrat.

Angina tertia ſpecies.

Tertia anginæ ſpecies à prima duabus differentiis diſtinguitur: quoniam in ea dolore non admodum vexantur, & quoniam non ſpirant difficulter: quæ duo poſſent breuem afferre mortem, hac de cauſa hæc angina reliqois diuturnior eſt. Inflammantur autem in ipſa ceruix, & fauces: verumtamen ceruicis & faucium inflammatio non affert difficilem reſpirationem, neque vehementem dolorem. Difficilem reſpirationem non affert, quoniam muſculis gutturis non inflammatis, non impeditur via reſpirationis: neque dolorem, quia carnes adenoſæ ſuot, quæ patiuntur inflammationem, quæ facilè admittunt fluxionem. Diuturnior igitur is morbus eſt quàm prædicti: liberantur tamen ex eo maximè qui inflammationem patiuntot in ceruice, & pectore. Ratio eſt, quoniam tantò ſecurior morbus eſt, quanto inflammatio magis ſecedit à partibus internis, & via reſpirationis. Talis eſt hæc diſpoſitio, per quam inflammantur ceruix, & pectus, vbi non recurrat inflammatio, aut ſacer ignis ad partes interiores. Sic enim dixit Hippocr. Aphoriſm. 50. 7.ſection. Ab angina habito, tumor, & rubor in pectore ſuperuenientes, bonum, extra enim vertitur morbus, vbi tamen contingat intrò conuerti, malum erit. Qund contigit cuidam vetulæ ſexagenariæ, quo tempore illuſtriſſimi Ducis de Medina cœli, patroni mei curam gerebam, paſſa eſt anginam in hac tertia ſpecie, inflammatis faucibus, & ceruice, ſine difficultate reſpirandi, & conuenientibus adhibitis remediis, rubor ad pectus deſcendit, plurimum demiſſa inflammatione faucium qointa die morbi, ſeptima die parum coctum ſpuebat indecenti copia: cæterum decima die recurrit rubor, ſubito namque ſpuere ceſſauit, febris aucta eſt, rubor pectoris euanuit, & vndecima die mortua eſt. Præterea huius anginæ meminit Hipp. Aphor. 37. ſect. 6. dicens, Ab angina habito ſi minor fiat in collo, bonum. Hanc tertiam anginæ ſpeciem poſſumus in duas diuidere, erúntque quatuor. Nam vbi inflammatio nihil conſpicuum fecerit, cum magno dolore & difficultate reſpirandi, prima ſpecies eſt. Vbi difficultas reſpirandi nõn adcò magna fuerit: cuius cauſa eſt, quòd humor extra effunditur in fauces, & dolor conſimiliter affligat, ſecunda. Vbi guttur nihil patiatur, neque dolor adeò vehemens ſit, neque difficultas reſpirandi, cauſa eſt inflammatio conſpicua in faucibus, & cẽruice, tertia. Si tamen ſine difficultate reſpirandi, & ſine dolore vehementi, inflammatio ad ceruicem & pectus extendatur, quod leuem admodum efficiet in faucibus & gutture morbum, quarta erit ſpecies: & plurimi ex ipſa euadent, vbi non recurrat inflammatio, aut ſacer ignis. Tres tamen ſpecies à Galeno reputantur, quibus ſimiles ſcribuntur ab ipſo Hipp. lib. 6. de Morb. pop. part. 7. vbi de diuerſis anginis, quæ iuxta æquinoctium factæ ſunt, loquens, dixit, In ſumma qui ſolùm deglutire non poterant, his valde mites ac toleratu faciles erant: qui verò etiã inſuper obſcurè loquebantur, his moleſtiores ac diuturniores morbi: quibus verò etiam venæ circa tempora & ceruicem attollebantur, his aliquantulum malæ erant: peſſimæ verò his, quibus & ſpiritus ſublimis coëleuabatur. Qui primo loco poſiti ſunt, hîc tertio

Hiſtoria.

Angina tertia ſpecies in duas ſecatur.

Anginæ ſpecies ex Hipp.

loco ſcribuntur, nempe, Qui leuiſſimam anginam patiuntur, ob fauciom inflammationem deglutire non poterant: regurgitabat autem eis per nares potus. Qui ſecundo loco poſiti ſunt, ſimiliter in prognoſtico 19. ſecundum locum habent: Difficilè deglutiebant, & præter id obſcurè loquebantur, quod oſtendit in reſpirationis inſtrumentis aliquod damnum, licet non tantum vt in tertia ſpecie, quæ in progooſt. 18. prima fuit, cui orthopnœam adeſſè diximus. In ſententia tamen modò allegata, ſpiritum ſublimem, quod idem eſſe declarauimus cum orthopnœa, ea hiſtoria anginoſæ, & confirmatur ex hoc loco. Peſſimam enim, quam lib. de Morbis popul. dixit, grauiſſimam dixit in prognoſtico. Illi etiam de quibus dixit Hippocr. allegato loco, quibus verò etiam venæ circa tempora & ceruicem attollebantur, aliquantulum malæ erant, intelligendum eſt, cum hoc, quòd obſcurè loquebantur: ſunt enim in numero eorum qui ad ſecundam ſpeciem pertinent, de quibus dixeras: Venæ, quæ circa tempora & ceruicem attollebantor, vt in expoſitione præcedentis prognoſtici, ex autoritate Hippoc. 2. de Morbis popul. diximus: Illis qui in 2. ſpecie conſtituti fuerant: Venæ, quæ in temporibus ac capitibus & ceruice eleuatæ erant. Præter has tres anginæ ſpecies, quartam ſcripſit Hippocr. lib. 2. de Morbis pop. part. 2. dicens, Erant autem anginoſorum affectiones hæ: colli verticula intro vergebant, quibuſdam amplius, quibuſdam propè, & collum forinſecus, conſpicuam cauitatem intrò habebat, & hac parte ad cootactum dolebat. Erat autem & cuidam infra os dentis appellatum, quod non ſimiliter acutum eſt: quibuſdam verò rotundum maiore circumferentia. Eandem in anginæ ſpeciem notauit Aphor. 35. ſect. 4. dicens, Si à febre habito collum peruertitur, & via poteſt deuorare, ſine vllo tumore, letale eſt. In cuius Aphoriſmi traductione, Fuchſius, Tumore nullo apparente, dixit, quod cum Græca litera, οἰδήματος μὴ ἐόντος, ſtare non poteſt. Verùm ipſe, ſicuti alios ferè omnes Aphoriſm. ita præſentem, ad mentem, non ad literam traducit, quod aduertere oportet: quoniam ille tradurendi modus non poteſt conueoire Comment. Galen. in quibos maximè de ipſa Hippocr. litera agitur. Hæc angina cùm à ſiccitate fit, lethalis eſt: non ſic, vbi ob inflammationem eueniente conuulſione, vertebra ad anteriora conuellitur. huius anginæ meminit Galen. lib. 4. de Loc. pat. cap. 5. dicens: At ſupereſt adhuc alius ceruicis affectus, quem ipſi ſilentio prætericrunt, vbi ad anteriores partes vertebræ luxantur: & quidem ſolis interdum moſculis, qui cum ipſis communicant, tumore præter naturam affectis, vel nato ibi tuberculo, interdum etiam gula pariter vitiata, nonnunquam muſculis quoque, qui gulam gutturi iungunt: quinetiam propriis aliquando gutturis muſculis, qui ipſum aperiunt, oblæſis. De quibus eodem cap. ab initio dixit, quòd ſi vertebra luxatur ad anteriora, neminem vidit moriturum Hippoc. neque illi paralyſi capiebantur. illi vero quibus ad latus conuertebatur vertebra, reſoluebantur, & nullus liberabatur ſuperueniente febre. Et hæc eſt anginæ ſpecies quam præcipit Paulus non curare. Aëtius lib. 8. cap. 47. inquit, Anginæ quatuor differentiæ exiſtunt. Vna cùm fauces fuerint inflammatæ, fauces autem, pharinga Græcis appellatam, voco intra os locũ, vbi tum ſtomachi, tum aſperæ arteriæ extrema conueniunt. Altera, quum neque circa oris regionem, neque iuxta fauces in os, neque forinſecus quicquam apparet inflammatum: & tamen ſuffocationis ſenſus infeſtat ægrum iuxta

aſperæ

Angina 4. ſpecies.

Fuchſij modus in traducendo Aphoriſm.

Angina incurabilis.

Digitized by Google

aſperæ arteriæ extremum. Tertia quum exterior gutturis regio vnà cum interna fuerit inflammata iuxta mentum. Ad hæc autem, vt iuxta ceruicem quædã affectio oboriri ſolet ex luxatione & diſceſſu cuiuſdam in collo verticuli in anteriorem regionem: vnde cauus apparet locus, & cùm extrà tangitur, dolore afficitur, &c. Angina, quæ hîc primo loco poſita eſt, apud Hipp. ſecundum habet locum. Autor verò lib. 4. de Ratione victus acut. ſection. 30. duas tantùm ſcripſit anginæ ſpecies, ex materia ſumptas. Aut enim acris ac bilioſus humor eſt, & is ad anguſtiores penetrat venas, quæ ſunt in gutture: qui verò craſſus eſt, ac pituitoſus, in faucibus detinetur, & amplis venis. Galen. namque in Comment. inquit, Duas horum eſſe ſpecies ait: alteram quidem, quæ à glutinoſa, frigidáque fluxione facta ſit, quam pituitoſam vocare poſſes: alteram verò à calida acrique quam ſi picrocholam bilioſámque ſimpliciter appellaueris, non peccabis. Priorem verò fluxionem, in laxiores decumbere venas ait, bilioſam etiam in tenuiores peruenire oſtendens.

GALENI COMMENT.

TErtiam hanc commemorat anginam, quam alij per ſ literam nominant ſynanchen, non per c literam ſynachen. Vbi enim vehementer ſtrangulantur, ac dolore vexantur, nec inflammatio aut ſacer ignis apparet, aut in ceruice, aut in faucibus: cinanchen per c literam talem nominant affectionem. Sed quòd aſſiduè moneo, videtur & Hippocr. facere: nec ita vocabulis parcè vtitur, ſed vt libuerit appellat. Sanè & in quibuſdam codicibus antiquis legitur initium dictionis per ſ literam: Si quibus ſynanche, id eſt angina. Ita conſtat vt nihil ſunt de c & ſ literis diſſentire, quemadmodum medici recentiores agunt. Vbi enim confeſſa res eſt, obſcœnum eſt de nominibus litigare, at confeſſa res eſt iis qui miniſteria artis agnoſcunt. Si enim vehementer ſtrangulantur & cogantur reſurgere, deterrimè exigunt, dolore vehementer affecti, nullum verò aut in ceruice habentes aut in faucibus accidens. Ab his verò deinceps exiſtunt ij qui non ſpirent difficulter, ſed dolore admodum vexentur, ac pariter tumeſcat ceruix, & fauces rubicundiores euadant. Tertio loco diſponuntur ij de quibus Hippocr. præſenti ſermone perſequitur: qui nec vehementer affligantur dolore, nec ſpirent difficulter: gutture quidem nequaquam patiente: ſed aut in fauces fluxione, aut in ceruicem, aut in hac vtraque decumbente. At verò fluxio hæc magna ex parte bilioſior eſt, ita vt perſpicuè ſacrum ignem, aut inflammationem ſacro igni ſimiliorem committat: vnde & ipſe dixit, Nec ſacer ignis intro recurrat. Quòd ſi pituitoſus interdum tumor infeſtet, celerrimè diſcutitur: Nec vllo pacto acutus talis morbus eſt. Cæterùm ſequens dictio perſpicua eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte, hanc anginam in tertia ſpecie per literam σ, συνάγχην ſcribit. nam vehementem illam, quæ ſtrangulat, & dolore affligit, ac inflammatione, ſcribunt medici per κ, κυνάγχην. Sed obſcœna eſt (inquit) de nominibus diſputatio. De quibus quanta ratio habenda ſit, diximus in expoſitione 10. prognoſtici huius lib. *Vbi enim vehementer.* In Græco Aldino codice ſimiliter & in Baſilienſi legitur, ἐφη γὰρ ἰσχυρῶς μὲν πνίγονται. quod eſt, Dixit enim, vehementer quidem ſtrangulantur. Quæ litera nullum facit ſenſum: legendum potius, ἐφ' ἧ γὰρ ἰσχυρῶς μὲν πνίγονται. hoc eſt, In qua enim fortiter quidem ſtrangulantur, & reliqua intellige, in ea anginæ ſpecie, in qua fortiter ſtrangulantur per κ. literam ſcribi affectionem.

Græcus codex corrigitur.

IN ſecunda parte, quæ incipit, (Si enim) ordinantes anginæ ſpecies, ex difficultate maiori aut minori ſpirandi. In prima enim difficilimè ſpirant, & ſtrangulantur, & reſurgere coguntur, ob inflammationem non conſpicuam, & quæ magnum dolorem infert. In ſecunda ſpecie, ſimilis dolor adeſt, ſed minor difficultas: tument autem ceruix & fauces. Tertio loco ſunt, qui præter id, quòd non reſpirant difficulter, dolore etiam non admodum affliguntur: fluxio quoque ad fauces & ceruicem diſpergitur, gutture nequaquam perpeſſo. Aduertendum, quòd Galen. in harum ſpecierum declaratione aliqua addit, quæ ab Hippocr. non habentur. Hippocr. namque, licet primam & ſecundam ſpeciem dixit ſimiles dolores inferre, in tertia ſpecie doloris non meminit, in quarta tamen Galen. inquit, Nec vehementer dolore affliguntur. Præterea Hippocrat. in prima ſpecie, reſpirationis difficilis meminit. quàm dixit orthopnœam: in reliquis verò non dixit aut per ipſas difficilè, aut facilè reſpirare. Galen. tamen in ſecunda & tertia ſpecie dixit non adeſſe difficultatem reſpirandi. Ratio huius diuerſitatis eſt, quoniam ea, quæ Galen. addit, ſequuntur neceſſariò ad eas diſpoſitiones anginarum, quæ ſcribuntur ab Hippocr. Vbi namque inflammatio nihil conſpicuũ faciat in faucibus & ceruice, ſequitur vehemens dolor, & magna difficultas reſpirandi, in gutture exiſtente inflammatione. Vbi tantùm inflammatio partibus faucium communicetur, conſtat, minorem adeſſe debere difficultatẽ reſpirandi. In tertia ſimiliter, in qua inflammatio eſt in partibus externis, & in faucibus, non tamen in gutture: ſequitur, vt neque adſit vehementia doloris, nec difficultas reſpirandi. Ad id etiam concludendum facit non parum, quòd Hippocr. eas ordinat in magnitudine periculi, & longitudine durationis: ad quæ duo ſequuntur ſimiliter ea, quæ de ipſis à Gal. dicuntur.

IN tertia parte, quæ incipit (At verò fluxio talis) talem fluxionem, quæ anginam efficit, bilioſam eſſe dicit, quæ ſacrum ignem, aut inflammationem eryſipelatodi efficit. Vnde fit, meritò Hippocr. dixiſſe, Et ſacer ignis non intrò recurrat: per ſacrum ignem intelligens, aut eum qui exquiſitè talis eſt, aut mixtum ex phlegmone eryſipelate. Vbi autem ſcribitur *Magna ex parte.* Græcè habetur, πάντως hoc eſt, omnino: ſemper ita fieri ſignificans, quoties talis angina morbus fuerit acutus. Vt enim dicet, à pituita non fiet acutus morbus. Dices fortè, nónne aliquando ex ſolo fiet ſanguine, & illa non appellabitur eryſipelas: Reſpondeo, id fieri, ſed raro, vt ſanguis phlegmonem efficiat in faucibus & gutture, abſque manifeſta bilis mixtione. Quod ſi quando fiat, ſimiliter ſanguis putrere incipiens tranſibit in bilem. lib. quoque 5. de Arte curatiua, ad Glauconẽ dixit Gal. Quòd ſi ex ſanguine & flaua bile calidioribus, quàm oporteat, mixta fluxio fuerit, vel ex ſanguine ferueſcente tenuiſſimo, ſecundùm ſubſtantiam, eryſipelas paſſio vocatur. Vbi etiam dixit: *Aut inflammatione ſacro igni ſimiliorem committat.* Græcè habetur, ἢ φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη ποιῇ. id eſt, Vel phlegmonem eryſipelatodi fecerit. Præterea Galen. ad comprobandum Hippocr. rectè dixiſſe, Nec ſacer ignis intro recurrat addit, Si pituitoſus humor effecerit morbum, celerrimè curabitur, nec erit ex acutis morbis. Vbi enim legitur, *Celerrimè diſcutietur.* Græcè legitur, τάχιστα πέττονται, id eſt, celerrimè curatur, cùm tamen anginæ à pituita factæ longum morbum habeant efficere. Celerrimè in hoc loco idem ſignificat, quod facilimè, ac ſine labore medici

τάχιστα, celerrimè ac facillimè ſignificat

Digitized by Google

medici ac ægri. Ob idque additur, ipſum non eſſe de acutis morbis: partim, quoniam periculum non habet anneaum, partim quoniam non eſt de his morbis, qui breui terminantur. Adde, quòd aliquæ ex pituitoſis anginis facilè ac breui tempore curantur: quoniam humor efficiens non eſt in intimis gutturis & anguſtiſſimis venis immerſus: ac inde fit, vt facilè ac cito poſſit excreari. Craſſitudo namque humoris impedit eius penetrationem. Lib. namque 4 de Ratione victus acutorum, Comment. 30. inquit Galen. Fluxionum, quæ à capite deferuntur, quædam ſubſtantia tenues exiſtunt, aliæ ex craſſis viſcoſiſque humoribus cõſtant. Quæ igitur tenues ſunt, hæ latis penetratis venis, in anguſtioribus detinentur: tales autem ſunt, quæ guttur ambiunt. Contrarium autem craſſis contingit, quòd non ingrediantur vniuerſas, quæ ſtrictæ admodum ſunt, venas, antè, ſcilicet in capacioribus detentæ. Hinc ſequitur, quòd anginæ, quæ à pituita fiunt, leuiores multò ſint, & febrem non faciant, neque vehementem dolorem, neque magnam difficultatem reſpirandi, neque acutum morbum.

Humor craſſus guttur non penetrat.

P R O G N O S T I C.   X I X.

SI verò neque in diebus decretoriis ſacer ignis euaneſcat, neque tuberculum ad externam conuertatur regionem, neque pus ſcreet, & facilè ac ſine dolore agere videatur: mortem ſignificat, vel conuerſionem ruboris.

Sicuti declaratum eſt in expoſitione primi prog. libri huius, morborum mutationes, etſi ex aliis habeant bonitatem aut malitiam, fidelitatem eorum quæ eueniunt, ſumendam eſſe diximus ex die. Quæ enim in diebus iudicatoriis eueniunt, ſi bona fuerint, tutum habent exitum ad bonum: ſi verò mala fuerint, certa erunt ad malum. Ponamus ergo, vt Hippocr. vult, ruborem, aut ſacrum ignem euaneſcere, non tamen in die decretoria, neque tuberculo ad exteriorem regionem tranſmiſſo, neque coctum ſpuat, videatúrque æger ſine dolore agere: vnum duorum ſignificabitur ea tali ſucceſſu, aut mors, aut recidiua. Si enim euanuit tumor in die decretoria, receſsitque in pulmonem, malum eſt, fidámque ac certam habet malitiam, quoniam in die iudicatoria id factum fuit. Quòd autem, cùm ſic euanuit ipſum receſſiſſe in pulmonem ſit certum, conſtat, quoniam euanuit ſubito. quod indicauit Hipp. per verbum ἀφανίζηται, quod repentè occultari ſignificat, ex Comment. 68. lib. 2. Quando repente euaneſcit tumor, ac recurrit nõ excreta excreatione, ac febre detinente, malum eſt: periclitatur enim homo delirare atque mori. Significat enim humorem intro recurrere. Nam diſcuti ſubito per inſenſibilem euacuationem non potuit, & non tranſiuit in ſedem exteriorem, relinquitur ad interiorem. Erit autem pulmo hæc ſedes, quoniam locus eſt proximus, & ſimiliter laxus ac ſpatioſus, & quoniam ſine dolore degere dixit: quod non eſſet, ſi in aliam partem recurreret. Illa verò pars, ἢ δ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας, μήτε φῦμα ξυστρέφηται ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ. quod eſt, Si verò neque in diebus decretoriis ſacer ignis euaneſcat, neque tuberculum conuertatur ad externam regionem, licet negatiua ſit, affirmatiuè legi debet, vt vult Galen. in Comment. vt ſit ſenſus, Neque euaneſcat, neque conuertatur tuberculum ad externam regionem, id eſt, euaneſcat in die decretorio, non conuerſo tuberculo ad externam regionem. Negatio enim illa prima cum reliquis coniungenda eſt, tota prima oratione relicta affirmatiua. Dixit etiam, Neque conuerſo tuberculo ad externam regionem, id eſt, non tranſmiſſo humore à faucibus ad locum externum. φῦμα namque, quod vocabulum tuberculum vertimus, dupliciter accipitur, aut ſtricto, aut amplo vocabulo. Primo modo ſolum tumorem in partibus adenoſis, quod celeriter tendit in ſuppurationem, ſignificat, vt Galenus lib. 2. de Arte cur. ad Glauc. de inflammationibus partium laxarum, quas adenas vocant, dixit eſſe phyma, hoc addito, quòd ſtatim augetur, ac celeriter tendit in ſuppurationem. Idem Paulus lib. 4. cap. 22. Ampliori tamen vocabulo, quomodo hîc accipitur, definitur à Galen. lib. 6. de Morbis popul. part. 1. Comment. 14. dicente, Ab his quæ è terra naſcuntur φύματα, homines appellauerunt præter naturam tumores, qui prorſus abſque cauſa externa fiunt: itaque vocant ea, quæ ad externum erumpunt locum: tamen in quibuſuis fiunt corporis partibus, vt in Aphoriſm. 82. ſection. 4. Quibus in vrinaria fiſtula φῦμα, id eſt, tuberculum naſcitur. Addit, Neque pus excreet: poterat enim facta ſuppuratione pus expuere, ac liberari: non excreto tamen pure, ſi videatur ſine dolore degere, aut ſperatur mors, aut ruboris conuerſio in fauces & ceruicem. Si namque facultas inualida fuerit, æger pulmonia laborans deficiet: recurrit enim humor ad pulmonem, vt diximus. Si verò valida fuerit, iterum ad locum humorem tranſmittet, redibítque rubor: quæ mala certiſſima erunt, quoniam certitudinem habebunt ex die, in qua tumor euanuit.

Phyma.

GALENI COMMENTARIVS.

SIne tuberculo, aut excreatione facilè euacuata, doleri aut ſacrum ignem, aut ruborem (vtroque enim modo legitur) prauum fore perſpicuum eſt. Sed illud, nec diebus decretoriis, perpenſione dignum eſt, vtrum ita inaudiendum ſit, vt ſi diebus deleatur decretoriis, nullum malum ſignum futurum ei ſit, an ſecus, (ita enim nonnulli expoſuerunt) an copulare oporteat id cum iis quæ deinceps ſunt prodita, vt etiam velit Hippocrates illa diebus decretoriis euenire gratia fidei firmioris: quod ſanè verius eſt. Si enim materia diebus tranſmeat decretoriis in pulmonem, recurrátque introrſus ſacer ignis, nequaquam per halitum digeſtus in exteriore ſuperficie: non ſolum non bonum id eſt, ſed etiam malum maximum: propterea quòd ex diei fide firmiorem aſſumat prauitatem. At ſi pariter tuberculo foras tendente, ac facili excreatione deleatur ſacer ignis, aut rubor, tunc non interiturum ægrum expectare oportet.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte manifeſtum eſſe dicit, ſi rubor aut ſacer ignis in angina apparentes, repentè occultentur, ſine phymate, aut ſine eo quod æger facilè excreet, prauum eſſe ſignum (vtroque enim modo legitur) vult Galen. in hac parte, vbi diximus in prognoſt. Sacer ignis: legi in codicibus Græcis duobus modis, in quibuſdam, τὸ ἐρυσίπελας, id eſt, ſacer ignis: in quibuſdam, τὸ ἔρευθος, id eſt, rubor.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Sed illud) exponit partem illam, Neque in diebus decretoriis, dubitans an intelligi debeat ſic, quod quoties in diebus decretoriis talia eueniunt, nempe vt diebus decretoriis rubor euaneſcat, nihil mali ſit futurum, quoniam iudicationes ad integritatem exigunt diem decretorium, quod ſi iſta talis fuerit, indicium bonum erit. Vel non ſic intelligi debet, ſed fortè partem illam,

Digitized by Google

illam, Si verò neque in diebus decretoriis, coniungere oportet cum ſequentibus, ita vt velit in die decretorio factam euaneſcentiam. Verùm id eſſe maius malum, videlicet quoniam ſignificatur humorem recurriſſe ad pulmonem, & id factum in die decretoria? quod ad malitiæ firmitatem non parum aget, vt dixi in expoſitione. In fine Galen. concludit contrarium ex ſignis contrariis. Si namque ſacer ignis euaneſcat, phymate foras tendente, id eſt, apparente inflammatione in partibus externis, cum facilitate quoque excreationis, ſpectandum eſt ægrum non moriturum.

PROGNOSTIC. XX.

SEcurius verò eſt, tumorem atque ruborem quàm maximè foras vergere. Si tamen in pulmonem vergat, inſolentiam faciet, & ex ipſis magna ex parte fient empyici.

Quanto ſecurius ſit in angina humorem vergere ad partem exteriorem, quàm ad interiorem, conſtat ex his, quæ de ſpeciebus anginæ diximus: conſtat quoque ex particularum principatu, aut ignobilitate, quanto melius ſit in ignobilem humorem tranſmitti. Si ergo in pulmone humor retrocedat, duo, inquit, fient, inſolentia, & ſuppuratio: hoc verò magna ex parte, aut in pluribus, Vbi dixi, Inſolentiam: Græca litera habet, *παράνοιαν*, quæ eadem eſt, & *ἀπρεπεία* apud Heſichium, id eſt, inſolentia, in quam incidunt qui mente turbantur, quoniam præter ſolitum aut agunt aut loquuntur. Magna etiam ex parte huiuſcemodi in empyema tranſeunt: humore in pus conuerſo. Quod euenit, quoniam calidi humores vbi non excreantur, ſupputantur: & quoniam quando ex angina fit pulmonia, facultas non conſtat, vt poſſit humorem excreatione excernere: inde ſequitur, vt calidus humor in pus tranſeat, & homo empyicus fiat.

GALENI COMMENTARIVS.

HÆc & item alia quæ deinceps præſcripta ſunt, clara ſunt, quibus prædicta in animo hærent.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Circa præſentem Comment. aduertendum, quod ſi Galen. non legit niſi primam partem, nempe, Tumorem & ruborem foras vertentem, ſecurius eſſe: ſatis conſtat veritas ſententiæ ex prognoſt. 16. & 17. & 18. Si tamen ipſe legit ſecundam partem, quæ in codicibus Græcis reperitur, id conſtabit ex prognoſt. 52. lib. 2.

PROGNOSTIC. XXI.

GArgareones ſecare aut ſcarificare periculoſum eſt, quandiu rubri fuerint & magni. Inflammationes etenim eis ſuperueniunt, atque ſanguinis eruptiones. Sed decet per id tempus huiuſcemodi tentare, aliis machinamentis extenuare. Quando verò iam ſeparatum fuerit totum id, quod vuam appellant, & facta fuerit ſumma pars gargareonis maior, atque orbiculata, ſuperior verò tenuior, tunc temporis tutum eſt admouere manum. Sed melius eſt euacuato ventre manus operatione vti, ſi tempus conceſſerit, & non ſuffocetur homo.

Ex eo, quod ſæpenumero contingit in curanda gargareonis magnitudine, prolongatione, & ampliatione cum rubore, docet prædicere futurum. Vbi enim ea impræmeditato ſcindatur, aut ſcarificetur phlegmone, aut ſanguinis eruptio, aut vtrunque ſequi ſolet. Conſilium ergo Hippocr. eſt circa huius affectionis, quæ vua appellatur, vt infrà dicemus curationem, vt antea quàm medicus manus operam admoueat, duabus viis præparet ægrum, vt medicamentis extenuātibus extenuet primùm gargareoné, donec ſuprema eius pars tenuior facta ſit, inferiore manente craſſiore, & rotunda, vt ſolet fieri nonnunquam, vbi non integrè ſanetur, ſecundò præparet vniuerſum corpus ventris purgatione, niſi fortè ſponte conuenienter purgetur. Quando igitur gargareon reſolutus fuerit, aut tabem patiatur (quod contingit) & ſubalbidus fuerit, quæ oſtendunt non magnam ſanguinis in ipſo abundantiá, neque acrem ſenſum ineſſe parti, & tenuiorem in parte ſuperiori, ac inferiori craſſiorem exiſtere, aut prolongatum, ſed extrematum medicus ipſum offenderit, ventre quoque purgato, ſecandus eſt gargareon, ea via & forma, qua ſecari docetur à Paulo lib. 6. cap. 31. & ab Aetio lib. 8. cap. 41. Cæterum quo tempore ſecatur, ne ob eius magnitudinem periclitetur homo nimium tuſſire, & vigilare, & nonnunquam ſuffocari, non totus ipſe gargareon ſecandus eſt, ſed quantum naturalem quantitatem ſuperare videatur. Forfice ergo diſtrahendus eſt, & iuxta ipſam ſecandus, non radicitus. *Gargareon non totus ſecandus.* Obſiſtit enim aëri frigido ex ſua naturali poſitura, & ipſum attemperat, quo deficiente, intemperatus aër ingreditur, atque thoracis immodicæ ſequuntur refrigerationes, & nonnunquam mors: vt Gal. lib. 11. de Vſu part. dixit, pictum eſt autem, inquit, in libris de Voce, gargareonem, & columellam, quod vocant, voci ad magnitudinem & pulchritudinem conferre. Secundum vtrunque verò rationabiliter, & vt incidatur ab eo prius aër ingrediens, & frangatur vehementia impetus eius, & propter hoc etiá frigiditatis. Quidam enim, quibus columella vſque ad baſim reſecta eſt, non ſolùm in voce læſi fuerunt manifeſtè, ſed etiam frigidiorem ſenſerunt inſpirationem: quin etiam refrigeratis partibus iis, quæ ſunt ſecúdùm thoracem & pulmonem, multi talium perierunt. Dictum quoque ibi eſt, ipſam non temerè & inconſulto abſcindendam, neque qua contingit parte, ſed relinquendam eſſe aliquam baſis partem. Gargareon autem ea pars eſt, de qua Galen. inquit lib. 6. de compoſitione medicamentorum per locos, Carnoſa quædam particula, in ſumma oris parte ſuſpenſa apparet, ſi quis toto ore latiſſimè adaperto linguam deprimat. Hæc caruncula duobus nominibus à veteribus Græcis nominatur, *γαργαρεὼν καὶ κίων*, hoc eſt gargareon, ſiue gurgulio, & columna. His poſteriores medici prope omnes non ita, ſed *κιονίδα*, hoc eſt, columellam ipſam nominant. Subſtantia itaque ſatis explicita eſt a Galeno in præſenti loco. Nomina tamen Paulus lib. 6. cap. 31. adhuc magis diſtinguit: licet enim partem ipſam gargareonem nominet columnam, tamen non ipſum ſanum, ſed dum prolongatur. Cùm tamen incraſſatur, & rotundus fit gargareon, ipſum vuam appellat: dicit enim Gargareon, tanquam vocis plectrum quoddam, ſæpè a capite diſtillationem excipit, ac præter naturá auctus, cùm oblongus & tenuis euadit, *κίων*, id eſt, columella, cùm craſſus & rotundus, *σταφυλή*, id eſt vua appellatur, vtrumque à ſimilitudine. Cùm igitur ſana eſt particula, gargareon: cùm verò ægrotat, aut vua, aut columna appellandus eſt. Aliud ab his eſt inflammatio gargareonis, nam vua apud Græcos *σταφυλὴ* appellata, nec eſt ipſum membrum, nec eius inflammatio. *Vuam quid nominant.*

Digitized by Google

matio. Membrum namque gargareon eſt, & vua augmentum ipſius in craſſitudine & rotunditate: quæ diſpoſitio rarò accidit gargareoni, vt Galen. vult.6. de Compoſit. medicament. per locos, parte citata, vbi medicos, qui gargareonem vuam appellabant, reprehendit, & eos qui ipſius inflammationem vuam dicebant nominari, dicens: Nam eorum, qui vuam vocitant, ſatius eſt nullo pacto meminiſſe: non enim particulam, ſed vnum aliquem ipſius affectum, vuam nuncupamus. Rarò igitur hic affectus in columna generatur, ſed inflammationem ſæpe admodum experitur. Et infrà, de medicamentis Archigenis ad vuam inflammatam, inquit contra ipſum, Ipſe autem non columella, ſed vua laxata ſcripſit, ſimiliter vulgaribus exiſtimans columellæ inflammationem, vuam appellari. Et quid mirum eſt, cùm etiam noſtri temporis quidam ob Atticiſmum ſe oſtentet, vt particulam ipſam vuã nominet: magis enim ipſe quàm Archigenes ignorauit. Standum ergo eſt in ſententia Pauli, qui augmentum ipſius in craſſitudine & rotunditate appellat vuam: id verò aliud eſt ab inflammatione. Apud Celſum tamen, & Plinium, vua appellatur ipſamet particula, licebítque Latinè loquentibus vuam nominare id membrum, quod apud Hippocr. Galen. Paulum, & Aëtium, gargareon, apud quos σταφυλὴ, id eſt, vua, & κίων, id eſt, columna, diſpoſitiones ipſius, quas ex Paulo diſtinximus, ſunt. Recedendum etiam ab Ariſtot. qui lib. 1. de hiſtor. animal.

Ariſtot. locus explanatur. capite vndecimo inquit, ἔσω δ' ἀλλομάσιον σταφυλόφορον, κίων ἐπίφλεβος, ὃς ἐὰν ἐξυγρανθεὶς φλεγμαίνῃ, σταφυλὴ καλεῖται, καὶ πνίγει. quod eſt, Intus autem para alia vuigera, columna prominentium venarum, quæ ſi humefacta inflammetur, vua appellatur, & ſuffocat. Niſi verbum φλεγμαίνω, apud ipſum loco præſenti omnem ſignificet intumeſcentiam: tunc enim, vbi columna humefacta intumeſcat, modo dicto ex Paulo, vua rectè appellabitur à medicis. Id etiam dicere non prætermittam, quod Ariſt. dixit, ἐπίφλεβος id ſignificat, cuius venæ expoſitæ ſunt, & prominentes: ſic enim exponitur vocabulum libro ſexto de morb. pop. part. 4. in quo Hippocr. dixit graciles, ἐπιφλέβους: & Galen. in Comment. inquit, Ait autem eoſdem ἐπιφλέβους eſſe, perinde ac ſi dixerit ἐπιφανεῖς id eſt, conſpicuas, hoc eſt, ἐκκειμένας, id eſt, expoſitas & extra prominentes habentes venas: tales etiam ſunt, quæ in gargareone incraſſato. Vbi legitur, Secare aut ſcarificare in omnibus. Græcis codicibus ſic habetur. Cæterum lib. 6 de Comp. med. per locos, Galen. recitans progn. præſens inquit, οἱ δὲ γαργαρεῶνες ἐπικίνδυνοι καὶ ἀποτέμνεσθαι, καὶ διακαίεσθαι, καὶ ἀποσχάζεσθαι. quod eſt, Gargareones ſecare, vrere, ſcarificare, periculoſum eſt. Eſt enim aliquando tutius, vrere gargareonem, quàm ſecare, ob timorem fluxus ſanguinis. Qui enim vrit, ſimul abſcindit, atque ſcaram inducit. Periculoſum autem eſſe dicit, quandiu magnus fuerit, & ruber gargareon: quoniam quo tempore particula tumet, timendus eſt ſanguinis fluxus, & ſuperiores gargareoni partes inflammari.

Gargareonis incraſſati & prolongati remedia. Sed interim tentandum aliis viis extenuare ipſum, vt adſtringentibus, reprimentibus, ac exiccantibus medicamentis: quorum copiam ſcripſit Galen. lib. 6. de Comment. med. per locos. Quando verò ſeparatum fuerit totum id, quod vuam appellant, licebit admouere manum, ἀποκεκρίσθαι namque habet litera Græca, quod eſt, reſolutum eſſe, & ſeparatum à concretione: ſeparari autem à concretione vuam, non eſt aliud quàm à ſuprema parte infimam ſeparari, & inferiorem craſſam ac totundam manere, ſuprema attenuata. Quod etiam explicat ipſe Hipp. in litera: infima enim tunc meritò vua appellabitur, manens craſſa ſimul atque rotunda, vt docuimus ex Paulo. Per id tempus igitur manus opera prodeſt, per quod pars ima craſſa & rotunda, quæ vua appellatur, ſeparata eſt à palato, & veluti ſuſpenſa à ſuprema gargareonis parte, quæ extenuata eſt. Id quod vult Hippocr. non curandum eſſe ſciſſione aut ſcarificatione gargareonem, donec iam in ſupremis partibus incrementum euaneſcat ipſis extenuatis, & in infima craſſa ac rotunda pars ſuſpenſa ſit, quæ vua appellatur. Aduertendus certè locus iſte, quoniam difficilis eſt, & quoniam nullum vſque adeò habemus, aut huius aut aliorum difficiliorum locorum (quæ in progn. multa ſunt) expoſitorem, præter breuiſſimum Galen. Conſulit etiam Hippocr. vt venter ſubducatur ante manus operam, ne ex humorum abundantia defluxiones in particulam ſequantur, niſi natura id ſponte fecerit, aut fortè corpus ſit ſatis purum, & ſine humorum redundantia. Cauendum etiam ne interim æger ſuffocetur.

GALENI COMMENTARIVS.

PRognoſtico theoremati permiſtum eſt exiguum quoddam curationis præceptum: ſine quo nequaquam fieri poterat vt integrè præſagium cognoſceretur. Gurgulionem ſi inflammatione laborantem præcidas aut ſcarifices: ſanguinis fluor & inflammatio comitabitur. Sed quoties ſecretum fuerit, quod vuam appellant, ſitque pars ſumma gurgulionis maior & orbiculata, ſuperior verò tenuior: tantiſper admoliri manus tutum eſt, potiſſimum aluo antea abunde ſubducta ſiue ſponte, ſiue etiam prouidentia medicorum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Reddit rationem, quare Hippocrat. theoremati prognoſt. immiſcet præceptum pertinens ad partem artis curatiuæ: quoniam (inquit) non poſſet integrè cognoſci veritas theorematis prognoſtici, niſi curandi regula eſſet immiſta. Præſagium enim eſt, ſi quo tempore gargareon inflammatione laborat, ſecetur, aut ſcarificetur, periculum eſt inflammationis, & fluxus ſanguinis. Huius igitur theorematis firmandi gratia, quando debeat ſecari, aut ſcarificari, addidit, nempe quando ſecreta fuerit ea pars, quam vuam appellant, & extrema pars gurgulionis remanſerit maior & orbiculata, maximè præſoluta aluo, aut ſponte, aut medici artificio. Vt igitur declararet tempus, in quo ſi fieret abſciſſio gargareonis, eſſet malum, explicuit quando erit bonum. Theorema appellauit prognoſticam ſententiam, quoniam eſt vniuerſalis res, conſequenter accommodata medicinæ fuit, vt autor lib. Definitionum dixit. Sunt ergo theoremata vniuerſalia inuenta, quæ poſtea experimento confirmantur, vnde fidem ac ſtabilitatem accipiunt, vt vult Galen. in 1. Comment. ad lib. de Morbis pop. intellige theorem. in arte medica. Manum item admouere præcipit Hippocrat. ventre purgato. *Manus opera poſt purgationem.* Id Galen. addit, ſiue ſponte, ſiue prouidentia medicorum. Si namque natura conuenienter aliquem purgat, non eget medici officio: verùm cùm natura id non efficit, antequam manus parti admoueatur, decet in corpore non præeſſe aliquam redundantiam, ſed vbi prauus aliquis ſuccus abundauerit, ipſum purgare. Si verò fuerit ſanguinis, ſanguinem mittere: quod etiam reuulſionis & euacuationis gratia ſeruiet, quoties non poteſt æger malum tolerare ad horam conuenientis purgationis. Quod etiam Hipp. ipſe innuit, quod dixit, Si tempus conceſſerit & non ſuffocetur homo. Quando enim conceditur per tempus, melius eſt ſanguinem interim mittere. Similiter quando

tempus non conceſſerit, ſed timetur, quòd æger medicamentũ expurgans bibere non poterit, ob inflammationem gargareonis, antequàm extenuetur, tunc conueniet ſanguinis miſſio. Similiter vbi timeatur, quòd ob humorum craſſitudinem, quum agitentur, ſtrangulabitur æger, quod ſæpe fit, motis craſſis humoribus ad expurgationem ineptis. In omnibus his caſibus melius erit ſanguinẽ mittere, quàm expurgare per medicamenta expurgantia. In nullo horum prohibitus eſt vſus clyſteriorum. *Aluo abunde purgata.* dixit *ſpontè.* Græcè *αὐτομάτως*: quo vocabulo vtitur Hippoc. quoties euacuationem aliquam à natura factam, & abſque opere medici vult ſignificare, maximè in 2. Aphoriſ. ſect. 1. quum dixit, In perturbationibus ventris, & vomitibus, *τοῖσι αὐτομάτως γινομένοισι*, id eſt, ſpontè factis. Et Aphoriſm. 78. lib. 4. dixit, Quicunque ſpontè ſanguinem mingunt. Et Galen. in Commem. Quod dicitur, Spontè poteſt idem, quod ſine cauſa exteriori, & poteſt quod veluti repentè, nullo caſu præcedente. Sed modo Galen. ſine cauſa exteriori intelligit, quam medicus miniſtrare poſſet.

Æger ſuffocatur motis humoribus.

PROGNOSTIC. XXII.

QVibus febres deſinunt, neque cum ſignis ſolutionis, neque in diebus decretoriis recidiuam in eis expectare oportet.

Plurimæ cauſæ ſunt, ob quas contingit morbos repetere: omnes tamen ad duas reducuntur. Relinquitur enim in corpore cauſa aut materialis, aut efficiens, aut efficiens ſimul & materialis, quæ morbum repetere facit. Hoc autem euenit, quoties morbus non fuerit perfectè ſolutus: quod voluit modo Hippocr. comprehenſa ſimiliter eſt in vniuerſum hæc ſententia ab Hippocrat. Aphoriſm. 27. ſection. 2. Iis qui non ex ratione leuius ſe habent, non oportet fidere: ſunt autem ſine ratione leuati, quicunque ſine ſignis ſolutionis, aut non in die decretoria leuati ſunt. Quod confirmat autor libri Prorrhe. part. 2. ſection. 17. dicens *τὰ ἐκλείποντα ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, θάνατον σημαίνει.* quod eſt, Pernicioſa, quæ ſine ſignis leuant, mortem indicant. ſed non adeò vniuerſalis eſt hæc ſententia, ad letalia & pernicioſa contracta. Quemadmodum autem, vbi letales morbi ſine ſignis leuati mortem portendunt: ita morbi in vniuerſum ſine ſignis ceſſantes, aut in die non iudiciaria recidiuam indicant. Vbi namque ſigna, quæ bonam ac fidam ſolutionem indicant, non præcedunt, & morbus ſoluitur, aliquid relinquitur, quod ſimilem cauſam ei, quæ fecit morbi initium, aggregare poteſt. Cuius eſt exemplum apud Galen. 6. de Loc. pat. cap. 5. & 2. Prorrhe. Comm. partis citatæ, de virulentia rabidi canis, quæ poſt morſum 2. 3. aut 4. menſe ſedire ſolet, nonnullis etiam poſt annum, qui tunc hydrophobici facti ſunt, id eſt, timentes aquam. Euenit autem hæc diſpoſitio à veneno canis rabidi, diu operante ac immutante ſolida corporis membra, ac vehementem ſiccitatem, & calorem naturalem ſubuertente. Quemadmodum itaque longo temporis ſpatio naturales membrorum ſolidorum temperaturæ euerſuntur, & ipſis euerſis, & iis quæ præter naturam ſunt, in habitu factis, ferè immedicabiles fiunt morbi: ſic ex veneno canis rabidi, diu ſolida permutante membra, & præternaturaliter facta in habitu, talia immedicabilia ſunt. Hunc in morbũ canes incidunt in vehementi aëris calore verſati, aut excellenti frigore, vt vult Dioſcorides lib. cap. 6. 35. adaucto nimiũ calore calidiſſimi animalis. Spumam natibus & ore prodit, ſine latratu irruit, familiares quoque ipſos aggreditur, temerè, toruè, & ſolito triſtis incedit, cibos & potus auerſatus, quod magnum teſtimonium eſt furoris & deſipientiæ: quoniam ob calorem & ſiccitatem maximè ſitiunt, & aquæ potum fugiunt. Qualis diſpoſitio in canibos fit, talis & in hominibus quos canes momorderint: quod experimentum ſatis probat homines furore corripi, aut paruo, aut multo poſt temporis ſpatio, fierique hydrophobicos, vt libs. 2. Prorrhe. citato Comment. & lib. 11. de Simpl. med. fac. capit. de iecore canis rabidi, rabientes homines à cane morſos appellat. Quòd ſi in contrarium adducas ipſius ſententiam, qui libro ſexto de Locis par. cap. 5. dixit, Quum enim reliquorum animalium nullum rabie capiatur, ſolus canis rabie corripitur. mea ſententia ſatis inepta dubitatio eſt, circa literam, quæ eadem ſoluitur ſcriptura. Conſequenter enim inquit, Atque tanta fit in ipſo humorum corruptio, vt ſolum eius ſputum, ſi humanum corpus contigerit rabiem excitare poſſit. Primaria itaque affectione ſolus canis rabie corripitur, per conſenſum verò etiam homo, & plura alia animalia. Mania eſt hæc diſpoſitio, à Latinis furor appellata: dixit enim Dioſcorides loco citato, Themiſonem alioqui demorſum in hunc furorem incidiſſe, & euaſiſſe affirmant. Et Aëtius lib. 6. cap. 24. inquit, Quum canes natura calidi ac ſicci ſint, per æſtatem ex ambiente nos aëre aliam caliditatem ac ſiccitatem acquirunt, & ob immoderatam intemperaturam inſaniunt, & hæc inſania Rabies vocatur, Ratio huius rei eſt, quoniam immodice exſiccatis & calefactis mẽbris, aut canis, aut hominis, bilem aſſari ac furorem fieri rationi conſonat capite læſo. Quare autem fiant hydrophobici, Aëtius 137. loco citato, inquit, Contingit autem ipſis grauior perturbatio, quum aquam aut aliud pellucidum ſpeculum viderint: aſpiciunt enim faciem ſuam rubicundam, ac toruè tuentem, atque ira plenam. Fieri etiam poteſt, vt quemadmodum dicunt aliqui, etiam canis à quo morſi ſunt, imaginem in aquis apparere imaginentur. Quare non opus eſt amplius medicis de hac ſe diſceptare, qui dubitant, an rabies ſit furor, an diſpoſitio ab hac diuerſa: eorum enim cauſa hæc obiter dixi, quoniam etiam Gal. circa præſentem ſententiam eandem agitanit materiam. Simile etiam in quouis malo humore contingere poteſt, vbi non fuerit integrè & perfectè purgatus, & à corpore ſeceſſerit: poſt tempus namque leui exercitatione, aut quouis errore in victu commiſſo, quinimo & non commiſſo, ſed veluti ſano tecto corpore, redditur diſpoſitio nihilo priore minor. Quod etiam in febribus repetentibus per acceſſiones quotidie contingit, aut relicta intemperie particulæ alicuius, quæ de nouo humorem poſſit aggregare, aut quia aliquid de humore faciente præcedentem acceſſionem relictum fuit, quod etiam ſibi proximũ ad ſimilem deduxit corruptionem, aut propter vtrunque. Quod ſi morbus redeat in virtute cauſæ materialis relictæ recidiuam eandem cum morbo eſſe exiſtimare decet: ac vnicam faciet medicus dierũ iudicialium computationem, à die quo primum homo ægrotauit, quod obſeruauit Hipp. 3. lib. de Morb. pop. in hiſt. Anaxionis patientis morbum lateralem. Quòd ſi ab intemperie alicuius partis, gratia exempli, iecoris, habuerit originem, quoniam iecur intemperie calida laborat, quæ ad 3. diem bilem generat, quæ febrem tertianam facere poterit, aut totus humor, qui quolibet tertio die aggregatus abſumitur, ita vt nihil relinquatur, quod aggregare ac corrumpere nouum humorem poſſit, totumque

De canis rabidi morſu.

Cauſa rabiei ex aëre ambiente.

Signa rabiei.

Rabie corripiuntur alia animalia à cane.

Rabies furor eſt.

Hydrophobici.

Mali humores non purgati.

Recidiuarum cauſa.

Recidiua aliqua eadem cum principali morbo.

Digitized by Google

totúmque ab intemperie iecoris habet originem: & ſic iſte morbus vnus erit, & inmaterialis, nempe iecoris intemperies. Morbus tamen materialis, id eſt, tertiana, non vnus. Nam pars eius relinquitur in membris quæ nequeunt poſſit humorem corrumpere: quo dato morbus ipſe materialis vnus erit, nempe tertiana in vnitate cauſæ, quæ ab vna in alteram tertianam ſeruata eſt. Morborum itaque materialium vnitas, ex vnitate cauſæ materialis actu putreſcentis ſumitur. Eſt autem vnus, quoniã qui præcedentem fecit acceſſionem, aut morbum, non totus fuit abſumptus, ſed aliquid eius in ſequẽtem reliquus fuit, non tamen ſimpliciter ac phyſice vnus, ſiquidẽ continuitatem non habet, interpellat enim ſæpè ſanitas, & à febre integra quies, diuerſas tertianæ febris acceſſiones. Neque vt vulgus medicorum putat, tertiana morbus vnus eſt in cauſa antecedenti, quæ nunquam actu putruit, neque morbum fecit, quia videlicet humor bilioſus, qui in prima tertiana motus eſt ad putredinem, pars erat humoris bilioſi, qui relictus fuit in venis, cõtinuatus cum parte quæ mouebitur in ſecunda acceſſione. Pari namque ratione diceres, vbi aliquis haberet 10. ſanguinis libras ſimul in venis, & quatuor ex ipſis mouerentur ad putredinem, ac febrem efficerent: poſtea verò morbo integrè ſanato, occaſione adhibita, ægrotaret ſecundo aliis quatuor libris ſanguinis motis ad putredinem, illos duos eſſe vnum morbum, in vnitate cauſæ antecedentis, quod conſtat eſſe falſum. Vnitas igitur morbi, in vnitate cauſæ materialis ſaluatur, quæ ea præcedenti aut morbo, aut acceſſione ſeruatur, & cauſa fuit morbum actu efficiens: ſine ipſa namque vnitas febris repetentis per acceſſiones ſaluari non poteſt. Hæc igitur aduertenda ſunt contra vulgus medicorum. Sic igitur vbi quis non perfectè fuerit iudicatus ac fideliter, morbus redibit, idem cum priore, cum maiori ægrotantis periculo, quoniam languidiorem inueñit facultatem. Recidiuam itaque timendam prædicit Hippocr. vbi vno duorum modorum finitur morbus, aut ſine ſignis ſolutionis aut non in die iudicatoria. Indicia ſolutionis ea ſunt, quæ morbi coctionem oſtendunt, vt in Aphor. 71. 4. ſect. Quibus ſeptima iudicatur, his nebulam rubeam habet vrina & reliqua ſecundùm rationem. Coctiones item 1. de Morbis pop. part. 2. iudicij celeritatem, & ſecuram ſanitatem oſtendunt. Cruda verò & incocta, & ad malos abſceſſus conuerſa, difficiles iudicationes, & labores, & longitudines, & mortes, & eorundem conuerſiones. Præterea inquit, Si ſoluatur morbus, & non in diebus decretoriis recidiuam expectare oportet. Ratio eſt, quoniam, vt diximus in expoſitione primi prognoſtici huius libri, fides & certitudo iudicationum ex die ſumitur, apud Galen. lib. 1. de Diebus decretoriis. Multa alia ſunt ſigna recidiuæ morbi, quæ non ſcribuntur hic ab Hippocr. vt in progn. 68. lib. 2. vbi tumor aliquis repentè euaneſcat. Intellige idem in omni morbo ſubito deficiente, ſine aliqua manifeſta excretione, aut effatu digno abſceſſu, quæ ad criſim neceſſaria ſunt. Inde eſt, quòd Galen. lib. 3. de Criſi. cap. 9. dixit, Non poſſe quempiam ſaluari ſubito ſine criſi, hoc eſt, ſine manifeſtis excretionibus, aut effatu dignis abſceſſibus. Item ſi euacuatio talis eueniat, ſed non integra, ſimiliter oportet recidiuam expectare, vt in Aphoriſm. 12. ſecundæ ſection. Quæ relinquuntur in morbis, poſt iudicationem, recidiuam facere conſueuerunt. Rurſum, quando anni tempora inconſtantia fuerint, recidiua eſt in morbis ſperanda: vt in Aphoriſm. 8. libr. 3. In conſtantibus temporibus, ſi tempeſtiue

Morborum materialium vnitas.

Medicorum communis opinio.

Recidiuarum iudicia.

Temporum inconſtantia morborum recidiuam prænuntiat.

tempeſtiua redduntur, morbi conſtantes & boni iudicij fiunt, in inconſtantibus verò inconſtantes, & mali iudicij. Et Galen. in Comment. inquit, Aut autem ipſos difficulter, id eſt, malè iudicari: vel enim cum caſibus periculoſis iudicia in his morbis eueniunt, vel ſtatim ſunt pernicioſi, vel omnino faciunt recidiuam. Et lib. de Humoribus Hippocr. memorans ea quæ in temporibus non obſeruantibus naturam propriam fiunt, inquit, Quapropter etiam tempora à iudicatione aliena, ac inconſtantia fiunt, quemadmodum etiam morbi ſi prærumpant, aut præexcernantur, aut intus relinquantur. Recidiua enim etiam tempora faciunt, quemadmodum & morbos ita induerunt. Rurſus febres non acutæ non iudicantur perfectæ, & recidiuam facere ſolent, & lib. 6. de Morb. popul. part. 2. ſection. 22. Febres non acutæ tales ſunt nempe reuertuntur ſummatim, ſola ea iudicatio ſecura eſt à recidiua, quæ omnes notas bonæ iudicationis comprehendit. quod vniuerſim docuit Galen. lib. 1. de Diebus decr. vbi cuiuſdam iudicationis notas omnes bonitatis percurrit, ac poſtea ſubdit, Quod igitur iudicio teſtimonium afferendum relinquitur? huic mihi animum adhibeas, cum fide, hoc eſt, quod fidele iudicium eſt ſecutum, & à metu de morbi recidiua remotum. Vnde hoc accipiemus? nempe quod alia ſingula ex vno quopiam, vel etiam duobus vel pluribus quidem, ſed non ex vniuerſis oriuntur. Verùm quod cum fide, omnibus quæ commemorantur indiget, in quibus diei quoque natura eſt. Inſeruit iſta prognoſtica propoſitio quàm maximè ad victus rationem inſtituendam. Si namque æger integrè ſanatus eſt, veluti ſanus eſt alendus: ſin minus, caute agendum eſt. Galen. enim lib. 1. de Criſi. cap. 13. reprehendens medicos ignaros ſolutionem fidatum, inquit, Nonnunquam verò exiſtimans liberatum eſſe à morbo ægrotantem, atque ei victus libertatem permittens, magni alicuius mali occaſionem afferret.

Febres non acutæ recidiuas faciunt

Secura iudicatio à recidiua.

Perfectæ ſolutionis cognitio ad quid vtilis.

GALENI COMMENTARIVS.

QVoties neutrum exiſtat ex his, quæ dixit, tunc expectare oportet recidiuam, non vbi alterum adſit, alterum deſit. Quæ enim non ex ratione leuant, recidiuam facere conſueuerunt: quanquam in diebus accidat decretoriis. At verò conſtat vt hæc non ex ratione leuent, quæcunque neque cum indiciis ſolutionis, neque in diebus deſinant decretoriis.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Galenus in præſenti Commen. contrarius videtur his quæ diximus in expoſitione progno. & ſibi ipſi. Diximus multa eſſe indicia apud Hippocr. & Galen. quæ oſtendunt futuram morbi recidiuam: & vnum eſt, ſi iudicetur morbus in die non iudicatoria: quoniam apud ipſum lib. 1. de Diebus decr. omnia ſunt neceſſaria ad fiduciam indicationis, & inter ea dies: nam ex natura diei ſumitur fiducia iudicij. Similiter vbi deſunt ſigna coctionis, diximus recidiuam ſperandam, illis quoque quæ ſine ratione leuius habent, quibus non eſt fidendum. Modo verò inquit, quoties neutrum exiſtat ex eis quæ dixit, tantiſper ſpectare oportet recidiuam, non vbi alterum deſit, ac ſi diceret, Vbi morbus ſoluitur, cum his duobus additis, vt neque ſoluatur cum ſignis coctionis, neque in die decretoria, recidiua eſt expectanda: ſi tamen ſoluatur, in die decretoria, ſine ſignis coctionis, aut cum ſignis coctionis, ſed non in die decretoria, non erit ſperãda recidiua. Quod conſtat eſſe dictis contrarium. Præterea ſibiipſi contra-

Galen. commentarius difficilis.

dicit Galen. in Comment. Cùm enim dixiſſet, recidiuam non eſſe ſperandam, dum alterum adſit, etiam ſi alterum deſit, addit contrariam ſententiam, dicens, Quæ enim non ex ratione leuant, faciunt recidiuam, quanquam in diebus accidant decretoriis. Ergo ſolo vno præſente, nempe, iudicationem factam eſſe in die decretoria, adhuc ſperatur recidiua: cuius contrarium dixerat, videlicet quòd vno ſaltem præſente non eſt recidiua ſperanda. Ad quæ reſpondemus, quòd vera mens Gal. eſt, quam explicuimus in expoſitione, quocunque deficiente ex his, quæ oſtendunt optimam indicationem, ſuſpicionem mouet futuræ recidiuæ. De his enim, quæ non ſoluuntur in die decretoria ſatis diximus. De his verò, quæ ſoluuntur ſine ſignis coctionis, in præſenti teſtatur Comment. quum dicit, Quæ enim non ex ratione leuant, faciunt recidiuam 2. Aphor. ſect. Comm. 27. explicuit, quæ ſunt, quæ ſine ratione leuant. inquit, Cùm morbus inuadit vehemens, mox ſubito quieſcit, nec per ſudorem, neque vomitum, neque alui excretionem, aut profluuium ſanguinis, corpore euacuato, ſed neque viſo ſigno coctionis, ſignum infidum exiſtimat talem quietem eſſe. Ad Galen. Comment. accedendo, notandum, quòd Græca litera in his codicibus quos legi, ſic habetur, ὅταν μηδέτερον ὧν εἶπον γίνηται, τότε χρὴ προσδέχεσθαι τὴν ὑποστροφὴν, οὐχ ὅταν τὸ ἕτερον μὲν αὐτῶν γίνηται τὸ δ' ἕτερον μή. vbi particula οὐχ, pro καὶ ſcripta eſt: quòd ſi καὶ ſcribatur, verus erit ac integer contextus, & ſine controuerſia talis, ὅταν μηδέτερον ὧν εἶπον γίνηται, τότε χρὴ προσδέχεσθαι τὴν ὑποστροφὴν, καὶ ὅταν τὸ ἕτερον μὲν αὐτῶν γίνηται, τὸ δ' ἕτερον μή. quod eſt, Quando neutrum eorum, quæ dixi, fiat, tunc expectare oportet recidiuam, & quando alterum quidem ipſorum fiat, alterum verò non. Huius ſecundæ partis exemplum ſtatim apponit, dicens, Quæ enim non ex ratione leuant συνεπτέρωσα (hoc eſt, amica remiſſionis) quanquam id diebus accidat decretoriis. Vnde fit, vt mens Gal. conſtans ſit, quando aliquod dictorum defecerit eſſe ſperandam recidiuam.

Codex Græcus mendoſus.

PROGNOSTIC. XXIII.

QVæcunque febris prorogatur, ſalubriter affecto homine, nec ob inflammationem, nec ob quamuis aliam cauſam manifeſtam, dolore detinente huic expectandus eſt abſceſſus cum tumore ac dolore, ad aliquem articulorum, maximè eorum qui ſunt in parte inferiori.

Vniuerſali theoremate docet prædicere futuros abſceſſus dicens, Si febris fuerit longa atque ſalubris & non pendeat ab inflammatione, nec à cauſa primitiua, prædicere oportet futuros abſceſſus cum tumore & dolore in articulis: & licet in omnibus articulis id fieri contingat, in inferioribus tamen potiſſimum. Ratio ſumitur ex morbi natura: ſi enim morbus longus eſt, à craſſis pendet humoribus, aut frigidis, qui etiam longo tempore egent ad concoctionem, & qui raro per excretionem finiuntur, ſæpè verò per abſceſſum. Is autem in alia corporis parte fieri poſſet, & in articulis ſimiliter, quoniam laxi ſunt, ſed potiſſimum in inferioribus, quoniam craſſi & frigidi humores, ad inferiora maiori ex parte tranſmittuntur. Similem ſententiam ſcripſit lib. 2. prognoſt 65. Conſiderare oportet talia hunc in modum: ſi febris detinet, & dolor non ceſſauerit, & ſputum non excernatur ſecundùm rationem, neque bilioſæ fuerint alui deiectiones, neque diſſolutæ, atque ſynceræ, neque vrina valde multa, ac plurimum continens ſedimentum: paratur autem ſalubris ab aliis omnibus ſalutiferis ſignis: in his oportet huiuſmodi abſceſſus futuros ſperare. Quod enim hic dixit, Quæcunque febris prorogatur ſalubriter affecto homine, libro ſecundo dixit, Si febris detinet, &c. Paratur autem ſalubris ab omnibus aliis ſalutiferis ſignis. Per febres autem quæ prorogantur, intelligere oportet eas, quæ 20. diem tranſgrediuntur, is enim eſt terminus acutorum. Et quemadmodum acutæ per excretionem, ita longæ per abſceſſum finiuntur: vt etiam conſtat ex prognoſtic. 11. vbi dixit, Si tamen abſque talibus ſignis dolor 20. diem tranſcendat, & febris detineat, ſuſpicari oportet ſanguinis è naribus eruptionem, vel aliquem alium abſceſſum ad inferas ſedes, & ex prognoſtico 27. ſequenti conſtabit. Ea tamen quæ de deiectionibus addita ſunt lib. 2. indicant humorem craſſum: dixit namque, Neque bilioſæ fuerint alui deiectiones: quod indicat morbum pendere ab humore craſſo. Quod in vniuerſum comprehendit dicens, Si prorogatur febris, & non ob inflammationem, id eſt, non ob læſionem particulæ, neque ob cauſam manifeſtam. Reliqua in præſenti prognoſt. deficiunt ad integritatem: vt enim Galen. in Comment. explicat, craſſi humores, qui per excretionem non ſolent finiri, aliquando per abſceſſum finiuntur, aliquando verò per coctionem. Quod excluſit lib. 2. per ea quæ dixit, Neque diſſolutæ ac ſynceræ deiectiones, neque vrina valde multa, ac plurimum continens ſedimentum. Dixit etiam in præſenti prognoſtico, vbi non pendeat à cauſa manifeſta febris. Quod conſtat: quoniam, vt vult Galen. vbi aliquod erratum committatur, non oportet abſceſſum expectare, etiam ſi febris prorogetur, cum aliis indiciis. Vbi ergo febris prorogatur, & non ob partis læſionem, neque ob cauſam manifeſtam abſceſſus ſperatur, licet etiam aliquando coctiones, quod tamen ipſum hic non diſtinxit, ſed in lib. 2. & in annotatione circa id quædam diximus. Addit cum tumore ac dolore ad aliquem articulorum: non vnum tantùm ſperandum dixit, ſeu vnum duorum, vel abſceſſum cum tumore, vel abſceſſum cum dolore in aliquem articulorum, inquit enim, τουτέῳ προσδέχεσθαι ἀπόστασιν, μετ' οἰδήματος καὶ ὀδύνης ἐπὶ ἄρθρων, hoc eſt, Huic ſpectandus eſt abſceſſus cum tumore, & abſceſſus cum dolore, ad aliquem articulorum: vtrumque enim in febribus longis experimur, nonnullas tuberculis erumpentibus, quaſdam tumoribus articulorum finiri. Quod etiam magis declarat τε particula, quæ in codicibus Hippocrat. Aldinis habetur, ſic enim ſcribitur, τουτέῳ προσδέχεσθαι ἀπόστασιν μετ' οἰδήματός τε καὶ ὀδύνης ἐπὶ τῶν ἄρθρων, quod confirmat Aphor. 44. lib 4. qui in Galeni codicibus ſic ſcribitur, ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισιν ἢ φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι γίνονται. In codicibus autem Hippocr. Aldinis ſic, ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐγγίνονται. Melius autem ſic legetur, ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ τουτέοισιν ἢ φύματα ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι ἐγγίνονται, quod eſt, Quibus febres longæ his vel tubercula, vel ad articulos dolores ſuperueniunt. Quod enim in Aphor. dixit, φύματα, id eſt tubercula, in progn. præſenti dixit, ἀπόστασιν μετ' οἰδήματος, hoc eſt, abſceſſum cum tumore, φῦμα enim, omnem tumorem, ſimiliter & œdema, apud Hippocr. ſignificant vt ſuprà ſatis eſt declaratum. Quod poſtea dixit, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι, id eſt, vel ad articulos dolores: in prog. præſenti dixit, καὶ ὀδύνης ἐπὶ ἄρθρων; hoc eſt, & cum dolore in aliquem articulorum. Quod in fine progn. dictum eſt,

Aphor. prog. comparatur.

Prognoſtici lectio.

Phyma.

Maximè

Abſceſſus qui erumpant. Maximè eorum qui ſunt in parte inferiori, ad craſſitudinem humorum eſt referendum. Cæterum in progn.66. lib.1. ad quam partem ſint ſperandi erupturi, diſtinxit Galen. lib.3. de Criſi. in fine, in longis febribus abſceſſus eſſe ſpectandos dixerat. Lib.6. de Morbis pop. part.2. ſect.22. Febres non acutæ tales ſunt, nempe reuertuntur, vbi Galen. inquit. Et hoc vnum eſt ex his quæ ad futurorum abſceſſuum prænotionem conferunt. Nam febres acutæ cito iudicantur, & per excretiones perfectam habent ſolutionem: quæ verò non acutæ vocantur, reuerſoriæ ſunt, cunctantúrque, & ſolutiones efficiunt imperfectas, poſtea reuertuntur, & ſecundam habent excretionem, ex abſceſſu perfectam ſolutionem. Dixit itaque Galen. in hoc loco, reciduam eſſe ſperandam ex diminuta euacuatione, & inde ſperandos abſceſſus. Ratio eſt, quia ſi diminuta ſit euacuatio, in præcedenti progn. declarauimus, reciduam ſequuturam, & inde abſceſſus in poſtremis ſolutionibus. Ex diminuta ergo euacuatione argumentum prognoſticum ad futuros abſceſſus accipitur, quod text.20. antè citatum ſcripſerat Hippoc. dicens, Et ſiquidem ex fluentibus aliquid relinquatur, promptus in abſceſſuum eſt morbus.

GALENI COMMENT.

QVæ antea dixit particulatim, primùm de abſceſſibus circa ilia, deinde circa thoracem, ac pulmonem, ea nunc repetens pronunciauit in vniuerſum. Cùm enim triplex ſit cauſa prorogationis febrium, aut propter aliquam partem affectam curatu difficilem, aut propter humores crudos & craſſos incoctóſque, aut propter aliquod commiſſum. ſi nec affecta fuerit pars, aut nulla alia cauſa, aut ægri committentis, aut curantium eum, aut propter exteriorem cauſam, verbi gratia, tempus, terram, conditionem, domicilium parum, conflictationem, ſolicitudinem, angorem: reſtat vt humoribus crudis ac concoctu difficilioribus prorogetur. Hos igitur aſſolet natura in partem quandam ignobiliorem expellere, quoties per excretionem pellere externa corpus non queat. Sæpe enim dictum iam eſt, vt humores corporis calidiores tenuioréſque paratiſſimi ſint ad excretionem: crudos verò & craſſos, aut per abſceſſum, aut per concoctionem natura medeatur. Porro idipſum vt per concoctionem medeatur, excretio quadam eſt, quæ ex vrina magna ex parte, raro per aluum efficiatur.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

IN prima parte docet, Hippocratem comprehendere vniuerſalem doctrinam de abſceſſibus, quam particulariter tractauerat in 1. lib. de Hypochondriorum inflammationibus, nempe progn.23. & quibuſdam ſequentibus, & in 2. lib. quædam de abſceſſibus thoracis, vt progn. 65. & ſequentibus quibuſdam. Hìc enim vniuerſaliter docet, quando futurus eſt in morbis abſceſſus. *Febres quibus cauſis prorogantur.* Solent namque febres prorogari ob vnam trium cauſarum, nempe propter aliquam partem curatu difficilem, veluti vbi febres habeãt originem ex iecoris, aut lienis inflammatione, ad ſcirrhi naturam declinantem: quamdiu namque talis tumor non curatur, febres perſeuerabunt. Quod ſimiliter fiet, vbi ob intemperiem calidam iecoris, febres excitentur, aut ob pulmonis vlcus, aut intemperiem. Secunda cauſa eſt, ob humorum craſſitudinem: nam tales humores febres efficiunt longas, tam in tẽporibus particularibus, quàm in vniuerſalibus. Tales ſunt febres quotidianæ, & quartanæ pariter, & inter acutos morbos quidam, qui cùm à craſſis pendeãt humoribus intra 20. diem habent 14. dies fortis afflictionis, poſt quos aliqua facta mutatione, ac imperfecta iudicatione, efficitur morbus acutus ex decidentia. Tertiò febres prorogantur, ob aliquod commiſſum erratum, aut à medico, aut ab ægro, aut ab aſſiſtentibus, aut ob regionem, quia admodum calida, aut frigida, aut ob aërem, eodem modo, aut ob domicilium, quia non ſpirant in ipſo venti, aut ob curam, aut ſolicitudinem, & ſimilia animi accidentia. Solent enim hæc prorogare febres, & impedire, ne ipſæ ad præfinitum tempus iudicentur. Gratia exempli, Si quis patiatur acutam febrem, quæ pendet ab humore neque admodum craſſo, neque admodum tenui, ac 7. die ſperetur (quoniam ſignum aliquod coctionis apparuit in ipſo) quòd morbus aſſequetur integram coctionem in die 14. ac ſi morbi magnitudo accedat, ſperetur ipſum eſſe iudicatione finiendum. *Medicorum error.* Medicus verò non ſperata coctionis integritate, quoniam non agnoſcit vires ægri, ac morbi magnitudinem, timens ne forte antequam ad 14. deueniat moriatur, neque poſſit ad coctionem ſufficere medicamentũ expurgans in potu præbeat 6. die, (quod hodie noſtri medici ferè omnes faciunt) certum eſt quòd morbum reddet diuturniorem, interrupta coctione, ac impedita iudicatione, fractis quoque viribus ægri ex purgatione, atque deiectis. Ad Galenum verò redeamus. Vbi aliquod duorum non fuerit in cauſa prorogationis febris, nempe aut pars curatu difficilis: quod inſinuauit Hippoc. cùm dixit. Si prorogatur febris, & non ob inflammationem, aut dolorem, neque ob cauſam euidentem quod explicuit manifeſtum eſt cauſam eſſe, humorum craſſitudinem & cruditatem. *Ilia.* lege, hypochondria, *Ea nunc repetens pronunciauit in vniuerſum.* Hæc ſententia eſt falſa: non enim repetit Hippoc. aliquid eorum, quæ ſuprà dixerat, aut 1. aut 2. lib. citatis locis, vbi de abſceſſibus egit. Græcè tamen ſic habetur, in principio Comment. *ἃ διὰ τῶν ἔμπροσθεν κατὰ μέρος ἀεὶ πρῶτον μὲν τῶν καθ' ὑποχόνδρια, δευτέρων δὲ τῶν κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα, ταῦτα νῦν ἐπαναλαβὼν ἀπεφήνατο καθόλου*, quod eſt, Quæ dixit ſigillatim, in primis quidem, de his quæ hypochondriis, in ſecundis autem, de his quæ circa thoracem & pulmonem, nunc comprehendens, vniuerſaliter oſtendit in primis & ſecundis, intellige partibus libri quæ citatæ ſunt, & ex primo & ſecundo libro.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Hos igitur aſſolet) concludit abſceſſus futuros. Quoniam ſi febres prorogantur ob humorum craſſitudinem, cùm natura ſoleat eos in partem aliquam ignobilem tranſmittere: ſequitur vt abſceſſus in eis partibus fiant. Tenues namque humores per excretionem ſolent emitti, vt dixerat lib.2. Comment.65. part.3. Craſſi verò, aut per abſceſſum, aut per concoctionem, ſicuti & crudi, id eſt, qui difficilè coquuntur. Vbi tamen per coctionem finiantur, rarò per deiectionem, frequentius per vrinam finientur. Itaque in tali caſu licet coctiones poſſint ſperari, poſſunt etiam ſperari abſceſſus, quod diſtinguetur ex morbi magnitudine. Nam magni morbi iudicantur, & finis morbi per abſceſſus iudicatio eſt. Si tamen morbus ex magnis non fuerit, coctio ſperabitur: per vrinam frequentius, quoniam humor in vaſis paulatim coquetur, ac excernetur vrina craſſa, & cum ſedimento copioſo. Aliquando etiam, ſed rarius, humor in vaſis coctus ad ventrem paulatim mittetur, ac deiectione finietur morbus.

PROGNOSTIC. XXIV.

HViuſmodi abſceſſus magis ac in minori tempore fiunt iunioribus natu trigeſimum annum agentibus.

A b ætate præſens accipitur ſigoum, atque ad prædicẽdum certius ſuturos abſceſſus. Quum enim de abſceſſibus, qui eueniunt ob craſſos humores, ſcriptum ſit præcedens prognoſt. & craſſi humores ad tranſmiſſionem egeant robuſta facultate, in iunioribus magis eueniunt abſceſſus: non quoniam in hac ſunt ætate, ſed quoniam in ea calor naturalis eſt robuſtior quàm in ſequentibus ætatibus, in quibus calor perpetuò tendit in diminutionem. Vbi itaque ex craſſis humoribus morbus pendeat, magis ſperatur abſceſſus in hac ætate. Diſtinxit autem hanc ætatem à ſequentibus, numero 30. annorum, etſi ſuprà progn. 12. dixerit, Magis autem expectare oportet ſanguinis eruptionem in iunioribus 35 annum agentibus, in ſenioribus verò ſuppurationem. Et in expoſitione 14. progn. iuuenum & iuniorum ætatem definiuimus 35. aonorum numero. Verùm hæc noo diſcordant: quibuſdam enim citius, & quibuſdam tardius ætas iſta finitur, ex diuerſa hominum temperatura naturali. Eſt autem terminus longior 35. annorum, breuior tamen 30. vt toquit Gal. Comment. 28. ſequenti. Primus enim terminus conuerſionis ad habitum frigidiorem 30. eſt, nouiſſimus verò 55. annus, & infra. Ob id igitur & Hippocr. quandoque 30. commemorat, quemadmodum paulò antè: ſæpe etiam 35. Si tamen prognoſt. intelligeretur abſolutè, falſum eſſet: io ætate enim, in qoa magis conſtat facultas, & in qua minimè non ſperantur abſceſſus, quantum ad ætatem attinet, ſed in qua medio modo ſe habet, qualis eſt eorum ſenum, ſiue eorum, qui ſunt in ætate, quam appello ſubſiſteotem. Modo tamen, quoniam non de omnibus abſceſſibus loquitur Hippocr. ſed de dictis in progn. præcedenti, verùm eſt, quod robuſta egent facultate, & io ætate ad 30. annum peruenieote magis fient, ſiue in ea quæ ad 35. duos enim habet terminos. Citius etiam inquit, fient, propter eaodem omnino rationem.

Ætas non prædocet abſceſſus ſed temperatura.

Iuuenum ætas non diffinitur vno termino.

GALENI COMMENTARIVS.

SÆpenumero dictum eſt, vt morbi quos humores committunt calidiores, cum ægri viribus valentioribus, per excretionem iudicentur. His contrariæ ſunt affectiones, in quibus facultas debilis eſt, & humor frigidus, quæ nec excretione, nec abſceſſu indicantur, ſed aut corrumpunt ægrum, aut perquàm longo temporis ſpatio vix concoquuntur. Porrò inter has mediæ intercidunt, quæ per abſceſſum finiuntur: in quibus ex duabus dictis oppoſitionibus, alterum ex altera, alterum ex reliqua eſt. Duæ enim oppoſitiones exiſtunt, è quibus altera ſecundùm naturam humorum, altera ſecundùm vires habetur: atque in alterutra earum duo inter ſe opponuntur, ex humoribus quidem calidi frigidis: ex viribus verò fortes debilioribus. Si igitur humores calidi ſint, non oportet facultatem validam haberi, ſi abſceſſus quiſpiam futurus eſt: ſi verò frigidi, facultate opus eſt valida ad abſceſſum. Cæterùm dignotio virium hæc eſt, maximè quidem propria in earum ſingulis antea dicta eſt ab actionibus. Ab ætate verò ducuntur indicia, pro iuuentute ac ſenectute, de qua nunc Hippocrates agit: dicitque magis accidere ac citius talem abſceſſum iis qui minores natu ſunt trigeſimum agentibus annum, maioribus verò natu, nondum tamen ſenibus, minus veniunt, ac tempore longiore: ſenibus verò minimè accidunt: in animum reuecto omni eo ſermone quem Hippoc. inter initia habuit: Si qua febris prorogetur, ſaluè affecto homine, nec dolore detinente, aut propter inflammationem, aut propter aliquam aliam cauſam euidentem. Hæc itaque nobis reuocans in mentem, dixit talem potius fore in minoribus natu abſceſſum.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

I n prima parte, in quadam diuiſione procedit, ad inueniendum in quibus diſpoſitioolbus abſceſſus ſunt ſperandi. Vbi enim fortis fuerit facultas, & humores tenues, excretiones ſunt ſperandæ, non abſceſſus: vbi verò facultas languida fuerit, & adfuerint in corpore craſſi humores, oeqoe excretiones, neque abſceſſus ſunt ſpetandi, ſed aut mors, aut coctio. Si tamen facultas fuerit fortis cum craſſis humoribus, abſceſſus ſunt ſperãdi: pariter vbi facultas fuerit languida, & humores tenues Quod hinc habet originem, quòd abſceſſus medius quidam modus finiendi morbos eſt, inter ſolutionem quæ fit per excretionem, & eam mutatiooem quæ non fit ſubito. Primum fit forti exiſtente facultate, & tenuibus humoribus: ſecundum, languida exiſtente facult•te, & craſſis humoribus. Medium igitur mediam ſequetur diſpoſitionem, facultatis & humoris. Quod io hac tabella facilè conſtat.

Abſceſſus medius modus finiendi morbos.

Facultas,	*fortis,*	*cum caliditatis humore,*	*abſceſſum.*
		excretionem.	
		cum frigid. humore,	*coctionem.*
	mediocris,	*cum calid. humore,*	*ſæpè excretionem. raro coctionem. aliquando abſceſſum*
		cum frigid. humore,	*ſæpè coctionem. raro excretionem. aliquando abſceſſum.*
	imbecilla,	*cum calido humore,*	*coctionem.*
		abſceſſus.	
		cum frigid. humore,	*mortem.*

Cæterum quo pacto. Græcè ἡ διάγνωσις δὲ τῆς δυνάμεως, ἡ μὲν οἰκειοτάτη καθ' ἑκάστην αὐτῶν εἴρηται πρόσθεν ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν. quod eſt, Cognitionem autem facultatis prius dictum eſt familiariſſimã eſſe vnicuique ipſarum ex operationibus. Quod autem dicit prius dictum eſſe lib. 2. Comment. 6. ex functionibus ducuit robur facultatum deprehendere dicens, Cæterùm quum tres ſecundùm genus vires, ex triplici pendeant origine, cerebro, corde, iecore, per earum miniſteria firmitas, atque infirmitas cognoſcitur.

I n ſecunda parte, quæ incipit (ab ætate verò) probat veram eſſe Hipp. ſententiam, quòd iunioribus natu magis fiunt abſceſſus, quia ante 30. anoom calor eſt robuſtior, qualis exigitur ad abſceſſus, vbi fuerint craſsi humores peccantes. His verò qui 30. annum tranſcendunt, minus eueniunt abſceſſus, ac tempore longiori: quoniam in eis natura magis tardatur in ſuperandis & tranſmittendis humoribus quam in iunioribus. In ſenibus verò minimè fient abſceſſus, ex craſsis intellige humoribus, quia in ipſis languida eſt facultas, quæ cũ craſsis humoribus abſceſſus non efficiet, ſed mortem aut coctionem.

PRO

PROGNOSTIC. XXV.

COnſiderare autem oportet ſtatim abſceſſus ſigna ſi viginti diebus tranſactis febris detineat.

IN expoſitione prog.21.lib.1. terminos omnium morborum definiui generaliter: vbi dixi, & ex Gal. probaui, terminum extremum acutorum morborum eſſe diem vigeſimum, qui etiam terminus morborum acutorum non exactè dictus eſt, quem ſi morbus pertranſierit, abſceſſus ſunt ſperandi potius quàm excretiones. Quod etiam in prognoſt. 11. dixit Hippoc. ſimiliter vigeſimum ſtatuens terminum. Vbi dixit, *Abſceſſus ſigna.* litera Græca habet in codicibus Hipp. τὰ περὶ τῆ ἀποστάσιος. & in codicibus Gale. τὰ τ̃ ἀποστάσιος. vbi τὰ, articulus, non niſi σημεῖα, id eſt, ſigna referre & oſtendere poterit, vt ſcripſi in litera Hippocratis.

GALENI COMMENTARIVS.

CVm antea & iam de morbis diutinis diſſereret, mentionem habuit vigeſimi diei, propterea quod ad hunc vſque diem extentus morbus nondum diutinus exiſtat. Paulò antea quoque eſt proditum, quamobrem non conueniat vnum poni limitem firmum acutorum morborum. Quocirca nequaquam mirum videri debet quartodecimo die eum dicere iudicari morbos acutos, & rurſus vigeſimum commemorare. Etenim in ſententiis quoque, vbi quartumdecimum diem finem fecit ſummum iudicationis acutorum morborum, commemorauit etiam ſeptimumdecimum. Eſt autem initium illius ſententiæ: Acuti morbi quartodecimo die iudicantur. Finis verò eſt: Rurſus verò decimuſſeptimus conſiderandus eſt, is enim quartus a quartodecimo, & ſeptimus ab vndecimo eſt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Vigeſimi diei mentionem feciſſe ſuprà Hipp. dicit, cùm loqueretur de morbis diutinis, nempe prognoſtic. 56. libr. 2. quoniam ante ipſum nullus morbus dicetur diutinus. Neque etiam morborum acutorum licet vnicum terminum ſtatuere, ſed 14. & 20. de quo in expoſitione progn. 21. lib. 1. ſatis dictum eſt. Nam & Hipp. inquit Gale. in Aphor. poſtquam 24. ſtatuit terminum acutorum, dixit 17. eſſe conſiderandum. Recitat etiam ſententiam Hippo. ad finem Com. quæ non eſt vnus Aphor. ſed duo, nempe 23 & 24. ſect. 2. De morbis diutinis dicemus in expoſitione 26. prognoſtici ſequentis.

PROGNOST. XXVI.

SEnioribus verò minus accidunt, vbi febris fuerit diuturnior.

Hos abſceſſus, qui à craſſis pendent humoribus, ac frigidis, dixerat 24. Progn. magis fieri natu minoribus 30. ann. Præſens verò prog. implet ſententiam, minus fieri dicens in maioribus natu, id eſt, in his qui 30. annum ſunt tranſgreſſi, aut in aliis temperaturis 35. facultas enim in eis minus conſtat, quàm in minoribus, & abſceſſus euenientes à craſſis humoribus, robuſta egent facultate. Dixit autem. Vbi febris fuerit diuturnior, quoniam de eiſdem abſceſſibus loquitur in præſenti progn. de quibus in progno. 25. vbi dixit, Quæcunque febris protogatur, ſalubriter affecto homine &c. vbi diximus, de abſceſſibus eſſe mentem Hippoc. qui pendet à frigidis humoribus. Ibi verò explicuimus, febres quæ protogantur, eſſe illas, quæ 20. diem tranſcendunt: ſic & modo intelligi debet. Quod enim ibi dixit, Quæcunque febris, μηκύνει, id eſt, protogatur: hìc dixit, πολυχρονιωτέρου ὄντος. id eſt, vbi fuerit diuturnior. Cùm ergo in progno. præcedenti dixiſſet abſceſſuum ſigna eſſe conſideranda, vbi febris 20. diem pertranſeat; in omnibus autem iſtis prog. qui ſunt à 23. in 29. loquatur de abſceſſibus, qui eueniunt in febribus, quæ prorogantur, quas appellat diuturniores: erunt febres diuturnæ, ſiue quæ prorogantur, illæ quæ 20. diem tranſcendunt. Et meritò: quoniam ſi extremus terminus morborum acutorum, qui etiam à natura ſua breui tempore terminantur, eſt dies 20. illæ febres dicentur diuturnæ, quæ diem tranſcendunt 20.

Febris diuturna.

Fuchſius item, vir alioqui doctiſſimus, malè explicuit morbum diuturnum, ſect. 1. Aphor. Commen 4. dicens, Morbus diuturnus eſt omnis, qui 40. tranſcendit diem, melius enim eum eſſe diuturnum dixiſſet qui 20. tranſcendit diem, vt dixi. Præter id quod Gal. lib. 2. de Dieb. decre. aliquos morbos diuturnos, ſicuti & aliquos acutos ex decidentia dicit ad diem 40. finiri: inquit enim, Sed enim quum ex decidentia acuti exactæ ſolutionis terminum habeant longiſſimum diem quadrageſimum, nonnulli verò continua ſemper febre ad hunc vſque extenſi ſunt, ponatur & hoc tempus aliquando diuturniorum affectuum, qui nullam manifeſtam remiſſionem habent: ſicut antea diximus, aliquando acutorum eſſe decretorium. Et in ſumma Gale. in Comm. præcedenti explicans, quare Hippoc. dixerit poſt 20. diem expectandus eſſe abſceſſus, inquit, Cùm autem de morbis diutinis diſſereret, mentionem fecit vigeſimi diei, propterea quòd ad hunc vſque diem extentus morbus nondum diutinus habeatur.

Fuchſius notatur.

GALENI COMMENT.

MEritò, quia in morbis iudicandis per abſceſſum, facultatem habere firmitatem quandam, nec prorſus ad extremam conceſſiſſe infirmitatem oportet: & ob eam rem inquantum proceſſerint per ætatem, abſceſſus minus fieri accidit. Senibus verò non minus, ſed minime accidunt. Nunc verò non ſenes dixit ſimplici ratione, ſed cum iis qui trigeſimum agant annum conferens natu maiores nominauit eos qui prouectiores quàm hi per ætatem exiſtant. Cæterum vt ita vtatur maioris natu appellatione, & antea definitum eſt, & item deinceps nihilominus indicabitur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Commentarius nullam ferè præbet dubitandi occaſionem: ſignatim tamen explicat, quare dixit, Senioribus minus accidere: quoniam, inquit, per ſeniores, eos, qui ad iuniores tales exiſtunt, intellexit. Nam qui non ſeniores, ſed ſimpliciter ſenes ſunt, imbecilliorem habent facultatem, neque in eis abſceſſus ſunt ſperandi. *Antea definitum.* lib. 2 Comm. 69. & infrà Comm. 28.

PROGNOST. XXVII.

OPortet autem huiuſmodi abſceſſum ſperare, vbi continua fuerit febris: in quartanam verò deducetur, ſi intermittat, & erratico modo apprehendat, & ſic agens, autumno appropinquet.

Alium modum terminationis morborum acutorum, ſcribit Hippoc. in præſenti prognoſt. finiuntur enim, ac permutationem faciunt nonnunquam in quartanam. Intelligendum eſt de his qui protogantur, & vigeſimum diem pertranſeunt: de quibus in progn. 25. illi enim aliquando finiuntur per abſceſſus, aliquando verò tranſeunt in quartanam. In his tamen, qui ante 20. finiuntur, neutrum horum eſt ſperandum, ſed excretio. Diſtinctio tamen accipitur ex natura febris: aut enim eſt continua, aut intermittens. Si continua, quum 20. pertranſierit diem, ſigna abſceſſuum ſunt aduertenda: ſi verò intermittens, in quartanam tranſibit morbus: & id potiſſimum fiet, ſi modo erratico apprehendat, & ad au-

tumnum perueniat. Inde intelligendum, quòd vbi intermittens fuerit, & non erratica, id non erit præſagiendum: erit enim ipſa intermittens non erratica, aut tertiana, aut quotidiana. Tertiana ferè nunquam ſuccedit, quoniam poſt 20. diem non relinquetur humor bilioſus ex morbo acuto, ſed potius in ipſo morbo, aut reſoluetur intra 20. diem, aut per aduſtionem tranſibit in melancholiam. Si tamen intermittens fuerit quotidiana, poſt ipſam potius ſperantur abſceſſus quàm febris quartana, quæ ex aduſtione habet generationem: quoniam pituita non tranſit per aduſtionem in melancholiam. Vult itaque Hipp. ex acutis morbis tranſgredientibus 20. diem, ſi continua remanſerit: prædicere abſceſſus: ſi intermittens, & non apprehendat modo certo, prædicere certum modum, nempe futurum quartanarium ordinem, potiſſimum vbi accedat ad id tempus, quo quartanæ maximè fieri ſolent, quod eſt autumnus.

Intermittens febris in quartanam tranſit ſi erratica fuerit.

Obiectio.

Contra mentem Hippoc. videtur, quòd nullus acutus morbus eſſe poſſit, qui febrem habeat coniunctam, quæ intermittat: aut enim febre carere debet, vt morbus attonitus comitialis, aut vtrinque conuulſio: aut ſi febrem habet, hæc eſſe debet continua. Malè ergo hîc de morbis acutis agens, de morbo, cuius febris intermittit, mentionem fecit. Maxima probatur ex Gal. lib. 5. Apho. Comm. 3. quum inquit, Si enim ſit cum febre morbus (nempe acutus) neceſſe eſt ipſum febres habere continuas. Soluitur propterea quod acuti qui febres cõtinuas habẽt, ſimpliciter tales eſſe debent, non ex decidentia, quales qui 20. diem tranſgrediuntur, per quos quum continuæ fuerint, ſi qua ſpes habeatur iudicationis, hic abſceſſus firmabitur. Quæ tamen intermittunt erratico modo in quartanam tranſeunt, quoniam huiuſmodi febres melancholiam abundare oſtendunt. Erraticas autem febres explicuit Gale. eas eſſe, quæ particulares acceſſiones ſine ordine habent, lib. 1. de Morb. pop. par. 3. Comm. illius. Errantes autem, &c. & in Comm. hiſtoriæ Cleonactidis, dixit, Cleonactidem, inquit, ignis corripuit, id eſt, febris vehemens detinuit. Deinde infert, Erraticè, quod eſt, ſine vllo circuitus ordine: vt verbi gratia, ſi interdum quidem tertio vel quarto febricitaſſet, interdum quinto vel ſexto. Significat autem febris talis erratica, humorem factum ex aduſtione, qui difformis ſit, ita vt in vna parte moueatur ad putredinem, in alia ad motum ſit ineptus, & fortè ſic in diuerſis diuerſimodè diſpoſitus exiſtat. Ad inæqualitatem itaque humoris febres erraticæ reducuntur à Galen. in Comm. Similiter lib 4 de Rat. vict. acut. ſectio. 52. febres has appellauit Hippoc. ἀκαταστάτους, quod vocabulum Gal. interpretatur in Comm. dicens, Febres ἀκαταστάτους, id eſt, inconſtantes dixit, in quibus nihil eſt καθεστηκὸς, quod ſignificat βέβαιον, id eſt, firmum aut certum. Quòd tamen id non tantùm ſignificet in acceſſionibus ipſis inæqualitatem, ſed & in humore ipſo peccante, explicuit, dicens, Sunt autem certa, quæ in periodis apparent vriniſque, atque adhuc in exquiſitis febrium formis. Periodi itaq; principium non oſtendunt primis diebus, vrinæ verò ſuperueniunt alias aliæ: & ſæpenumero ter quaterque interdiu & noctu meiere contingit, diſſimileſque inter ſe apparent vrinæ. Sicuti & lib. 3. Aphor. Comm. 23. ad temporis inæqualitatem retulit dicẽs, Fiunt autem & erraticæ febres in autumno propter temperaturæ inæqualitatem. In vniuerſum igitur ad inæqualitatem referuntur, aut ambientis, aut temporis, aut temperaturæ partium, aut finaliter ipſius humoris morbum facientis. Is autem humor, qui diuerſas partes corporis inæqualiter occupat, vbi ſimilem diſpoſitionem per totum aſſequatur, febrem efficiet ordinatam, qui cùm melancholia ſit, quaternarium obſeruabit circuitum. Quod autem inquit, Et ſic agens autumno appropinquet ad naturam temporis referendum eſt. De quo Hippo. Aphor. 22. lib. 3. dixerat, Autumno verò, & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ & erraticæ. Quantum autem faciat natura autumni ad quartanam generandam, conſtat ex Galen. in Comm. Aphor. dicti, & progn. præſentis. Quartana namque ex humore fit melancholico, & his duobus generatur modis, aut per aduſtionem, aut naturaliter tanquam fæx ſanguinis, quæ in naturaliſſima ſanguinis coctione generatur, ac ſubſidet. Poſt morbos itaque acutos & æſtatis tempore humores aduruntur, tranſeúntque in melancholiam, cuius tranſpiratio, autumno ſuperueniente, prohibetur, & ex melancholia retenta quartana efficitur.

Solutio.

Erratica febr.

Erraticarum febr. cauſa.

Autumnus quartanas generat.

GALENI COMMENT.

Dictum eſt & in libro De differentia febrium: vt quartana atribilario humore conſiſtat. & item eſt proditum de generatione huius humoris, qua duplex eſt, tum ex ſanguine craſſiore qui reſpondeat proportione in venis ſubſidenti in dolio vini feculæ, tum etiam flaua bile vehementer aſſata. Hac igitur atra bilis alioqui malefica eſt, ac derodit partes in quibus abundè collecta eſt: altera verò atra mitior quàm hac eſt: ſed potiſſimum quoties nondum traxit in animali moram, aut cum aliquo calore abũdanti, & præter naturam commercium habuerit. His igitur ita habentibus, quoties febris continua fuerit, quod eſt non deſinens ad integritatem, ad eiuſmodi abſceſſus vertitur, diutius immanens. At ſi intermittit, atque idipſum potiſſimum eueniet per æſtatis finem, verti morbum ad circuitionem quartanam ratio eſt. Quantum enim humorum ferbuit æſtiuo tempore per febres cõtinuas, ac deſiuit in atram bilem quodammodo reſtinctum eſt: proindéque calore febriſico æger vindicatur, maximéque quoties ſudores eliciuntur. Sed ſi non antea natura quodammodo excernat veluti cinerem vehementer aſſatorum humorum: hic rurſus permanens in corpore & caleſcens, putrem quandam recipit affectionem, idque quoties ei accidit, feruendo excitat febrem: a qua rurſus eueniente ſudore, pariter cum eo quod ferbuit atra bilis euanuit: tum rurſus alia reliqua feruentes, rurſus alteram excitant febrem. Ceu igitur nondum vnam habeat omne corpus affectionem, ſed atra bilis in quibuſdam partibus inſuper moueatur, in quibuſdam immota maneat, in aliis putreat, aut feruere incipiat, inordinatas fieri febres neceſſe eſt. At verò quoties in cunctis venis eadem fiat affectio, exuperante atra bile, quartana conſiſtit febris, maximéque quoties æſtatis conuerſio in autumnum, extrorſum delationis ac ſpirationis prohibet humores, introrſúmque auocet in profundum: quam hyems affectionem excipiens, vtpote intendens præ frigore delationem introrſum humorum, rurſus ad alteram vſque mutationem in habitum calidiorem in quo morbus cœpit, aſſeruat corpus.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte dicit melancholiam facere quartanam, citátque lib. de Differen. febr. qui eſt 1. caput verò quintum. Dictum eſt etiam, inquit, duplicem eſſe ipſius generationem. nempe 2. de Naturalibus facul. verſus finem, quum ait, In ſanguine generando, quicquid abundè craſſum ac terrenum ex ciborum natura in nutrimento fertur, nec commodè à natutali calore alteratur, id lien ad ſe trahit. Quod verò aſſum, (vt ſic dicam) vſtúmque nutrimenti eſt, fuerit ſane hoc calidiſſimum in eo, ac dulciſſimum (qualia ſunt tum mel, tum adeps,) id, quum flaua bilis facta eſt, per fellis vocata vaſa expurgatur. Et autem hoc tenue, humidúmque, & fluidum, non quale

Bilis atra generatio.

quum

quum ad vltimum eſt exeoctum flauum, igneum, & craſſum, & vitellis ouorum ſimile. hoc namque iam præter naturam eſt: alterum verò quod prius memorauimus, eſt ſecundum naturam, pari modo & id nigri ſucci, quod nondum illam veluti ebullitionem, fermentationem quæ terra efficit, naturale eſt. Quod autem in talem mutatum eſt vim ac ſpeciem, id iam præter naturam eſt, ceu quod ex vſtione non naturalis caloris acrimoniam adſciuerit ac veluti cinis quidam ſit redditum. Sic quodammodo, & fæx vſta à non vſta diſſidet: illa namque admodum calida eſt adeò vt carnem vrat, liquet, ac corrumpat: altera quæ nondum eſt vſta, ad omnia medicos vti deprehendas, ad quæ terra figulari, aliiſque, quæ ſimul refrigerandi ſiccandíque facultatem habent. Duos etiam modos generationis melancholiæ ſcripſit lib. 3. Aphor. Comm. 22. & lib. 4. Comm. 25. Humor ergo melancholicus naturalis, ſuccus niger appellatur, bilis atra non tamen exquiſitè, ſed ſola illa quæ ex putredine & vſtione fit, cui accedit ſapor acidus, fuſámque habet ſubſtantiam, vt acetum, terram quoque ebullire facit, & muſcæ ipſam deguſtare fugiunt, lib. de Atra bile, & 2. de Natur. facul. & in Comm. 21. 4. ſect. Apho. Non naturalem itaque melancholiam calor igneus facit per aduſtionem ſanguinis, aut bilis flauæ, aut atræ naturalis. Sanguine enim à calore præter naturam occupato, tenuis pars tranſit in flauam bilem, craſſa verò in melãcholiam, & vtraque deinde tranſit per aſſationem in atram bilem exquiſitè. Mitior verò eſt altera, inquit Gale. lib. de Atra bile, quæ ex melancholiæ paſſione fit, quando humor humore eſt mitior. De naturali tamen dubium eſt, à quo efficiente generetur: videtur enim quòd cauſa efficiens melancholiæ naturalis eſt temperatura frigida & ſicca. Quemadmodum enim calida & ſicca plurimam efficit bilem, & calida & humida ſanguinem, & frigida & humida pituitam, ita frigida & ſicca efficit melancholiã. Quod etiam confirmatur ex naturali ipſius temperatura: ea namque frigida & ſicca eſt ex Galeni libro 2. de Naturalibus fac. quum inquit, Deinde ex his quæ euidenter in corpore apparent, frigidum quendam, ſiccumque ſuccum debere eſſe monſtrauimus. Vbi verò, & quàm breuiſſimè fieri licuit, quæ veteribus demonſtrata ſunt, tamen quòd is ſuccus melancholicus ſit, tamen lienis id viſcus, quod eum à ſanguine expurget, recenſuimus hæc Gal. Quod tamen frigidum & ſiccum eſt, à frigiditate & ſiccitate efficitur, per contrarium videtur: quoniam etſi Gal. multis in locis explicet duos modos generationis bilis, nullibi tamen videtur explicare cauſam efficientem melancholiæ naturalis. Si quis ergo de cauſa materiali dubitaret, facilè acciperet à Gal. lib. 3. de Loc. pat. ca. 6. ſolutionem, vbi recenſet plurima alimenta, quæ melancholiam augent. Quum enim alimenta ex elementis conſtent, quæ plurimum habent de terrena, & craſſa, frigidáque ac ſicca materia, plurima præſtant materiam fæculentam ac melancholicam. De efficiente tamen ſecundùm mentem Ariſto. non dubitandum, temperatum & naturalem calorem, qui ſanguinem efficit, efficere melancholiam: eſt enim vnicus humor ſanguis reliqui verò ipſius excrementa. Lib. namque 3. de Hiſtor. anim. cap. 2. partes animalium ſimilares recitans, poſtquam reliqua recenſuit inquit, Et excrementa, ſtercus dico, pituitam, bilem tum flauam, tum etiam atram. Ruſſus lib. 11. de Gener. anim. cap. 18. inquit: Excrementa appellare reliquias alimenti, ſed omnes humores à ſanguine ſunt reliquiæ alimenti, ergo ſunt excrementa. Antecedens pro minori parte apud ipſum, quia ſolum

Atra bilis conditiones. Atra bilis materia.

De naturalis melancholia generatione dubiū ſoluitur.

Melancholia ſufficiens.

Melancholica generatio ex mente Ariſtotelis.

ſanguinem eſſe alimentum dixit lib. 2. de Par. anim. cap. 3. & 4. Quòd ſi reliqui humores à ſanguine excrementa ſunt, non habebunt aliam viam generationis à reliquis excrementis: ea autem eſt, vt vnumquodque generetur ex accidenti, à cauſa faciente id, à quo excrementum ſeparatur: vt in fæcis generatione non eſt alia cauſa, quàm calor ventriculi, generans chilum: natura enim chilum generare intendit, & ex eius generatione fæx quoque generatur: ſeparat autem iecur ſua attractoria facultate chilum à fæce, quæ per inteſtina delabitur. Sic etiam in iecore calor naturalis intendit ſanguinem generare, & ex accidenti ſequitur, vt fęcem etiam ſeparet à mixtione, quam habebat cum parte, ex qua reliqui humores geniti ſunt. Manet autem cum eis mixta, licet non ad vnicam formam, donec à membris ſingula trahantur, & fæx ad lienem, & cùm non trahitur, coniuncta reliquis manet, atque per venas cum ſanguine tranſit, ac nõnunquam morbos facit, vt quartanam. Hæc ad doctrinam Ariſt. dicta ſunt. Hæc eſt cauſa, quare in melancholicis is humor abundat. Inſequentes verò poſitionem Hippo. qui tenet omnes humores ſimul alere, & totius animalis eſſe materiam, lib. de Humana natura. & Gal. lib. 2. de Elementis, ex doctrina Hipp. & lib. 8. de Placit. Hipp. & Platon. calor efficiens coctionem, tres humores generat, quibus formam tribuit ſubſtantialem, aliam ab ea quam habebant in alimento ipſo: ſanguinem ex materia conuenienti, & per coctionem quæ non excedit modum: bilem ex determinata materia, quæ erat in alimento, partim etiam ex alia quæ apta erat in ſanguinem tranſire, exceſſit tamen modum in coctione, ac in bilem tranſiuit: ſic & pituitam, ex diminuta coctione facta in materia, aut quoniam materia inepta erat coctioni, aut quoniam cauſa, quæ eſt calor coquens, coctionem non perfecit. Melancholiam verò, ſola ſeparatione generat, quoniam ſeparantur reliqui humores ab ipſius mixtione. ipſa verò terra, quædam impura eſt, cum pauco liquore commixta, quæ eo tempore, quo fit ſanguinis generatio, mixtionem cum reliquis amiſit, & recedit. Quòd ſi velis dicere, ipſam habere aliam formam ſubſtantialem à forma terræ, quæ impura eſt, nihil obſtat: dices quoque naturam eius generationem intendere. Quòd ſi quis contrà dixerit, ſequi inde in temperatiſſimis hominibus eſſe debere maiorem copiam melancholiæ, quoniam in eis maior fit ſanguinis generatio, & ad ipſam ſequitur maior in fæcem reſidentia, quum non ſit aliud generatio melancholiæ, quàm reſidentia ipſius in aliorum generatione: id autem naturalis temperatus calor quàm maximè facit. Præterea nulla temperatura eſſet, quæ melancholiam augeret, ac nullus eſſet melancholicus homo, quod ab initio diximus. Reſpondemus duabus cauſis in aliquo corpore poſſe melancholiam abundare, aut quia multa generatur, aut quia pars ſeparatur à reliquis. Si plurima melancholia eſſe dicatur, quia plurima generatur, vere vbi ex alimentis non ſit aliqua differentia, in corpore temperato magis quàm in aliis generatur, quoniam in ipſo quàm maximè calor naturalis efficit aliorum humorum generationem, & melancholiam reſidere. In frigidiori namque temperatura non fit adeò bona ſeparatio ſingulorum à mixtione quæ erat in alimento. In calidiori verò aliquid ex terrena ſubſtantia abſumitur, & cum aliis humorib. miſcetur: in temperatiſſimo verò ſingula proprias formas aſſequuntur vi caloris naturalis, & melancholia vt terra reſidet. Aliter melãcholia abondare poteſt, vt in melãcholicis hominibus: in quibus licet non plus generetur de ipſa, tamen

Melanch. generatio ex opinione Hip. & Gal.

Obiectio.

Solutio dubiorum circa melancholiæ generationē.

Digitized by Google

tamen non tantùm ſeparatur à reliquis humoribus illa terrena ſubſtantia, partim ob caloris imbecillitatem, partim quoniam membra melancholicę temperaturæ, frigidæ nempe, ac ſiccæ, ſibi ſimile attrahere conantur, & per venas ſimiliter cum reliquis humoribus deducunt melancholiam, ſiue quòd futurum erat melancholia. Eritque homo ille melancholicus ab origine, à parentibus contracta temperie, vbi in ſemine pars terrena abundaret, & is talis conſeruatur ex ſimili materia aſſumpto alimento. Adaugeri autem in venis ab ipſa temperatura attrahente melancholicam materiam procedit, quæ non ſimpliciter ipſam auget, ſed in venis multiplicat, ad quas deducit. Hinc manifeſtè conſtat temperatos homines magis generare melancholiam, quia in eis magis reſidet, ac ſeparatur: & in melancholicis magis abundare, quia minus ſeparatur, ſed per venas ſimul cum ſanguine tendit. Euenit etiam vt in calidis admodum temperaturis melancholia abundet, genita tamen per aduſtionem, non fæculenta: horum autem ſanguis non eſt frigidus, ſed calidus, atque terrenus, craſſuſque, ac multis fibris refertus: quod inde conſtat, quia talis ſanguis facilè coit ob fibras, quæ terrenæ ſunt. Et iracundi ſunt ob calorem, quod Ariſtot. voluit lib. 2. de Part. anim. cap. 4. dicens, Quorum autem ſanguis fibris admodum multis craſsiſque refertus eſt, hæc terrena amplius conſtant natura, & animoſa, iracunda, proindéque furibunda ſunt. Ira enim calorifica eſt. Solida autem firmioráque omnia concalefacta, vehementius quàm humida calefaciunt, fibræ verò ſolidæ terrenæque ſunt. In calidioribus ergo temperaturis magis terrenus eſt ſanguis. Vbi ſcribitur. *Cum aliquo calore.* Græcè, *ἤ τινι θερμασίῃ πλείονι, καὶ παρὰ φύσιν ὡμιληκυῖα.* quod eſt, aut cum aliquo calore multo, ac præter naturam conſuetudine.

Homines tēperati magis de humore melancho. generant.

In ſecunda parte, quæ incipit (His igitur) probat veritatem progn. Vbi enim febris continua fuerit, & diutina, in abſceſſus tranſibit: vbi intermittens atque errans, in quartanam, ob humorem melancholicum, qui ex aduſtione genitus eſt ex humore faciente febrem acutam. *Quantum enim.* Græcè, *ὅσον γὰρ ἂν τῶν χυμῶν ζέσαν ὑπὸ θέρος, ἐν συνεχέσι πυρετοῖς ἐπιλάθηται εἰς μέλαιναν χολὴν, ἐσβέσθη τρόπον τινά.* quod eſt, Quantum enim de humore efferueſcente tempore æſtiuo, per febres continuas tranſit in atram bilem, extinguitur quodam modo. neque Latine dicitur, quam tamen enim &c. reſtinctus eſt.

In tertia parte, quæ incipit (Maximéque) probat ex frigiditate autumni id maximè fieri, vt quartana ſuccedat. lib. 3. Aphor. Comm. 22. inquit Gal. Neque enim ſicuti æſtas veri ſuperueniens humores euacuat, ita & autumnus æſtiuos: ſed contrarium in toto accidit: nam ex partib. extimis ad intimas ducit. Idem eodem lib. Comm. 9. vbi legitur, Adſtringat, Græcè, *δήσῃ*, hoc eſt, cohibeat.

In quarta parte, quæ incipit (Quam hyems) morbum ipſum adeò prolixum futurum inquit, donec hyemis frigiditas in veris calorem commutetur, quod ſignificauit Hipp. Aphor. 3. ſect. 3. Morbi quoque alij, ad alia bene vel malè ſe habent, & quædam ætates, ac tempora, & loca, & victus genera. Et Gal. in Com. inquit, Quum verò omnes morbi à temperie & modo recedant, generatio quidem à ſimilibus locis, atque temporibus, ſolutio verò à contrariis fit. Quemadmodum & febres ardentes calido tempore factas frigore ſuperueniente ſanari dicit 2. ſect. Aph. Commen. 34 Pariter lib. de Humana natura inquit, Quicunque autem morbi verè fiunt, ad autumnum eorum diſceſſum ferè expectare oportet: quicunque poſtremum autumnales morbi fiunt: eorum diſceſſum neceſſe eſt vere fieri. Sanabitur ergo quartana autumno facta calido tempore.

PROGNOSTIC. XXVIII.

Qvemadmodum verò iunioribus trigeſimum annum non attingentibus, abſceſſus fiunt: ſic quartanæ magis his, qui triginta annorum ſunt, & ſenioribus.

In præcedenti progno. argumentum ad cognoſcendos abſceſſus futuros, aut quartanam, aſſumebatur ex natura febris: in præſenti tamen ex ætate ægrotantis. Ætas verò quatenus ætas eſt, nihil agit, ſed quatenus cū ætate mutatur naturalis temperatura. Ætates enim priores ſunt humidiores & calidiores, poſtremæ verò frigidiores ac ſicciores. Nam ad ætatem vſque ſubſiſtentem calor non diminuitur. hæc autem incipit à 30. anno, aut à 35. in qua aliqua fit caloris remiſſio, & in poſtremis maior ac magis manifeſta. In quibus omnibus ob imbecillitatem caloris non ſperatur poſſe naturam humorem aduſtum qui relinquitur ex ætate iuuentutis abſumere: remanens tamen quartanam efficiet. Idem teſtatur Hippo. lib. de humana natura dicens, Quòd autem quartanæ febres atræ bilis participes ſint, vel hinc conſiderare licet: autumno enim maximè homines à quartanis corripiuntur, & in ætate à quinque & viginti annis, vſque in quadrageſimumquintum. Hæc autem ætas præ omnibus aliis maximè à bile atra infeſtatur, & autumni tempus omnium anni temporum ad eandem aptiſſimus eſt. Aduertendum etiam, quòd vbi legitur. A quinque & viginti annis: litera Græca habet, *ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσι ἐτέων.* quoniam verò ætas iuuenum, quæ eſt à 25. in 35. annum, non abundat atra, ſed flaua bile, vt conſtat ex Gale. ſententia in Comm. & ſæpe alibi, ego potius legerem, *ἀπὸ πέντε καὶ τριάκοντα ἐτέων* quod eſt, à 35. anno. Ab eo namque in 45. & 49. atra bilis abundat, & quartana euenire ſolet.

GALENI COMMENT.

De mutatione per ætatem, alio loco fuſius dictum eſt Nunc verò ſummatim decurrere tractatum ſufficiet. Puerulì plurimum ſanguinis habent humorem: eúmque tantummodo haberent, quantum in ipſum agitur ætatis temperamentum: at quia cibi copiam ingerunt atque inordinatam, ſucci aliquid, qui crudus nomine dicitur, ſubit. Porrò quoties ad ætatem deueniunt adoleſcentium, quidam iam rectè viuunt, meliorem vitæ nacti tenorem: & ita ſanguis in illis exuperat duntaxat: quidam verò adoleſcentes multò deterius quam parui puerulì. Itaque tales ægrotant ſubinde pariter ac vehementer copiam crudæ materiæ colligentes: iis autem qui deinceps ab hac ſunt ætate, potiſſimum ſi pranè viuant, amarulentus ſubit humor: ita vt in his exuperet non ſanguis ſolùm, ſed etiam illa quæ pallida ac flaua bilis appellatur, idque accidit nonnullis vſque ad trigeſimum annum, aliis ad trigeſimum quintum. Primus enim terminus conuerſionis ad habitum frigidiorem, trigeſimus eſt: nouiſſimus verò trigeſimuſquintus. Multis verò propter naturam quam traxerunt ab initio, & quæcunque ſecundùm caſus, aut conſuetudinis & arbitrij differentias permutantur: in medio, vigoris ætas circunſcripta eſt. Ob id igitur & Hippocrates quandoque trigeſimum commemorat, quemadmodum nunc: ſæpe etiam trigeſimumquintum. Quia enim alia aliis accidant mutationes, fieri non poteſt vt vna menſura firma ac cunctis promiſcua finiatur. Sed id aſſiduè in animo ſeruabis, antea quoque libro de Diebus decretoriis tertio perſcriptum. Nam ſi id in animo ſeruabis, prædictiſque adiicies: non difficilè inuenias cauſam eorum quæ Hippocrates per hanc dictionem ſcripſit. Vt enim

per

per tempora calefactos æſtate admodum humores, & vt ita dicatur bullientes, neceſſe eſt gignere attribilarium humorem:quem excipiens collectum in corpore autumnus,vtpote frigidus nequaquam patitur ſimiliter extrorſum diſſlari, neque facilè vacuari: ita per ætatos ætas inclinans efficit. Nam quantum in ætatis vigore ferbuit humorum, atque in atram mutatum eſt bilem, id hac difficulter diſcutiens febres potius quartanas committit,opúſque eſt tempore longiore per hanc ætatem,vt corpus tali repurgetur bile.ita fit vt adúſque ſenectutem in medio attribilarij omnes morbi in his magis exuperent,in illis minus, elephas, cancer, lepra,melancholia,febris quartana.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte in ſumma repetit quod alibi diffinierat, nempe 2.de Temperamentis, ætates calore variari:pueros itaque & adoleſcentes multo ſanguine abundare. Etſi pueri ob intemperantiam abundent crudis ſuccis, & adoleſcentes ſanguine abundare:& ſi victus ratione bilis aliquando abundet, in iuuenibus bilis,in ſequenti ætate melancholia, hoc eſt,in his qui poſt 35. annum.

In ſecunda parte,quæ incipit, (Sed id aſſiduè)in his quæ dixerat lib.3.de Diebus decr.probat poſt ætatem,in qua bilis abũdat, ſequi debere quartanam: quoniam frigiditas ætatis nõ permittit diſſlare melancholiam. Sic & de aliis morbis melancholicis 3. lib.Aphor.Comm.30. ad quem locum credo Galen. nos remittere in præſenti, de ætate,quæ eſt poſt iuuentutem loquens, inquit, Et quidem horum temperatura plus atræ bilis habet, atque ideò multi inſaniunt,veluti ex anni temporibus in autumno. Sicuti enim hoc tempus frigidum exiſtens,ruffam excipit bilem tempore æſtiuo exaſſatam : ſic ætas declinantium,eam quæ iuuenum,quandoquidem hæc ætati ſimilis eſt. Et mirandum quare in ipſa non ſcripſit melancholiam. Inueni tamen ipſam in quibuſdam ſcripturis. Vbi litera habet, *Atribilarij*,lege μελαγχολικὰ,hoc eſt,melancholici. Elephantiaſis totius corporis vniuerſalis cancer eſt : cancer verò tumor eſt, qui in quauis corporis parte generatur ex atræ bilis abundantia. Lepra cutis quædam ſcabrities eſt ab humore melancholico,per quam profundis circularibúſque eroſionibus cutis depaſcitur, & ſquamulas à ſe demittit. Melancholia verò mentis alienatio, abſque febre, ab humore melancholico.

Quid melanch. quid lepra, quid cancer, quid elephantia.

PROGNOST. XXIX.

SCire autem oportet, abſceſſus hyeme magis fieri, tardius ceſſare, & minus recurrere.

Tempore frigido quæ eueniunt in abſceſſibus.

Ex natura temporis tria ſimiliter cõcludit de abſceſſibus,hyeme inquã,id eſt,tempore frigido magis fiunt, abſceſſus ob humorum craſſorum abundantiam, à quibus abſceſſus fiunt:tardius etiam ceſſant, quia neque diſcuti, neque ſuppurari adcò cito, vt calido tempore, poſſunt:præterea minus recurrunt, quoniam craſſi humores ac frigido tempore non facilè mouentur, vt ad præcipuas atque internas particulas redeant. Dixi, Et minus recurrere : quoniam Græcè habetur, ἧσσον παλινδρομοῦσαι. παλινδρομέω verò,recurro ſignificat. Quemadmodum exemplo hyemis in tempore frigido,hæc tria fieri ſcripſit Hipp. ita tria eis contraria in calidis temporibus licet intelligere,ac prædicere, vt quòd abſceſſus minus fiunt,excretiones magis, citiúſque deſinunt, & potius recurrunt. Hæc dicta ſunt in præcedentibus ab Hipp.de abſceſſibus præſagienda, quæ omnia docent in quibus morbis abſceſſus futuri,& in quibus partibus,& in quibus ætatibus, & anni temporibus.

Tempore calido quæ fiũt in abſceſſibus.

Epilogus.

In quibus morbis,dixit in progn.65.2.lib.vbi Hipp. dixit,Conſiderare autem oportet talia,hunc in modum:ſi febris detinet.Et in progno.23.lib.3. Quæcunque febris prorogatur ſalubriter affecto homine.Docuit etiam,in quam erupturus ſit partem,progno.66.lib.2.dicens, Fiunt autem hi quidem in partibus inferioribus,quibus circa hypochõdria phlegma,id eſt inflãmatio quæpiam innaſcitur : illis vero in ſuperioribus, quibus hypochondrium flaccidum ac ſine dolore perſeuerat. In quibus ætatibus in progn.24. in quibus temporibus in progn.præſenti. Quæ omnia completa doctrina comprehendit Gal. lib.3.de Criſib.ad finem, vbi communia indicia abſceſſuum,à particularib.in diuerſis morbis longioribus & breuioribus inuenta,ſeparauit dicens, Si verò ad abſceſſus conuertantur, communia quidem omnium indicia ſunt,vbi de ægri ſalute non deſperatur, quòd neque morbus ſoluitur, neque vrina multa, ac multam habens ſubſidentiam, ſed cruda ac tenuis fertur.Propria verò eorum, qui non valde prorogantur, ſubita difficultas reſpirationis ſuperueniens, & mox quieſcens, quam grauitas capitis & dolor ſequitur, & grauis ſonus ac ſurditas, huic in glandoſa carne poſt aures neceſſe eſt abſceſſum fieri. Si tamen morbus diu durauerit, neque vllum ex his ſignis adfuerit,ſed in ægro ex locis inferioribus,vel grauitas,vel tentio,vel inflammatio, vel dolor apparuerit,huic abſceſſus ad partes inferiores eſt expectandus.

GALENI COMMENTARIVS.

TRia de abſceſſibus Hippocrates in præſenti oratione pronuntiauit. principio vt hyeme potius accidant: deinde vt tardius deſinant:demum vt minus retrocedant Caterùm abſceſſus per hyemem potius euenire exuperans in ea humor oſtendit. Etenim antea dictum iam eſt, per excretionem calidos, per abſceſſum frigidos vacuari humores. Porrò vt & tardius deſinant cauſanda eſt humoris natura,atque etiam circumuenientis aeris frigus. diſcutiatur enim omnino oportet decumbens humor, vt abſceſſus curetur. at humores craſſi frigidique ægrius diſcutiuntur, potiſſimum quoties obductus aer frigidus fuerit. Ob eiuſmodi verò cauſas & minus retrocedunt, quandoquidem repetentibus motionem quandam adeſſe neceſſe eſt. At frigidi moueri difficilius poſſunt.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hic Comm.facilis eſt, neque alia eget annotatione, præterquàm quòd vbi legitur, *Repetentibus.* Græcè habetur, παλινδρομῶσι, quod eſt, recurrentibus.

PROGNOSTIC. XXX.

QVicunque autem in febre non lethali dixerit caput dolere, aut etiam tenebroſum aliquod ante oculos apparere,& oris ventriculi morſus huic acceſſerit, bilioſus vomitus aderit. Si autem & rigor acceſſerit, & partes inferiores hypochondrij frigidas habuerit,citius adhuc vomitus aderit.Si autem quid biberit, aut ederit, per id tempus valde celeriter vomet.

Vſque adeò Hipp.docuit prædicere circa indicationes, quæ fiunt per abſceſſus : deinceps verò circa eas, quæ fiunt per manifeſtas excretiones Et primùm de his, quæ per vomitum, ſigna ſcribit, quæ decretoria appellantur Libro tamen 2. prognoſtico 38.ſcripſerat Hippoc. ſigna, quæ oſtendunt bonam vomitionem, vbi per ipſam intelligamus rem, quæ euomitur: quæ ſigna ſalutis,non ſigna criſis appellantur. Hic tamen docet vomitum ex ſignis, quæ oſtendunt

Digitized by Google

oſtendunt ipſum iam eminentem, ac proximè futuram, maxime in febribus ſalubribus, de quibus alioqui argumentum habetur, quòd lethales non ſunt.

Vomitus ſigna.

Cap. dolor. ſignum vomitus, & qualis.

Signa verò ſunt quinque: capitis dolor, tenebroſæ apparitiones, oris ventriculi morſus, rigor, frigus partium, quæ ſunt ad hypochondrium. Primum itaque eſt capitis dolor, qui poteſt euenire à cauſa in cerebro exiſtente, & per conſenſum cum aliis partibus: maximè autem conſentit ventriculo, ob neruorum multitudinem, & rectitudinem viæ, quæ eſt à ventriculo in cerebrum. Quoties igitur ventriculus malis humoribus abundat, merito capitis dolor concitabitur, aſcendente vapore cerebrum replente.

Capitis dolor ſignum commune.

Cæterum quoniam hoc ſignum commune eſt, vomitus & fluxus ſanguinis narium. Gal. lib. 3. de Criſib. cap. 11. inquit: Sed & dolores capitis, etſi commune ſignum exiſtant vomituum, & fluxus ſanguinis, qui tamen velut mordaces ſunt, vomituum, qui verò quodam modo graues, atque extendentes, pulſantéſque & calidi, ſanguinis fluxum propriè ſignificant. Reliqua etiam quæ in prognoſt. ſequuntur, diſtinctionis gratia poſita ſunt.

Actio multis modis læditur.

De hac autem capitis læſione ſimul cum aliis aduertendum, quòd quædam ſunt tales in eſſentia, quædam ex accidenti, & ex accidenti dupliciter, aut vbi cauſa fuerit in parte patiente, aut vbi per ipſam tranſeat. Exempla ſunt apud Galen. lib. 1. de Loc. pat. in Læſionibus viſoriæ potentiæ. Si namque lædatur à te facto humore cryſtallino, affectus à quo actio læditur in eſſentia eſt ipſius oculi. Si tamen humor lædens in oculi popilla fuerit, ea accidenti læditur. Cæterum cauſa læſionis in oculo permanet: vbi tamen in ventriculo vaporans humor contineatur, oculus ex accidenti læditur, & cauſa accidentis in tranſitu eſt per oculum. Aduertendum etiam maximè quòd lædi ex accidenti, vbi cauſa non fuerit in læſa particula, adhuc euenit dupliciter, aut quoniam cauſa læſionis tranſit per ipſam læſam partem, vt de vapore aſcendente dixi: aut quoniam id, quod communicari ſolet, non communicatur læſæ particulæ.

Læſa actio per cōſenſum propriè.

Hic ſecundus modus magis propriè dicitur læſio per conſenſum: quod contingit, vbi reſolutis neruis mouentibus thoracem, vocem aliquis amittat: ipſorum namque motu deficiente non tranſmittitur aër cum impetu ad vocis formationem, læditúrque actio gutturis, & ligulæ, & reliquorum, quæ voci inſeruiunt, nulla re ipſis communicata, ſed potius quoniam id, quod ſolebat, non communicatur. Quod teſtatur Galen. lib. 1. de Locis par. vbi hiſtoriam narrat eius, qui cecidit ex alto, cuius muſculi intercoſtales ac etura fuerunt reſoluta, & motus omnis amiſſus eſt, qui pendebat à neruis originem habentibus à partibus ſpinalis medullæ, quæ erant infra ceruicem: quoniam ob inflammationem non perueniebat ad eas animalis facultas, inquit, Huiuſmodi ergo noxæ ſpeciem, magis propriè per conſenſum euenire dixeris, quàm vbi ab humoribus in ventriculo contentis caput dolore tentatur, quippe per huiuſmodi diſpoſitiones, eleuatur ad ipſum aliquid, ſed in dictis nuper diſpoſitionibus nihil noxium ad etura defertur: nam contrà priuantur ea facultate, quam antea ſpinalis medulla ipſis ſuppeditabat.

Læſa actio per cōſenſum minus propriè.

Tenebræ vomitum indicant.

ὀρφνώδες.

Minus propriè verò læditur per conſenſum caput in caſu noſtro, vbi à ventriculo vapor ad ipſum aſcendit. Similis læſionis ſpecies in oculis fit, ea videlicet, quæ ab Hippocrate explicatur in 2. ſigno. quæ atteſtatur futurum vomitum, maximè bilioſum: de quo Hippocr. in præſenti prognoſt. loquitur, nempe vbi ὀρφνώδες, id eſt, tenebroſum aliquod appareat ante oculos, quod ſignificabit communicationem vaporum à ventriculo, ex doctrina Galen. lib. 1. de Locis patientibus, vbi læſo inſtrumento dicit actionem lædi, aliquando ita, vt ſublata cauſa permaneat affectus: aliquando verò ita, vt tranſeunte cauſa, affectus non amplius permaneat, quam diſpoſitionem vmbram appellabat Archigenes, quemadmodum in oculorum diſpoſitionibus ſuffuſioni ſimilibus. Et infert, Eandem ob cauſam, vbi ſanguinis fluor, aut vomitus per morbos expectatur, huiuſmodi accidentia interdum apparent, de quibus Hippocrates in prognoſt. hunc in modum ſcripſit, Si cuipiam, inquit, in non lethali febre caput dolet, aut ante oculos obſcura quædam obſeruantur, aut cordis dolor accidit, is bilem euomet. Communis igitur eſt via ſignificādi vomitum ſequuturum, ex capitis dolore, & ex tenebroſis apparentibus: communis quoque via cognitionis, quod per conſenſum vtrunque accidit, eſt, quoniam remiſſa cauſa vaporem tranſmittente, remittitur læſio, & aucta augetur, vt inquit Galenus libro ſecundo de Locis patientibus ad finem. Ergo quum pars, inquit, aliqua ſimul cum alia ſic afficitur, vt irritata quidem vna, altera vehementius moleſtetur, remiſſa verò irritatione quieſcat, eam per conſenſum affici putandum eſt. Meritò ergo, quoniam ad cauſam (qua irritata augetur læſio capitis & oculorum) recurrendum erat, tertium ſignum addit Hippocr. quod ipſam partem læſam oſtendit, quæ etiam in ſe continet cauſam læſionem efficientem, non in tranſitu, vt cerebrum & oculi: hæc autem eſt ventriculus, de quo dixit, Et oris ventriculi morſus huic acceſſerit, quem Grecè, καρδιωγμόν, id eſt, cordis morſum appellant, & καρδιαλγίαν, vt Galenus in Commentar.

Ventriculi morſus ſignū vomitus.

καρδιωγμός.

Sed aduertendum, quòd non omnis dolor oris ventriculi appellatur καρδιαλγία, id eſt, cordis dolor, ſed is qui fit ab humore mordente: alias non eſſent idem, καρδιωγμὸς, & καρδιαλγία.

καρδιαλγία.

Galenus namque libro ſecundo de Placitis Hippocratis & Platonis, inquit, Verùm neque omnem ventriculi dolorem καρδιαλγίαν, hoc eſt cordis dolorem appellant, ſed illum tantùm, cùm acrimonia humorum proritat & mordet. Euenit autem is morſus ab humore bilioſo, os ventriculi infeſtante. καρδίαν enim hoc eſt, cor, ſolebant Græci appellare os ventriculi. Cùm autem humor bilioſus os ventriculi ſupernatat, manifeſtum eſt indicium, quod vomitum oſtendit futurum. Quod autem morſus oris ventriculi indicet humorem vomitum nuntiare, ac exigere, vt ab arte concitetur naturam imitante, quæ ea parte euacuare debet, qua natura vergit per loca conferentia: explicat Hippocrates Aphoriſmo decimoſeptimo, quarta ſectione, dicens, Si quis febrem non habens abſtineat à cibo, & cordis morſum, & tenebricoſam vertiginem patiatur, & oris amaritudinem ſentiat, per ſuperiora purgatione indigere ſignificat. Oſtendit ergo inclinationem naturæ ad vomitum bilioſum, morſus oris ventriculi, ea paſſione, & ea parte patiente: ex paſſione. quia morſus ab humore fit bilioſo: ea particula, quia os ventriculi patitur, quod ante omnem vomitum fieri ſolet. Hæc pars in codicibus Hippocrat. Aldinis ſic legitur, ἢ καρδιωγμὸς τουτέῳ προσγίνηται. id eſt, vel huic oris ventriculi morſus acceſſerit. In codicibus tamen Galenianis Cratandri copulatiuè ſic, εἰ καὶ καρδιωγμὸς τουτέῳ προσγίνηται. id eſt, & oris ventriculi morſus huic acceſſerit. Si autem his rigor quoque acceſſerit, & partes hypochondrij inferiores frigidæ fuerint, citius adhuc vomitus aderit. Rigor dixit, quoniam Græcæ, ῥῖγος, habetur, quod vocabulum non refrigerationem, ſed rigorem ſignificat, qui apud Galen. eſt totius corporis inæqualis concuſſio

Rigor vomitus ſignum.

ῥῖγος.

ac conquaſſatio, ad finem lib. 1. de Cauſis ſymptom. Malè ergo algor transfertur. Præterea non eſt is rigor, qui apud Celſum appellatur rigor, quæ diſpoſitio eſt vtrinque conuulſio, per quam & membrum aliquod rigidum eſſe dicemus, non tamen rigorem pati, ad vſum medicorum aliorum à Celſo. Vbi autem Celſus rigorem, quem Hippo. & Gal. appellant, explicare vult, horrorem dicit: Cùm tamen hæc diſpoſitio φρίκη appellatur. quæ horror Latinè, diuerſa ſatis à rigore: vt lib. 10. de Morbis curand. ſatis conſtat, ex vtriuſque generatione.

φρίκη. Horror.

Rigor itaque, qui totius corporis inæqualis conquaſſatio eſt, humorem ſignificat bilioſum, ac mordax excrementum, celeriter per ſenſilia membra adactum. Gal. namque libro citato, poſtquam rigorem per concuſſionem explicauit, inquit, Ac concuſſio quidem iſta ſuccedet, propter eorum quæ excernuntur excrementorum tum multitudinem, tum acrimoniam, tum impetus celeritatem, tum laborantia virium infirmitatem. Quando ergo celeriter agitatur bilioſus ac mordax humor per membra ſentientia, ad expulſionem concitatus, rigor ſequitur: talis ergo vomitum proximè antecedit, atque humorum motum ad expulſionem iam præſentem ſignificat. Vbi etiam accedat, partes hypochondrij inferiores infrigidari, quoniam calor ac bilis ad ſuperiora tendunt, manifeſtus eſt motus humorum ad vomitum, eóque futurum ipſum oſtendet. Hæc pars in codicibus Hippoc. Aldinis legitur, καὶ τὰ κάτω μέρη τῶν ὑποχονδρίων in codicibus Galen. Cratandri illa pars, μέρη, non legitur, verùm eundem facit ſenſum.

Rigoris generatio.

Vomitus proximus.

In fine addit, Si quid biberit, aut ederit per id tempus, valde celeriter vomet: corrumpuntur enim quæ ſuperueniunt, ac permutantur in naturam humoris in ventriculo abundantis. inde maior fit ventriculi irritatio: præterea & magis ipſe grauatur, adde quòd ventriculus plenior magis aptus eſt vomitioni, quàm vbi non fuerit ſummè plenus ac diſtentus à multitudine contentorum. Hoc ad curatiuam methodum pertinet, quæ docet comedere ac bibere, cùm vomere propoſitum eſt, vt Hippocrates docuit lib. de Internis paſſionibus, dicens, Et cùm cœnabit, pocula largè exhauriat, & vbi iam repletus fuerit, parum dormiat: deinde experrectus vomat, magno vini poculo epoto, cum tepida aqua temperato. Alia ſigna vomitus critici ſcribuntur à Galeno lib. 3. de Criſi. cap. vltimo. Vbi enim criſis ſperatur, ſi vrina atque aluus ſupprimantur, rigor eueniet, demum verò vbi fuerit ardens, morbúſque bilioſus, & tunc ſudor ac vomitus ſperantur. Si ſigna vomitus non adfuerint, ſudor aderit: maximè vbi homo increſcente acceſſione delirauerit, ac cutis humida ac irrorata fuerit, qualis antè non erat, & pulſus inſigniter mollis: vbi tamen durus fuerit pulſus vomitus magis oſtendit, quàm ſudores. Et infrà, Vomituum autem ſigna ſunt, cordis morſus ſimul cum dolore capitis, & vertigines obortæ cum his, quæ oculis obijciuntur tenebroſis, & cum agitatione labri inferioris, & multo ac tenui ſputo defluente.

Vomitus ſigna.

Tremorem labij docet diſſectio, communem eſſe membranam ventriculi, gulæ, oris, & labij. Saliuæ tenuis effluxus, ex compreſſione ventriculi, quam diſpoſitionem πτυαλίζειν appellauit autor lib. Prorrh. part. 1. ſectio. 30. & Galen. in Comment. inquit, Quandoquidem nil aliud licet coniectari vocem, πτυαλίζονται, ſignificare, quàm ſæpè ſpuere, vel impleri os frequenter ſaliua: ob id ego atque alij omnes, qui librum hunc expoſuerunt, ſic acceperunt: apparet namque his, qui vomere debent, os tenui ſaliua plenum, ob membranæ communicationem. Et lib. 2. de Ratio. vict. acutorum de perperam cibaris amaros fieri dicit, & habere ſputa tenuia. & Galen. Comment. explicat, quia ſtomachus immodicè grauatur. Hæc duo ſigna addita à Galen. in arte præſagiendi, admodum vtilia ſunt, maximè his, qui mente laborant, vt phrenetici, qui rationem doloris capitis tenebroſarum apparitionum, & morſus oris ventriculi reddere non poſſunt. In illis etiam ſaliua tenuis effluens ab ore, & tremor labij, manifeſtè oſtendent vomitum, vt vult Gal. in præfato Commentario, quibus accedit pulſus durities, cum aliis ſuprà dicta.

Tremor laby. Saliua tenuis effluens πτυαλίζειν.

Vomitus ſigna in mente turbatis.

GALENI COMMENT.

DE vomitione ſpontina eueniente ratione indicationis, hoc loco Hippoc. docet. Prima autem finitio ea eſt, vt morbus haudquaquam exitioſus habeatur. Appellant autem iam hunc morbum ſæpenumero ſalubrem. Secunda verò, vt ægro dolente caput obuerſetur quiddam ob oculos tenebricoſum, quod vtique ſignificat atrum ex flaua bilis ſyncera exhalatione confectum. Hæc enim plenius calefacta, & , vt ita dicatur, vehementer aſſata, atram exhalationem ceu fuliginem quandam ad caput remittit, ob quam capitis dolor infeſtat. Quantum verò eius ad oculos permeat, turbulentiorem reddit in eis humorem ſplendidum ex natura ac purum, ita vt fiat conditio quædam ſimilis eius quæ circa puriſſimum ac luciduſſimum aërem euenit, recipientem ſtatim in ſe aut fumidum quendam aut fuliginoſum nigrorem. Hanc igitur exhalationem ſentiens à cerebro permeans ad oculos viſorius ſpiritus, quemadmodum per ſuffuſiones viſa (vt ait) tenebricoſa committit. At verò cùm talis exhalatio de ſedibus quoque ſubeat pulmonis eam interſtinguimus ab illa quæ de ventriculo redundat cordis dolore. Tales enim humores latent pulmonem, vt quis vel omnino non ſentiat, aut difficulter ſentiat. Ventriculi verò oſtiolum (appellatur id, vt conſtat, etiam cor) propter magnitudinem neruorum quos habet ſentientium, nihil latet quod in eo infeſtet. ita fit vt mordens bilioſus humor cordis, id eſt, ventriculi dolorem committat: & ob eam rem biloſa vomitio accidit. Tale enim etiam Thucidides indicauit dum ait: Et cùm in cor inhæſit, ſubuertit id, ac purgationes bilis, quæ à medicis ſunt appellata, ſubierunt. Verbum enim ſubuertit, de impetu dixit in vomitionem, ſtatim etiam nominans cor, ventriculi oſtiolum, & ob eam rem morſum eius, cordis dolorem appellitant. Alibi Hippocrat. ſcripſit, vt infernum labrum id ipſum indicet, haudquaquam quieſcens, ſed quodammodo intremiſcens, propterea quòd ſi bilis mordeat internam ventriculi tuniculam, ita commouetur labrum. Didicimus enim ex diſſectione, vnam eſſe omnem hanc tunicam perpetuam per omnia ſibi & omnis ventriculi, & gulæ, & linguæ, & palati, & omnis oris. Hæc igitur eſt quæ & labra concutit, quoties ab acriore bile collecta in ore ventriculi mordetur. Talis enim humor præ leuitate ſuſtare natura aſſolet: & ob eam rem ad gulam redundat, relinquens ventriculi fundum, ac facilè vomitur. Quòd ſi rigor quoque prehendat tùm hominem, magis etiam vomitio non ſolùm citius, ſed etiam bilis erit copioſioris: cùm ſoleat rigor magna ex parte bilis efficere vomitionem, quemadmodum cùm de ea ageretur, eſt demonſtratum. Quinetiam ſi quid bibat aut eſitet per illud tempus homo, adhuc citius deuomet, quia pariter cum bile, ingeſta cibaria in ventriculo vitiantur.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte explicat Hippo. loqui de morbis nõ lethalibus, quos appellat μὴ θανατώδεα, qui idem eſt, quod σωτηριώδης, id eſt, ſalubris.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Secunda verò) reddit cauſam quare iuxta vomitum ſentiunt ægri capitis dolorem, & ante oculos tenebras. Cauſa autem eſt vapor ab humore elatus atque exuſtus, qui

iam ad nigrum vergit colorem. *Luciditſſimum.* Græcè, φανέτατον, id eſt, perſpicaciſſimum. *Statim.* Græcè, ἐξαίφνης, id eſt, ſubito. *Viſa (vt ait) tenebricoſa committit,* Græcè, τω̃ν φαντασίαν (ὥν φησιν) ὀρφνωδῶν ἀποτελεῖ. id id apparitionem (vt inquit) tenebroſorum perficit.

In tertia parte, quæ incipit (At verò oſtendit, morſum oris ventriculi ſignificare vomitum bilioſi humoris ac meritò appellari cordis morſum, Græcè καρδιωγμὸν quoniam Græci os ventris appellabant καρδίαν. hoc eſt, cor: quod allegat ex Thucididis ſententia libro ſecundo, de Placitis Hippocratis & Plato. ad finem probauit, allegans hanc eandem ſententiam, & Nicandrum dicentem, Quódque gulæ exceptor ſeu cor epulare vocatur. Et Hippocr. dixit, Mulier cordis dolore vexabatur, nihílque comedebat, tantùm farinam ſucco mali punici ſubegit, eámque ſolam in cibo ſumere ſatis habuit, atque euomuit quædam vt cition. Omnes hi ſatis euidenter oſtendunt, os ventriculi cor fuiſſe appellatum. *Cordis dolorem.* Græcè, καρδιαλγίαν.

In quarta parte quæ incipit (Aliubi Hippocrat.) vnum aliud ſignum addit, nempe tremorem labij, qui ſequitur ad morſum oris ventriculi, quoniam vnam habent communem membranam, ſicut & gula, palatum, & totum os. Lib. 2. de Ratio. victus acutorum text. 44. de his qui intempeſtiuè tranſeunt ex vaſorum inanitione ad ſorbitionem: bilem mordentem os ventriculi ſignificare docet multis ſignis: & in fine inquit Hippocra. Atque interdum labri inferioris concuſſio. Galen. etiam in eo Commentario vomitum acrium humorum ſignificare dicit. *Ex*

Membrana vna oris & ventris. *diſſectione.* 4. lib. de vſurpantium inquit, At etiam continua eſt, interna ventris, & ſtomachi, & omnium quæ in ore tunica: ſiquidem hoc melius erat, & ad attractionem contentorum in ore cibariorum, & vt lingua trahatur cum muſculis, qui ſunt ſecundum tonſillas: à quorum omnium tenſione ſuper tenſo laringe, & recurrente in epiglottida, & operculato ab ea, repente ſimul humiditas incidere in pulmonem prohibetur. *Per omnia ſibi* κατὰ πᾶν ἑαυτῷ τῆς ὅλης γαστρὸς, καὶ τοῦ στομάχου, καὶ γλώττης, καὶ οὐρανίσκου, καὶ ὑπερώας, ὅλου τοῦ στόματος. quod eſt, per totam ipſam, totum ventriculũ, & os eius, & linguam & palatum, & totum os. Partes tamen illæ, οὐρανίσκου, καὶ ὑπερώας, palatum ſignificant: ſed ὑπερώα, partem ſignificat, quæ eſt ad foramina narium: vt lib. 6. de Morbis popularibus, parte prima Comm. 3. vbi dixit Galen. Simul & ὑπερώας, id eſt, oris palatum, inſpicere oportet. Vocatur autem ita pars illa ſuperioris regionis ipſius, quanta ſupra narium foramina, in ore eſt ſublimis: reliqua tamen pars ab ea, quæ propriè appellatur ὑπερώα, appellabitur οὐρανίσκος.

Quinta pars incipit, (Quòd ſi rigor) in qua probat, ex rigore vomitum ſignificari bilioſum: quoniam bilis rigorem efficit, vt dixit lib. de Rigore. & 10. de Morb. Curand. & 2. de Cauſis ſympt.

In ſexta parte, quæ incipit (Quinetiam) vbi homo biberit, aut ederit aliquid, ſequuturum cito vomitum dicit, redditque rationem, quoniam alimenta corrumpuntur ſimul cum bile.

Vitiantur. συνδιαφθείρεται, id eſt, ſimul corrumpuntur.

PROGNOSTIC. XXXI.

EX his verò, quibus dolor fieri cœperit, prima die, quarta premuntur maximè, & quinta, ad ſeptimam verò liberantur. Plurimi autem ipſorum tertia dolere incipiunt, quinta verò maximè vexantur, liberantur verò nona, aut vndecima. Si tamen quinta dolere cœperint, & reliqua ſecundùm rationem priorem ipſis eueniunt, decima quarta morbus iudicabitur.

Quoniam de capitis dolore ſcriptum eſt prognoſticum præcedens, quod docet futuram iudicationem per vomitum, in præſenti, quo die futura ſit iudicatio, oſtendit. De morbis autem acutis loquitur, quorum terminus ad 14. extendi poteſt: citra ipſum tamen euenier aliquando iudicium, vbi ſymptomata & morbi motus accelerauerint. Doloris autem terminus eſt ſeptima dies, à qua vexare cœperit: accelerant tamen, ſi primo die inceperint: tardantur, vbi quinto: medio modo ſe habent, vbi tertio. Semper tamen 7. die finietur morbus à die quo dolere cœpit: ſit enim morbus, qui aliàs acutus foret, admodum acutus, ex ſymptomatis ſuperuenientibus, id eſt talis, vt 7. non pertranſeat, cum ea ſymptomatum magnitudine. Qui igitur à die, quo dolor capitis dictus euenit, computationem fecerit 7. die, aut ferè ſoluendum morbum prædicere poterit: quibus prima die morbi dolor capitis ceperit, 7. iudicabitur. In diebus autem intermediis dolor magis premet, quoniam erit in augmento morbus: erunt autem iſti 3. & 5. quoniam morbus bilioſus eſt, & in imparibus affligit magis. Si tamen ſymptomata non inceperint ante 3. dolore capitis incipiente 3. die, finietur morbus 9. aut 11. vexabit autem magis in quinto, quàm in 3. quia eſt id tempus augmenti. Quòd autem iudicandus ſit morbus in 9. aut quòd in 11. ex celeritate motus morbi cognoſcetur: qui enim celeriter mouetur, in 9. qui tardius, in 11. Eſt autem 15. octauus à tertio: differtur tamen in ipſum, quoniam 10. qui ſeptimus eſt à tertio, non eſt iudicatorius, vt in primi progn. huius libri expoſitione declarauimus. Pariter etiam euenit ob motus celeritatem, vt anticipet in nonum, quemadmodum & morbi exactè peracuti, qui in 4. finiri deberent, in 3. anticipant, aut in 5. poſtponunt iudicationem. Qui verò quinto die dolere incipiunt, decimoquarto iudicantur: intellige, vbi reliqua euenerint ſecundùm rationem priorum, id eſt; vbi in medio tempore magis vexet capitis dolor, nempe ſeptimo aut nono die: hæc enim ad duodecimum peruenit computatio. *Morbi peracuti exactè anticipant in 3. aut poſtponunt in 5. indicationẽ.* Verùm duodecimus indicatorius non eſt: differetur igitur in 14. qui terminus eſt acutorum morborum. Accedit etiam ad id, quòd morbus hic non eſt celeris motus, quod indicat capitis dolor, qui non ante quintum vexauit, & morbus tardioris motus, maiori ſpatio eget, vt perueniat ab augmẽto in ſummum vigorem, quàm vt perueniat à principio in augmẽtum: licet in peracutis morbis, qui finiuntur intra primam hebdomadã, æquale tempus ob motus celeritatem ſit, vt in Aphoriſmo 71. ſect. 4. Quibus ſeptima iudicatur, his nebulam rubeam habet vrina, & reliqua ſecundùm rationem. Et Galenus Comm. inquit, Nunquid igitur in 4. die talis nubis apparens, futuram in 7. iudicationem ſignificabit, in alia autem aliqua indice non ſignificabit, diligentius eſt inquirendum, quod in ipſis operibus eſt obſeruandum. Nam quantum ad rationes attinet, ſunt ad vtranque partem argumenta, & magis ad alteram, quòd non ſignificabit, niſi morbus valde vehementer moueatur. Ecce vbi non in omnibus par tempus eſt à principio in augmentum, & ab augmento in ſtatum: Talis eſt diſpoſitio, quæ tertium locum habet in Hippo. litera: quoniam tardum habet motum.

tum. inde enim ſequitur, vt quinto incipiens, ſeptimo aut nono magis premat, & 14. die iudicetur, ac maius ſit ſpatiũ à ſeptimo aut nono in 14. quàm à quinto in nonum, aut ſeptimum. De his etiam, qui ſunt in ſecundo loco, qui cœperunt 3. dolere, & quinto fuerunt in augmento, & nono, aut vndecimo fuerunt iudicati, idem euenit: quoniam maius eſt ſpatium à quinto in nonum, aut 11. quàm à tertio in quintum.

GALENI COMMENT.

TRes dixit differentias ex tempore ductas doloris capitis: & item tres terminos iudicationis earum. Itaque prima differentia eſt, ſi prima die ægrotationis, capitis incipiat dolor: altera, ſi tertio die: tertia, ſi quinto. Sed omnibus his commune eſt, ſeptimo quodammodo die, à quo incepit deſinere. Si igitur incipiat primo die, ſeptimum habet decretorium. Si tertio, quantum in ipſum agitur ſeptenarij numerum decimum. Sed quia hic nequaquam decretorius eſt, ad nonum aut vndecimum deuenit iudicatio: qui citior aut tardior quàm ſeptenarius terminus, vno die eſt. Atque in animum rurſus reuocabis, vt & nonum diem hoc loco commemorauerit tanquã decretorium, quemadmodum & (vt antea docui) tertium, non per quaternarium aut ſeptenarium circuitionem habentes indicationem: ſed ea ratione quod intercidant, quemadmodum libro De indicationibus definitum eſt. Quinetiam tertia differentia doloris capitis, quinto incipit die, & ad quartumdecimum prorogatur, propterea quòd non admodum calidus ſit, neque feſtinet, indicio eſt, quod incipiat quinto die, & quia adiecto ſeptenario primis quinque diebus omnes fiant duodecim. Duodecimus verò non ſit decretorius, neque etiam fieri poſſit, vt vnum anticipes diem. Oſtenſum enim iam eſt eum eſſe limitem acutiſſimorum morborum proprium: itaque merito in quartumdecimum excidit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte tria membra ſcripſiſſe Hippoc. refert, omnibuſque commune eſſe, vt talis ſit morborum ipſorum natura, vt 7. iudicentur: ſignatim ſi primo incipiat capitis dolor. Si tamen in tertio non adæquatè, finietur in 7. diebus: quoniam 7 à 3. eſt decimus, & ille non eſt iudicatorius. *Terminos.* Græcè, *προθεσμίας*, quod eſt, certus terminus. *Septenarius terminus.* τῆς ἑβδομαδικῆς προθεσμίας.

Secunda pars incipit (Atque in animum) admonet Galen. vt in animo teneamus nonum diem eſſe decretorium ex intercidentibus. Quod etiam dixerat, *Lib. de Indicationibus* Græcè *περὶ κρισίμων*, id eſt, de diebus decretoriis: lib. namque 3. inquit, Iam verò & nonus inter duos decretorios, ſeptimum & vndecimum medius, vel nondum factum 7. die iudicium, vel vndecimo futurum ipſi ſibi vendicat, rarius quidem ſeptimi, ſæpe vndecimi criſim aſſumit. Eſt etiã decretorius nonus apud Hippoc. lib. 1. de Mor. pop. part. 3. inter imparea decretorios annumeratus. *Vt antea docui.* Tertium eſſe decretorium dixerat ſuprà Comment. 2.

IN tertia parte, quæ incipit (Quin etiam) tertiam differentiam doloris capitis declarat, redditque rationem quare non iudicentur in die 12. & nos in expoſitione primi prognoſt. huius libri, duodecimum non eſſe decretorium oſtendimus ex ipſius ſententia. *Indicio eſt.* Græcè, δῆλοι ἐκ τοῦ τῆς ε. ἡμέρας ἄρξασθαι, καὶ διὰ τὸ τῆς ἑβδομάδος προστεθείσης, ταῖς πρώταις πέντε, τὰς πάσας γίνεσθαι ιβ. κρίσιμον ἐκ εἶναι τὴν ιβ. quod eſt, Oſtendit autem id, quoniam quinta die incepit, & ex additione ſeptimanæ, quinque prioribus, omnes ſunt 12. duodecimus tamen non eſt decretorius *Poſſit.* poteſt. *Oſtenſum.* lib. 2 de Diebus decretoriis. *Acutiſſimorum morborum.* Græcè, τῶν ὀξύτατα κινουμένων quod eſt, eorum qui celerrimè mouentur. Vndecimus enim eſt terminus acutorum morborum quando celerrimè mouentur, vbi aliàs finiri in 14. deberent.

PROGNOST. XXXII.

FIunt autem hæc mulieribus quidẽ & viris, in tertianis maximè: iunioribus autẽ fiunt quidem & in ipſis, magis verò in febribus peraſſiduis, & in legitimis tertianis.

Argumento ſumpto ex temperatura, quæ ætatem ſequitur, diuerſimodè euenire putandum eſt, ea quæ de criſibus in capitis doloribus dixerat. Nam cùm illæ ſint breues morborum terminationes, opus eſt vt humor faciens dolores ſit admodum calidus, ac bilioſus, aut vbi id defecerit, temperaturæ naturalis caliditas id ſuppleat. Quia ergo naturalis temperatura virorum & mulierum, id eſt, eorum qui in ætate iuuentutis ſunt, calida admodum eſt, & in ea bilis plurimum abundat, in omni febre tertiana, cum capitis dolore dicto, breuis erit terminus, & qualis dictus eſt ab Hippo. in prognoſt. præcedenti. Licet enim tertiana non pura fuerit, quod deficiet de calore humoris, implebit calor temperaturæ, ætatúmve. Indicat Hippoc. in aliis febribus, in ætate adulta, qualis eſt virorum, poſſe euenire, quod dictum eſt: quoniam in calidioribus morbis ſimiliter fiet, quod fit in frigidioribus. Quod dixit, Maximè, ad ætatem eſt referendum: per febres enim tertianas quaſcunque, quod dictum eſt, viris & mulieribus, maximè euenit. In aliis verò ætatibus, quæ ſunt ante ipſam, non fiet id quod dixit, niſi in morbis admodum bilioſis, in quibus humor peccans adeò calidus eſt, vt habeat a natura ſua celerem motum, & breuem terminationem. Id autem erit in febre tertiana exquiſita, & in febribus peraſſiduis, quas dixit Hippocr. ξυνεχέσιν, id eſt, peraſſiduis, ac frequentioribus. Sunt autem hæ quæ non intermittunt, & præter id celerem habent motum, nimiámque frequentiam acceſſionum, quas Gal. appellat in Comm. ὀξυτάτους id eſt, acutiſſimas.

Mulieres & viri.

GALENI COMMENTARIVS.

IN hominibus iam perfectis, de quibus aſſolet ferre virorum ac mulierum appellationem, in omni febre tertiana talia accidunt, propterea quòd ætas bilioſiſſima exiſtat. In minoribus verò natu quàm hi, non in omnibus, ſed ſolummodo in veris tertianis, quæ ſane bilioſiſſimæ ſunt. Porrò accidunt & per morbos acutiſſimos, nam hi quoque bilioſiſſimi ſunt: conſtátque vt & perfectis multò magis eueniant. Id enim prædictis conſequens Hippocrates nequaquam adſcripſit, quaſi vel a nobis intelligi poſſit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte, Ob id, inquit, in adultis per febres tertianas, etiamſi legitimæ non eſſent, id euenire dicit, quod prædixerat in prog. præcedenti: quoniam in ea ætate bilis abundat. quod ex 2. de Temperamentis ſuprà probauimus.

IN ſecunda parte, quæ incipit (In minoribus) in ætatibus, in quibus bilis non tantum abundat, quantum in iuuentute, idem etiam euenire inquit per febres quæ bilioſiſſimæ ſunt, vt tertiana legitima, & febribus acutiſſimis, quas Hippo. appellauit peraſſiduas. Acutiſſimi tamen morbi, bilioſiſſimi ſunt, vt inquit Gal. in Comm. Anaxagoras quoque, vt inquit Ariſt. lib. 4. de part. animaliũ, cap. 2. vult à bile pendere acutos morbos: damnat tamẽ eius opinionem, ſed meritò, dicens, Anaxagoras errore opinari videtur, fel eſſe morborum cauſam acutorũ: quum enim abundat, aſpergi in pulmonẽ, & venas & coſtas aſſeuerat, iis namque ferè accidunt ea vitia animalibus, quæ felle carent. Diſſectis etiam id pateret, ſi ita eſ-

Anaxagoræ opinio contra Ariſt. defenditur.

ſet, ad hæc copia humoris, quæ per abſceſſus decumbit, conferri non poteſt, cum eo quod ex fellis conceptaculo aſpergatur. Conſtat autem has Ariſt. rationes nihil aduerſus Anaxagoram conuincere. Primum enim, quod ſimiles morbi eueniant animalibus felle carentibus, nihil obſtat: non enim Anaxagoras de felle, id eſt, de bile, quæ in veſica fellis continetur, loquitur, ſed ſimpliciter fel appellauit bilem ipſam colore flauam, ſapore amaram, à qua ferè omnes acuti morbi originem trahunt. Is autem in omnibus animalibus eſt, etiam ſi in felle non contineatur, quoniam in ipſis non abundat: & id tantùm ad fellis veſicam trahitur quod abundat. Ad id etiam quod dixit Ariſto. de abſceſſibus, conſtat quòd per corporis venas tanta copia bilis eſt, vt quosuis quantumuis magnos abſceſſus facere poſſit. Defecit Ariſtot. quoniam putauit non contineri bilem alibi, quàm in veſica fellis, & in venis ſolum ſanguinem.

IN tertia parte, quæ incipit (Conſtátque) id quod in minoribus natu euenit, nempe prædictam formam obſeruari per febres tertianas, & morbos acutiſſimos, multò magis in adultis euenire inquit. Nam ſi ea forma obſeruatur in ætate adulta per febres omnes tertianas, quamuis non puras ob bilioſum temperamentum, multò magis id eueniet per tertianas legitimas, & reliquos bilioſos morbos, quales ſunt febres acutæ admodum.

PROGNOSTIC. XXXIII.

QVibus autem per huiuſmodi febrem capite dolentibus, pro tenebroſitate ante oculos apparẽte, hebetudo fiat, vel ſplẽdores præſentẽtur: pro morſu verò oris ventriculi, in hypochondrio, vel in dextra vel in ſiniſtra parte cõtendatur quippiam ſine dolore, aut phlegmone: pro vomitu, ſanguinẽ è naribus erupturum ſperandum eſt: inde autem in iuuenibus magis ſanguinis eruptionem expectare oportet: In iis verò, qui triginta annorum ſunt, & ſenioribus, minus, ſed in his vomitus ſperandi ſunt.

Fluxus ſanguinis nariũ ſign. Fluxum ſanguinis narium prædicere docet Hip. in præſenti prog. quemadmodum vomitum in 30. à febre non exitioſa cum capitis dolore incipiens, vt in ipſo, quemadmodum etiam in illo, capitis dolori adiungit ſignificationes, quæ futurum prænuntiant vomitum, ita modo eas quæ fluxum ſanguinis. Primum itaque de febribus non exitioſis eſt intelligendum, quod ſcribit: nam dolor talis, vbi cum ſigno aliquo lethali coniungatur, omnino exitioſa erit diſpoſitio, vt in progn. 11. dixerat. Cum capitis dolore dixit, cuius tamen naturã diſtinguere oportet: nam dolor ipſe capitis oſtendit naturam cauſæ, & inde futurum aut vomitum, aut fluxum ſanguinis: vt libro tertio de Criſib. cap. 11. Nam mordaces vomitum nuntiant, & graues, extendentes, pulſantes, & calidi fluxum ſanguinis. Maximè etiã ad præſagiendum ſanguinis fluxum facit, quod in progn. 11. dixit Gal. in ſua lectione, nempe, ſi dolor capitis fortis ac perſeuerans fuerit circa frontem ac tempora. Hæc de dolore capitis. Præterea inquit, Si pro tenebroſitate apparente fiat hebetudo: id enim docet, non eſſe vaporem nigrum atq; adustum eum qui aſcendit in caput, ſed humoris copiam, quæ obtundit aciem oculorum. *Hebetudo oculorum.* Quod ſanguis ipſe caput occupans efficere poteſt: per hanc enim diſpoſitionem, videndi organum ac caput ipſum læditur, ex accidenti ob cauſam quæ in ipſis continetur, non quæ aliunde ad ipſa perueniat, quemadmodum in quibus vomitus prænuntiatur. Gale. loco citato cauſam hebetudinis oculorum ſcribens dixit: Hebetudines autem, quoniam multus & totus ſimul elatus ad ſuperiora ſpiritus, meatus obſerat. idem lib. 1. prog. 28. Splendores etiam præſentãtur oculis, quoniam ſanguis humor ſplendidus eſt. Galen. loco citato inquit. Quidam fulgoris motus oculis apparentes, quoniam humor eſt flauus. Intelligendum autem eſt, quod ſanguis tenuis, & bili mixtus, flauus dici poteſt. Cõtra hanc ſententiam videtur, quòd ſplendores non ſignificent ſanguinem abundare. Nam 2. de Ratio. vict. acut. ſectio. 44. contra eos qui coacti cibant ægros iuxta morbi vigorem, recitans ſymptoma, eis incertos & diſcurrentes lucis ſplendores obiici dicit. In quibus tamen ſanguis non abundat, ſed bilis. Et progn. 30. ſuprà, Bile abundante in ore ventriculi, tenebroſitates fieri debent potius, quàm ſplendores. *Bilis non v. ſta ſplendores efficere poteſt.* In hoc loco Muſa ea qua ſolet vtitur prolixitate, quum tamen poſſet vnico verbo dicere, bilem non vſtam non minus ſanguine ſplendores facere oculorum, quoniam humor eſt flauus. Ea enim eſt Gal. ratio lib. de Criſib. 3. loco citato. Talis autem eſt bilis, de qua Hippoc. lib. de Ratio. vict. acut. loco citato dixit, Interdum cruda tum à capite, tum à thorace attrahuntur bilioſa. Talis ergo bilis cruda ante oculos verſata, ſplendores efficiet, non tenebras, vt illa quæ in ore ventriculi vritur. Differunt autem ab his ſplendores, qui fiunt à ſanguine: quoniam qui fiunt à ſanguine, coniunctam habent capitis grauitatem, & aliquando pulſum in temporibus, quæ non adſunt, vbi bilis abundet: vtrobique tamen appellantur *μαρμαρυγαί*. Si etiam pro morſu oris ventriculi, de quo diximus prognoſt. 30. vomitum ſignificare: *Hypochondrij contentio.* contendatur hypochondrium in dextra aut ſiniſtra parte: contendi enim quodam modo conuelli eſt, & ſurſum trahi: quod raptum humorum ad partes ſuperiores & naturæ inclinationem oſtendit. non tamen omnis talis id indicat, ſed contentio, quæ fit ſine dolore, ac phlegmone: vbi enim cum dolore fiat, ipſam hypochondrij inflammationem poſſet ſignificare. Voluit tamen Capito negationem ab hac demere lectione, legens hypochondrij contentione cum dolore. *Capitonis lectio damnatur.* Reprehenditur autem à Gale. lib. 1. de Morb. popul. part. 2 in ſecunda aëris conſtitutione, Comment. 55. dicente, Tantùm itaque ſolum hoc loco adiiciam, propter Capitonem, qui in præſenti oratione ſcripſit, Et hypochondrij tentio cum dolore, non enim rectè negationem, non, ſuſtulit, tum ob veritatem ipſam, tum quòd in prognoſt. dictum eſt, Cùm in hypochondrio dextro vel ſiniſtro quippiam contenditur, ſine dolore, & inflammatione, his ſanguinem è naribus fluxum veriſimile eſt. nempe hypochondrij contentio vergentiæ ſuccorum ad caput nota eſt, ſi abſque dolore eſt: quæ ſi cum dolore fuerit, viſcerum phlegmonem conſequitur. Cùm verò caliditate ſurſum ſanguinem trahente, & iecore impellente cotrio fiat, ſanguinis profuſionem expectare oportet. Ex his etiam vltimis verbis colliges illam hypochondrij contentionem, ad iecoris impellentis compreſſionem eſſe referendam: id enim ſignificat. Adde etiam contra Capitonem, quod inquit Gal. lib. 3. de Criſib. citato loco, Si verò hypochondria cum dolore tendantur, *Hypochondrij contentionis cauſa.* non modò fluxum ſanguinis, ſed etiam aliquam ibi adeſſe inflammationem ſignificant. Quod etiam addit, ſanguinis eruptionem in iunioribus eſſe expectandam: ad ætatis temperamentum calidiorem eſt referendum, vt in prognoſt. 29. lib. 1. & prognoſt. 12. huius libri, in aliis verò vomitus, quia in eis non abundat

abundat ſanguis. Huius prognoſtici ſententia non adeo integra ſcripta eſt ab Hippocr. libro primo, de Morbo. popul. part. 3. in ſecunda aëris conſtitutione, vbi colli dolorem ac temporum grauitatem ad fluxum ſanguinis narium ſignificandum addit, dicens: In ardentibus autem, atque aliis febribus, quibus colli quidem adeſt dolor, temporum grauitas, & tenebræ oculis obortæ, vel & contentio hypochondrij ſine dolore ſuperueniat, bis profunditur ex naribus ſanguis, præter ſigna, quæ in hoc prognoſt. ſcribuntur ab Hippocrate, & dolorem temporum, & frontis, in prognoſt. 11. duo alia habentur à Galeno, loco citato, quorum vnum eſt rubor oculorum, maxillarum, & narium, qui oſtendit ſanguinem in eis partibus abundare: & quod oculi lacrymantur, inquit ipſe, ob fluxus multitudinem, quemadmodum in oculorum inflammationibus. Quod Hippocrat. ſcripſerat lib. 1. de Morbor. pop. part. 2. in 3. aëris conſtitutione dicens: Quibus in febribus acutis atque magis ardentibus inuoluntariæ erumpunt lacrymæ, bis è naribus ſanguinis eruptionem expectare oportet, ſi in cæteris perniciosè non habuerint: nam qui vitiosè habent, his non ſanguinis eruptionem, ſed mortem ſignificant. Lacrymæ itaque eueniunt oculis, aut id nobis eligentibus, quod eſt Græcè κατ προαίρεσιν: aut nolentibus, quod 1. lib. prognoſt. 6. dixit, ἀπροαιρέτως. Si nobis id eligentibus lacrymæ effluxerunt, nihil mali oſtendunt, quod dixerat Aphoriſm. 52. lib. 4. Quicunque in febribus, vel aliis morbis, voluntariè illacrymant, nihil malum, & in ipſis adhuc malè habentibus. Inquit enim lib. 6. de Morb. popularibus parte 1. Lacrymæ ſi in acutis morbis, cùm æger incommodè habuerit, ſponte permanent, bonum: ſi tamen inuoluntariè effluxerint, conſiderare oportet, an ſit aliqua cauſa manifeſta, ob quam id eueniat, aut non. Si fuerit talis cauſa, vt oculorum phlegmone, aut palpebrarum ſcabrities, aut ventus frigidus &c. nihil etiam mali ſignificabit: nam aut ventum aut oculi morbum ſignificat. quod ſi ſine externa & euidenti cauſa fiat, ſanguinis fluxum è naribus præmonſtrat, aut mortem. Id autem ſub diſtinctione iterum: nam aut fluxus lacrymarum ſine manifeſta cauſa fit cum bonis ſignis, aut cum malis: cum malis mortem ſignificat, vt in prognoſtic. 6. primi libri, aut cum ſignis bonis, & oſtendet criſim futuram per fluxum ſanguinis. Vtrunque diſtinxit in ſententia adducta ex 1. de Morbo. popul. Si ſpontaneæ erumpunt lacrymæ, inquit, bis è naribus ſanguinis eruptionem expectare oportet, ſi in cæteris perniciosè non habuerit, id eſt, cum ſignis ſalutaribus. Quod etiam in prognoſtic. præſenti dixit, per huiuſmodi febrem, id eſt, non exitioſam. & conſequenter. Nam qui vitiosè habent, his non ſanguinis eruptionem, ſed mortem ſignificat. quemadmodum & lib. 6. de Morb. popularib. part. 1. Lacrymæ ſi in acutis morbis, cùm æger incommodè habuerit, ſponte permanent, bonum: non ſponte verò ſi præterfluant, malum. In ſumma, aut fluunt lacrymæ volentibus, aut nolentibus: volentibus, nihil mali ſignificant, nolentibus verò aut ob cauſam manifeſtam, non malum: ſine cauſa manifeſta, aut ſigna bona accedunt, aut mala: cum ſignis malis, malum eſt: cum bonis, ſolutionem morbi per fluxum ſanguinis narium, indicat. Hunc ſanguinis fluxum dicit eſſe ſpectandum in iunioribus. id eſt, qui ſunt ante 30. annum: poſt ipſum verò potius vomitus: quoniam in iunioribus ſanguis, in reliquis bilis abundat, licet poſt 35. iam tendat ad melancholiam.

Maxillarum ruber. Oculorum lacryma quid oſtendunt.

GALENI COMMENT.

Talem dixit febrem, qualem inter initia ſermonis per hanc indicauit dictionem, Si quis in febre non exitioſa dixerit caput dolere. Id igitur commune in vtraque ſeruans febre, promiſcuum quoque fore dicit, vt finiantur per excretionem. Proprium verò vtrique adiecit in excretionis ſpecie, in priore quidem biliosam vomitionem in ſequenti verò ſanguinis fluorem. At verò ſigna id indicantia in priore quidem viſa tenebricoſa ac ventriculi dolorem, in ſequenti verò hebetudines oculorum & ſplendorem: & item intenta ilia citra dolorem & inflammationem, indicia maxima ſurſum verſus tendentis humoris. Porrò ſuprà quoque dixerat ſanguinis fluorem comitari decretoria inflammationibus quæ in ilus fatigent: magiſque in minoribus natu, in quibus ſanguis exuperat: & rurſus idipſum nunc adſcripſit: & item vt biliosa accidant vomitiones in ætate vigentibus. Cæterum libro De mor. vulgaribus etiam lacrymari præter voluntatem dixit eos, quibus ſanguis è naribus erupturus eſt. Hæc igitur cuncta componens, atque adiiciens eis quæcunque alibi docui, nunquam non præſenties futurum ſanguinis fluorem, potiſſimum ſi clarè ex pulſu cognoueris iudicium excretionis: quod vſquequaque antecenerit decretorium ſanguinis fluorem.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte, ſigna quædam communia ſcripſiſſe Hippo. refert in hoc prog. & in 30. nempe febrem non exitioſam, & capitis dolorem. reliqua verò eſſe fluxui ſanguinis peculiaria, quæ hîc habentur. *Ilia.* lege, Hypochondria: quando ſine dolore contendunt, aut inflammatione, ſignificant humorem ſurſum verſus tendere.

In ſecunda parte, quæ incipit (Porrò ſuprà) id quod dixit Hippocr. in iuuenibus fluxum ſanguinis magis eſſe ſperandum: confert cum eo, quod dixerat lib. 1. progn. 19. *In iliis.* lege, In hypochondrio. *In ætate vigentibus.* Græcè, τοῖς ἀκμάζουσι, id eſt, vigentibus, potius autem videtur legendum: παρακμάζουσι, id eſt, iuxta vigorem exiſtentibus. quod hinc conſtat, quoniam in iuuenibus ſanguinis eruptionem dixit eſſe expectandam: iuuenes autem ad 30. & 35. annum perueniunt. Illi verò, qui ſunt poſt 30. annum, & ſeniores, in quib. vomitus ſperari debet potius, quam fluxus ſanguinis, non ſunt ἀκμάζοντες, id eſt, vigentes ac iuuenes (idem enim ſunt, vt in expoſitione 14. progn. declaraui) in quibus ſanguinis fluxus eſt expectandus, ſed illis ſeniores, qui ſunt poſt 30. annum, aut 35. quos viros ſubſiſtentes ac καθεστηκότας appellamus. In hac autem ætate bilis ſine ſanguine abundat. vt in vigentibus, ſiue iuuenibus, ſanguis & bilis, ſiue ſanguis bilioſior, vt Gale. inquit in Comm. 14. huius libri.

Corrigitur Græcum exemplum.

Tertia pars, quæ incipit (Cæterum libro) vnū aliud ſignum fluxum ſanguinis narium addit, id autem eſt, inuoluntariè lugere. *Libro de.* lege, lib. 1. de Morb. pop. etiam lugere inuoluntariè, dixit. eſt lib. 1. par. 2. ſenten. 21. *Alibi docui,* lib. de Criſib. dixit, magnum ſimpliciter motum pulſus ad exteriora, ſignificare fluxum ſanguinis narium.

PROGNOST. XXXIV.

Pueris verò conuulſiones fiunt, ſi febris acuta fuerit, & venter non excernat, & vigilent, ac perterreantur, & lugeāt, & colorem mutent, & chlorus, vel liuidus, vel rubicundus emergat. Fiunt autem hæc promptiſſimè quidem pueris quàmprimum editis vſque ad ſeptimum annum. Adultiores tamen pueri & viri non amplius perfebres conuelluntur, niſi aliquod ſignum acceſſerit

vehementiſſimum ac peſſimum, qualia in phreniticis fiunt.

Conuulſiones in pueris maximè fiunt.

Conuulſiones in acutis morbis futuras prædicere docet: fiunt autem hæ maximè in pueris, qui antè 7. annum, nonnunquam etiam & in adultis. In pueris, inquam, frequentius: quoniã neruos habent imbecilliores, partim etiam ob alimentum & viuendi modum. Ex neruorum imbecillitate, quoniam humidi ſunt, ac laxi, non vt in reliquis ætatibus fortes atque conſtantes. Humiditas autem neruorum eos laxiores reddit, & laxitas impedit tranſitum irradiationis, quæ fit à cerebro in ipſis: hic enim eſt modus diſtributionis animalis facultatis. Accedit ad id, quod nerui immodicè laxi non obediunt facultati per muſculos imperanti motum: in adultioribus verò nerui magis patent: minúſque obſtruũtur: & inde eſt, quòd facilius animalis facultas eis diſtribuitur.

Animalis facultas quomodo diſtribuitur.

Ob languorem itaque facilius à morbis corripiuntur puerorum nerui. Excrementorum etiam redundantia plurimum facit, ob inordinatum viuendi modum: intempeſtiuè enim alimenta ingurgitant, & lactentes maximè, ob alimenti naturam, quæ neruos infrigidat, humectat, & obſtruit, potiſſimum vbi craſſum fuerit. Ex ætatibus itaque pueri magis aliis conuelluntur, & ex pueris magis qui minores natu ſunt. Vbi ergo febre acuta laborauerint, à calore febrili colliquatis humoribus atque excrementis facilè conuellentur. Accedunt etiam & aliæ cauſę, nempe ſi aluus non deiiciat: quod ſignificabit, excrementa in ambitum corporis deferri. Facit etiam ad idem, ſi vigilent: ex vigilia namque caput debile redditur, & ex debilitate excrementa diminuta coctione aceruantur, & neruis tranſmittũtur, cerebrum namque plurimum per ſomnum roboratur. ſi etiam perterreantur, plurimum namque pueruli viſi ſunt repente ex terrore conuulſi. Ratio eſt, quoniam repentè per terrorem calor deſerit præcipua membra, cerebrum verò calore priuatum, excrementa accumulat & inde nerui conuelluntur, talia recipientes excrementa. Præterea ſi lugeant, intellige intenſè, vt Gal. in Commen. conuellentur: per luctum namque humores cerebri liquantur, & per nares, & palatum, & per vniuerſam neruorum propaginem deſcendunt. Hæc omnia cum febre cauſæ ſunt conuulſionis.

Conuulſionũ ſigna.

Signum autem, quod oſtendet ipſam futuram, eſt mutatio coloris vultus. ſi à propria mutetur in chlorum, liuidum, aut rubrum. Per chlorum autem ſuprà diximus ſignificari, rubiginoſum, aut pallidũ: mutatio autem talis coloris in vultu, redundantiam humorum in cerebro oſtendit. Non itaque eſt æqua in omnibus pueris præparatio ad huiuſmodi conuulſiones: minores namque vſque ad annum 7. facilius corripiuntur huiuſmodi morbo, quoniam magis languent in ipſis, quàm in aliis nerui. De pueris, qui dentire incipiunt, loquens Hippo. inter morbos eis peculiares conuulſionem numerat, maximéque craſſis, & iis quorum aluus dura eſt, euenire teſtatur Apho. 25. lib. 3. dicens, In progreſſu, quum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia, & maximè quum caninos edunt dentes, & his præſertim pueris, qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent. Et Galen. in Comment. ſummam totius ſententiæ ad has cauſas refert, quæ ſunt, neruorum imbecillitas, & excrementorum abundantia, quibus annumerat ventris duritiem ipſe Hipp. ſimul & Gal. in Comment. quemadmodum in præſenti prognoſt. addit etiam Gal. tanquam primitiuas cauſas, dolores, vigilias, inflammationes. De quibus vigiliæ ſimiliter hic ab Hippocr. ſcribuntur:

Cauſæ conuulſionũ præincipientes.

Galeni verba hæc ſunt: Febricitant ergo hac ætate puerili, & propter dolores, & vigilias, & inflammationes: conuulſiones autem eis accidunt, tum propter hæc, tum propter crudum alimentum, & quia neruoſæ partes nondum ſatis validæ ſunt. Et infrà, Quod autem dicitur, pueris, qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent, ad conuulſiones refertur, quum his maximè pueris, dicat conuulſiones fieri, qui craſſiſſimi ſunt & aluos duras habent: tales enim plenum corpus habent: & abundant ſuperfluitatibus, & ideò conuulſionibus facilè capiuntur. maximè verò naturas has conuulſiones offendunt. Similem ſententiam ſcripſit Ariſt. lib. 8. de Hiſt. animal. cap. 12. dicens, Solent pueri plurimi conuulſione excipi, & præcipuè corpulentiores, & lacte veſcentes copioſiore craſſioréque, & nutricem lactentes ſucci plenam, & corpulentam. Nocet etiam ad hunc morbi genus vinum, magiſque nigrum quàm album, & quod minus dilutum eſt: atque etiam ex cibis, qui inflent, plurimi obſunt: & ſi aluus ſubſtiterit, nocuum eſt. plurimi ante 7. diem intereunt: vnde fit, vt nomina 7. die imponantur, tanquam ſaluti pueri iam magis credamus. Plenilunio etiam infeſtantur hoc malo periculoſius: & ſi à ſcapulis conuulſio oriatur, in anguſto ſpes eſt.

Ariſt. de conuulſionibus ſententia.

Quæ omnia docent periculum, quod imminet pueris incidendi in morbum comitialem, ob lactis craſſitudinem, & vini vſum, maximè craſſi, quamobrem ſolicitudine nutrices ſunt eligendæ. Rurſus Hippocr. de pueris qui 7. annum prætergreſſi ſunt, ac viris, inquit, Non comprehenduntur conuulſione, niſi aliquod ſignum acceſſerit, peſſimum, ac vehementiſſimum. Quale autem futurum ſit, ſimiliter explicat dicens, Qualia in phreneticis fiunt. Itaque ea via, quæ ſeruit in febribus ad prænoſcendam futuram phrenitidem, inſeruiet ad pręnoſcendam futuram conuulſionem: quoniam ea erunt vtriuſque ſigna, quę oſtendent humorem ad cerebrum conuerti. Vbi enim conuertitur humor ad cerebrum, aut offendet animam, & fiet phrenitis: aut offendet corpus, & efficiet conuulſionem. Diſtinguetur autem an humoris læſio perueniat ad corpus ac neruos offendat, per ea quæ ſcribuntur à Gal. in Comm. Si quidpiam in vultu peruertitur, aut dentes ſtridẽt, aut oculi inſtabiles ſunt, aut peruertuntur, quæ omnia 1. lib in expoſitione prognoſtic. 6. 8. & 17. conuulſiones ſignificare monſtrauimus, phrenitidem quoque, quoniam læſio facilè tranſit ab vno in alterum.

Humor aut offendit corpus aut animam.

Prognoſt. præſens de humida conuulſione intelligendum eſt, quæ ex plenitudine habet originem in quam facilius incidunt pueri: quoniam morbus naturæ ipſorum proportionalis eſt, & inde facilius à morbo releuantur. Humidis namque temperaturis humidi morbi ſunt magis congruentes.

GALENI COMMENT.

De conuulſione hoc loco diſputat, quæ non in parte vna corporis, ſed in omni eo infeſtet: quæ in pueris promptiſſimè euenit, ſed magis lactentibus, non minimè verò & propter vſum lactis, magiſque quoties fuerit craſſum; & quia plurimo alimento & inopportuno vtuntur, nihil aliud agnoſcentes viuendo præter eſitandi commoditatem, omne enim neruoſum genus in illis debile eſt. Cùm enim tres vires genere exiſtant, ex quibus gubernatur corpus: duabus quidem pueri quàm cæteri fortiores exiſtunt: vna verò debiliores, quæ in neruis innexa eſt, & ob eam rem promptiſſimè conuelluntur: & rurſus ad habitum naturæ faciliimè remeant. Perfectus verò nec facilè conſiſtit, neque deſiſtit conuulſionis affectus, propter valentiam in neruis facultatis. Itaque conuulſio accidit etiam ſine febre in forti admodũ frigore, & copia humoris crudi craſſique.

& item

Digitized by Google

& item inflammatione in neruis ac tendinibus, quoties originem ad conſenſum agant. Sed hoc loco de cõuulſione docet quæ per febrem conſiſtat, quemadmodum inter initia ſubiecit perſequi præſenſiones in morbis acutis: & in aliis, quicunque ex illis decidentibus conſiſtunt. Itaque conuulſiones per tales morbos in auctioribus illa ſignificabunt indicia, quæ maximè per phrenitides difficiliores exiſtunt: ſed potiſſimum ſi partes in vultu peruertuntur, aut dentes ſtridens, aut oculi crebro mouentur, aut peruertuntur. In pueris verò vel ſufficiat ſi vigilent tantummodo, interdum ſi metuant admodum: quod ſanè pauere nominauit. Si lugeant cum intenſione vehementiore & aluus haudquaquam deiiciat. Hæc igitur ceu cauſa ſunt: indicia verò conuulſionis: ad tales cauſas, colores præter naturam habentur indicantes humorum prauitatem, ex quibus conuelli aſſolent. Viridis enim aut liuidus praui qualitate ſignificat humorem, rubidus verò ſanguinis copiam indicat.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

IN prima parte mentem Hippocr. declarat de conuulſione totius corporis, in quam magis aliis pueri incidunt, & maximè lactentes, ob lactis vſum vbi ipſum craſſum admodum fuerit, & ob importunum victum, & ob neruorum imbecillitatem naturalem, ex qua ſequitur, vt promptius in hanc humidam incidant conuulſionem, ac facilius ſanentur, Contrarium in adultis, difficilius namque incidunt, ac tardius ſanantur. *Craſſum* Græcè λίαν παχὺ, hoc eſt, craſſum valde. *Nihil aliud agnoſcentes.* Græcè μηδὲν εἰδότες τῶν κατὰ τὸν βίον ἄλλο, πλὴν τοῦ ἐσθίειν, hoc eſt, neſcientes aliud eorum, quæ ad vitam pertinent, præterquam edere. *Quum enim*, lib. 1. de Sanitate tuen. animalem facultatem, in adoleſcentibus vigere, naturalem in infantibus dicit his verbis, Quum enim ad omnem voluntate ſuſceptam actionem, adoleſcentium ætas ſit aptiſſima, infantium certè ſenúmque minus ad hanc eſt apta: propterea quòd illis humor, his ſiccitas frigiditáſque nimis abundat. In aliis tamen functionibus, quas naturales appellamus, veluti auctione, concoctione, diſtributione, & nutritione, infantes planè cæteris ætatibus longè præſtant. Rurſus lib. 6. cùm enim duplices actiones, in animalibus ſint, certè corporales pueri præcipuas obtinent: quæ animi ſunt, ea quæ à pueris ad remiſſionem vſque ſuccedit, ætas. Et ob eam rem infert, pueros facilius conuelli atque ſanari, reliquos difficilius, quod teſtatur Hippocr. 24. Aphoriſm. 2. ſection. dicens, In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quàm quibus nihil ipſorum congruit. Poſſet autem quiſpiam aduerſari, quoniam naturalis temperatura neruorum ſicca eſt, ergo non facilè deprehenditur ab humida conuulſione, & maximè per ipſam periclitabitur, nec humida conuulſio, quam appellant, ex repletione neruis erit congruens. Præterea nulla conuulſio eſt neruis congruens, aut proportionalis: humida namque naturali neruorum temperaturæ aduerſa eſt: ſicca tamen tardè aduenit, ac difficilimè ſanatur, aut inſanabilis eſt: non ergo eſt proportionabilis. Præterea adultis nulla conuulſio eſt congruens, non erit humida: nam in præſenti Comment. Galenus inquit, Perfectis neque facilè conſiſtit, neque deſiſtit: non etiam ſicca, ea enim, vt dixi, difficilius, quàm humida aduenit, atque ſanatur, aut inſanabilis eſt. Dubium pendet ex notitia cõuulſionis ac ſpecierum ipſius: ſecundo etiam ex intellectu Aphor. citati. Primum Galen. explicat lib. 6. Aphoriſm. Comment. 39. dicens, Conuulſio inuoluntaria paſſio eſt, ad ſimilem diſpoſitionem perductis neruoſis partibus in ipſis, quam & in motionibus voluntariis ſumpſerunt. Et lib. 2. de Cauſis ſymptomatũ dixit, Conuulſio neruos muſculóſque ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, quum naturalem habitum ſeruarent, ducebant. Vbi etiam exponit duas ſpecies conuulſionis, de quibus dixerat Hipp. Aphor. 39. 6. ſect. Conuulſio fit vel ex repletione, vel inanitione: ita verò & ſingultus. Nam humor ſubingrediens neruum, aut muſculum, aut flatus, muſculum ampliorem reddens, ipſum reddit breuiorem, atque ad originem retractum: ſiccitas etiam arefaciens conuellit ipſum, exemplo ſumpto à corrigia igni admota. Galenus loco citato ex 2. de Cauſis ſymptoma. chordis citharæ comparat neruos, quæ ſimiliter vbi intentæ admodum fuerint, diſrumpuntur in aëre humido, ac ſicco, vtcunque diſpoſitionẽ ſimilem conuulſioni patientes. Tertia conuulſionis ſpecies eſt illa, quæ per conſenſum efficitur neruis ac cerebro compatientibus, veluti in morbo comitiali habente ab aliqua particula inferiori originem, de quo mentionem facit Galen. lib. 3. de Locis patient. cap. 7. vbi inquirens cauſam, quare in conuulſione per compaſſionem fiunt conuulſiones, nec Pelopen, neque alterum integram rationem tuliſſe refert. Et infrà, ad ſingultum comparans affectionem, inquit, Proinde exiſtimaui ſimilem aliquem cerebro motum euenire, qualis ſtomacho interdum à re quapiam moleſtato accidere ſolet: quippe quum à ciborum mole grauatur, aut vbi corruptis cibis mordicus infeſtatur, tum ſingultu affici conſpicitur. Ad ſecundum propoſitum accedendo, quoties ad verificandum Aphoriſm. 24. ſection. 2. comparationem aliquam facere oportet, non eſt comparanda vnica natura aut ætas, duobus morbis contrariis: ſed duæ naturæ aduerſæ, vni morbo: gratia exempli, non eſt comparanda ſicca temperatura conuulſioni ſiccæ & humidæ, ſed humida ac ſicca temperatura, comparandæ ſunt ſiccæ conuulſioni, aut humidæ conuulſioni. Si itaque quis comparauerit neruum, ſiccæ & humidæ conuulſioni, non inueniet aliquam neruo congruentem, vt argumenta facta ſupra probant. Sic etiam & pulmonia, quæ à ſanguine bilioſo fit, non magis congruit pulmoni, quàm quæ à ſanguine fit pituitoſo, quamuis pulmonis temperatura naturalis calida ſit: quod conſtat, quia bilioſa difficilius ſanatur, quàm pituitoſa. comparanda tamen eſſet vnica pulmonia bilioſa, duobus pulmonibus, calidiori & frigidiori, & calidiori magis congruere diceretur, faciliúſque eueniret, ac ſolueretur. Ad propoſitum de neruorum conuulſionibus, vnica conuulſio, nempe humida, diuerſis neruis eſt comparanda, vt neruis humidioribus ac ſiccioribus, & facilè inuenietur, humidam conuulſionem neruis humidioribus eſſe magis congruentem, quales ſunt nerui puerorum, in quibus etiam facilius eueniunt atque ſanantur, neruis autem ſiccis minus congruere, quales ſunt nerui adultorum, quibus humidæ conuulſiones minus fiunt, ac difficilius ſanantur. Quòd ſi ſiccam conuulſionem neruis ſiccioribus & humidioribus compares, ſiccis magis quàm humidis congruet: faciliúſque ipſis eueniet, atque facilius ſanabitur. Vnum igitur morbum diuerſis temperaturis comparare oportet, non vnam temperaturam morbis diuerſis atque contrariis. Galenus etiam eundem comparandi modum ſeruauit, comparans vnum morbum, vt febrem ardentem hyemi & æſtati, id eſt, ad diuerſa tempora, & raucedinem, vnum morbum ad diuerſas ætates, nempe valde ſenibus, & ab his, qui tales non ſunt. Adde, quòd

Animalis facultas in adoleſcentibus viget.

Dubium circa conuulſiones.

Conuulſio.

Morbi quomodo proportionales inueniendi.

Morbus vnus diuerſis temperaturis eſt comparãdus.

conuulſio humida non eſt ſiccæ contraria, quoniam ſicca eſt morbus in temperatura, & humida morbus in compoſitione, nempe obſtructio. Hic modus intelligendi Aphoriſm. 34. ſection. 2. vſque adeò medicos latuit, vt aliter facientes comparationes, obſcuram ac penitus falſam fecerint Hippocr. ſententiam difficiléque potuerint argumenta, quibus ſibi ipſis obſtrepebant, ſoluere. quæ tamen via iſta quàm facilè ſoluentur. Hæc etiam multò latius diſcuſſi in expoſitione Aphor. quum ipſum publicè enarrarem.

Secunda pars incipit (Itaque conuulſio) plures ſcribit conuulſionis cauſas, hîc tamen de conuulſione, quæ fit cum febre, loqui dicit Hippocr.

Tertia pars quæ incipit (Itaque conuulſiones) diuerſa eſſe ſigna docet, quæ oſtendunt conuulſionem in adultis, ab iis quæ in pueris: in adultis enim ea erunt, quæ in phrenitide difficili, quod declaraui in Aphoriſm. expoſitione: in pueris tamen ea quæ ab Hippocrat. ſcribuntur. Quorum quædam cauſæ rationem habent, vt vigilia, luctus, terror, aluus dura: quædam tantùm rationem ſigni habent, vt coloris in vultu mutatio.

Interdum, ſi metu, aut Græcè καὶ φοβηθῶσι σφοδρῶς, ὅπερ ὠνόμασεν ἐκπλαγῆναι. quod eſt, vehementer timere, quod perterreri nominauit. *Si lugeant.* Græcè καὶ τὸ κλαίειν μετ' ἐντάσεως σφοδροτέρας. quod eſt, & lugere cum vehementiori contentione. *Viridis.* Græcè χλωρὸν. id autem pallidum & rubiginoſum ſignificat.

PROGNOSTIC. XXXV.

MOrituros autẽ ac liberandos ex pueris, atque aliis coniicere per omnia ſigna, quemadmodum in ſingulis ſingula ſcripta ſunt.

Medicorum calamitas. Deploranda certè calamitas huius tempeſtatis medicorum, apud quos maiorem habet autoritatem Gentilis, aut Iacobus de Partibus, quàm Hippoc. aut Galenus, apud quos ſimiliter non eſt argumentum adeò ſophiſticum, ac nullius ferè momenti, quod non ſubuertant, quamuis ex antiquis ſuſceptam doctrinam, etiam ſi ex primis elementis fundamentum acceperint: adeo ſunt & corrupto ingenio, & deprauato animo, à pueritia falſis & corruptis diſciplinis inſtructi, quo nihil magis impedire poteſt cognitionem veritatis. Hi quoties Auicennam Hippocr. atque Galen. conferunt, Auicennam principem medicorum appellant, ſummum ac maximum, compendio, breuitate, claritate, ac certitudine doctrinæ: quum tamen nulla ſit longior via addiſcendi medicinam, ea, quæ ſine methodo ac demõſtratione procedit, qualis eſt Auicennæ confuſiſſima doctrina. *Auicenna liber.* Adde quòd liber ipſe mille ſcatet mendis: & hi qui ſectam Auicennæ iactant, linguam Arabicam ignorant, qua ipſe librum ſuum ſcripſit. Hoc vnum certo ſciant Auicenniſtæ, quòd ſi ipſe modo reuixiſſet, nec librum ſuum, quem appellant, agnoſceret, nec ſuos aſſeclas medicos appellaſſet, eóſque admoneret quod nos facimus, vt ſe ad libros Hippoc & Galeni euoluendos conuerterent, ac ſumma veneratione Hippocr. colerent, non permittens Hippocr. condemnare tanquam mendacem, ob id quòd ipſi in præſagiis mentiuntur, ignorantes quòd ſigna omnia cognoſcenda ſunt, & perpendenda, vt ipſe docet hîc, & in Prognoſt. 37. ſequenti. Quorum dignitatem numerúmque, vbi quis rite perpenderit, nunquam non prædicet quæ Galen. viuens prædicere ſolebat, quòd ſi quando aberrauerit, non Hippocr. vt mendacem, quod Barbari faciunt, ſed ſeipſum vt inexpertum accuſabit. Retulit huius Prognoſt. ſententiam Galen. lib. 5. Prorrher. Comment. 2.

GALENI COMMENTARIVS.

ID etiam antea dixit, & nunc quoque commemorat: & rurſus poſt paulùm dicet propterea quòd vtiliſſimum ſit, attamen non id intelligunt plerique medicorum: ſed interdum aliquod prauum videntes indicium, ex quibus contingit viuere hominem, criminantur eu mendacem: quemadmodum rurſus bonis apparentibus interempto ægro, falſum eſſe Hippocratem dicunt: nondum cernentes vt interdum a multis bonis indiciis vnum malum vehemens peruincatur: & rurſus econtrario à multis malis vnum bonum, ſi vehemens ſit.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Galeni Commentarius nulla eget annotatione, præterquam vbi dixit, *Id etiam antea.* huius Progn. ſententiam ſcripſit Hippocr. lib. 2. Prognoſt. 55. & in ſequentibus prognoſt. 57. in fi. Vbi ſcribitur, *Si vehemens ſit.* Si, & Sit abundant.

PROGNOSTIC. XXXVI.

HÆc autem dico de morbis acutis, & quicunque fiunt ex ipſis.

Prognoſticorum liber de quibus eſt. Clarè monſtrat hoc in loco, de quibus morbis in præſenti libro loquutus eſt: nempe de morbis acutis, & de illis qui fiunt ex ipſis, quos appellamus acutos ex decidentia. Quòd de morbis agat acutis dixit lib. 1. Prog. 1. Conſiderare autem oportet hoc modo in morbis acutis. Quòd etiam egerit de his qui fiunt ex acutis, oſtendit in Progn. 21. lib. 1. dicens, Bonam autem reſpirationem exiſtimare oportet valde magnam vim habere ad ſalutem, in morbis acutis, quicunque cum febre, ſunt, & in quadraginta diebus iudicantur. Et in prognoſt. 1. libr. 2 dicens, Hydropes ex acutis morbis omnes malæ. Et in hoc lib. Progn. 7. dixit, Eſt autem & quartanarum conſtitutio ex tali concinnitate.

GALENI COMMENTARIVS.

ID quoque ſcripſit Hippocrates, quomodo antè dictum etiam præceptum, vaticinatus negligentiam pariter & audaciam eorum, qui ſint eius volumina lecturi, & item quæſituri quo pacto commemoret quadrageſimum diem atque ſexageſimum, ſuppurationémque, & aquam inter cutem: nec non febrem quartanam. Cùm enim vel eo clara ſcribente, vt non ſolùm agat de acutis, ſed etiam de iis qui ex horum decidentia in longam temporis ſeriem extenduntur, attamen talia quærant, quidnam agerent, niſi id effeciſſet?

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Hippocrat. veluti vatem quendam futura prænoſcentem, vaticinatum eſſe inquit, medicos aliquando ipſum accuſaturos, quòd de morbis acutis agens, fecerit etiam de abſceſſibus, & quartana, & aqua inter cutim mentionem: à quibus ſuas tutatur ſententias, dicens, ſe non tantùm agere de acutis morbis, ſed & de acutis ex decidentia. *Id quoque ſcripſit Hippocrat. quomodo & antè dictum præceptum,* Græcè καὶ τοῦτο καθάπερ καὶ τὸ πρότερον ἔγραψεν Ἱπποκράτης, quod eſt, hoc etiam, quemadmodum & præcedens, ſcripſit Hippocr. Præſentem namque ac præcedentem ſententiam cautè ſcripſit Hippocr. futurorum medicorum ignorantiæ ac malitiæ prouidens.

PRO

PROGNOSTIC. XXXVII.

OPortet eum, qui rectè præcognoſcere debet ſaluandos ac morituros, in quibus etiam morbus plurium aut pauciorum dierum futurus eſt, quum ſigna didicerit, ipſorum vires ratiocinatus, inuicem diſcernere, quemadmodum de aliis ſcriptum eſt, ac de vrinis & ſputis, quando ſimul pus ac bilem excreauerit.

Signorum vires perpendenda ſunt.

Eam ſententiam, quam in Progooſt.35. expoſuimus, modò repetit Hippocr. nempe ſignorum vires eſſe perpendendas potius, quàm ipſorum numerum: vnum namque ſignum bonum ſæpè contingit, vt plurima ſigna mala vincere dignitate poſſit, & contra. Nam vbi ſigna coctionis io vrina apparuerint, & ſi æger dolore vexetur, aut conflictetur, & vigilet, ac cibos auerſetur, ſpes adhuc habetur, in vnius ſigni vigore confidentibus. Foret certè ars prædicendi breuior multo, & quæ vnius hominis vita addiſci poſſet ſine antiquorum ſcriptis ſi id ſignum, quod ſalutem oſteodit, adeò certum eſſet, vt nunquam deficeret: item & ſignum letale.

Signorum diuerſi ordines.

Verùm quoniam multa ſigna contraria propè ſemper occurrunt quibus magis ſit confidendum, docet Hippocr. quum quædam ex ipſis bona, quædam optima, quædam quam maximam vim ſalutem habere dicit: rurſus & quædam mala, quædam lethalia, quædam peſſima aut exitioſiſſima, quædam valde exitioſa, iam eſſe prænuntiat. Id eſt, quod

Galeni prædictiones.

medicum Galeni imitatorem decet perpendere, ac conſiderare, poteritque Eudemi quartanam duplicem ac triplicem futuram prædicere, ac deinde ſequentem ſalutem, homine adhuc ſene quartana laborante, ac hyemis tempore: poteritque prænoſcere mulierem Pyladis amore deprehenſam, & Arrienſem conflictari: quoniam erat rationem redditurus eorum quæ ſibi herus concrederat, ac quòd Cyrillus Boëti filius clam quidpiam nocens ederat: ac quòd Sextus ægrotans ſexto die iudicatus, oon integrè liberatus fuit, ſed morbus rediturus erat, ac 17. totius morbi die ſoluendus: ac ſimilia, quæ de Imperatore Marco Aurelio Antonino, & Commodo eius filio, & iuuene qui fluxum ſanguinis narium paſſus eſt, Galen. prædixit. Quam ob cauſam apud quoſdam admirabilis erat, & apud alios odio habebatur, vt libro de Prænotione ad Poſthumum teſtatur. Præſens progn. non eget alia expoſitione, præter eam quæ habetur a Galeo. in Comment.

GALENI COMMENTARIVS.

OMnia aſſiduè oportere ſpectari indicia, nec vni credere, etiam anteà dixit. Sed nunc adiecit quod ſermonis eſt vtiliſſimum: id verò eſſe dico, vires æſtimare indiciorum, neque ſimpliciter has, ſed conferendo eas inter ſe. Sunt enim quædam indicia & ipſa per ſe praua, magiſque & minus: quorum vires menſurari oportet vocabulis: vt antea quoque explanauit, aut exitioſum dicendo, aut exitioſius, aut admodum exitioſum: & item adiiciendo verbum iam. Nec ſecus in bonis indiciis rurſus, aut ſalutare, aut ſalubre ſimpliciter, aut magnam obtinent vim, aut etiam cum verbo admodum. Plus eſt enim ſi dicatur, admodum magnam vim obtinere ad ſalutem: quam ſi nudum ac ſolum, magnam vim obtinere, ſed nunc conferri oportere dicit vires indiciorum inter ſe, non modo ſimilium, verbi gratia bonorum cum bonis, ac malorum cum malis: ſed etiam bonorum cum malis: namque per hanc comparationem, ea quoque quæ fiunt præter rationem, inuenit. In primis enim agnoſces quidnam præter rationem eueniat, tum autem haudquaquam terreberis, & demum conſiderabis quamobrem exiſtat, aut quidnam indicare natum ſit. ſed hæc omnia in noſtris commentariis definita ſunt, maximéque lib. De iudicationibus, nec verò abs re erit, nunc quoque gratia exempli reuocare in animum quædam, à communi initio incipientes omnis præſentiendi facultatis. Conſideres enim conueniet in primis, vtrum præcipuè pars vna in corpore affecta ſit, an morbus ſit humoris in conceptaculis conditi; deinde per quam potiſſimum facultatem periculum ægro immineat (etenim ſuprà dictum eſt triplicem eſſe facultatem) tum deinceps facultatis illius mala ac bona indicia. Fingamus enim facultatem de cerebro manantem, imperpeſſam haberi, atque etiam corporis partes imperpeſſas, totius verò argumentum morbi hoc eſt febrilis ex putreſcentibus ſolis habentes humoribus: deinde his ita habentibus, ab initio cuncta apparere in vrina bona indicia: hunc hominem mori impoſſibile eſt. Quocirca quanquam aliquod exiſtat indicium terrificum, non ſolum non terreberis (quemadmodum plerique medicorum) ſed etiam id indicationem præmonſtrare exiſtimabis, etenim dolent caput, ac delirant, & intuentur tenebricoſa quædam ac flaua, & hebetudines ſubeunt oculorum, atque etiam ventriculi dolor: & item ſpirant difficulter: & illa contenduntur ratione indicationis: & rurſus deiectiones malignæ, & ſcreationes, atque etiam vomitiones quædam, & item partes nigreſcentes, putreſcentéſque, & intermorientes hominem exhibent per omnia meliorem. Sæpe enim ex talibus ſecretionibus ægri facilius ſpirant, melius appetunt, melius dormiunt, dolore leuantur, ac reſurgendo leniores, & in totum faciliores euadunt: perſpicue indicantibus iis quæ euacuantur, expurgari corpus, natura præter ſpem ſuperiorem conflictum repellente. Sed hæc omnia poteſtate ſunt prodita, atque hoc volumine definita: præcepta de pulſibus tantummodo addenda ſunt: quæ nos omnia in comment. De pulſibus clarè perſcripſimus, prorſus ſilentio diſſimulantes ſphingis ænigmata, qualia innumera ſcripſerunt Archigenis ſectatores. Itaque hæc omnia prompto animo obſeruanda inſpice, conferendo ea inter ſe; ex his enim poteris prædicere ea quæ ab infirmis omittuntur: interdum etiam neceſſariis ipſis haudquaquã exquiſite perſpecta: quemadmodum ſæpenumero me vidiſtis in iis qui ſtridebant dentibus, ex natura in illis haberi accidens pronunciare, ita vt exiſtimarent familiares audientes non ex medendi facultate, ſed ex arte vaticinandi talem extitiſſe prædictionem: interdum etiam in dormientibus inconniuentibus oculis: vt id quoque ia eis ex natura exiſtat. & quodam in ventrem cubante id ipſi quoque neceſſarium. Porrò mulieris cuiuſdam aliquando viſus eſt adeuntibus nobis dexter oculus alterum inſigniter ſuperare: de qua dixi talem ante morbum extitiſſe exceſſum, & item in alio cana admodum tempora, quo perſpecto tunc dixi per naturam haberi affectionem. Itidem aliorum cruentos oculos eſſe naturam: conuulſam verò in alio ſupercilij partem, aut oculorum, aut labrorum: & item nonnulla ante morbum ex cauſa fuiſſe externa. Quinetiam intermittentem pulſum, atque etiam pulſus varietatem, & alia generis eiuſdem ex natura in quibuſdam haberi dixi, vel ipſis ægris haudquaquam perſpecta. Quandoque etiam ſimul atque conualuerunt, reſtare viſa ſunt voces aſperas, raucas, clangoris æmulas, in hoc ex natura, in illo ab ægrotatione commiſſi. De quibus cùm lib. De præſagiendo latius docuerim, nihil inſuper neceſſe habeo hoc loco recenſere: ſed ſufficies ſummam talium electionis dicendo ſiſtere orationem. Quoties enim ex omnibus aliis ſine periculo videatur morbus, tale accidens terrificum, ex natura adeſſe ſciendum eſt: aut prorſus ante ægrotationem fuiſſe propter aliquam cauſam euidentem. Quocirca mihi & Hippocrati credentes, conſiderabitis (quemadmodum dictum eſt) vires indiciorum æſtimantes, quemadmodum ipſe inquam prædixit. Exempli enim habuit

Digitized by Google

buit mentionem, quoties pariter pus bilémque excreet: idque ab eo dictum eſt per dictionem illam quæ ita incipit: Quæcunque ſuppurantur dum ſcreatio biliosa eſt, exitioſa admodum ſunt, ſiue viciſſim bilis ac pus, ſiue pariter excernantur. Per hanc enim dictionem cenſuit conſideranda eſſe exquiſita ratione omnia quæ in ægris exiſtunt, atque nonnulla quidem expoſuit eorum, a bonis ita exorſus: Bona hæc ſunt, facile ferre morbum, facilè ſpirare, dolorem ſedari, ſputum facilè excreari. Tum deinceps vbi ea omnia recenſuit, a malis rurſus exorſus: Mala verò, inquit, his aduerſa habentur, difficulter ferre morbum, ſpirationem magnam & crebram eſſe, dolorem non ſedari, ſputum vix excreari, ſitire admodum, corpus ab igne inæqualiter detineri. Sed hoc tibi & prauorum ſignorum initium doctrinæ eſt ab eo antea prodita ex prædicta materia quam de excreatione conſcripſit. Vt igitur inquit in his dixi, ita in cunctis agas, nihil omittendo ſed ſeorſum æſtimando ſingulorum vires indiciorum, deinde ea inter ſe conferendo.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

In prima parte commendat ex doctrina Hippoc. vires ſignorum conferre, non tantùm bona malis, ſed & bona bonis, & mala malis.

In ſecunda parte, quæ incipit (Namque) docet ex hac ſignorum collatione ſequi, vt medicus ritè cognoſcat, qui ſecundùm rationem, & qui ſecus liberatus eſt. Secundo etiam ex his quæ fient non terrebitur, quemadmodum vulgares & indocti medici, inſpicientes ſymptomata, quæ antecedunt iudicationes. Tertiò, cauſam eorum conſiderabit, ad quam ex ſignorum cognitione deueniet. Vbi legitur, *Tum:* & poſt, *Demum* lege, Secundum, Tertium. *Lib. de Iudicationibus.* 1. cap. 13. In tertia parte, quæ incipit (Conſideres) præcipit conſiderare in morbis, ſi pars aliqua læſa eſt, veluti in phrenitide, aut pulmonia, aut non: & demum ex cuius membri læſione maius in eo morbo imminet periculum. Quòd ſi ex læſione naturalis facultatis pendeat periculum, vbi ſigna coctionis apparuerint etiam mente turbetur, doleat caput, tenebroſa apparuerint, & nigra deiiciantur, nihil horum obſtat quin æger ſanitati reſtituatur. Ratio eſt, quoniam omnia ſigna decretoria ſignis coctionis adiuncta ſalutifera ſunt. *Ilia.* lege Hypochondria. *Et item partes nigreſcentes.* Libr. 2. progn. 9. inquit Hippocr. Si digiti ac pedes omnino nigreſcunt, minus pernicioſi ſunt, quàm ſi liueant. Poteſt enim id euenire, vt inquit, Gal. in Comment. quoniam humor in eas partes decumbit. *In Com. de Pul.* nempe in lib. de Cauſis, & de Præſagitione ex pulſibus.

Membrum ex cuius læſione maius periculũ imminet conſiderare.

Quarta pars incipit (Itaque hæc) in qua vſum prædictionis refert: qui enim talia obſeruauerint, poterunt rectè prædicere multa futura in morbis, & quandoque ea, quæ neque ab ægro, neque ab aſſiſtentibus ſatis perſpecta fuêre. Quod (vt dixit Hippocr.) quando medicus prædixerit, creditur magis cognoſcere quæ ad ægrotantes attinent. De quibus ſunt, quæ ipſe de ſe narrat, & multa alia, de quibus ego in expoſitione memini, & ipſe in lib. de Prænotione *Prædicere.* quidam legunt, προλέγειν. alij verò εὑρεῖν, hoc eſt, inuenire. *Et quodam.* Græcè καὶ τινὶ ἐπὶ τὰ φρένα κατακειμένῳ, καὶ τοῦτο ἀνὰ ἑαυτὸν ὑπάρχειν αὐτῷ φύσει. quod eſt, & de quodam in pectus cubante, & hoc natura ei familiare. *Pulſus varietatem.* ἐπιταραχὴν. *Lib. de praſagiendo.* ἐν τῷ περὶ τῆς προγνώσεως πραγματείᾳ quod eſt, in opere de Prænotione. Eſt liber ad Poſthumum ſcriptus.

Quinta pars incipit (Exempli enim) exponit in hac parte, quod Hippocr. ſcripſit in progn. dicens, quomodo ſimul pus ac bilem ſcreauerit: id enim exitioſum ſignum voluit in prognoſt. 53. lib. 2. Præcepit tamen ibi in progn. 56. ſigna omnia conſiderare, bona ac mala. *Ab igne.* Græcè ἀπὸ τοῦ πυρὸς. id eſt, à febre πῦρ enim appellat Hippocr. febrem, vt lib. 1. de Morb. pop. part. 3. in hiſtor. Sileni, vt vult Galen. in Comment. Ignis verò Latinum vocabulum non ſignificat febrem. *Vt igitur in his dixi.* Græcè ὡς ἐν φησὶν ἐπὶ τούτων εἶπον.

PROGNOSTIC. XXXVIII.

Decet autem morborum ſemper populariter graſſantium, impetum conſiderare, nec latere temporis conſtitutionem.

Duo maximè neceſſaria ad prænoſcendum ea quæ ſunt futura in morbis conſulit Hippocr. aduertere: nempe, impetum morborum qui populariter graſſantur, & temporis conſtitutionem. Primum enim vbi quis nouerit, multa prædicet futura: ſi namque tertiana febris fuerit morbus, qui populum infeſtat, facilè erit febre inſpecta cum reliquis cognoſcere quòd illa febris tertio repetet die, Coadiuuat ad id cognitio temporis, gratia exempli ætatis: per id enim tempus tertianæ febres ſolent vagari per populum. Pariter ſi lethales ſunt morbi, qui populariter graſſantur, non parum ad prædicendum mortem proficiet ipſorum notitia. vt tempore peſtilentiæ. Præterea ſi huiuſmodi morbi ſolent ſudore finiri, aut fluxu ventris, aut quauis alia via, ſimile futurum prædicere licebit. Quam ſententiam Hippocrat. lib. 6. de Morbis popul. part. 8. innuit dicens, τῶν ἐπιδημευσέων νούσων οἱ τρόποι. hoc eſt, morborum populariter graſſantium modi conſiderandi. Sunt autem morbi populariter graſſantes, qui à Græcis ἐπιδημέοντες appellantur, à verbo ἐπιδημέειν, quod eſt, populariter vagari. Sunt autem hi de genere morborum, qui omnibus communes, Græcè πάγκοινα & κοινὰ appellantur, diſtincti contra eos, qui non omnes ſimiliter inuadunt, qui ſporadici, id eſt, diſperſim inuadentes dicuntur. Communes itaque quidam ſunt ἔνδημοι, Latinè endemij, id eſt populares, & in populo facti, quaſi populo peculiares. Sunt & qui perpetuò locum aliquem occupant, vt borium, morbus lateralis, qui aliquibus populis ſunt peculiares, ex aëre, & poſitura loci, & aquis, & ſimilibus. Quidam ſunt, qui ἐπίδημα & ἐπιδήμια vocantur, quatuor aut quinque ſyllabis, & ſunt illi qui populariter graſſantes aut per populum vagantes dicti ſunt. Ex his rurſus quidam ſunt peſſimi ac exitioſiſſimi qui peſtilentes appellantur, qui maiorem partem hominum, quos inuadunt, interimunt, ob id pernicioſi appellati, vt lib. 1. de Ratione vict. acut. Comment. 9. vbi de ſporadicis morbis, & epidemiis, & endemiis mentionem fecit dicens, Peſtis verò epidemia pernitioſa. Quidam ſimpliciter epidemij, quæ omnia breuiter habentur à Galen. lib. 1. de Morbis popul. part & Comm. primis, quum dixit, Hæc ad ea quæ dicentur memoria tenenda ſunt, noſſéque debet, morbus quoſdam communiter multos prehendere, qui communes dicuntur, alios vnumquemque priuatim inuadere, & ſporadicos appellari. Inter communes autem alij endemij ſunt, alij epidemi & epidemij, tum quatuor, tum quinque ſyllabis ſcripti & dicti. Atque horum, qui pernitioſiſſimi ſunt, λοιμώδεις, id eſt, peſtilentes appellantur, cauſam ex ſtatu cœli habentes & ipſi, quomodo morborum epidemiorum genus vniuerſum. Hunc morbum Græci appellant, λοιμὸν, id eſt, peſtem. Præterea non decet, inquit, latere temporis conſtitutionem:

Morborum popularium cognitio.

Peſtilentes morbi.

tionem: mutatio enim temporum multos morbos parere poteſt, vt dixit in Aphoriſm.1. ſection.3. Mutationes temporum potiſſimum pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes, aut ſtigoris, aut caloris, & alia pro ratione eodem modo. Quæ ſint autem iſtæ mutationes temporum, quas conſiderare præcipit, & qui morbi eas ſequantur, docuit in eadem 3. Aphor. ſect. vt etiam Galen. in Comment. citat in Aphoriſm.9.ſect.3.dixit, Morbi omnes quidam in omnibus temporibus fiunt, quidam verò magis in quibuſdam ipſorum fiunt, & exſiccantur. Et in lib. de Morbis popul. plurima dicta ſunt, quæ ad temporũ mutationes & aëris ambientis conſtitutionem attinent. Id eſt quod lib.1.dixerat in præfatione, Simul autem & ſi quid diuinum eſt in morbis, & huius ediſcere prouidentiam. Et Galen. in Comment. poſtquam aliorum opiniones reiecit, tanquam falſas, circa illius verbi, Diuinum, expoſitionem ſubdit, Itaque ſoluemus fidentes iam non aliud haberi id, præterquam ambientis nos aëris conſtitutionem. Allegat quoque præſentem ſententiam.

GALENI COMMENTARIVS.

AD præcognoſcenda futura in ægris accidentia, maxime conducit ſe innulgantium quoque morborum cognitio qui iam præſentes, & item futuri ſint: diſſeruit autem ipſe breui ſumma in ſententiis qui ſingulis increbreſcant temporibus, quique & præſentem & anteactam ſequantur conditionem. Vere enim (ait) atræ biles, furores, & alij deinde quos enumerauerit: qui veris & aliorum temporum proprij ſunt, quoties ſcilicet proprias ſeruent naturas. Si minus ſeruent, graſſaturos alios ait morbos anteactæ conditioni congruentes: atque docuit quinam ex iis poſtea futuri ſint, qui verò ſtatim cum prima conditione. De iis igitur qui poſtea futuri ſint, ita docuit: Si hyems ſqualida & aquilonia fuerit, ver verò pluuium auſtraléque: & alia quæcunque deinceps dicit. De iis verò quæ in ipſis præſentibus accidunt conditionibus, dum ait: Conditionem anni ſqualores ſalubriores (quod in totum dixerim) quàm imbres, & alia quæcunque deinceps exiſtunt. Itaque in ſententiis ſummatim de morbis vulgaribus, ſeu vulgariter graſſantibus docuit. In libris verò de morbis vulgaribus ad particularia deuenit: Quanta verò & horum vtilitas habeatur, quanquam videantur comprehendi ſermonibus vniuerſalibus, explicabitur in Commentariis de morbis vulgaribus, ab his ordine præſcribendis. Nunc verò ſummam totius dicam præſentionis, de qua ſermonem in præſenti dictione Hippocr. fecit. Indiciis enim proditis hoc volumine prognoſtico, morborum ipſorum propriis cenſet adiicienda eſſe ea quæ ex aëris conditione ducuntur. Finge enim aliqua viſa eſſe indicia ex ratione morbi ſanguinis fluoris, eſſe verò & tempus vernum: adhuc magis ſperabis fore ſanguinis fluorem, quod ſi præſens quoque conditio calida & humida fuerit: multo ſane magis, & item præteritorum duorum vel trium temporum conditio ſi ſanguinem gignat, adhuc etiam magis ſperabis fore ſanguinis fluorem. Vt igitur ſermo de ſanguinis fluore, ita de omnibus aliis eſt. Sed abunde erit dicere ſingulare exemplum futuri ſudoris: per æſtus ſqualentes febres prope dixerim, ſine ſudore eueniunt: per imbres cum ſudore magis infeſtant. Itaque conſtat vt præter alia ſigna quæcunque ægrotationis propria habentur, futurum demonſtrantia ſudorem ambientis præterea aëris conditio accedens ſpem futuri ſudoris firmiorem ſubſcribat.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

IN prima parte docet quantum conferat ad prædicendum cognitio morborum popularium tam præſentium, quam futurorum, qui omnes in Aphoriſmis comprehenſi ſunt, tam hi qui temporis præſentis naturam ſequuntur, quam hi qui præcedentis, vt in Aphoriſm.20. ſection.3. vere dixit melancholiam & maniam abundare. Hic Aphoriſm. fuit Galeno exemplum morborum qui reſpondent præſenti, & antè actæ conſtitutioni, vbi tempora ſuam obſeruent naturam. Nam vt Galen. vult in Comm. ipſius, hi morbi in vere fiunt: eſt autem ver ſaluberrimum tempus, & morbi in ipſo facti naturas aliorum temporum præcedentium oſtendunt. Quoniam mali humores in ipſis fuerunt aceruati, ver verò ipſos mouit ad excretionem, non aliter lædens quàm exercitium cum abundantia factum, vbi tamen tempora naturam propriam non ſeruauerint, quidam morbi fient ſtatim ipſam conſtitutionem conſequentes, quidam verò poſt. Exemplum eorum, qui poſt ſequuntur, eſt Aphoriſm.11. lib.3. De temporibus, ſi quidem hyems ſicca & aquilonia fuerit, ver verò pluuioſum & auſtrale, neceſſe eſt æſtate febres acutas fieri, & reliqua. Talis etiam eſt Aphor.12. Quæ verò in ipſis fiunt conſtitutionibus, dum mutatio præſens eſt, ſcribuntur in Aphoriſm.15. tertiæ ſection. quum dixit, Ex anni autem conſtitutionibus, vt in ſumma dixerim, ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ. Hæc ſunt in Aphor. dicta: plura etiam alia in libro de Morbis popul. *Conditionem.* καταστάσει. conſtitutionem, ſic & alia loca corrigenda ſunt, vbi conditio ſcribitur. *Vere.* Græcè τῷ μὲν γὰρ ἦρι ἔφη πλεονάζειν, τὰ μελαγχολικά, καὶ τὰ μανικά. quod eſt, Vere quidem dixit abundare melancholias & furores. *Si minus ſeruent, graſſaturos alios, ait morbos antè actæ conſtitutioni congruentes:* Græcè οἱ δὲ μὴ φυλάξωσιν, ἐπιδημήσειν φησὶν, ἑτέρα νοσήματα τῇ γινομένῃ καταστάσει οἰκεῖα. quod eſt, Si verò non ſeruauerint, graſſaturos dicit alios morbos, factæ conſtitutioni congruentes. Errauit autem Laurentianus dupliciter. Primò quoniam dixit, Antè actæ conſtitutioni: cùm tamen Galen. diuidat hos morbos, qui fiunt temporibus non ſeruantibus propriam naturam, in eos qui ſtatim fiunt, & eos qui poſt conſtitutionem fiunt, dixit: & exemplificans de his qui ſtatim fiunt, dixit, De his verò, qui in præſentibus accidunt conſtitutionibus, dum ait, Ex anni quidem conſtitutionibus, vt in totum dixerim, ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores: modò iſtæ ſanæ diſpoſitiones præſentibus ſiccis conſtitutionibus fiant, non antè actis, vt ipſe ſcripſit. Vult enim Galen. vt expoſui, quædam euenire cum ipſa mutatione temporis, quædam verò pòſt ſequi eandem conſtitutionem, quos non dicet Galen. ante actæ conſtitutioni congruere, ſed præſenti. Secundò errauit, quoniam vbi ipſe antea dixerat, ante actam, Græca litera habet, προγεγενημένῃ. in hoc loco γινομένῃ. & vtranque partem ipſe conſimili voce tranſtulit. *Vulgaris ſeu.* abundat. *In commentariis de Morbis vulgaribus, ab his ordine perſcribendis.* Hanc ſententiam retulit lib.1. de Morbis popul. part. 2. Comment.47. vbi de lib. Prognoſt. loquens: inquit, Nos quoque illum tribus Comm. expoſuimus, in quorum calce, quod libri Epidemiorum Progn. ſequantur, oſtendimus. Circa quod aduertendum, quod liber Prognoſt. ad Hippocr. fuit ſcriptus poſt lib. de Morbis pop. apud Galen. tamen liber de Morbis pop. poſt librum Prognoſt. eſt legendus, quod in expoſitione tituli huius libri ſatis declaratum eſt.

Morbi conſequuntur præſentem aëris conſtitutionem, & ante actam

Morbi qui ſequuntur præcedentem conſtitutionem.

Morbi qui ſequuntur præſentem aëris conſtitutionem.

Error Laurentiani.

Morbi præſentis conſtitutionis.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Nunc verò) ſummatim mentem Hippocr. explicat: voluit enim præter ſigna quæ ab ipſis morbis ſumuntur, adiicere ea quæ ſumuntur ab aëre. Vbi enim ſigna oſtenderit morbus,

Digitized by Google

morbus, quæ indicant fluxum ſnguinis, ſi id verè accidat, & ſi temporis præſentis aut præcedentis nstuta ſnguiuem plurimum potuit generare, expectandus adhuc multò magis fluxus ſanguinis.

Tertia pars, quæ incipit (Vt igitur) exemplum eſt ſudoris futuri, ſimili exemplo adducto in parte ſecunda de fluxu ſanguinis.

PROGNOSTIC. XXXIX.

RECtè igitur noſſe oportet, de tecmeriis, id eſt de conie cturis certis atque aliis ſignis: nec latere quòd omni anno & tempore, & mala malum & bona bonum ſignificant.

Signorū tria genera. Vna tantùm diuiſione, quæ habetur à Galen. lib. t. de Criſibus cap. 14. ſuppoſita præſens ſententia clare conſtat. Signa enim omnia, aut ſunt ſigna coctionis, aut ſigns decretoria. Signa coctionis fida omnino ſunt, ſiue ſint in morbis venoſi generis vrinæ, ſiue in motbis ventris deiectiones, ſiue in morbis thoracis ſputa. Signa verò decretoria, omnino infids ſont: ſiquidem ex ſe nullam habent certitudinem, quoniam eademmet ſigna quæ oſtendunt bonam criſim, oſtendunt etiam malam, vt capitis dolor, morſus ventriculi, tremor labij infetioris, tam bonum quàm malum vomitum antecedunt. *Signa ſalutis.* Sunt etiam ſigna alia ſalutis & mortis, quæ nec ſunt ſigna coctionis, nec ſigna criſis, quæ non habent parem cum ſignis coctionis certitudinem, neque adeo ſunt infida, vt ſigna deetetoria, verùm bons ex eis ſemper ſunt bona, & mala ſemper ſignificant malum: vt conſtare mente, bene ſe habere ad oblationes, dotmire noctu, bonus accubitus, bona ſunt, ac ſemper bonum oſteodunt: & contraria his ſemper malum oſtendunt, Neque tamen atgumentum quod ex ipſis ſumitur omnino certum eſt. Signs coctionis, ſigna ac tecmeria appellantut, ſigna ſalutaris, quæ retuli, ſigna etiam ſunt proprie, atque accideotia. Signa verò dectetoria, ſymptomata propriè dicuntur: licet etiam ea appellare ſigna decretoria, & ſigna quæ criſibus adiacent. De iis itaque Hippoct. loquens dixit noſſe oporteте de coniecturis certis, quæ τεκμήρια appellantur, qualia ſunt ſigna coctinnis, & de ſignis quæ ſimiliter accidentia ſunt, non autem dectetoria, qualia diximos eſſe ſigna ſaluraria quouis anno, & quouis tempore ſignificare conſimiliter bona bonum; & mala malum, Quod aliis ſignis quæ impropriè & ex accidenti talia ſunt: propriè verò atque à toto genere accidentia decretotia, nullatenus competit, quoniam non ſemper bonum aut malum denuntiant, ſed nunc bonum, nunc verò malum. De his latius Galen. in Comment.

GALENI COMMENTARIVS.

NOn apud medicos ſolum, ſed etiam apud rhetores quæri agitarique ſolet, quònam diſcrepet à ſigno indicium certum, quod Græci τεκμήριον vocant, quæſtione non in verbis ſolùm habente locum, quemadmodum alicubi, ſed etiam res ipſas attingente. Oportet enim duplicem quandam inueniri naturam rerum ex quibus medici præſentiunt: rhetores demonſtrant aut ſuadent. In iis igitur quæ ſumuntur in demonſtrationes, ſiue ſcientiarias, ſiue veriſimiles, differentia vna eſt neceſſaria, & aſſidue habens alterum alteri ſubſequens, ex quibus propoſitio conficitur: alia verò non neceſſario nec aſſiduè ſed magna ex parte duntaxat. Quinetiam ex alia differentia, hæc ex obſeruatione empirica, illa ex rationali ſequela eſt: quod ſane eſt demonſtratio. Hæc igitur rerum differentia habetur: nominibus verò in eis non omnes æqualiter vſi ſunt: ſed elegantiores (prætereo enim ſponte alios) in prima ſectione de eo quod perpetuum eſt, vnum quodlibet indicans, cenſent vtendum indicij certi appellatione: ſignum verò nominant alterum, in ſecunda verò ſectione, quod ex obſeruatione eſt, ſignum: quod verò ex demonſtratione eſt, indicium certum dicunt. Cæterùm vt autores ita nominibus vtantur, non medicos ſolùm ſcire vtile eſt: ſed etiam illis quibus arte congruit græcizare. At verò vt ad demonſtrationes ac præſentiones prædictam rerum differentiam cognoſci, vtiliſſimum ſit, perſpicuum cuinis eſſe exiſtimo. Sed vtrum ambo ſuam aſſiduè ſeruent vim, quæcunque bonum denunciant, & quæcunque malum: dignum conſideratione eſt. Ipſe igitur in ſententiis dixit: Per morbos minus ij periclitantur, quorum naturæ morbus conuenit, aut ætati, aut habitui, aut tempori, quàm quibus non conuenit aliqua ex his ratione. Hoc igitur non diſcrepat ab eo quod nunc eſt proditum. Malum enim aliquod ſignificare dixit aſſidue mala indicia: non tamen vt ſimiliter, aut vt non ſimiliter inſuper adſcripſit prædicta ſententia: neutrum autem transferri in contrariam naturam: ſed hoc in ipſis magis minúſque exiſtere dicit pro natura, ætate, & aliis quæcunque enumerauit, quocirca ex hoc nequaquam ab Hippocrate contraria dicentur. Illud verò magis pugnare videtur dum ait, iis quæ non ex ratione leuant, confidendum non eſt: nec metuenda admodum ea quæ præter rationem incidunt mala. Hæc enim magna ex parte infirma ſunt, nec perſeuerare aut immorari diutius ſolent. An idipſum eſt, propter quod etiam adſcripſit nunc nobis propoſitam dictionem? Accidentia enim quædam de prauis in bona, atque etiam de bonis in praua mutantur: ſigna verò nequaquam veris natura in contrarium ſolent: ſed magis ac minus aut malum aliquod ſignificare, aut bonum: non tamen nunc bonum, rurſus verò malum: aut malum nunc, rurſus verò bonum. Igitur quæcunque in vrina docuit eſſe mala ſigna, hæc haud vnquam bona euadent: quemadmodum neque bonum vllum, malum. Itidem quæcunque de ſcreationibus vel deiectionibus tanquam bonis aut malis dixit, nullum in contrarium vertitur. Pari modo nec quæcunque circa vultum fieri docuit ſigna aut ex colore, aut mole, aut figura atque etiam decubitu, déque liuidis aut nigris partibus, aut alia quauis tali affectione. Omnia enim vim retinent propriam, non ſecundum ſcilicet magnitudinem (antea enim dictum eſt vt recipiant maioris minoriſque diſcrimen) ſed ſecundum genus, propterea quòd nullum bonum ad genus euariat malorum, nec vllum ex illis ad genus bonorum, quoties ſcilicet cum propriis finitionibus conſiderantur. Non tamen in accidentibus ita res habet. Quidam enim ſpirant difficulter, atque etiam delirant, & illa conuelluntur, ac ſplendorem intueri credunt, & obuerſari tenebricoſa quadam ratione indicationis. Quinetiam cor dolore afficitur, & infernum labrum intremiſcit: & abſceſſus ſecundum auriculas, aut aliquo alio loco erumpit. Conſtat enim vt hæc omnia quandoque eueniant (vt diximus) ratione indicationis. quandoque verò grandeſcentibus morbis conueniunt. Ita fit vt illud ſit ab eo merito proditum: Decretoria hauquaquam decernentia partim inferent mortem, partim difficilem iudicationem. Sed de huiuſmodi omnibus tum alio loco, tum etiam libro de indicationibus perpenſum eſt: ita vt nihil inſuper ad præſentionem deſideretur, & ob eam rem quòd aſſidue moneo, nunc quoque perſequi non dubitabo. In primis quidem maximéque ſtudendum præcipio, diſcere quæcunque medicinalis artis officia ſunt: alia verò quæcunque partim in voce ac ſignificatione quæſtionem habent, partim rationem comitantur, contemplationem pòſt, & in maiori otio aggredi: quemadmodum & nunc de ſignificationibus verbi indicium, certum, ac ſignum. Cùm enim quod ad artis officia vtile eſt, dictum mihi ſit,

adiiciam

Digitized by Google

eſt, dictum mihi ſit, adiiciam aliquid conſequens & de horum enarratione, aliud ab iis quæ ante dixi: id verò tale eſt: De accidentibus decretoriis afferre verum ſignum conuenit, indicium verò nequaquam conuenit. Sola enim illa ſigna ſimul & indicia nominantur, ex quibus licet certò coniicere aliquid de ſalute & internecione ægri, quæ comprehendens vno capite dicet aliquis eſſe ſignificationes virium gubernantium corpus, quo pacto robore valeant aut deficiant: in quibus ſcilicet cruditatis etiam aut concoctionis ſigna continentur: ex accidentibus verò decretoriis nullum talem habet naturam, ſed indicant fore iudicationem, vt per excretionem, aut abſceſſum: & ad hæc, per quam excretionem, aut abſceſſum, verbi gratia, ſanguinis fluorem, aut vomitionem, aut abſceſſum qui propter particulas erumpat. Sed vtrum bona iudicatio futura ſit, an mala: per hæc ſigna nequaquam colligere licet. Conſtat enim vt omnes tales iudicationes nihilo minus in bonũ quàm in malum finiantur: docuitque nos finitionem earum firmiſſimam, non ex quibuſdam accidentibus ductam, ſed ex quibuſdam ſignis certiſque indiciis. Concoctio enim (dixit) celerem iudicationem, ſecuram ſanitatem ſignificat. Cruditas verò, aut incoctio, aut conuerſio in malum abſceſſum, aut non fore iudicationem, aut temporis longitudinem, aut dolorem, aut mortem, aut horum ipſorum recidiuas oſtendit. Quocirca fore iudicationem, ex accidentibus decretoriis (quæ etiam ſigna decretoria nominari conuenit) præſentire poſſibile eſt. Sed vtrum in bonum an malum iudicatio ſit abitura, per concoctionem cognitio eſt: quæ rurſus haudquaquam fore iudicationem præmonſtrat, ſed conualiturum hominem aut moriturum. Cæterum hæc tibi erit ad eas quæ prodita ſunt, appellationum alia enarratio, vnà cum rebus vtilioribus ad artem prodita. Itaque memineris vt ſigna quoque decretoria accidentia genere exiſtant, indicantia futuras excretiones aut abſceſſus: hæ verò cauſa ſunt vt morbus ſoluatur, aut vt exoluatur facultas, primaria ratione: ſed ex accidenti ſigna quoque exiſtunt.

ANNOTATIO IN GALEN. COMMENT.

IN prima parte ſupponit duas diuiſiones, quæ circa res ipſas verſantur, quæ aſſumuntur ad aliquid demonſtrandum, atque probandum: aut enim id quod aſſumitur, neceſſario concludit id, cuius gratia aſſumptum eſt, aut non neceſſario. Præterea ex his, quæ aliud probant, quædam ſunt argumenta rationalia, quæ etiam ſyllogiſmi appellantur, quædam ſunt experimenta. Via prima, analogiſtica ratiu eſt, ſecunda epilogiſtica, de quibus lib. 1. in ann. circa Comment. 2. diximus. Id ad quod neceſſario aliud ſequitur, tecmerium, hoc eſt certa coniectura appellatur: quod ſi non neceſſario id ſequatur, ſignum dicetur. Præterea circa ſecundam diuiſionem, id quod probat aliud in via rationali, eſt tecmerium, vt Galen. inquit libr. 1. de Rat. vict. in acut. Comment. 2. τεκμήριον autem veteres appellant ſyllogiſticum ſignum. Et Cic. inter Rhetores in Partitionibus ea quæ ad coniecturam ſpectant ſcribit, quæ ſumitur à cauſa & euentu: id verò quod empirice probat, ſignum eſt. Exemplum in via empiricorum, ſi quis probet faciem, quam depinxit Hippoc. eſſe malam, quoniam omne quod eſt naturæ aduerſum, eſt malum: & facies quam depinxit Hippocrat. eſt naturæ aduerſa. Rurſus, vt ſi quis ex eo quòd multi, qui talem habuerunt faciem, perierunt, probet eam eſſe lethalem, in via autem rationali, & à cauſa, ſi quis eam faciem malam eſſe probaret, quoniam ſummum languorem facultatis oſtendit. Vbicunq; legitur, *Indicium certum*. Legendum, Tecmerium, id eſt certa coniectura.

Galen. obiectiones.

IN ſecunda parte, quæ incipit (Sed vtrum) mouet ac ſoluit dubium. Sumitur verò ex Aphoriſm. ex 34. lib. 2. vbi dixit, In morbis minus periclitantur, quibus propriæ naturæ, aut ætati, aut habitui morbus magis congruit, quàm quibus ſecundum nihil ipſorum congruit. Vnus ergo & idem morbus, cum eiſdem notis, in quibuſdam hominibus eſt magis malus, quàm in aliis: non ergo in omnibus ſignificant bona bonum, & mala malum. Verontamen id non contradicit Progo. præſenti. Ratio eſt, quoniam licet non habeant ſigna omnia in omnibus æquam malitiam, vt in Aphor. quæ tamen mala ſunt in omnibus temporibus, ætatibus, & cæteris mala ſunt. Pariter de bonis dicendum.

Mala indicia. Græcè, χϛ, legendum autem κακὰ, id eſt, mala. *Non tamen vt ſimiliter aut non ſimiliter inſuper adſcripſit prædicta ſententia: neutrum autem transfert in contrariam naturam.* Græcè, ὁ μὲν ὅτι γε ὡσαύτως, ἢ οὐχ ὡσαύτως ἔτι προσγέγραφεν ὁ εἰρημένος ἀφορισμὸς, οὐδέτερον δὲ μεταπίθησιν εἰς τὴν ἐναντίαν φύσιν. Hæc litera Græca errata, fecit Laurentianum confusè conuertiſſe ſententiam: eſſet enim ſic ſcribenda, ὁ μὲν ὅτι γε ὡσαύτως ἢ οὐχ ὡσαύτως ἔτι προσέγραφεν ὁ δὲ εἰρημένος ἀφορισμὸς οὐδέτερον μεταπίθησιν εἰς τὴν ἐναντίαν φύσιν. quod eſt, non tamen id ſuperaddit, quod ſimiliter, aut non ſimiliter: prædictus verò Aphoriſmus neutrum transfert in contrariam naturam.

Codex Græcus corrigitur.

IN tertia parte, quæ incipit (Illud magis) contra ſententiam præſentem adducit Aphoriſm. 27. ſect. 2. His qui non ex ratione leuius ſe habent, non oportet fidere. Sequitur ergo, quòd aliqua ſigna ſunt, quibus non oportet fidere. Veruntamen, vt inquit, horum cauſa hæc ſententia ſcripta eſt, vt intelligamus eſſe quædam accidentia decretoria, quæ bona & mala eſſe poſſunt, ac infida & ob id ſunt. Alia verò ſunt quæ diximus, ſigna coctionis, & tecmeria, & alia ſigna ſalutaria, vt ex colore, mole, figura, decubitu, nigræ aut liuidæ partes: quæ omnia fida ſunt, in maioris ac minoris ratione. Sed de his ſatis in expoſitione prognoſt. dixi, & Galen. hoc in loco. Veruntamen contra ſententiam iſtam videtur pugnare: nam in præſenti loco inquit, Accidentia enim de prauis in bona, atque etiam de bonis in praua mutantur: ſigna verò nequaquam verti in contrarium ſolent, ſed magis ac minus, aut malum ſignificare, aut bonum, lib. tamen 1 de Criſib. cap. 14. de Signis & accidentibus loquens, quæ ſunt ſigna ſalutis, vt conſtare mente, & bene ſe habere ad oblationes, bonus accubitus, inquit, At eſſe talia vt plurimum omnibus ineſt: erunt ergo mutabilia. Præterea lib. de Criſib. citato loco, de ſignis prædictis, de quibus ſimiliter hic loquitur, dixit, Quæcunque enim ſimpliciter bona aut mala nominat, ſæpius talia exiſtunt, hic tamen inquit. Nequaquam in contrarium verti ſolent: quæ tamen ſæpius talia exiſtunt, aliquando in contrarium verti ſolent. Ad hæc reſpondetur, quòd iſta ſigna ſalutis nunquam mala erunt, quæ ſemel bona ſunt: ſæpius autem talia erunt, quoniam ſæpius oſtendent bonum in morbis ſucceſſum, aut malum. Et quæ indicant bonum, poterunt aliquando ferè nullius eſſe momenti: verùm nunquam malum ſignificabunt, veluti bonus accubitus, vbi morbus crudus eſt, ferè nullius eſt momenti: ſicuti & malè ſe habere ad oblationes, vbi morbus coctus ſit: ſimiliter in ſummo vigore acceſſionis mente turbari. Vbi ergo huiuſmodi ſignis cognitis medicus voluerit quippiam de morbis prædicere, ad ſigna alia conuerti debet, id enim ſignatum inſinuauit Hippo. lib. præſenti, Progno. 17. fauces vlcerari cum febre difficile. Veruntamen ſi aliquid aliud ſignum ſuperuenerit

Galen. obiectio.

Accidentia decretoria infida.

Obiectio.

Obiectio.

Solutio.

Signorũ diuerſitas in ſignificando.

nerit eorum, quæ malis adiudicanda ſunt, prædicendum hominem in periculo eſſe. Et Gal. in Com. loquit, Commune verò in cunctis erit tibi præceptum maximè in his, qui neque exquiſitè optimi, neque peſſimi habentur, in quibus ipſe Hippo. conſueuit præcipere, & alia ſigna conſiderare. Itaque certæ coniecturæ, ſiue tecmeria, ſemper eadem indicant, & ſemper talia fiunt, qualia indicantur: ſigna tamen ſalutis quæ ſigna ſunt, non tamen tecmeria, ſemper talia indicant: verùm non ſemper talia fiunt, qualia indicantur. Accidentia verò decretoria, neque ſemper talia indicant, neque ſemper talia fiunt, qualia indicantur. *Quum etiam.* Græcè, *καὶ μὴν καὶ καρδιαλγεῖν, καὶ χεῖλος τὸ κάτω σείεσθαι καὶ παρωτίδας, καὶ τινὰ ἑτέρην ἀπόστασιν ἔχειν*, quod eſt, Vtique & os ventriculi dolere, & labrum infernum agitari, & parotidas, atque aliquem alterum abſceſſum habere. *Vt illud ſit ab eo merito proditum.* Lib. 2. de Morb. pop. tum etiam lib. de Iudicationibus 1. cap. 14. *Indicium certum.* Græcè. *τεκμήριον.*

In quarta parte, quæ incipit (De accidentibus) docet licere accidentia decretoria appellare etiam ſigna, non tamen licere appellare ea tecmeria: ſola enim illa tecmeria & ſigna nominantur, quæ oſtendunt robur aut imbecillitatem in aliqua de tribus facultatibus, de quibus ſunt notæ coctionis. Decretoria verò potius ſigna & accidentia appellantur: accidentia ex genere, ſigna verò ex accidenti, vt in fine Comment. *Afferri.* *κατηγορεῖσθαι*, quod eſt, prædicari. *Concoctio enim dicit*, lib. 1. de Morb. popul. part. 2.

PROGNOST. XL.

QVandoquidem & in Lybia, & in Delo, & in Scythia, quæ ſcripta ſunt, apparent veridica ſigna.

Quemadmodum ſigna omnia, de quibus loquutus eſt in præcedentibus, idem ſignificare dixit in omni anno, & in omni tempore, ita etiam in omni regione vera eſſe modò ſcribit, volens ipſa conſimiliter in omni regione ſignificare, ne forte quis id ignorans putaret in patria Hipp. licere ſic prædicere, non tamẽ in aliis, vt in noſtris etiam temporibus faciunt Barbari, in parte artis medicæ curatiua contendentes, non eadem methodo curandos eſſe morbos, nunc & temporibus Hipp. neque in regionibus noſtris, & regione Hippo. In tantum enim proceſſit eorum malitia, ignorantię coniuncta, vt malint duo

Barbarorum error.

Gordonio aut Silano, aut alij cuiuis ex recentioribus Barbaris iugulare ægros, quàm eoſdem Hippo. & Gal. præceptis ſanitati reſtituere, obiicientes, noſtro tempore corpora non adeò robuſta eſſe, vt tempore Hippo. neque etiam alimenta ſimiles alendi ac roborãdi vires habere: nos aliam regionem multum à Coo diuerſam incolere, & Auicennam Hiſpanum fuiſſe, & qui ſatis nouerit medicamentorum huius noſtræ regionis vires: præterea multa medicamenta nuper inuenta eſſe, & antiquiora correcta, adeò vt omnem amiſerint malitiam, quæ omnia Hippoc. & Gal. temporibus ignorabantur. Verùm ô impudentiam, quæ non niſi hominem Auicenniſtam decet.

Corpora noſtra tempore non minus robuſta, quã olim.

Sacra litera hominũ robur diffiniunt.

Quòd enim noſtro tempore corpora non minus robuſta, quàm præterito ſint, certo credes, niſi poëtarum fabulis hæſeris, vt namque in ſacris literis habetur Pſalmo 89. potentatum eorum octoginta anni, amplius labor & dolor, quòd noſtris etiam temporibus, pariter vt in illis fit. Quòd autem ferunt quoſdam vixiſſe 300. annis, vt Ephorus Archadum rex, Dandonem quendam in Illyrico quingentis, & Xenophontem in Periplo 600. annis, & filium eius 800. reſpondet Plinius lib. 7. cap. 48. Hæc omnia ex temporum inſcitia acciderunt. Annum enim alij æſtate vnũ determinabãt, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuere, quidam lunæ ſenio, vt Ægyptij. Itaque apud eos aliqui & ſingula millia annorum vixiſſe produntur. Neq; eſt cur credere debeamus, fieri rerum omnium perpetuam diminutionem, vt exiſtimant: miraculosè enim fieri, vt perpetuo homines, qui ſuccedunt, ſint imbecilliores, non accepimus. Natura autem id euenire poſſe, nullus philoſophorum inuenit, quum mundum exiſtiment perpetuum a parte antè, quod eſt, ipſum eſſe increatum: ſequeretur enim apud ipſos, homines iam diu du-

De mundi æternitate ſecundùm philoſophos, & caducitate. vide Hyero. Magium.

ctos eſſe debere ad ſummum languorem, quod non viderunt, eſſétq; id argumentũ euidens ad probandũ mundũ non fuiſſe perpetuum. Si namq; perpetuum eſt, & ſemper rẽdunt in diminutionẽ res omnes, infinito ante hac tẽpore, omnes rerum ſpecies defeciſſent. Vnde ſequitur manifeſtè, philoſophum omnem debere concedere, aut mundum fuiſſe creatum, aut res non tendere in diminutionem. quòd ſi mundum creatum concederent, ſed incorruptibilem, res omnes ad ſummam imbecillitatem peruenturas concedant neceſſe eſt. quod non concedent. Præterea nos paulò minus abſceſſimus ab Auicenna, & Rhaſio, quàm ipſi à Galen. ergo cùm noſtra corpora ſemper in debilitatem maiorem tendant, neque nobis licebit medicamentis Auicennæ vti, theriaca quoque inutile erit medicamentum, ac Mithridatium. Præterea ſi & medicamina, & corpora ſimul vires amittunt, quid eſt, quo minus languida corpora elleboro vtantur, ſimiliter debili: quandoquidem corporibus ſimiliter medicamenta languent, aut neutrum. Inutiliter itaque libri ſcriberentur, ſi antiquorum probata medicamenta nobis inutilia forent, quod piaculum eſt, contra ſancita illa primi Aphoriſm. ſectio. 1. Quòd tamen regiones diuerſæ ſint, non tollit curandi vniuerſalia dogmata, quæ ſimiliter docent regiones, tempora ac cœli ſtatus diſtinguere: neque particulares medicaminum ac ciborum adminiſtrationes, aliter ex regionibus diſtinguere conuenit, quàm ex ipſis temperaturis, & ætatibus.

Secundum philoſophos Chriſt.

Regionũ diuerſitas non impedit vniuerſalia dogmata.

Quod autem de elleboro clamant Barbari, nigrum exhibere, non eſt à ratione alienum, in multis morbis, multiſque ægris, album verò in pertinacibus morbis, vt Galen. & Paulus præcipiunt, tutiſſimum eſt, vt in podagra, aqua inter cutim, elephante, melancholia, morbo comitiali, inquit Paulus, Elleborus exhibendus eſt diutius pariter & grauibus ægritudinibus correptis, vbi reliquorum adminiculorum ſpes ſublata fuerit. Offerendum igitur in aqua inter cutim, malo habitu, elephanto, & relaxatione, in quibus conſtantes facultate tutiſſimos modo eſſe. Neque tamen volo omnino interdicere diligentiæ inquirendorum medicamentorum, ſed iam inuenta probare, cum antiquorum conſenſu, & permittere aliorum facere inquiſitionem examinatione diligenti. Vtique de purgantibus medicamentis, quæ modò inuenta ſunt à Neotericis, tam ſimplicia quàm compoſita, laudo quæ experta ſunt, ac mitia, & ſine magna moleſtia purgantia, antiquis non exploſis, quæ ſimiliter corrigi poſſunt. Verùm hæc omnia in omni regione & omni tempore pariter valent, quibuſdam animaduerſis, quæ in vniuerſalibus regulis continentur. Sic & prognoſticæ ſententiæ, in omni anno, & omni tempore, ex eiſdem notis ſumuntur, & ſimili modo in omni regione, vbi in ægrotantibus inuenta fuerint eadem

Medicamenta inquirenda & probanda.

ſigna,

Libya quo loco ſita.

ſigna, idem etiam conſtanter ſignificabunt, vt in Libya, Delo, & Scytia: quatum Libya ſatis calida eſt, quod conſtat, quia in quarta tabula Aphricæ ſita eſt, ſub tropico Cancri, ad quem locum ſol pertingit, neque vnquam ab eo plurimum recedit, quemadmodum à regionibus ſeptentrionalibus: oſtendunt etiam ipſius calorem, animalia ibi degentia, vt leones, pardali, dracones. Delos verò temperata eſt, in tabula decima Europæ ſita, longitudine ab Occidenti 52. gradibus paulò plus, latitudine ab æquinoctiali 37. cum dimidio, non minus quàm reliqua Græcia temperata, quæ Thebis iuxta poſita eſt, medio ferè loco inter Achaïam & Eubœam inſulam, à mari non plurimum diſſita, quod ad locorum temperiem in frigore & calore multum agit. Scythia à Scytha Herculis filio ſic dicta, vt inquit Herodotus, partem habet intra Imaum montem, & altera eſt extra Imaum montem. Imaus verò mons 140. gradibus longitudinis ab Occidenti ſitus, ab æquinoctiali 35. diſtat, etſi ipſe ſimul ac tota regio ad 60. vſque gradum extendatur, verſus polum arcticum. Vnde fit, vt regio ſatis frigida ſit pro maiori parte, hominéſque ferat robuſtiſſimos, & qui inuicti ſemper manſerint, neque externum dominum admiſerint, neque ipſorum Romanorum arma ſenſerint: ferinis ac murinis pellibus contra regionis frigora muniuntur.

Delos quo loco ſita.

Scythia quo loco ſita.

GALENI COMMENTARIVS.

N*On ſecundum ſolitam ſibi breuitatem de terris habuit ſermonem, etenim prælatæ dictioni duabus adiectis ſyllabis, nihil inſuper hac dictione opus fuit. Igitur adiiciens ego eas, oſtendam qualiſnam ſermo fuiſſet. Probè verò peritum eſſe oportet de indiciis certis ac ſignis, ſciendúmque vt quouis anno, & quouis tempore, & terra, mala malum, bona bonum denuncient. In hac dictione verbum terra adiiciens, indicaui tibi ſuperuacuam eſſe nunc proditam dictionem. Nihil enim aliud per eam oſtenditur, quam vt ſigna tum bona, tum etiam mala ſibipſis idem alterutra denuntient quouis tempore, ſi calidum, ſi frigidum, ſi modificatum ſit. Lybiam enim tanquam calidam, Scythiam tanquam frigidam, Delum tanquam modificatam, mediámque inter vtrámque, gratia exempli, commemorauit.*

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Galeni Comment. nulla eget annotatione, præterquam quòd vbi ſcribitur, *Terris*, Græcè ſcribitur, χώρων, id eſt, regionum. Sic & vbi, *Terra*, χώρη, hoc eſt, regio.

PROGNOSTIC. XLI.

BEne igitur noſſe oportet, quod in ipſis regionibus non eſt difficilè multiplicia ipſorum conſequi, ſi quis ediſcens ipſa, rectè iudicare ac ratiocinari ſciat.

Non ſolùm ea, quæ ab Hippocr. ſcripta ſunt in hoc libro, poterit conſequi medicus, inquit, ſed multa alia diuerſorum modorum, quæ bene ratiocinanti erunt facilia, vbi primùm hæc nouerit, & vtrum facultatum eſſentias, ac operationes calluerit, intellexeritque ea, quæ ſunt ſecundum naturam, & ea quæ præter naturam, quantum etiam ex his, quæ ſunt præter naturam, vnumquodque ab eo quod ſecundum naturam diſtet, & inde eliciat, quantùm mali habeat vnumquodque ſignorum oſtendere. Ad quod maximè conſequendum, decet primùm in liberalibus diſciplinis eſſe medicum inſtitutum, potiſſimum in Logica & Philoſophia naturali: in Logica quidem vt probè ſciat ratiocinari, ac noſſe aliquid ad alterum ſequi, non quodlibet ad quodlibet. Philoſophia verò præſtabit viam cognitionis elementorum, temperaturarum, facultatúmque omnium, atque ſingulorum membrorum poteſtatem, quod theoricam medicinæ appello, vt inde facilimè & paſſionem & particulam omnem corporis patientem cognoſcat. Prænoſcere idem docet in ſingulis ſingula, præſentia, præterita, ac futura, ſine quibus nullius mali curationem medicus aggredi debet, qui veretur homines excarnificare. Qui enim ſine theorica artis parte, quæ docet hæc, quæ dixi, & ſimilia conſiderare, promittit morbi alicuius curationem, ac practicum ſe iactat (melius dixiſſet empiricum) is eſt qui vnico tantùm crure incedere contendit. Quum tamen, vt inquit Galen. lib. 8. de compoſit. med. per locos, cap. de iecoris affectibus, qualem facultatem præſtat ad incedendum vtrumque crus, talem in arte medica ratio & obſeruatio. Nemo igitur in poſterum iactet empiriam ſiue practicam, ſine theorica, niſi ſe ipſum laudare velit rationis expertem, & omnium rerum ad artem medicam pertinentium protinus ignarum ingenuè fateatur. Quid enim proderit, te audiuiſſe, aut legiſſe, aut experimento probaſſe, verbi gratia, ſyrup. capillorum veneris, conferre in morbo laterali ad facilè ſpuendum humorem, niſi prius noueris, quòd medicamina ad id valentia debent eſſe moderata, ne frigore compingant humorem, aut calore tenuem partem abſumant, & craſſam ſcreationi inhabilem reddant, quódque ea quæ moderata ſunt, aptiſſima ſunt ad coctiones coadiuuandas? Inutilis igitur & fatua, quinimo ſummè humano generi pernicioſa eſt medicina, quæ ſine theorica exercetur: & medici ea vtentes, qui etiam theoricam ad ſcholam remittunt, eſſent à iudicibus in ſcholam medicinæ reducendi, aut omnino ab hominum commercio ſegregandi, ne eſſent populo neces, & aliis medicis pernicioſum contagium. Qui igitur in Logicis philoſophicis, parte artis medicæ theorica, inſtitutus fuerit, multò aliis reddetur elegantior, ac præſtantiſſimus medicus erit, promptiſſimus ad prænoſcendum præſentia, præterita & futura, non tantùm quæ in hoc lib. habentur, ſed & multa alia, quæ in lib. de Locis paſſis, à Galen. ſcripta ſunt, in quibus etiam medicum exerceri quàm maximè decet. Inde quoque, ſi attentè, quæ habentur in libro de Morb. curandis, obſeruauerit, certiſſimam etiam aſſequetur omnium morborum curand. methodum. Huius Prognoſt. ſententiam exponit Galen. libro quarto, de Ratione vict. acut. Comment. 61.

Medicus in quibus inſtitutus eſſe debet.

Practici medici ſine theorica.

Medici qui theoricam ad ſcholam remittunt.

GALENI COMMENT.

Q*Vod nos antea diximus ex vſu orationis, id hoc loco Hippocr. ſcripſit: vt ſi rectè ediſcas vires indiciorum, quamquàm non aſſiduè exquiſita ratione præſentias futura, tamen rata præſentiones multo plures erunt irritis præſentionibus. Qua in re & alter altero peritior eſt in cuiuſlibet rei præſentione. Nunquam enim allucinari, ſupra captum hominis eſt: ſed quàm minimè oberrare, ſolius artificis eſt. Sed cùm magna vel ea in re diuerſitas habeatur: qui vicies præſentiendo, oberrat ſemel, multo melior eſt, quàm qui decies prædicendo, oberrat ſemel: ipſo verò hoc rurſus melior is eſt, qui centies præſentiendo, oberrat ſemel: quemadmodum rurſus quam is ipſo melior eſt, qui ducenties præſentiendo oberrat ſemel. Igitur non rectè nos interrogant Empirici, vtrum theoremata, quæ magna ex parte eueniunt, adiectione rationis intranſducibilia ac perpetua faciamus. Deinde non valentes indicare, demonſtrare, exiſtimant coarguiſſe tanquam*

ex ſuperabundanti rationem adiicientes. Nam ſi non perpetuo, certè ſæpius quam illi, finem artis conſequimur, quemadmodum præſentiendo futura in ægris, ita etiam illis medendo.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Errare nunquã captum hominis excedit.

Locus aduertendus.

In prima parte Galen. Hippoc. commendare refert, vt vires ſignorum omnium rectè perpendantur: inde enim ſequitur, vt rarò admodum in prædicendo erret medicus. Velle enim nunquam errare, hominis captum excedit, quam ſententiam ſcripſerat ſupra Galenus in longa enarratione præfationis parte quarta.

In ſecunda parte, quæ incipit (igitur non rectè) reſpondet ad quandam empiiicoium obiectionem, qua probare tentant, inutilem omnino eſſe rationem, ad roboranda medicorum dogmaia: ſatis enim facere dicunt experimentum, quandoquidem ratio non poteſt dogma reddere in vniuerſum verum. Quod rurſus probant, quoniam vniuerſalia, quæ in libro Prognoſticorum habentur, non omnino vera ſunt, ſed magna ex parte: nec quiſpiam iam certus eſt in prædicendo, vt nunquam aberret. Exempli gratia, vrina nigra ſignum lethale eſt, ad quod probandum ſufficit, quod ferè omnes, quos vidimus, vrinam nigram in morbis acutis mingentes mortui ſunt: quod verum eſt etiamſi ratio non accedat. Quòd ſi ipſa acceſſerit, non magis faciet ipſam vniuerſalem: veluti ſi adiecèris ad id probandum, quòd vrina nigra oſtendit caloris naturalis extremum languorem, & caloris præter naturam maximam vehementiam, quæ quum adfuerit, mortem nuntiat. Licet enim hæc ratio accedat experimento, non reddit vniuerſale dogma, quod docet vrinam nigram eſſe ſignum lethale, quandoquidem aliquis cum ea vrina manſit ſuperſtes. Ad quod Galen. reſpondet, eam eſſe rationalium & empiricorum differentiam, quòd vbi empiricus veritatem ſemel attigerit in prædicendo, decies attinget rationalis, & vbi vnius morbi curationem empiricus aſſequatur, rationalis decem ſanabit, ſi omnes ſanare ſit impoſſibile, etiam ſi morbi curationem admittant: ſicuti & nunquam aberrare in prædicendo, hominis captum excedit. Adde quòd maior cauſa errandi non oritur ex ſignis ipſis, & præceptis vniuerſalibus, ſed quoniam medicus aut non omnia ſigna rectè nouit, aut nota non perpendit eorum vires.

Notabile diſcrimen inter Empiricum & Dogmaticum.

PROGNOSTIC. XLII.

NVllius morbi nomen deſiderandum eſt, quod hic non fuerit ſcriptum: omnia enim quæ in temporibus prædictis iudicantur, eiſdem ſignis cognoſces.

Qvædam theoremata ſcripta ſunt in præſenti opere, determinatis morbis propria, veluti quæ de tumoribus in hypochondriis, & de ſuppuratis, & de aqua inter cutim: quædam verò vniuerſaliter omnibus morbis ſunt communia, vt quæ de vrinis, deiectionibus, ſudore, reſpiratione ſcripſit. Quæ igitur citra diſtinctionem dicta ſunt, & nulli morbo appropriata, omnibus conuenire videntur, qui ſimilem habeãt naturam in genere morborum: quemadmodum quum dixit, bonam reſpirationem quàm maximam vim habere ad ſalutem in omni morbo acuto, qui cum febre ſit, & quadraginta diebus iudicetur. Quod enim de acutis morbis dixit, de phrenitide, & febre ardenti, & pleuritide, & reliquis, qui intra terminum acutorum finiuntur, intelligi debet: quod autem de his, qui quadraginta diebus iudicentur ſcripſit, de omnibus talibus intelligitur, nullo nomine morbi adiecto.

Theoremata propria.

Theoremata communia.

GALENI COMMENTARIVS.

ID mihi videtur adiecisse in calce orationis, quia de morbis acutis & aliis quæcunque ex his fiunt, hoc loco preceptum eſſe commonuit. Itaque commemorans vt per multa ſigna à ſe prodita, tum bona, tum etiam mala, ſimpliciter dicta de cunctis in commune morbis ſunt, pauca vero de quibuſdam definitis: hoc in animum etiam nobis reuocauit, adiiciens nihil eſſe per ſermonem omiſſum: quod forſitan nos falſum exiſtimauiſſemus, quoniam quorundam habuit mentionem nominatim, aliorum non: id enim hoc indicat non temere a ſe factum, nec ſine aliqua cauſa. Sed quoniam præter alios quidam morbi preceptis egebant propriis, ob eam rem eorum mentionem habuit ſeorſum: omnes alij omiſſi, ſub communibus ſignis collocantur. In primis ab eo perſcriptum, quem appellant vultum exitioſum in omni morbo acuto, exitioſum verè dictum eſt. Pari ratione quæcunque de accubitu ſcripſit, aut ſpiratione, aut ſomno, aut inſomnia, aut aliis quæcunque, communia ſunt omnium qui prædictis temporibus iudicantur. Non enim de diutinis commentarium eſt, ſed (vt ipſe dixit) de acutis & aliis qui ex illis conſiſtant: quorum tempus ipſe etiam indicauit, in quibuſdam vigeſimum diem, in quibuſdam quadrageſimum aut ſexageſimum terminum ponens.

ANNOTATIO IN GAL. COMMENT.

Galeni Comment. adeò clarus eſt, vt nulla egeat annotatione: præterquam quòd vbi legitur, *Spiratione*. Græca litera habet, *ἀναπνοῆς*, hoc eſt, reſpiratione. Et vbi legitur, *Quæcunque*. Græcè habetur, *ὅσα κατὰ πάντας δὲ ἐστὶν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις χρόνοις κρινομένοις*, quod eſt, Quæcunque omnino communia ſunt his, qui præſcriptis temporibus iudicantur.

FINIS.

INDEX IN OMNIA OPERA CHRISTOPHORI A VEGA.

ABicienda quædam à libris Hippocratis. 852
Aborſus quid. 594
aborſus cauſæ & curatio. 403 & 643
abortiuni præter naturam extenuatę. 643
aberrare rarò, nihil detrahit à dignitate artis. 681
abſceſſus. 824
abſceſſus digreſſus eſt à morbo in morbum in acceptione quadam. ibid.
abſceſſus medius modus finiendi morbos. 872
abſceſſus tribus modis ex Hippo. 824
abſceſſus ad inferas partes. 795
abſceſſus futuri ſigna duobus comprehenſa. 823
abſceſſus recurrentis io partem præcipuam ſigna. 828
abſceſſus quò erumpant. 871.
abſceſſus ſine coctione adhuc boni. 827
abſceſſuum futurorum locum prædicere, vnde ſcire quimus. 826
abſceſſuum ſperandorum argumentum. 824
in abſceſſibus quæ eueniant tempore frigido. 877
in abſceſſibus quæ fiant tempore calido. ibid.
abſceſſuum futurorum definitio. 613
abſceſſus in febribus cum laſſitudine. 613
abſceſſus in conualeſcentibus. 613
ab abſceſſibus euacuationes liberantes. 628
abſtinendum in acceſſionibus. 559
Acceſſiones morborum in exemplo. 418
acceſſiones partium internarum. 613
acceſſiones quare quædam finiuntur. 602
acceſſiones & conſtitutio morbi vnde. 560
acceſſionum tempora. 559. vnicam periodum conſtruunt, docentur à pulſu. ibid.
acceſſio indicatio eſt dura. 574
in acceſſione cibum offerre quando conuenit. 559
in acceſſionum diebus iudicationes. 615
acceſſionum partes ex humorum abſumptione. 516
acceſſionum longitudinis cauſæ. 517
acceſſionum generatio. 518
acceſſionum partes. ibid.
acceſſionum reditus ordinatus à qua cauſa. 524
in acceſſionibus abſtinendum. 559
acceſſio incompreſſa. 466
acceſſio quare ad alteram ſequitur. 516
acceſſio. 519
acetum quid. 148
acidi ructus cauſæ. 657
achores & earum curatio. 297
acidi ſaporis generatio. 494
accidentia non coagunt ad generationem formæ ſubſtantialis. 750
accidentia decretoria infida. 891
aeria excrementa in quibus corporibus. 433
acrochordones. 606
actio læſa per conſenſum minus propriè. 878
actio læſa per conſenſum propriè. ibid.
actio multis modis læditur. ibid.
actio perfecta eſt ſignum letale. 715
actio omnis à forma. 225
actiones caloris in prauis ſuccis. 447
actiones omnes an homo perfectiſſimas edat. 95
actiones non vitiantur ab omnibus morbis pari modo. 275
actiones omnes an à ſimilaribus procedant partibus. 34
actionum perfectio. 93
actionum vitiatarum cauſæ generales. 285
actionum læſarum cauſæ. 266
actionum læſarum generalis inuentio. 266
actionum differentiæ. 266
Actuarij argumentum inualidum. 788
an Actio vehemens ſit vitioſa. 266
acopa medicamenta. 587
acopon quid. ibid.
accubitus ſupinus. 706
accubitus ſupinus quas habet cauſas. ibid.
acus quid. 281
acutorum terminus. 632. & 578
ex Adenum inflammatione febres. 621
adipis generatio & temperatura. 32
admirandi occaſio. 93
adſtricta paſſio. 473
Apparentia quo tempore referunt ægri. 355
Æger moritur cocto morbo. 784
æger quando non omnia narrat. 679
æger ſuffocatur motis humoribus. 868
ægro præteritorum cognitio inutilis. 679
ægrotantibus gratiæ à medico præſtandæ. 583
ægros delinquere in victu tenui, quo pacto. 548
ægilops & anchilops. 328
aer ambiens, vulgò cœlum appellatur. 681
in aëre ſenſificam vim quomodo intelligendum. 715
aer ambiens peſtilens. 500
aer & aqua an putreant. 439
aer quare facilè mutatur. 128
aer diſtemperatis corporibus ſeruandis. 131
aer quantum alterando valeat. 130
aer bifariam corpus mutat. 127
aeris temperatura an ſit calida & humida. 5
aeris præparatio. 126
aeris inſpirati vſus. 127
aeris diſpoſitio. 439
aeris problema. ibid.
æruginoſa bilis. 800
æſtatis temperatura. 128
æſtatis calor quando vehementior. ibid.
æſtatis morbi. 598
æſtate purgare ventres ſuperiores. 605
æſtatis initio pueros optimè degere. 596
æſtimatiua. 725
æſtus vehemens ventriculi & morſus malum. 626
ætas ſubſiſtentium. 43

Digitized by Google

ætas ſcopus correpugnans. 197
ætas ad trigeſimum quintum annum ſanguine & bile abundat. 857
ætas iouenum non definitur vno termino. 872
ætas non prædocet abſceſſus, ſed temperatura. 872
ætas temperata in omnibus temporibus modicè ſe habet. 591
ætatia indicatio. 290
ætates temperamentis diſtinguuntur. 45. & calore. ibidem.
ætatum vniuerſalis diuiſio. 740
ætatum generalis diuiſio. 42
ætatum ordo in ferenda fame. 562
ætatum vrinæ. 549
ætatum diuiſio. ibid.
Affectio conſideranda ad medendi methodum. 285
affectus in quibus ſanguis mittitur. 198
affectus amplo ſignificato. 419
affectuum compoſi. curatio. 288
affectuum complicatorum curatio. 288
Agens naturale ſemper agit niſi impediatur. 491
agendum quid ſit a ſang. miſ. 210
ordo Agendi & patiendi qualitatum quis. 7
agere & reſiſtere an ſint eadem. 7
ἀγρυπνία quid. 571
Album modicè glutinoſum coctionē oſtendit. 805
alæ anſerum. 176
alexiteria & Alexipharmaca. 56
alica quid. 166
allium calidum & frigidum. ibid.
alimentum an deferatur renibus cum vrina. 33
alimenti defectus alimento ſuppletur. 462
alimentum humidum eſt. 468
alimentum vltimum, ſanguis apud Ariſto. 19.
alimenti excrementa. 713
alimenti tranſitus ad iecur. 11
eiuſdem rei egregia ſimilitudo. ibid.
alimentum triplex ex Hippo. 10
alimentum plus partem ingrediens. 575
alimentum an cum vrina ad renes deferatur. 33
alimentorum quid. ibid.
alimenta inſuauia. 584
in alimentis quæ conijcienda. 576
alimentorum exhibitio per tempora. 565
alimento pluri quibus temporibus vetres egent. 562
alimenta quæ citò nutriunt. 576
alimentorum quantitas ex quibus perſcribenda. 547
alimenta quædam citò coquuntur, & tardè deſcendunt. 576
alimenta à quibus cauſis imperficiantur. 148
alimentorum differentiæ. 149
alimentorum confectio. 10
alimentorum diuerſorum ordo aſſumptionis. 187
ἄλυς. 711
ἀλυσμὸς. 707
alopecia quid, curatio eius. 295
ἄλφοι. 598
alterationes in humano corpore tres. 746
altrici & auctrici quatuor facul. miniſtrant, an plures. 64
altricis facultatis origo, & an venæ facultatem habeant ſanguificam. 61
aluerebigas quid. 156
Amantium ſigna, reſpiratio & curatio. 316
ambidexterum Galeno quid. 669
ἀμαυρώμενον 700
amnios quid ſit. 21
amore correpti vuas non amant. 155
amygdalæ dulces. 158
Analogia quid. 108
analogiſmus. 689
anaſarcæ curatio. 383
Anaxion non fuit decimoquarto die ſuppuratus. 633
anethum quid. 163
angina quid. 598
anginarum differentiæ. 658
angina ſaluberrima. 634
angina in pulmoniam. ibid.
angina ex vertebræ luxatione. 514
anginæ lethales quæ. ibid.
angina incurabilis. 791
anginæ periculoſiſſimæ ſigna. 860
anginæ quarta ſpecies. 863
anginæ quatuor ſpecies ex locis diſtinctæ. 860
anginæ ſecunda ſpecies. 862
anginæ tertia ſpecies in duas ſecatur. 863
anginæ ſpecies ex Hippo. ibid.
anginæ cauſa, & ſigna victus. & curatio. 338
anginæ curandæ ordo. 339
anguilla quid. 181
ani procidentia. 374
ani procidentia victus. ibid. curatio. ibid.
anima quid ſit. 60
anima rationalis media. 113
anima rationalis vniuerſalia conſiderat. ibid.
animal ex qua oui parte conficiatur. 31
animal quandiu viuit, nutritur. 64
animal ſpeciem ſumit à matre & à materia. 31
animalia ex ſe mouentur. 118
animalia bruta vocibus conceptus ſuos exprimunt. 90
animalia quæ tardè conſiſtunt, longam habent inclinationem. 167
animalia domeſtica & agreſtia. ibid.
animalium genera cibo diuerſa. 166
animalis facultas quæ ad ſenſus omnes deferatur, an ſit vnica tantùm. 80
animalis facultatis ſedes cerebrum probatur. 78
animalis facultas in corde ſita ex Ariſtot. ibid.
animalis ſpiritus quid. 79
animalium per ætates temperamenta. 167
animalium victus vires variat. 168
animalium ex regione diuerſitas. ibid.
animalium corpora diſflantur duobus modis. 426
animalium ex ſexu diuerſitas. 167
animalium habitus. ibid.
animi deliquij cauſæ. 568
ad animi deliquium euacuatio quādo conuenit. 569
animatorum ordines. 111
animi perturbationum occaſiones. 75
animi perturbationes ad ſanit. agnoſcendæ. 234
animi perturbationes alienæ à viro ſapiente. ibid.
animi perturbationis ortus. 75
animæ pathemata. 74
animæ paſſiones à natura datæ extirpandæ. 233
animæ partes ex Platone. 60
animæ facultates ex Ariſtotele. ibid.
animæ eſſentia methodo inquiritur. 58
animæ eſſentia quænam ſit. ibid.
animæ rationalis pars. 75
animæ intellectiuæ dignitas. 111
animæ humanæ dignitatis perquiſitio. 118
animæ rationalis vires. ibid.
annus ſolaris. 845
anni partes. 563
annorum multorum vſus. 845
Anſer quid. 174
Antiochus Syriæ rex. 686
antiqui excuſantur. 504

antiquo

Index.

Antiqui tẽperamentum optimum prætermiſerũt. 41
antiquorum dogmata. 491
anxietatis cauſæ. 671
Apparatus ad vomitum. 127
apparentia in ſomno non omnia ſunt inſomnia. 107
appendiculum medium inter album & nigrum. 790
appendiculum ſublime Hippocrates damnat. 797
appendiculi locus ad flatum refertur. 790
appetitiua animæ pars. 111
appetitus vitioſus. 356
appetitus corrupti curatio. ibid.
appetitus deficientis cauſæ. 354
appetitus facultatibus omnibus animæ miſcetur. 59
appetitus mouet animal. 108
aphoriſmi & prognoſtici concordia. 851
aphthæ quid. 599
apyrexia. 519
apoplexiæ cauſæ & ſpecies. 316
apoplexiæ magnitudo ex reſpiratione aſſequenda. 69. 317.
apoplexiæ ſigna & curatio. ibid.
apoplexia qua ætate maximè fit. 662
apoplexia magna quare non curatur. 585
apoplexia quæ a febri ſoluitur. 661
apoplexia periculoſa eſt. 585
aprorum caro. 270
Aqua vitæ. 147
aqua hordei non eſt flatuoſa. 346
aqua guſtus dulcis quando apparet. 160
aqua dulcis ſola infrigidat & humectat. 142
aqua ad quos vſus bibitur. ibid.
aqua an alere poſſit. 143
aqua immerſi & naufragium paſſi curatio. 339
aqua an ſit ſummè humida. 5
aqua & nitrum quantum infrigident. 142
aqua quid. 141
aqua hordei. 151
aqua calida cutem emollit. 637
aqua calida ſuppurat. ibid.
aquæ frigidæ incommoda. 636
aqua frigida ad fluxum ſanguinis. 638
aqua frigida mordet. ibid.
aqua mulſa conceptionem detegit. 642
aqua aut pus educi ſenſim debent. 657
aqua per ſpongiam aſcendit. 638
aquarum optimarum notæ. 638
aqua leuiſſima quæ. ibid.
aqua temperata calida dicitur. 635
aqua calida dolores lenit. 637
aquæ calidæ incommoda. 635
aqua intercutem. 754
aqua intercutem à iecore. 757
Dolorem non ſedat. 755
Nec febrem. 753
aqua intercutem ſemper fit læſo iecore. ibidem. & ſequent.
aqua intercutem ex iecoris intemperie. 758
aquæ intercutem ex partibus flaccidis ſigna. 754
aquæ intercutem non omnes cauſas explicat Hpp. & quare. 753
aquæ intercutem cauſæ. ibid.
aquæ intercutem tres ſpecies. ibid.
aquas corrigere. 240
aquarum ex niue effectus. 142
aquarum electio. 141
aquarum genera. ibid.
aquæ pluuiæ. ibid.
aquæ puteaneæ. 141
aquæ ſtagnantes. ibid.
aquæ ex niue & gelu. 141
aquæ fontanæ. ibid.
aquæ fluuiales. ibid.
Araneum quid. 159
Aratus de lunæ apparentiis. 685
arenulæ in vrinis lapidem generari ſignificant. 548
ardens feb. in quo genere. 481
ardens à pituita. 161
ardens febris continens. ibid.
ardens exquiſita tertiana continua eſt. ibid.
Argenterius notatur. 514
Argumenti Hippocratici probatio. 3
Ariſtotelis de conuulſionibus ſententia. 884
Ariſtot. contra ſe. 27. & 30
eius rationes ſoluuntur. ibid.
Ariſt. de ſang. temperato opinio. 12
Ariſtot. de oculi natura. 718
Ariſtot. de anim. fac. 69
Ariſtot. opinio de ſemine. 749
Ariſtotelis opinio de ſterilitate. 643
Ariſtoteles de facultate formatrice dubitauit. 29
Ariſtotelis de pulſu opinio. 69. quæ improbatur. 70
aromatum ſuffitus ad menſes cientos. 639
aron quid. 165
Ἀῤῥωςία. 581
ars medica longa. 544
ars medica quibus proficit. 762
ars tota à ſignis inchoanda eſt. 124
arteriacorum medicamentorum aſſumptio. 340
arteriarum ſectio. 209
articuli quare ſenibus dolent. 602
articulos fractos quid indicet. 709
Aſcites quid. 382
aſcitis victus & curatio. ibid.
Aſſertio de potentiarum accidentali perfectione. 94
aſſertio quid. 223
aſini caro ſylueſtris. 171
ἀσπάτως. 753
ἄση. 708
ἀσώδης. ibid.
ἀσώδεις. ibid.
Aſclepiadis & Epicuri confutatio. 3
aſparagi quid. 163
aſphodelus quid. 165
aſſiſtentium officium. 544
aſſueſiunt naturales facultates. 587
aſſueſcere contrariis. 587
aſthma quid. 600
Aſthmatis cauſæ, ſigna, & victus aſthmaticorum & curatio. 141
Aſtmaticis prodeſt acetum mulſum. 342
Atragen quid. 175
Athenæi opinio de fœminarum generatione. 29
Athenæi ſequaces. 443
athletæ, illorúmque exercitatio. 546
athletarum corpora ſtatim vacuanda. ibid.
athletas vacuare. ibid.
athletarum fames. 547
attractio ſimilitudine formarum fit. 226
attractiones à proprietate. 524
atra bilis exquiſita. 16
atræ bilis notæ. 610
Auctio quare ceſſat. 64
auctio quomodo fiat, ex Ariſtot. ibid.
auditoria facultas organum quale habet, quod etiam obiectum. 88
auditus viſu dignior qua ratione. ibid.
auditus obiectum. ibid.
Auerroes remerè mordet Galenum. 818
Auerroës falſus. 718
Auerrois ſententia de melancholicorum timore. 313

Auerrois falſa opinio de venenis. 57
Auerrous de feb.eſſentia. 414
Auerrous de temperatorum numero. 414
Auerrous errauit. 424
Auerrous de proprietatibus. 524
aues paruæ. 175
augmentatio an ſit motus. 63
aoellanæ quid. 158
auena quid. 152
Auicenna confutatur. 420.& 423
Auicennæ rationes confutantur. 48
Auicennas de ſcheaticæ venæ ſectione. 658
aurata quid. 178
aures frigidæ. 692
auris. 857
auris dolens quàm periculoſa. ibid.
auris fallax locus. 858
auris dolores citius interimunt iuniores. 859
aurium dolor, inflammatio, & dolentiũ curatio. 329
aurium vlceratarom remedia. ibid.
aurium ſonitus. 330
Aurium ſonitus curantia. 330
aurotis intentum. 1
auſtrales conſtitutiones qootidianæ. 596
αὐτίκα Hippocrati quid. 558
αὐτομάτως quid Hippocrati. 546
autumnus peſſimus. 593
autumnus cohibet humorum effluxum. 598
autumno & vere podagra quare magis. 662
ab autumno tabidi læduntur. 593
automnales morbi. 591.593.598
autumnales morbi quando ſperandi. 591
autumnales morbi inconſtantes. ibid.
αὐχμὸς quid. 592
axioma artis. 636
autumnus quare mortiferus. 128
autumnos qualis. ibid.
autumnus quartanas generat. 874
αὐτομάτως. 868
αὐχμῶσαι. 700

B

BAlbi qui. 657.& ſeq.
Balneum apud Hippocratem. 608
balneum ante purgationem. 573
balnei exemplum. 417
balneum quid. 143
balnea aquarum ſponte naſcentium. ibid.
barbarorum opinio de humorum motu. 524
barbarorum opinio confutatur. ibid.& 443
barbarorũ opinio de medio in vnioerſa ſubſtãtia. 37
barbi quid. 182
Belletophontes melancholicus depingitur. 75
Beta quid. 162
bifida tubercula. 744
bilis atræ notæ. 610
Bilis vrinas tingit. 536
an bilis vomitus & febris ſequantur vulnerato cerebro. 661
bilis æruginoſa. 800.777
bilis flaua aſſatione fit. 798
bilis naturalis. ibid.
bilis non vſta ſplendores efficere poteſt. 882
bilis pallida. 776
bills per inteſtina deſcendens. 754
billis porracea dupliciter generatur. 800
bilis porracea in ſanitate excernitur. ibid.
Rubra. 777
bilis vitellina flaua eſt. 798
bilis atræ conditiones. 875
Generatio. 874
Materia. 875
bilis porraceæ in ventre generatio. 800
bilis temperatura. 14
bilis flauæ generatio. ibid.
bilis noo naturalis quas babet ſpecies. ibid.
bilis porracea. ibid.
bilis æruginea. ibid.
bilis rubra. ibid.
bilis ziuaria. ibid.
bilis non vtcunque aucta febrem facit. 475.& 476
bilioſum & purulentum ſpuentes, decimoquarto moriuntur 812
bilem atram exquiſitè nunquam vidit Galenus ad bonum deiici. 779
bilem & pus expui quàm malum. 812
bilem non trahit iecur. 775
biles vitellinæ duæ. 798
Βορβορύζει. 830
borborigmus. 628
boca quid. 179
bonus ſuccus. 150
borago quid. 162
boreæ & auſtri temperatura. 591
boreales conſtitutiones quotidianæ. 596
Braſſica quare ebrietatem arceat. 162
Braſſica ſeſſilis ſeu capitata ibid.
breuiſpirus. 722
Bubo quid. 621
bubula caro. 170
bulbus eſculentus quid. 166
bullæ in vrinis quid deſignant, quid item circulus. 549
bulimos qoid. 577
bulimos à calore & frigore. 356
bulimi notæ & curatio. ibid.
butyrum quid. 173

C

CAchexiæ notæ. 381
Cachecticorum victus. ibid.
Cacochymia quid. 860. & 192
Cacochymiam qui humores efficiunt. 212
cacochymia quantitatis redundantia cum corruptione. 773
cacoethes. 854
Calores iuuenis & poeri duobus modis comparantur. 47
calor puerorum, iooenum calori comparatur. ibid.
calor æſtatis quare vehementior. 128
calores omnes ſunt vnius naturæ. 415
calor generatur in corpore humano 5. modis. 427
calor ſolis diariam excitat. 473
calor febrium putridarum mordet tactum quemadmodum fumos oculos. 454
calor qui tranſit ad igneum ſubſtantia eſt. 414
calor ſpecies atoma. 415
calor triplex. ibid.
calor ex laſſitudine. 410
calor diariarum. 452
calor qootidianæ non ſtatim vrit. 487
calor natiuos. 505
calor qui euentatione eget. 505
calor in ſubiecto ſicco. 498
calor trahit. 512
calor putrefaciens aſſat. 516
calor naturalis duobus modis attemperatur. 723
calor naturalis & præter naturam ſpeciem non differunt. 746.& 747
calor naturalis flammæ comparatur candelæ. 711
caloris naturalis & præter naturam actio mixta. 749
calor paucus parum diſſoluit & paucam refectionem valet efficere. 562

calor natiuus quid aduerſus falsò opinantem 563
calorum differentiæ. 562
calor febrilis coquit. 651
calor in ſomno intus colligitur. 507
ex calore aut frigore morbus conſtat. 614
calor pueri maior calore iuuenis. 47
calida & ſicca corpora facilè corripiuntur febre. 441
calida valdè concoquere poſſunt. 216
calidæ intemperantiæ ventris curatio. ibid.
calidæ incommoda. 635
calidum innatum quid. 562
calidum innatum ſeipſum abſumit. 563
calidum bifariam dicitur. 67
calidiſſimum eorum quæ ſunt in corpore. 798
calidi corporis ſigna. 835
calidi mo·bi cauſæ. 260
camari quid. 182
Καμπύλον. 703
cannabis. 153
canina appetentia, eius ſigna, & curatio. 355
cancer quid. 490 & 658
cancros occultos non curare. 658
canis rabidi morſus. 868
caniculares dies. 606
canis maior & minor. ibid.
capparis quid. 159
capitis dolores, illorúmque conſideratio. 595
capitis doloribus lac malum. ibid.
capitis poſterioris dolorum curatio. 650
capitis dolor ſignum vomitus & qualis. 878
capitis ſignum commune. 493
capitis dolorem indicant bullæ. 548
capiti dolor à plethora. 298
capiti noxia quæ ſint. 301
caput agendorum. 293
caput lixiuio abluere & ſapone. 333
capillorum colores & figura. 242
Καρδιαλγία. 878. & 609
Καρδιωγμός. 878
carduus quid. 163
caricæ pediculos procreant. 297
carnes ſanas habentibus purgatio periculoſa. 609
carnes & piſces ſimul edere pernicioſum. 178
carnes ſalitæ. 169
carnis generatio qualis. 32
carnium fermentatio. 169
carnium generalis præparatio. 168
caro & adeps, à frigido concreta, à calido liquatur. 789
caro ſuilla an ſit magis nobis ſimilis arietina. 270
caro & adeps, à qua materia generationem accipiunt & alimoniam. 32
caro nou eſt ſenſus particeps. 79
caro caprina. 170
caro & pinguedo colliquantur. 789
caro aſini ſilueſtris. 271
caro damarum. ibid.
caro vulpium. ibid.
caro ſolidorum membrorum. ibid.
Caroli Hiſpaniarum principis hiſtoria & morbus 613. 666
caros qui à lethargo differat. 306
Κάρτα 722
cartilaginei piſces. 181
carunculæ mictæ quid docent. 629
caſtanea quid. 159
caſeus quid. 173
caſus. 684
Catagliſcetænomenon eſt idem quod glutinoſū. 805
catarrhi. 807
catarrhi cauſæ, ſigna, & victus catarrhis conueniens 333
catarrhi curatio. ibid.
Καθεστηκότες. 740
Καθίστημι. 592
Κατ' ἴξιν quid. 206
cati cato. 571
catochos cerebri paſſio. 306
catocho laborantes, oculos ſeruant apertos. ibid.
catochi curatio. ibid.
cauda quid. 171
cauda tremula. 176
cauſa quid. 123
cauſa quare hectici incaleſcunt ex cibo. 467
cauſæ abſceſſuum repentè ceſſantium. 829
cauſæ exteriores. 809
cauſæ manifeſtæ externæ. 694
cauſæ morb. in cauitatibus & meatibus. 262
in ſuperficie, 263. in numero, in magnitudine, in ſitu. ibid.
cauſa vnitatis ſolutæ. ibid.
cauſæ accidentalium ſpecierum. 264
cauſæ quæ morbos omnes curant. 184
cauſæ morborum in temperatura. 258
cauſæ ineuitabiles quid. 123
cauſæ non naturales conſiderandæ. 293
cauſæ à quibus imperficiuntur alimenta. 148
cauſæ prægreſſæ ex ſe nullum morbum grauefaciunt. 422
cauſæ exterius calefa. 427
cauſarum morborum genera. 428
cauſa prægreſſa. 444 & 445
cauſa continens. 429
cauſæ crudos humores deferentes. 434
cauſæ morb. in formatione & figura. 262
cauſarum nou naturalium adminiſtrandarum ratio. 115
cauſarum genera. 123
cauſarum lædentium actiones exempla. 274
Cæliaca paſſio. 363
celeritas contractionis putridæ feb. ſignum. 457
celeritas contractionis in diuerſis partibus acceſſionum. 484
Celſus arti prædicendi fauet. 681
Κίνωσις quid. 542
Cephalus quid. 179
cephalea quid. 301. eius cauſæ & ſigna. ibid.
cepa quid. 166
ceraſa ficubus & vuis antepoountur. 156
ceraſa quid. ibid.
cerebrum quid. 171
cerebrum læditur nō omnibus actionibus læſis. 717
cerebri læſioues aut in corpus, aut in animam vergere. ibidem.
cerebri concuſſionis cauſa. 671
cerebri aut illius membranarum vulnus. 661
cerebri vulnera quæ ſanantur. 654
cerebri calida & ſicca temperatura. 242
cerebri frigidi & humidi notæ. 242
cerebri temperati notæ. 241
cerebri calidi, frigidi, ſicci aut humidi ſigna. 242
cetacei quid. 181
ceruina caro. 171
ceruix. 860
choirades quid. 600
chloton. 690
cholera quid, notæ, curatio. 362
chryſomila quid. 156
chylus quare albus. 21
Cibus modum excedens quæ mala affert. 185

cibus qnoties in die exbibeoduſ. 186
cibus ſtarim ſumendus an ſir ab exercitatione. 139
cibus albus. 152
cibi opportrunitas. 185
ciborum deſcenſus celeris & tardi cauſæ. 278
ciborum quantitas. 185
ciborum corruptio qnomodo agnoſcitnt. 732
cibo corrnpro non fricentur extrema. ibid.
cibos accipere non debent ſiti vacantes dum purgantur. 610
cibo vti, quomodo intelligendum. 683
ciborum inappetentia in morbis longis. 652
ciborum inappetenria ſuperuenit inteſtinorum diſficultatibus. 652
cibos non appetere in lnngis morbis damnatur. 822
cibos intelligit Hippoctates per ea quæ offetuotur. 679
ciborum parritio per aoni tempora. 566
ciborum parririo pet ætares. 565
ciborum parritio, ad vires facta collatione. ibid.
ciborum perturbatio in menſis magnatum. 149
cibi in menſa præmittendi quinam ſint, qui verò vlrimo ingerendi. 187
cibi & potus conſueti qni. 591
cibus ſebricitanti quid affert. 671
cibum in acceſſione offerri quando cooueuit. 559
cibos paulò deteriores in ægrototum gratiam aliquando eligendos. 597
cibus ab exercitarione quomodo ſumendus. 575
cibis oon annumerat ſitopos Hippocrates. 607
cibum accipere Hippocrati & Galeno quid. 572
cicera quid. 153
cicercula quid. ibid.
cicuta alit ſturnos. 55
cidonia qnid. 157
Cynanche. 860
cynicæ conuulſionis curatio. 318
cyttωma. 819
citò dupliciter. 874
citrea mala quid. 159
ciuitatum ſitus aduertendus. 126
Clauditas in atticulis vnde ſperatur. 822
clidium epirhema: 365
clyſteriotum vſus. 228
clyſtere commune. 161
clyſteria ſrequeotia nocent. 161
clyſteria an alere poſſiot. ibid.
Coctio à natura & modicè calidis an fiat. 216
coctio à frigidis. ibid.
coctio an conteodat ad craſſiora. 217
coctio quid. 449
coctio in quibus temperamentis eſt validiot. 65
coctio ex Ariſtot. 450
coctio apud Galen. ibid.
cocta quæ. ibid.
coctionem perficientia. 449
coctio cum putredine eædem. 663
coctione præcedente mors qnandoque ſequitur. 545
cocta miſta eſſe debent. 799
coctio duple . 746
coctio omnia incraſſat. 795
cocta purgare. 567
coctiones à ſomno iuuantur. 570
coctrix fac. motu non eget. 66
cochleæ quid. 171
codex Græcus corrigendns. 695. 697. 731
codices Græci quando allegandi. 699
codex Græcus aliquando corrigendos. 595
codex Græcus corrigitur. 525. 465
Cœlij Rhodigini inſigne de corpore humano effatum. 4
cœna an eſſe debeat maior prandio. 186
eiuſdem quæſtionis ſolutio. ibid.
cogitariuæ læſæ exemplom. 716
cognitio naturalis cooſtitutionis quantum conſert. 285
coli dolor. 369
colici morbi ſigna. ibid.
colicæ à pituira craſſa curatio. 370
colicæ à flatu. ibid.
colicæ ab acribus humotibns. ibid.
colicæ à ſæcum dutitie curatio. 371
colis relaxati curatio. 319
colis ſnbſtantia. 766
color liuidus. 886
colot linidus oſtendit internam inflammationē. 772
color niger. 690. 713
colot plumbeus. 690
colorum bilis generatio. 806
colores appareotes; 87
colores oculorum. ibid.
coloris veri generario elementorum ſubſtaotiis debetur, à quibus cauſis colores geoerentur. ibid.
columba quid. 174
Κοιλία quid. 545
Κώμα quid. 570. & 571
coma parotidas oſtendit. 857
comedentes ſemel, tempore Hippoctatis cœnabant. 818
comitialibus à ventriculo curatio. 311
comitialis orti à parre quapiam curatio. ibid.
comirialis morbus cur ſic dictus. 308
comitialis morbi rria genera. 309
comitialis morbi cauſæ, ibid. ſigna ibid.
comirialis qoibus curetur. 632
comitiales morbi. 698
comitiali laborantes. 586
comitialium victus. 310 curatio 311
communes morbi. 438
compaſſio magis propria. 255
compreſſio in pulſu & calore. 407
computationes à partu. 853
computationes non fiunt à parru & febre, vt putant neorerici. ibid.
conceptionis notæ. 403
conceptionem impedientia. 647
conceptionem detegit aqua mulſa. 642
cooceptus ſignum. 644
conceptus ſexus diſtinguitur. 615
conceptus maris à fœminæ conceptu diſtinguitur. ibid.
conceperítne mulier quomodo cognoſcendum. 614
concepturáne ſit mulier quomodo examinandū. 646
Conciliator confundit legeores. 837
Conciliator nihil Barbarorum teprobat. ibid.
Conciliator ſno argumento iugulatur. 838
Conciliatoris argumeota oullius momenti. 837
conger quid. 181
Conciliatoris errores. 468. & ſeq.
conſentientia quæ ſunt. 753
conſeruatio corporum quibus cauſis fieri debet. 131
conſideranda in morbis quæ. 280
conſilium ſalubre. 558
conſtantia temporum. 592
conſtitotio morbi humida. 596
conſtiturio morbi ſicca. ibid.
conſtiturio ſicca laudatur, humida damnatur. 595
conſueta minus moleſtant. 137
conſueta quatenus lædant. ibid.
conſuetudo praua. 766

consuetudo

conſuetudo aſcititia natura. 587
conſuetudo quantum valeat. ibid.
conſuetudo ſeruanda. 557.& 548
conſuetudo ſomni. 588
conſuetudinem mutare. 138
conſuetudinis ratio habenda. 190
conſuetudines & proprietates inquirendæ. 709
contagioſus morbus. 423
contentum malum, pingue, lamineum, orobeum. 547. 548
contentum ex loco, quid indicet. 545. Et quid contentum optimum. ibid.
contentum malum quanto inferius, deterius eſt. 790
contentorum præter naturam quanto maiora, peiora. ibid.
contentorum in vrinis quantitas. 544. natura, ſubſtantia, odores, loca. 545
continentia. 420
continentes febres an ſint continuis acutiores. 501
contraria bifariam occurrunt. 563
contrariis aſſueſcere. 588
contraria an curentur contrariis. 283
contrariorum ratio. 496
contrarium aſſimilare valde naturale. 514
conualeſcentium tardæ refectionis cauſæ. 572
conualeſcentium tumores. 518
conuulſio quid. 631
conuulſio ab acribus humoribus, vt curatur. 320
conuulſio duplex. 579. cui & tertia ſpecies addi poteſt. ibid.
conuulſionis tres ſpecies. 521
conuulſionum ſigna. 884
conuulſio acutis & longis morbis coniuncta eſſe poteſt. 724
conuulſiones in pueris maximè fiunt. 815
conuulſionum cauſæ præincipientes. ibid.
conuulſio quæ curatur, & à qua cauſa. 579
conuulſiones & timores in febribus. 626
conuulſis febrem mouere. 579
conuulſio qui fiat. 577
conuulſionis tres ſpecies. ibid.
conuulſionis tertia ſpecies. 319
conuulſionum ſigna. ibid.
conuulſorum victus. 320
conuulſionis curatio. ibid.
conuulſis non totus ſanguis confertim mittendus. ibid.
conuulſionis ſiccæ cura. ibid.
copia bilis non efficit febrem. 475
Κοπὶς quid. 571
cor quid. 172
cor & arteriæ ſimul diſtrahuntur. 71. cuius contrariæ rationes diſſoluuntur. 127
cor omnium membrorum calidiſſimum eſt. 39
cordis calidi & humidi notæ. 213
cordis ſicca temperies. 243
cordis calidi notæ. 242. & frigidi. 243
corpus animantium partes inſtrumentarias habere non eſt neceſſarium. 39
cordis intemperies neminem ſubitò interimit. 34
corpus humanum per quæ conſeruatur. 125
corporis conſtitutiones tres. 253
corporis affecti conſideratio. 289
corpus inæquale. 761
corpus temperatiſſimum an magis aliis cauſis morboſis reſiſtat. 40
corporis decidentia. 704
corporis diſpoſitio optima quæ. 760
corporis partes nigræ cadunt. 765
corpus quare non facilè mouetur. 835
corpora permanere plus quàm ratio poſtulat. 580
corpora calida & humida ad feb. pu. paratiora. 441
corpora calida & ſicca ad diarias & hect. paratiora. 441
corpora impura quæ ſint. 573
corpora lapſa ſimilibus ſeruanda. 132
corpora ad purgationes fluida facere. 575
corpora elleboro purganda. 607
corporum diuiſio. 184
corporum conſeruandorũ methodus generalis. 133
coryza. 807
coſmos & acoſmia. 850
coſmos ex Platone. ibid.
Κοτύλη quid. 663
coturnix quid. 175
coxæ excidentis mala. 663
coxæ vſtio. ibid.
coxæ dolor. 405
coxæ doloris curatio. ibid.
Craſſi admodum natura. 282
craſſitudinem habent partes circa vmbilicum. 583
craſſi humores & acres febres efficiunt. 437
crepantia quomodo ſonant. 89
criſis in ſexto, & non rediit morbus. 840
criſis ſimpliciter duobus modis apud Galenum. 574
criſis, & eius conſideratio. 574
criſis ex quibus conſtat. ibid.
cruda non mouere quomodo audiendum. 567
crudi ſenes poſt vigentes ſequuntur ætate. 740
crudis humoribus quid agendum. 219
cruſtata quid. 181
crudus humor quis. 218
cruditates ciborum. 360
Cubandi modus. 189
cucumis quid. 154
cucurbita quid. ibid.
cucurbitularum vſus. 210
cuniculus quid. 171
cupidinis pictura. 686
curatio epilepticorum infantium. 310
curatio inualidorum ad venerem. 395
curatio deiecti appetitus ventriculi. 354
curatio extremis morbis debita. 558
cute contracta ac conſtipata, quę intus continentur, quomodo ſe habeant. 636
cutis ſicca admodum. 464
cutis antequam tendatur laxa fit. 690
cutis generatio. 22
cutis & tactus quare media. 39

D

Damarum caro. 171
Dæmonum pacta. 234
Deambulationis ſpatium. 136
decretoriorum dierum vis. 615
decretoriorum virtus eſt facere firmum iudicium. 732
decubitus bonus vt ſignum & cauſa. 705
deglutitio liquidorum & ſolidorum. 96
deiectio accumulata & rara. 771
deiectio æqualis. 769
deiectio alba. 776
deiectio aliqua mollis ac conſtans, eſt quantitate debita minor. 770
deiectio aquoſa. 776
deiectio chlora. ibid.
deiectio dura in hydrope. 757
deiectio figurata. 768
deiectio glutinoſa. 778
deiectio nigra. ibid.
deiectio nigra ab atra bili. 779

deiectio

deiectio non admodum grane olere debet. 774
deiectio optima rationem ſeruat ad ciborum quantitatem.. 770
deiectio porracea. 780
deiectio quæ anticipat tempus. 769
deiectio quæ poſtponit tempus. ibid.
deiectio quantitate abundans,non eſt mollis & conſtans. 770
deiectio ſpumoſa. 777
deiectio ſtridens: 771
deiectio ſubchlora. 777
deiectiones ſynceræ in morbis longis. 664
deiectiones variegatæ. ibid.
deiectio tenuis cum veſicæ inflammatione. 832
deiectionis color albus. 777
deiectionis optima conſiſtentia. 768
deiectionis optimæ conditiones. ibid.
deiectionis optimæ ſigna. 774
deiectionis optimæ tempus. 769
deiectiones liquidæ. 772
deiectiones nigræ duobus modis fiunt. 778
deiectiones pingues. 777. 779
deiectiones variegatæ. 780
deiectiones verſicolores duo ſignificant. 781
deiectiones verſicolores malæ ſi ſpõte eueniant. 780
deiectionum color liuidus. 779
deiectionum colores. 780
deiectionum colores mali apud Celſum. ibid.
deiectiones nigræ trifariam. 610
deiectiones nigræ extenuatis lethales. 611
deiectionum mutatio in fluxu ventris. 574
deiectionum mutatio completam oſtendit purgationem. 222
deiectionum vitiatarum exemplum. 278
deiicere ægrè. 757
deiiciendi numerus. 773
delectatio an fiat affatim facta mutatione. 780
delicta maximè viteni qui tenui vtuntur cibo. 557
delirij cauſæ, ſpecies & pericula. 662
delirium lædit & occupat tripliciter ſenſus interiores. 303
deliriũ & reſpirandi difficultas cũ febre lethale. 620
delirium à profluuio ſanguinis. 665
delitia & triſtitia in rationali anima ad quam attinent facultatem. 101
Delos quo loco ſita. 893
dentium dolor & curatio. 334
dentium doloribus remedia externa. ibid.
dentium caries. ibid.
dentium defœdatorum curatio. 335
dentium inſtabilium cauſæ. ibid.
deriuatio quid. 28
Diabetis cauſæ,ſigna,victus,& curatio. 286
diacitron quid. 160
diagnoſtica. 157
diagnoſtica & prognoſtica à notioribus incipit. 687
diarrhœa quid. 364. 365
diarrhœa laborantium victus. 365
diariarum cognitio haud facilis. 450
diaria febris. 416
diariæ aſpectu graues. ibid.
diaria ex cruditate & ebrietate & ſolis vſtione. 473
diariæ tempus. 474
diariæ ſignum. 451
diariarum cauſæ. 468
diaria febris facta. 430
Didaci à Mendoſa morbus,& eius curatio. 608
dies computationis. 837
dies primus & ſecundus non iudicant. 839
dies primus iudicatorius. ibid.
dies quintus iudicatorius. ibid.
dies ſextus. ibid.
dies ſextus tyranno ſimilis. 840
dies ſeptimus primus decretoriorum. ibid.
dies intercidentes. 579
de diebus iudicialibus & contemplatoriis. 578
dies non omnes ſunt iudiciarij. 579
dies caniculares. 606
dies nonus. 840 decimus ibid.
vndecimus. ibid.
duodecimus. ibid.
dies decimuſtertius mediam ſeruat naturam. ibid.
dies decimuſquartus. 841
dies viceſimus & ſequentes. ibid.
diei vigeſimi perfectio. 846
dies intercidentes. 579. & 837
dies ſuppurationis ſperandæ. 811
diei ſextæ natura. 612
diebus paribus iudicia. 623
differentia eſſentialis. 415
difficultatis inteſtinorum cauſæ. 594
difficultas inteſtinorum cum ciborum inappetentia. 652
difficultas reſpirandi & delirium cum febre,lethale. 620
dignotiones à quibus deſumuntur. 575
Dyſenteria. 611
dyſenterij curatio. 366
dyſenteria, eius cauſæ. 365. & 366
dyſentericorum victus. 366
dyſenterici an purgandi ſint. 215
diſſimilaris pars ob figuram. 19
diſtinguere per ſe & per accidens. 636
dyſcrita. 561
dyſuria & eius ſigna. 391
diuidendi modi. 415
diuinum ad iram deorum non refertur. 687
diuinum non eſt referendũ ad dies decretorios. 686
Dogmata antiquorum quomodo accipienda. 737
dolor an fieri poſſit à ſiccitate aut humiditate. 103
dolor non trahit. 223
dolor an ſit læſa actio. 269
dolor actio læſa. 269
dolor capitis ab ictu. 301
dolor non trahit. 313 quomodo moueat fluxionem. 514
dolor actio læſa non eſt, ſed ſymptoma in actione conſiſtens. ibid.
doloris capitis per conſenſum curatio. 300
dolor fluxionis cauſa. 766
dolor vires exoluit,& quare. 742
dolor pudenda contrahit. 765
doloris anginam patientium cauſæ. 862
dolorem intermittere quid oſtendit. 821
dolores maximi in partis generatione quare. 816
dolores prædicere in his qui non cõſtant mẽte. 765
dolores in ſenſu tactus. 101
dolorem efficere ex accidentibus biſariam. 106
dolores infantium ſedantia. 235
dolorem atque delectationem efficientia. 100
doloris cauſa diſquiritur. 102
doloris capitis à bile curatio. 299
dolor capitis à pituita. ibid.
doloris cap.ab humore melancholico curatio. ibid.
dolor cauſam doloris quandoque ſignificat. 571
doloris ſpecies & magnitudo. 632
dolores duo non fiunt in eodem loco exquiſitè. 586
dolores capitis. 595
dolores duos non in eadem parte patientes, quare minorem minus ſentiunt iuſto. 586
doloribus capitis lac malum. 648
dolorum in poſteriori capitis parte curatio. 656

dolores qui à febre curantur. 659
dolor inſuperabilis quomodo fit. 636
domiciliorum ſpatia. 127
dormire ad tertiam diei. 766
dormire noctu hominibus conſuetum. ibid.
dormire prima loce. ibid.
dormire à pilulis. 215
Dracontium quid. 165
Dubium de peccato humorum in quantitate & qualitate. 192
quæ Ducere conuenit. 567
dulcis pituita rigorem non efficit. 495
dulcis ſapor. 97
durorum cauſæ. 435.776

E

EBrietatis remedia. 232
ebrietatis mala. ibid.
ebrietati nocent pulli columbini. 300
ebrij periculoſi qui. 632
Ecſtaſis. 164 Extasol. 455
Elleborus niger & albus conceditur. 529. 892
elleboro bibito corpora mouere. 608
elleboro purganda corpora. 607
elementa quatuor, ſenſibus etiam quatuor. 719
elementa in mixto ex Platone. 4
elementa an in mixto maneant. 2. & 4
elementorum concurſus. 5
elementorum numerus quare quaternarius. 1
elementorum numerus ex Hippocrate. 4
elementum quid. 1. & 3
elixa ab initio dora. 635
Empedoclis opinio de caſu. 684
empedoclis notanda carmina. 80
empyrici. 678
empyrici mille annorum numero egent. 856
empyici fiunt phthiſici. 817
empyici qua parte vrendi aut ſecandi. 831
empyici cur vrantur. 830
empyicorum facultas languet. 821
empyicorum reſpiratio. ibid.
empyicos vrit Hippocrates. 669
Encanthis & Rhias. 328. Ἐνδυμα. 888
endoxos noni inuentor. 845
in Epiala feb. calor & frigus in eiſdem par. an ſentiatur. 9
epialæ nomen. 417
Epicurus & Aſclepiades refutantur. 3
Epidemia. 889
Errare nunquam hominis captum excedit. 894
Eraſiſtrati opinio de pulſu & arteriarum contento. 269
Eraſiſtrati ſapientia. 686
erinacei caro. 171 eruca quid. 263
eryſipelas oſſe nudato fit. 666
eryſipelas vteri, lethale. 643
Eſſe & eſſentia quid. 113
eſſentia febris, & calor præter naturam. 415
Eteſiæ venti, illorúmque natura. 593
Euacuatio bona. 810
euacuatio immodica omnia exſiccat. 702
euacuatio nulla bona morbo crudo. 778
euacuatio inſenſilis. 230
euacuatio quid. 288
euacuationes partium quæ implentur. 230
euacuandorum vnde quantitas definienda. 568
Euacuationes quæ ſponte veniunt bonæ, & quæ malæ. 545
euacuatio ad animi deliquiū quando conuenit. 568
εὔδιος quid. 594
εὐλαβῆσθαι quid. 603
Euripidis dictum de prouidentia. 684
Exanthemata. 598
Excrementa in tertia regione. 193
excrementorum exitus ordinatus. 509
excrementorum tria genera. 783
excrementorum genera. 191
excrementorum vitia. ibid.
excrementorum vitium à quibus ſumatur. 272
excrementorum vitiatorum cauſæ. 278
excrementum in ſanguine ſeroſum. 18
exempla febrium. 416
exemplum putrid. feb. 445. & 446
exercitia temperatorum. 136
exercitationem quæ ſequuntur. 134
ab Exercitatione an ſtatim cibus ſumendus ſit. 139
exercitatio quid. 134
exercitatio cibos præcedat. ibid.
exercitatio, illiúſque conſideratio. 575
exercitationis terminus. 135
exercitationum genera. ibid.
exercitationes quales quibus corporibus conueniāt. 136
exercitium quas efficit mutationes in corpore. 135
experimentum periculoſum quare. 544
expiratio frigida. 723
expoſitoris officium. 676
exolui ſæpe & validè ſine occaſione manifeſta. 585
exquiſiti morbi. 264
extenuationem efficientia. 572
extenuationes breui factæ. ibid.
extenuatæ præter naturam aboriiunt. 611
exteriora conſideranda ad curationem. 293
extremorum refrigeratio à dolore. 665
extremis morbis quæ debeatur curatio. 558
exuſtis quare caput impleiur. 474

F

FAbæ quid. 152
Factum bifariam. 419
facultas nutritoria. 446
facultas vitalis cui inſidet membro. 60
facultas altrix à corde oritur ſecundū Ariſtot. ibid.
facultas in ſemine formatiua. 22
facultatem toti corpori vires tranſmittunt. 27
facultatibus animæ, appetitus miſcetur. 59
facult. animæ ex Ariſtot. 60
facult. altr. origo quæritur, & an venæ facul. habeant ſanguificam. 61
facult. ſanguificam venæ recipiunt. ibid.
facult. ſanguificam caro iecoris tribuit venis. ibid.
facult. naturales quæ & qua ratione diſtinguantur. 63
facult. formatrix & auctrix non abolentur ante decrepitam niſi morbi gratia. ibid.
facultas ſentiens à corde ex Ariſtot. ibid.
facultas iraſcibilis. 67
facultas vitalis. 68
facultas ſenſibus aliunde traducitur. 78
facultas ſentiens à loco mouente quomodo ſeparatur. 59
facultas animalis an in cerebri ſubſtantia, an in membranis reſideat. 78
facultas formatrix & auctrix non abolentur ante decrepitam ætatem, niſi morbi gratia. 63
facultas diſcretiua. 64
facultates naturales aſſueſiunt. 587
facultas cibos appetens non eſt naturalis. 581
facultas animalis in adoleſcentia viget. 885
facultas animalis in ſomno. 708
quomodo diſtribuitur. 884
facultas animalis in corde ſita ex Ariſt. 78
an facult. animi reſideat in cerebri ſubſtantia, an in membranis. ibid.

facultas anim.quæ ad ſenſus omnes deferatur, an ſit vnica tantum. 80
facultas auditoria organum quale habet, & quod obiectum. 88
facultas gubernans. 764
facultas naturalis. 748
in pueris robuſtiſſima. 794
facultas valida ad ſanguinis excretiones. 857
facultatis eſſentia. 847
facultatis robur. 847
facultatis vitalis languidæ ſigna. 763
facultates gubernantes omnes ſimul amitti. 764
facultates interiores ſentientes ex Ariſtotele. 715
facultates tres. 763
facultatum diſtinctio ex Ariſtotele. 715
facultatum inſtrumenta. 769
facultatum interiorum diſtinguendorum via certa. 716
facultatum quatuor vſus. 510
facultates præcipuè quibus diſtribuuntur. 69
facultates pulſatiles duæ. ibid. & earũ ſedes. 68
facultates in eſſentiali perfectione conferuntur. 94
facultates naturales aſſueſcunt. 138
facultatis langor vnde. 196
facultatum miniſtrantium inſtrumenta. 65
facultatum interius ſentientium ſedes. 108
facultatum internorum ſentientium inuentio ex Galeno. 106
facultates miniſtrantes quæ dicantur. 64
facies exitioſa à cauſa externa. 683
facies exitioſa intra diem & noctem iudicatur. ibi.
facies exitioſa neruoſa eſt. 690
faciei exitioſæ cauſæ. 694. 695
colores. 690
faciem exitioſam efficit triſtitia. 693
ex facie exitioſa voom trium prædicere. 796
Fames. 699 fames quid. 575
fames quam ſoluit vini potio. 577
fames exſiccat. 671
in fame ferenda ætatum ordo. 562
fames non eſt appetitus profecutionis. 184
fames an naturalis ſit. ibid.
fames an ſequatur chyli conſumptionem. ibid.
fames. 433 famis eſſentia. 183
famis obiectum. ibid.
faſcinatio fabuloſa res eſt. 423
faſcinatio non eſt vt vulgus putat. 234
faſcinatos falſo opinatur vulgus. 547
faſcinatio apud Paulum. 234
faſtidientium cibos remedia. 355
fatigati dormire coguntur. 189
fauces quid. 614
fauces laborantes quid ſignificant. 575
fauces. 860. & 861
faucium cum febre vlcera. 859
Fauentinus de febris eſſentia. 413
Febrientes cur exuſtlant. 861
febrientibus calido & frigido cui debeantur frigidiora. 291
febris orta ex ſanguine putreſcente tertianos fere ſemper obſeruant circuitus. 506
febricitanti cibus quid affert. 671
febris continua cum malis accidentibus acuta eſt. 831
febris diuturna. 873 Erratica. 874
febris intermittens in quartanam tranſit, ſi erratica fuerit. ibid.
febris intermittentis ſex tempora, & quæ. 483
febris ex reſorgendi frequentia. 771
febris quartana ex aduſtione non eſt breuior, quia talis. 849
febris quartanæ longitudinis cauſa. 850
febris vulgare morbi genus. 411
febris ſymptoma non conſtituit genus per ſe. 412
febris an diuidi poſſit per differ. eſſentiales. 415
febris eſſentia. ibid.
febris ſubiecta depaſcitur. 421
febris an diſtemperies ſimplex. 426
febris quid. 428
febris diſtemperies eſt, & cauſam continentem habet. 419
febris in bile conſiſtens. 466
febris continua bilioſa diuiditur. 478
febris complicitæ & confuſæ. 498
febris pituitoſæ calor. 506
febris ex putredine ſanguinis. 506
de febre ſanguinis. 413
febris à ſanguine continens. 507
febris peſtilens an omnis ſit putrida. 443
febris peſtilens non valde mutat pulſum. 444
febris quid. 450
febris quam apoplexiam ſoluit. 661
febris quos dolores curat. 659
an febris & bilis vomitus ſequantur vulnerato capite. 661
febris aliqua malè morata & cum ſignis ſalutaribus. 843
febrem quare Galenus vocat calorem. 429
febre peſtilenti laborantes, quomodo ſint alendi. 444
febres concitare & febres accendere quid ſit. 310
febres ex ſanguine putr. quare non ſeruant ſemper circuitus tertianos. 507
febres ex inflammatione. 437
febres ex bubonibus duorum modorum. 442
febres non acutæ recidiuas faciunt. 869
febres à partu non ſunt ex accidenti. 853
febres quæ ſequuntur partus. ibid.
febres ab acutis morbis inſeparabiles. 834
febres omnes an oriantur à corde. 418
febres ſenibus non ſimiliter acutæ. 563
febres ex adenarum inflammatione. 621
febres mouere conuulſis. 579
febres apud Hippocratem quæ. 626. & 669
febrium tres differentiæ. 559
febres continuæ bifariam. 617
febres acutas non efficit ſolus motus ſine corporis apparatu morboſo. 853
febres continentes ſunt multò acutiores continuis. 201
febres quibus cauſis prorogantur. 871
febrium erraticarum cauſæ. 874
febrium intermittentium quietes quare non annumerantur. 850
febrium continuarum lethalis nota. 619
diuiſiones febrium per differ. eſſentiales ex Hippocrate. 416
febrium hecticarum generatio. 460
earum ſpecies. 464
febrium intermittentium vnitas. 477
febrium putridarum tria tantùm genera. 478
febrium notæ ex vrinis. 550
fæces fœtore participant in morbis ſanitatéque. 775
fæx alimenti quandiu immoratur. 773
Fernelij confutatio. 37
feruori ſimile. 806
Fibræ non colliquantur, 789
ficedula quid. 175
ficus quid. 155
figura optima dolorem affert. 761
fines longorum morborum. 600
finis motus quid. 109

fiſtulat.

fiſtulat. 822
fiſtulæ ſine callo. ibid.
Flatus generatio. 651
flatus cauſa. 360
flatus cum ſonitu. 781
flatus ſponte cum ſonitu. ibid.
flatus cauſa. ibid.
flauum eſt ſyncerum. 805
flaua bilis quid. 54
flauæ bilis vſus. ibid.
fluxio maior aut minor, vnde. 552
fluxio quando oritur à parte mittente. 554
à parte recipiente. ibid.
fluxus ſanguinis è naribus. 332
eius curatio. ibid.
fluxus ſanguinis narium. 229
fluxus ſanguinis narium moliri arte. ibid.
fluxus lachrymarum, ſigna fluxus, & victus lachrymatum fluxui congruens curatióque lachrymarum. 323
fluxus ſanguinis narium in iecoris & lienis inflammationibus. 739
fluxus ſanguinis narium rarò poſt vigeſimum diem. 857
fluxus ſanguinis cauſæ. 740
fluxus ſanguinis narium cauſæ. 857
fluxus ſanguinis narium ſigna. 882
fluxus ventris in hydrope. 755
fluxus ſanguinis veri proprius. 598
fluxus ſanguinis è naribus, menſibus retentis, conuenit. 640
fluxus ventris deiectionum mutatio. 574
fluxus ventris in pleuritide. 654
Fomentum ad dolores, & durities mammarum. 353
fœminæ quare maiorem ſanguinis quantitatem habent quàm viri. 24
fœminæ an ſemen generent. 27
fœlicitas viuentium ex ſtoicis. 114
fœminæ ſemen generant ex Galeni opinione. 29
fœminæ maribus paulò frigidiores. 852
fœminæ & maris genitalia. 24
fœniculus quid. 563
fœminis ſemen non eſt ex Ariſt. 28
fœtor putredinis ſignum. 747
fœtus quo tempore mouetur. 22
fœtus ſitus. ibid.
fœtus formatio quatuor temporibus diſtincta. 23
fœtus formatio, & an iecur primò viuat. 21
fœtus mortui cauſa. 404
fœtus mortui ſigna. ibid.
fœtus non eſt ſanus euntibus purgationibus. 647
fœtus trimeſtres an magis reſiſtant. 603
formas ſine materia ſuſcipere quid. 105
formationis fœtus tempus. 22
formatiua facultas in ſemine. ibid.
formatria facultas an in ſemine maneat. 22
formatria facultas. ibid.
fortuna. 684
Fraga quid. 154
frictio præparatoria. 134
frictionum genera. ibid.
frigidæ incommoda. 635
frigida mordet. 636
frigiditas functionibus inutilis an ſit. 66
frigiditas extremorum in acutis. 759
frigus extremorum vnum duorum indicat in acutis. ibid.
frigus ingens poteſt excitare ſingultum. 361
frigidum quibus inimicum. 636
frigidiſſimum eorum quæ ſunt in corpore. 798
Fuchſius notatur. 548.782.751
fuchſij laus. 860
fuchſij modus in traducendis Aphoriſmis. 863
fuchſij reprehenſio. 43
fuchſij ſolutio dubij. 20
fuligo. 434
fumus carbonum. 340
fungi quid. 166
furfures capitis. 298
furfuribus capitis victus. ibid.
furfureum ſedimentum. 548
à furfuribus ſquamæ quo differant. 635
furores. 598
furor quibus curatur. 664

G

GAnga quid. 175
Galenus ab iniuria vindicatur. 590
Galenus nunquam errauit in prædicendo. 681
Galeni doctrina de ſenſibus interioribus. 716
Gale. & Hippoc. de alitione ex humido. 59
Galenus aduerſus Lycum. 47
Gal. de ruſtico qui Bitynis herbam hæmogogam inuenit. 58
Galeni ſententia de aqua. 5
Galeni ſententia de elementis. 5
Galeni opinio de animæ eſſentia. 58
Galeni verbis lectores non parum confunduntur. 546
Galeni exépla de ſeipſo ſuper læſa imaginatiua. 716
Galeni mens de febribus differ. 417
Gal. Eraſiſtrato conſentit. 442
Galeni mens de febribus ſanguin. 438
Gal. mens aperitur. 455
Galeni ſententia vindicatur à calumnia. 467
Gal. dubium de epiala feb. 495
Galeni opinio de proprietatibus. 524
Gal. de motu ordinario humorum. 525
gallina quid. 174
galli ius. ibid.
gargareon quid. 337
gargareoni inflammato victus. ibid.
gargareonis prorogati curatio. ibid.
gargareon non totus ſecandus. 866
gargareonis incraſſati & prolongati remedia. 867
garum quid. 165
Gentilis de contagioſis morbis. 413
genera cauſarum morborum. 255.256
generalis morborum curatio. 286
generatio febris. 512
generatio febris hecticæ. 468
generum ſpecies qua via inueniantur. 412
genus, ſpecies, & differentia idem. 415
Γεράτεροι. 858
Gibbi cum tuſſi & aſthmate. 660
Glandes quid. 560
glandium vſus. 229
glandulæ quid. 572
glaucomata. 602
Γονοῤῥοία. 393
Gracilis pulſus. 464
graciles natura. 586
graciles qui vomere debent. 606
Græcas voces vſurpare ſæpe cogimur. 835.714
gratiæ ægrotis à Medicis aliquando præſtantur. 584
grauedines, illarúmque curatio. 598
grauedinum malitia. 807
Grues quæ. 596
Guſtus quidam tactus. 96
guſtus munus. ibid.
guſtus læſiones. 268

Habitus

H

HAbitus bonus. 546
Hebetudo oculorum. 882
heberudines viſus. 602
Hectici eut calent ex cibo. 467
hectica propriè dicta. 460
hectica febris an fiat incipiens. ibid.
hectica eurabilis. 461
hectica maraſmodes trium ſpecierum. ibid.
hectica facta & æqualis. 471.& 472
hecticam pariens dolore vacat. ibid.
hecticæ quare dictæ. 455
hecticæ facilè curabilis ſigna. 465
Hecticæ ad marcorem teudentes ſiccitatem coniunctam habent. 468
hecticarum ſpeciea tres. 464
hecticarum ſiccitas. 466
hecticarum calor poſt cibum. ibid.
hecticorum calot vt dicatur æqualis. 472
hecticis inſultus uon adſunt. 467
hemitritæus exquiſitus. 501
hemitritæi tres ſpecies. ibid.
hemirritæus an ſit longiot quotidiana febre. 502
hemierania. 302
hæmorragia. 567
hæmorrhoides. 655
hæmorrhuidas antiquas ſanare. 653
hæmotrhoidarum purgatio. 230
hæmorrhoides. 372 Earum curatio. 373
hæmorthoidibus laborantium victus. 372
hepatica febris. 497
hepatici qui dicantur. 374
hepaticorum victus & curatio. ibid.
Herophilorum opinio. 685
hernia quid. 392
herniæ curatio. 393
herpes. 490
Hœdus quid. 570
Hiare quid indicet per ſomnum. 708
Hydrops ſicca. 807
hydropis ſpecies. 381
hydrophobici. 868
Ὑδρωψ. 753
hyéme boreas flat. 593
hyeme quare accreſcit pituita. 119
hyemis morbi duo genera. ibid.
hyemis temperatura. 128
hyemis morbi quare longi. ibid.
hyemis morbi. 599
hypochondrium. 628. 732
hypochondrium apud Hippocratem quomodo accipiatur, 737
hypochondrij contenſio. 882
Et eiuſdem cauſa. ibid.
hypochondrii inflammatio, quæ fluxu ſanguinis curatur. 739
hypochondrij inflãmatio quando mortem minatur. 737
hypochondrij ſigna bona & mala. 732
Hippocrates quare non ſcripſit in morbis diutinis prænotiones. 687
Hippocrates vtitur præfationibus vbi opus eſt. 675
Hippocratis præceptum. 680
Hippocratis & Galeni opinio de alitione ex humido. 19
Hippocratis opinio de elementis. 3
Hippocratis ſententia à Galeno oppugnatur. 565
Hippocratem oppugnat Plinius. 624
Hirci pinguiores, ſunt minus fœcundi. 25
hircorum caro. 570
hirundo quid. 176
Hiſpaniæ feracitas. 126
Hiſpanis buñuelos. 151
Hiſpanis hoiuejas. ibid.
hiſtericis ſternutatio bonum. 640
ὑστεικά. ibid.
Hominis generatio ex cauſis. 23
hominis robur ſacræ literæ definiuerunt. 892
homines non minus hodie robuſti, quàm olim. ibid.
Homines quare ſemicaui dicantur. 44
Homo προβλητος quis ſit. ibid.
Homines conſiſtentes quinam ſint. ibid.
homines temperati magis de humore melancholico generant. 876
hominem moriturum eſſe an demonſtrari poſſit. 119
homines an noſtro æuo antiquis viribus æquiparentur. 115
hora æquinoctialis. 485
hora diei ad purgationem eligenda. 199
hora mitten. ſanguinem. ibid.
horrida febris. 501
horrida febris non fit ex duabus continuis. 506
horror. 880. horror quid. 671
horror à ſudore. 664
horror pro rigore apud Celſum. 815
horror media diſpoſitio. 500
Humida conſtitutio damnatur. 595
humida morbi conſtitutio. 596
humidæ temperaturæ victus. 246
humidi innati refectio in melius an fiat. 46
humidiorea inſalubriores. 652
humiditates ſecundæ & quales. 18
Humidum & ſiccum duobus modis. 50
humidum primigenium. 67
Humidum & ſiccum quomodo cognoſcantur. 49
humidum innatum an melius refici poſſit. 45
humoris peccantis cognitio. 545
quibus humoribus purgatio debetur. ibid.
Humor crudus quis. 218
humores vomitu egentes. 609
humores coctos prægnantium purgare. 602
humor aut offendit corpus aut animam. 884
humor craſſus guttur non penetrat. 865
humor niger cum ſignis coctionis bonus eſt. 778
humor reſudat ex inflammationibus. 809
humor ſudore excretus. 728
humores cocti non omnes tranſeunt in ſedimentum. 752
humores crudi non ſunt purgandi, niſi turgeant. 762
humores mali non purgati. 868
humores puerorum ſunt fuſi. 854
humores tantùm tres. 17
humores crudi an purgari debeant. 257
humoris purgandi qualitas inſpicienda. 212
humores quatuor an nutriant. 18
humores à iecoris carne generantur. 15
humorum redundantium ſigna. 212
humorum numerus an ſit quaternarius. 56
humorum nomerus ex dicto Hippoc. 57
humorum ad expulſionem præparatio. 210
humores omnes ad purg. attenuandi. 251
humorum vitia. 14
humorum generatio. 11
humorum deſcriptio. ibid.
humorum putreſcentium excrementa. 489
humores cordis duplices. 460
Humoribus turgentibus quid agendum. 221

I

ICterus morbus regius, & eius cauſæ. 380.& 614
Ictericorum victus & curatio. 380

ičterus

icterus quando malus. 624
ἰχὼρ. 747 ἰχὼρ in ſanis & ægris. ibid.
Iecur à dextris,lien à ſiniſtris. 736
iecoris notæ. 243
iecur radicationi plantarum ſimile. 15
iecur quid. 176
iecur primo,cor ſecundo, cerebrum tertio loco generatur. 22
iecur altricis animæ ſedes. 61
iecoris inflammatio. 375
iecoris inflammati ſigna. 376
iecoris inflammati victus & curatio. ibid.
iecoris ſuppurati medela. ibid.
iecoris ſitus,ſiue ſtebe. 22
iecoris quantitates. 243
iecoris & lienis inflammatio non neceſſario infert delirium. 733
iecoris & lienis inflammationes difficile cognoſcuntur tactu. 736
iecoris facultas ſanguificea aut per ſe,aut per conſenſum læditur. 754
iecoris inflammatio ab ea quæ in muſculis,quomodo diſtinguitur. 736
iecoris inflammatio quævis gibbis & ſimis ipſis communicat. 757
iecoris inflammationes in ſimis & gibbis ſemper communicant. 736
ieiunium qui facilius,quique difficilius ferunt. 562
ieiunium quare facilius ferunt ſenes. ibid.
Ileus morbus. 599.& 665
ileus cum vrinæ ſtillicidio. 660
ilia. 732
ἥλωσις 703
Imaginatiua læſa,an ſenſus aliquis exterior neceſſariò lædatur. 267
imaginatiua facultas læſa ſenſus externi compatiuntur. 108
imaginatio nihil agit extra corpus. 234
imaginatio an mutare poſſit alienum corpus. 233
imbecillitatis renum victus. 384
imperitis cautè loquendum. 181
impetigo morbus quis. 598
ex impletione & vacuatione morbi fientes contrariis curantur. 578
impura corpora quæ. 573
impura corpora nutrire non conuenit. 572
Inanes partes. 697,& 698
Incubo quid,eius curatio. 311
incubone laborantium victus. ibid.
indicationes contrariæ à cauſa & morbo. 288
indicatiu à temperatura. 290
indicationes à viribus & morbo. 291
indicationes curandi quæ. 564
indicia quæ ſumuntur ab his quæ ſunt ſecundum naturam. 290
indicia in diebus paribus. 623
inedia ad quæ. 230
infantis nati quæ habenda conſideratio. 235
infantis ortus. 23
infantium vigiliæ. 599
infantium dolores ſedantia. 235
infantium dentitio. 237
infantium fluxui ventris remedia. ibid.
infantium vlcera oris. ibid.
inflammationes muſculorum hypochondrij. 217
inflammationis initium diſtinguitur ab initio ſuppurationis. 815
inflammationum duplex generatio. 511
inflammationum generatio & tempora. 585
inflatio ventriculi. 366
inflationis notæ,& curatio. ibid.
inquietatio quid indicet. 708
inſomnia conſiderare. 20
inſtrumentaria pars. 19
inſtrumentarias partes habere corpus animantium non eſt neceſſarium. 59
inſtrumenta facult.miniſtrantium. 65
inſtrumentorum ſecundum genus. 66
intellectio ſeparatarum ſubſtantiarum. 114
intellectus duo non ſunt duæ ſubſtantiæ. 114
intellectus agens quid. 512
intellectus potentiæ quid. ibid.
intellectus potentiæ non eſt agente perfectior.ibid.
intellectus agens qua ratione intelligit. 112
intellectus vniuerſalium eſt. ibid.
intellectus verum & falſum cognoſcit. ibid.
intellectus impatibilis eſt tã agens quã potẽtiæ.ibid.
intellectus communis an ſit. ibid.
intemperiei ſimplicis probatio. 42
intemperiei factæ & fientis differentia. 418
internæ morborum cauſæ. 258
inteſtini recti relaxatio. 256
inteſtino ieiuno inflammato alimenti diſtributio impeditur. 756
inteſtinorum facultas. ibid.
inteſtinorum retentrix. 769
inteſtinorum difficultatis cauſæ. 594
intibum quid. 161
ἴονθοι quid. 699
ab Ira ſanguis & ſpiritus incaleſcunt. 429
ira apud Ariſtotelem. ibid.
ira percitorum pulſus. 472
iratis quales oculi. 473
ira quid. 74
iraſcibilis anima. ibid.
iraſcibilis fac. 67
Iſchia. 663
Iter agentium victus. 239
iter agentes quibus abſtinere debent. ibid.
iter agentes ſub æſtu Solis. 240
iter agentes ſub valido frigore. ibid.
Iudicatio duorum dierum cui adſcribenda ſit. 840
iudicatio ſecura à recidiua. 869
iudicationis bonæ conditiones. 836
iudicationis firmitas ex die. 812
iudicationis ratio. 835
iudicationes in paribus diebus. 839
iudicationes per abſceſſus. 827
iudicationes quare eueniunt. 836
iudicationes in quibus diebus,& quare. 515
iudicationes in diebus acceſſionum. ibid.
iudicata perfectè quæ. 566
iudicatoria quæ non iudicant. 729
iudicatorium per vrinam genituræ ſimilem. 782
iudicia in diebus paribus. 625
iudicium difficile quare. 544
iuniperi fructus. 156
iuniorum falſa opinio. 496
iuuenis & pueri calores. 46
iuuenis & pueri calores duobus modis comparantur. 47
iuuenes ante ſuppurationem auris moriuntur. 859
iuuenes frequentius ægrotant. 584
iuuenum morbi qui. 600
iuuenes melius attrahũt,retinẽt & expellunt, quam pueri propter ſiccitatem temperamenti:ſed pueri longè melius coquunt ob abundãtiam humidi. 65

L

LAbrax quid. 178
lac quid. 172

lac ſine mutatione in ventriculo alere. 173
lac vitioſum,eius cognitio,& emendatio. 353
lac reparantia. 236
lac plurimum ex mammis fluens. 644
lac in mammis virginis. 642
lac in mammis viri. ibid.
lac quibus conueniat. 649
lac febricitantibus malum. 648
lac hypochondriis tumidis malum. ibid.
lac quibus caput dolet malnm. ibid.
lac ſitientibus malum. 649
lactis temperies. 173
lactis differ.ex animalibus eiuſdem ſpeciei. ibid.
lactis electiones. ibid.
lactis color ex Galeno & Ariſtotele. 236
lactis probatio. ibid.
lactis redundantis cura. 352
lactis concreti cura. ibid.
lactis inopiæ cura. 353
lacte ſolo alendi infantes. 235
lactuca quid. 161
lacrymæ. 698
Quid oſtendant. 883
lacrymæ ſponte venientes. 524
læſæ actiones ſingulorum membrorum. 271
læſio mouentis facultatis. 270
læſionum differentiæ. 266
læue quid appellat Galenus. 778
læuoris inteſtinorum cauſæ. 607
lagones. 744
lampetta quid. 181
lapara. 826
laparon quid. 754
lapathum qnid. 162
lapſana. 433
lapis rennm,& eius in renibus generatio, & victus. 386. & ſeq.
lapis veſicæ. 388
lapidi renum cucurbitulæ proſunt. ibid.
lapide veſicæ laborantis victus. ibid.
lapides in veſica qui fiant. 600
lapides magis in puerorum veſicis. 834
laſſitudo vlceroſa. 140
laſſitudo tenſiua. ibid.
laſſit.phlegm.ſpeciem referens. ibid.
laſſitudo exſiccatiua. ibid.
laſſitudo tenſiua. ibid.
laſſitudo phlegmonodes. ibid.
laſſitudines abſque manifeſta cauſa , quid indicant. 571
laſſitudinis terminus. 587
laſſitudines ſpontaneæ. 140
laſſitudinum genera. ibid.
lateralis morbi notæ. 345
latitudo ſumma qualitatum , an ſemper impleri debeat. 7
Laurentianns notatur. 424.473
Laurentiani traductio notatur. 679.765.707. 706.703.696
Lens quid. 152
lentium præparatio. 366
Leonicenus notatur. 473
Leoniceni locus in traductione corrigendus. 741.
lepra morbus quis. 598
lepus quid. 171
lethargus,cauſæ,ſigna,victus,& curatio eius. 305
Leucophlegmatia ab anaſarca diſtinguitur. 381
leucophlegmatia quid,& eius victus. Eius curatio. 383
Liber de Alimento an Hippocratis ſit. 531
Libya quo loco ſita. 893
Lycus aduerſus Hippoc. 47
lien quid. 172
lienis inflatio. 377 Et inflammatio. ibid.
Eius curatio. 377
lienis ſcirrhus. 378
lienis ſcirrhoſi curatio. 379
lienis morbi. 377
Lienis calidi ſigna. ibid.
lienis frigidi ſigna. ibid. ſicci & humidi. ibid.
lienis curatio. ibid.
lienoſus quis. 659
lienteriæ cauſæ. 651
lienteria quid,& eius cauſæ,& lientericorum victus. 363
lienteriæ curatio. ibid.
lientericis conueniens obſonium. 364
limones quid. 559
limos quid. 571
Λοιμὸς. 438 Λιμὸς. ibid.
lingua quid. 172
linguæ relaxatæ curatio. 319
lipyria quid. 429 Quibus euenit. 626
lipyria apud antiquiores Galeno. 760
lipyriis extrema refrigerantur internis calentibus. ibid.
lippitudinis ſiccæ cauſæ. 594
lippitudines aridæ. 464
litteris incumbere quota hora à cibo licet. 154
liuere fit duabus cauſis. 765
lixiuio caput abluere & ſapone. 333
Loca vacuationi conferentia. 567
locorum conciliatio. 202
locorum ſitus. 591.126
locorum contrarietates. 650
lora quid. 147
Luctatorum exemplum. 848
lumbi. 599 lumbrici. 600
lumbricorum differentiæ. 371
lumbrici pueris ab vtero matris. ibid.
lumbricorum curatio. ibid.
lumen ſpiritalis ſubſtantia. 86
lumen exigitur propter medium ex Plat. 83
lumen non eſt corpus,& quare. 86
luxatio vertebræ. 600

M

MAceratio carnium. 168
Magna febris non pendet à magna putredine. 521
magnam febrem quæ faciunt. ibid.
magnitudo à malitia diſtinguitur. 843
magnitudo de quo dicitur. 617
magnus morbus apud autores quis. 194
maiora maius robur oſtendunt. 790
maledictorum quorundam reprehenſio. 598
mali corporis habitus curatio. 381
malua quid. 162
malus quid. 157
malus corporis habitus. 381
mammæ graciles ante fœtus corruptionem. 645
mammarum inflammationes. 358
mammarum inflammatarum curatio. ibid.
mammarum durities emolliens. 352
mammarum eroſiones. 35[illegible]
mandimus quare. 99
mania tripliciter accipitur. 734
mania ſiue furor,& eius ſigna quæ. 315
maniacorum victus & curatio. ibid.
Μανιὰς. 711 Μανίαι. ibid.
manua quid. 183

manns

manus organum organorum. 50
manus opera poſt purgationem. 867
Μάντις. 678
maraſmodis. 660
maraſmus quis curabilis. 461.462
maraſmus. ibid.
mareor verus. 461.461
mares in dextris vteri. 643
maris & fœminæ genitalia. 24
maritima loca. 126
maſculus fœmina calidior. 852
materia ſeminis. 26
maxillæ reponendæ figura. 708
maxillarum rubor. 819
media inimicitia. 837
medica ars quare longa. 543
medici quidam taxantur. 568
medicamenta purgantia. 602
medicamentum purgans an perfecerit opus. 609
medicamentum non purgat diuerſos humores à natura. 225
medicamentum an ſit temperatum. 51
medicamentum aliquod an ſit quod cùm purgatorium ſit, ſi non euacuet, conuertatur in humorem vacuandum. 224
medicamenta purg. an ad humorem pergant. 226
medicamenta aliqua eſſe temperata, quæ ſymmetria appellantur. 52
medicamenta purgantia qua facultate trahant. 224
medicamenta purg ieiuno venire. 215
medicamenta vt talia dicantur, cui conferri debent. 53
medicamenta calida & frigida medicamenta non ſimiliter ſe habent ad corporis alterationem. 54
medicamenta localia ad achoras. 297
medicamenta inquirenda & probanda. 292
medicamentorum ordines. 52
medicamentorum frigidorum reductio. 53
medicamentorum vires. 57
medicamentorum trahendi vis inquiritur. 225
medicaminum & ciborum mixtiones deteſtandæ. 168
medicæ artis primum principium. 687
medicina practica eſt & theorica. 657
medicina de quibus eſt. 124
medicus in quibus inſtitutus eſſe debet. 893
medicus quos curare tenetur, & quos non. 762
medici generoſi officium. 791
Eius officium in præſagiis. 847
medici practici ſine theorica. 893
medici ad infantes gubernandos induſtria. 236
medici ex Auicenna. 855
medici notantur. 568
medici iunioris opinio confutatur. 19
medici theoricam ad ſcholam remittentes. 893
medici Ariſtot. ſententiam reiiciunt. 26
medico quæ refert ſcire. 834
medicorum conſilium damnatur. 188
medicorum calamitas. 890
Communis opinio. 871
Eorum error. ibid. Sectæ. 678
medulla quid. 171
melancholia naturalis. 15
melancholia vſtione genita. ibid.
melancholia an appetitum ciborum alliciat. 16
melancholia non naturalis. ibid.
melancholia an fiat ex pituita. ibid.
melancholia morbus. 312
Eius cauſæ. ibid. Signa. ibid.
melancholia quid. 653
melancholia timore & triſtitia ſignificatur. 655
melancholia & triſtitia ſeipſa generant. ibid.
melancholia, lepra, cancer, elephantia quid. 877
melancholica generatio ex mente Ariſtotelis. 875
Ex mente Hippocratis & Galeni. ibid.
melancholica materia ſufficiens. ibid.
melancholiæ flatuoſæ curatio. 314
melancholici libidinoſi qua ratione. 245
melancholicorum timor & triſtitia, vnde oriantur. 313
melancholicorum morborum tranſmutatio. 662
melancholicorum victus. 313
melancholicis terror incutiendus, ex Celſo. 514
Mel in ſanguinem, & in aliis in bilem vertitur. 182
mel optimum. ibid.
mel detergit. ibid.
mel cannæ. ibid.
mel cur tranſit in bilem. 748
mel hecticis malum. 348
mellis tempeties. 182
melica quid. 179
Μελιτῶν. 677
melo quid. 117
melongia quid. 154
membrana vna oris & ventris. 880
membra genitalia quare contrahuntur. 765
membra præcipua quibus communicant ſuas offenſas. 763
membra præcipua tria. ibid.
membra à variolis tuenda. 237
membra contabeſcunt. 231
membra ſingula an ſemen generent. 22
membra ex ſanguine genita. 32
membra intra peritonæum. 671
membrorum figuræ. 704
membrorum diuiſio quæ optima. 34
membrorum diuiſio ex Galeno. 60
membrorum temperamenta ordine recenſentur. 39
membrorum generalis diuiſio omnia comprehendens. 21
membrorum generatio & fœtus formatio. ibid.
membrum ex cuius læſione maius periculum imminet conſiderare. 888
membrum præcipuum quod. 61
membrum alteri miniſtrans. ibid.
memoria quid. 715
memoriæ læſio. 307
Cauſæ & eius curatio. ibid.
memoriæ læſæ exemplum. 716
menſis coniunctionis. 836
menſis Galeni. ibid.
menſis illuminationis. ibid.
menſis peragrationis. ibid.
menſis ſpatium. 845
menſes prouocantia. 230
menſes illuminationis non ſemper æquales. 836
menſes quo tempore durant. 854
menſes decolorati quare. 641
menſium immodicæ vacuationes aut retentiones. 646
menſium ſuppreſſio. 395
menſium purgationi non eſt tempus vnum. 230
menſium ſuppreſſorum remedia. 396
Signa. ibid. Cauſæ. 335
menſium profluentium notæ. 397
menſium profluuium. ibid.
menſibus retentis ſanguinis fluxus è naribus conuenit. 640
menſibus ſuppreſſis frictio crurum. 396
mentha quid. 163
mentis firmitas quid indicat. 582
mero quid. 179

merula quid. ibid.
meſpila quid. 158
Μετωπον. 782
methodici. 678
methodus generalis conſeruationis corporum. 133
mictus ſanguinis aut puris non docet locum vlceris. 629
milium quid. 152
mingentes in lecto. 392
minoratiuom. 359
minoratiua purgatio. 581
myrti fructus. 156
mixta quid. 159
in Mixto an elementa maneant. 2
modus ſeruandus ad ferenda præſagia. 676
Mœſtitia quid. 74
mola quid. 400. Eius curatio. ibid.
molle & durum. 100
molle humidum eſt. 760
mora quid. 156
mora rubi. ibid.
mollities partis ad ſuppurationem iuuat. 814
morbus ad aliquid bifariam. 247
morbus an ſit ad aliquid. 250
morbus acutus. 255
morbus proprius & per conſenſum. ibid.
morbus, cauſa, & ſymptomata per ſe indicant. 289
morbus mali moris. 844
morbus ſalubris aut lethalis, vnde. 847
morbos ex calore aut frigore conſtat. 616
morbus vnus diuerſis temperaturis eſt comparandus. 886
morbus factus. 419
morbos lateralis quando minuitur. 520
morbus an ſit maximus in ſummo vigore. ibid.
morbus qui eſt qualitas, habet cauſam continentem. 430
morbus ametria eſt. 431. & 527. & ſeq.
morbus ſimilis. 582
morbi omnes omnibus fiunt temporibus. 129
morbi congruentes an ſint minus periculoſi. 281
morbilli. 257
morbis magnis ſanguis mittendus, vt intelligi debeat. 166
morbi eorum qui ad pubertatem accedunt. 600
morbi comitiales. 598
morbi intemperatura. 253
morbi magni & parui. 255
morbi benigni & maligni. ibid.
morbi communes & ſparſi. ibid.
morbi facti & fientes. ibid.
morbi continui. ibid.
morbi breues & diutini. ibid.
morbi in compoſitione. 253
morbi in numero. ibid.
morbi in quantitate. 254
morbi ſitus. ibid.
morbi longi aut breues quare fiunt. 579
morbus longus futurus. 613
morbi longi ſigna. 616
in morbis longis ſynceræ deiectiones. 664
morbi acuti ex decidentia non tranſeunt diem quadrageſimum: quomodo intelligendum. 726
morbi acuti febrem continuam habent coniunctam. 725
morbi acuti in omnibus diebus iudicantur. 838
morbi acuti ſine febre impropriè tales ſunt. 725
morbi conſequuntur præſentem aëris conſtitutionem, & anteactam. 889
morbi laterales ante ſuppurantur, quàm inflammatio hypochondrij. 738
morbi peracuti exactè ex decidentia. 726
morbi autumnales. 591. 592. 593.
morbi æſtatis. 598
morbi lateralis curatio contra Barbaros. 739
morbi magnitudo docet futuram criſim. 751
morbi ſpecies. 834
morbum iudicandum magnitudo docet. ibid.
morbi peracuti exactè anticipant in 3. aut poſtponunt in 5. iudicationem. 889
morbus articularis cauſæ, ſigna, curatio. 406. & ſeq.
morbus nullam vim habet agendi per ſe. 528
morbi additione habent cauſas coniunctas, ablatione eadem carent omnino. 431
morbi peſtilentes. 888
morbi præſentis conſtitutionis. 889
morbi qui ſequuntur præſentem aëris conſtitutionem. ibid.
morbi qui ſequuntur præcedentem conſtitutionem. 889
morbi quomodo proportionales inueniendi. 885
morborum acutorum terminus ex quibus diebus definiendus. 726
morborum & victuum ſchema. 547
morborum diuiſio. ibid.
morbi figuræ. 254
morbi conceptaculorum. 254
morbi quibus numeris curari debeant. 287
morbi tempora ex vrina cognoſcet medicus. 546
morbi ſimiles minus periculoſi. 582
morbi cutis. 422
morbi hyemis. 599
morbi ex impletione & vacuatione fientes contrariis curantur. 578
morbi iuuenum. 601
morbi ſenum. 602
morbi veris. 598
morbi puerorum cùm propè fiunt vt dentes edant. 699
morbi puerulorum. ibid.
morbi magna ex parte ſalubres fiunt. 574
morborum genera. 253
morborum curationes an æquis numeris fieri debeant. 285
morborum ſiccorum cauſæ. 260
morborum differentiæ. 559
morborum tres differentiæ. ibid.
morborum ex magnitudine & coctione diſtinctio. 521
morborum ſine materia tempora. 520
morborum acutorum terminus vigeſimus dies quomodo. 726
morborum diuiſio. 725
morborum materialium vnitas. 869
morborum popularium cognitio. 888
morborum reuerſiones plurimos interimunt. 859
morbo incipiente ac non turgente quid agendum. 569
morbos duplici comparatione cognoſcimus. 687
mors non aduenit in declinatione vera. 520
Naturalis ſine dolore. 460. 461
mors ex conſuetudine victus mutata. 557. 558
mors breui futura quibus ſignis. 856
mortis proximæ præſagia. 619
mortis medius impetus. 815
mortem indicare quid. 735
morituri primo quaternario ſtatim ſigna mala habent.

habent. 761
mortui præ gaudio. 233
mortuus ſubitò præ triſtitia. ibid.
Motus animæ non ſunt in noſtra poteſtate etiam ſecundum Theologos. 115
motus neruorum ſine ſenſu, & ſenſus ſine motu an conſiſtere poſſit. 99
motus contrarij an quietem habeant medium. 68
motus & quies non ſunt communia ſenſibilia. 76
an motus liber ſit reſpiratio. 109
motus cauſa caloris. 258
motus animæ cauſa caloris. 259
motus an generet calorem. 431
motus ſine ſenſu in vnico neruo an exiſtere poſſit. 99
In motu locali quæ adſunt. 108
motuum & actionum perfectio accidentalis. 93
motuum perfectio accidentalis. ibid.
Mucores dentium in febribus. 524
muliebris fluxus. 397
Curatio. ibid.
mulier ambidextera. 669
mulier an conceperit noſſe. 641
mulier concepturáne ſit, quomodo examinare oportet. 646
mulieres ſuperfœtant. 641
mulieres craſſæ præter naturam non concipiunt. 643
mulſa quomodo conceptionem detegit. 642
Muſa laxatur. 617
Muſa ineptè arguit Galenum. 787
Muſa notator. 782. 787. 839
muſculi mouentes oculos ſex. 698
muſculi quatuor modis mouentur. 704
muſculi temporales. 701
muſtum coctum. 145
mutationes contrariæ in eodem ſubiecto. 496
mutationes ſubitæ vituperantur. 588
mutatio ſubita ad naturalem diſpoſitionem dolorem infert. 589
mutationes temporum morbos faciunt. 590

N

NArium vlcera. 331
Naſus gracilis. 688
naſturtium quid. 163
natura. 487
natura venenorum inquiritur qualiſnam. 55
natura quinque ſenſuum externorum, qualis ſit. 80
natura quid apud Hippoc. 282
natura vbi non inuenit viam euacuationi. 745
naturæ miracula. 670
naturæ modum excedentia bona non ſunt. 578
naturæ valenti viæ patent. 670
naturales facultates quo & qua ratione diſtinguantur. 65
nauigationis vis. 608
nauſea quid. 557
nauſeæ peculiaris cauſa. 558
nauſeæ curatio ab humoribus aliunde transfuſis. ibid.
nauſeæ à diſtemperie curatio. ibid.
nauſea ab humoribus ventriculo innatantibus. ibid.
Nebula in die quarto quid indicat. 627
nebula in morbis bilioſis coctioni ſatisfacit. 783
Neoi & Neoteroi. 858
Neoterici confutantur. 862
Neotericus quidam tantum tres humores admittit. 17
Νεφίλη. 790
neruus ad organum auditorium veniens. 858
nerui quibus cauſis membris demandantur. 832
neruorum à cerebro coniugationes. 698
neruorum, oſſium & præputij diſciſſiones. 655
nerui guſtus. 96
de neruis opticis, egregia quæſtio. 86
nerui motiui & ſenſitiui. 98
neutra corpora. 246
Nigrum appendiculum. 790
Nocturna cæcitudo & eius curatio. 357
de Nominibus quanta habenda ratio. 855
Nothæ coſtæ vtrique parti iecoris conſentiunt. 757
Notæ principij coctionis & aliorum temporum. 519
notæ diſtinguentes phrenitidem ab inflammat. diaphragmatis. 304
Nox non ſignificat 24. horarum ſpatium. 574
Nutrix à Venere abſtineat. 236
Nutritio. 64
nutritio coctio eſt amplo vocabulo. ibid.
nux pini. 158

O

OBſonium conueniens lientericis. 364
obſtructio iecoris. Eius ſigna. 375
Obmuteſcere. 661
obſtructio eſt cauſa tenuitatis vrinæ. 541
Occaſiò præceps. 544
occaſio ceſſandi ab auxiliis. 566
ocimum quid. 163
otium quæ mala affert animæ & corpori. 535
oculus an ſit de natura aquæ. 81
oculi caui admodum. 464
oculi caui. 689
oculi quid. 172
oculi conſtructio, 321. Et morbi. 322.
Et curandi methodus. ibid.
oculorum localia medicamenta. ibid.
oculi eminentes. 699
oculorum anatome. 698
oculorum frequens motus oſtendit delirium. 735
oculorum palpebræ quare tument. 755
oculorum ſuſpectiones. 702
oculorum morbi contagioſi. 422
oculis caligantibus remedia, 239
oculorum colores. 87
oculorum vlcera. 324
Eorum curatio. ibid.
Nebulæ, & albugines. 325
oculorum ſigillatio, & eius curatio. ibid.
oculorum ſuffuſio, & ſigna. 326
oculos curandi methodus. 657
odor cum exhalatione & ſine ipſa producitur. 92
odores duorum generum. 94
odorata omnia an delectent aut contriſtent. 95
odoratus organum ex Ariſtot. 92
odoratus organum ex Galeno. ibid.
Oedema omnem tumorem ſignificat apud Hippoc. 614
Oedema. 741. 614
oedemata tardè ſuppurantur. 745
œdematum ſuppurationis terminus. 742
Offerendi verbo intelliguntur propriè cibi Hippocrati. 582
Olfactus hominibus inferior aliis. 94
olfactus humani, perfectio inquiritur. 93
Olimpicus reprehenditur. 419
oliuæ quid. 159
Omentum. 663
omentum quod liuet aut denigratur, ſecandum. ibid.
ὀμοχγίροιτες. 740

ὁμοτόνος. 459
omphalos. 743
Opacum ſplendori iunctum. 763
opinio falſa refutatur. 588
opiniones circa veſicæ membranas. 832
ophthalmiæ cauſa. 322
Ophthalmicorum victus. 322
ophthalmia quomodo reddatur contagioſa. 423
ophthalmiæ ſigna.ibid. curatio. 323
ophiaſis quid. 295
ὀπώρα. 593
Oraculum. 567
orbis celeſtis diuiſio. 845
ordeum quid. 151
ordeum an ſit frigidum. 152
ordo paratorum ad febres. 441
ordo in cognoſcendis morbis. 281
ordo eorum quæ colliquantur. 789
ordo ruptionum ſuppurationum. 745
ordines medicamentorum. 53
ordinis ciborum permutatio in menſis magnatum. 149
ὀργᾷν quid. 219
organa ſenſus ao reſpondeant elementis. 80
organum odoratus ex partium conſtructione diſquiritur. 98
orphnodes. 878
ortigo quid. 175
oris figuræ tres. 708
oris vlcera. 335
oris vlceribus ſerpentibus remedia. 536
oris fœtor,& curatio. ibid.
orthopnœa. 861
orthopnœa magna reſpiratio eſt. ibid.
oſſa ſine fibris trahunt alimentum ac retinent. 769
oſſis femoris excidentis cauſa. 663
oſſe ægrotante liuor. 655
oſſe oudato eryſipelas. 666
oſſium neruorum & præputii diſciſſiones. 655
oſcitatio. 671
oſcitatio fit abſque cerebri læſione. 712
oſcitationes non fiunt in ſomno. ibid.
otium quæ mala affert animæ & corpori. 135
os vteri durum conniuet. 645
oſtreæ quid 181 Ouilla caro. 170
ouorum differentiæ. 177
Oxalis quid. 162
oxymeli non alit. 608

P

PAllot quid ſecundum Celſum. 704
Palmæ fructus. 258
palmulæ in capitis dolore. 305
palpebra retorta. 705
palpebræ commiſſæ & non commiſſæ eædem dici poſſunt. 705
palpebrarum pruritus. 328
palpitatio quid. 321
palpitatio quomodo fiat. 277
palpitationum cordis notæ. 349
Et curatio. ibid.
palpitatio à calida intemperie,ibidem & frigida.ibi.
palpitatio. 735
palpitatio largo modo pro magno polſu. ibid.
Παλμὸς. 576
panatelæ ad tremorem. 521
pandiculatio febricitantium. 277
panis materia alimentoſa. 151
Panis ſemidalitis omnium ſaluberrimus eſt. 150
paraliſis & eius cauſæ. 317
paralyſeos notæ & curatio. 318
paraliticorum victus. ibid.
paricodi tempus. 404
partus decimeſtres. ibid.
partus difficilis cauſæ. 405
partus difficilis ſigna. ibid.
partus cum periculo. 645
partus naturalis cauſæ. 641
Partus ſeptimeſtres vitales quare. 23
parotides & earum curatio. 331
parotides Craſtitonactæ & ancillæ Pictoris. 859
pars inſtrumentaria. 19
partes inſtrumentarias habere corpus animantium, non eſt neceſſarium. 59
pars diſſimilaris ob figuram. 20
partes arteriarum calidiores habere. 467
partes compreſſæ melius ferunt dolorem. 709
partes molles quare ſuppurantur facilius. 814
partes quarum conſenſu fit aqua inter cutim. 826
partes diei aërem mutantes. 127
particulæ ſimilares apud Gal.quæ. 20
partis affectæ cognitio habenda. 292
partium principatus conſiderandus. ibid.
partium formatio conſideranda. ibid.
partium connexio conſideranda.Et rectitudo. 293
paruus pilæ ludus noſter alios erat Gal. 135
paſſio aſtricta. 432
paſtinaca quid. 165
pathos. 509
pathognomonica. 8 6
pathognomonica ſigna febris ardentis. 458
Pauli Æginetæ locus emendatus. 602
pauones quid. 175
Pediculorum curatio. 237.& 297
pedum nigredo. 764
pedum œdemata. 819
Pedum tumor ſignum commune. 755
pemphigώδεις. 416
Pelo quod malum appellant Hiſpani. 352
pepaſmos. 449
pepones. 147 peſis. 748
perdix quid. 175
perfectio in coctione. 449
perfectio olfactus humani inquiritur. 93
perfectio accidentalis,motuum & actionum. ibid.
periculum mortis in primis diebus. 737
permanentia eſt de morbi eſſentia. 419
perniones. 408
pernionum curatio. ibid.
peripneumoniæ ſigna & curatio. 342
periodi tempus. 623
perſica quid. 156
peſte laborantes alios inficiunt. 421
peſtileos febris duplex. 438
peſtilentes hecticæ. 443.& 444
peſtis fidum præſagium. 129
peſtis à cauſa communi. 438
peſtis multæ cauſæ. 438.439
peſtis quando ab aëre incipit. 439
peſtis quid. 438
peſſulum ad memoriam. 307
petroſelinum quid. 163
Phalacbroi. 657
phaleſi quid. 253
phantaſia quid. 106.715
phantaſia intuitionibus intellectui immediate miniſtrat. 715
phantaſia cur potius circa viſa quàm circa audita errat. 715
phantaſiæ læſæ exemplum. 716
phantaſiam ſolam non contingit lædi. 714

phantaſma

Digitized by Google

phantaſma quid. 112
pharmaco aſſumpto bibere ſtatim. 215
pharmaco ſumpto quid agendum. 221
phaſianus quid. 175
phlegma. 826
phlegmaioein. 733
phlegmone. 826.736
phlegmones generatio. 749
φλέγμα 494
phlyctænæ. 819
phlyctænæ oculorum. 324
φλέγμονη. 727
philoſophorum iuniorum ſcholæ error. 445
Philothei cenſura & aliorum. 645.649
phyma. 575.& 865.& 870
phymata quas habeant conditiones. 744
phyſis. 590
phragolinus quid. 179
φράζω Hippocrati quid. 571
phrenitis quid. 734.620
phrenitis ex ſpecie lethalis. 714
phrenitis per conſenſum. 858
phrenitidis ſpecies vnde diſtinguendæ. 716
phrenitis. 302
  Eius medela. 34
phrenitidis cauſarum differentiæ. 303
  Signa. ibid.
phreniticorum victus. 304
φρίκη. 879
phthiſis quid. 348
phthiſicorum ſigna,& victus. ibid.
Picatio partes tabidas reficit,& impinguat. 241
pica ſiue malacia. 403
pica quare dicta. ibid.
picæ curatio. ibid.
pingue affatim mictum. 796
pingue deſuper natat. ibid.
pingue ſupernatans vrinæ quid indicet. 795
pingue omne. 796
pinguedo ſupernatans. 668
piſces fluuiatiles. 182
Piſces marini quomodo à fluuialibus diſcernantur. 177
Piſces & carnes ſimul edere perniciosum. 178
piſces olfaciunt. 92
piſces pelagij meliores. 177
piſces fluuiales. ibid.
piſces reliquis coctionis facilitate conferuntur. 178
piſcium natura. 177
piſcium electio. 178
pleuritici in decimoquarto die purgantur. 633
pleuritidis generatio. 599
pilorum decidentiæ curatio. 296
pira quid. 157
Πυρετὸς. 428
Πῦρ quid Hippocrati. 888.& 661
Πυρὶν quid declarat. 657
piſa quid. 153
piſtacia quid. 159
pythion. 721
pituita bonum contentum refert. 547
pituita an in ventre generetur,an in iecore. 14
pituita non naturalis. 55
pituita quomodo multa hyeme generatur. 564
pituita. 494 Vitrea.ibid.
pituita putreſcens non efficit rigorem. 486
pituita dulcis. 495
pituita acida. ibid.
pituitæ ſalſæ generatio. 473.495
Plaicia quid. 181
Plantarum radicationi iecur vt ſimile. 11
Plantæ quare non ſentiunt. 104
Plantarum radicatio quid ſit. 62
Plato de ira. 428
Platonis ſententiæ expoſitio. 844
Platonis ſententia de viſus inſtrumento. 719
eiuſdem de elementis in mixto exiſtentibus opinio. 4
pleſmone quid. 571
plethora quid. 191.& 860
plethora duplex. 696
plethoræ quatuor ſpecies. ibid.
pleuriticorum victus. 346
pleuritidis curatio. ibid.
pleuritidi fomenta quæ conueniant. ibid.
plus quàm ratio poſtulat quid. 580
pluuiæ tempus ad purgationem expectare. 573
πτῦμα. 116
Ponos. 768
podagræ cauſæ. 656,661
podagræ terminus. 661
podagra vere & autumno quare magis. 662
polenta quid. 152
pollutiones nocturnæ. 394
Πόνος Hippocrati & Galeno quid. 570.618
portulaca quid. 162
pororum anguſtia duplex. 442
porrum quid. 162
poſca quid. 148
potus quo tempore ſumendus. 158
potus dilatiuus. ibid.
potus dapes an claudere debeat. ibid.
Potus ſtatim à pharmaco accepto ſumendus. 215
præcautio quibus debetur. 289
præcordia. 732
prædicere facilè eſt in morbis qui breui terminantur. 851
prædicendi ars circa difficilia verſatur. 676
prædicendi artis tres vtilitates. 680
prædicendi ratio vnde ſumitur. 848
prædicendi via in morbis omnibus longitudinē. 679
prædicendum nihil temere. 846
Prædictiones Galeni. 887
prædictiones non omnino tutæ. 576
prægnantium coctos humores purgare. 602
prægnantis ſignum. 619
prænoſcendi ars ad curationem neceſſaria. 680
prænotio & Dignotio propter curationem ſunt. 678
præpntij neruorum & oſſium diſciſſiones. 656
Πρεσβύτης. 740
præſagia mortis proximæ. 621
præſeruatiua purgatio quibus conuenit. 660
præuiſiua purgatio. ibid.
priapiſmus quis. 394
priapiſmus fœminarum. ibid.
principis Ebulenſis morbus eiuſque curatio. 640
principium. 697
principium ſpatium quatuor dierum. ibid.
principium tempus cruditatis. ibid.
principium trium dierum quare. ibid.
principium hecticæ. 464
principium motus in brutis. 108
à principio fieri quid. 461
probandi via duplex. 856
Prodicus. 494
proficientes. 581
prognoſis. 678
prognoſticorū doctrina de ſignis eſt vniuerſalis. 675
prognoſticorum liber de quibus ſit. 886
  Et de quibus morbis. 754

prognoſticorum liber eſt de morbis acutis. 686
prognoſticorum librorum ordo ad libros de morbis popularibus. 675
prognoſticorum ſententias nunquam medici mutarunt. 675
prophaſis. 694
prophylacticæ. 441
proprietates rerum diſquiruntur. 523
proprietas apud Auicennam. ibid.
proprietas relatio eſt. 524
protopum quid. 145
pruna. 157
pterygion & illius curatio. 324
ad puberiatem accedentium morbi. 600
pubeſcere quando incipiunt homines. 794
pueri æſtatis inito & vere. 596
pueri minimè omnium ferunt ieiunium. 562
pueris fluxus ſanguinis non ſicut adultioribus. 741
puerorum morbi cum propè ſunt vt dentes edant. 599
puerorum calor iuuenum calori comparatur. 47
puerorum purgatio. 213
puerorum vrinæ copioſum habent contentum. 544
puerulorum morbi. 599
puerulorum in ſomnis timor. ibid.
puerulurum tuſſes. ibid.
puerulorum vomitus. ibid.
pulmonia ſuperueniens naturali morbo. 665
pulmo quid. 172
pulmonis temperaturæ. 245
pulmoniam parientes quando coguntur reſidere. 710
pulmonis feruor. 806
pulmonis morbi duobus modis finiuntur. 822
pulmonis ſuppurati indicium ad ſalutem. 829
pulmonis ſuppuratio aliter cognoſcitur quàm thoracis. 810
pulmonem nihil purgare. 806
in pulmonia vehementi & periculoſa criſis ſpectatur. 827
pulſatilis facul. ſedes. 68
pulſatilis facultas duplex. 70
pulſus læſionum cauſa. 276
pulſus definitio. 68
pulſus mutatio in mag. & crebrit. an ſimul aduenìant. 73
pulſus ſigna ad mortem validiora. 530
pulſus docet tempora acceſſionum. 559
pulſus inflammationum. 666
pulſus & vrinæ mutatio in febre peſt. 520
pulſus inæqualis cauſæ. 414
pulſus contractio an fieri poſſit diſtenſione maior. 452
pulſus inæqualitas febris. 485
pulſus in ſolis diariis ad naturalem ſtatum redit, 453
pulſus & caloris inæqualitas ſignum putridæ febr. 456
pulſus durus in putridis febr. 457
pulſus feb. tendentis in marcorem. 452
pulſus tertianæ, quartanæ & quotidianæ conferuntur. 477
pulſus eorum qui ſuppurantur. 888
pulſus incipientis ſuppurationis. 816
pulſus non omnibus inflammationibus communis. 734
pulſus ſudoris. 730
pulſuum doctrinam prætermiſit Hippocrates. 693
pulſuum vſus. 72
pulſus cauſæ continentes. ibid.
pulſus differentiæ. ibid.
pulſus mutatio in mag. celer. & crebritate an ſimul aduenìant. 73
Galenus abundè ſcripſit de pulſibus. 528
Morbi tempora ex pulſibus. 529
Ex pulſibus mortis & ſalutis ſigna capiuntur. ibid. & ſeq.
pupillæ dilatatæ curatio. 324
pupillæ tabidæ curatio. ibid.
punica quid. 557
purgandorum corporum ratio. 214
purgantia medica. quibus conueniunt. 212
purgare ad animi deliquium. 214
purgatio quibus non conuenit. 212
purgatione incœpta à cibo & ſomno abſtinere. 215
purgatione excedente modum. 222
purgatione finita quid agendum. ibid.
purgationem quæ præcedunt. 221
purgata qualia bene tolerant. 810
purgatio minoratiua. 581
purgatio ab euacuatione quo differt. 212
purgare cum bona præmeditatione quare. 568
purgantia medicamenta. 610
purgationes menſtruæ quo tempore incipiunt ac deſinunt. 859
purgationis completæ, ſitis ſignum eſt. 222
purgatio præſeruatiua quibus conuenit. 660
purgatio præuiſiua. ibid.
purgationibus euntibus fœtus non eſt ſanus. 647
purgationes ante præparationem quales. 573
purgatio quibus humoribus debetur. 545
de purgatione aduerſus Medicos. 569
pus æquale ac læue. 747
pus album. ibid.
pus apud Celſum de bono tantùm. ibid.
pus à veſica fœtidum. 833
pus in thorace ſuſpenſum ſentitur. 888
pus medium obtinet & extremum. 746
pus reſidens in vrina. 833
pus ſine vrina mictum. ibid.
pus à veſica vehementius fœtet. 549
pus optimum. 443
pus & aqua ſenſim educi debent. 656
pus occultatur, & quare. 661
puris aut ſãguinis mictus nõ docet locũ vlceris. 629
pus veſicæ quare fœtet. 631
puris albedo. 747
Puris albedo non æquat albedinem ſeminis. 749
puris fœtor. 747
puris generatio à calore naturali & præter naturam fit. 750
puris generatio, coctio & putrefactio eſt. 746. 750
puris locus ex decubitu. 816
puris loci dignotio. ibid.
puſtulæ ſublimiores & latæ. 744
putredo. 747
putredo non eſt naturalis. 449
putredinis natura ex Ariſtotele. 447
putredo à calore & humiditate. 448
putrida ad finem ſicciora. 524
putredinis cauſa. 492
putrent quæ non euentantur. 749
putridis febribus quibus ſanguinis miſſio conuenit. 195

Q

QValia Medicis quid ſignificent. 545
Qualitas coctionem comprehendit. 772
qualitatum ordo agendi & patiendi. 6
an qualitatum ſumma latitudo ſemper impleri debeat. 7
quantitas eorũ quæ vacuantur vnde definienda. 568

quæſtiones

quæſtiones conſidetādæ ad medendi rationem. 186
quartana à conuulſioue liberat. 650
quartana incipiente ſudor non conuenit. 567
quartana diutina eſt,non lethalis. 651
quartanæ rigor. 482. Materia illius.489
quartanæ genetales cauſæ. 496
quartanām autumnus generat. 489
quartana continua. 479
quartana longiſſima & ſecuriſſima. 490
quartanas aliquando plurium dierum ſu interuallo repetere. 492
Aetas quartanis apta. 490
quaternarij non iuut inregris diebus annumerandi. 845.
quintana,ſeptimana,nonana. 501
quotidianæ calor non ſtatim vrit. 487
Eius ſigna. 486. Pulſus eius. ibid.

R

RAbies futor eſt. 868
Rabiei cauſæ ex aëre ambiente. ibid.
rabiei ſigna. ibid.
rabie corripiuntur alia animalia à cane. ibid.
ranæ quid. 182
rhagadia ani. 173
rhias & enchantis. 328
raphanum quid. 164
rapum quid. 165
raritas & denſitas. 648
rationalis. 678
ſecundum rationem factum vnde cognoſcendū.589
raucedo. 807
raucedines & grauedines. 585
recidiua aliqua eadem cum principali morbo. 868
recidiuarum cauſæ. ibid.
recidiuarum indicia. 869
recidiuas faciunt quæ relinquuntur ex morbis. 574
rectitudo non in fibris longis ſita. 205
redundantia in prima regione. 592
redundantia in ſecunda regioue. 593
regionum diuerſitas non impedit vniuerſalia dogmata. 892
refectio corporis per cibos, potus & odores. 573
refectionis vſus per ætates. 562
refrigerati ſtatim ad ignem non accedant. 240
refrigerari extrema externis,exuſtis,vnde fit. 619
refrigeratio extremorum à dolore. ibid.
refrigeratis qua ratione aqua frigida proſit. 242
remiuiſei quid. 507
renes ambigunt. 204
renes qua materia alautur. 33
renum inflammatio. 384
renum inflammatorum victus. ibid.
renum inflammatorum curatio. 385
reuum ſcirrhus,& curatio. ibid.
renum vlcus,& curatio. ibid.
renum paſſiones illarúmque curatio. 653
repaſſio fit inter æqualia. 7
repaſſio an ſit. 6
repaſſiouem eſſe non citra diſtiuctionem ferendū. 7
repetere per acceſſiones putridarum ſignum. 643
repetitio inutilis damnatur. 496
repugnanriarum modi. 244
reſidere in lecto orthopnœæ cauſa. 750
reſpiratio an liber motus ſit. 509
reſpiratio an electione fiat. 510
reſpiratione fæx deorſum per ventrem mittitur. 279
reſpirandi difficultas & delirium cum febre, lethale. 620
reſpiratio quid. ibid.
reſpiratio interciſa. 662
reſpirationum inæqualium differentiæ. ibid.
reſpiratio naturalis quid indicat. 727
reſpiratio non variatur ad menſuram caloris. 72
reſpiratio per dolores parua fit quare. ibid.
reſpiratio ſublimis. 820
reſpirationis cauſæ contentiuæ. 720
reſpirationis differentiæ. 723
reſpirationis differentiæ methodo inuentæ. ibid.
reſpiratio delitij & doloris in partibus ad ſeptum. ibid.
reſpirario frequens. 721
reſpiratio intro dupl. 723
reſpiratio magna & frequens. 721
reſpiratio magna rara. ibid.
reſpirationis difficultas ſignificat abſceſſum ad ſuperiora. 826
reſpirarionis dubia. 723
reſpirationis inſtrumenta. 725
reſpirationis primæ differentiæ tres. ibid.
de reſpiratione magna & rara Galeni exemplum. 722
reſpirationibus diuerſis varij muſculi. 721
retentionis cauſæ finales. 495
retentum putrefieri. ibid.
reus quid. 185
reuulſio quid. 207
Rigor in febribus putridis. 450
rigor quartanæ. 489
rigor ſine febre. 488
rigores aut antecedunt, aut ſequuntur febres. 477
rigor quid. 855.& 652.625
rigorum differentiæ. 622
rigor incidens. 618
rigores à poſterioribus magis. 650
an Rigor fieri poſſit ſine febre ſubſequente. 491
rigor à potu vini. 664
rigor vomitus ſignum. 878
rigoris cauſa. 815
rigoris generatio. 879
riſus ſardonicus. 320
Robur vitium ad ſanguinis miſſi. maius quàm ad purgat. 196
Ructus acidi cauſæ. 657
ructus cauſa. 277
Rumpi ſuppurationem ad interiora quare peius.746
Rupiæ intus ſuppurationes optimæ cum conditionibus. 745
rubeculæ quid. 182

S

SAccharum quid. ibid.
Sacer morbus in deorum iram non eſt referendus. 686
ſacræ literæ hominum robur definiuerunt. 892
ſcarificare cruta. 205
ſaliua tenuis effluens. 879
ſalmo quid. 180
ſalſæ pituitæ ſymptomata. 495
ſalſæ pituitæ generatio qualis. 15
ſalubre eſt non viuere in conſtituta menſura. 548
ſana quæ ſunt purgari non debent. 509
ſalutis ſigna. 795
ſana ſanis ſimilia. 672
ſanis purgatio periculoſa. 609
ſanitas ſymetria eſt. 527
ſanies. 747
ſanguis vgæ. 211
ſanguis mittendus non eſt cum ſatietate. 599
ſanguinis mittendi dies. ibid.
ſanguinis mittendi quantitas. ibid.
ſanguin. miſſ. ad animi deliquium in maximis inflationibus. 201

ſanguinis miſſio ad animi deliquium in dolore ingentiſſi. 202
ſanguin.miſſio ad animi deliquium in quibus morbis. 200
ſang. mittendus in ardentiſſ. febr. ad animi deliquium. & in quibus. ibid.
ſang.miſſ.ad coloris mutationem. 202
ſang.miſſ.impartienda. ibid.
ſang. miſſ. in pleuritide. 205
ſang.miſſ.quædam circunſtant. 209
ſanguin.miſſ.pro vitium ratione. 196
ſang.miſſio in lapide renum. 387
ſanguinis miſſ. vtero gerentibus. 198
ſanguine nou facilè exeunte quid agendum. 210
ſanguis naturalis. 12
ſanguis temperatus an calidus, an frigidus ſit. ibid.
ſanguis temperatus ex Ariſtotele. ibid.
ſanguis frigidus quomodo. 12
ſanguis à calore temperato fit. 13
ſanguis calidiſſimus,& bile calidior an ſit. ibid.
ſanguinis effectus. ibid.
ſanguis animatus an ſit. ibid.
ſanguis vitioſus. ibid.
ſanguinis mictus. 384
ſanguinis mictus curatio. ibid.
ſanguinis miſſio in morbis præſentibus aut futuris. 194
ſanguis quid. 172
ſangnis an ſit vltimum alimentum. 19
ſang.miſſ per interualla. 203
ſang.miſſ.repetita ob imbecil.facult. ibid.
ſanguinis miſſio in comitiali. 310
ſanguinis miſſ. pueris. 597
ſanguinis ſputum. 343. curatio ibid.
ſanguinis ſputi à ventre , aut à pulmone curatio. 343.& 344
ſanguinis ſputum ex diſtillatione. ibid.
ſanguinis ſputum ex vena rupta,aut eroſa. ibid.
ſanguificam facultatem caro iecoris tribuit venis.61
ſanguificam venæ bibent facultatem. 18
ſanguis putreſcit. 505
ſanguinis mutatio aſſatione. 506
ſanguis non eſt calidus per ſe , etiam ſecundum Galeni ſententiam. 12
a Sangu.miſſio.qnid agendum. 210
ſanitas ſymmetria eſt. 527
ſanguinis fluxus è naribus menſibus retentis conuenit. 645
ſanguis menſtruus per quas venas manat. 647
ſanguinis fluxus veris proprius. 598
ſanguis ad mammas fertur à partu. 641
ſanguinis aut puris mictus non docet locum vlceris. 629
ſanguinis mictus ſponte. 630
ſanguis quando mittendus vtero gerentibus. 639
ſanguinis excretiones bonæ & malæ. 611.611
ſanguis extra vaſa putreſcit. 749
ſanguinis è naribus eruptio ab externis inflammationibus ſperatur. 743
ſanguinem extra cor & venas non eſſe vult Ariſt.749
ſanitas duplex eſt quemadmodum duplex morbus. 451
ſapor qnid. 96
ſapor dulcis qua ratione medius , & qua extremus. ibid.
Sapor acidus. 97
Sapor adſtringens. ibid.
Sapor ſalſus. Sapor amarus, acris. ibid.
ſapores apparentes. 160
ſaporum ſpecies. 97
ſardeua qnid. 149
ſarpullido Hiſpanis quid. 598
ſatyriaſis quid. 600
ſaualus quid. 181
Scabies veſicæ. 629
ſcandix quid. 163
ſcarificationis vſus. 211
ſcheatica vena quæ. 658
ſcheaticæ venæ ſectio quibus prodeſt. ibid.
ſchema morborum & victuum. 547
Scirrhus. 739
ſcirrhi generatio. ibid.
Scythia quo loco ſita. 893
Scombrus quid. 579
ſcopi coindicantes ad quantitatem attinent. 199
ſcopus ab ætate. 597
ſcopus inſtitutionis victus. 558
Sectio venæ difficultatem vrinæ ſoluit. 658
ſecundæ vt procidant. 644
ſecundæ eductio. 404
ſecundum locum motiuum non conſtituit ordinem animatorum. 511
ſedimentum ſpeciem farinæ craſſioris referens.667. 787
ſedimen non adeo bene alteratur vt ſanguis. 750
ſedimentum æquale. 383
ſedimentum debet eſſe album. ibid.
ſedimentum ex humore. 752
ſedimentum furfureum duo ſignificat. 787
ſedimentum ſquamoſum. 788
ſedimentum tenue album. ibid.
ſedimentum vrinæ an ſit pars humoris in febr. 750
ſedimentum vrinæ in ægris pars eſt humoris,& pars crudi ſucci. 751
ſedimentum vrinæ quare non fœtet. 752
ſedimentum humoris cinericium eſt. ibid.
ſedimentum κεγχρώδης. 787
ſedimentum læue. 783
ſedimentum referens ſpeciem farinæ craſſioris, quid indicet. 787
ſedimentum vrinæ quibus copioſum. 785
ſedimenti vrinæ generatio. 750
cum ſedimento referente ſpeciem farinæ craſſioris quidam temporis ſpatio liberantur. 787
ſemen arteriæ & venæ conficiunt. 749
ſemen fœminis non eſt ex Ariſtot. 28
ſemen maris an ſolam præſtet efficaciam ex Ariſt. ibid.
ſeminis profluuij cauſa. 393
ſeminis profluuij curatio. ibid.
ſeminum electio. 550
ſemen vnde procedit. 25
ſemen genitale. 24
ſemen excrementum eſt. 25
ſemen actu viuat an non. ibid.
ſemen an à ſingolis membris generetur. 22
ſeminis efficacia ex Hippocrate & Galeno. 29
ſeminis generatio & materia. 26
ſenectus. 740
ſenectus frigidum & ſiccum temperamentum. 741
ſenes quare facilius ferunt ieiunium. 562
ſenum morbi. 602
ſenum victus. 238
ſenum cibus prima menſa. ibid.
ſenum dentibus commodantia. 239
ſenibus febres non ſimiliter acutæ. 563
ſenſationes paſſione fiunt. 76
ſenſib. per ſe & per accidens quæ ſint. ibid.
ſenſibilia communia an proprias refundant imagines. ibid.
ſenſum communem in corde Ariſtot ſtatuit. 105
ſenſus humani an ſint brutorum perfectiores. 94

Digitized by Google

ſenſus guſtus. 96
an ſenſibus omnibus mitti ſpecies ſiue ſimulacra à rebus verum ſit. 8
ſenſus omnes dolore & delectatione affici. 100
ſenſus communis inuentio ex Ariſto. 105
ſenſus communis apud Galenum. 716
ſenſus communis ex Ariſtotele. 715
ſenſus externi propria ſentiunt ſenſibilia. 105
ſenſus non ſolas rerum ſimilitudines ſuſcipiunt. 104
ſenſus quo craſſiores ſunt, minus à nobis ſeparantur. 80
ſenſus qui patiuntur dolores minores & quare. 81
ſenſus communis non eſt apud Galenum facultas aliqua. 106
ſenſibus omnibus dolores accidunt. 100
ſenſibus commune an ſit, rerum formas ſine materia ſuſcipere. 104
ſenſibilia communia ſenſum mutant ſua ſimilitudine. 77
ſenſibilia communia non mittunt imagines per medium ad potentiam. ibid.
ſeptimeſtres partus quare vitales. 23
ſeptum tranſuerſum ferè perpetuum efficit delirium cùm inflammatur. 734
ſera diuerſa diuerſos vrinarum colores afferunt. 541
ſeroſum in ſanguine excrementum. 8
ſerum ſanguinis quid. 531
ſeſamum quid. 153
ſexuum temperaturæ ex Hippoc.& Galeno. 50
ſexus quare diſtincti. 24
Siccitas non eſt de febris eſſentia. 391
Siccitas magis impedit putredinem, quàm frigiditas. 342
Siccitas eſt lima caloris inquit Auic. 65
ſiccum & humidum quomodo cognoſcantur. 49
ſiccum omne an durum ſit. ibid.
ſiccum & humidum duobus modis. 50
ſidera quid. 148
ſignum quid. 675
ſignum bonum. 810
ſignum quod ſe ſolo nihil certi ſignificet. 860
ſigna longi morbi. 616
ſigna longorum morborum in ſalubribus vim habent. 621
ſigna mala non habent maiorem malitiam, quàm contraria bonitatem. 582
ſigna ab vrinarum quantitate. 543
ab vrinarum contentis. ibid.
ſignæ propria & communia. 280
ſignorum generalis inuentio,& agnoſcendi via. ibi.
ſigna frigidi corporis. 125
à ſignis inchoanda eſt ars tota. 524
Signa temperati corporis. ibid.
ſigna duorum generum neutra. 246
ſigna neutra toto genere præter naturam. 247
ſignorum differentia. 279
ſigna omnia quæ decet in ſuppuratis aduertere. 821
ſigna alia ab his quæ ſunt in facie an appareant in principio. 692
ſigna aſſidentia quædam perpetuò adſunt. 756
ſigna ex pulſu ſignis ex vrina conferuntur. 784
ſigna inflammationis iecoris. 757
ſigna morbi lateralis. 802
ſigna mox apparentia. ibid.
ſigna omnia à quibus prædicimus. 676
ſigna veſicæ læſæ. 630
ſigna recentis rupturæ ſuppurationum. 820
ſigna ſalutis. 890
ſigna ſalutis non variant morborum terminos. 855
ſignorum diuerſi ordines. 887
ſignorum diuerſitas in ſignificando. 891
ſignorum diuiſio. 80
ſignorum malorum malitia. 582
ſignorum ſingulorum dignitas. 812
ſignorum tria genera. 890
ſignorum vires perpendendæ. 887
ſiliqua quid. 159
ſimia Callias. 844
ſimilares particulæ ſecundum Galen. 50
ſimilaris pars bifariam dicitur. ibid.
ſimilia in ſeipſa non agunt. 441
ſimilitudo maiorum ad parentes ex Ariſtot. vnde ſumitur. 29
ſymbola inuicem quare facilius mutentur. 2
ſymptomaticæ vacuationes an noceant. 604
ſymptomata à cauſa præter naturam orta. 276
ſymptomatica vacuatio differt à ſymptomate. 272
ſymptoma omne an naſcatur à morbo. ibid.
ſymptomatum tria genera. 265
ſimulacra rerum ſenſibilium alia à ſenſibus ſuſcipiunt. 104
ſynapi quid. 163
ſyncera. 799
ſynceræ deiectiones in morbis longis. 664
ſyncerum duobus modis. 800
ſyncope quid. 350
ſyncope affectorum victus ad acres ſuccos. ibid.
ſyncope à craſſis humoribus. ibid.
ſyncopes cauſæ. 276
ſyncope ob acres humores. 350
ſyrupus pretioſus apud Ætium quid. 397
ſingultum excitare poteſt frigus ingens. 361
ſingultus quid. 631.654
ſingultus ſpecies. 631
ſingultus poſt vomitum. 663
ſingultus curationes. 654
ſingultus cauſa. 361
ſingultus ex eſu ciborum curatio. ibid.
Σιραιον quid. 147
ſiropos non appellat cibos Hippocrates. 697
ſyruporum vſus. 450
ſiſer quid. 163
ſitis quid. 357
ſitis à ſomno iuuatur. 639.357
ſiti vacantes dum purgantur, cibos accipere non debent. 610
ſitis ſign. purgationis completæ. 111
ſitus patientis ad ſang.mittendum. 116
ſitus partium. 203
ſitus communc ſenſibile. 77
Solanum quid. 162
ſolea quid. 181
ſolidæ partes. 416
ſolis verus motus. 843
ſolutionis perfectæ cognitio ad quid vtilis. 869
ſomnus longus quæ mala adfert. 570
ſomnus duorum dierum. 842
ſomnus longus qua cauſa pueris prodeſt. ibid.
ſomnus priuatio eſt. 767
ſomnus qui modum excedit, damnandus eſt. ibid.
ſomnus quid. 569
ſomni conſuetudo. 588
ſomnus & vigilia ſupra modum, mala. 570
ſomnus longior hyeme. 564
ſomnus ſymptomata mitigat. 570
ſomnus quibus nocet temporibus. ibid.
ſomnus coctiones iuuat. ibid.
in ſomno calor intus colligitur. ibid.
ſomnus in quibus morbis lædit. ibid.
ſomni ſpatium. 189
ſomni commoda & noxæ. 190
ſomni remedia. ibid.

ſomnium quid. 107
ſomnus naturaliſſimus. 189
ſomnus diurnus. ibid.
ſomnus & vigilia. 107
ſomnus purg ſignum completæ. 222
ſomni cauſa. 107
ſomnus an per ventriculi calorem. 189
ſomni cauſæ naturales,& præter naturam. 567
ſomni ratio. ibid.
ſonantia metallica impedita franguntur. 89
ſonitus bomboſus. 781
ſonitus locum flatus oſtendit. ibid.
ſoni natura,cauſa & ſubiectum. 89
ſonus quibus inhæret. ibid.
ſonus ſenſim effunditur. 88
ſorba quid. 158
ſorbitio febrienti quando danda. 559
ſordes circa pupillam. 699
ſordes oculorum videntium. ibid.
ſoretica dubitatio. 855
Spatium deambulationis. 136
Species ſiue ſimulachra an à rebus mittantur ſenſibus omnibus. 8
ſphaceliſmus quid. 670
ſpinarum euulſio. 340
ſpiritus delirantium rarus & magnus, & quomodo. 729
ſpiritus animalis quomodo generetur. 79
ſpiritus illidens. 723
ſpiritus ſublimis. 861
ſpiritus noxæ. 276
ſpiritus naturalis an ſit. 68
ſpiritus duæ materiæ. 573
ſpiritus offendens. 626
ſponte quid Hippocr. 546
ſpuere citò. 802
ſpumæ generatio. 667
ſpumæ cauſæ. 585
ſputa diuerſa. 505
ſputum commixtum eſſe debet. 804
ſputum chlorum. 805
ſputum in principio pulmoniæ. 808
ſputum nigrum duplici ratione malum. 810
rotundum. 804
ſputum ſecundum naturam. ibid.
ſputi duæ conditiones. 802
ſputorum colores. 809
ſputorum purgationes. 811
ſputum,bonum & coctum ſputum ſignificat. 619
ſputum carbonibus ſuperfuſum probatur. 634
ſputa varia. 619
Squamæ à furfuribus quo differunt. 634
ſquamulæ à veſica. ibid.
ſquamulæ non ſemper in vlceribus veſicæ. 833
Staminum genera. 66
ſtaphyloma quid. 325
ſtatua quid. 175
ſtatum quæ vrina indicat. 546
ſtatus futurus quomodo prænoſcendus. 561
ſtatus partes. 546
ſterilitatis differentiæ. 402
ſterilitatis curatio. ibid.
de ſterilitate Ariſtotelis opinio. 643
ſternutamentum ſine generatione flatus ſit. 670
ſternutatio hyſtericis,bonum. 640
ſternutamentum. 807
ſternutamenta quando bona. 808
ſternutamentorum malitia. 807
ſternutatoria. 306
Stillicidium vrinæ ad quæ ſequitur. 646
Στραγγουρία. 690
ſtrangulatorum curatio. 339
ſtridor dentium cum delirio. 721
ſtrophos quid. 651
ſtrumæ quid. 600
ſtupor à vulnere capitis. 665
Subitæ mutationes vituperantur. 588
ſubſiſtentium temperies. 601
ſubuulſi qui. 394
ſucci aliis à ſang.cum ſanguine mixtis, quid agendum. 203
ſuccus crudus in vrina ſubſidet. 751
Sudor quomodo fiat. 75
ſudor. 727
ſudor circa caput. 729
ſudor crudo morbo non confert. 728
ſudor duplex. ibid.
ſudor frigidus. 729
ſudor in quatto die. 728
ſudor inutilis. 729
ſudor nón colligitur in aliqua parte. 727
ſudor optimus. 728
ſudoris frigidi ſigna. 729
ſudoris multi cauſæ. ibid.
de ſudore frigido dubium. 729
ſudor non conuenit in quartana incipiente. 567
ſudor iuxta mortem. 651
ſudores vnde euacuent. 615
ſudores ex quibus iudicant. ibid.
ſudor plurimus ſemper fluens. 617
ſudor in quarto. 615
ſudores vere multi. 592
ſudores frigidi quid iudicant. 615
ſudamina. 698
ſudoris cauſæ. 615
ſudores boni qui. ibid.
ſudor optimus quis. 622
ſudor plurimus. 617
ſudor quomodo partis morbum oſtendit. 616
ſudorem elicientia. 230
ſudor an natura fiat. ibid.
ſudores cognoſcere antequam eueniant. 730
ſudorum differentiæ. 728
ſuffitus aromatum ad menſes retentos. 639
ſuffocatæ carnes. 168
ſuffuſionum curatio. 326
ſuffuſorum victus. ibid.
ſuilla caro. 170
ſuperfœtare. 644
ſuperfœtatio etiam mulieribus accidit. ibid.
ſuperpurgatio. 632
ſuper fructus quid ſit bibendum. 160
ſuppreſſis menſibus frictio crurum. 396
ſuppuratio pectoris. 347
ſuppuratio ruptu noxæ. ibid.
ſuppuratorum victus,curatio. ibid.
ſuppurati quid. 633
ſuppurationis principium. 635
ſuppurationum terminus rupturæ. 634
ſuppuratio. 811
ſuppuratio poſt vigeſimum ſperanda. 738
ſuppuratio quę fit in abdomine,à ſuppuratione thoracis,quomodo differt. 816
ſuppurationis citæ,aut tardæ cauſæ. 814
ſuppurationis locus ex calore. 817
ſuppurationis rumpendæ ſigna. 814
ſuppurationis ſignum febris. 815
ſuppurationis ſignum pondere grauati. ibid.
ſuppurationis ſignum rigor. ibid.
ſuppurationem rumpi qua parte melius eſt. 745
ſuppuratione rupta cum omnibus ſignis malis citiſſima ſequitur mors. 842

ſuppu

ſuppurationes in abdomine ruptæ, veutrem & inteſtina irritant. 746
ſuppurationes in quibus locis, citius aut tardius fiunt. 743
ſuppurationes magis in ſenibus. 857
ſuppurationum ruptarum fines quatuor. 822
ſuppurationes ſequuntur hecticæ febres. 818
ſuppurationes tertio modo peſſimæ rumpuntur. 745
ſuppurationes ventris cùm rumpuntur, ventrem turbant. 743
ſuppurationum rumpendarum ſigna. 821
ſuppurationum ſudores. 818
ſuppuraturum tuſſis. ibid.
Surditas per billioſas deiectiones curatur. 612
ſurditas quæ curari poteſt. 623
ſurditatum indicia. ibid.
ſymbola facilius inuicem mutari qua ratione. a

T

TAbes fit ab ſputo. 665
Tabes iuuenibus quare. 633
tabidi ab autumno læduntur. 593
tabis curatio. 348
tactus omnibus ſenſuum externorum organis ineſt. 99
tactus obiecta varia. 100
tactus læſiones. 268
tale ex ſe, & tale ex accidenti. 51
tale actu & tale potentia. ibid.
taurorum caro. 170
Τάχιτα quid ſignificet. 864
temperamenta per ſexus diſtincta an ſint. 50
temperamentum optimum antiqui prætermiſerunt. 41
temperamentum quid. 35
temperamentum duplex. ibid.
temperatura duplex. ibid.
temperatiſſimum corpus, an magis aliis cauſis morboſis reſiſtat. 40
temperati corporis ſigna. 124
temperati ad pondus expoſitio. 38
temperatum non eſt leuitatis & grauitatis medium. 40
temperatum vniuerſa ſubſtantia, & temperatum ad iuſtitiam. ibid.
temperatum ad iuſtitiam, an ſit extremorum medium. ibid.
temperatura & ætas ſine conſuetudine indicant contra Galenum. 291
temperatura media, & quæ ab ea labuntur. 37
temperatura vitæ longioris. 41
temperatura optima qua ætate. 45
temperatura potentia talis, & actu talis. 36
temperatura humida etſi parum lapſa modicè ſimilibus ſeruanda eſt. 134
temperaturarum valde labentium correctio. 246
temperaturæ ſexuum ex Hippocr. & Galen. 50
temperatura aëris an calida & humida. 5
temperatum cauſis magis aliis obſtat. 40
temperaturæ ſiccæ correctio. 246
temperaturæ nouem. 37
temperaturæ ad pondus inuentio. ibid.
temperaturæ externæ. 51
Templi Apollinis inſcriptio. 589
tempora generalia morborum. 519
tempora coctionis non ſunt vera morbi tempora. 520
tempora ſymptomatum. ibid.
tempora morbi lethalis. ibid.
temporum collapſus. 464
tempora omnia tripartita. 129
temporis conſideratio ad ſanguinem mittendum. 199
temporum mutationes. 127
temporum mutationes fugere non valemus. 130
temporum à natura variationes. 129
tempus prolem procreandi. 24
tempus purgationi aptum. 215
tempus periodi. 623
tempus pluuiæ ad purgationem expectare. 573
tempora inflammationum. 587
temporum mutationes morbos faciunt. 590
tempus quo apparent notæ coctionis, æquale ferè eſt tempori complementi. 791
temporis conſtitutio aduertenda. 889
tempora collapſa. 689
temporum inconſtantia morborum recidiuam prænuntiat. 869
tenebræ vomitum indicant. 878
teneſmi cauſæ. 367 curatio. ibid.
teneſmo laborantium victus. ibid.
tenuiora melius à vaſis excernuntur. 806
tertiana exquiſita de ardentium numero. 483
tertianæ acceſſio horarum duodecim. ibid.
tertianæ rigor. 482
tertiana febris periculo vacat. 484
tertianæ longitudinis cauſa. 483
tertiana exquiſita quæ. 623
teſtacea quid. 181
teſtes quid. 172
teſtes facultatem toto corpori tranſmittunt. 27
teſtium attritio. 656
tetanus quid. 320
teſtium inflammatio. 392
teſtium inflammatorum curatio. ibid.
teſtium vſus ex Ariſtot & an ſemen generent. 26
themiſon. 457
theoremata communia. 794
propria. ibid.
Θλίψις. 456
Thomæ de Garbo temeritas in Gale. reprehenſione. 48. cuius argumenta ſoluuntur. 49. & 421
thoracis calor deprehenditur. 801
thoracis duplex cauitas ex anatome. 817
in thorace quæ continentur, debent eſſe modicè craſſa. 803
Θύρον quid. 749
Θράνος. 699
Θρίψις. 748
Thucydidis teſtimonium. 439. 107
Timor quid. 655
timor in ſomnis puerulorum. 599
timores & conuulſiones quibus eueniunt. 626
timor & triſtitia melancholiam ſignificant. 655
Tympania quid, & eius curatio. 382
tympaniæ cauſæ. 607
Τυφώδης 427
typhomania quid, eius curatio. 306
tipha quid. 152
Toletanæ prouinciæ venti. 126
Toletani medici. 379
tonſillarum inflammatarum curatio. 336
ſuppuratio. ibid.
tophorum in artic. curatio. 407
tota ſubſtantia agentia quatuor modis. 56
Tractio à facultate. 223. à calore. ibid.
Τραγίζειν idem quod hircire. 25
tranſmiſſio à thorace in pulmonem. 802
trauli qui. 657
tremor quid, & trementium victus, & tremoris curatio. 321
tremor labij. 879

trigia

trigia quid. 210
trimeſtres fœtus an magis reſiſtant. 603
triſtitia & melancholia ſeipſa generant. 655
Τεταῖος. 500
triticum quid. 150
troctæ quid. 182
Tubera quid. 166
tuberculus. 698
tubercula commutareſcentia æqualiter. 74
Tubercula quæ foras vergunt, calidum humorem oſtendunt. 744
tumores exiſtentes ac deſiſtentes. 759
tumores flatuoſi. ibid.
tumores conualeſcentium. 618
tumores in vlceribus. 649
tumores vlcerum repentè occultati. 828
tumorum ſigna optima. 744
tumorum cauſæ. 261
Turiſani ſophiſtæ pertinacia. 70
turdus quid. 179.175
turricolæ quid. 176
turtur quid. 175
tuſſis cauſæ, ſigna & curatio. 340
tuſſis ab acri diſtillatione. ibid.
tuſſis. 803 aliquid extrahit ex vaſis circumiacentibus. 758
tuſſis quibuſdam hydropicis ſuperuenit. 757
tuſſis ſignum inflammationis iecoris. ibid.
tuſſes non à ferino. 621
tuſſis & aſthma gibbis. 660
tuſſes puerulorum. 599
tuſſes ſiccæ. 621

V

Vacuatio quid. 212
Vacuatio præſeruatiua quibus conuenit. 660
vacuationi loca conferentia. 567
vacuationes ab abſceſſibus liberantes. 628
vacuationes ſymptomaticæ an noceant. 604
vacuatio ſymptomatica bifariam. 605
vacuationis menſura. 546
vacuationes immodicæ & retentiones. 646
vacuare non vniuerſim. 567
vacuum an trahat. 223
vapor cauſa eſt vt pedes intumeſcant. 755
vapor qui ſomnum conciliat. 707
vaporoſus calor. 505
variolarum curatio. 236
quæ vena ſecanda in laterali morbo. 206
Venæ ſanguificam recipiunt facultatem. 62
venæ quæ ſecantur. 203
venæ quæ ſecantur in morbis diuerſarum partium. 204
venæ ſecandæ in iecoris & lienis morbis. 378
venæ ſectio in hæmorrhoidibus. 205
venæ ſanguificam facultatem habent. 18
venæ ſcheaticæ ſectio quibus prodeſt. 658
venena calida toto genere lethalia. 56
venena calida non alunt. 55
venena frigida non genere, ſed quantitate. ibid.
venenorum natura qualiſnam inquirenda. ibid.
venenorum duplex natura. ibid.
venenorum natura & medicamenta quæ eis aduerſantur. 56
veneno nutritæ. 588
veneno aptum tempus. 231
venus quæ mala afferat. ibid.
venerem ſtimulantia. 232
veneris malis quæ proſunt. ibid.
veneri inepti. 394
veneris appetitus cauſa. 395
ventorum genera. 130
ventorum temperatura. ibid.
ventus quid ſecundum antiquos. 130
venter an ex chylo alimentum capit. 184
venter bene valens ſimilia, ægrotans contraria appetit. ibid.
venter quid. 536.583
venter bonæ molis. 776
venter & eius partes. 743
venter imus. 770
ventriculi æſtus vehemens, & morſus, malum. 626
ventris bonæ valetudinis ſigna. 776
ventrem humectari quid. 782
ventriculus cerebro conſentit. 734
ventriculi morſus ſignum vomitus. 798
ventres ſuperiores purgare æſtate. 611
ventris mutationes per tempora. 577
ventris humidi & ſicci cauſæ. ibid.
ventres quibus temporibus egent pluri alimento. 563
ventris repletio ad vomitionem quanta. 228
ventriculi coctio læſa. 359
ventriculi intemperantiarum notæ. ibid.
ventriculi diſtemperantiarum notæ. 354
ventriculi temperaturæ. 245
ventriculi inflammatio, cauſæ & curatio. 361
ventriculi vlcera. 362
ventriculus quid. 178
vere qui optimè degunt. 128
veris temperies. 127
vere & autumno podagra quare magis. 662
vere pueri. 596
vere ſudores multi. 592
ver auſtinum & pluuioſum. 593
verni morbi. 128
verulla quid. 162
verrucæ penſiles. 600
vertigo quid ſit. 308 ſigna eius, & victus. ibid.
veſica multo vitioſo ſucco referta purgationem non indicat, contra Galenum. 292
veſicæ relaxatæ curatio. 319
veſicæ inflammatio. 389
veſicæ vlcera. ibid.
veſicæ vlcerum curatio. ibid.
veſicæ læſæ ſigna. 630
veſicæ pus quare fœtet. 631
veſicæ venæ & arteriæ. 832
veſicæ vlcus lethale. 833
veſica inflammata cum vrinæ ſuppreſſione exitium intra ſeptimum diem. ibid.
veſica inflammata fæcem cohibet. 832
veſica phlegmone laborans continuam febrem efficit. 831
veſica triplex genus fibrarum continet. ibid.
veſicæ conſtrictio, & diſpoſitio exitioſiſſima. ibid.
veſicæ diſpoſitiones aduertendæ. 797
veſicæ duræ dolentis cauſæ. 831
veſicæ inflammatæ terminationes. 833
veſicæ morbis magis pueri laborant. 834
veſicæ puerorum quare magis aliis inflammentur. ibid.
veſtigium doloris. 495
Vgo Senenſis confutatur. 414
Victus aduerſus lumbricos. 371
victus laborantium. 239
victus iter agentium. ibid.
victus nauigantium. 240
victus eorum qui in ocio degunt. 241
victus infantium. 235
victus error ordinem acceſſionum turbat. 523
victuum & morborum ſchema. 556
victus humidus febricitantibus eſt offerendus. 564

Digitized by Google

victus rationes propriæ ſingulis morborum generibus conueniunt. 558. 559
victum in vigore attenuare & ad ipſum & prope. 559
victu tenui vtentes delicta vitent maximè. 557
in victu tenui ægros delinquere quo pacto. ibid.
in victu tenui errores commiſſi. 559
videre res à longe vnde procedat. 87
vigilantes & inde febrientes. 473
vigilare interdiu naturale eſt. 766
vigilia modum excedens quæ mala affert. 570
vigiliæ infantium. 599
vigilia magna delirium nunciat. 768
vigilia vnum trium ſignificat. ibid.
vigiliarum cauſa. ibid.
vigiliarum remedia. 190
vigor quid. 519
vigor ſummus quis. 581
vinum an calidum temp. conueniat, præſertim calidæ naturæ. 146
vinum dilutum quare magis inebriet quam non dilutum. 300
vinum calidis temperaturis quare denegandum, & quando. ibid.
vinum per ætates. ibid.
vinum ſenibus. 147
vinum auſterum. 145
vinum vinoſum. ibid.
vinum vinoſum, imbecillo ventriculo noxium. 358
vinum mulſum. 147
vinum coctum. ibid.
vinum an exſiccet. 144
vinum meracius quando bibendum. 160
vinum dulce. 145
vinum alit. 144
vina quid. ibid.
vina ex calce & gipſo. 147
vina alba. 145
vina nigra. ibid.
vina languida. ibid.
vinorum differentiæ. ibid.
vires morbis in indicando conferuntur. 291
vires medicam. diſquiruntur. 57
vires quæ ſeparant. 210
vires deficere quæ indicant. ibid.
vires animæ rationalis. 111
vires ad purgationẽ an eſſe debeant maiores quàm ad ſanguinis miſſionem. 214
vires quales ad morbos. 556
virium robur ad ſanguinis miſſionem. 196
viſcera quæ. 626
viſcera. 760
viſio ex Platone. 82
viſio quòd non fiat per iotus ſuſceptionem. ibid.
viſio quomodo fiat ex Galeno. 718
viſionis inſtrumenta lucida. 719
viſio ex Platone in Timæo. 82
viſio propriè fit in humore cryſtallino & non in neruorum coniunctione. 83
viſus generales læſiones. 275
viſus viſibilis & inuiſibilis. 92
viſus debilitas. 327
Eiuſdem curatio. ibid.
viſus poteſt videre magnitudinem ſine colore. 102
viſus obiectum quod eſt. 86
vita breuis quare. 553
vitalis facultas. 68
vitalis ſpiritus. ibid.
vitalis facultas quibus diſtribuitur. ibid.
vitalis facultatis functiones ab aliarũ diuerſæ functionibus. 67
vitiare actionem quid. 251
vitreus humor. 491
viuentium felicitas. 114
Vlcera capitis infantium. 234
vlcera ſunt in aſcite, & difficile ſanantur. 653
vlcera mali moris quæ. 652
vlcera magna & maligna quæ. 649
vlceribus annuis os abſcedere. 660
vlcera non curantur ante ſymptomatum ablationem. 745
vlcera ſicca tribus modis. 713
vlcera ſubſtantificè ſicca. ibid.
vlcerum excrementa. ibid.
vlcerum lethalium curatio. ibid.
vlcus ſiccum qualitatiuè. 714
vlcus vt caro ſalita. 713
circum Vmbilicum partem craſſitudinem habere. 583
vmbilici inflammationes. 599
vmbrina ſiue vmbra. 179
Vnguentum ad paralyſim. 318
vngues ferrei. 229
vnguium color mutatus malum vt ſignum, non vt cauſa. 764
vnguium ſtructura. ibid.
vngues incuruari. 747
vngula oculi quid ſit. 324
vnitatis ſolutæ curatio. 288
vniuerſale cognoſcitur ob phantaſma. 114
Vocabula Græca ſæpe interponenda. 714
volatilium differentia. 174
volitionem producentia. 115
voluntas intellectui imperat quippiam examinare. ibid.
voluntas quid. ibid.
voluntas agens & patiens. ibid.
voluntas patiens libera non eſt. ibid.
volulo ab inflammat. remedia. 369
volulloſorum victus. ibid.
volulus quid. 368 eius ſigna. ibid.
vomitus & nauſeæ cauſa. 277
vomitus curatio. Remedia. 358
vomitus in ſyncope. 351
vomitus quibus vtilis. 228
vomitus quæ mala affert. ibid.
vomitus actio eſt. 798
vomitus liuidus. 801
vomitus proximus. 879
vomitus vtiliſſimus. 798
vomitus cauſæ. ibid.
vomitus ſigna. 878
vomitus ſigna in mente turbatis. 891
vomitui excedenti remedia. 228
vomitu qui humores egeant. 609
vomitus puerulorum. 599
vomere quid ex antiquorum opinione. 227
vomere bis in menſe. ibid.
vomere per valida medicamenta non eſt hac tempeſtate in vſu. ibid.
vox quid. 90
vox exercitatio eſt. 136
vox ex electione procedit. 90
vox mentis conceptus exponit. ibid.
vox an deducat ſimilitudinem conceptus. ibid.
vocis differentiæ. 91
vocis mutationes per ætates & ſexus. ibid.
voces an ex inſtituto ſignificent. 90
vocibus conceptus ſuos anim. bruta exprimunt. 9
Vrina optima. 536 Et an naturalis fiat rufa. ibid.
Eius color bonus. ibid.
vrina rufa, rubra. 537. Vinea in lapidibus renum. ibi.

Paſſea,

Paſſea, viridis, oleoſa, Veneta liuida. 537.538
Nigra ad ſaluteio indicium eſt. ibid.
ex vrina ſaluris & mortis ſigna. 329
vrina cauſas & effectus ſimul docet. 532
vrina moderata. 543.544
vrina morbi longitudinem oſtendit. 529
vrina aquoſa quid ſignificet. 539
vrina craſſa & turbida idem ſunt. ibid.
conſiſtentiæ vrina. ibid.
vrina quibus cauſis retinetor. 549
filamenta in vrina quid ſignificent. 548
vrina quo loco inſpicienda. 533 & quando. ibid.
vrina genituræ ſimilis. 536
vrina cruda atque obſcurè cocta febris putridæ ſignum. 458
vrina aquoſa. 792
vrina aquoſa valde exitioſa in acutis. ibid.
vrioa craſſa. 793
vrina cruda longo tempore. 795
vrina cuius ſedimentuo intermittitur. 784
vrioa cuius ſedioentum non intermittit, quæ bona ſignificet. 786
vrina finiens morbum per coctionem. 825
vrina fœtida. 792
vrina iecoris & venatum indicium. 783
vrina io morbis extra venas. 785
vrina in quibus inflammationibus veſicæ ſupprimitur. 833
vrina intermittens quid iodicet. 785
vrina perrubra quid indicet. 786
vrioa quauis hora inſpicienda eſt. 785
vrina ruſſa tenuis ooo reſidet. 791
vrina ruſſa tenuis ſignificat debilem & occultam coctionem. 791
vrioa ruſſa tenuis tenuitatem ſignificat. ibid.
vrioa ſubrubra quid indicet. 786
vrina tota pinguis ounquam viſa. 796
vrinæ contentum. 783.751
vrinæ extremæ craſſitudinis ac tenuitatis. 791
vrina alba perſpicua. 628
vrina craſſa quæ. 627.629
vrinæ diſſidentes. 666
vrina noctu micta. 631
vrinarum conturbatarum differentiæ. 627
vrinæ difficultatem ſoluit venæ ſectio. 658
vrinæ pituitoſæ coctio. 627
vrinæ furfureæ ſubſtantia conſideranda. 788
vrinæ ſubrubræ cauſa. 786
vrinæ ſubſtantia. 788
vrinam conſiderare in abſceſſibus ex pulmonia quate. 827
in vrina conſideranda. 788
vrioæ aquoſæ quibus peſſimæ. 793
vrinæ à bile tinguntur. 536
vrinæ turbatæ capitis dolorem oſtendunt. 543
Et quæ extrà turbentur. ibid.
vrinæ puerorum copioſum babeot contentum. 544
vrinæ definitio. 532
vrinæ color bifariam accedit. 540
vrinæ nigræ an ſemper malæ. 530
an cum vrina deferatur alimentum ad renes. '33
vrinam mouentia. 229
naturalis vrinæ color qualis. 541
vrinæ ſpuma. 548
vrinæ quotidianæ feb. 488
vrioæ quartanæ incipientis. 417
vrinæ copioſæ cauſæ. 543 Paucæ. 544
vrinæ quantitas. 229
vrina quando mouenda. ibid.
vrinæ ſtillicidium. 390 Cauſæ & curatio. 390 & ſeq.
vrina cruentæ cauſæ. 384
vrinæ ætatum diuerſarum. 549 Sexuum exercitatiorum, & temperaturarum. ibid.
vrinæ omnes inſpectandæ. 546
vrinæ ſtillicidium cum Ileo. 647
vrinæ turbatæ capitis dolorem ſignificant. 567
vrinarum contenta bona quæ ſiot. 544 Eorum generationis locus. ibid.
vrinarum ſubſtantia & earum ſigna. 539
ſigna ab vrinarum odoribus. 549 à modo miogendi. ibid.
vrinarum colores. 533 Item ſigna. 535
Earum ſchema. 536
vrinarum conturbatarum diſcrimen. 542
vrinarum colores io febribus. 550
vrinarum coctio prima die an ſit diariis proprium. 451
vrinarum colores. 783
vrinarum colorum ordo. 787
diabetes quid in vrinis. 519
vrinis turbatis flatus adeſt. 542
vrtica quid. 163
Vteri abſceſſus. 401
vteri vlcera. ibid.
vteri vlcerum curatio. ibid.
vteri vlcerum depaſcentium curatio. ibid.
vteri clauſura. 402
vteri purgatio. 229
vteri præfocatio. 398
vteri præfocatioois cauſæ. ibid.
vteri procidentis cauſæ. 398. Victus. Curatio. 399
vteri reclinationis curatio. ibid.
vteri inflati curatio. ibid.
vteri hydrops. 400
vteri inflammatio. ibid.
vteri ioflammati ſigna. ibid.
vtero gerentibus mit. ſang. 198
vtero gerentes cùm malacia laborant, vt curandæ. 357
vtero gerentes an purgandæ ſint. 213
vtero gerentium ſymptomata qoo pacto curentur. 235
vterus gallinæ. 176
vtero præfocatæ oon admittunt facultatem animalem. 764
vtero gerentibus quando ſanguis mittendus. 639
Vuæ quid. 866.& 155
vuæ paſſæ. 155
vulnera cerebri eiuſque membranarum. 661
vulnerato cerebro an ſemper febris & bilis vomitus ſequantur. ibid.
vulpium caro. 171

Z

Zizipbæ quid. 159
Zizum ſiue oryza. 152
Zoili febrientis hiſtoria. 859
Zenonis deſini. 74

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Google